# SACRORUM CONCILIORUM
## NOVA, ET AMPLISSIMA COLLECTIO,

IN QUA PRÆTER EA QUÆ

PHIL. LABBEUS ET GABR. COSSARTIUS S. J.

*Et noviſſime* NICOLAUS COLETI *in lucem edidere*

EA OMNIA INSUPER SUIS IN LOCIS OPTIME DISPOSITA EXHIBENTUR, QUÆ

JOANNES DOMINICUS MANSI

*LUCENSIS, CONGREGATIONIS MATRIS DEI EVULGAVIT.*

EDITIO NOVISSIMA

*AB EODEM PATRE MANSI,*

POTISSIMUM FAVOREM ETIAM ET OPEM PRÆSTANTE

EM.MO CARDINALI DOMINICO PASSIONEO

SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO,

ALIISQUE ITEM ERUDITISSIMIS VIRIS MANUS AUXILIATRICES FERENTIBUS, CURATA
Novorum Conciliorum, novorumque Documentorum Additionibus locupletata
Ad MSS Codices Vaticanos, Lucenſes, alioſque recenſita, & perfecta.

ACCEDUNT ETIAM NOTÆ, ET DISSERTATIONES QUAMPLURIMÆ, QUÆ IN CETERIS EDITIONIBUS DESIDERANTUR.

## TOMUS SECUNDUS.

*Ab anno CCCV. ad annum CCCXLVI.*



FLORENTIÆ

MDCCLIX.

EXPENSIS ANTONII ZATTA VENETI.

*(Editio iterata ad Editionis principis exemplum ab Huberto Welter, Bibliopola, Via dicta Bernard Palissy 4, Parisiis M D CCCCI)*

# SYLLABUS

## EORUM, QUÆ TOMO II. CONCILIORUM CONTINENTUR.

Quæ hoc indice ☞ notata ſunt, huic noſtræ editioni noviter acceſſere.


ANNO CHRISTI

305 CONCILIUM LIBERITANUM. col. 1.
1. Canones Concilii. 5.
2. Fragmenta ex eodem Concilio. 19.
3. Ad idem Concilium Additio. 22.
☞ 4. Notæ Loaiſæ & Binii. 27.
5. Notæ Gabrielis Albaſpinei. 35.
6. De Confirmando Concilio Illiberitano Ferdinandi de Mendoza libri III. 57.
7. Ejuſdem ad Philippum II. Hiſpan. regem epiſtola Hiſpanico idiomate, pro defenſione & a probatione ejuſdem Concilii. 397.

306 CONCILIUM ALEXANDRINUM. 407.

306. vel 311. CONCILIABULUM CARTHAGINENSE I. SUB MARCELLO. 407.
Idem ex nova Baluzii Collectione 409.

308 CONCILIABULUM CARTHAGINENSE II. SUB MARCELLO. 409.

309 VITA SANCTI EUSEBII PAPÆ. 411.
Ejuſdem epiſtolæ tres 41?.
Ejuſdem decreta quatuor. 425.

311 VITA SANCTI MELCHIADIS PAPÆ. ibid.
Ejuſdem epiſtola. 428.

313 CONCILIUM ROMANUM. 433.
1. Idem Gr. Lat. ex libello Synodico. 436.
2. Idem ex Optato Milevitano. ibid.
3. Epiſtola Anulini proconſulis Africæ ad Conſtantinum. 438
4. Epiſtola Conſtantini Imp. ad Melchiadem. 438.
5. Eadem G. L. 439.
6. Epiſtolæ Conſtantini duæ ad epiſcopos. 440.

314 ☞ CONCILIUM SELEUCIENSE. 441.

VITA SANCTI SILVESTRI PAPÆ I. 443.
Ex libello de munificentia & donatione Conſtantini magni. 444.
☞ Autographum amoris & concordiæ fœdus inter Conſtantinum & S. Silveſtrum Papam, & Tiridatem regem Armeniæ & S. Gregorium Illuminatorem. 461.
☞ Capitula duo S. Silveſtri. 463.

314 CONCILIUM ARELATENSE I. ibid.
1. Epiſtola Conſtantini ad Vicarium Africæ. ibid.
2. Ejuſdem epiſtola ad Chreſtum, Lat. 466.
3. Eadem G. L. 467.
4. Epiſtola ſynodica ad Silveſtrum Papam. 469.
5. Canones XXII. Concilii Arelatenſis cum ſubſcriptionibus. 470.
☞ 6. Epitome Canonum Arelatenſium. 474.
7. Reſcriptum Conſtantini poſt ſynodum ad epiſcopos. 477.
8. Notæ Jacobi Sirmondi. 479.
9. Ejuſdem notæ ampliores nunc primum editæ. 480.
10. Obſervatio ex ejus præfatione ad tomum I. Conciliorum Galliæ ibid.
11. Notæ Binii. 488.
12. Notæ Frontonis Ducæi. 491.
13. Notæ Gabr. Albaſpinæi. 492.
14. Epiſtola Cæciliani ad Felicem. 495.


15.

ANNO CHRISTI

15. Epiſtola Conſtantini ad Probianum. *ibid.*
16. Quinque aliæ epiſtolæ ex appendice ad libros ſeptem Optati Milevitani. 496
17. Geſta quibus conſtat, traditorem Silvanum. 500.
18. Purgatio Cæciliani coram Æliano proconſule. 508.
19. ARELATENSIS SYNODUS G. L. EX SYNODICO. 512.
314 CONCILIUM ANCYRANUM. 513.
1. Canones Ancyrani G. L. Herveto interprete. *ibid.*
2. Iidem Lat. interprete Dionyſio Exiguo. 521.
3. Iidem ut leguntur apud Iſidorum cum ſubſcriptionibus. 527.
4. Alia duo capitula Concilii Ancyrani. 535.
5. Notæ Binii. 536.
6. Notæ Gabrielis Albaſpinæi. 537.
7. Ancyrana Synodus G. L. ex Synodico. 539.
314 CONCIL. NEOCÆSAREENSE. *ibid.*
1. Canones Neocæſareenſes G. L. interprete Herveto. *ibid.*
2. Iidem Lat. interprete Dionyſio Exiguo. 543.
3. Iidem ut leguntur apud Iſidorum cum ſubſcriptionibus. 545.
4. Tituli Concilii Neoceſareenſis. 549.
5. Notæ Binii. *ibid.*
6. Notæ Albaſpinæi. 551.
7. Synodus eadem G.L. ex Synodico. *ibid.*
315 CONCILIUM ROMANUM I. SUB SILVESTRO. *ibid.*
315. *Alias* 321. ALEXANDRINUM I. 553.
Obſervatio Pagi. 555.
321 SYNODUS ALEXANDRINA. 557.
322 CONCILIUM PALÆSTINUM. *ibid.*
319 *Alias* 324. ALEXANDRINUM II. 559.
Idem G. L. ex Synodico. 561.
Præmittitur fragmentum Patricii Ararſii G. Lat. 560.
320 CONCILIUM LAODICENUM. 563.
1. Canones Laodiceni Gr. L. interprete Herveto. 564.
2. Iidem Lat. interprete Dionyſio Exiguo. 575.
3. Idem Lat. ut apud Iſidorum. 583.

ANNO CHRISTI

4. Tituli veteres ex Cod. MS. 591.
5. Notæ Binii. 594.
6. Notæ Gabrielis Albaſpinæi. 599.
320 De primitiva eccleſia, & munificentia Conſtantini: qui tractatus falſo vocatur Melchiadis epiſtola. 600.
Edictum, ſeu donatio Conſtantini Imp. 603.
Græca fragmenta ejuſdem donationis. 606. & ſeq.
324 CONCILIUM ROMANUM II. SUB SILVESTRO. 615.
Idem ex Cod. MS. *ibid.*
325 CONCILIUM NICÆNUM GENERALE. 635.
1. Hiſtoria Concilii. *ibid.*
2. Alexandri epiſcopi Alexandrini epiſtolæ duæ ante Concilium, G.L. 641.
3. Notæ Binii in epiſt. Alexand. 659.
4. Conſtantini Imp. oratio ad Concilium G. L. 662.
5. Oratio Euſtathii Epiſc. Antiocheni. 663.
6. Iſidori Præfatio Concilii Nicæni. *ibid.*
7. Duplex Expoſitio fidei Nicænæ ex MSS. Colbert. & Pariſ. Collegii S. J. 665. 666.
8. Symbolum Concilii G. L. *ibid*
9. Canones xx. Nicæni G. L. interprete Herveto. 667.
10. Iidem Lat. interprete Dionyſio Exiguo præfixis titulis. 677
11. Iidem Lat. ut apud Iſidorum, cum titulis ex duobus codicibus diverſis. 683.
12. Tituli Canonum ex MS. Colbert. 685.
13. Nota Romani editoris Conciliorum Generalium. 692.
14. Subſcriptiones Patrum Lat. *ibid.*
15. Eædem ſubſcriptiones ex MSS. Collegii Pariſienſis S. J. Juſtelli, Colbert. &c. 697.
16. Fides Nicæna cum canonibus xxii. ex Ruffino. 701.
17. Canonum xx. Nicænorum Paraphraſis Arabica. 705.
18. Epiſtola Concilii ad Silveſtrum PP. Lat. a Crabbo primum, deinde a Surio edita. 719.
19. Reſcriptum Silveſtri, Lat. 720.
20. Epiſtola Silveſtri ad Concilium Nicænum. 721.
21. Libellus Euſebii Nicomedienſis, & Theognii Nicæni, G.L. 722.

ANNO CHRISTI

22. Epiſtola Concilii ad Ægyptios. 723.
23. Epiſtolæ IV. Conſtantini Imp. G.L. *ibid. & ſeq.*
24. Notæ Binii in Concilium Nicænum. 725.
25. Notæ Gabrielis Albaſpinæi in IV. canones Nicænos. 740.
26. Nicæna Oecumenica, ex libello Synodico. 747.
27. Nicæna Synodus ex libello, ſive epiſtola Photii, G.L. *ibid.*
28. Eadem ex Nilo Rhodio. 751.
Eadem ex Anonymo, Gr.L. *ibid.*
30. In hiſtoriam Gelaſii Cyziceni admonitio. 753.
31. Veterum ſcriptorum de ea ejuſque auctore teſtimonia. 754.
32. De tempore quo celebratum fuit Concilium Nicænum. 756.
33. Gelaſii Cyziceni hiſtoria, ſeu commentarius actorum Concilii Nicæni. Libri tres G.L 759.
34. Notæ Binii in epiſtolam Alexandri Alexandrini, & in epiſtolam Conſtantini, omiſſæ in editione regia. 944.
35. Canones Concilii Nicæni LXXX. ex Arabico in Latinum interprete Turriano. 947.
36. Ejuſdem Concilii can. LXXXIV. Latine ex Arabico, interprete Abrahamo Ecchellenſi. 981.
37. Patrum Nicænorum de monachis & anachoretis decreta, eodem interprete ex Arabico. 1011.
38. Eorumdem variæ eccleſiaſticæ conſtitutiones, eodem interprete ex Arabico. 1019.
39. Eorumdem decreta ex quatuor regum libris ad Conſtantinum, eodem interprete ex Arab. 1029.
40. Concilii Nicæni præfatio, eodem interprete ex Arabico. 1055
41. Abrahami Ecchellenſis diſſertatio de auctoritate canonum Nicænorum Arabicorum. 1065.
42. Ejuſdem notæ in Orientales editiones Concilii Nicæni. 1071
325 325. CONCILIUM ROMANUM III. SUB SILVESTRO. 1081.
*Synodus incerti loci.* 183.
326 *Alexandrina Synodus.* 1085.
Ad eamdem Synod. adnotatio. *ibid.*
328 CONCILIUM NICOMEDIENSE. *ibid.*
1. Conſtantini ad Concilium epiſtola, G.L. 1087.
2. Conſtantini ad Euſebium epiſtola, G.L. 1091.

ANNO CHRISTI

3. Conſtantini ad Concilium epiſtola altera, G.L. 193.
4. Idem Concilium ex libello Synodico. *ibid.*
CONCILIUM GANGRENSE circa hæc tempora. 1095.
1. Synodica, G.L. *ibid.*
2. Ejuſdem Synodicæ nova verſio. *ibid.*
3. Canones, G.L. Hervæto interprete. 1101.
4. Iidem Lat. interprete Dionyſio Exiguo. 1105.
4. Iidem Lat. ut ſunt apud Iſidorum. 1109.
6. Excerpta ejuſdem Concilii ex MS. Lucenſi. 1113.
7. Notæ Binii. 1114.
8. Eadem Gangrenſis Synodus, G.L. ex Synodico. 1121.
333 CONCILIUM CARTHAGINENSE. *ibid.*
334 CÆSARIENSE IN PALÆSTINA. *ibid.*
Idem ex libello Synodico. 1123.
335 Tyrium Conciliabulum. *ibid.*
1. Libellus Iſchyræ oblatus Athanaſio, Lat. 1127.
2. Idem Gr. *ibid.*
2. Epiſtola Conſtantini ad Alexandrinos Lat. 1131.
Eadem Gr. 1132.
3. Ejuſdem epiſtola ad Nicomedienſes, G.L. 1133.
4. Ejuſdem epiſtola ad Athanaſium, Lat. 1134.
Eadem Gr. 1133.
5. Epiſtola Alexandri Theſſalonic. ad Athanaſium, Lat. 1135.
Eadem, Gr. 1136.
6. Epiſtola Arſenii Hypſelitani epiſc. ad Athanaſium, Lat. 1138.
Eadem, Gr. 1137.
7. Conſtantini epiſtola ad Synodum Tyriam; Lat. 1139.
Eadem, Gr. 1140.
8. Libellus a XLVII. Orthodoxis epiſcopis oblatus ſynodo, Lat. 1142.
Idem, Gr. 1141.
9. Eorumdem libellus Flavio Dionyſio comiti, Lat. 1143.
Idem, Gr. 1144.
10. Alexandri Theſſalonicenſis libellus eidem Dionyſio, Lat. 1146
Idem, Gr. 1154.
11. Ejuſdem Dionyſii epiſtola ad Euſebianos, Lat. 1146.
Eadem Gr. 1145.
12. Libellus conteſtatorius clericorum Alexandrinorum pro S. Athanaſio, Lat. 1147.

Idem,

ANNO CHRISTI

Idem, Gr. 1146.
13. Libellus Mareoticorum clericorum pro Athanaſio ad præfectos, Lat. 1150.
Idem, Gr. 1149.
14. Eorumdem libellus alter pro Athanaſio ad Synodum, L. 1150.
Idem. Gr. 1149.
15. Tyria ſynodus, G. L. ex Synodico. 1153.
315 Conciliabulum Hieroſolymitanum Euſebianorum. 1155.
1. Epiſtola Conſt. ad Arium, L. *ibid.*
Eadem, Gr. 1156.
2. Libellus fidei ab Ario, & Euzoio oblatus Conſtantino, L. 1158.
Idem, Gr. 1157.
3. Epiſtola ſynodalis, Lat. 1159.
Eadem, Gr. 1160.
Synodus Mareotica ex libello Synodico, G. L. 1161.
336 Vita Sancti Marci Papæ. *ibid.*
Epiſtola S. Athanaſii & Egyptiorum ad Marcum papam, ſuppoſititia. 1164
Reſcriptum Marci papæ ſuppoſititium. 1165.
336 Conciliabulum Conſtantinopolitanum Arianorum. 1167.
Idem ex libello Synodico. 1169.
Obſervatio Pagi. *ibid.*
336 Vita Sancti Julii Pap 1171.
Ejuſdem epiſtola ad Orient. 1173.
Orientalium epiſcoporum ad primam Julii reſponſio. 1178.
Ejuſdem Julii ad Orientales epiſtola altera. 1181.
Ejuſdem epiſtola ad Dionyſium Alexandrinum. 1191.
Ludovici Muratorii in ſuperiorem epiſtolam diſquiſitio. 1197.
Ejuſdem epiſtola tertia ad Orientales G. L. 1211.
Ejuſdem epiſtola ad Alexandrinos G. L. 1233.
Conſtantii Imperat. epiſtolæ III. ad Athanaſium. 1237.
Eædem, Gr. 1238.
Ejuſdem duæ ad clericos Alexandrinos, Lat. 1239.
Eædem, Gr. *ibid.*
Ejuſdem ad Neſtorium & præfectos Auguſtamnicæ &c., Lat. 1241.
Eadem, Gr. 1242.
Ejuſdem ad S. Athanaſium, L. *ibid.*
Eadem, Gr. *ibid.*
Ejuſdem Julii epiſtola ad Proſdocium G. L. 1245.
In eamdem epiſt. Monitum. 1243.
Ejuſdem epiſtolę fragmenta. 1251.
In eadem fragmenta cenſura. *ibid.*

ANNO CHRISTI

Ejuſdem Julii ſcriptorum fragmenta tria. 1253.
Cenſura epiſtolarum Cyrilli ad Julium, & Julii ad Cyrillum. 1255.
Epiſtola, quæ Geſta Liberii inſcribitur. 1261.
In Geſta ſuperiora Admonitio. 1259.
Ejuſdem Julii decreta decem. 1266.
337 Concilium Romanum sub Julio primum. 1269
Epiſtola Conſtantini Cæſaris ad Alexandrinos, Lat. 1273.
Eadem. Gr. 1274
340 Concilium Conſtantinopolitanum 1275.
339. *non* Idem G. L. ex libello Synodico. *ibid.*
*ante* 340. Concilium Alexandrinum. 1277
Synodica Concilii, Lat. 1279.
Eadem, Gr. 1280
341 Concilium Antiochenum sub Julio primum. 1305.
1. Canon. xxv. præmiſſa Synodica, G. L. Herveto interprete. 1307.
2. Iidem Lat. interprete Dionyſio Exiguo. 1319.
3. Idem Lat. ut apud Iſidorum Mercatorem. 1327.
4. Iidem ex MS. Lucenſi. 1336.
5. Notæ Binii, in quibus ſunt fidei formulæ quatuor ab Arianis excogitatæ G. L. 1338.
6. Notæ Gabr. Albaſpinæi in canonem II. Concilii Antioch. 1350.
7 Secunda hujus Concilii formula ex Hilarii verſione. 1340.
*Idem Concilium G. L. ex libello Synodico.* 1349.
*Antiochena alia Synodus G. L. ex eodem libello.* *ibid.*
341 Concilium Romanum II. sub Julio. 1351.
1. Symbol. S. Athanaſii G. L. 1353.
2. Idem Symbolum a Græcis interpolatum. 1355.
342 Concilium Rom. III. sub Jul. 1359.
319. *Ri-* Concilium Antiochenum II. Arianorum. 1361.
*Binius* 324. Formula fidei edita in eodem Concilio, Lat. 1362.
Eadem Gr. 1361.
Eadem Synodus Antiochena G. L. ex libello Synodico. 1367.
346 *Mediolanenſe I.* 1369.
Obſervatio Pagi. *ibid.*
346 *Agrippinenſe.* 1371.
1. Excerpta ex vita B. Servatii epiſcopi Tungrenſis. 1374.
2. Notæ Binii. 1375.
3. Nota Sirmondi omiſſa in editione regia. 1379
Ejuſdem Notæ poſthumæ. *ibid.*

CON-





# CONCILIORUM OMNIUM,

ANNO CHRISTI 305.

## AMPLISSIMA COLLECTIO.

# CONCILIUM ELIBERITANUM

## 1 XIX EPISCOPORUM

### ÆRA CCCLXII. [a]

a Editio Garſiæ cum antiquiore collata, & illa quam poſtea cum commentario Mendozæ exhibebimus.
b gentium
c ſacrificant.

## TITULI CAPITULORUM.

I. *De his qui poſt baptiſmum idolis immolaverunt*
II. *De ſacerdotibus gentilium, qui poſt baptiſmum* [b] *immolaverunt.*
III. *De eiſdem, ſi idolis munus tantum dederunt.*
IV. *De eiſdem, ſi catechumeni adhuc immolant, quando baptizabuntur.*
V. *Si domina per zelum ancillam occiderit.*
VI. *Si quicumque per* [*] *maleficium hominem interfecerit.*
VII. *De pœnitentibus mœchiæ, ſi rurſus* [d] *mœchaverint.*
VIII. *De fœminis quæ relictis viris ſuis aliis nubunt.*
IX. *De fœminis quæ adulteros maritos relinquunt, & aliis nubunt.*
X. *De relicta* [*] *catechumeni ſi alterum duxerit.*

* malitiam
d perſeveraverint.
* catechumena,

A XI. *De catechumena, ſi graviter ægrotaverit.*
XII. *De mulieribus quæ lenocinium fecerint.*
XIII *De virginibus Deo ſacratis, ſi adulteraverint.*
XIV. *De virginibus ſæcularibus, ſi* [a] *mœchaverint.*
XV. *De conjugio eorum qui ex gentilitate veniunt.*
XVI. *De puellis fidelibus, ne infidelibus conjungantur*
XVII. *De his qui filias ſuas ſacerdotibus gentilium conjungunt.*
XVIII. *De ſacerdotibus, & miniſtris, ſi mœchaverunt.*
XIX. *De clericis negotia & nundinas ſectantibus.*
XX. *De clericis & laicis uſurariis.*
B XXI. *De his qui tardius ad eccleſiam accedunt.*
XXII. *De catholicis in hæreſim tranſeuntibus, ſi* [*] *revertantur.*

a mœchata fuerint.
* non revertantur.



1 In MSS. pleriſque, teſte Harduino, *Elibertinum*, vel *Elibertanum*; Habetur in Collectione Iſidori, editumque fuit noviſſime a Card. de Aguirre in collect. Concil. Hiſpaniæ tom. 1. qui plures variantes lectiones, quas in margine adiecit Labbeus adoptavit in textu. Præter has, ſi quando ille aliter legit, nos diligenter adnotabimus. Harduini pariter notulas, pleraſque licet ex Mendozæ commentariis decerptas, omittendas minime cenſuimus.

a Id eſt, anno Chriſti 324. Epoca tamen hujus Concilii adhuc obſcura eſt. Harduinus Onuphrium in Faſtis ſecutus illud in annum 313. rejicit, quia Concilii Arelatenſis habiti anno 314. Canones multi ex Illiberitano deſumpti videantur; quaſi ex Arelatenſi Illiberitanos fuiſſe potius deſumptos reponere iis pronum non eſſet, quorum ſententia ſerius Illiberitanum Concilium celebratum autumat. Harduini opinioni illud maxime obſtat, quod anno 313. Oſius, qui huic interfuit Concilio, extra Hiſpanias degebat, eratque in magni Conſtantini comitatu, ut probat Mendoza in commentariis infra adferendis, & poſt eum Card. de Aguirre tom. 2. diſſert. 1. n. 2. & Pagius ad an. 305. n. 5. ſed ne quid omittamus ex iis; quæ Baluzius in hujus Labbeanæ collectionis additamenta congeſſit, exhibenda hic ſunt, quæ ille in nova collect. pag. 23. de Tempore hujus Concilii ſcripſit. *Antiquum eſſe*, inquit ille, *iſtud Concilium magnæque auctoritatis plane conſtat. Sed quo demum anno fuerit celebratum, furentene perſecutione, an poſt datam Eccleſiæ pacem, non una eſt omnium opinio. Ita tamen ſententia viciſſe viſa eſt, quæ circa annum Chriſti trecenteſimum quintum docet habitum fuiſſe. Ego ſane cum videam Oſium Cordubenſem Epiſcopum illic obtinuiſſe ſecundum locum, & quidem longo ante Valerium Cæſaraugustanum intervallo, ſuſpicor hunc ad-*

ANNO CHRISTI 303.

XXIII. *De temporibus jejuniorum.*

XXIV. *De his qui peregre baptizantur, ut ad clerum non veniant.*

XXV. *De epiſtolis communicatoriis confeſſorum.*

XXVI. *Ut omni ſabbato jejunetur.*

XXVII. *De clericis, ut* [a] *extraneas fœminas in domo non habeant.*

XXVIII. *De oblationibus eorum qui non communicant.*

XXIX. *De energumenis, qualiter habeantur ab eccleſia.*

XXX. *De his qui poſt lavacrum mœchaverint, ne ſubdiacones fiant.*

XXXI. *De adoleſcentibus qui poſt lavacrum mœchati ſunt.*

XXXII. [*] *De excommunicatis presbyteris, ut in neceſſitate communionem dent.*

XXXIII. *De epiſcopis, & miniſtris, ut ab uxoribus ſe abſtineant.*

XXXIV. *Ne* [b] *cereum in cœmeteriis incendatur.*

XXXV. *Ne fœminæ in cœmeteriis pervigilent.*

XXXVI. *Ne picturæ in eccleſia fiant.*

XXXVII. *De energumenis non* [*] *baptizatis.*

XXXVIII. *Ut in neceſſitate & fideles baptizent.*

XXXIX. [*] *De gentilibus, ſi in diſcrimine baptizari expetunt.*

XL. *Ne id quod idolothytum* [c] *eſt, fideles accipiant.*

XLI. *Ut prohibeant domini idola colere ſervis.*

XLII. *De his qui ad fidem veniunt,* [*] *quando baptizentur.*

XLIII. *De celebratione pentecoſtes.*

XLIV. *De meretricibus paganis, ſi convertantur.*

A XLV. *De catechumenis ſi ad eccleſiam non frequentant.*

XLVI. *De fidelibus, ſi apoſtataverint, quamdiu pœniteant.*

XLVII. *De eo qui uxorem* [a] *habens, ſæpius mœchatur.*

XLVIII. *De* [b] *baptizatis, ut nihil accipiat clericus.*

XLIX. *De frugibus fidelium, ne a Judæis benedicantur.*

L. *De Chriſtianis qui cum Judæis veſcuntur.*

LI. *De hæreticis, ut ad clerum non promoveantur.*

LII. *De his qui in eccleſia libellos famoſos ponunt.*

LIII. *De epiſcopis qui excommunicato alieno communicant.*

B LIV. *De parentibus qui fidem ſponſaliorum frangunt.*

LV. *De ſacerdotibus gentilium, qui jam non ſacrificant.*

LVI. *De magiſtratibus, &* [*] *duumviratis.*

LVII. *De his qui veſtimenta ad ornandam pompam dederint.*

LVIII. *De his qui communicatorias literas portant, ut de fide interrogentur.*

LIX. *De fidelibus, ne ad Capitolium cauſa ſacrificandi aſcendant.*

LX. *De his qui deſtruentes idola occiduntur.*

LXI. *De his qui duabus ſororibus copulantur.*

C LXII. *De* [*] *aurigis & pantomimis, ſi convertantur.*

LXIII. *De uxoribus, qui filios* [c] *ex adulterio necant.*

LXIV.

Marginal notes: [a] *extraneam mulierem* — [*] *De presb. ut excommunicatis in neceſſ.* — [b] *cerei incendantur* — [*] *baptizandis* — [*] *Ut gentilibus deſiderantibus manus imponatur* — [c] *Ne de hoc quod idolis datum eſt* — [*] *quomodo* — [a] *habet ſi ſæpius* — [b] *baptizandis* — [*] *dominationibus* — [*] *auguribus* — [c] *de adulteris*

---

*ductus ſum ut exiſtimarem ſynodum illam multo recentiorem eſſe quam vulgo putant. In qua ſententia confirmatus ſum auctoritate ipſius Oſii, qui ſic loquitur in canone XIV. Concilii Sardicenſis:* Memini autem ſuperiore Concilio fratres noſtros conſtituiſſe ut ſi quis laicus in ea in qua commoratur civitate tres dominicos dies, id eſt, per tres ſeptimanas, non celebraſſet conventum, communione privaretur. *Reſpexit enim Oſius, ut manifeſtum eſt, ad canonem XXI. Elliberitanum, qui ſic habet:* Si quis in civitate poſitus tres dominicas Eccleſiam non acceſſerit, pauco tempore abſtineatur, ut correptus eſſe videatur. *Itaque exiſtimandum eſt Oſium loquutum eſſe in ſynodo Sardicenſi de ſuperiore Concilio cui ipſe interfuerat, non quidem poſtremo, quod Nicænum fuit, ſed ſuperiore, id eſt, penultimo, nimirum Elliberitano. Quærenti ergo mihi quonam demum tempore coactum ſit iſtud Concilium, opportune promſus ſe obtulit vetus codex monaſterii Corbeienſis, in quo poſt titulum iſtum,* Incipiunt conſtitutiones canonum Anquiritanorum, *ſtatim ſequitur.*

Oſius Epiſcopus dixit. Quoniam multa prætermiſſa ſunt quæ ad robur eccleſiaſticum pertinent, quæ jam priori ſynodo Anquiritano, Caſarienſi, & Granienſi conſtituta ſunt, & nunc præ manibus habentur, præcipiat beatitudo veſtra ut lectione pandantur, quo omnes acta modo innoteſcant quæ prioribus noſtris pro diſciplina eccleſiaſtica acta ſunt. Univerſi dixerunt. Ea quæ a prioribus noſtris acta ſunt recitentur. Et recitata ſunt. Cum apud urbem Anquiritanam ventum fuiſſet &c.

*Quorum verborum hunc ego puto ſenſum eſſe. Quoniam præſens iſta ſynodus multa ſtatuere prætermiſit quæ ad diſciplinam quod illa jam conſtituta fuerint in ſynodis quæ ante hanc noſtram convenerunt, id eſt, in Ancyrana, Neocæſarienſi, & Gangrenſi, quarum conſtitutiones præ manibus habentur in codice quem vobis offero, jubete ut legantur, ne quid priorum conſtitutionum latere quemquam poſſit.*

*Ex his patet hanc Oſii interlocutionem factam fuiſſe in ſynodo quapiam cui is interfuit, & quæ poſt tres illas ſynodos congregata fuerit. Cum autem ex annotatione quæ apud Dionyſium præfixa eſt ſynodo Ancyranæ liqueat eam ante Nicænam fuiſſe habitam, rurſum ex annotatione præfixa canonibus Neocæſarienſibus colligatur eos Ancyranis quidem poſteriores eſſe, ſed Nicænis anteriores, de Gangrenſibus vero non conſtet an anteriores ſint Nicænis, huc valde inclino ut exiſtimem iſta intelligi debere de Concilio Eliberitano, quod propterea celebratum dici debet aliquanto ante Nicænum. Haud dubie Oſius, qui variis in oriente ſynodis interfuerat, ipſique Gangrenſi, ſi qua Vaſæo fides, præfuerat, hunc codicem in Hiſpaniam detulerat, quod exiſtimaret eum Eccleſiis Hiſpanicis utilem futurum; illumque poſt conditos canones Eliberitanos in medium, ut puto, protulit, relegique petiit, ut hæc orientalium ſtatuta publice reciperentur in Hiſpania. Nam de iiſdem rebus tractant, de quibus actum eſt in ſynodo Eliberitana, de pœnis nimirum & reconciliatione lapſorum, aliiſque ad eam diſciplinam pertinentibus. Unde & ait Oſius in ſua illa ad Epiſcopos allocutione, ea de cauſa relegendos videri hos horum trium ſynodorum canones, quod non omnibus malis proviſum eſſet in Eliberitana ſynodo, multaque prætermiſſa eſſent quæ ad robur eccleſiaſticum pertinerent, quæ vero ſumi poſſent ex prioribus illis Conciliis. Secundum hanc Oſii orationem canones horum trium Conciliorum additi ſunt canonibus præſentis ſynodi, nimirum Eliberitanæ, ut arbitror. Tum ſtatim, prætermiſſis omnibus reliquorum Conciliorum canonibus, ipſiuſque etiam Nicæni, ſequuntur capitula decretalia Innocentii.*

*Sed adverſus hæc reponi poteſt canones Eliberitanos videri conditos nondum plene reddita Eccleſiæ pace, necdum perſecutione prorſus extincta, atque adeo ſub imperio Conſtantii Chlori potius quam Conſtantini. Verum tametſi Epiſcopi in hac Eliberitana ſynodo congregati decreta ſanxerint de lapſis, non ideo tamen ſequitur pacem in Eccleſia nondum fuiſſe. Alioqui enim dicendum eſſet Concilium Ancyranum itemque Neocæſarienſe diu ante fuiſſe habita quam vulgo ſentiunt qui de rebus iſtis tractant. Pœnas lapſis intentaverit Eliberitana ſynodus, eſto. An ideo neceſſe eſt affirmare habitam in medio perſecutionis? Non ita ſane. Sed quia adhuc multi haud dubie ſupererant ex iis qui lapſi fuerant, quos Epiſcopi ſecundum mores antiquos ac priorem obſervationem (quæ, ut ait Innocentius Papa, durior erat) a communione repellebant, cum ipſi ſe admitti poſtularent, determinati a ſynodo ſunt diverſi lapſorum gradus, ac pœna pro cujuſque meritis aſſignata. Præterea, quamvis reddita fuiſſet Eccleſiæ pax, non ideo ſtatim abolita paganorum ſuperſtitio. Itaque fieri poterat ut nonnulli in ea flagitia inciderent quibus diluendis pœnas præſcripſit hæc ſynodus. Quod confirmatur ex his quæ anno* CCCLXXIV. *conſtituta ſunt in ſynodo Valentina: quæ licet diu poſt extinctam perſecutionem ſedatumque bellum celebrata fuerit, pœnas tamen ſtatuit adverſus lapſos. Gravius urget exemplum ſynodi Arelatenſis ſecundæ: quæ quum congregata fuerit ſub medium ſequentis ſæculi, extincta nimirum, ut ita dicam, etiam memoria perſecutionum, tamen renovavit ea quæ in ſuperioribus Conciliis decreta fuerant de lapſis.* Hactenus Baluzius, cujus rationes ſolvere conatur Card. de Aguirre tom. 2. Concil. Hiſp. diſſert. 1. n. 18. & ſeqq. ut hanc ſynodum labente vere anni 303. fuiſſe coactam ſtatuat.

ANNO CHRISTI 305.

LXIV. *De fœminis quæ uſque ad mortem cum alienis viris* [a] *adulterant.*

a adulterantur

LXV. *De adulteris uxoribus clericorum.*

LXVI. *De his qui pravignas ſuas ducunt.*

LXVII. *De conjugio catechumenæ fœminæ.*

LXVIII. *De catechumena adultera, quæ filium necat.*

LXIX. *De viris conjugatis, poſtea in adulterium lapſis:*

LXX. *De fœminis quæ conſciis maritis adulterant.*

LXXI. *De ſtupratoribus puerorum.*

LXXII. *De viduis mœchis, ſi eundem poſtea maritum duxerint.*

LXXIII. *De delatoribus.*

LXXIV. *De falſis teſtibus.*

LXXV. *De his qui ſacerdotes accuſant, nec probant.*

LXXVI. *De diaconibus,* [b] *qui ante honorem peccaſſe probantur.*

b ſi probantur

LXXVII. *De baptizatis qui nondum confirmati moriuntur.*

LXXVIII. *De fidelibus conjugatis, ſi cum Judæa vel Gentili* [c] *mœchaverint.*

c mœchati ſunt.

LXXIX. *De his qui tabula ludunt.*

LXXX. *De libertis.*

LXXXI. *De fœminarum epiſtolis.*

Concilium Eliberitanum Iduum Majarum ſanctorum epiſcoporum numero XLIII. *& non tantum XIX.* (1) *dictum in veteri codice MS. Petri Pithœi.*

*Cum* [d] *conſediſſent ſancti & religioſi epiſcopi in eccleſia* [e] *Eliberitana, hoc eſt:*

d convenissent

e Eliberina, vel Illiberritana ex Mendoza.

I. Felix epiſcopus * Accitanus.

* alias Auxitanus, vel Aquitanus.

II. Oſius epiſcopus Cordubenſis.

III. Sabinus epiſcopus Spalenſis.

IV. Camerinus epiſcopus Tuccitanus.

V. Sanagius epiſcopus * Epagrenſis.

* alias Bigerrenſis, & Bigerrenſis.

VI. Secundinus epiſcopus [2] Caſtulonenſis.

VII. * Pardus epiſcopus Menteſanus.

* Pardius

VIII. [3] Flavius epiſcopus * Eliberitanus.

* Elibertinus, Fliberinus.

IX. * Cantonius epiſcopus * Corſicanus.

* Catonus. * Urcitanus.

X. Liberius epiſcopus * Emeritenſis.

* Emeritanus.

XI. Valerius epiſcopus * Cæſaraguſtenſis.

* Cæſaraugustanus.

XII. Decentius epiſcopus Legionenſis.

XIII. Melanthius epiſcopus Toletanus.

XIV. Januarius epiſcopus [4] de * Salaria

* Sibarienſis: vel Salarienſis.

XV. Vincentius epiſcopus Oſſonobenſis.

XVI. Quintianus epiſcopus Elborenſis.

XVII. Succeſſus epiſcopus de * Eliocrota.

* Eliocrotenſis.

XVIII. Eutychianus epiſcopus [5] Baſtitanus.

XIX. Patritius epiſcopus Malacitanus.

d *Reſidentibus etiam* [f] *viginti & ſex presbyteris, adſtantibus diaconibus, & omni plebe, epiſcopi dixerunt.*

f triginta & ſex in editione Mendozæ.

# CAPITULA

## I.

PLacuit * inter eos, qui poſt fidem baptiſmi ſalutaris, adulta ætate, ad templum idololatraturus acceſſerit, & fecerit, quod eſt crimen * principale (quia eſt ſummum ſcelus) placuit, *e* nec in fine eum [a] communionem accipere.

* ut quicumque poſt

* capitale

a ad communionem ſuſcipere

## II.

Flamines qui poſt fidem lavacri & regenerationis ſacrificaverunt; eo quod geminaverint ſcelera, accedente homicidio; vel triplicaverint facinus, cohærente mœchia, placuit eos nec in fine accipere communionem.

## III.

Item flamines, qui non immolaverint, ſed munus tantum dederint; eo quod ſe a funeſtis abſtinuerunt ſacrificiis, placuit, in fine eis præſtari communionem; *f* acta tamen legitima pœnitentia. Item ipſi, ſi poſt pœnitentiam fuerint mœchati, placuit, ulterius his non eſſe dandam communionem, ne [b] luſiſſe de dominica communione videantur.

b illuſiſſe

## IV.

Item flamines, ſi fuerint catechumeni & ſe ſacrificiis abſtinuerint, poſt triennii tempora, placuit ad baptiſmum admitti debere.

## V.

Si qua [6] domina furore zeli, accenſa flagris verberaverit ancillam ſuam, ita ut [7] in tertium diem animam cum cruciatu [8] effundat; eo quod incertum ſit, voluntate, an caſu occiderit; ſi voluntate, poſt ſeptem annos; ſi caſu, poſt quinquennii tempora, acta legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti. Quod ſi [c] infra tempora conſtituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

Diſt. 50. Si qua fœmina Decret. Ivo. part. 10 c. 22. Burch. lib. 6. c. 29. Anſel. lib. 11. c. 36. Rab. pœnit. cap. 14.

c intra

## VI.

Si quis vero * maleficio interficiat alterum; eo quod ſine idololatria perficere ſcelus non potuit * nec in fine impertiendam eſſe illi communionem.

* veneficio Decr. Ivo. p. 10. c. 155. Burch. lib. 6. cap. 36.

* alii in fine impert. non eſſe



1 At in noſtro XIX. *Harduinus.*
2 Al. *Caſtulonenſis*
3 Al. *Flavianus.*
4 Al. *Siblaria.*
5 Al. *Baſſitanus.*
6 MS. *fœmina.*
7 MS. *intra:* Gratianus, *infra:* Ivo part. 15. & 148. Raban de judic. pœnit. lib. 3 cap. 5. Mogunt. Concil. I. an. 747. cap. 22. Regino lib. 2. cap. 58. & alii.
8 MS. *emittat.*

## VII.

162 Si quis forte fidelis poſt lapſum mœchiæ, poſt tempora conſtituta, * accepta pœnitentia denuo fuerit fornicatus, placuit, nec in fine habere eum communionem.

## VIII.

Decr. Ivo par. 8 c. 198 Burch. l. 9 c. 69. Item fœminæ, quæ, nulla præcedente cauſa, reliquerint viros ſuos, & ſe copulaverint * alteris, nec in fine accipiant communionem.

* alter. & in hoc permanere voluerint, nec ipſæ, Fidelis fœminis quæ.

## IX.

Decr. Ivon. p. 8 c. 199. Burch. lib. 9 c. 80. Item fœmina fidelis, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem,[1] & alterum ducit, prohibeatur ne ducat; ſi duxerit, non prius accipiat communionem, [2] niſi quem reliquerit, prius de ſæculo exierit; niſi forte neceſſitas infirmitatis dare compulerit.

## X.

Si ea, quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, poteſt ad fontem lavacri admitti. Hoc & circa fœminas catechumenas erit obſervandum. Quod ſi fuerit fidelis, quæ ducitur, [3] ab eo qui uxorem inculpatam reliquit, & cum ſcierit illum habere uxorem, quam ſine cauſa reliquit; placuit, * huic nec in finem dandam eſſe communionem.

* hujuſmodi in fine dare communionem

Poſterior hujus canonis pars ſic legitur in codice quodam membranaceo.

Quod ſi ducitur ab eo qui inculpatam reliquit uxorem, & eum ſcierit habere uxorem, quam ſine cauſa reliquit; placuit, nec in fine hujus dari communionem.

## XI.

Intra quinquennii autem tempora, catechumena ſi graviter fuerit infirmata, dandum ei baptiſmum placuit, non denegari.

## XII.

Mater, vel parens, vel quælibet fide A lis, ſi lenocinium exercuerit, eo quod alienum vendiderit corpus, vel potius ſuum, placuit, * eas nec in fine accipere communionem.

## XIII.

[4] Virgines, quæ ſe Deo dicaverint, ſi pactum * perdiderint virginitatis, atque eidem libidini ſervierint; non intelligentes * quod * amiſerint, placuit, nec in fine eis dandam eſſe communionem. * * Quod ſi ſemel perſuaſæ, aut infirmi cor- B poris lapſu vitiatæ, omni tempore vitæ ſuæ hujuſmodi fœminæ egerint pœnitentiam, ut abſtineant ſe a coitu, eo quod lapſæ potius videantur, placuit, eas in fine communionem accipere debere.

27. q. 1. Virgines, quæ ſe. In concil. Mogunt. III. c. 26. & in Colon. I. c. 6.

* perdiderint,

* quid

* admiſerint,

* Quod ſi ſemetipſas pœnituerint, quod infirmitate corporis lapſæ fuerint, & toto tempore

## XIV.

Virgines quæ virginitatem ſuam non cuſtodierint, ſi eoſdem, qui eas violaverint, duxerint, & tenuerint maritos; eo quod ſolas nuptias violaverint, * [5] poſt annum, ſine pœnitentia, reconciliari de- C bebunt. Vel ſi alios cognoverint viros; eo quod mœchatæ ſint, placuit, per quinquennii tempora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem oportere.

* poſt pœnitentiam unius anni reconcilientur.

## XV.

Propter copiam puellarum, Gentilibus minime in matrimonium dandæ ſunt virgines Chriſtianæ, ne ætas in flore tumens in adulterio animæ reſolvatur.

Ita Paulus 2. ad Cor. c. 6. *Nolite jugum ducere cum infidelibus.*

## XVI.

D Hæretici [6] ſi ſe transferre noluerint ad eccleſiam catholicam, nec ipſis catholicas dandas eſſe puellas. ſed neque Judæis, neque [b] hæreticis, dare placuit; eo quod nulla poſſit eſſe ſocietas fideli cum infideli. Si contra interdictum fecerint parentes, * abſtineri per quinquennium placet.

b. f. legendum ethnicis, non hæreticis, 2. Cor. 6.

* abſtinere

## XVII.

Si qui forte ſacerdotibus idolorum filias ſuas junxerint, placuit, nec in fine E eis dandam eſſe communionem.

## XVIII.

1 Aguirre, *& alterum duxerit*, omiſſis his, quæ ſunt interjecta.
2 MS. *quam is, quem reliquit, de ſæculo.*
3 Aguirre; *& cum elueris illum ab uxore.... placuit hujuſmodi in fine dari communionem.*
4 Ita etiam Regino lib. 2. cap. 142. & Ivo in decr. At Burch. lib. 19. c. 5. *niſi in fine non accipiat commun.*
5 Ita Rabanus lib. Pœnit. c. 4. & in epiſt. ad Heribald. c. 23. ex Concil. Elib. c. 14. At Regino l. 2. cap. 131. Burch. l. 9. c. 4. & Ivo par. 8. c. 152. ſic interpolant: *poſt pœnitentiam unius anni reconcilientur.*
6. Aguirr. *qui erant in Eccleſia Catholica.*

ANNO CHRISTI 305.

### XVIII.

[1] Epiſcopi, presbyteri, & diacones de locis ſuis, negotiandi cauſa, non diſcedant; nec circumeuntes provincias, quæſtuoſas nundinas ſectentur. Sane ad victum ſibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant: & ſi voluerint negotiari, intra provinciam negotientur.

### XIX.

Epiſcopi, presbyteri, & diacones, ſi in miniſterio poſiti, detecti fuerint, quod ſint mœchati, placuit, & propter ſcandalum, & propter * profanum crimen, nec in fine eos communionem accipere debere.

* ſecundum

### XX.

Si quis clericorum detectus fuerit uſuras accipere, placuit eum degradari, & * abſtineri. Si quis etiam laicus accepiſſe probatur uſuras, & promiſerit, correctus jam, ſe ceſſaturum, nec ulterius exacturum, placuit, ſi veniam tribui. Si vero in ea iniquitate duraverit, ab eccleſia [2] eſſe projiciendum.

Dist. 47. Si quis cler. & Ivo p. 13. c. 22.
* abſtinere.

### XXI.

[3] Si quis in civitate poſitus tres dominicas ad eccleſiam non acceſſerit, * pauco tempore abſtineat, ut correptus eſſe videatur.

* tanto

### XXII.

Si quis de catholica eccleſia ad hæreſim tranſitum fecerit, rurſuſque recurrerit, placuit, huic pœnitentiam non eſſe denegandam; eo quod cognoverit peccatum ſuum. Qui etiam decem annis agat pœnitentiam. Cui poſt decem annos præſtari communio debet. Si vero infantes fuerint transducti, quod non ſuo vitio peccaverint, incunctanter recipi debent.

### XXIII.

* Jejuniorum *b* ſuperpoſitiones per ſingulos menſes placuit celebrari, exceptis diebus duorum menſium Julii, & Auguſti, ob quorumdam infirmitatem.

decret. Ivo. p. 4. c. 31.
* Jejunia ſeu abſtinentias per

ANNO CHRISTI 305

### XXIV.

Omnes qui * peregre fuerint baptizati, eo quod eorum minime ſit cognita vita, placuit, ad clerum non eſſe promovendos in alienis provinciis.

Dist. 98. Omnes qui peregre.
* in peregrinatione

### XXV.

Omnis qui attulerit *i* literas confeſſionis ſublato nomine confeſſoris (eo quod omnes ſub hac nominis gloria * paſſim concutiant ſimplices) communicatoriæ dandæ ſunt literæ

Arelatense concil. I can. 9.
* partim

### XXVI.

*k* Errorem placuit corrigi, ut omni ſabbati die * ſuperpoſitiones celebremus.

* Jejuniorum ſuperpoſitionem

### XXVII.

Epiſcopus, vel quilibet alius clericus, aut ſororem, aut filiam virginem dicatam Deo, tantum ſecum habeat; extraneam nequaquam * habere placuit.

* ſecum habeat.

### XXVIII.

Epiſcopos placuit ab eo qui non communicat munera accipere non debere.

### XXIX.

*l* Energumenus qui ab erratico ſpiritu exagitatur, hujus nomen neque ad altare cum oblatione, recitandum, neque permittendum, ut ſua manu in eccleſia miniſtret.

### XXX.

[5] Subdiaconos eos ordinari non debere, qui in adoleſcentia ſua fuerint mœchati; eo quod poſtmodum, per ſubreptionem, ad altiorem gradum [6] promoveantur: vel ſi qui ſunt in præteritum ordinati, amoveantur.

### XXXI.

[7] Adoleſcentes qui poſt fidem lavacri ſalu-

---

1 Regino l. 1. c. 227. ex Conc. Elib. Eſt hic Canon decimus nonus apud Aguirre: ſequens vero XVIII.
2 Aguirr. *ſciat ſe eſſe.*
3 Citat hunc Canonem in Sardicenſi Concilio Can. XIV. Oſius Cordub. quod & Hincmarus obſervat in opuſc. 33. c. 20. item Regino l. 1. c. 182. ex Conc. Elib.
4 Hunc Canonem ſpectaſſe videtur Concilium Toletanum XI. an. 674.
5 Rabanus lib. Pœnit. c. 4. ex Conc. Elib. c. 30. & in epiſt. ad Heribald. c. 22.
6 Aguirre edidit: *non ſit promovendus. Si autem aliqui ſunt.*
7 Rabanus hæc totidem verbis locis cit. ex Conc. Elib. c. 31.

ſalutaris fuerint mœchati, cum duxe- A rint uxores, acta legitima pœnitentia, placuit ad communionem admitti.

XXXII.

Apud presbyterum, ſi quis gravi lapſu in ruinam mortis inciderit, placuit agere pœnitentiam non debere, ſed potius apud epiſcopum: cogente tamen infirmitate neceſſe eſt presbyterum communionem præſtare debere, & [1] diaconum, ſi ei juſſerit ſacerdos.

Hic Canon ſic legitur in altera editione. (2)

Si quis gravi lapſu in ruinam mortis inciderit, placuit, agere pœnitentiam non debere ſine epiſcopi conſultu, ſed potius apud epiſcopum agat, cogente tamen infirmitate. Non eſt presbyterorum aut diaconorum, communionem ta-[3] libus præſtare debere, niſi eis juſſerit epiſcopus.

XXXIII.

*l* Placuit in totum prohiberi epiſco- C pis, presbyteris, & diaconibus, vel omnibus clericis poſitis in miniſterio, abſtinere ſe a conjugibus ſuis, & non generare filios: quicumque vero fecerit, ab honore clericatus exterminetur.

XXXIV.

*m* Cereos per diem placuit in cœmeterio non incendi: [4] inquietandi enim ſpiritus ſanctorum non ſunt. Qui hæc non obſervaverint, arceantur ab eccleſiæ communione.

XXXV.

[5] Placuit prohiberi, *n* ne fœminæ in cœmeterio pervigilent; eo quod ſæpe ſub obtentu orationis latenter ſcelera committant.

XXXVI.

*o* Placuit, picturas in eccleſia eſſe non debere; ne quod colitur; [6] & adoratur, in parietibus depingatur.

De conſecr. diſt. 4. c. placuit. Ivo p. 3. c. 40. Herr. l. 3. c. 35. Agobard lib. de imagin.

XXXVII.

*p* Eos qui ab immundis ſpiritibus vexantur, ſi in fine mortis fuerint conſtituti baptizari placet; ſi fideles fuerint, dandam eſſe communionem: prohibendum etiam, ne lucernas hi publice accendant. Si facere contra interdictum voluerint, [7] abſtineant a communione.

XXXVIII.

B Peregre navigantes, aut ſi eccleſia in proximo non fuerit, poſſe fidelem, qui lavacrum ſuum [8] integrum habet, nec ſit bigamus, baptizare in neceſſitate infirmitatis poſitum catechumenum: ita ut ſi ſupervixerit, ad epiſcopum eum perducat, ut per manus impoſitionem [8] proficere poſſit. 8. perfici

XXXIX.

[9] Gentiles, ſi in infirmitate deſideraverint ſibi manum imponi; ſi fuerit eorum ex aliqua parte vita honeſta, placuit, eis manum imponi, & fieri Chriſtianos.

XL.

Prohiberi placuit, ut cum rationes ſuas accipiunt poſſeſſores, quidquid ad idolum datum fuerit, acceptum non [10] referant; ſi poſt interdictum fecerint, per quinquennii ſpatia temporum a communione eſſe arcendos.

D LXI.

Admoneri placuit fideles, ut in quantum poſſint, prohibeant ne idola in domibus ſuis habeant: ſi vero vim metuunt ſervorum, vel ſeipſos puros conſervent; ſi non fecerint, alieni ab eccleſia habeantur.

XLII.

Eos qui ad fidem primam credulitatis accedunt, ſi bonæ fuerint converſatio-

1 Confer Cyprianum Epiſt. 32
2 Quem ſecutus eſt Card. de Aguirre.
3 Canon hic eſt etiam nonus Concilii Wormat. an. 868.
4 De hac locutione vide Tertullianum lib. de Spect. c. 13. lib. de Patien. c. 7.
5 Hunc Canonem Meldenſi Concilio tribuit Ivo par. 11. c. 60.
6 Aguirre, *aut*.
7 In MS. *abſtineantur*: hoc tantum.
8 Walafridus Strabo lib. de rebus Eccleſ. c. 26. *plenum* poſuit pro *integro*, & male interpretatur. Cyprianus Epiſt. 52. & Pacianus epiſt. 3. integros ſacerdotes vocant, non lapſos.
9 Hunc Canonem Burchardus lib. 4. cap. 3. tribuit Agathenſi Concilio. Vide canonem ſextum Concilii Arelat. 1.
10 Aguirre *inferant*.

ANNO CHRISTI 305.

tionis, intra biennium placuit ad baptiſmi gratiam admitti debere; niſi infirmitate compellente coegerit ratio, vel * ocius ſubvenire periclitanti, vel gratiam poſtulanti.

* ſecio

### XLIII.

Pravam inſtitutionem emendari placuit, [1] juxta auctoritatem ſcripturarum, ut cuncti diem Pentecoſtes poſt Paſcha * celebremus, non quadrageſimam, niſi quinquageſimam. Qui non fecerit, [a] novam hæreſim induxiſſe notetur. B

celebremus. Quod qui on &c. a uſſi a q

### XLIV.

Meretrix quæ aliquando fuerit, & poſtea habuerit maritum; ſi poſtmodum ad credulitatem venerit, incunctanter placuit eſſe recipiendam.

### LXV.

Qui aliquando fuerit catechumenus, & per infinita tempora nunquam ad eccleſiam acceſſerit, ſi eum de clero quiſque cognoverit eſſe Chriſtianum, aut teſtes aliqui exiterint fideles, placuit, ei baptiſmum non negari; * eo quod in b veterem hominem deliquiſſe videatur. C

eo quod veterem hominem dereliquiſſe
b vetere homine (1)

### XLVI.

[2] Si quis fidelis apoſtata, per infinita tempora, ad eccleſiam non acceſſerit; ſi tamen aliquando fuerit reverſus, nec fuerit idololatra, poſt decem annos, * placuit communionem accipere.

placuit eum

### LXVII.

Si quis fidelis habens uxorem, non ſemel, ſed ſæpe fuerit mœchatus, in fine mortis eſt conveniendus. Quod ſi ſe promiſerit ceſſaturum, detur ei communio. Si reſuſcitatus rurſus fuerit mœchatus, placuit ulterius non * ludere eum de communione pacis.

Burch. l. 5. cap. 67.

* edere, al. illudere alios de

### XLVIII.

Emendari placuit, ut qui baptizantur, (ut fieri ſolebat) nummos in concham non immittant; ne ſacerdos, quod gratis accepit, pretio diſtrahere videatur. Neque r pedes eorum lavandi ſunt a ſacerdotibus, * ſed clericis.

1. qu. 1. Emendari placuit.

* vel

### LXIX.

Admoneri placuit poſſeſſores, ut non patiantur fructus ſuos, quos a Deo percipiunt, * a Judæis benedici; ne noſtra irritam & infirmam faciant benedictionem. Si quis poſt interdictum facere uſurpaverit, penitus ab eccleſia abjiciatur.

* cum gratiarum actione a Jud.

### L.

Si vero quis clericus vel fidelis cum Judæis cibum ſumpſerit, placuit eum a communione abſtinere, ut debeat emendari.

Decr. Ivo. p. 13. c. 119. & p. 15. c. 141.

### LI.

Ex omni hæreſi [3] fidelis ſi venerit, minime eſt ad clerum promovendus: vel ſi qui ſunt in præteritum ordinati, ſine dubio deponantur.

### LII.

Hi qui inventi fuerint libellos famoſos in eccleſia ponere, anathematizentur.

5. q. 1. Siqui inventi. Decr. Ivo. p. 5. c. 251.

### LIII.

[4] Placuit cunctis, ut ab eo epiſcopo quis accipiat communionem, a quo abſtentus in crimine aliquo fuerit. Quod ſi alius epiſcopus præſumpſerit eum admitti, illo adhuc minime * faciente, vel conſentiente, a quo fuerat communione privatus, ſciat ſe hujuſmodi cauſas inter fratres cum ſtatus ſui periculo præſtaturum. D

* ſciente

### LIV.

Si qui parentes fidem fregerint ſponſaliorum, triennii tempore * abſtineantur. Si tamen iidem ſponſus vel ſponſa in gravi crimine fuerint deprehenſi, excuſati erunt parentes: ſi in eiſdem fuerit vitium, & polluerint ſe, * ſuperior ſententia ſervetur. E

Decr. Ivo. p. 8. c. 46. (5)
* abſtineant ſe a communione.
* ſuperioris

### LV.

1 Ut Innocentius I. in epiſt. 22. c. 2.
2 Confer Canonem ultimum Conc. Arelat. I.
3 Aguirre, *qui ad nos fidelis venerit*.
4 Similis huic Canon XVII. Arelat. I. Conc.
5 Item Gratianus 3. q. 3. ſed canone interpolato cap. 1. *Si qui parentes*. Gratianum ſequutus eſt Card. de Aguirre.

## LV.

* ſacrificantium coronam

Sacerdotes qui tantum * coronam portant, nec ſacrificant, nec de ſuis ſumptibus aliquid ad idola præſtant, placuit poſt biennium accipere communionem.

## LVI.

[1] Magiſtratum vero uno anno, quo agit duumviratum, prohibendum placuit, ut ſe ab eccleſia cohibeat.

## LVII.

Matronæ, vel earum mariti, ut veſtimenta ſua ad ornandam ſæculariter pompam non dent; & ſi fecerint, triennio abſtineantur.

## LVIII.

[2] Placuit, ubique, & maxime in eo loco in quo prima cathedra conſtituta eſt epiſcopatus, ut interrogentur hi qui communicatorias litteras tradunt, an omnia recte habeant; * ſuo teſtimonio comprobati.

* & ſuo teſt. comprobent

## LIX.

Prohibendum ne quis Chriſtianus * ut gentilis [3] ad idolum Capitolii cauſa ſacrificandi aſcendat, & videat. Quod ſi fecerit, pari crimine teneatur. Si fuerit fidelis, poſt decem annos; acta pœnitentia, recipiatur.

## LX.

Burch. l. 6. c. 41. Decr. Ivon. p. 10. c. 51.

* ab

[4] Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occiſus quatenus in evangelio ſcriptum non eſt, neque invenitur * ſub apoſtolis unquam factum, placuit [3] in numero eum non recipi martyrum.

## LXI.

[5] Si quis poſt obitum uxoris ſuæ, ſororem ejus duxerit, & ipſa fuerit fidelis, quinquennium a communione placuit abſtineri; niſi forte dari pacem velocius neceſſitas coegerit infirmitatis.



## LXII.

[5] [6] Si * auriga, & pantomimus credere voluerint, placuit, ut prius * actibus ſuis renuncient, & tunc demum ſuſcipiantur; ita ut ulterius ad ea non revertantur. Qui ſi facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab eccleſia.

* augur artibus

## LXIII.

Burch. l. 17. c. 51.

[6] Si qua mulier per adulterium, abſente marito, conceperit, idque poſt facinus occiderit; placuit, [7] neque in fine dandam eſſe communionem; eo quod geminaverit ſcelus.

## LXIV

Si qua mulier uſque in finem mortis ſuæ cum alieno viro fuerit mœchata, placuit, nec in fine dandam ei eſſe communionem. Si vero eum reliquerit, poſt decem annos [8] accipiat communionem. acta legitima pœnitentia.

## LXV.

Si cujus clerici uxor fuerit mœchata, & ſcierit eam maritus ſuus mœchari, & non eam ſtatim projecerit, nec in fine accipiat communionem: ne ab his, qui exemplum bonæ converſationis eſſe debent, ab ejs videantur ſcelerum magiſteria procedere.

## LXVI.

Si quis [9] prævignam ſuam duxerit uxorem, eo quod ſit inceſtus, placuit, nec in fine dandam eſſe ei communionem.

## LXVII.

Prohibendum, ne qua fidelis, vel catechumena aut * comatos [x], aut viros cinerarios habeant. Quæcumque hoc fecerint, a communione arceantur.

* comicos, aut viros ſcenicos habeant.

LXVIII.

1 Similis huic Canon VII. Concil. Arelat. I.
2 Confer Canonem VII. Conc. Arelat. I.
3 Aguirre, *in numerum*.
4 Eſt hic Canon & apud Gregorium III. in judiciis pœnitentialibus c. 11. non appellato nomine Concilii. Ex Elib. citat Rabanus in Epiſt. ad Heribal. c. 20. & Regino lib. 2. cap. 194.
5 Vide Canonem IV, & V. Conc. Arelat. I.
6 Rabanus lib. pœnit. c. 11. & in Concil. Mog. an. 847. c. 21. ex Concil. Elib. c. 63. Burch. l. 17. c. 51. Ivo p. 9. c. 102. ex Concil. Elib. cap. 3. pro 63.
7 Burchardus, *vix in fine*.
8 Aguirre, *recipi ad*.
9 Aguirre, *privignam*.

ANNO CHRISTI 305.

A

### LXVIII.

Catechumena, ſi per adulterium conceperit, * præfocaverit, placuit, in fine baptizari.

* & conceptum necaverit, plac

### LXIX.

Decr Ivon. p. 8. c. 281. & Regino l. 2 c. 238.

Si quis forte habens uxorem ſemel fuerit lapſus, placuit, eum quinquennium [1] agere * de ea re pœnitentiam; & ſic reconciliari; niſi neceſſitas infirmitatis coegerit ante tempus dare communionem. Hoc & circa fœminas obſervandum.

* debere

### LXX.

* Si conſcio marito. Decr Ivon p. 8. c. 264.

[1] * Si cum conſcientia mariti uxor fuerit mœchata, placuit, nec in fine dandam eſſe communionem: ſi vero eam reliquerit, poſt decem annos accipiat communionem.

### LXXI.

Stupratoribus puerorum, nec in fine dandam eſſe communionem.

### LXXII.

31 q. 1 Si qua mulier.

Si qua vidua fuerit mœchata, & eumdem poſtea habuerit maritum, poſt quinquennii tempus, acta legitima pœnitentia, placuit, eam * communioni reconciliari: ſi alium duxerit, relicto illo, nec in fine dandam eſſe communionem: vel ſi fuerit ille fidelis, quem accepit, communionem non accipiat, niſi poſt decem annos, acta legitima pœnitentia; niſi infirmitas coegerit velocius dare communionem.

* communione

### LXXIII.

5 q. 6 Delator ſi quis. Burch. l. 6. c. 17.

Delator ſi quis extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proſcriptus, vel interfectus, placuit, eum * nec in fine accipere communionem. Si levior cauſa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, poſt quinquennii tempora admittatur ad baptiſmum.

* non niſi in

### LXXIV.

Burch. lib. 15. cap. 18 & lib. 16. cap 18.

[2] * Falſus teſtis, prout eſt crimen abſtinebitur: ſi tamen non fuerit mortale quod objecit, & * probaverit; quod non tacuerit, biennii tempore abſtineatur. ſi autem non probaverit conventui clericorum, placuit, per quinquennium abſtineri.

* exprobraverit.

### LXXV.

Gratianus 2. q. 3 c. Si quis epiſcopum

B

[3] Si quis autem epiſcopum, vel presbyterum, aut diaconum falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, * nec in fine dandam ei communionem.

* non niſi in

### LXXVI.

[4] Si quis diaconum ſe permiſerit ordinari, & poſtea fuerit detectus in crimine mortis, quod aliquando commiſerit; ſi ſponte fuerit confeſſus, placuit eum, acta legitima pœnitentia poſt triennium accipere communionem. Quod

C

ſi alius eum detexerit, poſt quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laicam debere.

### LXXVII.

Si quis diaconus regens plebem, ſine epiſcopo, vel presbytero aliquos baptizaverit, [2] epiſcopus eos per benedictionem perficere debebit. Quod ſi ante de ſæculo * receſſerint, ſub fide, qua quis credidit, poterit eſſe juſtus.

* receſſerit

D

### LXXVIII.

Decr Ivon. p. 8. c 81.

[5] Si quis fidelis, habens uxorem, cum Judæa vel gentili fuerit mœchatus, a communione arceatur. Quod ſi alius eum detexerit poſt quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit dominicæ ſociari communioni.

### LXXIX.

Si quis fidelis alea, id eſt, tabula luſerit nummos, placuit, eum abſtineri:

E

& ſi emendatus ceſſaverit, poſt annum poterit reconciliari * communioni.

* a communione.



1 Ivo in Decret. p. 8. cap. 264. ex Concil. Elib. & cap. 206. ex Conc. Moguntino, utrobique addit in fine. *Si eum eam ſcierit adulteram, aliquo tempore in domo ſua retinuit.*

2 Rabanus l. 3. de pœnit. ſatisf. c 53. Regino l. 2. c. 341. Burchard. l. 16. c. 18. & ante hos omnes Gregorius III. in judiciis pœnitent. c. 13. ſed ibi interpolatus eſt Canon.

3 Gregorius III. loco cit. c. 13. Regino l. 3. c. 338. Concil. Sueſſ. II. an. 853. at Burchardus l. 2. c. 195. & Ivo p. 6. c. 240. Carthaginenſi adſcribunt, & legunt, *non niſi in fine*.

4 Ita Regino l. 1. c. 267. ex Conc. Elib. ſed Burch. interpolat lib. 4. c. 92. ex Concil. Turonico.

5 Gregorius III. in judiciis pœnit. c. 27. non appellato Concilio. Rabanus epiſt. ad Herib. c. 10. ex Conc Elib. c. 78. Regino l. 2. c. 141. Ivo in decret. p. 8 c. 232.

ANNO CHRISTI 305.

## LXXX.

Diſt. 54. Prohibendum eſt ut.

Prohibendum eſt, ut liberti, quorum patroni in ſæculo fuerint, ad clerum non promoveantur.

## LXXXI.

quam

qui

Ne fœminæ ſuo potius, * abſque maritorum nominibus, laicis ſcribere audeant: * quæ fideles ſunt, vel literas alicujus pacificas ad ſuum ſolum nomen ſcriptas accipiant.

## FRAGMENTA

### QUÆ A GRATIANO, IVONE, ET Burchardo ex concilio Eliberitano [1] citantur, & in eo non extant;

*Juxta editionem Garſiæ Loaiſæ.*

### EX CAP. I.

Cauſ. 22. q. 4. Definit. Ivo. p. 12. c. 50. Burch. lib. 12. cap. 25. qui id

DEfinitio incauta laudabiliter ſolvenda eſt; nec eſt prævaricatio, ſed temeritatis emendatio.

### EX CAP. III.

[2] concil. Hibern. citat. De confecr. d. 22. Omnis homo. Burch. l. 5. c. 22. Ivo p. 2. cap. 32.

[2] Omnis homo, ante ſacram communionem, a propria uxore abſtinere debet tribus, aut quatuor, aut alias quinque, aut ſeptem, aut octo diebus. *a* Nec inter catholicos connumerabitur, qui in iſtis videlicet temporibus, paſcha, pentecoſte, & natali domini non communicaverit.

*a* *Nec inter,*) Hæc uſque ad finem abſunt ab hoc loco in Burchardo & Ivone.

### EX EODEM CAP.

22. qu. 5. Pueri. Ivo. 12. c. 82. Burch. l. 12. cap. 26 qui hoc etiam caput, ut pleraque, quæ conc. Illib tribuuntur, ex concil. Hibern. citat. Burch. l. 19. c. 91. Ivo p. 15. c. 88.

Pueri ante[2] annos quatuordecim non cogantur iurare. Puella quoque, ſi in puerili ætate ſita, in domo patris, illo neſciente, ſe juramento conſtrinxerit, & pater ſtatim ut audierit, contradixerit, vota ejus & juramenta irrita erunt, & facilius emendabitur.

### EX CAP. V.

Qui in quadrageſima aut paſcha cognoverit uxorem ſuam, & noluerit abſtinere ab ea, unum annum pœniteat, aut pretium, videlicet xxv. ſolidorum, ad eccleſiam tribuat, aut pauperibus dividat. Si per ebrietatem, & ſine conſuetudine acciderit, xl. dies pœniteat.

### EX CAP. IX.

Burch. lib. 11. c. 67. Ivo p. 14. c. 115.

Decrevit ſancta ſynodus, ut epiſcopi, ac miniſtri epiſcoporum pro criminibus colonos flagellare cum virgis poteſtatem habeant, propter metum aliorum: ut ipſi criminoſi corrigantur, & vel inviti pœnitentiam agant; ne æternaliter pereant. Si vero *a* ſeniores ipſorum colonorum indigne tulerint, & aliquam vindictam exinde exercere voluerint, aut eoſdem colonos, ne diſtringantur, defendere præſumpſerint, ſciant ſe excommunicationis eccleſiaſticæ ſententia feriendos.

*a* vox ſuſpecta.

### EX CAP. LXXXV.

Burch. lib. 6. c. 39. & Ivo. p. 10 c. 168.

Si mulier maritum ſuum, cauſa fornicationis, veneno interfecerit, aut quacumque arte perimere facit; quia dominum & ſeniorem ſuum occidit, ſæculum relinquat, & in monaſterio pœniteat.

### EX EODEM CONCILIO.

Burch. l. 19. c. 155. & Ivo. p. 15. c. 191.

In tribus quadrageſimis anni, & in die dominico, & in quarta feria, & in ſexta feria, conjugales continere ſe debent, nec illis diebus copulari, quamdiu gravata fuerit uxor, id eſt, a quo die filius in utero motum fecerit uſque ad partum: a partu poſt xxxiii. dies, ſi filius; ſi autem filia, poſt lvi.

### EX EODEM.

Ivo. p. 15. c. 164.

Si mater filium ſuum ſponte occiderit, xv. annos pœniteat, & nunquam mutet, niſi in die dominico. Mulier autem paupercula ſi fecerit, pro difficultate nutriendi, ſex annos pœniteat.

### EX EODEM.

Burc. l. 15 c. 131. *b* extat ſup. can. 50.

Si vero quis *b* clericus vel fidelis cum Judæis cibum ſumpſerit, placuit, eum a communione abſtineri, ut debeat emendari.

### EX EODEM.

Ibid. cap. 133.

Adjectum eſt etiam, quoſdam Chriſtianos ad apoſtaſiam (quod dici nefas eſt) tranſeuntes, & idolorum cultu, ac ſacrificiorum contaminatione profanatos: quos a Chriſti corpore & ſanguine quo dudum redempti fuerant renaſcendo, jubemus abſcindi: & ſi reſipiſcentes forte aliquando fuerint ad lamenta converſi, his, quamdiu vivunt, agenda pœnitentia eſt, & in ultimo fine ſuo reconciliationis gratia tribuenda; dicente domino: *Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat.* Ezech. 33.

### EX EODEM.

Burch. lib. 19. cap. 13. 4.

De his qui apoſtatant, & raro ſe ad eccleſiam repræſentant, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & poſtea in infirmitate arrepti petunt communionem, placuit, non dandam eis communionem, niſi revelaverint eorum rectam fidem, & egerint fructus dignos pœnitentiæ

AD

[1] Falſo attribuuntur ſequentes Canones Concil. Eliberitano, ut recte poſt Mendozam admonet Card. Aguirre.

[2] Forte ex aliquo Concilio Hibernenſi; quod legentis vitio mutatum eſt in Iliber. Horum Canonum Hibernenſium ſelecta Capitula Lucas Dacherius edidit in Spicilegio t. 9. unde incaute Regino l. 1. c. 328. deſcripſit: *Ex ſynodo Heliberenſium.*

# AD CONCILIUM ELIBERITANUM

*Anno forte 309. celebratum*

## ADDITIO.

Manſi Suppl tom. I. pag. 115.

VEtus Collectio noſtra Lucenſis annorum A circiter nongentorum inter cætera Concilia, quorum canones in epitomen redactos complectitur, magnum Eliberitanum concilium offert, quod deſumpſiſſe ſe ejus Synopſis auctor in ipſa concilii fronte teſtatur ex libro quodam *Gabrenſi* (a) Quis ſit Gabrenſis iſte liber; ubi locus iſte jaceat, incompertum mihi eſt; quamvis non ignoro Gabrim nomen fuiſſe loci in Gallia ſiti. Sed ambigendi cautam præbet collectio illa, num locus aliquis Hiſpaniæ deſignetur; cum tota illa collectio ex Hiſpanicis libris deducta ſit; nam primo exhibet Martini Bracarenſis canonum collectionem; dein ſuccedunt ex *Gabrenſi* libro excerpta; tandem ex *Complutenſi* libro reliqua. Utcumque res habeat B ſeſe ex hoc Gabrenſi libro deſumpti Eliberitani canones ſeu canonum epitomes. Ex his nonnuili in quibuſdam ab editis variant; deſunt etiam nonnulli, ſive quod ab auctore ſynopſis noſtræ rejecti ſint, quod minus utiles ad præſentem diſciplinam judicarit, ſive quod in Gabrenſi codice defuerint. Quos vero deſiderati deprehendi, ſunt canon XL. XLV. L. LVI. LXXI. LXXIII. LXXIV LXXVII. LXXVIII. LXXIX. LXXX. Ordo eſt etiam in pleriſque ab editis diverſus; & qui interdum in editis geminos in canones diſſectus eſt, hic unus repræſentatur; ſic canones XXV. & XXVI. in unum conjuncti ſunt. Ac denique canon unus, qui ibi eſt LXIX. in editis nuſpiam legitur C Cavetur in eo ne mulieres venatum eant, cujus ſanctionis cauſas afferrem tres. Primo quod mulieres minus decet circumcurſare. Secundo quod periculoſum haberetur illas dum feras inſectantur longius ab aliorum conſpectu remotas, ut ſæpe accidit venantibus, excurrere. Denique venatorum profeſſio ſæva tunc & ſanguinaria cenſebatur; quare gladiatores venatoriam exercebant, ut ex Actis ſinceris SS. Perpetuæ & Felicitatis XVIII. & ex adnotatione Holſtenii ad eundem locum diſcimus. Res igitur poſtulabat ut a re minime muliebri Chriſtianæ fœminæ arcerentur. Canon XVI qui canoni edito XV. reſpondet, ſenſum plane oppoſitum ab eo, quem ferunt vulgati, exhibet; quo enim loco vulgatus edicit, ne puellæ Chriſtianorum cum Gentilibus copulentur; noſter conjunctionem hanc admittit, ut inferius patebit. Et quidem ſi res ipſa ſpectaretur, vix fieri potuiſſe videbatur ut quo tempore Chriſtiani erant rariores, & tota provincia Gentilibus inundabat, interdici penitus Chriſtianis potuiſſet, ne connubia cum Gentilibus, ſaltem iis qui moderatiores eſſent, jungerentur. At cum Arelatenſe concilium I. anni 314. nempe circa hoc idem tempus habitum nuptias haſce vetet, ac mandet can. XI. ut puellæ Gentilibus nuptæ *aliquanto tempore ſeparentur a communione*, utpote criminis alicujus reæ; ideo negantem particulam quæ in editis legitur, hic vitio codicis deeſſe ſuſpicor.

Certum tempus quo Eliberitani Patres convenerunt aliud alii ſtatuunt; deſignant enim nonnulli annum Chriſti 303. alii annum 305. alii 306. & ſunt etiam qui vicinius Nicæno concilio tempus aſſignent. Ego annum 309. maluerim, quod in vetuſtis concilii hujus codicibus habitum legatur die iduum majarum; quæ ſane dies anno 309. in dominicam incidit. Obtinuiſſe enim jam tunc morem die dominica exordiendi concilia ex Nicæno concilio diſcimus.

Hanc ergo Eliberitanorum canonum epitomen hic dare integram conſtitui; forte enim lectores obſcuriſſimis concilii hujus legibus perſpiciendis hinc lucis aliquid nanciſcentur. Cum vero ordinem tenere canones hoſce in ſummam contractos ab editis diverſum ſuperius indicaverim; ideo ſervato manuſcripti ordini alium a latere numerum editorum canonum adjunxi, ut lectores intelligant ad quem editum canonem ſingulæ epitomis ſanctiones referantur

| Ordo canonum vulgatorum. | Ordo Epitomis |
|---|---|
| I. | I. |
| II. | II. |
| III. | III. |
| IV. | IV. |
| V. | V. |
| VI. | VI. |

### EX CONCILIO LIBERITANO

D SI quis poſt baptiſmum Idolis immolaverit, nec in finem accipiat communionem.

Flamines ſi poſt regenerationem baptiſmi ſacrificaverit (f. ſacrificaverint) vel homicidium fecerit (f. fecerint) aut necatus fuerit (mœcatus) ne in finem communicet.

Flamines ſi muſſimus (ſic) dederit Idolis, acta pœnitentia communicet.

Flamines ſi converſi fuerint poſt triennium baptizetur.

Si qua domina ancillam pro zelo battederit, & mortua fuerit, quinque annis pœniteat.

Si quis per maleficium alterum occiſerit, nec in finem communicet.



(a) Legendum Agabrienſi monent Ballerini in Append. ad Opera S. Leonis; erat vero urbs Epiſcopalis in Provincia Bætica

| Ordo vulgatus | Ordo epitomis. | |
|---|---|---|
| VII. | VII. | A Poſt pœnitentiam mœchie ſi quis fornicatus ſuerit, nec in finem communicet. |
| VIII. | VIII. | Fœmina qui ſine cauſa dimiſerit maritum, & alterum duxerit, nec in finem communicet. |
| IX. | IX. | Si qua mulier demiſerit maritum unum & alterum nupſerit, antequam moriatur quem dimiſerit, non communicet abſquenecceſſe mortis. Poſt quinquennium accipiat communionem [1]. |
| | | *Decimus canon eſt idem ac canon VIII. repetitus.* |
| | | *Deeſt XI. ſed ſuppletur inferius.* |
| XI. | XII. | Si quis cathecumina graviter ſi fuerit infirma infra quinquennium baptizetur. |
| XII. | XIII. | Qui Lenocium faciunt, nec in finem communicent. B |
| XIII. | XIV. | Devota ſi adulteraverit, nec in finem communicet. |
| XIV. | XV. | Virgines ſi adulteraverint quinque annis pœniteant. |
| XV. | XVI. | Propter copiam puellarum gentilibus in matrimonium dandæ ſunt virgines, ne ætas in flore tumens in adulteriis lude retolvatur (f. luto reſolvatur) [2]. |
| XVI. | XVII. | Hæretici ſi converſi fuerint filias ſi dederint Judeis vel hæreticis quinque annos pœniteant. |
| XVII. | XVIII. | Si quis fidelis filiam ſuam ſacerdoti Idolorum junxerint. |
| *Eſt prior pars canonis IX.* | XI. *ita ſignat MS codex.* | Similiter & fœmina ſi dimiſerit adulterum maritum, & alterius copulaverit excommunicetur. C |
| XIX. | XIX. | Epiſcopus, presbyter, diaconus ſi mœcatus fuerit in finem communicet. [3] |
| XVIII. | XX. | Epiſcopus, presbyter non agant negotium. |
| XX. | XXI. | Si quis clericus uſuram acceperint degradetur. Si laicus excommunicetur. |
| XXI. | XXII. | Si quis presbyter tres ſeptimanas non fuerit ad eccleſiam corripiatur [4]. |
| XXII. | XXIII. | Si catholicus in bæreſe fuerit & reverſus fuerit decem pœnitentia agant. |
| XXIII. | XXIV. | Jejunare oportet per ſingulos menſes excepto julio & auguſto. |
| XXIV. | XXV. | Qui in peregre fuerit baptizatus in clero non admittendus. |
| XXV. XXVI. | XXVI. | Epiſtolæ communicaturiæ ſimplice dandæ. D Omne ſabbato jejunetur. |
| XXVII. | XXVII. | Epiſcopus vel quilibet clericus extraneam mulierem domi non habeat. |
| XXVIII. XXIX. | XXVIII. | Inergumenos non communicet nec epiſcopus munus ab eo accipiat, nec in clero promoveatur, vel ſi ordinatur deponatur; nec epiſcopus munus accipiat non communicante (f. a non communicante) [5]. |
| XXXII. | XXX. | Excommunicatus (f. excommunicatis) presbyter in neceſſitate communionem det. |
| XXXIII. | XXXI. | Epiſcopus, presbyter, diaconus vel clericus abſtineant ab uxoribus ſuis. |
| XXXIV. XXXV. | XXXII. | Cereos in cymiteriis non incendi, quod ſi quis fecerit excommunicetur. Mulieres non pervigilent in cymiteriis. |
| XXXVI. | XXXIII. | E Picturas in eccleſia fieri non debere. |
| XXXVII. | XXXIV | Inergumeni in fine poſiti baptizentur & communicent. Pœnitentes non incendat publice lucernas. |
| XXXVIII. | XXXV | In neceſſe bigamus, aut quilibet fidelis baptizet, & ab epiſcopis confirmetur. |
| XXXIX. | XXXVI. | Gentiles in infirmitate poſiti ſi deſideraverint chriſtianos efficiat. |
| XL. | XXXVII. | Quod datur ad Idola fideles non accipiant. |
| XLI | XXXVIII. | Domini vetent ſervis ſuis Idola colere. |
| XLII. | XXXIX. | Qui ad primam credulitatis fidem veniunt poſt duos annos baptizari. |

Or-

| Ordo vulgatus | Ordo epitomis. | A |
|---|---|---|
| XLIII. | XL. | Poſt paſcha quinquageſima teneatur non quadrageſima. |
| XLIV. | XLI. | Meretrix ſi converſa fuerit recipiatur. |
| | | *Deeſt canon XLV. editus.* |
| XLVI. | XLII. | Fideles apoſtatas per multos annos ſi converſus fuerit per decem annos communicet. |
| XLVII. | XLIII. | Uxorem habens ſi necatus ( mœcatus ) fuerit in neceſſe, danda ei communio, ſi promiſerit jam non mœcare. |
| XLVIII. | XLIV. | De baptizatos nihil accipiat cleros. |
| XLIX. | XLV. | Ne poſſeſſores fructus ſuos Judeis dent benedicendo. |
| | | *Deeſt canon L. editus.* |
| LI. | XLVI. | Hæreſe ad clerum non promoveantur. |
| LII. | XLVII. | B Qui inventi fuerint famoſa in eccleſia ponere anathementur. |
| LIII. | XLVIII. | Epiſcopus excommunicatum alterius non recipiat. |
| LIV. | XLIX. | Parentes ſine culpa ſi ſponſos ſequeſtraverint triennio pœnitentiam agant. |
| LV. | L. | Sacerdotes Idolorum poſt biennium recipiantur. |
| | | *Deeſt canon editus LVI.* |
| LVII. | LI. | Nullus fidelis ad pompam ſæculi veſtimentum ſuum det. |
| LVIII. | LII. | Qui communicaturi has literas epiſcopo deferent interrogentur ſi omnia recte ſuo teſtimonio comprobat. |
| LIX. | LIII. | Ne quis Chriſtianus Capitulium aſcendat, quod ſi fecerit decem annos abſtineatur. |
| LX. | LIV. | C Qui Idola fregerit & ibidem occiſus fuerit inter martyres non recipiendus. |
| LXI. | LV. | Qui duas ſorores habuerit uxores quinque annos pœniteant. |
| LXII. | LVI. | Auriga vel Pantomima ſi converſi fuerint recipiantur. |
| LXIII. | LVII. | Si quæ maritata adulteraverit & filium occiderit, ne in finem accipiat communionem. |
| LXIV. | LVIII. | Si qua fœmina fidelis mœcata fuerit poſt decem annos communicet, ſi eum demiſerit. |
| LXV. | LIX. | Uxor clerici ſi mœcata fuerit & non eam dimiſerit nec in finem communicet. |
| LXVI. | LX. | Si quis prævignam ſuam duxerit uxorem nec in finem communicet. |
| LXVII. | LXI. | Fidelis vel cathicumina ſcinarios viros habent D ( *deeſt aliquid.* ) |
| LXVIII. | LXII. | Cathecumina ſi adulteraverit & ſuffocaverit filium in finem baptizetur. |
| LXIX. | LXIII. | Uxoratus ſi lapſus fuerit quinque annis pœniteat. |
| LXX. | LXIV. | Si cum conſcientia marita (*forte* mariti) uxor adulteraverit ne in finem accipiat communionem. |
| | | *Deeſt canon editus LXXI.* |
| LXXII. | LXVI. | Si qua vidua mœcata fuerit & poſt hæc maritum illum habuerit quinque annos pœniteat. |
| | | *Deſunt canones LXXIII. LXXIV. editi,* |
| LXXV. | LXVII. | Si quis ſacerdotem in crimen accuſaverit in finem communicet ( *alia manu antiqua emendatur* nec in finem.) E |
| LXXVI. | LXVIII. | Diaconus detectus fuerit ut ante ordinationem crimen admiſiſſe, ut laicus poſt quinque annos communicet. |
| | | *Deſunt reliqui canones editi LXXVII. LXXVIII. LXXIX. LXXX. LXXXI.* |
| *Deeſt in editis* | LXIX. | Fœminæ ad venationem non vadant. |

## COLLECTORIS NOTÆ IN CANONES SUPERIORES.

(1) *Poſt quinquennium accipiat communionem.* Deſunt poſtrema hæc in editis, & ſenſus forte eſt *Si novum illum maritum dimiſerit, poſt quinquennium ad communionem admittatur*; vel forte: Etiam priori viro intra quinquennium modo non communicet; niſi eo quinquennio elapſo.

(2) Edi-

( 2 ) Editus canon ita concipitur · *Propter copiam puellarum Gentilibus minime in matrimonium danda ſunt*
*virgines Chriſtianæ, ne ætas in flore tumens in adulterio animæ reſolvatur*. Vulgata hæc lectio optimum ſenſum
reddit, & ſenſus eſt. Puellarum copia ſuadere nequaquam debet, ut gentilibus puellæ elocentur; nam juvencula
illa ætas facile illas *ad animæ adulterium* ideſt ad crimen idololatriæ admittendum inducet. Sed & noſtra hæc le-
ctio ſenſum reddit plane non ineptum; edicit enim ut puellæ cum multæ ſint, elocentur potius Gentilibus quam
innuptæ perſeverent propter impudicitiæ periculum. Utra lectio genuina habenda ſit viderint docti. Vide & quæ
de hoc canone ſuperius animadverti.

( 3 ) *In finem communicet*. Vulgatus *nec in fine &c.* cui lectioni totus contextus plus favet
( 4 ) *Si quis presbyter tres ſeptimanas &c.* Vulgatus. *Si quis in civitate poſitus*. Sunt qui vulgatum hunc cano-
nem ad clericos tantummodo referant, de quibus videndus Mendoza in Opuſculo *de confirmando concilio Elibe-*
*ritano*, ad hunc canonem. Huic opinioni lectio noſtri codicis favet. Idem Mendoza interdictum hoc ad laicos re-
fert, quam in rem adducit Oſii teſtimonium qui in concilio Sardicenſi teſtatus eſt: *Memini in ſuperiori concilio*
*fratres noſtros conſtituiſſe, ut ſi quis laicus in ea in qua commoratur civitate, tres dominicas dies, ideſt tres ſepti-*
*manas non celebraſſet conventum, communione privaretur*. Quibus verbis canonem hunc Eliberitanum indicari vir
idem clariſſimus cenſuit. Sed cum ab anno 309. quo Eliberitanum concilium eſt habitum, ad annum 347. vel
344. ut ego inferius demonſtrab , quo Sardicenſe convenit, ſat longum annorum ſpatium intercеſſerit, fieri po-
tuit ut in alio quopiam concilio quod ad nos nequaquam pervenit, ſimilis quoad laicos ſanctio ſtatueretur, idem-
que concilium, non vero Eliberitanum Oſius præ oculis haberet.

( 5 ) Totus iſte canon ex duplici vulgato canone XXVIII & XXIX. coaleſcens latius & clarius explicat, quod
in illis ſubobſcurius continetur, en duos illos. XXVIII. *Epiſcopos placuit ab eo, qui non communicat, munera ac-*
*cipere non debere*. XXIX. *Energumenus &c. hujus nomen neque ad altare cum oblatione recitandum, neque permit-*
*tendum ut ſua manu in eccleſia miniſtret*.

NOTA GARSIÆ LOAISÆ.

Qui concilia ediderunt, aliud caput adjiciunt, quod habetur 31. quæſt. 1. Si qua mulier. Verum cum con-
ſtet ex antiquis Gratiani manuſcriptis codicibus, & Bur-
chardo lib. 6. cap. 41. & Ivone par. 10. cap. 16. eſſe
ex concilio apud Vermerias, nos conſulto omiſimus.
*Garſias*.

NOTÆ SEVERINI BINII.

maximam partem ex eodem Garſia Loaiſa deſcripta. Habiti concilii tempus.

*a Concilium*.) Anno domini 305. quo Marcellus pon-
tifex eccleſiæ, Conſtantius & Galerius imperii guberna-
cula tenebant, quique eſt vigeſimus annus ante celebra-
tum concilium Nicænum, hanc ſynodum habitam eſſe,
præter auctoritatem Innocentii epiſt 3. cap. 2. huic ad-
ſcripti canones evidenter oſtendunt. Primo enim & qui-
buſdam aliis ſequentibus canonibus, fidelibus in perſe-
cutione lapſis pœnitentia quidem conceditur, ſed ad
terrendum alios communio negatur. Item canone 25.
agitur de illis qui afferebant literas a confeſſoribus ſcri-
ptas, quarum interventu, lapſi facilius reciperentur.
Apparet igitur epiſcopos Hiſpaniæ, eo tempore quo
pax eccleſiæ nondum reddita, & perſecutio nondum
prorſus extincta erat, Conſtantii non Conſtantini tem-
poribus Eliberim conveniſſe, & contra imminentem fu-
roris gladium, arma & ſcuta hæc præparaſſe, Conſtan-

Durante perſecutione hoc concilium habitum eſt.

tinus omnes eccleſiæ perſecutores devicit, & tranquilliſ-
ſimam pacem eidem reddidit. nulla igitur ratio aut ne-
ceſſitas urgebat, ut ab eodem bellum aliquod ſibi infe-
rendum eccleſia metueret, qui pacis & tranquillitatis
redditæ auctor extiterat. Galerius tempore Conſtantii,
erga Chriſtianos optime affecti, Chriſtianorum alios exi-
lio, alios morte diriſſima in oriente mulctavit. Tempo-
re igitur ſupradicto, nimirum Chriſti nati 305. quo
Conſtantius cum Galerio collega ultimum annum impe
rii ſui agebat, hanc ſynodum provincialem habitam eſ-
ſe, verior eſt ſententia. Maxime quod Innocentius il-
lis verbis, quæ infra in notis ad canonem 1. aſſerimus,
hæc a nobis dicta evi certiſſimo teſtimonio confirmet,
illud nimirum concilium, quo lapſis ac gravibus pecca-
toribus in extremo vitæ periculo pœnitentia conceditur,
communio negatur, tunc habitum eſſe, quando crebris
perſecutionibus eccleſia affligeretur, eique pax nulla red-
dita eſſet. Si quis dicat Innocentium non de concilii
Eliberitani, ſed potius Cypriani temporibus locutum fuiſ-
ſe; aliquid forte diceret, ſi Cyprianus cum patribus

Refellitur objectio.

hujus concilii, de lapſis tempore perſecutionis ad eccle-
ſiam recipiendis, non aliter ſenſiſſet, Cyprianus enim
epiſt. 8. ad Cornelium ſcribens exiſtimat, cum lapſis
tempore perſecutionis remiſſius atque indulgentius agen-
dum eſſe: patres vero hujus concilii contrario modo
ſentiunt: Innocentius ergo prædicto loco, de his, non
de Cypriani temporibus locutus eſt. Ita Baronius an-
no Chriſti 305. num. 40. & 43. Bellarm. lib. 2. de ima-
ginibus cap. 9. Habes cauſam, lector amice, cur de tem-
pore habiti concilii, illuſtriſſimi Card. Baron. ſenten-
tiam amplectamur & ſequamur, a Garſiæ Loaiſæ dili-
gentiſſimi conciliorum Hiſpaniæ collectoris atque inter
pretis doctiſſimi ſententia diſcrepemus. Hæc de tempo-
re hujus concilii. De ejus auctoritate, ſcriptores mirifi-

Auctoritas concilii Eliberitini quæ ſit?

ce variant. Quod 1. 2. 6. 8. 12. 17. 18. &c. canones
lapſis communionem in fine vitæ adimentes, Novatia-
no, quodque 34. canon Vigilantio, 36. Iconomachis fa-
vere viderentur, nonnulli etiam viri doctiſſimi hanc ſy-
nodum vel reprobatam, vel erroneam eſſe ſenſerunt.
Melchior Canus libro 5. de locis cap. 4. ſcribit cano-
nem 36. hujus concilii erroneum eſſe. Reverendiſſimus
& illuſtriſſimus Card. Bellarm lib. 2. de imag. cap. 9. ait hoc concilium provinciale fuiſſe, & minime confir-
matum frequenter erraſſe, ideo quod lapſos, aliosque
plures peccatores graves, licet pœniteant, ne quidem
in mortis articulo abſolvi concedat putat enim vir ſo-
lidiſſime doctus per denegatam communionem, non eu-
chariſtiam, ſed ſacramentalem reconciliationem & abſo-
lutionem intelligi debere: propterea quod canone 69.
reconciliatio & communio ſignificatu eodem accipiantur.

Bellarm ſententia.

Baronius, cum ob prædictam cauſam, de hoc eodem
concilio, quaſi prope Novatiani fines attigiſſet, tom. 1.
anno domini 57. numero 119. & tribus ſequentibus pau-
lo liberius & acrius ſcripſiſſet, ea deinceps tomo 2. an-
no Chriſti 305. num. 41. valde mitigavit: ita enim ibidem
de patribus concilii, & lapſorum reconciliatione ſcribit:
*Cum quæ ab illis de ea re ſunt ſtatuta ab Innocentio*
*Romano pontifice excuſantur, nemo ſit, qui accuſare præ-*
*ſumat*. Exiſtimat igitur hanc ſynodum legitimam fuiſſe
atque ab omni erroris culpa liberam: addens, illius nullam,
ſicut de aliis, apud antiquiores nominatim mentionem fieri,
ideoque prope antiquatam remanſiſſe, ea de cauſa, quod
hæc de lapſis conſtituta male forte ab ipſis accepta,
diſplicuerint. Novatiani lapſos ſimul a communione &
pœnitentia excludebant: patres hujus concilii eoſdem,
quod frequentia lapſorum ac traditorum eo tempore exi-
gebat, ad deterrendum alios, a communione dumtaxat
arcebant: a pœnitentia autem & peccatorum abſolutio-
ne non prohibebant, ita Baron. num. 41. & 43. Reli-
qui vero canones, quomodo explicandi, & ab erroris
nota vindicandi ſint, infra patebit.

Baronii ſententia, quam ſequimur.

*b Eliberitanum*.) Sunt qui duas in Hiſpania hoc no-
mine fuiſſe urbes putent: unam, quæ in Provincia Bæ-
tica, prope Granatam, inſignem nunc apud Hiſpanos
civilium rerum conventum, in culmine montis Elviræ
ſita eſt, ut ex multis ejus ruinis conſtat: alteram in
provincia Narbonenſi, nunc *Collibre appellatam. Alii
vero inter utramque diſtinguunt, ut ea, quæ eſt in Bæ-
tica, Eliberis tantum ſive Eliberi cum E dicatur: Nar-
bonenſis vero illa Illiberis, cum I. nuncupetur. Quod
utrumque Plinii probant auctoritate, qui libro 3. cap.
1. de Bæticæ oppidis agens, Eliberi, inquit, quod Eli-
berini. Et cap. 4. ejuſdem libri, de Narbonenſis pro-
vinciæ oppidis: Illiberis magnæ quondam urbis nunc te-
nue veſtigium. Et Livius libro 31. Pyrenæum tranſ-
greditur, & ad oppidum Illiberim caſtra locat. Qua
ratione etiam ſcribendum arbitrantur apud Pomponium
Melam & Strabonem. Verum exiſtimo aliud efficacius
& notius eſſe diſcrimen inter has urbes, ut illa, quæ
eſt in provincia Tarraconenſi Cauco Illiberis, quæ eſt
Collibre; hæc Bæticæ, Eliberis ſolum vocetur, fuiſſe-
que diverſas urbes, & diverſis provinciis & metropoli-
tanis attributas, conſtat ex ſubſcriptionibus concilio-
rum. Hoc vero apud Eliberim, in provincia Bætica
coactum eſt, ut doctiores exiſtimant, & ſubſcriptiones
epiſcoporum indicant. Hæc Garſias. Idem tradit Baro-
nius anno prædicto, num. 39. addens epiſcopalem ſe-
dem Eliberi, quæ & Liberis, interdum etiam Illiberis
dicta eſt, Granatam tranſlatam eſſe.

Duplex Eliberis in Hiſpania.

* Collioure Eliberis una. Illiberis altera.

*c XIX. Epiſcoporum*.) Inter alios hoc nomine cele-
bres diverſarum eccleſiarum epiſcopos, huic ſynodo in-
terfuit Oſius epiſcopus Cordubenſis, qui Diocletiani per-
ſecutione urgente vexillum confeſſionis adverſus impie-
tatem erexit. Quamobrem a patribus magnus Oſius con-
feſſor eſt appellatus. Coram præſide ſe fidem Chriſti
confeſſum eſſe, ipſemet in literis quas ad Conſtantium
imperatorem ſcripſit teſtatur his verbis: *Ego confeſſio-*
*nis munus explevi; primum cum perſecutio moveretur ab avo*
*tuo Maximiano*, &c. recitat eas S. Athanaſ. in epiſtola ad
ſolitariam vitam agentes. Qui & paulo ſuperius de eo-
dem Oſio adverſus Arianos hæc ait *Neque quod pater eſſet*,
*epiſco-*

Oſius epiſcopus Cordubenſis, confeſſor.

Cur magnus Oſius appellatus.

*epiſcoporum reperti ſunt: neque quod ſexageſimum annum a confeſſione & eo amplius agebat, reſpexerunt.* Functus multis pontificiis legationibus, qui concilii interfuerat, fidem & eccleſiam contra hæreticos & ſchiſmaticos defenderat, per Conſtantium imperatorem vi coactus con- tra Athanaſium ſubſcripſit, vir ætate prægrandi, & corpore imbecillis, verum ipſius Athanaſii teſtimonio ſtatim reſipuit. Quod igitur hic Garſias Loaiſa ex Niceph. & Iſidor. notat, eum ſine infelicem fuiſſe, commentitium eſſe, pulchre tradit Baron. anno Chriſti 357. num. 30. & ſequentibus.

Quis fuit & cujus Oſii epiſcopi

Felicem & Sabinum, quorum hic mentio habetur, (1) eſſe Hiſpanos epiſcopos illos, quos ſupra in vita Stephani & in concilio quodam Africano, Baſilidi & Martiali lapſis Hiſpaniæ epiſcopis ſubſtitutos eſſe diximus, non eſt improbabile. Garſias Loaiſa hic notat duos fuiſſe Sabinos, quorum primus poſt Marcellum, ſecundus poſt Martianum ſederit. De Valerio hæc Baronius præd. anno 305. num. 40. *Interfuit etiam Valerius epiſcopus Cæſaraugustanus qui ſub Daciano nuper (ut vidimus) adminiſtro Vincentio diacono in eo certamine uſus eſt. Nec enim hunc alium eſſe exiſtimamus ab illo, licet in notis noſtris aliter ſenſiſſe viſi fuerimus.* Garſias notat eum catalogo ſanctorum adſcriptum eſſe, ejuſque corpus Stradæ prope Ribagorcam hodie magna populi veneratione coli.

Felix & Sabinus qui fuerint?

Valerius Cæſaraugustanus quis, & qualis?

*d Reſidentibus etiam 36. preſbyteris.*) Preſbyteros cum plebe intereſſe concilio ſolitos non ad judicandum, ſupra diximus in notis ad concilium apoſtolorum 111. verbis, 111. *Synodus.* Sunt qui dicant (inquit Garſias) poſt ſubſcriptiones epiſcoporum, in vetuſto codice legi ſequentes preſbyterorum.

Preſbyteri quo hoc concilio interfuerint, & qui?

Reſtitutus preſb. de * Elepei.
Natalis preſbyter de Orſuna.
Maurus preſbyter de Illiturgi.
Lamponius preſbyter Karula.
Barbatus de * Advingi.
Feliciſſimus de Ateva.
Leo Accinipi.
Liberatus, de Eliocrota.
Januarius, de Lauro.
Januarius, Barbe.
Victorinus, a Gabro.
Titus a Vinc.
Eucharius a Municipio.
Victor, Ulia
Silvanus, Sagalbina.
Januarius, Urci.
Leo, Gemela.
Turinus, Caſtellona.
Luxurius, de Drona
Emeritus, Barca.
Eumancius, Solia.
Eumencianus, Offigi.
Evexes, Carthagine.
Julianus Corduba preſbyter.

* *forte* Illipa.
* *forte* Oningi.

Supra in principio dicitur: Reſidentibus etiam viginti & ſex preſbyteris. Hæc Garſias de ſubſcriptionibus.

*e Nec in fine eum ad communionem ſuſcipere.*) Sincere pœnitentibus non eſſe vitæ negandum viaticum, etiam non acta letitima pœnitentia, ſi mortis periculum ſupervenerit, ſtatuit Ancyrana ſynodus cap. 6. & Nicæna prima cap. 12. & Aurelian. II. cap. 12. ſic ait, *De his qui in pœnitentia poſiti vita exceſſerunt, placuit: nullum communione vacuum abire dimitti.* Hanc canonis cum præſenti diſcrepantiam ſolvit Innoc. I. epiſt. 3. cap. 2. *De his* (inquit) *obſervatio prior durior, poſterior, interveniente miſericordia, inclinatior eſt. Nam conſuetudo prior tenuit, ut concederetur eis pœnitentia, ſed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne communionis conceſſa facilitas, homines de reconciliatione ſecuros non revocaret a lapſu, negata merito communio eſt, conceſſa pœnitentia, ne totum penitus negaretur, & duriorem remiſſionem fecit temporis ratio. Sed poſtea quam dominus noſter pacem eccleſiis ſuis reddidit, jam depulſo terrore, communionem dari abeuntibus placuit & propter domini miſericordiam quaſi viaticum profecturis, ne Novatiani hæretici, negantis veniam aſperitatem & duritiam ſequi videamur. Tribuetur ergo cum pœnitentia extrema communio, ut homines hujuſmodi, vel in ſupremis ſuis pœnitentes, permittente ſalvatore noſtro, a perpetuo exitio vindicentur.* Hæc Garſias. Sintne verba Innoc. intelligenda de Cypriani an concilii Elibertini temporibus, vide quæ ſupra diximus in principio, verbo *Concilium*. Bellarminus libro ſecundo de imaginibus cap. 9. non tantum per canonem ſexageſimumnonum hujus concilii, ſed etiam per idem teſtimonium Innocentii fortiſſime urget, patres in hac ſynodo congregatos, lapſis ſolam actionem pœnitentiæ, ſi eam peterent, injunxiſſe, reconciliationem vero ipſam vel ad certum tempus denegaſſe. Quod quia teſte Cypriano libro 2. epiſtola 4. Ambr. libro de pœnit. cap. 2. Socrate libro 4. cap. 23. aut vere, aut ſaltem prope Novatianum eſt, (is enim, ut ex prædictis auctoribus patet, pœnitentiam concedebat, atque ad eam hortabatur, ſed reconciliationem a Deo petendam, non a ſacerdotibus impartiendam eſſe docebat) majus abſurdum incurremus, ſi per communionem negatam, negata reconciliatio, per pœnitentiam conceſſam, ſola actio pœnoſa pœnitenti injuncta, ut vult Bellarminus, intelligatur: ſequetur enim ab Innocentio, id quod per ſe malum eſt, vel excuſatum vel approbatum eſſe, dum ait: *negata merito communio eſt*. Hoc approbat Innocentius, vel ſaltem excuſat, quod patres concilii lapſis & gravioribus peccatoribus interdixiſſe ipſam peccati veniam ac remiſſionem Bellarminus exiſtimat. Neceſſario igitur ejuſdem veniæ denegationem ab Innocentio vel excuſatam, vel approbatam eſſe, concedere debet. Quod ſi male patres concilii conſtituerunt, male idipſum Innocentius approbavit, vel excuſavit. Si dicatur, Innocentium lapſorum frequentia & temporis ratione excuſare hoc, quod abſolutio & reconciliatio hujuſmodi peccatorum ad præfinitum tempus differatur & extendatur; ego contra dico, non debere excuſari patres hujus concilii, qui illis temporibus, quibus lapſorum conditio, ob cauſas nobis incompertas, auſteriora medicamenta requirebat, duriores leges ac canones de iiſdem recipiendis promulgaverint. Sive igitur per negatam communionem euchariſtia, ſive reconciliatoria manuum impoſitio & ſacramentalis abſolutio, juſta ac rationabili de cauſa ad certum tempus interdicta fuiſſe intelligatur, novum quidem id fuit tunc, & ante inuſitatum: erroneum vero cur fuerit, non intelligo. Ita meo judicio ſentit Baron. anno 305. num. 41. & 43.

Cap. 1

Quomodo Bellarm. hunc canonem interpretatus ſit?

Novatiani error de pœnitentia quis fuerit

Bellarmini interpretatio an conveniens concilio.

An patres concilii lapſis reconciliationem negarint, vel ſaltem diſtulerint

*f. Acta tamen legitima pœnitentia.*) Illa vocabatur legitima pœnitentia, quæ erat ſecundum canones pontificios, ut ex pœnitentiali Romano Theodori & Bedæ patet. Apud Burchardum libro 20. multa librorum pœnitentialium fragmenta citantur, & infra cap. 5. Si qua fœmina. *Hæc Garſias*. Mirum eſt pœnitentiam requiri ubi nullum eſt delictum. Sicut fuga mortem violentam evadere, juxta illud Chriſti apud Matth. decimo capite, *quando vos perſecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam*, illicitum non eſt, ita vexationem corporis ac vitæ oblatis muneribus & pecunia redimere, malum non eſſe, exemplum Jaſonis, aliorumque Pauli apoſtoli diſcipulorum, Actorum cap. 17. data pecunia ſe redimentium, teſtatur. Unde recte & veriſſime Petrus martyr epiſcopus Alexandrinus canone duodecimo ſupra recenſito ſic ait: *His enim qui pecuniam dederunt, ut ab omnis improbitatis moleſtia omni ex parte remoti eſſent, crimen intendi non poteſt: damnum enim & jacturam pecuniarum ſuſtinuerunt, ne ipſi animæ detrimento afficerentur, vel ipſam etiam perderent.* Qui vexam gentilium data pecunia redimebant, libellatici, ut quidam male putant, non ſunt; ideo quod ii, quibus ſecuritatis libellus ob datam pecuniam a magiſtratu conceſſus erat, priuſquam eum acciperent, privatim per ſe, vel per ſuos miniſtros, verbo, Chriſti fidem negare debuerint: quovis pacto fidem negare grave eſt peccatum: periculum peccati, adeoque graviſſimum animæ damnum, pretio oblato redimere, non modo nullum peccatum, ſed potius actus eſt caritatis, quæ omnia bona corporis ac fortunæ ſaluti animarum noſtrarum poſtponere jubet. Quod igitur hoc loco ſacerdotes vexam corporis oblatis muneribus ſub pœna aliqua redimere prohibentur, novum eſt, inuſitatum, & a canonibus Petri Alexandrini diſſonum: itaque cum certum ſit epiſcopos hujus concilii in eo vehementiſſime laboraſſe, ut fideles ab idololatria acrioribus minis intentatis abſterrerent, ob cauſam quamdam nobis incompertam hanc vexæ redemptionem ſacerdotibus eccleſiæ pro certo tempore interdixiſſe neceſſario dicendum eſt. Vide Baron. anno 305. num. 16. & 17. item anno 253. num. 20. & anno 305. num. 44.

Cap. 2

Tormenta & martyrium pecunia redimere licitum

Libellatici qui fuerint?

Redemptio martyrii, ſacerdotibus hoc concilio interdicta

*g Virgines quæ ſe Deo dicaverint.*) Erant hoc tempore virgines Deo ſacratæ ſpeciali dedicatione & voto, quibus

Cap. 13 Virginitatis

(1) Nequeo in ſententiam Binii concedere, nec probabile exiſtimare Felicem, & Sabinum fuiſſe illos a Cypriano memoratos in Epiſt. de Baſilide & Martiale. In primis enim Felix, & Sabinus ibidem nominati fuerunt ſubſtituti in locum Baſilidis, & Martialis lapſorum, quorum alter erat Epiſcopus Aſturicenſis, alter Legionenſis. Felix igitur ille & Sabinus, memorati a Cypriano, fuerunt Epiſcopi Eccleſiarum Aſturicenſis & Legionenſis. Quomodo autem credi poteſt, ambos fuiſſe poſtea translatos ad Eccleſias Accitanam, & Hiſpalenſem? Non enim eo tempore, ideſt tertio ſæculo æræ Chriſtianæ, aut initio quarti, fuit translatio aliqua Epiſcoporum in Occidente ab una Eccleſia in aliam; neque ulla videtur eo tempore fuiſſe in Hiſpania neceſſitas ad eam translationem. Præterea difficile apparet, Felicem illum, & Sabinum tempore S. Cypriani ordinatos Epiſcopos an. circiter 259. vixiſſe uſque ad tempus hujus Concilii, quamvis illud celebratum fuerit an. 303 Si autem ponatur coactum circa tempus Concilii Nicæni, ut multi volunt, ideſt circa an. 325. incredibile eſt, quod idem Felix, ac Sabinus adhuc viverent. *Card. de Aguirre*

*rotam in eccleſia [illegible] tum.*

quibus nefas erat, conjugio aut libidini ſervire, ſed in cœlibatu & caſtitate ſancte vitam traducebant. Et ex Carthaginenſi concilio III. cap. 33. in quo D. Auguſtinus ſubſcribit, patet jam tum fuiſſe harum virginum extructa monaſteria, in quibus magna cum pietate, & religione educatæ, mente ſimul & corpore eſſent virgines. Eas etiam auditorium habuiſſe, quod nunc locutorium dicitur, in quo coram teſtibus loquebantur, conſtat ex Concilio Cabilonenſi ſub Carolo Magno cap. 61. in quo ſtudium ſanctimonialium legendo & cantando, & in pſalmorum celebratione, ſive oratione, & canonicis horis, vitaque communi clare deſcribitur; adverſus calamitoſi hujus temporis peſtilentes novatores, & caſtitatis corruptores. Concilium etiam Hiſpalenſe de cuſtodia virginum ſevere decrevit. *Loaiſa.*

*b Jejuniorum ſuperpoſitiones.*) Jejunium vocatur ſuperpoſitio, ut patet ex indiculo pœnitentiæ: & infra cap. 26. Errorem placuit corrigi, ut omni ſabbati die ſuperpoſitiones celebremus. *Loaiſa.*

*Cap. 25. Literæ confeſſionis cur lapſis prohibitæ.*

*i Literas confeſſionis.*) Idem cautum eſt in concilio Arelatenſi I. can. 9. ad retundendam confeſſorum tumidam jactantiam; de qua Cyprianus in epiſtolis ſcripſit. Epiſtolæ commendatitiæ, quæ literæ appellantur, fidelibus datæ, diverſi generis erant: complectebantur enim literas confeſſionis, & hæ erant dignitatis & honoris, quibus in eccleſiis magna reverentia habebatur. Fuerunt & communicatoriæ literæ, ut cum plebe aliena fideles communicarent ſine erroris periculo, quæ & ſcriptura dimiſſoria dicitur VI. generali ſynodo cap. 17. Aliquando commendatitiæ literæ ut in concil. Chalced. cap. 12. Dicuntur & formatæ, ut in Milevitano cap. 20. eo quod certis notis, & ſub certa forma erant ſcriptæ: ut conſtat ex concilio Carthag. V. cap. 7. In formatis autem oportet eſſe ſubſcriptum ſanctum paſchæ diem. Vocabantur & pacificæ & canonicæ literæ. Atque hæc de epiſtolis quibus fideles commendabantur. Exemplum formatæ habes d. 73. cap. In nomine Patris. *Hæc Garſias.* Baron. anno 305. num. 48. & Bellar. l. 2. de imag. cap. 9. literas confeſſionis appellant, quas confeſſores, qui in perſecutione fidem confitebantur, lapſis dabant, eo fine, ut habentes haſce literas ad communionem reciperentur. Qua licentia cum plurimi abuterentur, placuit, ut pro confeſſorum communicatoria, quæ ab epiſcopis ſcribuntur, darentur. Vide quæ diximus ſupra in notis ad vitam Sixti I. verbis, *Non ſuſcipiatur niſi cum formatis.*

*Literæ confeſſoriæ quæ*

*Cap. 26.*

*k Errorem placuit corrigi.*) Eſt apud Matth. cap. 9. & Luc. cap. 5. diſcipulos Joannis & Phariſæos Chriſtum dominum rogaſſe, quare diſcipuli ejus non jejunarent, quibus ipſe reſpondit: *Venient dies cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc jejunabunt in illis diebus.* Hinc Romana eccleſia, quam ſecuta eſt Hiſpanica, & aliæ occidentales, ex apoſtolorum traditione conſuevit ſexta feria & ſabbato, jejunare. His enim diebus ablatus fuit a diſcipulis ſponſus. Verumtamen in eccleſiis orientalibus aliter in more poſitum fuit, nempe ut feria quarta, & ſexta jejunarent, ut conſtat ex can. 68. apoſtolorum, & ex D. Clemente libro 5. conſt. apoſt. c. 16. & ult. & libro 7. cap. 24. & S. Ignatio epiſtola ad Philippenſes, & Gratiano de conſecrat. diſt. 3. cap. Jejunia, ex dictis S. Apollonii, qui ab Irene dicitur Apollinarius p. 4. cap. 3. & ex Epiphanio in compendio doctorum eccleſiæ, & Orig. in Levit. & Cyril. in Levit. lib. 10. & Tertul. adverſus Pſychic. c. 14. Anaſtaſio in libro quem ὁδηγὸς inſcripſit, id eſt, viæ ducem, & S. Petro Alexandrino can. 15. Producebatur vero hoc jejunium uſque ad horam nonam, cetera vero uſque ad veſperam, ut teſtatur Tertull. adverſus Pſychic. cap. 10. Horum jejuniorum rationem reddit D. Clemens: *Quoniam in quarta feria judicium contra dominum prodit, cum Judas pecunia accepta promiſit eum tradere: in paraſceve vero, quoniam in ea dominus crucis ſupplicium paſſus eſt.* Hæc Clemens libro 7. cap. 24. Sabbati vero jejunium ſevere interdictum a Græcis eſt, & ab omni orientali eccleſia. D. Ignatius teſtatur in epiſtola ad Philippenſes, quæ eſt 8. *Quicumque dominicam aut ſabbatum jejunaverit, præter unum ſabbatum paſchæ, ipſe eſt Chriſti interfector.* Unde Græci inſultabant Latinis, quod contra apoſtolicas leges ſabbato jejunarent. Hujus obſervantiæ meminit Clemens conſtitut. apoſt. libro ſeptimo capite 24. & Irenæus libro primo cap. 20. & deinceps. Epiphanius hæreſi 41. & 42. Gregorius Nyſſenus in oratione adverſus eos qui ægre ferunt reprehenſiones. Socrat. hiſt. libro 6. cap. 8. Anaſtaſius Nicæn. libro quæſtionum quæſtione 7. Quapropter Innocentius papa in epiſt. ad Decentium cap. 4. ſabbato eſſe jejunandum rationibus evidentiſſimis, ut ille ait, demonſtrat. Et ſanctum Elibertanum concilium errorem hujuſmodi corrigendum decrevit, ut omni ſabbato jejunaremus, ut primi chriſtiani noſtri jejunaverunt. Cum vero adhuc etiam Græcorum conſuetudo in Hiſpania perſeveraret, Lucinius nobilis Hiſpanus provinciæ Bæticæ Hieronymum conſuluit in Bethlehem commorantem, utrum ſabbato eſſet jejunandum, ut Romana & Hiſpana eccleſiæ obſervabant. Cui reſcripſit Hieronymus tom.

*Cur occidentalis eccleſia ſabbato jejunet? Jejunium feriæ 4. & 6.*

*Quibus & quibus horis jejunatum fuerit.*

*Cur feria 4. & 6. orientalis eccleſia jejunaverit?*

*Jejunium ſabbati & dominicæ in oriente interdictum.*

*Jejunium ſabbati in occidentali eccleſia ſemper obſervatum.*

A 1. epiſtola 28. traditiones eccleſiaſticas ita obſervandas, ut a majoribus traditæ ſunt, nec aliorum conſuetudinem aliorum contrario more ſubverti. Idem Auguſt. ad Januarium reſpondit epiſtola 118. ex ſententia Ambr. dicentis Monicæ: *Cum Romam venio, jejuno ſabbato; cum hic ſum* (id eſt Mediolani) *non jejuno.* Et hujus rei affert cauſam Auguſt. ad Caſulanum epiſtola 86. & Caſſianus collat. 3. cap. 10. In eccleſia Hipponenſi eadem conſuetudo viguit, ut teſtatur Auguſt. epiſtola 86. & 118. Iiſdem fere temporibus Decentius Eugubinus epiſcopus Innocentium papam de jejunio ſabbati conſuluit: ad quem pontifex reſcripſit epiſtola 1. cap. 4. Romanæ eccleſiæ, & aliarum occidentis, conſuetudinem eſſe tenendam, quæ ſabbati jejunium magnopere commendat. Nicephorus etiam hujus conſuetudinis Romanæ eccleſiæ meminit libro 12. hiſt. cap. 34. & Greg. VII. c. quia dies, de conſ. d. 5. Et Innocentius conſultus de hac re a Bracarenſi archiepiſcopo, reſpondit, provinciæ conſuetudinem debere obſervari, ut ſabbatis a carne omnes abſtinerent; infirmis & debilibus dun-B taxat exceptis. Refertur libro 3. decretal. cap. Concilium, de obſervatione jejuniorum: errorque Socratis hiſt. lib. 5. cap. 21. refellendus eſt, dum ait, Romæ in quadrageſima jejunare ſolitos fideles, ſabbato excepto, atque dominica. *Hæc Garſias.* Quæ noſtra ſit ſententia, vide ſupra in notis ad canonem apoſt. 65. de jejunio ſabbati.

*l Energumenus qui ab, &c.*) Energumenos hujuſmodi, qui propter publica aliqua ſcelera publice etiam a dæmonibus vexantur, & ab eccleſia excommunicantur, juxta illud Pauli 1. ad Cor. 5. *Judicavi tradere hujuſmodi ſatanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die domini,* non modo a ſacramentorum, verum etiam orationum publicarum participatione & communione arcendos eſſe, hoc cap. decernitur. Capitulum 36. quod infra ſequitur, huic non obſtat: nam energumenus, qui ſui compos eſt, & corporaliter dumtaxat, vel ad majorem gloriam, vel ad peccati occulti pœnam, Deo per-mittente, vexatur, ſimilis eſt hominibus quadam cor-C porali ægritudine laborantibus, ideoque nihil impedimenti eſt, quo minus euchariſtiæ auxilium & ſolatium ſæpius his hominibus conferatur, maxime ſi abſque periculo irreverentiæ communicari poſſint. Quod S. Dionyſ. de eccleſiaſt. hier. cap. 3. part. 2. negat energumenis euchariſtiam dandam eſſe, id D. Th. 3. part. q. 80. art. 9. ad 2. de energumenis nondum baptizatis interpretatur. Vide Suarez tom. 3. diſp. 96. in fine ſect. 2.

*Cap. 29. Energumeni qui & quales a communione repellendi.*

*m Cereos per diem.*) Abſit ut intelligas de divorum ſpiritibus, qui Deo fruuntur; qui cum non magis per diem inquietentur cereis accenſis quam per noctem, quin potius cultu eccleſiæ lætantur, ridiculum eſt ut de iſtis canonem hunc intelligamus: ſanctorum quippe nomine accipiendi ſunt fideles, quorum ſpiritus (dum orationis cauſa ad eccleſiam adveniunt) inquietantur frequentia & cura immodica cereorum ardentium. Sic pſal. 49. credentium eccleſia, appellatur eccleſia ſanctorum: ſic Paulus ad Epheſ. 4. ait, *Ipſe dedit, quoſdam quidem apoſtolos,* &c. *ad conſummationem ſanctorum,* id eſt, fidelium, & 6. jubet orare pro ſanctis. Et ad Philip. 1. D ſcribit: *Omnibus ſanctis qui ſunt Philippis.* Et 1. Cor. 7. *Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem.* Sic Petrus omnibus fidelibus ſcribit, 1. Pet. 2. *Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta,* &c. Sic Judas in canonica deprecans ſupercertari ſemel traditæ ſanctis fidei. Sed dices: Cur modo eccleſia cereos per diem accendi probat? Nam non defuere qui candelarum uſum improbent, teſtimonio hujus concilii ducti, & Lactantii libro 6. cap. 2. Hæreticus Vigilantius dolens hunc honorem martyrum reliquiis exhiberi, calumniabatur gentilitium ritum introductum in eccleſiis, ut fulgente ſole, moles cereorum accenderetur. Huic objectioni his verbis reſpondet D. Hieronymus: *Cereos autem non clara luce accendimus, ſicut fruſtra calumniaris, ſed ut noctis tenebras hoc ſolatio comparemus, & vigilemus ad lumen; ne cæci tecum dormiamus in tenebris. Quod ſi aliqui propter imperitiam & ſimplicitatem ſæcularium hominum, vel certe religioſarum feminarum,* (*de quibus vere poſſumus dicere: Confiteor, zelum Dei* E *habent, ſed non ſecundum ſcientiam*) *hoc pro honore martyrum faciunt, quid inde perdis? Cauſabantur quondam apoſtoli quod periret unguentum, ſed domini voce correpti ſunt. Neque enim Chriſtus unguento indigebat, nec martyres lumine cereorum: & tamen illa mulier in honorem Chriſti hoc fecit, devotioque mentis ejus recipitur: & quicumque accendunt cereos, ſecundum fidem ſuam, habent mercedem,* &c. Et poſt pauca: *Et abſque martyrum reliquiis, per totas orientis eccleſias, quando legendum eſt evangelium, accenduntur luminaria, jam ſole rutilante; non utique ad fugandas tenebras, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum.* Hactenus D. Hieron. idem in epiſtola ad Riparium. Ut ergo fideles errorem Vigilantii adverſum cultum martyrum deteſtarentur, & aliorum hæreticorum, cereos per diem accendere conſueverunt; non ſolum in cœmeteriis, verum in eccleſiis, quamvis id Hieronymi ætate

*P. 34. Hic canon quomodo intelligendus. Fideles ſancti dicuntur.*

*In honorem ſanctorum cereos accendere, pium eſt & religioſum.*

non

non erat ubique receptum. Lactantius arguit eos, qui Deo hâc mente offerrent lumen, quaſi Deus egeat lumine. Concilium vero hoc Elliberitanum agit de neophytis qui more gentilium lucernas publice accendebant, non vero de iis qui ad cultum & gloriam Dei lucernas & cereos publice accendunt. Ita hunc canonem in ſuis notis Garſias Loaiſa hic interpretatur: eſtque ejus interpretatio vel ex hoc maxime probabilis, quod beatorum animæ, ſive in cælo, ſive in purgatorio ſint, nihil accenſis cereis perturbari poſſint. Neque enim veriſimile eſt patres illius concilii tam craſſa ignorantia laboraſſe, ut ſanctas animas noſtris actibus perturbari exiſtimarent. Probabile igitur eſt, quod Garſias inquit, canonem hunc de ſpiritibus fidelium adhuc viventium intelligendum eſſe; quorum ſpiritus ſeu mentes hac ceremonia eo tempore perturbabantur, & ſcandalum patiebantur, propter quemdam ſurreptitium ritus ſuperſtitioſi & gentilis abuſum, (nam gentiles ad ſepulcra defunctorum faces accendere ſolitos eſſe teſtatur Sveton. in Tiberio cap. 98.) aut certe propterea ſcandalo inquietabantur, quod animas martyrum cereis accenſis juvari putantes, in errorem inducerentur. Verior tamen & probabilior eſt interpretatio Baron. anno Chriſti 34. num. 318. ubi per ſanctorum ſpiritus, mortuorum animas intelligit, quæ quidem non proprie, ſed metaphorice dumtaxat perturbari & inquietari dicuntur, quod valde diſplicent ipſis ritus ſuperſtitioſi, quos a quibuſdam in ſui honorem aut utilitatem vanam fieri & exerceri cognoſcunt, vel quod carminibus magicis aliiſve ſuperſtitionibus adhibitis animas ſuas ritu gentilitio advocari, ſolicitari & inquietari doleant. Gentiles defunctorum animas accenſis facibus & incantationibus advocare, & ut illi loquuntur, ſolicitare ac inquietare conſuevisſe, conſtat ex Plinio libro 28. cap. 2. ubi hæc ait: *Cur ad mentionem defunctorum teſtamur memoriam eorum a nobis non ſolicitari?* Quæ de ritu & errore gentilium in ſanctorum defunctorum invocationem, ſuperſtitioſa facum accenſio, ad animas defunctorum ſolicitanda in eccleſiam irrepſerat, a patribus concilii recte eſt prohibita. Et ſicut 1. Reg. cap. 28. anima Samuelis hujuſmodi ſuperſtitionibus evocata & inquietata dixit: *Quare inquietaſti me ut ſuſcitarer?* ita patres hujus concilii locuti ſunt, qui ne animæ ſanctorum inquietentur, ſuperſtitioſam cereorum accenſionem prohibuerunt. Ita Baron. prædicto loco, quem ſequitur Suarez tom. 1. diſp. 53. addens ibidem, certum eſſe, ſuperſtitione, omnique illius occaſione ac periculo ceſſante, ceremoniam hanc non malam ſed potius honeſtam ac religioſam eſſe, utpote quæ ad divinum amorem, ad fidelium animos in ſpem gloriæ & æternæ vitæ futuræ excitandos, ordinatur; qua de re late & copioſe Hieron. epiſtola ad Rip. & libro contra Vigilantium. Sicut igitur luxurioſe apud ſepulcra martyrum convivari, teſte Auguſt. libro 1. de moribus eccleſiæ cap. 34. malum eſt & reprehenſione dignum: contra vero religioſe, moderate & recta fide & intentione ibidem cum fidelibus cibum ſumere, eodem Auguſt. atteſtante libro 8. de civ. cap. 27. honeſtum eſt; ita cereos apud ſepulcra martyrum citra omnem ſuperſtitionem accendere, non modo licitum, ſed & pium eſt ac religioſum.

Prima interpretatio hujus canonis probabilis eſt.

Secunda interpretatio Baronii probabilior.

Cereos apud ſepulcra ſanctorum accendere pium eſt & religioſum.

Cap. 35.

*n Ne femina in cemeterio.*) Mulierum vigilias prohibet. Idem noſtris temporibus, propter eamdem rationem, in Toletano concilio primo, poſt Tridentinum, decretum fuit, ſicuti ab ea ratione in concilio Altiſiodorenſi can. 5. prohibentur. *Garſias.*

Cap. 36. Hic Canon varie exponitur.

*o Placuit picturas.*) Hujus canonis variæ traduntur interpretationes a viris doctis, ad aſſerendum ſanctarum imaginum cultum, & debitum honorem. Prima, hoc concilio rejectas eſſe imagines pictas, non ſculptas, ob idololatriæ metum; ut de ſalvatore in forma Jovis picto tradit Nicephor. libro 15. cap. 23. Secunda, ne imminente perſecutione Chriſtiani auferre ſecum, aut occultare non poſſent; & ita pictæ eſſent ludubrio Judæis & Paganis. Hæc ex Sandero libro 2. cap. 4. de cultu imaginum. Item Turrianus libro 1. de Hierar. ordin. cap. 22. Tertia, ne picturæ facile deformentur, parietum cruſtis dejectis, & inde amiſſa venerabili forma, potius contemptui ſint, quam venerationi. Ita interpretatur hunc canonem doctor Petrus Martinez inſignis theologus, canonicus Conchenſis, & apud Complutenſes magiſter meus, in comment. epiſt. Judæ, loco 18. de imaginum debito cultu. Quarta, pro temporum varietate ſtatuta variari humana: unde Eliberitana ſynodo non eſſe imaginibus negatum honorem; quem potius in ſanctarum imaginum venerationem eſſe interdictum, ne in parietibus depingerentur. Verum concilio Nicæn. II, Act. 7. id modis omnibus permittitur. *Definimus, cum omni diligentia & cura venerandas & ſanctas imagines ad modum & formam venerandæ & vivificantis crucis, e coloribus & teſſulis, aut alia quavis materia commode paratas, dedicandas, & in templis ſanctis Dei collocandas, habendaſque tum in ſacris vaſis & veſtibus, tum in parietibus & tabulis, in ædibus privatis, in viis publicis, maxime autem imaginem domini & Dei ſervatoris noſtri Jeſu Chriſti, deinde intemeratæ dominæ noſtræ deiparæ, venerandorum angelorum, & omnium deinde ſanctorum virorum.* Hæc Garſias. Secundam ac tertiam interpretationem ſequuntur Bellarminus libro 2. de imag. cap. 9. Suarez tom. 1. diſp. 53. ſect. 1. eamque utiliter latam ac promulgatam eſſe illo tempore, quo idololatria maxime vigebat, quoque facile accidere poterat, ut in parietibus depictæ, vel ab infidelibus irreverenter tractarentur, vel etiam, quod ſupra indicat Garſias, parietum cruſtis deformarentur. Quia vero hoc incommodum diligentia mutari poteſt, & antiqua illa neceſſitas jam ceſſavit, ideo hoc decretum ſynodi Elibertinæ uſu abrogatum eſt, & in ſeptima ſynodo generali, quæ eſt Nicæna II. hujuſmodi imagines in parietibus depictæ admittuntur, ut ſupra bene etiam a Garſia notatum eſt. Vide quæ notavimus ſupra in notis ad ſynodum apoſtolorum Antiochenam.



Cap. 37. Energumeni ad communionem qui & quando admittendi.

*p Eos qui ab, &c.*) Sicut Timotheus Alexandrinus in ſuis reſponſionibus cap. 3. dicit, obſeſſos a dæmone communicandos eſſe, non ſingulis diebus, ſed ſtatis dumtaxat temporibus, ita patres hujus concilii ſtatuerunt, eiſdem, ſi in fine mortis conſtituti fideles fuerint, communionem non eſſe denegandam, ſi nimirum id ſine irreverentiæ periculo fieri poſſit. Vide quæ notavimus ſupra cap. 29.

Cap. 43.

*q Juxta auctoritatem ſcripturarum.*) Sic enim ex Levit. 23. & Deut. 16. cap. conſtat; videlicet ut ſint ſeptem hebdomadæ plenæ. Quomodo intelligendum illud act. apoſt. cap. 2. ubi dicitur: *Cum complerentur dies Pentecoſtes.* Et Auguſt. tract. 13. ſuper Joannem inquit, *quod dominus poſt reſurrectionem quadraginta diebus converſatus eſt in terra cum diſcipulis ſuis: quadrageſimo autem die cum aſcendiſſet in cœlum, peractis decem diebus, miſit mercedem Spiritus ſancti.* Garſias.

Cap. 48. Lotio pedum.

*r Pedes eorum lavandi ſunt.*) De hujus lotionis ritu vide Ambroſ. lib. 3. de ſacram. cap. 1. Quam conſuetudinem ibi ait Ambroſ. eccleſiam Romanam non habere: & ubique abrogatam ait D. Auguſt. epiſt. 119. cap. 18. Ejus etiam meminit Tertull. lib. de baptiſm. Neque cenſeo in hoc concilio interdictam, niſi tantum ne fiat a ſacerdotibus. *Garſias.*

Cap. 59. Capitolium quid?

*ſ Ad idolum Capitolii.*) Capitolium, cujus hic fit mentio, eſt quodlibet templum inſtar Capitolii Romani, in aliis civitatibus celſiori loco ædificatum, in quibus publica ſacrificia offerri ſolebant, ſicut & palatii vox uſurpata ab aliis reperitur pro celſioribus domibus, licet peculiaris Romanorum eſſet. Baron. in notis ad mart. Rom. die 29. Novemb. lit. d.

Cap. 60.

*t Si quis idola.*) Chriſtiani tempore Diocletiani forti animo ad idola frangenda paſſim proſiliebant, iidemque a gentilibus in eo furentibus occidebantur: idque fecerunt exemplo Eulaliæ martyris, quæ impulſu divini Spiritus commota, teſte Prudent. hym. 3. *in qua tyranni oculos ſputa jacit: ſimulacra dehinc diſſipat,* &c. Hoc factum Eulalia importune ac temere ab omnibus uſurpari, diſplicuit patribus hujus concilii.

Cap. 62. Auriga & pantomimus quid?

*u Si auriga & pantomimus.*) Artes hæ habent actiones ſimiles & fere copulatas: quod enim in circo eſt auriga, id in theatro eſt pantomimus. Auriga qui curui præeſt dicitur; pantomimus perſonarum omnium in ſcena imitator & effictor, ex Caſſiod. lib. 4. variar. epiſt. 4. & Arnob. lib. 4. & Tertul. de ſpectaculis cap. 17. homines officio infames & vita. Unde & in concilio I. Arelat. cap. 20. & III. Carthag. & hoc eodem concilio infra cap. 67. quamdiu hæc agunt, a communione ſeparantur. Extat hujus rei epiſt. D. Cypriani, & D. Thom. 2. 2. q. 168. art. 3. ad 3. arg. docta & pia de hiſtrionum officio & moderato uſu ſententia, quamvis ſæpe urget nos illud Auguſt. ſuper Joannem tract. 100. *Donare res ſuas hiſtrionibus, vitium immane, non virtus.* Garſias.

Cap. 67. Ciniflones qui, & cur ſic dicti.

*x Aut viros cinerarios.*) Acron grammaticus exponens illud Horatii, primo ſerm. ſatyr. 2. Multæ tibi tum officient res: Cuſtodes, lectica, ciniflones, paraſiti. *Ciniflones*, inquit, *& cinerarii eadem ſignificatione apud veteres habebantur, ab officio calamiſtrorum, id eſt, verruum in cinere calefaciendorum, quibus effeminati viri capillos criſpabant: cujus rei & Virgilius meminit: Vibratos calido ferro. Dicti autem ciniflones, ab eo quod in cinerem flant ad ferrum calefaciendum, quos cinerarios appellant.* Tertull. lib. 2. ad uxorem, cinerarios dicit peregrinæ proceritatis, eo quod in his hominibus humana vanitas proceritatem immanem requirit. *Garſias.*

Cap. 69.

*y Agere debere pœnitentiam.*) Ex hoc canone Bellarminus libro 2. de imagin. cap. 9. probat, eodem ſenſu a patribus hujus concilii accipi reconciliare, & communionem dare, aut certe in ipſa reconciliatione communionem includi. Solebant enim veteres ſacramentum reconciliationis ſemper cum ſacramento euchariſtiæ conjungere: ideoque Tertull. Cyprian. aliique ſcriptores ejuſdem antiquitatis pro eodem accipiunt, communionem, reconciliationem & pacem. Vide quæ diximus ſupra in notis ad canon. 1. hujus concilii.

Cap. 77.

*z Epiſcopus eos per benedictionem.*) Intelligitur de ſacramento confirmationis: quia a ſanctis patribus perfectio

ſectio Græce τελείωσις appellatur ex Dionyſ. libro de A
eccleſ. hierarch. &. Ambroſ. libro 3. de ſacram. cap. 2.
& Clem. epiſt. 4. & Melchiad. papa ad epiſcopos Hiſ-
paniæ. Alia multa nomina ſunt hujus ſacramenti, de
quibus alibi. *Hæc Garſias.*

# GABRIELIS ALBASPINEI

## EPISCOP. AURELIANENSIS,

## NOTÆ IN CANONES

## CONCILII ELIBERINI.

### AD CANONEM I.

IN eos qui duplici ſimul idololatriæ & apoſtaſiæ crimi-
ne tenerentur, perpetuas hoc primo canone pœnas
decernunt Hiſpaniæ patres, non autem in lapſos, qui B
timore perterriti, ipſiſmet cruciatibus, & ſuppliciis ſu-
perati, & coacti idolis immolaverant, quemadmodum
exiſtimant cum Garſia & Binio, illuſtriſſimi Cardinales
Bellarminus & Baronius. Nam horum longe ante hoc
concilium cauſa fuerat agitata, huncque exitum totius
eccleſiæ conſenſu habuerat, ut non perpetua pœna, quam-
vis diuturna & plena pœnitentia luerent, quod admiſe-
rant, ( ſi D. Cypriani epiſtolis fidem habeamus ) quod
judicium hoſce patres evertiſſe, aut durius quicquam in
eoſdem lapſos conſtituiſſe, non facile mihi perſuaderem;
vel hac ipſa conjectura adductus, quod canone 46. ſatis
pœnarum ſumpſiſſe putent, ſi apoſtatas non idololatras,
qui majori ſemper ſupplicio digni viſi ſunt, quam lapſi,
ut ex Cypriano patet, levi animadverſione perſtrinxe-
rint. Adde ſi de lapſis hunc canonem accipias & inter-
preteris, omnino fatendum eſſe hoſce patres Novatianos
fuiſſe, aut Novatianis faviſſe, cum non aliam ob cau-
ſam ab eccleſia receſſerint Novatiani, niſi quod iis, qui
minis & tormentis ceſſerant ( qui uni lapſi dicuntur ) C
indulgendum eſſe pertinaciter negarent. At quis unquam
mentionem fecit, aut dixit Hiſpaniam cum Novatianis
conſenſiſſe, aut Oſium, qui grave de iiſdem judicium
cum ceteris patribus in Nicæno paulo poſt tulit, quic-
quam decreviſſe, quod ad eorum ſententiam vergeret &
accederet.

De apoſtatis qui præterquam quod a Chriſto ejuſque
fide ſponte receſſerant, idolis inſuper ſacrificaverant,
non vero de lapſis hunc canonem eſſe explicandum, a-
lia etiam perſuadet ratio, nimirum quod illa prima di-
ſciplina, quæ ne lapſis quidem olim indulgebat, paula-
tim ad lenitatem deflexerit, leniuſque multo peccatores
habuerint, temporibus conc. Eliberini, quam D. Cypria-
ni; & in concilio Nicæno; quam in aliis conciliis, quæ
ante Nicænum habita ſunt, ut videre eſt in hoc conci-
lio, nam canone 46. apoſtatas, de quibus his verbis
ſtatuit D. Cyprianus, *Apoſtatæ vero vel adverſarii &*
*hoſtes, & eccleſiam Dei diſſipantes, nec ſi occiſi pro no-*
*mine ejus foris fuerint, admitti poſſunt*, ad pacem, acta
quadam pœnitentia, revocat. Quapropter hi patres, re- D
cuperandæ communionis ſpem nunquam eripuiſſent la-
pſis, quos ne quidem Cyprianus hac pœna damnavit.
Ceterum hoc judicium in Nicæno tandem mutatum fuit
can. 11. ſtatutumque ut poſt longam pœnitentiam hi
apoſtatæ in fidelium numerum admitterentur, quam-
vis nonnulli ſunt, qui illo canone undecimo in lapſos
agi potius exiſtiment, quam in apoſtatas, qui ut citius
e vinculis eriperentur, etſi nullis ſuppliciis, aut minis
immolare adigerentur, diis ſacrificaverant.

Denique notandum eſt hunc primum canonem differ-
re a 46. quod in hoc de apoſtata ſit mentio qui non
fuit idololatra: in illo de illis qui utroque hoc crimine
ſeſe polluerunt: differt etiam ab ultimo canone concilii
Arelatenſis, quia de ſolis apoſtatis, & non reſipiſcen-
tibus niſi in morte loquitur.

*Poſt fidem.* Catechumeni longe mitius habebantur
quam fideles, eorumque crimina minori afficienda pœna
exiſtimabantur, quam fidelium, ut alibi oſtendemus.
Quapropter addunt patres, ſi poſt baptiſmum, quia
ante baptiſmum alia puniendi ratio.

*Et fecerit*, ſacrificaverit, *Cum faciam vitula pro frugi-*
*bus ipſe venito.*

*Crimen capitale & principale.* De antiqua criminum di-
viſione & diſcrimine varia extant veſtigia in Tertulliano
& D. Cypriano & ceteris patribus, quibus omnibus ido-
lolatria maximum ſemper viſum eſt, unde hoc canone
vocatur principale, ſummum ſcelus.

*Nec in fine eum communionem accipere.* Non negarim
aliquando nomine communionis euchariſtiam intelligi:
verum in his judiciis & canonibus raro ita accipitur,
ſed pro fidelium ſocietate & jure ſocietatis, a qua pec-
catores removebantur, ne eorum conſortio, & conſue-
tudine ceteri fideles inficerentur: quapropter vix repe-
ries in hiſce conciliis mentionem de abſolutione, quod
eam per hæc verba, communionis, ſocietatis, conſor- A
tii, & ſimilium exponant patres. Cum enim finis ab-
ſolutionis ſit reditus in eccleſiam, & per eam pœniten-
tes, jus ſocietatis, quod peccando amiſerant, recupe-
rent, frequentius his utuntur, quam nomine abſolutio-
nis. Ceterum quomodo accipiendum ſit, quod hiſce ca-
nonibus, tam facile morientibus venia denegatur, aut
qua ratione a Novatiano differant hi patres, alius erit
dicendi locus; ne notæ noſtræ in commentarium creſ-
cant. Quod dum præſtamus, ſufficiet hoc unum mone-
re, controverſiam inter Catholicos & Novatianos non
eam fuiſſe, quod Catholici omnibus omnino criminibus
veniam concedendam eſſe dicerent. Nam longe poſt Cor-
nelium cujus tempore & ſententia perculſus fuit Nova-
tianus, verum etiam poſt Nicænum concilium certa crimi-
na perpetua pœnitentia damnata reperiuntur, ut ex hoc
concilio, Arelatenſi, & Sardicenſi licet colligere: ſed
de auctoritate & poteſtate gravia crimina remittendi
erat quæſtio, quam eccleſiæ traditam fuiſſe negabant
Novatiani, & ante eos Montaniſtæ: contra vero eccleſia
hanc ſibi ineſſe auctoritatem prædicabat, juſque ea uten-
B di & peccata pro arbitrio ſolvendi, quamvis non omnia
condonaret. Ex antiquis codicibus hunc canonem corre-
xit Garſias; verum tantum mihi diſplicet hæc corre-
ctio, quantum in ceteris ſatisfacit: nam hæc *inter eos*,
& *quod eſt ſummum ſcelus* inutilia eſſe videntur.

### AD CANONEM II.

F*Lamines*, id eſt. Chriſtiani qui ſacerdotio gentilium
fungebantur: quamvis enim non liceret Chriſtia-
nis, hæc munia & honores Gentilium ambire & perſe-
qui; nonnulli tamen aut ambitione ducti, aut coacti
hæc ſacerdotia ſuſcipiebant & petebant: cum enim apud
populares aliquo in honore eſſent Flamines, & populi
gratiam muneribus, aut ludis facile ſibi conciliarent,
reperiebantur inter Chriſtianos, qui ſpreta religione hos
honores flagitarent: nonnulli etiam inviti ad ea munia
cogebantur, quia erant patrimonialia, a quibus nemo
excuſabatur, ut ex codice Juſt. manifeſtum fit, & ex
C Hieronymo in vita Hilarionis: his de cauſis reperie-
bantur Chriſtiani qui eſſent Flamines Gentilium, in quos
Hiſpani patres has pœnas conſtituunt: neque vero au-
diendi ſunt, qui putant hic agi de Chriſtianis, non
qui erant re ipſa Flamines, ſed qui ante lavacrum hæc
ſacerdotia functi eſſent. Nam cur potius ageret de iis,
qui fuerunt Flamines, quam de aliis, qui nunquam fue-
rant Flamines, qui nihilominus poſt fidem ſacrificave-
rant? Nonne ineptum videretur ſi canones ita ſe habe-
rent: Sutores aut Sartores, qui poſt fidem ſacrifica-
runt. quia cum Flaminum, Sutorum, Sartorum non
gravius ſit peccatum quam aliorum, ſi omnes illis diis
ſacrificaſſent, non debuit canon hos potius corrigere
quam alios? Deinde hæc verba, *Flamines qui munus*
*tantum dederint*, indicant agi de Flaminibus qui reve-
ra poſt lavacrum flaminia ſuſceperant: quemadmodum
etiam illa, *Flamines ſi catechumeni*, oſtendunt agi de
catechumenis qui actu & reipſa erant Flamines, non
qui fuerant.

*Poſt fidem lavacri.* Cujus rei rationem ſupra dedimus.

*Sacrificaverant.* Mos erat, ut qui ludis præerant,
D diis ſacrificarent. Flamines igitur, qui in municipiis
( nam Romæ non præſidebant ludis ) tenebantur ex
more ſacrificare, antequam ludos aperirent.

*Eo quod geminaverint.* Sed quomodo ſacrificando tri-
plici hoc crimine poterant ſeſe polluere? Nam hæc ver-
ba, *eo quod*, indicare videntur, quod Flamines duo hæc
alia crimina committerent ſacrificando; ſunt qui de
Floralibus hæc accipienda eſſe putent, in quibus multa
turpia & obſcœna viſebantur: & de gladiatoriis mune-
ribus quibus ſanguine & morte miſerrimorum hominum
populus recreabatur: cum enim Flamines in provinciis
& municipiis hæc ſpectacula ederent, & mœchiæ & ho-
micidii ſcelus commiſiſſe dicuntur hoc canone, non
quod mœchati eſſent, aut quempiam interfeciſſent; ſed
dicuntur ea commiſiſſe, quod ſpectacula præberent in
quibus hæc ſcelera perpetrabantur. Nonnulli hæc ita
dicta putarunt, non quaſi conjunctim & ſimul in hæc
tria crimina incidiſſent Flamines, ſed ſi forte reperian-
B tur Flamines, qui præter ſcelus ſacrificii & idolola-
triæ, aliis inſuper ſeſe inquinaſſent, ii communione in
fine priventur.

*Vel triplicaverint facinus.* Lapſi triplicabant facinus,
veniaque vel in morte indigni cenſebantur, ſi homici-
dium & mœchiam cum idololatria in ſe ſuſcepiſſent:
non autem ſi alia quævis crimina admiſiſſent; neque
hujuſce judicii alia poteſt eſſe ratio, aut cauſa, niſi
quod alia omnia, nec ſumma, neque capitalia unquam,
aut perpetua pœnitentia & animadverſione digna viſa
ſint. Tribus vero illis, homicidio ſcilicet, mœchiæ &
idololatriæ, cum non multo ante hoc concilium pax &
venia eſſet relaxata, merito qui horum ſimul omnium
reus eſſet factus, eadem pœna, qua paulo ante diver-
ſa, puniebatur: atque ea eſt cauſa quamobrem de aliis
criminibus non loquuntur Illiberini patres.

AD

### AD CANONEM III.

QUI *non immolaverint*. Poterant non immolare, quamvis ſuis ſumptibus ſpectacula ederentur: nam aliquis alius Flamen poterat præeſſe & præſidere.

*Sed munus tantum dederunt*. Omnes hos canones de lapſis explicant nonnulli: ideo per munera, dona intelligunt, & pecuniam quam Præſidibus offerebant lapſi, ne ſacrificarent. Verum munera hoc loco, ni fallor, ludos & ſpectacula ſignificat, quæ Flamines præſtare tenebantur, & in quibus ſolebant ſacrificare: aiunt igitur patres veniam iis eſſe concedendam in fine, qui Flamines fuerint & non ſacrificaverint, quamvis ludos præbuerint & munera, ſi modo hanc culpam legitima expiaverint pœnitentia.

*In fine eis præſtari communionem*. Quam gravem & acerbam vindictam exercebant in eos qui ſacerdotia Gentilium ambibant aut ſuſcipiebant, quamvis non ſacrificarent!

*Acta tamen*. Hoc eſt, qui pœnitentiam ſibi impoſitam alacriter ſubierant: nam ſi eam aut neglexiſſent aut ſegnius arripuiſſent, aliter cum eis erat agendum: non autem hoc ita accipiendum, quaſi momento illo temporis quo morerentur, legitimam poſſent agere pœnitentiam.

*Legitima pœnitentia*. Ut pœnitentia cenſeretur legitima, non ſatis erat explere tempus conſtitutum ab epiſcopo, ut volunt Garſias & Binius, ſed eæ legitimæ vocabantur, quam bona fide ducebant pœnitentes, & cum domi, & in eccleſia noctu, & interdiu perpetuis ærumnis ſeſe exercerent, & lacrymis, fletibus & multis præterea ſignis animi dolorem clam & publice teſtarentur. Illegitima autem dicebatur, quando pœnitentes languidius eam ſubirent, & parum dolerent de peccatis, quamvis præſcriptum tempus explerent.

*Si poſt pœnitentiam*. Id eſt ſi poſt conceſſam pœnitentiam, non vero expletam: ſed conceſſam ab epiſcopo, & ita accipiendum ſuadent quæ prius habentur, *in fine eis præſtari communionem*. Si enim in fine dumtaxat præſtari debeat communio: certum eſt eo uſque pœnitentiam duraſſe, & conſtitutam fuiſſe, & non finiiſſe ante mortem: quare illud, *poſt*, ſignificat, ſi poſt conceſſam pœnitentiam, & ſi cum agunt pœnitentiam ejuſmodi Flamines mœchantur.

*Ne luſiſſe*. Sed quomodo quæſo de communione ludere poterant quam non poſſidebant? Nam agit de his qui perpetuæ pœnitentiæ eſſent addicti: ſed ludere de communione dicuntur, ſi peccant pœnitentes dum agunt pœnitentiam: quia quo tempore magis proſpicere deberent, ne ea indigni viderentur, eo ipſo novis peccatis ſeſe obligant.

*De dominica communione*. Quamvis euchariſtia nonnumquam vocetur dominica communio, ſimplex tamen communio, id eſt jus in ſocietate & corpore fidelium hoc etiam nomine appellatur, quod uniat & conglutinet pœnitentes corpori domini noſtri Jeſu Chriſti. Ceterum vides hunc canonem nihil minus adverſari, quam canonibus Petri Alexandrini (ut exiſtimat Binius in ſuis notis) quibus licebat ab impiis ſacrificiis pecunia ſeſe redimere: nam hoc canone agitur de Flaminibus, qui ludos ediderunt populo & non ſacrificaverunt, ut diximus, non vero de his qui pecunia obtinuerant a præſidibus, ne ſacrificarent.

### AD CANONEM IV.

SI *fuerint catechumeni*. Ubi ſtatuerunt de fidelibus, mox de cathecumenis agunt, in quo lenius multo, & mitius animadverrunt, quam in fideles, ut alibi dicemus capite de pœnitentia catechumenorum. Sed quid agendum eſſet, ſi catechumeni Flamines ſacrificaſſent? non explicant patres; neſcio an gratia baptiſmi in perpetuum punirentur; non exiſtimo tamen, ſed quantum conjicere poſſum, ante mortem non baptizabantur.

### AD CANONEM V.

SATIS conſtat, ut opinor, nonnullis in locis, hæc peccata mœchiæ, ſcilicet homicidii & idololatriæ perpetua olim pœnitentia damnata fuiſſe, & primis illis temporibus eccleſiam his legibus ſtetiſſe, ut patet ex Tertulliano & aliis; deinde humanius eam homicidas habuiſſe, & in fine eos in ſocietatem admiſiſſe, ut legimus in 22. canone concilii Ancyrani: verum quo primum tempore, & qua primum auctoritate eis ante finem pepercerit, non tam liquido conſtat, atque de mœchia, & idololatria: certum nihilominus eſt ex hoc canone, & Ancyrano, hanc diſciplinam mutatam fuiſſe, cum ſi voluntate ancillam occiderit, poſt ſeptem annos jubeat in ſocietatem fidelium dominam recipi.

### AD CANONEM VI.

RECTE correxit Garſias, atque hanc vocem, *maleficiom*, detraxit, nam de maleficio canonem intelligendum eſſe demonſtrabimus, non de veneficio, aut malitia.

*Eo quod ſine idololatria*. Tertull. de pudicitia cap. 5. *Ego quoque homicidium nonnunquam elabero, ut tragædias omittam, ſciunt hodie venenarii, ſciunt magi, quod pellicatus ulciſcar, quod rivalitates defendam, quod cuſtodes, quod delatores, quod conſcios auferam.* Magicis artibus homines necari poſſe, pauci ſunt qui non exiſtiment, cum reperiantur leges apud Romanos, quæ ut eos ultimo mulctant ſupplicio, ita hic canon eoſdem pejori morte & ſupplicio afficit.

### AD CANONEM VII.

SEPTIMO hoc canone a ceteris fidelibus eos in perpetuum ſemovendos eſſe ſtatuitur, & in morte ne quidem in ſocietatem revocandos, qui accepta aut peracta pœnitentia iiſdem peccatis quibus ut liberarentur, pœnitentiam ſubierant, ſeſe inquinaſſent: neque hæc judicia ab illorum temporum moribus & diſciplina abhorrebant; cum enim paulo ante hoc concilium, hoc eſt Zephyrini ætate, & auctoritate, mœchis tum primum venia laxata eſſet, rationi maxime conſentaneum videbatur, qua ſeſe indignos peccando exhibuerant, gratia eos privari, & eos a communione perpetuo ſecludere, ſi accepta pœnitentia, id eſt ſi ad pœnitentiam admiſſi ob fornicationis peccatum, nondum ea abſoluta, aut expleta pœnitentia, fornicationis iterum rei deprehenderentur: hæc eſt hujuſce canonis ſententia, quæ nemini ſevera nimis & acerba videri debet, qui in memoriam revocarit, quanto acerbius, paulo ante hoc concilium iidem mœchi haberentur, & exciperentur.

*Forte fidelis*. Hæc vox, *forte*, hanc vim habet, ſi forte eveniat, ſi forte accidat: raro enim illis temporibus eveniebat, ut poſt baptiſmum Chriſtiani gratiam, quam in lavacro adepti eſſent, ſcelere aliquo corrumperent; & rarius ut a peccato aliquo quod poſt baptiſmum commiſiſſent liberati, in idem peccatum rurſus inciderent: quapropter ajunt hi patres, ſi forte, ſi caſu.

*Fidelis*. Quia catechumeni alia ratione erant puniendi.

*Poſt conſtituta tempora*. Hoc eſt poſtquam ei impoſita eſſet pœnitentia, & pœnitentiæ benedictionem recepiſſet: nam ſi poſt lapſum mœchiæ, rurſus in eamdem, antequam pœnitentiam obtinuiſſet, laberetur, in perpetuum non ejiciebatur ab eccleſia; ſed ſolum, ſi poſt acceptam pœnitentiam, mœcharetur.

*Accepta pœnitentia*. In vulgari lectione legitur, *acta*. Ambæ hæ lectiones poſſunt retineri, nam eodem modo in eos animadvertebatur, qui expleta poſt baptiſmum pœnitentia, iiſdem rurſus vitiis ſeſe maculaſſent, & qui in ipſo pœnitentiæ curriculo, & antequam eam perfeciſſent, rurſus peccarent.

### AD CANONEM VIII.

CUM legibus Romanis libera eſſent repudia, Chriſtianis vero matrimonia eſſent firma & perpetua: rurſus vero cum ea inter conjuges diverſæ religionis & cultus contrahi poſſent, nulla in re ſtabilienda aut regenda, plus negotii invenit eccleſia, quam primis illis temporibus reperire, qua ratione, aut quibus pœnis coerceret, aut ſi omnino puniret, qui facilitate legum Romanarum matrimoniis abuterentur. Quapropter hi omnes canones, qui de repudiis, aut matrimoniis Gentilium cum fidelibus aliquid ſtatuunt, difficillimi & obſcuriſſimi ſunt. Hoc canone & duobus ſequentibus agitur, qua cauſa repudium liberum ſit & legitimum, & qua ratione puniendi ſunt qui ſine cauſa conjuges ſuas repudiant. Mulier igitur, quæ virum ſuum quamvis infidelem repudiaſſet, & alii nupſiſſet, perpetua pœnitentia, quæ nec in morte relaxaretur, hoc octavo canone punitur; nam niſi aliqua & quidem legitima ſubeſſet cauſa, non erat liberum in diſciplina Chriſtiana ab infideli recedere: ea autem legitima cenſebatur cauſa, ſi metus aliquis aut vis inferretur Chriſtianæ, ut a religione ſua diſcederet, quæ ſi non eſſet, aut a viro ſuo infideli non eſſet repudiata, mali moris & indignum eis videbatur uxorem a marito divelli; ut hac diſciplina præter alia id unum docerent, Chriſtianorum matrimonia, quæ aliquo ſacramento cohærerent, multo minus diſſolvi poſſe.

*Viros ſuos*. Dubitari poteſt an de ſolis duntaxat Gentilibus viris, num etiam de Chriſtianis hic canon accipiendus ſit: cum enim hiſce canonibus de repudiis, & qua ratione admittenda, aut coercenda ſint, agatur, & nulla in ſequentibus præſcribatur ratio, qua animadvertendum ſit in eas, quæ viros fideles ſine cauſa reliquerint, merito quis ſuſpicari poſſet, hac voce, *viros*, utroſque, Gentiles ſcilicet & fideles intelligendos eſſe: alii contra, cum nulla inter conjuges Chriſtianos legitima repudii cauſa poteſt eſſe, de viris Gentilibus, quos

ſidelis mulier repudiaſſet, cenſent accipiendum eſſe hunc
canonem: nihilominus ad utroſque canon referri poteſt,
& verba illa, *nulla præcedente cauſa*, non ita accipien-
da quaſi legitima aliqua reperiatur cauſa, cur vir fide-
lis ab uxore ſua poſſit repudiari, ſed addita ſunt, ut
intelligeretur eas gravius puniendas eſſe, quæ ſine cau-
ſa, quam quæ ob cauſam adulterii a viris ſuis receſſiſ-
ſent; his enim in concilio aliquot dumtaxat annorum
illis perpetua imponitur pœnitentia.
*Accipiant communionem*. Abſolvantur.

## AD CANONEM IX.

LEGIBUS Romanis cum eſſent libera repudia, pa-
trum auctoritate non poterant mulieres Chriſtia-
næ, quæ viros ſuos fideles ob cauſam adulterii repu-
diaſſent, coerceri: quapropter reperiebantur quæ plures
ſimul maritos haberent, in quas hoc canone animadver-
titur: addiderunt autem hi patres Eliberini hæc verba
*ſi fidelis*, quia ſi fuiſſet catechumena, non ita erat pu-
nienda, cum enim nullum eſſet inter ethnicos conjuges
ſacramentum, minus peccabant, quam Chriſtiani cum
libellum repudii afferebant.
*Reliquerit fidelem*. Quia ſi Gentilem ob eamdem
cauſam reliquiſſet, levius multo erat punienda: quam-
vis hoc etiam ab eccleſia prohiberetur.
*Prohibeatur ne ducat*. Ita loquuntur in concilio Are-
latenſi primo, *& prohibentur nubere*. Ceterum antequam
contraherent nuptias, eccleſiæ id eſt epiſcopo, aut ſa-
cerdotibus ſtatum & conditiones futuri conjugii expo-
nebant, quæ ſi alienæ a Chriſtiana diſciplina videren-
tur, quantum poterant, nuptias diſſuadebant eccleſia-
ſtici, hoc eſt recuſabant conſignare, ut ait Tertullia-
nus, & oblatione & ſacris confirmare, ideo dicitur hoc
canone *prohibeantur*: verum quia legibus Romanis hæ
nuptiæ nihilominus erant firmæ, & poterant ſtare, re-
periebantur qui ſpreta religione eas facerent, in quos
hoc canone animadvertitur.
*Niſi quam*. Illis temporibus, ut vides, matrimonium
poterat ſtare & validum eſſe inter adulteros, qui vi-
vente vero & legitimo marito rem ſimul habuerant,
quod hodie ita prohibitum eſt, ut ne quidem poſt mor-
tem mariti mulier poſſit cum adultero ſuo nuptias fir-
mas, & legitimas facere, niſi ſummo diſpenſante pon-
tifice.

## AD CANONEM X.

HUJUSCE canonis perdifficilis eſt ſententia, cujus
hunc ſenſum eſſe ſuſpicor: ſi inculpatam mulierem
catechumenus reliquit & repudiarit, ad baptiſmum non
prius admittatur, quam relictam receperit & domum
reduxerit: ſi vero ea ſit in alterius poteſtate, ut quæ
poſt repudium alteri conjuncta ſit, qui eam repetere
nequit, non eſt baptiſmo privandus. Atque eadem ju-
dicii forma in catechumenas obſervanda eſt, quæ nulla
ſatis legitima ex cauſa viros reliquiſſent. Quod ſi ea
mulier, cum qua catechumenus ille qui ſuam repudia-
vit, nuptias fecit & non ignorarit priorem illam mu-
lierem ſine cauſa ejectam eſſe, ea ipſa vel in morte
communione eccleſiæ & abſolutione carere debet; ratio
hujus canonis eſt, quod catechumeni quamvis non eſ-
ſent Chriſtiani, legibus tamen Chriſtianis tenerentur.
quibus ne quidem infidelem dimittere & repudiare li-
cebat.
*Poteſt ad fontem lavacri*. Non alia pœna coerce-
bantur catechumeni niſi prorogatione, aut privatione
baptiſmi uſque ad mortem, excommunicari enim non
poterant, cum non eſſent in communione fidelium, ne-
que ſocietate Chriſtiana donati.

## AD CANONEM XI.

AMBIGITUR de hujus canonis explicatione, neque,
ſatis intelligitur quis ei ſenſus eſſe poſſit. Nam
quæ cauſa eſſe potuerit cur catechumenarum potius quam
catechumenorum mentionem fecerint hi patres Eliberita-
ni? Quamobrem deinde tyrocinium & catechumenatum
quinque annorum ejuſmodi catechumenis præſcribunt,
cujus tempus ultra tres aut duos annos non producere-
batur? Præterea de quibus catechumenis loquuntur,
aut ad quas quæſo has pœnas pertinere dicemus, cum
de crimine omnino taceant, neque exponant quod pec-
cati genus hoc canone coerceant? Denique cum morien-
tibus baptiſmum præberi jubent, eum negari poſſe, vi-
dentur innuere. Hæc omnia mihi perſuadere potuerunt
hunc canonem a præcedenti avulſum eſſe, neque ullum
ſenſum aut ſententiam referre aut reddere poſſe, niſi
cum eo connectatur. Nam præter ea quæ ſupra attuli-
mus, illa etiam particula, *autem*, id omnino continere
videtur atque oſtendere, totum hunc canonem ad alia
quæ jam eſſent dicta & cognita referendum.
Præterea nullibi unquam reperies baptiſmi gratiam di-
latam, & catechumenatus tempus productum, niſi ob
aliqua crimina admiſſa. Quæ cum ita ſint, veriſimile

A eſt, de iiſdem ipſis fœminis & catechumenis hic agi, de
quibus ſtatutum eſſet præcedenti & proximo canone, in
quo cum patres ſtatuiſſent eas eſſe puniendas, quæ vi-
ris repudium ſine cauſa obtuliſſent; pœnæ vero modum
aut tempus, quo diutius retinerentur in catechumena-
tu, (non enim alio genere pœnarum coercebantur ca-
techumeni,) non appoſuiſſent; hoc ſequenti canone vel
potius, hac ultima ejuſdem canonis parte, pœnæ mo-
dum & tempus addiderunt.
Senſus igitur canonis eſt, catechumenas quæ viros ſi-
ne cauſa reliquiſſent, quinque annos in catechumenatu
detinendas eſſe, & intra hoc tempus baptizandas, ſi
gravi aliquo morbo occupentur.
*Intra quinquennii tempora*. Agant catechumenatum
quinquennii tempore, quem explere ſi morte impedian-
tur, baptiſmo donentur.
*Catechumena*. Quæ maritum ſine cauſa repudiaſſet,
quique poſt repudium aliam duxiſſet: nam ſi maritus
poſt repudium ſolutus remanſiſſet, rurſuſque hæ nu-
ptiæ quæ ſine cauſa diremptæ eſſent, coaleſcere potuiſ-
B ſent; non aliter ad lavacrum admittenda erat, quam ſi
eumdem pro viro habuiſſet.

## AD CANONEM XII.

GRAVIUS puniuntur lenones, & earum turpitudi-
num artifices, quam ipſamet adulteria & virgi-
num ſtuprationes. Nam Zephyrini edicto, mœchiæ &
fornicationi pœnitentia functis, veniam in morte, vel
poſt longam pœnitentiam conceſſam legimus: hoc vero
canone ea ipſa moribundis lenonibus & parentibus qui
quæſtum ex filiarum ſtupro fecerint, denegatur: cujus
ſeverioris diſciplinæ hanc rationem adducunt, quod ſuum
(ad parentes id refertur) aut alienum vendiderint cor-
pus, hoc eſt peſſumdederint, perdiderint, & libidini
manciparint.

## AD CANONEM XIII.

C VIRGINES quæ Deo ſeſe voverant a ceteris non
removebantur, aut clauſtris includebantur, ut ex
hoc canone & in Divo Cypriano & Tertulliano de vir-
ginibus velandis licet colligere.
*Eidem libidini*. Non ſumpſerint, aut a flagitioſa vi-
ta non receſſerint.
*Non intelligentes quod amiſerint*, Hoc eſt, ſi impudi-
citiæ eas ante mortem non pœniteant, precibuſque &
lacrymis eccleſiam non fatigent, ut ab ea pœnitentiam
accipiant, vel in fine communione & abſolutione, quam-
vis eam ardentiſſime exoptent, priventur: cum enim
toto vitæ tempore libidini inſervierint, metu mortis pa-
cem eccleſiæ potiùs quam peccatorum dolore quærere vi-
debantur.
*Eo quod lapſæ potius videantur*. Peccaſſe potius vi-
dentur, quam virginitatis votum violaſſe, quæ in ob-
ſtinato, & obfirmato libidinis propoſito non remanſe-
rent.

## AD CANONEM XIV.

D SOLAS *nuptias*. Quia virginitatem Deo non voverant.
*Sine pœnitentia*. Non hoc ita accipiendum, quaſi
velint eas abſque ſacramento pœnitentiæ abſolvendas
eſſe, aut ſtatuant ejuſmodi peccatum non eſſe aliqua
pœna coercendum, vel denique eis non eſſe dolendum
de ſtupro: ſed pro pœnitentia hoc loco intelliguntur pœnæ
& ærumnæ, quæ in gradibus pœnitentiæ palam, & pu-
blice caperentur, quæ cum pudorem aliquem ſugillarent,
non erant ejuſmodi virginibus infligendæ. Quid autem
ſit, *poſt annum ſine pœnitentia reconciliari*, quodve ge-
nus pœnarum ex hoc canone, & ex vigeſimo primo col-
ligitur? levia quædam crimina hac pena mulctabantur,
quæ in eo verſaretur, ut ab euchariſtia arcerentur,
neque oblationes offerre aut eis participare permitteren-
tur: mihique perſuaſum eſt eos qui levi illa animadver-
ſione caſtigabantur, non aliter oraſſe aut ſtetiſſe in ec-
cleſia, neque aliter habitos, quam ſubſiſtentes, & omni-
bus rebus divinis & humanis participaſſe cum ceteris fi-
delibus, præterquam euchariſtia.
E Ceterum verbum illud, *reconciliari*, referri & revocari
prorſus debet ad illam maximam reconciliationem ſacra-
mentorum ſcilicet & altaris; non autem ad illam mini-
mam, qua abſolvebantur, & jure ſocietatis Chriſtianæ do-
nabantur; nam cum eſſent orationis participes, abſoluti
a peccatis cenſebantur; & minima illa reconciliatione
non indigebant.

## AD CANONEM XV.

PROPTER *copiam puellarum*: ſtatuunt ne quiſquam
ad exonerandam familiam in matrimonio cum Gen-
tili filias collocet, ne infidelis conſortio fidem perdant.
Tertullianus ad uxorem ſecundo: *Ambo fratres, ambo
conſervi, nulla ſpiritus carniſve diſcretio, atqui vere duo
in carne una, ubi caro una, unus & ſpiritus.*

AD

### *AD CANONEM XVI.*

HÆRETICI *ſi ſe transferre voluerint ad eccleſiam.* Agathenſe, *ſi tamen profiteantur Chriſtianos ſe futuros.* Laodicenſe canone 31. *Si tamen profiteantur Chriſtianos ſe futuros.* Chalced. can. 14. *Niſi forte ſpoponderit ſe venire ad orthodoxam fidem.*

### *AD CANONEM XVII.*

SACERDOTIBUS *idolorum.* Flaminibus Gentilium, non vero Chriſtianis ſacerdotibus; qui perſecutionum temporibus diis gentium immolarant, ut quidam exiſtimant.

### *AD CANONEM XIX.*

IN *miniſterio poſiti*, qui graduum & ordinum ſuorum officia & munia obirent: nam ſi eſſent depoſiti, aut ſi ob aliam cauſam ab officio & dignitate gradus eſſent remoti; levius erant puniendi: Concilio Carthag. 5. can. 2. *quo eo a miniſterio neceſſe fuerit removeri.*

### *AD CANONEM XXI.*

QUI ab eccleſiæ uberibus tanto tempore avelleretur, metus erat ne contabeſceret, ideo ab eadem matre coguntur ad eccleſiam liberi, ut a ſacris tanquam a ſuis mammillis lac ſugant, & ceterorum fidelium communione & precibus foveantur.

*Pauco tempore abſtineant:* qui levi hac pœna perſtringebantur ſola euchariſtiæ communione privabantur, non autem precum, aut corporis Chriſti myſtici ſocietate: nam ſacris intereſſe poterant, quo qui jure fruerentur, nec excommunicati, nec pœnitentes cenſebantur.

### *AD CANONEM XXIII.*

JEJUNIORUM *ſuperpoſitiones*: jejunia ſuperponere, eſt jejunia de novo imponere & indicare: quæ autem fuerint illa jejunia, quæ ſingulis menſibus, præter ſtationes feriæ ſextæ & ſabbati ſuperimpoſita eſſent in Hiſpania, non facile eſt dicere, cum ea peculiari quadam lege & conſuetudine celebrarentur in illa provincia.

### *AD CANONEM XXIV.*

TANTA olim in clericis deſiderabatur vitæ ſanctitas, ut in eorum ordinem non eſſet aſſumendus, qui extra diœceſim baptiſmum conſecutus eſſet, quod ejus mores non eſſent ſatis cogniti.

*In alienis provinciis*; in propria enim promoveri poterat, in qua ejus vita ſatis erat perſpecta.

### *AD CANONEM XXV.*

PERMAGNA eſt diſſenſio de hujus canonis ſententia & explicatione, & noni Arelatenſis primi. *De his qui confeſſorum literas afferunt, placuit, ut ſublatis iis literis alias accipiant communicatorias.* Quorumdam opinio eſt hos ipſos canones explicandos eſſe de literis, quas lapſi ad jus communionis recuperandum a martyribus, qui eſſent in vinculis, extorquebant. Card. Baronii anno Chriſti 30. num. 48. *placuit quoniam uſus perſeverare videbatur, ut literis quæ deſcriberentur ab iis qui cauſa fidei in carcere detinerentur, communicatio lapſis impertiretur*, ejuſdem anno Chriſti 314. num. 65. Quod ut ita differeret ex D. Cypriani verbis contigiſſe arbitror, qui omnibus pene ſuis literis vehementer objurgat martyres & confeſſores, quod nulla prorſus habita diſciplinæ ratione, communicatorias literas lapſis indulgerent, tantaque licentia ac facilitate, ut eccleſiæ ſtatum everterent, atque omnem religionem funditus tollerent: quæ enim, inquit ille, poteſt eſſe ſanctitas aut diſciplina, ſi rei non plectantur, & decreta peccatis ſupplicia removeantur?

Ne igitur diutius hoc malo eccleſia laboraret, his canonibus patres providiſſe volunt. Ego vero etſi C. Baronii, Garſiæ Loayſæ, Bernardinique Ferrarii judicium non parvi ducam, eos tamen horum canonum ſententiam patrumque mentem qui illos condiderunt, minus aſſecutos eſſe, hæ rationes mihi perſuadent. Equidem martyrum olim auctoritatem in tantum creviſſe, ut lapſis pacem & veniam procurarent, apertum eſt, liberiſque fontes in priſtinum ſtatum reſtituiſſe: ſed hunc ab eccleſia errorem ante ipſa concilia, quibus hi canones habentur, ſublatum eſſe ejuſdem D. Cypriani ſcripta ſatis declarant: nam acerbe in martyres invehitur epiſtolis 15. 16. 17. 18. 19. 20. libri tertii, eorumque poteſtatem imminuendam & coercendam eſſe docet, ſtatuitque lapſos non niſi in exitu recipiendos eſſe, quamvis a martyribus commendarentur: quid? nonne martyres epiſtola 7. libri ſecundi (quod omnibus indignum [illegible] videntur eos hac uti poteſtate) literas

A quas ipſi lapſis dederant, revocarunt: *Quamquam confeſſorum quoque, quos hic adhuc in carcerem dignitas ſua confeſſionis incluſit, & ad certamen evangelicum ſua fides in confeſſione jam glorioſa ſemel coronavit, literas habeas conſpirantes cum literis noſtris, quibus ſeveritatem evangelicæ diſciplinæ protulerunt, & illicitas petitiones ab eccleſiæ pudore revocarunt.* In Africa quoque fortiter huic poteſtati ſeſe opponit D. Cyprianus in reſponſo ad martyres epiſtola 15. libri tertii. *Cum vos ad me literas direxeritis, quibus examinari deſideria veſtra, & quibuſdam lapſis pacem dare poſtulaſtis, cum perſecutione finita convenire in unum cum clero & recolligi cœperimus.* Multa denique ejuſdem argumenti in ejuſdem ſcriptis leguntur, quibus magna fit ſignificatio hanc nimiam martyrum poteſtatem, D. Cypriani ætate labefactatam fuiſſe.

Deinde nil tam preſpicuum eſt, quam Arelatenſe concilium ſub Conſtantino habitum eſſe, quo tempore pauci religionis cauſa in carcere, fodinis, arenariis, aut triremibus detinebantur. At vero in ipſis verbis horum B canonum ineſt aliqua ratio & nota credendi has literas, de quibus eſt quæſtio, quaſi e longinquo allatas eſſe. *Omnis qui attulerit:* Item in Arelatenſi, *qui confeſſorum literas afferunt.*

Miror etiam hos homines in primis acutos non vidiſſe de literis, iſtis conciliis mentionem eſſe, quæ non ſolum a martyribus, ſed etiam ab epiſcopis darentur, *Communicatoria ei danda ſunt literæ:* item *placuit, ut ſublatis iis literis alias accipiant communicatorias*, at nuſquam reperient expiatos pœnitentes, libellum ab epiſcopis aut a quovis alio a quo abſoluti eſſent, accepiſſe, quo abſolutos & liberatos eſſe innoteſceret; eoque minus quod publice & magna corona de eorum in eccleſiam reditu deliberaretur: atque ita magnopere opus non erat literis teſtari quod palam factum eſſet. His omnibus adde martyres lapſis literas non dediſſe, niſi abſentes, ut conſtat ex D. Cypriano & Tertulliano ad martyres, & de pudicitia: *Quam pacem quidam in eccleſia non habentes, a martyribus in carcere exorare conC ſueverunt.* Item *alii ad metalla confugiunt, & inde communicatores revertuntur.* Item, *ut quiſque ex conſenſione vincula induit, adhuc mollia, in novo cuſtodiæ nomine ſtatim ambiunt mœchi.* At eccleſiæ reddita pace, quæ cauſa poterat eſſe, quamobrem pro lapſis, ſi qui ea tempeſtate ſupereſſent, coram non intercederet?

Quænam igitur poſſit eſſe horum canonum ſententia & interpretatio, ſi quis a me quærat, eam ad literas communicatorias ſive formatas referrem, quas, qui peregre proficiſcerentur, a martyribus, non vero ad literas, quas ab iiſdem lapſi, ut abſolverentur, & in gratiam cum eccleſia redirent, extorquebant. In uſu apud antiquos erat potiſſimum epiſcopos peregrinis literas concedere, ut quocunque incederent, hoſpitio a ceteris Chriſtianis, & ab epiſcopis exciperentur: quo viatico, ſi muniti & inſtructi non proceſſiſſent, jus eis communionis Chriſtianæ denegatum fuiſſet. Quidam vero reperiebantur (ut ex his canonibus apparet) qui cum peregre e patria abirent, literas illas communicatorias, ſine quibus non poterant diſcedere, a confeſſoribus poD tius, quam a ſuis epiſcopis acciperent: quæ prava conſuetudo his canonibus tollitur, jubentque patres legitimas ab epiſcopis (ſublatis iis quæ a confeſſoribus circumferuntur) concedi. Præter ea quæ ſupra attulimus, hæc etiam verba in noſtram explicationem inclinant, *eo quod ſub hac nominis gloria paſſim concutiunt ſimplices;* quomodo enim ad literas communicatorias lapſorum, hæc verba accommodari poſſunt? Nam eæ epiſcopis erant tradendæ, ut earum commendatione lapſi reſtituerentur. Nemo enim niſi a propriis epiſcopis abſolvebatur, quos quis credat rerum adeo ignaros, ut a concilio ſimplices vocentur? aut falſis ejuſmodi literis, aut confeſſorum variis titulis eos potuiſſe commoveri? Peregrinis vero hæc ipſa verba magis conveniunt, qui quacumque tranſirent, ſimplices Chriſtianos & fœminas hac martyrum commendatione poterant concutere, & a ſimplicibus parochis jus hoſpitalitatis & communionis emungere. De literis [illegible] quas peregrini circumferrent, non vero de liter[illegible]bus lapſi communionem E quærerent, hi canones ſunt intelligendi.

Poſtremo alibi oſtendimus, martyrum literas de lapſis reſtituendis, nullum apud epiſcopos, niſi poſt eorum mortem, pondus habuiſſe: quod cum ſub Conſtantino accidere non poſſet, ut quiſquam pro fide morte mulctaretur, quis literas ſibi non profuturas, commendationemque efflagitaſſet, quam certo ſciret nullo ſibi uſui futuram?

*Sublato nomine confeſſoris*, hæc verba nihil aliud ſignificant, quam confeſſorum literas tollendas eſſe, & alias ab epiſcopis ſubſtituendas, ut ex canone Arelatenſi manifeſtum fit, qui in eandem rem ſancitus eſt.

### *AD CANONEM XXVI.*

SAbbati dies, uno excepto, immunes olim ab omni jejunio, & tanquam feſtos antiquitus agebant, & tum etiam

etiam in Græcia mos ille perdurat, quem Hiſpaniæ pa-
tres poſt Romam primos omnium antiquaſſe veriſimile
eſt ex hoc canone, & feriæ quartæ jejunia, & ſtatio-
nes in ſabbatum tranſtuliſſe.

*Superpoſitiones*, hoc eſt imponere jejunia, quæ ſolita
non eſſent obſervari.

*AD CANONEM XXVIII.*

QUI *non communicat*, ut hujuſce canonis ſententia
explicetur, duo ſunt inveſtiganda, ac primum
quinam eſſent non communicantes: poſtremo quorum
munera rejicienda dicuntur. Variæ olim erant commu-
nionis ſpecies, ſed duas tantum attingam, quæ ad hunc
canonem illuſtrandum neceſſariæ videntur, jus communio-
nis & ſocietatis Chriſtianæ, qua qui donatus eſſet cor-
pori Chriſti & eccleſiæ adglutinatus cenſebatur. Altera
quæ maxima dicebatur in corporis Chriſti veri & rea-
lis, hoc eſt euchariſtiæ perceptione poſita erat. Omnes
qui utraque illa communione, aut una earum priva-
bantur, hi non communicantes vocabantur, quemadmo-
dum extranei omnes excommunicati. Catechumeni pæ-
nitentes perpetuæ pœnitentiæ, pœnitentes primi, ſe-
cundi, & tertii gradus: omnes denique pœnitentes qui
ad quartum pœnitentiæ gradum pervenerant, quamvis
ſacris intereſſent & precum participes eſſent, non com-
municantes vocabantur, quod euchariſtiæ participandæ
jus & poteſtatem non haberent. Item qui ob minus
gravia quædam crimina ab euchariſtiæ communione,
non autem a prima removebantur: Energumeni, pere-
grini, & vagantes ſine literis communicatoriis. Clerici
ad communionem peregrinam redacti: il omnes non com-
municantes appellari poterant. Quod plena & abſolu-
tiſſima ut loquuntur canones communione non frueren-
tur: horum igitur dona & oblationes eccleſiaſtici (mu-
nera enim hoc loco aut privata dona quæ epiſcopis miſ-
ſitarentur, aut oblationes quæ altaribus admoverentur
& Deo offerrentur, intelliguntur) hoc canone recipere
prohibentur: quod arbitrarentur Deum optimum ma-
ximum minus ſibi gratam acceptamque hoſtiam & obla-
tiones ejus ducere, qui non poſſet ſacroſancto Chriſti
corpore paſci & refici: quid quod Deo oblationem ejuſ-
modi averſante & deteſtante, ea videri poſſet execra-
tio & deteſtatio, quæ reliquo fidelium gregi non me-
diocriter obeſſet: deinde oblationes ejuſmodi poſtquam
altari oblatæ eſſent, & ſacerdotum ſolemni religione ac
precibus adhibitis Deo repræſentatæ, iis poſtea eccle-
ſiaſtici ad victum cibumque utebantur. Quapropter non
communicantis munera tanquam inviſa Deo merito reji-
ciebantur, & a clericis tanquam putida, & quorum odo-
re offenderentur, faſtidiebantur. Carth. 4. can. 93. *Diſ-
ſidentium fratrum oblationes non recipiantur.* Ibidem,
*horum qui pauperes opprimunt dona a ſacerdotibus refu-
tanda*. Privata quoque munera ab ejuſmodi hominibus
non erant accipienda, quod nulli uſui eſſent futura,
niſi ad pauperes aut clericos alendos.

*AD CANONEM XXIX.*

HUjus *nomen*. Energumenorum oblatione repelle-
bantur; ideoque nomen eorum, neque apud Deum
propitiandum adhibebatur: neque ejus mentio ulla in
ſacerdotum precibus facta: hæc enim oblatio nominis
erat quædam communionis ſpecies: quæ non niſi ob duas
cauſas ſuſcipiebatur. Prima cum precatio ejus cauſa fie-
ret qui ſacro fonte intinctus eſſet, aut abſolutus, aut
initiatus, aut in quem collatum eſſet aliquod ſacramen-
tum, ejus ut omnis communionis fieret particeps, no-
men Deo in altari offerebatur. Secunda cum ad altare
oblationes alicujus deferebantur; cum eo duplici nomi-
ne nomina Deo proponebantur, ſeu coram Deo pro-
nunciabantur; hoc eſt nomine ſuo eccleſia nomina eo-
rum Deo commendabat, idque oratione quadam ſeu
precatione ſingulari facta. Epiſcopus igitur aut ſacerdos
in altari nominatim appellaſſet energumenum oblationis
auctorem, ac repræſentaſſet, ut ita dicam, eumque Deo
precatione commendaſſet; ſed æquum non videbatur qui
agitarentur immundis ſpiritibus & qui ab oblationibus
removebantur, eorum nomen in altari recenſeri, quod
cum iis non eſſet ulla ratione communicandum.

*Ut ſua manu*. In concilio Carthag. cap. 91. Id illis
mandatum præſcriptumque ut eccleſias ipſas verrerent
ob id maxime, quod in eccleſiis pernoctarent, ut dæmo-
num terrore atque metu liberarentur, id teſtante, at-
que enarrante can. 92. ejuſdem concilii: quod hoc ca-
none aut aliquid ſimile vetatur.

*AD CANONEM XXX.*

OMnia ferme ea crimina quorum cauſa clerici hono-
re & gradu poterant privari, iiſdem erant impe-
dimento quo minus ad eoſdem gradus & honores adſe-
gerentur, quamvis ea multo antequam promoverentur
admiſiſſent. Præterea in hoc canone illud advertas, ut
in pluribus aliis canonibus ad ſubdiaconos, & ceteros

A minores ordines ſeveras prioris illius diſciplinæ leges quæ
in clericos ſancitæ eſſent, non pertinuiſſe: ſed ad majo-
res ordines epiſcopos, presbyteros, & diaconos: quibus
cum ſacroſanctum Chriſti corpus poſſent tangere, inter-
dictæ eſſent nuptiæ, & cum fœminis conſueſcere. Por-
ro ex pœnitentibus, ex neophytis, ex peregre baptiza-
tis, non poterant adſumi, neque in iiſdem dignitatibus
collocari, ſi poſt baptiſmum ſe aliquo crimine vel oc-
culto ſeſe inquinaſſent: lege canonem nonum concilii
Neocæſarienſi.

*AD CANONEM XXXII.*

PRohibentur omnino presbyteri iſto canone pœniten-
tiam excommunicatis impertire, quod ſummæ pote-
ſtatis jus eſſet, & quaſi ſupremæ juriſdictionis munus
impoſitione manuum peccatori alicui pœnitendi jus con-
cedere: propterea quod hoc ipſo facto excommunicatio
tolleretur, pœnitentiæ peragendæ facultas & jus concede-
B retur, peccatiſque certa quædam pœna cruciatuſque de-
cerneretur: atque ea cauſa eſt cur canones hanc pote-
ſtatem ad ſolos epiſcopos revocent transferantque: quæ
enim major poſſet permitti poteſtas quam peccata æſti-
mandi? Priori igitur hujuſce canonis parte ſtatuitur ut
pœnitentia a ſolis epiſcopis imponatur: poſterioris vero ita
lucida & perſpicua eſt ſententia, multaque in ea reperiuntur
ita latebroſa & obſcura, ut ejus ſenſus, niſi paulo fuſius
ſingula quæque diſcutiantur, aperiri non poſſit. An
hujus extremæ partis ſenſus eſt, conceſſa ab epiſcopo
pœnitentia, pœnitentem a presbytero & diacono abſolvi
poſſe, ſi periclitari cœperit: an vero excommunicato pœ-
nitentiam concedendam eſſe a presbyteris & diaconis ſi
morte præveniatur, antequam ab epiſcopo eandem pœ-
nitentiam potuerit accipere: hæc enim in alium ſenſum
non ſunt dicta, neque ad Euchariſtiam poſſunt referri,
quod prioribus ſæculis gravioribus relictis, de quibus
in hoc canone agitur, non facile ea concederetur: pro-
pterea neque in concilio Nicæno, neque tempore con-
cilii Carthaginenſis ſecundi, presbyteri vel cum urgeret
C neceſſitas non poterant euchariſtiam pœnitenti abſoluto
porrigere, ut ex illius 13. & hujus 4. canone manife-
ſtum ſit) multo magis quo tempore concilium iſtud eſt
habitum, quando diſciplina euchariſtica ſeverior eſſet, &
paulo ut ita loquar acerbior. Supereſt illarum duarum
explicationum nunc utra magis conveniat, exponere.
Poſtrema nil magis repugnare videtur, quam quod jus
pœnitendi ipſa pœnitentia, re vera nec eſſet, neque a
patribus communio appelletur, quamvis eo nomine poſ-
ſet venire, cum ea pœnitentibus anathema levaretur,
poſſentque dum in ea ſtarent excommunicari, ut loquun-
tur canones: quapropter ſi eo nomine quamvis minus
proprie, a patribus potuerit cenſeri, egregie totius ca-
nonis ſenſus cohæret: nam in eundem plane ſenſum vox
illa, *Communio*, accipienda videtur, atque prior illa
*pœnitentia*. Patreſque ſancire a ſolo epiſcopo petendam
eſſe pœnitentiam, non autem a presbyteris & diaconis,
niſi inſtante & premente morte. Præterea diaconi hoc
officio fungi poterant, & ab excommunicatione, ſi eis
juſſiſſet epiſcopus, abſolvere, quæ ſola in hoc canone
D explicando ſeſe obtrudit difficultas.

Ad peccatorum abſolutionem, extremam hujuſce ca-
nonis partem nihil vetat referre, niſi quod diaconi non
eo jure abſolvendi fruerentur, manuſque non impone-
rent, ut abſolverent: ſi tamen is ſenſus magis probe-
tur de antiqua illa ceremonia, res eſt accipienda, quæ
in eo poſita erat, ut cum epiſcopus manuum impoſitio-
ne ad conferendos ordines, aut abſolutionem dandam
uteretur, alii presbyteri & diaconi idem omnino face-
rent, & præeunte epiſcopo manus imponerent: quiſquis
enim primis illis temporibus abſolveretur ei non ſolum
ab epiſcopo, ſed a tota etiam cleri turba, & collegio
manus imponebatur, qui ritus manuſque impoſitiones
adeo religioſe obſervabantur, ut Cypriani nulla major
fuerit in martyres & lapſos, qui ab eis veniam pete-
rent, objurgatio, quam quod lapſi communioni reſti-
tuerentur, antequam eis manus ab epiſcopo & clero eſ-
ſet impoſita. Pœnitentibus igitur inſtante obitu, manus
presbyteri imponere jubentur, ut abſolvant, diaconi
E item, non ut abſolvant, id enim a presbytero erant
conſecuti, ſed ut multiplici illa manus impoſitione in-
telligeretur, in multorum etiam ſocietatem (Chriſtia-
norum ſcilicet,) eos eſſe receptos. Canon igitur de il-
la abſolutione, & manus impoſitione comitativa loqui-
tur, cum ait, *& diaconum*: ita enim legendum eſt, &
ſequenda Garſiæ correctio, quæ particula illa *&*, detra-
cta, hanc *aut* repoſuit.

*Placuit agere pœnitentiam*. Hoc eſt exomologeſim age-
re apud aliquem, & ſe meritum fateri cui gravis impo-
natur pœnitentia.

*Neceſſe eſt*. Hæc verba nec congruere, nec conſenti-
re videntur cum his, *ſi eis juſſerit epiſcopus*; nam ſi
neceſſario pœnitentem debent abſolvere presbyteri, aut
excommunicato, ſi morte prematur, pœnitentiam impo-
nere, quamobrem jubentur hujus rei copiam, & facul-
tatem prius accipere ab epiſcopo, qui dum conſulitur
mora

mors poteſt occupare pœnitentem aut excommunicatum: A quare neceſſe eſt concedamus ſtatutum eſſe his verbis, ut ne quidem morienti liceat presbytero injuſſu epiſcopi veniam indulgere. At vero de pœnitentia ſi mavis illic agi, quam de abſolutione, id ita accipiendum, ſi neceſſitas & excommunicati valetudo ferant, uti epiſcopum conſulat presbyter, & ab eo jus concedendi pœnitentiam impetret, ſin ſecus, metuſque ſit ne morte præveniatur, licere presbyteris pœnitentiam imponere quæ in morte, ni fallor, nunquam denegabatur.

Vulgaris editio, quod ad hanc ultimam canonis partem attinet, non omnino rejicienda videtur, *Cogente tamen infirmitate non & presbyterorum & diaconorum communionem talibus præſtare debere, niſi eis juſſerit epiſcopus*. Olim enim interdictum docet presbyteris, vel etiam in cauſa neceſſitatis, abſolutionem tribuere ſine facultate epiſcopi; quod ſi perabſurdum portentique ſimile videatur, pœnitentes ſiuere ſine abſolutione ex hac vita demigrare, ſanctum Innocentium adeat, & ultimum canonem Arelatenſis concilii primi, primum & ſe- B cundum Sardicenſis, tertium Valentiæ in Francia, & omnes hujus concilii canones qui hæc habent, *nec in fine accipiant communionem*. Videturque vulgata editio atque etiam emendata, ſi de abſolutione accipiatur, non diſcedere ab ejus concilii ſeveritate, & tempore quo celebratum & indictum eſt: eoque reſpexit concilium Nicænum, cum præfinitum ſtabilitumque ab eo eſt, uti premente neceſſitate liceat, vel ſine epiſcopi facultate abſolutionem dare. Can. 13. *Ut ſi quis vita excedat, ultimo & neceſſario viatico*, abſolutione, *minime privetur*. Unde argumento eſt ante concilium Nicænum aliud fuiſſe ſancitum, ſaltem non ſine probabili conjectura id tueri poſſumus.

*Cogente infirmitate*. Quia non cogente a presbyteris nunquam abſolvi poterant, quod in eccleſia palam abſolverentur pœnitentes, aut pœnitentiam acciperent excommunicati: officiaque omnia, quæ publice fierent, fungerentur epiſcopi.

*Communionem*. Abſolutionem, aut pœnitentiam, hanc raro, illam frequentiſſime hoc nomine vocatam reperies, vel etiam de utraque ſimul in hoc canone poteſt explicari: moribundis enim eadem benedictione jus pœnitendi una cum pace relaxabatur.

*Si ei juſſerit ſacerdos*. Epiſcopus. ex iis liquet pœnitentiam imponere, abſolvere, & his ſimilia ita aliena fuiſſe a presbyteris, & præter eorum auctoritatem, ut ea] curare atque iis ſeſe immiſcere, niſi juſſis, non liceret.

Totius canonis is eſt ſenſus: pœnitentia a ſolis epiſcopis: eadem vero vel abſolutio moribundo poterit a presbyteris indulgeri, ſi ab epiſcopo mittantur.

### AD CANONEM XXXIII.

RIDICULE hunc ita quidam interpretantur quaſi eo prohibitos clericos, ne ab uxoribus abſtinerent, & verba accipienda eſſent, ut ſonant, *prohibere abſtinere ſe a conjugibus*, ſed tanta & tam antiqua ea de re decreta reperiuntur, ut nihil ambigui in hoc eſſe poſſit.

*In totum*. Omnibus omnino clericis, non vero *omnino*, quaſi ante hoc interdictum aliquo tempore cum uxoribus conſueſcere potuiſſent.

### AD CANONEM XXXIV.

HIC canon illius concilii difficillimus ſane crucem fixit interpretibus, vix ut, aut ne vix quidem explicari evolvique poſſit, quo factum eſt, ut perridiculas & valde abſurdas explicationes interpretes excogitarint; ideoque mihi magnopere metuendum, ne mea deterior ſententia exiſtimetur. Id autem omnino ſtatuendum eſt quod refelli a quoquam non poſſit, Chriſtianos priſci temporis in cœmeteriis verſari & commorari ſolitos: ibique dies noctesque præconiis perſolvendis tranſigere, canone qui ſequitur id comprobante, ideoque rejici non poſſe quod dicimus ob eam maxime cauſam, quod tam multa tamque inſignia ederentur miracula, Deo id confirmante, quod ibi reliquiæ ſanctorum in illis cœmeteriis ſub altaribus conquieſcerent. Ego autem facile adducor, ut credam concilii illius patres opinionem mentemque Tertulliani, D. Cypriani, & eorum qui ea ætate florerent ſequutos qui animas martyrum ſub altaribus hærere & habitare, ibique dum eorum mortem Deus ulciſceretur, expectare ſenſerunt: atque adeo verba illa capite 6. Apocalyp. ad verbum tueri ac recipere Divum Cyprianum de lapſis, *Sub ara Dei animæ occiſorum martyrum clamant magna voce dicentes: quouſque domine ſanctus & verus non judicas & vindicas ſanguinem noſtrum de iis qui in terris inhabitant? & requieſcere ac patientiam adhuc tenere jubentur: & quemquam poſſe alii ... cuilibet remittendis paſſim donandiſque peccatis bon... fieri contra judicem velle, aut priuſquam vindicetur ipſe alios poſſe defendere*. Quibus credere videtur martyrum animas ſub aris quieſcere: idem de bono patientiæ. *Unde etiam clamantes martyres, & ad vindi-* A *ctam ſuam dolore erumpente properantes expectare adhuc jubentur, & temporibus conſummandis, implendiſque martyribus præbere patientiam, & cum aperuiſſet, inquit, agnus quintum ſigillum, vidi ſub ara Dei animas occiſorum propter verbum Dei & martyrium ſuum, & clamaverunt voce magna dicentes*. Idem ad Quirinum, libro tertio: *Et cum aperuiſſem quintum ſignum, vidi ſub ara Dei animas occiſorum propter verbum Dei, & martyrium ſuum*. Tertullianus de reſurrection. carnis capite 25. *Etiam in Apocalypſi Joannis, ordo temporum ſternitur, quem martyrum quoque animæ ſub altari ultionem, & judicium flagitantes ſuſtinere didicerunt: ut prius & orbis de pateris angelorum plagas ſuas ebibat, & proſtituta illa civitas a decem regibus dignos exitus referat, & beſtia antichriſtus cum ſuo pſeudopropheta certamen eccleſiæ Dei inferat, atque ita diabolo in abyſſum interim relegato, prima reſurrectionis prærogativa de ſoliis ordinetur: dehinc & igni dato univerſalis reſurrectionis cenſura, de libris judicetur*. Idem de anima ca- B pite octavo: *Sol enim corpus, ſiquidem ignis; ſed quod aquila confiteatur, neget noctua, non tamen præjudicans aquila, tantundem & anima corpus inviſibile carni ſi forte, ſpiritui vero viſibile, ſic Joannes in ſpiritu Dei factus, animas martyrum conſpicit*. Idem adverſus Gnoſticos capite undecimo: *Sed & interim ſub altari martyrum animæ placidum quieſcunt, & fiducia ultionis candidum claritatis uſurpant, donec & alii conſortium illarum gloriæ impleant*. Quoniam autem cereis ardentibus, igni, fumigationibus, ſpiritus divexari experientia ipſa animadverterent; atque in eos magnam virtutem habere vim ignis. haud ſcio an illi patres vetuerint admoveri cereos ardentes, ne animæ ſanctorum quæ ſub altari permanerent, admoto igne inquietarentur: non alia mihi explicatio occurrit, quæ poteſt vel inde refelli quod huic concilio errorem affingat. Sed huic objectioni reſpondetur in concilio totius Africæ, Numidiæ, Mauritaniæ, patres decreviſſe hæreticos eſſe rebaptizandos.

Quid in hunc canonem ſcripſerit Mendoza, mihi non C eſt compertum[*], ſed Garſiæ interpretatio poteſt admitti: Sanctorum quippe nomine accipiendi ſunt fideles, quorum ſpiritus, dum orationis cauſa ad eccleſiam adveniunt, inquietantur frequentia, & cura immodica cereorum ardentium.

[*] Inquit Albaſpinæus: nos poſtea omnibus pandemus.

### AD CANONEM XXXV.

MUlti in ſepulchris martyrum curabantur, multaque alia fiebant miracula, quorum cauſa ad eadem ſepulchra dies noctesque morabantur. Tertulliani quoque ætate, vel ante Tertullianum, tantus ad ipſa martyrum ſepulchra Chriſtianorum fiebat concurſus, ut ea re indignati Gentiles, areas Chriſtianis eriperent, hoc eſt loca ubi corpora martyrum deponerentur; *Areæ Chriſtianorum non ſint: areæ eorum non fuerunt, merces enim ſuas non egerunt*: ad Scapulam.

### AD CANONEM XXXVI.

C DE picturis, & tabulis, non vero de ſignis aut ſtatuis hic agitur: & de picturis quidem, non quibus ſancti & martyres, ſed quibus Deus ipſe ipſaque Trinitas repræſentaretur: illi ſiquidem non adorantur. Vetant igitur Deum in parietibus depingi, ne ſcilicet quem Gentilibus & catechumenis immenſum, omnipotentem, inviſibilem, æternum, incomprehenſibilem, ſpiritualem, corporis & materiæ expertem & immanem prædicarent, eum ipſi Gentiles, & catechumeni in ipſorum eccleſiis, lineis, & coloribus circumſcriptum, & comprehenſum cernerent. Ne igitur divini numinis majeſtas minueretur, & aliud de Deo depingeretur, quam prædicarent, & quem ſupra homines extollerent humana ſpecie depictum oculis objicerent; vetant ne in eccleſiis Dei imagines ſuſpendantur: hæc ad ſanctorum imagines nullatenus pertinent. Ad hæc ex apologeticis pro chriſtianis, ex Tertulliano & Minutio diſcimus, varios deos deorumque formas Chriſtianis Gentiles finxiſſe, ut quiſque ex eorum ritibus aliquid hauſiſſet, aut D aliquid in eorum eccleſiis adnotaſſet: ita vulgatum ſolem eos adorare, quod diebus ſolis frequenter in eccleſias convenirent: res turpes eoſdem colere ſuſpicio fuit, quod ad pedes epiſcoporum volverentur pœnitentes. Ne igitur in mentem Gentilibus veniret, Chriſtianos, hominem aut Deum humanæ ſpeciei ſimilem adorare, ſi humanas facies in eorum eccleſiis intuerentur, Deum vetant in eis depingi.

### AD CANONEM XXXVII.

EOrum qui ab immundis ſpiritibus infeſtarentur, duo erant genera, quidam perpetuo agitabantur, alii lucidis intervallis gaudebant: in prima canonis parte dandum illis baptiſmum, aut communionem, ſi mori eos contigeret: hi a communione, ſi contra diſciplinam quidquam faciunt, aut lucernas accendunt, pelluntur: ſed quer-

quorſum hæc verba, aut quamobrem de lucernis potius A quam de quavis alia ſe meminerint? Scimus Chriſtianis interdictum in feſtis Gentilium lucernas accendere; ſed neſcio cur hoc canone id energumenis potius, quam aliis prohibetur, neque id conjectura ulla aut divinatione aſſequi poſſumus.

Ad eos etiam qui perpetuo vexarentur extrema canonis referri poſſunt, qui etſi neque euchariſtiam adirent, neque in communionem precum vocarentur, excommunicari tamen poterant, hoc eſt funditus ab eccleſiæ aditu repelli, neque ad preces & ſupplicationes fundendas adhiberi, neque ut expiarentur admoveri: neque enim, communione ſi quis precum aut altaris privabatur, propterea cum excommunicatione perculſum fuiſſe exiſtimandum eſt: ut de energumenis dici poteſt in quos anathema non contorquebatur: quid enim tali pœna, aut excommunicatione dignum præſtiterant? aut quo ſe peccato polluerant? ii tamen a communionibus ſeveruebantur.

### AD CANONEM XXXVIII.

HUjus canonis ſenſus eſt, ſi qui catechumeno terra vel mari certo occumbendum ſit: poſſe eum a laico facro fonte ablui, ſi copia ſacerdotis non ſit: neque vero canon iſte niſi tota catechumeni neceſſitate commovetur, hoc eſt non ait, ſi in morte catechumeni, unus laicus tantum adeſſe videatur, imo contra ſubintelligi vult, ſi plures laici tali tempore non defuerint, tum ſtatui omnino vult, unus ut e laicis, qui nondum pœnitentiam exolverit, neque bigamus fuerit, baptizet: idque ob eam rem, quod neque ſacerdotes pœnitentiam peragere, neque ea perfecta, abſolutaque ad id eligi, neque bigami eſſe poterant, quas quidem conditiones in uno laico qui baptizet, requirit ille canon, quod eo modo ille ſacerdotis partes acturus, ſi tamen tunc temporis interveniſſet bigamus, unus tantum idemque pœnitens, canon ille decreviſſet, vel ſi illa omnia impedimenta ſeſe obtuliſſent, ab eo potuiſſe ſacrum baptiſma conferri.

*Qui lavacrum ſacrum integrum habet.* Putarim iſta verba id indicare qui poſt lavacrum non peccarit, neque pœnitentiam ullam ſubierit, quod peccato poſt baptiſmum commiſſo, omnium, ut ita loquar, gratiarum ac beneficiorum quæ acceperat, jacturam faceret: ideoque baptiſmum ejus qui deliquiſſet, non integrum, aut incorruptum videri amplius: quod ex illo divinæ gratiæ, qua inſtructus erat, quaſi gradu excidiſſet. Patres autem iiſdem propemodum loquendi formulis abundant, aſſeruntque qui lavacro initio non peccant, eodem omnino candore vitæ & ſanctitatis eos conſpicuos eſſe, quem baptiſmi beneficio acceperant: peccato autem intromiſſo candorem illum penitus inoleſcere & abſtergi.

*Ut per manus impoſitionem.* Ut confirmetur: confirmatio enim perfectio vocatur Chriſtianorum.

### AD CANONEM XXXIX.

GEntilibus, qui in mortis diſcrimine baptizati eſſent manus ab epiſcopis imponendæ, & confirmationis ſacramento ſignandi, ſi proni fuerint, moreſque conſimiles fidei Chriſtianæ habuerint. Nam ſi ex more turpiſſimorum hominum antea actam vitam duxerint, non ſunt confirmatione perficiendi, quantumvis omnibus vitiis & flagitiis carerent, & omnem extra noxam cenſerentur. Hunc ego ſenſum & explicationem confido patres ipſos Eliberitanos agnituros pro legitima & pro nata, contra vero quam de baptiſmo nonnulli aſſerunt tanquam ſuppoſititiam repudiaturos, ſi utramque aſpiciunt. Quis enim unquam potuit dubitare an gentiles eſſent in morte baptizandi? Quis unquam docuit baptiſmum iis in morte denegandum eſſe, quorum vita non fuiſſet honeſta? Porro ubinam reperient baptiſmum manus impoſitionem nominari, & iſto nomine a patribus appellari? Sed ajunt monere titulum ita hunc canonem eſſe accipiendum, *Gentilibus, ſi in diſcrimine baptizari expetant*, movere quoque & ſuadere hæc verba, *& fieri Chriſtiana*, Gentiliſque nomen, quo qui eſſent confirmandi nunquam appellarentur. Hæc adverſum noſtram explicationem non magnopere faciunt. Nam non conſtat, a quo, aut quando tituli appoſiti ſint: Chriſtianique nomen etſi baptizatis datum, propriam tamen hujuſce vocis vim & ſignificationem confirmatos indicare alibi obſervavimus, quod Spiritu ſancto ejuſque caritate in confirmatione ungantur & illiniantur, Chriſtoque ſimiles efficiantur, qui a Spiritus ſancti unctione Chriſtus appellatur: Gentiles autem hoſce vocarunt patres, quamvis eſſent baptizati, ut de catechumenis, qui in infirmitate baptizarentur, non agi docerent. Et quemadmodum canone quadrageſimo ſexto vocant apoſtatas fideles, ita hoc loco nominant baptizatos Gentiles: non quod eſſent Gentiles, ſed cum in catechumenatu non ſtetiſſent, fideique elementa non eſſent edocti, ideo Gentiles vocantur, nam alio nomine non poterant nominare & appellare ejuſmodi Gentiles, qui extra ordinem & ſine catechumenatu eſſent baptizati. Quamobrem autem ſtatuerint patres Eliberitani, ut Gentiles, qui in infirmitate baptizati eſſent, confirmarentur, ea potuit eſſe cauſa, quod poſt confirmationem ſubinde nullaque interjecta mora euchariſtia confirmatis tribueretur. Quidam igitur non exiſtimabant eam ſatis tuto & conſulto ejus fidei credi & committi poſſe, qui in rebus Chriſtianæ religionis, & in ejuſmodi myſteriis parum eſſet eruditus, nam ad vanitatem ea accepta poterat redire, ejuſque myſteria, & arcana divulgare. Præterea myſteriorum participes hos eſſe nolebant, qui turpem vitam egerant, ne recuperata ſanitate, animus prava conſuetudine & cupiditate detentus, ad eadem vitia facilius relaberetur, & indumentum Spiritus ſancti ipſumque Chriſtum exueret.

*Gentiles.* Pagani, qui ne morte intercipererentur, extra ordinem baptizati eſſent, & antequam in catechumenatu erudiri poſſent.

*Si in infirmitate.* Nam ſi mortis metus non urgeret, erudiendi erant antequam confirmarentur, aut baptiza- B rentur.

*Deſideraverint.* Non petentibus manus non erat imponenda, quod baptiſmo ſatis ad ſalutem præſidii conſecuti eſſent.

*Manum imponi.* Confirmari, nam de ea manus impoſitione, quæ pro ritu & ceremonia in baptiſmo uſurparetur, illi egregie hallucinantur, qui interpretantur: quaſi ea indignus ille videri potuiſſet, cui ipſummet baptiſmum collatum eſſet.

*Fieri Chriſtianus.* Unctione ſcilicet & ſancti Spiritus infuſione, ut loquitur D. Cyrillus Hieroſolymitanus.

Ceterum in concilio Arelatenſi primo can. 6. idem omnino ſtatuitur. *De his qui in infirmitate credere volunt, placuit, debere eis manum imponi.* Hoc eſt iis qui infirmitate volunt baptizari confirmatio quoque tribuenda.

### AD CANONEM XL.

C EX poetis illud haurias e terræ frugibus diis ſuis libare, & offerre ſolitos ethnicos; quod per canonem Chriſtianis facere non licet.

### AD CANONEM XLI.

PRIVATOS domi deos, & parva ſimulacra colebant: Svetonius in Domitiano, *Puer qui cura Larium cubiculi ex conſuetudine aſſiſtens.* Hoc igitur canone admonentur patres familias ne domi a ſervis aut liberis hæc haberi & coli ſinant. ſi vero id præſtare nequeunt, ne ab eis deferantur & accuſentur, nihil illis immoveant.

*Si vim metuunt ſervorum.* Verba iſta non dubitanter adſtruunt, concilium illud difficillimis perſecutionum temporibus atque adeo ante Conſtantinum convocatum: nam nominis delationem per ſervos ſuos fieri non exhorruiſſent, ſi impunitate propoſita potuiſſent ad arbitrium religionem quamlibet amplecti & tueri.

### D AD CANONEM XLII.

CANONE iſto patet catechumenatus tempus biennii ſpatio contractum & definitum.

*Ad fidem primam credulitatis accedunt.* Ita loquuntur patres & canones Arelatenſes qui credere volunt: in hoc concilio, can. 44. *Si poſtmodum ad credulitatem venerit*, ſi ad Chriſti fidem venerit, ſi ſe in Chriſtum credere velle dixerit, ſi ſe erudiri rogaverit; hæc in eandem ſententiam accipienda, *ad fidem primam credulitatis*, qui de Chriſti fide doceri cupiunt, *qui prius fidei rudimentis* imbui cupiunt.

*Si bona fuerint converſationis*, ſi faciant in ipſo catechumenatu, quod fidei Chriſtianæ tyrone dignum ſit.

### AD CANONEM XLIII.

NON omnino liquet hoc canone decretum diem dumtaxat pentecoſtes, an quinquaginta poſt paſcha dies E celebrandos: vulgaris lectio de ſolo pentecoſtes die emendata, totos quinquaginta dies feſtivos habendos ſtatuiſſe videtur, his adjectis, *non quadrageſimam, niſi quinquageſimam.* Præterea certum eſt ſuperioribus temporibus pentecoſtes non unicum diem; a paſchate ad pentecoſten, totos dies a Chriſtianis celebratos. Tertullianus; *Excerpe ſingulas feſtivitates nationum, vix pentecoſten implere potuerunt.* Nicænum quoque concilium, eoſdem quinquaginta dies ſolemnes fuiſſe indicat; vetitis adgeniculationibus. Quapropter in eam potius ſententiam hunc canonem acciperem, ut dies quinquaginta, quam unicum pentecoſtes diem obſervandum ſtatuat; verum qua ceremonia quinquaginta illi dies traducerentur, non liquet: non ceſſatione operarum; neque enim credibile videbitur, tenuiorum ſane & inopum cauſa; quos ab intermiſſione laboris Pagani facile internoſcere potuiſſent, quapropter potius exiſtimarim, quan-

quantum ego conjicere poſſum, dies illos celebrari & agitari conſueviſſe, publicis de more miſſarum ſacrificiis, eucharistiæ quoque ſumptione ſanctiſſime obita, aut elogiis recitandis. Addo etiam commune quoddam, & publicum gaudium quo elati jejunare deſinerent, Deumque ſtante omiſſa genuflexione, laudibus & hymnis extollerent, & benedicerent.

### AD CANONEM XLIV.

NONNULLIS venerat in mentem ſubdubitare, num feminæ illi quæ ſe flagitiis criminibuſque implicaſſet, catechumenatus tempus prorogandum eſſet, quod in expiatione flagitiorum poneretur. Canon autem præſcribit eodem temporis intervallo, quo alii catechumeni, retineri poſſe: & illud *incunctanter* non indicat, eodem puncto momentoque temporis recipiendam. Nam aliæ, quæ non ita ſcelerate flagitioſeque peccaſſent ante catechumenatum, non eodem tempore quo ad eccleſiam ſe conferrent, recipiebantur.

### AD CANONEM XLV.

QUÆ tandem res illa ſeu quæſtio, quæ hoc canone diſceptatur? utrumne id in eo conſtituitur baptiſmus ut catechumeno apoſtatæ, ut ita dicam, non denegetur ſimul atque ſeſe obtulerit, tametſi non ſe legibus catechumenatus alligandum tradiderit, ſi teſtificationibus veriſſimis comprobarit alias ſe catechumenatus tempus præfinitum traduxiſſe: id ſane credibile non eſt, quod fidem faciat canon ille, cum in eo de uno quodam, qui paganiſmum olebat (vetus inquam homo habebatur) differitur, qui quod longo intervallo a Chriſtiana fide defecerat, penitus paganus & ethnicus exiſtimabatur, eratque. Neminem autem fugit, non ante quemquam paganorum ſacro fonte ablui ſolitum, quam inſtitutus inſtructuſque eſſet, & ſalutaribus catechumenatus legibus eruditus perpurgaretur. Accedit eodem, quod ſi catechumeno ob flagitia & crimina in ipſo catechumenatu perpetrata, catechumenatus tempus protraheretur, probatius multo futurum, ut catechumenus apoſtata qui idololatriæ ſeſe ſcelere obſtrinxiſſet, & catechumenatum ſuum, ipſamque eccleſiam per infinita tempora deſeruiſſet, iterum catechumenatus curriculum, quod alias percurriſſet, conficeret.

An vero præſcriptum, uti ad baptiſmum ſuſcipiendum catechumenus apoſtata, ipſo prius catechumenatus curriculo decurſo recipiatur, ac ſi alias nunquam in ipſum ingreſſus eſſet; ſed teſtimonium ſeu argumentum, quod canone ipſo deſideratur, ei adverſatur penitus. Quorſum quæſo ut inter catechumenos reponeretur, neceſſe eſſet prius recognoſcere, fuerit ne aliquando e catechumenorum numero? Deinde nulla conditio requirebatur in eo caſu: ſive enim id teſtimonio alique confirmari poſſet: ſive nulla teſtificatio proferretur: nec vitiis atque flagitiis coopertus quiſquam repelli poterat, aut excludi a catechumenatu aut a baptiſmo. Neque enim eccleſia unquam eo de facto dubitavit. Quid, quod facile eſt videre non aliam ob cauſam illam teſtimonii anthoritatem comparari, quam ut apoſtata ille ſublevetur, patrocinio quodam fulciatur? Quod tandem beneficium, aut gratia illa dici poteſt ejuſmodi hominem inter catechumenos reponi; eumque interim baptiſmo privari, donec plenum atque integrum catechumenatus temporis ſpatium ac ſi in eo nunquam ſteriſſet, decurrerit?

Quicquid tandem afferatur, non ſatis ad teſtes accommodari poterit, neque ſi dicas quorumdam fuiſſe ſententiam ejuſmodi apoſtatas diutius, quam ceteros catechumenos, in ipſo catechumenatu detinendos, quod a fide defecerant, patreſque hanc nimiam in eos acerbitatem ſuſtuliſſe, catechumenatumque eis duorum annorum, & non amplius eis præſcripſiſſe: ſi modo teſtes inveniri poſſent, qui eos olim catechumenos fuiſſe affirmarent. Sed quid opus erat teſtibus ad confirmandum eos olim fuiſſe catechumenos, cum id ipſum in hoc canone ſupponatur & detur, & de his agatur qui fuiſſent catechumeni? Nihil opus eſt probatione ad evincendum quod ita eſſe ponitur: imo ut levius caſtigarentur, contrarium potius erat probandum eos ſcilicet nunquam fuiſſe catechumenos; quia ob hanc maxime cauſam erant inviſi & puniendi, quod ab eccleſia deſciverant.

Quæ me res eo prorſus pellicit impellitque, ut nihil eorum quæ dixi, in canonis illius ſenſum intelligentiamque quadrare putem; ſed exiſtimarim agi de catechumeno apoſtata, qui mortis inſperatæ diſcrimine interceptus, baptiſmum peteret, & cui ante vox intercluderetur, quam ad eum acceſſiſſet presbyter: id ſi ita ſit, omnia canoni conſonant conſentiuntque: omnibus quippe canonibus paſſim legas deſiderari teſtimonium aliquod quo ii baptizentur, quibus erepta vox eſt: non ſecus atque requiritur, pœnitentium maxime cauſa, aut excommunicatorum, quibus hoc ipſum incommodum obtigiſſet, canone 76. concilii Carthaginenſis quarti. *Qui pœnitentiam in infirmitate petit, ſi caſu dum ad eum ſacerdos invitatus venit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in phreneſim verſus fuerit, dent teſtimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam; & ſi continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori ejus eucharistia. Si ſupervixerit, admoneatur a ſupradictis teſtibus petitioni ſuæ ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ legibus, quamdiu ſacerdos qui pœnitentiam dedit, probaverit.* Canone 12. Arauſicani primi, *Subito obmuteſcens, prout ſtatutum eſt baptizari, aut pœnitentiam accipere poteſt, ſi voluntatis præteritæ teſtimonium alterum verbis habet, aut præſentis in ſuo nutu.* Leonis epiſtola 89. ad Theodorum Forojulienſium epiſcopum, *Quod ſi aliqua ægritudine ita fuerint aggravati, ut quod paulo ante poſcebant, ſub præſentia ſacerdotis ſignificare non valeant, teſtimonia eis fidelium circumſtantium prodeſſe debebunt, ut ſimul & pœnitentiæ & reconciliationis beneficium conſequantur, ſervata tamen regula canonum paternorum circa eorum perſonas qui in Deum a fide diſcedendo peccarunt.* Quibus locis, patres nos eſſe baptizandos quemadmodum ſtatuunt qui morbo obmutuerant, ſi reperiantur qui teſtimonium dicant, iiſque verbis utuntur, *ſi teſtimonium alterum verbis habet.* Item, *Dent teſtimonium qui eum audierint.* Item, *Teſtimonia eis fidelium circumſtantium prodeſſe debebunt.* Non aliter hoc canone moribundi, & muti baptizari jubentur. *Si eum de clero quiſquam agnoverit voluiſſe eſſe Chriſtianum, ac teſtes aliqui exſtiterint fideles*, quorum ſcilicet fide & teſtimonio opus erat, ne invito & non petenti, Chriſti ſacramenta præberentur.

Huic explicationi non minimum repugnare videntur hæc verba, *eo quod in vetere homine deliquiſſe videatur*: quid enim attinebat ejus culpam minuere, cujus nullum tam grave facinus extare poterat, quod baptiſmi gratiam impediret? Sed quidquid tandem in hunc canonem dixeris, ea ipſa verba non minus obſtare reperientur. Præterea magnum erat inter catechumenos & Gentiles diſcrimen: horum levia ducebantur flagitia, illorum, tametſi non omnino cenſerentur Chriſtiani, gravius puniebantur, quam Gentilium: neque aliunde id potuit accidere quod quidam dubitarent an eſſent baptizandi, qui ejurata fide ad idololatriam rurſus & deorum cultum animum applicarant: neque ita ratio dubitandi aliena erat ab auſtera ſeveraque diſciplina temporis illius, quo concilium indictum eſt; nam cum iiſdem temporibus, & ob eaſdem cauſas abſolutio apoſtatis qui immolarant in morte denegaretur, iiſdem judiciis hos apoſtatas catechumenos feriendos eſſe, erant qui ſuſpicarentur: quod dubium tollitur hoc canone, atque eodem docent patres in catechumenis apoſtaſiam minus flagitioſam videri, quod non eſſent Chriſtiani, & errore atque ignorantia ducerentur, & peccarent.

*Nunquam ad eccleſiam acceſſerit.* Deſierit eſſe catechumenus.

*Cognoverit eſſe Chriſtianum.* Voluiſſe eſſe Chriſtianum ita legendum ex vulgari lectione: hoc eſt ſi quiſquam audierit baptiſmum eum antequam obmuteſceret petiiſſe.

*Eo quod in veterem hominem.* Vulgaris, *in vetere homine*, & melius: nam quidquid peccarant antequam ad fidem accederent, Chriſtumque agnoſcerent Gentiles, id in vetere homine, in Adamo, & in ſtatu ignorantia factum & admiſſum accipiebatur, atque adeo eorum peccata involuntaria vocabantur. His igitur, *vetus homo*, paganum deſignari putes. Ita loquuntur ſcriptura, patres, concilia. Tertullianus de pudicitia, *utroque homine purgatus* pagano & heretico: S. Leo epiſtola 91. *a conditione veteris hominis liberari.* Ajunt igitur catechumenum qui per infinita tempora militiam Chriſtianam tyrociniumque deſeruerit, baptizandum eſſe, ejuſque apoſtaſiæ peccatum a Gentili, non a fideli commiſſum cenſeri debere.

### AD CANONEM XLVI.

PRÆCEDENTI ſeu ſuperiori canone quid fieri agique oporteat contra apoſtatas catechumenos, ut ita dicam, actum, & diſputatum: hoc autem quid contra apoſtatas fideles: atque hoc præcipue ut decem annorum pœnitentiam facere cogantur, ſi diis immolarint: alioquin concilium illis vel in ipſo exitu ſeu morte abſolutionis ſpem eripit.

*Si tamen aliquando fuerit reverſus.* Ante mortem ſcilicet, nam ſi in infirmitate & ſolo mortis metu veniam flagitarent, repellendi erant omnino, canone ultimo Arelat. concilii primi.

*Nec fuerit idololatria.* Nam ſi ſcelus geminaſſet, ut loquuntur, ne in morte quidem erat in gratiam reſtituendus.

### AD CANONEM XLVII.

DETUR *ei communio.* Abſolvatur.

*Ulterius non ludere.* Abſolutio ei in morte deneganda. Ex iis liquet unicam olim poſt baptiſmum fuiſ-

ſe pœnitentiam, & cum perpetua pœnitentia puniendum qui impetrata venia rurſus ad eadem relaberetur : item canone tertio.

*Communio pacis*. Communio, communio pacis, communio fraternitatis, abſolutio, ſimplex reconciliatio, & ſimilia ejuſdem ſunt ſignificationis.

### *AD CANONEM LIV.*

IN *gravi crimine*. Hæc lectio mihi magis arridet, quia magis conſentanea rationi : rationem quippe continet, quamobrem parentes omni culpa & crimine liberat, quia cum qui matrimonium contraxerant ſponſi & ſponſæ, fidem datam perfregerint, parentes & agnati omni culpa vacant.

### *AD CANONEM LV.*

SACERDOTES. Sole meridiano clarius eſt de Chriſtianis, qui paganorum ſacerdotes eſſent, verba fieri : non autem ut quidam exiſtimant de his qui antequam Chriſtianam fidem complexi eſſent, eo ſacerdotum officio fungerentur : unde conjicias non obſcure confirmari ea, quæ prioribus canonibus attulimus, in iis de flaminibus diſputari, qui Chriſtiani eſſent : non autem qui non eſſent. Neque enim unquam per canones videas ea caſtigari peccata, quæ ante baptiſmum committerentur. quin neque canon, neque locus ullus, neque auctoritas patrum afferri poteſt, quæ id probet. Plurima autem variaque erant idololatriæ genera apud Ethnicos : ideoque præter canones ſupra citatos patres illi, genus aliud animadverſionis aut pœnæ decreverunt in ſacerdotes paganorum, tametſi aliud nihil quam coronam geſtarent, neque ullos, quo diis honos perſolveretur, ſumptus facerent.

### *AD CANONEM LVI.*

UNO *anno*. Quod duumviri, non ultra annum unum, magiſtratum protraherent.

### *AD CANONEM LVII.*

SUSCIPI aut confici peregrinationes, & itinera non poterant ſine literis communicatoriis, aliter iure hoſpitalitatis caruiſſent. quod a Chriſtianis uſurpabatur, neque ad communionem admitti eos fas erat : hic autem mos invaluerat, ut epiſcopi in iis literis, quas viatores epiſcopis legendas offerebant, adſcriberent diem illum, quo illi diœceſim obiiſſent, & quemadmodum ſe in ea geſſiſſent : atque iſta ratio ſuſcipiendi viatores, agendique cum illis, eo pertinebat, ne cum peccatoribus commercio aliquo communicarent : quis enim non intelligit eos toto illo itinere perficiendo peccare, ſuoque congreſſu ac ſocietate in eamdem turpitudinem eos, qui nec opinantes, aut cogitantes, cum iis verſati fuiſſent, potuiſſe pertrahere? Hoc autem ex hoc canone collige, viatores literas communicatorias non ſolum epiſcopis, ſed & eccleſiarum rectoribus, aut quacumque tranſirent, obtuliſſe ; verum ſimile tamen eſt ab aliis præterquam ab epiſcopis, nil quicquam in ipſis literis adnotatum.

### *AD CANONEM LIX.*

ARBITROR ita legendum eſſe *cauſa ſacrificii*. Subintellige *videndi*; nam ſi animo ſacrificandi interfuiſſent, atrociori ſupplicio afficerentur, neque in morte iis ad communionem aſpirare liceret.

*Quod ſi fuerit*. Si ad Capitolium aſcenderit, ut ſacrificio intereſſet, neque tamen illud aſpicere, aut intueri ei licuerit, pari pœna ſupplicioque mulctetur, atque illud ſi oculis uſurpaſſet, cum eius voluntas fuerit ut videret : neque vero ſenſus ſententiaque ita perſpicua manifeſtaque, ſi de iis ſermonem fieri dicamus, qui ſacrificandi cauſa eo pergerent, qui tamen non ſacrificarent, quique tantum id a ſe viſum eſſe & ſpectatum lætarentur, qui nec in morte communione erant donandi, qui ſacrificarant, ut ex primo canone conſtat.

### *AD CANONEM LX.*

IN *numero eum non recipi martyrum*. Ex D. Cypriano colligitur annua die memoriam olim martyrum celebratam, nam actis publicis inſcribebatur quo quiſque die martyrium ſubierat. Ex hoc canone non ſolum neminem poſt mortem in eorum relatum eſſe numerum niſi ex præſcripto & mandato eccleſiæ, ſed eam etiam eoſdem martyres coluiſſe, & precibus proſecutam eſſe, quamobrem enim eorum cauſam habuiſſet, niſi ut falſi & pſeudomartyres non colerentur.

### *AD CANONEM LXI.*

ET *ipſa fuerit fidelis*. Quia ſi ea Gentilis fuiſſet, geminato ſcelere, legibus graviores pœnas dediſſet.

### *AD CANONEM LXIII.*

ZEPHYRINI edicto, mœchia, tum paulo poſt homicidium, veniam poſt longam pœnitentiam impetravere ; ſed hujuſce concilii tempore, qui utriuſque hujus criminis reus deprehendebatur, nec in fine paci eccleſiæ reddebatur : ſceleris geminatio aut repetitio, vel in extremo vitæ periculo communione indigna videbatur.

### *AD CANONEM LXV.*

CLERICI. Lectores ſcilicet, exorciſtæ, & ejuſmodi minorum ordinum eccleſiaſtici, qui cum uxoribus una manere poterant.

### *AD CANONEM LXVII.*

QUI tituli hujuſce canonis fidem & auctoritatem ſequeretur, de maritis catechumenarum eum agere exiſtimaret, multumque ſolicitus eſſet quamobrem vetaret catechumenas comatis & cinerariis nubere : puellis enim quæ eſſent in patria poteſtate, id vitio aut fraudi verti non poterat. Præterea & ſi genus eſſet aliquod vitii aut peccati hiſce rebus nimium ſtudere, tam grave tamen videri non potuit, ut ejuſmodi hominum uxores alieni delicti pœnas darent. Ad hæc cum Gentilibus non liceret filias locare, in maritos potius quam in uxores erat animadvertendum : ex quibus perſpicere licet de maritis catechumenarum mentionem hic non eſſe, ſed de viris, quos nonnullæ mulieres in deliciis haberent.

*Comatos aut viros cinerarios*. Non immutanda hæc lectio, mulieres enim intemperantes & paganæ, illarum maxime regionum, quæ ſolis æſtu ardoreque torrentur, ut Hiſpaniæ, Africæ, Ægypti, & aliorum locorum, evocare ad ſe ſolebant aut inter ſervos habere externos, ut Germanos, & e Gallis petitos viros, quibus natura ipſa elegantiorem formam ſpeciemque cœli & ſolis clementia induxerat, quam iis qui propius a vehementiſſimo calore abeſſent : atque ob eam cauſam maxime, ut ad libidines explendas eorum opera abuterentur. Tertullianus ad uxorem libro ſecundo exprobrat viduis, eaſque criminatur, quod paganos opibus affluentes elicere malint quam pauperes, & tenuis fortunæ Chriſtianos, quo facilius ſumptus faciendos ſuſtineant, *bonum exhibenda ſella & mulabus & cinerariis peregrinæ proceritatis*. Clemens Alexandrinus catechumenorum inſtitutor ac doctor eam conſuetudinem vituperat. Canon igitur vetat, ne Chriſtianæ catechumenæ mulieres ethnicorum morem æmularentur, ſervoſque comatos haberent, qui dominæ impudicitiam exprobrarent.

*A communione arceantur*. Catechumena a communione & a ſocietate fidelium non poterat arceri, ſed ab eccleſia & a catechumenatu.

### *AD CANONEM LXVIII.*

PAULO altius idem concilium communionem adimit vel in morte Chriſtianæ mulieri, quæ in idem peccatum prolapſa fuerit ; hic contra catechumena non niſi prorogationem catechumenatus pœnæ nomine ſuſtinet.

### *AD CANONEM LXIX.*

SUNT qui probant ex hoc canone *reconciliare*, nihil aliud olim fuiſſe quam communionem dare, & recte, nam multa ſunt quæ hanc explanationem comprobant : ſed cum ajunt, communionem, euchariſtiam ſignificare, vetereſque ſacramentum reconciliationis cum ſacramento euchariſtiæ ſemper conjunxiſſe, aut communione euchariſtiam ſemper intelligi, errant meo judicio, atque huic opinioni ſubſcribere non poſſum, nam tertio pœnitentiæ gradu pœnitentes & ſubſiſtentes communicabant, erantque reconciliati, qui euchariſtiæ non participarent.

### *AD CANONEM LXXII.*

FUERIT *mœchata*. Vidua poteſt mœchari cum homine conjugato.

*Acta legitima pœnitentia*. Illa vocabatur legitima, quæ omnes pœnitentiæ gradus, vel tres minimum pertranſiret, & in unoquoque bona fide & ex animo pœnitentium ritus & ærumnas pateretur.

*Vel ſi fuerit fidelis ille quem acceperit*. Hoc ita intelligo, ſi relicto viro alium & fidelem duxerit, fidelis ille decem annos communione privetur. Hæc mulcta viro, non mulieri imponitur ; nam in minori non erat culpa, ſi fideli quam ſi Gentili nupſiſſet.

*Poſt decem annos*. Quibus rebus toto hoc tempore vacarent, aut quot eis annos in unoquoque pœnitentiæ

gradu ſtandum & morandum eſſet, non præſcribunt, quod ni fallor, id epiſcopi arbitrio permitteretur, cujus partes animos pœnitentium obſervare, & ita tractare ut ad exitum pœnitentiæ pervenirent, & graduum moras & diſcrimina præcipiti feſtinatione non confunderent.

### AD CANONEM LXXIII.

DELATOR, qui ad judices ſæculares Chriſtianos deferebat, quique eos eo nomine accuſabat: verba iſta *proſcriptus & interfectus*, aperte coarguunt, ita rem ſe habere, neque enim unquam, quemquam eccleſia aut proſcribit, aut morte mulctat; hoc propterea dixi quod cum de falſis teſtibus, aut delatoribus in canonibus agitatur, id de peccatis potius quam de criminibus, & de eccleſiaſticis quam de judicibus & magiſtratibus accipiendum ſit.

### AD CANONEM LXXIV.

VERE editio vulgaris multo melior, quam Garſiæ: neque enim ſententia ulla, aut ſenſus canonis illius ex ejus editione elici poteſt: meo quidem judicio, canone illo agi videmus de iis qui apud epiſcopum, aut clerum aliquos inſimulant peccati, aut flagitii alicujus admiſſi: ut verba illa, *non probaverit conventui clericorum, aut in conventu clericorum*, clariſſime demonſtrant, primaque illa canonis ejus parte diſſeri de modo, quo puniendi ſunt, qui falſum crimen & peccatum innocentibus coram eccleſiaſticis obtrudunt. In ſecunda, quemadmodum ii caſtigandi ſunt, qui diutius accuſationem protulerint, quamvis accuſationis ſuæ crimina illata probent, quod ſua illa dilatione ceu procraſtinatione forſan contigerit, ut peccati contagione ceu labe contaminatus aliquis, aliis fidelibus ſuo congreſſu labem inſuderit, & cum eis communicaverit. In ultima parte de iis qui non falſum teſtimonium quidem attulerunt, ſed cum aliquem deliquiſſe criminentur, id argumentis ſigniſque veriſſimis probare non poſſunt. Quo fit, ut tota illa vivendi diſciplina ratioque accuratius multo ſolertiuſque alibi ſuo loco cum otio pertractanda videatur. Ideoque canone illo præcedenti delatores, *nec in fine accipiunt communionem*, & in ipſo, falſi teſtes ipſi levius humaniuſque tractantur, quod uno canone de judicibus ſæcularibus, altero de eccleſiaſticis agatur.

*Falſus teſtis*. Qui coram epiſcopis & eccleſiaſticis aliquem criminatur.

*Prout eſt crimen*. De minimis offenſis id accipiendum.

*Abſtinebit*. Pauco tempore ab euchariſtia removeatur.

*Si tamen non fuerit mortis*. Nam ſi grave & atrox aliquod facinus falſo objeciſſet, graviori pœnitentia erat mulctandus, pœnitentia ſcilicet ad mortem, ut liquet ex conciliis Arelatenſibus, canone 14. & 24.

*Et ſi probaverit*. Si vero non ſit falſus teſtis; ſed diu reticuerit quod potuit probare, hoc eſt ſcelerum reos & conſcios non detexerit, biennio abſtineat. Cum ad ea animum adverterem, ſuſpicari cœpi verba non eſſe de teſtibus, qui coram judicibus ad accuſationem inſtruendam adducebantur, quos eccleſia a teſtimonii dictione dimoviſſet potius, quam ad quemquam accuſandum inſtigaſſet.

*Diu tacuerit*. Quod eccleſiæ aperire debuerat, ut a communione tabidæ & morbidæ oves extruderentur ne ceteras inficerent. ea eſt cauſa cur clericis Chriſtianorum erant crimina detegenda: ſed laicis judicibus ex ſententia eccleſiæ nunquam ſatis diu occultari poterant.

*Si autem probaverit*. Teſtis etſi non eſſet falſus, aut redemptus, ſi non probaſſet quod objecerat, quinquennio abſtinebat.

*In conventu clericorum*. Nonnulli etiam ex presbyteris cum epiſcopo judices erant conſtituti ad fidelium crimina, quæ ab aliis deferentur, æſtimanda & examinanda; idcirco ajunt *in conventu clericorum*: iiſdem enim criminum probationes erant exponendæ, quibus eadem ipſa crimina judicanda proponebantur. Tertullianus docet in apologetico, epiſcopis presbyteros adſediſſe, *Ibidem etiam exhortationes, caſtigationes & cenſura divina: nam, & judicatur magno cum pondere, ut apud certos de Dei conſpectu, ſummumque futuri judicii præjudicium eſt, ſi quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis, & conventus, & omnis ſancti commercii relegetur.*

### AD CANONEM LXXV.

HOC ipſum referri debet ad accuſationes, quæ coram eccleſia diſceptantur.

*Falſis*. Falſis, & gravioribus.

*Nec in fine*. Iis qui ceteris præſiderent crimen quamvis falſum affingere, gravis erat culpa, eaque ſeverius vindicanda, quam ſi fidelem accuſaſſet.

### AD CANONEM LXXVI.

QUOD vero hoc canone tractatur, illud eſt, ſi diaconus quadam ſua facilitate ſeu conſilio adductus, promoveri ſe ſiverit ad diaconatum peccati alicujus mortalis conſcius quod retinuerit, cum examinandum ſe ſe obtuliſſet, quo poſtea peccato contra ipſum prolato probatoque, aut ipſomet auctore confitente, quod conſcientia maleficii examinaretur, diaconatu ipſo abdicet ſeſe, triumque aut quinque annorum pœnitentiam ſubeat, qua peracta in cœtum numerumque laicorum aggregetur, nec amplius e numero eccleſiaſticorum cenſeatur.

*Diaconum*. De aliis minoribus ordinibus idem non fuiſſet judicium.

*Se permiſerit ordinari*. Nam lethaliter ſe peccaſſe, ſi confeſſus fuiſſet, laicus remanſiſſet.

*In crimine mortis*. In gravi & mortali culpa.

*Quod aliquando commiſerit*. Si a baptiſmo ſemel tantum peccaſſet, indignus erat qui promoveretur.

*Accipere communionem*. Laicam ſcilicet, & in laicorum numerum & ordinem detrudere: quicumque enim inter pœnitentes viſus eſſet, & legitimam egerat pœnitentiam, is procul a clero relegabatur.

### AD CANONEM LXXVII.

QUIS tandem hujus canonis, amabo vos, ſenſus eſt, aut quid tandem in dubium revocabant? nonne omnia baptiſmo deleri & exterminari peccata profitebantur? quod ſi expungerentur, quamobrem quæſo qui baptizati abſque confirmationis ſacramento e vita deceſſiſſent, non juſti habiti judicatique fuiſſent? Ad extremum, quid illa vox juſti in illo vult canone? quod ſi *juſti* nomen ſignificatioque in illum non caderet, quorſum de ea re diſceptatio? eccleſiæ nullum amplius cum illis erat commercium. Canonis hujus ſenſus eſt, mens & intelligentia, ſi oblationes admitti poſſunt, atque adeo communione conjungi cum illis poſſumus, qui ſine confirmatione & ſacroſancto ſacramento interierint; (hac enim ratione poſt mortem in communionem admittebantur) quod perfectionem Chriſtianorum non eſſent aſſecuti, atque adeo eo nomine *juſti* non dicerentur: Confirmatio namque extremam quaſi manum perfectioni addere videbatur, & tanquam faſtigium imponere, qua quis Chriſtiani nomine & euchariſtiæ ſumptione dignus putaretur. Qui igitur non eſſet confirmatus, euchariſtia non donabatur, quam qui nondum eſſet aſſecutus, neque ſanctus, neque juſtus, aut fidelis nominabatur, quod euchariſtia extremus eſſet actus formaque Chriſtiani hominis, cujus quadam vi atque efficacia, ſanctitatis laude præſtans, & divinitatis cujuſdam particeps, Chriſtique domini membrum redderetur, quod ejus ſacroſancta carne paſtus eſſet, Chriſtoque cum domino, quadam conſociatione conjungeretur. Primis quidem temporibus ſubdubitatio illa non defuit, utrum admitterentur oblationes, communioque Chriſtianis omnibus intercederet cum eo, qui his omnibus quaſi præſidiis minus inſtructus cum eſſet, perfecti verique Chriſtiani hominis virtute ſpoliaretur: adeo incorrupta & omni religione munita primorum patrum tempora dicebantur.

Dici & illud poteſt illam dubitationem non alienam a temporum illorum diſciplina, nam quamplurimi, quamvis omni vitiorum labe ac colluvione purgatos eos eſſe conſtaret, non ideo ad ſacram ſynaxim accedebant, neque eorum oblationes probabantur: ut eorum qui eſſent in quarto pœnitentiæ gradu, quorum exemplum quidam ſibi proponentes, facile eo propellebantur, ut crederent eorum etiam oblationes repudiandas, qui ſacro pane non refecti, omnibus licet peccatorum maculis deterſis occidiſſent. Tanta cura tantaque animi proviſione ac præcautione proſpiciebant, ne quid offenderent, aut titubarent in recipiendis, iiſque Deo repræſentandis alicujus oblationibus: neque vero cujuſquam, niſi ſanctiſſimi juſtiſſimique viri oblationes æquo animo ferebant.

Id ita eſſe quod hoc canone conſtitutum eſt, cum hujus verbi ſenſu, *juſtus*, tum voces iſtæ, *poterit eſſe juſtus*, eo me pertrahunt. Videntur quippe voces illæ inſinuare & donare aliquid, quo poſito quis juſtus & haberi & eſſe poterat, defunctique affinibus & agnatis permittere aliquid, quod ejus cauſa præſtent: ut oblationes offerre, adeo ut nomen, *juſti*, defunctus ſibi vindicet: ut & ipſi concilii hujus canones omnes non alio ſpectant, quam ut certa quædam forma diſciplinæ præſcribatur iis in rebus, quæ ad praxim rediguntur: quo conſtituto credibile eſt, hunc canonem ad ea quæ geri tranſigique poſſent revocari tantum, ut ad oblationes defuncti recipiendas: neque vero eo patres definire aut ſtatuere quenquam æternæ vitæ compotem, ſine confirmatione fieri poſſe. Sed certe id corroborare, oblationes ejus ſcilicet qui ſine confirmatione obiiſſet, tanquam hominis juſti, ab eccleſia non eſſe negligendas.

*Sub fide*. Per fidem, quam in baptiſmo adeptus eſt.

*Poterit eſſe juſſus*. Sanctus & in communione ſancto- A
rum recipi.

### *AD CANONEM LXXIX.*

DE talis, ni fallor, canon accipiendus, quibus inde-
re nefas videbatur, quod ſpeciem quamdam ido-
lolatriæ committeret, qui eos jactaret: Deorum enim
Gentilium effigies pro numeris habebant, iique invoca-
bantur ut feliciſſimus eveniret jactus: Svetonius in Au-
guſto: *quas tollebat univerſos qui Venerem jecerat*.

### *AD CANONEM LXXX.*

MERITO cavebant ne liberti quorum patroni eſſent
Gentiles, ordinarentur. nam ab eis fabriles aut
officiales operas exigere poterant patroni, quas ſoliti
erant ſtipulari cum eos libertate donarent; tenebantur-
que liberti non ſolum patronis eas præſtare, ſed aliis
etiam quibus eæ locatæ eſſent: At indignum prorſus, B
neque ferendum ejuſmodi operis pictoriis, pura aut fa-
brilibus, clericos diſtrahi & impediri; qui nullis aliis
rebus, quam ſacris vacare aut ſtudere deberent. Ob
eamdem cauſam, ab iiſdem ordinibus curiales elimina-
bantur, qui a ſuis curiis, ut ait Innocentius, ut mu-
nia perſonalia aut patrimonialia præſtarent, poterant
revocari

### *AD CANONEM LXXXI.*

A FOEMINIS, quas vitæ ſanctimonia commendaret,
quaque eſſent eccleſiaſticorum uxores, literas non-
nulli commendatitias & pacificas extorquebant: ut eo-
rum quaſi beneficio, & commendatione apud amicos aut
eccleſiaſticos, hoſpitalitatis jure fruerentur. Patres igi-
tur hunc ipſum non ſatis pie & honeſte invectum mo-
rem carpunt hoc canone, prohibentque ne feminæ cle-
ricorum eo nomine literas communicatorias reſcribant
aut accipiant: quod ea res penes ſit epiſcopos, eorum-
que curæ ac ſolicitudini commiſſa; quod ſi hoc modo C
non obviam itum fuiſſet pravæ illi conſuetudini, ſcele-
ratiſſimi ſane & excommunicationis nota injuſti, perſa-
cilem communicandi viam nacti, his literis acceptis to-
to orbe communicantes vagati fuiſſent.

*Feminæ*. Clericorum: quæ converſæ dicebantur.
*Laici ſcribere audeant*. Literas communicatorias.

---

## OBSERVATIO PHILIPPI LABBE S. J.

UT tuis multorumque votis faciamus ſatis, lector
antiquitatum eccleſiaſticarum ſtudioſe, celeberri-
mum hic tibi exhibemus Ferdinandi Mendozæ commen-
tarium in libros tres diſtributum ac Clementi VIII.
Romano pontifici oblatum de confirmando concilio,
ut vocat, Illiberritano. Quam carus porro ſit & auro
contra non carus iſte liber nemo neſcit eorum, qui βι-
βλιακῆς ἐμπειρίας vel leviſſimum habent uſum. Quare
vel hoc nomine acceptior omnibus debet eſſe hæc noſtra D
collectio, quod nunc tantum theſaurum eodem tibi pre-
tio cum aliis omnibus undequaque collectis conciliorum
voluminibus offeramus, quo vel ſolus venalis aliquo-
ties extitit apud opulentos librorum rariſſimorum em-
ptores. Ac ne quis prætermiſſum a nobis merito jure
deſiderare poſſis, ſubjiciemus ejuſdem viri ſua ætate
eruditiſſimi epiſtolam Hiſpanico ſermone ſcriptam ad
Philippum II. Hiſpaniarum potentiſſimum regem de de-
fenſione & approbatione ejuſdem concilii Illiberritani
quæ rariſſime reperitur. Hos autem tres libros de regii
ſenatus decreto & juſſu doct. Joannis Urroz rectoris

A Academiæ Complutenſis probarunt 4. Idus Julii anno
1592. Doctores Franciſcus Martinez, Gregorius de la
Camarra, Ludovicus Montezino, Ludovicus Tena, &
Fr. Franciſcus de Mendoza (*in quibus nihil invenimus
quod fidei catholicæ, aut bonis moribus adverſetur, quin
potius nobis viſum fuit hoc opus & magno ingenio elabo-
ratum & multiplici eruditione ſingularique pietate perfe-
ctum: atque ita multis nominibus dignum admodum cen-
ſemus, ut typis mandetur, ad aſſerendam catholicam hu-
jus ſacri concilii doctrinam & auctoritatem*) & rex Phi-
lippus II. privilegium conceſſit 6. Kal. Sep. ejuſdem an-
ni. Impreſſit Madriti in fol. Thomas Junta.

## CENSURA ACADEMIÆ.
### Complutenſis.

DE regii ſenatus decreto perlegimus hos tres libros
a domino Ferdinando de Mendoza conſcriptos de
concilio Illiberritano ad Clementem VIII. pontificem ma-
ximum, in quibus nihil invenimus quod fidei catholicæ,
B aut bonis moribus adverſetur; quin potius nobis viſum
eſt hoc opus, & magno ingenio elaboratum, & multi-
plici eruditione, ſingularique pietate perfectum. Atque
ita multis nominibus dignum admodum cenſemus, ut
typis mandetur ad aſſerendam catholicam hujus ſacri
concilii doctrinam & auctoritatem. In cujus rei teſtimo-
nium omnes infra ſubſcripſimus, quibus ab Academia
Complutenſis rectore ejuſdem operis judicium commiſ-
ſum eſt. Compluti IV. Idus Julii. Anno domini M.
D. XCIV.

Doctor Urroz. Rector.
*Doctor Franciſcus Martinez*
*D. Ludovicus Monteſino.*
*El doctor de la Camarra.*
*Fr. Franciſcus de Mendoza magiſter.*
*D. Ludovicus de Tena veſpertina cathedra in theolo-
gia publicus profeſſor.*

EGO *Ludovicus de la Serna, publicus apoſtolica aucto-
ritate notarius, inſignis univerſitatis Complutenſis
C Toletanæ diœceſis ſecretarius & adſcriptus in archivio Ro-
mano die quarto menſis Julii, anni nonageſimi ſecundi,
pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri do-
mini Clementis divina providentia PP. octavi, quia præmiſ-
ſis omnibus & ſingulis, una cum rectore & graviſſimis præ-
nominatis doctoribus, quibus a clauſtro facultatis theolo-
giæ prædictæ univerſitatis Complutenſis prædictum judi-
cium commiſſum fuiſſet, ideo hoc publicum inſtrumentum
manu aliena fideliter ſcriptum, & ſubſcriptum; & robo-
ratum a domino doctore D. Joan. Urroz dictæ univerſita-
tis rectore & doctoribus D. Franciſco Martinez primariæ
cathedræ, D. Gregorio de la Camarra ſacrarum ſcriptu-
rarum, Ludovico Monteſino Scoti, Ludovico Tena veſ-
pertinæ, D. Fr. Franciſco de Mendoza ſancti Thomæ in
ſacra Theologia publicis profeſſoribus. Subſcripſi, ſignavi
in fidem atteſtatorum præmiſſorum rogatus & requiſitus.*

Ludovicus de la Serna,
not. & ſecretarius.

D *Summa Privilegii.*

PHILIPPI II. Hiſpaniarum & Indiarum regis catho-
lici lege ſingulari cautum eſt, ne quis libros hos
tres Ferdinandi de Mendoza de confirmando concilio
Illiberritano ad Clementem VIII. ante decennium abſque
auctoris licentia imprimere audeat: qui ſecus faxit,
amiſſione librorum mulctatur & pœnis aliis ex ejuſdem
legis ſanctione, quam pleniores literæ ab ejus majeſtate
impetratæ continent. Dat. in cœnobio ſancti Laurentii
VI. Kal. Sept. anno M. D. XC. IV. Subſcripſit Ludo-
vicus de Salazar a ſecretis.

DE CONFIRMANDO

# CONCILIO ILLIBERRITANO,

## AD CLEMENTEM VIII. SANCTÆ ROMANÆ CATHOLICÆ ECCLESIÆ PONT. MAX.

## FERDINANDI DE MENDOZA

### LIBER I.

*De Concilii Illiberritani nomine, & urbe, in qua habitum eſt.*

### CAPUT PRIMUM.

CUM accepiſſem, Clemens pater ſanctiſſime, inter eas curas, quas multas & graves præ ſe fert ampliſſima hæc ſancti tui muneris functio, in eam te potiſſimum incumbere, ut ad reſtituendam eccleſiaſticam diſciplinam, & extirpandas præſentis, & antiqui ſæculi hæreſes; divini utriuſque teſtamenti codices quam emendatiſſimi ederentur, & ſacrorum conciliorum exemplaria, multorum ſtudiis & lucubrationibus emendata, illuſtrataque prodirent: vidiſſemque beatitudinem tuam, tam acri judicio, quam ſumma diligentia, & religione alterum perfeciſſe, alterum vero ut perficiatur pari pietate, ſtudio, & labore conati: an concilii Hiſpanici antiquitatem, velut ſenio jam & vetuſtate caducam vir Hiſpanus renovare deberet, Hiſpanorumque epiſcoporum religionem, & externis & domeſticis telis, aut tormentis potius oppugnatam defendere, & a multorum calumniis vindicare; an vero prætermittere utrumque ſatius foret, ſæpe ac diu mecum ipſe cogitavi. Conſtituti curſus ingreſſum impediebat ingenii tenuitas, optimarum artium exigua ſupellex, & tantæ rei magnitudo, quam non modo facultate conſequi, ſed nec cogitatione complecti, vix poſſe eum arbitrabar, qui vereretur reprehenſionem doctorum atque prudentum. Impeditum tamen & vacillantem animum gravi hac & ancipiti difficultate, vel jacentem potius, erigebat patriæ ſtudium, pietatis ratio, religionis zelus; erectum firmabat ſanctiſſimi & prudentiſſimi anteceſſoris tui Gregorii XIV. fidei & religionis grave teſtimonium; quo revocatos in dubium hujus concilii canones, non ſolum illata injuria eripi defendique voluiſſe; ſed ad honeſtum hoc, pium & ſanctum tutandæ religionis officium, Hiſpanorum ſtudium, operam, diligentiam, labores, & ſanctitate pontificis & amore parentis requiſiviſſe accepimus. Illud autem ſpe certa confirmare cœpit, auxiliumque polliceri, honoris noſtri, communis, & patriæ conſervandi; & recuperandæ ejus priſtinæ dignitatis, quod tractandis eccleſiaſticæ reipublicæ gubernaculis eum cœleſti munere præfectum ſciam, cujus ſingularis & ſpectata clementia, cum divinæ quam obtinet, auctoritati par eſſe prædicetur, non patienti ſolum animo, ſed jucundo & grato munus videtur ſuſceptura, perexiguum ſatis & levidenſe (fateor) ſi doctrinæ, & auctoritatis noſtræ pretio æſtimetur; religioſum tamen & magnum, ſi rerum tractandarum gravitate & dignitate penſetur. Agendum eſt enim, non ſolum de antiqua Illiberritanæ urbis magnitudine, & celebritatem, ut tam præclara & recenti Clementis recordatione illuſtrior multo, quam ſi Gothorum, & Arabum irruptionibus obſcurata, deletaque non fuiſſet, videatur: agendum non tantum de concilii antiquitate, ut dignitatem primi eccleſiæ eorum quæ exſtant poſt Hieroſolymitana, concilii caneſcentis aut canæ jam ætatis proprio jure debitam, quorumdam tamen catholicorum extenuatam incuria, & hæreticorum injuria ſublatam, tua benignitate in futura conciliorum editione, quaſi poſtliminio recipiat: nec agendum modo de tutanda Hiſpanica religione, quæ multorum calumniis debilitata, cupit æquitate tua recreari; nec de vita tandem, moribus & doctrina ſanctorum Hiſpaniæ epiſcoporum, qui ne infeliciter Chriſtiana periret, feliciter ipſi perierunt: ſed de Galliæ præterea, Germaniæ, Angliæ, Græciæ, & quod pluris facio, de Romanæ catholicæ eccleſiæ auctoritate; cujus legatos huic ſacro concilio interfuiſſe, in actis Sueſſionenſis apud ſanctum Medardum legimus; canones autem & decreta, ſæpe poſtea ab ea repetita, laudata ſæpe, ſæpe probata & confirmata cernimus. Agendum de ſanctorum meritis, de ſacramentorum virtute, de vana ſuperſtitione idolorum, de ſacro Dei cultu, & reliquis religionis noſtræ myſteriis, quibus Chriſtus dilectam ſponſam ſuam

Concil. Arelaten. apud Burchardum lib. 17. decret. c. 53. Rabanus in pœnitent. lib. Burchardus Ivo, & Gratian. in decretorum collectionibus

A militantem eccleſiam inſtituit, erudivit, ornavit, & tanquam quibuſdam religionis ſepimentis, adverſus mundi rectores & principes tenebrarum harum ſingulari ſapientia & bonitate ſuffulſit. Ut inde igitur oratio noſtra proficiſcatur, unde caput harum rerum duci debet: Illiberritanæ urbis & concilii in ea habiti tanta eſt vetuſtas, ut proprium utriuſque nomen temporis diuturnitate & injuria exeſum pene ſit, atque obliteratum: quo fit, ut alii aliis id appellent nominibus. Quidam enim Libertinum vocant, quidam Liberinum, alii Hiberitanum; nec deſunt, qui Elibertinum, Eliberinum, & Eliberrinum; nonnunquam Helibertitanum, ut Rabanus, alii Elibertanum, & Eliberitanum, ut Burchardus, Ivo, Gratianus, & ante hos concilium Colonienſe ſub Carolo III. Imp. cognomento Craſſo, Sueſſionenſe ſub Carolo Rege, Moguntinum ſub Ludovico, & alterum Moguntinum ſub Arnulpho. Mihi vero vetus civitatis nomen inflictis tot, & temporis, & dominorum ſævitia plagis fugitivum adhuc revocare cupienti, Illiberitanum dici magis placet. De Eliberi enim
B vetuſti geographi mentionem nunquam fecerunt, faciunt tamen de Illiberi non ſemel, ſed bis: duplicem enim Illiberrim conſtituunt Ptolemæus, & Plinius in emendatis codicibus, tametſi negligentia exſcriptorum ex gemino rr. quod in nummis antiquis & vetuſtis lapidum Illiberris Bæticæ inſcriptionibus exſtat, alterum omittatur, aut ſicilici ſaltem apicis nota. Docet enim D. Iſidorus veteres duplicibus literis non fuiſſe aliquando uſos, ſed ſupra literam, ſicilicum addidiſſe, quo admonerentur lectores, literam in pronunciatione geminandam. Quod hodie non obſervatur. Unam Illiberim refert in Gallia Narbonenſi Ptolemæus, non procul a Ruſcinone, in ora Illiberis fluvii, a quo forſan urbi nomen inditum: quod & indicat Strabo. De qua Plinius agens; *Oppida*, inquit, *Illiberis magnæ quondam urbis tenue veſtigium*: Alterum Ptolomæus in Turdulis, non procul ab Acci Baſtitanorum, de qua Plinius. *Celeberrima inter hunc*, Bætim fluvium intelligit, *& Oceani oram in Mediterraneo, Segeda, quæ Augurina cognominatur; Julia,*
C *quæ Fidentia; Virgao, quæ Alva; Ebura, quæ Cerealis; Illiberi, quod Liberini; Ilipula, quæ Laus; Artigi, quod Julienſes; Veſci quod Faventia.* Antiquæ hujus urbis ſitum hodie retinent Granatenſes; eos intelligo, qui incolunt civitatem Granatam nobile regni Granatenſis caput; nec regni titulo ſolum, ſed juridico totius Bæticæ conventu celeberrimam. Ab hac Illiberrim antiquam ſeptimo lapide diſtare, publica mihi fide conſtat regii in eadem civitate menſoris. Exſtat enim nunc, quod de Illiberi Narbonenſi Plinius, & Mela ſcripſerunt, antiquæ Bæticæ Illiberris & magnæ quondam urbis tenue veſtigium: rudera enim dirutæ vel cadavera potius defunctæ civitatis & parietinarum eccleſiæ, in qua concilium hoc habitum eſt, viſuntur in colle, qui vulgo mons Elbiræ appellatur, qui ſicut antiquæ urbis, ita & nominis non obſcurum retinet veſtigium. Mons ergo de Elbira, & Porta civitatis Granatæ ab incolis nuncupata de Elbira, quod per eam iter ſit ad Illiberrim, etymon antiquæ civitatis retinere, perſpicue videntur. Cui & conſentanea eſt origo no-
D minis civitatis Granata, quam ex ſparſis illius cineribus ortam, natura loci, & majorum traditione cognovimus. Non enim ſic dicta eſt a malo punico hiante, ut a multis creditur, ſed a Granata barbara voce, quæ illius gentis idiomate horreorum domus intelligitur, peritis illius ſermonis ſic interpretantibus, ad id pervetuſtam, ſive hiſtoriam, ſive fabellam recenſentibus de principe quadam fœmina antiquæ Illiberris incola, quæ ſua illic frumenta ſolita eſſet recondere. Quid vero cauſæ ſit, quæ civitatem hanc Illebirritanam, tam diverſis nominibus veteres appellaverint; eam reddi poſſe arbitror, quod diverſæ gentes, diverſo utentes idiomate, in ea dominatæ ſint. A criticis & politioribus latinæ linguæ ſtudioſis, Illiberris, præcedente I. & ſequentibus duplici ll. & rr. antiqua Hiſpanorum & Romanorum linguæ, hodie

quæ propriis locis poſtea referentur.

Conc. Colonienſe can. 6. Conc. Sueſſion. apud ſanctum Medardum ad finem ſextæ actionis, quæ exſtat in actis ejuſdem Concil. Mogunt. ſub Ludovico can. 22. Concil. Moguntinum ſub Arnulpho. c. 26. *Cur concilium Illiberritanum nuncupandum.*

Ptolem. in 2. Europæ tabula Plin. l. 3. cap. 1. & 4.

D. Iſidor. lib. 1. etym. c. 20. qui Sicilicum apicem dictum ait, quod in Sicilia inventus ſit ejus uſus.

Strabo. lib. 3. de ſitu orbis

Plinius lib. 3. c. 1. *Bætim fluvium Guadalquivir Arabum voce dicimus.*

De voce Granata hæc ex Arabibus refert Alvarus Gomecius l. 2. de geſtis Franciſci Ximenii.

*Orthographiæ rationem ſemper habendam, neque B. (inquit) pro V. neque V. pro B. neque O pro V. & ſic alias, crebro docet Caſſiodor. lic. de orth. le-*

*cilio c. 23. & 30*
Hæc exempla extant in Ptolemæo, Plinio, Mela, Antonino & vetuſtis lapidum Hiſpaniæ inſcriptionibus.
Ambroſ. Morales in antiquit. Hiſp. cap. 1. Franciſcus Tarrapha de origine ac rebus geſtis regum Hiſpaniæ, in rege Hiſpano. Vaſæus in chronic. Hiſp. cap. 10. & plures alii.
Martyrol. R. Idibus Maii.
D. Hieronymus in catalogo ſcript. eccleſiaſticorum in Gregorio Bætico.
Sunt ædes in urbis regione quam vulgo parochiam de S. Nicola vocant.

hodie nuncupari debet. Gemino enim rr. in urbium & A
locorum nominibus ſæpiſſime uſi ſunt. Ne nova vel du-
ra hæc Illiberris pronunciatio quibuſdam videatur, Ur-
bium in Hiſpania hæc occurrunt exempla, Laberris,
Turriga, Bi-Arerra, Gracurris, Calagurris, Veturris, Tar-
raco, Nitruci, Arriaca, Sigarra, quibus Plinius adjungit
Cerretanos populos & Arrevacos: Sevurros Ptolemæus,
& alios his ſimiles. ILLI quoque nomen, veteres Hiſ-
panos, Bæticos præſertim pro oppido uſurpaſſe, ſunt
qui cenſeant: conjectura ſumpta, quod ab ea dictione
multa Bæticæ provinciæ oppida initium habent, ut Illi-
turgis, Illiberis, Ilipa, Ilipula, ne plura complectar,
quamvis non deſint alii, qui ut Hiſpaniam a rege quon-
dam Hiſ ano cognomine, ſic & Illiberrim ab ejuſdem
regis ſorore cognomine Illiberria, fundamenta jacta & no-
men honoris gratia ſuſceptum contendant: adeo perhi-
bentur vetuſta urbis incunabula. Ab Hiſpanis ergo &
Romanis ſic olim vocatam, non Eliberim, tametſi diſ-
ſentiant recentiores, ex martyrologio Romano apparet,
quod cum meminiſſet Cæcilii primi hujus civitatis epi-
ſcopi, Illiberi eum in domino quieviſſe refert; & ex D.
Hieronymo, qui de Gregorio Bætico ſermone inſtituto,
Illiberi epiſcopum fuiſſe recenſet: ſed clarius multo ex
antiquis inſcriptionibus quorundam lapidum, quos Gra-
natæ nuper repertos renunciavit mihi Jacobus Luzerus
judicandis nobilitatis litibus in Granatenſi prætorio præ-
fectus regius, cum honeſtarum artium, tum juris utriuſ-
que ſtudiis apprime eruditus: primum ait, in vico quo-
dam ejus civitatis, Arabum voce Alcazava dicitur, eru-
tum eſſe ex ædibus Sebaſtiani de Montealegre, cum hac
inſcriptione.

FVRIÆ. SABINIÆ TRANQUIL
LINÆ
AVG.
CONIVGI. IMP. CÆS. M. AN
TONI. GORDIANI. PII. FEL.
AVG. ORDO. M. FLOR. ILLIBER
RITANI. DEVOTVS. NVMINI.
MAIESTATIQUE. SVMPTV
PVBLIÇO POSUIT.
D D

Sunt illæ in eadem urbis regione.

Alterius lapidis duo adhuc extare fragmenta in ædi-
bus Chriſtophori de Palacios cum hac inſcriptione re-
tulit.

CORNELIÆ
F. SEVERINÆ
FLAMINICÆ
AVG. MATRI
VALERII VEGETI

ONSVLIS
ENTINI ILIBERRI
D D

In earumdem ædium ruderibus inventus eſt alter lapis
cum inſcriptione his literis exarata & lineis inducta.

II. VI. CORNE
NICIPI FLORENTINI
ILIBERRITANI DEVOTVS
ORDO NUMINI MAIESTATI
QVE SUMPTV PVBLICO
POSUIT.

Probat adhuc magis quod dixi, alterius lapidis in-
ſcriptio, & his merito fides habenda eſt, quem extare
etiam Granatæ in regia quæ dicitur Alhambra, in la-
tere ejus turris quæ vocatur de Comares, accepi.

IMP. CÆS. M. AVRELIO.
PROBO. PIO. FELICI. INVI
CTO. AVG. NVM. MAGEST.
QVE. DEVOTUS. ORDO.
ILIBER. DEDICAT.
D. P.

Poſt Gothorum autem adventum Eliberrim vel Eli-
berim nuncupari animadverto: idque confirmant vete-
rum numiſmatum inſcriptiones Suinthilæ & Siſebuti re-
gum Gothorum. In illius nummo ex parte una, hæc
legitur, SVINTHILA REX. ex altera, PIVS
ELIBER. in hujus, SISEBVTVS RE. ex al-
tera PIVS ELIBERRI, eorumdemque Gothorum
lingua, hujus civitatis epiſcopum Elibertanum vel Elibe-
ritanum dictum, in vetuſtis CC. MS. & in editis conci-
liorum Hiſpalenſium, & Toletanorum ſubſcriptionibus:
unde mutuati videntur Colonienſis, Sueſſionenſis, & Mo-
guntinæ ſynodi patres citati ſuperius. Cujus forſan ea
cauſa fuit, quod Gothis eſſet familiare I. in e. transferre,
ut Ileridam, in Elerdam; Igeditaniam, in Egidita-
niam; Illipulam, in Eleplam; & ſic alias. Quod ſi
Arabum ingreſſum conſideres, Illiberim dictam Ilbi-
riam ejuſdem gentis more, portamque de Ilbiria, &

Pomponius Mela. lib. 2. cap. 5.
*Narbonenſis Illiberis ſimplici R. Bætica gemino, ſcribi debet.*
Livi. lib. 21.

A montem de Ilbiria ipſi tradiderunt; nos vero lenioris
gratia pronunciationis, poſtquam eam civitatem Ferdi-
nanni & Eliſabethæ catholicorum regum virtute recupe-
ravimus, montem de Elbira & Portam de Elbira ap-
pellamus. Narbonenſem autem Illiberim, Eliberim Pom-
ponius Mela nuncupat, ni mavis locum corruptum, & 
pro. e. i. reponendum; nam præter Ptolemæum & Pli-
nium, eam Illiberim, præcedente. i. ſequente gemino.
ll. & ſimplici. r. in quo hæc differt a Bætica, crebro
nuncupat Livius loquens enim de Hannibalis exercitu,
cum Hiſpanias per Pyrenæum ſaltum traduci cœpit:
*Carpetanos quoque*, ait, *ab ſe dimiſſos ſimulans, inde,
ne mora atque otium animos ſollicitarent, cum reliquis
copiis Pyrenæum tranſgreditur, & ad oppidum Illiberim
caſtra locat.* Poſt addens: *Oratores ad regulos eorum mi-
ſit, colloqui ſemetipſum velle cum his, & vel illi pro-
pius Illiberim accederent, vel ſe Ruſcinonem proceſſurum.*
Et mox: *Ut vero reguli Gallorum caſtris ad Illiberim
extemplo motis, haud gravate ad Pœnum venerunt.* Qui
autem Eliberim cum Mela ſcripſerunt, cauſam dede-
B runt aliis, ut concilium Eliberinum nuncupaverint, pu-
tantes in ea civitate, non procul a Ruſcinone, id con-
cilium coactum: eam nunc Salſes dici volunt: ſed neu-
trum idoneo ſatis argumento. Nam ea Illiberis, ſic
male eam nuncupare, Ptolemæi, Livii, & Plinii, qui
Cæſarum procurator fuit in Hiſpania, certiorem fidem
ſequutus, non potuit eſſe quam nunc Salſes vocant.
Nam Mela qui de Illiberi prius, de ea quam Salſes di-
cunt, egit item poſterius. *Lacus*, inquit, *accipit eum
Rubreſus nomine, ſpatioſus admodum; ſed qua mare ad-
mittit tenuis aditu. Ultra eſt Leucata, litteris nomen
& Salſula fons, non dulcibus, ſed ſalſioribus, quam
marina ſunt aqua defluens.* Verius eſt ergo, quam Pto-
lemæus, & Plinius Illiberim, Colibre nunc dici, jux-
ta Ruſcinonem, Perpignan noſtri nuncupant, caput co-
mitatus Roſſilionis. Caucoliberim compendii gratia, &
hodie & olim vocatam ex martyrologio Romano com-
perio, in quo fit mentio de Vincentio martyre Catalau-
nenſi, qui civitate Caucoliberi martyrii palmam eſt ade-
C ptus: dictam ſic arbitror, quaſi Caucorum Illiberim,
ut diſtingueretur a Bætica Illiberri; Caucenſes enim po-
pulos ad eam partem Hiſpaniæ Tarraconenſis Plinius
refert. In qua concilium hoc habitum, mihi nec veriſi-
mile apparet, nedum verum, quamvis diffideant plu-
res nec ineruditi, nec indocti hujus ſæculi ſcriptores;
quia non ſolum Conſtantini ævo, quo concilium hoc
ipſi coactum volunt, ſed & antiquiore Pomp. Mela &
Plinii, eam dirutam fuiſſe, certum eſt. Plinius ſic ait:
*Oppida Illiberis, magna quondam urbis tenue veſtigium*:
Mela, *Colonia Ruſcino, vicus Eliberi, magna quondam
urbis, & magnarum opum tenue veſtigium*. In deſer-
tam everſamque civitatem aut vicum epiſcopos Hiſpa-
niæ conveniſſe difficile dictu creditu que eſt, epiſcopos
præſertim Toletanæ, Bæticæ, & Luſitaniæ provinciæ,
quos huic adfuiſſe concilio docent ipſorummet ſubſcri-
ptiones: ſubſcripſerunt enim Felix epiſcopus Accitanus,
D Acci vulgo Guadix in Bætica: Sabinus epiſcopus Hiſpa-
lenſis: Pardus epiſcopus Menteſanus: Menteſa Montejo
dicitur in Bætica: Melantius epiſcopus Toletanus: Vin-
centius epiſcopus Oſſobonenſis, in Luſitania eſt Oſſo-
noba, in extimis regni Algarbiorum litteribus, a Fa-
ro non longe: Succeſſus epiſcopus Eliocrotenſis, eſt Elio-
crota, Lorca in Bætica: Patricius epiſcopus Malacita-
nus, Malaca, noſtri Malaga: Oſius epiſcopus Cordubenſis:
Camerinus epiſcopus Tuccitanus, Tucci Martos ho-
die, non procul a Granata: Secundinus epiſcopus Ca-
ſtulenſis, (ſic enim legi debet, non ut in editis con-
ciliorum codicibus Catraleucenſis) Caſtulo in Bætica
eſt, Cazlona la vieja. Liberius epiſcopus Emeritanus,
Emerita in Bætica, hodie Merida. Januarius epiſcopus
Salarienſis (ſi non de Fiblaria, ſed de Salaria legamus)
Salariam in Algarbiorum regno, trito provinciæ ſer-
mone Alcazar de la ſal dictam alii contendunt, ſed
Sirvelam Bæticæ Provinciæ, aut Gazorlam alii; Quin-
tianus epiſcopus Elborenſis, Ebora in Luſitania: Eu-
tychianus Epiſcopus Baſtitanus (ſic enim, non Baſte-
E ranus, nec Baſſitanus, ut in excuſis) Baſti in Bæti-
ca eſt, Baza dicitur. Ex undeviginti epiſcopis, qui
huic concilio interfuerunt, ſi quindecim, ut Flavium
Illiberritanum interim omittamus, fuerunt, tum ex To-
letana & Bætica, tum ex Luſitaniæ provinciis; ſi qua-
tuor & viginti presbyteri, de quorum ſubſcriptionibus
paulo poſt agendum eſt, ne longior & moleſtior nunc
progrediatur diſputatio, ex eadem Bætica provincia fue-
re, cui, obſecro, fiet veriſimile, non illos potius in
Bætica, quam in Gallia Narbonenſi ſynodum coegiſſe?
Et animadvertat præcipue is Theodulphi Malacitani
epiſcopi querelam in concilio Hiſpalenſi II. qua dolen-
ter retulit. *Antiquam ejuſdem urbis parochiam ſive diœ-
ceſim, militaris quondam hoſtilitatis diſcrimine*, conci-
lii verbis loquor, *fuiſſe deciſam, & ex parte aliqua,
ab eccleſiis, Aſtigitana, Elibertana, atque Agabrenſi
retineri*: Quarum eccleſiarum termini confines plane,
ni fallor pleneque oſtendunt Illiberritanam in Bætica
fuiſſe provincia, non vero Narbonenſi. Quibus ſuffra-
gatur

Ex Io. Poldo. & aliis.
Plinius junior in Epiſtola ad Cæcilium. Mela lib. 2. c. 5. Martyrol. Rom. 19. Aprilis.
Colioure.
Ex Ioanne epiſcopo Gerundenſi. Vaſæus in chronic. Hiſpan. cap. 10.
Stephanus Garibay in epitome hiſtor. Hiſp. lib. 7. cap. 48.
Illeſcas in vita Sylveſtri PP. & plures alii.
Plinius lib. 3. naturalis hi. cap. 3.
Pomp. Mela lib. 2. cap. 5.
Conc. Hiſpal. 2. can. 1.

geatur vetus ſententia & finium regundorum judicium, quod Vvamba Rex de ſingulis Hiſpanicarum eccleſiarum diœceſibus concilii Toletani decreto fieri ſtabilirique voluit: in quo cum terminos eccleſiæ Malacitanæ patres præſcriberent, ab ultimis Malacitanæ & Illiberritanos exorſi ſunt, & ab ultimis Illiberritanæ Aſtigitanos. *Malaga*, ajunt, *teneat de Data, uſque Maleoram, ſic enim legi debet, non Maleuram, ut in aliis* CC. *M. S. de Toona uſque ſedes Campo; Eliberris teneat de Maleota uſque Setellam; de Almica uſque Sedile; Aſtigi teneat de Setella, uſque Parieetem; de Lueta uſque Rancam.* Intellexit hoc ipſum & docuit rex Alfonſus X. quem præclarum ſapientiæ ſtudium præclaro Sapientis titulo decoravit. Inter ſedes enim archiepiſcopo Hiſpalenſi ſubjectas, quinto loco Illiberritanam commemorat his verbis. *El Obiſpado de Elibere, eſto es Granada, tenga deſde Malaga faſta la Poſſada.* Quare in concilio Hiſpalenſi II. provinciæ tantum Bæticæ ſubſcripſit Biſſinus in Chriſti nomine Illiberritanæ eccleſiæ epiſcopus. D. præterea Gregorium olim Illiberritanum epiſcopum a Clementio Gentili Conſtantii in Bætica præfecto vicario Cordubam deductum, & ab Oſio epiſcopo Cordubenſi damnatum, apud Iſidorum Theodiſcus ex Marcellino deſcripſit. Nec prætermittendum adhuc, quod canone XXIII. hujus concilii decernitur, menſibus ſingulis jejunium eſſe indicendum, *exceptis duobus, Julio & Auguſto, ob eorumdem infirmitatem*, quod magis fervido & æſtuanti ſolis ardori Bætica provincia quam Gallia Narbonenſis (quæ temperatior) tribui & poteſt & debet. In cujus Illiberi ſeu Caucoliberi epiſcopi cathedram conſtitutam, nec vidimus, nec legimus, nec repetita omnium ſæculorum memoria tale quidquam agnovimus. Tres enim exſtant ſatis vetuſtæ epiſcopatuum Hiſpaniæ & Galliæ Narbonenſis diviſiones; quarum prima Conſtantino imperatori; altera Theodemiro regi Suevorum; poſtrema Vvambæ regi Gothorum accepta refertur: in nulla harum epiſcopum reperio Caucoliberis. Nam eorum qui ſubjiciuntur archiepiſcopo Narbonenſi, octo ſedes ſunt, Beterris, Carcaſona, Toloſa, Agata, * Lateva, Magalona, Nemauſus, Elna, cui Caucoliberis paruit ſemper & paret, & de cujus cathedra filuerunt Rodericus archiepiſcopus Toletanus, & rex Alfonſus X. Hiſpanicarum antiquitatum accuratiſſimus inveſtigator, & cum his reliqui fideles, ornati & graves priſci ævi, vel ſcriptores, vel teſtes; neutiquam omiſſuri, ſi in provincia vel urbe is eſſet epiſcopatus inſtitutus. Qua de cauſa manuſcriptis quibuſdam codicibus D. Laurentii, eccleſiæ Toletanæ & Ovetenſis, qui referentes antiquam epiſcopatuum Hiſpaniæ diviſionem ab Vvamba rege factam, Caucoliberim inter ſedes ſubjectas archiepiſcopo Narbonenſi commemorant, hac in parte non ſatis acquievero. Nam in aliis manuſcriptis, quos habeo eximiæ vetuſtatis, & fidei dignitate venerabiles, nulla aliæ epiſcopatuum ſedes recenſentur, præter eas quas rex Alfonſus expreſſit in hiſtoria Hiſpaniæ generali: ideoque citatos codices ab exſcriptoribus eſſe depravatos, eo magis non temere divinare, ſed ſatis probe conjicere licebit; Toletanos quidem & Ovetenſes; quod cum reliquarum ſedium terminos, ab oriente ad occidentem, a ſeptentrione ad meridiem præſcriberent, Caucoliberis proprios non attingunt; nec cui ſit illa confinis, adſignant: nec ſimpliciter Caucoliberim recenſent, ſed Toloſam, aut Caucoliberim, ſub disjunctione: manifeſtum ignorantiæ exſcriptoris indicium, qui Toloſam appellari etiam Caucolibium, ſic enim illam nuncupat, non Caucoliberim, ſe ſcire, aut ignorare potius ſignificavit: quod & tacitavit, cum Elnæ meminit nam illam Elenam vocavit vel Elnam, hærens quo eam nomine appellare debuiſſet. Codicem autem divi Laurentii, qui dicitur Hiſpalenſis; quod omnem Toloſæ memoriam omiſerit, & ejus loco ſubſtituerit Caucoliberim, cum Toloſam ſit certum epiſcopatus ſedem ab ipſis apoſtolorum temporibus nobilem ſemper habuiſſe: & Caucoliberim ea ſemper caruiſſe, multo certius. In tam exiguo enim intervallo, quo diſtat ab Elna Caucoliberis (vix enim abeſt IV. M. P.) duas epiſcoporum Cathedras regem Vvambam conſtituiſſe, haud facile adducar, ut credam: cum reliquas omnes multo majori ſpatio interjectos & ab ipſo & majoribus ſemper conſtitutæ fuerint. Quam tandem ſententiam inde comprobaverim, quod non ſolum Plinii & Pomponii Melæ tempore, ut uterque affirmat, nec Conſtantini & Vvambæ, ſed & multo poſt, uſque ad ætatem Lotharii regis Francorum ea Illiberis diruta fuerit. Vvlfredus enim Ruſcinonis comes, a quo Ruſcinonenſes comites fluxere, ejuſdem Lotharii Francorum regis permiſſu Caucoliberim oppidum, deſertum, everſum, proſtratum, reſtituendum, quinimo condendum denuo curavit: cui annuit Lotharius rex, illique & poſteris ejus regia liberalitate oppidum condonavit; quod ſitus acceſſu, & portus appulſu Ruſcinonibus eſſet commodiſſimum; quod actum eſt anno domini CCIↃ. XXCI. ut Hieronymus Surita, Aragonicæ & totius Hiſpaniæ antiquitatum literate peritus teſtatur.

Diviſio eſt quam Vvambæ acceptam refert rex Alfonſus deinde in hiſtoria Hiſp. general. part. 4. c. 3.

Ex Marcellino Theodiſcus apud D. Iſidorum in principio lib. de ſcriptoribus eccleſiaſticis in vita Oſii Epiſcopi Cordubenſis.

*In Illiberi Narbonenſi nec concilium hoc habitum, nec epiſcopo cathedra conſtituta unquam eſt.*

*Lutava ſeu Luteva, nunc Lodeva.*

Plinius lib. 3. c. 3. Mela l. 2. c. 5.

Hieronymus Surita lib. 1. de rebus geſtis regum Aragoniæ. Joannes epiſcopus Gerundenſis, Vaſſæus, Stephanus Garibay, Il-leſcas ubi ſupra. Ab-

Nec pluris refert, quod recentiorum plures non ſolum in Illiberi Narbonenſi ſedem epiſcopalem conſtituerint, ſed concilium hoc in ea coactum conſtanter aſſeveraverint. Nam in re vetuſta & gravi, antiquorum, quam recentiorum auctoritas majorem mihi fidem facit; cum hiſtoria præſertim regis Alfonſi X. a qua antiquorum epiſcopatuum ſedes & urbes illi repetierunt; de epiſcopo Illiberitano Narbonenſi, nullam (ut dixi ſuperius) mentionem fecerit. Quod autem notarunt quidam ex ſubſcriptionibus Toletani concilii tertii, in quo eſt una Stephani Illiberritani, altera Petri Eliberitani, utriuſque (ut putant) Illiberis epiſcoporum, non ſatis apud me ponderis, habet: nam in melioribus codicibus, Petrus non Illiberitanus, ſed Abderitanus epiſcopus legitur. Fuiſſe autem Abderitanum epiſcopatum in ea parte Bæticæ provinciæ maritima non procul a Charidamo promontorio, quam hodie Almeriam vocant, inter noſtros convenit; ejuſque civitatis primum epiſcopum fuiſſe ſanctum Cteſiphontem beati Jacobi apoſtoli diſcipulum. At Petrum, non Illiberritanum, ſed Abderitanum epiſcopum fuiſſe, convincit concilium Hiſpalenſe I. ex ejuſdem provinciæ Hiſpalenſis epiſcopis convocatum, quod eodem fere anno, quo Toletanum tertium, habitum eſt, in quo exſtat ſubſcriptio ejuſdem Petri epiſcopi Abderitani, & altera ejuſdem Stephani Eliberitani. Nec eſt conſentaneum, Stephanum aut Petrum, ex Gallia Narbonenſi adventaſſe, ut intereſſet concilio Hiſpalenſi, in quo nulli alii præter ſuffraganeos Hiſpalenſis eccleſiæ interfuiſſe leguntur. Interfuerunt enim Leander Hiſpalenſis, Joannes Agabrenſis, Agapplus Cordubenſis, Stephanus Eliberitanus, Baſilius Illipenſis, Velatus Tuccitanus, Petrus Abderitanus, Sinticius Italicenſis.

Sed quamquam Petrum, non Abderitanum, ſed Illiberritanum epiſcopum fuiſſe permittam; non tamen inde in Illiberi ſeu Caucoliberi epiſcopum fuiſſe mihi perſuadebo; quod a Gregorio magno, a D. Iſidoro, ab Alfonſo rege, & Roderico archiepiſcopo Toletano perceperim, Leovigildum Gothorum regem, ante indictionem illius concilii, Arrianæ impietatis infectum errore, gravem & acerbam in Chriſtianos exercuiſſe perſecutionem, & epiſcopos catholicos ſuis ſedibus exturbaſſe, aliis Arrianis in eorum locum ſuffectis. Paulo autem poſt, cum ſingulari Dei providentia defuncto Leovigildo, Reccaredus rex primus ejus filius abjurata hæreſi Arriana, divinarum perſonarum æqualitatem, & reliqua catholicæ religionis myſteria catholice amplecteretur; piaque & religioſa tam ipſius, quam Leandri Hiſpalenſis epiſcopi ſollicitudine, Gothorum gens tota eandem Arrii impietatem (qua tredecim annis ſupra ducentos infecta fuerit) primum abjiceret: opus tunc fuit ad abjurationem erroris inveterati, abjurarunt enim illum in concilio, epiſcopi, presbyteri, & diaconi Arriani reſipiſcentes, & omnes proceres Gothorum ſæculares, ejuſdem antea erroris ſectatores, ut apparet ex abjuratione principio ejuſdem concilii Toletani III. præfixa, & ad confeſſionem catholicæ fidei exprimenda, concilium, ut vocant, nationale ex omnibus Hiſpaniarum provinciis convocari, & in eo epiſcopos omnes adeſſe, tam hæreticos, quam catholicos; ut adfuerunt hac ipſa de cauſa Dertoſanæ eccleſiæ duo epiſcopi, Julianus, & Froiſclus: Valentinæ alii duo, Vviligiſclus & Celſinus: Murila vero, quem ejuſdem eccleſiæ tertium epiſcopum adjiciunt editi codices, & quidam alii MS. Palentinæ eccleſiæ fuit, non Valentinæ, ut alii MS. emendatiores teſtantur, quibus conſentit D. Ildefonſus Tudenſis eccleſiæ Beccila & Nitigiſius, etſi pro Nitigiſio Panchardus Bracarenſis ſubſcripſerit: ut quoſdam alios Arianos omittamus. A quibus ut diſcerni & internoſci poſſent in omnem poſteritatem catholici, ſolebant epiſcopi Hiſpani cum ſubſcribebant conciliis, ſanctæ ſe vel catholicæ eccleſiæ epiſcopos, addito eccleſiæ Urgellitanæ, Bracarenſis, aut aliarum nomine, ſubſcribere: non quod putarent eccleſias Hiſpaniæ, catholicas, hoc eſt univerſalis, auctoritate præſtare, ſciebant quippe hoc ſuæ ſedi ſolum reſervaſſe Chriſtum; ſed ut catholicæ fidei cultores, & catholicarum eccleſiarum epiſcopos, non Arianarum ſe, eſſe pie & catholice profiterentur; quod in ſepulcrorum monumentis incidi inſcribique volebant. Ad conventus autem eccleſiarum quod attinet, & ſubſcriptiones in decretis, non ignorabant epiſcopi Hiſpani Toletano concilio convocati canonem concilii Nicæni duos in eadem urbe epiſcopos, aut eſſe, aut vocari prohibentis; ideoque non poſſe in eodem concilio duos ejuſdem urbis epiſcopos adeſſe, & ſubſcribere, Arianum præſertim unum, & alterum catholicum: ſed pacis & unitatis Chriſtianæ gratia, illud in Hiſpania catholici Arianis epiſcopis permittebant: quemadmodum in Africa Donatiſtis catholici. In conventibus enim publicis, collationes illi vocabant, conveniebant omnes & ſubſcribebant tam hæretici, quam catholici: cum, quia cauſæ publicæ erant, & ab omnibus æque tractari, ut ab omnibus æque acceptarentur, æquum videbatur: tum ut experirentur, an ſana doctrina, an ma-

...dera antiqua ſeu Abdara ut ait Ptolomæus, nunc Almeria. Charidemum promontorium, hodie Cabo de Gatt.

*Leve mendum tollitur a Concil. Tol. 3. in ſubſcriptione Petri epiſcopi Illiberritani: pro quo reponendum Abderitani.*

D. Gregorius li. 3. dialogorum c. 31. & lib. 7. regiſtri indictione 2. ep. 126. ad Reccaredum. D. Iſidorus in hiſt. Gothorum, Alfonſus rex in generi, uterque in vita Leovigildi. Rodericus in hi. gener. Hiſp. lib. 2. c. 13.

*Leve mendum tollitur a concil. Tolet. 3. in ſubſcriptione Murilæ epiſcopi: nam non fuit ex eccleſia Valentina epiſcopus, ut CC. quidam MS. habent, nec Amalenſis, ut graviori mendo cuſus apud Surium & alios, ſed Palentinæ eccleſiæ ex emendatioribus MSS.*

D. Ildefonſus de viris illuſtribus in vita Conancii Palentini epiſcopi, ait Conantius, qui poſt Murilanem, eccleſiæ Palentinæ ſedem adeptus eſt. Dixit Murilanem idiomate Gothico; nam omnia finita in a, in obliquis caſibus terminant in em: ut Egicanem, Vvambanem, &c.

*Cur ſancta & catholicæ eccleſiæ epiſcopos, ſe Hiſpani aliquando nuncupaverint in conciliis Toletanis 2. 3. & 7. Hiſpa-*

*Iriſi & Emeritenſi & Narbonenſi, quod eodem tempore Reccaredi regis habitum eſt, nondum editum manuſcriptum apud nos.*

*Conc. Toletan. 12 can. 4 hujus canonis meminit; integer extat apud Alfonſum Piſanum lib. 3 de actis Concil. Niceni, can. 12.*

*Donatiſtas ſubſcripſiſſe in collationibus, auctor eſt D. Aug. poſt collationem ca. 11 ne propriis ipſorum literis convincerentur, atque poſtea inficiari, & inficiantes propriis poſſent revinci ſubſcriptionibus.*

mansuetudine & pietate catholicorum epiſcoporum ad A unitatem eccleſiæ, hæretici tandem epiſcopi, & ſuo exemplo reliqui revocarentur. Quod ut facilius conſequi poſſent, non recuſarunt catholici Donatiſtis æquiorem & utiliorem aliquando deferre conditionem: obtulerunt enim illis in collatione, ſe dignitate abdicaturos, ſi convincerentur: ſin autem vincerent, permiſſuros & gratiam facturos Donatiſtis reſipiſcentibus, ut eumdem pontificii muneris honorem & dignitatem cum ipſis retinerent, ut in eadem eccleſia duo tolerarentur epiſcopi tanquam collegæ, ut & olim Romæ conſules: ita tamen ut eſſet inter eos, velut jus quoddam accreſcendi, ut qui prior decederet, ſocium relinqueret in ſolidum ſuæ dignitatis heredem, auctore Auguſtino. Remedium id tunc ſalutare viſum eſt, ut epiſcopis Donatiſtis, quos ambitio retinebat, ſpes aliqua honoris, ſi reſipiſcerent, objiceretur; detrahereturque timor infamiæ & ignominioſæ abdicationis futuræ, ſi ad eccleſiam catholicam redirent, ut epiſcopi Africani teſtantur. Quorum judicium non diſplicuiſſe Miltiadi Romanæ urbis & orbis epiſcopo refert Auguſti- B nus. Cum enim ex ſententia ſuorum collegarum Miltiades Donatum ut auctorem tanti ſchiſmatis damnaſſet, Donatiſtis reſipiſcentibus ſic eum pepercisse ait Auguſtinus; ut ſanitatis recuperandæ optionem liberam eis faceret; paratus communicatorias literas mittere, etiam iis quos a Majorino ordinatos eſſe conſtaret: ita ut quibuſcunque locis duo eſſent epiſcopi, quos diſſenſio geminaſſet, eum confirmari vellet, qui fuiſſet ordinatus prior, alteri autem eorum plebs alia regenda committeretur. De qua ſententia loquens Auguſtinus, exclamat: *Quam innocens, quam integra, quam provida, atque pacifica! O virum optimum! O filium Chriſtianæ pacis! O patrem Chriſtianæ plebis!* Ipſi quoque Nicæni concilii patres cum agerent de Novatianis, idem tribui poſſe confeſſi ſunt. Arianis, qui jam aliquot annis eccleſiæ gubernationem in oriente occupaverant, & de ea poſſeſſione, ſi ſerio reduci nollent, decedere a Theodoſio jubebantur, non diſſimilis conditio fuit oblata. Quo tempore Meletius, quem Ariani primum ſuarum partium eſſe confidebant, cum ab Eudoxio Antiochiæ epiſcopus inſtitu- C tus, repente præter ſpem Arianorum, Nicæni concilii decreta amplecteretur; eorumdem ſuaſu a Valente imperatore in exilium miſſus eſt: poſt vero, cum illo exulante, Lucifer * Caracallorum epiſcopus Romanæ ſedis legatus Antiochiam veniſſet, ut civium ſedaret diſſidia, in eaque Paulinum epiſcopum ſecundum creaſſet; quod Meletii inſtitutionem, ut ab hæreticis factam, vanam & irritam eſſe duceret, regnanteque Gratiano, Meletius ab exilio revocaretur, graviſſimi tumultus duorum epiſcoporum imperio in civitate & eccleſia excitati ſunt, quos ſimilis pacavit concordia: conventum enim eſt inter eos, ut ſocieta ejuſdem epiſcopatus ambo retinerent, ea lege, ut altero mortuo, alter, qui ſuperſtes eſſet, in ſolidum maneret epiſcopus, ut Socrates tradit, Nicephorus, Sozomenus & alii.

*D. Auguſtin. in breviculo collationum in princ. c. 1.*

*Epiſcopi Africani in concilio quod vocant Africanum can. 57.*

*D. Auguſt. in epiſt. 162 ad Glorium & Eleuſium.*

*Concil. Nicænum can. 8. ſed uberius c. 18 eorum quos ex Arabica lingua in Latinam convertit Alfonſus Piſanus lib. 3 de actis concilii Niceni.*

** Caralitanus in Sardinia.*

*Socrat. lib. 5 hiſt. eccleſiaſt. c. 5. Niceph. lib. 12 c. 3. Sozom. lib. 7 cap. 3.*

*D. Auguſt. in lib. de geſtis cum Emerito.*

Nec liberalem hanc honoris, pontificiaque dignitatis communionem ſoliti ſunt epiſcopi catholici hæreticis deferre; ſed & alteram aliquando addiderunt, non relatu tantum, ſed exemplo & imitatione digniſſimam, quam D idem Auguſtinus recenſet. Aurelii enim, Sylvani, & catholicorum epiſcoporum epiſtolam, cum ad Marcellinum referret, hæc ad finem commemorat. *Quod ſi forte populi Chriſtiani ſinguli delectantur epiſcopis, & duorum conſortium inuſitata rerum facie tolerare non poſſunt, utrique de medio diſcedamus; & eccleſiis ſingulis damnata ſchiſmatis cauſa, in unitate pacifica conſtitutis, ab his ſingulis in eccleſiis, ſingulis annuentibus unitati facta per loca neceſſaria, ſinguli conſtituantur epiſcopi. Auguſtinus epiſcopus dixit; Dicam caritati veſtræ, & commemorem rem dulciſſimam, & ſuaviſſimam, quam domino adjuvante, ſumus experti: cum ante ipſam collationem inter nos aliqui fratres de hac re colloquerentur, quia pro pace Chriſti epiſcopi debent eſſe aut debent non eſſe: quod vobis fatendum eſt, circumſpicientes omnes fratres & coepiſcopos noſtros, non facile nobis occurrebant, qui hoc vellet ſuſcipere, & de hac humilitate domino ſacrificare: dicebamus, ut fieri ſolet, ille poteſt, ille non poteſt, ille conſentit hoc, ille non tollerat: loquentes magis pro ſuſpicionibus noſtris, qui corda illorum minime videre poteramus. Quando autem ventum eſt, ut hoc palam fieret, in concilio univerſorum tam frequenti pene trecentorum epiſcoporum; ſic placuit omnibus, ſic exarſerunt omnes, ut parati eſſent epiſcopatum pro Chriſti unitate deponere, & non perdere, ſed Deo tutius commendare; duo ibi vix inventi ſunt, quibus diſpliceret, unus annoſus ſenex, qui hoc etiam dicere liberius auſus eſt; alter voluntatem ſuam tacito vultu ſignificavit: ſed poſtea quam, illum ſenem liberius hoc dicentem obruit omnium fraterna correptio, illo mutante ſententiam vultum etiam ille mutavit.* Hæc Auguſtinus. Quæ ideo lubentius recitavi, quod non præclarum tantum & illuſtre præbeant exemplum modeſtiæ & caritatis Chriſtianæ, ſed in primis utile, quoties de pontificatu certetur, & ambitio contendentium perturbandæ eccleſiæ cauſam dederit.

Fuit & altera eligendi ſecundum in eandem civitatem A epiſcopum ratio, ut priorem ætate, morbo, vel debilitate confectum, conciſio levaret, auctoritate foveret, & auxilio confirmaret. In Africa enim D. Auguſtinum, Valerii epiſcopi Hipponenſis collegam & coepiſcopum creatum eſſe quis neſciat? etſi ignotum ſibi canonem concilii Nicæni ille poſtea aſſeveraſſet. Eaque de cauſa Poſſidius narrat, eum cum epiſcopus eſſet, publice recitari ſæpius canones Nicænos voluiſſe, dediſſeque operam, ut cum clerici, vel epiſcopi ordinarentur, decreta conciliorum eis ab epiſcopis ordinatoribus repeterentur: quod ſtatutum eſt concilio Carthaginenſi III. ſancta & docta Auguſtini ignorantia decreto cauſam dante, & propria deinde auctoritate confirmante.

*Poſſidius in vita D. Aug. c. 8. D. Aug. epiſtola 110. Poſſidius ibidem cap. 8.*

*Conc. Carth. 3 can. 3.*

Ex quibus palam conſequitur, nec documentum certum, nec conjecturam probabilem ex ſubſcriptionibus concilii Toletani III. erui poſſe, ad probandum Illiberis Narbonenſis epiſcopatum: quod duplex in illo ſit epiſcopi Illiberitani ſubſcriptio. Quod animadverti & obſervari cupio, ad eam ambiguitatem tollendam, quam duplices hujus, & aliorum conciliorum ſubſcriptiones do- B ctis aliquando hominibus pepererunt.

Quod ſi acrius inſtent, urgeantque ſubſcriptionem Orontii Eliberitani epiſcopi in concilio Tarraconenſi, exiſtimantes, illum Narbonenſis Illiberis non Bæticæ epiſcopum fuiſſe, quod in concilio provinciali Tarraconenſi epiſcopus Bæticus intereſſe non poſſet: nihilo magis impediat: quod concilium illud ex aliis quam ſuffraganeis provinciæ Tarraconenſis coactum, ipſius Orontii Illiberritani epiſcopi ſubſcriptio probet, & confirmet. Inter ſedes enim ſubjectas Archiepiſcopo Tarraconenſi, Illiberis aut Caucoliberis mentio non fit. Illæ enim ſunt, Dertoſa, Cæſarauguſta, Turiaſo, Calaguris, Auca, Pampilo, Oſca, Ilerda, Barcino, Egara, Auſa, Gerunda, Emporiæ, Urgellum. In vetuſto codice manuſcripto adduntur Ictoſa, & Inſulæ Baleares, Majorica, Minorica, Formentera, Uretica. Illiberis autem, vel Caucoliberis memoria nulla. Quinimmo iidem qui epiſcopatum in ea Illiberi fuiſſe contendunt, ſubjectum Narbonenſi Archiepiſcopo, non Tarraconenſi aſſeverant. Utcumque ergo C ſit, conſtat ſane, Tarraconenſe illud concilium, ex ejuſdem ſolum provinciæ epiſcopis convocatum non fuiſſe; cum Hector epiſcopus Carthaginenſis metropolis in illo pariter ſubſcripſerit: quem paruiſſe Tarraconenſi, aut Narbonenſi nemo eruditus affirmaverit. Quare autem Hector, & Orontius diverſarum provinciarum epiſcopi Tarraconenſi interfuerint, expedita ratio eſt. Cum Gothorum enim, Suevorum, Vvandalorum, vel quod gravius fuit poſtea, Arabum irruptionibus urbes Hiſpaniæ & eccleſiæ everterentur; remanebant epiſcopi eis ante præfecti, & qui denuo creabantur, nomine tenus & titulo inſigniti; cumque propriæ diœceſeos finibus exterminarentur, cogebantur interdum vagari, regum & aliorum principum eccleſiaſticorum patrocinium requirentes, a quibus ſingulari benevolentia, humanoque & civili cultu peregrinos epiſcopos ſuſcipiendos, antiqua fuit & benigna ſatis Oſii epiſcopi Gordubenſis ſententia, univerſi concilii Sardicenſis conſenſu & auctoritate comprobata: quam cum pari humanitate in Hiſpania noſtrates epi- D ſcopi, ut a Chriſto primum, & ab Hiſpano poſtea epiſcopo traditam recepiſſent, omnia pietatis officia peregrinis epiſcopis ſemper exhibuerunt, & ſi in ipſorum eccleſiis concilia interim cogerentur, ad conſultationem, & ſententiam ferendam ipſos titulares epiſcopos nonnunquam invitabant, quorum utrumque teſtatur Rodericus archiepiſcopus Toletanus: recenſens enim eos qui ad conſecrandam eccleſiam ſancti Jacobi convenerant, & qui interfuiſſent Ovetenſi concilio, ea de cauſa & pluribus aliis coacto, hæc ait. *Rex itaque viſis epiſtolis, gaudio eſt gaviſus, & conſtituit diem, in qua convenirent nobiles, & magnates, & pontifices, qui eccleſiam beati Jacobi dedicarent, & celebrata dedicatione, omnes cum gaudio ad propria redierunt, & fuerunt ibi in dedicatione multi epiſcopi, Vincentius Legionenſis, Gemellus Aſtoricenſis, Hermigildus Ovetenſis, Didacus Tudenſis, Egila Aurienſis, Siſnandus Irienſis, Reccaredus Lucenſis, Theodoſius Britonienſis: horum civitates jam per Dei gratiam a Chriſtianis poſſidebantur. Fuerunt ibi alii epiſcopi, quorum civitates aliqua deſerta, aliqua ab Arabibus tenebantur, Joannes* E *Aucenſis, Dulcidius Salmanticenſis, Jacobus Caurienſis, Fauſtus Coimbrienſis, Ardimirus Lamecenſis, Theodemirus Viſenſis, Guimagus Portugalenſis, Argimirus Bracarenſis, Heleca Cæſarauguſtanus: horum urbes, etſi aliquando Aſturiarum reges obtinuerunt, propter impotentiam retinendi, ab Arabibus occupatæ, aut retentæ, aut dirutæ remanſerunt uſque ad tempora Aldefonſi, qui cepit Toletum. Et eorum epiſcopi ad Aſturias fugientes jam in civitate, quam in diœceſi Ovetenſi, partitis ſibi territoriis, ut poterant, viſitabant. Unde in aliquibus libris antiquis Ovetum dicitur civitas epiſcoporum; & tranſactis autem XI. menſibus, prædictus rex una cum uxore, & filiis, epiſcopis, comitibus, & magnatibus auctoritate domini PP. Joannis Ovetum ad celebrandum concilium convenerunt: in quo cum univerſali convenientia, civitas Ovetenſis dignitate metropolitica inſignitur, & Hermigildus in archiepiſcopum ſublimatur, quia Hiſpania ca-*

*Cur in concilio Tarraconenſi, Illiberitanus epiſcopus interfuerit, & aliis conciliis, ex diverſis provinciis alii.*

*Oſius in concilio Sardicenſi can. 21.*

*Rodericus archiepiſcopus Tolet. lib. 4 hiſtor. Hiſp. cap. 18.*

*Cur Ovetum dictum civitas epiſcoporum.*

*Epiſcopi etiam peregrini ab epiſcopis ejus civitatis ad quam veniſſent, invitari ad conſiliandum & conſecrandam oblationem, antiqua fuit eccleſiæ conſuetudo, concilii Carthag. 4. confirmata can. 33.*

*pti-*

*petuatis quinque ſedibus metropoliticis, ſilebat officio metropolitico deſtituta. Incurſantium enim hoſtilitate fugati intra Aſturiarum anguſtias prælati, qui gladium effugerant, confugerunt, & ut tanta anguſtia tolerabat, antiqua Toletani concilii inſtituta ſolicite continentes, Oventenſem eccleſiam, & cætera, quibus jam ut metropolis præeminebat, ordinabant, juxta canonum ſanctiones, multiſque ſecundum Deum utiliter ordinatis, ſoluto concilio, ad propria redierunt.* Quod ſi nomine ſimul & dignitate epiſcopi potirentur, ſolebant aliquando vel cura & ſolicitudine negotiorum eccleſiæ, vel exilii ab Arianis indicti cauſa, ab eccleſiis propriis abeſſe, & in aliis commorari, temporum viciſſitudini, & gravi rerum neceſſitati cedentes. Si vero concilia in his indicebantur, ut eis intereſſent, a metropolitanis rogari ſolebant, hi præſertim qui pietate, prudentia, & literis præſtitiſſent. Qua de cauſa in concilio Toletano II. coacto ex ejuſdem ſolum provinciæ epiſcopis, ſubſcripſiſſe Maracinum epiſcopum hac formula comperimus. *Marcinus in Chriſti nomine epiſcopus, ob cauſam fidei catolicæ, in Toletana urbe exilio deputatus, ſanctorum fratrum meorum conſtitutionibus interfui, relegi, & ſubſcripſi, die & anno quo ſupra.* Cum exule Maracino ſubſcripſerunt Nibridius, & Juſtus; alter Egarenſis, alter Urgellitanæ eccleſiæ epiſcopus. Nibridius ſic. *Nibridius in Chriſti nomine eccleſiæ noſtræ Egarenſis epiſcopus, hanc conſtitutionem ſacerdotum meorum in Toletana urbe habitam, cum poſt aliquantum temporum adveniſſem, ſalva auctoritate priſcorum canonum relegi, probavi & ſubſcripſi.* Juſtus autem ſic: *Juſtus in Chriſti nomine eccleſiæ catholicæ Urgellitanæ epiſcopus, hanc conſtitutionem conſacerdotum meorum in Toletana urbe habitam, cum poſt aliquantulum temporis adveniſſem, ſalva auctoritate priſcorum canonum relegi, probavi & ſubſcripſi.* Qui Egarenſis, & Urgellitanæ eccleſiæ epiſcopos Tarraconenſi metropoli ſciens ſubjectos, & exilii, vel negotiorum cauſa a propriis eccleſiis abſentes, concilio provinciali Toletano interfuiſſe legerit, cur miretur Tarraconenſi concilio, & Gerundenſi Orontium adfuiſſe Illiberritanum? cum idem Nibridius Egarenſis qui adfuit Tarraconenſi, huic II. Toletano non multo poſt interfuerit; neque in reliquis conciliis Tarraconenſis provinciæ, Illiberis aut Caucoliberis epiſcopum ſubſcripſiſſe, aut interfuiſſe obſervo, nec in his quæ in Gallia Narbonenſi coacta ſunt. Si in Caucoliberi enim epiſcopatus fuiſſet inſtitutus, nonne conciliis Agathenſibus, Lugdunenſibus, Valentinis Galliæ, Matiſconenſibus, Arauſicanis, vel Arelatenſibus ſaltem, aliquando ejus antiſtites interfuiſſent, cum ex proximis Tarraconenſis, aut Narbonenſis, ſed ex ultimis Bæticæ, & Luſitaniæ provinciæ finibus illis interfuiſſe ſciamus? ex Emerita Liberium epiſcopum, Florentinum diaconum, ex civitate Orcellis Najalem presbyterum, Ceterium diaconum: ex Bætica Sabinum presbyterum, ut omittamus ex Corduba Oſium, & ex aliis provinciis alios, quos præſentes fuiſſe primo Arelatenſi, auctor eſt Auguſtinus. Omnia igitur vetuſta antiquitatis monumenta, quæ Illiberi Narbonenſi honorem hujus concilii, aut ſedis epiſcopalis auctoritatem non obſcure denegant; eadem profecto Illiberi Bæticæ apertiſſime illa deferunt, tribuunt, concedunt, confirmant.

Ex ſubſcriptionibus conc. Arelat. ſecundi, quæ primo etiam reſtituenda ſunt. D. Auguſt. lib. 1 contra epiſt. Parmen. c. 4.

*De tempore Concilii Illiberritani.*

## CAPUT II.

SOLET nonnunquam nimia celebritas rebus maximis oblivionem inducere, quod illas conſignare literis, tanquam vulgo notiſſimas, ejus ætatis ſcriptores contemnant, putantes illuſtrem & egregiam rerum geſtarum memoriam, infixam hominum animis ſempiternam fore, nullaque temporis diuturnitate delendam. An autem tempus ea de cauſa in hoc concilio prætermiſſum fuerit, an vero epiſcoporum, notariive, ſcriptoris aut exſcriptoris notanda negligentia, an data opera prudenteque conſilio, ne ethnicis imperatoribus, & hos ſacros conventus ſub gravi pœna interdicentibus notum foret ex temporis adjectione, decreta non antiqua, ſed recens edita fuiſſe, facile non dixerim. Utcumque res habeat, illud ſane conſtat, de tempore hujus concilii, ut de re multis vetuſtatis tenebris involuta, ſcriptores adhuc non immerito dubitaſſe. quod profecto eruditus non mirabitur, qui novit, nec ipſos Romanos olim de annis urbis conditæ inter ſe ipſos conſentire potuiſſe; veroque eſſe conſentaneum, quod inter gentes ſcripſit ille, ſolos Deos neque ætate ſeneſcere, neque mori, reliqua omnia tempore obrui, conſumi, atque perire. Magdeburgenſes omnes, tam vero impietatis crimine damnandi, quam falſo eruditionis nomine glorioſi, adeo enim de communi, & propria eruditione, antiquo Gnoſticorum more gloriantur, ut vetuſtiſſima omnia eccleſiæ monumenta e tenebris reddidiſſe luci, vaniſſime ſe venditent, & impudenter tempus hujus concilii, teſte Arnaldo Pontaco epiſcopo Vaſatenſi, ad annum domini DCC. referunt, non diſpari, ut opinor impietatis, quam inſcitiæ errore obcæcati. Dolentes enim, & divinas, & apoſtolicas traditiones (quas gra-

*D. Aug. refert in libro uno ad Donatiſtas, poſt collationem, c. 15 in quibuſdam conciliorum codicibus diem & conſules deſiderari, & ſcriptorum magis, quam epiſcoporum negligentia.*

Arnaldus Pontacus in chronographia ſub anno Chriſti DCC. XCIV.



A viter ipſi impugnant, & inſectantur) unius hujus concilii, utpote antiquiſſimi, auctoritate defendi & confirmari: ut elevata veneranda antiquitatis majeſtate, divinarum etiam traditionum vetuſtatem dignitatemque elevarent, an. CCCC & his & illi impiſſime ſubſtulerunt. Angli tandem callidiore uſi mendacio, dignitati & vetuſtati concilii denſiores tenebras conantur offundere. Afferunt enim, patres hos Illiberritanos quadringentis abhinc annis vita defunctos, ut nongentorum ſpatium ex debita ſumma temporis detraherent. Sed adeo craſſus & putidus uterque hic error eſt in hiſtoria, adeo indignus, vel unius, nedum multorum lucubrationibus, ut proprio mihi jure poſtulare videatur, non qui verbis reprehendat, ſed Heraclitum potius aliquem, vel Democritum, quorum hic illorum rideat impudentiam, ille deploret inſcitiam: ut ex his quæ mox ſunt tradenda, vel ipſi Angli & Magdeburgenſes, ſi ignorant, addiſcent: ſi non ignorant, erubeſcentes forſan agnoſcent. Inter catholicos non etiam deſunt, qui ut incertum concilii nomen, ſic tempus incertum, auctoritatem incertam, & incertam tandem ſcribant religionem. Quæ omnia

Alanus Copus Anglus dialogo 4. de Anglis id teſtatur.

B nos, & cœleſtis numinis, & clementiæ tuæ auxilio, certiora paulo & rationibus & argumentis certioribus, vel evincere, vel indicare ſaltem conabimur. In antiquis conciliorum editionibus, & recentiori Veneta, nullum tempus certum præſcribitur, ſed habitum ſolum refertur circa tempora concilii Nicæni, an ante, vel poſt, omittitur. Ambroſius Morales ex duobus exemplaribus Toletanis MS. Era CCC LXII. coactum affirmat, quod incidit in annum domini CCC. XXIV. Antonius Auguſtinus ad annum Chriſti CCC. XXV. plus minuſve rejicit: ſed neutrum ſatis probaverim. Nam concilium Nicænum, cui præfuit, poſtquam interfuit huic, Oſius epiſcopus Cordubenſis, cœptum fuiſſe Coſſ. Paulino, & Juliano, tum ex ipſius principio, tum ex concilio Chalcedonenſi teſtatum eſt. Dum enim Nicænum fidei ſymbolum referret, hæc ex illo deſumpſit. *Conſulatu Paulini, & Juliani virorum clariſſimorum Coſſ. anno poſt Alexandrum ſexenteſimo trigeſimo ſexto, menſe ſecundum Græcos Deſii, die nono decimo, quod eſt tertio decimo Kalend. Juliarum, in Nicæa metropoli provinciæ Bi-*

Ambroſ. Moral. l. 10. hiſt. Hiſp. c. 31.
Antonius Aug. in epiſtola ad Hieronymum Blancam rerum Aragoniæ ſcriptorem quæ ſubditur illius hiſtoriæ. Conc. Chalced. act. 11.

C *thyniæ, Credimus in unum Deum, &c.* finitum vero Sylveſtro pontifice, ex ejuſdem reſcripto ad ſynodum Nicænam, quo decretis ſubſcripſit V. Kalend. Novemb. liquido perſpicitur. Ut hinc præterea notetur antiquorum ſcriptorum in inquirenda rerum, & temporum notitia perexiguum ſtudium, dum Sozomenus, Nicephorus, Photius, Beda, & hunc ſequutus Gratianus, concilium Nicænum habitum dicant, ſub Julio papa primo, qui poſt Sylveſtrum & Marcum eccleſiæ præfuit Romanæ, Conſtantino VIII. ſic enim legi debet, non VII. & Conſtantio Cæſare IV. Coſſ. Quia cum Conſtantius IV. fuit conſul, jam VII. conſulatum impleverat Conſtantinus cum eodem Conſtantio, anno domini CCC. XXVI. Cum vero Conſtantius VIII. & Conſtans IV. fuere conſules, annus domini agebatur CCC. XXIX. Oſium autem non potuiſſe adeſſe concilio Illiberritano, anno uno, vel duobus ante Nicænum, inde non colligi tantum, ſed probari contenderim, quod ante Nicænam ſynodum, & ante Arianam hæreſim, illum & præſentem, & maxime familiarem habuerit Conſtantinus magnus, auctore Socrate & eodem fere tempore conſtitutionem de manumiſſionibus in eccleſia, ad Oſium epiſ-

*De tempore concilii Nicæni.*

Sozom. l. 1. hiſt. eccleſ. c. 16.
Nicephorus l. 8. c. 14.
Photius in l. de ſeptem conciliis.
Beda de temporibus c. 6.
Gratianus in c. 1 Sexta ſynodus 16. diſtinct.

D copum direxerit, datam XIV. Kalend. Maii, Criſpo II. & Conſtantino II. Coſſ. Eos autem conſules fuiſſe anno domini CCC. XXI. faſtorum ſcriptores fidem faciunt. Multo etiam ante, cum contentio inter Arium, & Alexandrum de æqualitate filii cum patre, excitata eſſet, anno domini CCC. XVII. ad eam ſedandam, tum & illam quæ inter orientales orta fuerat de paſchæ celebratione, miſſus Oſius eſt a Conſtantino, eodem Socrate teſte, Sozomeno, & Nicephoro. Miſſum autem Oſium anno domini CCC. XVIII. opinor, quod in epiſtola Conſtantini ad Alexandrum, & Arium (quam recenſet Euſebius) nuncios de diſſidiis Alexandri, & Arii tunc ad ſe affirmet adveniſſe, cum iter & profectionem ad orientem pararet: at profectionem illam paratam eo anno, quo extincto Licinio imperii competitore, ſumma totius reipub. ad ſolum Conſtantinum delata eſt, quod in illud tempus incidit, ipſe Conſtantinus eſt auctor, in edicto miſſo ad provinciales Palæſtinæ relato ab Euſebio. Seditionem ergo ſedare conatus eſt Oſius, concilio

Socrates lib. 1. hiſt. eccleſ. c. 4. Conſtitutio Conſtantini ad Oſium extat in codice Theodoſ. lib. 4. tit. 7. de Manumiſſionibus in eccleſia.
Sozomenus li. 1. cap. 15.
Niceph. lib. 8. cap. 12.
Euſebius li. 2. de vita Conſtantini c. 63.

E generali Alexandriæ convocato, ut D. Athanaſius teſtatur. Sed eam cum ſedare venerabilis ſenex non potuiſſet, reverſus eſt ad Conſtantinum, quem de ſtatu in quo res erant, edocuit. Conſtantinus autem, re cum Sylveſtro pontifice Romano communicata, epiſcopis univerſis concilium Nicænum in ſequentem annum ex illius auctoritate indixit. Nec eo tempore tantum, ſed multo antea, ab Hiſpania Oſium abfuiſſe conſtat. Cum enim Cæcilianus epiſcopus Carthaginenſis, & Donatus a Caſis nigris hæreticus, & ſchiſmaticus, de cauſa librorum, & ſchiſmate contenderent, cauſamque perlatam ad Conſtantinum per Annulinum Africæ proconſulem ad Miltiadem urbis Romæ imperator remitteret; eaque in favorem Cæciliani contra Donatum definiretur in Concilio Romano ſub Miltiade, appellavit Donatus ad Conſtantinum. Conſtantinus vero, ut vel hac ra-

Euſebius l. 2. de vita Conſtant. a c. 25. uſque ad c. 41.
D. Athanaſius 2 apolog.
*Cauſa hæc eccleſiaſtica ad Conſtantinum ſæpe, tam a Donatiſtis quam catholicis delata eſt, non jure ordinario: nam, Conſtantinus & principes quos ſæcula*

ni CCCXXXVII. Feliciano & Titiano Coſſ. comprobent cum Socrate, Rufinus, Sozomenus, Eutropius, & alii. Quod vero quidam confingunt, caſtellum Helenæ vulgo vocatum Eune, ſeu Helna, ab Helena cum filio Conſtantino in eo adventu ædificatum fuiſſe, incerta res eſt: certa autem, illud a Conſtante imperatore filio Conſtantini, in gratiam aviæ conſtructum, & in eo occiſum eſſe tertio decimo imperii anno. Quod ſi tandem ad vivum reſecare conemur tempus, quo Oſius abſuit ab Hiſpania primo, & abſentiæ rationem exquirere, abſuit enim bis, in re tam obſcura vix divinare potero: in mentem tamen venit, quod ex epiſtola ejuſdem Oſii ad Conſtantinum imp. Arianum apud Athanaſium legi. Inter alia enim hæc addit: *Ego confeſſionis munus explevi, primum cum perſecutio moveretur ab avo tuo Maximiano: quod ſi tu quoque perſecutionem moves, etiam nunc ad quidvis potius ſuſtinendum paratus ſum.* Præ cæteris namque Diocletiani & Maximiani perſecutio diffuſior locis, immanior cruciatibus, annisque diuturnior fuit: Diocletiano enim in oriente, & Maximiano in B occidente ſævientibus, triginta dierum ſpatio per diverſas provincias, decem & ſeptem millia hominum utriuſque ſexus martyrio coronata fuiſſe, præter eos qui in inſulas ſunt relegati, vel ad metallum damnati, quorum infinita prope multitudo habita eſt, ſcribit Damaſus. Nicephorus autem viginti millia Chriſtianorum, nocte natalis Chriſti combuſta ob fidei confeſſionem commemorat. Inter alia autem, quæ eorum perſecutione patrata ſunt, libros ſacros incenſos, deſolatas eccleſias, earum antiſtites, vel conjectos in vincula, vel relegatos. Chriſtianos omnes vel afflictos, vel interfectos, ſi idolis gentium ſacra non facerent, Euſebius, Oroſius, Nicephorus & Ado teſtes locupletiſſimi ſunt. Hujus perſecutionis majorem Hiſpaniæ, quam reliquis orbis provinciis, laudem deberi, auctoritate poſſem, & exemplis multis demonſtrare, eorum, qui pro tutanda ſemel ſuſceptæ Chriſti fide, adverſus imperatorum edicta, Datiani præſidis tunc in Hiſpania ſævitia & crudelitate, acerbiſſimo, ſed glorioſo martyrio decorati ſunt. Inter alios C autem, qui ea perſecutionis tempeſtate, ob confeſſionem fidei in exilio vel tormentis factam, nobile & illuſtre confeſſorum nomen ſibi pepererunt, Oſius unus eſt, ut ipſe de ſe teſtatur, ſcribens ad Conſtantium imperatorem, & D. Athanaſius ad ſolitariam vitam agentes dum ait Oſium, eo tempore ſexageſimum annum a confeſſione ſua egiſſe, & eo amplius; quod incidit in tempus perſecutionis Maximiani, de qua poſtea. Tunc ergo relegatum Oſium ab Hiſpania mihi perſuadeo; quod diis ſacrificare nollet. Si pagani Marcellinum Romanæ eccleſiæ epiſcopum idolis ſacrificare coegerunt, Marcellumque tentavit Maxentius, & illum recuſantem damnavit in catabulum, ut a Damaſo traditum eſt, cur non Oſium eccleſiæ Cordubenſis epiſcopum cogere tentaſſent? Illum tentaſſe Datianum Hiſpaniæ præſidem, mihi eſt probabile, ſed id aſſequi non potuiſſe, multo probabilius; ob eamque cauſam, vel quod ſacros libros tradere noluiſſet, ab epiſcopatu Cordubenſi relegatum, nec relegatum modo, ſed ſtigmatibus & notis inſignitum Nicephorus tradit, & propter illas Conſtantino D magno fuiſſe cariſſimum: quæ forſan cauſa fuit, ut lege lata hanc notarum inſcriptionem in fronte idem Conſtantinus ſuſtulerit. Vincentium etiam Diaconum, quod diis ſacrificare nollet, nec libros tradere ſacros, a Datiano præſide tormentis affectum, ac tandem præclara ſanguinis & vitæ profuſione admirabilem martyrii coronam percepiſſe, eleganter cecinit Prudentius. Movet præterea, eo tempore, vel paulo ante, concilium hoc habitum, quod ſanctæ Ruffinæ martyris Hiſpalenſis corpus Datiani juſſu tunc in amphitheatro combuſtum a venerabili Sabino epiſcopo ejuſdem civitatis in cœmeterio ſuburbii Hiſpalenſis ſepultum memoret breviarium Hiſpalenſe: at Sabini epiſcopi Hiſpalenſis ſubſcriptio in principio hujus concilii extat, poſt Felicem epiſcopum Accitanum. Confirmat tandem eamdem ſententiam confeſſio ſanctæ Leocadiæ, quam paſſam ſcimus eadem perſecutione, Toletanam eccleſiam Melantio epiſcopo gubernante. Sed multo magis obitus ſancti Valerii epiſcopi Cæſarauguſtani, quem in ejuſdem perſecutionis initio, quod diis ſacrificare & libros ſacros tradere noluiſſet, relegatum traditur, ab eodem Datiano Diocletiani in Hiſpania præſide. A quo dura illa & inſolens exilio Valerii adjecta conditio eſt, ut in civitatibus oppidiſve, pluſquam viginti domos habentibus, nec morari poſſet, nec ingredi. Verum quo major Datianæ impietatis fuit impudentia, eo major ſanctitas Valerii, patientia & obedientia fuit, eaque de cauſa primum in hortulo quodam, non procul a Valentia habitare cœpit, illum a Mauris vocatum Borata teſtatur Antonius Beuterus, in eoque extare templum tanto martyri dicatum. Poſtea autem ad aliud oppidulum, vulgo dictum Anetum, non procul a ripa Cinca fluvii ſe contulit, a quo non diſceſſiſſe, ſed in extremum diem obiiſſe, cum præclara nominis celebritate & præteritæ confeſſionis gloria, ex annalibus Aragoniæ & Valentiæ, quos ſumma diligentia collegit, Beuter affirmat: quod mihi ſane probatur,

Rufinus, l. 1. c. 11. Soz lib 2. in fin. Eutropius l. 10. Carolus Sigonius. l. 4. de imper. occidentali, ad finem. Onufrius Panvinus in faſtis pontificum & imperatorum.

Oſii epiſtolam refert Athanaſius in ſua ad ſolitariam vitam agentes.

Damaſus in vita Marcellini. Nicephorus lib. 7. hiſtor eccleſiaſt. c. 6.

Euſeb. l. 8. c. 2. Oroſ lib 7. c. 25. Niceph. lib. 7 c. 1. Et Ado. 6. ætate ſui chronici.

D. Athanaſius in ep. ad ſolitariam vitam agentes.

Damaſus in Marcellino & Marcello. Niceph. lib. ... c. 14.

Notas ſeu ſtigmata confeſſorum & martyrum frontibus inſigniri ... pœnæ & ignominiæ cauſa veterum conſtat ... Pontio, in vita D. Cypriani, & ex Georgio Cedreno in compendio hiſt. in Theophilo.

Conſtantinus in lib. 2. C. Theodoſ. de pœnis.

Prudentius in Periſtephano, hymno in laudem ſancti Vincentii martyris, & altero de laude ſanctorum decem & octo martyrum Cæſarauguſtanorum.

Anton. Beut. hiſt. Hiſp. 1. par. c. 2.



A nec Valerium Cæſarauguſtam, vel Illiberim ingredi poſtea potuiſſe. Accedit poſtremo Innocentius PP. I. perſpicue docens ante Diocletiani perſecutionem, ut contendo, concilium hoc habitum fuiſſe: dum renovata tacite ejus memoria & pœnæ quæ canone hujus concilii VII. continetur, ſic ſcribit ad Exuperium epiſcopum Toloſanum, quem primum Hiſpaniarum præfecturam geſſiſſe, & poſt ad tranquillioris vitæ portum ſeceſſiſſe teſtatur Auſonius Gallus, & inter divos tandem relatum celebrat eccleſia. *Et hoc quæſitum eſt*, ait Innocentius, *quid de his obſervari oporteat, qui poſt baptiſmum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ ſuæ pœnitentiam ſimul & reconciliationem communionis expoſcunt. De his obſervatio prior, durior; poſterior interveniente miſericordia inclinatior eſt. Nam conſuetudo prior tenuit, ut concederetur pœnitentia, ſed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne communionis conceſſa facilitas homines de reconciliatione ſecuros non revocaret a lapſu, negata merito communio eſt, conceſſa pœnitentia, ne totum penitus* B *negaretur: & duriorem eſſe remiſſionem fecit temporis ratio. Sed poſtea cum dominus noſter pacem eccleſiis ſuis reddidit, jam depulſo terrore, communionem dari abeuntibus placuit, & propter domini miſericordiam &c.* Si priorem ergo hujus pœnæ ſeveritatem, quæ nullo tunc alio eccleſiæ decreto præter hoc Illiberritanum, a quo acceperat Exuperius, ſancita erat, Innocentius PP. adſeverat, communi eccleſiæ uſu receptam, non modo ante reſtitutam eccleſiæ pacem, ſed tempore quo crebræ graſſabantur gentium perſecutiones in eccleſiam: conſequitur plane non ſolum ante Conſtantini imperium & pacem, Innocentium PP. fateri, concilium hoc peractum fuiſſe, ſed & ante poſtremam Diocletiani & Maximiani perſecutionem: cum poſt illam, nec crebris nec raris afflictam eccleſiam a Conſtantio Conſtantini patre ſit certum. His etiam certiorem addunt adſtruuntque fidem ipſius concilii canones, in quibus de flaminibus ethnicorum, de coronis ſacerdotum, de literis martyrum & confeſſorum, quas lapſis illi impartiri ſolebant, de domeſticis laribus, C & de his qui confringentes idola gentium occiderentur, ſpeciatim decernitur: quæ ante Conſtantini & Conſtantii ætatem flagrante adhuc perſecutione peractum comprobare videntur. Quibus etiam apparet verum eſſe non poſſe, quod eruditi quidam recentiores ſcripſerunt, concilium hoc habitum paulo poſt Nicænum: cum in concilio hoc nihil de Nicæni memoria, nihil de Arii impietate, nihil de Euſtachii ſordibus, nihil tandem de hæreſibus eo tempore inventis decretum, actum, vel intinnitum legant. Quod autem D. Iſidorus ſcripſit: *Canones conciliorum, a temporibus Conſtantini imperatoris cœperunt: nam in præcedentibus annis perſecutione fervente, docendarum plebium minime dabatur facultas*: de generalibus intellexit, ut ex ſubſequentibus ejuſdem Iſidori verbis fit manifeſtum. *Sub hoc enim ſancti patres in concilio Nicæno, de omni orbe terrarum convenientes, juxta fidem evangelicam, & apoſtolicam, ſecundum poſt apoſtolos ſymbolum tradiderunt. Inter cetera autem concilia, quatuor ſunt venerabiles ſynodi, quæ totam principaliter fidem complectuntur: quaſi quatuor evangelia, vel totidem paradiſi* D *flumina. Harum prior Nicæna ſynodus CCC. XVIII. epiſcoporum Conſtantino Auguſto imperante peracta.* Sed multo clarius ex his, quæ in ejuſdem libri exemplari & in præfatione conciliorum ſcripſit: *Canones*, inquit, *generalium conciliorum a temporibus Conſtantini cœperunt, in præcedentibus namque annis.* Nec in tota hiſtoria conciliorum ſubſequenti, niſi de generalibus meminit Iſidorus. Sed cum verbum illud generalium parum fideliter ab Iſidoro abſtuliſſent ſcriptores; dederunt ipſi, non Iſidorus de vetuſtate hujus concilii dubitandi occaſionem, quam reſtituto verbo generalium ex originali, & manuſcriptis, conſtabit certo ſublatam. Cum autem de provincialibus egit Iſidorus, ſi Iſidori ea præfatio eſt, non ſenſit modo, ſed docuit apertiſſime alia Nicæno fuiſſe priora. *Prima annotatio*, inquit, *Ancyranæ ſynodi, quæ ante Nicænam fertur fuiſſe, ſed propter auctoritatem majorum poſtponitur: in qua patres XVIII. ſtatuerunt canones XXIV. quorum auctor maxime Vitalis Antiochenus epiſcopus exſtitit. Secunda Neocæſarienſis, quæ poſt Ancyranam, & ante Nicænam le-* E *gitur fuiſſe, in qua patres ſexdecim ſtatuerunt canones XIV. quorum auctor maxime Vitalis epiſcopus Salaminius.* Sed ſive Iſidori ea præfatio ſit, ſive alterius cujuſcumque ſcriptoris, liquet ex ea Ancyranum & Neocæſarienſe ante Nicænum acta fuiſſe: quod Iſidorus diffiteri non potuit. Quicumque autem ille auctor fuerit, Illiberritanum concilium omiſit, quod illi perſpicuum non foret, qua illud ætate eſſet peractum: maluit enim concilium celebre & Hiſpaniæ generale omittere, quam in re ſibi incerta, aliquid certi affirmare. Tempus autem illius ideo incertum fuit ſemper, quod ab epiſcopis Hiſpanis prætermiſſum fuiſſet, ea forſan, ut dixi, ratione, ne imperatorum edicta & leges judicarentur violaſſe, quibus illi ſacros hos conventus ante Conſtantini imperium acerbiſſimis pœnis interdixerant. Quod ſi omiſſum tempus ab epiſcopis Hiſpanis non fuit, ea concilii pars periit, cum bellum atrox a Diocletiano & Maximiano libris ſacris indictum

Innocent. PP. I. in epiſt. ad Exuperium epiſcopum Toloſanum c. 11.

Auſon. Gall. epigram. in commemor. profeſ. 18. Martyrologium Rom. 28. Septembris.

Canon 1. 3. 4. 25. 45. 59. 60.

D. Iſidorus l. 6 Etymolog. c. 15. Refertur a Grat. in cap. canones conciliorum 15. diſt.

Iſidor. apud Grat. in cap. prima adnotatio 15. diſtinctione.

Prudentius in periſtephanon hymno in laudem ſancti Vincentii martyris.

ſcribit Prudentius: vel hæreticorum impietate eſt intercepta. Nam eos ſolitos in propriis ipſorum conciliis conſules temporis indices expungere, ne de tempore conciliorum conſtaret, ſed antiqua, vel recentiora pro temporis conditione interpretantes, in aliqua fraude non poſſent facile deprehendi D. Auguſtinus recenſet.

D. Auguſt. in collat. 3. diei c. 15.

Codices manuſcriptos D. Laurentii, in quibus coactum hoc concilium dicitur eodem tempore, quo Nicæna ſynodus habita eſt, & alios duos Toletanæ eccleſiæ, in quibus additur habitum eſſe eodem tempore, quo Nicæna, Era CCCLXII. non moror, certo perſuaſus, tempus additum ab exſcriptoribus Gothis, ſeu Longobardis, quorum characteribus ea exemplaria tranſcripta ſunt. Vetuſtum codicem D. Laurentii, qui dicitur Vigilanus, à Vigila monacho Alveldenſi, Era CIↄ. XIV. exſcriptum eſſe apparet, ut & ſecundum, qui vocatur Hiſpalenſis, quod Hiſpali conſcriptus ſit, anno domini CCIↄ. LXII. a quodam Velaſco, quem epiſcopum poſtea fuiſſe ferunt: tertium denique nuncupatum Lucenſem ceteris antiquiorem, etſi de tempore nil certi ſit, deſcriptum fuiſſe opera Ayſtrulphi aut Michaelis Dens, quod nomen Gothum redolet, vel Gothum fuiſſe exſcriptorem, aut Gothicis characteribus uſum neceſſe eſt. Nam acta & ſcripturæ omnes ſive publicæ, ſive privatæ ante Alfonſum VI. regem, qui Toletum recuperavit a Mauris, characteribus Gothicis exaratæ ſunt: quæ vero poſt Alfonſum, non Gothicis, ſed Gallicis ſunt conſignatæ: quia in concilio Hiſpaniæ tempore ejuſdem Alfonſi regis, Legione præcipua regni urbe habito, cui præfuit Raynerius ex Cluniacenſi monacho presbyter cardinalis & apoſtolicæ ſedis legatus, cum Bernardo archiepiſcopo Toletano, & aliis epiſcopis Hiſpaniæ ſancitum eſt, ut uſus Gothicorum characterum, quos Gulfilas Gothorum epiſcopus, antequam illi in Hiſpaniam veniſſent, primum excogitaverat, deſuetudine in poſterum aboleretur: receptis in uſu Gallicis ſolum: quod præter manuſcriptorum codicum certam fidem, teſtantur Lucas epiſcopus Tudenſis & Rodericus archiepiſcopus Toletanus. His ergo codicibus divi Laurentii & eccleſiæ Toletanæ ut integram in hac temporis notatione fidem habeam, multis impedior. In primis enim eo tempore, & multo poſt, in provinciis populo Romano ſubjectis, annos a COSS. numerari, non ab impp. commune erat. In concilio Milevitano decretum eſt, ut ab epiſcopis ordinati literas accipiant propria ordinatorum manu ſcriptas, non imperatorem, ſed diem & conſulem continentes. Quinimo cum interdum conſules non eſſent, vel ordinarii, vel ſuffecti, tempus deſignari ſolebat a COSS. jam officio defunctis, & cum concilium literis mandabatur addebant: poſt conſulatum NN. ut ejuſdem concilii Milevitani patres ſanxerunt. Quod antea fuiſſe in uſu eccleſiæ probat concilium Agrippinenſe ſeu Colonienſe paulo poſt Nicænum, tempore Julii papæ, ſic enim incipit: *Poſt conſulatum Amantii & Albini IV. Idus Majas, cum conſediſſent, &c.* Diviſo autem imperio, cum alter Conſtantinopoli, alter Romæ conſul deſignaretur, cum de altero nondum conſtaret, in temporis notatione, deſignati conſulis nomen exprimi, cum hac additione: Et qui fuerit nunciatus, ex multis liquet juris ſanctionibus.

*Characterum Gothicorum uſus quando cœptus: quando ſublatus ſit.*

Lucas Tudenſis epiſcopus in hiſt. Hiſp. manuſcripta. Rodericus archiep. Tol. lib. 6. hiſtor. Hiſp. c. 30. Conc. Milevita. can. 14.

Idem can. 20.

Qua de cauſa non ſolum in Carthaginenſibus, Milevitanis, Hipponenſibus, Cirtenſibus, & reliquis Africæ provincialibus conciliis, ſed in reliquis orientis & generalibus eccleſiæ conſulum nomina præfigebantur. Nicænum enim, cui Conſtantinus Auguſtus interfuit, & cui is honor a concilio tam juſtus, quam multis de cauſis tribui poterat [illegible] ejus imperio, conſulatu Paulini & Juliani convocatum dicitur: confirmatum vero Conſtantino VIII. & Conſtantio Cæſare IV. Coſſ. Quod ſi Oſium, & reliquos epiſcopos Hiſpaniæ Conſtantini imperatoris amor [illegible] ejus imperium adderent in [illegible] concilio [illegible] annos [illegible] cognitos addidiſſent, ut [illegible] cum imperio add[illegible] in conciliis Toletanis, [illegible], Bracarenſibus, & reliquis Hiſpaniæ [illegible] legimus? alter enim quam diſtinguere [illegible] & [illegible] temporum rationem, multo magis [illegible] [illegible] & [illegible] nam Oſius & reliqui Hiſpani [illegible] in dictum hoc concilium tempore, [illegible] Nicæna ſynodus eſt habita aut intellexerunt de [illegible] quo Nicæna [illegible] aut poſteriori: nam [illegible] aliud adjici non [illegible] de anteriori & eodem, illud repugnet, quod Oſium in Gallia, Africa & Aſia fuiſſe non paulo tantum, ſed multo ante Nicænum repetita jam altius antiquitatis memoria docemur. Si paulo poſt Nicænum habitum dicamus, repugnat etiam, quod Oſius abſoluto concilio Nicæno, profectus fuerit in Paphlagoniam, ut adeſſet concilio Gangrenſi, in quo adfuiſſe, & ſubſcripſiſſe, ipſius concilii epiſtola, Oſii nomine & reliquorum conſcripta ad epiſcopos Armeniæ probat. Concilium autem Gangrenſe factum poſt Nicænum, ex eodem Gangrenſi apparet; & ex D. Iſidoro vel Anſelmo comprobat Gratianus. Nec Oſium in Hiſpaniam reverſum, ante Conſtantini obitum, mihi adhuc compertum eſt. Quinimo ex divo Athanaſio didici, eum mortuo jam diu Conſtantino imp. tempore Conſtantii Arianam im-

L. fin. C. Th. de hæret. & novella 1. C. Theod. de Theodoſiani codicis auctoritate, & novellarum D. Theodoſii.

D. Iſidor. in præfatione conciliorum,

A pietatem & Conſtantii lenocinia deteſtantem, ad patriam & eccleſiam Cordubenſem rediiſſe. Nec ſit profecto veriſimile, eumdem Oſium Nicæni concilii nomen in principio Illiberitani præfixiſſe; Nicænum autem fidei ſymbolum, cujus formulam, Athanaſio teſte, ipſe Oſius condiderat, & reliqua ejuſdem concilii Nicæni decreta tanta oblivione obruiſſe. Illud præterea majoris adhuc momenti eſt, quod concilium hoc habitum dicatur poſt Nicænum, Era CCC. LXII. cum Nicænum referatur in omnibus codicibus habitum anno ſequenti Era CCC. LXIII. Fateantur ergo oportet, aut concilii Nicæni Eram falſo additam: quod eſt probatu difficile: nam Eræ computatio, quam ut propriam Hiſpaniæ ab Hiſpano epiſcopo Oſio concilii præſide adjectam, conjectura dixerim non improbabili, congruit cum conſulatu Paulini & Juliani; idque eo magis verum judicarim, quod Euſebius Cæſarienſis, gravis & locuples rerum ea tempeſtate geſtarum teſtis, prodit habitum anno domini CCC. XXIV. quod congruit etiam cum Eræ adjectio-

vel Anſelmus, vel quicunque is ſit auctor apud Grat. in c. prima adnot. 16. diſt. D. Athanaſ. in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes.

Idem in eadem epiſt.

B ne CCC. LXIII. aut concedant neceſſe eſt, eam quæ extat in duobus manuſcriptis Toletanis exſcriptorum arbitratu ſuppoſitam fuiſſe: quod adſtruunt etiam non Oſii ſolum, ſed Melanthii, Sabinique ſubſcriptio, & ſancti Valerii exilium & mors. At ſi non divum Valerium hunc, qui in perſecutione Diocletiani exilio multatus obiit, ſed ſecundum alium Valerium fuiſſe objiciant; illud facile refutarim, quod Oſius antiquitate ordinationis ante ſecundum hunc Valerium recens creatum ſexto loco ſubſcribere debuiſſet; at Oſium undecimo ſubſcripſiſſe in editis exemplaribus cernimus. Quod ſi manuſcriptorum ſe fide tueantur, in quibus Oſius II. loco poſt Felicem Accitanum dicitur ſubſcripſiſſe, Valerius vero undecimo, ordinem cenſeo inverſum eſſe in MS. nec D. Valerium vixiſſe poſt concilium Nicænum; hæc ſecundum Valerium fuiſſe Era CCC. LXII. ſed multo poſt, ut in ſubſcriptione Valerii explicabo.

Ex longa igitur hac diſputatione illud primum ad hujus concilii antiquitatem comprobandam, commodum eſt C obſervare, concilium Arelatenſe I. decem, & eo amplius annos ante Nicænum fuiſſe; nam cum illud coactum fuerit ad cauſam Cæciliani, & Donati definiendam, & ea poſt concilium hoc iterum definita fuerit a Conſtantino, anno domini CCC. XIV. ad eum enim a concilio appellavit Donatus, conficitur profecto, decem, ut dixi, annos, & eo amplius fuiſſe ante Nicænum: nec verum eſſe poſſe, quod principio illius refertur, congregatum fuiſſe tempore Sylveſtri papæ, & Conſtantini, circa annum domini CCC. XXVI. cum verius ſit, illud habitum paulo poſt Miltiadis obitum, a cujus ſententia provocavit Donatus, accuſato proditionis Miltiade, repetitoque Conſtantini imperatoris judicio: a quo concilium illud Arelatenſe fuiſſe coactum in locis jam citatis ſæpe Auguſtinus commemorat, conſtatque ex præfatione ejuſdem concilii, cujus meminit Papirius Maſſonus in vita Sylveſtri papæ; & epiſcopi in illo coacti fatentur. Fuiſſe autem concilium illud, quod Conſtantini conſilio indictum, & habitum eſt, ad cauſam Afrorum Cæciliani, & Donati, quod fuit initio pontificatus D Sylveſtri, canon VIII. abunde declarat, in quo agitur de Afris, ſic enim legi debet, ut in vetuſtis & emendatis codicibus: non, Arianis, ut perperam in communibus, & in decreto Gratiani, non antiquo tantum, ſed in recentiori Gregoriano legitur, quod emendandum eſt. Nam quamvis Ariani rebaptizationes admiſerint, ut ipſius decreti cenſores ex Auguſtino ſcite & literate annotarunt, tempore concilii Arelatenſis, Arii hæreſis non modo in Gallia, ſed nec Alexandriæ, in qua orta primum eſt, agnoſci potuit, nedum coerceri, & puniri: cauſam autem diſſidii inter Alexandrum, & Arium anno domini CCC. XV. vel ut volunt CCC. XVII. ortam eſſe, ſuperius memini. Donatus vero, ut ex divo Auguſtino liquet, multo antea rebaptizationem in Africa admiſerat, & ante Donatum divus Cyprianus, & ante Cyprianum, Agrippinus Carthaginenſis eccleſiæ epiſcopus. Is enim primus fuit omnium mortalium, ut auctor eſt Vincentius Lirinenſis, qui contra divinum canonem, contra univerſalis eccleſiæ regulam, contra ſenſum E omnium ſacerdotum, contra morem, atque inſtituta majorum, rebaptizandum eſſe cenſebat in Africa, a quo poſtea multa eccleſiæ pars contaminata eſt. Quem errorem refutare voluit primum concilium Arelatenſe, ut acriori ſententia & graviori tot epiſcoporum judicio damnaretur Donatus Afer, qui pertinacius in eo perſiſtebat. Sed multo clarius id perſpicuum redditur ex canone XIII. in quo cauſa Cæciliani & Donati acta, *Tamen [illegible], inquit, qui [illegible] ſanctas tradidiſſe dicuntur, vel vaſa dominica, vel nomina fratrum ſuorum, placuit nobis, ut quicunque eorum ex actis publicis fuerit detectus, non verbis nudis, ab ordine cleri amoveatur.* Hæc enim omnia propria ſunt ſchiſmatis Donati, & controverſiæ illius cum Cæciliano, ſicut & reliqua, quæ in fine illius canonis, & in canone XIV. ſequuntur: pertinent enim ad accuſationem quam Donatus Cæciliano & Felici Aptungitano epiſcopo illius ordinatori objecerat; quam ſæpe tentans tam in judicio Miltiadis,

quam

*Quando peractum concilium Arelatenſe I.*

*Emendatur canon 8. concilii Arelat. I. qui etiam extat apud Gr. in c. de Arianis, de conſecrat. diſt. 4.*

D. Auguſt. de hæreſibus ad Quod vult deum. c. 40.

Vincentius Lirin. adverſus profanas hæreſum novation

quam in eodem concilio Arelatenſi, probare non potuit. Hæc ergo ſynodus Arelatenſis prima, eadem prorſus eſt cum illa, quam Conſtantinus magnus ad cauſam Cæciliani, & Donati in Gallia tunc coegit. Indictam fuiſſe ad Kalendas Auguſti, ſcribit Euſebius, & ex reſcripto ad Ablavium, annum integrum poſt ſententiam Miltiadis, Voluſiano & Anniano Coſſ. quod incidit in annum domini CCC.XIV. In ea minime præſediſſe Sylveſtrum, ut quidam volunt, ex principio ipſius concilii apparet, in quo ſummam totius Martinum epiſcopum Arelatenſem, & reliquos epiſcopos in eo coactos, ad Sylveſtrum papam miſiſſe refertur: quod ex vetuſto etiam codice profert Papirius Maſſonus, idque nos latius in commentariis illius concilii ſumus comprobaturi.

Euſeb. lib. 10. cap. 5.

Papirius Maſſonus in vita Sylveſtri.

Quod ſecundo loco ex ſuperioribus obſervaverim, illud eſt: concilium hoc Illiberritanum non ſolum Nicæno, ſed & Arelatenſi primo, temporis antiquitate præſtitiſſe; ideoque non poſteriori, ut in collectionibus conciliorum ſolet, ſed priori loco conſtitui debere; cum Oſius epiſcopus Cordubenſis, & Liberius Emeritenſis multa ex hoc in primum Arelatenſe tranſtulerint, ut tranſtuliſſe in Sardicenſe Oſium mox indicabo. In Arelatenſi enim extat canon IV. de agitatoribus, V. de theatricis, VI. de his, qui in infirmitate credere volunt, VII. de his, qui magiſtratus Gentilium gerunt, IX. de literis confeſſorum, XI. de matrimonio infidelium, XXIII de apoſtatis; quos omnes deſumptos fuiſſe ex hoc Illiberritano tam manifeſte ipſimet teſtantur, ut nullus niſi veritatis expers illud poſſit inficiari. Si quis autem certiorem adhuc a me hujus rationem exigat, dicatque Arelatenſe prius Illiberritano eſſe potuiſſe, & canones præcedentes potius Illiberritanum ab Arelatenſi, quam Arelatenſe ab Illiberritano mutuatum; illud reſpondendum videbitur: Oſium, qui concilio Illiberritano interfuit, accuſatum ab Hiſpanis fuiſſe, & abſolutum a Gallis, uti divus Auguſtinus recenſet: quod eſſe non potuit, niſi in eo concilio Arelatenſi, in quo & Oſii, & Cæciliani agitata definitaque cauſa eſt, poſteaque ſecutum fuiſſe Oſium comitatum Conſtantini, & Alexandriam miſſum ad componendam diſſenſionem inter Arium, & Alexandrum, indeque præfuiſſe in Bithynia concilio Nicæno, & poſt Nicænum interfuiſſe Gangrenſi in Paphlagonia, ac tandem Sardicenſi poſtea in Thracia. Non potuit igitur concilium hoc, cui Oſius adfuit, & Valerius, non modo ante Arelatenſe, ſed & ante perſecutionem Diocletiani, & Maximiani non cogi, cum in illa certum ſit divum Valerium periiſſe. Perſecutionem autem factam Diocletiano VII. & Maximiano VII. COSS. in quodam venerandæ antiquitatis chronicorum libello incerti auctoris ſe reperiſſe dicit Cuſpinianus, quod verum eſſe non poteſt: nam duobus annis nondum integre elapſis, eoſdem depoſuiſſe imperium repetit ſæpe Euſebius in ſua hiſtoria: at uſque ad conſulatum Conſtantii VI. & Maximi VI. quibus illos ſe abdicaſſe imperio liquet, tres annos intercedere ipſa conſulum nomina, quæ Caſſiodorus, & Cuſpinianus referunt, docent apertiſſime. Alii ex Damaſo contendunt, perſecutionem referendam ad conſulatum IX. Diocletiani, & Maximiani VIII. quod & D. Auguſtinus ſenſiſſe antea videtur, ſed nec horum ſententiam probo: nam Damaſus, & Auguſtinus, non initium perſecutionis, ſed progreſſum attigerunt: ille enim, cum tempus vitæ Marcellini papæ vellet perſcribere, hæc ait: *Marcellinus natione Romanus, ex patre Projecto, ſedit annos IX. menſes XI. dies XVI. Fuit autem temporibus Diocletiani IX. & Maximiani VIII. quo tempore fuit magna perſecutio, ita ut intra XXX. dies, XVII. millia hominum promiſcui ſexus, per diverſas provincias martyrio coronarentur*. Hic autem, cum collationem Donatiſtarum cum catholicis referret, illis negantibus tempore perſecutionis concilium cogi potuiſſe, quo coactum fuerat Cirtenſe, ut palam fieret, quo anno perſecutio facta eſſet, geſta martyrum ejus perſecutionis a notariis collecta, lecta ſunt, quibus oſtendebatur perſecutionis factæ tempus fuiſſe conſulibus Diocletiano IX. & Maximiano VIII. pridie Idus Februarias: geſta autem epiſcopalia decreti Cirtenſis, poſt eorumdem conſulatum, III. nonas Martias, *ac per hoc tredecim menſes intereſſe inveniuntur*, inquit, *plures utique quam undecim, quos prius catholici minus diligenter computando reſponderant*: tradit ergo Auguſtinus non initium perſecutionis, ſed progreſſum, martyria videlicet collecta a notariis facta iiſdem conſulibus: non tamen negat antea perſecutionem cœpiſſe; neque ſi initium referret, pluris intereſſet, quod narret initium perſecutionis conſecutum in Numidia, Cirtenſem enim civitatem in Numidia conſtituit Plinius, Ptolemæus & Strabo: Numidia autem, cum interior pars Africæ ſit, mirum non eſt, ſi ſtatim ad ejus intima perſecutio non penetraverit, nec tantopere ſævierit, ut ſævitt maxime anno ſequenti. Verius eſt ergo, quod ſcribit divus Auguſtinus, perſecutionem inceptam Diocletiano VIII. & Maximiano VII. Coſs. cum dominicæ feſtum ſalutaris paſſionis jam pro foribus eſſet, addidit Euſebius: in ipſo die paſſionis Chriſti, Caſſiodorus: quod incidere in annum domini CCC. VI. ait Cuſpinianus: ſed magis placet, quod ſcribit Onufrius, eos conſules in annum domini CCC. III. rejiciens. Adducor etiam ex Optato Afro, Milevitano, cujus tempore cum perſecutio Diocletiani & Maximiani jam Africa & Numidia pervagata eſſet, ut colligitur ex ejus libro, dum de traditis & accenſis libris divinis verba facit, in eodem ſic ait, *Trecenti ſunt anni minus, vel plus aliquid, ex quo cœpimus eſſe Chriſtiani, & terrarum in orbe cenſeri*, quod ad eum annum referendum cenſuerim probabilius. Concilium igitur hoc cum ante perſecutionem Diocletiani & Maximiani habitum ſit, non potuit non anno domini CCC. vel CCCI. cogi: nam poſteriori Diocletiani, & Maximiani ætate cogi potuiſſe; vel, quod minus eſt probabile, Conſtantii & Galerii ſucceſſorum imperio, ut Cæſar Baronius contendit; vel ante pacem eccleſiæ a Conſtantino redditam, & ejuſdem imperio, ut ſenſiſſe videtur Antonius Beuter, & concilii Sueſſionenſis apud ſanctum Medardum notarius in actis ejuſdem, ipſa rerum antea geſtarum hiſtoria, Datiani præſidis immanitas, Vincentii diaconi martyrium, Valerii exilium & mors, Oſii confeſſio & ſtigmata, ipſiuſque tandem concilii Illiberritani canones & decreta omnino repugnare videntur.

D. Auguſt. de lib. 1 contra Parmenianum.

Cuſpinian. in Caſſiodori conſules.

Damaſus in vita Marcellini.

D. Aug. in breviculo collat. 3. diei, cap. 5.

Plinius lib. 5. c. 3. Ptolemæus & Strabo l. ult.

D. Auguſt. l. 3. contra Creſconium.

Euſeb. l. 8. c. 2. Caſſiod. Tripart. lib. 10. c. ult. Cuſpinia. in Caſſiodori conſules. Onufrius in faſtis. Optat. Milevit. lib. 1. adverſus Gentes.

Caſ. Baron. 2. tom. annal. eccl. Ant. Beut. 2. par. hiſt. Hiſp. c. 23.

Hæc de anno quo concilium habitum eſt, ſi non quæ volui, debuique, ſaltem quæ potui. De menſe autem quod certi affirmem, nihil habeo, ſilentibus codicibus editis & MS. divi Laurentii, & eccleſiæ Toletanæ. In vetuſto ſolum eccleſiæ Urgellenſis reperio habitum Idibus Majarum, quod fere congruit cum eo, quod omnibus conciliis provincialibus cogendis præſcripſerunt poſtea Hiſpaniæ epiſcopi in concilio Toletano IV. *Quinto decimo*, ajunt, *Kalendarum Juniarum, congregandа eſt in unaquaque provincia ſynodus propter vernale tempus, quando herbis terra veſtitur, & pabula germinum inveniuntur*. Quo tempore coacta ſunt plura Hiſpaniæ concilia. Hora autem prima diei ante ſolis ortum inchoandum, ordine & forma ab eiſdem expreſſa, Iſidorus docet, & concilium Toletanum IV. quam antea etiam obſervaſſe noſtri concilii epiſcopos, non eſt improbabile.

In concil. Tolet. 4. c. 3.

D. Iſid. de modo celebrandi concilia. Concil. Tolet. 4. can. 4.

*An omnium Hiſpanicæ & catholicæ eccleſiæ conciliorum, Illiberritanum fuerit antiquiſſimum.*

## CAPUT III.

CONCILIUM Illiberritanum, vetuſtiſſimum adeo ſemper mihi viſum, ut reliqua omnia, quæ non in Hiſpania modo, ſed in reliquis provinciis coacta ſunt, antiquitate vincat. Non defuerunt tamen, qui non primum quidem, ſed quintum fuiſſe adfirmant, eorum quæ ad id uſque tempus Hiſpania convocavit. Inter eos Ambroſius eſt Morales, quem honoris cauſa nomino, quod hiſtoriam Hiſpaniæ, perite quidem meo judicio & diligenter conſcripſerit. Ait enim, epiſtolam Antheri papæ ad epiſcopos provinciæ Bæticæ & Toletanæ, reſcriptam eſſe ad eorumdem conſultationem; quam fieri non potuiſſe dicit, niſi coacta ſynodo omnium utriuſque provinciæ epiſcoporum. Quæ quidem non ſatis idonea ratio eſt: nam adhuc certo non conſtat, eam epiſtolam Antheri papæ fuiſſe: quinimo illi falſo adſcriptam ſuſpicor. Nam, ut omittamus epiſcopatus Hiſpaniæ in Bæticam, Toletanam, & reliquas provincias tunc non fuiſſe ea forma diviſos, ut ſuo loco probabitur; ſi Antherus eam reſcribit ad epiſcopos Bæticæ, & Toletanæ provinciæ, ut ex epiſtola apparet, dum in principio ait, *De mutatione ergo epiſcoporum, unde ſanctam ſedem apoſtolicam conſulere voluiſtis, ſcitote, eam communi utilitate atque neceſſitate fieri licere; ſed non libitu cujuſquam, aut dominatione*: (qui fieri poteſt, ut uno menſe, quo ille in pontificatu vixit; ſtatim enim glorioſo martyrio eximiam vitæ æternæ coronam conſequutus eſt, auctoribus Euſebio, Nicephoro, & aliis) qui, inquam, fieri poteſt, ut epiſcopi provinciarum Bæticæ & Toletanæ provinciæ, ad illum ſcripſerint, & ille reſcribere potuerit? nonne antequam in ea perſecutionum tempeſtate, fama de electione Antheri ad aures epiſcoporum Toletanæ & Bæticæ provinciæ pervenire potuiſſet, integer pontificatus Antheri labi potuit? eo præſertim tempore, quo in uſu privatorum non erant Hiſpaniæ ſtationes veredorum, ut hodie. Nec ſatis conſonat, tempore quo tyranni imperatores, tam audacter & temere graſſabantur in eccleſias, in epiſcopos, in ſacerdotes, in clericos, in omnes tandem Chriſtianos, potuiſſe epiſcopos utriuſque provinciæ nullis armatorum militum præſidiis munitos, nullis certis ad ſumptus faciendos in itinere adjutos opibus, nullo præſidum & proconſulum Gentilium favore privato vel publico innixos, relictis ſedibus in tam diſtantibus locis poſitis, in unum commigraſſe, ad eam ſolum relationem mittendam pontifici, unde certiores Gentes redderentur de cauſis eccleſiæ, de Chriſtianorum conventibus, quos illi pro viribus conabantur interdicere? Et ſi tam de levibus cauſis Hiſpani epiſcopi ſedem Romanam apoſtolicam conſuluerunt; quare tam brevi tempore, cauſa graviori exorta,

Ambroſ. Moral. lib. 9. hiſt. Hiſp. cap. 4. Antherus epiſtola ad epiſcopos Bæticæ & Toletanæ provinciæ.

Lib. 3. c.

Euſeb. lib. 6. cap. 21. Niceph. 5. cap. 21. Onufrius faſtis. Papirius Maſſonus & Baronius in vita.

oria, de depoſitione epiſcoporum Aſtoricenſis & Emeritenſis, Baſilidis, & Martialis crimine idololatriæ contaminatorum, ad ſedem Carthaginenſem, & ejus epiſcopum Cyprianum recurrerunt, non autem ad Romanum: ex qua & illud conſtat, non ſolum eos depoſuiſſe Baſilidem, & Martialem, ſed eorum loco ſubſtituiſſe Sabinum atque Felicem ſine aliqua tunc apoſtolicæ ſedis relatione; quod itinerum forſan difficultatibus, & præfectorum ethnicorum metu impedirentur: cum ipſe Baſilides ad illam poſtea confugerit. Suppoſitam ergo epiſtolam fuiſſe neceſſe eſt, aut illi pontifici tribuendam. Quod ſi ea vera fuiſſet Antheri, cauſa noſtræ quidquam non obeſſet: nam quamvis epiſcopi tunc una conveniſſent ad ſcribendum pontifici de dubiis quæſtionibus in Hiſpania excitatis (concedamus interim hoc Ambroſio Morales) is tamen conventus concilium proprie dici non poſſet, quia nihil in eo, vel de fide, vel moribus decernebant. Oportet enim ad hoc, ut concilii nomen congregatio ſuſtinere poſſit, ut in ea aliquid vel ad fidem, aut mores ſpectans decernatur. Quod ſi nihil decernitur niſi relatio ad pontificem, congregationis potius, quam concilii nomen ſortiri debet, ut ſatis dilucide Marcellus papa I. docuit, ad Maxentium, his verbis: *Synodum ergo abſque hujus ſanctæ ſedis auctoritate epiſcoporum, quamquam quoſdam epiſcopos poſſitis congregare, non poteſtis regulariter facere.*

D. Cyprian. epiſt. 64. ad Felicem presbyterum & plebes conſiſtentes ad Legionem & Aſturicam: item ad Lælium diaconum & plebem Emeritenſem.

Marcellus papa I. in ep. 2. ad Maxentium.

Concilium ſecundum Hiſpaniæ, ait idem Ambroſius Morales, tempore Lucii papæ coiviſſe, quia ab illo epiſtola in forma reſcripti miſſa extat ad epiſcopos Galliæ, & Hiſpaniæ. Sed hujus me auctoritas non magis premit, quam quæ præceſſit Antheri: video enim illam coagmentatam eſſe ex fragmentis, quæ nomine Caliſti, Cornelii & Felicis circumferuntur. Quod ſi Lucius ſtatim ab ordinatione ſua miſſus eſt in exilium, Decii Galli & Voluſiani perſecutione, ut atteſtatur D. Cyprianus ad eundem Lucium, cur fratres & coepiſcopos Hiſpanicæ eccleſiæ, & Gallicanæ, Lucium papam perſecutione afflictum, & in exilio deliteſcentem, conſulere voluiſſe dicamus, neque de ſuo exilio & calamitate, quidquam in epiſtola pietatis & commiſerationis Chriſtianæ gratia meminiſſe? Quod ſi poſt reditum Lucii, conſultationem factam, & reſcriptum miſſum velimus confingere, Gallo jam & Voluſiano imperatoribus fraude Æmiliani interfectis, obſtabit temporis ejuſdem epiſtolæ conſcriptæ nota, eiſdem Gallo & Voluſiano Coſſ. Illud autem impoſturæ ſuſpicionem auget multo magis, quod epiſtola ſcripta dicatur Kalendis Aprilis, Gallo & Voluſiano Coſſ. cum in confeſſo ſit, Cornelium papam Lucii anteceſſorem martyrio affectum XVIII. Kalendas Octobris. At ſive Lucius papa VIII. vix menſes egerit in pontificatu, ut ex magni illius & illuſtris Alexandrini epiſcopi Dionyſii epiſtolis, in quibus quaſque ſuo tempore & illo præſertim geſtas ſingulatim commemoravit, auctore Euſebio, Nicephoro, & aliis, ſive annum unum, menſes tres, dies quatuordecim, ut Onufrio & Pamelio placuit: & dies quinque & triginta, vel ſexaginta ſex a martyrio Cornelii ſedes Romana vacavit ante electionem Lucii, ut ſcribit Damaſus, qui fieri poteſt, ut Kalendis Aprilis epiſtolam ſcriptam poſſint vere affirmare? Si enim, ejuſdem anni rationem faciant, occurret non Aprili menſe, ut in epiſtola dicitur, ſed Decembri Lucium electum PP. fuiſſe: ſin vero ſequentis anni tempus obſervent, obſtabunt Conſulum nomina: nam eo conſulatum non geſſerunt Gallus & Voluſianus: ſed Voluſianus & Valerius Maximus, ut faſti conſulares teſtantur. Sive ergo conſules crearentur eo tempore principio menſis Martii, ſive januarii, quod verius eſt, quidquid eorum maliint affirmare, tempus obſtat Cornelii obitus, & electio Lucii, ſed multo magis martyrium ipſius Lucii, quod ad quartum diem Martii referunt martyrologium Romanum, & veteia, Bedæ, Uſuardi, Adonis & Pontificalis Damaſi. Quatuor vel quinque dies antequam epiſtola hæc ſcripta dicitur, vel contingeret, lucis uſura privatus eſt Lucius, non potuit ergo ab homine mortuo epiſtola reſcribi. Quod ſi vere illa a pontifice ſcripta eſt, alium eum fuiſſe cogimur neceſſario fateri.

Ambroſ. Moral. lib. 9. c. 44. Epiſt. Antheri c. 3. 4. & 6. ex aliis Caliſti, Cornelii & Felicis deſcripta videtur.

D. Cyprian. in epiſt. 58.

Damaſus in Pontificali, in Cornelii vita.

Euſeb. li. 7. hiſt. eccleſ. c. 2. & 2. Niceph. l. 6. c. 30. Maſſonus in vita Stephani Papæ. Onufrius in faſtis pont. Pamel. in vita D. Cyp.

Docuit Aug. li. 3. de civitate Dei c. 30. Plutarch. proble. 18. Tullius contra P. Servilium Rullum de lege Agraria, in principio, orat. 1.

Morales c. 45.

Tertium affirmat idem Morales tempore Stephani PP. indictum, ad depoſitionem Baſilidis Aſtoricenſis epiſcopi, & Martialis epiſcopi Emeritenſis, de quorum crimine idololatriæ & blaſphemiæ, & depoſitione cum conſulerent divum Cyprianum Carthaginenſem in Africa epiſcopum, virum ea ætate, literis, prudentia & ſanctitate inſignem, Felix presbyter, & Lælius diaconus, & plebs Legionis, Aſturicæ, & Emeritæ, & alius Felix epiſcopus Cæſaraugustanus, illis ſuper ea depoſitione reſpondit divus Cyprianus, clerum & plebem earum provinciarum laudans, quod in locum eorum Sabinum & Felicem legitima electione ſubſtituiſſent, quos ad eundem Cyprianum, ut legationem obirent, miſerant. At quamvis Ambroſio Morales, adeo placuerit eo tempore concilium habitum, ut Hiſpaniæ generale eſſe & dixerit & poſtea ſæpe inculcarit, quid ſibi velit, aut probet, non video: nam ſi in concilio generali Hiſpaniæ depoſitio Martialis & Baſilidis facta fuiſſet, quomodo etiam tacere non poterat, ut ex congregatione concilii nomen poſſet mereri, ſi alia decreta edita non ſunt: ut dixi, nonne concilium univerſum Cyprianum conſuleret, & in nomine concilii relatio Cypriano proponeretur; & Cyprianus univerſo concilio reſcriberet? At utrumque deeſſe comperio, nam concilium nec habitum perhibetur, nec nomine concilii epiſtola ad Cyprianum miſſa eſt, ſed nomine Felicis presbyteri, & Lælii diaconi, & plebium Legionis, Aſturicæ, & Emeritæ. Nec concilio reſpondit D. Cyprianus, ſed illis tantum a quibus fuerat conſultus.

Quæ omnia exſtant in epiſt. 68. D. Cypriani.

Quartum, idem cenſet habitum tempore Miltiadis PP. quod ad omnes epiſcopos Hiſpaniæ literas dederit, de diverſis cauſis eccleſiaſticis, utpote de judiciis epiſcoporum, ſive de majoribus eccleſiæ cauſis ad ſedem Romanam deferendis, & de ſacramento baptiſmi & confirmationis, de jejunio dominici diei, & quintæ feriæ: non inde tamen colligitur, generale fuiſſe Hiſpaniæ concilium: nec ſi conveniſſent epiſcopi ad proponendum eam relationem Miltiadi, inde probare liceret, concilium fuiſſe Hiſpaniæ generale, ſi alia decreta de fide aut moribus in illo edita non ſint. Conſequitur ergo ex his, Illiberritanum omnibus Hiſpaniæ conciliis temporis antiquitate præſtare, ſi memoria præſertim teneamus, concilium hoc (ut nuper dicebam) non ſolum tempore Sylveſtri (ut ſibi perſuaſit Morales), ſed ante Sylveſtrum & Miltiadem convocatum: quocirca quamvis ad mittendam relationem Miltiadi concilium habitum fuiſſet, illo tamen hoc Illiberritanum antiquius eſſe, rerum antea geſtarum hiſtoria manifeſte ſatis comprobatur. Non tamen inficias eo, ante hoc concilium ſæpe inter ſe epiſcopos Hiſpaniæ conveniſſe, ut de cauſis pro tempore emergentibus alios conſulerent, ut conſtat ex epiſtola ſuperiori Cypriani & Miltiadis, vel ipſi inter ſe quod ſentirent, exponerent, & optato fine exequerentur.

Morales dicto lib. 10. c. 30.

Cap. 2. ſuperiori.

Nec omnium Hiſpaniæ tantum antiquiſſimum hoc concilium arbitror, ſed & reliquorum quæ in eccleſia, vel Latina, vel Græca, adhuc exſtant. Excipio ſemper quæ Hieroſolymis de abroganda lege Moyſis, de ſanguine, ſuffocato, & ſcortatione, & idolothytis prohibendis, exordio religionis Chriſtianæ apoſtoli celebrarunt. Nam etſi multa ante hanc Diocletiani & Maximiani perſecutionem, habita fuiſſe eccleſiaſtici ſcriptores tradiderint, ut Cæſarienſe I. in Palæſtina, ſub Ælio Pertinace a Theophilo ejuſdem civitatis epiſcopo, & a Narciſſo epiſcopo Hieroſolymorum, de die paſchatis; Romanum ſub Victore PP. aliud epiſcoporum Ponti, ſub Palma, Gallicanum ſub Irenæo; Achaicum ſub Bachilo Corinthiorum epiſcopo, de eadem controverſia, & alia quæ eodem tempore per varias Chriſtianæ religionis provincias acta ſunt, ut Euſebius & Nicephorus tradunt, Romanum ſcilicet ſexaginta epiſcoporum, & totidem presbyterorum ad condemnandum Novatum ex epiſtola Cornelii PP. ad Fabium epiſcopum Antiochenum tempore Aureliani Imp. & Dionyſii PP. contra Paulum Samoſatenum, ex Euſebio, & aliud Carthaginenſe concilium, ni mavis conciliabulum, ſub Cypriano ejuſdem civitatis epiſcopo, actum tempore Stephani PP. triaque poſtea, ut a Pamelio notatum eſt: hæc & alia quæ in reliquis Chriſtianis provinciis, eo tempore & anteriori peracta ſunt, nihil hujus concilii vetuſtati officiunt, vel detrahunt dignitati; partim, quod illa non exſtent vel edita non ſint in illis decreta; partim etiam quia quædam erroribus fuere conſperſa graviſſimis, ut de Carthaginenſibus D. Auguſtinus, Optatus Milevitanus, Stephanus PP. & alii atteſtantur. Et ex his tandem fit, concilium hoc Illiberritanum, Nicæno, Arelatenſibus, Ancyrano, & Neocæſarienſi, Romano, & reliquis, ſi quæ ſunt, quæ modo ante hoc recentiores eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptores prodiderint, in ordine conciliorum eſſe præponendum: & hoc ipſum ſuperiora (ni me opinio propria, aut patria, aut negotii ſuſcepti fallat amor) ſatis dilucide videntur comprobaſſe.

Euſeb. li. 5. hiſt. eccleſ. c. 22. & 23. Niceph. l. 4. c. 36 & 37. Ex Euſebio li. 7. c. 23 & 25. Niceph. lib. 6. c. 28. & 29. Pamelius in vita D. Cypriani.

## De auctoritate concilii Illiberritani.

## CAPUT IV.

MIRANDUM ſane, vel dolendum potius eſt, pater beatiſſime, eo rem rediiſſe, ut auguſtam & ſanctam hujus concilii auctoritatem, non Calvinus ſolum, non Balthaſar Hiemarus, non Angli, non Magdeburgenſes, & hæretici alii, quos referre pudet, ementitis erroribus, ſed & catholici etiam, & inter catholicos, qui eam maxime ſuſpicere deberent, vel propria falſaque ducti opinatione, vel ſolo aliorum præjudicio eamdem minuant, elevent, infringant. Bartholomæus Carranza, archiepiſcopus poſtea Toletanus, ſummæ conciliorum compilator, quem Chriſtiana modeſtia, patriæ amor, religionis cultus, cura & ſtudium, quo in colligendis conciliorum canonibus ſe elaboraſſe, & inſudaſſe præfatur, non movere tantum, ut [illegible], ſed currentem (ut ajunt) poſſent a ſuis incitare, ut fidem illius labefactatam ab aliis erigeret, erectam defenderet, defenſamque ut ſacroſanctam vere [illegible], quonam pacto manus expleverit, quæ ad concilii principium præfixit, indicabant. *A [illegible] in dubium, & [illegible] concilii, ut XXXIV. XXXV. XXXVI. [illegible] XL [illegible] teſtem, qui pro [illegible] unde [illegible]*

De Calvino teſtatur Robertus Bellarminus tomo 1. de controverſiis Chriſtianæ fidei. Hiemarus in l. quem adverſus imaginum cultores ſcripſit ut auctor eſt Syxtus, Senenſis l. 5. bibliothecæ ſanctæ, annotatio. 247. De Anglis teſtatur Alanus Copus dialog. 4. De Magdeburgenſibus teſtis eſt Arnaldus Pontacus in chronographia Melch. Can. l. 5. de locis theolog. c. 4.

*neceſſe eſt, patres in concilio provinciali erraſſe; quod & aliis tantæ auctoritatis ſcimus contigiſſe: aut recte ab eis definita, ab hæreticis depravata ſunt; quod nec novum eſt, nec mirandum.* Carranzæ auctoritatem magis quam concilii (quod doctis hominibus & novum videri poſſet & mirandum) ſecuti ſunt alii, aſſeverantes, concilium hoc tanquam multis conſperſum erroribus, ab eccleſiaſtico ſacrorum conciliorum canone rejiciendum. Inter plures autem, quos ante & poſt, huic opinioni adhæſiſſe video, primus eſt Melchior Canus epiſcopus Canarienſis, vir inter noſtros & acumine ingenii, & multiplici literarum cognitione clarus: agens enim de auctoritate conciliorum, docet, concilium provinciale ſine pontificis auctoritate coactum, nec confirmatum errare poſſe: poſt alia exempla, illud adjecit. *Illa rurſum non imprudenter modo, verum etiam impie a concilio Eliberitino lata eſt de tollendis imaginibus lex, can. XXXVI.* Et poſt alia. *Nec mihi concilium Eliberitinum objicias, nam in ea parte qua erravit, ſemper a catholicis exploſum eſt.* Poſt hos, recentiores alii, canones XXXIV. XXXV. XXXVI. & XL. damnatos eſſe ab eccleſia catholica liberius multo, quam par eſſet, affirmant. Si ab Hiſpanis, quorum intererat, Hiſpanici concilii & Hiſpanorum omnium antiquiſſimi auctoritatem ſartam tectam cuſtodiri, ut ſuſpectam improbari legimus: novum certe videri non poteſt, ſi exteri ſcriptores in idem intemperantius invecti ſint. Noſtra enim ætate Cæſar Baronius, in illuſtrandis eccleſiaſticis annalibus præclare verſatus, agens de ſanctarum imaginum picturis, contra objecit canonem XXXVI. concilii Illiberritani, & poſtquam illud, ut perexigui momenti adverſus eccleſiæ univerſalis decreta in ſancto imaginum uſu eſſe dixiſſet, hæc adjecit. *Porro, concilium illud in multis eſſe irritum, multa ſunt quæ manifeſte declarant: pleraque enim in eo ſunt, quæ ſinceris eccleſiæ catholicæ dogmatibus adverſari videntur, dum eis, qui capitalia quædam crimina perpetraſſent, nec in fine communionem eſſe dandam pluribus canonibus ſtatuitur. Sapere hæc hæreſim Novatianam, qui Cypriani & aliorum de ea re ſcripta legerint, facile cognoſcent: ab eccleſiæ enim catholicæ uſu, illud omnino alienum eſſe reperitur, quod in eo ſtatutum eſt, ut nec in fine communicet, qui poſt pœnitentiam mœchatus fuerit.* Et poſt alia. *Sed non tantum* (inquit) *ex jam dictis adducor, ut exiſtimem, concilium illud in his irritum factum eſſe, ſed eo maxime, quod canonum antiquiſſimi collectores, Fernandus Diaconus, Dionyſius cognomento Exiguus, & Creſconius, quantumlibet egregiam navarint operam, ut omnes tam Græcos, quam Latinos canones colligerent, nullus tamen ipſorum hujuſmodi concilii Eliberini canones, vel ſaltem nomine tenus meminit. Itaque ſuſpicor illos canones impoſturam. Qui etiam fieri poterit, ut cum non tantum complures orientalium, ſed & occidentalium turmæ adverſus ſacras imagines bellum moverent, & ad eas impugnandas, arma undique compararent, a potiſſimo omnium telo, ſi extitiſſet, abſtinuiſſent? Anne latuit hujuſmodi decretum concilii Vigilantium, & ipſum Hiſpanum, ſacrorum rituum eccleſiaſticorum everſorem; qui, cum quæ erant eccleſiaſticæ œconomiæ, pervertebat antiquas conſuetudines, tacuiſſet ne, in ſacras imagines potiſſimum invehi, ſi aliqua prætenſa ſaltem eccleſiaſticorum veterum auctoritate id poſſe efficere conſpexiſſet? An non ſaltem unus, vel alterius ejuſdem ſynodi canonis auctoritate ſua validare, ac roborare potuiſſet, ut quæ ipſe primus de non incendendis cereis in eccleſia auſus eſt affirmare? An etiam præteriit canon ille Claudium, item Hiſpanum presbyterum, inde vero epiſcopum Taurinenſem, maximum Iconoclaſten, Felicis Urgelitani diſcipulum? Equidem dum hæc paulo conſideratius, apud meipſum perpendo, in eam ſuſpicionem adducor, ut aliquis ex Claudii prædicti diſcipulis aique ſectator (quod proprium eſt hæreticorum partes ſuppeditare) ejuſdem canonis auctor fuerit, & tali impoſtura egregie concinnator. nec quidem, qui hæc mecum accuratius perpenderit, me falſum conjectorem temere arguet. Sed eſto, abſit fraus & impoſtura, quam tandem fidem meretur tam paucorum epiſcoporum canon, quem totius catholicæ eccleſiæ uſus contrarius continuo abolevit, & antequam naſceretur extinxit?* Hæc Cæſar Baronius. Poſt Baronium, ejuſdem inſtituti & congregationis oratorii collega Thomas Bozius, cum de ſacrarum imaginum cultu ageret, non ſimilia tantum, ſed eadem & graviora, his quæ Baronius ad labefactandam hujus concilii auctoritatem ſcripſit. *Quocirca*, ait, *& concilium quoddam, quod haud ita pridem prodiit in lucem, Eliberinum epiſcoporum novem, nullo modo audiendum, nam Fernandus diaconus, Dionyſius Exiguus, & Creſconius, qui diligentiſſime canones omnes collegerunt, ejus nihil omnino meminere. Quid? quod neque Vigilantius, qui omnia, quæ adverſus ſanctorum reliquias in unum confert, cum ſit Hiſpanus, Hiſpanicæ tamen hujus concilii nullam mentionem facit, neque Claudius ſimiliter Iconomachus Hiſpanus. Addo ſi ille eſſe Novatianorum decretum, cum negat communionem quibuſdam. Nulla igitur illius fides.* Robertus etiam Bellarminus, nonnihil de auctoritate hujus concilii detraxit, dum diſputatione de eccleſia triumphante, diſſerens de imaginibus, ait: concilium hoc fuiſſe provin-

Idem, ibidem in ſexta concluſione.

Pineda ſecunda ſecundæ partis Monarch. eccleſiaſt. c. 14. §. 4. Franciſcus Padilla in chronographia conciliorum.

Cæſar Baronius 1. tomo annalium eccleſiaſticorum, [illegible] anno Chriſti 59.

Can. 1. 2. 6. 8. 12. 17. 18.

Can. 3. & 7

Can. 34. & 37 Hieronymus adverſ. Vigilantium.

Joan. Aurelianen. in præfat. commen. in Claud. & lib. 1.

Thomas Bozius de ſignis eccleſiæ Dei tom. 2. l. 15 cap. 1.

Robertus Bellar. in tom. 1. de controverſiis Chriſtianæ fidei, controver. 7. lib. 2. c. 9.

A ciale, & in aliis decretis videri erraſſe, præſertim cum in plurimis caſibus, ne in articulo quidem mortis pœnitentem velit abſolvi. Sed tandem majori irreverentia, ne dicam audacia, concilium hoc nunquam ab eccleſia receptum ob canonem XXXVI. & forte etiam ob XXXIV. (ſic ille loquitur) ſcripſit, & principio hujus concilii præfixit neſcio quis, qui recentem conciliorum editionem Venetam paravit. A quo & reliquis graviora in concilium dici vix potuerunt, etiam ſi illius auctores, vel certo fuiſſent hæretici, vel illius decreta, ut ſuſpecta & apocrypha, tua beatitudo damnaſſet, aut majores tui catholicæ eccleſiæ epiſcopi. Sed quia hæc poſtea ſuſius propriis in locis ſum tractaturus, hujuſmodi labore nunc ſuperſedebo, ſi prius illud monuerim, gravem atque eximiam hujus concilii auctoritatem, multo pluris habendam eſſe, atque æſtimandam. Eſt enim in primis merito veneranda magna ejus, ac longæva vetuſtas: quippe quod mille & trecentos fere ante nos annos concilium habitum non diximus nos modo, ſed fidiſſimi antiquitatis teſtes, ex veterum annalium monumentis excitati, ſuperius luculenter (mea quidem ſententia) diſerteque comprobarunt. Quod ſi non ſcriptas eccleſiæ traditiones ob reverendam earum antiquitatem magnifaciunt, idque jure optimo quotquot ſunt catholicæ eccleſiæ doctores: non equidem video, cur his decretis, quæ publicis ſunt literis commendata, eamdem fidem auctoritatemque negemus, cum illa præſertim ſint tam ſingulari pietate condita, tam præclara doctrinæ ſanctitate conſperſa, tam præſtanti epiſcoporum fide firmata, ut non ſolum communem, & publicam mereri poſſint approbationem, ſed videri, & haberi digniſſima: quibus nec jactura temporum iniquitas, nec perniciem hæreticorum audacia, nec oblivionem afferre debeat unquam poſteritas. Quod enim (ſi ſingula expendamus attentius) officium eſt hominis civilis, quod munus viri Chriſtiani, quod ii non deſcripſerint? Quæ clericorum, & presbyterorum honeſtas, quæ vita epiſcoporum, quæ ſanctitas, quam hic non expreſſerint? Quæ matrimonii fides, quæ leges, quas hic non tradiderint? Quæ baptiſmi, & confirmationis, quæ pœnitentiæ, & communionis ſacræ, quæ ordinis, & reliquorum ſacramentorum eccleſiæ ratio, quæ vis, quam hic non retulerint? Quæ circi Hiſpanici immanitas, quæ impudicitia theatri, quæ ſcenæ turpitudo & infamia, quam hic non eluerint? Quæ idolorum vanitas, quam hic non dejecerint? Quæ tela hæreticorum, quæ hic non retuderint? Quæ Chriſtianæ doctrinæ, quæ divinæ religionis præcepta, aut ab heroicis apoſtolorum temporibus, aut poſteriori hominum ætate in reliquis eccleſiæ conciliis edita, quæ ab Hiſpanis epiſcopis expreſſa non ſint hic, aut ſaltem adumbrata? Fere omnia enim, quæ a Deo patre Chriſtus, a Chriſto apoſtolis, ab apoſtolis ipſi, aut ore proprio, aut communi diſcipulorum traditione acceperunt; eadem ad concordem eccleſiæ catholicæ pacem, & civilis Chriſtianæque politiæ conſervationem, non ſolum pie conſtituerunt, religioſe auxerunt, & ſancte conſervarunt, ſed ſingulari prudentiæ laude ad ſempiternam hominum memoriam publicis monumentis conſignata, ad poſteros tranſmiſerunt. Tam pias igitur & ſanctas Hiſpanorum epiſcoporum conſtitutiones nec explorata decretorum veritate, nec conteſtata auctoribus lite, nec citatis idoneis vetuſtatis teſtibus, nec adhibito tandem gravioris alicujus ſententiæ præjudicio damnare quis tam conſilii, rationis, & pietatis expers audebit? Si repetat præſertim animo, quod in ſimili alio Hiſpaniæ concilio nationali, Reccaredus Rex catholicus ſenſit, dixit, prædicavit. *Credo*, ait, *beatam ſanctæ trinitatis divinitatem, huic ſancto intereſſe concilio, & ideo tanquam ante conſpectum Dei, ita in medio veſtri fidem meam protuli.* Quem ſanctum & divinum Spiritum, omnibus conciliis provincialibus adeſſe, ſi non certis documentis (ut in generalibus) juſtis tamen & probabilibus argumentis conjici, intelligi, & credi a piis omnibus & religioſis digniſſimum eſt. Deus enim ſuorum ſacerdotum conciliis tunc intereſſe credendus eſt, (ait concilium Toletanum IV.) cum tumultu omni abjecto, ſollicite atque tranquille eccleſiaſtica negotia terminantur. Quod certius multo, firmiuſque reddit ſacra illa divinæ pollicitationis memoria, qua Chriſtus primus conciliorum inſtitutor, auctor atque magiſter, epiſcopis in ſancto ejus nomine, & Spiritu convenientibus, non ſolum opem, & patrocinium præſtiturum, ſed ſeipſum adfuturum ſingulari benignitate promiſit. *Ubi fuerint*, inquit, *duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum.* Itemque *Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a patre meo.* Ni forſan hi velint, gratiam ſancti Spiritus (ut cum Africanis patribus loquar) reliquarum provinciarum epiſcopis, non Hiſpanis eſſe promiſſam, vel ejus juſtitiam duobus aut tribus tantum conceſſam: decem vero & novem epiſcopis & triginta ſex presbyteris denegatam: quæ quidem cogitatio in nullius ſapientis, pii, aut religioſi animum cadere poteſt. Nam ſi illud culpandum docuit D. Auguſtinus (ſic ille loquitur) cum vel Deo ambiguum aliquid creditur, vel de homine facile creditur: qui de Deo quodammodo, & mirabili ejus providentia;

Concilium Toletanum 3. in princ.

Concilium Tolet. 4. can. 4. in fine.

Matth. 18.

In epiſtola ad Cœleſtinum papam, quæ extat in eo Con. quod [illegible] Africanum dicitur, [illegible]

D. Aug. [illegible] de utilitate credendi. [illegible]

dantia ; & de hominibus, non dicam facile, ſed temere & ſine cauſa, turpiſſimam opinionem, vel ſuſpicionem hæreſeos movet, injecit, auxit, firmavit, qua culpa non erit dignus? Nec homines, qui huic concilio interfuerunt (ſi homines nuncupandi ſunt) levis fuiſſe literaturæ, aut vulgaris exiſtimationis conſtat ; quinimo doctrina illorum inſignis, ſuſpicienda gravitas, mira innocentia, fervens religio, ac denique incomparabilis vitæ ſanctitas, in hac ſententia nos eſt confirmatura. Præter alios enim, Oſium epiſcopum Cordubenſem in eo adfuiſſe, ſatis ſuperque ſcimus ; de cujus fidei integritate, de moribus, de literarum cognitione, de prudentia, de auctoritate Athanaſius prædicator, & teſtis eſt ejuſdem ætatis locupletiſſimus. *De maximo autem, ait, & graviſſimæ ætatis viro, eodemque confeſſore Oſio, qui vere Oſius eſt, id eſt ſanctus, ſuperfluum arbitror mentionem facere cum nullus fortaſſe ſit, qui non cognitum habeat, eum ab iſtis quoque in exilium miſſum eſſe : non enim quidquam latere poteſt in viro tantæ claritudinis. In qua enim ſynodo ille non dux & anteſignanus fuit : quem non ille recta tuendo, in ſententiam ſuam pertraxit? quæ eccleſia illius præſidentiæ non pulcherrima monumenta retinet? quis illum mæſtus adiit, ut non lætus abierit? quis indigens ab eo poſtularit, quin poſtulatum obtinuerit?*

Athen. apologia de fuga.

Nec Athanaſii ſolum de auctoritate Oſii tam grave extat judicium ; ſed & trecentorum decem & octo epiſcoporum, qui in Nicænam ſynodum convenerunt. Ab his enim Oſius beatus, & ſanctus epiſcopus, non ſemel eſt nuncupatus, & aliis præclaris ſuæ virtutis, doctrinæ, & pietatis ornatus teſtimoniis. Quod ſi de his epiſcopis, quos ſynodus Nicæna, vel reliqua generalia probarunt quid ſentire neceſſe ſit, placeat ſpectare, audiamus Gregorium Magnum ad Joannem epiſcopum Conſtantinopolitanum his verbis ſcribentem : *Cunctas vero quas præfata veneranda concilia perſonas reſpuunt, reſpuo, quas venerantur, amplector : quia dum univerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe & non illa deſtruit, quiſquis præſumit, aut ſolvere quos religant, aut religare quos ſolvunt : quiſquis ergo aliud ſapit, anathema ſit.* Nicænis patribus accedunt Sardicenſes, quos trecentos quadraginta & quatuor fuiſſe ſcribit Athanaſius ; hi enim de Oſio mentionem faciunt non minus honorificam. *Et non ſemel*, ajunt, *non ſecundo, ſed etiam frequenter citati vocationibus abeſſe noluerunt* (tractant de hæreticis) *congregatis videlicet in concilio Oſio longævo ; qui propter ætatem, atque confeſſionem, tantumque laborem omni honore dignus apparuit.* Præclaram fidei confeſſionem ab Oſio factam Diocletiani perſecutione, quod libros ſacros tradere, & diis ſacrificare noluiſſet, intelligit concilium, de qua antea actum eſt. Ea enim adeo benevolum reddidit Oſium Conſtantino Imperatori religioſo, & religionis, fideique auctori Chriſto Deo ; ut graviores omnes Chriſtianæ Reipublicæ cauſas, auctore Oſio impulſore, vel tractatore, non ſolum agitatas prudenter, ſapienter graviterque defenſas, ſed expeditas feliciter, peractas, obtentas cum æterna nominis ſui memoria omnis conteſtetur vetuſtas. Illum ſiquidem ad definiendam exortam inter Cæcilianum, & Donatum cauſam ordinationis graviſſimam, & ad detegendos Donati errores concilio primo Arelatenſi interfuiſſe, & ejus primum conſilio, pietate, & prudentia ſententiam damnationis in Donatum, & Donatiſtas latam a Conſtantino Imperatore, Auguſtinus recenſet. Paulo poſt ad tollendum Arii ſchiſma, & ſedandam orientalium controverſiam, primum omnium Alexandriam miſſum, deinde vero remiſſum in Bythiniam, ut concilio generali Nicæno, loco Sylveſtri papæ præeſſet, ad eiuſdem Arii hæreſim, & Novatianorum errores confutandos, probat ipſius Oſii epiſtola, qua ille cum Vito, & Vincentio collegatis concilii confirmationem ab eodem Sylveſtro poſtulavit : poſt Nicænum Gangras Paphlagoniæ profectum adverſus Euſtachii monachi ſordes. deinde in Thraciam ad reſtituendam in concilio Sardicenſi generali Athanaſio ſedem, & extinguendas Arianorum reliquias, certis annalium veterum monumentis teſtatum eſt, quæ certe epiſcopo extero, niſi ob ſummam illius religionem, cum antiquitate ordinationis, cum vitæ integritate, & literarum cognitione conjunctam, a pio & prudentiſſimo imp. doctiſſimo ſanctiſſimoque pontifice, tuto non poſſent committi, ni pluribus ille, quam conciliis interfuit, anteceſſiſſet virtutibus : ob quarum eximium ſplendorem, & præclaræ confeſſionis gloriam, tanti olim & a catholicis & ab hæreticis habitum accepimus, ut Ariani illum ſynodorum principem dixerint, & Nicæni ſymboli formulam concepiſſe prodidit D. Athanaſius. Quod ſi ab Oſio error aliquis in religione admiſſus, confirmatuſve fuiſſet, nonne Donatiſtæ, & Parmenianus, qui Conſtantinum magnum ab Oſio epiſcopo perſuaſum fuiſſe conqueſti ſunt, ut ſeveriorem in eos ſententiam proferret ; nonne illum erroris in imagines quovis quæſito colore accuſaſſent, ut accuſarunt etiam falſo Miltiadem PP. de traditione librorum, & Conſtantinum, gratia corruptum? Omiſerunt ſane Donatiſtæ hanc erroris notam, & labem Oſio impingere, non diſſimili ratione, & conſilio, ab eo, quo Vigilantius, & Claudius hæretici decreta hujus concilii

Patres Nicæni, ut referuntur 1. de actis concilii Niceni apud Alfonſum Piſanum

D. Greg. lib. 3. indict. 9. epiſt. 24

D. Athan. 2. apolog. Sardicenſes Patres in epiſtola ad omnes epiſcopos.

Superius c. 2.

D. Aug. lib. 1 contra epiſtolam Parmeniani, cap. 4

D. Athan. in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes

D. Aug. lib. 1. contra epiſtolam Parmeniani, c. 4.

A citare omiſerunt ad infringendum venerabilem ſacrarum imaginum cultum, & pium cereorum uſum, quem conabantur invertere : quod hæretici illi tanquam canes ſagaces aſtuti, & callidi prudenter ſubolfacerent, ſanctiſſimis hujus concilii decretis elidi, & capi ſe poſſe potius a catholicis, quam contra catholicos utile quidquam venari.

Nec Oſii auctoritate ſolum, fide, & religione, hujus concilii dignitatem tueor : cum in illo etiam adfuerit D. Valerius Cæſarauguſtanus epiſcopus, & confeſſor ; cujus vitæ ſanctitas, & mirabilis in perferendo martyrio conſtantia, illum & ſeſtis martyrum cæleſtiumque numero intulerit, ut Romani martyrologii, & reliquorum certiſſima fide conſtat ; & cum ipſo (ut eſt veriſimile) D. Vincentius martyr eximius, ob religionis, & ſacrarum literarum cognitionem perpetuus Valerii comes, & ob ejuſdem linguæ impedimentum interpres fidiſſimus : qui cum obeundis præclare certaminibus admirabile ſtudium, ſingularem animi propenſionem pro fide, pro regno Dei, pro cultu religionis, pro conſervandis ſacris codicibus, adverſus impia imperatorum edicta, & ſæviſſimam præfe- **B** ctorum immanitatem, conſtantiſſime declaraſſent, divina morte, divinæ victoriæ præmium, divinitus reportarunt. Quomodo igitur, ut docet Ambroſius, illorum fidem juſte negare audebimus, quorum glorioſas victorias juſtiſſime prædicamus? prædicamus inquam, ſanctiſſime Clemens, grataque & jucunda divinarum laudum commemoratione admiramur : aut quis ille tam demens (ut Lirinenſis utar ſermone) qui eos etſi adſequi non valeat, ſequi tamen non expetat, quos a defenſione fidei majorum nulla vis depulit, non minæ, non blandimenta, non vita, non mors, non palatium, non ſatellites, non imperator, non homines, non dæmones, quos, inquam, pro religionis veritate tanto munere dominus dignos judicavit ; ut per eos proſtratas repararet eccleſias, extinctos ſpiritales populos vivificaret, dejectas ſacerdotum coronas reponeret, nefarias illas novellæ impietatis non literas, ſed lituras infuſo cælitus epiſcopis fidelium lacrymarum fonte deleret ; univerſum poſtremo jam pene mundum propriæ idololatriæ, & alienæ hæreſeos tempeſtate, perculſum ad apoſtolicam fidem ab idolorum perfi- **C** dia, ad veram ſanitatem a novitatis veſania, ad antiquam lucem a novitatis cæcitate revocaret. Neque enim fas eſt, ut eos intelligamus in ſumma pace lapſos, & coram Romanæ tuæ eccleſiæ legatis, unius aut duorum hæreticorum profanas, contrariaſque ſententias, abjecta omni vera religione approbaſſe, qui turbulentiſſimis perſecutionum fluctibus excitatis, omnium ſanctæ eccleſiæ ſacerdotum, catholicæ & apoſtolicæ veritatis decreta conſtantiſſime glorioſeque ſectantes, maluerunt ſemetipſos publice prodere, quam veræ fidei vetuſtatem, & vetuſtæ univerſitatis fidem privatim deſerere, aut aliquo alio modo labefactare. Sed ut omittamus tandem quæ de Melanthio dici poſſunt, quæ de Sabino piiſſimo Hiſpalenſium epiſcopo, quæ de Flavio Illiberritano, & reliquis quatuordecim epiſcopis, qui illi concilio cum ſex & triginta presbyteris, & pluribus aliis diaconis interfuerint, quorum omnium vel ſola memoria & recordatio deberet efficere, ut Hiſpaniæ, vel Deo potius opt. & max. rerum, & bonorum omnium liberaliſſimo largitori, quantas maximas mens noſtra capere poſſet, gratias redderemus ; **D** quod a principio eccleſiæ profugatis lupis rapacibus, eos dederit Hiſpanicis eccleſiis paſtores, quibus nec rerum eccleſiaſticarum uſu peritiores, nec doctrinæ celebritate clariores, nec vitæ ſanctitate meliores ipſa tunc optare potuerint cogitando, ut omittamus, inquam, hæc, quæ ad tuendam hujus concilii auctoritatem, ut reliquorum conciliorum provincialium facere ſatis poterant : nonne illam confirmant etiam antiqui decretorum collectores, non Gratianus modo in ſua diſcordantium canonum concordia, non Anſelmus, non Joannes Gallenſis, in prima epiſtolarum pontificum, & conciliorum collectione ; ſed & Ivo doctus & ſanctus Carnutum epiſcopus, & in epitome (quam panormiam vocant) & in libro, cui ille decretorum nomen inſcripſit? & ante Ivonem, Burchardus epiſcopus Vvormacienſis? In ſuis enim conſtitutionum, & canonum collectionibus, nullum fere eorum, quos hujus concilii patres condiderunt, omittunt, ut varia quæ complexi ſunt argumenta, horum ope, & ſubſidio firmius præmunirent. Nec eos tantum illi acceptos referunt, ſed & alios diverſorum conciliorum, quibus, ut major auctoritas accederet, nomen hujus concilii vel ipſi, vel ante ipſos alii præfixerunt, ut deinceps dicturi ſumus. **E** Dionyſium vero cognomento Exiguum, Ferrandum diaconum, & Creſconium hæc omiſiſſe, non urget, quod magis ad Græcorum, quam Latinorum conciliorum compilationem illi inſpiraverint : & ſi aliquando de Latinis meminerint, omiſerunt alia multa, quæ fortaſſe ad eorum manus non potuerunt pervenire : quod mirum eſſe non debet, in tanta quanta olim erat, codicum & librorum inopia ; ob eam enim cauſam tam provincialium, quam generalium conciliorum exemplaria communia eſſe deſierunt. Nicænum enim primum, in quo univerſus (ut Athanaſius loquitur) coactus eſt orbis : quamvis Conſtantinus magnus tranſcriptis codicibus multis, per omnes provincias divulgari fecerit, idque ſummo conatus fuerit ; non tamen potuit efficere, ut intra breviſſimum annorum ſpatium,

Romanum martyro. 28. die Jan. de Vincentio Martyre martyrol. Rom. 22. Januarii. Extant & de ipſius paſſione præclaræ laudes apud B. Leonem PP. ſermone ultimo, quem aliqui parum recte tribuunt D. Auguſt. & apud Aug. in aliis duobus quos edidit de ipſo. Acta de eodem Vincentio martyre. D. Ambroſ. l. 3. de fide c. 7. Vincentius Lirinenſis adverſus profanas hæreſum novationes.

Quos canones hujus concilii recitarint hi auctores, propriis locis dicemus.

Cap. 6. hujus lib. 1.

D. Athanaſius in lib. de ſynodis Arimini, & Seleuciæ & in epiſtola ad epiſcopos in Africa. idem in epiſt. ad Marcum Papam.

ſpatium, non in Ægypto ſolum de concilio Nicæno, eodem Athanaſio teſte, ſed & in Africa tota de numero canonum illius fuerit dubitatum, eaque ratione exemplaria fuiſſe neceſſe, a Romana eccleſia, Alexandrina, Conſtantinopolitana mutuari, ut concilii Carthaginenſis patres teſtantur. Quod ſi generalia omnibus nationibus ob codicum penuriam, cum Arianorum impia tyrannide conjunctam, communia eſſe non poterant: quid de provincialibus cenſendum, & his præſertim, quæ in ultimis fere Hiſpaniæ finibus coacta ſunt? cum in his omnibus colligendis Creſconium, Ferrandum, & Dionyſium Exiguum nullum lapidem moviſſe conſtiterit. Quod ſi acres, ſeverique cenſores (ut molliſſime loquar; nihil enim temere & intemperanter dicere hic velim:) Hiſpanorum epiſcoporum auctoritatem judicio Italorum, Gallorum, & Germanorum confirmatam (ex his enim provinciis oriundi ſunt Joannes Gallenſis, Gratianus, Ivo, Burchardus, & reliqui) parvi duxerint, quod animi potius gratia privatim, quam publica alicujus pontificis id fecerint auctoritate, & quingentorum annorum tempus rem nimis recentem dixerint; nihil nocuerit, quod facile poſſim auctoritatem hujus concilii altius multo repetere. In concilio enim Vvormacienſi, ſub Ludovico rege, anno Domini CCCIↃ. LXVIII. Germani patres canonem hujus concilii, verbis eiſdem nullo mutato tranſtulerunt. *Si qua fœmina*, inquiunt, *furore zeli accenſa flagris verberaverit ancillam ſuam, ita ut intra tertium diem, animam cum cruciatu effundat; eo quod incertum ſit, voluntate, an caſu occiderit; ſi voluntate, ſeptem annos: ſi caſu per quinque annorum tempora legitimam peragat pœnitentiam.* Hunc autem canonem a quinto hujus concilii totidem verbis deſumptum, liquido apparet. Sed clarius multo concilium Moguntinum, ſub Rabano archiepiſcopo, quod non ſolum hujus concilii teſtimonio libentiſſime frequentiſſimeque utitur, ſed integra adhuc decreta ab hoc repetivit expreſſe & derivavit. *De mulieribus*, ait, *quæ fornicantur, & partus ſuos necant, vel quæ agunt ſecum, ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio, uſque ad exitum vitæ, eas ab eccleſia removet: humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus ſecundum præfixos gradus pœnitentiæ largiatur. Item in concilio Eliberitano, cap. LXIII. ſcriptum eſt de his, quæ filios ex adulterio necant; Si qua per adulterium conceperit, idque poſt facinus occiderit, placuit nec in fine ei dandam eſſe communionem, eo quod geminaverit ſcelus.* Et poſt alia. *Si quis ſervum proprium ſine conſcientia judicis occiderit, excommunicatione, vel pœnitentia biennii reatum ſanguinis emendabit. Item in concilio Eliberitano cap. V. ſcriptum eſt de domina, quæ per zelum ancillam ſuam occiderit. Si qua fœmina furore zeli accenſa flagellis verberaverit ancillam ſuam, ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat, eo quod incertum ſit, voluntate, an caſu occiderit: ſi caſu per quinquennii tempora, acta legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti. Quod ſi vero intra tempora conſtituta, fuerit infirmata, accipiat communionem.*

Concilium
Carthagin.
6 can. 4.

Concilium
Vvormac.
can. 39.

Concilium
Moguntinum
ſub Rabano
archiepiſcopo can. 21.

Concilium etiam aliud Moguntinum ſub Arnulpho, quod anno illius primo, & incarnationis Domini CC. CIↃ. XXC. VIII. habitum eſt, canonem XIII. hujus ad verbum deſcripſit: poſt alia enim, ſic inquit. *Quod ſi a propoſito deviaverint*, viduæ ſcilicet ſanctimoniales, *canonicæ inſtitutionis cenſura corrigantur, quod & de virginibus, ſi mœchatæ fuerint, ſtatuimus, ſicut in concilio Eliberitano cap. XIII. ſcriptum eſt: Virgines quæ ſe Deo dedicaverunt, ſi pactum prodiderint virginitatis, atque eidem libidini ſervierint, non intelligentes, quod amiſerint, placuit nec in fine dandam eis eſſe communionem. Quod ſi ſemel perſuaſæ ad infirmi corporis vitia lapſæ, toto tempore vitæ ſuæ ejuſmodi fœminæ egerint pœnitentiam, ut abſtineant ſe a coitu; placuit, eas nec in fine communionem accipere debere.* Eumdem canonem, & verbis iiſdem, citato nominatim hoc concilio Illiberritano, retulerat etiam & confirmaverat antea concilium Colonienſe ſub Carolo III. imperatore, cognomento Craſſo, & ante illud Rabanus Maurus archiepiſcopus Moguntinus in ſuo pœnitentiam libro: a quo pleraque alia hujus concilii expompta ſunt, ut a Theodoro Græco: quæ exſtant in ſuo pœnitentiali, & alia multa in illo, quod Romanum nuncupatur. Non renuit concilium Arelatenſe hujus concilii canones renovare. *Mulieres quædam*, inquit, *ut audivimus, quæ ex fornicatione concipientes, metuentes, ne ſcelus, quod occulte perpetraverunt, manifeſtum fieret, infantes, quos pepererunt, occiderunt, & terra congerie operuerunt, aut in aquas projecerunt: quod quantum nefas ſit, canones Ancyrani, Eliberitani, atque Ilerdenſis concilii teſtes ſunt: his itaque vix in fine dandam eſſe communionem decreverunt; ſed humanius tractantes, poſt decennem pœnitentiam, tales placuit ad communionem recipi.* Ancyrani eſt canon XX. Illiberritani LXIII. Ilerdenſis II. Nonne patres etiam Sueſſionenſes in concilio apud ſanctum Medardum tempore Caroli regis, anno domini CCCIↃ. LIII. ad definiendam cauſam gravem ſubortam inter Hincmarum Rhemorum archiepiſcopum, & quoſdam alios, ſubſidium a canone LXXV. hujus concilii invocaſſe his verbis aſſerit ſynodi notarius? *Unde & iidem fratres, qui felle amaritudinis majores natu criminati ſunt, quorumque vox muta fore eſt judicata, juxta canonicam auctoritatem ſecundum concilium Eliberitanum, quod actum eſt tempore Conſtantini, cum Miſſis apoſtolicæ ſedis, cap. LXXV. Si quis, inquiens, epiſcopum, vel presbyterum ſive diaconum falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei eſſe communionem.* Canonem XXIX. de energumenis, ne in eccleſia miniſtrent, nonne laudavit, noningentis ab hinc annis, & eo amplius concilium Toletanum undecimum, ſub Vvambæ rege Gothorum? *Bene ſiquidem*, ait, *majorum regulis definitum eſt, ut dæmoniis, aliiſque paſſionibus irretitis myſteria ſacra tractare non liceat.* Majorum regulis definitum, dixerunt Toletani concilii patres, quod hoc Illiberritano prius, Nicæno deinde, & aliis poſtea decretum eſt. Ante hos omnes mille fere ab hinc annis D. Iſidorus archiepiſcopus Hiſpalenſis in vetuſta canonum, & conciliorum compilatione, nonne plura hujus concilii decreta probavit, ut & Martinus papa, ſive epiſcopus Bracarenſis in Græcorum, & Latinorum collectione? Ante hos patres, & concilia, auctoritatem hujus Illiberritani, nonne mille, & ducentos ante nos annos ſacroſanctam fuiſſe adhuc in Græcia ipſa ex concilio Sardicenſi generali comperimus: quod Conſtantini imperatoris juſſu, ut ſua eccleſia Athanaſio reſtitueretur indictum eſt? In illius enim canone XIV. Oſius epiſcopus concilii præſes, cum de reſidentia epiſcoporum ageret, hæc poſt alia adjecit. *Memini autem*, inquit, *ſuperiore concilio fratres noſtros conſtituiſſe, ut ſi quis laicus, in ea, in qua commoratur civitate, tres dominicas dies, id eſt, per tres ſeptimanas, non celebraſſet conventum, communione privaretur; ſi ergo hæc circa laicos conſtituta ſunt, multo magis epiſcopo nec licet, nec decet.* Superius autem concilium, in quo hæc fratres ſuos conſtituiſſe dicit, vocat fratres ſuos Hiſpanos epiſcopos, de hoc Illiberritano eſſe intelligendum non iri inficiabitur, qui canonem vigeſimum primum hujus concilii, vel leviter tantum perlegerit. *Si quis*, inquit, *in civitate poſitus, tres dominicas eccleſiam non acceſſerit, tanto tempore abſtineat, ut correptus eſſe videatur.* Nec decretum hujus canonis ſolum, ſed & alia, eumdem Oſium propoſuiſſe, & in eis reliquos omnes epiſcopos mire acquieviſſe, ſatis liquet. Canonem enim XVI. de excommunicatis non abſolvendis, niſi a proprio epiſcopo excommunicante, acceptum ab hoc Illiberritano indicat eorumdem verborum ſimilis contextus; & ſuadet principium canonis, quod habet: *Oſius epiſcopus dixit:* Et in fine: *Hoc omnibus placet.* Ante Sardicenſe, Nicænum primum generale, Oſio epiſcopo præſidente, canonem III. de ſubintroductis mulieribus, V. de excommunicatis, a proprio epiſcopo reconciliandis, X. de hæreticis ordinandis, & ordinatis deponendis, XIII. de catechumenis peccantibus, XVIII. de clericis uſuras accipientibus, nonne ex hoc noſtro Illiberritano tanquam a fonte accepit, hauſit, expreſſit? Ante Nicænum, Arelatenſis primi concilii patres, poſtea ſecundi, non unum, aut alterum, ſed omnes fere canones, ex hoc in illo totidem pene verbis deſcripſerunt. Quæ omnia licet cumulate, abundeque ſufficerent ad obruendam falſam concilio huic impoſitam calumniam, ne quid tamen amplificandæ excellenti ejus dignitati deeſſe videatur, adjiciam poſtremo, geminam apoſtolicæ ſedis auctoritatem: unam Adriani papæ, alteram Innocentii, ut faciamus miſſos Romanæ eccleſiæ legatos, quos huic concilio interfuiſſe ex actis concilii Sueſſionenſis apud ſanctum Medardum notum eſt. Adrianus enim PP. hujus nominis primus, in ea collectione decretorum, quam ad tuitionem ſuæ cauſæ ex Græcorum & Latinorum conciliorum canonibus collegit, canonem LII. hujus concilii non eſt dedignatus perſcribere. *Si qui*, inquit, *inventi fuerint, libros famoſos legere vel cantare, excommunicentur.* Et antea retulerat canonem LXXV. *Si quis epiſcopum*, ait, *aut presbyterum, aut diaconum falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei eſſe communionem.* Multis ante Adrianum annis, Innocentius primus canonem VIII. hujus concilii non retulit modo, ſed ſuo tempore ut utilem juſtiſſimumque probavit; etſi poſtea lenitate ſedari oportere dixerit, ad D. Exuperium ſcribens epiſcopum Toloſanum. *Et hoc quæſitum eſt*, ait, *quid de his obſervari oporteat, qui poſt baptiſmum, omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ ſuæ, pœnitentiam ſimul & reconciliationem communionis expoſcunt. De his obſervatio prior, durior: poſterior, interveniente miſericordia inclinatior eſt. Nam conſuetudo prior tenuit, ut concederetur pœnitentia, ſed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne communionis conceſſa facilitas, homines de reconciliatione ſecuros, non revocaret a lapſu, negata merito communio eſt, conceſſa pœnitentia, ne totum penitus negaretur: & duriorem eſſe remiſſionem fecit temporis ratio. Sed poſtea dominus noſter pacem eccleſiis ſuis reddidit, tam depulſo errore, communionem dari abeuntibus placuit. & propter domini miſericordiam, quaſi viaticum profecturis, & ne Novatiani hæretici negantis veniam, aſperitatem & du-*

Concilium
Moguntinum ſub Arnulpho can. 16.

Concilium
Colonien.
ſub Carolo
3 imp. cognomento
Craſſo, can. 6. Rabanus
Maurus in
pœnitentium
lib. c. 4. &
aliis. Hæc,
quod multa
ſint, ſuis locis concilii
referenda reſervamus.

Concilium
Arelatenſe,
apud Burchard. lib.
17. c. 1.
pœnitentia

Rom. apud
Ante Aug.
lib. 1. c. 27.
Concilium
Sueſſionenſe
in actis ſextæ actionis,
quæ extant
ad finem canonis ultimi

Concilium
Tolet. 11. an.
11. Conc. Illiberrit. can.
29. Conc.
Nicæn. can.
2. apud Alfonſum Piſ.
lib. 3. de actis ejuſdem.

Concilium
Sardicenſe
can. 14.

Adrianus PP.
in collectione decretorum c. 60.
& 61.

Innocentius I.
in epiſt. 22.
ad Exuperium epiſcopum Toloſanum cap. 2.



F

*& duritiam ſubſequi videamur. Tribuitur ergo cum pœnitentia extrema communio: ut homines hujuſmodi, vel in ſupremis ſuis, permittente ſalvatore noſtro, a perpetuo exitio vindicentur.* Hæc Innocentius, quibus expreſſe firma habuit & rata, quæ canone VII. hujus concilii continentur. *Si quis forte fidelis*, inquit, *poſt lapſum mœchiæ, poſt tempora conſtituta, acta pœnitentia, denuo fuerit fornicatus, placuit eum, nec in fine habere communionem.* Hanc enim priorem eccleſiæ obſervationem, dixit Innocentius perſecutionis eccleſiæ tempore latam: quia tempore hujus concilii, jam octo, ni mavis novem perſecutionibus afflictam eccleſiam, a Nerone primum, a Domitiano poſtea, a Trajano, ab Antonino, a Severo, a Maximino, a Decio, Valeriano, & Aureliano affirmant hi, qui rerum eo tempore geſtarum hiſtoriam eccleſiaſticis monumentis tradiderunt. Quod ſi horum omnium tyrannorum leges, ſi Tiberii, Caligulæ, vel Heliogabali conſtitutiones, vel alterius cujuſcumque principis ſæcularis, ut Juſtinianus ait, placita intemerata, auguſta, religioſa, & ſacroſancta viſa ſunt ſemper omnibus: cum decreta graviſſimi hujus ſanctiſſimique B ſenatus, non judicio unius, aut alterius ethnici, vel tyranni, ſed undeviginti epiſcoporum ſapientia, pietate, religione & martyrio conſecrata, inſequentium conciliorum decretis repetita, & expreſſis Romanorum pontificum conſtitutionibus confirmata, cur, inquam, leviſſima, profana, ſuperſtitioſa, & impia adeo temere cenſeantur, & prædicantur? Si juxta pii imperatoris Martiani judicium, quæ ſemel ſynodis judicata ſunt, & recte diſpoſita, diſputando non licet revolvere: quod illud nihil ſit aliud, quam poſt veritatem repertam mendacium quærere: impiuſque & ſacrilegus habeatur ille, qui poſt tot ſacerdotum ſententiam opinioni ſuæ aliquid tractandum ſeu inquirendum relinquit: quo illi nomine, quo ſermonis pondere, qua cenſuræ gravitate redargui poſſunt & debent, qui illata hac una digniſſimo Hiſpanicæ eccleſiæ concilio, indigniſſima ſane, contumelia dixerim potius quam injuria, plures ſimul inferunt, non diaconis tantum, non ſacerdotibus, non epiſcopis, non confeſſoribus & martyribus Hiſpaniæ, quorum illuſtri vita & morte glorioſa illuſtratam C hujus concilii, & eccleſiæ dignitatem fatentur & agnoſcunt omnes, ſed Gallorum, Germanorum, & quod graviſſimum eſt, Romanorum eccleſiæ: quod omnia pene, ut dixi hujus concilii decreta, ab his probata, laudataque ſciamus? Non eſt ergo de hujus concilii auctoritate, cur magis, quam de reliquis Hiſpaniæ, Galliæ, Germaniæ, & Græciæ conciliis dubitemus; ſed tanto pluris æſtimandam ſecurius pronunciabimus, quanto reliqua & temporis antiquitate, & epiſcoporum, qui illi interfuerunt, doctrina, religione, & ſanctitate, communique conciliorum & pontificum approbatione antecellit. Nam ſi teſtes illos, qui fama, vel auditione aliquid a ſuſpectis perceperant, abſurdum fore ſi admitterentur, quorum repelli poſſeat auctores, docuit Innocentius III. in concilio Lateranenſi generali: multo quidem magis, tam ab œcumenicis, & provincialibus con- D ciliis, quam a pontificibus ſummis, id mature præcavendum fuiſſet, pieque, & ſapienter obſervandum in recipiendis, probandiſque ejus concilii decretis, cujus auctores, vel ſuſpicione notabiles, vel errorum graviſſimorum & hæreſeos turpitudine cenſuiſſent infames. Neque a decretis tantum referendis, & confirmandis, ſed ab ipſa concilii memoria omnino abſtinuiſſent. Quod cum hactenus non ſolum non fecerint, ſed plura, aut omnia fere ejus decreta, ut certa, rata, firma, fixa, ſana & religionis plena habuerint, retulerint, probaverint: cur tantam concilii auctoritatem, ut ſacroſanctam non venerabimur? ſi revocemus præſertim in memoriam acta concilii Sueſſionenſis apud ſanctum Medardum, quibus traditum eſt, tuæ ſedis legatos plenario huic Hiſpaniæ concilio præſediſſe: quod indicat, & demonſtrat ſummum antiquorum Hiſpaniæ epiſcoporum in inquirenda catholica veritate ſtudium, in retinenda vera religione conſtantiam, in recognoſcenda Romanæ E ſedis amplitudine judicium: cum decreta de fide & moribus eccleſiæ non publicare, aut abſolvere; ſed nec concilium ipſum, ſine conſultatione & obſequio tuæ ſedis, inchoare voluerint. Quod ſi legatorum præſentia hæc, & aſſenſus, vel conſenſus potius, auguſta & ſacroſancta tuæ ſedis poteſtate ſuffultus, plenum fidei pondus & auctoritatem integram concilio huic eo tempore non tribuit: hanc fauſta & felici tuæ beatitudinis ætate Sabinus epiſcopus Hiſpalenſis, ob inſignem hominis pietatem in colligendis, ſepeliendis & honorandis martyrum reliquiis, hanc ſanctus Valerius Cæſarauguſtanus epiſcopus & confeſſor ob exilium & mortem pro Chriſti gloria conſtantiſſime & jucundiſſime toleratam; hanc D. Vincentius martyr illius diaconus, ad compenſationem tormentorum & ſanguinis, pro conſervandis divinarum literarum codicibus glorioſe profuſi; hanc Oſius epiſcopus & confeſſor, ob ſtigmata religionis ergo fronti impreſſa, a tua ſanctitate obnixius expoſcunt; hanc Illiberritana ſedes ex Hiſpanicis eccleſiis in religio- A ne antiquiſſima, cum ſancto Cæcilio, cum Flavio, cum D. Gregorio ejuſdem ſedis epiſcopis ſumme precatur: & horum denique præclaris meritis exiguitas noſtra protecta, atque ſuffulta, eam etiam a benignitate tua ſupplex deprecatur, ſperat, expectat. Quis enim a Clementis admiranda clementia, quæ pertinent ad confirmandam ſanctorum conciliorum auctoritatem, ad comprobandam naſcentis religionis diſciplinam, ad exornandam Romanæ ſedis amplitudinem, ad amplificandum catholicæ religionis cultum, ad compeſcendam recentium hæreticorum impudentiam, ad tutandam Hiſpanorum epiſcoporum exiſtimationem impetrare dubitaverit?

Juſtinianus in authen. de ordinatione epiſcoporum & cleric. collatione 10.

Martianus imperator in concilio Chalcedonenſi.

Innoc. III in concil. Lateran. cap. 12.

*De canonibus veris concilii Illiberritani.*

## CAPUT V.

SUnt nonnulli qui concilio huic partim incertos canones ad augendam eorum dignitatem affingunt; partim ob ſuſpectam patrum religionem germanos & certos detrahunt: idcirco non abs re me facturum putavi, ſi primum de veris quos in vetuſtis & probatæ fidei exemplaribus in hoc cum editis conſentientibus deprehendi, ſeorſum egerim: & alios deinde huic concilio falſo adſcriptos ſuis conciliis reſtituerim. In veris autem emendandis juxta vetuſta exemplaria MS. qualemcumque a me operam navatam propriis locis indicabo.

Cum conveniſſent ſancti & religioſi epiſcopi in eccleſia Eliberina, hoc eſt: *ut ſupra pagin.* 5. A.

*De canonibus, qui concilii Illiberritani, falſo eſſe feruntur.*

## CAPUT VI.

HActenus de canonibus veris concilii Illiberritani: de his ſcilicet, quos certo ab Hiſpanis patribus editos, & exemplaria impreſſa docent, & vetuſti CC. MS. confirmant: alios etiam præclara & honeſtatis & pietatis doctrina plenos acceptos huic referunt Burchardus, Ivo, Gratianus, & antiqui pœnitentium libri: ſed quia hujus concilii proprii illi non ſunt, ſuis locis eos reſtituere curabo. Ut veram enim debitamque hujus concilii laudem deteri aut imminui tulerim moleſte, ita incertam aut fictam illi impertiri nunquam probaverim. In primis ſe offert is, quem citat Gratianus in c. omnis homo, de conſecratione diſt. 2. *Omnis homo*, ait, *ante ſacram communionem a propria uxore abſtinere debet tribus, aut quatuor, aut octo diebus; nec inter catholicos connumerabitur, qui in iſtis videlicet temporibus, paſcha, pentecoſte, & natali domini, non communicaverit.*

Sed germanum eſſe concilii Illiberritani, vix, ac ne vix quidem crediderim; nec unum, ſed contextum ex duobus diverſorum conciliorum, quod prima & ſecunda pars non ſatis cohæreant, ideoque diverſis canonibus erat utraque conſtituenda. Quare Burchardus, qui eum canonem primus concilio Illiberritano cap. 3. tribuit, priorem ſolum retulit partem, *Omnis homo*, inquit, *ante ſacram communionem, a propria uxore abſtinere debet, tres, aut quinque, aut ſeptem dies.* Eamdem retulit Ivo part. 2. cap. 32. uterque tamen poſt hunc canonem, citarunt alterum concilii Agathenſis can. 18. qui ſic habet apud eoſdem. *Sæculares vero, qui in natali domini, paſcha, & pentecoſte non communicaverint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur.* Quod non animadvertens Gratianus, utrumque aſſuit non recte, & concilio Illiberritano tribuit: cum poſterior hæc pars, quæ concilii Agathenſis eſt, reperiturque canone 18. illius nec ſit, nec eſſe concilii Illiberritani potuerit: nam tempore hujus concilii fervente adhuc antiqua naſcentis eccleſiæ devotione, non ter in anno, ſed quotidie communicaſſe ſolitos Hiſpanos, teſtis eſt D. Hieronymus in epiſtola 28. ad Lucinium Bæticum; nec acceptam fuiſſe ab epiſcopo oblationem, ſeu munus illius, qui in miſſa non communicaret, dicendum ad canonem 28. Quod ſi die pentecoſtes communicandum in hoc concilio decerneretur, id canone 43. eſſet conſtituendum, in quo de feſtivitate illius diei ſpeciatim actio eſt propoſita. Cum certum ſit ergo illum in concilio Agathenſi exſtare, Burchardumque & Ivonem illi acceptum tuliſſe; cur ſola Gratiani auctoritate illum Illiberritano adſcribemus? cum non ſolum hunc, ſed pleroſque alios ex diverſis ſciamus in unum ſine delectu conjunxiſſe: ut mox indicabo. His autem tribus feſtis communicandum, præter concilium Agathenſe, decrevit etiam concilium Turonenſe II. can. 50. *Ut ſi non frequentius, ait, vel ter laici homines in anno communicent, niſi forte quis majoribus quibuſlibet criminibus impediatur.* Quem canonem falſo etiam Fabiano PP. aſſigna-

ſignarunt Burchardus lib. 5. cap. 17. Ivo Carn. par. 2. cap. 27. & Gratian. in cap. etſi non frequentius, de conſecra. diſt. 4. quod & a Sylverio PP. conſtitutum referunt Burchard. d. lib. 5. cap. 19. & Ivo par. 2. cap. 29. quod hodie viri pii cupiunt renovari. Nec ter tantum, ſed & quater olim ſolitum communicari, patet ex pœnitentiali Romano apud Antonium Auguſtinum tit. 7. cap. 10. *Neglexiſti*, ait, *ut non acciperes corpus, & ſanguinem domini iſtis quatuor temporibus, id eſt, in cœna domini, & in paſcha, & in pentecoſte, & in natali domini, & totam quadrageſimam non te ſuſtinuiſti, & poſtea in aliis prædictis temporibus, aut ſeptem dies, aut quinque ante acceptionem ſacri corporis domini, viginti dies debes pœnitere in pane & aqua.* Exſtat etiam apud Burchardum lib. 19. decretorum. Partem autem priorem a quo Burchardus & Ivo deſumpſerit (ab illis enim accepit Gratianus) certo affirmare non auſim, quod in obſcuro res ſit: ſcio tamen D. Auguſtinum abſtinere a conjugibus in ſolemnitatibus eccleſiæ & quoties communicandum eſſet, ſæpe docuiſſe. In ſermone enim 216. de tempore dominica 10. poſt pentecoſtem ſermone 2. de Chriſtiano nomine ſic ait: *Ille bonus Chriſtianus eſt, qui quoties ſanctæ ſolemnitates veniunt, ut ſecurius communicet, ante plures dies caſtitatem cum propria uxore cuſtodit, ut ſincera & ſecura conſcientia ad altare domini caſto corpore, & mundo corde præſumat accedere.* Quod ſi panes propoſitionis (inquit Hieronymus) non poterant ab his qui uxores ſuas tetigerant comedi, quanto magis panis ille qui de cœlo deſcendit, non poteſt ab his, qui conjugalibus paulo ante hæſere complexibus, violari atque contingi: non quo nuptias condemnemus, (hoc enim non dicimus) ſed quod eo tempore, quo carnem agni manducaturi ſumus, vacare operibus carnis non debeamus. Idem conſulit B. Ambroſius, Chryſoſtomus, & Gregorius, in locis citatis a Gratiano 33. q. 4. Pœnitentia etiam ſtatuitur decem dierum in illum, qui die dominico cum uxore concumberet, in pœnitentiali Romano antiquo quod retulit Ant. Aug. ti. 3. c. 20. eorum quæ ille compilavit. Erga quem diem tanta fuit antiquorum reverentia, ut in illo matrimonium contrahere ſine pœnitentia non liceret, ut ex concilio Triburienſi refert Burchardus lib. 19. decretorum, ca. 157. Multo tamen mirabilius eſt quod memoriæ tradidit Auguſtinus ſerm. 244. de temporibus: *Qui uxorem ſuam*, inquit, *in perfluvio poſitam agnoverit, aut in die dominico, aut qualibet alia ſolemnitate ſe continere noluerit: qui ſi tunc concepti fuerint, aut leproſi, aut epileptici, aut etiam forte dæmoniaci naſcentur.*

Decretum aliud retulit ex concilio hoc Illiberritano Gratianus, quod in his canonibus deſideratur, in cap. pueri, 22. quæſt. 5. *Pueri*, ait, *ante annos quatuordecim non cogantur jurare. Puella quoque ſi in puerili ætate ſita in domo patris, illo neſciente, juramento ſe conſtrinxerit & pater ejus, ut audierit, ſtatim contradixerit, vota ejus & juramenta irrita erunt, & ſanctius emendabitur:*

Sed hoc etiam ex diverſis congeſſit Gratianus: verſiculus enim primus, Pueri ante quatuordecim annos non cogantur jurare, etſi non his verbis, ſententia tamen eadem habetur in capitularibus lib. 2. cap. 9. & huic libro tribuit Ivo p. 12. cap. 23. *Parvuli*, inquit, *qui ſine rationabili ætate ſunt, non cogantur jurare.* Sequentem autem verſiculum: Puella quoque; uſque in finem, concilio Hybernenſi aſſignat Burchardus lib. 12. cap. 26. & antiquum pœnitentiale Theodori, ut ex illo retulit in id quod nuncupavit Romanum Ant. Auguſt. titul. 2. cap. 17. Similia citantur ex Aurelianenſi cap. 2. ab Ivone par. 12. cap. 28. etſi non vere idem Ivo, ut Gratianus, hanc ſecundam partem Illiberritano tribuerit, cum tam in editis, quam in vetuſtis MS. deſit.

Tertium decretum hujus concilii aſſerit Gratianus 22. quæſt. 4. *Definitio mecanta laudabiliter ſolvenda eſt, nec eſt prævaricatio, ſed temeritatis emendatio.* Deceptus ab Ivone parte 12. cap. 80. qui eidem concilio adſcribit. Sed verius eſt, concilio Hybernenſi ut ſuperius referendum, ut retulit Burchardus lib. 12. cap. 25. & pœnitentiale Theodori apud Ant. Aug. tit. 2. cap. 16.

Quartum ex concilio hoc Illiberritano ſe deprompſiſſe ait Palea in cap. ſi qua mulier. 31. quæſt. 1. *Si qua mulier*, ait, *in mortem mariti ſui cum aliis conſiliata ſit, & ipſe vir aliquem illorum, ſe defendendo, occiderit: ſi probare poteſt ille vir, eam ream eſſe conſilii, poteſt (ut nobis videtur) ipſam uxorem dimittere. & ſi voluerit, aliam ducere; ipſa autem inſidiatrix pœnitentiæ ſubjecta ſine ſpe conjugii maneat.* Ex concilio Eliberitano apud Vermerias, ante legebatur tam corrupte, ut nihil magis: cum Illiberris Hiſpaniæ, Vermeriæ Galliæ civitas ſit, & utraque in ultimis utriuſque regni finibus. Verba autem ex Illiberritano, quæ præfixa ſunt canoni ſequenti, ſi qua mulier, irrepſerunt in præcedentis epigraphen parum recte, quod notatum eſt in editione decreti Gregoriani.

Quintum huic concilio adſcribunt Burchardus lib. 6. cap. 30. Ivo par. 10. cap. 168. antiquo Theodori pœnitentiali decepti, quod in Romanum tranſtulit Antonius Auguſt. titul. 1. cap. 14. a quo canon hic concilio Illiberritano tribuitur. *Si mulier maritum ſuum cauſa fornicationis veneno interfecerit, aut quacumque parte perimere facit, quia dominum & ſeniorem ſuum occidit, ſæculum relinquat, & in monaſterio pœniteat.* Sed non eſſe germanum hunc concilii Illiberritani canonem, indicant multa: quia tempore hujus concilii non erant extructa monaſteria, in quibus recluderentur pœnitentes ob gravia crimina; cum & virgines ſacræ in domibus parentum cuſtodirentur, ut canone 7. hujus concilii ſtabilitum eſt: nec pœnitentia reclusionis in monaſterio eo tempore in Hiſpania uſurpatur, nec de ea fit mentio in toto hoc concilio, nec maritos dominos & ſeniores vocari in Hiſpania receptum fuit: ea vox propria eſt Galliæ, ſic ex concilio Gallicano deſumptum videri poteſt.

Sextum decretum retulit huic concilio Illiberritano can. 9. Burch. lib. 6. decretorum cap. 67. Ivo parte 14. cap. 115. *Decrevit ſancta ſynodus, ut epiſcopus, aut miniſtri epiſcoporum pro criminibus, colonos flagellare cum virgis, poteſtatem habeat, propter metum aliorum ut ipſi criminoſi corrigantur, vel inviti pœnitentiam agant, ne æternaliter pereant. Si vero ſeniores ipſorum colonorum indigne tulerint, & aliquam vindictam exinde exercere voluerint, aut eoſdem colonos, ne diſtringantur, defendere præſumpſerint, ſciant ſe excommunicationis eccleſiæ ſententia feriendos.* Sed nec huic concilio canonem hunc tribuendum cenſuerim, quia formula loquendi in principio, propria non eſt hujus concilii: verbo enim, Placet, & aliis ſimilibus decreta ſunt multa, nullum autem de his decrevit ſancta ſynodus, quæ poſteriori ævo Græcorum uſu primo uſurpari cœpit: & quia colonos habuiſſe tunc epiſcopos in tanta imperatorum ethnicorum & perſequentium atrocitate mihi compertum non eſt; nec eam verberum pœnam tunc fuiſſe communem.

Septimum decretum falſo huic concilio adſcriptum lego apud eundem Burchardum lib. 19. decretorum cap. 155. & Ivonem p. 15. cap. 163. & pœnit. Rom. apud Antonium Auguſtinum tit. 7. cap. 9. his verbis. *In tribus quadrageſimis anni, & in die dominico, & in quarta feria, & in ſexta feria conjugales continere ſe debent, nec illis diebus copulari, quamdiu gravata fuerit uxor, id eſt, a quo die filius in utero motum fecerit, uſque ad partum, a partu poſt XXXIII. dies ſi filius eſt: ſi autem filia, poſt LVI.* Eo autem tempore tres fuiſſe in Hiſpania quadrageſimas, aut quoquam alio uuſquam legimus: in aliis autem provinciis legimus, unam ante nativitatem domini: aliam ante reſurrectionem, ut hodie: alteram ante nativitatem Joannis Baptiſtæ, de quibus in concilio Triburienſi can. 58. Vel quadrageſima pro quadraginta diebus ſumitur, quæ pœna olim erat frequens in delictis levioribus. Exſtat autem hoc decretum apud Bedam de remedio peccatorum cap. 2. & 10. probabileque eſt ab illo deſumpſiſſe reliquos, & cum originem decreti ignoraſſent, huic tandem tribuiſſe, ut aliqua eſſet canonis auctoritas. Similem conſtitutionem Liberii papæ ex codice vetuſto 16. librorum, lib. 13. cap. 10. refert Surius ad finem epiſtolarum ejuſdem: *Abſtinendum*, inquit, *eſt in his ſacratiſſimis quadraginta diebus, a conjugibus, & caſte & pie vivendum, ut ſanctificato corde & corpore, iſti dies tranſigantur, donec perveniatur ad diem ſanctum paſcha: quia parum nihil valet jejunium, quod conjugali opere polluitur, & quod orationes, vigiliæ, & eleemoſynæ non commendant:* adeo eſt vetus hujus continentiæ quadrageſimalis obſervatio. Sed cum honorabile ſit conjugium & torus immaculatus, cum honeſtus cum uxore concubitus, quare Paulus prius & pontifices conciliaque a concubitu avocent eos qui precationibus daturi ſunt operam, D. Chryſoſtomus quo ſolet, aureo orationis flumine & docet & diſſerit. Illudque inter alia refert, non placare oratione, ſed irritare Deum, qui ſegniter Deum precatur: quod ſi eos qui paulo remiſſiores a rege quid poſtulant, ut aſſequantur quod poſtulant, digni non ſunt: quid miſeris nobis fiet, qui ad communem omnium dominum ac Deum, ita remiſſe diſſoluteque accedimus? Hac ipſa de cauſa, & ut majori reverentia, ſacramentum tantum ſumatur, conſuluit Timotheus ſanctus Alexandrinus epiſcopus, ut fœminæ menſtrua patientes, ab hoc ſacramento ſumendo ſibi temperarent. *Si mulier*, ait, *ſibi accidiſſe viderit, quod ſolet mulieribus, debetne ad ſancta myſteria accedere, an non? Reſpondetur, non.* De plurimis autem quadrageſimis, mentio etiam exſtat apud Bedam, ubi ſupra Cap. 8. 9. & 13.

D. Chryſoſt lib. de virginitate c. 30. & 31.

Timotheus ad interrogationem 9.

Octavum decretum refert huic concilio Burchardus lib. 19. decret. cap. 75. Ivo par. 15. cap. 88. ante hos pœnit. Rom. apud Ant. Aug. tit. 7. cap. 8. his verbis. *Qui in quadrageſima ante paſcha cognoverit uxorem ſuam, & noluerit abſtinere ab ea, unum annum pœniteat, aut pretium videlicet viginti quinque ſolidorum ad eccleſiam tribuat, aut pauperibus dividat; ſi per ebrietatem, & ſine conſuetudine acceſſerit, quadraginta dies pœniteat.* Sed nec hunc eſſe hujus concilii, ipſius contextus ratio indicat: aun-

nunquam enim pœnitentiam nummariam hujus concilii patres indixerunt, ſed interdictæ communionis: neque cum communionem interdixerunt, quadraginta diebus, vel per dies illam impoſuerunt; ſed per annos, ut ex omnibus concilii decretis apparet.

Nonum decretum huic concilio, falſo etiam ab Ivone adſcribitur, par. 15. cap. 164. his verbis. *Si mater filium ſuum ſponte acciderit, XV. annos peniteat, & nunquam nubet, niſi die dominico. Mulier autem paupercula, ſi fecerit pro difficultate nutriendi, VI. annos peniteat.* Sed non fuiſſe hujus concilii, inde colligitur; quod canone LVIII. pœnitentia perpetua communionis interdictæ impoſita ſit his, qui filios enecaverint, etiam ſi id fecerint, ut occultent partus furtivos a marito. Neque probabile eſt tantum facinus pœnitentia quindecim annorum coerceri, ſi animadvertamus antiqui ſæculi ſeveritatem.

Decimum retulit ex hoc concilio Illiberritano Burchardus lib. 19. decret. cap. 133. his verbis. *Adjectum eſt etiam, quoſdam Chriſtianos ad apoſtaſiam, quod dici nefas eſt, tranſeuntes, & idolorum cultu ac ſacrificiorum contaminatione profanatos, quos a Chriſti corpore & ſanguine, quo dudum redempti fuerant, renaſcendo, jubemus abſcindi: & ſi reſipiſcentes fortè aliquando fuerint ad lamenta converſi, his quamdiu vivant, agenda penitentia eſt, & in ultimo fine ſuo reconciliationis gratia tribuenda, dicente domino: Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat.* Sed non eſſe hujus concilii, perſpicue conſtat ex epiſtola I. Syricii papæ ad Himerium epiſcopum Tarraconenſem. In cujus cap. 3. hæc eadem exſtant.

Undecimum huic concilio tribuit Sixtus Senenſis lib. 6. bibliothecæ ſanctæ annotatione 81. his verbis. *Quadam cum frater viri ſui dormierit, decretum eſt, ut adulteri nunquam conjugio copulentur: illi vero cujus uxor ſtuprata eſt, licita conjugia non negentur.* Sed nec in editis, & MS. CC. decretum hoc reperio. Simile legitur lib. 5. capitular. cap. [illegible].

Duodecimum huic concilio adſcripſit Burchardus lib. 19. decret. cap. 13. his verbis. *De his,* qui apoſtatant, *& raro ſe ad eccleſiam repræſentant, nec quidem penitentiam agere quærunt, & poſtea infirmitate arrepti petunt communionem, placuit non dandam eis communionem, niſi revelaverint eorumdem rectam fidem, & egerint fructus dignos penitentiæ.* Neque hunc eſſe hujus concilii canonem apparet, quod de his apoſtatis, qui eccleſias non frequentabam, peculiaris tractatio inſtituta & pœna hæc eadem in concilio Arelatenſi I. ſit, can. 23. cui decretum hoc reſtituendum eſt, & pro verbo revelaverint, revaluerint, legendum.

| | |
|---|---|
| *Cum convenissent.* | Vulgata |
| Cum conſediſſent | *Emendata.* |

*De utilitate Conciliorum.*

## CAPUT VII.

QUOT ex eccleſiaſticis epiſcoporum & ſanctorum patrum comitiis Chriſtiana reſpublica percipiat fructus, vel ex his incommodis admonemur, quæ illorum parit intermiſſio. ea autem Juſtinianus catholicus, & religioſus imp. recenſet. *Sane*, ait ad Petrum magiſtrum officiorum, *multos ex eis maxime deprehendimus in peccata fuiſſe prolapſos, quod non fiant ſolita ſynodi ſanctiſſimorum ſacerdotum, juxta ea quæ a ſanctis apoſtolis, & patribus definita ſunt. ſi enim hoc fuerit obſervatum, quilibet metuens gravem in ſynodo accuſationem, ſtuduiſſet utique, & ſacras ediſcere liturgias, & temperanter vivere, ne condemnationi divinorum eadem ſubjaceret.* Sacris enim his eccleſiæ conciliis Chriſtianæ reipublicæ ſplendorem ſancti & religioſi epiſcopi tuentur, his morbis naſcentibus occurrunt, his natis medentur, his denſas ignorantiæ tenebras depellunt, his fidei controverſias dirimunt, his religionis præcepta confirmant, his pauperum tutelam ſuſcipiunt, his Chriſtianorum animos ad virtutem excitant, eccleſiaſticorum ad capeſſendum integrius vitæ inſtitutum exacuunt, his tandem velut remis impulſa catholicæ eccleſiæ navis, non modo vaſtiſſimi, & ſæviſſimi maris fluctus evadit, ſed & inſanientium hæreticorum quaſi furentium ventorum procellis obſiſtit, Scyllas devitat, & ſuperatis denique divino auxilio inundantium errorum gurgitibus, portum pacis, & tranquillitatis feliciſſime appellit. De his non inepte dici poſſet, quod de imperatoria majeſtate olim ſcripſit Seneca. Illud (inquit) eſt vinculum, per quod reſpublica cohæret. ille eſt ſpiritus vitalis, quem tot millia hominum trahunt; illa eſt mens, qua ſubtracta, nihil aliud poteſt eſſe reſpublica, niſi onus & præda, ſi mens illa imperii ſubtrahatur. Docuerunt nos hoc olim apoſtoli, dum ſpiritu afflati divino, bis in anno epiſcoporum concilia celebrari inſtituerunt; ut inter ſe (inquiunt) invicem dogmata pietatis explorent, & emergentes eccleſiaſticas contentiones amoveant. Docuit hoc Gregorius magnus, dum reſcribens ad Syagrium, Ætherium, & alios epiſcopos Galliarum. *Equidem*, ait, *quia de habendo bis in anno concilio patrum ſit regulis ſtatutum, non latet, ſed ne forte aliqua impleri hoc neceſſitas non permittat, ſemel tamen in anno, ſine excuſatione aliqua decernimus congregari: ut expectatione concilii, nihil pravum, nihil præſumatur illicitum. Nam plerumque & ſi non amore juſtitiæ, metu tamen examinis abſtinetur ab hoc, quod omnium notum eſt poſſe diſplicere judicio.* Intellexerunt hoc etiam barbaræ gentes a religione noſtra maxime abhorrentes, nam ut uberrime hoc fructu catholica careret eccleſia, conventus omnes ſacros graviſſimis pœnis interdixerunt; ſed cæca hæc, & deteſtanda eorum Barbarorum invidia, major Hiſpaniæ affulſit divinæ providentiæ benignitas, qua nixi epiſcopi noſtri omnem timorem depoſuerunt, imperatorum ethnicorum atrocitatem ſpreverunt, imminentia pericula neglexerunt, graves itinerum labores ſuſceperunt, ut dejectis antiquæ ſuperſtitionis idolis, Chriſtianæ doctrinæ ſemina propagarent, & quibus poterant nervis, & viribus, eccleſiæ naſcentis honorem, & dignitatem tutarentur. Quod adeo videntur feliciter conſequuti, ut in his, quos ad poſteritatis memoriam nobis de fide, de religione, de moribus canones reliquerunt, ſanctos illos, & auguſtos divorum Cæcilii, Eufraſii, Secundi, Indalecii, Torquati, Heſichii, Cteſiphontis majorum ſuorum ſpiritus liceat agnoſcere, & primitivæ apoſtolicæ eccleſiæ, non adumbratam, ſed expreſſam politamque effigiem velut in ſpeculo ſplendidiſſimo liceat intueri. In CC. MS cum conſediſſent legitur; quod magis probo, quia teſtimonio ſuo obſignavit notarius ordinem concilii; cum promulgaretur publice in eccleſia, jam abſolutum: non autem cum ſecreto haberetur; & quia convenire in eccleſiam dicitur, conſidere in eccleſia.

| | |
|---|---|
| *Sancti & religioſi epiſcop.* | Vulgata. |
| Sancti & religioſi epiſcopi. | *Emendata.* |

*Epiſcopos, ſanctos, & Romanum pont. ſanctiſſimum, ab initio eccleſiæ appellari.*

## CAPUT VIII.

EPISCOPOS compellandi ſanctos, ſanctiſſimos, reverendiſſimos, benedictos, beatos, beatiſſimos, religioſos, & aliis titulis eximio honore plenis, *in primitiva eccleſia* vetus mos: quod eorum vita integritati, & ſanctimoniæ congrueret. Non igitur recens eſt nuncupatio, ut Gnoſtici quidam volunt, qui qua maledicendi cupiditate laborant, cum vident ſanctos epiſcopos vocari, vel Romanum pontificem ſanctiſſimum, aut beatiſſimum patrem, exclamant ſtatim & vociferantur, nos protinus adulatores vocitantes. At ſi ipſi illuſtriſſimos ſenatores appellant obſcuriſſimos, & e media fæce plebis deſumptos, homines venalitios mediis in officinis natos & altos, & clariſſimum, & illuſtriſſimum ſenatum, hominum mercaturis, uſuris, tabernis rem ſibi auſere quærentium; quid hoc eſt, ſi blandiri non eſt? & his blandiri, quos nec alloquio dignos, honeſtiores paulo juſtiſſime arbitrarentur. Nos vero a primordiis eccleſiæ Romanos pontifices ſanctiſſimos dicimus, & alios epiſcopos ſanctos ſolemus etiam nuncupare: tum quod perſonam gerant Chriſti, omnis bonitatis & ſanctitatis auctoris: tum ut tam præclaro & nobili titulo nuncupati, beatum atque incorruptum ſanctitatis nomen (vita cum titulo mirifice congruente) & conſequi, & retinere continuo admoneantur.

| | |
|---|---|
| *In eccleſia Eliberina.* | Vulgata. |
| In eccleſia Illiberritana. | *Emendata.* |

*In eccleſiis concilia ſemper agi conſuevisse, & cum omiſſum, qua id de cauſa.*

## CAPUT IX.

ECCLESIÆ, & religionis negotia in eccleſia tractari conſentaneum eſt: ut loci dignitate, & reverentia, eorum qui conveniunt animi ad majorem religionem excitentur. Non ergo recens hoc Chriſtianæ reipublicæ inſtitutum, in conſecratis locis conventus agere, ſed antiquiſſimum perpetua eccleſiæ conſuetudine receptum. Nam etſi aliquando concilium habitum in domo Urbani Donati ab Auguſtino ſit traditum: id tamen factum fuiſſe, quod baſilicæ in perſecutione Diocletiani, & Maximiani everſæ, nondum eſſent reſtitutæ, rectiſſime eſt additum ab Optato Milevitano eamdem hiſtoriam narrante. Inſtitutum præterea hoc Romani veteres cuſtodierunt, nec

alibi

Marginal notes:

Juſtinianus imperator in novella conſtitut. 123. collatione, 10.

Seneca lib. de clementia.

Canon apoſtolorum 38.

D. Greg. epiſt. 110. ad Syagrium, Ætherium, & alios epiſcopos Galliarum lib. 7. indict. 2.

De Maximiano, id teſtantur Euſebius lib. 9. hiſt. eccl. c. 1. & Niceph. lib. 7 c. 25.

D. Auguſt. l. 3. contra Creſcon. cap. 29. Optatus Milev. l. 1 contra Parmenia. Gellius l. 14. noctium Atticarum c. 7.

Servius lib. 8. Æneidos, in verbo: Eſt ingens gelidum lucus, &c.

alibi niſi in templis ſenatuſconſulta habuiſſe, Varro docuit, & Gellius: qua ratione Veſtalium ædes, vel templum erat ſine conſecratione, ne apud eas ſenatus haberetur auctore Servio. Et ut majori religione ſententiam dicerent, & perinde quiſque eorum animum intenderet, ac ſi cenſendum magis, quam aſſentiendum eſſet, Octavius Auguſtus ſanxit, ut prius quam conſideret ſenator, thure ac mero ſupplicaret, apud aram ejus Dei, in cujus templo coiretur, ut tradit Svetonius. At epiſcopi noſtri verum religionis cultum, uni vero Deo, ter optimo, & maximo tribuentes, ſoliti ſunt ſacrificium Spiritui ſancto ſupplices offerre, ut depulſis errorum tenebris, & accepta divini numinis luce, quod magis e Chriſtiana republica fideque ſua videatur, decernant. Eccleſia hoc Elliberina Gothice dicitur, Illiberritana Latine.

Svetonius in Oct. vita c. 35.

*Hoc eſt. Felix.* Vulgata.
Hoc eſt. Felix. *Emendata*

*Cur nomina epiſcoporum initio concilii præfigantur; & conſulum nomina, vel alia temporis nota omiſſa ſint.*

## CAPUT X.

Cæcilius ad Ciceronem in epiſt. 8. epiſtolar. famil.

SOlenne fuit in Romanorum republica, ut ſcripto ſenatuſconſulto, primum eorum, qui interfuiſſent, nomina adſcriberentur. Cæcilius ad Ciceronem. *Senatus conſultum factum, auctoritateſque præſcriptæ pridie Kal. Octobris in æde Apollinis: ſcribendo affuerunt L. Domitius Cn. F. Ænobarbus. Q. Cæcilius. Q. Fabius Metellus. Pius Scipio. L. Julius. L. F. Pomp. Annalis. C. Septimius. T. F. Quirina C. Lucius. C. F. Pup. Hirrus. C. Scribonius. C. F. Pop. Curio, L. Atejus. L. F. An. Capit. M. Oppius. M. T. Terentina.* Cicero. *Cum omnes pontifices, qui erant hujus ordinis, adeſſent, cumque alii, qui honoribus populi Romani antecedebant, multa de collegii judicio verba feciſſent, omneſque iidem ſcribend. adeſſent.* Et alibi. *Ne quis decernerer, ne diſputare, ne loſuraeur, ne pedibus iret, ne ſcribendo adeſſet.* Lampridius de Heliogabalo. *Ubi primum diem ſenatus habuit, matrem ſuam in ſenatu rogari juſſit, quæ cum veniſſet, rogata ad conſulum ſubſellia, ſcribendo adfuit, id eſt ſenatuſconſulti conficiendi teſtis.*

Cicero de aruſpicum reſponſis. Idem in oratione poſt reditum ſuum. Lampridius in Heliogabalo.

Priſci etiam eccleſiæ patres in vetuſtis eccleſiæ conciliis, eorum qui adfuiſſent, nomina in principio conciliorum referre conſueverunt. Sed ſi concilii habiti dies & ordinaria conſulum memoria, ſi principis regnantis imperium, vel, quod majoris erat momenti, Romani pontificis nomen, principio hujus concilii aſſereretur, non tantam nobis moleſtiam negotiumque faceſſeret, incenſum indagandæ ejus vetuſtatis deſiderium. Hæc tamen, ut alia multa in reliquis orientis & occidentis eccleſiæ conciliis temporum injuria intercidiſſe non ambigo.

Probant id concilium Arelat. 1. Romanum 1. ſub Silveſtro, & aliud ſub Julio. Agrippinenſe, ſub Maximo Treverorum epiſcopo, & aliis.

Sed vereor jam, ne dum ingenue fateor, conſules huic concilio deeſſe inſultent denuo adverſarii noſtri, vel oriantur alii, qui nimia antiquitatis vel religione, vel inperſtitione nobis litem intendant, & ex diei, vel conſulum ſilentio controverſiam faciant; quod velut ſolennem juris formulam, eorum adjectionem in legibus, & conſtitutionibus Conſtantinus magnus requiſierit, ad Hiſpanos noſtros Luſitanos reſcribens. *Si qua poſt hac edicta ſive conſtitutiones, ſine die & conſule fuerint deprehenſa, auctoritate careant.* Ad quam Annianus, antiquus eorum interpres. *Quæcumque leges ſine die, & conſule fuerint prolatæ, non valeant.* At cum vera quæque libenti, & æquo animo profiteor, inanibus, & falſis cavillis veritati fieri præjudicium feram iniquo, vel potius non feram. In edictis igitur, in legibus & conſtitutionibus principum ſæcularibus, eam formulam obſervari Conſtantinum voluiſſe quis neget? Sed in eccleſiaſticis pontificum, & epiſcoporum vel voluiſſe, vel potuiſſe, quis affirmet? Agnoſcebat profecto plus imperator, quæ Cæſaris, ſibi, quæ Dei & eccleſiæ, eccleſiæ & Deo reddi oportere, & epiſcoporum, atque pontificum judicio illa debere reſervari. Verum nec illud adhuc continuo in principum ſæcularium legibus Conſtantinus perpetuum eſſe voluit; ſed in beneficiis, & privilegiis perſonalibus, ne ullus fraudi relinqueretur locus. Sic enim ex autographo Conſtantini (ut veriſimile eſt) Juſtinianus imperator depromſit, vel illud recenti ſua interpretatione voluit intelligi, dum eamdem legem ſuo codici inſerens, ait. *Si qua beneficia perſonalia, ſine die & conſule fuerint deprehenſa, auctoritate careant.* Alias vero leges generaliter etiam prolatas, ſine die, & conſule non ideo minus valere, idem Juſtinianus crebro docuit. *Et ſi qua earum, intelligens conſtitutiones, ſine die, & conſule in tribus veteribus codicibus vel in quibus novella conſtitutiones recepta ſunt, inveniantur & ita iis ponendis, nullaque dubitate ſuper generali earum robore ex hoc oriunda.* Et rurſus. *Nulla dubietate emergenda, vel eo quod ſine die, & conſule quædam compoſita ſunt.* Hac ipſa de cauſa cum multis retro ſæculis quære-

Conſtantin. 1. 1. tit. 1. C. Theod. de conſt. princ.

Juſtinianus L. 4. de diverſis reſcriptis. Juſtinianus ad ſenatum urbis Conſtant. l. una § qui bus de novo C. faciendo. dem in l. una. §. hunc igitur de Juſtinianeo C. confirm.

A retur, an epiſtola quædam, vel cautio, quæ pignus contrahebatur, valeret, quod nec dies præſcriptus, nec conſules additi, nec tabulæ firmatæ fuiſſent: Cervidio Scævolæ recte placuit, non ideo minus, vel [illegible] lam, vel cautionem valuiſſe, quod ſine die ſcripta [illegible] & conſule. Cumque aliquando in eccleſia Africana olim in collatione Donatiſtarum, epiſcopi catholici reſcripta quædam, vel conſtitutiones ejuſdem Conſtantini imp. referrent; contraque urgerent adverſarii, illa ſine die, & conſule auctoritate carere: Marcellinum Honorii imperatoris notarium huic cauſæ principali conſtitutione præfectum, ſic interloquutum tradit Auguſtinus. *Evidentiſſimis legibus definitum eſſe, imperialia conſtituta, etiam ſi conſules non tegerentur, in dubium non vocari.* Adjiciam poſtremo, hac vel alia Conſtantini lege epiſcopos noſtros (ut mittamus reliqua) nullo modo vinciri potuiſſe: quod annis multis ante Conſtantini ortum ipſi non orti modo, ſed mortui ſint. Diocletiani enim & Maximiani imperio concilium habitum, pluribus eſt diſſertum ſuperius: quorum imperatorum conſti-
B tutiones, ſine die & conſule occurrent frequenter. Leges autem & conſtituta omnia, non præteritis calumniam facere, ſed futuris regulam imponere, impp. Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius ſcripſerunt.

Scævola. l. 34. [illegible]

D. Aug. [illegible] collatione tertii die.

Hoc lib. 1. C. 1. L. 4. de jure fiſci. l. 5. de convenientis fiſci debit. l. 1. de decur. lib. 10. Valent. Th. & Arcad. in l. 3. C. Theod. de conſtitutionibus princip.

Nec alienum a propoſito hoc eſſe putarim antiquam eccleſiæ refricare memoriam, quam divus Athanaſius a majoribus receptam, & obſervatam commendat, in decretis fidei edendis, eos conſulum nomina neglexiſſe, ne primordia catholicæ fidei, anguſtis aſſignati temporis finibus terminare viderentur. Quare cum Urſacius, Valens, & Germinius Euſebiani, novandarum rerum cupidiſſimi, in propriis illorum conciliabulis, diem & conſules in decretis fidei aſſignarent, acerbe illos his verbis inſectatur Athanaſius.

D. Athanaſ. de ſynodis Arimini, & Seleuciæ princ.

*Quid enim deſuit catholicæ eccleſiæ ad pietatem, ut nunc de fide quærendum videretur? quin verbis ſuis de fide conſules adſcribunt, ſub quibus res acta eſt. Urſatius enim & Valens, Germiniuſque, cum ceteris ſuis gregalibus id fecere, quod antea nec factum, nec auditum eſt*
C *apud Chriſtianos. Cum enim ſcripſiſſent eam fidem, quam voluerunt, addiderunt, & conſulem, & menſem diemque ejus temporis, ut omnibus prudentibus palam facerent, non olim, ſed nunc demum eorum fidem ſub Conſtantio initium accepiſſe.*

Sed eoſdem ignorantiæ admonitos, vel jam reſipiſcentes formulam hanc a decretis ſubſtuliſſe, idem Athanaſius commemorat. *Hæc ubi miſiſſent*, ait, *denuo mutata ſententia compoſuerunt eam fidem, quam quia cum conſulibus edidiſſent, multo pudore, & probro perfuſi ſunt, ejuſque exemplaria curarunt, ut quum ſuo more ſententiam mutaſſent, ne his qui ea tenebant, per notarium Martianum ſurriperentur.*

Idem Athanaſ. in eodem lib. de ſynodis Arimini, & Seleuciæ.

Docet præterea Auguſtinus, & diem & conſules olim cura epiſcoporum ſingulari in conciliis ſuis additos, exſcriptorum negligentia ſublatos. Quod ſi Auguſtini ætate illud prædicatur de Afris, de Gothis antiquis exſcriptoribus id jure potiori affirmare, ne dum ſuſpicari licebit, quo armis, & bellis multo magis, quam ſtudiis, & paci fuerint dediti.

D Narrat etiam idem Auguſtinus, Donatiſtas, diem & conſules mira ſolertia, vel ſumma potius improbitate expunxiſſe a conciliis, ne certa temporis notatione in aliqua poſſet fraude ſua quæque ipſi affirmare volentes, poſſent deprehendi. Quod vulnus inflictum concilio huic ab hæreticis, non ille mirabitur, qui eximia concilii vetuſtate, qui graviſſimorum patrum præjudiciis, qui ſanctarum conſtitutionum decretis ipſos vinci poſſe, & expugnari attente conſiderarit.

D. Aug. in l. uno contra Donatiſtas poſt collationem, c. 35.

Nec aliam porro inſignem eorumdem hæreticorum fraudem æquius diſſimulabo: ſed tanto fero, feramque ſemper moleſtius, quanto magis intereſt concilii, Romanæ ſedis auctoritate, quam diei & conſulum notatione, dignoſci, fulciri, & ornari. Romanæ enim ſedis legatos huic concilio interfuiſſe, antiquiſſima concilii Sueſſionenſis, apud ſanctum Medardum acta teſtantur; quorum legatorum ſubſcriptiones, cum die, & conſulibus ab hæreticis exordio hujus concilii callide improbeque ſublatas, ut ſanctiſſimis decretis pontificiam
E auctoritatem detraherent, non ſine graviſſimo, ac maximo animi dolore refero; juſte tamen conceptum, juſtiſſima ſolatur ſpes, qua te orbi univerſo oſtenſurum confido, quanti doctrinam, auctoritatem & ſanctitatem defunctorum epiſcoporum facias, qui tanti ipſi viventes Romanæ ſedis amplitudinem, & legatorum ejus dignitatem fecerunt.

D. Aug. in breviculo collationum 3. diei. c. 35.

*I. Felix epiſcopus Aquitanus.* Vulgata.
I. Felix epiſcopus Accitanus. *Emendata.*

IN aliis codicibus, Auxitanus, in aliis, Aucitanus: utrumque mendoſe. Accitanus legi debet, ut in MS. Hiſpalenſi & S. Æmiliani. Olim Acci civitas, Guadix hodie, nomine a Mauris indito: cujus civitatis epiſcopum primo D. Torquatum, D. Petri diſcipulum

Ex his Ambroſ. Moral. lib. 9 hiſt. Hiſp. c. 1.

lum referunt Hiſpaniæ annales, in eaque prima omnium, hunc & reliquos apoſtolos a divo Petro miſſos in Hiſpaniam a pia fœmina, Luparia nomine, hoſpitio receptos: quod Accitanæ eccleſiæ auget dignitatem. Lectionem hanc magis probarim, quod Acci propinquior ſit Illiberri, & de ejus civitatis epiſcopis ipſorumque ſedis antiquitate celebrior ſit memoria, quam Aucæ: quæ maximo etiam locorum intervallo diſtat ab Illiberri Bætica, in qua concilium hoc convocatum magis placuit. Subeſt hodie Accitanus epiſcopus archiepiſcopo Illiberritano, ſive Granatenſi.

Quod ſi lectio, Aucitanus, aliis arriſerit, lis notandum eſt, quod in diviſione epiſcopatuum, quam Vvamba rex in concilio Toletano fieri, & confirmari voluit, inter ſedes epiſcoporum Tarraconenſi archiepiſcopo ſubjectas, poſt Tiraſſonam (ut vocat) Aucam poſuit: ut & Raſis auctor Arabs, in ea diviſione epiſcopatuum, quam Conſtantino acceptam refert, Aucam enim, & illius epiſcopum ſubjectum dicit archiepiſcopo Tarraconenſi. Aucæ civitatis veſtigia ſupra Burgos monſtrantur, nunc circiter millia paſſuum in monte Jubeda, ut ait Nebriſſenſis: ab ea montes Aucenſes, vulgo montes de Oca. ſedes epiſcopalis fuit Hiſpaniæ antiquiſſima. Terminos illius præſcripſit diviſio regis Vvambæ, *Auca*, ait, *teneat de Platena, uſque Amayam de Villa Inferno, uſque Pedem Moram*. Confinis erat Turiaſſonenſi epiſcopatui, nam hujus terminos, uſque ad Platenam extendit eadem Vvambæ diviſio. *Tiraſſona*, ait, *teneat de Sparga uſque Platenam, de Altomonte uſque Milloſam*. Arterii vel Littorii epiſcopi Aucenſis ſubſcriptio exſtat in concilio Toletano III. Amanungi in V. Domnini in VII. & ſi parum recte Auxitam legatur, Gœrici in VIII. De Joanne Aucenſi epiſcopo meminit Rodericus archiepiſcopus Toletanus, dum de his epiſcopis verba facit, qui convenerant ad celebrandam dedicationem eccleſiæ ſancti Jacobi, & ſi eo tempore Auca in poteſtate eſſet Sarracenorum. Illa tamen ab Alfonſo VI. primum ad oppidum Gamonal, paulo poſt ad civitatem Burgenſem, auctoritate Urbani II. tranſlata eſt, anno domini CIↃ. XCVI. Primum Burgenſis eccleſiæ epiſcopum Simeonem fuiſſe (qui prius fuerat Aucenſis) pervetuſta demonſtrat memoria ejuſdem eccleſiæ Burgenſis, in divæ Catherinæ Sacello, in quo omnium epiſcoporum Burgenſium imagines depictæ ſunt: quarum prima eſt cum hac inſcriptione. *Simeon, translata epiſcopali ſede ab Auca, ſedit primus Burgis epiſcopus annis viginti tribus: obiit autem die XVII. Aprilis anno domini CIↃ. XXCII.* Burgenſem hunc epiſcopum idem Alfonſus VI. (quod Burgenſis civitas caput ſit regni Caſtellæ,) inter reliquos Caſtellæ epiſcopos principem locum voluit obtinere, exemptum jam ab archiepiſcopo Tarraconenſi, & pro illo regiam conſtitutionem edidit, renitente Bernardo archiepiſcopo Toletano. Hodie illa archiepiſcopo proprio gaudet quod primum a Gregorio XIII. Philippum II. impetraſſe, ſcitum eſt: primus illius archiepiſcopus, D. Franciſcus Pachiecus Cardinalis.

Rodericus archiepiſcopus Tolet. lib. 5 hiſt. Hiſp. c. 18.

Docet prima Felicis Accitani epiſcopi ſubſcriptio, & quæ ſequuntur, archiepiſcoporum, metropolitanorum & primatum nomen Hiſpaniæ tunc fuiſſe inauditum. quod poſtea uberius probabitur. Nec id de nomine notaſſe ſat puto. niſi admonuero etiam, illo ævo in Hiſpania epiſcoporum ſedes ſuis quaſque finibus terminatas epiſcopoſque earum ſedium unum, & ſupremum agnoviſſe hunc autem illum tunc fuiſſe arbitror, non qui majori præeſſet civitati, ſed qui ordinationis antiquitate, ceteris anteiret. huic enim ſi metropolitanus impedimentis juſtis adſtrictus ſit, curam cogendi concilia provincialia demandat (antiquo jure renovato) concilium Tridentinum. Qua ratione cum D. Gregorius epiſcopus Illiberritanus in Cordubenſem urbem principis decreto traheretur, quod Oſio communicare nollet, injecta ſuſpicione, quod Arrianæ impietati Oſius conſenſiſſet; Oſium commotum ferunt Clementio Gentili Conſtantii præfecti vicario in Bætica ſuggeſſiſſe, ut mitteret illum in exilium; at cum Clementius reſpondiſſet, ſe non audere epiſcopum exilio multare, niſi prius ab epiſcopatu dejiceretur, ſententiam tentaſſe proferre Oſium Iſidorus vel Theodiſcus ex Marcellino refert, niſi divina providentia impediretur: qua ſententia, cum ſe ſuamque cauſam lædi Gregorius conſpiceret, non ad archiepiſcopos, non ad primates Hiſpaniæ appellavit, ſed ad Deum ipſum: quod Gregorius non feciſſet, injuriam ſibi ab alio epiſcopo illatam, adeo facile poſſet appellatione ad archiepiſcopum delata repellere. Quocirca primum omnium Felicis Accitani epiſcopi nomen præſcriptum huic concilio haud probabili conjectura cenſeo. Eumdem morem conſtanter eccleſiam ſemper retinuiſſe, ex Gregorio magno apparet. *Epiſcopos*, inquit ad Syagrium epiſcopum Auguſtodunenſem, *ſecundum ordinationis ſuæ tempus, ſive ad conſidendum in concilio, ſive ad ſubſcribendum, vel in qualibet alia re, ſua attendere loca decernimus, & ſuorum ſibi prærogativam ordinum vindicare*. Hoc & in Hiſpania olim obſervatum, ex concilio Bracarenſi I. colligitur: ubi tamen excipit metropolitanorum ſedem, quod jam eo tempore eſſent metropolitani in Hiſpania. *Item placuit*, ait, *ut conſervato metropolitani epiſcopi primatu, ceteri epiſcoporum ſecundum ſuæ ordinationis tempus, alius alii ſedendi deferat locum*. D. Iſidorus ordinem docens celebrandi concilia: *Hora*, inquit, *diei prima ante ſolis ortum ejiciantur omnes ab eccleſia, obſeratiſque foribus cunctis, ad unam januam, per quam ſacerdotes ingredi oportet, oſtiarii ſtabunt, & convenientes omnes epiſcopi, pariter introibunt; ſecundum ordinationis ſuæ tempus reſidebunt*. Id etiam in Africa conſtitutum eſt concilio Milevitano, ſalvo etiam jure primatus Numidiæ & Mauritaniæ. Primatum autem ſedes ideo in hoc concilio Milevitano, & Bracarenſi excepta eſt, quod illo tempore, jam in Africa, & Hiſpania primates eſſent, quorum judicio ſtabant in multis reliqui epiſcopi ſuffraganei, etiam ſi ordinatione eſſent poſteriores. Hac ipſa de cauſa D. Auguſtinus de falſitate ſuſpectam habuit eam tractoriam, qua Victorinus epiſcopus jure primatus eumdem Auguſtinum & alios epiſcopos ad futurum concilium convocabat: quod in illa ejus nomen tertio loco eſſet ſcriptum, cum primo ſcribi debuiſſet. Quod ſi fuiſſe metropolitanos tempore hujus concilii alii inſtantius aſſeverent, oſtendant, quæſo, cathedras eorum primas, exprimant locorum ſedes, probent epiſcoporum forenſibus, ordinarias eccleſiæ, & privatorum cauſas appellationis, ad ejus tribunal deferri, nam in re tam antiqua & gravi, fidem meam illis temere & ſine certo, ut dicitur, pignore non praſtabo. Conſtantinum Magnum auctoritate Sylveſtri pontificis, ut credi par eſt, ſingulas diœceſes Hiſpanicarum eccleſiarum ſuis finibus poſtea terminaſſe, & ex his Toletanam, Hiſpalenſem, Emeritenſem, Bracarenſem & Tarraconenſem erexiſſe in metropolitanas, Alfonſus rex tradidit, & Raſis Arabs.

Lib. 3 cap. 40.

Concilium Tridentinum ſeſſ. 24 decret. cap. 2.

*Non ideo hæc a nobis de Oſio narratio refertur, quod vera ſit, ſed quod vere in hoc conficta ad veteris inſtituti rationem.*

Ex Marcellino apud D. Iſidorum Theodiſcus, in lib. de ſcriptoribus eccleſiaſt. in principio.

D. Greg. in ep. ad Syagrium epiſcopum Auguſtodunenſem l. 9. indict. 2 epiſt. 111.

Conc. Braca. 1. can. 24.

D. Iſidor. in principio l. de modo celebrandi concilia

Concil. Milevit. can. 22.

D. Auguſt. in epiſt. 217. ad Victorinum.

Alfonſus rex in hiſt. Hiſp. generali 2 p. c. 101.

Jus autem primæ ſedis epiſcopis antiquitate ordinationis delatum inter ipſos metropolitanos eccleſiis jam metropolitanis erectis obſervari ſolebat: nam qui eorum primus erat ordinatione, in conciliis ſedebat primus, ſubſcribebat primus. In Toletano IV. ſubſcripſit primo loco Iſidorus epiſcopus Hiſpalenſis, II. Salva Narbonenſis metropolitanus, III. Stephanus Emeritenſis. IV. Juſtus Toletanus, V. Julianus Bracarenſis, VI. Audax Tarraconenſis, omnes iſti metropolitani: & poſt illos reliqui epiſcopi. In concilio Toletano VI. ſubſcripſit ſolum Eugenius Toletanus, quia ſuæ ipſius tantum provinciæ, non regni generale concilium; ſed in VII. Toletano, quod generale Hiſpaniæ fuit, ſubſcripſit primo loco Salva Narbonenſis metropolitanus, II. loco Julianus Bracarenſis: III. Eugenius Toletanus, IV. ſubſcripſit Honoratus Hiſpalenſis. In concilio Toletano VIII. ſubſcripſit primus Orontius Emeritenſis, II. Antonius Hiſpalenſis, III. Eugenius Toletanus, IV. Potamius Bracarenſis. Nec tunc primates totius Hiſpaniæ ſeu metropolitanorum omnium principes fuiſſe comperio, ut hodie eſt archiepiſcopus Toletanus, Urbani ſecundi privilegio, inſequentium pontificum Paſchalis, Gelaſii, Innocentii II. Cœleſtini, Lucii, Alexandri, Honorii, Gregorii IX. ac tandem Martini V. auctoritate roborato.

*II. Sabinus epiſcopus Spalenſis.* **Vulgata.**

II. Sabinus epiſcopus Hiſpalenſis. ***Emendata.***

IN Felicis Accitani epiſcopi nomine primum referendo editi CC. & MS. conſentiunt, diſſentiunt in reliquis. Sabinum II. loco editi, Lucenſis & Hiſpalenſis III. conſtituunt. In re tam antiqua non datur divinationi locus: quod ex ordinationis antiquitate ille prior aut poſterior deferretur. Hæc tamen, etſi leviuſcula ſint, non contemnemus: ſingula ſuis locis adnotabimus, ordinem editorum codicum ſequentes.

Hiſpalenſium epiſcoporum primum ferunt, CC. Hiſpalenſes, Marciolum ſeu Martianum fuiſſe: ſecundum hunc de quo agimus Sabinum, quem ut ſingulari pietate & religione præditum, breviarium Eborenſe commendat, præſertim quod in perſecutione Diocletiani & Maximiani, quæ hoc concilium conſequuta eſt, corpus beatæ Juſtæ ex altiſſimo eduxerit puteo, in quo fuerat projectum, & oſſa beatæ Rufinæ combuſta in amphitheatro collegerit, & in cœmeterio ſuburbii Hiſpalenſis utriuſque reliquias ſepelierit. Sabinus quidam ex Bætica ſubſcripſit concilio Arelatenſi II. presbyteri, non epiſcopi nomine. Hiſpalenſi eccleſiæ olim paruiſſe ut ſuffraganeas, Italicam, Aſſidoniam, Eleplam, Malacam, Eliberrim, Aſtigi, Cordubam, Agabrum & Tucci, vetuſti codices referunt: hodie autem Malaca ſubeſt & Gaditana.

*III. Smagius Epiſcopus Biguerrenſis:* **Vulgata.**

III. Synagius epiſcopus Agabrenſis. ***Emendata.***

SAnagium alii MS. Synagium Lucenſis & Hiſpalenſis, non III. loco, ut in editis, ſed V. Biguerram conſtituit Ptolomæus in Conteſtanis non procul a Salaria. Antonius Benterus ait civitatem Hiſpaniæ eſſe, hodie Vejar, caput Ducatus de Vejar. Sed diſplicet, quod

quod in ea fuiſſe epiſcopatum, nuſquam legerim. Epagrenſem referunt CC. MS. Lucenſis & Hiſpalenſis. Ipagrum autem Antonino Pio a Gadibus verſus Cordubam ponitur; ſed Agabrenſis, ut in aliis CC. MS. legendum mihi magis placet, quod in ſubſcriptionibus prebyterorum, quos ſtatim referemus, Victorinum ab Agabro huic etiam concilio interfuiſſe videmus. Subſcriptionem preterea Joannis & Sophronii epiſcoporum Agabrenſium in concilio Toletano III. legimus. Alterius tacito nomine exſtat in IV. In VIII. ſubſcripſit Bancada epiſcopus Agabrenſis, & in VIII. Selva. In Hiſpalenſis II. canone I. V. & VIII. fit mentio de eccleſia & epiſcopo Agabrenſi, & ex conqueſtione Theodulfi epiſcopi Malacitani, canone I. liquet Agabrenſem eccleſiam non longe abfuiſſe a Malacitana: nam ejus terminos ab epiſcopo Agabrenſi, Illiberritano & Aſtigitano, uſurpari conqueſtus eſt olim; in diviſione Vvambæ regis, Egabrenſem epiſcopum conſtat ſubjectum archiepiſcopo Hiſpalenſi: illius terminos hos conſtituit. *Egabro teneat de Ubeta uſque Malam Suyam, de Carta uſque Suetam.* Hanc eamdem eſſe putem cum illa, quę Cabra nunc dicitur: quod confirmat rex Alfonſus X. referens enim eamdem diviſionem epiſcopatuum Vvambæ regis, inter ſubjectas ſedes archiepiſcopo Hiſpalenſi, ſeptimo loco Agabrenſem enumerat his verbis. *El Obiſpado da Agabro, eſta es Cabra faſta ubeda, & deſde Ubeda faſta Malaſaxa, & deſde hi faſta Cortama.*

Rex Alfonſ in hiſt. Hiſp generał. 2. p. c. 52.

*IV. Pardius epiſcopus Mente[illegible]nus.* Vulgata.
IV. Pardus epiſcopus Menteſanus. *Emendata.*

PARDUS in Lucenſi & Hiſpalenſi, VII. loco refertur. Mentiſa legitur apud Ptolemęum & alios, non recte Menteſa reſti uenlum ex Plinio & vetuſtis lapidibus, quorum hæ duæ inſcriptiones leguntur apud Syriacum Anconitanum: Prioris hæc.

DEO. TUTELÆ. GENIO.
MENTESANI.

Alterius hæc:

DEO. MANIUM. CALFURNIÆ. L. F.
SCANTURÆ.
HUIC. ORDO. MENTESANUS. FUNDUM.
PATRIÆ. PUBLICUM. OB MERITA.
DEDERAT.

In emendatis etiam CC MS. conciliorum Hiſpaniæ Menteſanus dicitur: quare itinerarium Antonini emendari neceſſe eſt; dum recenſens oppida a Tarracone in Carthaginem Spartariam; & a Carthagine in Caſtulonem; poſt Viniolim, Menteſebaſtiam commemorat, M. P XX. ad Caſtulonem: cum legendum ſit, Menteſa ac Baſti, quæ ut illi adjuncta eſt, ſic & disjungi oportet; & Menteſa ac Baſti ſeparatim legendum. Cluſius Menteſam eam dixit quę nunc Jaen. Sed repugnat, quod ſcripſit Rodericus archiepiſcopus Toletanus: de Hiſpaniæ enim generali expugnatione loquens, narrat Tariph ducem, cum grandi exercitu veniſſe Menteſam prope Gienium; & civitatem funditus diſſipaſſe. Diverſa ergo urbs eſt Menteſa a Giennio. Reſendius & Vaſſæus civitatem Bęticę provincię vulgo Montejo, non procul a Cazorla eſſe ajunt; quod & mihi placet. Inter ſubjectas epiſcoporum ſedes archiepiſcopo Toletano, Montogiam, ſeu Menteſam Raſis Arabs commemorat, & Vvamba rex in diviſione epiſcopatuum ante Accitanum conſtituit Menteſanum, utrumque ſubjectum archiepiſcopo Toletano, poſteaquam Menteſani epiſcopatus terminos poſuiſſet. *Menteſa,* inquit, *teneat de Betja uſque Securam; de Lila uſque Pulicenam.* Mentiſam Hiſpane vocavit rex Alfonſus X. referens enim diviſionem Vvambæ, inter ſubjectas ſedes archiepiſcopo Toletano, III. loco Menteſanam recenſuit his verbis. *El obiſpado de Mentiſa, tenga deſde Betja faſta Segura; & de Lilia faſta Puligena.* Joannis epiſcopi Menteſani ſubſcriptio exſtat in concilio Toletano III. Jacobi in IV. V. & VI. Froyla in VIII. expugnata vero Menteſa a Taric Arabum duce, nullam in conciliis Hiſpaniæ epiſcopi Menteſani ſubſcriptionem reperio: oppidum nunc Giennenſi epiſcopo paret.

Rodericus archiepiſcopus Tolet. lib. 3. hiſt. Hiſp. c. 22.

Diviſio Vvambę apud hiſt. gener. Alfonſi regis X. par. 2. cap. 51.

*V. Catonus epiſcopus Corſicanus.* Vulgata.
V. Cantonius epiſcopus Virgitanus. *Emendata.*

CANTONIUS in Lucenſi, & Corſutanus, & nono loco: Corſicanus alii. Corſicæ inſulæ epiſcopum fuiſſe tunc, & ex ea in Hiſpaniam veniſſe ad hoc concilium Catonum, auctor eſt Vaſſæus; ſed MS fide non probo; in Corſica enim inſula tunc fuiſſe epiſcopum apud melioris notæ auctorem legi neminem. In codice Hiſpalenſi & aliis MS. non Corſicanus, ſed Urgitanus nuncupatur: quos probo; quia inter ſubſcriptiones presbyterorum, XVI. loco Januarius ab Urci cenſetur, quem comitem Cantonii hujus epiſcopi fuiſſe putarim. Virgi oppidi meminit Pomponius Mela: *in illis erit,* inquit, agens de Batica, *ignobilia ſunt oppida,* & quorum men-

Vaſſæus in chronico Hiſp. c. 20.

Pomponius Mela lib. 2 cap. 6.

A tio tantum ad ordinationem pertinet. *Virgi in ſinu quem Virgitanum vocant:* Plinius ſinum Urgitanum, ſed reponenda eſt litera I. ut legatur Virgitanum. Quidam volunt eſſe oppidum Aragoniæ in confinibus regni Navarræ, quod hodie Verga appellatur. Ambroſius Morales Vera nunc dicit eſſe, vel Veja in Batica, non procul ab Almeria; ſed ego potius crediderim ipſam Almeriam fuiſſe, quod munita vaſtiori ſinu, a quo Virgitanum appellari ſcripſit Mela. Facit pro hac ſententia rex Alfonſus X. qui inter ſedes ſubjectas archiepiſcopo Toletano, ſexto loco Urcitanam refert, his verbis. *El Obiſpado de Urgi eſta es Almeria, tenga deſde Conſtan faſta. Carthagena, & de Caſtro faſta Midam.* In concilio Toletano V. Marcellus eccleſiæ Urcitanæ epiſcopus ſubſcripſit, in VIII. Daniel diaconus Marcelli Urcitanæ eccleſiæ epiſcopi.

Ambroſ. Moral. lib. 1 cap. 32.

Alfonſus rex 2. par hiſt. generalis cap. 52.

*VI. Valerius epiſcopus Cæſarauguſtanus.* Vulg.
VI. Valerius epiſcopus Cæſarauguſtanus. *Em.*

B VALERIUS in CC. MS. undecimo loco, non ſexto. Cæſarauguſtanam eccleſiam D. Jacobi doctrina inſtitutam, & illuſtratam, ab illoque epiſcoporum ordinem initiumque ſumendum veterum tradunt annales, & primum ejus civitatis epiſcopum D. Athanaſium, unum ex illorum numero, quos vel Jacobus apoſtolus ad fidem noſtram primum in Hiſpania convertit: vel Petrus miſit. Poſt illum, ſanctum Felicem, quem divus Cyprianus fidei cultorem & defenſorem veritatis appellet. Poſt Felicem, hunc divum Valerium, quem in perſecutione Diocletiani, & Maximiani graviſſimum exilium, & mortem paſſum diximus, cujus corpus erat antea in oppido vulgo Strada comitatus Ripacurcenſis; ſed translatum deductumque ſervari & coli hodie ſumma veneratione in alio vocato Roda, comitatus Cathalaunenſis, tradit Antonius Beuter: caput tamen illius Cæſarauguſtam tranſtuliſſe Alfonſum II. cognomento caſtum, Aragoniæ regem, Hieronymus Blanca. Martyres ſuos Cæſarauguſtanos anno CCC. VI. mortem obiiſſe ſcri-
C bit Ambroſius Morales, hocque anno, vel paulo poſt e vivis exceſſiſſe Valerium, Beutero & mihi fit probabile: ſed probabilius & certius multo, hunc eumdem fuiſſe cum eo, qui concilio huic Illiberritano interfuit. Quod autem torſit Baronium diligentem ſatis ac eruditum eccleſiaſticorum annalium ſcriptorem, & fateri coegit duos Valerios epiſcopos Cæſarauguſtanos; alterum a Daciano Diocletiani præſide, in Hiſpania martyrem effectum, de quo ſupra: cujus martyrii memoria, & feſti celebritas ex martyrologio Romano V. Kal. Februarii agitur, ubi hæc ſcripſit Baronius: alterum vero hunc, cujus ſubſcriptio extat in concilio hoc Illiberritano: facilius eſt multo, quam ut tanti viri ingenium potuerit exercere. De quo ut extero, non tam mirandum, cum in ſecundis præſertim curis, rejecta priori opinione, hanc lubentiſſime ut veriorem amplexus ſit, quam de Hiſpano Antonio Auguſtino, pio, doctoque Tarraconenſium archiepiſcopo, qui tametſi in Aragoniæ annalibus diu & maxime eſſet verſatus, non unum, ſed duos fecit hos Cæſarauguſtanos epiſcopos Valerios, eodem, quo Baro-
D nius ductus argumento: quos recens ſequutus eſt Hieronymus Blanca, cum unus & idem ſit, qui concilio huic ſubſcripſit, pauloque poſt in perſecutione Diocletiani & Maximiani a Daciano multatus exilio, ad montes, qui Cinga flumine alluuntur, vitæ curſum feliciter conficiens, animam naturæ & creatori debitam felicius reddidit. Nec tanti momenti eſt, quod Cæſar Baronius primum ſcripſerat, ſibi auxiſſe dubitandi occaſionem, anſamque dediſſe, ut crederet duos hos Valerios epiſcopos fuiſſe, quod Prudentius agens de martyribus Cæſarauguſtanis, de pluribus Valeriis meminiſſe dicatur, dum ſcripſit.

*Inde Vincenti tua palma nata eſt.*
*Clerus hinc tantum peperit triumphum,*
*Hinc ſacerdotum domus infulata*
*Valeriorum.*

Nam præter D. Valerium confeſſorem, & martyrem, qui interfuit huic concilio, & poſtea a Daciano exilio damnatus apud Cingam fluvium, extremum abſolvit vitæ diem; alterum fuiſſe Valerium epiſcopum Cæſar-
E auguſtanum, ejus probat ſubſcriptio in concilio I. Cæſarauguſtano: ſecundum enim fuiſſe a ſancto Valerio, inde comprobaverim, quod in concilio Sardicenſi, cui etiam interfuit & præfuit Oſius, Caſti Cæſarauguſtani epiſcopi ſubſcriptio fit, quem D. Valerio jam mortuo ſucceſſiſſe neceſſe eſt.

Sanctum hunc Valerium habuiſſe D. Vincentium diaconum in promulgando verbo Dei propter balbutientis linguæ impedimentum, quo Valerius detentus officio fungi non poterat, in vita ejuſdem ſancti Vincentii traditur; quo fit, ut ad exiſtimandum adducar, D. Vincentium martyrem Valerii comitem cum epiſcopo Valerio adfuiſſe in hoc concilio Illiberritano: quod tres diaconi epiſcopum tunc comitarentur ex præcepto Lucii PP. diaconoſque interfuiſſe conciliis, etiamſi caruerint ſententiæ ferendæ auctoritate, D. Iſidorus teſtatur. *Et corona,* ait, *facta de ſedibus epiſcoporum, preſbyteri*

D. Cyprian ep. 68.

Hoc lib. 2. cap. 4.

Ant. Beut. 1. p. hiſt Hiſp. c. 21. Hieronym. Blanca, lib. de reb. Aragon. in vita Alfonſi 2. Ambroſ Moral. lib. 10. hiſt. Hiſp. c. 9.

Cæſar Baron. 2. tomo annalium eccleſiaſtic.

Ant. Aug. in epiſtola de epiſcopis Cæſaraug. ad Hieronym. Blanc. quæ extat ad finem comment. de rebus Aragonię.

Hieronymus Blanca eodem lib. in principio.

Prudent. in Periſteph. hym. 4.

D Iſidorus lib de modo celebrandi concilia

*byteri a tergo eorum reſideant, quos tamen ſeſſuros ſe-* A
*cum metropolitanus elegerit, qui utique & cum eo judi-*
*care aliquid, & diffinire poſſint. Diaconi in conſpectu*
*epiſcoporum ſtent*. Concilio Arelatenſi II. interfuiſſe duos
Cæſarauguſtanos, Clementium presbyterum, & Ruffinum
exorciſtam legimus; epiſcopi nomen non legimus. Cu-
jus forſan ea cauſa fuit (ſi Clementius non erat epiſco-
pus ut alii contendunt) quod Caſtus Cæſarauguſtanus epi-
ſcopus ex oriente nondum revertiſſet: nam ejus ſubſcri-
ptionem & Oſii & aliorum in concilio Sardicenſi habe-
ri, ſupra meminimus. Eccleſiam Cæſarauguſtanam ſin-
gulari amore & benevolentia proſequutum fuiſſe Joannem
PP. XXIII. quem alii XXII. volunt, & in metropoli-
tanam erexiſſe, quinque cathedralibus eccleſiis aſſignatis
ex undecim, quæ Tarraconenſi ſuberant, Platina ſcri-

Platina in vita Joannis 22. Hieronym. Blanca in comment. rerum Aragon. in vita Jacobi ſecundi.

bit: tempore Jacobi II. regis Aragoniæ, addit Hierony-
mus Blanca anno Chriſti CIↃ CCC. XVIII. primumque
archiepiſcopum D Petrum Lupi de Luna. Conſtat etiam
hinc concilium hoc non unius provinciæ, ſed Hiſpaniæ
fuiſſe generale, ut fuerunt Toletana in Hiſpania multa, B
Pariſienſia in Gallia, Carthaginenſia in Africa, eaque
ratione, non cum provincialibus modo, ſed cum his,
quæ nationalia vocant, auctoritate æquari oportere.

*VII. Melanthius epiſcopus Toletanus.* Vulgata
VII. Melanthius epiſcopus Toletanus. *Emend.*

SUCCESSIT Melanthius D. Eugenio martyri, primo
Toletanæ ſedis epiſcopo, D. Petri & B. Dionyſii
Areopagitæ diſcipulo, a quo ponderis plurimum ad exi-
miam hujus concilii vetuſtatem accedit. In CC. MS.
XIII. non VII. loco ejus ſubſcriptio, ex notarii teſti-
monio cernitur. Quod confirmat etiam eam ſententiam,
qua dixi archiepiſcopos, & metropolitanos hujus conci-
lii ævo in Hiſpania, ut hodie, non fuiſſe: ſi archiepi-
ſcoporum enim, & metropolitanorum gradus inſtitutus
receptuſque in Hiſpania eſſet jam inde a tempore apo-
ſtolorum, ſedendi, loquendi & ſubſcribendi privilegio
uterentur, quod tamen omiſſum eſt in hoc concilio, C
tam ab epiſcopo Toletano Melanthio, quam a Sabino
Hiſpalenſi, & Liberio Emeritenſi; quod quidem licet
modeſtiæ fructum vellent percipere, facturi non eſſent,
niſi cum gravi honoris ſui jactura, & earum ſedium de-
trimento, quarum auctoritati augendæ, non minuendæ ſe
præfectos agnoverant. Melanthium accepimus tunc ec-
cleſiæ Toletanæ epiſcopum fuiſſe; cum diva Leocadia ſæ-
viente perſecutione Diocletiani & Maximiani, glorioſa
confeſſione Toleti facta, vitam cum morte, vel mortem
potius cum vita ſempiterna commutavit.

Hinc etiam conſtat, concilium hoc fuiſſe Hiſpaniæ
generale; quod epiſcopos Bæticæ provinciæ, Toletani
etiam comitati ſunt. Toleto ſuberant olim, Oretum,
Beatia, Menteſa, Acci, Baſt, Virgi, Bagaſtri, Illici,
Setabis, Dianium, Valeria, Valentia, Segobrica, Ar-
cabica, Complutum, Segoncia, Uxama, Segovia, &
Palentia; hodie autem parent illi Corduba, Palentia,
Uxama, Segoncia, Valeria ſeu Concha, Guiennium,
Secovia, & quæ anno domini CIↃ IↃ. LXVI. adjuncta D
eſt eccleſia Carthaginenſis.

Ceterum, ſi majeſtatem & ſanctitatem Toletanæ eccle-
ſiæ lubeat ſpectare, ſi antiſtitum amplitudinem & poten-
tiam, ſi cleri nobilitatem, ſi ſacerdotiorum numerum &
proventus, ſi eccleſiaſticæ ſupellectilis ornamenta, ſi di-
vini cultus ſplendorem & magnificentiam, ſi religionem
& multitudinem conciliorum provincialium & nationalium
in ea coactorum, ſi præcipuam D. Virginis tutelam,
quam ſacro ſuo deſcenſu & præſentia confirmavit, com-
periemus non ſolum inter Hiſpanicas Urbani II. & in-
ſequentium pontificum gratia, primatus honorem & pri-
vilegia jure obtinere: ſed poſt Romanam, inter reliquas
terrarum orbis merito nunc haberi ſecundam.

*VIII. Vincentius epiſcopus Oſſonabenſis.* Vulgata.
VIII. Vincentius epiſcopus Oſſonobenſis. *Em.*

Plin. lib 4 c. 22. Pompon. Mela lib cap. 1.

OSSONOBENSIS legi debet ex Plinio, Mela, &
vetuſtorum lapidum inſcriptionibus. In muro E
Phari quidam inſertus lapis exſtat cum hac.

IMP. CÆS. P. LICINIO.
VALERIANO. PF. AUG.
PONT. MAX. P. P. TR. POT.
III. COS. RESP. OSSON. EX. D.
ECRETO ORD. DEVOT.
NUMINI MAIESTAT
IS. EIUS. DD.

Erat igitur Oſſonoba Luſitaniæ civitas in regno Al-
garbiorum, prope eam, quæ dicitur Pharus, inter Bal-

Plin. lib. 4. cap. 22.

ſam & Aranim. In Luſitania conſtituit Antoninus in
itinerario M. P. XVI. a Balſa. Id ipſum Plinius. *Ab Ana*
*vero*, ait, *qua Luſitaniam a Bætica diſcrevimus CC.*
*XXVI. M. paſſ. A Gadibus CII. M. P. additis. Gentes,*
*Celtici, Varduli, & circa Tagum Vettones. Ab Ana ad*
*Sacrum, Luſitani: oppida memorabilia a Tago in ora,*

A *Olyſſippo equarum e Favonio vento conceptu nobile, Sala-*
*cia cognominata urbs imperatoria, Merobrica: promonto-*

Mela lib.

*rium ſacrum, & alterum Cuneus. Oppida Oſſonoba, Bal-*
*ſa, Myrtilis*. Mela etiam: *In Cuneo ſunt, Myrtilis,*
*Balſa, Oſſonoba*. Gothis Exonobia, Mauris Exuba:
Varreyros eam nunc eſſe ait, quæ Eſtombar nuncupa-
tur, prope Sylves. Alii oppidum aliud nominatum
Eſtoi, finitimum eidem civitati Sylves. Antiquos ejus
terminos præſcripſit Vuamba. *Exonoba*, inquit, *teneat*
*de Ambia uſque Saiam; de ipſa uſque Turrem*. Oxoma-
na tranſtulit rex Alfonſus X. inter ſedes ſubjectas ar-
chiepiſcopo Emeritenſi, quarto loco Oſſonobenſem re-
tulit, his verbis. *El Obiſpado de Oxomana tenga deſde*
*Amba faſta Saia, e dende faſta la Torre.*

*IX. Succeſus epiſcopus Eliocrocenſis.* Vulgata.
IX. Succeſus epiſcopus Eliocrotenſis. *Emend.*

Ambr. Morales hiſt. Hiſpan. lib 10. cap. 31.

B QUÆ fuerit olim civitas Eliocrotenſis, ſe ignorare
ait Ambroſius Morales, nec in aliquo antiquorum
ſcriptorum ejus exſtare memoriam; ſed eſt in Antonini
itinerario, quam diſtare ille refert viginti quinque mil-
libus paſſuum a Carthagine Spartaria itinere quo Car-
thagine itur Caſtulonem: ea nunc Lorca dicitur, & epi-
ſcopo vacat. Adfuit cum Succeſo epiſcopo Liberalis
presbyter de Eliocrota, vel Eliocroca, utrumque legi-
tur, ut in illius ſubſcriptione dicemus.

*X. Patricius epiſcopus Malacitanus.* Vulgata.
X. Patricius epiſcopus Malacitanus. *Emend.*

Concil. Hiſpal. 2. can. 1.

MALACA in Bætica, ſedes olim, & hodie ſubje-
cta archiepiſcopo Hiſpalenſi: illius terminos po-
ſuit diviſio Vuambæ. *Malaga*, inquit, *teneat de Data*
*uſque Maiecam, & de Tenna uſque Sedes Campa*. Con-
finem eccleſiæ Illiberritanæ ex concilio Hiſpalenſi II.
liquet.

*XI. Oſius epiſcopus Cordubenſis.* Vulgata.
XI. Oſius epiſcopus Cordubenſis. *Emendata*.

CORDUBA Bæticæ provinciæ civitas ſitu nobilis,
Senecæ, & Lucani ortu nobilior, Oſii tamen epi-
ſcopi natalibus, vita, dignitate, literis & auctoritate
nobiliſſima: nomen adhuc retinet. Olim Hiſpalenſis,
hodie vero Toletanæ eccleſiæ ſuffraganea. Interfuiſſe
autem Oſium huic concilio, præter conſtantem, & ve-
ram editorum codicum, & manuſcriptorum omnium fi-
dem, apparet etiam ex concilio Sardicenſi, in quo idem
Oſius hujus concilii meminit, retulitque ſancitum a ſe,

Petr. Ant. Beut. 1. parte hiſt. Hiſp. cap. 25.

& reliquis patribus canonem XXI. ut proprio loco de-
monſtrabo. Qua ratione demiror Petrum Antonium Beu-
ter doctorem theologum, in conquirendis Hiſpanicis an-
tiquitatibus, & conſcribenda rerum Aragoniæ & Valen-
tiæ hiſtoria auctorem ſatis diligentem dixiſſe, Conſcium
Oſii prædeceſſorem huic concilio interfuiſſe, non Oſium;
nominis forſan, ſeu vocis ſimilitudine, aut alicujus ve-
tuſti manuſcripti non uſquequaque vera lectione, vel
notarum interpretatione deceptum: facile enim vox
Oſius, in Conſcius, potuit irrepere. Nam illud C pri-
mum, nominis epiſcopatus, non proprii ſignum erat,
& ex poſteriore loco ad caput proprii nominis Oſii ab
ignaro exſcriptore præfixum: a quo vir doctus Antonius
Beuter ſuſcipere potuit erroris anſam; nam Conſcium
eccleſiæ Cordubenſi præfuiſſe ante Oſium, nuſquam re-
perio. Quinimo cum in perſecutione Diocletiani, & Ma-
ximiani Oſius abfuerit a Corduba, relegatus paulo poſt
finem hujus concilii: facile creditu non eſt, exulem,
electum, & creatum fuiſſe epiſcopum eccleſiæ Corduben-

Theod. Balſam. in principio concilii Sardic. D. Athan. in apolog. de fuga D. Chryſoſtom. Homil. 44. in act.

ſis: niſi quis illud conjicere velit, Oſii tamen appella-
tivum eſſe, Conſcii vero proprium: quorum prius colli-
gi videtur ex Theodoro Balſamone, qui facta mentione
de Oſio, ſic ait: *Epiſcopus Cordubenſis, qui Oſius appel-*
*latus eſt propter virtutem, quæ illi inerat, &c.* Quod an-
tea prædixiſſe videtur D. Athanaſius. *De maximo au-*
E *tem*, inquit, *& graviſſimæ ætatis viro, eodemque con-*
*feſſore Oſio, qui vere Oſius eſt, id eſt ſanctus, ſuper-*
*fluum arbitror mentionem facere.* Quare D. Chryſoſto-
mus agens de Eſſenis, eos a vitæ ſanctitate ſic nuncu-
patos, & Oſios etiam hac ipſa de cauſa aliquando dictos
ſcribit. *Eſſeni*, ait, *qui etiam Oſii, id eſt, ſancti di-*
*cuntur, hoc enim vult nomen Eſſenorum a viæ honeſtate*.

Ex Damaſo Gratian. in C. Oſius pa. pa. 56. d.

Præter conjecturam hanc, quod certius affirmem, nihil
habeo: ſicut nec in eo, quod refert ex Damaſo, vel
Gratianus, vel Palea, illum videlicet fuiſſe filium Ste-
phani ſubdiaconi. In duobus codicibus vetuſtis, quos

D. Athanaſius in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes

habeo manuſcriptos, Oroſius legitur: quare ab utriuſ-
que me aſſenſu ſuſtineo. Illud tamen mihi de Oſio com-
pertum eſt, & exploratum, præfuiſſe eccleſiæ Corduben-
ſi ſexaginta, & eo amplius annos. Id enim eruo ex epi-
ſtola ejuſdem Oſii ad Conſtantium imperatorem, quam
retulit D. Athanaſius in altera, ad ſolitariam vitam
agen-

agentes. *Ego*, ait, *confeſſionis munus explevi, primum cum perſecutio moveretur ab avo tuo Maximiano: quod ſi tu quoque perſecutionem moves*, &c. Si ergo a tempore perſecutionis Diocletiani, & Maximiani, quo, ut diximus, erat jam epiſcopus Cordubenſis Oſius, ad illud Conſtantii imperatoris ſexaginta, & eo amplius anni effluxerant, ut ipſe, & D. Athanaſius teſtantur, *tantis ac talibus ſceleribus factis*, ait Athanaſius loquens de Arianis, *nihil omnino ſe adhuc feciſſe arbitrabantur, quamdiu magnus ille Oſius eorum malitiam expertus non eſſet, nam in eum talem tantumque virum ſuam rabiem prætendere ſtuduerunt; neque quod pater eſſet epiſcoporum reveriti ſunt, neque quod confeſſor erat, pudore moti ſunt, neque quod ſexageſimum annum, & eo amplius a confeſſione agebat, reſpexerunt*, conſequitur veri calculi ſupputatione non ſexaginta tantum, ſed ſeptuaginta annis ejuſdem eccleſiæ fuiſſe epiſcopum: nam concilium hoc, cui Oſius jam factus epiſcopus Cordubenſis interfuit, ante illam perſecutionem tribus, aut quatuor annis habitum ſuperius oſtendi: ſi ergo ad ſexaginta adjiciamus quatuor, ſexaginta quatuor efficiemus. Ut omittamus tempus, quod ab Oſii electione, & conſecratione uſque ad hoc concilium interfuit; non enim breve fuiſſe inde colligitur, quod in ſubſcriptionibus, ſive teſtimonio notarii inter poſtremos illum non retulerit, ſed numero undecimum, cum decem & novem fuerint nec poſt epiſtolam ſcriptam, ſtatim e vivis Oſium ſublatum ſcimus. Quare ex his omnibus fit, ſeptuaginta annos, vel paulo minus, ſi non amplius, Oſium eccleſiæ Cordubenſi præfuiſſe. Ut hinc notare liceat, quam olim uſitatæ & frequentes fuerint epiſcoporum translationes. Si in Oſio ætatis gravitas & maturitas: ad centum enim annos perveniſſe, & hæreticos eum maximis tunc viribus oppugnaſſe, teſtis eſt divus Athanaſius: ſi morum integritas, ſi eximia diſciplinarum optimarum cognitio; ab eo enim formulam fidei in concilio Niceno conceptam, idem Athanaſius graviſſimus, & oculatus teſtis adſeverat: ſi religionis ſtudium, ſi catholicæ confeſſionis gloria, cum maxima Conſtantini imp. amicitiæ, & familiaritate conjuncta, poſtquam tot conciliis, & generalibus, & provincialibus interfuit, & præfuit; efficere non potuerunt, ut ex Corduba ad eccleſiam aliam ampliorem transferretur, quod nulla publicæ utilitatis ratio ſubeſſet: egregium profecto videtur, & præclarum ad imitationem religionis, & modeſtiæ Chriſtianæ reliquis exemplum præbuiſſe, & ſummi erga ſponſam eccleſiam amoris, quam ſemel in fidem ſuam receptam conjunctiſſime ad extremum uſque vitæ ſpiritum retinuit. Et ut tam religioſum illud, privatum tamen inſtitutum, uberiori eccleſiæ fructu publica auctoritate fulciretur, in concilio *Sardicenſi* generali graviſſimam in eos pœnam propoſuit, qui avaritiæ, vel ambitioni inſervientes, ad ampliorem epiſcopatus dignitatem aſpirarent: eos enim nec laicam voluit communionem ſuſcipere. Quod ſi ad excuſationem, literas alterius eccleſiæ ipſos invitantes exhiberent, quod fraudis ſuſpicione notarentur, nec in fine communionem debere ſuſcipere pronuit: quod ſingulari totius concilii conſenſu decretum eſt.

D Athanaſius in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes.
Idem Athan. in eadem.
Conc. Sardicenſe can. 1
Idem conc. c. 2.

Illud præterea ad eximiam Oſii fidem, doctrinam & auctoritatem commendandam attinet, quod legerim illum Latine ſolum ſcientem, concilio Niceno generali in Græcia habito, & ex Græcis epiſcopis majori ex parte coacto præſediſſe, & per interpretem ejus ſententiam univerſo concilio expoſitam, ut in ipſo refertur. *Sancta*, ait, *& magna, & generalis ſynodus in Nicæam congregatorum ſanctorum patrum noſtrorum per beatum, & ſanctum epiſcopum Oſium Cordubæ civitatis Hiſpaniæ provinciæ, locum tenentem Romani epiſcopi, cum prædictis ejuſdem ſedis preſbyteris, altero ipſum interpretante, dixit: Divinitas non eſt una perſona, ut Judæi opinantur*, &c. Quod alibi ſæpe in eodem concilio repetitum eſt. Audiebat ergo concilium Nicænum Oſii epiſcopi Cordubenſis ſententiam Latinis verbis conceptam, per Victorem, aut Vincentium preſbyterum Græcis interpretantem. Similique auctoritate præſediſſe in Alexandrino, & Sardicenſi, & interfuiſſe Gangrenſi, exiſtimatim. Niſi quis dicat, illum, ut Romani pontificis legatum, Romana lingua exprimere ejuſdem ſententiam voluiſſe: nam a Romanorum pontificum legatis in ſynodis Græcis literas pontificum non niſi Latine, & ex ſcripto recitari conſueviſſe, manifeſte apparet ex actis concilii Epheſini.

Concilium Nicænum in c. illo quod inſcribitur Tres perſonas intelligere & credere indiviſe in una divinitate l. 2. de actis concilii Niceni, apud Alfonſum Piſanum.

Sed quia ſummam hanc Oſii viventis felicitatem, ſumma poſtea viventis morientiſque infelicitate deſloruiſſe, quinimo & evanuiſſe, ſunt qui affirment; cujus ſint hæc teſtimonia ponderis, accuratiori paulo diligentia expendamus. In primis ſe offert divus Hilarius, qui miſere lapſum Oſium in concilio Sirmienſi docet, & illum nimium ſepulcri ſui amantem: quod tormentis victus, Conſtantii imperatoris, & orientalium quorumdam impietati conſenſerit. Hilario adſtipulantur Socrates, Sozomenus, Nicephorus, Severus Sulpitius,

D. Hilarius in libro de ſynodis adverſus Arianos



A & alii. Sed ſpontaneane, an coacta voluntate, Oſius impietati Sirmienſi acquieverit, non alios, quam jam citatos auctores recitabo. Socrates enim ſic ait: *Quoniam autem de Oſio Cordubæ epiſcopo, quod animo invito ad concilium Syrmii habitum acceſſerit, mentionem fecimus, de hac re pauca jam dicemus. Quamquam iſte paulo ante per fraudulentum Arianorum conatum erat in exilium miſſus, id temporis tamen ſtudio, & labore epiſcoporum, qui Sirmii convenerant, factum eſt, ut imperator illum accerſeret, habens in animo, vel perſuadendo, vel cogendo eum inducere, ut cum epiſcopis ibi conſentiret. Nam ſi iſtud factum, illorum fides per illuſtri teſtimonio confirmata videretur: hac de cauſa invitus, ut dixi, acceſſit ad concilium; ſimulatque vero ſenex ille eorum fidei aſſentiri abnuebat, plagæ illi erant afflictæ, membraque machinis diſtorta. Quapropter fidei formulis eo tempore editis, vi, & neceſſitate compulſus conſenſit, ſubſcripſitque.* Sozomenus. *Oſius vero initio quidem iſtis conſentire renuit, at poſt vi compulſus, & verberibus, ut fama eſt, licet ſenex, graviter cæſus, conſenſit, eiſdemque ſcripſit.*

Socrates lib. 2. hiſt. eccl. c. 26.
Sozom. lib. 4. cap. 3.

B Nicephorus autem: *Ex occidente Valens Murſorum, & propter virtutem magnus Oſius Cordubæ Hiſpaniæ urbis epiſcopus confeſſor, & Nicænæ ſynodi particeps, qui quidem, perinvitus tamen, Sirmii affuit; Arianorum enim dolo non dudum antea in exilium pulſus, annitentibus iis qui Sirmium convenerant, imperiali edicto reductus fuerat: ſperaverant enim illi, ſi is ſuffragator eorum, ſive perſuaſione, ſeu vi fieret, multum eum ad conſtituendum, ſtabiliendumque dogma eorum momenti allaturum eſſe, ut qui ſpectatæ fidei teſtis, & veluti miraculum quoddam ejus ætatis hominibus haberetur. Verum ubi aſſentiri iis renuit, varios rurſus contracto jam, extenuatoque graviore ætate corpore, ſuſtinuit cruciatus, adeo ut ad fidiculas, & verbera pervenerit; quibus ille coactus, tribus eorum formulis aſſenſit & ſubſcripſit.* Severus hæc: *Oſium quoque ab Hiſpania in eamdem perfidiam conſenſiſſe, opinio fuit; quod eo mirum,*

Niceph. lib. 9 c. 31.

C *atque incredibile videtur, quia omni fere ætatis ſuæ tempore, conſtantiſſimus noſtrarum partium, & Nicæna ſynodus illo auctore confecta habebatur: niſi fatiſcente ævo, etenim major centenario fuit, ut S. Hilarius in epiſtola refert, deliraverit.* Hæc ille, quibus accedit D. Athanaſius: *Tantam vim intulit ſeni*, de Conſtantio Ariano Oſium cogente loquitur, *quem Sirmii pro exilio detinebat, & ita eum arcte tenuit, ut afflictus atriuſque malis, tandem, ægre cum Urſatio, & Valente communicaret.* Et alibi. *Etſi Oſius minis Conſtantii conterritus non videbatur Euſebianis contradicere, vis tamen illa, & Conſtantii tyranni poteſtas multaque contumeliæ, & interminationes ſatis oſtendunt minime eum in noſtri condemnationem conſenſiſſe; ſed ſenili imbecillitate imparem verberibus ad tempus ceſſiſſe.* In tam atroci igitur & ſæva perſecutionum tempeſtate, in tam longo annorum decurſu, in tam provecta, vel extrema potius jam ætate, unicum Oſii lapſum verberibus & fidiculis oppreſſi, nonne antiquæ confeſſionis gloria graves & religioſi pro fide

Severus Sulpitius lib. 2. hiſt. ſacræ & aliti
D Athanaſ. in ep. ad ſolitariam vitam agentes
Idem in fine 2. apolog

D & eccleſia ſuſcepti labores, eximia & diuturna vitæ innocentia, ſumma in afflictos omnes commiſeratio, tot excellentium virtutum lumina, novarum majorum virtutum cumulo & acceſſione aucta, & cum his tandem humanæ naturæ imbecillitatis recordatio, apud æquos judices poterunt deprecari? cum ſtatim reſipuiſſe ab errore tradat Athanaſius; affirmans, eum ad tempus ceſſiſſe verberibus. Elapſo igitur illo, ad antiquam religionem & conſtantiam revertit. Quod apertius demonſtraſſe videtur idem Athanaſius, cum impiam profeſſionem Sirmienſem ab eiſdem confeſtim auctoribus revocatam, & edicto imperatoris ſcribit vetitam: cui ſi placere tantopere Oſio placuiſſet, eamdem, quam paulo antea coactus defenderat hæreſim, expugnare liber jam factus debuiſſet, ut Deo, & imperatori morem debitum, & a ſe optatum gereret. Athanaſius autem ſic ait: *Hæc ubi miſiſſent, denuo mutata ſententia compoſuerunt eam fidem, quam, quia cum conſulibus edidiſſent, multo pudore &, probro perfuſi ſunt, ejuſque exemplaria curavere, ut cum*

Idem Athan. in lib. 2. de ſynodis Arimini, & Seleuciæ.

E *ſuo more ſententiam mutaſſent, & ab iis qui eam tenebant, per notarium Martianum ſurriperentur, & perſuaſo Conſtantio, ut contra eam fidem edicta promulgaret, aliam rurſus fidem conſtituunt, additis, ut quidem ſolent, quibuſdam dictis.* Div. Hilarius: *Fefellerunt*, inquit, *ignorantem regem, ut iſtiuſmodi perfidia fidem bellis occupatus exponeret, & credendi formam eccleſiis nondum regeneratus imponeret, contradicentes epiſcopos ad exilium coegerunt! coegerunt enim nos ad voluntatem exulandi, dum impietatis imponunt neceſſitatem. Sed exulemus ſemper, dum tamen incipiat verum prædicari. Domino enim gratias, quod ignorationem per vos admonitus imperator agnovit, & non errorem ſuum, ſed adſtantium, per hæc fidei veſtræ ſententias recognovit, & ſe invidia apud Deum & homines, impiæ voluntatis exemit; cum legationem veſtram, honorifice habens, falſitatem eorum, quorum auctoritate in invidiam deducebatur, coacta a nobis ignorantia ſua profeſſione, cognovit.*

D. Hilar. de ſyn. contra Arianos.

Auget tamen vehementius ſuſpicionem in Oſium, quod de miſero ejus obitu refert divus Iſidorus: *Oſius*, ait, *Cordubenſis civitatis epiſcopus, ſcripſit ad ſororem ſuam*

D. Iſidorus in principio libri de ſcriptoribus eccl. in vita Oſii.

*de laude virginitatis epiſtolam, pulchro, ac diſerto comptam eloquio. In Sardicenſi etiam concilio quam plurimas ipſe edidit ſententias. Hic autem poſt longum ſenium vetuſtatis, accerſitus a Conſtantio principe, minisque perterritus, metuens, ne ſenex, & dives damnaretur, vel exilium pateretur, illico Arianæ impietati conſenſit, cujus quidem vitam ut meruit, confeſtim crudelis exitus finivit.* Nam poſt impiam, ut ait quidam, *Oſii prævaricationem, dum ſanctus Gregorius Eliberitanus epiſcopus in Cordubenſem urbem, juxta imperiale decretum, fuiſſet adductus, ac minime vellet illi communicare, commotus Oſius dixit Clementio Conſtantii præfecto vicario, ut mitteret eum in exilium: at ille: Non audeo,* inquit, *epiſcopum in exilium mittere, niſi prius eum ab epiſcopatu dejeceris. Ut autem vidit ſanctus Gregorius, quod Oſius vellet dare ſententiam, appellat Chriſtum, totis fidei ſuæ viſceribus exclamans: Chriſte Deus, qui judicaturus es vivos & mortuos, non patiaris hodie inhumanam proferri ſententiam adverſus me minimum ſervum tuum, qui pro fide nominis tui, ut reus aſſiſtens, ſpectaculum factus ſum: ſed tu ipſe, quæſo, in* B *cauſa tua hodie judica, ipſe ſententiam proferre dignare per ultionem. Non ego quaſi metuens de exilio fugere cupio, cum mihi pro tuo nomine nullum ſupplicium grave ſit; ſed ut multi a prævaricationis errore liberentur, cum præſentem viderint ultionem. His dictis ecce repente Oſius reſidens, faſtu quaſi regalis imperii, cum ſententiam conaretur exprimere, os vertit, diſtorquens pariter & cervicem, ac de ſeſſu in terram eliditur, atque illico exſpiravit. Tunc admirantibus cunctis, etiam Clementius ille Gentilis expavit: & licet eſſet judex, tamen metuens, ne in ſe ſimile ſupplicium vindicaretur, proſtravit ſe ad pedes ſancti viri, obſecrans, ut ſibi parceret, qui in eum divinæ legis ignorantia peccaſſet, & non tam proprio arbitrio, quam mandantis imperio. Inde eſt, quod ſolus Gregorius ex numero vindicantium integram fidem nec in fugam verſus eſt, nec paſſus eſt exilium. Unuſquiſque enim timuit de illo ulterius judicare.* At cum D. Iſidori opera a Theodiſco Græco Hiſpalenſium C epiſcopo, qui Honorato poſt Iſidorum in eadem eccleſia ſucceſſit, aſperſa mendaciunculis, & erroribus depravata aſſerat Lucas epiſcopus Tudenſis, vetuſtus rerum Hiſpanicarum ſcriptor, & ob eam cauſam Hiſpanicæ eccleſiæ primatiam, ut vocant, ex Hiſpali Toletum translatam, Cyndaſvindo rege procurante, nihil commoveri debemus, ſi hæc apocrypha apud Iſidorum legamus dum juſta ſe offerat hæſitandi occaſio, mi Iſidoro, an vero Theodiſco illa ſint tribuenda. Et Theodiſco quidem adſcribi poſſe, & debere arguunt vetuſti CC. MS. D. Iſidori, in quibus deſunt quæ de morte Oſii, & condemnatione Gregorii in vulgatis inſigni ejuſdem veteratoris fraude inſerta leguntur; ſolum enim in illis memoratur, Oſium ſcripſiſſe ad ſororem ſuam de laudibus virginitatis epiſtolam pulchro ac diſerto cooperitam eloquio, & de interpretatione veſtium ſacerdotalium veteris teſtamenti, & in Sardicenſi concilio plurimas edidiſſe ſententias: hæc enim vetuſtus codex D. Iſidori, qui extat in regio D. Laurentii cœnobio, refert de Oſio: *Oſius Cordubenſis eccleſiæ, civitatis Hiſpaniarum epiſcopus, eloquentiæ viribus ſatis exercitatus, ſcripſit ad ſororem ſuam de laude virginitatis epiſtolam, pulchro ac diſerto cooperitam eloquio; compoſuitque & aliud opus de interpretatione veſtium ſacerdotalium quæ ſunt in veteri teſtamento, egregio quidem ſenſu, & ingenio elaboratum. In Sardicenſi etiam concilio quamplurimas edidit ipſe ſententias. Hic autem poſt longum ſenium vetuſtatis, id eſt, poſt centeſimum primum annum, in ipſo etiam limine vitæ, a fidei limitibus ſubruens, ſententiis fatuis concidit. Nam accerſitus a Conſtantio principe, minisque perterritus, metuens, ne ſenex & dives damnaretur, vel exilium pateretur, illico Arianæ impietati conſenſit, & vocabulum Homouſion, quod ſimul cum patribus ſanctis, ceteris eccleſiis ſignandum tradiderat, arreptus impietatis furore damnavit; cujus quidem vitam, ut meruit, confeſtim exitus crudelis finivit.*

Lucas epiſcopus Tadenſis in hiſt. Hiſpaniæ MS.

comtam

Huic conſentiunt alii, in quibus etiam deſunt quæ de Oſio, & Gregorio Illiberritano impie addidit Theodiſcus, & in ipſo libri præfixit, ut facilius & brevius quæ de Oſio divulgari volebat, fierent notiora: cum in exemplaribus manuſcriptis quinto loco, non primo, Oſii vita ab Iſidoro referatur. Sed concedamus interim commentum illud de miſero Oſii obitu a Theodiſco non additum, & ſuppoſitum, ſed verum eſſe & germanum Iſidori opus; inde tamen majus Oſio negotium non faceſſitur; cum Iſidorus eam hiſtoriam, vel fabellam, nec confirmet, nec affirmet; ſed anonymo cuidam auctori acceptam referat: nam ſcribit, ut quidam ait, quod facere ſolent, qui vel citandos auctores contemnunt, vel qui res falſas, aut incertas minori periculo prodere volunt. Si ille enim, a quo narrationem Iſidorus accepit, ejus fidei & auctoritatis fuiſſet, ut proprio nomine a tanto viro potuiſſet nuncupari; quorſum ea taciturnitas nominis, & ſilentium? cum ad confirmandam antiquam vetuſtatis memoriam, exprimi neceſſario explicarique debuiſſet. Nec his conjecturis ad ferendam in eum

A auctorem damnationis ſententiam eſt opus; cum certo ſciamus, eum, quem tacite citat Iſidorus, Marcellinum fuiſſe, ſchiſmaticum quemdam Italiæ presbyterum, & Luciferiani erroris ſectatorem, qui una cum Fauſtino ejuſdem impietatis ſatellite opuſculum edidit, geſta continens epiſcoporum, qui ad deſtructionem homouſii Ariminum convenerant, in quo hæc eadem de Oſio, quæ Iſidorus, & iiſdem verbis, nullo adjecto, vel detracto, continentur. Sed eſto, ſit Marcellinus ſchiſmaticus, dicet aliquis, ſit Marcellinus hæreticus, ſit apoſtata & infideli deterior, hiſtoriam ſuorum ſere temporum narranti, vixit enim imperio Theodoſii, & Arcadii, quibus opuſculum illud dicavit, nonne fides adhibenda eſt, ut Gelaſius PP. docet? *Numquid nam*, inquit, *in ipſorum hæreticorum libris non multa, quæ ad veritatem pertinent, leguntur? numquid nam veritas refutanda eſt, quia illorum libri, ubi pravitas ineſt, refutantur? aut ideo pravi libri ſuſcipiendi ſunt eorum, quia veritas quæ in illis inſerta eſt, non negatur? Ait apoſtolus: Omnia probate, quod bonum eſt te-* B *nete. Scimus apoſtolum etiam de Paganorum libris aliqua poſuiſſe: numquid ideo etiam cuncta recipienda ſunt, cum ejus pariter ſunt prolata?* Adhibendam igitur fidem hæretico vera narranti cum conceſſero, vera non eſſe quæ Marcellinus narravit, & æquius, & certius affirmabo, graviſſimo inter alia D. Athanaſii adductus teſtimonio, qui Oſium tradit, pari qua vixit in concilio Nicæno, & Sardicenſi, conſtantia & religione obiiſſe, omniaque ad præclaram fidei confeſſionem, & deteſtationem Arianorum, præſtitiſſe, quæ virum bonum, quæ Hiſpanum nobilem, quæ Chriſtianum catholicum, quæ fortem athletam, quæ præſtantem epiſcopum, quæ heroem ſummum, ad conſequendam ſummam æternitatis gloriam oportuit præſtitiſſe. Hæc enim de Oſio ſcribit ad ſolitariam vitam agentes: *Tantam vim intulit ſeni Conſtantius, nimirum Oſio, quem Sirmii pro exilio detinebat, & ita eum arcte tenuit, ut afflictus attritusque malis, tandem ægreque cum Urſatio, & Valente communicaret, ſed tamen ut contra Athanaſium non ſub-* C *ſcriberet. Verum ne ita quidem eam rem pro levi habuit, moriturus enim, quaſi in teſtamento ſuo eorum vim proteſtatus eſt, & Arianam hæreſin condemnavit, vetuitque eam a quocumque probari ac recipi.* Athanaſio ſubſcripſit divus Auguſtinus, nam centum fere poſt Oſii obitum annos, eum nuncupat epiſcopum catholicum, & ab objecta quadam Parmeniani, & Donatiſtarum calumnia vindicat. *Quod enim*, ait, *de Oſio dicunt Cordubenſi quodam catholico epiſcopo, flagitandum eſt ut probent, non ſolum talem illum fuiſſe, qualem dicunt, ſed quod talis fuerit, manifeſtum illis fuiſſe, quibus eum communicare aſſerunt. hoc enim niſi probaverint, fruſtra dicunt ſe ſciſſe qualis fuerit, quia neſcientibus obeſſe non potuit, a quibus ſe iſti innocentibus ſeparando, propter ipſam ſeparationis ſacrilegam iniquitatem innocentes eſſe non poſſunt: hoc enim magis credibile eſt, ſi tamen Oſius ab Hiſpanis damnatus, a Gallis eſt abſolutus, ſic fieri potuiſſe, ut falſis criminationibus Hiſpani circumventi, & callida inſidiarum fraude decepti, contra innocentem ferrent ſententiam, & poſtea pacifice in hu-* D *militate Chriſtiana, cederent ſententiæ collegarum, quibus illius innocentia comprobata eſt: ne pervicaci & animoſa perverſitate priores ſuas ſententias defendendo, in ſacrilegium ſchiſmatis, quod omnia ſcelera ſupergreditur, cæcitate impietatis irruerent.* Si tam miſera, ut illi objicitur, Oſius morte periiſſet: nec ab Auguſtino tam honorifica ſuæ innocentiæ defenſione protegeretur; nec Athanaſius tam acerrimus fuiſſet ejus vitæ & mortis propugnator, patronus, & teſtis. Quibus etiam accedit Hilarius, dum loquens de Oſio ait: *Sed de eo nihil queror, qui idcirco eſt reſervatus, ne judicio humano ignoraretur, qualis antea vixiſſet.* Si Oſius eſt reſervatus, poſt lapſum intelligo, ut non ignoraretur qualis antea ejus vitæ curſus fuiſſet; & hunc plenum laboribus pro fide & religione ſuſceptis, innocentia & probitate aſſeverant omnes, eſt certe conſentaneum ſatis, quod ſcribit Hilarius, Oſium poſt lapſum Sirmienſem divina fuiſſe reſervatum providentia, ut peracta denuo ejus erroris pœnitentia, par eſſet exitus Chriſtiana fe- E licitate ſanctiori vitæ, quam diu peregerat. Quod ſi Oſii nomen, Græce ſanctum ſonat, illi inditum eſt, ob virtutem & vitæ ſanctitatem, qua ſemper excelluit, ut auctores ſunt Theodorus Balſamon, & divus Athanaſius; cur poſt infelicem exitum, & vitæ contemptam abjectamque ſanctitatem, illi præclarum ſanctitatis nomen ereptum non eſt? Si a fide vivens moriensque abertavit, cur inter epiſcopos optime de fide merentes illum refert idem Athanaſius? vel eum plane in catholicæ fidei unitate vixiſſe, & obiiſſe fatendum eſt; vel tot viros ſanctiſſimos non levi culpa notandos, quod eum & vivum & mortuum tam illuſtri ſemper laude decorarint. Urgent & alia plura ad expugnandam Marcellini presbyteri narrationem, quod Cordubæ obiiſſe Oſium dicat, cum affirmarit prius a lapſu ſtatim Sirmii crudeli exitu interiiſſe. Qui enim fieri poteſt, poſt lapſum ſtatim Sirmienſem, Oſium interiiſſe, ſi regredien-

Gelaſius PP. in to. de vinculo anathematis.

1. *Theſſal.* 5.
*Act.* 17.

D. Athanaſ. in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes.

D. Aug. lib. contra epiſtolam Parmeniani c. 4.

Theod. Balſamon ad concilium Sardicenſe, can. 1. D. Athanaſius in epiſt ad ſolitariam vitam agentes.

D. Athanaſ orat. 1. contra Arianos

diendi in Hiſpaniam, ſi incolendi Cordubam, ſi diſſerendi cum Gregorio, ſi reum agendi, ſi condemnandi ad extremum illum, & locum, & tempus, & facultatem concedat? vel me certe conjectura fallit vehementer, vel Oſius Cordubæ nec obiit, nec in Hiſpania, ſed Sirmii, paulo poſt lapſum; ut ex his in quibus edita & exemplaria MS. conſentiunt, colligitur; ſed a vertius multo ex divo Athanaſio, Oſium narrante Sirmienſem errorem ſtatim retractaſſe, & velut poſtremis tabulis apoſtolicam, & ſanctam catholicæ fidei profeſſionem obſignaſſe morientem, & omnibus generaliter conſuluiſſe, ut ab Arianorum impietate velut a contagioſa peſte diffugerent. Illud quoque Marcellini detegit commentum, quod inſimulet, Oſium perſuaſiſſe Clementio Conſtantii præfecto Vicario, ut Gregorium epiſcopum Illiberritanum mitteret in exilium, quod ejuſdem Oſii communionem recuſaſſet: cur enim credamus, eum qui in concilio Sardicenſi epiſcoporum cauſas ad alios epiſcopos primum, vel ad tuam ſedem, grata & religioſa divi Petri apoſtoli memoria, ut ipſe Oſius ait, deferendas, non ut monitor, ſed ut auctor ſuaſit, & ſanxit, tam brevi temporis ſpatio nullis minis tormentiſve coactum, ad vicarium præfectum detuliſſe? aut cur præfecto magis voluiſſe Oſium deferre, quam Conſtantio imperatori, cujus erat ille vicarius, exiſtimandum eſt? cum paulo ante, tempore quo Conſtantius imperator vim epiſcopis adhibere cœpit, & exilii radio ad ſuam contendit ſententiam pertrahere, ſic Oſium imperatori docte, pie & conſtanter ſcripſiſſe affirmet Athanaſius *Ne te miſceas eccleſiaſticis, neque nobis in hoc genere præcipe, ſed potius ea a nobis diſce. Tibi Deus imperium commiſit, nobis quæ ſunt eccleſiæ concredidit & quemadmodum qui tuum imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi divinæ, ita & tu cave, ne quæ ſunt eccleſiæ ad te trahens, magno crimini obnoxius fias.* Aut cur majora & ſanctiora clementiæ ſigna, & benignitatis præfectum vicarium Gregorio epiſcopo præſtitiſſe putemus, quam Oſium epiſcopum? cum a D. Auguſtino ſit traditum, adeo eximiæ Oſium fuiſſe pietatis, ut in improbiſſimos quoſque leniorem ferri ſententiam, a Conſtantino ſæpe poſtularit? aut quonam pacto, ſi cauſa erat de fide & communione inter Gregorium & Oſium, potuit jure Oſius, & actoris, & rei, & judicis ſuſtinere perſonam? Et ſi Gregorius adeo ſibi faventem ſentiebat Clementium, ut niſi depoſitum ab epiſcopis, non auderet epiſcopum exilio mulctare, & depoſitionis pœnam tam iniquo ferebat animo, cur Dei ſolius admirabilem providentiam requiſivit, non vero aliquorum epiſcoporum, vel ſedis tuæ apoſtolicæ judicium? ut vel interpoſita hac juſtiſſima dilationis mora, tam injuſti judicii calumniam & calamitatem, ſine novi miraculi expectatione depellerent? Quod ſi tam mirabilis tandem, & miſerabilis Oſio contigit interitus in Gregorii damnatione, cur rem tantam in vita Gregorii omiſit D. Hieronymus? & de Oſio ſiluere reliqui ſid. vetuſtiores?

D. Ath. diſt. epiſtol. ad ſolitar. vitam agent.

Oſius in concilio Sardicenſi can. 3

Oſii epiſtolam hanc ad Conſtantium imp. refert divus Athan. in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes

D. Aug. contra epiſtolam Parm. cap. 7

D. Hieron. lib. de ſcrip. eccleſ. in vita Gregorii Bætici

Quod autem crudeli exitu illum vitam finiiſſe, prodit idem Iſidorus, ad graves profecto ſenectutis morbos, ad varios & maximos corporis cruciatus, quos ab Arianis confeſſoriſſime paſſus eſt, & quorum cicatricibus & reliquiis purgavit, eluit & lavit Oſius præteriti lapſus ſordes, & ad breve temporis ſpatium, intra quod poſtea, eodem nimirum anno, Sirmii vita functus eſt, cenſeo referendum; non autem ad repentinum illud, ut perhibent, corporis periculum, vel interitum, futuræ calamitatis æternæ grave præjudicium, quod in Hiſpania Oſio acciſſe ex condemnatione Gregorii narrat apud Iſidorum ex Marcellino Theodiſcus: & hoc tum divinæ ſapientiæ & bonitatis laudem magis commendat; tum ad Athanaſii, Hilarii, & Auguſtini ſententiam Oſium ab hæreticorum calumnia vindicantium magis accedit: quibus & ego lubentiſſime acquieſco, quod in re tam gravi fas non ſit aliis auctoribus fidem haberi, quam iis, quorum eſt gravis & ſancta apud viros graves & ſanctos auctoritas. O quanto præclarius in multis hodie & ſemper ageretur cum eccleſia, ſi quod Solon olim in ſtabilienda, & capeſſenda republica apprime conducere arbitrabatur, hoc ipſum catholicæ eccleſiæ epiſcopi in vindicandis aliorum epiſcoporum injuriis exequerentur. Interrogatus enim, quanam ratione nullum in ſua republica ſcelus perpetraretur; ſapienter reſpondit: *Si tam indignarentur illi, quibus facta non eſt, quam quibus facta eſt injuria*, quod in pia hac Oſii cauſa, non ſolum tibi pontifici ſanctiſſimo, & ſanctorum amantiſſimo, ſed & omnibus qui aliquem pietatis & religionis guſtum habent, probatum iri, ſumma Dei benignitate confido: ut habeat poſthac Hiſpania civem, Valerius comitem, eccleſia epiſcopum, Roma legatum, concilia præſidem, & religio noſtra confeſſorem ſanctum, ab impoſita calumnia vindicatum, & falſi criminis nota liberum.

Illud ad extremum, obſervatione hic cenſeo dignum; quod ad cauſam hujus concilii attinet, nihil intereſſe, an beata Oſius, an miſera morte interierit; cum ſeptuaginta ante annos, & eo amplius, ſpectata virtute, ſingulari innocentia, recta & præſtanti fide, huic & aliis conciliis interfuerit. Quod ſi rectum vitæ curſum extremo ſpiritu detorſit, nihil cauſa poſterior, etiam deterrima, catholicæ nocebit priori: alioquin vero, ſi ex miſera hac, quæ Oſio impingitur, impiæ mortis atrocitate, pars aliqua vel ſuſpicio ejuſdem infelicitatis concilio huic tot annis antea peracto injicienda eſt; eamdem & in Nicænum, Sardicenſe, Arelatenſe, Alexandrinum, Gangrenſe, & alia quibus interfuit, vel præfuit, conferri oportebit: quod in nullius ſani mentem cadere poteſt.

## XII. *Camerinus epiſcopus Tuccitanus.* Vulgata.
## XII. Camerinus epiſcopus Tuccitanus. *Emen.*

In aliis CC. MS. Camerinus IV. loco ſubſcripſit, non duodecimo. Tuccæ & Tucci meminit Plinius. Primam in Africa conſtituit: alteram vero quam coloniam nuncupat, Bæticæ provinciæ adſcripſit, addens cognominatam Auguſtam Gemellam, & ad conventum pertinere Aſtigitanum. In diviſione Vvambæ, ut Aſtigitanus, ſic & Tuccitanus epiſcopus archiepiſcopo Hiſpalenſi ſubjicitur. Terminos Tucci poſuit ille, *Tucci*, inquit, *teneat de Mala Saya, uſque Balagar, de Igera uſque Catlenam.* Quænam olim fuerit, ignorari nunc ait Vaſſæus, ſed obtinuit inter eruditos, eam eſſe, quæ Martos hodie vocatur; fuiſſe confinem Agabrenſi intelligitur, quod diviſio Vvambæ terminos Agabrenſis uſque ad Malam Sayam extenderit, a qua initium habent Tuccitani. Nullum Hiſpano idiomate nomen ſpeciale hujus Tuccitani epiſcopatus expreſſit rex Alfonſus X. in hiſtoria generali Hiſpaniæ. Cum enim diviſionem Conſtantini imperatoris refert, *Tuſſe*, inquit, *tierra de Tanger, la de Aquemmar, que tiene faſta Cadiz, que ha agora nombre Algezira, & otra de allende.* Cum autem de diviſione Vvambæ loqueretur, & de ſubjectis archiepiſcopo Hiſpalenſi, poſtremo loco ait. *El Obiſpado de Tuad tenga deſde Mala Saya faſta Balagi, & de Aguera faſta Catlona, & deſde el faſta Cortama.* Lea a Gemella presbyter interfuit huic concilio, ut comes Camerini. Hodie Tucci epiſcopo vacat.

Plin. lib. 3. cap. 1.

## XIII *Secundinus epiſcopus Catraleucenſis.* Vulg.
## XIII. Secundinus epiſcopus Caſtulonenſis. *Em.*

In C. Hiſpalenſi regio Secundinus, VI loco, non XIII. ſubſcripſit. Quod ad urbem attinet, Plinius & Pomponius nullam hujus nominis referunt: ſolus Ptolomæus Catraleucon conſtituit in Luſitania Celtica non procul ab Arcobrica, & ab ea quæ Turres Albæ dicitur: tenue oppidum fuiſſe videri poteſt, quod illud omiſerint reliqui geographi. In vetuſtis exemplaribus MS. non Catraleucenſem, ſed Caſtulonenſem lego: in Hiſpalenſi regio, Caſtolenſis, ſed Caſtulonenſis, reſtituendum eſt: nam in ſubſcriptionibus presbyterorum reperio Turrinum a Caſtulone, quem Secundini comitem fuiſſe intelligo. Caſtulonenſes ad coloniam Salarienſem ſpectare dixit Plinius, appellatoſque tunc Cæſari Venales. Caſtulonem autem fuiſſe non procul ab Illiturgi Bæticæ, ex Livio apparet, narrante, Scipionem ab Illiturgi expugnata, ſtatim Caſtulonem periiſſe, &, Cerdubello proditionis auctore, proditione cepiſſe. Fuit Caſtulo antiquiſſima Hiſpaniæ urbs, a Phœnicibus Græcis Bœotiis, non Joniis, primum condita, a quibus ob fontem Caſtalium, eximiæ apud eos celebritatis in monte Parnaſſo, Caſtulonis nomen inditum Silius Italicus auctor eſt. Fuit ſitu, ædificiorum magnitudine, argenti fodinis, civium frequentia illuſtris, qua ratione eam ad promulgationem evangelii, majores noſtri elegerunt, & in ea epiſcopi cathedram collocarunt. Ab Arabibus poſtea everſa eſt, in generali Hiſpaniæ expugnatione, veſtigia quædam adhuc exſtant in ea, quæ nunc Cazlona la vieja dicitur, ab oppido de Linares in Bætica tribus milliaribus diſtans: novem vero ab urbe Baeza: ideoque illam cum Caſtulone eamdem eſſe putarim.

Plin. lib. 3. cap. 3.

Livi. lib. 28.

Silius Italicus lib. 3.

Adducor præterea Secundinum hunc epiſcopum fuiſſe Caſtulonenſem, quod Annianus poſtea epiſcopus Caſtulonenſis Secundini ſucceſſor concilio Sardicenſi ſubſcripſerit. Paruiſſe olim Caſtulonenſem epiſcopum Toletano, ab eodem Raſi Arabe, & Vvamba regis memoriæ proditum eſt.

## XIV. *Flavius epiſcopus Eliberinus.* Vulgata.
## XIV. Flavius epiſcopus Illiberritanus. *Emendata.*

Vetuſti CC. MS. alii Flavianum, alii Flavinum; ſed malo Flavium legi. Eliberinum, alii, alii Eliberritanum; utrumque Gothice magis, quam Latine: eorum enim idiomate & literis, hujus concilii decreta exſcripta ſunt. Pari forma Spalenſis pro Hiſpalenſis, Elborenſis pro Eborenſis, Emeretenſis pro Emeritenſis, ejuſdem generis more. Non deſunt tamen alii antiquiores, in quibus Illiberrinus, & Illiberritanus epiſcopus dicitur. In Lucenſi & Hiſpalenſi IV. loco ſubſcripſit, non XIV. Urbs eſt Illiberris a tempore ipſo-

apoſtolorum catholicæ religionis doctrina, & epiſcopatus dignitate a D. Petro, ſive ejus diſcipulo ſancto Cæcilio primo urbis epiſcopo nobilitata. Ut hinc etiam obſerves, quam altæ fidei radices actæ, quamque antiqua & firmiſſima religionis fundamenta in eccleſia hac divinitus jacta ſint. Nec eſt probabile Flavium epiſcopum ſupremum civitatis honorem, Cæcilii munus & dignitatem feliciter omniumque conſenſu obtinuiſſe; divinam autem fidem, catholicam religionem, Romanam & apoſtolicam doctrinam, tam recenti & illuſtri Cæcilii exemplo, pietate & ſanctitate confirmatam, a civitate, a provincia & regno impie & infel..ter ſuſtuliſſe. Si memoria præſertim repetamus priſcum eccleſiæ morem, quo receptum fuit, ut quoties de dogmatibus eccleſiæ, vel de librorum auctoritate, vel de quolibet ritu, aut traditione controverſia oriretur; ad judicium earum eccleſiarum, quas viva voce, vel epiſtolis, vel miſſis diſcipulis apoſtoli, ſed Petrus præſertim inſtituiſſet, & Romanam in primis ceterarum matricem, & caput, tanquam ad veriſſimum Spiritus ſancti oraculum, a quo apoſtoli, & ab apoſtolis illa perceperant, confugeretur, & graviſſimo earum teſtimonio, & auctoritate impiæ, ac nefariæ vocum novitates in ipſo ortu opprimerentur. Divus Irenæus adverſus Gnoſticos. *Traditionem itaque, ait, apoſtolorum in toto mundo manifeſtatam, in omni eccleſia adeſt perſpicere omnibus, qui vera velint audire, & habemus annumerare eos, qui ab apoſtolis inſtituti ſunt epiſcopi in eccleſiis, & ſucceſſores eorum uſque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognoverunt, quale ab iis deliratur. Etenim ſi recondita myſteria ſciſſent apoſtoli, quæ ſeorſim & latenter ab reliquis perfectos docebant, his vel maxime traderent ea, quibus etiam ipſas eccleſias committebant. Valde enim perfectos, & irreprehenſibiles in omnibus eos volebant eſſe, quos & ſucceſſores relinquebant ſuum ipſorum locum magiſterii tradentes, quibus emendate agentibus, fieret magna utilitas, lapſis autem ſumma calamitas.* Et mox. *Quid enim, & ſi quibus de aliqua modica quæſtione diſceptatio eſſet, nonne oporteret in antiquiſſimas recurrere eccleſias, in quibus apoſtol. converſati ſunt, & ab iis de præſenti quæſtione ſumere quod certum, & re liquidum eſt? Quid autem ſi neque apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſſent nobis, nonne oportebat ordinem ſequi traditionis, quam tradiderunt his quibus committebant eccleſias?* Et ad Florinum ſcribens. *Iſta dogmata, ait, Florine, ut tecum agam humanius, ſana doctrina & ſententia non ſunt. Iſta dogmata ſunt eccleſiæ repugnantia, ut pote quæ eos, qui illis obſequuntur, in maximam impietatem rejiciant. Iſta dogmata presbyteri, qui ante nos fuerunt, qui erant ipſorum apoſtolorum diſcipuli, minime tibi tradiderunt.* Tertullianus. *Quandiu in terris agebat*, loquitur de Chriſto, *ipſe pronunciabat, ſive populo palam, ſive diſcentibus ſeorſum. Ex quibus duodecim præcipuos lateri ſuo adlegerat deſtinatos, Nationibus magiſtros. Itaque uno eorum decuſſo, reliquos undecim regrediens ad Patrem poſt reſurrectionem juſſit ire, & docere nationes, tinguendas in Patrem & in Filium, & in Spiritum ſanctum. Statim igitur, quos hæc appellatio miſſos interpretatur, aſſumpto per ſortem duodecimo Matthia in locum Judæ, ex auctoritate prophetiæ, quæ eſt in pſalmo David, conſequuti promiſſam vim Spiritus ſancti, ad virtutes & eloquium, primo per Judæam, conteſtata fide in Jeſum Chriſtum, & eccleſiis inſtitutis, de hinc in orbem profecti, eamdem doctrinam ejuſdem fidei nationibus promulgaverunt; & proinde eccleſias apud unamquamque civitatem condiderunt; a quibus traducem fidei & ſemina doctrinæ, ceteræ exinde eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuantur, ut eccleſiæ fiant. Ac per hoc & ipſæ apoſtolicæ deputantur, ut ſoboles apoſtolicarum eccleſiarum. Omne genus ad originem ſuam cenſeatur neceſſe eſt.* Et poſt alia. *Ita ex ipſo ordine, ait, manifeſtatur eſſe dominicum & verum, quod ſit prius traditum: id autem extraneum & falſum, quod ſit poſterius immiſſum. Ea ſententia manebit adverſus poſteriores quaſque hæreſes, quibus nulla conſtantia de conſcientia competit ad defendendam ſibi veritatem. Ceterum ſi quæ audent interſerere ſe ætati apoſtolicæ, ut ideo videantur ab apoſtolis tradita, quia ſub apoſtolis fuerunt; poſſumus dicere: Edant ergo origines eccleſiarum ſuarum: evolvant ordinem epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, ut primus ille epiſcopus, aliquem ex apoſtolis, vel apoſtolicis viris, qui cum apoſtolis perſeveraverint, habuerit auctorem, & anteceſſorem. Hoc enim modo eccleſiæ apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt: ſicut Smyrnæorum eccleſia habens Polycarpum a Joanne conlocatum refert, ſicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum edit: proinde utique, & ceteræ exhibent, quos ab apoſtolis in epiſcopatum conſtitutos apoſtolici ſeminis traduces habeant. Confingant tale aliquid hæretici. Quid enim illis poſt blaſphemiam illicitum eſt? Sed etſi confinxerint, nihil promovebunt. Ipſa enim doctrina eorum cum apoſtolica comparata, ex diverſitate & contrarietate ſua pronunciabit, neque apoſtoli alicujus auctoris eſſe, neque apoſtolici, quia ſicut apoſtoli non diverſa inter ſe docuiſſent; ita & apoſtolici non contraria apoſtolis edidiſſent, niſi illi qui ab apoſtolis deſciverunt, & aliter prædicaverunt. Ad hanc itaque formam provocabuntur ab illis eccleſiis, quæ licet nullum ex apoſtolis, vel apoſtolicis auctorem ſuum proferant, ut multo poſteriores, quæ denique quotidie inſtituuntur: tamen in eadem fide conſpirantes, non minus apoſtolicæ deputantur pro conſanguinitate doctrinæ.* Id ipſum docuit & confirmavit adverſus Marcionem. *In ſumma*, inquit, *ſi conſtat, id verius, quod prius; id prius, quod eſt ab initio; ab initio, quod ab apoſtolis; pariter utique conſtabit, id eſſe ab apoſtolis traditum, quod apud eccleſias apoſtolorum fuerit ſacroſanctum. Videamus quod lac a Paulo Corinthii hauſerint; ad quam regulam Galatæ ſint recorrecti: quid legant Philippenſes, Theſſalonicenſes, Epheſii, quid etiam Romani de proximo ſonent, quibus evangelium, & Petrus, & Paulus ſanguine quoque ſuo ſignatum reliquerunt. Habemus & Joannis alumnas eccleſias. Nam etſi Apocalypſim ejus Marcion reſpuit, ordo tamen epiſcoporum ad originem recenſus, in Joannem ſtabit auctorem. Sic & ceterarum generoſitas recognoſcitur. Dico itaque apud illas, nec ſolas jam apoſtolicas, ſed apud univerſas, quæ illis de ſocietate ſacramenti confœderantur, id evangelium Lucæ ab initio editionis ſuæ ſtare, quod cum maxime tuemur.* Quinimo ſi de librorum divinorum auctoritate eſſet controverſia, hoc eſt, ſi de libro hoc, vel illo, an ſacer eſſet & canonicus, orta eſſet diſceptatio, ut de quibuſdam olim hæſitarunt nonnulli, conſilium Auguſtinus dedit, ut eccleſias catholicas conſulamus, eas nimirum, quæ catholicam fidem & unitatem conſtanter retinerent, non vero eas, quæ aliqua hæreſum ſuſpicione damnatæ eſſent vel notatæ: quod ſi nec in his catholicæ omnes conſentirent, plurimarum catholicarum conſenſum probari voluit; inter pares vero, earum judicium ſequi mandavit, quæ inter catholicas eſſent apoſtolicæ. Inter eas autem cum eccleſia Romana principatum teneat, & apoſtolicæ nomine per antonomaſiam jure, & merito intelligatur: tum, quod apoſtolorum princeps Petrus illam fundarit, rexerit, & glorioſo martyrio cohonoſtaverit; tum ob certam Chriſti pollicitationem, a quo illi dictum eſt. Ego pro te oravi, Petre, ut non deficiat fides tua; quæ munita & ornata divinitus, nullo errore fallit, aut fallitur, illi in dubiis catholicæ fidei cauſis, judicium primum deferendum eſt: poſt eam vero, reliquis apoſtolicis eccleſiis ſua, ut Auguſtinus docet, auctoritas eſt tribuenda, nec temere judicandum falſum, vanum, & irritum earum eſſe judicium. Cum doctrina igitur hujus concilii apoſtolicæ eccleſiæ Illiberritanæ fide comprobetur, ut de Romana præſertim, & ejus legatis interim taceamus, & aliarum quatuor apoſtolicarum eccleſiarum graviſſima auctoritate fulciatur; interfuerunt enim illi, ut cernimus, divus Valerius epiſcopus eccleſiæ Cæſarauguſtanæ, inſtitutæ a Jacobo: Felix Accitanæ, a Torcato D. Petri diſcipulo: Melanthius Toletanæ, ab Eugenio: Quintianus Eborenſis, a B. Mancio, non apoſtolorum, ſed ipſius domini noſtri Jeſu Chriſti diſcipulo, quis tam expers pietatis affirmare audebit eccleſias tot ſanctas, ſanctorum patrum aut avorum præcepta, tam recenti memoria tradita non agnoviſſe; vel ſi agnoverunt, quod multo eſſet deterius, nefario ſcelere, & inſigni impietate neglexiſſe, violaſſe, conculcaſſe? Hujus Flavii epiſcopi Illiberritani admirabilis tum religio, tum prudentia, in eo potiſſimum illuxit, quod cum in civitate celeberrima ſummum ei negotium eſſet in continendis in religione & officio civium animis nimium ad idolorum cultum propenſis, ita tamen ſe geſſerit, ut non minorem in eis evertendis laudem videri poſſit conſequutus, quam multi alii in ſubeundo martyrio gloriam: ut qui omnem operam primo ad emolliendam civium duritiam conferret, quo ſimulacra poſtea demoliri poſſet commodius. Ejus enim conſilio & opera non ambigo, quin dum concilii hujus ſanctionibus morem gereret, omnia aut pleraque Illiberritanæ urbis idolorum ſimulacra everſa, atque proſtrata ſint; quorum nonnulla ſuperioribus annis terra obruta eruere Granatenſes, Apollinis unum cum muſico inſtrumento; alterum Veneris, cui ad latus Cupido; tertium Liberi patris cum Satyro utre vinario incubante; poſtremum, ut creditur, Æſculapii, omnia miro elaborata artificio, quæ ſummo in pretio habita ad tantæ vetuſtatis memoriam in regia ejuſdem urbis aſſervantur.

Huic Flavio ſucceſſit divus Gregorius, quem a Clementio Conſtantii præfecto vicario, Oſio conſentiente, & juvante, damnatum Iſidorus, vel Theodiſcus ex Marcellino refert: ſed quid de illius narrationis fide, & auctoritate ſentiendum, dixi jam in Oſii ſubſcriptione. Gregorium tamen illuſtri fidei confeſſione, & optimarum diſciplinarum cognitione clariſſimum, ad cœlites commigraſſe, præter D. Hieronymum, certam fidem faciunt Romanæ eccleſiæ, & Uſuardi martyrologia, quæ illum, ut ſanctum Illiberritanæ civi-

D. Irenæus l. 3. adverſus hæreſes c. 3

Idem, cap. 4.

Hanc Irenæi epiſtolam ad Florinum Euſebius refert lib. 5. cap. 19. hiſt. eccl.

Tertull. de præſcrip. c. 20.

Matth. 10.
Matth. 27.
Matth. 28
Act. 1.
Pſal. 108.
Act. 2.
Act. 8. 9. 11.
Act. 13.
Act. 24.

Idem lib. 4. adverſus Marcionem cap. 5.

1. Cor. 3.
Galat. 6.

Apoc. 1. &

D. Aug. lib. 2. de doctrina Chriſtiana, cap. 8.

Canon. 41.

Apud Iſidorum, in prin. libri de ſcriptoribus eccleſ. ex Marcellino Theodiſcus.

D. Hieronymus de ſcript. eccleſ. in Gregorio.

civitatis epiſcopum, & confeſſorem coli, ejuſque diem A feſtum, & memoriam celebrari XXIV. Aprilis docent. Illiberritani epiſcopatus fines in diviſione Vvambæ hoc reperio. *Eliberis*, ait, *hoc teneat de Malaora, uſque Satellam, de Admitto uſque Sodillo*. Inſignem, & antiquam hanc civitatem generalis Arabum irruptio expugnavit, ejus tamen ſedem epiſcopalem Ferdinandus, & Eliſabetha reges catholici in Granatam a ſe recuperatam transferri, apoſtolica PP. Sixti Hiſpani auctoritate, & in metropolitanam erigi, impetrarunt, aſſignatis duabus eccleſiis ſuffraganeis Accitana, & Virgitana, anno Chriſti CIↃ. CCCC. XC. II. primus ejus ſedis archiepiſcopus Ferdinandus de Talabera, ex D. Hieronymi inſtituto.

Bætica, Martyrologium Romanum 24. Aprilis.

## XV. *Liberius epiſcopus Emeritanus*. Vulgata. XV Liberius epiſcopus Emeritanus *Emend.*

EMERITA Auguſta, ut a Dione traditum eſt, & poſtea ab Iſidoro, nomen accepit a militibus emeritis Auguſti, quibus eam ſibi ædificandi cura pro beneficio data eſt, anno XXIII, antequam Chriſtus naſceretur, Auguſto, & Sylano Coſſ. Merida hodie dicitur. Antiquiſſimum Hiſpaniæ epiſcopatum probat D. Cypriani epiſtola ad clerum & plebem in Hiſpania conſiſtentes, ex qua apparet, Baſilidem, & Martialem, alterum Aſturicæ, alterum Emeritæ epiſcopos, ob crimen idololatriæ depoſitos, & in eorum locum Sabinum, & Felicem ſuffectos. Cujus dignitas & amplitudo eo pervenit, ut totius Luſitaniæ eſſet metropolis, illique ſuberant, ut in vetuſtis CC. Gothis refertur, Pace, Oliſibona, Offonoba, Egitania, Caliabria, Conimbria, Viſeum, Lamegum, Cauria, Salmantica, Avela, Ebora. Sed ea dignitas a Calixto ſecundo Compoſtellam ad tempus primum, dum Emerita recuperaretur a tyrannide Arabum, in perpetuum poſtea tranſlata eſt; idcirco hodie epiſcopo vacat. Ea eſt temporis & rerum humanarum viciſſitudo, & inconſtantia. Patet in ſacris, D. Jacobi miltibus. Hic C autem Liberius epiſcopus Emeritanus concilio Arelatenſi ſecundo interfuit, cum Florentino diacono, & interfuiſſe ac ſubſcripſiſſe eum I. Arelatenſi crediderim, quia in eo plures Hiſpaniæ epiſcopos fuiſſe præſentes tradit Auguſtinus, & omnes ſubſcriptiones concilii Arelatenſis ſecundi, ut a primo ſublatas, ſic primo reſtituendas, inter doctiores convenit. Poſt vero vita functo Liberio, ejus diaconum Florentinum electum fuiſſe epiſcopum Emeritanum, inde intellexerim, quod ejus exſtet ſubſcriptio in concilio Sardicenſi: quare Illiberritanum hoc ante Sardicenſe, & Arelatenſe I. fuiſſe peractum vel hinc comprobandum.

D. Iſidor. lib. 15. etymolog. c. 1.

D. Cyprianus epiſtola 68. ad clerum, & plebem in Hiſpania conſiſtentes.

Hiſtoria Compoſtellana MS. apud nos, in qua hæ duæ conſtitutiones Calixti ad verbum deſcribuntur.

D. Auguſtin l. 1 contra epiſt. Parmen.

## XVI. *Decentius epiſcopus Legionenſis*. Vulgata. XVI. Decentius epiſcop. Legionenſis. *Emend.*

A LEGIONE ſeptima Geminia, Legio civitas nomen habuit; dignitate epiſcopali a tempore fere D apoſtolorum inſignita, & regni titulo poſt Arabum expugnationem ornata, nullum unquam metropolitanum agnovit, præter Romanæ ſedis epiſcopum. In MS. XII. loco non XVI. ſubſcripſit.

## XVII. *Januarius epiſcopus Sibarienſis*. Vulgata. XVII. Januarius epiſcopus Salarienſis. *Emend.*

IN CC. MS. Salarienſis legitur, non Sibarienſis; quod magis probo: nam de Sibari in Hiſpania omnes Geographi ſiluerunt: in Italia conſtituit Sybarim Solinus, a Træzenis ædificatam aſſerens. Salariam autem duplicem refert Ptolemæus in Hiſpania: primam in Oretanis, juxta Laniam & Paternianam; aliam in Baſtitanis inter Biguerram & Turbulam: Plinius Salarienſem coloniam in Bætica eſſe tradit non procul ab Acci; hodie vocari Alcasar de la Sal in Algarvlorum regno, ſcripſit Ambroſius Morales; hujuſque civitatis fuiſſe epiſcopum Januarium. Sed ego magis putem, epiſcopum Bæticæ Salariæ fuiſſe, quam Luſitaniæ, quod Bætica civitas fuerit opulenta, & colonia Romanorum, ut dicit Plinius: altera vero exiguum oppidum breviſſimis terminis circumſcriptum. In codicibus eccleſiæ Toletanæ legitur, Januarius de Fiblaria, & Fibularia: quæ lectio non temere improbanda: nam Calagurrim, Fibulariam nuncupaſſe veteres, teſtis eſt Plinius, & adfuiſſe in hoc Concilio Eucarium presbyterum de Fibularia ſeu municipio, ex presbyterorum ſubſcriptionibus apparet: olim Hiſpanos, & Italos, urbium plures duobus nuncupaſſe nominibus, Plinius tradit. Et ut omiſſis Italicis, Hiſpanicas recenſeamus, Olyſippo dicebatur & Felicitas Julia: Ebora, Liberalitas Julia: Attubi, Claritas Julia: Aſtigi, Auguſta firma: Illiturgi, Forum Julium: A Obulco, Municipium pontificenſe: Urſo, Genua urbanorum: Hiſpalis, Colonia Romulea: Corduba, Colonia Patritia: Cæſarauguſta, Salduba: Tucci, Auguſta Gemella: quod uſurpabant, ut imperatoribus, vel præſidibus provinciarum, vel Romanæ civitati blandirentur, eorum gratia nomina ab eiſdem mutuantes. In C. Hiſpalenſi de Piblaria legitur. In Lucenſi de Fibaria: utrumque non recte. Decimoquarto in eiſdem, non decimo ſeptimo loco ejuſdem ſubſcriptio.

Solinus cap. 8.

Plin. lib. 3. c. 3.

Ambroſ. Moral. lib. 10. cap. 31.

## XVIII. *Quintianus epiſcopus Elborenſis*. Vulgata. XVIII. Quintianus epiſcop. Eborenſis. *Emend.*

GOTHICE Elbora dicta eſt, quæ Latine Ebora ex Pomponio Mela, & vetuſtis lapidibus. Is Julio Cæſari erectus eſt, cum hac inſcriptione.

Pomp. Mela lib. 3. cap. 1.

DIVO JULIO.
LIB. IVL. EBORA.
OB. ILLIUS. IN. MUN. ET. MUN.
LIBERALITATEM.
EX. D. D. D.
QUOJUS. DEDICATIONE.
VENERI. GENETRICI.
GESTUM. MATRONÆ.
DONUM. TULERUNT.

Ebora ergo legendum eſt, non Ebura, ut apud Ptolemæum, Strabonem, & Stephanum, perperam Eburam Cerealem Bæticæ, cum Ebora Luſitaniæ confundentes. De Elbora Carpetanæ provintiæ (Talaberam hodie vocant) alia ratio eſt, nunquam enim ea epiſcopum habuit. Ebora autem Luſitaniæ civitas celebris, frequenti antiquorum regum Luſitaniæ domicilio nobiliſſima, epiſcopatus dignitatem a tempore apoſtolorum repetit; quippe habuerit beatum Manlium domini noſtri Jeſu Chriſti diſcipulum, primum Chriſtianæ religionis annunciatorem, & ut credi par eſt, epiſcopum. Sedem hanc in archiepiſcopalem ſeu metropolitanam erexit Paulus papa III. & Sylvenſem eccleſiam illi ſuffraganeam aſſignavit anno domini CIↃ. IↃ. XL. Joanne III Luſitaniæ rege intercedente. Primus archiepiſcopus Henricus cardinalis ejus frater, qui Sebaſtiano nepoti defuncto in regno ſucceſſit.

## XIX. *Eutichianus epiſcopus Baſſitanus*. Vulgata. XIX. Eutichianus Epiſcop. Baſtitanus. *Emend.*

IN MS. emendatioribus, Baſtetanus: ſed Baſtitanus ſcribendum. Baſti, hodie Baza in Bætica, parebat olim archiepiſcopo Toletano. Illius termini extant in diviſione Vvambæ. *Baſti*, inquit, *teneat de Montana uſque Goſtam: de Rovia, uſque Ruſtam*. Epiſcopo vacat, poſtquam Arabum tyrannide, Ferdinandi & Eliſabethæ regum catholicorum virtute, & pietate erepta eſt, & quia uſurpatis, & detentis antiquis ejus finibus per Arabes, diœceſeos anguſtiis laborabat, Accitanæ eccleſiæ poteſtati eſt adjecta, procurante Accitano epiſcopo Garſia Quijada, & magno Petro Gonzalez de Mendoza cardinale & archiepiſcopo Toletano diſſimulante: cujus eccleſia a tempore Ferdinandi III. Caſtellæ regis jus in Baſtitanum prætendit, quouſque variis hinc inde ſententiis latis, tandem ſpectare ad Accitanum tempore Joannis Martini Silicei archiepiſcopi Toletani poſtreme cautum eſt, reſervato jure metropoleos archiepiſcopo Toletano. Et quemadmodum in ſpiritualibus Accitano epiſcopo ſubjicitur, ſic rerum civilium præfectum Accitanum, in civilibus ſuperiorem agnoſcit.

## Reſidentibus etiam triginta ſex presbyteris, adſtantibus diaconibus.

RESIDENTES presbyteros retulit notarius, quia ſimul ſedebant cum epiſcopis, tam in Hiſpania, ut concilio hoc & Toletano I. admonemur, quam Romæ, ut teſtatur D. Hieronymus ad Evagrium. *Ceterum*, inquit, *etiam in eccleſia Romæ presbyteri ſedent, & ſtant diaconi, licet paulatim increbreſcentibus vitiis inter presbyteros abſente epiſcopo ſedere diaconum viderim*. Tanti E merito habitus presbyterii ordo ſemper eſt. Quare Africanis epiſcopis, ſingulari religione, ſanctitate & doctrina præſtantibus, in concilio Carthaginenſi IV. coactis viſum eſt, ut epiſcopi in quolibet loco ſedentes ſtare presbyteros non paterentur. Patres quoque Bracarenſes ſtatuerunt. *Ut clerici parochiales ſervili more, in aliquibus operibus, epiſcopis ſervire non cogerentur: quia ſcriptum eſt: Neque ut dominantes in clero*. At dicent alii nec in concilio Carthaginenſi decerni, ut presbyteri ſedeant in conciliis, cum epiſcopis; nec ex hoc Illiberritano erui poſſe: cum magis ad promulgationem concilii, de qua notarius teſtimonium publica fide conſignabat, quam ad conſtitionem concilii, & interiorem ſeſſionem illud referri debeat, referendum conſentio, id ipſum tamen in conciliis uſurpari ex concilio Romano, ſub

Concilium Toletan. 1. in princip. D. Hierony. in epiſt. 85. ad Evagrium.

Conc. Carthag. 4. can. 34. Conc. Bracar. 2. can. 2. ad Rom. 1. Pet. 5.

ſub Hilario papa liquet, ſic enim incipit: *Reſidentibus univerſis presbyteris, adſtantibus quoque diaconibus, Hilarius epiſcopus eccleſiæ catholicæ urbis Romæ ſynodo præſidens dixit. Quoniam religioſus, &c.* In Hiſpania quoque id receptum ſcribit Iſidorus, ordinem ſeſſionum epiſcoporum, & presbyterorum exponens. *Et corona*, ait, *facta de ſedibus epiſcoporum: presbyteri a tergo eorum reſideant, quos tamen ſeſſuros ſecum metropolitanus elegerit.* Et poſt alia: *Sicque omnes qui de religioſis retroactis diebus, pro ſpirituali inſtructione, interfuerant in concilio, foris egrediantur, reſidentibus aliquibus presbyteris in concilio, quos metropolitanus elegerit.* Diaconi vero, velut epiſcoporum, & presbyterorum miniſtri, nec coram epiſcopis ſedebant, nec coram presbyteris, niſi illorum præcepto. *Diaconus*, (inquit idem concilium Carthaginenſe IV.) *quolibet loco jubente presbytero ſedeat.* Quod & concilium Nicænum ſanxerat, *Sed neque ſedere quidem*, ait, *liceat in medio presbyterorum diaconis. Si quis autem non vult his ſufficiens eſſe, poſt hanc diffinitionem, ceſſet eſſe diaconus.* Subſcripſerunt eidem decreto Aſiani epiſcopi in concilio Laodiceno, Gallicani in concilio Arelatenſi II. *In ſecretario diaconos inter presbyteros ſedere non liceat, vel corpus Chriſti, præſente presbytero, tradere non præſumant: quod ſi fecerint ab officio diaconatus abſcedant.* Clarius Gelaſius papa. *Eos*, ait, intelligens diaconos, *non in presbyterio conſidere, cum divina celebrantur, vel eccleſiaſticus habetur quicumque tractatus, ſacri corporis perrogationem ſub conſpectu pontificis ſeu presbyteri, niſi his abſentibus jus non habeant exercendi.* Hic mos erat omnium fere provinciarum, etſi aliquando, Romæ presbyteros, ut diaconos a tergo epiſcoporum in conciliis ſtetiſſe ſit traditum. In Romano enim primo ſub Silveſtro, cui adfuiſſe dicuntur Conſtantinus Magnus, & Helena, atque Calphurnius, homo (ut vocatur) Chriſtianus, & Urbis præfectus, hic ordo obſervatus refertur. *Dum enim omnes veniſſent in ſynodum, & alii quorum chirographus cucurrit, & opinio ſanctitatis, ſederunt in eodem aſpectu Thermarum ſupradictarum. Presbyteri autem Romani omnes, diaconi, clerique, vel gradus ſequentes a tergo epiſcoporum ſteterunt; nemo enim ſedit in eodem loco, niſi tantum epiſcopi, & Silveſter epiſcopus, pontifex urbis Romæ.* In hoc tamen modeſte ſe geſſerunt presbyteri Romæ: de his ſolum dicitur in canone, quod pontifex Silveſter, Conſtantinus imperator, mater Helena, & Calphurnius Urbis præfectus interfuerant: poſtquam enim canon retulerat, neminem ſediſſe, præter epiſcopos, & Silveſtrum papam, ſubjunxit: *Erat enim ibi Calphurnius, qui Gentilis, & poſtea Chriſtianus, & Urbis præfectus.* Nam illis abſentibus conſtat ſediſſe presbyteros, & adſtitiſſe diaconos, ex alio concilio Romano ſub Hilario.

Cum triginta autem & ſex presbyteros adſediſſe in concilio ſcribit notarius, animadvertendum eſt, tot ſacerdotes eccleſiam Illiberritanam minime habuiſſe (rarior erat tunc presbyterorum numerus) ſed ex his provinciis, quarum epiſcopi concilio illi intererant, duos presbyteros adventaſſe, ut proprium epiſcopum comitarentur: ita enim Lucium papam jamdiu decreviſſe, Damaſus auctor eſt. *Hic præcepit*, inquit, *ut duo presbyteri, & tres diaconi in omni loco epiſcopum non deſererent, propter teſtimonium eccleſiaſticum.* Quare Oſio epiſcopo Cordubenſi, Silveſtri papæ ad Nicænam ſynodum legato, duo presbyteri itineris & legationis comites dati ſunt: alter Vitus, ſeu Victor, alter Vincentius. Quam legem obſervavit Zoſimus papa, cum Legatos ad concilium Carthaginenſe VI. deſtinavit, cum Fauſtino enim epiſcopo plebis Potentinæ, Philippum miſit, & Aſellum presbyteros. Cum vero decem & octo epiſcopi tantum ad concilium veniſſent, ſi illorum ſingulis binos presbyteros adjiciamus, triginta & ſex presbyterorum numerum (ut in concilio dicitur) juſte complebimus: quocirca manuſcripta exemplaria, quæ habent, Viginti ſex presbyteris, emendanda ſunt, & pro viginti, triginta reponendum. Diaconorum autem numerum (ſi iis ejuſdem regulæ circumſcriptione metiamur) quadraginta quatuor fuiſſe neceſſe eſt, ſi ſingulis epiſcopis tres diaconi adjiciantur, juxta eamdem Lucii papæ conſtitutionem.

Nomina diaconorum, qui aſtiterunt, deſiderantur, presbyterorum autem, qui huic concilio interfuerunt & ſubſcripſerunt, etſi in excuſis, & MS. CC. D. Laurentii, & eccleſiæ Toletanæ deſint, & in alio noſtro vetuſtiſſimo, exſtant tamen in alio eccleſiæ Urgelenſis, hoc ordine.

I. *Reſtitutus presbyter de Epora.* Forte de Epora, cujus meminit Antoninus, itinere a Corduba Caſtulonem; in Bætica eſt, Montoro dicitur, non integris triginta milliaribus a Corduba diſtans, non recte apud Plinium Ripepora fœderatorum: Epora reſtituendum.

II. *Natalis presbyter a Urſona.* Urſo vocat Plinius, & ad conventum Aſtigitanum refert. Hiſpane Oſſuna in Bætica, caput Ducatus de Oſſuna.

III. *Maurus presbyter de Iliturgi.* Ad conventum Cordubenſem ſpectare Illiturgi ſcribit Plinius: Andujar Hiſpane dicitur.

IV. *Lampentanus de Karula.* Carula Antonino inter Hiſpalim, & Ilipam: Carrula Cæſari in Bætica, Marchena hodie.

V. *Barbatus de Aduigi.* Forſan Artigi, quos & Julienſes vocari ait Plinius. Alhama eſſe in Bætica Cocus, Tarrapha, & Ortelius tradunt.

VI. *Feliciſſimus de Ateua.* Cæſar Ategua, Valer. Max. Attiuga. Pli. Attubi, quæ Claritas Julia, ad conventum Aſtigitanum, non procul ab Urſo: hodie Caſtillo de Teba.

VII. *Leo Acinipo.* Acinipo Ptolem. in Bæticis Celticis juxta Anam fluvium in eadem Celtica. Plinius duplici pp.

VIII. *Liberalis de Eliocrota.* De Eliocrota, Lorca in Bætica, comes fuit hic presbyter Succeſſi epiſcopi Eliocrotenſis.

IX. *Januarius a Lauro.* Duplex Laurum, alterum apud Sucronem, ubi pugnavit Sertorius, alterum Bætica, ubi occiſus Pompeji filius.

X. *Januarius Barba.* Barba Antonino in Bætica, juxta Anticariam.

XI. *Victorinus Agabro.* In Bætica, Cabra dicitur, caput comitatus de Cabra: comitem Sinagii epiſcopi Agabrenſis fuiſſe putarim.

XII. *Titus a Vine.*

XIII. *Eucharius a Municipio.* Forte Calagurris, nam in nummo Auguſti apud Goltzium legitur MUN. CALAG. IVL. quod ab Auguſto facta eſſet municipium.

XIV. *Sylvanus Segalbina.* Forte quæ Sclambina Ptolem. hodie Salabrenna.

XV. *Victor Ulia.* Gaditani conventus fuiſſe ait Plinius forſan Montemayor in Bætica, quindecim lapidibus a Corduba.

XVI. *Januarius Urci.* Urci, alias Virgi, vulgo Almeria. Januarium comitem fuiſſe Cantoni epiſcopi Virgitani crediderim.

XVII. *Leo Gemella.* Martos hodie, olim duplici nomine inſignita; Tucci, & Auguſta Gemella, ut teſtatur Plinius. Comes fuit Leo Camerini epiſcopi Tuccitani.

XVIII. *Turrinus Caſtilona.* Caſtulone legendum; Cazlona la vieja in Bætica. Comes Secundini epiſcopi Caſtulonenſis.

XIX. *Luxurius de Drona.* Forſan de Brana, quam conventui Gaditano adſcribit Plinius.

XX. *Emeritus Baria.* Eadem quæ falſo Balaris apud Ptolem. Baria in Cicerone ad Atticum, Varia apud Plinium, non procul a Virgi, nunc Vera.

XXI. *Eumantius Solia.* Ptolem. in Bætica, forte Villanueva de la Xara, in cujus lapide ſcribitur Solienſis: conventus Cordubenſis erat.

XXII. *Clementianus Oſſigi.* Cognominabatur Oſſigi Laconicum, conventus fuiſſe Cordubenſis docet Plinius.

XXIII. *Eutyces Carthaginenſis.*

XXIV. *Julianus Corduba*, comes Oſii.

Aliorum duodecim presbyterorum nomina, temporum injuria periiſſe non ambigo, ut numerus triginta & ſex compleretur. Ex horum tamen & epiſcoporum ſubſcriptionibus palam fit, longe lateque propagatam fuiſſe in Hiſpania hujus concilii tempore religionem Chriſtianam, cum nulla ſit regni provincia, ex qua aut presbyter, aut epiſcopus, non adventarit. Presbyteros autem qui huic concilio interfuerunt, duplicis (ut ita dixerim) generis fuiſſe agnoſcimus: quoſdam epiſcoporum comites ex præcepto Lucii papæ: alios vero vel Vicarios ſuorum epiſcoporum, aut tanquam doctrina & religione præſtantes electos accerſitoſque fuiſſe ab epiſcopis, ut concilio intereſſent. Utrorumque ſubſcriptiones indicant decernendi auctoritate olim presbyteros non caruiſſe: aliter enim quorſum tot ipſorum ſubſcriptiones? potuit enim Chriſtiani populi calamitas, imperatorum Ethnicorum tyrannis, catholicorum epiſcoporum zelus, presbyterorum doctrina & pietas, & omnium tandem propagandæ religionis ſtudium, conſultationem presbyterorum & judicium expoſcere; quod uſu confirmatum ſua ætate ſcribit Iſidorus. *Et corona*, ait, *facta de ſedibus epiſcoporum, presbyteri a tergo eorum reſideant, quos tamen ſeſſuros ſecum metropolitanus elegerit, qui utique & cum eis judicare aliquid & diffinire poſſint.* Et mox, *Sicque omnes, qui de religioſis in retroactis diebus, ſpirituali inſtructione interfuerant in concilio, foris egrediantur; reſidentibus aliquibus presbyteris in concilio, quos metropolitanus probaverit honorandos.* Quæ poſtea, vel decreſcente eorumdem ſanctitate, & doctrina, vel aucto epiſcoporum numero, juſtiſſime interdicta ſunt: ſoli que epiſcopi, & quidam Abbates ſæculares ex longa conſuetudine, eo privilegio utuntur.

De diaconis quoque offerebatur occaſio differendi, an in eccleſiaſticis conventibus conſulendi, aut decernendi auctoritatem habuerint? Et non habuiſſe magis puto, quod nec ſedendi privilegio, nec ſubſcribendi uterentur, ni vires gererent alicujus epiſcopi Solebant;

D. Iſidorus in libello de modo celebrandi concilia.

Conc. Carthagin. 4. can. 39. Item can. 19. Concilium Nicænum can. 14.

Concilium Laodicen. can. 20. Concilium Arelat. 2. can. 15. Gelaſius PP. in epiſt. 1. ad epiſcopos per Lucaniam, Brutios, & Siciliam conſtitutos cap. 10.

Concilium Romanum ſub Silveſtro can. 1.

Damaſus in pontificali in Lucio.

Conc. Nicæn. ad ſ. Frem. ex Zoſimi commonitorio quod ex ... ad ſynodum concilii Africanum vocant.

D. Iſidorus in libello de modo celebrandi concilia.

bent enim hi, cum vel negotiis, vel morbo impediti conciliis Hiſpaniæ adeſſe non poſſent, diaconos tanquam Vicarios, & Legatos ſuo nomine ad concilium mittere, qui poſt reliquos epiſcopos ſedebant, conſulebant, decidebant, & ſubſcribebant. In concilio enim Toletano III. ſubſcripſit pro Poeto epiſcopo Magalonenſi Geneſius archidiaconus ejuſdem eccleſiæ (tunc omnes fere archidiaconi non erant presbyteri) & pro Pelagio epiſcopo Nemauſenſi ſubſcripſit Valerianus archidiaconus ejuſdem eccleſiæ. In IV. pro Carterio Arcavicenſi Domarius archidiaconus, & pro Solemnio epiſcopo Carcaſonenſi Donnellus archidiaconus: pro Geneſio Magalonenſi Stephanus archidiaconus. In V. pro Meruntino epiſcopo Petrus diaconus. In VI. pro Antonio epiſcopo Vvamba diaconus, & pro Muſtracio epiſcopo Valentino, Severinus diaconus. In Gallia item receptam ex concilio Lugdunenſi I. apparet, in quo ſubſcripſit Aſtemius diaconus, directus (ut ipſe ait) a domino meo Maximo epiſcopo eccleſiæ Valentinæ: & ſic in aliis. Quod cum in Hiſpania aliquando indignum eccleſiaſtica auctoritate viſum eſſet, ut miniſtri, cum majoribus & prælatis intereſſent, ſederent & ſubſcriberent, ideo in concilio Emeritenſi cautum eſt, ut epiſcopi, ſi negotiis, aut debilitate, aut alia ratione præpediti conciliis intereſſe non poſſent, ſi Vicarios mitterent, non diaconos, ſed presbyteros, aut archipresbyteros eligerent. Diaconos autem, quos interfuiſſe huic concilio notarius retulit, Vicarios non fuiſſe, exiſtimarim, quod adſtantes, non adſidentes renunciaverit.

Concilium Emeritenſe c. 5.

## Et omni plebe.

*Cur de plebe mentio in hoc concilio injecta.*

### CAPUT XII.

ABSIT, beatiſſime pater, ut hinc aliquis eam erroris maculam Hiſpaniæ aſpergat, ut eo tempore, aut unquam in conciliis provincialibus, vel generalibus, intereſſe plebem potuiſſe dicat, & ejus judicio, ut eccleſiaſticorum, cauſas eccleſiæ tractari, & diffiniri: ſed ut auribus exciperet, quæ catholicæ eccleſiæ epiſcopi decreverant, ut re & opere poſtea exequeretur: ſolebant primitivæ eccleſiæ patres (quod & hodie obſervant) congregatis omnibus fidelibus in eccleſia, renunciare palam, quod clam conſtituiſſent: eaque renunciatio promulgationis vim & auctoritatem habebat: fiebat a notario, ex cujus fide decreta omnia concilii pendebant. Fuiſſe autem hanc concilii noſtri Illiberritani renunciationem a notario factam, inde colligitur, quod in primo hujus concilii canone, ut referunt CC. MS. addatur: Placuit inter eos: & in principio ante canones dicitur: *Cum conſediſſent ſancti & religioſi epiſcopi in eccleſia Illiberritana, hoc eſt Felix, &c. reſidentibus etiam XXXVI. presbyteris, adſtantibus diaconibus, & omni plebe, univerſi epiſcopi dixerunt.* Quæ omnia indicant teſtimonium eſſe notarii. Nomina præſentium epiſcoporum principio olim præfigebantur; quia cum numero perpauci eſſent, incommodum id non erat, nec audientibus, nec legentibus grave, ſi ex fide notarii agnoſcerent, qui concilio interfuerant, & decreta firmaverant. At cum in generalibus conciliis, & quibuſdam provincialibus, incremento fidei, fidelium epiſcoporum numerus creviſſet, ne tot nominibus recitandis moleſtia in principio lectoribus crearetur, prudenter ad calcem illa, additis ſubſcriptionibus, rejecta ſunt.

Sed tempus eſt, hujus concilii decreta, non tam noſtra, quam ſummorum pontificum doctrina & auctoritate, ſanctiſſimorum conciliorum ſanctionibus, antiquorum patrum ſententiis, & divinis eccleſiæ traditionibus, ut vetuſtiſſima, ſic & catholicæ apoſtolicæque doctrinæ, & pietatis pleniſſima eſſe oſtendamus.

---

# DE CONFIRMANDO CONCILIO ILLIBERRITANO,

## LIBER II.

*Canon I.* Vulgatus.

*De his qui poſt baptiſmum idolis ſacrificant.*

Placuit, ut quicumque poſt fidem baptiſmi ſalutaris, adulta ætate, & ad templum idoli idolatraturus acceſſerit, & fecerit, quod eſt crimen capitale, nec in fine eum ad communionem ſuſcipere.

Canon I. *Emendatus.*

*De his qui poſt baptiſmum idolis immolaverint.*

Placuit inter eos, ut qui poſt fidem baptiſmi ſalutaris, adulta ætate, ad templum idoli idolatraturus acceſſerit, & fecerit, quod eſt crimen principale, nec in fine communionem ſuſcipere.

*Apoſtolorum ſymbolum cur patres Illiberritani initio hujus Concilii omiſerint.*

### CAPUT I.

EST hoc in more poſitum, inſtitutoque majorum, Clemens pater ſanctiſſime (ut bene noſti) diuturno eccleſiæ uſu & auctoritate comprobatum, & generalia & provincialia concilia a fidei catholicæ profeſſione ſymbolo apoſtolorum tradita & conſecrata exordiri: quod ob illorum eſt hæreticorum veſaniam inductum, qui adverſus præcipua fidei capita, & recepta a ſanctiſſimis patribus catholicæ religionis dogmata, pernicioſas vocum novitates excitarunt. Et cum ad hoc uſque concilii tempus Hiſpania diſciplinæ apoſtolicæ tenaciſſima, ab omni erroris labe, ſingulari Dei beneficio (cui immenſæ gratiæ & immortales) & pura & integra perſtitiſſet; idcirco apoſtolicam fidei profeſſionem a religioſiſſimis his patribus conſulto fuiſſe ſilentio prætermiſſam, tum rationi, tum prudentiæ & ſanctitati epiſcoporum magis eſt conſentaneum. Cum certis præſertim D. Athanaſii monumentis ſit traditum, eumdem hunc qui concilio huic interfuit & ſubſcripſit Oſium, oborta Ariana hæreſi contra ſecundam trinitatis perſonam, omnium illum primum Silveſtri papæ, & univerſi concilii Niceni auctoritate, Nicænum fidei ſymbolum concinnaſſe, & principio illius præfixiſſe (a quo illa poſthac in conciliis reliquis edendi ſymboli manavit conſuetudo) additis expreſſius his, quæ ad extinguendam accenſam ab Ario flammam de conſubſtantialitate filii cum patre videbantur neceſſaria. Et cum de Spiritu ſancto tunc nulla eſſet orta controverſia, ſimilia, aut eadem prorſus de cauſa ad aſſerendam Spiritus ſancti divinitatem, nihil in Nicæno ſymbolo, aut concilii decretis, ſpeciatim actum reperimus. D. Hieronymus illorum refellens ſententiam, qui faventes Origeni dicebant, *Quomodo damnabimus, quos ſynodus Nicæna non tetigit? quæ enim damnavit Arium, damnaſſet utique & Origenem ſi illius dogmata reprobaſſet, ſcilicet, uno medicamine omnes ſimul morbos debere curari. Et idcirco Spiritus ſancti neganda majeſtas eſt, quia in illa ſynodo ſuper ſubſtantia ejus ſilentium fuit. De Ario,* inquit, *tunc, non de Origene quæſtio fuit: de Filio, non de Spiritu Sancto: confeſſi ſunt quod negabatur: ſiluerunt de quo nemo quærebat. Quamquam latenter Origenem fontem Arii percuſſerunt.* D. Baſilius poſtquam Nicænum fidei ſymbolum retulit, ut ſubſcriberet Euſtathius Sebaſtæ epiſcopus: *Quoniam igitur in hac fide,* inquit, *reliqua quidem ſatis diligenter determinata ſunt, alia ad correctionem noxiorum, alia ad præmunitionem, contra ea quæ in futuro ſuboriri poſſunt; ſententia vero de Spiritu Sancto in tranſcurſu ſine omni diligentia poſita eſt, propterea quod nondum mota eſſet iſta quæſtio, ſed adhuc credentium mentibus ſecurus ac nullis objectus inſidiis ineſſet de Spiritu Sancto intellectus. Paulatim vero perverſa impietatis ſemina ſe ſe exeruerunt, quæ quidem primum ab Ario hæreſis auctore ſeminata, poſtea vero ab illis qui impia Arii commenta ſuſceperunt, ad perniciem eccleſiarum munita ſunt.* Gregorius Nazianzenus reſcribens ad Cledonium, perſpicuum & brevem catholicæ fidei tractatum ab illo requirentem: *Adjungentes, & inſuper explicantes id quod ab illis,* Nicænos patres intelligit, *minus plene de Spiritu Sancto dictum eſt, quoniam nondum coorta atque excitata hæc quæſtio fuerat.* Sed ea jam excitata, abnegataque errore nefario per Macedonium ſacroſan-

D. Athan. in epiſtol. ad ſolitariam vita agentes.

*Quando fidei ſymbolum conciliis præfigi cœpit.*

D. Hieronym. in epiſt. 65. ad Pammachium & Oceanum.

D. Baſi. epiſt. 78.

Greg. Nazian. epiſt. ad Cledonium in princ. Conc. Conſtantinopol. 1 can. 7. D. Baſil lib. 1. in Eunomi. Cyril. in epiſt. ad Neſtorium

approbata in concilio Epheſino tome 1. c. 14.
Conc. Chalcedon. actione 5. Conſtantinop. 2. ſeſſione ſeu collatio. 8.
Conſtantinop. 3. actio. 17.
Lateranenſe ſub Innoc. III c. 1.

ſacroſancta Spiritus divinitate, ad eam aſſerendam addita ſunt in concilio Conſtantinopolitano I. & ſymbolo in eo edito: Qui ex patre procedit, nec addiderunt tunc patres Spiritum ſanctum procedere etiam ex filio, quod illud ea tempeſtate (ut Baſilius teſtatur) hæretici non negarent. Poſt autem cum in hoc hæretici, Græci præſertim offendiſſent, Alexandrinum concilium (ut eſt auctor Cyrillus) Epheſinum poſtea, Chalcedonenſe. Conſtantinopolitanum II. & III. Lateranenſe & Florentinum (ut provincialia omittamus) Spiritum ſanctum a patre & filio procedere clarius expreſſerunt. Semper enim majores noſtri divino ejuſdem ſancti Spiritus impulſu afflati ſtudia omnia, curam, operam, induſtriam, cogitationem, mentem denique omnem eo defixerunt, ut unius fidei, unius eccleſiæ, unius Chriſti præclaram ab apoſtolis ſibi quaſi per manus traditam hæreditatem, quam temere & impie expilare conabantur hæretici, ſartam ipſi, & tectam religioſiſſime conſervarent. Et cum Hiſpania non tam novellis hæreticorum commentis, quam antiquis & inveteratis idolorum ſuperſtitionibus, ob recentem fidei & Evangelii promulgationem, tenacius inhæreret: hinc religioſi & ſancti Hiſpanicæ eccleſiæ patres, quidquid viribus eniti, concilio providere, & auctoritate decernere potuerunt, hoc omne ad præſentem Chriſtianæ reipublicæ ſtatum, ad evellendas ſcilicet defixas altius eas idololatriæ radices, ſingulari pietate, & prudentia accommodarunt: graviſſima his pœna propoſita, qui Chriſtianæ religionis myſteriis initiati, & jam ætate, rationeque adulti ad templum idoli accedentes, idolum pro Chriſto, nefario ſcelere, ſummoque violatæ ſacræ majeſtatis crimine adorarent.

## Placuit.

*Quæ verbi, PLACUIT, vis; qui uſus ejus in conciliis.*

## CAPUT. II.

Lucas actuum 15.

D. Athanaſ. in princ. lib. de ſynodis Arimini & Seleuciæ.

QUÆ non natura, aut divina lege conſtant, ſed quæ humanis epiſcoporum placitis rogantur & abrogantur conſtitutiones, per verbum PLACET, decerni, vetus mos. Quem primum in eccleſia apoſtolos uſurpaſſe in concilio Hieroſolymitano, Lucas refert. *Tunc PLACUIT apoſtolis & ſenioribus cum omni eccleſia eligere viros.* Et poſt alia *PLACUIT nobis collectis in unum.* Et poſtea: *VISUM eſt Spiritui Sancto & nobis,* Illa autem quæ ad fidem attinent, per verbum, PLACET, vel, VISUM EST, in conciliis non conſtituuntur: ſed per verbum, CREDIT, vel, AD ISTUM MODUM CREDIT SANCTA ET CATHOLICA ECCLESIA. D. Athanaſius de Syris patribus adverſus Arianorum hæreſim decreta ſua promulgantibus: *Nec conſulem, ait, nec diem, nec menſem addiderunt; ſed in negotio paſchæ, non abhorruerunt iſtiuſmodi appendice; ibi enim placuit. ut adderetur VISUM EST, ut omnes obtemperarent. de fide vero non ſcripſerunt VISUM EST, ſed AD ISTUM MODUM CREDIT CATHOLICA ECCLESIA. & ſtatim ipſa confeſſio credendi adjuncta eſt: ut oſtenderent eam non eſſe novam ſententiam, ſed apoſtolicam, & quæ ipſi ſcripſiſſent, non eſſe ſubinventa, ſed apoſtolorum documenta.* Si autem fidei violatoribus nova aliqua pœna canonica adderetur (ut additur in hoc canone) vel confirmaretur antiqua, verbum, PLACUIT, uſurpari poteſt. Formulam autem inde ortum habuiſſe opinor, quod poſt diſſenſiones & diſceptationes de re dubia ſoſitiva excitatas (in omnibus enim conſentire omnes, naturæ profecto eſt humana paulo ſuperioris, cum poſt exactam diſputationem, placati fuerint omnium, vel fere omnium animi, & in eandem ſententiam venerint;) tandem cum præſcribendum decretum eſt, quæritur ex ſingulis, vel a præſide, vel a notario concilii, an illis placeat eam conſtitutionem decerni: quibus ſibi placere reſpondentibus, fide geſtorum poſtea a notario facta, & literis conſignata, verbum PLACUIT, a patribus uſurpatum in principio decreti vel ſanctione refertur. Quod præter alia ex concilio Carthaginenſi I. conſtat. Cum enim Gratus epiſcopus Carthaginenſis, Africanæ eccleſiæ primas & præſes concilii, hæc propoſuiſſet, *Et illud præcipue, ſi videtur veſtræ dilectioni, cavendum eſt, ut paſtoris cura.* Ad finem canonis dicitur: *Univerſi dixerunt.* *PLACET*, Et poſtea: *Cum idem Gratus propoſuiſſet, avaritiæ cupiditatem radicem omnium malorum eſſe prohibendamque inde eſſe, ne quis alienos fines uſurpet, univerſi dixerunt: PLACET, PLACET.* Idem liquet ex duabus ejus concilii ſanctionibus, quod vulgo Africanum dicitur. (Particulare enim illud concilium non eſt, ſed compilatio ex diverſis Carthaginenſibus, Milevitano, Hipponenſibus, & aliis, eo Africani generali nomine a compilatore, nec eo ſatis docto inditum, ut idoneo loco differemus) priori enim Aurelius epiſcopus dixit (erat autem Aurelius concilii præſes.) *Quod in tractatum venit caritatis veſtræ, puto hoc eccleſiaſticis geſtis eſſe firmandum. Profeſſio veſtrum omnium hac depromſiſſe, debere unumquemque noſtrum in civitate ſua per ſe convenire Donatiſtarum præpoſitos; aut adjungere ſibi vicinum collegam, ut pariter eos in ſingulis quibuſcumque civitatibus, vel locis, per magiſtratus vel ſeniores locorum conveniantur: hoc ſi omnibus PLACET.* Poſtea vero ſic addidit idem Aurelius. *Si videtur caritati veſtræ, forma convenientiæ eorum recitetur: ut hunc tenorem proſecutionis omnes SI PLACUERIT teneamus. Ab omnibus epiſcopis dictum eſt, Recitetur. Latus notarius recitavit.* In poſteriori vero ſic. Si enim hoc fraterne acceperitis, veritas facile diluceſcet: ſi autem hoc facere nolueritis, diffidentia veſtra facile innoteſcet. Cumque recitata eſſet, ab omnibus epiſcopis dictum eſt, SATIS PLACET, hoc fiat. Id ipſum Hiſpanorum conciliorum uſu receptum eſt, Toletani I. Cæſarauguſtani & aliorum. Quem etiam morem in habendis Senatuſconſultis, Romanos olim obſervaſſe, ex his Valerii ſinglis, vel notis liquet. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. V. I. C. quas ſic ille interpretatur: Quid de ea re fieri, placeret, de ea re univerſi ita cenſuerunt. Sic Ulpianus cum ſenatuſconſulti de petitione hæreditatis formulam referret, hæc ait poſt alia. *QUOD. FIERI. PLACERET. DE. QUE. EA. RE. ITA. CENSUERUNT.* Et poſtea. *PLACERE, redactæ ex pretio rerum venditarum pecuniæ uſuras non eſſe exigendas.* Et alibi: *Item PLACERE; a quibus hæreditas petita fuiſſet, ſi adverſus eos judicatum eſſet, pretia quæ ad eos.* Cicero: *Cum ſententiæ,* inquit. *graviſſime dicerentur, PLACERE, mihi domum reſtitui.* Et cum de varia Senatuſconſultorum conceptione verba faceret. *Quatuor omnino genera ſunt, judices: in quibus per ſenatum more majorum ſtatuatur aliquid de legibus: unum eſt hujuſmodi: PLACERE legem abrogari, ut Q. Cæcilio, Marco Julio conſulibus, quæ leges rem militarem impedirent, ut abrogarentur.* Nec hanc ſolum formulam integer obſervabat ſenatus, cum reſponſa dabat, aut decreta efferebat in album; ſed & ſinguli ſenatores, cum eorum ſententiæ rogarentur. Valerius Maximus de Scipione Æmiliano. *Idem,* ait, *cum Servius Sulpitius Galba, & Aurelius Cotta conſules in ſenatu contenderent, uter adverſus Viriatum in Hiſpaniam mitteretur, ac magna inter patres conſcriptos diſſenſio eſſet, omnibus quonam ejus ſententia inclinaretur, expectantibus. Neutrum, inquit, mihi mitti PLACET: quia alter nihil habet, alteri nihil eſt ſatis: æque malam licentiæ imperii magiſtram judicans inopiam, atque avaritiam: quo dicto ut neuter in provinciam mitteretur, obtinuit.* Quod ſi olim in Senatu non quid inſtituendum, ſed prohibendum quid decerneretur, contra pronunciabant: id eſt, NON PLACERE. Cicero: *Atque ita ſententiæ dicebantur, cum Siamnius abſens reus factus eſſet, de abſente judicium nullum fieri PLACERE: & ſi quid eſſet factum, id ratum eſſe NON PLACERE.* Idem, *niſi hæc ipſa lex, quam Cajus Cornelius tulit, obſtitiſſet, decreviſſem, ſenatui NON PLACERE, id judicium de Syllæ bonis fieri.* Livius. *Decrevit ſenatus,* inquit, *Tribunos plebis NON PLACERE cauſas militares cognoſcere, quo minus ad edictum conveniretur.*

Ulpianus in L. item veniunt 22. §. præter verſ. pridie Idus hæc Verſ. cum autem Verſ. Item placere.
Cicero epiſt. 1. lib. 4. ad Atticum Idem in orat. pro Cornelio de majeſtate.
Val. Max. lib. 6. c. 4.
Cicero lib 4 in Verrem,
Idem in Corneliana..
Livius 34.
Idem lib. 33

## Placuit inter eos.

IN CC. MS. poſt verbum. PLACUIT, additur, INTER EOS: quod indicat hanc eſſe concilii renunciationem teſtimonio notarii confirmatam, ut paulo ſuperius obſervavi. Concilia enim non ſolum indicebantur & habebantur in eccleſia, ſed & illorum etiam fiebat in eccleſia promulgatio, ut nota fierent univerſo populo Chriſtiano. D. Iſidorus: *Concilium,* ait, *quoque nullus ſolvere audeat; niſi fuerint cuncta determinata, ita ut quæcumque deliberatione communi finiuntur, epiſcoporum ſingulorum manibus ſubſcribantur, ita tamen ut ante duos aut tres dies, quam ſolvatur concilium, omnes conſtitutiones a ſe editas diligenti conſideratione retractent, ne in aliquo offendiſſent. Item in die quo concilium abſolvendum eſt, canones qui in ſancta ſynodo conſtituti ſunt, coram eccleſia in publico relegantur: quibus explicitis, reſpondeatur in choro, Amen: Deinde ad locum redeuntes, ubi in concilio reſederunt, canones ipſos ſubſcribunt.* Hoc ipſum obſervare ſolitos Romanos olim conſtat: leges enim & conſtitutiones imperatorum in ſenatu recitatæ confirmabantur, ut Theodoſius & Valentinianus impp. ſcripſerunt. Athalaricus etiam rex apud Caſſiodorum ad ſenatum urbis Romæ. *Hæc in cœtus veſtri ſplendore recitentur, & per triginta dies præfectus urbis locis celeberrimis faciat ſolemni more proponi.*

D. Iſid. lib. de modo celebrandi conc.
Theodoſ. & Valentin. impp. l. 8. de legib.
Lib. 9. var. c. 19.

Conc. Carthag. 1. can. 1. & Canone 10.
Conc. African. can. 58. & 59.

## Ad templum idoli idolatraturus acceſſerit.

*Quæ ſit templorum origo; quæ ratio.*

## CAPUT III.

ANTEQUAM templa eſſent & loca ad cultum Deo habendum certa & præſcripta, in montibus & agris

ſub

Geneſ. 21. Geneſ. 24. Matt. 14. Marc. 6. Luc. 22. Joan. 6.

ſub dio orabant olim. De Iſaac legimus quod in agrum A exibat ut meditaretur, id eſt, oraret. Deum & dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in monte Olivarum oraſſe, ut turbam hominum fugeret, ſanctorum Evangeliſtarum teſtimoniis conſtat. Apud Perſas, neque templa, neque ſtatuas, neque aras extruere, conſuetudo erat: quinimo his auctoribus Xerxes inflammaſſe templa Græciæ dicitur, quod parietibus includerent deos, quibus omnia deberent eſſe patentia ac libera, quorumque hic mundus omnis templum eſſet & domus, ut refert Cicero.

Cicero lib. 2. de legibus. Herodot. l. 1.

Quare in more illorum poſitum fuiſſe, editiſſimis quibuſque conſcenſis montibus orare, Herodotus affirmat. De templis autem Gentium poſtea: de populo vero Iſraelitico agendum prius. Tabernaculum a Moyſe Deo conſtructum eſt, quod etiam templum & domus Dei dictum eſt: *Ingreſſus eſt Elcana & Anna in domo Dei in Silo, & puer Samuel erat cum ipſis.* Et poſtea dicitur quod Samuel dormiebat in templo Dei: tabernaculum enim quod fixit Moyſes, erat in Silo. Hoc autem tabernaculum præcipiente Domino, feciſſe Moyſen, & ſacraſſe cum menſa & altari æreis vaſis & utenſilibus ad divinum cultum explendum; nec ſolum divinis precibus ea ſacraſſe, ſed etiam ſancti olei unctione, literis ſacris traditum eſt, & Felix PP. IV. ſcribit ad omnes epiſcopos. Poſtea vero regium & magnificum templum a Salomone extructum, adhibitis multis ceremoniis & orationibus ſacratum fuiſſe, ut dignus fieret locus ille, in quo orantes a Deo exaudirentur, dignareturque inibi Deus, ut pote in loco ſibi ſoli & ejus cultui dicato inhabitare. Ante hæc autem rex Salem panes obtulit domino. Et ante eum nomen domini invocavit Enos, Abel & Adam. Sed an id in templis effecerint, quia divinarum literarum teſtimonio non conſtat, affirmare non auſim.

1. Reg. 1. 1. Reg. 3. Exod. 25. Felix papa 4. in ep. ad orientales epiſcop. cap. 2. apud Grat. in c. tabernaculum de conſecratione diſtinct. 1. 3. Reg. 8. Geneſ. 14.

Inter gentes autem, Epimenidem Cretenſem primum omnium templa diis ædificaſſe, auctor eſt Diogenes, etſi Vitruvius Pythium architectum primum omnium Prienæ ædem Minervæ feciſſe tradat. Herodotus vero Ægyptios primos diis delubra ſtatuiſſe ſcribit: quod Phoroneo Ægyptio, aut Meropi, ex Varrone in admirandis tribuit Arnobius. Romæ autem, teſte Livio, Romulus C templum dicavit Jovi Feretrio, quod primum omnium more gentis ſacratum fuit. In Hiſpania autem antiquiſſima fuiſſe templa diis dicata, illud indicat; quod Plinius refert, annos videlicet ducentos ante excidium Trojæ, templum Dianæ ſacratum. *Et in Hiſpania Sagunti, ajunt, templum Dianæ a Zacyntho advecta cum conditoribus, annis ducentis ante excidium Trojæ, auctor eſt Bocchus, infraque oppidum ipſum id haberi, cui pepercit religione inductus Hannibal, juniperi trabibus etiam nunc durantibus.* Zacynthum autem fuiſſe comitem Herculis & ab eo Zacynthum & poſtea Saguntum ædificatum recenſet Vaſſæus. In inſula Gaditana in extremis Bæticæ provinciæ finibus templum Herculis fuiſſe celebre, & in eo duas illas columnas (quas Herculis vocant) refert Olivar. Apud Gaderam in Hiſpania exſtare templum ſenectuti dicatum, quod maxime ætatem, utpote magiſtram rerum venerarentur, alterum vero morti, ut communi quieti & portui miſeriarum, poſt exantlatos labores, Ælianus eſt auctor. Ut ab antiqua ergo & vana gentium ſuperſtitione ad veri Dei cognitionem Hi- D ſpanorum animi revocarentur, ſemelque revocati in vera & ſancta Chriſti religione diutius conſtantiuſque perſeverarent: ideo decernunt Hiſpanicæ eccleſiæ patres, ne quiſpiam Chriſtianæ doctrinæ myſteriis imbutus, adulta jam ætate, ad idola gentium idolatraturus accedat, accedentis vero crimen graviſſima, ſed juſtiſſima animadverſione coercent. Erant enim tunc, ethnicorum imperatorum tyrannide, nondum omnino propagata Chriſtiana religione, eccleſiæ in civitatibus, a Chriſtianis Deo vero ſacratæ: ſed templa plura a gentibus dicata dæmonibus, quorum multa, oblata idonea occaſione, dirui poſtea (Oſio forſan ſuggerente) imperator Conſtantinus decrevit, ut refert Euſebius. & poſt illum rem ipſam confirmavit Conſtans ejus filius: ſolum illa templa quæ extra muros erant reſervari Romæ juſſit in L. 3. C. Theod. de Pagan. quæ non recte ab Anniano ejus codicis compilatore ordine quartæ præponitur, cum poſtponi debuiſſet, ut tempore poſterior. *Nam cum ex non nullis*, ait, *vel ludorum, vel Circenſium, vel agonum origo fuerit exorta, non convenit ea convelli, ex quibus populo Romano præbeatur priſcarum ſolemnitas voluptatum.* Poſtea vero ſingulari hac omnia pietate Arcadius E & Honorius impp. ſuſtulerunt. *Si qua*, ajunt, *in agris templa ſunt, ſine turba & tumultu diruantur. his enim dejectis atque ſublatis, omnis ſuperſtitionis materia conſumetur.* Eximia tamen & ſumma religione Hiſpanus noſter Theodoſius omnia fana, templa, delubra reliquis reſervata, præcepto magiſtratuum non dirui ſolum, ſed collocatione venerandæ Chriſtianæ religionis ſigni expiari præcepit.

Diogenes l. 2. Herodotus lib. 2. Arnobius lib. 6. adverſus gentes. Plin. lib. 16. cap. 40. Vaſſæus in chroni. Hiſpan. an. 339. Petrus Olivarius ad Solinum c. 36. Ælianus de varia Hiſtoria. Euſebius de vita Conſtantini l. 3. cap. 52. Conſtans Imper. in l. 4. C. Theod. de Paganis. Arcad. & Honor. in l. 16. ejuſdem C. & tit. Theod. in l. 25. ejuſ. Cod. & tit.

Idolatraturus acceſſerit.

*Quæ idoli etymologia, quæ idololatriæ exterioris & interioris vetuſtas.*

## CAPUT IV.

IDOLI nomen a Græco εἶδος, quod Latine formam ſonat, & ab eo per diminutionem εἴδωλον deductum, æque ut apud nos formulam docuit Tertull. *Exinde jam caput facta eſt idololatria ars omnis, quæ idolum quoquo modo edit. Neque enim intereſt, an plaſtes effingat, an cælator exſculpat, an phrygio detexat: quia nec de materia refert, an gypſo, an coloribus, an lapide, an ære, an argento, an filo formetur idolum. Quando enim & ſine idolo idololatria fiat: utique cum adeſt idolum, nihil intereſt quale ſit, quæ de materia, quæ de effigie, ne qui putet id ſolum idolum habendum, quod humana effigie ſit conſecratum. Ad hoc neceſſaria eſt vocabuli* B *interpretatio. εἶδος, Græce formam ſonat, ab eo per diminutionem εἴδωλον deductum, æque apud nos formulam fecit. Igitur omnis forma & formula idolum ſe dici expoſcit. Inde idololatria omnis circa omne idolum famulatus & ſervitus.* Quæ cum in ſuum opus originum & etymologiarum tranſtuliſſet D. Iſidorus, quædam ex exemplari non recte immutavit. *Idolum autem*, inquit, *eſt ſimulacrum, quod humana effigie factum & conſecratum eſt, extra vocabuli interpretationem. εἶδος enim Græce formam ſonat, & ab eo per diminutionem idolum deductum: quod apud nos formulam facit. Igitur omnis forma, vel formula, idolum ſe dici expoſcit. Inde idololatria, omnis circa idolum famulatus & ſervitus.* Si enim quacumque formula idololatria eſt, neceſſe non erit, quod forma ſit humana: nihil enim intereſt, ut Tertullianus ait, (a quo ea deſumpſit Iſidorus) quale ſit, quæ de materia, quæ de effigie conſecratum: hæc enim quæ in partem negantem protulit Tertullianus, in af- C firmantem parum attente tranſtulit Iſidorus, vel Iſidori exſcriptores; apud quem pro verbo, Humana, legendum putarem, Quacumque: ut ſenſus ſit, quem poſtea idem Iſidorus indicavit, dum dixit. *Igitur omnis forma, vel formula idolum ſe dici expoſcit.* Ad finem ejuſdem verſiculi leve aliud mendum tollendum eſt. *Quidam vero*, ait, *Latine ignorantes Græce, imperite dicunt, idolum ex dolo ſumpſiſſe nomen: quod diabolus creaturæ divini numinis ingeſſit.* Verbum, Latine, in Latini, eſt convertendum, ut contextus ſit. Quidam vero Latini, ignorantes Græce, dicunt imperite, idolum ex dolo ſumpſiſſe nomen.

Tertull. lib. de idololatria c. 3. D. Iſid. lib. 8. etymolog. c. fin.

Idolorum & ſimulacrorum uſum a deſiderio mortuorum originem habuiſſe, Auguſtinus docuit, cujus ſententiam ſecutus eſt Iſidorus, & ante hos B. Fulgentius, (ſi illius operis eſt auctor) in ſuis mythologiis, & D. Cyprianus. Eorum antiquitatem varie repetit idem Iſidorus. *Apud eos*, Hebræos ſcilicet, *idolum, ſive ſimulacrum Iſmael dicitur: Judæi dicunt, quod Iſmael primus ſimulacrum luto fecerit. Gentiles autem primum Pro-* D *metheum ſimulacra hominum de luto finxiſſe perhibent, ab eoque natam eſſe artem ſimulacra & artes fingendi: unde & poetæ ab eo homines primum factos eſſe confingunt, figurate propter effigies. Apud Græcos autem Cecrops, ſub quo primum in arce oliva orta eſt, & Athenienſium urbs ex Minervæ appellatione nomen ſortita eſt: hic primus omnium Jovem appellavit, ſimulacra reperit, aras ſtatuit, victimas immolavit, nequaquam iſtiuſmodi rebus in Græcia unquam viſis.*

D. Aug. lib. 22. contra Fauſtum cap. 16. D. Iſid. lib. 8. etymol. c. fin. D. Cypr. in lib. Quod idola non ſunt dii.

Herodotus, Ægyptios omnium primos duodecim deorum cognomina cenſuiſſe, primos diis aras, ſimulacra & delubra ſtatuiſſe, animalium figuras ſaxis inſculpſiſſe, & ab illis Græcos fuiſſe mutuatos refert. Alii (authore Diodoro) Æthiopes ajunt ſimulacrorum uſum primum attuliſſe, & ab his accepiſſe deinde Ægyptios. D. Fulgent. ex lib. 14. antiquitatum Diophantis retulit idoli inventionem in Syrophanem Ægyptium, virum locupletem, qui mortui filii unigeniti ſimulacrum in ædibus propoſuit, doloris ſolatium; dumque triſtitiæ remedium quærit, ſeminarium potius doloris invenit; neſciens, quod ſola ſit medicina miſeriarum, oblivio: fecerat enim ille unde luctus reſurrectionis in dies augeſceret, non in quo luctus ſolatium inveniret. Denique E idolum dictum eſt εἰδοδύνη, quod nos Latine ſpecies doloris dicimus. Namque univerſa familia in domini adulationem aut coronas plectere, aut flores inferre, aut odoramenta ſimulacro ſuccendere conſueverat: nonnulli etiam ſervorum culpabiles domini furiam evitantes, ad ſimulacrum profugi, veniam merebantur, & inde, quaſi ſalutis collatore certiſſimo, florum aut thuris offerebant munuſcula, timoris potius effectu, quam amoris affectu. Hyginius & Lactantius a Prometheo hunc uſum manaſſe dicunt, natamque artem ſtatuas, & ſimulacra fingendi. Sed longe ante Prometheum idolorum origo fuit. nam Prometheus, teſte Euſebio, poſt Ogygium diluvium, in Attica fuit, Joſephi patriarchæ temporibus.

Herodot. l. 2. Diodorus l. 4. D. Fulgent. lib. 1. Mytholog. Hyginius fabula 274. Lactantius l. 2. divinar. inſtitut. Euſeb. in chron. Geneſ. 9.

Joſeph. lib. 1. antiquitatum. Lactan. lib. 1. de falſa religione, ad fin.

bus : at antea, Rachael Laban patris ſimulacra furata A eſt, ex Geneſi & Joſepho. Didymus Meliſſeo Cretenſium regi primum, ſacrificia, ritus, pompam, & ſacra accepta refert. Euhemerus Jovi tribuit, hiſtoriam recenſens, quam late commemorat Lactantius. Beroſus Ninum ait fuiſſe primum, qui idololatriam invexerit, qui primus templum Belo patri, Junoni, & Rheæ aviæ ſtatuas in medio oppidi erexerit. D. Hieronymus. *Ninus rex Aſſyriorum adverſus Zoroaſtrem magum, regem Bactrianorum, forti certamine dimicavit, & in tantam pervenit gloriam, ut patrem ſuum referret in Deum, qui Hebraice dicitur Bel bel.* Galatinus ab eodem Nenibrot Aſſyriorum tyranno originem idolorum ducit, & ab eo homines edoctos igni tanquam rei potentiori ſacra facere, & ſic illud perſuaſiſſe Gentibus, ut Chaldæi undique Deum ignem circumferrent, & eo tanquam valentiore ceterarum gentium Deos æreos, ligneos conficerent, donec fraude ſacrificuli occurſum eſt huic adoratori Deo, propoſita perforata obductis cera foraminibus urna, & plena aqua, ad quam ut illic admoverunt ignem ſuum, diſſoluta cera diffluens aqua extinxit, B magno circulatorum ſtupore. Quod ſi ab idololatria exteriori ad interiorem dilabamur, altius multo originem repetit Juſtinus martyr, exiſtimans protoparentes paradiſo ejectos, quod deos crederent, qui non eſſent, deorumque nomen poſteris tradidiſſent : quod non diſplicuit Ambroſio, qui ſerpentem vocat originem idololatriæ : & alibi. *Qui autem ſunt, qui contempto Deo peccaverunt, niſi qui neglecto creatore ſervierunt creaturæ, Deos ſibi conſtituentes quos colerent ad injuriam Dei? Nam & Thare pater Abrahæ, & Nachor, & Laban proprios Deos ſibi vindicabant, & peccatum Adæ non longe eſt ab idololatria. Prævaricavit enim putans ſe hominem futurum Deum. Æſtimavit enim hoc magis profuturum, quod diabolus ſuaſit, quam quod Deus juſſit, in loco Dei diabolum ſtatuens, unde & ſubjectus eſt diabolo.* Id quoque viſum Clementi, Theophilo Antiocheno & D. Epiphanio, *Serpens decepit Evam, dicens : Eritis ſicut dii : deinde progrediente tempore, multiformem & monſtruoſam imaginationem ipſis induxit; ab uno enim ve- C ro Deo ipſos abduxit, & olim blaſphemam idololatriæ vanitatem ipſis immiſit.* Ad peccatum angelorum Luciferi & reliquorum, quam idololatriam vocarunt, ſunt ex veteribus qui referant. An autem idola arte ſtatuaria, plaſtica, ſculptura, vel pictura primum conſtiterint, ſcrupulus aliquando injectus eſt, quem aliqua ex parte exemiſſe videtur Plinius, plaſticam tradens ſtatuaria & pictura fuiſſe priorem. Suſpicari facile eſt, ea adinventa idolum factum fuiſſe. Et hoc eſt quod Core Corinthia, auctore Plinio & Athenagora, eam quæ vocatur Caroplaſtice, prima inveniſſe dicitur : amore enim cujuſdam viri cum teneretur, illo peregre abeunte, umbram ex facie ejus ad lucernam in pariete lineis conſcripſit, quibus pater ejus (Dibutades Sicyonius perhibetur) primus hujus operæ figulus, impreſſa argilla typum fecit, & cum ceteris fictilibus induratum igni propoſuit. Eodem reſpexit Epiphanius, cum per figlinam ſcientiam primum imagines effictas, ſcribit : Sed earum inventores Græcis & Thuſcis antiquiores facit Ægyptios, D Babylonios, Phryges, & Phœnices, imo a Thare qui in Cappadocia primus aram defuncti filii fieri juſſit, repetit originem. Sed verum illud eſt, quod Ariſtoteles docet, nihil prohibere, eaſdem artes a diverſis, vel eodem, vel etiam diverſo tempore, citra ullam communicationem inveniri. Apud Hiſpanos, (ut de reliquis Gentibus taceamus) idololatriam, Betone Hiſpaniarum rege humanis rebus ſublato, Geryonis ætate, qui Betoni in regno ſucceſſit, primum ab Oſiride (qui tunc ex Ægypto venit in Hiſpaniam, & Dionyſius eſt vocatus) initium habuiſſe a noſtris, memoriæ proditum eſt; Oſiridem autem filium fuiſſe ex Semele filia Jovis Cadmi, a Diodoro Siculo.

D. Hier. in Oſeæ cap. 2.

Galatin. l. 4. cap. 20.

Ambroſ. l. 1. de Paradiſo. c. 2. Idem c. 5. ad Rom.

Juſtin. Mart. in admonit. ad Gent. Clemens l. 2. recognitio. Theoph. Antio. 2. ad Autolycum. D. Epiphan. lib. 1 de hæreſ. tom. 3. hæreſ. 37. quæ eſt Ophitarum. Geneſ. 12. & 31. Geneſ. 31. Plinius. l. 34. cap. 7. Idem lib. 35. cap. 12. Athenagor. Apolog. pro Chriſtianis.

Epiph. in pan. Panarii.

Vaſſæus in chronic. c. 10. an. 154. poſt diluvium. Diod. Sicul. lib. 1.

## Et fecerit, quod eſt crimen capitale.

*Cur idololatria crimen capitale, vel principale dicatur.*

### CAPUT V.

IN manuſcriptis *principale* : utrumque recte : ſed primitivæ eccleſiæ patres, idololatriam crimen principale frequentius vocabant, quod illud nimia delicti gravitate principem locum inter reliqua crimina obtineat. Tertullianus. *Principale crimen generis humani, ſummus ſæculi reatus, tota cauſa judicii idololatria.* De quo hanc mox rationem reddit. *Nam etſi ſuam ſpeciem tenet unumquodque delictum, ſi ſuo quoque nomine judicio deſtinatur, in idololatria tamen crimine expungitur. Omitte titulos, operas recognoſce, idololatres, idem homicida eſt. Quæris quem occiderit? ſi quid ad elogii ambitionem facit, non extraneum, nec inimicum, ſed ſeipſum. Quibus inſidiis? erroris ſui. Quo telo? offenſa Dei. Quot plagis? quotquot idololatriis. Qui negat idololatrem periſſe, is negabit idololatrem homicidium feciſ-* A *ſe. Proinde adulterium & ſtuprum in eodem recognoſcas : nam qui falſis diis ſervit, ſine dubio adulter eſt veritatis : quia omne falſum adulterium eſt. Sic & in ſtupro mergitur. Quis enim immundis ſpiritibus operatus, non conſpurcatus & conſtupratus incedit? Atque adeo ſcripturæ ſanctæ ſtupri vocabulo utuntur in idololatriæ exprobratione. Fraudis conditio ea eſt, opinor, ſi quis alienum rapiat, aut alii debitum neget, & utique erga hominem admiſſa fraus, maximi criminis nomen eſt. At enim idololatria Deo fraudem facit, honores illi ſuos denegans, & conferens aliis, ut fraudi etiam contumeliam conjungat. Quod ſi tam fraus, quam ſtuprum atque adulterium mortem adferunt, jam in his æque idololatria de homicidii reatu non liberatur. Poſt talia crimina, tam exitioſa, tam devoratoria ſalutis, cetera quoque ad aliquem modum & ſeorſum proinde diſpoſita in idololatria conditionem ſuam repræſentant. In illa & concupiſcentiæ ſæculi. Quid enim idololatriæ ſolemnitas ſine ambitione cultus & ornatus? In illa laſciviæ & ebrietates, cum plurimum victus, & ventris, & libidinis cauſa fre-* B *quentantur. In illa injuſtitia. Quid enim injuſtius ea, quæ juſtitiæ patrem neſcit? In illa etiam vanitas, quum tota ejus ratio vana ſit. In illa mendacium, quum tota ejus ſubſtantia mendax ſit. Ita fit, ut omnia in idololatria, & in omnibus idololatria deprehendatur.* Summum delictum ſæpe vocat D. Cyprian. aliquando graviſſimum & extremum : ingens & immenſum presbyteri & diaconi Romæ conſiſtentes ad Cyprianum. Nam ut ipſe ad Stephanum papam ſcribit, quod majus poteſt eſſe delictum, aut quæ macula deformior, quam adverſus Chriſtum ſtetiſſe? quam eccleſiam ejus, quam ille ſuo ſanguine paravit & condidit, diſſipaſſe? Eum ergo, qui non ſolum templum Gentilium ingrederetur, ſed & idolis ſacra faceret, communione privandum merito decernitur. Nec epiſcopi ſolum, ſed & imperatores Chriſtiani ſummi hujus ſceleris reatum puniendum conſtituerunt. De Conſtantino teſtis eſt Conſtantius Auguſtus ejus filius. Poſtea tamen pœnam gladii ſacra diis facientibus idem propoſuit, bonis omnibus fiſci juribus C addictis. *Placuit omnibus locis atque urbibus univerſis claudi protinus templa, & acceſſu vetitis omnibus licentiam delinquendi perditis abnegari : volumus etiam cunctis ſacrificiis abſtinere. Quod ſi quis aliquid forte hujuſmodi perpetraverit, gladio ultore ſternatur : facultates etiam perempti fiſco decernimus vindicari; & ſimiliter adfligi rectores provinciarum, ſi facinora vindicare neglexerint. Pœnæ illos capitis ſubjugari idem Conſtantius & Julianus præcipiunt, quos operam ſacrificiis dare, vel colere ſimulacra conſtiterit. Confirmarunt aliis pœnis Gratianus, Valentinianus, Theodoſius, & poſt ipſos, Leo & Anthemius imperatores.*

D. Cyprian. epiſt. 10. ad Clerum, & epiſt. 11. ad martyres, & 12. ad plebem, & lib. de lapſis. Presbyteri & diaconi in epiſt. ad Cypr. quæ extat inter ejuſdem epiſt. 30. Cyprian. in ep. 92. ad Stephanum. PP.

Conſtant. Imp. l. 2. Cod. Theod. de paganis. L. 4. ejus tit. & C. l. 6. ejuſdem tit. & Cod. Grat. Valent. & Theod. in l. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. Cod. Theod. ejuſd. tit. Leo & Anthemius in lege nemo. C. de pagan.

## Nec in fine eum ad communionem ſuſcipere.

*Quid communionis nomine contineatur : & an perpetua communionis interdictio juſta fuerit nec ne?*

### CAPUT VI.

PRÆSTAT manuſcriptorum lectio, ſine præpoſitione. *Nec in fine eum communionem ſuſcipere.* Hoc uno inter alia ſeveritatis exemplo permotus aliquando Cæſar Baronius, de auctoritate hujus concilii nonnihil voluit detractum, exiſtimans hæreſim Novatiani ſapere, in extremo conſtitutis euchariſtiæ ſacramentum negare : cum Chriſtus promiſerit peccatori, quacumque hora ingemuerit, exaudiendum. Hoc ipſum concilio huic impoſuerunt alii. Quod cum paulo ſuperius refutandum nobis offerretur, ne longius tunc progrederetur oratio, ad hunc locum reſervavimus. Eccleſia igitur Hiſpanica, S. Romanæ auctoritate ſuffulta, & divini numinis gratia (ut veriſimile eſt) illuſtrata, nunquam deſpexit lapſorum ſalutem, non deſperavit medicinam morientium : nec reſipiſcentibus adhuc in vita aditum interclusit ad veniam : cum lapſos viventes communione ſacra, & eccleſiaſtica poſt tempus, morientes æterna felicitate, & frui & ſatiari, pietate paterna, E materna benignitate, & avita teneritudine ſemper & voluerit & optarit, & latis multis ſanctionibus oſtenderit : ſed cum his mollire quorumdam impiorum duritiem nequiſſet, graviſſima & cenſoria & judicis aſſumpta ſeveritate, invita quodammodo, eam vel perſtringere aliquando curavit, & efficere tandem, ut quos inſtituta majorum, quos ſanctorum patrum exempla, quos ſpontanea fidei profeſſio, quos dulce Chriſti jugum intra eccleſiam continere non potuit, contineant tandem graviſſimæ Petri claves, & acutiſſimus Pauli gladius, acriores in terra cœleſtis & divinæ juſtitiæ vindices, quorum vel ſola auditione a tam nefario ſcelere vel impiiſſimi poſſent deterreri. Proponunt enim non temporalem aut certis annorum terminis circumſcriptam, ſed perpetuam ſacræ communionis interdictionem apoſtatis a fide. Quod ſane ſupplicium in primitiva ec-

Cæſar Baronius tom. 2. annal. eccleſiaſt.

Cirati cap. 4. lib. 2.

*Lapſos reſipiſcentes admittit ad veniam concilium IIII. Iberitanum canone 22. Et morientes catechumenos æterna beatitudine perfrui ſub fide qua crediderunt, declaratur can. 77.*

cleſia

cleſiæ incunabulis non utiliſſimum modo, ſed prope neceſſarium ad cohibendam peccatorum licentiam eſt habitum: cum ut ipſi de manſuetudine eccleſiæ confiſi, a recto religionis tramite longius aberrare extimeſcerent: tum ut aliorum audacia, qui ab orthodoxa fide vellent diſcedere, horum exemplo & ſupplicii gravitate reprimeretur. Quod agnovit, retulit, & probavit Innoc. PP. I. reſcribens ad Exuperium. *Et hoc quæſitum eſt, quid de his obſervari oporteat, qui poſt baptiſmum, omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ ſuæ, pœnitentiam ſimul & reconciliationem communionis expoſcunt: de his obſervatio prior, durior: poſterior, interveniente miſericordia, inclinatior eſt. Nam conſuetudo prior tenuit, ut concederetur eis pœnitentia, ſed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne communionis conceſſa facilitas homines de reconciliatione ſecuros non revocaret a lapſu, negata merito communio eſt, conceſſa pœnitentia, ne totum penitus negaretur: & duriorem remiſſionem fecit temporis ratio. Sed poſtquam dominus noſter pacem eccleſiis ſuis reddidit, jam depulſo terrore, communionem dari obeuntibus placuit, & propter domini miſericordiam, quaſi viaticum profecturis, ne Novatiani hæretici negantis veniam, aſperitatem & duritiam ſubſequi videamur. Tribuitur ergo cum pœnitentia extrema communio, ut homines hujuſmodi, vel in ſupremis ſuis, permittente ſalvatore noſtro, a perpetuo exitio vindicentur.*

Innoc. I. in epiſt. ad Exuper. epiſcopum Toloſanum. c. 2.

Ecce quomodo Innocentius, temporum viciſſitudini cedens, quod uno ut utile, juſtum & neceſſarium probat, altero, ut inutile, grave & acerbum rejiciendum conſuluit. Quod cum ad hujus canonis interpretationem perveniſſem, gaudeo lætorque, animadvertiſſe Cæſarem Baronium, & pro vera & Chriſtiana animi ſui pietate, non ſolum hujus pœnitentiæ ſeveritatem eccleſiæ antiquæ moribus conſentaneam agnoviſſe, ſed præclaro & illuſtri Auguſtini exemplo, priſtinam ſententiam de hujus concilii auctoritate aperte & ingenue retractaſſe: quod ſine jucunda & grata tam pii & eruditi viri memoria, nec potui, nec debui, nec volui prætermittere. Utinam noſtri tanto & veritatis & religionis flagraſſent ſtudio, ut quæ ſemel minori forſan dixerunt conſideratione, ſecundis cogitationibus melioribus & lucubrationibus emendaſſent: melius enim & ſuo nomini & literarum ſtudiis eſſet conſultum: tunc enim optime veritatem defendi, ſapienter teſtatur Leo magnus pontifex ſanctiſſimus, cum opinio falſa a propriis damnatur auctoribus. Nec ab Innocentio ſolum hujus antiquæ pœnitentiæ ſeveritatem probatam legimus, ſed & ab Adriano papa hujus nominis primo. Canonem LXXV. hujus concilii eiſdem verbis retulit. *Si quis epiſcopum, aut presbyterum, aut diaconum, falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei eſſe communionem.* Eamdem pœnam confirmarunt antiqui Colonienſis concilii patres in quo XIII. hujus concilii canonem & pœnitentiam totidem verbis referentes probarunt, poſt alia: *Quod & de virginibus ſi mœchatæ fuerint, ſtatuimus ſicut in concilio Eliberitano c. XIII. ſcriptum eſt. Virgines quæ ſe Deo dedicaverunt, ſi pactum perdiderint virginitatis, atque eidem libidini ſervierint, non intelligentes quid amiſerint, placuit nec in fine dandam eis eſſe communionem.* Eamdem pœnam vel medicinam potius ſanxit concil. Moguntinum III. ſub Arnulfo, & aliud Moguntinum ſub Rabano, & ipſe Rabanus Maurus archiepiſcopus ſæpe in ſuo pœnitent. libro. Eamdem apoſtatis impoſuit concilium Arelaten. I. *De his qui apoſtatant & antequam ſe ad eccleſiam repræſentent, ne quidem pœnitentiam agere quærunt, & poſtea in infirmitate arrepti petunt, eis non dandam communionem.* Eamdem probavit concilium apud ſanctum Medardum in Suburbio Sueſſionenſi tempore Caroli regis, in quo patres Gallicanos hujus concilii auctoritate, & pœnæ ſimilitudine gravem cauſam inter archiepiſcopum Rhemorum Hincmarum, & quoſdam alios terminaſſe, teſtimonio ſuo obſignavit notarius his verbis. *Unde & iidem fratres qui felle amaritudinis majores natu criminati ſunt, quorumque vox muta fore eſt judicata, juxta canonicam auctoritatem, ſecundum concilium Eliberitanum, quod actum eſt tempore Conſtantini cum miſſis apoſtolicæ ſedis, cap. LXXV. Si quis, inquiens, epiſcopum, vel presbyterum, ſive diaconum falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei eſſe communionem.* Nec fidelibus laicis ſolum, ſed epiſcopis communionem, etiam laicam, ut ultimo vitæ ſpiritu interdixit concilium Sardicenſe generale, cui præfuit Oſius, ſi illi, ut ex propriis eccleſiis ad alias aſcenderent, ſimulatum earum officium & literas invitantes confingerent. *Oſius epiſcopus dixit: Etiam ſi talis aliquis extiterit temerarius, ut fortaſſe talem excuſationem afferens aſſeveret, quod a populis literas acceperit: cum manifeſtum ſit, potuiſſe plures præmio & mercede corrumpi eos qui ſinceram fidem non habent, ut clamarent in eccleſia, & ipſum petere viderentur epiſcopum: omnino has fraudes damnandas eſſe arbitror: ita ut nec laicam in fine communionem talis accipiat. Si vero omnibus placet, ſtatuite. Synodus reſpondit, Placet.* In Hiſpania autem perpetuam hanc ſacræ communionis privationem multo

Cæſar. Baron. 2. tom. annal. eccl.

Adrian. papa in ea canonum collectione quam fecit ad cauſæ ſuæ tuitionem.

Concil. Colon. cap. 26.

Conc. Moguntin. 3. ſub Arnulfo cap. 26.

Aliud concil. Mogunt. ſub Rabano c. 26

Rabanus in pœnitent. libro. cap. 4.

Concil. Arelaten c. 22.

Concil. Sueſſion. apud S. Medardum in actis ad finem can. ult.

Concilium Sardicenſe can. 2.



A poſt in eccleſiæ uſu fuiſſe ob leviora adhuc delicta, ex concilio Ilerdenſi conſtat. *Epiſcopi, ait, presbyteri, diaconi relicta, ſi maritum acceperit, in fine non communicet.* Concilium Toletanum, adverſus illos qui abſque ſubita vel extrema corporis neceſſitate euchariſtiam projeciſſent, id ipſum decrevit. *Jam vero, ait, quicumque, aut de fidelium, aut infidelium numero corpus domini abſque inevitabili infirmitate projecerit; ſi fidelis eſt, perpetua communione privetur: ſi infidelis, verberibus ſubdatur, & perpetuo exilio relegetur.* Eamdem pœnam impoſuit antea concilium Cæſaraugustanum primum ſi ſuſceptam euchariſtiam in eccleſia fidelis non conſumpſiſſet. Quam iterum confirmarunt adverſus eos, qui aliquo idololatriæ crimine polluerentur. *Item legit vigeſimo & uno die, quo a XVI. Kal. Janu. uſque in diem Epiphaniæ, quæ eſt octavo Idus Januarii, continuis diebus nulli liceat de eccleſia ſe abſentare, nec latere in domibus, nec ſedere ad villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, ſed concurrere ad eccleſiam: quod qui non obſervaverit, his decretis anathema ſit in perpetuum.*

Ex vetuſto codice librorum 5. ca. 134. libri 2. refert Laurent. Surius ad finem Ilerdenſis.

Conc. Tolet. 11. c. 11.

Cæſaraugusta. 1. Can. 3.

Idem. can. 4.

B Anathema autem in perpetuum, quid aliud eſt quam perpetua ſacræ communionis privatio, ab hoc primum concilio fateor profecta, repetita paulo poſt Sardicenſi, Colonienſi, Moguntino, Vvormacienſi, Sueſſionenſi, Cæſaraugustano, Ilerdenſi & Toletano; ac tandem a pontificibus Adriano & Innocentio confirmata. Aut ea igitur omnia concilia & pontifices ex ſacro conciliorum & pontificum numero turpiter rejici oportet: aut hoc noſtrum ſanctiſſime retineri: cum ferendum non ſit, ut quibus rebus tot patres, tot epiſcopi, tot provinciæ, tot gentes vere gloriantur, eaſdem in nobis falſo reprehendant. Si animadvertant præſertim, tanto eſſe graviorem poſteriorem hanc pontificum & conciliorum, quam Illiberritani ſeveritatem, quanto durius acerbiuſque cenſeretur hodie antiquis Chriſtianis, quam Turcis, Perſis, aut Mauris recenter converſis, euchariſtiæ negari ſacramentum. Quod genus antiquæ ſeveritatis ætas hæc noſtra non diligenter ſolum obſervavit, ſed addito majore multo rigore auxit, nam Indos ad fidem recens converſos, etiam nullo crimine admiſſo, & vivos & morientes a communione repellit. C Idque adeo uſu receptum eſſe teſtatur Joſephus Acoſta, doctus & diligens rerum Indicarum explorator. *Ut ſi contra fieri contingat*, ſic ait, *non leve ſcandalum homines putent.* Quod quamvis recentiori concilii Limenſis decreto revocatum ſit, multorum antea annorum decurſu, inveteratus Indicarum eccleſiarum uſus, quæ diximus ſeveritate retinuit. Et cum his item Arabibus, quos Moriſcos dicimus, obſervatum in Hiſpania parentum noſtrorum ætate accepimus: & cum his præterea qui ob graviora delicta patibulis affigerentur. Hi omnes tametſi extremum vitæ ſpiritum agentes, dominica abſtinebantur communione. Hodie autem antiquæ hujus ſeveritatis veſtigium retinet graviſſimus & ſanctus tuendæ adverſus hæreſes religionis noſtræ ſenatus: relapſis in hæreſim, etſi pœnitentibus, in exitu denegat communionem: abſolutionem vero ſacramentalem, nec his, nec reliquis ob graviſſima crimina negarunt unquam Hiſpani epiſcopi; tametſi Robertus Bellarminus, vir de eccleſia, de religione, & ſtudiis ſacris præclare meritus, & alii ejus D præjudicio gravem hunc errorem minus vere illis adſcripſerint. Euchariſtiæ enim tantum communionem ad retinendos homines in religione & officio denegant, communionis nomine euchariſtiam intelligentes, ut proprio loco uberius poſtea probabo. Vides, quid in hac cauſa res ipſa tulerit, quid quorumdam opinio finxerit, quid error tandem conflarit? Decerne igitur, an hi quos ad religionem, ad temperantiam, ad magnitudinem animi, ad juſtitiam & ſeveritatem magnos & excelſos viros natura genuit; an qui divinis his muneribus grata mentis officio reſpondentes, tam inſignem in reficiendis religionis & morum ruinis operam poſuerunt, an quos majores tui torque graviſſimi & ſanctiſſimi diverſarum provinciarum epiſcopi, nec aſperiores cenſuerunt hæc duriores, quam veritas, quam rei natura, quam temporum conditio pateretur. quinimo tam longo ſæculorum uſu probarunt, receperunt, laudarunt, omnibus fidei & religionis orna[illegible] ſpolientur; an E qui diu injuria oppreſſi, afflicti atque vexati ſunt, per tuam fidem, auctoritatem, atque ſapientiam merito tandem debeant recreari. Cum olim præſertim, præter euchariſtiæ ſacramentum, extremam unctionem pœnitentibus denegari Innocentius primus ſit auctor ad Decentium epiſcopum Eugubinum. *Ceterum, ait, ſi epiſcopus, aut poteſt, aut dignum ducit, aliquem a ſe viſitandum, & benedicere, & tangere chriſmate, ſine cunctatione poteſt, cujus eſt ipſum chriſma conficere: nam pœnitentibus iſtud infundi non poteſt; quia genus eſt ſacramenti: nam quibus reliqua ſacramenta negantur, quomodo unum genus putatur poſſe concedi?* Hæc eadem in Germania concilii Vvormacienſis patres ſtabilierunt. Nec diſſimile antiquæ diſciplinæ, & ſeveritatis exemplum nobis Hiſpani epiſcopi propoſuerunt in concilio Bracarenſi I. cum

Joſeph. Acoſta l. 6. de procuranda Indorum ſalute. Conc. Limenſe conſtitut. 58.

Robertus Bellarminus 2. tomo de controverſiis Chriſtianæ fidei lib. 2. Controverſ. 7. capite 8. hujus libri.

Innocentius PP. I. in epiſt. I. ad Decent. epiſcopum Eugubin. c. fin.

Conc. Vvormat. can. 2?

pro mortuis, etiam pœnitentibus, ſi pro gravi crimine admiſſo ultimo ſupplicio afficerentur, nec ſacrificium offerri, nec cum hymnis aut cantu duci ad ſepulturam permiſerunt. *Item placuit*, ajunt, *ut hi qui ſibi ipſis aut per ferrum, aut per præcipitium, aut ſuſpendium, vel quolibet modo, violentam inferunt mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat; neque cum pſalmis ad ſepulturam eorum cadavera deducantur. Multi enim ſibi hoc per ignorantiam uſurpant. Similiter & de his placuit, qui pro ſuis ſceleribus puniuntur.* Quod cum in Germania an jam illud obſervandum a quibuſdam epiſcopis dubitaretur, tandem non obſervandum concilio Vvormacienſi decretum eſt. Leniorem paulo ſententiam in idololatras promulgavit Syricius papa. *Adjectum eſt*, ait, *quoſdam Chriſtianos ad apoſtaſiam (quod dici nefas eſt) tranſeuntes, idolorum cultu, ac ſacrificiorum contaminatione eſſe profanatos, quos a Chriſti corpore & ſanguine, quo dudum redempti fuerant, renaſcendo, jubemus abſcindi, & ſi reſipiſcentes forte ad lamenta fuerint aliquando converſi, his quamdiu vivunt, agenda pœnitentia eſt, & in ultimo fine ſuo, reconciliationis gratia tribuenda: quia, docente domino, nolumus mortem peccatorum, ſed ut convertantur & vivant.*

Bracarenſe con. 1. c. 6.

Conc. Vvormac can. 80. Syricius papa in epiſt. ad Himerium Tarraconenſem epiſc. cap. 3.

Hodie autem quid in eorum cauſa ſit obſervandum, qui afflante divino Spiritu, ex diabolica Saracenorum, vel alia ethnicorum confuſione ad ſpiritualem Hieruſalem ſe receperint, & poſt ſacramentum illuminationis, per quod (ut Juſtini verbis loquar) ex neceſſitatis & ignorantiæ filiis, in voluntatis & ſcientiæ liberos evaſerunt, ad antiquas tenebras reverſi ſint, & nefarium ſcelus nefario ſcelere cumulantes, ſacrificiis aut ritibus ethnicorum navarint operam: videamus. Eos enim judicibus violatæ religionis ſubjici, & ut hæreticos hæreticorum pœnis coerceri, conſtitutio Gregorii XI. nos docet. Pœnas hæreticorum addit Innocentius III. eorum bona fiſco adjici jubens, & reos judicibus tradi ſæcularibus debita animadverſione puniendos decernens. Quod tamen intelligendum eſt, ſi pertinaces fuerint, nam reſipiſcentes, eccleſiæ paci & unitati ſociandos, carceri tamen mancipandos perpetuo, Gregorio IX. placuit. Si autem clerici ſunt, degradandos prius, & addictis bonis eccleſiæ cui inſervierant, judici ſæculari tradendos. Ante tamen quam carceri perpetuo includantur, degradari oportere, Eymerico viſum eſt, & aliis poſt illum.

Juſtinus Martyr in 2. apolog. pro Chriſtian. Greg. XI. conſt. apud. Eymericum p. 2. directorii quæſt. 43.

Innocent. 3. in c. vergentis, &c. ex. communicamus §. damnati: de hæreticis. Greg. IX. in c. excommunicamus 2. §. ſi qui autem de hæreticis. De clericorum pœna. c. excommunicamus 1. & 2. ad finem de hæreti. Eymericus. 3. p. director. q. 94.

*Canon II.* Vulgatus.

*De ſacerdotibus Gentium, qui poſt baptiſmum idolis immolaverunt.*

Flamines qui poſt fidem lavacri & regenerationis ſacrificaverint, eo quod geminaverunt ſcelera, accedente homicidio, vel triplicaverint facinus, cohærente mœchia, placuit, eos nec in fine accipere communionem.

Canon II. *Emendatus.*

*De ſacerdotibus Gentilium, qui poſt baptiſmum idolis immolaverunt.*

Flamines qui poſt fidem lavacri & regenerationis ſacrificaverint, vel geminaverint ſcelera, accedente homicidio, vel triplicaverint facinus, cohærente mœchia, placuit eos, nec in fine accipere communionem.

Flamines qui poſt fidem lavacri & regenerationis ſacrificaverint.

*De flaminibus ethnicorum, non de Chriſtianorum hic agi, & qui flamines dicerentur.*

C A P U T VII.

SACERDOTES ethnicorum, quibus ſacra diis ſingulis faciendi, & victimas immolandi munus dedit, & inſignibus veſtimentis, toga prætexta, & curuli ſella, cum lictore adornavit Numa Pompilius, ſecundus Romanorum rex, flamines vocavit; quod pileum geſtarent, in quo virgula oleagina modicum lanæ albæ habens in ſummo, inſtar fungi, inerat, quaſi pilamines: quem cum per æſtum ferre non poſſent, dempto pileo, caput filo tantum cingebant: nudo enim capite incedere nefas erat, ut teſtantur Marcus Varro, Plutar. Gellius, & Iſidorus, qui addit, eos feſtis diebus filo depoſito, pileum geſtaſſe, pro ſacerdotii eminentia. Si ergo qui Gentium fuerunt ſacerdotes (de his ſolum agit, non de Chriſtianorum, ut quidam alii parum recte interpretantur) poſtquam doctrina imbuti Chriſtiana, & lavacro regenerationis abluti, ad vomitum priſtinum redeuntes, ſacrificaverint idolis, placuit, ut nec in fine illi communionem accipiant.

Varro lib. 2. de lingua Latina. Plutar. probl. 42. & 46. Gellius lib. 10. cap. 15. Iſidor. lib. 7. etymol. c. fin.

Eo quod geminaverint ſcelera accedente homicidio.

UT proprium judicis munus eſt, de præteritis ſententiam ferre, ſic & legiſlatoris providere de futuris. Utrumque exercebant olim epiſcopi, tam in generalibus, quam in provincialibus conciliis: ſed in provincialibus præcipue, quod in his vel epiſcoporum, vel clericorum, vel fidelium cauſæ tractarentur; illæ præſertim quæ ad religionem quoquomodo ſpectarent. Quare ſi in priori verſiculo legendum, ut in quibuſdam codicibus, *ſacrificaverunt*: recte ſubjungitur. *Eo quod geminaverint ſcelera accedente homicidio*, quaſi pœnam velit ſynodus decernere, qua afficiendi eſſent illi ethnicorum ſacerdotes, qui poſt fidem regenerationis ſuſceptam, ſacrificaverunt idolis: nec eo crimine contenti homicidium impietati adjecerunt placuit patribus, judicum magis quam legiſlatorum perſonam induentibus, ut ad purgandas ſordes, quas his duobus peccatis contraxerant, a communione perpetuo abſtinerent. ſed ſi, ut in editis, *ſacrificaverint*, legamus, non recte ſubjungitur hic verſiculus præcedenti, quia rationem reddere videtur de pœna, quam in principio non præſcripſerat. Igitur verba illa, *eo quod*, in *vel*, aut *in ſeu*, commutanda ſunt, ut alii MS. habent, ut intelligenda pro vel, aut ſeu: quaſi pœna eadem his imponatur, quid aliquod horum trium delictorum admiſiſſent. Homicidium autem graviſſimum ſemper habitum conſtat ex apoſtolorum concilio Hieroſolymis habito, in quo homicidium cum idololatria conjunctim improbatum eſt; quaſi unius ad alterum facta collatione, ut Tertull. admonuit.

In conciliis, eccleſiæ, & eccleſiaſticorum cauſas peractas tractantur concil. Tolet. 4. can. 3. Leo PP. I. in epiſtola. 82. ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem Imper. Valens, Grati. & Valent. in lib. quia mos. 3. C. Theod. de epiſcopis & clericis.

Tertull. in l. de pudicitia cap. 4.

Vel triplicaverint facinus cohærente mœchia.

*Mœchiæ nomine omnem illicitum concubitum comprehendi: nunquam ipſam, ut natura turpem licuiſſe in eccleſia: explicata in eam rem tria concilii Toletani I. Iſidori, & Clementis loca.*

C A P U T VIII.

NOMEN Mœchiæ Græcum eſſe Auguſtinus teſtatur: μοιχοὺς enim Græci adulteros vocant, in eoque ſenſu plerumque uſurpatur: ſed an ad quemcumque impudicum concubitum mœchiæ nomen referri poſſit, audiamus Auguſtinum. *Item quæri ſolet*, inquit, *utrum mœchiæ nomine etiam fornicatio teneatur? Hoc enim Græcum verbum eſt, quo jam ſcriptura utitur pro Latino. Mœchos tamen Græci non niſi adulteros dicunt. Sed utique lex iſta non ſolis viris in populo, verum etiam feminis data eſt. Neque enim quia dictum eſt: Non concupiſces uxorem proximi tui, nihil ſibi hic præceptum debet putare fœmina, tanquam licite poſſet concupiſcere virum proximæ ſuæ. Si ergo hoc ex illo quo viro dictum eſt intelligitur, quamvis non dictum ſit quod etiam ad fœminam pertineat, quanto magis ex eo quod dictum eſt, Non mœchaberis, uterque ſexus conſtringitur; cum ipſum præceptum poteſt referri ad utrumque: ſicut, Non occides, Non furaberis, & alia quæ ſimiliter non expreſſo uno ſexu, utique videntur ſonare communiter. Tamen ubi unus exprimitur, honoratior utique exprimitur, id eſt, maſculinus, ut ex hoc intelligat etiam fœmina, quid ſibi præceptum ſit. Ac per hoc ſi fœmina mœchata eſt habens virum, concumbendo cum eo qui vir ejus non eſt, etiam ſi ille non habeat uxorem, etiam vir mœchatus eſt habens uxorem, concumbendo cum ea quæ uxor ejus non eſt, etiam ſi illa non habeat virum. Sed utrum ſi faciat qui uxorem non habet, cum fœmina quæ virum non habet, ambo præcepti hujus tranſgreſſione teneantur, merito quæritur? Si enim non tenetur, non eſt prohibita in decalogo fornicatio, ſed ſola mœchia, id eſt, adulterium: quamvis omnis mœchia etiam fornicatio eſſe intelligitur, ſicut loquuntur ſcriptura. Dominus enim dicit in Evangelio: Quicumque dimiſerit uxorem ſuam excepta cauſa fornicationis, facit eam mœchari. Hoc utique fornicationem appellavit, ſi cum alio peccet, quæ virum habet; quod eſt mœchia, id eſt, adulterium. Omnis ergo mœchia etiam fornicatio in ſcripturis dicitur. Sed utrum etiam omnis fornicatio mœchia dici poſſit, in eiſdem ſcripturis non mihi interim occurrit locutionis exemplum: ſed ſi non omnis fornicatio etiam mœchia dici poteſt, ubi ſit in decalogo prohibita illa fornicatio, quam faciunt viri qui uxores non habent cum fœminis quæ maritos non habent, utrum inveniri poſſit, ignoro. Sed ſi furti nomine bene intelligitur omnis illicita uſurpatio rei alienæ, non enim rapinam permiſit, qui furtum prohibuit, ſed utique a parte*

totum

Aug. lib. 2. ſuper Exod. cap. 71. Mœchiæ nomine quid comprehendatur.

Matth. 5.

*totum intelligi voluit, quidquid illicite rerum proximi auferatur; profecto & nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus uſus prohibitus debet intelligi.* Idem fere multo antea Tertullianus, D. Iſidorus & alii. Sed ſive mœchiæ nomine fornicatio, ut vocant, ſimplex, ſive adulterium comprehendatur, utrumque difficile habet in eo negotium, quod hæc crimina adeo cenſeat gravia ſynodus Illiberitana, ut non ſolum excommunicatione temporaria, ſed perpetua uſque ad ultimum vitæ ſpiritum decernat punienda: cum contra ſit generale aliud Hiſpaniæ concilium Toletanum I. *Si quis*, inquit, *habens uxorem fidelis, concubinam habeat, non communicet; cæterum is qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur; tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ, ut ei placuerit, ſit conjunctione contentus.* Cujus canonis ſententiam ſimilem habet aliam apud Gratianum, petitam ex Iſidoro. *Chriſtiano non dicam plurimas, ſed nec duas ſimul habere licitum eſt: niſi unam tantum, aut uxorem, aut certe loco uxoris, ſi conjux deeſt, concubinam.* Si vero mœchiæ nomine adulterium comprehendi dicamus, rem non adeo turpem probat D. Clemens in epiſtola ad Jacobum fratrem domini. *Dilectiſſimis fratribus & condiſcipulis Hieroſolymis cum chariſſimo fratre Jacobo coepiſcopo habitantibus, Clemens epiſcopus.* Communis vita omnibus, fratres, neceſſaria eſt, & maxime his qui Deo irreprehenſibiliter militare cupiunt, & vitam apoſtolorum, eorumque diſcipulorum imitari volunt. Communis enim uſus omnium quæ ſunt in hoc mundo, omnibus eſſe hominibus debuit; ſed per iniquitatem alius hoc dixit eſſe ſuum, & alius iſtud: & ſic inter mortales facta eſt diviſio. Denique quidam Græcorum ſapientiſſimus, hæc ita ſciens eſſe, ait communia debere eſſe amicorum omnia: in omnibus autem ſunt ſine dubio & conjuges: & ſicut inquit, non poteſt dividi aer, neque ſplendor ſolis, ita nec reliqua quæ communiter omnibus data ſunt ad habendum, dividi debere, ſed habenda eſſe communia.

Tertull. lib. de pudicitia c. 4. & 5. D. Iſidorus in Exod. c. 26.

Conc. Tol. I. can. 17. Extat apud Grat. in c. Is qui 34. diſtinct.

D. Iſidorus apud Gratianum in c. Chriſtiano 34 diſtinctione. D. Clemens in epiſtola 5. ad Jacobum fratrem domini, apud Grat. in c. dilectiſſimis 12. q. 1.

Propoſitis ergo, ut eo quo retulimus ordine, faciamus ſatis, de concilio Toletano agendum prius.

Inter eos errores quos hæretici conciliis provincialibus aſpergunt, ſed præſertim Hermannus Hamelmanus, ut Robertus Bellarminus teſtatur, unus eſt hic, quem concilio hoc noſtro Toletano I. probatum fuiſſe contendit: dum ex eo conſtet, ad communionem admitti poſſe, eum qui concubinam habet, modo uxore careat; ſicque colligi videtur, meretricios amores, vel, quod deterius eſt, concubinatum probari.

Ex Hermanno Hamelmanno lib. 3. prolegomenorum c. 15. & 16 refert Robertus Bellarminus lib. 2. de auctoritate conciliorum c. 8. 2. tom. In c. is qui 34. diſtinctione.

Gregoriani decreti cenſores, ad expediendam canonis difficultatem, quo ſenſu nomen concubinæ hic intelligi debeat, adnotarunt. Ajunt enim, concubinas olim duplicis fuiſſe generis, quaſdam ad tempus adhibitas, quarum concubitum turpem docent fuiſſe, etiamſi filiorum procreandorum cauſa haberentur: de quibus docent ſenſiſſe Aug. in c. audite, & in c. concubinæ, 32. q. 2. nec de his meminiſſe concilium Toletanum hic. Alias autem concubinas, quodammodo uxores fuiſſe, quæ ſine dotalium tabularum ſolemnitate ductæ fuerant; de quibus ſenſiſſe Juſtinianum Novella 18. apud Julianum antecesſorem: D. Aug. de bono conjugali, relatum in c. ſolet, 32. q. 2. In his autem concubinis tria fuiſſe neceſſaria. Primum, ut uterque eſſet ſolutus: deinde fidem mutuam, ſcilicet, quod alteri non jungerentur, neque abhorrerent a procreatione filiorum: tertium ut uſque ad mortem in ea vita conjunctione manendum ſibi proponerent. Et in his ſcribere D. Auguſtinum, poſſe aliquo modo dici, nuptias eſſe, & connubium: quamvis ſic habitam non audeant appellare uxorem, quia non intervenerunt inſtrumenta dotalia, & alia quæ jure civili & canonico requirebantur, ut eſſet legitima uxor: quod habetur in prædicta novella 18. & 30. q. 5. c. aliter. Itaque hujuſmodi mulieres, cum non eſſent uxores, vocari concubinæ: ob illa tria, ſed præcipue, quod in affectu maritali permanere ſtatuerant, & ideo permittebatur illis communicare, habebanturque uxores minus ſolemniter ductæ, & de his docent concilium Toletanum hic agere, & Iſidorum in c. ſequenti. Hoc ipſum tradiderat Gratianus, quem ſequuti ſunt alii recentiores.

Juſtinianus novella 18.

Grat. ad finem c. omnibus ſervis 34. diſtinct. Turrianus procanonibus apoſtol. lib. 1. c. 23. Bellarminus tom. 1. lib. 2. de conciliorum auctoritate c. 8. verſic. undecimo proferri Thomas Bozius de ſignis eccleſ. Dei c. 9. Ulpian. l. ſi uxor. 13. de adulteriis. Idem eadem l. §. ſi quis uxorem verſic. Quod & in concubina Severus & Antonin. l. crimen. C. de adulter. Alex. l. caſtitati C. eod. Ulpianus l.

Sed ſi tu veniam dederis, quod opto, curabo diligentius inquirere, an verum ſit, quod de hoc duplici concubinarum genere traditur; anve concilii difficultas, faciliori alia poſſet ratione explicari. Duplex enim hoc concubinarum genus, nec ab antiquis Oecumenicis & provincialibus conciliis, nec a prædeceſſoribus tuis pontificibus ſanctiſſimis, nec a priſcis aliis eccleſiæ doctoribus, nec a veteribus jurisprudentiæ conſultis, nec ab hiſtoricis, ut hoc non taceamus, receptum unquam fuiſſe memoria teneo. Quinimo concubinæ nomen ſemper in turpem partem ab omnibus accipi, rempublicam Hebræorum excipio, mihi perſuadeo: & uxorum nomine comprehenſas non fuiſſe, ſatis conſtat ex Ulpiano. *Si uxor non fuerit, concubina tamen fuerit, jure quidem mariti accuſare eam non poteſt, quæ uxor non fuerit.* Quod adeo verum putavit idem Ulpianus, ut quamvis poſtea cum concubina matrimonium contrahat, pro præterito

A concubitu illam accuſari non poſſe dixerit. Hæc ergo ſit prima earum, quæ in jure extant inter uxorem & concubinam differentia: nam uxor ſi ad alium acceſſerat, de adulterio accuſari poterat, concubina non item. II. Mulier adulterii damnata, uxor a nullo duci poterat; & qui duxiſſet, pœna legis Juliæ de adulteriis tenebatur, quod lenocinio conſentire videretur, ut Severus, Antoninus, & Alexander imp. reſcripſerunt. Qui autem illam in concubinatu habuiſſet, impune facere poterat, Ulpiano auctore. III. Uxores honeſtarum matrum familias nomen habebant: earum autem quæ ſe in concubinatu dediſſent, imminuta erat honeſtas; ſicque niſi liberta patroni concubina matrum familias honeſtatem non habebant, ut Marcellus ſcripſit. IV. Uxor liberta, vel libertina duci poterat; concubina autem haberi non poterat: etſi aliquando cum teſtatione & turpi quæſtu vixiſſet, eam haberi conceſſum fuiſſe docuit Martianus: poſtea tamen ab Aureliano imperatore decretum eſt, fœminam ingenuam concubinam eſſe non poſſe; ut refert Flavius Vopiſcus. V. Concubina cujuſcumque ætatis eſſe poterat, B dummodo duodecimum annum excederet, Ulpianus: uxor autem lege Julia vel Papia, ſi quinquageſimum excederet, duci non poterat, quia ejus ſobolis nulla ſpes erat, Juſtinianus. VI. Uxor mariti bonorum, & temporalium, & ſacrorum particeps erat, ut tradidit Halicarnaſſeus, Paulus, & Gordianus imperator: concubina autem nec ſacrorum, nec temporalium bonorum communionem habebat. Ex qua VII. differentia naſcitur; nam donationes collatas in uxores, irritas fuiſſe & nullas Ulpianus ait: eas vero, quæ in concubinas collatæ eſſent, valere, etiamſi concubina uxor poſtea ducta fuiſſet, Papinianus reſpondit, & Scævola. VIII. Adverſus uxorem res mariti amoventem actio furti non dabatur; quia quaſi domina eorum erat; ut ex Nerva & Caſſio Paulus retuliſt: adverſus concubinam autem actio competebat, ut in extraneam perſonam. Ulpian. IX. Uxor forum, domiciliumque mariti ſequebatur, Ulpianus. Concubina vero proprium tantum. Calliſtratus. X. Uxor, quæ in manum mariti convenerat, illi morienti inteſtato ſine liberis hæres erat, Ulpian. C Concubina vero, tanquam extranea perſona, niſi hæres inſtituta nihil ab inteſtato capiebat. XI. Uxorem ducere magiſtratus ex ſuo provincia non poterat, Paulus; ac concubinam poſſe, idem Paulus ait. XII. Filii ex uxore juſti erant, & ad parentum bona jure vocabantur: adeo ut paternorum bonorum quaſi domini in vita eorum cenſerentur. Paulus. Filii autem concubinæ, non ſolum juſti non erant, nec legitimi, ſed nec filiorum nomen lege habebant, Ulpianus: & ideo in parentum bona ſuccedere non poterant. Quod adeo antiquis placuit Romanis, ut ſi ex concubina primum quis liberos ſuſciperet; poſteaque eamdem duceret uxorem, & ex eadem filios alios haberet, ſuſceptos ex concubina non legitimari ad paterna bona per ſubſequens matrimonium, nec admittendos cum ſecundis decreverint: etſi poſtea emendatum fuerit a Juſtiniano, qui poſt hoc concilium Toletanum fuit. XIII. Uxor, ut dimitti poſſet, divortio opus erat: eoque ſolemniter facto, adhibitis ſeptem teſtibus civibus Romanis, Paul. In concubina autem opus non erat divor- D tio, quia nullum præceſſit matrimonium, Ulpian. Præter hæc, actus omnes ſine matrimonio turpes eſſe docuit Ariſt. confirmavitque imperator Leo his verbis: *Nihil enim inter cælibatum & matrimonium, quod reprehendi non debeat, medium inveniat. Conjugalis vitæ deſiderio teneris? conjugii leges ſerves neceſſe eſt. Diſplicent matrimonii moleſtiæ? cælebs vivas; neque matrimonium adulteres, neque falſo cælibatus nomine culpam prætexas.* Non in uno ergo, ſed in multis uxor a quacumque concubina differebat: cujus commercium tanquam rem turpiſſimam, & ſuo imperio indignam, ſuſtulit idem Leo imperator Conſtantinopolitanus, præclaram illam ex Salomonis proverbiis rationem ſubjungens, indignum eſſe, cum e fonte ipſo puram aquam haurire poſſis, lutulentam quærere. Cujus exemplum imitatus Conſtantinus Porphyrogenneta, diſertis verbis concubinas habere Chriſtianis alia ſimili conſtitutione interdixit: quod perexiguum, aut nullum eſſe diſcrimen diceret inter concubinatum & ſcortationem, ut Harmenopulus teſtatur. E *Quoniam autem apud majores noſtros*, ait, *permiſſam fuiſſe concubinarum communionem reperimus, quicumque eaſque familiariter ac domeſtice degere vellet, non abs re nos facturos putavimus, ſi hujus quoque ſanctionis mentionem fecerimus, ne nobis commiſſa reſpublica defœdaretur nuptiis inhoneſtis ac non decentibus. Qua cauſa moti jubemus, ne cui exinde in ſuis ædibus concubinam habere liceat; quando perexiguum, aut nullum omnino diſcrimen inter concubinatum & fornicationem ſtatuimus: ſed ſi cum ea communionem aliquam habere geſtias, contractum matrimonialem cum ea inito, obſervata legis ſolemnitate: ſi vero eam legitima uxoris appellatione indignam exiſtimas, nullam per concubitum communionem cum ea exerceto: ſed eam repellito, & uxorem accipiat, quam judicaris ſibi e re fore.* Concubina ergo nihil commune habebat in juſtitia conjugii, cum uxore: quod, ſi habuiſſet, ab his imperatoribus nullo pacto prohibita fuiſſet, nec illis pe-

1. § qui autem de concubinis Marcellus. l. ſtuprum 41. de ritu nuptiar. Martian l. 3 de concubin. Flavius Vopiſcus in vita Aurelian. ad finem. Ulpian l. 1. §. cujuſdam de concubin. Juſtinian. l. ſancimus C. de nuptiis.

Halicarnaſſ. lib. 2. Roman antiquit. Paul. l. 1. de ritu nuptiar. Gordian l. 3. C. crimine expila hæreditat. Ulpian. ind. 1. de donat. inter virum. Papinianus l. donationes. 31. de donation. Scævola l. ſi prædia 59. de donatio. inter. Paul. l. rerum amotar. Ulpian. l. ſi concubina. 17. eod. Ulpian. l. Exigere. 65. de judiciis Calliſtrat. l. de jure 37. ad municipal. Ulpian. l. 1. unde vir. & uxor. Paul. l. ſi quis officium 38. de ritu nuptiar. Idem. l. ult. de concubin. Idem l. in ſuis de liber. & poſt. Ulpian. l. 6. de his qui ſunt ſui, vel alieni. jur. Juſtinian. l. Cum quis 11. & l. Nuper 11. C. de natural. liber. Paul. l. Nullum. de divort. Ulpian. l. ſi concubina. rerum amota. Ariſtotel. lib. 7. politicor. c. 6.

Leo imperator novella 89. Idem novella 9. Harmenopul. in epitome juris, l. 4. c. 7.

*ita & ubicumque vel in quamcumque ſemetipſum adulterat & ſtuprat, qui aliter, quam nuptiis utitur. Ideo penes nos occultæ quoque conjunctiones, id eſt non prius apud eccleſiam profeſſæ, juxta mœchiam & fornicationem judicari periclitantur. Nec inde conſerta obtentu matrimonii crimen eludant. Reliquas autem libidinum furias impias, & in corpora & in ſexus ultra jura naturæ, non modo liminé, verum omni eccleſiæ tecto ſubmovemus, quia non ſunt delicta ſed monſtra.*

Minutius Felix in Octavio.

Minutius Felix. *Sic inceſti fabulam nectitis, etiam cum conſcientiam non haberis. At nos pudorem, non facie ſed mente præſtamus; unius matrimonii vinculo inhæremus; cupiditate procreandi aut unam ſcimus, aut nullam.* Sed nolo jam aliis recenſendis eſſe prolixior, cum ex his ſatis compertum videatur, concubinatum ab eccleſia pro re turpi & Chriſtiano homine indigniſſima, & hodie & olim ſemper habitum: ob cujus turpitudinem non eſſe ordinandum eum, qui ex concubina filios ſuſciperet, vel eum, qui mortua legitima uxore, concubinam haberet, concilium edixit Aurelianenſe.

Conc. Aurel. 3. can. 9.

*De his*, inquit, *qui ex concubinis filios habent, & uxores legitimas poſt habuerint, aut defunctis uxoribus ſibi concubinas publice crediderint ſociandas, id obſervandum eſſe cenſuimus, ut ſicut eos qui jam ſunt clerici per ignorantiam ordinati, non removemus, ita ſtatuimus, ne ulterius ordinentur.* In concilio tandem Tridentino, concubinarios tam ſolutos, quam maritos cujuſcumque ſtatus, dignitatis, aut conditionis, ab ordinario ex officio ter præmonitos, ſi ſe ab hoc turpi & damnato concubinatus crimine non ſejunxerint, excommunicatione percellendos decernitur, neque antea abſolvendos, quam re ipſa admonitioni factæ paruerint: contra permanentes in concubinatu anno integro cenſuris neglectis, ab ordinario ſevere pro qualitate criminis procedendum: concubinas vero, ſive ſolutas, ſive uxores, ter admonitas ab ordinariis locorum, nullo etiam requirente, ex officio graviter puniendas, & extra oppidum vel diœceſim, invocato, ſi opus fuerit, brachii ſæcularis auxilio, ejiciendas, permanſuris aliis pœnis in ſuo robore.

Conc. Trident. ſeſſ. 24. c. 8.

Mitto præterea lubens olim in contrahendis nuptiis adeo ſolemnem fuiſſe dotis, & benedictionis nuptialis formulam, ut Evariſtus PP. dixerit, vel oratione nimis rem exaggerans, vel quod eccleſiæ tunc forſan ferret ſic conſuetudo, connubia eſſe non legitima, quæ prætermiſſa ea ſolemnitate celebrarentur.

Evariſt. PP. epiſt. 1 ad epiſcopos Africæ.

*Aliter*, ait, *legitimum non ſit conjugium, niſi ab his qui ſuper ipſam fœminam dominationem habere videntur, & a quibus cuſtoditur, uxor petatur, & a parentibus & propinquioribus ſponſetur, & legibus dotetur, & ſuo tempore ſacerdotaliter, ut mos eſt, cum precibus & oblationibus a ſacerdote benedicatur: & a paranymphis, ut conſuetudo docet, cuſtodita & conſociata a proximis, congruo tempore petita a legibus dotetur, ac ſolemniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacent, & caſtitatem cuſtodiant. Item ita peracta, legitima ſcitote eſſe connubia, aliter vero, præſumpta, non conjugia, ſed adulteria, vel contubernia, vel ſtupra, aut fornicationes potius, quam legitima conjugia eſſe non dubitatur; etiam ſi voluntas propria ſuffragaverit.* Utcumque igitur antiqua in his ſolemnibus ſe habuerit eccleſiæ conſuetudo, de quibus diſputare non eſt animus, illud ex omnibus priſcis eccleſiæ patribus manifeſtum ſit, concubinam nunquam uxoris nomine dignam habitam, concubitumque cum ea peccatum fuiſſe lethale, ideoque ad communionem ſacram illum accedere juſte non potuiſſe, qui cum hujuſmodi concubina contubernium haberet.

Nam quod ex Auguſtini libro de bono conjugali ſelecti Gregoriani decreti cenſores referunt, vereor ne, quod bona illorum pace dixerim, ad concubinas trahatur potius quam accommodetur: cum Auguſtinus in eo libro nec concubinis de his egerit, nec concubitum dixerit licitum eſſe, ſi concubina eo habeatur animo, ut donec vivat, non jungatur alteri.

*Explicatur Aug. locus in libro de bono conjugali.*

Sed cum ſuperioribus capitibus de uno conjugii bono ſermonem inſtituiſſet, de ſuſceptione videlicet filiorum, dixiſſetque ad id inſtitutum matrimonium, ut diuturna & perpetua filiorum propagatione humanum genus conſervaretur; quorumdam tunc propoſuit quæſtionem, an ſi vir & fœmina, uterque lege conjugii ſolutus, jungantur non ad ſobolis procreationem, quod eſt magnum matrimonii bonum, ſed ad coercendos effervescentis animi & libidinis motus, an proprie dici poſſet matrimonium? Quam expediens quæſtionem, reſpondit. *Et poteſt quidem fortaſſe non abſurde hoc appellari connubium, ſi uſque ad mortem alterius eorum id inter eos placuerit, & prolis generationem, quamvis non ea cauſa conjuncti ſint, non tamen vitaverint, ut vel nolint ſibi naſci filios, vel etiam opere aliquo malo agant ne naſcantur.* Hoc autem ideo dixit Auguſtinus, quia quæſtio non erat, an liceret in concubinatu perpetuo vivere: nam ſi temporarium conſtabat non licere, conſtabat ſane non licere perpetuum, ſed an contracto connubio ſine principali bono matrimonii, hoc eſt, ſine fine ſuſcipiendi liberos, verum dici poſſet matrimonium, ſi reliqua matrimonii adeſſent neceſſaria, hoc eſt, mutuus conſenſus, & animus perpetuo ſimul habitandi, nec recuſandi in coitu liberorum ſuſceptionem: nam ſi hoc adeſſet, adjecit ſtatim, *Ceterum ſi vel utrumque vel unum horum deſit, non invenio, quemadmodum has nuptias appellare poſſumus.* Quod ſi ſine uxorio fœdere conjungerentur, peccare paulo poſt his verbis edocuit. *Verumtamen ſi ei fidem tori ſervet, & cum ille uxorem duxerit, nubere ipſa non cogitet, atque a tali opere prorſus continere ſe præparet, adulteram quidem fortaſſis facile appellare non audeam, non peccare tamen quis dixerit, cum eam viro, cujus uxor non eſt, miſcere ſciat.* Nullum ergo præter matrimonii concubitum juſtum D. Auguſtinus agnovit, nec mutuam concubinarum cohabitationem defendi ut juſtam, ſi animus adeſſet perpetuo habitandi cum illis: nec eo tempore concubinarum nomine illas ſolas fuiſſe comprehenſas, quæ ſolutæ lege conjugii accederent ad ſolutos, ex ejuſdem concilii Toletani primi decreto liquet, dum in principio ait: *Si quis habens uxorem fidelis, & concubinam habeat, non communicet.*

Conc. Tolet. 1 can. 17.

Quod autem ex Juſtiniano refertur in novella apud Julianum antecesſorem, minus dubium habet, cum concubinam non comparet uxori in caſtitate conjugii, de qua ſermo eſt, ſed ad hoc ut ſi pater ab inteſtato moritur, & ſine prole legitima; quo caſu, vel cognatio, vel fiſcus, cui in hoc ſe dicit parcere, deberent ſuccedere, his excluſis, filius ſuſceptus ex unica tantum concubina, habeat ſextam tantum bonorum paternæ ſubſtantiæ, una cum matre partiendam: ſic ut mater unius filii, quotquot illi ſint, portionem capiat.

Juſtinianus novel. 18. apud Julianum antecesſorem. Extat etiam in authen. de triente & ſemiſſe §. conſideremus col. 3.

Hoc autem non ideo decrevit Juſtinianus, ut concubinas juſtarum uxorum præmiis afficeret, longe enim hoc diſtat ab ejus animo & verbis, quibus concubinarum multitudinem, multitudinem mulierum fornicantium in eadem novella dixit: ſed id conſtituit, ut intercluderet aditum habendi plures concubinas. Si enim pater videt a ſuis bonis, filios ex multis concubinis ſuſceptos repelli; nullumque eorum in ſuis ſuccedere poſſe, ut in eadem novella Juſtinianus conſtituit, a plurium concubinarum conjunctione abſtinebit, vel ſaltem ſibi temperabit, unica ſolum contentus, ut filii ex ea ſuſcepti ſuorum bonorum participes fiant: & hoc eſt, quod in ea conſtitutione Juſtinianus in favorem concubinæ, vel potius in concubinarum odium decrevit, quæ ad matrimonii jura & honeſtatem accommodari jure non poſſunt.

At hic, beatiſſime pater, ſi longius forſan evecti ſumus, in eo tamen venia digni, quod illa non tam refellendi animo, quam interpretandi concilii Toletani ſtudio flagrantes diſquiramus. Concilium ergo Toletanum non docet profecto, ut illi falſo imponunt hæretici, qui concubinam habet, ſi corpus ſuſcipiat domini, id digne facere poſſe, ſed permittit potius, ut is a communione non repellatur. & ſi communicare ille nullo præclaræ conſcientiæ ſtimulo, & Chriſtiano nullo pudore ſuffuſus audeat, communicet, ſed ſuo periculo & damno. Quod perinde eſt ac ſi dixiſſet, concubinarios tunc etſi graviſſima peccati labe fœdatos, publica communionis interdictione non percelli. Conſtat enim veriſſimis antiquorum philoſophorum placitis, peccantium multitudinem, juſtam videri cauſam, ut peccati pœna vel omittatur, vel remittatur: ſunt enim multa in republica, & ea turpiſſima, quæ a magiſtratibus juſtiſſime tolerantur, quæ ſi ad vivum reſecarentur, aut ad divinæ legis ſeveritatem, aut ad rationem naturalis juris & honeſtatis, vix contineri poſſet hæc vita civilis. Quare tametſi communi eccleſiæ jure receptum fuerit, a communione eccleſiæ dejectos, vel interdictos, ſi celebrent, deponendos; eum tamen juris rigorem delinquentium multitudine temperatum legimus ab Alexandro III. antiquam depoſitionis ſeveritatem ſuſpenſione mitigante, in epiſtola ad archiepiſcopum Toletanum. Quibus alia ſunt multa ſimilia.

Alexand. ex 3. in c. latores 21 poſt conc. Later. p. 10.

Si oſtenderim ergo, hujus concilii patres, gravem communicantis reatum & indignitatem minime ſuſtuliſſe; ſed illud tantum ipſis accipientibus & clericis tribuentibus permiſiſſe, ad temporum iniquitatem, & delinquentium multitudinem conniventes: evincam ſane falſam eſſe hæreticorum, ſed præſertim Hermanni Hamelmani calumniam, qua ſummæ eſt conatus tanto concilio debitam auctoritatem detrahere.

Quem igitur tantæ rei probandæ ſatis locupletem teſtem acceſſam? unum Aug. ſapientia, religionis & ſanctitatis auctoritate multorum inſtar. Is ergo cum poſt præclare laudata matrimonii bona quæ retulit, concubinatus turpitudinem a multis & his graviſſimis verbis publica concione fuiſſet inſectatus, poſtquam illum deteſtandam omnibus propoſuiſſet, ſubjunxit. *Sed forte illi qui iſto peccato non ſunt maculati, dicent: Quare qui hoc agunt, a communione non ſuſpenduntur? Ideo autem tantum ſcelus a ſacerdotibus non vindicatur, quia a multis admittitur: ſi enim unum, aut duo, aut quatuor vel quinque, mala iſta facere præſumerent, & poterant, & debebant, non ſolum a communione ſuſpendi, ſed etiam a convictu & colloquio Chriſtiani populi ſeparari ſecundum illud apoſtoli: Cum hujuſmodi nec cibum quidem ſumere: multitudo tamen peccantium, ſicut jam dictum eſt, prohibet ſacerdotes domini in illis diſtin-*

D. Aug. ſerm. 1 dominicæ 22 poſt pent. de bono conjug.

*Explicatur concilii I. Toletani canon 17.*

1 Cor. 5.

*tabula inferit, placuit, eum abſtinere, & ſi emendatus reſeuerit, poſt annum poterit communioni reconciliari.* Communionem ſermonis pro communiori confabulatione uſurpant quoque auctores profani. Tranquillus. *Canam*, ait, *terbis ferculis, aut cum abundantiſſime, ſenis præbebat, ut non nimio ſumptu, ita ſumma comitate; nam & ad communionem ſermonis tacentes, vel ſubmiſſim fabulantes provocabat.* Cum ergo uſus nominis, communio, & proprietas ipſum vocis, tam eccleſiæ & civilis convictus, quam divinam communionem comprehendat, non eſt cur ad unam neceſſario, non ad aliam referri contendant alii. Non diffiteor enim, communionis verbum ad ſacroſanctam euchariſtiæ communionem frequentius referri ſolitum, quod potiori ſignificationi & uſui, non proprietati ſermonis tribui debet: ſæpe tamen, communionis verbum ad utramque interdictionem convictus, vel ſacri vel civilis accommodari, & diviſim, & conjunctim, qui in conciliorum, & ſanctorum patrum lectione vel mediocriter ſunt verſati, probe norunt. Quare ut unam communionem ab alia diſcernerent, cum de communione euchariſtiæ dictum intelligi volebant, ſolebant addere, communione dominica, communione corporis & ſanguinis, ſancta communione, altaris communione, panis communione privari, vel abſcindi: cum autem additamentum hoc omitterent, nomen communionis generaliter prolatum pro utraque ſacra & civili communione (hodie excommunicationem vocamus) ſæpe (ut dixi) intelligebant.

Tranquillus in Octaviano. c. 74.

Hæc, beatiſſime pater, de canone concilii Toletani. Quod ſi ad D. Iſidorum unam concubinam Chriſtiano permittentem, animum cogitationemque converteris, reperies equidem, illum ſenſu & ſententia a concilio Toletano aliquanto diſſimilem, conſimili tamen & religionis & doctrinæ laude approbandum, & venerandum: neque ad eruendam latentem & illuſtrandam obſcuri ejus loci veritatem, ea concubinarum differentia eſſe opus, quam graviſſimi Gregoriani decreti cenſores tradiderunt. In populo enim Iſraelitico, qui veteri lege Moyſis regebatur, & uxorum & concubinarum multitudinem permiſſam, auctores ſunt Joſephus, Tertullianus multiſque id ſacrarum literarum teſtimoniis conſtat; plures tradentibus fuiſſe Abraha, Nachor, Jacob, Eliphas, Eſau, & Eſriel, Manaſſæ, Davidis decem, Salomonis trecentas, Roboam ſexaginta, ut ceteras taceamus. In populo autem Chriſtiano, poſtquam catholica Chriſti fides publice coli cœpit, duas uxores, aut concubinas habere niſi gravi pœna non licuit, ſed unicam uxorem tantum; vel ſi uxor non eſſet, unicam ſolum, eamque exterioris fori permiſſu, concubinam; quod ex decreto concilii Toletani, nuper citato, manifeſte deprehenditur. *Si quis habens*, inquit, *uxorem fidelem, & concubinam habeat, non communicet; ceterum is qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur; tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ, ut ei placuerit, ſit conjunctione contentus; alias vivens abjiciatur, donec ad pœnitentiam revertatur.* Cum ergo D. Iſidorus, qui ducentos fere poſt hoc primum concilium Toletanum annos vixit, omnes differentias (ſic ille loquitur) recenſere vellet, quas inter vetus teſtamentum & novum ipſe repeririſſet, inter alias hanc unam retulit, quod in lege veteri liceret ſine pœna exteriori pluribus commiſceri vel uxoribus, vel concubinis: in lege autem nova, ſeu Chriſtiana non ſic; cum nec in foro exteriori liceat plurium aut uxorum, aut concubinarum uti conſuetudine, ſine graviſſima excommunicationis cenſura, ſed unicæ tantum vel uxoris, vel in foro exteriori (ut antiquus mos ferebat) concubinæ.

C. Chriſtiano 34. diſt.

In notis ad c. 1. qui 34. diſt. Joſeph. lib. 17. antiquit. c. 1. Tertul. lib. de exhortat. ad caſtita. c. 6. Gen. 16. 22. 29. 30. 31. 35. 36. 2. Reg. 5. 15. 18. 19. 20. 1. Paralip. 3. 3. Reg. 11. 2. Paralip. 11. Conc. Tolet. 1. can. 17. Conc. Tolet. 1. can. 17.

Hanc autem eſſe germanam D. Iſidori interpretationem vel ex ſolo titulo capitis intelligi poteſt. Illud enim ſe deprompſiſſe affirmant Gratianus & D. Ivo, ex libro Iſidori de differentia, ſeu, ut alii codices habent, de diſtantia novi & veteris teſtamenti: ſic enim exſtat in pluribus, quos habeo manuſcriptos, & apud D. Ivonem. Non docet ergo Iſidorus jure cœli (ut Auguſtinus loquitur) licitum eſſe homini Chriſtiano concubinatum, ſed jure fori, in eo quod una concubina ſine pœna exteriori haberi poſſit, & non plures, ut in lege veteri, cujus ante ipſe meminerat. De antiqua autem Hebræorum lege ad Chriſti recentiorem, quo ad hanc cauſam attinet, argumentum ſumi non licere, docte convincit Auguſtinus. *Plane*, ait, *uxoris voluntate adhibere aliam, unde communes filii naſcantur, unius commixtione ac ſemine, alterius autem jure ac poteſtate, apud antiquos patres fas erat: nunc autem non eſt propagandi neceſſitas, quæ tunc fuit, quando & parientibus conjugibus, alias propter copioſiorem poſteritatem ſuperducere licebat, quod nunc certe non licet. Nam tantum affert opportunitatis ad aliquid juſte agendum, ſive non agendum temporum ſecreta diſtinctio, ut nunc melius faciat, qui nec unam duxerit, niſi ſe continere non poſſit.* Tertullianus pariter antiquam uxorum & concubinarum multitudinem poſt novæ legis promulgationem non licere late ante probaverat. *Sed benedicti*, inquit, *patriarchæ, non modo pluribus uxoribus, verum etiam concubinis conjugia miſcuerunt: ergo propterea nobis quoque licebit in numerum nubere? Sane licebit, ſi qui adhuc ty-*

Ivo in Panormia l. 6. c. 50.

Aug. lib. de bono conjug. c. 15.

Tertullia. l. de exhortatione ad caſtitatem c. 6. Geneſ. 16. 29. 30.



**A** *pi alicujus futuri ſacramenti ſuperſunt, quæ ampliæ tua figurent: aut ſi etiam nunc locus eſt vocis illius, creſcite & multiplicamini, id eſt, ſi mundum alia vox ſupervenit, tempus jam in collecto eſſe, reſtare ut qui uxores habent, tanquam non habentes agant. Utique enim continentiam indicens, & compeſcens concubitum ſeminarium generis, abſoleſcit creſcite illud, & multiplicamini. Ut opinor autem unius, & ejuſdem Dei utraque pronunciatio & diſpoſitio eſt, qui tunc quidem in primordio ſementem generis emiſit, indulſit conjugiorum habenis, donec mundus repleretur, donec novæ diſciplinæ materia proficeret: nunc vero cum extremitatibus temporum compreſſit quod emiſerat; & revocavit quod indulſerat; non ſine ratione propagationis in primordio, & repaſtinationis in ultimo. Semper initia laxantur, fines contrahuntur; propterea ſylvam quis inſtituit, & creſcere ſinit, ut tempore ſuo cædat ſylvam. Erat vetus diſpoſitio, quæ in evangelio novo deputatur, in qua & ſecuris ad radicem arboris poſita eſt: Sic & oculum pro oculo, & dentem pro dente jam ſenuit, ex quo* **B** *juvenus, malum pro malo nemo reddat. Puto autem etiam humanam conſtitutionem atque decretum poſtea priſtinis prævalere.* Idem *Sane apud veteres noſtros ipſoſque patriarchas, non modo nubere, ſed etiam pluriſariam matrimoniis uti fas fuit. Erant & concubinæ. Sed licet figura tum in ſynagogam & eccleſiam ceſſerit: ut tamen ſimpliciter interpretemur, neceſſarium fuit inſtituere, quæ poſtea aut imputare, aut temperari mererentur. Superventura enim lex erat. Oportebat legis adimplendæ cauſas præcucurriſſe. Fidem mox legi ſuccurrere habebat Dei ſermo, circumciſionem inducens ſpiritalem. Igitur per licentiam tunc paſſivam, materiæ ſubſequentium emendationum præminiſtrabantur, quas dominus evangelio ſuo, dehinc apoſtolus in extremitatibus ſæculi, aut excidit redundantes, aut compeſcuit inconditas.* En conſtituta a Tertulliano præclara inter veterem & novam legem, in uxorum & concubinarum multitudine, differentia; en red- **C** dita ab eodem ſingularis & vera ratio qua multitudinem illo tempore jure permiſſam, & hoc noſtro jure etiam prohibitam vere demonſtrat. Hoc autem ipſum Auguſtini & Tertulliani argumentum cum tractaret D. Iſidorus, a Tertulliano enim, & Auguſtino pleraque alia accepiſſe Iſidorum, indicavi ſuperius, rectiſſime dixit *Chriſtiano, non dicam plurimas, ſed nec duas ſimul habere licitum eſt, niſi unam tantum, aut certe loco uxoris, ſi conjux deeſt, contubernam.* Ideoque hic nomen *Chriſtiano* non ut trito apud Hiſpanos ſermone, pro homine frugi, virtute prædito, & Chriſti in vita imitatore uſurpatur, ut opponitur vitioſo; ſed ut opponatur Judæo; quaſi diceret, Judæo plures habere vel uxores vel concubinas exteriori foro olim licebat; Chriſtiano autem nunc non niſi unicam.

Geneſ. 1.

1. Corint. 7.

Geneſ. 1.

Matth. 3. Exod. 21. Roman. 12. Tertull. lib. 1. ad uxorem cap. 2.

Geneſ. 16. 29.

Sola reliqua eſt, Clemens beatiſſime, Clementis Romani epiſtola quinta ad Jacobum fratrem domini, in qua cum de communione rerum omnium ageret, de communitate uxorum hunc verſiculum addidit. *In omnibus autem ſunt ſine dubio & conjuges.* In cujus loci ex- **D** plicatione mirum quàm ſudarint antiqui & recentiores ſcriptores, cum ex eo appareat, adulterium rem licitam eſſe, etiam ipſo jure naturæ, & ad id eos qui erant Hieroſolymis a D. Clemente ſimul cum vitæ communione admoneri. Gregoriani decreti adnotationes verba illa deeſſe affirmant in epiſtola Clementis, quæ manuſcripta exſtat in bibliotheca Vaticana. Quod ſcripſit antea Franciſcus Turrianus in eo libro, quem docte quidem & erudite pro epiſtolis pontificum edidit, exiſtimans hac medicina vulnus epiſtolæ illatum poſſe ſanari. Quod mihi non facile iſte probaverit, qui certo ſciam, illa non ab aliquo patrono libidinis in rep. Platonis adjecta fuiſſe, ut ipſe contendit, ſed a D. Clem. relata, diverſo tamen conſilio ac in epiſtola nunc refertur, quam non eſſe ejuſdem Clem. ut Turrianus nervoſe defendit, ſed alicujus pernicioſi patroni in ſchola Platonis educati, quod de his verbis ſolum dixerat Turrianus, non obſcure mea quidem ſententia probavero. De quo tamen tu, qui apoſtolicarum ſcripturarum legitimus **E** cenſor es, & certius, & verius, & ſanctius feres judicium.

Clement. epiſt. 5. ad Jacobum fratrem domini.

In c. dilectiſſimis 12. q. 1.

Turrian. lib. 5. c. 2. pro epiſt. pontif.

Fuit vetus hoc hæreticorum artificium, quo uſos fuiſſe hujus epiſtolæ mendaces conſarcinatores oſtendemus, adſcribendi magnis auctoribus, quorum doctrina & libris ipſi expugnari poſſent, quæ illi non modo ſcripſerunt, ſed nec cogitarunt quidem: vel ſi ſcipſerunt, non eodem qui ab ipſis refertur, animo. Quod ante mille fere annos de ſui temporis hæreticis commemorat beatus Joannes Maxentius episcopus Conſtantinopolitanus, ad Hormiſdam pontificem. *Nam cum ſua perverſitatis hæretici*, ait, *nequiverint reddere rationem, ad maledicta convertuntur; & propria in eos mala trajicientes, quos pravitati ſuæ ſentiunt inimicos, aditum ſibi per hoc ad decipiendos ſimplices exiſtimant aperiri.* Agunt enim omnia callide quo infamando & obtrectando catholicam, ſuam valeant tenere turpitudinem, fingentes, & adverſus eos quædam ſcripta ſub eorum nomine, qui videntur in eccleſia eminere, quatenus omnium animos contra hos facile valeant concitare. Sic etiam Rufinum refert D. Hieronymus, librum Sixti Pythagorei hominis

errat hic Mendoza Joannes Maxentius in epiſtola ad Hormiſdam PP.

D. Hieronymus in epiſt. ad Cteſiphontem.

ethnici, & abſque Chriſto, immutato nomine Sixti martyris, & eccleſiæ Romanæ epiſcopi prænotaviſſe. Similem Gnoſticorum perſutiam conqueritur ſæpe Irenæus. Sethianis eamdem vanitatem detexit D. Epiphanius in Marcione. Libellum Tertulliani de fide trinitatis Pneumatomachos hæreticos interpellaſſe, & circumtuliſſe nomine Cypriani multiſque propagatum exemplaribus vendidiſſe parvo pretio, ut eum emptores, & viri amplitudine, & pretii exiguitate illecti lubentius emerent, latenteſque errores amplecterentur, ceu dogmata ſacra auctoritate tanti martyris comprobata, Rufinus eſt auctor. Qua ratione D. Irenæus operum initio, adjurat per Deum vivum, exſcribentem, ne apicem demutet. Quod ſe feciſſe cum notariis Lucinii Bætici narrat Beatus Hieronymus, reſcribens ad eumdem Lucinium: miſerat enim ad D. Hieronymum Hiſpanus & Bæticus Lucinius ſex notarios, ut ejus opera deſcriberent: ſicuti epiſtola ſequenti ad Theodoram Lucinii conjugem idem Hieronymus teſtatur. Quod ideo retuli, ut antiquam Hiſpanorum in literas ſacras propenſionem oſtenderem, quos nullis pepercisse ſumptibus, & laboribus conſtat, ut vel abſentes per literas conſulerent, & doctrina ac pietate erudirentur: vel præſentes eorum virorum qui nomine ſapientia claruerant, conſpectu ſolum fruerentur: ut de altero Hiſpano Gaditano Plinius Junior teſtatur, & Hieronymus. Sic etiam epiſtolam quamdam ſuam ad Flavianum corruptam fuiſſe ſe vivente conquèritur D. Leo papa Martiano imperatori reſcribens. In Hiſpania Theodiſcum Græcum, qui Honorato in eccleſia Hiſpalenſi ſucceſſit, D. Iſid. opera impio catholicæ religionis odio adulteraſſe, ad decipiendos D. Iſidori auctoritate fidelium animos, refert Lucas epiſcopus Tudenſis antiquus rerum Hiſpanicarum ſcriptor: & hac ratione tranſlata eſt primatia, ut vocant, ex Hiſpali, Toletum. Quod Juſtino martyri, Origeni, Hieronymo, & Auguſtino aliiſque quam plurimis priſcis eccleſiæ patribus impoſitum, multorum teſtatum eſt monumentis: *Tanta eſt hæreticorum calliditas*, ait D. Iſidorus, *ut falſa veris, malaque bonis permiſceant, ſalutaribuſque rebus plerumque erroris ſui virus interſerant, quo facilius poſſint pravitatem perverſi dogmatis ſub ſpecie perſuadere voluptatis.* Et poſtea inquit. *Plerumque ſub nomine catholicorum doctorum hæretici ſua dicta conſcribunt, ut indubitanter lecta credantur: nonnunquam etiam blaſphemias ſuas latenti dolo libris noſtrorum doctorum inſerunt, doctrinam veram adulterando corrumpunt, ſcilicet vel adjiciendo quæ impia ſunt, vel auferendo quæ pia ſunt.* Quod in conciliis generalibus tentarunt etiam hæretici. In quinta enim ſynodo generali adjectas fuiſſe ab hæreticis fictitias epiſtolas Vigilii pontificis maximi, & Mennæ patriarchæ Conſtantinopolitani, deprehenſum eſt in ſexta ſynodo, dum acta quintæ relegerentur: & tres codices ab eiſdem hæreticis inſertos: ſic enim in ſexta ſynodo ab his qui Romanæ eccleſiæ auctoritatem contendebant minuere, omne quod dicitur adverſus Honorium pontificem maximum, adjectum eſſe teſtatur Anaſtaſius bibliothecarius. B. etiam Gregorius concilium Chalcedonenſe fuiſſe a Conſtantinopolitanis corruptum teſtatur, idemque ſe ſuſpicari ait de Epheſino. Nec adverſus hos ſanctiſſimos patres, & ſacroſanctas ſynodos audaces ſolum extiterunt hæretici, ſed adverſus ipſos apoſtolos, evangeliſtas, & prophetas. De Aſiæ enim quodam presbytero hæc refert Tertullianus. *Si quæ Pauli perperam ſcripta legunt exemplum Teclæ ad licentiam mulierum docendi, tinguendique defendunt; ſciant in Aſia presbyterum qui eam ſcripturam conſtruxit, quaſi titulo Pauli de ſuo cumulans convictum atque confeſſum id ſe amore Pauli feciſſe, loco deceſſiſſe.* Hunc autem librum inſcriptum fuiſſe, Periodus Pauli & Teclæ, tradit D. Hieronymus. Ab Ebione in primis apoſtolorum actus & vitas depravatas teſtatur D. Epiphanius. Quare omnia quæ illorum nomine ſcripta ſunt, ut circuitus Joannis, circuitus Thomæ, actus Andreæ, actus Joannis, circuitus Thomæ, actus Philippi, actus Petri, actus Pauli, tanquam erroribus conſperſa graviſſimis latiſſime rejellit & refutavit in concilio Romano Gelaſius papa, D. Athanaſius, & Philaſter. A quibus autem ſuppoſiti fuerint hi actus, docuit Innocentius papa primus. Manichæos id generis commenta plura excogitaſſe apoſtolorumque nomine conſcripſiſſe falſas hiſtorias, fidem facit divus Auguſtinus. Priſcillianiſtas alios adinveniſſe actus apoſtolorum, Oroſius, & Epiphanius. Encratitas Actus Andreæ, Joannis & Thomæ, idem Epiphanius. Aſclepidorum, Theodorum Apollinidem, Hermophilum, Artemoniſtas divinas ſcripturas depoſito timore adulteraſſe, Euſebius; & corrumpentes eas, emendare ſe dicere ſolitos. Idem de Neſtorianis Theophylactus teſtatur. Lucianum, & Iſychium propheticas, atque evangelicas literas ad ſuæ cauſæ commodum depravaſſe, Lanfrancus. Nec adverſus hos ſolum, ſed adverſus Chriſtum ipſum, quem ſi non revereri, timere ſaltem debuiſſent. De Simone enim Cleobio & Juda hæreticis hæc refert beatus Clemens Romanus. *Scimus*, inquit, *quod Simon Cleobius & Judas in domini Chriſti, & diſcipulorum ejus, quos*

Rufinus in Apologetico.
D. Hieron. epiſt. 28. ad Lucinium.
Idem epiſt. 29. ad Theodoram.
Plinius Jun. l. 2. epiſt. 3. ad Nepotem.
D. Hier. in bibliæ prologo.
D. Leo PP. epiſt. 69. ad Marcian. Aug. & epiſt. 83. ad Palæſtin.
Lucas epiſc. Tudenſis in hiſt. Hiſp. manuſcripta.
D. Iſidor. l. 3. ſenten. de ſummo bono c. 12.
Sexta ſynodus actio 12. & 14. Anaſta. bibliothec. in ſua hiſt. ex Theophane Iſauro Græco.
B. Gregor. lib. 5. epiſt. 15. ad Niſſem.
Tertull. lib. 3. de baptiſmo c. 17.
D. Hiero. de ſcriptor. eccleſ. in Luca.
D. Epipha. in panar. hæreſi 30.
Gelaſ. c. ſancta Romana 15. diſt.
D. Athan. in ſynopſi.
Philaſt. de hæreſib.
Innoc. I. epiſt. 3. ad Exuperium Tholoſan. epiſt. 7. a Leucio quodam ſuppoſita referta a Nexocharide & Leonide philoſophis.
D. Aug. lib. de fide contra Manichæos.
Oroſius in epiſt. ad Aug. de illorum erroribus.
Epiph. in Panar. hæreſ. 26. Idem hæreſi 47.
Euſeb. l. 5. hiſt. eccleſ. c. 28.
Theoph. exponens illud ad Hebr. 2. ut gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem.
Lanfr. lib. de Euchar.
D. Clem. li. 6. Conſt. apoſt. cap. 16.

A *circumtulerunt libros, ad ſeductionem veſtram conſcripſerunt, & eorum qui diligunt Chriſtum, & nos ſervos ejus.* Gentibus ejuſdem doli mali commentum erga Chriſtum tribuit Auguſtinus. Cui malo providentes apoſtoli deponendum conſtituerunt eum, qui falſos libros inſcriberet, & pro ſacris ad populi & cleri corruptionem publicaret. Inter alios autem modos quibus ſacros & catholicos contaminabant auctores, is unus erat. Ex his quæ docte, quæ pie, quæ Chriſtiane, quis uno ſenſu ſcripſerat, adjectis nonnullis vel detractis, pervertebant: vel ſi ille errorem referebat aliorum, & rationibus ac teſtimoniis confutabat his poſtremis ablatis, illa nuda tantum, quæ cauſæ ſuæ ſtabiliendæ inſervire videbantur, & eiſdem verbis referebant: utque verum ſe dicere ementito ſpecioſo quodam colore perſuaderent rudioribus, aſſeverabant ea catholicorum monumentis contineri; ſed contenta erant ſane, non ut illa firmarent catholici, ſed ut contraria prorſus ſententia infirmarent. His veſtigiis opinetur quis eos inſtituiſſe, B qui epiſtolam hanc beati Clementis nomine divulgarunt; impie enim de communi rerum diviſione ſentiebant, & multo magis de communione uxorum, quæ Nicolaitarum primum hæreſis fuit a D. Petro, a Clemente & reliquis apoſtolis ſæpe notata, reprehenſa, & punita.

Eam igitur epiſtolam ab aliquo hæretico eſſe conſarcinatam certum eſt, ex operibus beati Clementis; in quibus ipſe non ex animi ſui ſententia hæc ſcripſit, ſed referens, & poſtea refellens quæ pater ejus Fauſtinianus adhuc ethnicus, ante converſionem, ut philoſophus Pythagoricus ſentiebat. Cum enim coram Petro apoſtolo ille diſputaret, cum filiis Niceta & Clemente, ejus filiis, etſi ſibi tunc ignotis, jam tamen converſis & fidelibus, diſcipuliſque carioribus beati Petri, eam quæſtionem tunc diſputandam propoſuit. An aliqua in ſua forma & ſubſtantia eſſent bona vel mala. In qua ipſe quod a magiſtris ethnicis acceperat, defendens, objecit, natura nihil bonum eſſe vel malum; ſed omnia ex uſu & conſuetudine humanæ vitæ eſſe expedienda: quod ſi illa mala habuerit, eſſe mala: ſin vero bona, e contra. Cujus C rei triplex exemplum attulit: primum de homicidio. *Homicidium*, inquit, *nec bonum eſſe natura, vel malum; non malum, quia vinculis carnis abſolvit; ſæpe enim juſti judices peccantes perimunt, quod ſi ſcirent homicidium malum eſſe, non utique id juſti facerent.* Secundum autem de furto eſt. *Furtum*, inquit, *natura non eſſe malum, quia ſi quid mihi deeſt, aufero ab eo qui multa habet: nihil mali facis, quia id palam & libere facere poteram; ſed quia occulte feci & clam, tunc magis inhumanitas ejus a quo aufero, redargui poteſt; quia libere non fuit me ſufferre.* Ad hoc ergo propoſitum furti & adulterii (quod tertium fuit exemplum, & quod rem eſſe indifferentem etiam contendit) ſequentia diſputando ſubjicit: ut oſtenderet nihil admittere mali, qui rem alienam, vel uxorem alienam uſurpat. *Communis uſus omnium quæ ſunt in hoc mundo, omnibus eſſe hominibus debuit; ſed per iniquitatem alius hoc ſuum dicit eſſe, & alius illud: & ſic inter mortales diviſio facta eſt. Denique Græcorum quidam ſapientiſſimus* (*Pythagoram intelligit vel Lycurgum, vel horum diſcipulum Platonem, quos hujus erro-* D *ris auctores fuiſſe docent Ariſtoteles, Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Lactantius, Theodoretus, & alii*) *hæc ita ſciens eſſe, ait communia debere eſſe amicorum omnia: in omnibus autem ſunt ſine dubio & conjuges, & ſicut non poteſt*, inquit, *dividi aer, neque ſplendor Solis, ita nec reliqua, quæ communiter in hoc mundo data ſunt omnibus ad habendum, dividi debere: ſed habenda eſſe communia.* Hæc Fauſtinianus ſenex pater Nicetæ, & Clementis: quibus ſequentia ſubjungit, quæ referam, ut oſtendam quomodo hæc ob diſputandi rationem, ante converſionem, nec omnino obſtinate ſenſerit, ut nec patri ethnico, nedum filio Chriſtiano, ſcriptori catholico, pontifici maximo, & martyri ſanctiſſimo, tam gravis erroris nota adeo falſo tribuatur. *Hæc autem dicere volui*, inquit Fauſtinianus, *quoniam quidem cupio me inclinare ad bene agendum, & non poſſum bene agere, niſi prius didicerim quid ſit bonum: quod ſi intelligere potuero, ex ipſo etiam quid ſit malum, nosc. eſt huic contrarium, advertam. Verum ad hæc quæ dixi unum e vobis reſpon-* E *dere volo, non Petrum; non enim dignum eſt, ab illo verba, & doctrinam cum quæſtionibus capere, ſed ille ſi quid pronunciaverit, hoc abſque aliqua retractatione teneatur: & ideo ipſe nobis ſervetur quaſi arbiter, ut ſicubi diſputatio noſtra exitum non invenerit, ipſe quod ſibi viſum fuerit pronuncians, indubitatum finem rebus dubiis imponat: & nunc ergo poſſim ſola ejus ſententia contentus credere, ſi quid ei videretur; quod & ad ultimum faciam: volo tamen prius videre, ſi eſt poſſibile diſputando inveniri quod quæritur. Placet ergo, ut Clemens primus incipiat, & oſtendat, ſi ſit aliquid in ſubſtantia & actibus bonum, vel malum.* Hucuſque Fauſtinianus ethnicus, in Pythagoræ, & Platonis ſchola educatus adverſus doctrinam Chriſtianam & apoſtolicam objiciebat, cum apoſtolo vel ejus diſcipulis diſputando. Sed videamus, an Clemens, qui ad certamen electus eſt, propoſitæ opinioni, ejus ratione victus acquieſcat. *Ad hæc*, inquit, ipſe Clemens,

Auguſt. l. 1. de conſenſu evang. c. 10.
Canone. 19. apoſtol.
*Epiſtolam 5. Clementis PP. cujus pars prior extat apud Grat. in cap. dilectiſſimis 12. qu. 1. poſterior in c. relatum 37. diſt. ab hæretico aliquo compilatam fuiſſe, non ſcriptam a Clemente.*
Ariſt. l. 2. Pol. c. 1. Tertull. in apologet. c. 39. Clem. Alex. lib. 6. ſtrom. Lact. lib. 3. divin. inſt. cap. 21. & 22.
A Lycurgo etiam, eamdem ſententiam hauſiſſe Platonem refert Theodoret. lib. 9. de Græc. affect. curatione.
Euripidem in eodem fuiſſe errore docet Clem. Alexan. lib. 6. ſtromat.

Clemens, ego reſpondi: Quoniam quidem a me vis diſcere, ſi eſt aliquid natura, aut actu bonum vel malum, an potius uſu provenit hominibus, bona quædam, & alia videntur mala, pro eo quod diviſionem inter ſe rerum facere communium, quæ deberent, ut ais, ita eſſe communia, ut aer & ſplendor Solis, puto quod non debeam tibi aliunde aſſertiones adhibere, niſi ex his diſciplinis, quibus ipſe uteris, & quas ipſe confirmas, ut indubitata tibi ſint quæ dicuntur. Omnium elementorum & ſtellarum certos ponitis ſines, quaſque ſtellas dicitis, in quibusdam abſque noxia coire, ſicut in conjugiis; in aliis vero noxie miſceri, ſicut in adulteriis. Et dicitis quædam generalia eſſe omnium, quædam vero non omnium, neque generalia. Sed ne prolixa diſputatio ſiat, breviter & de re dicam. Terra: quæ arida eſt, conjugio & admixtione indiget aquæ, ut poſſit generare fructus, quibus ſine vita hominibus non eſt: ergo hæc legitima conjunctio. E contra ſi aut pruina frigus terræ miſceatur, aut calor aquis, hujuſmodi conjunctio corruptelam facit; & hoc in talibus adulterium eſt. Et pater reſpondit: Sed ſicut elementorum vel ſtellarum inconſona conjunctionis ſtatim proditur noxa, ita deberet & adulterium ſtatim oſtendi quam malum eſt: Et ego ajo: Hoc primo mihi confirma, ſi ut etiam ipſe confeſſus es, ex incongrua, & inconſona admixtione efficiuntur mala, & iſtud in conſequentibus requiretur. Et pater ait: Ut ſe habet rei natura, ita ais, fili. Tum ego reſpondi: Quia ergo diſcere cupis de his, vide quanta ſint, quæ mala eſſe apud neminem dubitantur. Non tibi videtur malum eſſe febris, incendium, ſeditio, ruina, cades, vincula, ſupplicia, dolores, luctus, & his ſimilia? Et pater: Verum eſt, inquit, fili, hæc mala eſſe, & valde mala; aut certe qui negat hæc eſſe mala, patiatur ea. Et ego reſpondi: Quia ergo cum eo mihi ſermo eſt, qui in aſtrologica diſciplina eruditus eſt, ſecundum ipſam tecum agam; ut de his quæ tibi in uſu ſunt, accipiens rationem, citius acquieſcas. Audi nunc ergo. Confeſſus es mala eſſe ea, quæ ſupra diximus, id eſt, febres, incendia, & his ſimilia; hæc ſecundum vos a malitioſis ſtellis fieri dicuntur, id eſt, ab humido Saturno, & calido Marte, horum vero contraria a benignis fieri ſtellis, id eſt, a temperato Jove, & humida Venere, aut non ita eſt? Et pater reſpondit: Ita eſt, fili; nec aliter fieri poteſt. Tum ego: Quia ergo a bonis ſtellis, Jove dico, & Venere bona fieri dicitis, videamus unaquaque malarum ſtellarum, cum admixta fuerit bonis, quid eſt quod efficit; & illud eſſe intelligamus malum. Etenim nuptias facere, Venerem ponitis: quæ ſi Jovem habeat in ſchemate ſuo, pudicas efficiat: Jove autem non reſpiciente, ſi adfuerit Mars, corrumpi nuptias per adulterium pronunciatis. Et pater: Ita ſe, inquit, habet. Ego reſpondi: Ergo malum eſt adulterium; quandoquidem ex malarum ſtellarum admixtione committitur: & ut compendioſius explicemus omnia quæ dicitis ex malarum admixtione ſtellarum, bonas perpeti ſtellas, mala eſſe ſine dubio pronuncianda ſunt. Iſta ergo ſtella, quarum admixtione diximus febres, incendia, & cetera his ſimilia effici, mala ipſa ſecundum vos etiam homicidia, adulteria, & furta operatur, propter vos etiam & ſtolidos ipſa efficiunt. Quibus rationibus permotum Fauſtinianum receſſiſſe a veteri errore, & contrariæ Clementis acquieviſſe ſententiæ, ipſe Clemens ſic refert. *Et pater; vere*, inquit, *breviter & incomparabiliter oſtendiſti, quia ſint mala in actibus*. En Platonis & Pythagoræ errorem de rerum & uxorum communione quonam modo non ſolum non defenderit prædeceſſor tuus Clemens lib. X. recognitionum, in quo hæc omnia exſtant, ſed multis ex philoſophia morali, ex phyſica, & aſtronomia petitis rationibus, graviter & acute confutarit adverſus Fauſtinianum parentem ſuum; quem etſi ethnicum & religionis Chriſtianæ diſciplinæ deſtitutum, tantopere tamen rationes Clementis commoverunt, ut rejecto, quem prius defenderat, Pythagoræ errore, B. Clementis poſthac, imo & Chriſti, uti veram, & firmioribus innixam rationibus amplexaretur doctrinam. Non eſt ergo cur hæretici impie obganniant, & ex hac catholica Clementis doctrina ad nos oppugnandos ducant argumenta, cum non ſolum illa, ſed Fauſtiniani ethnici ſententia & conſenſu jam confirmata expugnari ipſos poſſe, probent quæ diximus clariſſime. Damnavit iterum adulterium Clemens in apoſtolicis conſtitutionibus, & ne ullus relinqueretur ſuſpicioni locus, condemnavit tertio adulterium in epitome de rebus geſtis B. Petri.

Saturnus, qui hic humidus dicitur, communi aſtrologorum, & medicorum conſenſu ſiccus putatur.

Clemens lib. 10. recognitionum.

Idem lib. 7. apoſt. conſt. c. 3.

Sed quinam hæretici ex errore a Clemente confutato hujus epiſtolæ confingendæ auctores fuerint, videamus nam ex alio Clemente Alexandrino poſſimus elicere, quem enim Fauſtinianus errorem defenderat, a Carpocrate & Epiphane, defenſum iterum ille recenſet: & ab eadem ſchola Platonis, ſive Pythagoræ depromſiſſe ait. *Qui autem*, inquit, *a Carpocrate deſcendunt & Epiphane, cenſent oportere, uxores eſſe communes; a quibus in nomen maximum emanavit probrum. Hic autem Epiphanes, cujus etiam ſcripta feruntur, filius erat Carpocratis, & matris Alexandriæ nomine, ex patre quidem Alexandrinus, ex matre vero Cephalenus. Vixit autem ſolum ſeptemdecim annis, & Samæ, quæ eſt urbs Cephaleniæ, ut Deus, eſt honore affectus, quo in loco templum ex ingentibus lapidibus, altaria, delubra, muſeum ædificatum eſt & conſecratum: & cum eſt nova luna, convenientes Cephalenii natalem in Deos relationem Epiphanis ſacrificant, libantque, & convivantur, & hymnos canunt. A patre autem didicit & orbem diſciplinarum, & Platonis philoſophiam. Fuit autem auctor & princeps, monadicæ cognitionis. A quo etiam profluxit hæreſis eorum, qui nunc ſunt, Carpocratianorum. Is ergo dicit in libro de juſtitia, juſtitiam Dei eſſe quamdam cum æqualitate communionem. Æquale quidem certe cælum undequaque extenſum, totam terram continet in orbem, & non ex æquo ſtellas omnes oſtendit, & diei auctorem, & lucis patrem, ſolem Deus ex alto æqualem effudit omnibus, qui poſſunt aſpicere. Illi autem omnes communiter reſpiciunt, quoniam non diſcernit divitem, vel pauperem, vel populi principem, inſipientes & ſapientes, fœminas & maſculos, liberos & ſervos. Sed neque ſecus facit in brutis. Cum autem omnibus animantibus æque ipſum communem effuderit, bonis & malis, firmam ac ſolidam efficit juſtitiam; aut nemo poſſit plus habere, neque auferre a proximo, ut ipſe illius lucem habeat duplicatam. Sol facit omnibus animantibus communia exoriri nutrimenta, communi juſtitia ex æquo data omnibus, & ad ea quæ ſunt hujuſmodi ſimiliter ſit. Genus boum, ut boves, & ſuum, ut ſues, & ovium, ut oves, & reliqua omnia. Juſtitia enim in his apparet communitas. Deinde per communitatem omnia ſimiliter ſeminantur in genere, & commune nutrimentum apertum eſt humi paſcentibus jumentis omnibus, & omnibus ex æquo, ut quod nulla lege teneatur, ejus autem qui donat jubentis ſuppeditatione convenienter juſteque adſit omnibus. Sed neque habent legem ſcriptam generationis, eſſent enim abolita. Ex æquo autem ſeminant & generant habentia innatam a juſtitia communionem. Ex æquo communiter omnibus, oculum ad videndum creator & pater omnium, ſua juſtitia legem ferens, præbuit; non diſcernens fœminam a maſculo, non id quod eſt rationis particeps, ab experte rationis: & ut ſemel dicam, nullum a nullo, æqualitate autem & communitate viſum ſimiliter dividens uno juſſu omnibus eſt largitus. Leges autem, inquit, hominum cum ignorationem caſtigare non poſſent, contra leges facere docuerunt: legum enim proprietas diſſecuit divinæ legis communionem, & arrodit, non intelligens dictum apoſtoli dicentis. Per legem peccatum cognovi, & meum & tuum dicit ſubiiſſe per leges; ut quæ non amplius communiter fruantur, ſunt enim communia, neque terra, neque poſſeſſionibus, neque matrimonio. Fecit enim vites communiter omnibus, quæ neque paſſerem, neque furem ablegant, & frumentum ſimiliter, & alios fructus. Violata autem communio & æqualitas genuit furem pecorum, & fructuum. Cum ergo Deus communiter omnia feciſſet homini, & fœminam cum maſculo conjunxiſſet: & omnia ſimiliter animantia conglutinaſſet, pronunciavit juſtitiam communionem cum æqualitate. Qui autem ſic nati ſunt, communionem quæ eorum conciliat generationem, abnegaverunt. Et dicit, ſi unam ducens habeat, cum omnium poſſint eſſe participes, ſicut reliqua fecit animantia.* Poſtquam autem hæc Clemens Alexandrinus de Carpocratianis retuliſſet, & ſacræ ſcripturæ teſtimoniis confutaſſet, rurſus de illis ſubjungit. *Et hæc quidem dogmata conſtituunt egregii Carpocratiani. Hos dicunt, & aliquos alios ſimilium malorum æmulatores ad cœnas convenientes, neque enim dixerim agapem eorum congreſſionem, viros ſimul & mulieres, poſtquam ſatietate venerem excitante ſaturati fuerint, lumine amoto, quod eorum fornicatoriam hanc juſtitiam afficiebat, averſa lucerna coire quomodo velint, & cum quibus velint, meditatos autem in ejuſmodi agape communionem, interdiu jam a quibus velint mulieribus exigere Carpocratiæ, divina enim nefas eſt dicere, legis obedientiam. Has leges, ut ſentio, ferre oportuit Carpocratem, canum, & ſuum, & hircorum libidinibus. Mihi autem videtur Platonem quoque male audiviſſe in republica dicentem, oportere communes omnium uxores; ut qui diceret: eas quidem quæ nondum nupſerant, eſſe communes eorum qui eſſent petituri, quemadmodum theatrum quoque eſt commune ſpectatorum*. Hæc Clemens Alexandrinus de Carpocrate, quæ ſenſu ſimilia vel eadem ſunt cum iis quæ Fauſtinianus adverſus Clementem diſputatione ſua retulit: quare a Carpocrate non a Clemente epiſtola forſan confecta eſt, quod ab eadem ſchola Platonis idem venenum Fauſtinianus & Carpocrates hauſerint. Quid enim ſi litera utriuſque nominis prima anſam errori præbuit? Conſtat enim antiquis in uſu fuiſſe, nomina per primas literas compendii gratia notaſſe: unde fieri potuit, ut ex C. nota Carpocratis, Clementis nomen extenſum ſit: quemadmodum criticorum nonnulli contendunt, ex Agellii nomine, Aulum Gellium productum. A prima Agellii litera integrum Auli nomen effœta: niſi veroſimilius ſit Carpocratianos hæreticos errorem magiſtri, Clementis ſanctiore nomine decoraſſe. Eumdem igitur Fauſtiniani & Carpocratis errorem

Roman. 7.

rorem confutavit uterque Clemens, meliori tamen uſus fortuna Alexandrinus, quod non ei Carpocratis inſania tributa ſit, ſicut Romano Fauſtiniani. Quod ſi poſtremo tandem dicamus, Clementem alium philoſophum Platonicæ doctrinæ ſectatorem, cujus meminit beatus Dionyſius Areopagita de divinis nominibus, vel Actium aut Arium Clementem philoſophum Platonicum, ad quem extant Plinii junioris literæ, illum hortantes ut adhæreat Euphrati alteri æque philoſopho Platonico ſummi nominis; eum, inquam, Clementem operam dediſſe, ut epiſtola hæc, quæ Platonis doctrina protegitur, ſpecioſo & ſancti Clementis Romani nomine proderetur, quo facilius in fidelium animos error poſſet irrepere, quid vetat?

Plin. Jun. lib. 1 epiſt. 10.

Falſo igitur ex hoc capite colligunt interpretes, communem vitam canonicorum & monachorum ex D. Clementis authoritate ortum habuiſſe: cum D. Clemens hic, non ſolum eam conſilio, nedum præcepto non ornaverit, ſed vi & auctoritate rationum everterit: non quod illam, ut hodie ſanctiſſime inter religioſos obſervatur, injuſtam ſibi perſuaſerit, nam de ea nec cogitavit quidem; ſed quam ex placitis Pythagoræ & Platonis Fauſtinianus defendebat, injuſtam & pernicioſam civitatibus vir ſanctiſſimus doceret, quod & fecerunt Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Lactantius, Theodoretus & alii, & admonuerat antea Ariſtoteles contra Socratis & Platonis doctrinam. Ex quibus ſane dilucide conſtat, illuſtriſſimi cardinalis Antonii Carapha curam, & pietatis, & publicæ utilitatis pleniſſimam, qua contendit verſiculum illum: *In omnibus autem ſunt ſine dubio, & conjuges*, ab epiſtola & periodo illa Clementis expungi, ut expunxit in ea collectione decretalium epiſtolarum, quam ipſe, vel eruditus vir Antonius de Aquino a Clemente primo uſque ad Gregorium IX. accurate ſatis & fructuoſe concinnavit, nec dum, quod bona ejus venia dixerim, fuiſſe neceſſariam: cum tam ſit verum eam ſcripſiſſe & retuliſſe ex Fauſtiniano Clementem; ac certum, illi ſemper Fauſtiniani, Lycurgi, Pythagoræ, & Platonis errorem diſplicuiſſe, nec multis ſolum, ut vidimus, rationibus confutaſſe, ſed confutatum errorem eidem Fauſtiniano parenti docte & ſapienter diſſuaſiſſe. Qua etiam cenſura notari poſſe animadverto, recentiorem conciliorum editionem Venetam, dum eum verſiculum epiſtolæ Clementis ademit; cum verum ſit potius, illum intactum eſſe ſervandum, & epiſtolæ reſtituendum: at vero epiſtolam integram, ut falſo affictam Clementi, e reliquarum numero, & Gregoriano decreto vel rejici, vel ut ſpuriam aſteriſco notari oportere. Illud hic præterea eſt etiam obſervandum, verba illa: *Per iniquitatem alius dixit hoc eſſe ſuum, & alius illud*, non ſignificare, per iniquitatem, hoc eſt, per peccatum primi parentis inductam eſſe rerum diviſionem, ut placuit multis. Nam Fauſtinianus homo ethnicus, & doctrina Pytagorica, non Chriſtiana, vel Moſaica eruditus, non potuit de eo peccato intelligere, quod commiſſum fuiſſet nec ne, ignorabat: ſed dicendum eſt, Fauſtinianum ſenſiſſe, privatos homines iniquitatem admittere, cum rem poſſident ſeparatim, eamque eſſe errorem graviſſimum, ſed tandem rationibus & auctoritate Clementis ab eodem Fauſtiniano retractatum, ut paulo ſuperius diximus.

Clem. Alexand. Lactant. lib. 3. divin. inſt. c. 21. & 22. Ariſt. lib. 2. polit. c. 1.

Actum hucuſque de priori hujus epiſtolæ parte: jam poſterior attingenda, ut clarior inde lux his quæ diximus, quæque dicturi ſumus, afferatur. Extat illa apud Gratianum. In ea enim diſputatione & congreſſu, quo erant Niceta, Aquila & Clemens cum Petro, cum multa Niceta de allegoriis Gentilium retuliſſet, quæ Aquila primum, & D. Petrus poſtea confutavit, rogavit Clemens Nicetam, ne illi ſermoni ſuperſederent; ſed alia de eiſdem gentium deorum allegoriis ipſe referret, oportere ſane judicans, ea non ignorare: quia cum gentibus tunc & erant, futuræque erant diſputationes: ſic enim ait Clemens, multo poſt ac de rerum communione & communitate uxorum egerat. *Cum hæc Petrus dixiſſet, ego Clemens Nicetam rogabam, ut aliqua de allegoriis Gentilium, quas diligenter attigerat, agnoſcendi gratia exponeret, utile enim eſt, ut cum Gentilibus diſputamus, etiam iſta nos minime lateant. Et Niceta: Si, inquit, permittis dominus Petrus, poſſum dicere. Tum Petrus: Hodie permiſi vobis dicere adverſum Gentiles, ut noſtis. Et Niceta ait: Dic ergo, Clemens, de quibus audire velis; Cui ego ajo: Quomodo tradunt de deorum cœna Gentiles, quam in Pelei nuptiis habuerunt & Tethidis? Quem dicunt eſſe Paridem paſtorem, & quæ ponunt in Junone, Minerva & Venere, quæ apud eum judicantur? quemve Mercurium, vel quod malum? & cetera quæ per ordinem conſequuntur, enarra nobis. Tum Niceta: Cœnæ deorum cauſa hoc modo ſe habet: convivium mundum tradunt: diſcumbendi ordinem deorum, ſtellarum poſitionem, quas Heſiodus cœli & terræ primos filios nominat, in quibus ſex mares & ſex fœminas ad duodecim ſignorum numerum referunt, quæ univerſum circumeunt mundum. Dapes autem convivii, rationes eſſe & cauſas rerum tradunt, dulces & concupiſcibiles, quæ qualiter regatur &*

Gratian. c. ſcelatum 37. diſt.

Clem. lib. 10 recognitio.

A *gubernetur hic mundus, ex ſignorum poſitione & aſtrorum curſibus colliguntur. Ad libertatis tamen conventui modum, dicunt iſta conſtare, pro eo quod poteſtatem habeat uniuſcujuſque ſenſus; ſi velis deguſtare aliquid ex hujuſmodi ſcientia, aut ſi nolis. Et ſicut in convivio nemo cogitur, ſed veſcendi libertas penes unumquemque eſt, ita & philoſophandi ratio pendet in voluntatis arbitrio. Diſcordiam, concupiſcentiam carnis dicunt, quæ ſurgit adverſum propoſitum mentis, & philoſophandi impedit ſtudium. Ideo denique & tempus illud eſſe ajunt, in quo de nuptiis agitur. Peleum vero & Thetidem nympham, aridum & humidum ponunt elementum, ex quorum admixtione ſubſtantia corporum conſtat. Mercurium, verbum eſſe tradunt, per quod ſui doctrina confertur. Junonem, pudicitiam: Minervam, fortitudinem: Venerem, libidinem dicunt: Paridem ſenſum. Si ergo, ajunt, accidat in homine, barbarum eſſe, & imperitum ſenſum, & rectum judicium neſcientem, ſpreta pudicitia & virtute, libidini palmam, quod eſt malum, dabit; per quod non ſolum ſibi, ſed & civibus & univerſæ genti* B *ſubverſio & pernicies aderit. Hæc ergo licet illis componere ex qualibet materia viſum ſit, tamen aptari ad omnem hominem poſſunt: quia ſi quis paſtoralem & ruſticum atque imperitum habeat ſenſum, nec velit erudiri, ubi corporis calor de libidinis ſuavitate ſuggeſſerit; continuo ſpretis ſtudiorum virtutibus, & ſcientia bonis, ad voluptates corporum animum confert. Et hinc eſt, unde impacata bella conſurgunt, urbes ruunt, patriæ concidunt; ſicut & Paris, rapta Helena, ad mutuum Græcos & barbaros armavit exitium.* Hæc Niceta de allegoriis Gentilium tranſlatis & transferendis ad verum ſenſum. Quæ cum audiſſet Petrus, ne in lege Dei ſimile quid contingeret, & ſacras ac divinas literas ſuo ſenſu ſinguli interpretarentur; ſequenti doctrina Clementem, Nicetam & Aquilam voluit erudire. *Et Petrus collaudans proſecutionem ejus, ait: Multos, ut video, ingenioſi homines, ex his quæ legunt veriſimilitudines capiunt, & ideo diligenter obſervandum eſt, ut lex Dei cum legitur, non ſecundum proprii ingenii intelligentiam legatur.* C *Sunt enim multa verba in ſcripturis divinis, quæ poſſunt trahi ad ſuum ſenſum, quem ſibi unuſquiſque ſponte præſumpſit, quod fieri non oportet. Non enim ſenſum quem extrinſecus attuleris, alienum & extraneum debes quærere, quem ex ſcripturarum auctoritate confirmes, ſed ex ipſis ſcripturis ſenſum capere veritatis. & ideo oportet ab eo intelligentiam diſcere ſcripturarum, qui eam a majoribus ſecundum veritatem ſibi traditam ſervat; ut & ipſe poſſit ea quæ recte ſuſcepit, competenter adſerere. Cum enim ex divinis ſcripturis integram quis ſuſceperit & firmam regulam veritatis, abſurdum non erit, ſi aliquid etiam ex eruditione communi, ac de liberalibus ſtudiis, quæ forte in pueritia attigit, ad aſſertionem veri dogmatis conferat: ita tamen, ubi vera didicit, falſa & ſimulata declinet. Et cum hæc dixiſſet, ad patrem noſtrum reſpiciens, ait: Tu ergo, ſenex, ſi quidem ſalutis animæ tuæ conſulis, ut cum corpore fuerit reſoluta, pro brevi hac converſione requiem invenias ſempiternam, require de quibuſvis, & conſule, ut poſſis, ſi quid in te eſt dubitationis, abjicere; incertum enim eſt* D *etiam juvenibus vitæ tempus, ſenibus autem jam nec incertum eſt; non enim dubitatur, quin quantumcumque eſt, quod putatur ſupereſſe, breve ſit, & ideo tam juvenes quam ſenes oportet de converſione & pœnitentia valde eſſe ſolicitos, & ſatagere, ut de reliquo ornent animam ſuam ornamentis digniſſimis; id eſt dogmatibus veritatis, decore pudicitiæ, ſplendore juſtitiæ, candore pietatis, aliiſque omnibus, quibus comptam decet eſſe rationabilem mentem.* Cum ergo hæc omnia, quæ in dicta epiſtola V. Clementis extant, ex diverſis fragmentis libri X. recognitionum eruta ſint, ut vidiſti; conſtat ſane, eam ab hæretico quodam contextam eſſe, idque ſatis inſulſe; cum agens de communi vita, miſceat ſtatim reliqua de interpretatione ſcripturæ ſacræ, quæ diverſo propoſito docuerat D. Petrus, & retulerat B. Clemens, dum uterque de allegoriis deorum, & interpretatione ſacræ ſcripturæ tractaret. Ex quo conſequens erit, textum in c. relatum XXXVII. diſt. non beato Clementi, ſed B. Petro tribui debere, ſi verum eſt quæ ipſe Clemens dicto libro X. recog. retule- E rat, D. Petrum docuiſſe.

Inde etiam nomen quidam Mercurium inveniſſe teſtantur.

Hæc autem, beatiſſime pater, de epiſtola Clementis tam longo ſunt a me repetita ſermone, ut oſtenderem, mœchiæ reatum, ut loquuntur patres, quem ſæpe in hoc concilio pœnis multis coerceri legimus, nulla poſſe naturæ lege, aut eccleſiæ decreto probari; neve hæretici ex Clementis loco illo, ut erat, difficili, anſam acciperent liberius in mulieres nuptas debacchandi. Hinc autem videre mihi videor, opera omnia Clementis, quæ nulli dubium eſt, quin ſint pietatis plena, eruditione illuſtria, ſapientia referta, operam tuam, qui illius non ſolum nomen tenes, ſed religionem & pietatem imitaris, expoſcere & expectare, ut ſentibus, quæ ab hæreticis interſerta ſunt, perpurgata, eam denique recipiant auctoritatem, quam divus illorum auctor,

ctor, catholica doctrina meruit, ſancta dignitate acquiſivit, & divino martyrio comparavit. Plures enim ejus epiſtolæ nobis falſo obtruſæ non ejuſdem ſunt apud pios & doctos ponderis. Meminiſti enim, ſat ſcio, in canone apoſtolorum ultimo duas tantum epiſtolas Clementis referri: quas ſolas recenſuit Damaſus. Euſebius unam tantum ad Corinthios illius agnoſcit, & aliam ad Hebræos; nec plurium meminit. Illam autem, quam ſub Romanæ eccleſiæ perſona ad Corinthiorum eccleſiam direxit, adhuc non exſtare certum eſt, etſi dixerit Euſebius illam omnium eccleſiarum conſenſu approbatam, & ex ſententia Egeſippi eam tanti habitam a Corinthiis, ut dominicis diebus ſemper in eccleſia legeretur. De ea Div. Irenæus. *Sub hoc Clemente*, inquit, *diſſenſione non modica, inter eos qui Corinthi erant fratres, facta, ſcripſit quæ eſt Romæ eccleſia potentiſſimas literas Corinthiis, ad pacem eliam eos congregans, & reparans fidem eorum, & annuncians, quam in recenti ab apoſtolis receperat, traditionem.* De eadem meminit Photius patriarcha Conſtantinopolitanus in eo opere, quod de libris a ſe lectis compoſuit, & bibliothecam appellavit. Epiſtolas duas Clementis ait ſe legiſſe, unam ad Corinthios, aliam ad Jacobum fratrem domini. Floruit is ante ſeptingentos annos. Multa ex eadem epiſtola tranſtulit eiſdem verbis, variis in locis Clemens Alexandrinus. De eadem meminit divus Hieronymus, nonnulla ex ea referens: quam fortaſſe indicavit & intellexit concilium Laodicenum, dum de Clementis unica tantum epiſtolæ mentionem facit; reliquas non omiſſurum, ſi exſtarent. Sed nec eam certo fuiſſe Clementis conſtat; nam contextam ex verbis & ſententia epiſtolæ Pauli ad Hebræos accepimus, ſed an Clemens an vero Lucas tranſtulerit, incertum Euſebio & Nicephoro. Qua ratione Dionyſius Exiguus, Ferrandus diaconus, & Creſconius, antiqui decretalium epiſtolarum collectores, non a Clementis, ſed a Siricii papæ epiſtolis initium fecerunt, in canonum & epiſtolarum collectionibus. Agnoſcis etiam hos libros recognitionum, quos alii circuitus, alii periodos Petri nuncuparunt, ab Ebionæis fuiſſe corruptos, ut prodidit D. Epiphanius, qui ipſum Clementem refert ſæpe fuiſſe conqueſtum, quod eos libros illi depravaſſent. Tam antiqua eſt hujus criminis querela. *Utuntur autem*, ait ille, *& aliis libris, nimirum circuitionibus Petri appellatis, per Clementem ſcriptis, multa corrumpentes in ipſis, & pauca vera relinquentes velut ipſe Clemens omnes per omnia redarguit in epiſtolis Encyclicis, quæ in ſanctis eccleſiis leguntur.* Id ipſum teſtatur Rufinus & D. Hieronymus, docens eos etiam eſſe depravatos ab Arianis, ſeu Eunomianis. Et alibi ait. *Poſtquam diſcipulus Chriſti factus eſt Petrus ſocrum ejus legimus; uxorem ejus non legimus. Clementis enim, inquit, periodi, quæ ſcilicet de uxore Petri narrant, apocrypha*; quare eos libros ut apocryphos rejecit D. Athan. Philaſtrius, & Photius patriarcha Conſtantinopolitanus. Et, quod majoris adhuc momenti eſt, Gelaſius papa in ſynodo Romana & Leo nonus contra epiſtolam Nicetæ Abbatis, & ejus nomine Humbertus ejus legatus, affirmans, antiquos etiam patres illos ut apocryphos rejeciſſe, quod tradidit ſynodus Nicæna II. & antea Euſebius. *Jam vero*, inquit, *quidam alia item opera, verboſa illa quidem & prolixa, heri pridem & nudiuſtertius perinde quaſi illius eſſent, introduxerunt; quæ quidem diſputationes Petri & Appionis continent: quorum apud veteres nulla omnino fit mentio. Nam puram illam & ſinceram apoſtolicæ orthodoxæ doctrinæ notam minime retinent.* Conſtitutionibus apoſtolicis ejuſdem Clementis quædam a pietate Chriſtiana maxime aliena inſerta fuiſſe ab hæreticis, ſexta ſynodus refert. De illis etiam quoſdam ſuo tempore dubitaſſe recenſet D. Epiphanius. Inter apocrypha autem retulit Euſebius.

Damaſ. in vita Clementis. Euſeb. eccleſ. hiſtor. lib. 3. c. 3. 7. & 38.
Irenæus lib. 3. adverſ. hæreſ.
Clem. Alex. l. 1. ſtrom. lib. 4. & lib. 6.
D. Hieron. in catalogo, & in comment. 52. c. 15.
Conc. Laodicen. c. 6.
Euſeb. lib. 3 eccleſ. hiſt. c. 32. Nic. lib. 3. c. 18.
Epiph. hæreſ. 30.
Rufin. in apologet. pro Orig. D. Hieron. in apologet. adverſ. Rufinum.
Idem adverſ. Jovinian.
Athanaſ. in ſynop. Philaſtrius de hæreſ.
Photius in ſua bibliotheca.
Refertur in c. ſa. Romana 15. diſt. Ex Humberto.
Gratian. c. Clementis librum 16. diſt.
Secunda ſyn. Nicæna actio. 5. verba Epiphan. Euſeb. lib. 3. eccl. hiſtor. c. 25.
Sexta ſynod. actio. 2.

Sed ut revertatur tandem eo unde deflexit oratio, ſi quæratur, quare de tribus tantum criminibus meminerint patres Hiſpani in hoc canone, & cum idololatria homicidium & mœchiam conjunxerint? duplex occurrit ratio. Prior, ut apoſtolos imitarentur, a quibus in concilio Hieroſolymitano ob Gentiles tria ſpeciatim interdicta legimus apud Lucam, abſtinere ab idolothytis, ſanguine, & fornicatione: quem locum ſic intellexit Tertullianus: *Cum primum intonuit*, inquit, *evangelium, & vetera concuſſit, ut de legis retinenda necne ſtatu diſceptaretur, primam hanc regulam de auctoritate Spiritus ſancti apoſtoli emittunt ad eos qui jam ex nationibus allegi cœperant: Viſum eſt*, inquiunt, *Spiritui ſancto & nobis, nullum amplius vobis adjicere pondus, quam eorum a quibus neceſſe eſt abſtineri, a ſacrificiis, & a fornicatione & ſanguine. A quibus obſervando recte agitis, vectante vos Spiritu ſancto. Sufficit, & hic ſervatum eſſe mœchiæ & fornicationi locum honoris ſui inter idololatriam & homicidium. Interdictum enim ſanguinibus multo magis humani intelligemus. Porro qualia videri volunt apoſtoli crimina, quæ ſola in obſervatione de lege priſtina exceperunt, quæ ſola neceſſario abſtinenda præſcribunt. Non quod alia permittant, ſed quod hæc ſola præponant utique non remiſſibilia fecerunt.* Tria enim hæc crimina, mœchiæ, idololatriæ, & homicidii,

D. Epiph. lib. 3. contra Audianos.
Euſeb. lib. 3. hiſt. eccl. c. 29.
Act. apoſt. c. 15.
Tertull. lib. de pudicitia c. 12.

A una in ſcripturis damnari probat idem Tertul. Eadem conjunxit D. Leo papa primus Ruſtico Narbonenſi reſcribens. *Qui convivio*, ait, *ſolo Gentilium, & eſcis immolatitiis uſi ſunt poſſunt jejuniis & manuum impoſitione purgari; & deinceps ab idolothytis abſtinentes, ſacramentorum Chriſti poſſunt eſſe participes: ſi autem aut idola adoravere, aut homicidiis vel fornicationibus contaminati ſunt, ad communionem eos niſi per pœnitentiam publicam non oportet admitti.*

Tertull. eod. lib. de pudic. c. 4. 5. & 6.
D. Leo 1. in Epiſt. ad Ruſticum epiſcop. Narbonen. c. 19.

Poſterior cauſa eſt, ut oſtenderent, Chriſtianos longiſſime ab his criminibus abeſſe, quæ falſo impoſturæ nomine gentes nobis olim objiciebant; ut idem Tertullianus refert. *Sed illud*, inquit, *ſolum expectatur, quod odio publico neceſſarium eſt, confeſſio nominis, non examinatio criminis, quando ſi de alio nocente cognoſcitis, non ſtatim confeſſo eo, nomen homicidæ, vel ſacrilegi, vel publici hoſtis (ut de veſtris elogiis loquar) contenti ſitis ad pronunciandum.* Quæ crimina diluerunt eleganti & copioſo ſermone olim Arnobius, Lactantius, Athenagoras & alii. Qua forſan ratione, ad majorem eorum B criminum deteſtationem ea ſolum tria crimina excommunicatione punienda, quorumdam opinio fuit, quam refert D. Auguſtinus. *Qui autem opinantur*, inquit, *cetera eleemoſynis facile compenſari, tria tamen mortifera eſſe non dubitant excommunicatione punienda, donec pœnitentia humiliori ſanentur, impudicitiam, idololatriam, homicidium: neque nunc opus eſt quærere qualis ſit eorum iſta ſententia, utrum corrigenda, an approbanda, ne opus ſuſceptum mittamur in longum, propter eam quæſtionem quæ huic abſolvendæ minime neceſſaria eſt: ſufficit enim, quia ſi omnia non ſunt admittenda ad baptiſmi ſacramentum, inter hæc omnia eſt adulterium, unde iſta diſputatio mota.*

Tert. in apol. adverſus Gentes cap. 2.
Arnob. adverſus Gentes. Lactant. in divin. inſtit. Athenagor. in apolog. pro Chriſtianis. D. Aug. lib. unic. de fide & oper. c. 19.

*Canon III.* Vulgatus.

*De eiſdem ſi idolis tantum munus dederunt.*

C Item flamines qui non immolaverunt, ſed munus tantum dederunt, eo quod ſe a funeſtis abſtinuerint ſacrificiis, placuit, in fine præſtare eis communionem: facta tamen legitima pœnitentia. Item ipſi, ſi poſt pœnitentiam fuerint mœchati, placuit, ulterius eis non eſſe dandam communionem, ne luſiſſe de dominica communione videantur.

Canon III. *Emendatus.*

*De eiſdem ſi idolis tantum munus dederint.*

D Item flamines qui non immolaverint, ſed munus tantum dederint, eo quod ſe a funeſtis abſtinuerint ſacrificiis, placuit, in fine præſtari eis communionem: facta tamen legitima pœnitentia. Item ipſi, ſi poſt pœnitentiam fuerint mœchati, placuit, ulterius eis non eſſe dandam communionem, ne luſiſſe de dominica communione videantur.

*Qui olim ſacrificati dicerentur, qui libellatici.*

CAPUT IX.

Poſtquam egerunt epiſcopi de ſacrificatis, in duobus canonibus præcedentibus (vocabant olim ſacrificatos, eos qui ſacrificium deorum vel agebant, vel quoquomodo juvabant) nunc agunt de libellaticis, de his E videlicet, qui ut non cogerentur ſacrificare, munus dabant, eo pretio vitæ & idololatriæ exterioris periculum & infamiam redimentes, & Chriſtianiſmi profeſſionem quodammodo confuſione abnegantes. Pro munere autem libellos expoſcebant, vel ipſi, vel alii eorum nomine a magiſtratibus, ut his velut ſecuritatis præſidio muniti a ſatellitum ſe audacia furoreque defenderent. Horum autem libellorum formulam, quam illi obſignabant, expreſſam nobis reliquit D. Cyprianus ad Antonianum.

D. Cypr. ep. 52. ad Antonian. c. 4.

*Ego prius legeram, & epiſcopo tractante cognoveram, non ſacrificandum idolis, nec ſimulacra ſervum Dei adorare debere; & idcirco ne hoc facerem, quod non licebat, cum occaſio libelli fuiſſet oblata, ad magiſtratum vel veni, vel alio eunte mandavi. Chriſtianum me eſſe, ſacrificare mihi non licere, ad aras diaboli me venire non poſſe, dare me ob hoc præmium, ne quod non licet faciam.*

Hoc

Hos autem libellaticos nota turpitudinis inuſtos, teſtatur idem Cyprianus, quod cum vitæ periculo idem ſemel ſuſceptam conſtanter non profiterentur. *Nunc tamen*, inquit, *etiam iſte qui libello maculatus eſt, poſtea quam nobis admonentibus didicit, nec hoc ſe facere debuiſſe, etſi manus pura ſit, & os ejus feralis cibi contagia nulla polluerint, conſcientiam tamen ejus eſſe pollutam: flet auditis nobis, & lamentatur, & quod deliquerit, nunc admonetur; & non tam crimine, quam errore decebtus, quod jam de cetero inſtructus & paratus ſit, conteſtatur.* Idem. *Nec ſibi*, inquit: *quo minus agant pœnitentiam, blandiantur, qui etſi nefandis ſacrificiis manus non contaminaverunt, libellis tamen conſcientiam polluerunt. Et illa profeſſio denegantis, conteſtatio eſt Chriſtiani quod fuerat abnuentis; feciſſe dixit, quidquid alius faciendo commiſit. Cumque ſcriptum ſit, Non poteſtis duobus dominis ſervire, ſervivit ſæculari domino, obtemperavit ejus edicto, magis obaudivit humano imperio, quam Deo. Viderit an timore, vel dedecore, vel crimine apud homines publicaverit, quod admiſit: Deum tamen judicem ſubterfugere & vitare non poterit; cum dicat Spiritus ſanctus in pſalmis: Quod eſt imperfectum meum, viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur. Et iterum: Homo videt in facie, Deus autem in corde. Ipſe quoque dominus præmoneat & præſtruat dicens: & ſcient omnes eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutator renis & cordis. Perſpicit ille abdita; & ſecreta atque occulta conſiderat. Nec Dei oculos poteſt aliquis evadere dicentis. Ego Deus approximans, & non Deus a longinquo; ſi abſconditus fuerit homo in abſconditis, ego ergo non videbo eum? Nonne cælum & terram ego impleo? Videt ille corda & pectora ſingulorum, & judicaturus eſt non tantum de factis, ſed & de verbis, & de cogitationibus noſtris: omnium mentes voluntateſque conceptas in ipſis adhuc clauſi pectoris latebris intuetur. Denique quanto & fide majores & timore meliores ſunt, qui quamvis nullo ſacrificii aut libelli facinore conſtricti, quoniam tamen de hoc vel cogitaverunt, hoc ipſum apud ſacerdotes Dei dolenter & ſimpliciter confitentes exomologeſim conſcientiæ faciunt, animi ſui pondus exponunt, ſalutarem medelam, parvis licet & modicis vulneribus exquirunt; ſcientes ſcriptum eſſe: Deus non deridetur, derideri & circumveniri Deus non poteſt, nec aſtutia aliqua fallente deludi. Plus imo delinquit, qui ſecundum hominem, Deum cogitans, evadere ſe pœnam criminis credit, ſi palam crimen admiſit. Chriſtus in præceptis ſuis dicit: Qui confuſus me fuerit, confundetur cum filiis hominis, & Chriſtianum ſe putat, qui Chriſtianus eſſe confunditur, aut veretur? quomodo poteſt eſſe cum Chriſto, qui ad Chriſtum pertinere aut erubeſcit, aut metuit?* Eamdem libellorum oblatorum turpitudinem ad devitandum periculum vitæ & ſacrificii faciendi notant & exaggerant presbyteri & diaconi Romæ conſiſtentes ſcribentes ad Cyprianum. *Hoc nos*, aiunt, *non falſo altero ſuperiores noſtræ literæ probaverunt, in quibus vobis ſententiam noſtram dilucida expoſitione protulimus adverſus eos, qui ſe ipſo infideles illicita nefariorum libellorum profeſſione prodiderant; quaſi evaſuri irretientes illos diaboli laqueos viderentur, quo non minus quam ſi ad nefarias aras acceſſiſſent, hoc ipſo quod ipſum conteſtati fuerant, tenerentur.* Quare quemadmodum ſacrificati a martyribus literas confeſſorias expoſcebant, ut ſua interceſſione a pœnis idololatriæ ab epiſcopis abſolverentur; ſic etiam & hi libellatici, ut idem Cyprian. teſtatur. *Item cum comperiſſem eos qui ſacrilegis contactibus manus ſuas atque ora maculaſſent, vel nefandis libellis nihilominus conſcientiam polluiſſent, exambire ad martyres paſſim, confeſſores quoque importuna & gratioſa deprecatione corrumpere, ut ſine ullo diſcrimine atque examine ſingulorum, darentur quotidie libellorum millia contra evangelii legem.* Hujus autem turpitudinis libellaticorum rationem propriis depinxit coloribus Tertullianus. *Sed quod meum eſt*, inquit, *fugio, ne peream, ſi negavero. Illius eſt, ſi voluerit, etiam fugiente me reducere in medium. Hoc mihi prius reſponde, certus es te negaturum, ſi non fugeris, an incertus? Si enim certus, jam negaſti: quia præſumendo te negaturum, id deſpondiſti, de quo præſumpſiſti, & vane jam fugis ne neges; qui ſi negaturus es, jam negaſti. Si vero incertus es, cur non ex æqualitate incerti metus inter utrumque eventum, etiam confiteri te poſſe præſumis & ſalvum magis fieri, quo minus fugias? Sicut negaturum te præſumis, ut fugias. Jam nunc aut in nobis eſt utrumque, aut totum in Deo. Si in nobis eſt confiteri, aut negare, cur non id præſumimus, quod eſt melius; id eſt confeſſuros nos? niſi vis confiteri, pati non vis. Nolle autem confiteri, negare eſt. Si vero in Deo totum eſt, cur non totum relinquimus arbitrio ejus? agnoſcemus virtutem & poteſtatem, quod poſſit nos ſicut fugientes educere in medium, ita & non fugientes, imo & in medio populo converſantes obumbrare. Quale eſt ut ad fugiendum, Deo honorem reddas, qui poſſit te etiam fugientem producere in medium; ad conteſtandum autem inhonores illum, deſperans potentiam protectionis ab illo? Quare non magis ex hac parte conſtantia & fiducia in Deum, dicis: Ego quod meum eſt, facio, non diſcedo, Deus ſi voluerit, ipſe me proteget? Hoc potius noſtrum eſt, ſtare ſub Dei arbitrio, quam fugere ſub noſtro. Rutilius ſanctiſſimus martyr, quum toties fugiſſet perſecutionem de loco in locum, etiam periculum (ut putabat) nummis redemiſſet, poſt totam ſecuritatem, quam ſibi proſpexerat, ex inopinato apprehenſus, & præſidi oblatus, tormentis diſſipatus (credo pro fuga caſtigatione) dehinc ignibus datus, paſſionem quam vitarat, miſericordiæ Dei retulit. Quid aliud voluit dominus nobis demonſtrare hoc documento, quam fugiendum non eſſe; quia nihil fuga proſit, ſi Deus nolit?* Sed elegantius, copioſius, & magis ad rem idem auctor. *Porro*, ait, *qui quærit, an perſecutio fugienda ſit, ſequentem quoque jam proſpiciat neceſſe eſt: an ſi fugienda non eſt, redimenda certe ſit. Ultro igitur & de hoc tibi ſuggeram, definiens perſecutionem, quam conſtat non eſſe fugiendam, proinde nec redimendam. Pretium intereſt. Ceterum ſicut fuga redemptio gratuita eſt, ita redemptio nummaria, fuga eſt. Certe & hujus timiditatis conſilium eſt. Quod times, redimis: ergo fugis. Pedibus ſtetiſti, cucurriſti nummis. Hoc ipſum quod ſtetiſti ex redemptione, fugiſti. Ut autem redimas hominem tuum nummis, quem ſanguine ſuo redemit Chriſtus, quam indignum Deo, & diſpoſitioni ejus, qui filio ſuo non pepercit pro te, ut fieret maledictum pro nobis, quia maledictus qui pependerit in ligno: qui tanquam ovis ad victimam ductus eſt, & tanquam agnus ante tondentem, ſic non aperuit os; ſed poſuit dorſum ſuum in flagella, maxillas autem in palmas, & faciem non avertit a ſputaminibus, & inter iniquos deputatus eſt, & traditus in mortem, mortem autem crucis. Totum hoc, ut nos a peccatis lucraretur. Sol ceſſit diem emptionis noſtræ. Apud inferos emancipatio noſtra eſt, & ſtipulatio noſtra in cælis; ſublevatæ ſunt portæ ſempiternæ, ut introiret rex gloriæ, dominus virtutum hominem de terris, imo ab inferis, mercatus in cælos. Quis eſt nunc qui adverſus illum reluctatur? imo depretiat, & mercedem ejus tam magno comparatam, pretioſiſſimo ſcilicet ſanguine, commaculat? Jam ergo melius fugere quam fieri viliorem; ſi non tanto ſibi conſtabit homo; quanti conſtitit domino, & dominus quidem illum redemit; ab angelis munditenentibus poteſtatibus, a ſpiritualibus nequitiæ, a tenebris hujus ævi, a judicio æterno, a morte perpetua. Tu autem pro eo paciſceris cum delatore, vel milite, vel furunculo aliquo præſide, ſub tunica & ſinu, quod aiunt, ut furtivo, quem coram toto mundo Chriſtus emit, imo & manumiſit. Hunc ergo liberum pretio æſtimabis, & pretio poſſidebis, niſi eodem; quanto, ut diximus, domino conſtitit, ſanguine ſuo ſcilicet? ut quid ergo de homine Chriſtum redimis in homine, in quo Chriſtus eſt? Non aliter & Simon facere tentavit quum pecuniam apoſtolis obtulit pro ſpiritu Chriſti. Audite ergo, & iſte qui ſe redimens, Chriſti ſpiritum redemit: Pecunia tua tecum ſit in interitum; quoniam gratiam Dei pretio conſequendam putaſti. Quis tamen abnegatorem ſpernat? Quid enim dicit ille concuſſor? Da mihi pecuniam, certe ne eum tradat; ſiquidem non aliud venditat, quam quod præſtaturus eſt præmio tuo. Cum das utique ne traderis voluiſti. Non traditus autem, traduci habebas? ergo dum nolendo tradi, non vis traduci, nolendo negaſti, quod te eſſe traduci noluiſti. Imo inquis, dum nolo traduci quod ſum, confeſſus id eſſe quod nolo traduci; id eſt, Chriſtianum. Poter itaque te martyrem vindicare, conſtanter oſtendiſſe Chriſtum. Redimens, non oſtendis? Apud unum ſi forte confeſſus es, ergo, & apud plures nolendo confiteri negaſti. Ipſa ſalus judicabit hominem excidiſſe, dum evadit. Excidit ergo qui maluit evaſiſſe. Negatio eſt etiam martyrii recuſatio, Chriſtianus pecunia ſalvus eſt; & in hoc nummos habet ne patiatur, dum adverſus Deum erit dives. At enim Chriſtus ſanguine fuit dives pro illo. Felices itaque pauperes, quia illorum eſt*, inquit, *regnum cælorum; qui animam ſolum in confiſcato habent. Si non poſſumus Deo ſervire & mammonæ, poſſumus & a Deo redimi & a mammona? Quis enim magis ſerviet mammonæ, quam quem mammonas redemit? Poſtremo, quo exemplo uteris in redemptionem traditionis? Apoſtoli tractantes, perſecutionibus agitati, quando ſe pecunia liberaverunt? quæ illis utique non deerat, ex prædiorum pretiis ad pedes eorum depoſitis; certe multis locupletibus credentibus viris ac fœminis, qui his etiam refrigeria ſubminiſtrabant. Quando Oneſiphorus, aut Stephanus, hoc modo eis in perſecutione ſuccurrerunt? Paulus quidem, cum Felix præſes pecuniam accepturum ſe pro eo a diſcipulis ſperaſſet, de quo & ipſe in ſecreto tractavit cum ipſo, neque ipſe pro ſe, neque diſcipuli pro eo numeraverunt. Illi utique diſcipuli; qui flentes quod Hieroſolymam tendere perſeveraret, & perſecutiones prædicatas illic non præcaveret, poſtremo inquiunt, fiat voluntas Dei. Quæ iſta voluntas? utique ut pateretur pro nomine domini, non ut redimeretur. Oportet enim, quomodo Chriſtus animam ſuam poſuit pro nobis, ita fieri pro eo & a nobis, nec tantum pro ipſo, imo etiam pro fratribus propter ipſum. Quod Joannes docens, & non pro fratribus numerandum, ſed moriendum potius pronunciavit. Nihil intereſt, ſi quem Chriſtianum redimere non debeas, aut emere, & adeo voluntas Dei ſic eſt. Ab apice*

regnum

Marginal notes (left column): Idem lib. de lapſis c. 11. — Matth. 7. — Pſalm. 138. 1. Reg. 13. Apoc. 2. — Hierem 23 — Galat. 6. — Marc. 8 — Extat inter epiſ. Cipria. n. 31 c. 8. — Cypr. epiſt. 15. ad presb. & diac. Romæ con. — Tertul. lib de fuga ad Fabium c. 5.

Marginal notes (right column): Idem c. 12. & 13. — Roman. 8. Galat. 3. Iſai. 53. — Philipp. 2. — Pſal. 23. — 1. Corinth. 6. Actor. 8. — Matth. 5. — Matth. 6. — Actor. 4. & 5. — 2. Ad Timot. 1. & 4. — Actor. 18. — Actor. 6. & 7. — Actor. 23. — Actor. 21. — 1. Joan. 3.

Proverb. 21.

*regnorum & imperiorum, utique a Deo, diſpoſito ſtatu: in cujus manu cor regis, tanta quotidie avaritia augendo proſpiciuntur remedia cenſuum, vectigalium, collationum, ſtipendiorum; nec unquam uſque adhuc ex Chriſtianis tale aliquid proſpectum eſt, ſub aliquam redemptionem capitis & ſectæ redigendis cum tantæ multitudinis nomini ignota fructus ingens meti poſſet. Sanguine empti, ſanguine numerati, nullum numerum pro capite debemus: quia caput noſtrum Chriſtus eſt. Non decet Chriſtum pecunia conſtare. Quomodo & martyria fieri poſſent in gloriam domini, ſi tributo libertatem ſectæ compenſaremus? Itaque qui eam præmio paciſcitur, diſpoſitioni divinæ adverſatur. Cum igitur nihil nobis Cæſar indixerit in hunc modum ſtipendiariæ ſectæ, ſed nec indici unquam tale quid poſſit: Antichriſto jam inſtante, & in ſanguinem, non in pecunias hiante Chriſtianorum, quomodo mihi proponere poteſt ſcripturam eſſe, reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari? Miles me, vel delator, vel inimicus concutit, nihil Cæſari exigens, contra faciens, cum Chriſtianum legibus humanis reum mercede dimittit. Alius eſt denarius quem Cæſari debeo, qui ad eum pertinet, de quo tunc agebatur, tributarius, a tributariis ſcilicet, non a liberis debitus; aut quomodo reddam, quæ ſunt Dei, Deo, utique proinde imaginem & monetam ipſius inſcriptam nomine ejus? id eſt, hominem Chriſtianum? Quid autem Deo debeo, ſicut denarium Cæſari, niſi ſanguinem, quem pro me filius fudit ipſius? Quod ſi Deo quidem hominem & ſanguinem meum debeo, nunc vero in eo ſum tempore, ut quod Deo debeo, expoſtulor: utique fraudem Deo facio, id agens, ne quod debeo ſolvam. Bene obſervavi præceptum, Cæſari reddens, quæ ſunt Cæſaris, Deo vero, quæ ſunt Dei abnegans. Sed & omni petenti me dabo in cauſa eleemoſynæ, non in concuſſura. Petenti,* inquit, *ſane qui intentat, non petit. Qui comminatur ſi non acceperit, non poſtulat, ſed extorquet. Non eleemoſynam expectat, qui non miſerandus ſed timendus venit. Dabo igitur miſericordiæ, non timiditatis meæ nomine, ubi qui accepit, Deum honorat, & benedictionem mihi reddit: non ubi amplius ſe beneficium præſtitiſſe credit, & prædam ſuam aſpiciens, dicit: de reatu iraſcar & inimicum. Sed inimicitia & alios habet titulos. Non tamen dixit, traditorem aut perſecutorem, aut concuſſorem: nam huic quanto magis carbones acervabo ſuper caput, ſi non me redemero? Proinde* inquit: *Qui tibi tunicam ſuſtulerit, vel etiam pallium, concede. Ad eum pertinet, qui rem, non qui fidem meam eripere quæſierit. Concedam & pallium non minanti traditionem. Si minatus fuerit, etiam tunicam repoſcam. Omnium jam nunc dominicarum ſua ſunt & cauſa & regula termini, non infinitum, nec ad omnia ſpectant. Atque adeo, omni petenti dari jubet, ipſe ſignum tentantibus non dat. Alioquin ſi omnibus paſſim petentibus dandum putas, tu mihi videris, non dico vinum febricitanti, ſed etiam venenum, aut gladium mortem deſideranti daturus. Facite autem vobis amicos de mammona, quemmodo intelligendum ſit, parabola præmiſſa te doceat, ad populum Judaicum dictum, qui commiſſam ſibi rationem domini cum male adminiſtraſſet, debere de mammona hominibus, quod nos eramus, amicos ſibi potius proſpicere, quam inimicos, & relevare nos a debitis peccatorum, quibus Deo detinebamur, ſi nobis id dominica ratione conferrent, ut, cum cœpiſſet ab his deficere gratia, ad noſtram fidem refugientes reciperentur in tabernacula æterna. Quamvis nunc puta aliam interpretationem parabolæ & ſententiæ iſtius, dum ſcias veriſimile non eſſe, ut concuſſores noſtri in amicitiam redacti per mammonam, recipiant tunc nos in tabernacula æterna. Sed quid non timiditas perſuadebit, quaſi & fugere ſcriptum permittat, & redimere præcipiat? Parum denique eſt, ſi unus aut alius ita eruitur, maſſaliter tota eccleſia tributum ſibi irrogaverunt. Neſcio dolendum, an erubeſcendum ſit, cum in matricibus beneficiariorum & curioſorum, inter tabernarios, & lanios, & fures balnearum, & aleones, & lenones, Chriſtiani quoque vectigales continentur. Hanc epiſcopatus formam apoſtoli providentius condiderunt, ut regno ſuo ſecuri, frui poſſent ſub obtentu procurandi. Scilicet enim talem Chriſtus ad patrem regrediens, mandavit a militibus per Saturnalitia redimendam. Sed quomodo colligemus,* inquis, *quomodo dominica ſolennia celebrabimus? Utique quomodo & apoſtoli, fide, non pecunia tuti: quæ fides ſi montem transferre poteſt, multo magis militem, eſto ſapientia, non præmio cautus. Neque enim ſtatim & a populo eris tutus, ſi officia militaria redemeris. Una ergo tibi & fides & ſapientia ad tutelam opus eſt: quibus non adhibitis, redemptionem tuam potes perdere: adhibitis, haud redemptionem deſiderare.* Hæc in Hiſpania & Africâ ad conſervandam Chriſtianæ fidei integritatem ſumma ſeveritate Hiſpani & Africani epiſcopi conſtituerunt. Aliter autem D. Petrus martyr epiſcopus Alexandrinus. *His enim,* inquit, *qui pecuniam dederunt, ut ab omni improbitatis moleſtia omni ex parte remoti eſſent, crimen intendi non poteſt: damnum enim & jacturam pecuniarum ſuſtinuerunt, ne ipſi animæ detrimento afficerentur, vel ipſam etiam perderent: quod alii propter turpe lucrum non fecerunt; cum dominus dicat: Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? Vel quam commutationem dabit homo pro anima ſua? Et rurſum Non poteſtis Deo ſervire & mammonæ, in his enim apparuerunt Deo ſervire eos, ſi conculcatis contemptiſque pecuniis, & in eo compleverunt, quod ſcriptum eſt, pretium redemptionis animæ hominis propriæ divitiæ: nam & in actis apoſtolorum legimus, eos qui pro Paulo & Sila Theſſalonicæ ad magiſtratus trahebantur, datis multis pecuniis fuiſſe dimiſſos. Poſtquam enim ipſos propter nomen multum oneraſſent, & multitudinem magiſtratuſque perturbaſſent, ab Jaſone,* inquit, *& reliquis ſatiſdatione accepta, eos dimiſerunt. Fratres autem noctu protinus Paulum & Silam miſerunt in Berœam.* Hæc Petrus martyr. Quæ tametſi ad eam Hiſpaniæ & Africæ ſeveritatem redacta non ſint, locum tunc habere aliquando potuerunt: cum videlicet, aut fidei, aut religionis, aut eccleſiæ jacturam vel fratrum offendiculum, qui periculum patitur, minime extimeſcat: vel cum uberiorem ex hac redemptione fructum ſpiritualem in ſe & eccleſiam redundaturum ſperet, in quo percipiendo & augendo pii viri totis debent viribus invigilare.

Margin notes (left column): 1. Corinth. 6. — Epheſ. 4 & 5. — Matth. 22. — Ibidem. — Luc. 6. — Roman. 12. — Luc. 6. — Idem. — Luc. 16. — Lucæ 6. — Matth. 21. — Pet. Alex can. 13. — Matth. 8. — Luc 9. — Matth. 6. — Actuum 17.

B

Si in Hiſpania ergo flamines a ſacrificiis ſe abſtinuerunt, munus tamen dederunt, ut ſe a ſacrificando liberarent, pœnitentiam acturi ſunt: in fine tamen communio illis non denegatur. Quod etſi peccatum grave ſit, non tamen eſt viſum tanta pœna dignum, quanta ſacrificantibus ſuperiori canone decreta eſt. Libellaticos enim minus quam ſacrificatos peccare, ipſa rei geſtæ natura argumento eſt, docuitque apertiſſime D. Cyprianus ad Antonianum *Nec tu exiſtimes,* inquit, *frater cariſſime, ſicut quibuſdam videtur libellaticos cum ſacrificatis æquari oportere, quando inter ipſos etiam qui ſacrificaverint, & conditio frequenter & cauſa diverſa ſit. Neque æquandi ſunt illi, qui ad ſacrificium nefandum ſtatim voluntate proſilivit, & qui reluctatus & congreſſus diu ad hoc funeſtum opus neceſſitate pervenit; ille qui ſe, & omnes ſuos prodidit, & qui ipſe pro cunctis ad diſcrimen accedens, uxorem, & liberos & domum totam periculi ſui perfunctione protexit: ille qui inquilinos, vel amicos ſuos ad facinus compulit, & qui inquilinis, & colonis pepercit; fratres etiam plurimos, qui extorres & profugi recedebant, in ſua tecta & hoſpitia* C *recepit; oſtendens, & offerens domino multas viventes & incolumes animas, quæ pro una ſaucia deprecentur. Cum ergo inter ipſos qui ſacrificaverint, multa ſit diverſitas, quæ inclementia eſt, & quam acerba duritia, libellaticos cum his qui ſacrificaverint, jungere? quando is cui libellus acceptus eſt, dicat, ego prius legeram, & epiſcopo tractante cognoveram; non ſacrificandum idolis, nec ſimulacra ſervum Dei adorare debere: & idcirco ne facerem, quod non licebat (cum occaſio libelli fuiſſet oblata) quem nec ipſum acciperem, niſi oſtenſa fuiſſet occaſio, ad magiſtratum vel veni, vel alio eunte mandavi, Chriſtianum me eſſe, ſacrificare mihi non licere, ad aras diaboli me venire non poſſe, dare me ob hoc præmium, ne quod non licet faciam.* Et poſt alia. *Et ideo placuit, frater cariſſime, examinatis cauſis ſingulorum, libellaticos interim admitti, ſacrificatis, in exitu ſubvenire; quia exomologeſis apud inferos non eſt.*

Margin notes (right column): *Minus peccare libellaticos, quam ſacrificatos.* — D. Cypr. in epiſ. 52. ad Antonianum c. 4. — Idem c. 5.

D

Quod ſi munus dare alii pro libellaticis nolint intelligi, ſed pro his, qui ſumptus ſuppeditant ad profana deorum ſacrificia, nihil repugnabo; quinimo epigraphe canonis tam in editis, quam MS. codicibus, id demonſtrare videtur dum ait; De eiſdem, ſi idolis tantum munus dederint. Hoc enim genus eſſe idololatriæ, Tertullianus docte monuit. *Plane ad ſacerdotium,* inquit, *& ſacrificium vocatus non ibo,* proprium enim idoli officium eſt: *ſed neque conſilio, neque ſumptu aliâve opera hujuſmodi fungar.* Idem. *Sit nunc aliqua juſtitia quæſtus ſecura de cupiditatis & mendacii obſervatione; in crimen offendere idololatriæ eam opinor, quæ ad ipſam idolorum animam, & ſpiritum pertinet, quæ omne dæmonium ſaginat, an non illa principalis idololatria videtur, ſi eadem merces, thura dico & cetera peregrinitatis, ſacrificium idolorum? Etiam hominibus ad pigmenta medicinalia, nobis quoque inſuper ad ſolatia ſepulturæ uſui ſunt. Certe cum pompæ, cum ſacerdotia, cum ſacrificia idolorum, de periculis, de damnis,* E *de incommodis, de cogitationibus, de diſcurſibus, negotiationibuſve inſtruuntur, quid aliud quam procurator idolorum demonſtraris? Nemo contendat, poſſe hoc modo omnibus negotiationibus controverſiam fieri. Graviora delicta quæque pro magnitudine periculi diligentiam extendunt obſervationis, ut non ab his tantum abſcedamus, ſed & ab eis per quæ fiunt. Licet enim ab aliis fiat, non intereſt ſi per me. In nullo neceſſarius eſſe debeo alii, cum facit quod mihi non licet. Ex hoc quod vetor facere, intelligere debeo curandum mihi eſſe, ne fiat per me. Denique in alia cauſa non levioris reatus præjudicium iſtud obſervo. Nam quod mihi de ſtupro interdictum ſit, aliis eam rem nihil aut opera aut conſcientia exhibeo. Nam quod ipſam carnem meam a lupanaribus ſegregavi, agnoſco me neque lenocinium, neque id genus lucrum alterius cauſa exercere poſſe. Sic & homicidii interdictio oſtendit mihi laniſtam quoque ab eccleſia arceri; ne per ſe non faciat, quod faciendum aliis ſubminiſtrat. Ecce magis proximum præjudicium. Si publicarum victimarum redemptor ad fidem accedat, permittes ei in eo negotio per-*

Margin notes: Tertull. lib. de Idolol. c. 16. — Idem c. 11.

*permanere, aut ſi jam ſic[illegible]d agere ſuſceperit, retinendum in eccleſia putabit? Non opinor, niſi ſi quis & de thurario diſſimulabit, ſcilicet ad alios perveniſ procuratio ſanguinis, ad alios odorum. Si antequam idola in ſaculo eſſent, his mercibus adhuc inſormis idololatria tranſigebatur, ſi & nunc fere ſine idolo opus idololatriæ & incendiis odorum perpetratur; ecquid majoris opera & erga dæmonia thurarius? nam facilius ſine idololatria, quam ſine thurarii merce. Ipſius fidei conſcientiam perrogemus, quo ore Chriſtianus thurarius, ſi per templa tranſibit, quo ore fumantes aras deſpuet, & exſufflabit, quibus ipſe proſpexit? Qua conſtantia exorcizabit alumnos ſuos, quibus domum ſuam cellariam præſtat? Ille quidem ſi excluſerit dæmonium, non ſibi placeat de fide. Neque enim inimicum excluſit. Facile debuit de eo impetrare, quem quotidie paſcit. Nulla igitur ars, nulla profeſſio, nulla negotiatio, quæ aut inſtruendis, aut informandis idolis adminiſtrat, carere poterit titulo idololatriæ: niſi ſi aliud omnino interpretemur, idololatriam, quam famulatum idolorum celendorum.* Patres etiam hujus concilii, eos ſacerdotes qui coronas ſacrificantium deferrent, communione privant biennio, ſi nec ſacrificaſſent, nec de ſuis ſumptibus aliquid idolis præſtitiſſent; hos enim omiſerunt, quod jam hoc canone pœna adverſus ipſos fuiſſet ſancita: quæ originem habuit ab apoſtolis, quos refert Clemens decreviſſe, ut ſi Chriſtianus oleum ad ſacra Gentilium, aut ſynagogam Judæorum, in feſtis eorum detuliſſet, aut lucernas incendiſſet, communione privaretur. Ille autem de quocumque Chriſtiano; hi vero de ſolis flaminibus ethnicorum ad fidem converſis conſtituunt, ne quoquo modo ſacrificiis idolorum conſentire viderentur. Et ipſa hac de cauſa, peculiari hujus concilii decreto cautum eſt ne matronæ, vel earum mariti veſtimenta ſua ad ornandam ſæculariter pompam darent, ſub triennii excommunicatione.

Can. 55.

Clemens canone 70 apoſtolorum.

Munus etiam date, pro mercede loco eleemoſynę forſan alius interpretabitur. Gentes enim olim tam de ſacris rebus, quam profanis opes ſibi undecumque comparabant: qua ratione deorum ſimulacra quæ ſanctiora habebantur, magis quæſtuoſa antiſtites efficiebant: deferebant illa ſecum, & eorum nomine ſtipes ad inſtaurationem templorum exigebant, adituſque quotidianos venditabant. *Sed enim agri*, ſcribit Tertullianus, *tributo onuſti, viliores hominum capita ſtipendio cenſa, ignobiliora: nam hæ ſunt notæ captivitatis, dii vero qui magis tributarii, magis ſancti, imo qui magis ſancti, magis tributarii: majeſtas quæſtuaria efficitur. Circuit caupenas religio mendicans, exigitis mercedem pro ſolo templi, pro aditu ſacri: non licet deos noſſe gratis, venales ſunt.* Et poſt alia. *Certe inquitis, templorum vectigalia quotidie decoquunt, ſtipes quotuſquiſque jam jactat: non enim ſufficimus & hominibus & diis veſtris mendicantibus opem ferre, nec putamus aliis, quam petentibus impartiendam. Denique porrigat manum Jupiter & accipiat, cum interim plus noſtra miſericordia inſumit vicatim, quam veſtra religio templatim.* Juſtinus Martyr, ex Menandro in Auriga.

Canone 57.

Tert. in apologetico adverſus Gentes c. 13.

Idem c. 42.

Juſt. martyr in lib. de Monarchia.

*Nullus foris ambulans Deus mihi placet:*
*Nullus qui familiam alloquitur in tabella.*
*Oportet juſtum Deum*
*Domi manere, Servantem erectos.*

Et in Sacrificia.

Idem

*Nullus Deus ſervat, o mulier,*
*Alterum hominem, per alterum: ſi quem enim*
*Deum trahit,*
*Cymbalis homo quo vult,*
*Is qui hoc facit, major eſt Deo.*
*Sed ſunt hæc audaciæ & vitæ inſtrumenta,*
*Inventa ab hominibus impudentibus,*
*Excogitata videntie in vita.*

Clemens etiam Alexandrinus: *Menander certe comicus*, ait, *in Auriga, in actu qui dicitur ſuppoſititius*, inquit, *nullus mihi placet Deus foris ambulans cum vetula, neque in domo ingrediens Metragyrtes* (*tales enim erant Metragyrtæ: unde eis mendicantibus merito dicebat Antiſthenes.*) *Non alo matrem deorum, quam dii alunt.* Solebant enim illi pro matris deorum ſimulacro mendicare: eam Berecynthiam vocat divus Auguſtinus a Berecynthio Phrygiæ monte; Idæam divus Cyprianus, & Minutius Felix: quod in Ida ejuſdem Phrygiæ monte coleretur. Alii volunt eam Jovis, Neptuni, Plutonis, & Junonis fuiſſe matrem, ſicque Rheam, Latine Opem, & Cybelem quoque nuncupatam. Ejus ſacerdotes ſingulis menſibus pecunias colligebant, pagos, urbes, domos obeuntes ac mendicantes, ſimulacra ferentes in humeris. In Hiſpania autem id genus caritatis, ſive religionis, ſive ſuperſtitionis exercuiſſe infideles, tribuentes vel ad templa, vel ad ſacrificia deorum ſtipem & munera beatæ Juſtæ & Ruffinæ martyrum exempla probant quæ inferius referemus.

Clem. Alex. in oratione ad gentes

D. Aug. lib. 2 de civitate Dei c. 4. D. Cyprian. in lib. Quod idola non ſunt dii. Minutius Felix in Octavio

Lib. 3. c. 45.

A

## Item, ſi poſt pœnitentiam fuerint mœchati, placuit ulterius eis non eſſe dandam communionem: ne luſiſſe de dominica communione videantur.

SI flamines, accepta in exitu poſt peractam pœnitentiam communione, convaluerint, & iterum mœchiæ ſordibus ſe inquinarint, placuit patribus a communione poſtea perpetuo repelli, ne luſiſſe de communione dominica videantur. Id ipſum erga pœnitentes mœchos iidem patres conſtituerunt. *Si quis forte fidelis*, aiunt, *poſt lapſum mœchiæ poſt tempora conſtituta acta pœnitentia, denuo fuerit fornicatus, placuit, eum nec in fine habere communionem.* Recte enim a Clemente Alexandrino admonemur, veram pœnitentiam non videri, ſæpe veniam petentis de iis quæ quis ſæpe peccavit.

Can. 7.

Clemens Alex. lib. 2. Strom. ante medium.

B Comunionis autem verbum in hoc concilio toties repetitum, de dominica corporis & ſanguinis Chriſti communione intelligendum eſt: nam quam communionem prius dixerant epiſcopi generali nomine, poſtea reddita prohibitionis ratione, magis peculiari, dominicam nuncuparunt. Quod obſervarunt etiam poſtea dum definierunt, quod ſi vir habens uxorem, mœchiæ crimine implicaretur, ulterius non ederet de communione pacis vel panis: quorum poſteriora verba abunde declarant de communione ſive ſuſceptione eucharistiæ intelligenda priora: nec de abſolutione pœnitentis commode poſſe explicari, ut Robertus Bellarminus & alii recentiores contendunt, pro ſana & catholica doctrina, alienam a ſancto concilio ſententiam ſubſtituentes, cum præter alia ex canone XXII. conſtet hæreticis pœnitentibus abſolutionem non negari, reprobato antiquo Novatiani errore, ut in ejus explicatione probabimus. Olim in primitiva eccleſia communionis nomine euchariſtiam intelligi reddita ejus ratione docet divus Dionyſius Areopagita. *Ac primum quidem*, ait, *illud pie inſpiciendum*,

Can. 47. & 78.

Rob. Bellar. 2. tom. de contr. Chriſt. fid. controv. 7. lib. 2.

B. Dion. Areop. de eccleſ. Hierar. p. 1. c. 3.

C *cujus rei gratia, quod aliis quoque venerandis divinis myſteriis commune vocabulum eſt, huic præ ceteris præcipue ac peculiariter applicetur: ut ſingulariter communio, ſive ſocietas, & ſynaxis, ſive collectio dicatur. Nempe enim & unaquaque ſacramentalis inſtitutio id agit, ut noſtras vitas in plura diviſas in unicum illum ſtatum, quo Deo jungitur, colligat: dividuorumque noſtrorum divina collectione, nobis ejus quod vere unum eſt, ſocietatem unitatemque individuam largiatur. Dicimus ergo cetera ſacrarum rerum ſigna quorum nobis ſocietas indulgetur, hujus divinis profecto conſummantibuſque muneribus perfici. Neque enim ferme fas eſt ſacerdotalis muneris myſterium aliquod peragi, niſi divinum iſtud euchariſtiæ auguſtiſſimumque ſacramentum compleat: quæ ſingula cum peraguntur, & ejus qui perficitur collectionem ad unum illud unicum ſacratius operetur: & divinitus indulto ſacramentorum cæleſtium munere, ipſius ad Deum conſortium peragat, atque perficiat. Si igitur unumquodque ſacerdotale myſterium ex ſe imperfectum noſtram ad illud omnino communionem collectionemque non* D *perficit, ac per id quod perficiendi vim non habet, ferme etiam nomen amittit: finis autem ac principalis omnium ratio in eo eſt, ut divinorum myſteriorum, is qui perficitur, particeps fiat: merito ſacerdotalis ſacroſancta prudentia ex rerum effectu proprium illi verumque cognomen invenit.* Id a magiſtro Paulo hauſiſſe Dionyſius videri poteſt, dum ad Corinthios ſcribens, ait: Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Lucas etiam. *Frant*, inquit, *perſeverantes in doctrina apoſtolorum & communicatione fractionis panis.*

1. ad Cor. 10.

Luc. actuum. 2.

*Canon. IV.* Vulgatus.

*De eiſdem, ſi catechumeni adhuc immolant, quando baptizabuntur.*

E Item, Flamines ſi fuerint catechumeni, & ſe a ſacrificiis abſtinuerint, poſt triennii tempora, placuit ad baptiſmum admitti debere.

Canon. IV. *Emendatus.*

*De eiſdem, ſi catechumeni adhuc mœchaverint; quando baptizentur.*

Item, Flamines ſi fuerint catechumeni, & ſe a ſacrificiis abſtinuerint, poſt triennii tempora, placuit ad baptiſmum admitti debere.

Can

*Cur flaminibus triennii, cum reliquis biennii ad percipiendum baptiſmum, tempus præſcribatur.*

## CAPUT X.

HActenus de flaminibus jam baptizatis & fidelibus: nunc autem de his qui nondum ſancto lavacro regenerati, ſed velut immortalitatis candidati, nomen, ſtudium, & ſtatum catechumenorum profitebantur: hos enim informari, & erudiri volunt patres, doctrina Chriſtianæ per triennium, nec antea aditum patere illis ad baptiſmum, quod conſentaneum non cenſerent ſtatim fieri fideles, qui fidei vix nomen agnoverant; nec recte poſſe abſque Chriſto, & Chriſtianæ doctrinæ cognitione fieri ſtatim Chriſtianos; neque evangelico pane, & ſolidiori cibo eos poſſe ſuſtentari, qui Chriſtiano lacte nondum eſſent enutriti. Eveniret enim ſic facile, ut vel a Gentilibus, vel ab hæreticis tranſverſi abductique perirent, ni prius annorum trium intervallo in Chriſtianæ religionis cognitione altiores egiſſent radices. D. item Clemens; *Oportet*, ait *ut primum diſcedat a contrariis, deinde ingrediatur myſteria, deleta prius a corde omni improbitate, macula & ſordibus: atque hoc modo ſancta percipiat. Nam ut diligens agricola purgat prius agrum a ſuccreſcentibus ſpinis, deinde triticum ſerit; ſic debetis vos, prius expulſa omni impietate conſtituere pietatem, & ad baptiſmum accedere. Etenim dominus noſter ita nobis præcepit, dicens: Docete primum omnes gentes, & poſtea ſubjunxit, & baptizate eos in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti.* Unum autem & idem tempus erudiendis catechumenis non omnes eccleſiæ definierunt, ſed vel contractius, vel longius, ut varia ipſarum conſuetudo, ut varia catechumenorum conditio, ut ingenia varia, & varia tandem morum integritas, religioniſque ac pietatis deſiderium poſtulabant. Maximo enim delectu, & catecheſeos magiſtrum, & magiſterii catecheſes, & catechizandi tempus, & omnia tandem auditorum indoli accommodabant, ne vel in minimo epiſcopi ad præſtantem tantæ rei curam deeſſe viderentur. Quare quæ in hoc canone, & in canone XLII. inferius conſtituuntur, pugnantia non ſunt, tametſi in illo biennii, in hoc autem triennii tempus definiatur: nam in illo de omnibus generali ſermone, in hoc vero peculiari ratione de flaminibus agitur, quos quia pluribus doctrinæ præceptis erant imbuendi, annis pluribus in ſtatu detinendos catechumenorum decernitur. Huc etiam accedit, literatos homines difficilius credere, ideoque oportere, & doctioribus magiſtris, & longioris temporis intervallo religionis diſciplina informari. Quod Lactantius ſenſiſſe videtur, dum ait: *Nam illa omnia quæ verbis carent, id eſt aeris & nervorum ſuaves ſoni poſſunt facile contemni, quia non adhærent, nec ſcribi poſſunt. Carmen autem compoſitum, & oratio cum ſuavitate decipiens capit mentes, & quo voluerit impellit. Inde homines literati, ſi non fuerint ab aliquo perito doctore fundati, minus credunt: aſſueti enim dulcibus & politis, ſive orationibus, ſive carminibus, divinarum literarum ſimplicem communemque ſermonem pro ſordido aſpernantur: id enim quærunt quod ſenſum demulceat.* Quare cum Arnobius, adhuc ethnicus, in civitate Sicca juventutem inſtitueret ad declamandum, & in ſomnis eſſet adactus, ut flagitaret baptiſmum, non antea illum impetraſſe ab epiſcopis refert Hieronymus, quam profanam quam profitebatur ethnicorum religionem, libris impugnaſſet, quod ſibi non poſſet perſuadere ſincero illum animo religionem Chriſtianam velle profiteri, ſed ſolum myſteria perdiſcere, quæ irriderat poſtea cum Gentilibus. Qua de causa luculentiſſimos illos libros ſeptem adverſus Gentes elaboravit, atque his velut obſidibus datis pietatis fœdus impetravit ab epiſcopo.

Ni ſ[illegible]pius dicamus, triennii tempus ad baptiſmum percipiendum ideo hic flaminibus aſſignari, quod de flaminibus decernant patres, in ipſo baptiſterii limine conſiſtentibus, & impudicitiæ crimine peccantibus, de quibus ſub mœchiæ nomine in canone qui præceſſit: his enim voluerunt pœnitentiæ causa, anno uno baptiſmum differri, cum biennium ceteris præſcriberetur; ut ipſa gratiæ dilatio, culpæ ſordes purgaret; & peccantis crimen puniret. Quod fuiſſe olim in eccleſia commune dicemus poſtea. Sententiam hanc probat * correctum epigraphe, & in principio canonis dictio illa, Item. Tot autem decretis, tot patrum ſanctionibus, tot pœnis propoſitis Hiſpanorum animos ab impudicitia deterreri, ſi quis miretur, memoria receperat, quod mille ab hinc centum & quod excurrit annis de propenſis ad carnis illecebras Hiſpanorum animis Salvianus ſcripſit. *Quid Hiſpanias*, ait, *nonne vel eadem vel majora forſitan vitia perdiderunt? quas quidem cæleſtis ira etſi aliis quibuslibet barbaris tradidiſſet, digna tamen flagitiorum tormenta toleraverunt puritatis inimici. Sed acceſſit hoc ad manifeſtandam impudentiæ damnationem, ut Vvandalis potiſſimum, id eſt pudicis barbaris traderentur. Dupliciter in illa Hiſpanorum captivitate Deus oſtendere voluit: quantum & odiſſet acrius libidinem, & diligeret caſtitatem, cum & Vvandalos ob ſolam maxime pudicitiam illis ſuperponeret, & Hiſpanos ob ſolam vel maxime impudicitiam ſubjugaret. Quid enim? Numquid non erant in omni orbe terrarum barbari fortiores, quibus Hiſpani traderentur? Multi abſque dubio, imo, ni fallor, omnes. Sed ideo ille infirmiſſimis hoſtibus cuncta tradidit, ut oſtenderet ſcilicet non vires valere, ſed cauſam. neque nos tunc ignaviſſimorum quorumdam hoſtium fortitudine obrui; ſed ſola vitiorum noſtrorum impuritate ſuperari, ut vere in nos veniret dictum illud, quod ait ad Judæos dominus. Secundum immunditias ſuas, & ſecundum iniquitates ſuas feci illis: & averti faciem meam ab eis. Et alibi ad gentem ipſam. Adducet dominus ſuper te gentem de longinquo, & ungulis, inquit, equorum ſuorum omnes plateas conculcabunt, & populum tuum gladio interficient. Completa in nos ſunt omnia quæ ait ſermo divinus, & jura verborum cæleſtium luit pœna cunctorum.*

D. Clemens lib. 6. conſtit. apoſt. c. 40.

Matth. 8.

Lactantius li. 6 divinarum inſtit. c. 21.

D Hieronym in chron addito ad Euſeb.

Biennium aſſignatur can. 72.

* Correcta. Lib. 3. cap 60.

Salvian lib. de providentia Dei.

Ezechiel. 18.

Deut. 28.

| Canon V. | Vulgatus. |
|---|---|

*Si domina per zelum ancillam occiderit.*

Si qua fœmina furore zeli accenſa, flagellis verberaverit ancillam ſuam, ita ut intra tertium diem, animam cum cruciatu effundat, eo quod incertum ſit, voluntate, an caſu occiderit: ſi voluntate, poſt ſeptem annos: ſi caſu, per quinque annorum tempora, acta legitima pœnitentia ad communionem placuit admitti. Quod ſi infra tempora conſtituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

| Canon V. | *Emendatus.* |
|---|---|

*Si domina per zelum ancillam occiderit.*

Si qua domina furore zeli accenſa, flagellis verberaverit ancillam ſuam, ita ut intra tertium diem, animam cum cruciatu effundat, eo quod incertum ſit, voluntate, an cauſa occiderit: ſi voluntate, poſt ſeptem annos: ſi caſu, poſt quinquennii tempora, acta legitima pœnitentia ad communionem placuit admitti. Quod ſi intra tempora conſtituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

*Quid zelus, quid zelotypia.*

## CAPUT XI.

EXſtat canon hic apud Rabanum in penitentium libro c. 14. Penitentiale Romanum, apud Antonium Auguſtinum tit. 1. c. 4. Ivonem p. 15. c. 22. & 248. Burchard. lib. 6. c. 19. Anſelmum libro 11. ca. 36. Gratianum in c. ſi qua femina 50. diſtinct. & ante eos apud concilium Vvormacienſe c. 39. & Moguntinum ſub Rabano archiepiſcopo ca. 22. Sed penitentiale Romanum & concilium Moguntinum & vetuſti CC manuſcripti, domina, pro femina.

LAtinum nomen, zelus, a Græco Ζῆλος, quod æmulatio eſt, ortum tradunt: ea tamen, ut Tullio placuit, ægritudo eſt, ex eo quod alter quoque potiatur eo, quod ipſe concupiverit. Chryſippus apud Laertium inter zelum & zelotypiam diſtinxit. Zelum voluit eſſe dolorem ex eo quod alius potiatur eo, quod quiſque cupit: zelotypiam vero dolorem ex eo quod adſit alteri, quod ipſe quiſque habeat: ſed alterum jam pro altero uſurpari video. Ejuſmodi malum, apte furorem vocarunt hujus concilii patres, quod inter animi perturbationes hæc vehementiſſima ſit: quippe quæ mentem perturbet, & veluti furore quodam veſano, modo huc, modo illuc mentem trahat & impellat, & ad quodvis malum aggrediendum commoveat. Ea viri quandoque laborant, ſed feminæ vehementius: mala enim omnia in marito, vel eo quem ardentius amant,

Cic lib. 4. Tuſcul. Laertius in Zenone Citico.

amant, æquioribus oculis aſpiciunt, quam illorum pellices.

Nec ſolum zelotypiæ malo mulieres voluptati ſervientes laborant, ſed quantumlibet modeſtæ, honeſtæ, & viris ſuis indulgentes, non tam voluptatis gratia, quam honoris, quem ſibi jure debitum, injuria eripi vident. *Quod ſi Sara*, inquit Ambroſius, *moderationem non tenuit, quæ tenebit?* Ante Ambroſium, Ariſtoteles. *Maximus*, inquit, *honor eſt ſobriæ mulieri, ſi cernat virum ſuum obſervantem ſibi caſtitatem, nec de ulla muliere magis cogitantem, ſed præ cæteris omnibus hanc, & ſuam, & fidam ſibi exiſtimantem: tanto enim magis ſtudebit mulier ſe talem præſtare, quanto ſe cognoverit fideliter atque juſte a viro diligi. Ergo prudentem ignorare non decet, qui parentibus, qui uxori, & filiis honores conveniant; ut tribuens unicuique quæ ſua ſunt, juſtus & ſanctus habeatur: pergraviter enim unuſquiſque fert honore ſuo privari. Nec ſi aliena quis permulta tribuat, contentus erit, ſi ſua ſibi auferantur. Nihil vero magis proprium eſt uxori, nec magis illi a viro præſtandum, quam caſta & intemerata ſocietas. Quapropter non decet hominem ſanæ mentis, ubicumque contigerit, ſemen extorrere, ne de vilibus & iniquis, ſimiles liberis legitimis procreentur: ex quo & uxor honore ſuo privatur, & filiis injuria fit, ac ſibi ſpſi omnibus dedecus incumbit.* His enim de cauſis a pellicibus concubiniſque deberent omnes abſtinere, nobiliores præcipue; ne præter injuriam quæ Deo fit, & uxori, ſibi etiam, filiis & familiæ toti, quam philoſophus docet, parent infamiam. Cimon Athenienſis patrem, quem optimum habuit, & bellicis rebus clariſſimum, matri plebeiæ, tenuiſſimæque & contemptæ fortunæ poſtpoſuit, quoniam mater operam dederat, ut filios ex optimo viro ſuſciperet, parens vero nihil minus curaſſet. Quare idem Ariſtoteles graviter reprehendit Agamemnonem, quod raptam mulierem atque ignotam uxori prætulerit, ex qua liberos ſuſceperat: contra vero Ulyſſem immortalitate dignum ex ſententia Homeri arbitratur, quod rogantem Atalanti filiam, & æternitatem pollicentem a concubitu rejecerit, & cum Circe, quæ ſuam & ſociorum ſalutem promittebat, manere recuſavit.

A poena ſubjiciebatur. Quam dierum diſtinctionem, forſan etiam apud Romanos obſervatam, ſuſtulit Imperator Conſtantinus, adimens dominis omni tempore animadverſionem capitalem, poteſtatemque infligendæ privato judicio mortis.

Ambroſ. lib. de Abrah. cap. 4. Ariſt. … œconom. c. 3.

Conſtantin. in l. 1. C. de emendatione ſervorum.

## Flagellis verberaverit ancillam ſuam.

*Quæ olim flagellorum, & verberum, quæ fuſtium pœna.*

## CAPUT XII.

ERant apud Romanos ſupplicia ingenuorum propria, & propria ſervorum. Ingenuos fuſtibus caſtigari Calliſtratus docet, & Hermogenianus: ſervos autem flagris, flagellis ſeu verberibus, Ulpianus. Quare idem Calliſtratus in metallum damnatis libertatem adimi, inde collegit, quod verberibus coercerentur. Seneca eodem argumento evincit, Claudium in ſervitute fuiſſe, quod ſervilibus verberibus affectus fuiſſet. *Apparuit*, ait, *ſubito C. Cæſar, & petere illum in ſervitutem cœpit: producit teſtes, qui illum viderant ab illo flagris, ferulis, colaphis vapulantem.* Idem, equitem quemdam Romanum, quia filium ſuum flagellis ceciderat, pene a turba in foro graphiis confoſſum narrat, indignum facinus populo exiſtimante, ingenuum filium ſerviliter a patre tractari. Ex quo apparet, atrociorem fuiſſe flagellorum, quam fuſtium caſtigationem: & ſicut harum admonitionem in levi & modica, ſic illorum in gravi, atroci & ſervili animadverſione conſtituiſſe, ut Julianus & Ulpianus docent. Sed prudenter Marcus Varro monuit, mancipiis imperandum eſſe, ut verbis coerceantur potius, quam verberibus; pieque & chriſtiane Proſper, ut domini ſervos, velut eorum in Chriſto conſervi, miſericorditer tractent: & ſervi dominis ita ex corde deſerviant, ut voluntatem non ſolum dominorum ſuorum, ſed etiam Dei hoc ipſum jubentis efficiant.

C… Herm… Calliſtra. in l. … metallum de … Seneca … Claudi… Idem … Julianus … Marcus Varro … de re ruſtica … Proſper lib. … de vita contempl. c. …

## Si voluntate, poſt ſeptem annos.

*Quæ in ſervorum caſtigatione dominorum poteſtas.*

## CAPUT XIV.

HAbebant olim domini jure Romanorum in ſervos vitæ neciſque poteſtatem, Ulpiano teſte: quod a Græcis forſan acceperunt. Platonem enim inſtituiſſe refert Theodoretus inſontem innoxiumque haberi eum, qui proprium ſervum occidiſſet. At conſtitutione poſtea divi Antonini hanc poteſtatem ademptam recenſet idem Ulpianus, nec aliter puniendum qui ſervum ſuum occidiſſet ſine cauſa, quam ſi alienum. Cui legi ferendæ acerbitatem Hiſpanorum, Bæticæ præſertim provinciæ (in qua & hoc concilium peractum eſt) cauſam dediſſe teſtatur ejuſdem Antonini reſcriptum, quod de ſervis Julii Sabini Hiſpani ad Ælium Martianum proconſulem Bæticæ directum, his verbis exſtat. *Dominorum quidem poteſtatem in ſervos ſuos, illibatam eſſe oportet, nec cuiquam hominum jus ſuum detrahi; ſed dominorum, intereſt, ne auxilium contra ſævitiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur iis qui juſte deprecantur. Ideoque cognoſce de querelis eorum, qui ex familia Julii Sabini ad ſtatuam confugerunt; & ſi vel durius habitos, quam æquum eſt, vel infami injuria ut in poteſtatem domini non revertantur, qui ſi mea conſtitutioni fraudem fecerit, ſciat me hoc admiſſum ſeverius exequuturum.* Nec cauſam ſolum ſubeſſe ſat erat, niſi & illa a judicibus examinata probaretur, ut meminit Cajus. Adrianum etiam refert Spartianus vetuiſſe ſervos a dominis occidi, & juſſiſſe, a judicibus eos damnari, ſi digni eſſent. Quare eumdem Adrianum refert Ulpianus in quinquennium relegaſſe Umbriciam matronam nobilem, quod ex leviſſimis cauſis ancillas ſuas atrociſſime tractaſſet. At Conſtantinus magnus illud præcepit, ne ſine cauſa dominus ſervum privato judicio occideret, homicidii pœna dominis injecta. Quod ſi ad coercendam ſervorum contumaciam vel nequitiam, illos verberibus afficientibus dominis, caſu occidiſſent, eos pœna liberos Conſtantino placuit. Neceſſe enim eſt aliquando jus moderatæ caſtigationis non omittere, ne alioquin ſit in dominatu ſervitus, & in ſervitute dominatus, ut ſcripſit Cicero. Hinc tamen ſic oportet temperare, ut nec impune contemni, aut ludibrio haberi poſſit; ne ſoluta & effrenis erumpat in tyrannidem. Quam Cato apud Tullium probat in ſene, nos probamus in eo qui alios in poteſtate habet, ſeveritatem; ſed eam (ſicut alia) modicam: acerbitatem nullo modo: nam ex ea natum proverbium illud, recte apud Macrobium Evangelus monuit. *Unde putas*, ait, *arrogantiſſimum illud manaſſe proverbium, quod jactatur, totidem nos habere hoſtes, quot ſervos? non habemus illos hoſtes, ſed facimus, cum in illos ſuperbiſſimi, contumelioſiſſimi, crudeliſſimi ſumus.* Non diſſimiles ſævitia antiquo Pollioni, nec indigni ſimili pœna: cum enim aliquando Auguſtus Cæſar apud Pollionem cœnaret, & quidam ſervus ob fractum cryſtallinum vaſculum juſſus eſſet ab ipſo hero Pollione murænis objici lacerandus, Auguſtus hujus herilis ſævitiæ novitate motus, graviſſime incanduit in hoſpitem Pollionem (quem etiam hoc nomine dignum mille mortibus putabat Seneca) ſimulque juſſit coram eo omnia ejus cryſtallina frangi, ut his pro ſervo quem liberum emiſit, impleretur piſcina murænarum.

Ulpian. l. 1. de his qui ſunt ſui, vel alieni jur. Theodoretus l. 9. de Græcarum curatio affection.

Cajus in l. 1. ad l. Corneliam de ſicariis.

Ulp. l. 2. §. fin. de his qui ſunt ſui vel alterius juris.

Conſtanti. in l. 1. C. Theod. de emendatio. ſervor.

Cicero in oratio pro Dejotaro.

Macrob. l. 1. Saturnaliorum c. 11.

Seneca de clementia.

## Ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat.

*Cur de tertio die mentio hic injecta.*

## CAPUT XIII.

TErtium diem adjecerunt patres, ut conjectura magis idonea agnoſceretur, mortis cauſam verbera fuiſſe, non morbum ortum ex alia cauſa. Si enim tam acerba fuiſſent vulnera verberibus illata, ut intra tertium diem illis afflictam mori contingeret, veriſimile erat, animum interficiendi ancillam habuiſſe: quod ſi pro certo id habitum ſit, pœna homicidii erat imponenda. Hanc autem dierum diſtinctionem divino præcepto obſervaſſe Moyſen legimus: ſi enim ſtatim ſervus moriebatur, pœna homicidii illi imponenda erat: ſin autem die uno vel duobus ſupervixiſſet; non illi

Exod. 21.

Quod ſi tanta in foro civili pietatis ratio habita eſt, in eccleſiaſtico quid ſtatutum, audiamus concilii Epaunenſis ſub Gelaſio patres. *Si quis ſervum proprium*, ajunt, *ſine conſcientia judicis occiderit, excommunicatione biennii effuſionem ſanguinis expiabit.* Idem Agathenſis concilii. *Si quis ſervum proprium ſine conſcientia judicis occiderit, excommunicatione vel pœnitentia biennii reatum ſanguinis emendabit.* Sed ſeptennem pœnitentiam, renovato hujus concilii decreto, confirmavit concilium Vvormacienſe & Maguntinum. Quæ pœna pro crimine capitali, ſive mortali (ut vocant) olim ſolebat imponi. Sed quæ fuerit ratio, ut tot annorum pœnitentia injungeretur, (ne caſu factum quiſquam opinetur) ab Iſidoro illa petenda eſt. *Nec ipſum*, ait ſcribens ad Maſſonam epiſcopum Emeritenſem, *quod canonum cenſura poſt ſeptem annos remeare pœnitentem in ſtatum priſtinum præcepit, electione proprii arbitrii, ſed potius ſancti patres ex ſententia divini judicii ſanxerunt.* Nam legitur, quod Maria ſoror Aaron propheteſſa, dum detractionis adverſus Moyſen incurriſſet delictum, illico ſtigmate lepræ percuſſa eſt. Cumque peteret Moyſes, ut emundaretur, præcepit eam dominus extra caſtra ſeptem diebus egredi; & poſt emundationem rurſus eam intra caſtra admitti. Maria ergo ſoror Aaron, caro intelli-

Conc. Epa. cap. 34 Hormiſda

Conc. Aga. cap. 62

Con. Vvorm. c. 27. Magun. c. 23. D. Iſidorus in epiſt. ad Maſſonam epiſ. Emeritenſ. Ivo parte 6. decre. c. 398

Num. 12

intelligitur ſacerdotis, quæ dum ſuperbiæ dedita, ſordidiſſimis cogitationum illecebris maculatur, extra caſtra ſeptem diebus, hoc eſt extra collegium ſanctæ eccleſiæ ſeptem annis projiciebatur: ubi poſt emendationem vitiorum, loci, vel priſtinæ dignitatis recipiet meritum.

## Si caſu, per quinque annorum tempora acta legitima pœnitentiæ, ad communionem placuit admitti.

*Ob delicta caſu admiſſa cur olim penitentia imponeretur.*

### CAPUT XV.

Quæ olim ſeptennis pœnitentia pro homicidio, non ſponte, ſed caſu admiſſo, imponebatur, humaniori ſententia ad quinquennium reſtringitur, hujus & Ancyrani concilii decreto. *Eos vero*, inquit, *qui non voluntate, ſed caſu homicidium fecerint, prior quidem regula poſt ſeptem annorum penitentiam, communioni ſociavit, ſecundum gradus conſtitutos. Hæc vero humanior definitio quinquennii tempus tribuit*: quod confirmavit poſtea concilium Epaunenſe ſub Gelaſio.

Concil. Ancyr. c. 22

Concil. Epaunen. c. 31. Imo ſub Hormiſda.

Sed illud definire quibuſdam videtur difficile, quare pro homicidio caſu admiſſo, penitentia imponatur, non ſolum hujus concilii, ſed Ancyrani, Epaunenſis & aliorum decreto: cum pœnitentia culpam ſupponat, culpa autem liberæ voluntatis actionem, actio vero libera caſum non admittat: Tertullianus. *Quid? quod voluntas facti origo eſt? viderint enim, ſi qua caſui, aut neceſſitati, aut ignorantiæ imputantur, quibus exceptis, jam non niſi voluntate delinquitur.* His & aliis ut quam lucem præferamus, obſervandi ſunt antiquæ eccleſiæ mores, quibus receptum fuit, in omnibus his quæ ſua natura ſine juſta temporis & rationis (ut vocant) circumſtantia, vitioſa erant, quamvis illa circumſtantia adeſſet, publicam penitentiam indicere, ſi publicum erat facinus, non ob culpam, quæ nulla erat, ſed ob exemplum: ut quos exemplo ſuo rei ad malos quodammodo provocaverant mores, penitentiæ & emendationis teſtimonio ad rectam viam revocarent: & ut proclives ad delinquendum hominum animi ſevera hac eccleſiæ diſciplina terrerentur: hac ratione, tam in hoc quam in concilio Ancyrano, & Epaunenſi pena illi injuncta eſt, qui caſu homicidium fecerit. Non diſſimilem conſtituti legem concilium Nannatenſe. *Si quis*, ait, *caſu, non volens, homicidium perpetraverit, quadraginta diebus in pane & aqua peniteat. quibus peractis, biennio ab oratione fidelium ſegregetur; non communicet, nec offerat: poſt biennium in communione orationis offerat; non tamen communicet: poſt quinquennium ad plenam communionem recipiatur. Abſtinentia ciborum in arbitrio ſacerdotis maneat.* Inſanis præterea, quod magis miſere (ſi delinquant) penitentiam impoſuit concilium Vvormacienſe. *Si quis inſaniens*, ait, *aliquem occiderit, ſi ad ſanam mentem pervenerit, levior ei penitentia imponenda eſt, quam ei qui ſana mente tale quid commiſerit, cui quamvis penitentia ſit imponenda, quia ipſa infirmitas cauſa peccati fuiſſe creditur, tantum tamen levior, quam ei qui ſanus aliquem occiderit, quantum inter ſanum & inſanum, & irrationabile & rationabile conſtat eſſe diſcrimen.* Eos item qui caſu, vel in bello publico aliquem occidiſſent, penitentia affici voluit Beda. *Qui caſu*, ait agens de variis occiſionum generibus, *annum unum, qui in bello publico, dies quadraginta.* Ne autem hanc penitentiam pro bello injuſto, non autem juſto, imponi quis arbitretur, divi Baſilii teſtimonio rem illuſtrabo. Reſcribens is ad Amphilochium Iconii epiſcopum. *Cædes*, inquit, *in bellis factas patres pro cædibus non imputaverunt, ut mihi videtur, ignoſcentes eis, qui pro pudicitia & pietate decertant, recte autem forte habet conſulere, ut qui ſunt manibus non puris, ſea trium annorum communione abſtineant.* Non eſt pœna diſſimilis, quam his qui ſine culpa per ignorantiam inebriati eſſent, impoſuit pœnitentiale Romanum: ſeptem enim fuit dierum. *Sacerdos quilibet*, ait, quod & retulit probavitque Beda, *ſi inebriatur per ignorantiam, ſeptem dies peniteat in pane & aqua.* Et rurſus. *Qui ſacrificium evomuerit, quadraginta dies penitent: ſi infirmitatis cauſa ſeptem dies.* Ab his antiquis eccleſiæ moribus haud recedunt nunc leges Polonicæ: nam etſi vim illatam vi repellere, & injuriam manu aut quacumque ope poſſent propulſare, & ratio doctis & neceſſitas barbaris & mos gentibus & feris natura ipſa præſcribat: in Polonia tamen, ſi quis adgreſſorem, dum nec evadere fuga, nec ſe loco tueri, aut quoquomodo vim declinare poteſt, cum cauſa & moderamine inculpatæ tutelæ occiderit, pecunia magna multatur, ut penæ exemplum peccandi licentiam coerceat.

Tertul. lib. de pœniten. c. 3.

Concil. Nannet. can. 18.

Conc. Vvormac. can. 18.

Beda lib. de pœn. ſeu de remed. peccator. c. 3

D. Baſil. epiſt. ad Amphiloch. Iconii epiſcop. c. 13.

Pœnit. Roman. apud Ant. Aug. tit. 5 c. 1.

Beda in pœnitentiali cap. 12.

Apud Ant. Aug. tit. 5 c. 8

Paul. l. 45 ad l. Aqui. Cicero pro Milone. Petrus Roizius in epiſt. ad Sigiſmund. Poloniæ regem, Lituanicis deciſionibus præfixa.

Ex his petenda eſt interpretatio canonis penitentialis Theodori apud Gregorium IX. Erat autem Theodorus inſtituto Benedictinus monachus, natione Græcus, ex Tarſo Ciliciæ, dignitate archiepiſcopus Cantuarienſis: qui cum vitæ ſanctitate & doctrinæ laude præſtitiſſet, miſſus eſt cum alio monacho Adriano nomine, a Vitalino papa in Angliam, anno domini DCLXXII. ut ea quæ divus Gregorius in religionis & morum diſciplina inchoarat, ipſi propagarent, auctore Beda. Cum autem ſacerdotes Angliæ docere ille vellet penitentiæ leges, quibus peccantes poſſent coercere, penitentiale illud condidit, quod vulgo circumfertur; ex quo caput illud decerpſit Bernardus Papienſis in prima compilatione, & ab eo Gregor. IX. in hac ultima. Ait igitur Theodorus. *Si quis propter neceſſitatem furatus fuerit cibaria, vel veſtem, vel pecus, per famem, aut per nuditatem, peniteat hebdomadas tres.* Cruciantur gloſſa & doctores in illius explanatione; ac tandem communi conſenſu docent, ideo impoſitam fuiſſe penitentiam, quia fames vel nuditas modica erat, non autem extrema: nam ſi extrema eſſet, (ajunt) nulla foret penitentia imponenda.

*Explicatur Theodorica non ſpontanea* [illegible] *tialis apud Gregorium IX in c. 3 de furtis.*

Beda lib. 5. de ratione temp. & lib. 4 hiſtor. eccleſiaſt. gentis Angliæ c. 1.

Bernard. Papienſis in prima collectione decretalium tit. de furtis c. 1. Greg. IX. in c. 3 de furtis.

Eam tamen interpretationem verba ejuſdem canonis ſequentia labefactant. *Et ſi reddiderit, non cogatur jejunare.* Penitentia ergo remittitur, ſi res ablata reddatur, quæ remittenda non eſſet, ſi modica fuiſſet neceſſitas, nam culpa contracta violato Dei præcepto de non furando, non remittitur reſtituta re ſublata, ſed obligatio ſolum & neceſſitas eamdem domino reſtituendi. Jejunare ergo non cogitur is, quia extrema inopia non fuit: nam quamvis extrema eſſet, non ideo minus jejunare & penitentiam agere cogeretur, ut docet penitentiale Romanum. *Si feciſti*, ait, *furtum, neceſſitatis cauſa; ſic dico, ut non haberes unde viveres, & propter famis penuriam, & tantum furatus es victualia extra eccleſiam, & non propter conſuetudinem feciſti, redde quod tulisti, & ſex ferias in pane & aqua peniteas.* Quam ſeveritatem Anglis noviter converſis remiſit Theodorus in ſuo penitentiali, ſi res ablatas reddidiſſent, ut ad earum reſtitutionem illos invitaret: ſed quod penitentiam priſci patres indici & agi voluerint tam pro malis quam pro his omnibus, quæ mali ſpeciem natura ipſa præ ſe ferebant: eaque ratione furto (ſi furtum jure dici poteſt) vel homicidio caſuali (ſi homicidium nuncupandum eſt) penitentiam præſcripſerunt, ut pœnæ metu in officio & æquitate fideles continerentur. Pœnam autem ſine culpa, etſi non ſine cauſa, imponi poſſe, utriuſque juris regulis ſancitum eſt.

Pœnitentiale Romanum apud Anton. Auguſt. tit. 4 c. 16.

Regula ſine culpa in 6.

Antiquarum autem penitentiarum leges cum jam in uſu eſſe deſierint, non eſt cur hujus canonis ſanctione, & penitentialis Theodori, ad liberandos reos penitentes impediantur ſacerdotes: cum utrumque ſuo tempori inſerviſſe ſat ſit. Hodie autem recepta jam in eccleſia conſuetudine, lenius ſe gerunt ſacerdotes, & contractam culpam arbitraria penitentia caſtigare ſolent.

Quod ſi ex pœnitentiæ ſacramento ad forenſe judicium dilabamur, inquiramuſque, an pœna aliqua civilis propoſita ſit his, qui vel corrigendo, vel caſtigando ſervos culpæ alicui obnoxios, tandem caſu occiderint, Conſtantinus occurrit, hæc Macrobio reſcribens.

*Conſtantinus A. Maximiano Macrobio.*

Quoties verbera dominorum talis caſus ſervorum comitabitur, ut moriantur; culpa nudi ſunt, qui dum peſſima corrigunt, meliora ſuis adquirere vernaculis voluerunt. Nam requiri in hujuſmodi facto volumus, in quo intereſt domini incolume juris proprii habere mancipium, utrum voluntate occidendi hominis, an vero ſimpliciter facta caſtigatio videatur. Toties etenim non placet dominum morte ſervi reum homicidii pronunciare, quoties ſimplicibus quæſtionibus domeſticam exerceat poteſtatem. Si quando igitur ſervi plagarum correctione, imminente fatali neceſſitate, rebus humanis excedunt, nullam metuant domini quæſtionem. Cujus legis exemplo illud educi poteſt, ancillam, ſi propria libidine cauſam dederit zelotypiæ & indignationi, verberibuſque poſtea cohibita & correcta, tandem caſu mortua fuerit, civili pœna liberam dominam fore: ſed etiam caveat, ne plus juſto zeli malo, vel furore turbata, leviſſimis indiciis conceptam alienæ culpæ ſuſpicionem, in propriam convertat: tunc enim pœna homicidii teneretur.

Conſtantin. in l. 1. C. Theodoſ. de emendatio. ſervor.

*Canon VI.* Vulgatus.

*Si quicumque per malitiam hominem interfecerit*

Si quis vero maleficio interficiat alterum, eo quod ſine idololatria perficere ſcelus non potuit, nec in fine impartiendam eſſe illi communionem

Canon VI. *Emendatus.*

*Si quicumque per maleficium hominem interfecerit.*

Si quis vero maleficio interficiat alterum, eo quod ſine idololatria perficere ſcelus non potuit, nec in fine impartiendam eſſe communionem

*Maleficium idololatria cur perfici dicatur.*

## CAPUT XVI.

BUrchardus lib. 6. decret. c. 26. Ivo p. 10. c. 145. paulo aliter. *Si quis vero*, ajunt, *veneficio interfecerit alterum, eo quod ſine idololatria perficere ſcelus non potuit, niſi in fine impertiendam non eſſe illi communionem*. Sed vulgatam concilii lectionem magis probo: cum quod frequentiſſima ſit in hoc concilio pœna, ut quis etiam in ultimo vitæ ſpiritu communione privetur; tum quod ratio reddita a concilio (eo quod ſine idololatria perficere ſcelus non potuit) magis congruit maleficio, quam veneficio. Veneficium enim ſine veneno dari poteſt ad hominem interimendum ſine idololatria: maleficium vero non item; quia malefici nomine olim notabatur magia, magique malefici vocabantur. Lactantius. *Sed et*, ait, *magi, & ii, quos vere maleficos vulgus appellat, cum artes ſuas exsecrabiles exercent, veris ſuis nominibus cient, illis cœleſtibus quæ in literis ſanctis leguntur*. Imp. Conſtantinus. *Chaldæi ac magi, & ceteri quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec hanc partem aliquid moliantur*. Hi enim verborum & magicæ artis præſtigiis elementa turbabant, hominesque plerumque innocentes, vel odio, vel quæſtu, lucis uſura privabant. Idem Conſtantinus. *Multi*, ait, *magicis artibus auſi elementa turbare, vitas inſontium labefactare non dubitant, & manibus accitis audent ventilare; ut quisque ſuos conterat malis artibus inimicos*. In his maleficorum artibus idololatriam involvi conteſtatur Tertullianus. *Animadvertimus*, inquit, *inter artes etiam, profeſſiones quaſdam obnoxias idololatriæ. De aſtrologis ne loquendum quidem eſt. Sed quoniam quidam iſtis diebus provocavit, defendens ſibi perſeverantiam profeſſionis iſtius, paucis utar. Non allego, quod idola honoret, quorum nomina cœlo inſcripſit, quibus omnem Dei poteſtatem addixit: quod propterea homines non putant Deum requirendum, præſumentes ſtellarum nos immutabili arbitrio agi. Unum propono, angelos eſſe illos deſertores Dei, amatores fœminarum, proditores etiam hujus curioſitatis, propterea quoque damnatos a Deo. O divina ſententia uſque ad terram pertinax, cui etiam ignorantes teſtimonium reddunt. Expelluntur mathematici, ſicut angeli eorum. Urbs & Italia interdicitur mathematicis, ſicut cœlum & angelis eorum. Eadem pœna eſt exilii diſcipulis & magiſtris. Sed magi & aſtrologi ab oriente venerunt. Scimus magiæ & aſtrologiæ inter ſe ſocietatem. Primi igitur ſtellarum interpretes natum Chriſtum annunciaverunt, primi muneraverunt. Hoc nomine Chriſtum (opinor) ſibi obligaverunt. Quid tum? Ideo nunc & mathematicis patrocinabitur illorum magorum religio? De Chriſto ſcilicet eſt mathesis hodie, ſtellas Chriſti, non Saturni & Martis, & cujusque ex eodem ordine mortuorum obſervat & prædicat. At enim ſcientia iſta uſque ad evangelium fuit concessa, ut Chriſto edito, nemo exinde nativitatem alicujus de cœlo interpretetur. Nam & thus illud & myrrham & aurum ideo infanti tunc domino obtulerunt, quaſi clauſulam ſæcularis ſacrificationis & gloriæ ſæcularis, quam Chriſtus erat adempturus. Quod ſcilicet Magis ſomnium ſine dubio ex Dei voluntate ſuggeſſit, ut irent in ſua, ſed alia, non qua venerant via, id eſt, ne priſtina ſecta ſua incederent, ne illos Herodes perſequeretur, qui nec perſequutus eſt etiam ignorans alia via digreſſos, quoniam & qua venerant ignorabat. Adeo viam rectam & diſciplinam intelligere debemus. Itaque magis præceptum exinde aliter incederent. Sic & aliam ſpeciem magiæ, quæ miraculis operatur, etiam adverſus Moyſen æmulata, patientia Dei traxit ad evangelium uſque. Nam exinde & Simon magus jam fidelis, quoniam aliquid adhuc de circulatoria ſecta cogitaret, ut ſcilicet inter miracula profeſſionis ſuæ etiam Spiritum ſanctum per manuum impoſitionem nundinaret, maledictus ab apoſtolis de fide ejectus eſt: & alter magus, qui cum Sergio Paulo, quoniam eiſdem adverſabatur apoſtolis, luminum amiſſione mulctatus eſt. Hoc & aſtrologi retuliſſent, credo, ſi quis in apoſtolos incidiſſet. Attamen cum magia punitur, cujus eſt ſpecies aſtrologia, utique & ſpecies in genere damnatur. Poſt evangelium nuſquam invenias, aut ſophiſtas, aut Chaldæos aut incantatores, aut conjectores, aut magos, niſi plane punitos. Ubi ſapiens, ubi literator, ubi conquiſitor hujus ævi? Nonne infatuavit Deus ſapientiam hujus ſæculi? Nihil ſcis, mathematice, ſi neſciebas te futurum Chriſtianum. Si ſciebas, hoc quoque ſcire debueras, nihil tibi futurum cum iſta profeſſione. Ipſa te de periculo ſuo inſtitueret, quæ aliorum climacterica prædicat. Non eſt tibi pars, neque ſors in iſta ratione. Non poteſt regna cœlorum ſperare, cujus digitus aut radius abutitur cœlo*. Nec Tertullianus ſolum, ſed Lactantius & alii antiqui patres maleficam artem ut inventum dæmonum & veram idololatriam damnarunt, eam præcipue, quæ ultra magicorum verborum vanitatem, ſanguinis humani, victimarum & mortuorum corporum addebat ſuperſtitionem. D. Iſidorus. *Magi ſunt*, inquit, *qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. Hi & elementa concutiunt, turbant mentes hominum, ac ſine ullo veneni hauſtu, violentia tantum carminis interimunt. Unde & Lucanus. - Mens hauſti nulla ſanie polluta veneni, - Incantata perit. Dæmonibus enim accitis audent ventilare, ut quisque ſuos perimat malis artibus inimicos. Hi etiam ſanguine utuntur, & victimis, & ſæpe contingunt corpora mortuorum*. Quos hi malefici artibus ſuis infecerant, maleficiatos reliqui vocabant, quaſi illorum maleficio impeditos ad exercendam naturalium virium & membrorum corporis functionem: eos præſertim quos Veneri inſenſos malefici volebant: idque impedimentum ad diſſolvendum matrimonium efficax eſſe, eccleſiæ definiunt conſtitutiones.

Laſtan. lib. 2. divinar. inſtit. c. 17.
Conſtantin. l. 5. C. de malefi. & Mathema.
Idem l. 6. ejuſd. titul.
Tertul. l. de idololatria c.
Geneſ. 6.
Matth. 2.
Exod. 7.
Act. 8.
Iidem 13.
Cor. 1.
Act. 18.
Laſtan. lib. 2. divin. inſtit. c. 17.
Iſidor. lib. 8. etymolog. c. 9. apud Gratian. in cap. nec mirum 26. q. 5.
Titulo de frigidis & maleficiatis.

*Canon VII.* Vulgatus.

*De pœnitentibus mœchiæ, ſi rurſus peccaverint.*

Si quis forte fidelis, poſt lapſum mœchiæ, poſt tempora conſtituta, acta pœnitentia, denuo fuerit fornicatus, placuit, eum nec in fine habere communionem.

Canon VII. *Emendatus.*

*De Pœnitentibus mœchiæ, ſi rurſus mœchaverint.*

Si quis forte fidelis, poſt lapſum mœchiæ, poſt tempora conſtituta, acta pœnitentia, denuo fuerit fornicatus, placuit, eum nec in fine habere communionem.

*Adulterii coertionem ad epiſcopos ſpectare.*

## CAPUT XVII.

DEferebantur olim adulteri ad epiſcopos & presbyteros, ut ex vitæ turpiſſimæ ſordibus, ad honeſtatem conjugii ſevera eccleſiæ pœnitentia revocarentur: quod Innocentius I. docet ad Exuperium epiſcopum Toloſanum. Quod ſi poſt lapſum mœchiæ, & poſt tempora penitentiæ adſcripta, & peracta, in eadem ſe flagitia ingurgitaſſent, placuit eos communione uſque ad ultimum vitæ ſpiritum privari. Simplex adulterium quinque annorum penitentia inferius multarunt. Quod ſi pœnitentia ſemel acta, fœda ſe iterum ejuſdem criminis labe deturpaſſent, perpetuo communione privari definiunt hic, & in canone XLVII. ne ut dicitur in III. præcedenti, luiſſe de dominica communione viderentur. Et ſi non inepte ad ſimplicem (ut vocant) fornicationem hujus canonis verba accommodari poſſint, quam vitare naſcentis eccleſiæ fideles ſummo ſtudio non ſecus ac certam animi peſtem contendebant: adeo ut gravius crimen illud quam idololatriæ ſibi perſuaſerit Tertullianus in hoc Novatiani errore lapſus, quod hujus, metus, alterius, ſola voluptas admittendi cauſa fuerit. Mœchiam autem aliquando pro fornicatione ſimplici uſurpari in hoc concilio liquet, præter hunc canonem, ex canone LXXII. de vidua mœchante.

Innocen. I. epiſt. 3. ad Exuperium epiſc. Toloſ. c. 4.
Can. 69. hujus concilii.

*Canon VIII.* Vulgatus.

*De fœminis, quæ relictis viris ſuis, aliis nubunt.*

Item fœminæ, quæ nulla præcedente cauſa reliquerunt viros ſuos, & alteris ſe copulaverunt, nec in fine accipiant communionem.

Canon VIII. *Vulgatus.*

*De fœminis, quæ relictis viris ſuis, aliis nubunt.*

Item fœminæ. quæ nulla præcedente cauſa reliquerint viros ſuos, & alteris ſe copulaverunt, nec in fine accipiant communionem.

*De matrimonii & divertii antiquitate.*

## CAPUT XVIII.

IVo p. 8. decretorum c. 198. paucis additis canonem citat. *Item fœminæ*, ait, *quæ nulla præcedente cauſa reliquerunt viros ſuos, & alteris ſe copulaverunt, & in hoc permanere voluerint: nec in fine accipiant communionem.*

*nionem*. Sic etiam Burchardus lib. 9. c. 62. etſi ex canone 7. hujus concilii citet, eſt autem 8. in editis & MS.

CREAVIT Deus eximia ſua bonitate & ſempiterna potentia hominem, ut cœlo, terraque antea creatis frueretur, fieretque tanquam filius & hæres patris, non eorum bonorum tantum hæres & dominus: ſed ſuæ æternitatis immenſæ, & ineffabilis gratiæ & gloriæ particeps futurus. Collocavit illum in amœniſſimo quodam loco, cui ea de cauſa paradiſi nomen Perſica voce Chriſtiani veteres indiderunt. Quia tamen ille ex ſpiritu & corpore compactus erat, oportebat & ad majorem voluptatem fruitionis bonorum, & ad ſui generis propagationem illi ſociam adjungi: quod Deum non prævidiſſe tantum, ſed dixiſſe, Moyſes refert. *Dixit*, inquit, *Dominus Deus, non eſt bonum hominem eſſe ſolum: faciamus ei adjutorium ſimile ſibi*. Immiſit ergo dominus ſoporem in Adam, illique obdormienti coſtam detraxit, & ex illa fœminam non ſine maximarum rerum ſignificatione formavit, eamque, ut oſtenderet bonorum & laborum viri non participem tantum, ſed ſociam & comitem eſſe oportere, divino ſpiritu afflatus Adam, illam formatam videns, dixiſſe fertur. Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ. Non dixit primo Deus, faciamus ei adjutoria, ſed adjutorium: adjutores enim dixiſſet, ſi pluribus eum uxoribus deſtinaſſet, ut Tertull. animadvertit. Et erunt duo in carne una, non ergo tres, neque plures. Et adhærebit uxori ſuæ, non uxoribus, ut Innocentius III. docuit, & ante illum Hieron. Auguſtinus & alii, ut oſtenderet, unius viri ad unam uxorem Chriſti & eccleſiæ exemplo unicum affectum eſſe oportere, & velut in unum corpus utrumque coaleſcere, ideoque non poſſe, illa derelicta, alterius matrimonio copulari. Cujus interpretationis non Tertullianum, Cyprianum, Auguſtinum, Hieronymum, Chryſoſtomum, Baſilium & reliquos ſanctos doctores & catholicæ eccleſiæ concilia, ſed ipſum divinæ legis auctorem laudabo. Chriſtus enim, verus Deus & homo, interrogantibus Judæis, an liceret homini ab uxore qualibet ex cauſa divertere? ſic reſpondiſſe Matthæus refert. *Non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos, & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro: quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet. Dicunt illi: Quid ergo Moyſes mandavit dare libellum repudii, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit*. Poſtea autem cum Judæorum improbitas longius progrederetur, viſum eſt Deo ſatius eſſe, divortium permittere impiis & duræ cervicis hominibus, quam cogi invitos, uxores quas odiſſent, retinere, ut Chriſtum Judæis reſpondiſſe idem Matthæus narrat. Eum autem libellum viris permiſſum ad repudiandas uxores ſacræ nos literæ docent: uxoribus autem eorum, libellum, maritis remittere licuiſſe, non item. Apud Romanos pariter lex Romuli fœminis dimittendi viros negavit, viris autem dimittendi uxores tribus de cauſis licentiam conceſſit. *Si in liberorum veneficio, aut in adulterio foret deprehenſa, aut claves ſubjeciſſet*; ut eſt auctor Plutarchus. Quod ſi aliter quis repudiaſſet, ejus opum uxori portionem dari, reliquum Cereri eſſe juſſit ſacrum, & qui diverteret, ſacra diis inferis obire. Lege poſtea duodecim tabularum divortia fuiſſe permiſſa, indicat Tullius, contra Antonium ſcribens. *Nolite quærere, frugi factus eſt Antonius: mimam illam ſuam ſuas res ſibi habere juſſit, ex duodecim tabulis claves ademit, exegit*. Sed ſive duodecim tabulis divortia permiſſa fuerint, ſive non fuerint, illud eſt perſpicuum, tantam priſcis temporibus matrimoniorum fuiſſe concordiam, ut divortium Romæ intra ſexcentos fere annos nulla domus ſenſiſſe dicatur, teſte Halicarnaſſeo, Aulo Gellio, & Tertulliano. Primus apud illos Spurius Carbilius, cui Ruga cognomentum fuit, ſterilitatis cauſa uxorem repudiavit anno urbis conditæ, quingenteſimo tertio & vigeſimo, M. Attilio, P. Valerio Coſſ. *Et tunc primum*, inquit Gellius, *cautiones rei uxoriæ neceſſariæ viſæ, cum antea nullæ unquam fuiſſent tum Romæ, tum in Latio. atque is Carbilius traditur uxorem egregie dilexiſſe, cariſſimamque morum ejus gratia habuiſſe: ſed juriſjurandi religionem animo atque amori prævertiſſe: quod jurare a cenſoribus coactus erat, uxorem ſe liberorum quærendorum gratia habiturum*. Hunc ſecutus Sulpitius Gallus uxori nuncium miſit, quod eam capite aperto foris verſatam agnoviſſent, ut memoriæ prodit Valerius Maximus. Idem fecit Publius Sempronius, quod uxor ludos funebres ſpectaſſet. Sed nec impune divertere licebat, ſed inquirebatur, juſta ne cauſa eſſet divertendi. Quod ſi non ſubeſſet, qui occaſionem ſua culpa præbuit, multabatur amiſſione dotis & donationis propter nuptias. D. Chryſoſtomus. *Ne mihi leges ab exteris conditas legas, præcipientes libellum repudii & dividi; neque enim juxta illas judicaturus eſt te Deus in die illa qua venturus eſt, ſed ſecundum ſuas ut ipſe ſtatuit.*

Geneſ. 2.

Tertul. lib. de monog. c. 4. Innocent. III. c. gaudemus de divort. D. Hierony. ad Geruntiam.

Matth. c. 19.

Matth. 19.

Deut. 24.

Plutarch. in vita Romuli. Cœlius lib. 18. lectio. antiquar. c. 16. Tullius Philip. 2.

Halicarnaſſ. lib. 2. Roman antiquita. Aulus Gel. noct. Atticar. l. 4. c. 3. Tertul. in apologe. c. 6 & lib. de monog. c. 9.

Valer. Maxim. l. 6. cap. 3.

D. Chryſoſtom. in ſermone de libello repudii ſuper 1. epiſt. Pauli ad Corint. c. 7. Cicer. in topicis Boethius in topi. Cicer.

A *Etiam externa leges non ſimpliciter nec abſolute hoc poſuerunt: nam & ipſæ puniunt factum, & hinc liquet, quod peccatum nolint ægre tulerint. Unde eam quæ auctor fuerit repudii, nudam & ſpoliatam facultatibus ejiciunt, ut unde fuerit diſſolutionis occaſio, etiam facultatum ſit jactura*. Cicero. *Si viri culpa factum eſt divortium, etſi mulier nuncium remiſit, tamen pro liberis manere nihil oportet*. Ubi Boethius. *Si quando divortium interceſſiſſet culpa mulieris, parte quadam dotis pro liberorum numero multabatur*. De ea autem Paulus. *Si divortium eſt*, inquit, *matrimonii, & hoc ſine culpa mulieris factum eſt divortium, in ſingulos liberos ſexta pars dotis a marito retinetur, uſque ad mediam partem dumtaxat dotis. Quare quoniam quod ex dote conquiritur, liberorum eſt, qui liberi in patris poteſtate ſunt, id apud virum neceſſe eſt permanere*, Ulpianus, *Propter liberos retentio fit ſi culpa mulieris aut patris cujus in poteſtate eſt, divortium factum ſit, tunc enim ſingulorum liberorum nomine ſexta retinentur ex dote. non plures tamen quam tres ſextæ in retentione ſunt, non in petitione*. Ne-

Paul. lib. 2. inſtitution.

Ulpian. in epitome tit. 6. de dotibus

B que vero qualibet culpa tanta parte dotis multabatur, ſed ea ſolum quæ accuſabatur de ſtupro; de reliquis levioribus alia pœna erat, ut idem Ulpianus docet. *Morum*, ait, *nomine graviorum quidem ſexta retinentur, leviorum autem octava: graviores mores ſunt adulteria tantum, leviores omnes reliqui*. Hæc adverſus uxorem: adverſus maritum eodem jure alia. Punitur enim in ea dote quæ a die reddi debita: propter majores, præſentem dotem reddit, propter minores ſenum menſium die: in ea autem quæ præſens reddi ſolet, tantum ex fructibus jubetur reddere, quantum in illa dote quadrienio redditur. Cum hæc in more & uſu eſſent Romanorum, eorum enim legibus Hiſpanos illis ſubjectos paruiſſe certum eſt, eamque pœnam leviſſimam ducerent, cum vellent matrimonii & uxorum moleſtias a ſe abjicere, ſicque paſſim matrimonia diſſolverentur, quod Plutarch. refert, contra publicam utilitatem violata pacis & unitatis fide, id ne accideret Chriſtianis, eamdem forſan libertatem, ni mavis licentiam, juſtam eſſe prætendentibus, ſapienter providerunt hic Hiſpani patres, gravem anathematis cenſuram adverſus eas fœminas conſtituentes, quæ ſpreta ſacramenti religione, diſſoluto inviolabilis matrimonii nexu, abrupta primum mariti fide, contempto ſacri lecti genio, abjectaque tandem omnis divini & humani juris communicatione, ſecundas nuptias contraherent, vel potius conjugia adulterina. Qui primi ergo præter Chriſtum matrimonii individuam ſocietatem ſeu vinculum indiſſolubile eſſe, præcepto & pœna confirmarunt, Hiſpani epiſcopi videntur ne illis temere contraria ſententia imponatur.

Plutarch. in problema cap. 13

C

## Nulla præcedente cauſa.

*Sine cauſa juſta & judicio epiſcoporum nuſquam licuiſſe a matrimonio divertere.*

### CAPUT XIX.

D ABSIT, ut hinc aliquis eruat, quamcumque cauſam prætenſam ad diſſolvendum matrimonii vinculum ſufficere: ea enim debebat epiſcoporum judicio, ut hodie, probari, an juſta eſſet, nec ne, ut matrimonium ſecundum recte iniri poſſet: vel ſi ad hoc efficax non erat, ut tori ſaltem induceretur ſeparatio: neutrum enim privata auctoritate fieri, nec poteſt, nec potuit.

*Canon IX.* Vulgatus.

*De fœminis quæ relictis viris ſuis aliis nubunt.*

Item fidelis fœmina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum duxerit, prohibeatur ne ducat, ſi autem duxerit, non prius accipiat communionem, quam is, quem reliquit, de ſæculo exierit; niſi neceſſitas infirmitatis dare compulerit.

E

Canon IX. *Emendatus.*

*De fœminis quæ adulteros maritos relinquunt & aliis nubunt.*

Item fidelis fœmina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum ducit, prohibeatur ne ducat: ſi autem duxerit, non prius accipiat communionem, quam is quem reliquit, de ſæculo exierit, niſi neceſſitas infirmitatis dare compulerit.

BUR. lib. 9. c. 3. Ivo p. 8. c. 199. aliter. *Item fœmina fidelis*, inquiunt, *quæ adulterum maritum reliquerit*

*liquerit fidelem, & adulterum ducit, prohibeatur ne ducat: ſi autem duxerit, non prius accipiat communionem, quam is quem reliquit, de ſaculo exierit: niſi forte neceſſitas infirmitatis dare compulerit.* Adulterum (ajunt) ducit pro alterum, non recte. In omnibus enim hujus concilii codicibus editis & MS. (*alterum*) legitur, & apud Grat. in c. fidelis 32. q. 7. & quod minoris non facio, in vetuſta noſtra conciliorum collectione: non enim prohibuerunt hic patres, ne qua fœmina, dimiſſo marito ſuo adultero, alium adulterum duceret, ſed ne alium duceret: in canone ſuperiori, ne ex quacumque cauſa; in hoc, ne ex graviori adulterii, repudium liceat.

## Item fidelis fœmina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & adulterum duxerit, prohibeatur ne ducat.

*Connubium ſecundum durante primo, ſemper ab eccleſia improbatum, præſertim ab Hiſpanico: defenſa Ambroſii commentaria in epiſtola Pauli ad Corinth. explicatur in his locus de divortiis, & alter Lactantii.*

B

### CAPUT XX.

Eccleſiam catholicam, cujus gubernacula tibi non fortuna, aut humana ſapientia, ſed Chriſtus ipſe, tanquam vero ſuo & legitimo vicario tractanda conceſſit, B. pater, multa Hiſpanias noſtras debere (ut alia omittamus) hoc unum concilium non ſuadere tibi tantum, ſed & perſuadere poteſt. Nullum enim fere decretum, vel de morum integritate, vel de ſacramentorum myſteriis vel de divinis & apoſtolicis traditionibus, non in Græcia & Europa tota, ſed nec in Aſia, aut Africa per mille & trecentos fere annos reperies, quod hujus auctoritate & exemplo conſtitutum non ſit, vel conſtitui non potuerit: ut ex hoc canone & reliquis, quorum poſtea interpretationem ſuſcipiemus, tibi liquebit apertiſſime. Anceps fuit olim, & dubia ſatis in omnibus fere Chriſtiani orbis provinciis excitata contentio, ut Auguſtinus teſtatur, an liceret uxorem aliqua ex cauſa dimittere: dimiſſaque an ad alterius nuptias, ut lege primi conjugii libera, poſſet convolare? quibuſdam hanc, quibuſdam illam opinionem tenentibus, ut teſtatur Origenes: obtinuit tandem apoſtolica & evangelica, ni mavis Chriſti doctrina, ab Hiſpanis nunc patribus primum apertius & perfectius repetita, & confirmata, & conjugi uni non licere alium dimittere, etiam ob gravem cauſam, pudicitiæ ſcilicet violationem; quod matrimonii ſemel contracti, & copula conſummati vinculum adeo ſit indiſſolubile, ut niſi morte alterius conjugum perfringi, nec debeat, nec poſſit. Chriſtus enim, cujus doctrinam diſertius confirmant hic Hiſpani epiſcopi, familiam ſuam Chriſtianam ad primam legis inſtitutionem & naturæ decreta revocari volens, hoc ipſum conſtituit, dum Judæis quærentibus, an liceret ex quacumque cauſa uxorem dimittere? reſpondit, ad duritiam cordis illis permiſiſſe Moyſen, ab initio autem non fuiſſe ſic: quaſi clarius dixiſſet, ſe velle matrimonii leges non noviter inſtituere contra antiquam legem Moyſi, ſed antiquiores naturæ, juſtitiæ, & honeſtati congruentes renovare: ut quod Judæorum improbitas & pertinacia potius, quam juſtitia extorſerat, lenitate & juſtitia Chriſtiana ſopiretur. Quod Hiſpani hic primum in Gallia poſt non Gallicani tantum, ſed ex diverſis orbis provinciis convocati decreverunt in concilio Arelatenſi I. *De his*, ajunt, *qui conjuges ſuas in adulterio deprehendunt, & iidem ſunt adoleſcentes fideles, & prohibentur nubere, placuit, ut in quantum poteſt, conſilium eis detur, ne viventibus ſuis, licet adulteris, alias accipiant.* Conſilium vocant patres, non quod præceptum nollent eſſe, ſed quod in vitiis corrigendis ea tunc moderatione uterentur, ut ſuadere potius honeſta velut parentes, quam cogere ut judices videri vellent. Nec in Gallia tantum, ſed in Africa pauló poſt Africani epiſcopi id ſequuti ſunt in concilio Milevitano. *Placuit*, inquiunt, *ut ſecundum evangelicam & apoſtolicam diſciplinam, neque dimiſſus ab uxore, neque dimiſſa a marito, alteri conjungantur, ſed ita maneant, aut ſibimet reconcilientur: quod ſi contempſerint, ad pœnitentiam redigantur. In qua cauſa legem imperialem petendum promulgari.* Legem autem imperialem ideo ferri poſtulant Africani epiſcopi, ut quos eccleſiæ monita, vel anathematis cenſura a ſecundis nuptiis non cohiberent, cohiberent tandem ſeveriſſimæ imperatorum ſanctiones pœnis confirmatæ civilibus. Idem decrevit concilium Triburienſe, ſub Arnulfo: poſt alia enim quæ de cuſtodia mulieris adulteræ egerat, & de refugio ad epiſcopum, ſic ait. *Maritus vero, quamdiu ipſa vivat; nullo modo alteram ducat.* Idem conſtituit concilium Florentinum in decreto Armenis dato. Poſtremo tandem, cum adhuc eſſent Judaicæ duritiæ homines, non Chriſtianorum nomine tantum, ſed litterarum ſtudiis ſpectati, qui licere nuptias ſecundas, ſpretis primis, adulteris dicerent. Tridenti-

August. lib. 2. de adulterin. conjug. c. 25. Origenes tract. 7 ſuper Matth.

Matth. 19.

Explicatur con. Arelat. 1. can. 10.

Concil. Milevit. cap. 17.

Conc. Triburien. ſub Arnulfo c. 46.

A no concilio eorum audaciæ ſuccurſum eſt. *Si quis*, inquit, *dixerit, eccleſiam errare, dum docuit & docet juxta evangelicam & apoſtolicam doctrinam, propter adulterium alterius conjugum, matrimonii vinculum non poſſe diſſolvi, & utrumque, vel etiam innocentem, qui cauſam adulterio non dedit, non poſſe altero conjuge vivente aliud matrimonium contrahere, mœcharique eum, qui dimiſſa adultera, aliam duxerit, & eam quæ dimiſſo adultero, alii nupſerit, anathema ſit.* Quod adeo verum cenſuit, judicavit & habuit catholica eccleſia, ut olim in Africa non admitterentur ad baptiſmum Gentiles, qui dimiſſis primis uxoribus, cum ſecundis nuptias contraxiſſent, Auguſtino teſte. *Ad hanc autem*, inquit, *videntur diſputationem impulſi, quod eos noverint non admitti ad baptiſmum, qui dimiſſis uxoribus, alias duxerint; vel fœminas, quæ dimiſſis viris aliis nupſerint, quia hæc non conjugia, ſed adulteria eſſe, dominus Chriſtus ſine ulla dubitatione teſtatur. Cum enim negari non poſſit eſſe adulterium, quod veritas adulterium eſſe ſine ambage confirmat, eiſque ſuffragari vellent ad accipien-* B *dum baptiſmum, quos hujuſmodi laqueo ita captos viderent, ut ſi non admitterentur ad baptiſmum, ſine ullo ſacramento mallent vivere, vel etiam mori, quam dirupto adulterii vinculo liberari, humana quadam miſeratione commoti ſunt ad eorum cauſam ſic ſuſcipiendam, ut omnes cum eis facinoroſos & flagitioſos, etiam nulla prohibitione correptos, nullâ inſtructione correctos, nulla pœnitentia mutatos, ad baptiſmum admittendos cenſuerint.*

Quia tamen in hujus rei diſputatione, non cum hæreticis tantum, ſed cum catholicis quibuſdam nobis agendum eſt, poſt decurſa œcumenica & provincialia concilia, pontificum decretis, & ſanctorum patrum ſententiis rem adhuc adſtruere conabor. In primis ſe nobis Clemens offert Romanus, & Romanus pontifex. Inter canones enim quos refert apoſtolorum, hunc recenſet. *Si quis uxorem propriam pellens, alteram vel ab alio dimiſſam duxerit, communione privetur.* Evariſtus papa ad epiſcopos Ægypti. *Et ſicut uxori*, inquit, *non licet dimittere virum ſuum, ut alteri ſe*, vivente eo, *ſociet, aut* C *eum adulteret, licet fornicatus ſit vir ejus; ſed juxta apoſtolum, aut viro ſuo reconciliari debet, aut manere innupta; ita eccleſia etiam.* Innocentius papa I. ſcribens ad Exuperium epiſcopum Toloſanum. *De his etiam requiſivit dilectio tua, qui interveniente repudio, aliis ſe matrimonio copularunt; quos in utraque parte adulteros eſſe manifeſtum eſt, qui viro, vel uxore vivente*, quamvis diſſociatum videatur eſſe conjugium, *ad aliam copulam feſtinarunt; neque poſſunt adulteri non videri: in tantum ut etiam hæ perſonæ, quibus tales conjuncti ſunt, etiam ipſæ adulterium commiſiſſe videantur, ſecundum illud quod legimus in evangelio; Qui dimiſerit uxorem ſuam & duxerit aliam, mœchatur: & ideo tales a communione fidelium abſtinendos. De parentibus autem, aut propinquis eorum nihil tale ſtatui poteſt, niſi incentores illiciti conſortii fuiſſe detegantur.* Notiſſima eſt, & toto orbe decantata illa tragœdia, qua Nicolaus primus Lotharium imperatorem diris devovit, quod dimiſſa regina Tietberga, cum Vualdrada concubina nuptias celebraverit, damnata Guntharii Colonienſis, & Theugualdi Treve- D renſis archiepiſcoporum ſententia, quam pro divortio inique tulerant, magno ſui honoris & dignitatis periculo: nam ea de cauſa ſuorum ordinum jacturam a Nicolao paſſi ſunt in concilio Romano. Innocentius etiam III. ad epiſcopum Tiberiadis. *Sane*, ait, *veridica hæc ſententiâ probatur, etiam de teſtimonio veritatis, teſtantis in evangelio: Quicumque dimiſerit uxorem ſuam ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Si ergo uxore dimiſſa, duci alia de jure non poteſt; fortius & ipſa retenta.* Tertullianus. *Ceterum*, inquit, *& alia ratio conſpirat, imo non alia, ſed quæ indixit formam impoſuit, & voluntate Dei movit ad prohibitionem repudii, quoniam qui dimiſerit uxorem ſuam, præterquam ex cauſa adulterii, facit eam adulterari: & qui dimiſſam a viro duxerit, adulterat utique. Non & nubere legitime poteſt repudiata, & ſi quid tale commiſerit, ſine matrimonii nomine, non capit elogium adulterii, qua adulterium in matrimonio crimen eſt? Deus aliter cenſuit, citra quam homines, ut in totum,* E *ſive per nuptias, ſive vulgo alterius viri admiſſio, adulterium pronuncietur a Deo. Videamus quid ſit matrimonium apud Deum, & ita cognoſcemus, quid ſit æque adulterium. Matrimonium eſt, cum Deus jungit duos in unam carnem; aut junctos deprehendens in eadem carne, conjunctionem ſignavit. Adulterium eſt, cum quoquo modo disjunctis duobus, alia caro, imo aliena miſcetur; de qua dici non poſſit: Hæc eſt caro ex carne mea, & hoc os ex oſſibus meis.* Et poſt alia. *Hanc quoque eam demonſtrat intelligendam, quæ & ipſa ſic fuerit inventa ſoluta a viro, quomodo & vir ſolutus ab uxore: per mortem utique, non per repudium facta ſolutione: quia repudiatis non permitteret nubere adverſus priſtinum præceptum.* Parum igitur recte Eraſmus opinationem, ſeu errorem potius adſcripſit Tertulliano, & poſt illum & alios Covarruvias, cum ab eo tantum abfuerit, ut contrarium prorſus docuerit. Quod autem refert ex eo-

Concil. Trid. ſeſſ. 24. can. 7.

Aug. lib. unic. de fide & operib. c. 2.

Clemens can. 48. apoſt.

Evariſt. pap. epiſtol. 2. ad omnes epiſcopos Ægypti.

Innoc. I. epiſt. 3. ad Exuper. epiſcopum Toloſan. c. 6.

Concil. Rom. ſub Innocent. c. 2. de quo Regino li. 2. chronic. & refertur a Grat. in cap. Theugualdum 32. q. 2.

Innocent. in epiſt. ad epiſ. Tiberiadis in c. gaudemus de divortiis.

Tertul. lib. de monog. cap. 9. Matth. 19.

Genes. 2.

Idem Tertul. c. 11.

Covarru. in 4. 2. p. c. 7. §. 7. nu. 13. Tertul.

2. ad uxor. c. 2. & lib. 4. adverſus Marcionem. Juſtin. Mart. in 2. apolog. pro Chriſtian. Auguſt. lib. 2. de adulter. conjug. c. 4. & 5.

eodem Tertulliano, levius multo eſt quam confutari mereatur: levibus enim & inanibus impedimentis curſum nullo mora pretio retardari facile non patiar; cum preſertim in notis id ipſum docte animadverterit Jacobus Pamelius. Ante Tertullianum eamdem ſententiam docuit Juſtinus martyr. Poſt hos, Auguſtinus quoties de eadem cauſa egit (egit autem ſæpiſſime) toties docet non licere mulieri repudiatæ ante mariti mortem alteri nubere. Primum. *Etſi licite*, inquit, *dimittitur conjux ob cauſam fornicationis, ſed manet vinculum prioris, propter quod fit reus adulterii, qui dimiſſam duxerit, etiam ob cauſam fornicationis. Sicut enim manente in ſe ſacramento regenerationis, excommunicatur cujuſquam reus criminis, nec illo ſacramento caret, etiam ſi nunquam reconcilietur Deo: ita manente in ſe vinculo fœderis conjugalis uxor dimittitur ob cauſam fornicationis, nec carebit illo vinculo, etiamſi reconcilietur viro: carebit autem, ſi mortuus fuerit vir ejus. Reus vero excommunicatus ideo nunquam carebit regenerationis ſacramento, etiamſi non reconcilietur, quia nunquam moritur Deus.*

1. Corinth. 7.

*Remanet itaque, ut ſi ſapere ſecundum apoſtolum volumus, non dicamus virum adulterum pro mortuo deputandum, & ideo licere uxori ejus alteri nubere. Quam ſit enim ſit mors adulterium, non corporis, ſed quod pejus eſt, animæ: non tamen de iſta morte loquebatur apoſtolus, cum dicebat: quod ſi mortuus fuerit vir ejus, cui vult, nubat; ſed de illa ſola quæ de corpore exitur.* Eamdem ſententiam ſcripſit in ſermone domini in monte, & alibi ſæpe. Ab Auguſtino non diſcrepat Hieronymus.

Idem ſerm. domini in monte 26.

Hieron. in epiſt. ad Amand. preſbyter. Refertur a Grat. in c. omnes cauſationes 32. q. 7.

*Omnes*, inquit, *cauſationes apoſtolus amputans, apertiſſime definivit, vivente viro, eſſe adulteram mulierem, ſi alteri nupſerit. Nolo mihi proferas raptoris violentiam, matris perſuaſionem, patris auctoritatem, propinquorum catervam, ſervorum inſidias atque contemptum, damna rei familiaris. Quamdiu vivit vir, licet adulter ſit, licet ſodomita, licet flagitiis omnibus coopertus & ab uxore propter hæc ſcelera derelictus, maritus ejus deputatur, cui alterum virum accipere non licet. Nec apoſtolus hæc propria auctoritate decernit, ſed Chriſto in ſe loquente, Chriſti verba ſecutus eſt, qui ait in evangelio: Qui dimiſerit uxorem ſuam, excepta cauſa fornicationis, facit eam mœchari; & qui dimiſſam acceperit, adulter eſt. Unde & apoſtoli gravem conjugii ſarcinam intelligentes: Si ita eſt*, inquiunt, *non expedit homini uxorem accipere. Ad quos dominus: Qui poteſt*, inquit, *capere, capiat. Statimque ſub exemplo trium eunuchorum virginitatis infert beatitudinem, quæ nulla carnis lege tenetur.* D. Baſilius. *Quare quæ relinquit, eſt adultera, ſi ad alium virum acceſſit; qui autem relinquit, eſt dignus venia; & quæ ei cohabitat, non ideo condemnatur: Sed ſi vir qui ab uxore diſceſſit, acceſſit ad aliam, eſt & ipſe adulter: quoniam fecit eam adulterari; & quæ ei cohabitat, eſt adultera, eo quod alienum virum ad ſe traduxit.* Divus Chryſoſtomus ſubſcribit his omnibus, nec ſemel eamdem doctrinam repetit; quod forſan hominum improbitas relaxata inſeguerit diſciplina.

D. Baſil. epiſt. 2. ad Amphilo. cap. 10.

D. Chryſoſt. in ſermone de libello repud. ſuper epiſt. Pauli ad Corinth. 7.

*Quænam eſt*, inquit, *lex quam nobis Paulus poſuit? Mulier*, inquit, *non ſeparetur vivente viro, neque alium ſuperinducat maritum. Non autem dixit, cohabitet viro, quoad vixerit vir illius; atque adeo etiam ſi libellum repudii det, etiamſi domum relinquat, etiamſi ad alium abeat, legi adſtricta eſt adulteraque eſt talis. Nam quemadmodum ſervi fugitivi, etiamſi domum herilem relinquant, catenam ſecum trahunt, ita & mulieres legem habent pro catena, adulterii accuſantem ac dicentem: Adhuc ſupereſt maritus, & adulterium facinus hoc eſt. Mulier enim adſtricta eſt legi, quoad vixerit maritus illius: tunc enim licebit ſecundas nuptias contrahere, ubi a catena liberata fuerit, quando vir morietur ſolum.* Et poſt alia. *Ne mihi leges ab exteris conditas legas, præcipientes dari libellum repudii & divelli.* Neque enim juxta illas te judicaturus eſt Deus in die illa qua venturus eſt, ſed ſecundum ſuas, ut ipſe ſtatuit. Sed Moyſes (ajunt) hoc fecit: tu vero audi Chriſtum ita dicentem. *Niſi abundaverit juſtitia veſtra, pluſquam Scribarum & Phariſæorum, nequaquam intrabitis in regnum cœlorum.* Idem probat, repudium eſſe, & præter naturam quidem, quia caro inciditur, contra legem autem, quia cum Deus conjunxerit, ac juſſerit non ſeparari, ipſi contra præcepta Dei facere auſi eſtis. Quam ſententiam pluribus in locis docet, & diverſis rationibus comprobat Divus Iſidorus.

Idem homil. 53. in Matth.

D. Iſidor. lib. 2. de offic. eccleſ. c. 19.

*Sacramentum*, inquit, *ideo inter conjugatos dictum eſt, quia ſicut non poteſt eccleſia dividi a Chriſto, ita neque uxor a viro. Quod ergo in Chriſto, & in Eccleſia, hoc in ſingulis quibuſque viris atque uxoribus conjunctionis inſeparabile ſacramentum. Unde apoſtolus, præcipio*, inquit, *non ego, ſed dominus uxorem a viro non diſcedere: prohibet enim dimitti quacumque ex cauſa, ne aliis conjungantur, ſecundum conſuetudinem Judæorum, quam dominus interdixit, dicens: Quicumque dimiſerit uxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, & aliam duxerit, mœchatur.* Et poſt alia. *Cumque habet quis uxorem*, ut ait Lactantius, *neque ſervam, neque liberam habere poterit, ut matrimonii fidem ſervet: neque enim juris publici ratio eſt, ſi*

Lactantius lib. 6. divin. inſtit. c. 23.

*ſola mulier adultera, quæ virum habens ab altero polluitur, & maritus ſi alteram habeat, a crimine adulterii alienus habetur; dum divina lex duos in unum matrimonii corpus conjunxerit, adulter ſit, quiſquis compagem corporis in diverſa diſtraxit.* Ante hos ſanctiſſimos eccleſiæ patres, id ipſum docuerunt Clemens Alexandrinus, & ejus diſcipulus Origenes. In eadem ſententia fuerunt Anſelmus, divus Thomas, Primaſius, Beda, Rabanus, Haymo, Hugo de ſancto Victore, Bonaventura, Albertus, Petrus Lombardus, divus Antoninus, Carthuſianus & alii, quos compendii cauſa miſſos facies.

Clem. Alex. lib. 2. Strom. Origenes tract. 7. ſuper Matth.

Sed reſtat adhuc de hac re Ambroſii locus paulo difficilior, in quo poſt alia dixit. *Non enim permittitur mulieri ut nubat, ſi virum ſuum cauſa fornicationis dimiſerit, aut apoſtaſiæ, aut ſi impellente laſcivia, uſum quærat uxoris invertere; quia inferior non omnino hac lege utitur, qua potior, ſi tamen apoſtatet vir, aut uſum quærat uxoris invertere; nec alii poteſt nubere mulier, nec reverti ad illum.* Et virum uxorem non dimittere: *Subauditur autem, excepta fornicationis cauſa. Et ideo non ſubjecit dicens, ſicut de muliere; Quod ſi diſceſſerit, manere ſic: quia viro licet ducere uxorem, ſi dimiſerit uxorem peccantem, quia non ita lege conſtringitur vir, ſicut mulier. Caput enim mulieris vir eſt.* Nec hæretici tantum, ſed catholici, Gratianus, Catherinus, Joannes Arboreus, Robertus Cænalis epiſcopus Abrincenſis, Covarruvias & alii, quos prætereo. Denique eamdem ſententiam tribuerunt Ambroſio recentiores in decretum Gregorianum adnotationes.

D. Ambroſ. in 1. ad Corinth. c. 7. verſ. Poſtquam Matth. 5.

Epheſ. 5.

Joan. Arboreus lib. 3. Theoſoph. cap. 11. Cænalis in quodam peculiari hujus quæſtionis opuſculo. Covar. in 4. 2. p. c. 7. § 7. num. 4. c. uxor. 32. q. 7. Caſſiodorus de divinis lection. cap. 8.

Sed cum catholicæ interſit reipublicæ, ſanctos eccleſiæ doctores, Ambroſium præſertim (quem in Pauli epiſtolas ſcripſiſſe teſtatur Caſſiodorus) ab adſcripta potius, quam ſcripta ſententia, vel errore vindicari, facturus ſane videor operæ pretium, ſi divi Ambroſii doctrinam cum apoſtolica & evangelica mirifice convenire probavero. Quod ut efficiam, redeo in memoriam quorundam locorum, in quibus eamdem quæſtionem attigit Ambroſius, ut apertius poſſim elicere, an ille (ut dixi) ſuam cum apoſtolica & evangelica doctrina, ſibique met ipſi conſentientem tradiderit, an vero illi, & ſibi ipſi contrariam. In libro enim de Abraham poſt alia, ſic inquit. *Sed & vos moneo viri, maxime qui ad gratiam domini tenditis, non commiſceri adulterino corpori. Qui enim ſe jungit meretrici, unum corpus eſt: nec dare hanc occaſionem divortii mulieribus. Nemo ſibi blandiatur de legibus hominum. Omne ſtuprum adulterium eſt, nec viro licet quod mulieri non licet. Eadem a viro quæ ab uxore debetur caſtimonia. Quidquid in ea quæ non ſit legitima uxor, commiſſum fuerit, adulterii damnatur crimine. Ergo advertiſtis quid debeatis cavere, ne quis ſacramentis ſe indignum præbeat.* Clarius idem. *Nulli licet ſcire mulierem, præter uxorem: Ideoque conjugii tibi datum eſt jus, ne in laqueum incidas, & cum aliena muliere delinquas: Vinctus es uxori; noli quærere ſolutionem: quia non licet tibi, uxore vivente, uxorem ducere. Nam & aliam quærere, cum habeas tuam, crimen eſt adulterii; hoc gravius, quod putas tuo peccato auctoritatem lege eſſe quærendam.* Idem. *Etenim ſi alienos, multo magis uxorios debet tolerare & emendare mores.* Audi quid dixerit dominus: Qui dimittit uxorem, facit eam mœchari: etenim cui non licet vivente viro mutare conjugium, poteſt obrepere libido peccandi. Itaque qui auctor erroris, etiam reus culpæ eſt. Quo cum parvulis fœta dimittitur? Quo titubandi veſtigio grandæva detruditur? Durum ſi excludas parentem, pignora teneas; ut ad contumeliam caritatis addas etiam pietatis injuriam. Durius ſi propter matrem etiam filios ſimul pellas, quum magis redimere a patre liberi debeant culpam parentis. Quam periculoſum, ſi fragilem adoleſcentulæ ætatem errori offeras? Quam impium, ſi ejus deſtituas ſenectutem, cujus deflorayeris juventutem? Ergo inhonoratum ſtipendiis & veteranum imperator dimittat inglorium, atque imperii ſui poſſeſſione detrudat, & ruſticum laboris effœtum agro ſuo propulſet agricola? An quod in ſubditos nefas eſt, in comparem fas eſt? Dimittis ergo uxorem, quaſi jure ſine crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana non prohibet? Sed divina prohibet. Qui hominibus obſequeris, Deum verere. Audi legem domini, cui obſequuntur etiam qui leges ferunt? Quæ Deus conjunxit, homo non ſeparet. Sed non ſolum hic cœleſte præceptum, ſed quoddam etiam opus Dei ſolvitur. Paterisne, oro, liberos tuos vivente te eſſe ſub vitrico? aut incolumi matre, degere ſub noverca? Pone ſi repudiata non nubat. *Et hæc viro tibi potuit diſplicere, cui adultero fidem ſervat? Pone, ſi nubat; neceſſitas illius tuum crimen eſt: & conjugium quod putas, adulterium eſt. Quid enim refert, utrum aperta criminis confeſſione, an mariti ſpecie adulterium admittas? niſi quod gravius eſt, legem criminis feciſſe, quam furtum. Sed fortaſſe dicit aliquis: Quomodo Moyſes mandavit dare libellum repudii, & dimittere uxorem? Qui hoc dicit, Judæus eſt: qui hoc dicit, Chriſtianus non eſt. Et ideo qui hoc objicit, quod objectum eſt domino, reſpondeat ei dominus; Ad duritiam*, inquit, *cordis veſtri permiſit vobis Moyſes dare libellum*

Ambroſ. lib. 1. de Abraham c. 4.

Idem. cap. 7.

1. Cor. 7. Matth. 19. Ambroſ. in Lucam c. 6. Matth. 5. 1. Cor. 7. Roman. 7.

19. Matth.

Deuter. 24.

*repudii*,

Matth. 19.

*recudit, & dimittere uxorem: ab initio autem non fuit ſic. Moyſes ( inquit) non Deus juſſit. Ab initio autem Dei lex eſt? Quæ eſt lex Dei? Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt ambo in*

Geneſ. 2.

*carne una. Ergo qui dimiſerit uxorem, carnem ſuam ſcindit, dividit corpus. Oſtendit autem hic locus, quæ propter fragilitatem humanam ſcripta ſunt, non a Deo ſcripta. Unde & apoſtolus, denuncio, inquit, non ego, ſed dominus, uxorem a viro non diſcedere. Et infra; Ceteris*

1. Cor. 7.

*inquit, ego dico, non dominus, ſi quis frater infidelem habet uxorem. Itaque ubi eſt impar conjugium, lex Dei non eſt. Et addidit: Quod ſi infidelis diſcedat. Simul, idem apoſtolus negavit, legis eſſe divina, ut conjugium*

Ibidem.

*qualecumque ſolvatur; nec ipſe præcepit, nec dedit deſerendi auctoritatem, ſed culpam abſtulit deſtituto.* Qui apertius, qui clarius ſenſa ſuæ mentis Ambroſius potuit exprimere? Quid cum Chriſti & apoſtolorum doctrina docere ille potuit congruentius?

Ibidem.

Sed urget lectores quod dicto cap. VII. epiſtolæ primæ ad Corinthios ipſe ſcripſit Ambroſius. Quem nodum ut diſſolvant, non illius capitis tantum, ſed totius libri elevant auctoritatem, Ambroſii totum eſſe denegantes, ſtyli neſcio quam diſſimilitudinem, & verborum ſuavitatem (quæ una certe eſt cum illa quam in reliquis ſuis libris obſervavit Ambroſius) coarguentes: dum Syllæ enim pericula fugiunt, in Charybdis incidunt ſcopulos. Sed videamus nos, an utroſque facilius ſalvi & incolumes, ſine Ambroſianæ doctrinæ detrimento & totius libri jactura, poſſimus evadere. Mirari enim ſatis ipſe non poſſum, & tantos viros, qui cum oculis ſoleant pluſquam lynceis minutiſſima quæque diſcernere, in plano hoc, minimeque difficili offendiſſe.

*Defenditur & explicatur D. Ambr. doctrina in comment. ad epiſt. 1. ad Cor. cap. 7.*

Ambroſius enim, beatiſſime pater, cum docet, uxorem non poſſe adulterum maritum dimittere, & alii nubere, poſſe tamen maritum, legis Juliæ, non Dei, imperatorum Severi & Antonini, non Chriſti; forenſis judicii, non cœleſtis, rationem habuit, cum enim de divina egit, ſemper contendit & docuit parem eſſe utriuſque cauſæ æquitatem. Quod autem de civili intellexerit, non ex illo loco tantum, ſed ex tribus quos retulimus, dilucide comprobabimus. In hoc enim de quo ſermo eſt, ait, cum de muliere agit: *Non enim permittitur mulieri, ut nubat, ſi virum ſuum cauſa fornicationis dimiſerit, aut apoſtaſia; aut ſi impellente laſcivia uſum quærat uxoris invertere; quia inferior non omnino hac lege utitur, qua potior.* Agit ergo de permiſſione civili, & de auctoritate legis civilis, quæ potiorem habet cautam viri, quam uxoris (ut & Auguſtinus teſtatur) cum tamen lege divina par ſit utriuſque. Cum autem agit ad finem de viro, ait: *Quia viro licet ducere uxorem, ſi dimiſerit uxorem peccantem; quia non ita lege conſtringitur vir, ſicut mulier.* Veriſſimum enim eſt quod ſcribit Ambroſius, non conſtringi lege civili virum, ad hoc ut repudiare non poſſit & accuſare uxorem de adulterio, & inde cum alia contrahere, ut conſtringitur mulier, quæ maritum adulterum accuſare non poteſt; nec ab illo ea de cauſa divertere; quod in lege civili & conſuetudine jam inductum receptumque fuiſſet. Nec in hoc ſolum loco de lege civili intellexit Ambroſius (hominem enim juriſprudentiæ ſtudiis ab ineunte ætate deditum & cauſis civilibus poſtea præfectum, de lege civili Romanorum crebro meminiſſe, ſatis eſt conſentaneum) ſed in reliquis duobus, quos ſupra citavimus, locis. In priori enim: *Sed & vos moneo, viri, maxime qui ad gratiam domini tenditis, non commiſceri adulterino corpori; qui enim ſe jungit meretrici, unum corpus eſt, nec dare hanc occaſionem divortii mulieribus. Nemo ſibi blandiatur de legibus hominum. Omne ſtuprum adulterium eſt: nec viro licet, quod mulieri non licet.* Vides quomodo juriſconſultus Ambroſius de legibus hominum, veterum juriſconſultorum & imperatorum civilibus (hos homines vocat) intelligit, non de lege Dei, nam de ea ſubjungit: Nec viro licet, quod mulieri non licet. Clarius (ſi quid clarius ſcribi potuit) in poſteriori loco: *Vinctus es uxori, noli quærere ſolutionem, quia non licet tibi uxore vivente, uxorem ducere, nam & aliam quærere, cum habeas tuam, crimen eſt adulterii, hoc gravius, quod putas peccato tuo auctoritatem lege quærendam. Tolerabilior eſt ſi lateat culpa, quam ſi cuiſa uſurpetur auctoritas.* Propoſitum igitur fuit Ambroſio, viro juris conſultiſſimo, & in forenſibus judiciorum fraudibus audiendis reprimendiſque exercitatiſſimo, eum errorem ex illorum animis evellere, qui putabant, ideo poſſe uxores ob fornicationem dimittere, & alias ſuperinducere, quod per leges civiles ſibi licere dicerent, putantes idem eſſe Papiniani & Dei, Pauli & Eccleſiæ judicii tribunal. Id etiam perſpicue & iterato docet in evangelium Lucæ. *Dimittis ergo uxorem, quaſi jure ſine crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana non prohibet? Qui hominibus obſequeris, Deum verere: audi legem domini, cui obſequuntur etiam qui leges ferunt: Quæ Deus conjunxit, homo non ſeparet. Sed non ſolum hic cæleſte præceptum, ſed quoddam etiam opus Dei ſolvitur. Patieriſne, oro, liberos tuos, vivente te eſſe ſub vitrico? An incolumi matre, degere ſub noverca? Pone, ſi repudiata non nubat, & hæc utroque tibi potuit diſplicere, cui adultero fidem ſervas? pone ſi nubat, neceſſitas illius tuum crimen eſt: & conjugium quod putas, adulterium eſt. Quid enim refert, utrum aperta criminis confeſſione, an mariti ſpecie adulterium admittas? niſi quod gravius eſt, legem criminis feciſſe quam furtum. Sed fortaſſe dicit aliquis: Quomodo Moyſes mandavit dare libellum repudii, & dimittere uxorem? Qui hoc dicit, Judæus eſt; qui hoc dicit, Chriſtianus non eſt.*

Idem Ambroſ. lib. 1. de Abraham.

Idem de Abraham c. 7.

Idem in Lucam c. 16.

Matth. 19.

Legem autem humanam ſive civilem, legem Juliam intelligit, quæ jus accuſandi uxores adulteras, & ab eis divertendi, maritis conceſſit, uxoribus vero accuſandi maritos adulteros denegavit, ut impp. Severus & Antoninus reſcripſerunt ad Caſſiam. *Publico judicio, inquiunt, non habere mulieres adulterii accuſationem, quamvis de matrimonio ſuo violato queri velint, lex Julia declarat: quæ cum maſculis jure mariti accuſandi facultatem detuliſſet, non idem fœminis privilegium detulit.* Hanc confirmat Græcorum Baſilicon. *Lege Julia*, ait, *de adulteriis mulier accuſare non poteſt, nec ſi ipſa dicatur deliquiſſe: nam lex viris delinquentis merito facultatem dedit, accuſandi jure mariti, ſoluto matrimonio.* In ejus autem interpretatione Theodorus Græcus interpres. *Mulier, ait, non accuſat adulterii, nec pro ſe quidem: viris enim hæc accuſatio competit.* Et paulo poſt. *Nota, hoc crimen mulierem nunquam intendere poſſe.*

Sever. & Antonius in l. 1. ad le. Juliam de adult.

Baſilicon. Græc. l. 60. tit. 38.

Hanc autem legem in foro etiam exteriori eccleſiæ quorumdam torum obſervatam, ſic ut divortium non admitteretur ob viri adulterantis fornicationem, ſicut admittebatur ob adulterium uxoris, divus Baſilius teſtis eſt locupletiſſimus. *Domini autem dictum*, inquit, *ſecundum ſententiæ conſequentiam, ex æquo & viris & mulieribus convenit, quod non liceat a matrimonio diſcedere, præterquam propter fornicationem. Conſuetudo non ita habet, ſed in mulieribus quidem multum accurate & diligenter obſervari invenimus; cum apoſtolus quidem dicat, quod qui adhæret meretrici, fit unum corpus. Hieremias autem: Quod ſi fuerit mulier cum alio viro, non revertetur ad virum ſuum, ſed polluta polluetur. Et rurſus: Qui habet adulteram, ſtultus eſt & impius. Conſuetudo vero etiam adulterantes viros & in fornicationibus verſantes, jubet a mulieribus retineri. Quare quæ cum viro dimiſſo cohabitat, neſcio an poſſit adultera appellari. Crimen enim hic attigit mulierem, quæ dimiſit. Quamnam ob cauſam a conjugio deceſſit? Si enim pulſata, & verbera non ferens; pati ſatius erat, quam a conjuge ſeparari; ſive jacturam in pecuniis non ferens, nec ipſa eſt juſta excuſatio: ſin autem quod ipſa vivat in fornicatione, non habemus hanc obſervationem in eccleſiaſtica conſtitutione; ſed etiam infidelis viri juſſa eſt mulier non ſeparari, ſed remanere, propter incertitudinem eventus. Quid enim ſcis, mulier, an virum ſis ſervatura? Quare quæ relinquit, eſt adultera, ſi ad alium virum acceſſit: qui autem relinquit, eſt dignus venia, & quæ ei cohabitat, non ideo condemnabitur. Sed ſi vir qui ab uxore diſceſſit, acceſſit ad aliam, eſt & ipſe adulter, quoniam facit eam adulterari, & quæ ei cohabitat, eſt adultera, eo quod alienum virum ad ſe traduxit.* Eamdem ſententiam conſuetudinemque eccleſiæ repetito ſermone docet in eadem epiſtola paulo poſt, ubi ſic ait: *Qui autem fornicatus eſt, non excluditur a cohabitatione cum uxore, quemadmodum mulier maritum ſuum a fornicatione revertentem excipiet; vir autem eam quæ polluta eſt, a ſuis ædibus amandabit; ac eorum quidem ratio minime eſt facilis: conſuetudo autem ſic invaluit.* Qui hanc D. Baſilii doctrinam Eccleſiæ uſu & auctoritate receptam, cum Ambroſiana contulerit, comperiet ſane, Ambroſium nihil ab eccleſiæ moribus alienum ſcripſiſſe, ſed de forenſi tantum uſu ſui temporis. Quod an verum ſit, vel falſum, contemporanei ſui Baſilii teſtimonio (eodem enim tempore, unus in oriente, alter in occidente vixerunt) habetur compertiſſimum. Quocirca Auguſtinus Ambroſii, & Baſilii veſtigiis inſiſtens, eum qui prima uxore derelicta, cum ſecunda contrahit, non eſſe adulterum lege ſæculi, ſed lege Dei docuit. *Quoniam ſane*, ait, *non tantum fœcunditas, cujus fructus in prole eſt; nec tantum pudicitia, cujus vinculum eſt fides, verum etiam quoddam ſacramentum nuptiarum commendatur fidelibus conjugatis, unde dicit apoſtolus: Viri diligite uxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam: hujus procul dubio ſacramenti res eſt, ut mas & fœmina connubio copulati, quamdiu vivunt, inſeparabiliter perſeverent; nec liceat, excepta cauſa fornicationis, a conjuge conjugem dirimi: hoc enim cuſtoditur in Chriſto & eccleſia, ut vivens cum vivente in æternum nullo divortio ſeparetur. Cujus ſacramenti tanta obſervatio eſt in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus, hoc eſt, in eccleſia Chriſti, quibuſque fidelibus conjugatis, qui ſine dubio membra ſunt Chriſti, ut cum filiorum procreandorum cauſa vel nubant fœminæ, vel ducantur uxores, nec ſterilem conjugem fas ſit relinquere, ut alia fœcunda ducatur. Quod ſi quiſquam fecerit, non lege hujus ſæculi, ubi interveniente repudio, ſine crimine conceditur cum aliis alia copulare connubia, quod etiam ſanctum Moyſen dominus propter duritiam cordis illorum Iſraelitis permiſiſſe teſtatur, ſed lege evangelii reus eſt*

D. Baſil. in epiſt. 1. ad Amphil. Iconii epiſc. can. 9.

1. ad Cor. 6.

Hierem. c. 3.

Idem Baſil. cap. 21.

Auguſt. lib. 1. de nup. & concup. c. 10.

Coloſſ. 3.

Matth. 19.

*eſt adulteri; ſicut etiam illa, ſi alteri nupſerit*. Quare cum epiſcopi Africani in concilio Milevitano pœnam conſtituiſſent canonicam adverſus illos, qui dimiſſis primis conjugibus, cum ſecundis contrahunt, illud præterea addiderunt, ut ab imperatore legem poſtularent, qua id etiam in foro civili non licere pœna propoſita ſanciretur. Idque apertius etiam docuit D. Chryſoſtomus in ſermone de libello repudii. Poſtquam enim vinculum naturale & divinum retulit, quo conjuges devicti tenentur conjugem adulteram non repudiare, ſic ait. *Ne mihi leges ab exteris conditas legas, præcipientes dari libellum repudii, & divelli. neque enim juxta illas, te judicaturus eſt Deus, in die illa quâ venturus eſt, ſed ſecundum ſuas, ut ipſe ſtatuit*. Lactantius. *Non enim* inquit, *ſicut publici juris ratio eſt, ſola mulier adultera eſt, quæ habet alium, maritus autem, etiam ſi plures habeat a crimine adulterii ſolutus eſt: ſed divina lex ita duos in matrimonium, quod eſt in corpus unum, pari jure conjungit, ut adulter habeatur, quiſquis compagem corporis in diverſa diſtraxerit*. Quod ſi in tam perſpicua & clara Ambroſii cum Baſilio, Auguſtino, Chryſoſtomo, Lactantio & univerſæ eccleſiæ catholicæ concordi ſententia, Lutherus, Magdeburgenſes, & reliqui hæretici velut noctuæ erectis ad ſolem oculis cæcutiant, & conjugium ſecundum durante primo ex Ambroſii ſententia licere contendant, illos non Judæos duræ cervicis, ſpernentes rejicimus, ſed velut pertinaces hæreticos ad judicis ſæcularis tribunal acriori ſententia remittemus puniendos.

Con. Milev. c. 17. D. Chryſ. in ſer. de libello repudii ſuper epiſt. Pauli ad Corinth. 7.

Lactantius lib. 6. divin. inſt. c. 23.

At ſi Lactantii tandem ſententia & auctoritate oppugnemur, ut oppugnant nos non ſolum hæretici, ſed etiam catholici; quod putent illum fuiſſe inter catholicos ſcriptores, qui minus catholice, diſſentiens ab apoſtolica & evangelica doctrina, conjugium ob adulterium diſſolvi, etiam quoad vinculum putaverit; exquirere ſane curabimus, an quemadmodum Ambroſio, Lactantio etiam falſo id impoſuerunt ſcriptores, minori forſan pietate, vel minori ſaltem diligentia, quam de tanto viro dici par erat. Antiquorum enim doctorum libros, qui non ex ſuis fontibus, ſed ex rivulis legere & intelligere malunt, caveant, ne pro pura & ſalubri aqua, cœnoſam & ſordidam haurientes ſuæ & reip. ſaluti male conſulant, indeque in graviſſima pericula & errorum tenebras dilabantur? Lactantius ergo in divinis inſtitutionibus, cum antiquarum Gentium vanitate & ſuperſtitione confutatis, Chriſtianæ veritatis lucem oſtendere vellet & docere, multa quinque libris ſuperioribus docte & copioſe diſſeruit: in hoc autem ſexto id ſumme conatus eſt, ut repulſo omni qui diis Gentium tribuebatur cultu, veram Deo vero religionem tribueremus. Hanc autem dicebat præſtantiſſimam eſſe, quæ non ex rebus corruptis, ex pecudum taurorumque ſanguine, & aliis antiquorum ſuperſtitionibus, quas commemorat; ſed quæ ex virtutibus animi, qui oritur e cœlo, conſtaret. Verum enim cultum dicebat, in quo mens colentis ſe ipſam immaculatam Deo victimam ſiſteret. Id autem quomodo eſſet conſequendum, quomodo & præſtandum, totius libri ſexti diſputatione perdocuit. Cum autem in illius principio de religione, de pietate, de humanitate & miſericordia, de metu fugando, de patientia & aliis egiſſet, uſque ad cap. XX. ab eo cœpit ſermonem contra iniquas ſenſuum voluptates. Egit autem illo capite de oculorum voluptate, quæ in ſpectaculis publicis percipi ſolebat: quam cum longe fuiſſet inſectatus, confutationem aggreditur cap. XXI. illius quæ ex vocum & cantuum ſuavitate percipitur: & cap. XXII. quæ ex ſapore & odore. At cum cap. XXIII. ad eam partem voluptatis refutandam accederet, quæ percipitur ex tactu, ſed præcipue ex libidine multis & his graviſſimis rationibus illam ut illicitam temperare & cohibere Chriſtianos docuit. Nec diverſo jure ab uxoribus cenſuit maritos; utroſque enim individuam illam animorum & corporum conjunctionem quam ſemel contraxerant, perpetuo obſervaturos admonuit; nec licentiam conceſſit, ut alter utriuſque, alterius conſortio abuteretur. *Nondum*, inquit, *omnia caſtitatis officia executus ſum, quam non modo Deus intra privatos parietes, ſed etiam præſcripto lectuli terminat. ut cum quis habeat uxorem, neque ſervam neque liberam habere inſuper velit, ſed matrimonii fidem ſervet. Non enim, ſicut juris publici ratio eſt, ſola mulier adultera eſt, quæ habet alium; maritus autem etiam ſi plures habet, a crimine adulterii ſolutus eſt. Sed divina lex ita duos in matrimonium, quod eſt in corpus unum, pari jure conjungit, ut adulter habeatur, quiſquis compagem corporis in diverſa diſtraxerit. Nec ob aliam cauſam Deus, cum ceteras animantes ſuſcepto fœtu, maribus repugnare voluiſſet, ſolam omnium mulierem patientem viri fecit, ſcilicet ne fœminis repugnantibus, libido cogeret viros aliud appetere, eoque facto caſtitatis gloriam non tenerent. Sed neque mulier virtutem pudicitiæ caperet, ſi peccare non poſſet. Nam quis mutum animal pudicum eſſe dixerit, quod ſuſcepto fœtu mari repugnat? Quod ideo facit, quia neceſſe eſt, in dolorem, atque in periculum veniat, ſi admiſerit. Nulla igitur laus eſt non facere, quod facere non poſſis.*

Explicatur Lact. l. 6. divin. inſtit. c. 23.

*Ideo autem pudicitia in homine laudatur, quia non naturalis eſt, ſed voluntaria. Servanda igitur fides ab utroque alteri eſt, imo exemplo continentiæ docenda uxor, ut ſe caſte gerat. Iniquum eſt enim, ut id exigas, quod præſtare ipſe non poſſis. Quæ iniquitas effecit profecto, ut eſſent adulteria; fœminis ægre ferentibus præſtare ſe fidem non exhibentibus mutuam caritatem. Denique nulla eſt tam perditi pudoris adultera, quæ non hanc cauſam vitiis ſuis prætendat; injuriam ſe peccando non facere, ſed referre. Quod optime Quintilianus expreſſit. Homo*, inquit, *neque alieni matrimonii abſtinens, neque ſui cuſtos; quæ inter ſe natura connexa ſunt. Nam neque maritus circa corrumpendas aliorum conjuges occupatus poteſt vacare domeſticæ ſanctitati; & uxor cum in tale inciderit matrimonium, exemplo ipſo incitata, aut imitari ſe putat, aut vindicare. Cavendum igitur ne occaſionem vitiis noſtra intemperantia demus: ſed aſſueſcant invicem mores duorum, & jugum paribus animis ferant. Nos ipſos in altero cogitemus. Nam fere in hoc juſtitiæ ſumma conſiſtit, ut non facias alteri, quicquid ipſe ab altero pati nolis*. Ut omnem autem tergiverſandi occaſionem auferret, an aliquo caſu liceret uxorem dimittere, divini præcepti memor ſequentia addit. *Hæc ſunt quæ ad continentiam præcipiuntur a Deo. Sed tamen ne quis divina præcepta circumſcribere ſe putet poſſe, addantur illa, ut omnis calumnia & occaſio fraudis removeatur: adulterum eſſe, qui a marito dimiſſam duxerit, & eum qui præter crimen adulterii uxorem dimiſerit, ut alteram ducat: diſſociari enim corpus & diſtrahi Deus noluit*. Non ergo placuit Lactantio, ut dimiſſa quis prima uxore ob adulterium, cum alia contrahat: nam ſi hoc cenſuiſſet, non dixiſſet paulo antea, adulterum eſſe eum, qui dimiſſam duxerit: nam ſi adulterii crimen illud eſt, nulla alia id ratione conſtat, niſi quia vinculum matrimonii prioris indiſſolubile fuerat, ut ipſe clariſſimis verbis antea ſcripſerat.

*Sed divina lex*, inquit, *ita duos in matrimonium, quod eſt in corpus unum, pari jure conjungit, ut adulter habeatur, quiſquis compagem corporis in diverſa diſtraxerit*. Nec eſt probabile, eum qui omnem occaſionem calumniandi divinum preceptum ad matrimonii ſolutionem amovere nitebatur, idque ſe velle, perſpicue aſſerebat, ſtatim licentiam conceſſiſſe & impunitatem, ut ob adulterium uxor poſſit dimitti. Si divini præcepti interpretem agebat, qui fieri poterat, ut illud concedat interpres, quæ doctor negavit? Quod ſi aditum omni repudio ſe velle intercludere dicebat, quo pacto niſi deſipuiſſet, in cauſa adulterii licere potuiſſet aſſerere; ſic enim non intercluderet apertum, ſed interclusum aperiret. Quod contendit Lactantius, illud eſt, divinum præceptum interpretando matrimonium diſſolvi non poſſe, nec conjugem dimitti: nam ſi alter eorum dimittatur, ut cum alio contrahat, tam erit adulter, qui cum dimiſſa contrahit, quam qui ea de cauſa, ut cum alia contraheret, uxorem dimittit: hoc enim eſt quod docuerat Paulus, & quod antea docuerat Chriſtus, cujus præcepti interpretationem tradebat Lactantius. aliter enim non Chriſti interpretaretur doctrinam, ſed perverteret & corrumperet. Quod autem exceptionis loco adjecerit. *Præter crimen adulterii*. Ad verbum ſtatim ſequens referri debet: hoc eſt, ad dimiſſionem uxoris; illi enim connectitur: non autem referri debet ad alterum, quod poſtea adjectum eſt, ut uxorem accipiat, nam illud ad ſententiam quam dixerat de adulterio & mœchia, dubio procul referendum eſt; quod non ſimilis tantum, ſed re & verbis eadem eſt prorſus doctrina, quam Chriſti ore prolatam retulit Matthæus. Dico autem vobis, quicumque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & hujus interpretationem ſe dare idem Lactantius dicebat, dum adjecit. *Sed tamen ne quis divina præcepta ſe poſſe circumſcribere putet, addantur illa, ut omnis calumnia & occaſio fraudis removeatur, adulterum eſſe, qui a marito dimiſſam duxerit, & eum qui præter crimen adulterii, uxorem dimiſerit ut alteram ducat*. Si ille ergo qui dimittit uxorem ad fornicationem, ut aliam ducat, & ducit, mœchatur, mœchabitur ſane & ille, qui ab alio dimiſſam duxerit.

Matth. c. 19. Idem eod. c. 23.

Sed cum a toro uxorem pellere aliis cauſis liceat, nec eas Chriſtus improbaverit, quare de ſola fornicatione meminerit, conſulamus quid divus Auguſtinus olim in hac quæſtione Pollentio reſponderit. *Cur ergo*, inquis, ait, *interpoſuit dominus cauſam fornicationis & non potius generaliter ait: Quicumque dimiſerit uxorem ſuam, & aliam duxerit mœchatur: ſi & ille mœchatus eſt, qui dimiſſa fornicante muliere, alteram ducit? Credo quia illud quod majus eſt, hoc dominus commemorare voluit. Majus enim adulterium eſſe quis negat uxore non fornicante dimiſſa, alteram ducere, quam ſi fornicantem quis dimiſerit, & tunc alteram duxerit: non quia & hoc adulterium non eſt, ſed quia minus eſt, ubi fornicante dimiſſa, altera ducitur. Nam ſimili locutione uſus etiam apoſtolus Jacobus, ait: Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi. Numquid ideo non peccatum eſt illi, qui neſcit bonum facere, & ideo non facit? Utique peccatum eſt, ſed hoc gravius, ſi etiam ſciat & non faciat. Nec illud ideo nullum, quia minus. Ut ergo eodem modo utrumque dicamus, ſicut quicumque dimiſerit*

D. Aug. lib. 1. de adulter. conjug. c. 9. Matth. 19.

Jacob. 4. d. 17.

*uxorem, excepta cauſa fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur: ita quicumque ſcit bonum facere, & non facit, peccat. Sed quemadmodum hic recte dici non poteſt. ergo ſi neſcit, non peccat: ſunt enim etiam peccata ignorantium, quamvis minora quam ſcientium: ita nec illi recte dici poteſt: ergo ſi cauſa fornicationis dimiſerit, & aliam duxerit, non mœchatur. Eſt enim mœchatio etiam eorum, qui alias ducunt, relictis propter fornicationem prioribus: ſed utique minor quam eorum qui non propter fornicationem dimittunt & alteras ducunt. Poteſt quippe, ſicut dictum eſt, ſcienti bonum facere & non facienti peccatum eſt illi, eo modo & illud dici, dimittenti uxorem ſine cauſa fornicationis, & aliam ducenti, mœchatio eſt illi.* Matth. 5. *Quemadmodum igitur ſi dixerimus: Quicumque mulierem a marito præter cauſam fornicationis dimiſſam duxerit, mœchatur, proculdubio verum dicimus: nec tamen ideo illum, qui propter cauſam fornicationis dimiſerit, & alteram duxerit, ab hoc crimine abſolvimus, ſed utroſque mœchos eſſe minime dubitamus: ita eum, qui præter cauſam fornicationis uxorem dimiſerit & aliam duxerit, mœchum pronunciamus: nec ideo tamen eum qui propter cauſam fornicationis dimiſerit, & alteram duxerit, ab hujus peccati labe defendimus. Ambos enim, licet alterum altero gravius mœchos tamen eſſe cognoſcimus, Neque quiſquam ita eſt abſurdus, ut mœchum neget eſſe, qui duxerit eam, quam maritus propter cauſam fornicationis adjecit: cum mœchum dicat eum, qui duxerit eam, quæ præter cauſam fornicationis abjecta eſt: ſic ergo iſti ambo ſunt mœchi. Unde cum dicimus. Quicumque mulierem præter cauſam fornicationis a viro dimiſſam duxerit, mœchatur: de uno quidem ipſorum dicimus, nec tamen ideo mœchari negamus eum qui eam duxerit, quam propter cauſam fornicationis maritus dimiſerit, Ita cum ambo ſint mœchi, & ille ſcilicet, qui dimiſerit uxorem ſuam, præter cauſam fornicationis, & aliam duxerit, & ille qui propter cauſam fornicationis uxore dimiſſa ſe alteri copulaverit: profecto quando de uno eorum legimus, non ita intelligere debemus, quaſi ex hoc alter mœchus negatus ſit, quod alter expreſſus ſit. Sed ſi hoc evangeliſta Matthæus, qui expreſſa una ſpecie, alteram tacuit, facit ad intelligendum difficile, numquid non alii generaliter id ipſum ita complexi ſunt, ut de utroque poſſet intelligi? Nam ſecundum Marcum ſic ſcriptum eſt:* Marc. 10. *Quicumque dimiſerit uxorem ſuam, & alteram duxerit, adulterium committit ſuper eam, & ſi uxor dimiſerit virum ſuum, & alii nupſerit, mœchatur.* Luc 16. *Secundum Lucam ſic: Omnis qui dimittit uxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur, Qui ergo nos ſumus ut dicamus, eſt qui mœchatur, uxore ſua dimiſſa alteram ducens, & eſt qui hoc faciens non mœchatur, cum evangelium dicat omnem mœchari, qui hoc facit? Proinde ſic quicumque hoc fecerit, ut uxore ſua dimiſſa alteram ducat, mœchatur: ſine dubio ibi ſunt ambo, & qui præter, & qui propter cauſam fornicationis dimittit uxorem. Hoc eſt enim, quicumque dimiſerit, hoc eſt, omnis qui dimittit,*

## Si alterum duxerit, non prius accipiat communionem, quem is quem reliquit, de ſæculo exierit.

*Eorum lapſus detegitur, qui concilio huic ſecundum conjugium durante primo aut admiſiſſe aut permiſiſſe impoſuerunt.*

## CAPUT XXI.

PErpetuum ergo ut Dei, ſic & Hiſpanorum lege durat matrimonii vinculum: perpetua durat gravitas ſervitutis perpetuum durat jugum uxoris, cujus imperio Paulus (auctore Chryſoſtomo) ſubjectum virum magis Chryſoſt. lib. de virginit. c. 28. eſſe vult quam puerum emptum pecunia. Servus enim ſi quando comparata pecunia, pretium quanti emptus eſt domino perſolvere potuerit, plerumque libertatem omnino recuperare poteſt: at vir quamvis omnium difficillimam nactus ſit uxorem, ſervitutem tamen perferre neceſſe habet, quippe qui nullam inire poteſt viam, qua ſolutus hujuſmodi dominatu liberetur, quod tam ab his obſervari decet; nec decet ſolum, ſed oportet, qui incauti, falſæ voluptatis prætextu, conjugium contrahunt, quam qui contractum hæretica impudentia diſſolvunt: prioribus conſilium amice Paulus dedit: Paul. 1. Cor. 7. Matt. 19. Canone 72. poſterioribus præceptum ſanctiſſime injecit Chriſtus, Quod non ſolum hic, ſed inferius Hiſpani patres ſatis diſerte clareque demonſtrarunt. *Si qua vidua*, inquiunt, *fuerit mœchata, & eumdem poſtea habuerit maritum, poſt quinquennii tempus acta legitima pœnitentia, placuit eam communioni reconciliari; ſi alium duxerit relicto illo, nec in fine dandam ei eſſe communionem.* His adjungenda, quæ nuper ad principium canonis dicebam. Si autem mœchiæ crimine implicantur cohabitantes cum ſecundo, dum vivit primus, cur ſacrum Chriſti corpus ſuſcipere permittuntur? Permittuntur ſane in extremo vitæ ſpiritu vera doloris & pœnitentiæ ſigna exprimentes, promittenteſque adulteri reatum eſſe deſerturos, ne gravi peccatorum præ-

A territorum dolore confecti, tanti ſacramenti gratia priventur.

Quod ſi tam gravi anathematis cenſura uxor afficitur: quæ primo neglecto, ad ſecundi amplexus turpiter dilabitur: miror profecto doleoque, Didacum Covarruviam, virum & acri judicio & multiplici eruditione præditum, ſcripſiſſe, eam ſententiam, quam prius ipſe & alii tribuerant Ambroſio, hujus Illiberritani concilii decreto comprobari; licere videlicet marito, adultera uxore repulſa, cum ſecunda contrahere, repetitque canonem hujus concilii a Gratiano, ſive Palea: in cap. ſi qua mulier XXXI. quæſtione prima. In quo duplicem reperio labeculam: alteram in eo quod falſa Gratiani aut Paleæ citatione contentus, concilium Vvermerienſe, pro Illiberritano citaverit; cum hoc Hiſpaniæ antiquiſſimum, illud vero Galliæ multo recentius fuerit, ut, cum Gallicana divino ſpiritu favente aggrediemur, dicemus: alteram, quod homo Hiſpanus, Hiſpani concilii decretum aliena fide citarit, nec præclara, qua præſtitit eruditione, Hiſpanorum concilia diligentius, acB curatiuſque evolverit: nam ſi omnes hujus canones ipſe vel leviter percurriſſet, potuiſſet ſane agnoſcere, nuptias has ſecundas tanquam adulterinas, non in hoc canone tantum, ſed in canone LXXII. inferius, ſingulari ſeveritate improbari. Covarr. in 4. 2 parte. §. 6. num. 13.

Sixtus etiam Senenſis in bibliotheca ſancta eamdem conceſſi repudii notam huic concilio inuſſiſſe videtur, dum agens de ducenda uxore ſecunda, vivente adhuc prima, ſic ait. *Exſtat apud eumdem Gratianum in eadem quæſtione paulo ante, non diſſimile decretum, quod Eliberitini concilii creditur, permittens marito ut abjecta uxore, quæ cum fratre viri ſe commiſcuit, alteram ducat, his plane verbis. Quædam cum fratre viri ſui dormivit, decretum eſt, ut adulteri nunquam conjugio copulentur: illi vero cujus uxor conſtuprata eſt, licita conjugia non negentur.* Sixtus Senenſis, li. 6. bibliothecæ. ſanctæ annotatione. 81. Gratian. in c. quædam cum fratre 32. q. 7. Et ut mentem horum aliquando dubiam aperiret, addit, quod hujuſmodi repudia permiſerunt olim patres & interdum juſſerunt, promulgatis ſuper hoc ſanctionibus & decretis, non quidem generalibus & perpetuis, C ſed ad tempus idque certis nationibus & gentibus, & in inceſtibus tantum, atque aliis atrocibus flagitiis: ne longe pejora turpioraque perpetrarentur ab his qui tam fœda conjugia tolerare non poterant: in quorum numero conſtituit Illiberritanos, Moguntinos, & Triburienſes. Hos enim omnes ſecundum conjugium durante primo permiſiſſe ait, citatis ab ipſo locis. Sed verius eſt, Hiſpanos epiſcopos, ſecundas nuptias, durantibus primis, nunquam laudaſſe, nunquam probaſſe, nunquam permiſiſſe, eos præſertim qui huic concilio interfuerunt, cum violatores priorum multis ſæpe (ut dixi) & his graviſſimis pœnis coercuerint. Lib. 1. c. 6. Quod autem ex hoc concilio apud Gratianum citat Senenſis, hujus concilii non eſſe, ſuperius demonſtravimus, indicatis fontibus, a quibus Gratianus hauſit & Burchardus.

Sed quanquam hujus concilii decretum eſſe permitteremus Senenſi, non tamen inde repudium, & matrimonium ſecundum licuiſſe, durante primo, evinci poſſet; cum illud ſolum decernat, ut ſi uxor vivente viro, cum ejus fratre concubuerit, a ſecundo poſtea matrimo-D nio prohibeatur: ſi forſan marito primo defuncto (ſic enim intelligo) nubere velit ſecundo. Erat enim hæc pœna olim in eccleſia frequentiſſima, ut qui atrox aliquod delictum admiſiſſent, nuptiis impedirentur, ne vel ipſi delicatius viverent, neve ex illorum ſtirpe infecta filii ejuſdem criminis ſuſpicione notabiles procrearentur. Parricidis hanc pœnam impoſuit concilium Moguntinum ſub Rabano. Concil. Moguntin. ſub Rabano c. 20. *Sed quia in modernis temporibus*, ait, *parricidæ profugi currunt per diverſa, & variis vitiis atque gulæ illecebris deſerviunt, melius nobis videtur, ut in uno loco manentes, pœnitentia diſtricta ſemetipſos caſtigent, ſi forte a domini bonitate indulgentiam facinoris ſui percipere mereantur: non enim licebit eis ultra militiæ cingulum ſumere, & nuptiis vel conjugiis copulari: quia ſacri canones hoc eis non conſentiunt.* Inceſtuoſis eamdem decrevit concilium apud Vvermeriam. Ex concil. Vvermerien. can. 4 Burch. lib. 17. c. 12. *Si quis cum matre*, ait, *& filia fornicatur eſt ignorante, matre de filia & filia de matre, ille nunquam accipiat uxorem, illa vero ſi voluerint, accipiant maritos. Si* E *autem hoc ſcierint ipſæ feminæ, abſque maritis in perpetuum maneant.* Concilium item Triburienſe. Conc. Tribur. can 44. *Si quis*, ait, *cum qualibet fornicatus fuerit, & eo neſciente, filius ejus, vel frater ejuſdem vel neſcius, cum eadem ſe polluerit, & poſtquam ſe eſſe pollutum agnovit, confeſſus fuerit, & hoc ſe neſcire cum juramento confirmaverit; qui hoc pœnituit & confeſſus fuit, poſt peractam congruam pœnitentiam, legitimo utatur matrimonio: nam, ut Hieronymus ait, ferreas mentes domat libido. Mulier vero quæ tantum nefas commiſerit, ulterius pœniteat, atque continens & innupta permaneat.* Eamdem pœnam impoſuit Haiſtulfo uxoricidæ Pius papa, vel Stephanus V. ut refert Ivo & Burchardus, ac tandem ex pœnitentiali antiquo Antonius Auguſtinus. Ivo l. 7. panor. tit. 3. c. 3. Burch. l. 6. c. 40. Ant Aug. in pœnit. Romano tit. 1. c. 11. *Arma*, inquit *depone, & cuncta ſæcularia negotia dimitte, carnem & ſanguinem omnibus diebus vitæ tuæ non comedas; excepto uno die reſurrectionis domini, & uno die natali domini; ce-*

*teris*

*toris temporibus in pane & aqua & interdum leguminibus & oleribus pœniteas: in jejuniis, in vigiliis, & orationibus, & eleemoſynis perſevera omni tempore, vinum & medonem & mellitam cerviſiam nunquam bibas, niſi in illis prædictis tribus diebus. Uxorem ne ducas, concubinam non habeas; abſque conjugio in perpetuo maneas.* De medone autem interdicto quia hic ſit mentio, & in concilio Vvormacienſi, Triburienſi & aliis, & in antiquis pœnitentialibus pœna hæc frequens eſſe ſolet, & ſe ignorare ſcribat Antonius Auguſtinus, quod genus eſſet potionis illud obiter explicemus. Gallia, Germania, Phrygia, Polonia, Hungaria, & reliquæ gentes Septentrionales vocant medonem, quod Græci hydromel, Latini aquam mulſam, potum ex melle & aqua, qui (ut auctor eſt Plinius) vetuſtate vini ſaporem aſſequitur, nec uſquam laudatior, quam in Phrygia; tametſi vini appellatione non contineri docent Ulpianus. Antiquam ejus conficiendi rationem reddunt Plinius, & Palladius. Moſcovitarum potum communem tradit Joannes Bohemus & alii. Hoc ergo potu his gentibus ut delicatiori interdicebatur olim pœnitentiæ cauſa, ut & matrimonio; quod pluribus aliis criminibus interdictum probe norunt, qui antiquis Rabani, Theodori & Romanis pœnitentialibus vel mediocrem operam navarint. Quinimo pœnitentes omnes matrimonio interdictos, Leo magnus docet, & concilium Toletanum VI. & alia pleraque. Quod & hodie obſervatur in his, qui ob crimen violatæ religionis, ab inquiſitoribus hæreticæ pravitatis perpetua pœnitentia puniuntur. Quod ſi pœnitentes olim nuptiis ſe implicarent, velut apoſtatas puniendos concilii Toletani IV. auctoritate cautum eſt. Mulierem igitur (ut eo unde digreſſa eſt revocetur oratio) quæ cum fratre viri ſui turpi ſe polluit adulterio, tanta pœna antiqui patres dignam judicarunt, ut mortuo etiam viro, alio quocumque matrimonio cenſerent indignam. Cujus ſententiæ teſtem locupletem, & interpretem graviſſimum Gregorium citabo, qui de adultera ſic ait. *Hi vero qui uxores ſuas in adulterio deprehendunt, non licebit nec eum, nec eam, aliam uxorem accipere vel alium virum, quamdiu ambo vivunt. Si autem adultera mortua fuerit, vir ejus, ſi vult, nubat tantum in domino: adultera vero nunquam, etiamſi mortuus fuerit vir ejus: omnibus tamen diebus vitæ ſuæ acerrima pœnitentia lamenta perſolvat.* Nunquam igitur concilium Illiberritanum ſecundas nuptias vel probavit vel permiſit; nec Moguntinum & Triburienſe, ut illis impegit Senenſis: nam ut de uxore ſecunda, mortua prima, loquuntur, ſic & de ipſa neceſſario intelligenda ſunt.

Con. Vvormac. 30. Tribur. c. 26. 58.
Ant. Aug. in notis ad hoc caput, quod eſt in pœnit. Rom. tit. 2. c. 11.
*Quod Medo genus eſſet potionis, de quo arcbo antiqua pœnitentialia.*
Plin. li. 14. c. 17. Ulpianus l. ſi quis 9. de tritico vino & oleo legato.
Idem in eodem lib. Palladius. lib. 8. tit. 7.
Joan. Bohem. li. 6. de moribus, Gen. c. 3.
D. Leo epiſt. 92. ad Ruſticum epiſcopum Narbon. Concil. Tolet. 6. c. 8.
Concil. Tol. IV. can. 55.
Greg. apud Gra. in c. hi vero. 32 q. 7.

*Canon X.* Vulgatus.

*De relicta catechumeni, ſi alterum duxerit.*

Si ea quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, poteſt ad fontem lavacri admitti. Hoc & circa fœminas catechumenas erit obſervandum. Quod ſi fuerit fidelis, quæ ducitur ab eo qui uxorem inculpatam reliquit; & cum eluerit illum ab uxore quam ſine cauſa reliquit, placuit hujuſmodi in fine dari communionem.

*Canon X.* Emendatus.

*De relicta catechumeni, ſi alterum duxerit.*

Si ea quam cathecumenus reliquit, duxerit maritum, poteſt ad fontem lavacri admitti. Hoc & circa fœminas catechumenas erit obſervandum. Quod ſi fuerit fidelis, quæ ducitur ab eo qui uxorem inculpatam reliquit; & ſcierit eum habere uxorem, quam ſine cauſa reliquit, placuit huic nec in fine dari communionem.

*De catechumenorum connubiis, & cur relicta a catechumeno alteri nubere poſſit, & nupta ad baptiſmum admitti.*

## CAPUT XXII.

SAcramentum matrimonii contracti inter fideles quid, quam eximiæ virtutis & diuturnitatis, quam inviolabilis fidei, quam indiſſolubilis nexus, oſtenſum eſt hactenus a patribus duobus decretis præcedentibus: quod huic proximum erat, hoc canone decimo continenter annectunt, catechumenorum ſcilicet connubia; ut omnes agnoſcerent, quid inter fidelium & infidelium, catechumenorumque matrimonia intereſſet: anve qui dimiſſis his cum aliis contrahunt, ad baptiſmi gratiam forent admittendi; fideles enim non poſſe, quam ſemel ſusceperant uxorem fidelem, quacumque de cauſa dimittere, antea edocti ſumus; at licere, cum videlicet alter conjugum converti non vult ad fidem cum converſo. Simili modo ſi unus ex conjugatis baptizatus eſt, & alter Gentilis, & ſequi non vult; ſicut dicit apoſtolus: *Infidelis ſi diſcedit, diſcedat.* Hocque receptum etiam in Græcia teſtatur Theodorus Balſamon. *Fideli*, inquit, *ſi placeat cum infideli cohabitare, vel contra fideli cum infideli, ne ſeparentur: ſi quis enim horum ſeparari maluerit, matrimonium ex eo diſſolvitur. Quod quidem factum eſt tempore ſanctiſſimi patriarchæ domini Theodoti: ſeparatus eſt enim a ſua infideli uxore Baſilius Buccinator, poſtquam baptizatus fuerat, cum decreto patriarchali, utpote quæ a viri ſuaſione induci non poſſet, ut baptizaretur.* At hodie eccleſiæ conſtitutionibus cautum eſt, ne Gentilis converſus uxorem ſecum habitare volentem dimittat, quoniam in baptiſmo crimina ſolvuntur, non legitima conjugia. Quod primum in concilio Romano ſtatutum refert Triburienſe. *Quare ſi unus*, inquit, *e duobus, unam carnem in duas dividere & copulam nuptialem machinetur disjungere, dicendo non ſecundum ſuæ gentis legem jura matrimonii contraxiſſe, & idcirco ſeparari poſſe: canonica inſtitutione definimus, & noſtro, omniumque orthodoxorum judicio ſtatuimus, ut quod legis imperfectum ſit perficiatur, & jus matrimonii nequaquam diſſolvatur. Synodus Romana ait, quod non dimittenda ſit uxor poſt baptiſmum, quæ habita eſt & ante baptiſmum: in baptiſmo ſolvuntur crimina: non tamen legitima conjugia: cum enim de baptiſmo tranſmigrat de vita in vitam, & non mutat uxorem legitimam quomodo mutat eam, qui non mutat vitam, ſed tranſit de gente ad gentem.* De repudiata ante baptiſmum Innocentius III. *Qui vero ſecundum*, inquit, *ritum ſuum legitimam repudiavit uxorem, cum tale repudium veritas in evangelio reprobaverit, nunquam ea vivente licite poterit aliam, etiam ad fidem Chriſti converſus habere.* Hoc tamen intelligendum eſt, cum is qui converti non vult, cohabitare ſane modeſte & pacifice velit; nam ſi cohabitare cum fideli recuſaret, vel id facere nollet ſine contumelia creatoris: hoc eſt, inducendo conjugem ad peccatum idololatriæ, vel aliud quodcumque mortale, poteſt utique conjux converſus illa derelicta, cum alia matrimonium contrahere, ut, idem Innocentius reſpondit Ferrarienſi epiſcopo. *Si enim alter infidelium*, inquit, *conjugum ad fidem catholicam convertatur, altero, vel nullo modo, vel non ſine blaſphemia divini nominis, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente, qui relinquitur, ad ſecunda, ſi voluerit, vota tranſibit. Et in hoc caſu intelligimus, quod ait apoſtolus, ſi infidelis diſcedit, diſcedat, frater enim vel ſoror, non eſt ſervituti ſubjectus in hujuſmodi, & canonem etiam*, miror vocaſſe canonem Innocentium, quod Ambroſius ſolum dixit: niſi dicamus, eum ut Celeſtinum papam ſententiam illam Gregorii eſſe credidiſſe, *in quo dicitur Contumelia creatoris ſolvit jus matrimonii circa eum qui relinquitur.* Ob peccata enim hæc mortalia poſſe dimitti uxorem, ſi maritum fidelem ad ea committenda invitet, jam diu docuerat divus Auguſtinus. *Quamobrem & illud*, inquit, *quod dicunt, veluti probare cupientes, quantum valeat ſola fides, ubi Apoſtolus dicit, quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat, non eſt enim ſervituti ſubjectus frater vel ſoror in hujuſmodi, id eſt, ut propter fidem Chriſti etiam ipſa uxor legitima ſocietate conjuncta, ſine ulla culpa relinquatur, ſi cum viro Chriſtiano propter hoc, quod Chriſtianus eſt, permanere noluerit, non attendunt eo modo illam rectiſſime dimitti, ſi viro ſuo dicat, non ero uxor tua niſi mihi de latrocinio divitias congeras, aut niſi ſolita lenocinia, quibus noſtram domum tranſigebas, etiam Chriſtianus exerceas, aut ſi quid aliud, vel facinoroſum, vel flagitioſum in viro noverat, quo delectata, vel libidinem explebat, vel facile victum habebat, vel etiam incedebat ornatior. Tunc enim ille cui uxor hoc dicit, ſi veraciter egit pœnitentiam ab operibus mortuis, quando acceſſit ad baptiſmum, habetque in fundamento fidem, quæ per dilectionem operatur, procul dubio plus tenebitur amore divinæ gratiæ, quam carnis uxoriæ: & membrum quod eum ſcandalizat, fortiter amputat: Quemcumque autem in hac diremptione dolorem cordis, propter carnalem affectum conjugis ſuſtinebit, hoc eſt detrimentum quod patietur, hic eſt ignis, per quem ſane ardente ipſe ſalvabitur.* Sed ſi peccatum eſt uxorem dimittere etiam ad fidem converſum, dimiſſaque uxor vinculis primi matrimonii adſtricta contrahere non poteſt cum ſecundo, quare ad baptiſmum illa recipiendum admittitur, cum nullo peccato graviori irretitos accedere ad baptiſmum par ſit: quo ſi acceſſerint, repellendos oſtendit, multiſque rationibus probat D. Auguſtinus toto libro de fide & operibus. Quinimo, hæc ſola cauſa fuit libri illius edendi, adverſus eos qui dicebant, prius eſſe baptizandos, poſtea docendos peccata dimittere, ut ipſe refert. *Ad hanc*

1. ad Cor. 7.
Theod. Balſam. ad can. 72. in Trullo ſynodi.
Conc. Tribur. can. 39.
Innoc. III. in c. gaudemus de divort.
Idem in c. quanto de divortiis.
1. ad Cor. 7. Ambr. in epiſt. 1. ad Cor. c. 7.
Celeſt. PP. in c. laudabile, de conver. infidelium.
D. Aug. li. unic. de fide & oper. c. 16.
1. Cor. 7.
Galat. 5.
Matth. 18.
D. Aug. l. de fide & operib. in principio.

*autem*, ait, *videntur diſputationem impulſi, quod eos noverint non admitti ad baptiſmum, qui dimiſſis uxoribus, alias duxerint; vel fœminas quæ dimiſſis viris, aliis nupſerint: quia hæc non conjugia, ſed adulteria eſſe dominus Chriſtus ſine ulla dubitatione teſtatur. Cum enim negare non poſſint eſſe adulterium, quod veritas adulterium eſſe ſine ambage confirmat, eiſque ſuffragari vellent ad accipiendum baptiſmum, quos hujuſmodi laqueo ita captos viderent, ut ſi non admitterentur ad baptiſmum, ſine ullo ſacramento mallent vivere, vel etiam mori, quam dirupto adulterii vinculo liberari; humana quadam*, &c.

Math. 19.

Ut hanc autem difficultatem componamus, vel dicendum videtur, quod Hiſpani patres agant hic de catechumena ægrotante (ut & egerant in canone præcedenti de fideli) huic enim interius pœnitenti, etiam ſi actu primum maritum non reliquerit, nec verbis poſcat, nec poſcere poſſit baptiſmum morbo gravata, nec ad interrogata reſpondere, baptiſmum tamen dandum ipſe Auguſtinus conſulit, ut adulterii peccatum cum ceteris lavacro regenerationis ablueretur. Vel quod eccleſia Hiſpanica fuerit ex his quas idem Auguſtinus refert conſilium illud non obſervaſſe. *Sed quoniam*, inquit, *malorum Chriſtianorum mores, qui fuerunt etiam antea peſſimi, habuiſſe non videntur hoc malum, ut alienas uxores ducerent viri, aut alienis viris fœminæ nuberent; inde fortaſſe apud quaſdam eccleſias negligentia iſta ſubrepſit, ut in catechiſmis competentium, nec quærerentur, nec repercuterentur hæc vitia. Atque inde factum eſt, ut inciperent & defendi: quæ tamen in baptizatis rara ſunt adhuc, ſi ea nos negligendo non defenſa faciamus. Talem quippe in quibuſdam negligentiam, in aliis imperitiam, in aliis ignorantiam probabiliter dominus, ſomni nomine ſignificaſſe intelligitur, ubi ait: Cum autem dormirent homines, venit inimicus & ſuperſeminavit zizania.* Sed ſive erroris, ſive ignorantiæ, ſive negligentiæ arguat has eccleſias Auguſtinus, conſtat ſane, ne multi a ſuſcipienda fide retraherentur, primis eccleſiæ temporibus Eutychiani Romani pontificis decretum Hiſpanis noſtris epiſcopis placuiſſe. Fortaſſe Auguſtinus ſolas Africæ ſuæ eccleſias notavit, quod in illis diutina conſuetudine illud receptum eſſet, quod in Romana & Hiſpanica non obtinuit. At cujuſcumque eccleſiæ conſuetudinem ſervandam, ſæpe idem Auguſtinus monuit: tamque erit periculoſum ſuæ quemquam eccleſiæ conſuetudinem non obſervare, quam a ratione alienum cogi ad alienas.

D. Aug. lib. 1. de adult. conjug. c. fin.

Idem lib. de fide & oper. c. 19.

Math. 13.

Niſi quis dixerit, Auguſtinum ſenſiſſe de catechumenis culpa aſperſis, quod uxores primas ſine cauſa dimitterent, ut contraherent cum ſecundis; in hoc autem concilio de innocentibus ſolum uxoribus deſertis a catechumenis quas ideo poſſe etiam aliis nubentes ad baptiſmi ſacramentum admitti, quod catechumeni qui eas repudiaverant prius, ut contraherent cum ſecundis, contraxiſſent. Si enim illi ſpreto primo matrimonio, celebrabant ſecundum non eſt cur parti innocenti connubium denegaretur ſecundum: & hoc non negavit fieri poſſe Auguſtinus, cum tempore quo catechumenus vel jam fidelis poterat infidelem uxorem dimittere & alteri copulari, uxor infidelis eodem jure non privaretur: cum nullum delictum admiſiſſet, ſicque poterat ſecure regenerationis tingui lavacro. Quæ autem obſervanda eſſent in his qui ad baptiſmum ſuſcipiendum accedebant, poſtea referemus.

Lib. 3 cap. 60.

Quod ſi fuerit fidelis quæ ducitur ab eo, qui uxorem inculpatam reliquit, & eum eluerit illum ab uxore quam ſine cauſa reliquit, placuit hujuſmodi in fine dari communionem.

POſterior decreti periodus, ut in editis exſtat, ſenſum rectum non reddit; verior illa eſt, quam retinent vetuſti CC. MS. *Quod ſi ducitur*, ait, *ab eo qui inculpatam reliquit uxorem, & eum ſcierit habere uxorem, quam ſine cauſa reliquit, placuit nec in fine dari communionem*. Supplenda ſunt duo verba priora: Quod ſi fuerit fidelis, id eſt, ſi fuerit fœmina fidelis, non catechumena, quæ ducitur ab eo catechumeno vel fideli, qui inculpatam uxorem reliquit, placuit, nec in fine dari ei communionem. fidelis enim fœmina, Chriſtianis inſtitutis & moribus erudita, ſcire poterat & debebat, maritum catechumenum uxorem innocentem non debere nec poſſe dimittere; quod ſi dimiſiſſet, & alteri ſe copulaſſet, mœchari: quare ſi cum illo contrahat, ejuſdem peccati rea habetur, & pœnæ obnoxia, ideo & in fine illi interdicitur ſacra communio.

*Canon XI.* Vulgatus.

*De relicta catechumeni, ſi graviter ægrotaverit.*

Intra quinquennii autem tempora, catechumena ſi graviter fuerit infirmata, dandum ei baptiſmum placuit, non denegari.

Canon XI. *Emendatus.*

*De relicta catechumeni, ſi graviter ægrotaverit.*

Intra quinquennii autem tempora, catechumena ſi graviter fuerit infirmata, dandum ei baptiſmum placuit, non denegari.

*Cur hic quinquennii catechumenæ fœminæ, cum reliquis biennii ad baptiſmum, tempus definiatur.*

## CAPUT XXIII.

NOn ſtatim (ut diximus) ad baptiſmum olim infideles adulti, ſeriæ converſionis & ſacratioris vitæ documenta præſtantes, admittebantur, ſed ſuis traditi catechiſtis, erudiebantur Chriſtianæ diſciplinæ rudimentis: catechizabantur, & docebantur, quid credere, quid agere, quibus obſervationibus anteactæ vitæ ſordes purgare, quibus legibus inchoare futuram Chriſtiano nomini congruentem, quibus rationibus æternam capeſſere comparareque debuiſſent; ut priuſquam aquæ, Spiritus ſancti ſedes, digniſſimaque habitacula efficerentur. Quod præter concilium hoc & Nicænum, teſtatur ſæpiſſime D. Auguſtinus. Nec omnibus catechumenis idem tempus ad ſuſcipiendum baptiſmum præſcriptum erat, ſed varium. Flaminibus, hoc eſt, ſingulorum deorum ſacerdotibus ethnicorum triennii tempus ſuperius: reliquis vero, ſi bonæ eſſent indole præditi & moribus, biennium inferius: Judæis converſis octo menſes Agathenſis concilii ſanctione. Auguſtinus autem diu voluit eſſe catechumenus, ob nimios animi ſui hinc inde fluctuantis motus, ut ipſe de ſe teſtatur. Quod ſi intra tempora cuique provinciæ præſcripta catechumeni gravi periculo valetudinis premerentur, antea baptizari poſſe, uno conſenſu diverſa concilia & patres ſemper decreverunt. De quinquennio autem ideo facta eſt mentio hic, quia non agitur de catechumena ſolum, ſed catechumena peccante. De qua in capite ſuperiori, quod indicat præter epigraphen, conjunctio illa, Autem.

Supra lib. hoc 2. cap. 10.

Conc. Nicæn. can. 2.

D. Aug. lib. de fide & operibus & altero de catechizandis rudibus.

Can. 4.

Can. 42.

Conc. Agath. can. 25.

D. Aug. lib. 5. confeſſio. c. 14.

*Canon XII.* Vulgatus.

*De mulieribus quæ lenocinium fecerint.*

Mater, vel parentes, vel quælibet fidelis, ſi lenocinium exercuerit, eo quod alienum vendiderit corpus, vel potius ſuum, placuit, eam nec in fine accipere communionem.

Canon XII. *Emendatus.*

*De mulieribus quæ lenocinium fecerint.*

Mater, vel parentes, vel quælibet fidelis, ſi lenocinium exercuerit, eo quod alienum vendiderit corpus vel potius ſuum, placuit, eam nec in fine accipere communionem.

IVo p. 8. c. 306 Mater aut parens, vel quælibet fidelis, ſi lenocinium exercuerit, eo quod alienum corpus vendiderit, vel ſuum, placuit nec in fine communicandam. Burchardus lib. 19. decret cap. 5. ad finem, aliter. *Ut ille*, ait, *qui hæc perpetraverit, niſi in fine non accipiat communionem* Sic etiam ex pœnitentiali Theodori retulit Ant. Aug. tit. 3. c. fin. Sed lectio vulgata magis placet, ut ad finem canonis dicemus.

*De pœna lenocinii parentum.*

## CAPUT XXIV.

VEteres, Licere, verbum, pro implicare dicebant, a licio, quod eſt filum, quo in tela textrices ſtamen implicant; Unde trilicem veſtem, quæ ex tribus liciis conſtat. Ab hoc verbo, Licere, lenones " appellantur, quod alliciant & implicent: horum delictum lenocinium. Si mater ergo vel parentes illud exercuerint, in perpetuum communione privantur turpe enim & fœdum lenonum officium, ſed ſi in liberos exerceatur, turpiſſimum ſemper habitum; quod non tam alieni, quam proprii corporis & naturæ bona, ſumma pretii vilitate viliſſime commutentur: ideoque notatum fuit ſemper graviſſima infamia, non apud Chriſtianos modo, ſed & apud ethnicos, Ulpiano teſte. *Præter*, inquit, *qui leno-*

" errat hic Mendoza poſt Feſtum.

Ulpian. lib. 4. §. aït prætor, de his qui notantur infamia: Valent. & Theodoſ. Impp. in l. lenones ſit. C. de ſpectaculis l. 10.

*lenocinium fecerit · lenocinium facit, qui quæſtuaria mancipia habet: ſed & qui in liberis hunc quæſtum exercet, in eadem cauſa eſt*. Nec infamiæ notam ſatis pœnæ habuiſſe adverſus parentes lenones, voluerunt Impp. Valentinianus, & Theodoſius, cum filios vel ancillas, quibus parentes vel domini hanc peccandi licentiam vel neceſſitatem impoſuerint, a nexu ſuæ poteſtatis abſolvi, implorato epiſcoporum vel defenſorum ſuffragio, conſtituerunt: addita etiam pœna exilii & damnationis in metallum.

## Vel quælibet fidelis.

*Quæ ſit antiqua lenonum pœna.*

## CAPUT XXV.

Tertull. in lib. de idololat. c. 11.

NON parentum ſolum, ſed & cujuſcumque fidelis lenocinium, ſevera, ſed juſtiſſima animadverſione epiſcopi noſtri vindicarunt: probe intelligentes delicta non auctoribus magis, quam fautoribus obeſſe. Tertullianus. *Graviora delicta quæque pro magnitudine periculi diligentiam extendunt obſervationis, ut non ab his tantum abſcedamus, ſed & ab his per quæ fiunt. Licet enim ab aliis fiant, non intereſt ſi per me. In nullo neceſſarius eſſe debeo alii, cum facit quod mihi non licet. Ex hoc quod vetor facere, intelligere debeo, curandum mihi eſſe, ne fiat per me. Denique in alia cauſa, præjudicium iſtud obſervo. Nam quod mihi de ſtupro interdictum ſit, aliis ad eam rem nihil aut opera aut conſcientia exhibeo. Nam quod ipſam carnem meam a lupanaribus ſegregavi, agnoſco me neque lenocinium, neque id genus lucrum alterius cauſa exercere poſſe. Sic & homicidii interdictio oſtendit mihi laniſtam quoque ab eccleſia arceri: neque per ſe non faciet, quod faciendum aliis ſubminiſtrat*. Nec pari lenones, qua & auctores cenſueris pœna dignos, ſed & multo acriore: quod ſanctiſſimum præceptum de non mœchando tanto hi majori culpa violent, quanto minor voluptatis explendæ urgebat neceſſitas. Edocuit nos hoc olim Solon, qui quo pauciores eſſent in Rep. qui ad tam fœdum facinus juvenes vel fœminas illicerent, & a turpiſſimo hoc lenonum officio (ſi poſſet) vindicaret rempublicam, accuſatos, & convictos lenones morte damnari juſſit, ut ait Æſchines. Sic Euthymachus quod puellam Olynthiam proſtituiſſet, capite multatus eſt. Cleomenes tyrannus apud Methymnæos tres vel quatuor lenas, quæ apertiſſime lenocinari ſolebant, liberaſque mulieres proſtituere, in ſaccis ligatas juſſit quibuſdam immergi. Hermippus in libris de ſeptem ſapientibus hoc ipſum feciſſe Periandrum narrat, referente Athenæo. Ultimo ſupplicio afficiendos placuit Juſtiniano, quem refert Procopius Theodoræ Auguſtæ ſuaſu, & ſodalitia meretricum, & lenonum a Conſtantinopoli ſuſtuliſſe. Sed cum fœdiſſimæ huic lenonum turpitudini, par reperiretur poſtea quorumdam cupiditas, nec habendi fructu felix, & cupiditate quærendi miſerrima, effecit tandem, ut aditum, quem crimini tanto Imperatorum pudicitia & caſtitas intercluſerant, aurea clave luxuria ſibi aperuerit & avaritia, delata ad ærarium annis ſingulis tributi nomine quadam pecuniarum ſumma a cujus fœditate & injuria ut Remp. vindicaret, ſine Reip. incommodo, ſingulari quodam pietatis & beneficentiæ impulſu Florentius V. C. præfectura prætorianæ proprium patrimonii fundum ærario obtulit, tantum honeſtatis, decoris & emolumenti addens ærario & Reip. quantum detraxerat turpitudinis & infamiæ. Quod grata (ut debuit) memoria, ad præclarum pudicitiæ & liberalitatis exemplum retulit & laudavit Theodoſius Imp. dignumque illud cenſuerim ejuſdem Imp. exemplo, non ſolum ut hic repeteretur, ſed ut recenti magiſtratuum memoria, & futura etiam poſteritatis retineatur. ſic enim ait.

Atheneus l. 10. dipnoſ. c. 14. Juſtinian. auth. de lenon. Procopius lib. 1. de ædif. Juſtinian.

Theodoſius in novella inſtitutione 18.

*Impp. Theod. & Valent. AA. Cyro & Alypio. PF. P. PM.*

FIDEM de exemplis præſentibus mereantur hiſtoriæ, & omni de ambiguitate liberetur antiquitas, quæ nobis ſummos viros prætuliſſe rempublicam facultatibus indicavit. Virum inluſtrem Florentium præfectura prætorianæ adminiſtratione ſubfultum cernamus, non jam cum majorum laudibus, ſed cum ſuis magnis in rempublicam meritis, præclari animi æmula virtute certantem, exiſtimationem reipublicæ non ſolum conſilio ſuo ac providentia, ſed etiam devotione ac munificentia pudendæ turpitudinis labe atque ignominia liberaſſe. Nam cum lenonum calliditate damnabili circumventam veterum videret incuriam, ut ſub cujuſdam luſtralis præſtationis obtentu, corrumpendi pudoris liceret exercere commercium, & injuriam ſui ipſam quodammodo ignaram cohibere rempublicam, pio circa omnium verecundiam propoſito, manſuetudinis noſtræ more pudicitiæque ſuggeſſit, ad injuriam noſtrorum temporum pertinere, ſi aut lenones in hac liceret urbe verſari, aut eorum turpiſſimo quæſtu ærarium videretur augeri. Ac licet nos illud adverteret execrari, etiam ceſſante vicaria oblatione vectigalis, tamen ne ullum ad ærarium incommodum perveniret, propriam poſſeſſionem obtulit, ex cujus reditibus poſſit accedere, quod prædictum peſſimum genus conſueverat penſitare. Unde providentiam & munificentiam ejus libenter amplexi, hac menſura in ævum lege ſancimus, ut ſi quis poſthac mancipia tam aliena, quam propria, aut ingenua corpora qualibet taxatione conducta proſtituere ſacrilegii temeritate tentaverit, in libertatem prius miſerrimis mancipiis vindicatis, vel ingenuis perſonis conductione impia liberatis, graviſſime verberatus hujus urbis finibus, in qua vetitum nefas crediderit exercendum, ad exemplum omnium, emendationemque pellatur. Cyre P. K. AA. Inluſtris igitur auctoritas tua, ea quæ tuendæ honeſtatis decrevimus gratia, veneratione debita jubeat cuſtodiri, officio amplitudinis tuæ viginti librarum auri pœnam, ſi præcepta noſtra neglexerit, luituro.

Quod in foro ſæculari Theodoſius Imp. idem in foro eccleſiæ recipi hic noſtrates epiſcopi voluerunt, lenones in perpetuum communione privantes præſenti canonis ſanctione, quæ ſatis juſta, pia & ſancta eſt. Quod ſi aliquando eam denuo ſanciri oportuit, vel ſancitam jam denuo renovari; hoc maxime tempore ſunt pietate & doctrina graves, qui optent, quod minus tuta ſit etiam inter parentes virginum pudicitia.

Nec ab hac lenocinii pœna illi eximi poterunt, qui vel quæſtu, vel ſuaſu, vel alia quacumque ratione munuſcula vel literulas (quibus juvenes, vel virgines ſolicitari ſolent & ſolicitare nonnunquam) eo animo ad mulieres, vel virgines deferre conſueverunt; nam ſi hoc lenocinari non eſt, quid eſt lenocinari?

Olim enim Athenienſes majore pœna afficiebant eos qui alienam uxorem muneribus, precibus & illecebris corrupiſſent, quam qui vi adhibita violaſſent, illos morte multabant, hos autem dupli pœna afficiebant, damnum illatum prius pretio æſtimantes: quod videlicet, qui vim intulerant, odio futuri eſſent his, quas violaſſent; contra vero qui ad ſtuprum pellexerant, ſic animum fœminarum ad ſui ſtudium & amorem conciliaſſent, ut mariti uxor, & domus tota magis in adulteri, quam mariti benevolentia, manu & poteſtate foret: ut ex oratione Lyſiæ refert Petrus Victorius. Quare qui tanquam alienæ pudicitiæ proxenetæ, ad fœdiſſimam hanc amoris fœdiſſimi conciliationem, fœminarum animos, vel muneribus, vel blanditiis, vel quo alio malo conſilio in fraudem illiciunt, aut ferentes literas, aut referentes reſponſa, non eſſent ſane minori pœna puniendi, quam qui ad raptum vel ſtuprum inferendum, opem, auxilium, vel auctoritatem accommodant: & de his ſane dixerim lubentius, quod de Reip. ſuffragiis olim dixiſſe Ciceronem Ammianus refert. *Cumque nihil*, ait, *tam incorruptum debeat eſſe in Rep. quam ſuffragium, quam ſententia, non intelligo, cur qui ea pecunia corruperit, pœna dignus ſit: qui eloquentia, laudem etiam ferat. Mihi quidem hoc plus mali facere videtur, qui oratione, quam qui pretio judicem corrumpit, quod pecunia corrumpere prudentem nemo poteſt, dicendo poteſt.*

Petrus Victorius lib. 32. variarum lectio c. 21.

Refert ex Cicerone de Rep. Ammianus Marcel. lib. 30.

## Placuit eam nec in fine accipere communionem.

## CAPUT XXVII.

IN vulgatis conciliorum Codicibus, & apud Ivonem cum negatione litera exſtat. Apud Burchardum vero cum conjunctione exceptiva, niſi. *Exercuiſti*, ait, *lenocinium, aut in te ipſa, aut in aliis, ita dico, ut tu meretricio more tuis amatoribus corpus tuum ad tractandum & ad ſordidandum, propterea tradidiſſes: ſeu quod crudelius eſt & periculoſius, alienum corpus, filia dico, vel neptis, vel alicujus Chriſtianæ, amatoribus vendidiſti, vel conceſſiſti, vel internuncia fuiſti, vel conſiliata es, ut ſtuprum aliquod tali modo perpetraretur: ſi feciſti, ſex annos per legitimas ferias pœniteas: tamen in concilio Elibertano præcipitur, ut ille qui hoc perpetraverit, niſi in fine non accipiat communionem*. Sic etiam in pœnitentiali Theodori. Sed vulgata lectio & Ivonis cum negatione magis placet, & quia criminibus aliis non adeo graviſſimis ſimilis pœna ſæpe ſancita eſt a patribus in hoc concilio, & quia in vetuſta noſtra conciliorum collectione cum negatione litera exſtat.

Ivo p. 8. c. 106. Burch. li. 19. c. 5.

Theod. in pœnitentiali tit. 3. c. 6.

*Canon XIII.* Vulgatus.

*De virginibus Deo ſacratis ſi adulteraverint.*

Virgines quæ ſe Deo dedicaverunt, ſi pacta perdiderint virginitatis, atque eidem libidini inſervierint, non intelligentes quid amiſerint, placuit, nec in fine dandam eis eſſe com-

muio-

munionem. Quod ſi ſemetipſas pœnituerint, A quod infirmitate corporis lapſæ fuerint, & toto tempore vitæ ſuæ hujuſmodi fœminæ egerint pœnitentiam, & abſtinuerint ſe a coitu, eo quod lapſæ potius videantur, placuit, eas in fine communionem accipere debere.

### Canon XIII. *Emendatus.*

*De virginibus Deo ſacratis ſi adulteraverint.*

Virgines quæ ſe Deo dedicaverunt, ſi pactum perdiderint virginitatis, atque eidem libidini inſervierint, non intelligentes quid amiſerint, placuit, nec in fine dandam eis eſſe communionem. Quod ſi ſibimet perſuaſerint, quod B infirmitate corporis lapſæ fuerint, & toto tempore vitæ ſuæ hujuſmodi fœminæ egerint pœnitentiam, & abſtinuerint ſe a coitu, eo quod lapſæ potius videantur, placuit, eas in fine communionem accipere debere.

PROBARUNT hunc canonem olim concilium Colonienſe ſub Carolo Imp. cognomento Craſſo, canone VI. & Moguntinum III. tempore Arnulpi regis, canone XXVI. & Rabanus in ſuo pœnitentium libro capite IV. Gratianus in cap. virgines quæ XXVII. q. I. ac tandem vetuſta noſtra conciliorum & epiſtolarum collectio, his quæ retulimus immutatis.

*Virgines voto ſacratas ab ipſis apoſtolorum temporibus fuiſſe in eccleſia præſertim Hiſpanica: & cur de virginibus hic, non de viduis mentio injecta.*

C

### CAPUT XXVII.

AD illuſtrem & ſummam Hiſpaniæ laudem pertinet, inter medias ſævientium præfectorum procellas, inter immanes tyrannorum imperatorum cruciatus, inter tot vanas gentium ſuperſtitiones, ac tandem inter turpiſſimas meretricum lenonumque officinas, virgines in ea fuiſſe caſtiſſimas, æterni omnipotentis & veri Dei ſacro cultui dicatas, quæ inſigni pudicitia, orationibus, lacrymis, jejunio & pœnitentia ſponſum ſuum ad majora in Hiſpaniam conferenda beneficia moverent. Faceſſat igitur jam Petrus Martyr hæreticus, qui a tempore Conſtantini magni virginitatem ſacrari cœpiſſe, omni antiquitatis eccleſiaſticæ præſidio deſtitutus adfirmat, cum multo antea tempore Diocletiani & Maximiani ſacratas fuiſſe, non argumentum ſolum ſuppeditet Hiſpania, ſed teſtimonium clariſſimum. Cujus ſacri voti tanto flagravit ſtudio, ut illius violatrices omni communione perpetuo privaverit. Cujus pœnæ adjectio nova, veterem fuiſſe & ab ipſis apoſtolorum tem- D poribus ſacræ virginitatis obſervationem profecto indicat. De virginibus ſolum concilii patres meminerunt; non quod viduæ ſacro etiam caſtitatis & continentiæ voto tunc ſolitæ non eſſent obſtringi (nam ſolitas conſtat ex Paulo) ſed quia viduæ tunc velo ſacro (ut virgines)

1 Tim. 5.

non conſecrabantur. Gelaſius papa. *Viduas autem*, ait, *velare pontificum nullus attentet: quod nec auctoritas divina delegat, nec canonum forma præſtituit: non eſt ergo penitus uſurpandum eis, quia ſic eccleſiaſtica ſunt conferenda præſidia, ut nihil committatur illicitum.* Confirmavit Concilium Triburienſe ſub Arnulpho. *Viduas autem*, inquit, *velare pontificum nullus attentet, prout conſtitutum eſt in decretis papæ Gelaſii, Cap. XIII. quod nec auctoritas divina, nec canonum forma præſtituit: quæ ſi propria voluntate continentiam profeſſa eſt, ut in ejuſdem Gelaſii C. XXI. legitur, ejus intentio pro ſe reddat rationem Deo.* Concilium Rothomagenſe. *Statutum eſt*, ait, *viduas non debere velari. Simul & hoc ſtatutum eſt, ut ſi quiſpiam presbyterorum deinceps hujus conſtitutionis normæ contumaciter tranſgreſſor extiterit, ſcilicet, ut aliquas viduas velare præſumat, quia hoc & epiſcopis non licet, gradus ſui periculum incurrat.* Hac ipſa ratione in vovendi ritu ſic a virginali diſcernebantur, ut non viduæ tantum, ſed quovis etiam modo defloratæ ad votum continentiæ cum virginibus, nec reciperentur, nec remanerent, etiam ſi in perſecutione vim paſſæ & violenter oppreſſæ pudicitiam mentis, apud Deum non amiſiſſent. Leo Magnus. *De his*, ait, *quæ in ſacro virginitatis propoſito conſtitutæ barbaricam pertulere violentiam, & integritatem pudoris non animo ſed corpore perdiderunt, ea nobis ſervanda videtur moderatio, ut nec in viduarum gradum dejiciantur, nec in ſacrarum & perſeverantium virginum numero cenſeantur; quibus, ſi in omnibus virginalibus obſervantiibus perſeverant, & caſtimoniæ ſoliditatem mente cuſtodiunt, ſacramentorum non eſt ne-*

Gelaſ. in epiſt. 1. ad epiſcopos per Lucani. Brutios, & Siciliam conſtitutos c. 13.

Conc. Tribur. ſub Arnulp. can. 25.

Conc. Rothom. can. 9. Refert Ivo p. 7. c. 52.

D. Leo in ep. 87. ad Epiſc. Mauritan. Cæſarien. c. 6.

A *ganda communio: quia injuſtum eſt eas in eo argui notarive, quod vis hoſtilis eripuit, non voluntas amiſit.* Et inferius. *Dei igitur famulæ* (famulas Dei, ancillas Dei, ſervas Dei, moniales olim nuncupari ſcitum, quas in Africa, & Ægypto vocatas fuiſſe Nonnas, ex Hieronymo didici) *quæ integritatem pudoris oppreſſione barbarica perdiderunt, laudabiliores erunt in humilitate, ac verecundia, ſi ſe incontaminatis non audeant comparare virginibus. Quamvis enim omne peccatum ex voluntate naſcatur: & potuerit corruptione carnis mens invita non pollui; minus tamen hoc illis oberit, ſi quod potuerint animo non amittere, doleant ſe vel corpore perdidiſſe.* Quod adeo verum cenſuit Auguſtinus, ut fœminam, catechumenam vitiatam, non poſſe poſt baptiſmum inter Dei virgines conſecrari, dixerit. *Acutius intelligunt qui nec eum qui catechumenus vel paganus habuit alteram, ordinandum cenſuerunt; quia de ſacramento agitur non de peccato. Nam in baptiſmo peccata omnia dimittuntur: & qui dixerit: Si nupſerit virgo, non peccat, ſatis declaravit, nuptias non eſſe peccatum. Propter ſanctitatem autem ſacramenti, ſicut fœmina, ſi catechumena vitiata eſt, non poteſt poſt baptiſmum inter Dei virgines conſecrari; ita non abſurde viſum eſt, bigamum non peccaſſe, ſed normam ſacramenti amiſiſſe; non ad vitæ meritum, ſed ad ordinationis eccleſiaſticæ ſignaculum neceſſariam.* Unde Gregorius magnus ait. *Nullam igitur fraternitas tua niſi ſexagenariam virginem, cujus ætas hoc atque mores exegerint, velari permittat.* Romanos etiam conſtat, non niſi virgines ad cultum Veſtæ & earum ſocietatem admiſiſſe. Qua ratione de caſtitate Veſtalium ad virgines noſtras ſacratas exemplum ex Romanorum annalibus deſumpſerunt D. Ambroſius & Turonenſis concilii II antiqui patres. *Cum etiam*, inquiunt, *in chronicis habeatur de virginibus Gentilium, tempore quo ſe deæ Veſtæ ſacraverant, poſtmiſſo propoſito & corrupta virginali gratia, legali ſententia vivas fuiſſe in terra defoſſas. Si fana colentes, tali ſunt ſententia condemnatæ, quanto magis quæ in honorem redemptoris ſui ſe veſte mutaverint, & perſeverare noluerint, gravem debent expectare ſententiam?*

Idem c. 5.

Refertur a Grat. in c. illæ autem 32. q. 5.

D. Aug. l. de bono conjugali c. 18. relatus a Grat. in c. acutius 26. diſt.

D. Greg. in regiſt. l. 3. epiſt. 11. ad Maximian. epiſcopum Syracuſan. ad finem.

D. Ambroſ. l. 3. de virginibus. Conc. Turon. II. can. 21.

Si pactum perdiderint virginitatis, atque eidem libidini ſervierint.

*Poſt votum nunquam licuiſſe ſacris virginibus vagam impudicitiam vel contubernium: explicata in eam rem duo Cypriani & Auguſtini loca.*

### CAPUT XXVIII.

PUDICITIAM quam ſemel Deo quis obtulit, ſi violat, tametſi ſcortationis peccatum, honeſto nuptiarum nomine tegere cupiat, libido eſt, fornicatio eſt, ſtuprum eſt, adulterium eſt, inceſtus eſt, ſacrilegium eſt. Ideo quamvis incertum videatur ex hujus canonis verbis, an patres agant de virginibus ſacris impudicitia lapſis, an vero matrimonio ſive contubernio contracto; certius eſt, vero ſenſu & ſententia utrumque comprehendi poſſe: quod utroque modo fides profanetur Deo vero conſecrata, ſed tanto gravius cum contracto matrimonio, quam cum vaga impudicitia violatur, quanto diutius matrimonii ſeu contubernii diuturnitas cum populi offendiculo infelicem animam detinet alligatam, juxta Gregorii IX. ſententiam.

Greg. IX. in c. fin. de conſuetudine.

An etiam hic egerint patres de virginibus caſtitatis votum ſimplex vel ſolenne (ut vocant) voventibus, quæri poteſt: Et probabilius eſt, de ſacro vel ſolenni, quia illas quæ votum ſolenne emiſerant, ſe Deo devovere, vel devotas Deo vocabant; uti conſtat præter hoc concilium in hoc canone & canone XXVII. inferius, ex concilio Arelatenſi II. *De puellis*, inquit, *quæ ſe voverunt Deo, & præclari nominis decore floruerunt, ſi poſt viginti & quinque annos ætatis ad terrenas nuptias ſponte tranſierunt, id cuſtodiendum eſſe decrevimus, ut cum his, cum quibus ſe obligaverint, communione priventur; ita ut eis poſtulantibus pœnitentia non negetur; cujus pœnitentia communio multo tempore differatur.* At hic de ſacratis virginibus, quas ſanctimoniales vocamus, patres egiſſe, qui concilio Turonenſi interfuerunt E clarius interpretati ſunt: devotam enim, pro ſacrata voto ſolenni intelligi conſtat ex concilio Carthaginenſi IV. & ex Toletano I. *Devotam peccantem*, ait, *non recipiendam in eccleſia, niſi peccare deſierit.* De religioſis autem, & voto ſolenni obſtrictis egiſſe etiam Toletanos patres, inde intelligi poteſt, quod matrimonium poſtea contractum ſeparari acta pœnitentia præceperint. *Corruptorem*, ajunt, *par pœna conſtringat: quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, niſi adhuc ipſo vivente marito, caſte vivere cœperit.* Et mox. *Epiſcopi, ſive presbyteri, ſive diaconi filia, ſi devota fuerit, & peccaverit, & maritum duxerit, ſi eam pater vel mater in affectu receperint, a communione habeantur alieni.* Id etiam confirmat concilii Chalcedonenſis decretum. *Si qua virgo*, inquit, *ſe dedicaverit Deo, ſimiliter monachus, non licet eis nuptiis jungi: ſi vero inventi*

Con. Arelat. 2 can. 33.

Conc. Turon. can. 21.

Conc. Carth. IV. can. 104

Conc. Tol. I. c. 16.

Idem c. 19

Conc. Chalced. can. [illegible]

*venti fuerint hoc facientes, maneant excommunicati.* Sicque de virginibus ſacris votum ſolenne emittentibus, intellexerunt canonem antiqui concilii Colonienſis patres,

Conc. Colon. c. 6.

quorum interpretationem ſequi placet, poſt alia enim ſic ajunt. *De virginibus autem ſacratis in concilio Eliberitano Cap. XIII. ſcriptum eſt: Si mœchaverint virgines quæ ſe Deo dedicaverunt, ſi pactum perdiderint virginitatis, & reliqua.* Hujus canonis verba eodem ſenſu

Conc. Mogunt. ſub Arnul. epiſcopo c. fin.

intellexerunt concilii Moguntini ſub Arnulpho epiſcopi. *De viduis*, ajunt, *præcipimus, ut nequaquam cito velentur, ſed in poteſtate earum maneant conſentiente epiſcopo, utrum nubant, an profeſſionem caſtitatis aſſumant, uſque dum probetur earum converſatio; ne forte de iiſdem dici poſſit, quod ab apoſtolo dicitur. Quæ autem in deliciis ſunt viventes, mortuæ ſunt.*

1. Tim. 5.

*Si autem propoſitum caſtitatis aſſumpſerint, aut monaſterii clauſtris regulariter conſtringantur, aut domi manentes caſtitatem ſuæ profeſſionis integerrime cuſtodiant. Quod ſi a propoſito deviaverint, canonicæ inſtitutionis cenſura corrigantur: quod & de virginibus ſi mœchatæ fuerint, ſtatuimus, ſicut in concilio Eliberitano Cap. XIII. ſcriptum eſt: virgines quæ ſe Deo dedicaverunt & cetera.*

B

D. Cyprian. epiſt. 62 ad Pomponium.

Sed adverſari videtur D. Cyprianus, dum licere virgini, quæ ſe Deo jam devovit, nuptias inire, his verbis expreſſit. *Quod ſi ex fide ſe Chriſto dicaverunt, pudice & caſte ſine ulla fabula perſeverent, ita fortes & ſtabiles præmium virginitatis expectent: ſi autem perſeverare nolunt, vel non poſſunt, melius eſt nubant, quam in ignem delictis ſuis* (*deliciis* eſt in alio codice) *cadant.* Sunt qui putent de virginibus non velatis loqui Cyprianum, de his ſcilicet, quæ ſimplex (ut vocant) caſtitatis votum emiſerunt, non autem ſolenne: quæ etſi parum juſte fecerint cum nupſerint, matrimonium tamen in eccleſiæ foro validum ineunt, non inane & irritum. Sed veroſimilius eſt, illum de virginibus neutro voto obſtrictis, nec ſimplici (ut dicitur) vel ſolenni, ad Pomponium reſcripſiſſe; quod ut mihi perſuaſi, ita perſuadeam ceteris, occurrunt multa. In primis enim, ut a fonte rem petamus, Pomponius, cui reſcribit Cyprianus, non ſcripſerat, aut conſuluerat illum de virginibus velatis, aut ſacris tantum,

C

ſed de omnibus virginibus, ut ex principio epiſtolæ Cypriani conſtat. *Legimus*, inquit, *literas tuas, frater cariſſime, quas per Paconium fratrem noſtrum miſiſti, poſtulans & deſiderans, ut tibi reſcriberemus, quid nobis de his virginibus videatur, quæ cum ſemel ſtatum ſuum continenter & firmiter tenere decreverint, detectæ ſint poſtea in eodem lecto pariter manſiſſe cum maſculis.* II. quia dubio Pomponii ſe reſcribere ait ex evangelicis & apoſtolicis traditionibus. *Circa quam rem*, ait, *quoniam conſilium noſtrum deſideraſti, ſcias nos ab evangelicis & apoſtolicis traditionibus non recedere, quominus fratribus & ſororibus noſtris conſtanter & fortiter conſulatur, & per omnes utilitatis vias eccleſiaſtica diſciplina ſervetur.* At omnibus evangelicis & apoſtolicis traditionibus repugnat, ut quæ ſemel ſuæ pudicitiæ & profeſſionis Chriſtum teſtem adhibuerunt, abolito caſtitatis chirographo, repellant illum, contemnant, abjiciant. III. quia in illis verbis: Si autem perſeverare nolunt, vel non poſſunt, melius eſt nubant, quam in ignem delictis ſuis cadant: imitatus eſt locum Pauli docentis, virgines & viduas melius eſſe nubere quam uri.

D

1. ad Cor. c. 7.

At Paulum de virginibus & viduis nullo voto conſtrictis loquutum conſtat ex illius verbis. *Dico autem non nuptis & viduis: bonum eſt illis ſi ſic permaneant, ſicut & ego: quod ſi non ſe continent, nubant; melius eſt nubere quam uri.* Quem locum de his quæ nullum votum emiſerunt, intelligunt communi conſenſu omnes catholicæ eccleſiæ patres & concilia. Addo quartum, poſt iſta verba, illa ſtatim ſubjunxiſſe. *Certe nullum fratribus aut ſororibus ſcandalum faciant; cum ſcriptum ſit: ſi cibus ſcandalizat fratrem, non manducabo carnem in ſæculum, ne fratrem ſcandalizem.* Si ergo vult Cyprianus, ut nubant virgines, ne fratrem ullum ſcandalizent, de quibus, rogo, virginibus illum intellexiſſe eſt probabilius: de his quæ ad obſervandam pudicitiam nullo vinculo tenentur, an vero de his quæ Chriſto, vel privatim, vel publice fidem ſuam firmiſſime adſtrinxerunt? Qui enim fieri poterat, ut non eſſent ſcandalo, quæ Deum immortalem ſemel ſponſum eligentes, illum pro homine mortali fœdiſſime commutarunt.

E

Aut qua pœna & cruciatu digna non cenſebitur mulier, ut cum magno Baſilio loquar, quæ nobili conjuncta viro, ſervo ſuo ſeipſam violandam impudice ſubſterneret, ac ſervum inſidioſe nequiterque domini toris inveheret. Et ſi ille impius & adulter eſt, qui dimiſſam a viro mortali ducit, qui immortalis Dei ſponſam nunquam dimiſſam violare præſumit, cujus non ſceleris & impietatis particeps judicabitur? *Nec ſane*, inquit, *incongrue his quæ ſunt hujuſmodi, illud apoſtolicum aptari poteſt, quoniam cum fornicatæ a Chriſto fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt: non conjugium, ſed adulterium malo conſummantes.* Illud ultimo loco adjiciendum cenſeo, quod majoris momenti eſt, ipſum Cyprianum cum clarius de virginibus, quæ jam vo-

A

tum emiſerunt, ſermonem inſtituit, poſtea in eadem epiſtola, non mariti ſed Chriſti adulteras vocaſſe; nec aliquo pacto poſſe eccleſiaſticæ communionis participes fieri, niſi abjurato ſecundo hoc impudico contubernio, ne ceteris inconſtantiis, levis & turpis animi pernicioſum exemplum præberent. *Si ſic perveniens maritus*, inquit prius, *ſponſam ſuam cum altero videat, nonne indignatur & fremit, & per zeli dolorem fortaſſe & gladium in manum ſumit? Chriſtus dominus & judex noſter, cum virginem ſuam ſibi dicatam & ſanctitati ſuæ deſtinatam jacere cum altero cernit, quam indignatur & iraſcitur, & quas pœnas inceſtis hujuſmodi conjunctionibus, cujus ut gladium ſpiritualem, & venturum judicii diem unuſquiſque fratrum poſſit evadere, omni conſilio providere & elaborare debemus.* Et poſt alia. *Si autem de eis*, inquit, *aliqua corrupta fuerit deprehenſa, agat pœnitentiam plenam, quia quæ hoc crimen admiſit, non mariti, ſed Chriſti adultera; & ideo æſtimato juſto tempore, poſtea exomologeſi facta, ad eccleſiam redeat. Quod ſi obſtinate perſeverant, nec ſe ab invicem ſeparant, ſciant ſe cum hac ſua impudica obſtinatione nunquam a nobis admitti in eccleſiam poſſe, ne exemplum ceteris ad ruinam delictis ſuis facere incipiant.* Eamdem Cyprian. lib. de diſcipl. & habitu virgin. c. 8.

ſententiam repetit in libro de diſciplina & habitu virginum. Ubi non ſolum Chriſti adulteras, quæ violata Chriſto fide promiſſa, aliis nupſerunt, vocat, quæ turpi ſe conjugio macularunt, ſed eas quæ cultius ſe ornantes (impudica intellige mente) vagabantur per urbem. *Sic ſe expugnator inimicus per artes ſuas inſerit, ſic inſidiis per occulta fallentibus diabolus obrepit, ſic dum ornari cultius, dum liberius evagari virgines volunt, eſſe virgines deſinunt furtivo dedecore corruptæ, viduæ antequam nuptæ, non mariti ſed Chriſti adulteræ: quam fuerant præmiis ingentibus virgines deſignatæ, tam magna ſupplicia pro amiſſa virginitate ſenſuræ.* Si ergo virgines quæ jam votum voverunt lapſas, non permittit Cyprianus ad eccleſiam ullo pacto accedere, ne facta hac

C

indulgentia, ceteris peccandi offendiculum præbeatur, cui poterit eſſe probabile, niſi repugnantia dixiſſe Cyprianum in eodem libro contendat inepte, de virginibus jam voto emiſſo præcedenti periodo tractaviſſe?

Sed verendum eſt ſane, difficilem quem mox Auguſtinus obiicit ſcopulum, non adeo facile evadamus. In Aug. li. unic. de bono vidui. c. 10. relatus a Gratiano in c. quidam nubentes. 27 diſt.

libro enim unico de bono viduitatis hæc docuiſſe Auguſtinum refert Gratianus. *Quidam nubentes poſt votum aſſerunt adulteros eſſe; ego autem dico, quod graviter peccant, qui tales dividunt.* Hæc autem ſummatim ex toto illo capite retulit Gratianus: ſed propria Auguſtini verba referamus, quibus non ſolum nuptias poſt votum contrahi valide poſſe dixit, ſed quod magis mirere, licite facere poſſe adfirmavit. *Proinde qui dicunt talium nuptias non eſſe nuptias ſed potius adulteria, non mihi videntur ſatis acute ac diligenter conſiderare, quid dicant, fallit eos quippe ſimilitudo veritatis.* Ad finem capitis addit. *Fit autem per hanc minus conſideratam opinionem qua putant lapſarum a ſancto*

D

*propoſito fœminarum, ſi nupſerint, non eſſe conjugia, non parvum malum, ut a maritis ſeparentur uxores, quaſi adulteræ ſint, non uxores. Et cum volunt eas ſeparatas reddere continentiæ, faciunt maritos earum adulteros veros, cum ſuis uxoribus vivis, alteras duxerint.* Et poſt Idem Aug. c. 11.

alia. *Quapropter non poſſum quidem dicere a propoſito meliore lapſas, ſi nupſerint, fœminas, adulteria eſſe conjugia.* Multa excogitarunt hujus ſæculi ſcriptores ad diſſolvendum impeditum hunc Auguſtini nodum: quem adverſus eccleſiæ noſtræ decreta & religionum inſtitutum Brentius hæreticus, Petrus martyr, & alii eorum ſectatores adeo exultantes proponunt, ac ſi de univerſa eccleſia triumphaſſent. Quidam enim facilius hunc locum negari poſſe, quam ſolvi dixerunt, ut Spenceus. Spenceus de continentia lib. 5. c. 2.

Alii liberius totum librum non eſſe Auguſtini affirmantes, ſed Juliani cujuſdam Pelagii hæretici ſectatoris. Sic Hoſius cardinalis non minus eruditione Hoſius in Catholicæ fidei profeſſione c. 56 de matrimonii impedimentis.

& pietate, quam dignitate illuſtriſſimus, in ſua illa Chriſtiana & docta catholicæ fidei profeſſione de matrimonii impedimentis.

E

Qui majori reverentia & religione locum hunc Auguſtini tractarunt, de voto ſimplici, non de ſolenni intelligendum docent, ut Gratianus, Petrus Lombardus, & alii: idque communi ſcriptorum hujus ætatis conſenſu receptum eſt, ut teſtantur Sotus, Robertus Bellarminus, ac tandem doctiſſime illæ Gregoriani decreti adnotationes in c. quidam nubentis. XXVII. diſt. Gratian. ad finem 24. diſtinct. Sotus in 4. diſt. 38 art. 1. Bellarm. tom. 1 de controv. Chriſtian. fidei. lib. 2. c. 38. In c. quidam 27. diſt.

Sed age, videamus, ſi Auguſtini mentem præſtantius aſſequi non poſſimus, an examinare ſaltem poſſimus accuratius, nec mentem tantum, ſed & verba epiſtolæ, & epiſtolam totam a calumnia objecta vindicare, cum certo illam eſſe Auguſtini teſtetur Poſſidius. *Inter epiſtolas Julianæ*, inquit, *de ſancta viduitate* &c. Poſſidius in indiculo.

Auguſtinus enim, beatiſſime pater, in libro de bono viduitatis, eo animum intendit, ut doceret Julianam viduam & ejus etiam nomine omnes Chri-

ſtianas

ſtianas ( ad Julianam enim ſcribebat quæ nullo voto ſim-
plici ( ut vocant ) vel ſolenni ſe devinxerat, ſed con-
tinentiæ ſtatum ſecundis nuptiis repulſis elegerat ) bona
& perfectionem viduitatis continentiæque : ſic enim li-
brum vel epiſtolam inſcripſit, de bono & perfectione vi-
duitatis. Multa dixit de illius laude . non tamen illa
tanta eſſe adfirmavit ; ut ſi viduæ velint nubere ſecun-
do, ne urerentur, illis non liceret : reprobat enim an-
tiquum Tertulliani ſecundas nuptias velut adulterium
damnantis & Cataphrygarum errorem, in quem ne im-
pingeret Juliana ( ab eo enim non procul aberat nimia
continentiæ ſuæ laudatione ) multis verbis docet, ſua-
det, atque contendit omnibus fere capitibus præceden-
tibus. In hoc ergo perſiſtens propoſito D. Auguſtinus,
ad revincendam illius erroris falſitatem, poſt alia adje-
cit. *Proinde qui dicunt, talium nuptias, non eſſe nu-
ptias, ſed potius adulteria, non mihi videntur ſatis
acute ac diligenter conſiderare quid dicant : fallit quippe
eos ſimilitudo veritatis. Quia enim conjugium Chriſti di-
cuntur eligere, quæ Chriſtiana ſanctitate non nubunt,*
ecce non dixit, voto aut promiſſione, ſed ſanctitate
Chriſtiana, ſive viduitatis ſimplici continentia ; *hinc
argumentantur quidam dicentes : Si viro ſuo vivo, quæ
alteri nubit, adultera eſt, ſicut ipſe dominus in evan-*
Matth. 19. Roman. 6
*gelio definivit, vivo ergo Chriſto, cui mors ultra non
dominatur, quæ conjugium ejus elegerat, ſi homini nu-
bit, adultera eſt. Qui hoc dicunt, acute equidem mo-
ventur, ſed parum attendunt hanc argumentationem
quanta rerum ſequatur abſurditas. Cum enim lauda-
biliter etiam vivente viro, ex ejus conſenſu continen-
tiam fœmina Chriſto voveat, jam ſecundum iſtorum
rationem, nulla hoc facere debet, ne ipſum Chri-
ſtum,* quod ſentire nefas eſt, *adulterum faciat : cui, vi-
vente viro, nubit. Deinde cum primæ nuptiæ melioris ſint
meriti, quam ſecundæ, abſit ut ſanctarum viduarum
iſte ſit ſenſus, ut Chriſtus eis videatur quaſi ſecun-
dus maritus. Ipſum enim habebant, & antea, quan-
do viris ſuis fideliter ſerviebant ſubditæ, non carna-
liter, ſed ſpiritualiter, virum, cui eccleſia ipſa, cu-
jus membra ſunt, conjunx eſt : quæ fidei, ſpei, ca-
ritatis integritate, non in ſolis virginibus ſanctis,
ſed etiam in viduis & conjugatis fidelibus tota virgo*
2. Cor. 11
*eſt. Univerſa quippe eccleſiæ, cujus illæ membra ſunt,
apoſtolus dicit : Aptavi vos uni viro, virginem ca-
ſtam exhibere Chriſto. Novit autem ille conjugem vir-
ginem ſine corruptione fœtare, quem in ipſa etiam
carne potuit mater ſine corruptione procreare. Fit autem
per hanc minus conſideratam opinionem, qua putant
lapſarum a ſancto propoſito fœminarum, ſi nupſerint,
non eſſe conjugia, non parvum malum, ut a mari-
tis ſeparentur uxores, quaſi adulteræ ſint, non uxores ;
& cum volunt eas ſeparatas reddere continentiæ, fa-
ciunt maritos earum adulteros veros, cum ſuis uxori-
bus vivis, alteras duxerint.* Huc eo animo & conſi-
lio Auguſtinus, quibus nihil verius, nihil doctius, ni-
hil ſanctius, nihil antiquis & recentibus catholicæ ec-
cleſiæ moribus & decretis accomodatius, vel ſcribi po-
tuit, vel excogitari. Hoc autem ſolum ſcripſiſſe & do-
cuiſſe Auguſtinum non veriſimilibus argumentis, ſed
propriis rerum & mentis ſuæ notis confirmabo. Primo
Auguſtinus ad Julianam viduam ſcribebat, ut ex libri
epigraphe conſtat : Julianam autem nullum votum vo-
viſſe, ſed tantum conjugio elegiſſe, ex toto libro ap-
paret, præcipue cap. IV. ubi ſic ait. *Quapropter hoc
primum oportet, ut noveris, bono quod elegiſti, non dam-
nari ſecundas nuptias, ſed inferius honorari ; nam, ſi-
cut bonum ſanctæ virginitatis, quod elegit filia tua,
non damnat unas nuptias tuas, ſic nec viduitas tua cu-
juſquam ſecundas.* Ne autem illa viduitatis bona & con-
tinentiæ ( quod cœpiſſe illam Auguſtinus inſinuat )
tanti facienda putaret, ut vetuſto Tertulliani errore
viduas ſecundo nubentes adulteras eſſe diceret, quod
nuptias ſecundas damnandas ut adulterium exiſtima-
ret, multa docet, repetitque Auguſtinus, volens ab
imo hujus erroris radices & a Juliana & a viduis omni-
bus ſuam continentiam ſimplicem nimis jactitantibus,
evellere. In principio enim epiſtolæ de viduitatis bo-
no, ſe rogatum ſcribere a Juliana his verbis refert.
*Ne petitioni tuæ & in Chriſto dilectioni diutius eſſem
debitor promiſſionis meæ, arripui utcumque inter alias
urgentiſſimas occupationes meas, de profeſſione ſanctæ
viduitatis aliquid ad te ſcribere.* Capite poſtea II. ſe
nolle ait toto illo opere, niſi Pauli apoſtoli epiſtolam
ad Corinthios explicare : dum capite VII. ejuſdem di-
xit, dico autem non nuptis, & viduis, bonum eſt
illis ſi ſic permaneant, ſicut ego : quod ſi non ſe con-
tinent, nubant, melius enim eſt nubere, quam uri.
*Non ſit ergo, ait Auguſtinus, mihi aliud te docere, niſi
verba tibi doctoris exponere, & de iis quod dominus de-
derit, diſputare.* Ait itaque apoſtolus doctor Gen-
1. Cor. 7.
tium, vas electionis. *Dico autem innuptis & viduis,
bonum eſſe illis ſi ſic permanſerint, ſicut & ego.* Si
ergo toto libro ſe agere velle dicit Auguſtinus de in-
terpretatione epiſtolæ Pauli : & Paulus de continentia ſo-
lum ſeu abſtinentia ( ut dixi ) a conjugio, non autem de

A voto ſimplici vel ſolemni agit ; quid opus eſt Pauli con-
textum, vel Auguſtini interpretationem ad incogitata ex-
tendere? Pergamus ad alia. In cap. III. Auguſtinus ad
eamdem interpretationem Pauli, & noſtram Auguſtini
ſtabiliendam, hæc ait. *Quantum autem bonum habeat
nuptiarum fides, id eſt, Chriſtianarum & religioſarum
conjugatarum, hinc intelligi poteſt, quod cum de fugien-
da fornicatione præciperet, ubi utique & conjugatos allo-
quebatur ; Neſcitis,* inquit, ** quia corpora veſtra membra* 1. Cor. 6 * Alias, quoniam
*ſint Chriſti. Tantum ergo bonum eſt fidelis conjugii, ut
etiam ipſa membra ſint Chriſti. Hoc autem bono quoniam
melius eſt bonum continentiæ vidualis, non hac profeſſione
id agitur, ut aliquid plus ſit catholica vidua, quam
membrum Chriſti, ſed ut meliorem quam conjugata lo-
cum habeat inter membra Chriſti : dixit quippe idem apo-
ſtolus.* Quæ autem capite IV. adjunxit illuſtrant profe-
cto ſuperiora. *Vides etiam,* inquit, *conjugalem pudici-
tiam & tori Chriſtiani matrimonialem fidem donum eſſe,
& hoc a Deo ; ut illud, quod ultra liberorum procrean-
dorum neceſſitatem, modum concumbendi, aliquatenus*
B *concupiſcentia carnalis excedit, non nuptiarum ſit hoc* 1. Cor. 7.
*malum, ſed veniale ſit, propter nuptiarum bonum. Non
enim te conjugio quod copulatur liberorum procreandorum
cauſa, & fide pudicitiæ conjugalis, & indiſſolubili,
quamdiu ambo vivunt, matrimonii ſacramento, quæ
omnia bona ſunt ; ſed de illo immodico carnis uſu, qui
in infirmitate conjugum agnoſcitur, & interventu boni
nuptialis ignoſcitur, ait apoſtolus : ſecundum veniam di-
co, non ſecundum imperium. Item cum dicit : Mulier
alligata eſt, quamdiu vir ejus vivit : quod, ſi mortuus
fuerit vir ejus liberata eſt : cui vult nubat tantum in
domino, beatior tamen erit, ſi ſic permanſerit, ſecundum
meum conſilium : ſatis oſtendit beatam eſſe in domino,
etiam poſt mortem viri iterum nubentem fidelem, ſed in
eodem domino viduam beatiorem : hoc eſt, ut ſcriptura-
rum non tantum verbis, verum etiam exemplis loquar,
beatam eſſe Ruth, ſed Annam beatiorem. Quapropter
hoc primum oportet ut noveris, bono quod elegiſti, non
damnari ſecundas nuptias, ſed inferius honorari : nam,*
C *ſicut bonum ſanctæ virginitatis quod elegit filia tua, non
damnat unas nuptias tuas : ſic nec viduitas tua cujuſ-* * Alias, primas
*quam * ſecundas. Hinc enim maxime. Cataphrygarum ac
Novatianorum hæreſes tumuerunt ; quas buccis ſonante-
bus non ſapientibus etiam Tertullianus inflavit, dum ſe-
cundas nuptias tanquam illicitas maledico dente concidit,
quas omnino licitas apoſtolus ſobria mente concedit. Ab
hac ſanitate doctrinæ, nullius indocti, nullius docti diſ-
putatione movearis : nec ita extollas bonum tuum, ut
quod malum non eſt, tanquam malum crimineris alie-
num : ſed tanto magis gaude tuo bono, quanto magis vi-
des, non tantum illo devitari mala, ſed quædam etiam
bona ſuperari.* Nec minus etiam pondus habent, quæ
cap. V. ſubjunxit. *Mala,* ait, *ſunt etiam adulterium
vel fornicatio. Ab his autem illicitis, valde longe eſt,
quæ voti libertate ſe obſtrinxit, & ſibi etiam licita ne
licerent, non imperio legis, ſed conſilio caritatis effecit.
Et bonum eſt pudicitia conjugalis, ſed melius bonum eſt
continentia vidualis. Hoc ergo melius illius boni ſubmiſ-
ſione honoratur : non illud bonum melioris hujus laude*
D *damnatur. Quod autem apoſtolus, cum cœlibum & in-* 1. Cor. 7.
*nuptarum commendaret fructum, qui cogitant quæ ſunt
Dei, quomodo placeant Deo, ſubjecit & ait ; Hoc au-
tem ad utilitatem veſtram dico, non ut laqueum vobis
injiciam ; id eſt, non ut vos cogam, ſed ad id quod
honeſtum eſt, hortor. Non quia innuptarum bonum
honeſtum dixit, ideo putare debemus turpe eſſe vincu-
lum conjugale : alioquin etiam primas nuptias conde-
mnabimus, quas nec Cataphryges, Novatiani, nec di-
ſertiſſimus eorum aſtipulator Tertullianus turpes auſus eſt
dicere : Sed, quemadmodum cum ait ; dico autem in-
nuptis & viduis, bonum eſſe illis, ſi ſic permanſerint ;
utique bonum poſuit pro meliore, quoniam omne, quod
bono comparatum melius dicitur, etiam hoc procuidu-
bio bonum eſt : nam quid eſt aliud quod ita dicitur
melius, niſi quod magis bonum eſt ? Nec ideo conſe-
quenter eum ſenſiſſe arbitramur, malum eſſe ſi nu-
pſerint, quoniam dixit : Bonum eſt illis, ſi ſic per-
manſerint : ita etiam cum ait : Sed ad id quod hone-*
E *ſtum eſt, non matrimonium turpe eſſe monſtravit,
ſed quod honeſtum erat, honeſtius generalis honeſti
nomine commendavit. Quia honeſtius quid eſt, niſi
quod magis honeſtum eſt ? Magis autem honeſtum, uti-
que honeſtum eſt. Aperte quippe declaravit, hoc eſſe* Ibidem.
*bono illo melius, ubi ait : Qui dat nuptum beneſa-
cit, & qui non dat nuptum, melius facit : & hoc
illo beato beatius, ubi ait : Beatior autem eris, ſi ſic* Ibidem.
*permanſeris. Sicut ergo bono melius, & beato bea-
tius, ſic honeſto honeſtius eſt, quod honeſtum voluit
appellare. Abſit enim, ut turpe ſit ; unde loquens* 1. Pet. 3.
*apoſtolus Petrus ait ; Viri uxoribus veſtris, tanquam
vaſi infirmiori & ſubjecto tribuite honorem, quaſi
cohæredibus gratiæ. Et illas alloquens, ſubditas eſſe
viris ſuis, exemplo Saræ adhortatur. Nam ſic qua-* Ibidem.
*dam,* inquit, *ſanctæ mulieres, quæ in dominum ſpe-
rabant, ornabant ſe obſequentes viris ſuis, quomodo*

*Sara*

*Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans, cujus factæ eſtis filiæ, benefacientes, & non timentes ullam perturbationem.* Capite autem VI. VII. hæc eadem multis aliis & rationibus & exemplis Auguſtinus confirmat, quæ conſulto prætereo ſilentio, ne vel moleſta vel longa protrahatur diſputatio. Ut oſtenderet tamen Julianam ſecundas nuptias, optime recuſaſſe: non quod illæ quid haberent turpitudinis, ut dicebatur, ſed quia continentia præſtabat matrimonio ſecundo, & ex primo jam filiis ſuſceptis illa ornata & ditata intemperantiæ documentum dediſſet, ſi nupſiſſet ſecundo; hæc addit cap. IX. quæ comprobant ad quam ſcribebat Julianam, nec ſimplici voto, nec ſolenni obſtrictam, ipſumque Auguſtinum de ſolo viduitatis bono ſermonem & diſputationem in eo libro ſuſcepiſſe, & de damnatione erroris eorum, qui putabant cum Tertulliano & reliquis ſecundas nuptias eſſe adulteria, ſuam ſententiam protuliſſe & judicium. *Tu autem*, inquit, *quæ & filios habes, & in eo ſæculi fine vivis, quo jam tempus eſt non mittendi lapides, ſed colligendi: non amplectendi, ſed continendi ab amplexu, cum clamet apoſtolus: Hoc autem dico fratres: tempus breve eſt, reliquum eſt, ut & qui habent uxores, tanquam non habentes ſint: profecto ſi ſecundas nuptias appetiiſſes, nullum prophetiæ vel legis obſequium, nullum prolis ſaltem carnale deſiderium, ſed ſolius incontinentiæ fuiſſet indicium. Feciſſes enim, quod ait apoſtolus, cum dixiſſet bonum eſſe illis, ſi ſic permanſerint, ſicut & ego, continuo quippe addidit: Quod ſi ſe non continent, nubant, malo enim eas nubere quam uri. Hoc enim dixit, ut effrænatæ libidinis malum non præcipitaretur in turpitudinem flagitiorum, cum exciperetur honeſtate nuptiarum. Gratias autem domino quoniam peperiſti, quod eſſe noluiſti, & virginitas prolis tuæ compenſavit diſpendium virginitatis tuæ. Nam diligenter interrogata doctrina Chriſtiana, & primas nuptias jam iſto tempore, niſi incontinentia ſit impedimento, contemnendas eſſe reſpondit. Qui enim dixit: Si ſe non continent, nubant, potuit dicere: Si filios non habent, nubant. Sed poſt reſurrectionem prædicationemque Chriſti, quando jam ex omnibus gentibus filiorum ſpiritaliter gignendorum tanta ſuppetit copia, tale officium ceſſet ex carne filios propagare, quale primis temporibus fuit.* Sed denuo ab Auguſtino requiramus, an ſi hæc viduitatis continentia adjecto voto fulciatur, liceat voventi poſtea nuptiis copulari ſecundis: non enim id facere licitum, ſed velle, damnabile eſſe cap. VIII. & IX. ejuſdem libri (ut alia omittamus) idem Auguſtinus demonſtrat. In priori enim ſic ait: Proinde, quæ ſe non continent, nubant, antequam continentiam profiteantur, antequam Deo voveant: quod niſi reddant, jure damnantur. Alio quippe loco de talibus dicit, cum in deliciis egerint, in Chriſto nubere volunt, habentes damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt, id eſt voluntatem ad nuptias, a propoſito continentiæ deflexerunt. Irritam quippe fecerunt fidem, qua prius voverant, quod perſeverantia implere noluerint. In poſteriori vero tantum abfuit, ut matrimonia poſt votum contracta, licita eſſe affirmaret, ut dixerit illa adulteriis eſſe pejora. *Sed quoniam, ſicut ait dominus: Non omnes capiunt verbum hoc; quæ poteſt ergo capere, capiat: quæ ſe non continet, nubat; quæ non cœpit, deliberet; quæ aggreſſa eſt, perſeveret: nulla adverſario detur occaſio, nulla Chriſto ſubtrahatur oblatio, in conjugali vinculo ſi pudicitia conſervatur, damnatio non timetur. Sed in viduali & virginali continentia, excellentia muneris amplioris expetitur: qua expetita, & electa, & voti debito oblata, jam non ſolum non capeſſere nuptias, ſed etiam ſi non nubatur, nubere velle, damnabile eſt. Nam ut hoc demonſtraret apoſtolus, non ait, cum in deliciis egerint, in Chriſto nubunt: ſed, nubere volunt. Habentes*, inquit, *damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt: et ſi non nubendo, ſed tamen volendo: non quia ipſæ nuptiæ vel talium damnandæ judicantur, ſed damnatur propoſiti fraus, damnatur fracta voti fides, damnatur non ſuſceptio a bono inferiore, ſed ruina ex bono ſuperiore. Poſtremo damnantur tales, non quia conjugalem fidem poſterius inierunt, ſed quia continentiæ primam fidem irritam fecerunt. Quod ut breviter inſinuaret apoſtolus, noluit eas dicere habere damnationem, quæ poſt amplioris ſanctitatis propoſitum nubunt: non quia non damnentur, ſed ne in eis ipſæ nuptiæ damnari putarentur. Sed cum dixiſſet, nubere volunt: continuo addidit, habentes damnationem. Et dixit quare, quoniam fidem primam irritam fecerunt: ut voluntatem, quæ a propoſito cecidit, appareret eſſe damnatam, ſive ſubſequantur nuptiæ, ſive deſint.* His ergo ut jam finem dicendi faciamus, ſubjunxit in principio capitis decimi illa Auguſtinus. *Proinde qui dicunt talium nuptias non eſſe nuptias, ſed potius adulteria, non mihi videntur ſatis acute.* Et illa quæ ad finem ejuſdem capitis addidit. *Fit autem per hanc minus conſideratam opinionem, qua putant lapſarum a ſancto propoſito fœminarum, ſi nupſerint, non eſſe conjugia, non parvum malum, ut a maritis ſeparentur uxores, quaſi adulteræ ſint, non uxores; & cum eas volunt ſeparatas reddere continentiæ, faciunt maritos earum adulteros veros, cum ſuis uxoribus vivis, alteras duxerint.* Hæc omnia adverſus Tertulliani errorem ſecundas nuptias damnantis in libro de monogamia. Si quis enim librum hunc Auguſtini de bono viduitatis, cum illo Tertulliani de monogamia contulerit, hunc quaſi apologeticum illius eſſe comperiet: ſed ea tandem quæ, ſummatim complectens quæ dixerat, addit cap. XI. adeo explicate patefaciunt ſuperiora: ut qui ſe æquiores paulo judices huic cauſæ præſtiterint, nec in dubium poſt hæc Auguſtini ſententiam permittant revocari.

Eccleſ. 3.

1. Cor. 7.

Ibidem.

1. Tim. 5.

Matt. 19.

1. Timot. 5.

*Quapropter*, ait, *non poſſum quidem dicere a propoſito meliore lapſas, ſi nupſerint, fœminas, adulteria eſſe, non conjugia: ſed plane non dubitaverim dicere, lapſus & ruinas a caſtitate ſanctiore, quæ vovetur Deo, adulteriis eſſe pejores. Si enim, quod nullo modo dubitandum eſt, ad offenſionem Chriſti pertinet, cum membrum ejus fidem non ſervat marito, quanto gravius offenditur, cum illi ipſi non ſervatur fides, in eo quod exigit oblatum, qui non exegerat offerendum? Cum enim quiſque non reddit, quod non imperio compulſus, ſed conſilio commonitus vovit, tanto magis fraudati voti auget iniquitatem, quanto minus habuit vovendi neceſſitatem. Hæc ideo diſputo, ne arbitreris, vel ſecundas nuptias crimen eſſe, vel quaſcumque nuptias, cum ſint nuptiæ, malum eſſe. Non itaque illas abs te damnatas velis eſſe, ſed ſpretas. Bonum ergo continentiæ vidualis luculentius decet, cum pro illo vovendo & profitendo poſſunt contemnere fœminæ, quod libet & licet. Sed poſt voti profeſſionem perſeveranter fræ nandum, & vincendum eſt, quod libet, quia jam non licet.* Poſteaque diſſerit latius an tertiæ vel quartæ liceant Chriſtiano. Quas nec etiam audet damnare, cum amoverit ſemper, non in eo libro tantum, ſed in aliis ſæpiſſime, quæ contrahuntur poſt votum, ea adulterina conjugia nuncupando: in libro enim ad Pollentium de adulterinis conjugiis, adeo ſtricte hoc eſſe obſervandum ſcripſit, ut ſi poſt votum offerret ſe uxor infidelis, polliceretur que ſe futuram Chriſtianam, ſi vir fidelis eam uxorem duceret, non licere poſt votum his verbis edoceat. *Non ſolum autem mœchandum non eſt, quod facis non quidam, ſed omnis qui dimittit uxorem ſuam, & ducit alteram; & ſi propterea duxerit, ut faciat Chriſtianam; ſed etiam quiſquis non alligatus uxori, continentiam Deo voverit, nullo modo debet iſta compenſatione peccare, ut ideo credat uxorem ſibi eſſe ducendam, quia promiſit quæ nuptias ejus appetit, futuram ſe eſſe Chriſtianam. Quod enim cuiquam antequam voviſſet, licebat, cum id ſe nunquam facturum voverit, non licebit: ſi tamen id voverit quod vovendum fuit, ſicut eſt perpetua virginitas, vel continentia.* Et in libro II. ad finem, poſt alia. *Qui vero*, inquit, *eligunt continere, aliquid utique melius eligunt, quam eſt nuptiarum bonum, hoc eſt generatio filiorum. Unde ſi eligitur continentia, ut bono nuptiarum melius aliquid capeſſatur, quanto potius cuſtodienda eſt, ut adulterium caveatur. Cum enim dixiſſet apoſtolus: Quod ſi ſe non continet, nubat, melius eſt enim*, inquit, *nubere quam uri, non dixit, melius eſt mœchari quam uri:* Idem alibi. *Nubendi licentia quibuſdam tribuitur, illis videlicet qui virginalem vel vidualem caſtimoniam nequaquam profeſſi ſunt: quibuſdam autem non tribuitur, illis videlicet qui virgines vel continentes eſſe decreverunt.* Nec ſibi ſolum & catholicis ſacratæ virginitatis violationem diſplicuiſſe, ſed ethnicis etiam hominibus, nobis id tanquam graviſſimum crimen objicientibus, ſi forte aliquando eſſet commiſſum, ipſe Auguſtinus teſtatur ad Marcellinum. Quod facturi non eſſent, ſi id grave apud nos haberi & execrandum non vidiſſent. Non ergo nuptias poſt votum emiſſum admittit Auguſtinus, ut Brentius contendit, & quod magis miremur, Hoſius cardinalis. Perſuaſus enim hanc fuiſſe Auguſtini ſententiam, opponit adverſus illam Cyprianum, Ambroſium, Baſilium, Theophylactum, ea adulteria vocitantes, cum tamen ſit certum, non ſimilia tantum Auguſtinum cum Cypriano, & reliquis ſanctis patribus, ſed eadem prorſus, & eodem catholicæ eccleſiæ ſenſu, & Spiritus ſancti afflatu Chriſtiane docuiſſe & ſapienter: viduas ſcilicet, nullo voto emiſſo, juſte matrimonium poſſe contrahere. Viduas enim olim in eccleſia alias continentes ſolum, nullo voto devinctas, quæ ſæculares dicebantur (qualis Juliana) quæ nubere poterant, alias vero adſtrictas voto, quæ ſanctimoniales vocabantur, quibus nubere non licebat, ex concilio IV. Toletano didici. *Duo*, inquit, *ſunt genera viduarum, ſæculares & ſanctimoniales: ſæculares viduæ ſunt, quæ adhuc diſponentes nubere, laicalem habitum non depoſuerunt; ſanctimoniales ſunt, quæ jam mutato habitu ſæculari, ſub religioſo cultu in conſpectu ſacerdotis & eccleſiæ apparuerunt. Hæ ſi ad nuptias tranſierint juxta apoſtolum, non ſine damnatione erunt; quia ſe primum Deo voventes, poſtea caſtitatis propoſitum abjecerunt.* Cum ergo hæc

Augu. lib. 1. de adulter. conjug. c. 24.

1. Cor. 7.

Aug. lib. de conflictu vitior. & virtutum c. 24.
D. Aug. lib. 2. de civitate Dei c. 16.

Hoſius tam in catholica profeſſione c. 56. quam lib. 4. de traditione.

Conc. Tolet. IV. can. 55.

ſancta & pia Auguſtini doctrina cum divo Paulo, cum pontificibus, cum conciliorum decretis mire conſentiat, quid opus eſt illam de ſimplici voto interpretari? Ex quibus deducitur vera & germana ſententia Auguſtini, continentiæ votum ut facto licitum, ſic ruptu illicitum & reddita eſſe neceſſarium, contextumque a Gratiano relatum in c. quidam nubentes, XXVII. diſt. ex libro Auguſtini de bono viduitatis, falſo tribui Auguſtino: cum verbum illud *Poſt votum*: in toto Auguſtini libro non exiſtet, nec ad rem & cauſam Auguſtini & Julianæ ſpectabat, quæ de ſolo bono erat ſimplicis propoſiti continentiæ. Quod notandum eſt etiam ad ea quæ interpretes noſtri, Auguſtini verbis graviter preſſi, ſenſu diverſo docere ſolent in c. nuptiarum bonum XXVII. quæſtione I.

Placuit, nec in fine dandam eis eſſe communionem.

*De lapſis virginibus ſacris epiſcoporum eſſe judicium.*

## CAPUT XXIX.

SI mulier quæcumque corporis proſtituendi non habet poteſtatem, quæ Chriſto illud in conſecratione tradidit, & illi, non ſibi vivere ſe devinxit, multo certe minus illam habere debet aut poteſt. Conſtat hinc capitale crimen eſſe, & inter capitalia præcipuum, fidem Deo fallere: ideoque non ſolum communionem in vita, ſed & in vitæ exitu ſacris virginibus, ut ſponſo Jeſu Chriſto adulterantibus, ab Hiſpanis patribus denegari. Ecce quam antiqua ſit in Hiſpania ſacræ virginitatis cuſtodia, & quam acri pœna illius violatio coercita & punita. Conſtat etiam de virginibus ſacris judicium ad pontifices ſpectare, quod olim etiam pontifici maximo in virgines Veſtales lapſas competebat, auctoribus Livio & Pluto.

Livius 1. decad. lib. 4. Plin. in epiſt. ad Cornelium Marcianum lib. 4. epiſt. 11.

Quod ſi ſibimet perſuaſerint, quod infirmitate corporis lapſæ fuerint, & toto tempore vitę ſuæ hujuſmodi fœminæ ęgerint pęnitentiam, & abſtinuerint ſe a coitu, eo quod lapſæ potius videantur, placuit, eas in fine communionem accipere debere.

*Quam Deo accepta virginitatis oblatio.*

## CAPUT XXX.

HONORIFICENTISSIMUM eſt virginem eſſe, honorificum virginem vocari; ideo concilium quas prius ſtantes virgines dixerat, jam lapſas feminas nuncupat, remiſſo antiquo nominis decore. Nec feminas tantum dicit, quia jam virgines eſſe deſierunt, ſed hujuſmodi feminas, majori nota & contemptu, ſolent viri graves ad deſignandas perſonas, quas remiſſo honore vel detracto nuncupare volunt, has voces uſurpare. Hujuſmodi homines neſcio, vel neſcias qui homines, & aliæ generales his ſimiles nuncupationes.

Si ergo virgines quæ proſtrato pudore ſemel ſibi & Chriſto mortuæ fuerint, illius gratia reviviſcere ceperint, & non ſolum a turpitudine ante actæ vitæ deſtiterint, ſed penitentiæ lamentis antiquas ſordes purgaverint, eo quod lapſu potius, quam conſilio ante peccaſſe cenſendæ ſunt, placuit, ut in fine communionem acciperent, remiſſa actioni penitentia.

Ex primi & ſecunda hujus decreti ſanctione illud ab hæreticis vellem obſervari, quam accepta ſit Deo & ſponſæ ſuæ eccleſiæ virginitatis promiſſio vel oblatio, quamque deteſtanda illius violatio, contra antiquum Jovin ani monachi & Helvidii errorem, dicentium, apud Deum non eſſe majoris meriti virginitatem, quam conjugium, ſed pares voluerunt virginitatis nuptias. Contra quos ſatis erudite & copioſe Hieronymus, Auguſtinus, Chryſoſtomus, & ante hos Ambroſius ad Siricium PP. & ipſe Siricius PP. in concilio ſacerdotum Romæ habito, quod ſummatim complexus eſt in epiſtola ad Mediolanenſem eccleſiam, & altera ad epiſcopos Africæ, & ipſi epiſcopi Africani comprobarunt & confirmarunt poſtea in concilio Telenſi.

Ambr. epiſt. 81. ad Siricium PP. Siricius PP. in epiſt. ad Mediolan. eccleſiæ extat inter Ambroſianas num. 80.

Sed ut omiſſo auctoritatis pondere, rationum momentis rem ipſam adverſus hos & alios procaciores hæreticos expendamus; quid inter conjugii & virginitatis bonum interſit, inde apparebit, quod conjuges primum tranquilliori loco ſint, ut Chryſoſtomi verbis utar. *Nam ſi quando in illis excitatur*, ait, *ardor libidinis, concubitu facile ſedatur: virgo autem non habet unde ignem reſtinguat: flammam quidem excitatam & in altum ſublatam videt, ſed eam extinguere non poteſt, tantum vero relinquitur, ut igni reſiſtens non uratur. Quid igitur mirabilius, quam univerſum geſtare in animo ignem ardentem, neque comburi? quam flammam in intimis animæ partibus verſari, & integram permanere rationem? Nemo enim illi dat hanc veniam, ut libidini parens ejuſmodi carbones effuſos extinguat. Verum quod ſcriptor proverbiorum fieri non poſſe dicit in corpore, id ipſum animo virgo cogitur ſuſtinere. Quid igitur*, inquit, *ille? Num quid poteſt homo ambulare ſuper prunas, ut non comburantur plantæ ejus? ecce ambulat ipſa & perfert cruciatum. Numquid poteſt quiſquam abſcondere ignem in ſinu, ut veſtimenta ejus non ardeant? At hæc ipſa non veſtibus, ſed intus ignem continens furentem & crepitantem flammam perfert & ſuſtinet. Etiamne quæſo nuptias quiſquam cum virginitate conferre, vel omnino in ejus conſpectu ponere audeat? At non id permittit divus Paulus, qui magnum inter utrumque proponit intervallum. Hæc enim*, inquit, *cogitat quæ domini ſunt: illa autem cogitat quæ ſunt mundi. Nec eo ſolum bono & honore extolli poteſt virginitas, ſed & aliis multis multo ſane majoribus. Cum enim illa Chriſtiana fide & caritate fulcitur, tanto & matrimonio & humanis rebus præferenda eſt, quanto humano generi antecedunt beatæ mentes: illarum enim præſtantiam non ambiari tantum, ſed imitari videntur: qui cum natura illis ſint inferiores, pugnantes tamen cum his quæ ipſius naturæ neceſſitas poſtulat, & vincentes adhuc ardore voluptatis cæleſtis, naturalis ardorem voluptatis, illas quod fieri poteſt, aſſequuntur potius quam imitantur. Si enim neque nubunt angeli, neque uxores ducunt, in pari cauſa ſunt virgines: in eo autem diſpari, quod etiam gravibus corporis vinculis deprimantur, auguſtiſſima tamen pennarum levitate ad excelſum illum & cæleſtem ſanctorum ſpirituum locum, viventes adhuc in carne, ſi non carne, victa tamen carne ab ſpiritu, ſpiritu incipiunt conſcendere, & ſpiritu ſimul & carne feliciter poſtea aſſequuntur: ac tandem iiſdem quibus illi muneribus, &, quod caput eſt bonorum omnium, ſponſi conſuetudine feliciſſime perfruuntur. Felices ergo ſapientes illos & beatos, qui humana ſpecie & figura divinam ac plene cæleſtem vim conſequuti ſunt: inſanos & miſerabiles Jovinianum, Helvidium, & reliquos recentiores hæreticos, qui cum dignitate ad beatas mentes Chriſti gratia proxime poſſint accedere, non ſolum in impuram belluarum intemperantiam depravata abjiciunt ſe voluntate, ſed obſcurato naturali rationis lumine, juſte digneque facere poſſe profaniſſima jactitant impudentia, digniſſimi ſane ut graviores in morte ſufferant cruciatus, quam luxuriantes in vita experti ſunt voluptates. Nec mortuos ſolum pœna dignos æquiores paulo cenſebunt judices, ſed & vivos adhuc, & in ipſa vita morientes. Nam ſi indicentes bellum homini innocenti graviſſima a Deo ſeveritate puniti ſunt; qui angelis & Deo & ſi ſanctiſſimo virginitatis auctori, expugnata caſtitatis præſidio, multo illud gravius conantur infligere, & vivi, & mortui, propter ſummam improbitatem, æternas merentur momentaneæ voluptatis pœnas perſolvere.*

Chryſoſt. lib. de virgin.

Proverb. 6.

Conſtat hinc etiam, gravem fuiſſe antiquum Joannis Vvicleph errorem dicentis, neminem ſalvari poſſe in religione privata: vocat religionem privatam, quæ præceptis eccleſiæ addit perfectionis conſilia. Quinimo dixit, omnem qui in privata religione exiſtit, eſſe ineptum & inhabilem ad obſervantiam mandatorum Dei. Quam veſaniam jam fere ſepultam ab oblivione, vel ab inferis potius, ſuſcitavit Martinus Lutherus, dicens non eſſe licitum, hominem obligari ad aliquid agendum ultra id quod dominus nobis præcepit, ſed libere vivendum eſſe cuilibet, & non ſub lege humana: qua ratione liberam tribuit ſacris virginibus & monachis poteſtatem exeundi a monaſteriis, & uxores ducendi, ſi vellent: imo in multis Germaniæ oppidis coacti ſunt monachi religionis ſtudia, & monaſterii regulas deſerere, ut abjecta cuculla, ſanctum (ſi bonis placet) & inviolabile matrimonii ſacramentum, ni mavis ſcortationem inirent. Joannis Vicleph errores damnavit concilium Conſtantienſe, Lutheri Tridentinum.

Conc. Conſtan. ſeſſ. 8. Trid. ſeſſ. 24. ad ſacram. matrim. c. 9.

Et in toto tempore vitæ ſuæ hujuſmodi fœminæ egerint pœnitentiam, & abſtinuerint ſe a coitu.

Conc. Carthag. IV. can. 104.

*Quanto ethnicis Chriſtianæ virgines præſtent, illarum breve, harum perpetuum vinculum eſſe: diſſolubile tamen pontificis maximi imperio: explicata in eam rem Innocentii III. epiſtola ad abbatem Sublacenſem.*

## CAPUT XXXI.

GLORIARI jam deſinant Romani veteres de antiqua religionis ſuæ, vel ſuperſtitionis ſanctitate; ne nobis integritatem jactent Veſtalium virginum; ne vane oſtentent illarum pudicitiam & mores, ne ſtatis ſolennibuſque ceremoniis earum falſo putent, frugum fertilitatem & copiam, civium ſalutem, reipublicæ incolumitatem, & imperii amplitudinem inniti; ne inextinguibilis cuſtodia ignis ſibi velint & nobis perſuadere, deorum amicitiam conciliari, & conciliatam retineri:

ri majora enim jam habent Hiſpani; habent præſtantiora, habent celſiora, habent non mendacem, & ſimulatam, ſed veriſſimum veræ ſanctitatis, veræ religionis, veræ pudicitiæ & honeſtatis, non dæmonibus ut illæ, ſed vero, optimo & præpotenti Deo devotæ atque ſacratæ cuſtodiam: habent & alia quibus omnem ſuis laudem præripuiſſe fatebuntur omnes, qui ſano, ſinceroque judicio valent. Illæ enim ignotæ deæ Veſtæ; noſtræ optimo Deo & maximo dedicantur. Illæ parentum vel pontificis maximi imperio coactæ; noſtræ ſpontanea & libera voluntate habitum ſuſcipiunt religioſum. Illæ in theatro & circo, ludis & ſpectaculis omnibus etiam cruentis intererant: noſtræ cancellos unius ſacratæ domus egredi neſciunt. Illæ in conſervando ligneo quodam vel æneo Palladis ſimulacro, & ignis terreſtris lumine vaniſſime; noſtræ in ſacris, diurnis atque nocturnis precibus Deo decantandis devote ſanctiſſimeque occupantur. Illæ corpore tantum: hæ corpore & mente ſe ad verecundiam formant, pudorem colunt, caſtoque ſermone & caſtiori corpore ſancta & inviolata virginitate fruuntur potius quam gloriantur. Illæ temporalem & certis annorum finibus circumſcriptam; iſtæ perpetuam continentiam obſervant, gratiſſimam victimam Deo ſuo ſponſo offerentes, & eo gratiorem, quod ſanctiſſimæ ſuæ matris exemplum inſtitutumque imitentur: quam primam omnium, perpetuam voviſſe Deo pudoris integritatem, docent B. Ambroſius, Hieronymus, Bernardus, Rupertus & alii. Quinimo Epiphanius veterem fuiſſe eccleſiæ conſuetudinem refert, virgines, quæ Deo pudicitiæ voverent integritatem; ſe illam ſuſcipere in honorem & imitationem beatæ Mariæ virginis proteſtari. Veſtales enim poſtquam trigeſimum ætatis annum in templo Veſtæ peregerant, egredi poterant & matrimonio copulari, ut Halicarnaſſeus tradit, primoque decennio, velut in religione novitias, rationem ſacrorum oportuiſſe addiſcere; ſequenti decennio exercere ut miniſtras: poſtremo autem, juniores docere ut magiſtras: poſt exactum vero annum trigeſimum, non vetitum depoſitis coronis, reliquiſque inſignibus ſacerdotii, nubere cui vellent. Id ipſum refert, noſtras antiquis virginibus præferendo, D. Ambroſius. *Quis mihi prætendit*, ait, *Veſtæ virgines, & Palladis ſacerdotes? Qualis eſt iſta non morum pudicitia, ſed annorum, quæ non perpetuitate, ſed ætate præſcribitur? Petulantior eſt talis integritas, cujus corruptela ſeniori ſervatur ætati. Ipſi docent virgines ſuas non debere perſeverare nec poſſe, qui virginitati finem dederunt. Qualis autem eſt illa religio, ubi pudicæ adoleſcentes, jubentur eſſe impudicæ anus? Sed nec illa pudica eſt, quæ lege tenetur, & illa impudica quæ lege dimittitur. O myſteria, o mores, ubi neceſſitas imponitur caſtitati, auctoritas libidini datur!* Prudentius contra Symmachum, eumdem refert morem & irridet

Ambroſius l. de inſtitutio. virg. cap. 5 Hieron. ep. 2. ad Euſtochium. Bernard. homilia 2. & 3. in miſſus eſt. Rupert. lib 3. in cantica circa finem. Epiphanius hæreſi 78. Halicarnaſſeus lib. 2. Roman. antiquit.

D. Ambroſius lib. 1. de virginibus

Prudentius l. 2. contra Symmachum ad finem.

*Quæ nunc Veſtalis ſit virginitatis honeſtas,*
*Diſcutiam; qua lege regat decus omne pudoris.*
*Ac primum parvæ teneris capiuntur in annis*
*Ante voluntatis propriæ quam libera ſecta*
*Laude pudicitiæ fervens, & amore Deorum,*
*Juſta maritandi contemnet vincula ſexus:*
*Captivus pudor ingratis addicitur aris.*
*Nec contempta perit miſeris, ſed adempta voluptas.*
*Corporis intacti mens non intacta tenetur,*
*Nec requies datur ulla toris: quibus innuba cæcum*
*Vulnus, & amiſſas ſuſpirat fœmina tædas.*
*Tum quia non totum ſpes ſalva interficit ignem:*
*Nam reſides quandoque faces adolere licebit,*
*Feſtaque decrepitis obtendere flammea canis:*
*Tempore præſcripto membra intemerata requirens*
*Tandem virgineam faſtidit Veſta ſenectam.*
*Tum thalamis humilis tumuit vigor, irrita nullus*
*Fœcundavit amor maternus viſcera partu.*
*Nubit anus veterana ſacro perfuncta labore,*
*Deſertiſque focis, quibus eſt famulata juventus,*
*Transfert emeritas ad fulcra jugalia rugas,*
*Diſcit & in gelido nova nupta tepeſcere lecto.*

Alias contemnat.

Nec ſolum ſacras virgines noſtras antiquis Veſtalibus prætulit D. Auguſtinus, ſed & mulieres jam ſemel & iterum nuptas. Mirum tamen eſt, quod Halicarnaſſeus refert de his virginibus Veſtalibus, quæ poſt eos annos in ſacerdotio tranſactos matrimonii vinculis adnexæ ſunt; (non potuiſſe tamen niſi ſemel nubere, Hieronymus auctor eſt.) *Fecerunt id paucæ aliquot*, inquit, *ſed parum læto vitæ exitu & ominoſo apud ceteras, ita ut libenter poſthac virgines ævum exigerent in deæ contubernio.* Apud nos etiam receptum videmus, ut qui a religionis habitu ſemel ſuſcepto deſciverint, ætate, ſtudiis, & vita infortunati infeliceſque prorſus habeantur; & merito: quid enim magnum expectari poteſt de his, qui nullo naturalis legis vinculo devincti, aut corporis neceſſitate compulſi, ſed propria, vel inconſtantia, vel libidine, officia pietatis, religionis ſtudia, caritatis ſtipendia, & præſentia futuræ æternitatis gaudia ſpernentes, vanis aut uxorum aut ſæculi ſolicitudinibus ſe ingerunt. Turpe enim cordatis hominibus non

Aug. l. 1. de nuptiis & concupiſcentia c. 4.
D. Hieronym. in apologia ad Pammachium. Halicarnaſſeus l. 2. Roman. antiquit.

poteſt non videri, animam cœleſtibus intentam bonis, ut hæc fragilia ſibi comparet, ab immortalibus ſuis operibus avocari: habeturque juſtiſſime tanquam inſigne & perſpicuum inſipientis leviſſimique animi indicium, graviora pro levioribus, ſpiritualia pro ſæcularibus, æterna pro caducis & brevibus commutaſſe, & ſe a Dei caſtris cum jam ſpiritualiter cœperant militare, corporis poſtea ut pecudes ſervientes ad mundi & carnis illecebras, quocumque prætextu contuliſſe.

Religiones ergo noſtræ non ferunt temporariam illam Romanorum caſtitatis & obedientiæ diſciplinam, ſed perpetuam; perpetuam dico, non quod ejus nodus adeo impeditus, ut nullius manu & poteſtate diſſolvi poſſit aut explicari; non poſſe, mox oſtendemus: ſed quod communes & ordinariæ religionis leges perpetuam hanc voventium poſtulent obſervationem, indulgentia vel diſpenſatione (ut vocant) ejus ſolum imperio reſervata, cui (ſicut a Bernardo ſcriptum eſt) & providere datum, & poſſe providere creditum eſt, quo intelligo ſanctiſſimo prudentiſſimoque judicio, vel eorum quos ad ſedem tuam Chriſtus evexerit, a quibus Chriſtianos omnes cum e re ſit, ſuſcepta quacumque voti obligatione poſſe liberari expedita juris ratio eſt.

Nec adverſus hanc quam adſtruo, ſacroſanctam divinamque tuæ ſedis auctoritatem paulo curioſiores mihi objiciant, prædeceſſoris tui Innocentii III. reſcriptum, ad Abbatem & conventum Sublacenſem, apud Gregorium IX. ubi ait. *Cum abdicatio proprietatis, & cuſtodia caſtitatis adeo ſit annexa regulæ monachali, ut contra eam nec ſummus pontifex poſſit licentiam indulgere.* Nam eam difficultatem, qua doctos etiam maxime impediri video, facile diluemus, ſi vim ſenſumque verborum & Innocentii mentem paulo diligentius accuratiuſque expendamus: quod ut aſſequi poſſimus, animadvertendum eſt, in Africa ſolum concilio Carthaginenſi III. decretum fuiſſe, ut primæ ſedis epiſcopus non appellaretur princeps ſacerdotum, aut ſummus ſacerdos, aut aliquid hujuſmodi, ſed tantum primæ ſedis epiſcopus; ne nomina hæc quæ honoris maximi ... ſe ferunt notam, inſolentes ſpiritus cientes, animum attollerent & inflarent magis, quam augerent virtutem: nam ut præclare Socrates dixiſſe fertur, quemadmodum utres vento tumeſcunt & ſpiritu; ſic ſtulti arrogantia & titulis; quibus ſe nolle florere, ſed moribus, non diſſimili propoſito præclare dixit Gregorius magnus. Hoc autem (ut dixi) in Africa ſolum decretum eſt, in Africa ſola receptum: in Europa autem & Aſia non ſolum metropolitanos, id eſt archiepiſcopos, ſed epiſcopos (quod inter ſacerdotia ſummus & ſupremus gradus ſit is quem epiſcopi tenent) ſummos ſacerdotes, ſummos pontifices, ſummos antiſtites, & epiſcopatum ſummum ſacerdotium antiquos nuncupaſſe, Romanorum pontificum conciliorum & ſanctorum patrum auctoritate comprobabo. Anacletus enim, de accuſatione epiſcoporum ſic inquit. *Accuſatio quoque eorum, ſuper qua nos conſulere voluiſtis, non niſi ab idoneis & probatiſſimis viris, qui & ſuſpicionibus & ſceleribus carent, fieri debet; quia dominus ſacri ſui corporis tractatores a vilibus & reprobis ac non idoneis perſonis infamari noluit, nec calumniari permiſit; ſed ipſe propria flagello peccantes ſacerdotes a templo ejecit: unde liquet, quod ſummi ſacerdotes, id eſt epiſcopi, a Deo ſunt judicandi, non ab humanis aut prava vitæ hominibus lacerandi.* Et paulo poſt. *Electionem quoque, ſive ejectionem* (utrumque legitur) *ut ſupra memoratum eſt, ſummorum ſacerdotum ſibi dominus reſervavit: licet electionem eorum bonis ſacerdotibus & ſpiritualibus populis conceſſiſſet.* Cornelius papa in epiſtola ad Rufum epiſcopum orientalem. *Sacramentum*, inquit, *hactenus a ſummis ſacerdotibus, vel Dei miniſtris exigi, niſi pro fide recta minime cognovimus, nec ſponte eos juraſſe reperimus.* Euſebius papa ad epiſcopos Thuſciæ & Campaniæ. *Manus quoque*, inquit, *impoſitionis ſacramentum magna veneratione tenendum eſt: quod aliter perfici non poteſt, niſi a ſummis ſacerdotibus, nec tempore apoſtolorum ab aliis quam ipſis apoſtolis legitur, aut ſcitur peractum eſſe: nec ab aliis, quam qui eorum tenent locum, unquam perfici poteſt, aut fieri debet.* Miltiades etiam in epiſtola ad Hiſpaniarum epiſcopos. *De his vero ſuper quibus rogitaſtis vos informari, id eſt utrum majus ſit ſacramentum, manus impoſitionis epiſcoporum, aut baptiſmi: ſcitote utrumque magnum eſſe ſacramentum, & ſicut unum majoribus, id eſt, ſummis pontificibus, eſt accomodatum, quod niſi a majoribus perfici non poteſt, ita & majori veneratione venerandum.* Tertullianus differens de baptiſmo. *Supereſt*, ait, *ad concludendam materiolam de obſervatione quoque dandi & accipiendi baptiſmum commonefacere. Dandi quidem habet jus ſummus ſacerdos, qui eſt epiſcopus: dehinc presbyter & diaconi.* Zoſimus præterea pontifex in epiſtola I. ad Heſychium Salonitanum epiſcopum, cum ageret de tempore, quod ſingulis clericorum gradibus erat præfinitum, ſic ait, poſtquam de lectoribus, de exorciſtis, de acolythis, de ſubdiaconis, de diaconis egerat. *Exinde ſuffragantibus ſtipendiis per ios gradus, datis propriæ fidei documentis, presbyterii*

Greg. IX. in cap. cum ad monaſterium, de ſtatu monachorum.

Conc. Carth. 3. c. 26. Refertur a Gra. in c. primæ ſedis 99. diſtinctione.

D. Gregor. epiſt. ad Eulogium epiſc. Alexandr. l. 7. indictione 2 epiſtola 30.

Anacletus papa in epiſt. 2. ad epiſcopos Italiæ: refertur in c. accuſatio 2. q. 7.

Cornelius papa in epiſt. 2. ad Rufum refertur a Gratiano in c. ſacramentum 2. q. 5.

Euſebius papa in epiſt. 2. ad epiſcopos Thuſciæ & Campaniæ: refert Gra. in c. manus quoque de conſecratione di. ſtinctione 5

Tertull. lib. de baptiſmo c. 17.

Zoſimus papa in epiſt. 1. ad Heſychium, cap 3. Innocentius Papa I. in epiſt. 22. Innoc. 1 in epiſt. ad Au

rellum epiſcop Cartha. Refertur a Grat in c. miretum. 61. diſtinctio:

*terit ſacerdotium poterit promereri. De quo loco*, ſi eo illum exactior ad bonos mores vita perduxerit, *ſummum pontificatum ſperare debebit, id eſt epiſcopatum.* Innocentius papa I. ad Aurelium de ordinatione epiſcoporum. *Quam enim miſerum eſt*, ait, *eum magiſtrum fieri, qui nunquam diſcipulus fuit, eumque ſummum fieri ſacerdotem, qui nunquam in ullo gradu obſequutus fuerit ſacerdoti.* Beatus Leo papa I. ad Anaſtaſium epiſcopum Theſſalonicenſem, de epiſcoporum electoribus, ſic inquit. *Cum ergo de ſummi ſacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quem cleri plebiſque conſenſus concorditer poſtularit: ita ut ſi forte in aliam perſonam partium ſe vota diviſerint, metropolitani judicio is alteri præferatur, qui majoribus & ſtudiis juvatur & meritis; tantum ut nullus invitis & non petentibus ordinetur; ne plebs invita epiſcopum non optatum, aut contemnat, aut oderit, & fiat minus religioſa quam convenit, cui non licuerit habere, quem voluit.*

D. Leo papa I. in epiſt. 84. ad Anaſtaſium c. 5.

Idem etiam confirmat concilium Taurinatenſe. *Nam cum primo*, inquit, *omnium vir ſanctus Proculus Maſſilienſis civitatis epiſcopus, ſe tanquam metropolitanum eccleſiis, quæ in ſecunda provincia Narbonenſi poſita videbantur, diceret præeſſe debere, atque per ſe ordinationes in memorata provincia ſummorum fieri ſacerdotum.*

Conc. Taurinat. c. 1.

Idem conſtat ex concilio Agathenſi II. *Si epiſcopus*, ait, *metropolitanus ad comprovinciales epiſcopos epiſtolas direxerit, in quibus eos aut ad ordinationem ſummi pontificis, aut ad ſynodum invitet, poſtpoſitis omnibus, excepta gravi infirmitate corporis, ac præceptione regia, ad conſtitutam diem adeſſe non differant: quod ſi defuerint, ſicut priſca canonum auctoritas præcepit, uſque ad proximum ſynodum a caritate fratrum & eccleſiæ priventur communione.* Ordinationem ſummi pontificis, epiſcopi ordinationem intelligunt patres, non pontificis Romani, ut nonnullis placuiſſe ſcio, Gallos enim epiſcopos in civitate Agatha Galliæ Narbonenſis ad eligendum Romanum pontificem conveniſſe quis dicat; Quod clarius apparet ex canone VI. ejuſdem concilii, in quo cum de epiſcopis ageret: *Pontifices*, inquit, *quibus in ſummo ſacerdotio conſtitutis, ab extraneis duntaxat aliquid, aut cum eccleſia, aut ſeque ſtatim dimittitur, ut donatur.*

Conc. Agath. II. c. 35

Ex concilio apud ſanctum Medardum Hincmarus archiepiſcopus Rhemenſis de auctoritate inſtrumentorum hæc refert. *Legum*, inquit, *eccleſiaſticarum conſuetudo & auctoritas talis eſt, ut in cauſis geſtorum ſemper ſcripturam requirant, adeo ut qui ad ſacrum fontem accedit, ſuum dare nomen præcipiatur; qui ad ſummum ſacerdotium provehitur, decreto manibus omnium roborato eligitur.*

Concilium apud ſanctum Medardum apud Grat. in c. legem a c. 1.

Item concilium Aquiſgranenſe ſub Ludovico Pio. *Summi itaque ſacerdotes inexcuſabiliter noſſe debent, ut ex veteris novique teſtamenti ſcriptis, quæ vera ſunt, ſalutique omnium proficua, proferre docte ſciant.*

Conc. Aquiſgran. ſub Ludovico pio, de ſcientia & doctrina epiſcoporum ca.

Concilium Aurelianenſe primum ſub Clodoveo. *Cum, auctore Deo, ac in Aurelianenſi urbe fuiſſet concilium ſummorum antiſtitum congregatum.*

a Conc. Aurelian. I. ſub Clodoveo.

Concilium Barcinonenſe, ſub Reccaredo rege, can. III. *Nulli*, inquit, *deinceps laicorum liceat ad eccleſiaſticos ordines, prætermiſſo canonum præfixo tempore, aut per ſacra regalia, aut per conſenſionem cleri, vel plebis, vel per electionem aſſenſionemque pontificum, ad ſummum ſacerdotium aſpirare, ac provehi: ſed cum per canonum conſcripta tempora, eccleſiaſticos per ordinem ſpeciali opere adſudando, probata vita adminiculo comitante, conſcenderit gradus, ad ſummum ſacerdotium, ſi dignitati vita reſponderit, auctore domino provehatur.*

Concilium Toletanum ſub Gundemaro in honorem eccleſiæ Toletanæ. *Ne quis ultra*, inquit, *comprovincialium ſacerdotum inani ac perverſa contentione obnitatur hujus ſacroſanctæ eccleſiæ Toletanæ primatum contemnere, neque pervicaci ſchiſmatum ſtudio ad ſummos ſacerdotalium inſularum ordines, remota hujus ſedis poteſtate, a nobis quempiam, ſicut hactenus factum eſt, provehere.*

Concilium Toletanum VI. in principio: *Convenientibus nobis Hiſpaniarum, Galliæque pontificibus ſummis.*

Conc. Hiſpalenſe can. 7.

Concilium Hiſpalenſe II. cum de multis ageret quæ epiſcopis ſolum licebant, non autem presbyteris, vel chorepiſcopis, hæc addidit. *Quia pontificatus apicem non habent, quem ſolis deberi epiſcopis auctoritate canonum præcipitur, ut per hoc & diſcretio graduum, & dignitatis faſtigium ſummi pontificis demonſtretur.*

Conc. Tolet. IX. can. fin. Ambr. lib. 1. de ſacram. can. 1.

Concilium Toletanum IX. Summos etiam ſacerdotes epiſcopos nuncupat. Si ſanctos patres adeamus, occurrent multi. Ambroſius agens de baptiſmo & de lotione pedum baptizandorum, ſic inquit. *Aſcendiſti de fonte, quid ſecutum eſt? audiſti lectionem, ſuccinctus eſt ſummus ſacerdos: licet enim & presbyteri fecerint, tamen exordium miniſterii a ſummo eſt ſacerdote. Succinctus, inquam, ſummus ſacerdos pedes tibi lavit.*

Idem epiſt. 34 ad Theod. imp.

Et in epiſtola ad Theodoſium imp. cum loqueretur de Valentiniano Auguſto jam mortuo, qui derelictis eccleſiæ Galliarum epiſcopis ab eo ſacramento baptiſmatis tingui voluit, ſic ait: *Quin etiam illis ipſis publici doloris diebus cum ſanctos & ſummos ſacerdotes domini intra Gallias haberet, ut a me tamen ſacramentis baptiſmatis initiaretur, reſcribendum arbitratus eſt.*

A Divus etiam Hieronymus cum de epiſcopis & eorum auctoritate in baptiſmo & confirmatione diſſereret, *Eccleſia*, ait, *ſalus in ſummi ſacerdotis dignitate pendet: cui ſi non exors quædam & ab omnibus eminens detur poteſtas, tot in eccleſiis efficientur ſchiſmata, quot ſacerdotes.*

Div. Hieros in dial. adverſ. Luciferian.

D. Iſidorus cum de epiſcopis multa doceret, *Pontifex*, inquit, *princeps ſacerdotum eſt, quaſi via ſequentium; ipſe & ſummus ſacerdos, ipſe & pontifex maximus nuncupatur, ipſe enim efficit ſacerdotes atque levitas, ipſe omnes ordines eccleſiaſticos diſponit; ipſe quid unuſquiſque facere debeat, oſtendit.*

D. Iſidor. lib. 7 etymolog. can. 12.

Hildebertus epiſcopus Cenomanenſis, eodem nomine vocat epiſcopos, & Alcuinus de divinis officiis, & Gratianus ſummos ſacerdotes pro epiſcopis uſurpavit.

Hildebert. epiſc. Cenoman. epiſt. 81.
Alcuin de divin. offic. c. de ſingul. veſtib.
Grat. c. presbyterorum §. ſed hoc intelligendum 10. diſt. Onufrius ad Platinam in vita Bonifacii III.

Hoc autem nomen, ſicut nomen papæ, quod omnibus etiam epiſcopis olim tribuebatur, ſoli tibi pontifici Romano, quod in omnes Chriſtiani orbis epiſcopos ſupremam pontificii habeas juriſdictionem, diuturno jam juſtiſſimoque eccleſiæ uſu reſervatum eſt. Etſi de nomine papæ ſciam quod ſcripſit Onufrius, poſt Photium videlicet

B patriarcham Conſtantinopolitanum, conventum eſſe inter Romanum & Conſtantinopolitanum, ut ſolus Romanus pontifex nomen *Papæ*, quod omnium vocabulorum epiſcopalium excellentius eſſe ſtatutum eſt, retineret, cum antea omnibus epiſcopis eſſet commune: de nomine autem, *Summus Pontifex*, id factum aut conventum non legimus; antiqua tamen conſuetudine, quæ pro lege ſuſcipienda & obſervanda eſt, ſolis Romanis pontificibus merito tribui receptum videmus.

Illud quoque obſervaſſe conſentaneum cenſeo, monachos olim & monaſteria, niſi quæ ſpeciali Romanæ tuæ ſedis privilegio eximebantur, in poteſtate fuiſſe epiſcoporum. Concilium Chalcedonenſe, *Quidam monachorum*, ait, *habitu utentes indifferenter, per civitates incedunt, nec non & monaſteria, & ſe ipſos præſumptione propria commendant. Placuit igitur, neminem aut ædificare, aut conſtruere monaſteria, aut oratorii domum, ſine conſcientia ipſius civitatis epiſcopi.*

Conc. Chalced. can. 4. apud Gra c. quidam 18 q. 2

Item canon. VIII. *Clerici in parochiis, monaſteriis, aut mar-*

C *tyriis conſtituti, ſub poteſtate ſint ejus, qui in ea civitate eſt epiſcopus, ſecundum traditionem ſanctorum patrum, neque per præſumptionem recedant a ſuo epiſcopo. Eos vero qui auſi fuerint reſcindere hujuſmodi inſtitutionem quocumque modo, vel ſi noluerint ſubjacere proprio epiſcopo, ſi quidem fuerint clerici, ſecundum perſonarum ordinationem ſubjaceant condemnationibus canonum: ſi vero laici, vel monachi fuerint, communione priventur.* Item *clerici qui pauperum diſpoſitioni, vel monaſteriorum, vel martyriorum præſunt, ſub poteſtate ſingularum civitatum epiſcoporum ſecundum canonum traditionem perdurent; ne per ſuam temeritatem epiſcopi ſui moderationem declinent. Qui autem hujuſmodi diſpoſitionem qualibet modo ſubvertere auſi fuerint, & epiſcopo ſuo non obedierint, ſi quidem clerici fuerint, canonicæ damnationi ſubjaceant: ſi autem monachi vel laici ſunt, a communione ſuſpendantur.*

Aurelianenſe concilium. *Abbates pro humilitate religionis, in epiſcoporum poteſtate conſiſtant, & ſi quid extra regulam fecerint, ab epi-*

Concil. Aurel. can. 21 apud Gratia. c. abbates, 18 q. 2

D *ſcopis corrigantur: qui ſemel in anno in loco ubi epiſcopus elegerit, accepta vocatione conveniant. Monachi autem abbatibus omni obedientia & devotione ſubjaceant. Quod ſi qui per contumaciam extiterit indevotus, aut per loca aliqua vagari, aut peculiare aliquid habere præſumpſerit, omnia quæ acquiſierit, ab abbatibus auferantur, ſecundum regulam monaſterio profutura. Ipſi autem qui fuerint pervagati, ubi inventi fuerint, cum auxilio epiſcopi tanquam fugaces ſub cuſtodia revocentur, & reum ſe ille abbas futurum eſſe cognoſcat, qui in hujuſmodi perſonas non regulariter animadvertat, vel qui monachum ſuſceperit alienum.*

Concilium apud Palatium Vernis. *Ut unuſquiſque*, ait, *epiſcoporum poteſtatem habeat in ſua parochia, tam de clericis, quam de regularibus, vel ſæcularibus, ad corrigendum & emendandum ſecundum ordinem canonicum ſpiritualem, ut ſic vivant, qualiter Deo placere poſſint.*

Conc. apud Palatium Vernis, c. 3

Et canon. V. *Ut monaſteria tam virorum, quam puellarum ſecundum ordinem regulariter vivant, & ſi hoc facere contempſerint, epiſcopus in cujus parochia eſſe videntur, hoc emendare debeat:*

E *quod ſi non potuerit hoc emendare, illi quem metropolitanum conſtituimus, hoc innoteſcat, & ipſe hoc emendari faciat.*

Quare monachus nullus effici poterat, ni impetrata prius ab epiſcopo facultate, decreto concilii Niceni. *Si quis laicus*, inquit, *fieri monachus voluerit, ſine licentia epiſcopi, qui illius monaſterii poteſtatem habet, movendus eſt illo ſtatu ſuo, in quo eſt, & non eſt recipiendus in religione. Hæc autem idcirco ſtatuimus, ne ullus cauſam habeat relinquendi uxorem, aut filios, aut matrem, aut ſimiles, qui auxilio opus habent.*

Concil. Nicæn. can. 14. apud Alphonſum Piſanum l. 3. de actis concil. Niceni.

Quare quemadmodum recipi non poterat ſine conſenſu epiſcopi, ſic nec de monaſterio ejici ſine ejuſdem epiſcopi conſultatione, aut ejus vicarii, decreto concilii Meldenſis.

Concil. Meldenſ. c. 19.

Quod adeo ſtricte obſervabatur, ut ſine commendatitiis epiſtolis epiſcopi, vagandi licentiam non haberent. Concilium Agathenſe. *Clericis*, ait, *ſine commendatitiis epiſcopi ſui licentia non pateat divagandi. In monachis*

Concil. Agathen. c. 38.

*nachis quoque præſentis ſententiæ forma ſervatur : quos ſi verborum increpatio non emendaverit, etiam verberibus ſtatuimus coerceri.* Arnulphus Lexovienſis epiſcopus abbatem Gruſtemenſem coarguit in epiſtola ad eumdem, quod ſine ſui epiſcopi licentia aliquot menſes abſens fuerit a monaſterio ; eique præcipit in virtute obedientiæ ( ſic loquitur ) ut intra Kalendas Auguſti ad monaſterium reverteretur : cui præcepto cum non obtemperaſſet, alia epiſtola ad eumdem jubet iterum, ut remota omni occaſione, intra viginti dies redeat ; alioquin ex ea die & officio altaris, & omnium eccleſiarum introitu ſuſpendit. Quod concilio Aurelianenſi III. decretum eſt. *Abbates qui epiſcoporum præcepta deſpiciunt, ad communionem non penitus admittantur, niſi contumaciam humilitate ſuſcepta deponant.* Præpoſitos monialium ( quos nunc vicarios vocant ) non ab abbatibus, ſed ab epiſcopis eligi, concilio Carthaginenſi IV. cautum eſt. Hujus autem epiſcopalis obedientiæ jugum tempore Innocentii duraſſe, ex ejuſdem Innocentii decretali epiſtola perſpicue apparet : & ex eodem concilio Lateranenſi. Cum enim apoſtolica auctoritate viſitatores creari juberet, ut ejus vice monaſteria monachorum & monialium viſitarent, ſtatim hæc ſubjungit. *Porro diœceſani epiſcopi monaſteria ſibi ſubjecta ita ſtudeant reformari, ut cum ad ea prædicti viſitatores acceſſerint, plus in illis inveniant, quod commendatione, quam quod correctione ſit dignum ; attentiſſime præcaventes, ne per eos dicta monaſteria indebitis oneribus aggraventur ; quia ſic volumus ſuperiorum jura ſervari, ut inferiorum nolimus injurias ſuſtinere.* Cum ergo epiſcopi ſummi pontifices, & ſummi ſacerdotes vocarentur, & monaſteria Innocentii tempore ſub epiſcoporum eſſent poteſtate, non incommode ( ut opinor ) intelligendum conſequitur, quod hic ab Innocentio dicitur, ſummum pontificem, id eſt epiſcopum, non poſſe licentiam indulgere monacho, ut contra votum caſtitatis faceret, vel paupertatis.

Con-
thag. IV can. 97 apud Gratian. c. qui religioni eſt q. 2. Innoc. cap. cum dilectus per de religioſ. dom. & concil. Lateran. can. 12.

Hoc autem ideo epiſcopis non licere dixit, nedum abbatibus, ſumpto argumento a majori ( ut vocant ) ad minus ; quia abbates quoſdam tunc adeo elatos fuiſſe conſtat, ut quæ epiſcopalis erant juriſdictionis, ſibi non vererentur uſurpare. Quod querelis epiſcoporum de omnibus mundi partibus ſibi perlatum ( ſic loquitur ) idem Innocentius III. affirmat in concilio Lateranenſi. *Accedentibus*, inquit, *ad nos de diverſis mundi partibus epiſcoporum querelis, intelleximus graves & grandes quorumdam abbatum exceſſus, qui ſuis finibus non contenti, manus ad ea quæ ſunt epiſcopalis dignitatis extendunt ; de cauſis matrimonialibus cognoſcendo, injungendo publicas pœnitentias, concedendo etiam indulgentiarum litteras, & ſimilia præſumendo, unde contingit interdum, quod vileſcat epiſcopalis auctoritas apud multos. Volentes igitur his, & epiſcoporum dignitati, & abbatum providere ſaluti, præſenti decreto firmiter prohibemus, ne quis abbatum ad talia ſe præſumat extendere, ſi proprium voluerit periculum evitare, niſi forte quiſquam eorum ex ſpeciali conceſſione, vel alia legitima cauſa ſuper hujuſmodi valeat ſe tueri.* Quæ etiam antiquorum epiſcoporum querela fuit, ut Paſchalis II. ſcribit ad Victorem Bononienſem epiſcopum. Ut convinceret ergo fortiori argumento Innocentius abbatem Sublacenſem, in cujus vitam & mores ipſe paulo antea præſens inquiſierat, ut conſtat ex principio epiſtolæ : *Cum ad monaſterium Sublacenſe perſonaliter veniſſemus*, & infra. & ad quem epiſtola miſſa eſt, tacite docet, quod quamvis ille auctoritatem haberet pontificis, ſeu epiſcopi ( ut tunc abbates quidam prætendebant ) non poterat tamen licentiam indulgere monacho, ut contra votum paupertatis faceret, ſicut nec contra caſtitatis, cum hoc ſedi tuæ apoſtolicæ reſervatum, potuiſſet debuiſſetque agnoſcere.

Concil. Lateran. can. 60. & de exceſſib. prælator. cap. accedentibus 3.

Paſchalis II. in cap. pervenit 16. q. 1.

Quod ſi ea verba ſic alius interpretetur, ut dicat Innocentium PP. ſolum decreviſſe, abbatem Sublacenſem, quinimo & pontifices maximos non poſſe proprietatem bonorum cum paupertate & rerum abdicatione, continentiam cum matrimonii uſu in ipſis monachis una & ſimul conjungere, tanquam ſumme inter ſe pugnantia, rem ſane dixerit epiſtolæ non repugnantem : quia abbatem Sublacenſem nimis ſuis indulſiſſe in habenda proprietate bonorum, ex ipſius Innocentii ad eum epiſtola colligitur. Quod emendari in poſterum Innocentius voluit, non tamen negavit, poſſe Romanum pontificem indulgere, ut abdicatis monachatus regulis, matrimonio & proprietate bonorum poſſit quis uti frui : ut ipſum & alios, neceſſaria oborta cauſa, conceſſiſſe ſæpius, vetuſtis antiquorum annalium monumentis compertum habemus. Et ut externa omittamus, domeſticum ſe nobis offert & illuſtre ad omnem poſteritatem Ranimiri II. Aragonum regis exemplum, quem ab ineunte ætate in ſanctiſſimi Benedicti familia educatum, in Tomarienſi illuſtri ejus cœnobio inſtitutum, voti publici religione adſtrictum, ſacro presbyterii ordine inſignitum, & per omnes honorum gradus ad abbatiæ S. Facundi dignitatem primum, ad Burgenſis deinde epiſcopatus ; poſt ad Pampilonenſis, ac tandem Rotenſis, ſeu Balbaſtrenſis culmen evectum, Alfonſo fratre ſine liberis defuncto, regni optimates ſumma comitiorum conſenſione reipublicæ gubernaculis præfecerunt, certiſſimo perſuaſi, eum non magis debita regni ſucceſſione, quam ornamentis clariſſimarum virtutum ( quas ex Benedictinæ familiæ ſchola hauſerat ) nobiliſſimam ; civium ſalutem, regni tranquillitatem, religionis fideique ſplendorem ſingulari ſua prudentia & ſanctitate conſervaturum. Cumque tantæ felicitatis heredes expeteſſent, ab Innocentio II. vel, ut perhibent alii, ab Anacleto II. impetrarunt, ut Agnetem, vel Mathildem, ſive Urracam, Aquitaniæ ducis & Pictonum comitis filiam, optimam & lectiſſimam fœminam ſibi uxorem adjungeret, ex qua cum Petronillam filiam unicam ſuſtuliſſet, ſuſceptæ adminiſtrationis gubernacula Chriſtiani otii cupidiſſimus depoſuit. Ne tamen publica commoda privata tranquillitas deterreret, ſingulari ipſe ſapientia, totius regni conſenſu clavum reip. Berengario comiti Barcinonenſi, pacto Petronillæ ſponſo tradidit, & dum purpuram pro atra attritaque veſte, amplitudinem pro anguſta cellula, majeſtatem imperii pro ſtrictiſſima obedientia commutaſſet, clarior multo feliciorque depoſito regno, quam Berengarius evaſit ſuſcepto. Hæc Benedictinorum monachorum prudentia, hæc integritas, hæc probitas, & vitæ ſanctitas, quos regios & pontificios honores fugientes, illos ſponte honores ipſi, Dei potius quam hominum providentia conſequuti ſunt. In concilio enim Jaccenſi epiſcoporum omnium decreto ſancitum eſt, ut Aragonenſes epiſcopi ex hujus ſacræ ſolum religionis alumnis, & ex cœnobio S. Joannis de Pinna ejuſdem inſtituti eligerentur : cui cum Ranimirus rex I. & aſſentiretur & ſubſcriberet, ad finem hæc addidit. *Quicumque futurorum regum ſucceſſorum noſtrorum tranſgredientes & devitantes hoc regali ſimul & pontificali decreto, tentaverint diſſolvere hanc ſcripturam, in præſenti ſæculo omnipotens Deus, qui eſt juſtus judex & regum rex, diſſolvat & dividat regalem honorem & potentiam regni eorum, atque illud ſe diligentibus & timentibus, & noſtra decreta ſervantibus : & in futuro ſeparati conſortio omnium Chriſtianorum, interpellante pro eis beato Joanne Baptiſta, cum omnibus ſanctis, participentur in ſocietate cum Dathan, & Abiron, & Juda traditore in inferno inferiori, luentes pœnas perpetui incendii ſine fine per æterna ſæcula. Amen.* Data eſt ſententia VII. Kal. Julii Ær. ∞ LXII.

Hieron. Blanca in commentariis rerum Aragonenſium in vita Ranimiri II.

In CC. MS. cœnobii ſancti Joannis de Pinna integrum exſtat concilium, & editur a Hieronymo Blanca in vita Ranimiri I.

*Canon XIV.* Vulgatus

*De virginibus ſæcularibus ſi mœchatæ fuerint.*

Virgines quæ Virginitatem ſuam non cuſtodierint, ſi eoſdem qui eas violaverunt, acceperint & invenerint maritos, eo quod ſolas nuptias violaverint, poſt annum ſine pœnitentia reconciliari debebunt : vel ſi alios cognoverint viros, eo quod mœchatæ ſint, placuit, per quinquennii tempora acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem.

Canon XIV. *Emendatus.*

*De virginibus ſæcularibus ſi mœchatæ fuerint.*

Virgines quæ virginitatem ſuam non cuſtodierint, ſi eoſdem qui eas violaverint, acceperint & invenerint maritos, eo quod ſolas nuptias violaverint, poſt unius anni pœnitentia reconciliari debebunt : vel ſi alios cognoverint viros, eo quod mœchatæ ſint, placuit, per quinquennii tempora acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem.

RABANUS Maurus in ſuo pœnitentium lib. c. 4. totidem verbis canonem refert. Burchardus vero lib. 9. decretorum cap. 14. paulo diverſis, quintum hujus concilii eſſe aſſerens, cum ſit decimus quartus. *Virgines*, ait, *quæ virginitatem ſuam non cuſtodierint, ſi eoſdem qui eas violaverint, maritos acceperint, eo quod ſolas nuptias violaverint, poſt pœnitentiam unius anni reconcilientur, ſi alios cognoverint viros, eo quod mœchatæ ſunt, quinquennio pœniteant, & ſic ad communionem accedant.* Ivo p. 8. c. 252. iiſdem verbis quæ lectio ut verior communi, magis placet.

Rea

A

*Quæ et fœminæ pœnitentia imponenda, quæ poſt ſtuprum, vel nupſit, vel non nupſit.*

## CAPUT XXXI.

Leo & Anthemius in novella de bonis vacantibus tit. 9. apud Petrum Pithœum

SAPIENTIS eſſe, non tantum præſentibus malis mederi, ſed & providere futuris, Leo & Anthemius docent. Et hinc legiſlatores magis ſunt ſolliciti, ut peccantes emendentur in poſterum, quam ut ob commiſſa puniantur. Ne virgines ergo ſemel lapſæ, caſtitatis & pudicitiæ laxatis frænis, in deteriora (ut fieri ſolet) laberentur, placuit Hiſpanis patribus, ut tam ipſæ, quam earum ſollicitatores & corruptores, damna quæ ſtupro intulerant & fornicatione, caſtitate & pudicitia conjugali inito matrimonio, poſt pœnitentiam unius anni reſarcirent. Simile eſt quod iidem patres inferius ſtatuerunt; nam quod hic in virgines, illic in viduas decreverunt, pari vel eadem prorſus caſtitatis & pudicitiæ conſideratione. *Si qua vidua fuerit mœchata, & eundem poſtea habuerit maritum, poſt quinquennii tempus, acta legitima pœnitentia; placuit eam communioni reconciliari; ſi alium duxerit relicto illo, nec in fine dandam ei eſſe communionem: vel ſi fuerit ille fidelis quem acceperit, non accipiat, niſi poſt decem annos acta legitima pœnitentia; niſi infirmitas coegerit velocius dare communionem.* Non eſt etiam diſſimile, quod iidem ſtatuerunt: nam tametſi mœchiæ crimen perpetua excommunicatione puniendum decreviſſent, ſi tamen adoleſcentes matrimonium contraherent, remitti, aut leniri pœnam voluerunt, ut eos a turpitudine vitæ ad honeſtatem conjugii revocarent.

Illiberitani patres infra can. 72.

B

idem c. 31.

### Eo quod ſolas nuptias violaverint.

VIRGINES quæ ſtupro conſentiunt, quia ſolum jus nuptiarum violant, ſi cum iiſdem matrimonium celebrent, pœnitentia unius anni ſolum caſtigandæ ſunt: ideo autem nuptias ſolas violaſſe dicuntur, quod in peccatum carnis prolapſæ fuerint, antequam jus nuptiarum perfeciſſent; ſolum enim nuptiis initis concubitum licere & ipſa natura, & multis eccleſiæ conſtitutionibus cavetur. C

### Poſt annum ſine pœnitentia reconciliare debebunt.

*Pœnitentes reconciliari debuiſſe, nec potuiſſe connubiis copulari: explicatur canon XII. concilii Romani, ſub Sylveſtro.*

## CAPUT XXXII.

UT difficile eſt emundari poſſe, qui ſordidus non eſt, & abſolvi qui non peccavit, ſic & reconciliari qui in pœnitentiæ ſtatu non fuit. Reconciliabantur olim pœnitentes, cum ſemel expulſi, vel ad eccleſiæ, vel ad ſacramentorum & fidelium communionem reſtituebantur, quare vulgatam hujus canonis lectionem ſine pœnitentia non probo, ſed eam quam retinent Burchardus & Ivo. Poſt pœnitentiam unius anni reconcilientur: pœnitentia unius enim anni ſtupri admiſſi ſordes eluebantur, matrimonio tamen cum eo qui ſtuprum intulerat, jam contracto. Hoc autem anno, ſi matrimonium jam rite, ut vocant, & recte non celebraſſent & conſummaſſent, nec celebrare, nec conſummare denuo poterant, obſtante pœnitentiæ lege: pœnitentibus enim matrimonium interdictum Nicolaus papa ad Rodulphum Bituricenſem archiepiſcopum docet, concilium Toletanum VI. & Arelatenſe II. Ut hinc intelligamus canonem XII. concilii Romani ſub Sylveſtro, quem feciſſe negotium etiam doctis aliquando ſcio, dum ait. *Nemo enim det pœnitentiam, niſi quadraginta annorum petenti, baptiſmum enim omnibus date.* Non enim agit concilium de pœnitentia, ut eccleſiæ eſt ſacramentum, ſed de publica pœnitentia, ut pœna erat ad correctionem delictorum publicorum, & exemplum fidelium, ab eccleſia inſtituta; ea enim afficiendos homines, niſi quadraginta eſſent annorum, prohibet; ne juvenes a concubitu ductarum, vel ducendarum uxorum (ut pœnitentiæ lex poſtulabat) prohibiti, laberentur in deteriora. Eo reſpexit concilium Aurelianenſe III. dum juvenibus pœnitentiam dandam inhibuit; de publica enim id intelligendum eſt, quæ non ſolum perſonis liberis & conjugii lege ſolutis, ſed & matrimonio conjunctis interdicta erat ob continentiæ legem, ſi jam provectioris non eſſent ætatis, ne a carnalibus deſideriis deliciiſque diſtracti, aliis forſan gravioribus implicarentur, ut in eodem concilio Aurelianenſi conſtitutum eſt.

D

Nicolaus PP. in epiſt. ad Rodulphum Bituricen. archiepiſ. apud Gratian. in c. uxores ſectores 22. q. 1.
Conc. Tolet. VI. can. 8.
Conc. Arelat. II. can. 21.
*Explicatur Concilii Romani, ſub Sylveſtro, canon. 12.*
Concil. Aurel. 3. c. 1. cap. 10. ibidem d. c.

E

### Reconciliari debebunt.

RECONCILIATIONEM pœnitentium (de quorum ſtatu, conditione & legibus uberior tractatio in conciliis Toletanis habenda eſt) per manus impoſitionem factam, & ſanctæ communionis, ſive euchariſtiæ conceſſam perceptionem, a qua antea ſemoti erant, multi canones probant. Antiquæ harum pœnitentiarum leges jam in uſu eſſe deſierunt: quædam tantum veſtigia exſtant in punitione eorum delictorum, quæ ſanctiſſimo violatæ religionis ſenatui reſervata ſunt.

Conc. Cartha. IV. can. 76. & 78. Arauſ. can. 1. c. 3. Leo PP. I. epiſt. 89. Felix PP. III. epiſt. 1. c. 4.

Vel ſi alios cognoverint viros, eo quod mœchatæ ſunt, placuit, per quinquennii tempora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem.

SI virgines, præter illos, quorum ſtupro conſenſerunt, & cum quibus matrimonium inire debebant, ab aliis ſe agnoſci patiantur, quia jam nullo futuræ honeſtatis prætextu a turpitudine excuſari poſſunt, quinquennii pœnitentia afficiantur. Priorem hujus canonis partem Euſebio PP. tribuit D. Ivo ad Vvalterium ſcribens epiſcopum Meldenſem, quæ citatio huic concilio reſtituenda eſt.

D. Ivo epiſt. 16.

*Canon XV.* Vulgatus.

*De conjugio eorum qui ex Gentilitate veniunt.*

Propter copiam puellarum, Gentilibus minime in matrimonium dandæ ſunt virgines Chriſtianæ; ne ætas in flore tumens, in adulterio reſolvatur animæ.

*Canon XV.* Emendatus.

*De conjugio eorum qui ex Gentilitate veniant.*

Propter copiam puellarum, Gentilibus minime in matrimonium dandæ ſunt virgines Chriſtianæ; ne ætas in flore tumens, in adulterio reſolvatur animæ.

*Gentilium connubia prohibita, & eccleſiæ decretis irrita, lege tamen civili capitis pœna contrahentibus non indicta: explicata in eam rem Valentis & Valentiniani conſtitutione.*

## CAPUT XXXIII.

DIVUS Paulus nec ſpiritu nec humana ſapientia, ſed divinæ gratiæ luce & ſcientiæ illuſtratus Corinthios ſalutaribus præceptis connubialibus inſtruens, nos in domino nubere debere monet, id eſt, in nomine domini, quod eſt indubitate Chriſtianis, ut exponit Tertullianus ad uxorem, & poſt illum Hieronymus. Idem repetit Paulus in II. ad eoſdem Corinthios. *Nolite*, inquit, *jugum ducere cum infidelibus: quæ enim participatio juſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras? quæ autem conventio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? qui autem conſenſus templo Dei cum idolis? Vos enim eſtis templum Dei vivi, ſicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mei populus. Propter quod exite de medio illorum, & ſeparamini, dicit dominus, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem: & vos eritis mihi in filios, & filias, dicit dominus omnipotens.* Incommoda autem & pericula corporis & animæ, quæ ex his nuptiis redundant, a nemine uberius & gravius exprimuntur, quam ab eodem Tertulliano; ideo illius verbis malo, quam meis illa recitare. *Recenſeamus*, inquit, *nunc cetera pericula & vulnera, ut dixi, fidei ab apoſtolo proviſa, non carnis tantum, verum etiam ipſius ſpiritus, moleſtiſſima. Quis enim dubitet obliterari quotidie fidem commercio infideli? Bonos corrumpunt mores confabulationes malæ: quanto magis conjunctus & individuus uſus. Quævis mulier fidelis dominum obſervet neceſſe eſt. Et quomodo poteſt duobus dominis deſervire, domino, & marito, adde Gentili; Gentilem enim obſervando, gentilia exhibebit, formam, exſtructionem, munditias ſæculares, blanditias turpiores, ipſa etiam matrimonii ſecreta maculoſa: non ut penes ſanctos officia ſexus, cum honore*

1. Corin. 7.
Tertull. lib. 2. ad uxor. c. 2. Hie. lib. 1. contra Jovinian.
2. Corin. 6
Tertull. lib. 2. ad uxor. c. 3.
1. Cor. 11.
Matth. 6

nere ipſius neceſſitatis, tanquam ſub oculis Dei modeſte & moderate tranſiguntur. Sed viderit qualiter viro officia pendat. Domino certe non poteſt pro diſciplina ſatiſfacere, habens in latere diaboli ſervum, procuratorem domini ſui, ad impedienda fidelium ſtudia, & officia. Ut ſi ſtatio facienda eſt, maritus de die condicat ad balneas: ſi jejunia obſervanda ſunt, maritus eadem die convivium exerceat: ſi procedendum erit, nunquam magis familiæ occupatio adveniat. Quis enim ſinat conjugem ſuam viſitandorum fratrum gratia, vicatim aliena & quidem pauperiora quæque tuguria circuire? Quis nocturnis convocationibus, ſi ita oportuerit, a latere ſuo eximi libenter feret? Quis denique ſolemnibus paſchæ abnoctantem ſecurus ſuſtinebit? Quis ad convivium dominicum illud, quod infamant, ſine ſua ſuſpicione dimittet? Quis in carcerem ad oſculanda vincula martyris reptare patietur? Jam vero, alicui fratrum ad oſculum convenire? aquam ſanctorum pedibus offerre? de cibo, de poculo invadere, deſiderare, in mente habere? ſi & peregre frater adveniat, quod in aliena domo hoſpitium? ſi cui largiendum erit, horreum, proma præcluſa ſunt. Sed aliqui ſuſtinent noſtra, nec obſtrepunt. Hoc eſt igitur delictum, quod Gentiles noſtra noverunt? quod ſub conſcientia iſtorum ſumus; quod beneficium eorum eſt, ſi quod operamur. Non poteſt ſe dicere neſcire qui ſuſtinet: aut ſi celatur, quia non ſuſtinet, timetur. Cum autem ſcriptura utrumque mandet, & ſine alterius conſcientia, & ſine noſtra preſſura operam domino: nihil intereſt in qua parte delinquas, aut in conſcientia mariti, ſi ſit ut patiens: aut in conflictatione tui, dum vitatur impatiens. Nolite, inquit, margarita veſtra porcis jactare, ne conculcent ea, & converſi vos quoque enarrant. Margarita veſtra ſunt, quotidiana converſationis inſignia. Quanto curaveris ea occultare, tanto ſuſpectiora feceris, & magis cavenda gentili curioſitati. Latebis ne tu, cum lectulum, cum corpuſculum tuum ſignas, cum aliquid immundum flatu exſpuis, cum etiam per noctem exurgis oratum, & non magiæ aliquid videberis operari? Non ſciet maritus, quid ſecreto ante omnem cibum guſtes? Et ſi ſciverit, panem non illum credit eſſe qui dicitur. Et hæc ignorans quiſque, rationem ſimpliciter ſuſtinebit, ſine gemitu, ſine ſuſpicione panis, an veneni? Suſtinent quidem, ſed ut inculcent, ut illudant hujuſmodi fœminis: quarum arcana in periculum quod credunt ſervent, ſi forte lædantur, ipſi ſuſtinent: quarum dotes, objectione nominis, mercedem ſilentii faciant, ſcilicet apud arbitrum ſpeculatorem litigaturæ. Quod plerique non providentes, aut re excruciata, aut fide perdita recenſuerunt. Moratur Dei ancilla cum laribus alienis, & inter illos omnibus honoribus dæmonum; omnibus ſolemnibus regum, incipiente anno, incipiente menſe, nidore thuris agitabitur. Et procedit de janua laureata, & lucernata, ut de novo conſiſtorio libidinum publicarum. Diſcumbit cum marito in ſodalitiis, ſæpe in popinis. Et miniſtrabit nonnunquam iniquis, ſolita quondam ſanctis miniſtrare. Et non hinc præjudicium damnationis ſuæ adcognoſcet? Eos obſervabit, quos erat judicatura? De cujus manu deſiderabit? De cujus poculo participabit? Quid maritus ſuus illi, vel marito quid illa cantabit? Audiat ſane, audiat aliquid de Dei cœna, de taberna, de gehenna. Quæ Dei mentio? quæ Chriſti invocatio? Ubi fomenta fidei de ſcripturarum interlectione? Ubi ſpiritus refrigerium? ubi divina benedictio? omnia extranea, omnia inimica, omnia damnata, atterendæ ſaluti a malo immiſſa. Hæc ſi eis quoque evenire poſſunt, quæ in matrimonio Gentili fidem adeptæ morantur, tamen excuſantur, ut in ipſo deprehenſæ a Deo, & jubentur perſeverare, & ſanctificantur, & ſpem lucrationis accipiunt. Si ergo ratum eſt apud Deum matrimonium hujuſmodi, cur non proſpere cedat: ut & a preſſuris, & anguſtiis & impedimentis & inquinamentis non ita laceſſatur, jam habens ex parte divinæ gratiæ patrocinium? nam & ad aliquam virtutem cœleſtem documentis dignationis alicujus vocata, terrori eſt Gentili, quominus ſibi obſtrepat, minus ſciat, minus ſpeculetur. Senſit magnalia, vidit experimenta. Scit meliorem factum; ſic & ipſe candidatus eſt timoris. Ita facilius hujuſmodi lucriſiunt, in quos Dei gratia conſuetudinem fecit. Ceterum aliud eſt, ultro, & ſponte in prohibita deſcendere. Quæ domino non placent utique dominum offendunt, utique malo ſe inferunt. Hoc ſicut erit ut ſolis quod ſolis petitoribus placet nomen Chriſtianum. Ideo inveniuntur qui tales non exhorreant, ut exterminent, ut arripiant, ut a fide excindant. Habes cauſam, qua non dubites, nullum hujuſmodi matrimonium proſpere decurri: a malo conciliatur, a domino vero damnatur. Quare ut turpe illud reprehendunt Cyprianus, divus Ambroſius, divus Hieronymus contra Jovinianum. Concilium Arelatenſe I. de puellis fidelibus (ait) Quæ Gentilibus junguntur, placuit, ut aliquanto tempore a communione ſeparentur. Idem decretum in Nicæno conſtat. Ut Chriſtiani, ait, uxorem ducant ex quacumque generatione, modo ad fidem veniant: ſed non debent Chriſtiani dare filias ſuas in-

Matth. 5. 1. Cor. 9.

Matth. 7.

1. Cor. 7.

Cyprian. lib. de lapſ. c. 2. Ambr. epiſt. 70. ad Vigilium & lib. 1. de patriarcha Abraham cap. 9.

A fidelibus, ne ad errorem maritorum pervertantur: & fiant vel Judææ, vel Gentiles propter infirmitatem: & qui non paruerit, a ſynodo excommunicatur. Cum autem hoc generaliter non poſſent prohibere in Africa, ob multitudinem Gentilium, præceptum eſt, ſaltem filiis epiſcoporum & presbyterorum. Concilium Carthaginenſe III. Item placuit ut filius vel filia epiſcoporum, vel quorumlibet clericorum, Gentilibus, vel hæreticis, aut ſchiſmaticis matrimonio non jungantur. Idem decrevit concilium Chalcedonenſe.

Hieron. contra Jovinian. Conc. Arelat. 1. c. 11. Concil Nicænum cano. 23. apud Alphonſum Piſanum lib. 3. de actis concilii Nicæni.

Sed an hæc matrimonia ſi contrahantur, irrita ſint & nulla, ſcholaſtici doctores ſolent diſquirere; ac tandem in eam ſententiam veniunt, perpetuo eccleſiæ uſu & traditione ea irrita facta & nulla. Sed præter traditionem, an legem etiam ſcriptam poſſimus adjicere, videamus. In concilio enim Nicæno decretum reperio, ut mulier quæ infideli nupſerit, illum derelinquat, & pro matrimonio contracto peragat pœnitentiam. Quicumque duas mulieres in matrimonium acceperit, inquit, ipſe cum ſecunda excommunicetur, & quæcumque B mulier fidelis viro infideli nupſerit, ipſa quoque ex eccleſia ejiciatur: quæ ſi pœnitentiam egerit maleficii, & eum virum quem habere non poterat, id eſt, infidelem dimiſerit, non eſt recipienda, niſi eo modo quo recipitur qui poſt quam fidem negavit, ad fidem revertitur, debetque ipſa infidelem relinquere. Erit autem pœnitentia ejus ferre cilicium, & dormire ſuper cinerem, & jejunare quantum ſibi conveniat: & tunc licebit cum fidelibus converſari, & communionem ſacram accipere: & quicumque contradixerit, a ſynodo excommunicatur.

Conc. Carthag. III. cap. 12. Conc. Chalcedon. c. 14. Conc. Nicæn. can. 67 eorum quos ex Arabico tranſtulit Alfonſus Piſanus lib. 3. de actis concilii Nicæni.

At etſi in foro eccleſiæ ita ſe res habeat: in foro civili imperatorum legem extare ait Covarruvias ab impp. Valentin. & Valente ad Theodoſium magiſtrum equitum, qua ſub pœna capitali hæc matrimonia prohibentur. Sic enim imperatores ſcripſerunt. Nulli provincialium, cujuſcumque ordinis aut loci fuerit, cum barbara ſit uxore conjugium, nec ulli gentilium provincialis fœmina copuletur. Quod ſi quæ inter provinciales atque gentiles affinitates ex hujuſmodi nuptiis extiterint, C quod in his ſuſpectum vel noxium detegitur, capitaliter expietur. Datum V. Kal. Jun. Valent. & Valente, AA. Coſſ. Legem autem hanc ſive imperatorum edictum ideo recitaverim, ut oſtenderem minus veram eorum opinionem videri, qui eam ex illo ſententiam eliciunt, nec ſatis apte imperatorum menti conſilioque accommodari: cum illi eo reſpexerint, ne Romani cum exteris, neve exteri cum Romanis nuptias inirent: quod ad conſervandam Romani ſanguinis dignitatem, antiquum eſt ejus reipublicæ inſtitutum, ut teſtatur Ulpianus. Connubium, inquit, habent cives Romani cum civibus Romanis: cum Latinis autem & peregrinis ita ſi conceſſum ſit: Cajus. Legitimæ nuptiæ ſunt, ſi Romanus Romanam nuptiis intervenientibus vel conſenſu, ducat uxorem. Cicero. Si mulier cum fuiſſet nupta cum eo, cui connubii jus eſſet, nuncium remiſit, quoniam qui nati ſunt, patrem non ſequuntur, pro liberis manere nihil oportet. Ubi Boethius. Filii, inquit, non jure ſuſcepti, in patrum non erant poteſtate, ſed matres potius ſequebantur. Non autem omnibus connubium erat D cum Romanis, nec erant nuptiæ jure contractæ, quæ non, aut inter civem Romanum, civemque Romanam, inibantur. Seneca. Promiſi tibi filiam in matrimonium, poſtea peregrinus apparuiſti: non eſt mihi cum externo connubium, eadem me res defendit, quæ vetat. Hinc licet intelligi Ulpiani rationem; dum docet filios poſt deportationem ſuſceptos, quaſi ab alio ſuſceptos videri: cum enim per deportationem quis civis Romanus eſſe deſineret, fieretque peregrinus. Qui deportantur, inquit Ælius Antoninus, ſi hæredes ſcribantur, tanquam peregrini capere non poſſunt. Nec matrimonium niſi inter cives conſtaret, ſed diſſolveretur per deportationem ut ſcripſit Paulus, ideo Ulpianus ait, poſt deportationem, natos, quaſi ex alio conceptos videri, quia vere filii non erant jure Romanorum, eorum qui eſſent deportati, amiſſis per deportationem omnibus civitatis Romanæ privilegiis, extinctoque ſimul jure connubii. Nec ſolum connubia cum exteris & peregrinæ conditionis hominibus denegabant Romani, ſed & E ipſa nomina civium Gentilitia: quod Claudio acceptum refert Svetonius.

Covarr. in 4. 2. p. c. 6. § 11. nu. 3. Impp. Valent. & Valens in l. unic. de nuptiis Gent. C. Theodoſ.

Ulpian. in fragmen. tit. 5. C. 1. Cajus inſtit. tit. 4. Cicero in topicis.

Boethius in topic. Cicer.

Seneca lib. 4. de beneficiis cap. 35.

Ulpian. l. ex facto 17 §. facto ad Trebell.

Ælius Anton. in l. 1. C de hæred. inſt.

Paul l. ſi quis ſic ſtipuletur 17. ſoluto matrim.

Sveto. in Claudio.

*Canon XVI.* Vulgatus.

*De puellis fidelibus, ne infidelibus conjungantur.*

Hæreticis qui errant ab eccleſia catholica, ne ipſis catholicas dandas puellas; ſed neque Judæis neque hæreticis dari placuit, eo quod nulla poſſit eſſe ſocietas fidelis cum infideli: ſi contra interdictum fecerint parentes, abſtinere per quinquennium placet.

Canon XVI.

Canon XVI. *Emendatus.*

*De puellis fidelibus, ne infidelibus conjungantur.*

Hæreticis ſi ſe transferre noluerint ad eccleſiam catholicam, ne ipſis catholicas dandas puellas; ſed neque Judæis, neque ſchiſmaticis dari placuit, eo quod nulla poſſit eſſe ſocietas fidelis cum infideli: ſi contra interdictum fecerint parentes, abſtinere per quinquennium placet.

HÆRETICORUM connubia bis interdixiſſe in eodem canone patres omnis brevitatis ſtudioſos, vix eſt ut credam. In vetuſto C. MS. *Laiticis* qui errant ab eccleſia catholica; ſed legendum puto ſchiſmaticis: cum ut omnis ſpecies infidelitatis comprehendatur: tum quia Africani patres cum hujus concilii decretum renovaſſent in concilio Carthaginenſi III. can. XII. hæc eadem connubia cum ſchiſmaticis, hæreticis, vel infidelibus, clericorum filiis interdixerunt, ut dicemus poſtea. Sed quid ſi pro nomine *catholica*, catholicis legendum ſit hoc ſenſu, ut hæreticis admonitis, ſi ſe transferre ad eccleſiam noluerint, in pœnam pertinaciæ nec poſtea catholicis converſis dandas catholicas puellas. Non temere id affirmavero.

*De hæreticorum, ſchiſmaticorum & Judæorum connubiis.*

CAPUT XXXIV.

QUANTA ſint, quam pernicioſa & ſchiſmatis & hæreſeos crimina, quorum altero fides interit, qua Deum & ſalutis conſequendæ rationem cognovimus, altero caritas extinguitur, qua Chriſto, ejuſque corpori (quod eſt eccleſia) conjungimur: ſapienter & pie multis hujus concilii decretis Hiſpani epiſcopi expreſſerunt, dum omnium ſacramentorum expertes decreverunt, quos vel leviter tanti criminis labes maculaſſet. Nulla enim eſt peſtis, quæ celerius hæreſi inficiat, & ſuo contagio exitium afferat aliis præſentius. Inſtar enim cancri (ut apoſtolus ait) ſerpit, & ſimulatque corporis partem aliquam corripuerit, continuo, ſenſim atque occulte in reliquas diffunditur partes, & lubrica deinde in alios facilitate prolabitur. Qua de cauſa Hiſpani epiſcopi, non minus probitate vitæ, & ſanctitate doctrinæ, quam prudentiæ honore commendabiles, videntes huic morbo nullum certius præſtantiuſque remedium adhiberi poſſe, quam fugam, quod in fuga ſalus, in averſione præſidium, in execratione refugium ſit, ideo hæreticorum & ſchiſmaticorum connubia, ut pernicioſiſſimam ſocietatem tam gravi in parentes pœna propoſita filiis fidelibus interdixerunt, ne divinum gratiæ ſacramentum alterius conjugum hæreſi aut ſchiſmate in grave & profanum animi adulterium converteretur; & eadem facilitate tam filii, quam poſteri, & utriuſque familiæ conſanguinei ejuſdem erroris venenum a parentibus propinatum ſuſciperent: ſuſceptum intimis conciperent viſceribus; conceptumque tandem in reliquas populi partes majori pernicie & calamitate propagarent. Ab hoc concilio acceperunt reliqua, vel generalia, vel provincialia, quæ his matrimoniis aditum præcluſerunt. Horum unum Laodicenum fuit. *Eos* (ait) *qui ad eccleſias pertinent, indifferenter filios proprios hæreticorum nuptiis minime ſociare debere.* Et rurſus. *Quoniam non oportet*, inquit, *cum hæreticis commiſcere connubia, & vel filios vel filias dare, ſed potius accipere.* Concilium Carthaginenſe III. *Item placuit, ut filii vel filiæ epiſcoporum, vel quorumlibet clericorum, Gentilibus, vel hæreticis, aut ſchiſmaticis matrimonio non jungantur.* Chalcedonenſe. *Quoniam in quibuſdam provinciis conceſſum eſt pſalmiſtis, & lectoribus uxores ducere, conſtituit ſancta ſynodus, prorſus cuique ex his non licere alterius ſectæ accipere uxorem. Si quis vero prævenit, & habet jam de tali connubio filios, ſi forte prævenerint eos jam apud hæreticos baptizari, debent eos offerre ſanctæ eccleſiæ catholicæ, ut ibi communicent. Qui vero adhuc baptizati non ſunt, omnimodo non poſſe eos in hæretica eccleſia baptizari, nec in matrimonio jungi hæretico, Judæo, vel Pagano: niſi forte ſpoponderit ſe venire ad orthodoxam fidem, dum conjungitur perſona orthodoxa. Si quis vero hanc definitionem ſanctæ ſynodi præterierit, regularum condemnationibus ſubjaceat.*

Concil. Laodicen. can. 10. & 31.

Conc. Carthag. 3. c. 12.

Conc. Chalced. can. 13.

Sed an matrimonium irritum ſit (ut vocant) & nullum, ſi contrahatur, quærunt doctores ſcholaſtici. Et tandem a divo Thoma & reliquis recte doceri video, matrimonium valere. Quod etiam ex hoc canone colligi videtur, dum nulla alia pœna niſi quinquennii in parentes excommunicatio adjicitur.

D. Thom. in 4. diſt. 39. art. 1.

A Urget tamen ſcrupuloſius multo magis quam verius canon ſynodi VI. quo hæc matrimonia irrita eſſe renunciantur. *Non licere*, inquit, *virum orthodoxum cum muliere hæretica, nec orthodoxam cum viro hæretico copulari: ſed ſi quid hujuſmodi ab ullo ex omnibus factum apparuerit, irritas nuptias exiſtimari, & nefarium conjugium diſſolvi. Si autem adhuc infideles ſunt inter ſe legitimo matrimonio conjuncti; deinde alter eorum convertatur ad fidem, altero in infidelitate manente, ſi fideli placeat cum infideli habitare, non a ſe invicem ſeparentur juxta Pauli ſententiam.* Quod confirmant quæ ad illius interpretationem adjecit Theodorus Balſamon, notans canonem adverſus Iberos, quod liberos olim Saracenis traderent; ſic enim inquit. *Lex civilis definit matrimonium, ſocietatem & communionem divini & humani juris. Hinc ergo conſequenter ſancti patres decernunt, jure matrimonii non eſſe conjungendum virum fidelem mulieri infideli, vel infidelem mulierem viro fideli: ſed & ſi quid ejuſmodi factum fuerit, divellendum ac ſeparandum eſſe matrimonium,*

Canon. 72. VI. ſynodi.

1 Cor. 7.

Theodor. Balſam. ad can. 72. VI. ſynodi.

B *ut quod conſiſtere non poſſit. Quæ eſt enim*, inquit, *lupo cum agno ſocietas, quorum eſt penitus contraria voluntas, ſibique ſunt invicem in omnibus adverſi & infeſti, quod ſit contraria eorum vivendi ratio? Et non ſolum ſeparandum eſſe matrimonium, ſed & eum qui tale quid auſus eſt, ſegregandum eſſe ſtatuunt. Sed ſi*, inquiunt, *alter ex conjugibus fidem orthodoxam elegerit, non propterea ſeparabitur matrimonium. Magnus enim apoſtolus in epiſtola ad Corinthios ſtatuit, eos non eſſe ſeparandos, quoniam ſanctificatus eſt vir infidelis per fidelem mulierem, & contra, ſanctificatur infidelis mulier per virum qui credidit. Eſt autem ſpes fore, ut ejuſdem ſint ſententiæ conjuges; ſi alter ex ipſis fidem orthodoxam elegerit. Nota ergo præſentem canonem propter Iberos, qui ſuas filias Agarenis indiſcriminatim in matrimonio collocant. Similiter nota & verbum canonis, quod dicit: Fideli autem ſi placeat cum infideli cohabitare, vel contra, fideli cum infideli, ne ſeparentur; ſi quis enim horum ſeparari maluerint, matrimonium ex eo divelletur. Quod quidem factum eſt tempore ſanctiſſimi patriarchæ domini Theodoti; ſeparatus eſt enim a ſua infideli uxore Baſilius buccinator, poſtquam baptizatus fuerat, cum decreto patriarchali; ut pote quæ a viri ſuaſione induci non poſſet, ut baptizaretur.* Repetivi iterum in nomocanone Photii. *Et ſcies quod fidelis cum muliere infideli non jungitur matrimonio, etiamſi nonnulli decepti a fine ipſius canonis qui docet de infidelibus qui crediderunt poſt matrimonium, aliud audacter dixerint. Ego autem qui ſcio eſſe orthodoxas Iberas, & noſtra omnia ſuſcepiſſe, & videam ipſos ſuas filias Agarenis nuptui dare, miror, & neſcio quomodo a ſuis ſacerdotibus, qui legunt & ſciunt decreta canonum, hæc non prohibentur. Hæc ergo corrigi cupio potentiſſimi & ſanctiſſimi noſtri imperatoris auxilio.* Hæc Balſamon. Sed miror doctos viros tantopere canone concilii Conſtantinopolitani & Theodori interpretatione commoveri, cum tanta illius concilii decretis auctoritas tribui debeat, quantam & ego cenſeo tribuendam Balſamoni; cujus dignitatem,

1. Corin. 7

Theodor. Balſam. in nomocanone Photii. titu. 12. can. 13

Conc. Conſtantinop. can. 92.

D ſtudium, & eruditionem, etſi plurimum profuiſſe reipublicæ non diffiteor, ſic & in illo majorem aliquando pietatem & acriorem diligentiam ſæpe me deſideraſſe non negaverim, ut jam ſemel antea dixi, dicendumque alias ſæpe. De VI. ſynodi canonibus & eorum auctoritate fuſius quoque differemus inferius. At quamvis matrimonium cum hæreticis contractum, in occidente præcipue, ratum eſſe conſtet, non tamen hoc impune fieri licet: nam fœmina quæ erroris viri conſcia hæretico nubit, dotis pœna multatur conſtitutione Bonifacii VIII. Illud autem hic adnotandum eſt, ut periculoſius multo vitandum eſſe, puellas Chriſtianas hæreticis vel infidelibus tradi, quam puellas hæreticas vel infideles Chriſtianis maritis adjungi; cum fœminæ magis poſſint & ſoleant virorum erroribus, quam viri fœminarum turpitudine maculari, faciliuſque multo ſit, uxorem hæreticam vel infidelem Chriſtiani mariti & catholici, quam hæreticum & infidelem maritum catholicæ uxoris conſilio ab hæreſeos & idololatriæ erroribus ad veritatis lucem revocari.

Cap. 41. hujus lib.

Cap. 12. hujus lib.

Bonifac. in cap. decrevit de hæretic. lib. 6.

E

Sed neque Judæis.

*Cum Judæis matrimonia inita, ipſo jure nulla.*

CAPUT XXXV.

TANTA fuit ſemper Judæorum improbitas, tanta in errore pertinacia, ut legibus caveri oportuerit, connubia Chriſtianorum cum iis inita, ob grave contagionis periculum, non modo illicita, verum irrita eſſe ac nulla, ideoque ſeparanda: quod multis conciliorum decretis Hiſpanorum præcipue conſtitutum eſt. Toletanum IV. *Sæpe*, inquit, *malorum conſortia etiam bonos*

Concil. Tolet. 4. c. 61

*bonos corrumpunt, quanto magis eos, qui ad vitia proni ſunt. Nulla igitur communio ſit Hebræis ad fidem Chriſtianam tranſlatis, cum his qui adhuc in veteri vita conſiſtunt, ne forte eorum participatione ſubvertantur. Quicumque ergo ex his qui baptizati ſunt, amodo infidelium conſortia non vitaverint, & hi Chriſtianis donentur, & illi publicis cædibus deputentur.* Et rurſus. *Judæi qui Chriſtianas mulieres in conjugio habent, admoneantur ab epiſcopo civitatis ipſius, ut ſi cum eis permanere cupiunt, Chriſtiani efficiantur: quod ſi admoniti noluerint, ſeparentur; quia non poteſt infidelis in ejus permanere conjunctione, quæ jam in Chriſtianam tranſlata eſt fidem.* Confirmavit concilium Toletanum VIII. Idem fere decrevit concilium Arvernenſe. *Si quis Judaica pravitati,* inquit, *jugali ſocietate conjungitur, & ſeu Chriſtiana Judæo, ſive Judæus Chriſtianæ mulieri conſortio miſcetur carnali, quicumque horum tantum nefas admiſiſſe dignoſcitur, a Chriſtianorum cætu atque convivio, & communione eccleſiæ, cujus ſociatur hoſtibus, ſegregetur.* Idem conſtituit concilium Aurelianenſe II. *Placuit,* inquit, *ut nullus Chriſtianus Judæam, neque Judæus Chriſtianam in matrimonio ducat uxorem, quia inter hujuſmodi perſonas illicitas nuptias eſſe cenſemus: qui ſi commoniti a conſortio hoc ſe ſeparare diſtulerint, a communionis gratia ſunt ſine dubio ſubmovendi.* Aurelianenſe III. *Chriſtianis omnibus interdicimus, ne Judæorum conjugiis miſceantur: qui ſi fecerint, uſque ad ſequeſtrationem, quiſquis ille eſt, communione pellatur.* Zacharias P. P. *Si quis Chriſtianus filiam ſuam Judæo in conjugio copulare præſumpſerit, niſi perfecte crediderit Chriſto, & baptizatus fuerit, &c. Et ſi vidua Chriſtiana Judæum duxerit virum, vel conſentientibus ei, anathema ſit.* Hic apparet, quanta de Judæorum pertinacia & improbitate injecta ſit multis juſtiſſimiſque de cauſis epiſcoporum animo ſuſpicio. Nam ut in retinenda illi ſua lege pertinaciores; ſic & in pervertendis aliorum animis propenſiores ſunt ideoque Valentinianus, Theodoſius & Arcadius impp. legem tulerunt, adulterii pœnam conſtituentes in illos, qui Chriſtianam mulierem, vel eas Chriſtianas, quæ Judæum maritum ſuſcepiſſent. *Ne quis,* inquiunt, *Chriſtianam mulierem in matrimonium Judæus accipiat, neque Judææ Chriſtianus conjugium ſortiatur. Nam ſi quis aliquid hujuſmodi admiſerit, adulterii vicem commiſſi hujus crimen obtinebit; libertate in accuſandum publicis quoque vocibus relaxata.* Quod ſi Judæi vera animi devotione ad fidem noſtram convertantur, cum illis neophytis matrimonio originarios fideles ſociandos concilii Baſilienſis patres pie ſatis monuerunt.

Idem can. 62.

Conc. Tolet. 8. can. 12. Refertur a Grat. in cap. Judæi. 28. q. 1. Concil. Arver. can. 6

Concil. Aurel. 2. can. 18.

Concil. Aurel. 3. can. 13.

Zacharias PP. in ſynodo Romana can. 10.

In l. 5. C. Theodoſ. ad l. Jul. de adult.

Concil. Baſilien. can. 10.

A tandem pontificatus honor & dignitas crevit, ut Plutarcho teſte, regis proxima crederetur; eaque ratione purpuram, ut reges, pretioſiorem, nempe bis tinctam, induebant. Quod cum a Conſtantino magno noſtræ religionis ſacerdotibus cum reliquis antiquorum privilegiis communicaretur, eaque purpura aliquando abuterentur clerici ad vanam opum oſtentationem, vetitum poſtea illis reperio decreto concilii Narbonenſis, purpura indui. Cujus uſus & interdictionis hæc ratio fuit. Pileum flaminum inſigne nunquam deponebant, ut refert Ammianus: tametſi, ut Plutarchus teſtatur, ceteri ſolerent occurrentibus caput detegere. Equo vehi non poterant; ſed ut majori pompa major dignitati ſplendor accederet, carpento utebantur, illiſque ſolis permiſſum carpento ingredi Capitolium, Tacitus refert. Fuiſſe præterea flaminis Dialis immunitatem ſcribit Ammianus, ut jurare ei minus liceret, quod non deceret de rebus parvis fidem ei non haberi, cui res ſacræ & maximæ eſſent concredita. Si qui noxii ad eum confugiſſent, ea die a pœna B erant immunes, Plutarchus. Ipſos quoque a collationibus & tributis liberos, ni ſumma neceſſitate urgeretur reſpublica, idem Plutarchus & Livius affirmant. Quinimo ſumptus & ſtipendia & rerum ſacrarum impenſas, ut refert Halicarnaſſeus, ex publica pecunia accipiebant. Hæc ſtipendia Gratianus imperator edicto proprio adempta, fiſco arcæque publicæ vendicavit, reliqua autem privilegia Arcadius & Honorius impp. ſacerdotibus idolorum ſuſtulerunt. Ante vero, cum hujus concilii tempore, tot honoribus & privilegiis ſacerdotum dignitas ornaretur, illorum autem fructum plerique fideles rerum inaniſſimarum, quam religionis cupidiores, ut perciperent, ſolebant filias his ethnicorum ſacerdotibus in matrimonio locare; quod quam fuerint patres Illiberritani vehementer deteſtati, non obſcurum hic poſteris argumentum præbuerunt; infidelium nuptias canone qui præceſſerit, fidelibus intercluſerunt, nulla pœna propoſita: in hoc autem cum ſacerdotibus ethnicorum iniri, ſanctione iterata & gravi addito anathemate inhibuerunt. Nam cum ſacerdotes C profana deorum ſacrificia & reliqua idololatriæ munera obire & exequi debuiſſent, majus inerat periculum, ne ex illorum contubernio & ſocietate aliquam tanti criminis maculam uxores fideles contraherent: ideoque parentes earum nuptiarum auctores, gravi, ſed meritiſſima pœna mulctarunt, ut nimirum ad ultimum uſque vitæ ſpiritum communione privarentur. Tanto enim ſtudio in obſtruendo omni ad idololatriam aditu patres noſtri elaborarunt, ut catechumenis fœminis ob eamdem religionis ſollicitudinem, viros ſcenicos vel comicos habere peculiari caverint decreto.

Gellius lib. 10. c. 15. Tacitus lib. 3 annal. Plutarch. problemat. c. 113. Cicer. ad Atticum lib. 2. epiſt. 24.

Concil. Narbonenſe. can. 4. Nondum editum eſt, ſed MS. apud nos extat.

Ammian. lib. 22. Plutarch. quæſt. Rom. 9. 10.

Tacitus lib. 12. Ammian. li. 22. Plutar. Proble. 3. Liv. li. 3. decad. 4. Plutar. in Camil. Halicarnaſſ. lib. 2. Roman. antiq. L. 14. C. Theod. de Paganis.

Can. 15.

*Canon XVII.* Vulgatus.

*De his qui filias ſuas ſacerdotibus Gentilibus conjungunt.*

Si qui forte ſacerdotibus idolorum filias ſuas junxerint, placuit nec in fine eis dandam communionem.

Canon XVII. *Emendatus.*

*De his qui filias ſacerdotibus Gentilium conjungunt.*

Si qui forte ſacerdotibus idolorum filias ſuas junxerint, placuit nec in fine eis dandam eſſe communionem.

*Varia ethnicorum ſacerdotum privilegia. cur ſpeciatim connubium cum illis interdicatur.*

C A P U T XXXVI.

MULTA olim ſacerdotibus idolorum privilegia conceſſit vetuſtas, quæ variis conſecrata literis antiqui adhuc ſcriptores conſervant. E Religionis vel ſuperſtitionis ſuæ ceremonias & inſtituta tuebantur; & ſi quid dubii inerat, interpretabantur, auctore Livio. Quibus aris, quibus hoſtiis, quibus diebus, quibus templis, quibus diis ſacra eſſent facienda, exponebant. Ne Romana ſacra alii contemnerent, aut peregrinos ritus aſciſcerent, providebant. De votis rite exſolvendis, de jurejurando, de matrimonio, de funeribus juſtiſque exhibendis, de placandis manibus, ac de omnibus tandem controverſiis ſuæ religionis judicabant. Singulorum annorum res memoratu dignas (annales vocabant) mandabant literis, & in album efferebant, ut populo eſſet exſcribendi poteſtas. Cum quis ſui juris eſſet arrogandus, apud ipſos lege quærebatur, quæ cauſa eſſet adoptionis, quæ ratio generis, quæ dignitas, quæve ſacra. Adeoque

Liv. li. 1. decad. 1. Liv. ibid. & Valer. lib. 1. c. 1. Halicarnaſ. li. 2. Roman. antiq. Feſtus Pompei. lib. 11. A Gelli. lib. 5. noct. Att. c. 19. Cicer. lib. 2. de oratore. Macrob. lib. 3. Satur. c. 3. 13

*Canon XVIII.* Vulgatus.

*De ſacerdotibus & miniſtris, ſi mœchati fuerint.*

D Epiſcopi, presbyteri, diaconi, ſi in miniſterio poſiti, detecti fuerint quod ſint mœchati, placuit, & propter ſcandalum, & propter nefandum crimen, nec in fine eos communionem accipere debere.

Canon XVIII. *Emendatus.*

*De ſacerdotibus & miniſtris, ſi mœchaverint.*

Epiſcopi, presbyteri, diaconi, ſi in miniſterio poſiti, detecti fuerint quod ſint mœchati, placuit, & propter ſcandalum, & propter nefandum crimen, nec in fine eos communionem accipere debere.

*De pœna epiſcoporum & ſacerdotum mœchantium.*

C A P U T XXXVII.

INTER eas virtutes, quibus epiſcoporum, presbyterorum & diaconorum animos excoli ornarique decet, una præcipua eſt pudicitia, flos morum, honor corporum, decor ſexuum, integritas ſanguinis, fides generis, fundamentum ſanctitatis, præjudicium omnis bonæ mentis, ut Tertullianus deſcripſit, & poſt illum D. Cyprianus. Cum enim hi ſcire debeant, ſe templa eſſe domini, membra Chriſti, habitationem Spiritus ſancti, electos ad ſpem, conſecratos ad fidem, deſtinatos ad ſalutem, filios Dei, fratres Chriſti, conſortes Spiritus ſancti, ut idem Cyprianus dixit; quid magis effugere debent, quam peccatum illud, quo ipſi Patris omnipotentiam, ſapientiam Filii, & Spiritus ſancti boni-

Tertull. lib. de pudicitia in princ. Div. Cypr. lib. de bono pudicitiæ c. 1. Idem in eod. c. 1

A nitatem ſuæ turpitudinis ſordibus impediunt ? Intellexerunt hoc olim Gentes, dum ſacra facturos ab omni impudicitia abſtinere volebant. De antiquorum Ægypti ſacerdotum vita Charemon philoſophus narrat, ut D. Hieronymus refert, quod nunquam mulieribus miſceri deberent : ut caſtitatem inoffenſam ſervarent, a ſalis uſu abſtinuiſſe refert Plutarchus, quod caloris vi libidinem concitet. De Græcis idem recenſet Pauſanias in Achaicis ; qui ut pudicitiæ leges majori integritate ſervarent, rutam aſſidue inter edulia ſumere ſolebant ; quod ea libidinis faces extinguat, auctore Dioſcoride. Quid ſimile Feſtus Pompejus tradit, & Gellius, Diali Romæ nefas fuiſſe hederam tangere, ac ne nominare quidem fas fuiſſe, quod herba haberetur laſciva ; eo ænigmate declarantes, quanta puritas caſtitaſque deceat Dei ſacerdotes. Si Gentes ergo, ut diis vel dæmonibus potius ſacra facerent, tam diligentes & acres pudicitiæ cuſtodes fuerunt, quid non facere debent Chriſti cultores, imitatores & miniſtri ? Si enim ſenſu non carent, intelligere debent, majorem in vincenda quam in B explenda voluptate voluptatem ineſſe. Quod ſi contra ſentientes fæminarum ſe complexibus implicaverint, vel maculaverint potius, deponendos eſſe antiqua apoſtolorum conſtitutio docet. *Epiſcopus*, ajunt, *aut presbyter aut diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus eſt, deponatur : non tamen communione privetur : dicit enim ſcriptura : Non vindicavit dominus bis in idipſum*. Communionis autem privationem adjecerunt patres Hiſpani hic, ut arctiori vinculo conſtricti, a tam nefando crimine retraherentur. Nefandum enim olim vocarunt, quia a carnalibus peccatis etiam nominandis abſtinere Dei cultui conſecratos volebant ; quæ antiqua eſt eccleſiæ, & ſanctorum conſuetudo, ut teſtatur divus Baſilius. *Quæcumque autem*, inquit, *ſunt alia immundarum animi perturbationum genera, dæmoniorum ſcholæ invenit, divina ſcriptura ſilentio præterit, majeſtatem ſuam turpium rerum nominibus nolens polluere, ſed generalibus nominibus immunditias complexa eſt ; ſicut apoſtolus dicit : Fornicatio autem, & omnis immunditia, ne nominetur quidem in vobis, ſicut ſanctis convenit.* C Quare cum in Hebræorum republica olim ſues in tanta eſſent abominatione, ut nec eos nominare liceret ; ſi neceſſitate nominandi urgerentur, nefanda animalia nuncupabant, ut ex Joſepho colligitur. Hodie autem crimen nefandum Hiſpanorum uſu ad ſolum crimen præpoſteræ libidinis accommodatur. In CC. aliis MS. nefarium lego. Inter utrumque quid interſit, Aſconius Pedianus : *Nefandum*, inquit, *eſt, non fandum : nefarium, quod ſacra polluit, farre pie ſolita celebrari*. Concilium Neocæſarienſe, ob adulterium vel fornicationem extra eccleſiam abiici, & inter laicos ad pœnitentiam redigi presbyteros jubet : deponi autem & depoſitum detrudi in monaſterium, ex decreto VII. concilii Aurelianenſis III. probat Gratianus. Quam depoſitionis ſententiam, ob id crimen admiſſum, & ſola ſua confeſſione probatum, in Potamium epiſcopum Bracarenſem latam legimus in concilio Toletano X. Fructuoſo eccleſiæ Dumienſis epiſcopo in ejus locum ſuffecto : hodie etiam in epiſcopis & presbyteris obſervari in Hiſpania, noſtræ ætatis ſcriptores teſtantur : in fornicariis vero arbitrariam. D Sed ab arbitraria hac fornicationis pœna excipiuntur epiſcopi, quos ob majora incommoda publici exempli, ut violati cum eccleſia ſponſa magni ſacramenti, depoſitos videmus, & ad agendam pœnitentiam in monaſterium detruſos.

Dum de gravitate adulterii & fornicationis, & eorum pœna canon hic agit, occaſio erat diſputandi, vel refutandi potius antiquorum quorumdam epiſcoporum errorem, qui Cypriano teſte dandam mœchis pœnitentiam negarunt : quam aſſeveranter, ne dicam pertinaciter, defendit Tertullianus. Sed quia illum ſatis, pieque & ſapienter refutavit Cyprianus & alii antiquiores, ex recentioribus autem Jacobus Pamelius ad ſingula Tertulliani in contrarium argumenta reſpondit, omittemus laborem : cum exſtet, præcipue concilii Tridentini doctrina, qua certi ſecurique reddimur, omnem lapſum poſt baptiſmum gratia Dei reſurgere poſſe, & juſtitiam amiſſam recuperare ; contra opinantibus anathemate propoſito.

D. Hieron. li. 2. adverſ Jovinianum. Plutarc. in ſympoſ. & in lib. de Iſide & Oſiride. Pauſanias in Achaicis. Dioſcor. li. 3. c. 50. Plutarch. in problemat. c. 12. Gel. li. 10. noct. Atticar. c. 15.

Canon Apoſt. 25.

Nahum. 1.

D. Baſi. in epiſt. ad Diodor.

Joſephus de bello Judaico. l. 3. c. 1.

Aſcon. Pedianus oratione 3. contra Verrem.

Conc. Neocæſar. can. 1. Grat. in c. ſi quis presbyt. 81. diſt. Concil. Tol. 10. ad finem. Cov. in 4. 2 p. c. 6. §. 7. num. 19. Bernardus Diaz cum his quos in eam rem citat, in prac. crimin. ca. 78.

Cypr. lib. de lapſis. Tertul. lib. de pudicitia. Jaco. Pamel. eod. lib. de pudicitia.

E

*Canon. XIX.* Vulgatus.

*De clericis negocia vel nundinas ſectantibus.*

Epiſcopi, presbyteri & diaconi de locis ſuis negociandi cauſa non diſcedant ; nec circumeuntes provincias, quæſtuoſas nundinas ſectentur. Sane ad victum ſibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant ; & ſi voluerint negociari, intra provinciam negotientur.

Canon XIX. *Emendatus.*

*De clericis negocia & nundinas ſectantibus.*

Epiſcopi, presbyteri & diaconi de locis ſuis negociandi cauſa non diſcedant : nec circumeuntes provincias, quæſtuoſas nundinas ſectentur. Sane ad victum ſibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant, & ſi voluerint negociari, intra provinciam negocientur.

*Quæ negociatio clericis interdicta, quæ permiſſa.*

## CAPUT XXXVIII.

ALENDIS eccleſiæ miniſtris ( ut divino ſolum cultui & animarum tutelæ inſervirent attentius, negociationibus & aliis ſæcularibus expediti negociis ) primitias & decimas præſcripſerunt apoſtoli, ut auctor eſt Clemens. Cum vero primum tot fideles non eſſent, ut ex poſſeſſionibus illorum alimentis neceſſariis pares redditus perciperentur, fructuum hæc inopia fidelium caritatem auxit : caritas autem non levavit ſolum, ſed ditavit clericorum tenuitatem : nam ſi non prædiorum redditus, prædia ipſa offerebant fideles, ut eis diſtractis, in alimenta clericorum pretia converterentur, Luca teſte. Sed cum aliquando hæc etiam vitæ ſubſidio non ſufficerent, pietate & prudentia ſingulari inſtituerunt fideles, ſingulis quibuſque menſibus, vel frequentius ( cum facultas erat ) ſtipem quamdam in arcam conferre, qua illi commode poſſent ſuſtentari. Nec ea tributi nomine a præpoſitis exigebatur, velut impoſitum adeptæ veræ C religionis pretium, ſed pia & gratioſa Chriſtiani animi liberalitate ab ipſis offerebatur : & liberalitate tanta, ut poſtquam ſeipſos, clerici, pauperes etiam alios Chriſtianos, pupillos, imbecilles, naufragos, confeſſores, in inſulas relegatos, ad metalla damnatos, in carcere detentos, mortuos etiam ſepulturæ mandantes conſimili caritate juvarint. Tertullianus : *Præſident*, inquit, *probati quippe ſeniores, honorem iſtum non pretio, ſed teſtimonio adepti ; neque enim pretio ulla res Dei conſtat. Etiam ſi quod arcæ genus eſt, non de ordinaria ſumma, quaſi redempta religionis congregatur ; modicam unuſquiſque ſtipem menſtrua die, vel quum velit, & ſi modo velit, & ſi modo poſſit, apponit : nam nemo compellitur, ſed ſponte confert. Hæc quaſi depoſita pietatis ſunt. Nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis diſpenſatur, ſed egenis alendis, humandiſque pueris ac puellis re ac parentibus deſtitutis. Jamque domeſticis ſenibus, etiam naufragis, & ſi qui in metallis, & ſi qui in inſulis, vel in cuſtodiis, dumtaxat ex cauſa Dei ſectæ, alumni confeſſionis ſuæ fiunt.* D Juſtinus martyr : *Ceterum*, ait, *qui copioſiores ſunt, & volunt, pro arbitrio quiſque ſuo, quod viſum eſt, contribuunt ; & quod ita colligitur, apud præpoſitum depoſitum deponitur ; Atque ille deinde opitulatur pupillis, & viduis, & his qui propter morbum, aut aliam cauſam egent : quique in vinculis ſunt, & peregre advenientibus hoſpitibus ; & ut ſimpliciter dicam, indigentium is omnium curator eſt.* Quam ſingularem & extraordinariam fidelium caritatem, non admirationi ſolum, ſed odio fuiſſe Gentilibus, Tertullian. & Ammianus Marcellinus teſtantur, quorum impiis objurgationibus impp. Gentiles verentes ne profuſis his largitionibus Chriſtianorum eccleſiæ & clerici ditarentur, eos donationum expertes eſſe voluerunt ; ut indicat Conſtantinus, dum relinqui poſſe eccleſiæ & clericis in teſtamentis, populo pro gratia religionis Chriſtianæ conceſſit. Nec donis & muneribus accipiendis inhabiles eos eſſe antea voluerunt, ſed factis jam & acceptis donationibus ornatos ſæpiſſime ſpoliarunt ( & hanc reor fuiſſe hujus canonis, & conceſſæ ab eo permiſſionis in negociis gerendis licentiam, vel potius neceſſitatem ) ut ejuſdem Conſtantini E imp. edicta, quibus res ablatas reddi jubet, confirmare videntur : de ipſo enim & Licinio hæc refert Euſebius. *Illud etiam præter cetera, nominatim Chriſtianis decernimus, ut loca eorum, in qua ipſi in more poſitum erat antea convenire* ( de quibus quidem rebus litteris ſuperioribus ad tuam ſanctimoniam datis, alia formula eo tempore a nobis erat definita & præſcripta ) *ſi qui, vel a quæſtore noſtro, vel ab alio quopiam, eam emiſſe videantur, Chriſtianis abſque argento, abſque ulla repetitione pretii, quod in illis emendis collocaverant, ſine omni mora & dubitatione reſtituant : ſi qui ipſa loca pro munere fuerint adepti, ut ipſi Chriſtianis quam celerrime reddant : ac ſi qui ea, aut coemerint, aut dono receperint aliquid a noſtra bonitate poſtulent, præfectumque qui regioni in qua habitant, præeſt, adeant, quo ipſorum etiam a noſtra munificentia proviſio & cura ſuſcipiatur : quæ quidem*

D. Clem. lib. 2. conſtit. apoſtol. c. 29.

Luc. Actuum 2.

Tert. in Apologet. c. 39.

Juſtinus Martyr in apologia pro Chriſtianis.

Tert. in Apologet. c. 39. Ammi. Marcellin. lib. 27.

Conſtant. in l. 1. C. de ſacroſanctis eccle.

Euſeb. lib. hiſt. eccleſ. c. 5.

*quidem omnia Chriſtianorum ſocietati tuæ ſtudio & induſtria extemplo & ſine ulla dilatione reſtituenda cures, oportebit: at quoniam ipſi Chriſtiani non ſolum ea loca in quæ convenire ſolent, ſed alia etiam habuiſſe cognoſcuntur, quæ non privatim ad ſingulos, ſed ad jus totius ipſorum communitatis, id eſt Chriſtianorum, ſpectabant, ſingulis qui ea poſſident, mandes velim, ut omnia per legem quam ſupra poſuimus, abſque ulla controverſia Chriſtianis, id eſt ſocietati ipſorum & conventiculis reddant.* Quod & alterius edicti exemplar ad Anulinum ab eodem Euſebio relatum confirmat.

Idem eodem c.

SALVE, ANULINE, nobis in primis venerande. Eſt hæc noſtra clementiæ ratio & modus, Anuline honoratiſſime, ut illa quæ ad alienum jus pertinent, non ſolum non perturbare, ſed etiam cuique reſtituere quam maxime cupiamus. Quare volumus, ut ſimulac haſce literas a nobis acceperis, ſi quæ ex his poſſeſſionibus quæ ad catholicam Chriſtianorum eccleſiam in quibuſque civitatibus aut locis pertinent, etiam adhuc a civibus aut ab aliis quibuſdam retineantur, eas quam primum iiſdem eccleſiis facias reſtitui. Quandoquidem animo inſtituimus, ut ea quæ eccleſiæ antea poſſederunt, ad ipſarum jus denuo revertantur. Cum igitur tua pietas animadvertat, decretum hoc abſque dubio de noſtra ſententia eſſe publicatum, enitere atque elabora, ut ſive horti, ſive ædes, ſive aliud quodque aliquando ad jus ipſarum ſpectaverit, omnia illis quam celerrime reddantur, ut te huic noſtro edicto diligentiſſimum obſequium præſtitiſſe intelligamus. Vale, Anuline honoratiſſime, nobiſque cariſſime.

Ideo autem non ad ſingulos clericorum, ſed ad communitatem & eccleſiam hæc omnia bona pertinere dixit Conſtantinus; quia olim Chriſtiani & clerici nihil habebant privatum, ſed communia omnia, ut Tertullianus docet. *Sed & quod fratres nos vocamus,* ait, *non alias, opinor, infamant, quam quod apud ipſos omne ſanguinis nomen de affectatione ſimulatum eſt. Fratres autem etiam veſtri ſumus, jure naturæ, matris unius, etſi vos parum homines, quia mali fratres. At quanto dignius fratres & dicuntur & habentur, qui unum patrem Deum agnoverunt, qui unum ſpiritum biberunt ſanctitatis, qui de uno utero ignorantiæ ejuſdem ad unam lucem expaverint veritatis. Sed eo fortaſſe minus legitimi exiſtimamur, quia nulla de noſtra fraternitate tragœdia exclamat, vel quia ex ſubſtantia familiari fratres ſumus, quæ penes vos fere dirimit fraternitatem. Itaque qui animo, animaque miſcemur, nihil de rei communicatione dubitamus. Omnia indiſcreta ſunt apud nos, præter uxores: in iſto loco conſortium ſolvimus, in quo ſolo cæteri homines conſortium exercent.*

Tertull. in apologet. c. 39.

Cum victui ergo neceſſaria deeſſent, nefaria ethnicorum imperatorum invidia, (& hinc etiam intelligi par eſt, ante Conſtantini imperium concilium hoc habitum) fas eſſe putaverunt epiſcopi noſtri, induſtria & ſollicitudine negociorum honeſta, dominantem famem depellere; ne coacta mendicitas opprobrio foret ſacræ dignitati. Cum vero aliquando ex honeſta negociatione ad quæſtuoſam (ut facile eſt) graviſſimo animæ & dignitatis periculo inopes dilaberentur, Africanis epiſcopis placuiſſe video, ut egeni clerici quacunque doctrina, & eruditione præſtantes, vel manuum opere, vel artificio honeſto, vel cultura agrorum, victum ſibi compararent. *Clericus,* ajunt, *quantumlibet verbo Dei eruditus, artificio victum quærat.* Et poſtea. *Clericus victum & veſtimentum ſibi artificiolo vel agricultura abſque officii ſui dumtaxat detrimento præparet.* Quod apoſtolos feciſſe, cum a prædicatione præſertim tempus otiumque vacaret, refert beatus Hieronymus, Auguſtinus, Chryſoſtomus, & ante hos Clemens, qui omnes etiam eccleſiæ miniſtros ad id penſum revocat. Quod ſi ignorarent artificiola, quibus inſervire oportebat, illa addiſcere cogebantur ab eiſdem Africæ patribus in eodem concilio Carthaginenſi IV. *Omnes clerici,* ajunt, *qui ad operandum validi ſunt, & artificiola & literas diſcant.* Poſtea autem cum creſcente religione & fidelium numero, creſcerent etiam oblationum copiæ, decimarum proventus, aliique redditus ad eorum ſuſtentationem, a Conſtantino magno & aliis principibus catholicis, piiſque fidelibus confirmati & reſtituti potius quam denuo dati, generalius & ſeverius omnis negociatio, etiam natura licita, clericis interdicta eſt. Divus Ambroſius. *Etenim,* ait, *ſi is qui imperatori militat, a ſuſceptionibus litium, actu negociorum forenſium, venditione mercium prohibetur humanis legibus, quanto magis qui fidei exercet militiam, ab omni uſu negociationis abſtinere debet agelluli ſui contentus fructibus, ſi habet: ſi non habet, ſtipendiorum ſuorum fructu: ſiquidem bonus teſtis eſt qui dicit: Juvenis fui, & ſenui, & non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem.* Ea eſt enim tranquillitas animi, & temperantia, quæ neque ſtudio quærendi afficitur, neque egeſtatis metu angitur. D. Hieronymus. *Obſecro itaque te, & repetens iterumque monebo, ne officium clericatus, genus antiquæ militiæ putes, id eſt, ne lucra ſæculi in Chriſti quæras militia; nec plus habeas, quam quando clericus eſſe cœpiſti, & dicatur tibi: Cleri eorum non proderunt eis. Nonnulli enim ſunt ditiores monachi quam fuerant ſæculares; & clerici qui poſſideant opes ſub Chriſto paupere, quas ſub locuplete & fallaci diabolo non habuerant: ut ſuſpiret eos eccleſia divites, quos mundus tenuit antea mendicos.* Et paulo poſt. *Negociatorem clericum & ex inope divitem, ex ignobili glorioſum, quaſi quamdam peſtem fuge.* Id ipſum gravi depoſitionis pœna interdictum eſt concilii Nicæni canone, renovato poſtea concilio Arelatenſi II. Carthagin. III. Vvormacienſi, Cabilonenſi ſub Carolo, Moguntino ſub Carolo, Moguntino ſub Rabano: in Hiſpania concilio Tarraconenſi. *Canonum,* ait, *ſtatutis firmatum eſt, ut quicumque in clero eſſe voluerit, emendi vilius vel vendendi carius ſtudio non utatur; quod certe ſi voluerit exercere, cohibeatur a clero.* Quam conſtitutionem gravi anathemate renovarunt in regno Peruano concilii Limenſis patres. Eam recitare placuit, ut Indorum parochi, quam acceperant prius reluctantes ab epiſcopis ſuis doctrinam, pontificia jam auctoritate confirmatam retineant tandem memoria, obſervantia colant, & debito officii munere fideliter exequantur. *Quoniam vero avaritia, negotiationiſque turpitudo in rectoribus Indorum, & crebrior eſt & periculoſior, cum neophyti iſti ea de cauſa tum ſcandalum grave ſuſtineant, tum inſtructionis ſuæ jacturam non mediocrem faciant, dum ab his in temporalibus ipſorum quæſtibus occupantur, a quibus debebant ſpiritualibus incrementis augeri, idcirco ſancta ſynodus ſub iiſdem pœnis proxime decreto propoſitis vetat, ne quis Indorum parochus, per ſe, vel aliam interpoſitam perſonam quamcumque cum quibuſvis Indis mercaturam exercere præſumat. Inſuper neque pecora quæcumque alere, præter neceſſaria ad victum, aut agros colere, aut vehendis mercibus animalia tenere, vel locare, neque Indos ipſos ad mineralia ſibi curanda mittere, vel eorum operam locare: denique neque cum ipſis Indis negociari, nec cum aliis per ipſos. Qui iſtorum quidlibet egerit, etiam excommunicatione latæ ſententiæ eo ipſo ſe noverit innodatum. Sciant etiam parochi Indorum, mineralium officinas ſive ingenia, pannorum quoque lanificinas, cæteraſque quæſtuarias artes ſibi eſſe penitus interdictas. Neque enim qui evangelizandi miniſterium ſuſceperunt, Deo ſimul & mammonæ ſervire poſſunt.* Quod ii clericorum qui frumentum, oleum, vinum & alios ſimiles fructus ex propriis patrimonii fundis percipiant, illoſque venundent, auraria penſitatione non debent gravari, quod non tam mercatorum, quam ſolertium ſtrenuorumque dominorum loco cenſeri debeant. Quod ſingulari conſtitutione caviſſe Impp. Gratianum, Valentinianum, & Theodoſium reperio. *Singuli quique,* ajunt, *ſi per eos vernacula quæque vendantur, functione auraria non tenentur: ſi vero emendi vendendique compendiis ultro citroque quæſitis familiaris rei amplitudo cumuletur, etſi militares ſint, memoratæ præſtationi nectantur.* Ad quam vetus Anniani interpretatio hæc adjicit. *Quicumque rem quæ ei nata eſt, aut quam non emit, vendat; ad ſolutionem aurariam minime teneatur. Si vero emendi vendendique ſtudio probatur huc illucque diſcurrere, etiam ſi militans eſt, ad ſolutionem teneatur aurariam.* Unde monaſteria illa, quæ cum ad alimenta religioſorum oves in paſcuis habent ſi quæ ex illis ſuperſunt, macellariis eas ad vendendum tradunt, nec nota, nedum reprehenſione cenſuerim digna; cum conſervandi potius patrimonii neceſſitas coegiſſe, quam captandi lucri cupiditas incitaſſe ipſos ad id efficiendum videatur. Sic etiam religioſos illos, qui ad convertendas Indorum gentes, vel peragrantes terram, vel maria navigantes, ut ſe ſocioſque ſuſtentare poſſint, (nec aliunde poſſint) contrahunt diſtrahuntque merces, excuſandos potius, quam accuſandos crediderim: dummodo caute id faciant, ne ſalutem Gentium, quam religione & pietate curare debent, inhoneſta negociatione deperdant. Illud tamen huic addi poſſet, ne juſtitiæ, vel prudentiæ cancellos egrediantur, ut facultatem vel a te, vel a rege catholico poſtulent, & ſi fieri commode poſſet, negociorum modum; ut omnia quæ debent juſtitia & prudentia exequantur. Ob hanc enim & ſimiles neceſſitates juſte negociari poſſe clericos, præter hunc canonem, intelligere licet ex concilio Moguntino, dum inter alia quæ clericis licere declarat, ſic ait. *Nec tamen juſtum negocium eſt contradicendum propter diverſas neceſſitates; quia legimus ſanctos apoſtolos negociatos, & in regula B. Benedicti præcipitur provideri per quorum manus negocia monaſterii procurentur.* Sic etiam Alexander III. ad Londonienſem epiſcopum, negociari illis ſolum prohibet lucri cauſa.

Hodie autem cum clerici jam antequam ſacris ordinibus initientur, vel proprii patrimonii redditus, vel eccleſiaſtici beneficii fructus peragendæ vitæ neceſſarios habere debeant, ni velint epiſcopi ordinatores, illorum anguſtiis auxilium neceſſarium ex propria pietate mutuare; ut decreto concilii Lateranenſis generalis & Tridentini poſtea ſancitum eſt: antiqua hujus concilii indulgentia vel permiſſio, ut negocientur clerici ad quærenda victui neceſſaria, jam ceſſabit; quod incertus negociationis quæſtus, certis beneficiorum fructibus uberiore fœnore compenſetur.

Conc. Carth. 4. c. 1. & 52.

Hieron. epiſt. ad Ruſticum de vivendi forma.

D. Aug. de opere monach. c. 15.

D. Chryſoſt homil. 1 in epiſt ad Rom.

D. Clem. lib. 2. conſt. apoſtol. c. 67.

Concil. Carthagin. 4. c. 33.

D. Ambroſ. l. 1. de offic. c. 36. l. ſi cohortalis 12. C. de cohortali. lib. 12.

Pſalm. 36.

D Hier. in epiſt. 2. ad Nepot.

Conc. Nicæni canon. 18. Arelaten. II. c. 14. Carthag. III. c. 15. Vvormac. c. 67. Cabilon. ſub Carolo c. 14 Mogunti. ſub Carolo can. 14. Mogunt. ſub Rabano, c. 13. Concil. Tarraco. c. 2. Concilium Limenſe actione 3. c. 5.

Matth 6.

Gratianus, Valentin. & Theodoſius in impp. l. 13. Cod. Theodoſ. de luſtrali collatione

Conc. Mogunt. ſub Carolo Magno c. 14

Alex. 3. in epiſt. ad Londonien. epiſc. in cap. ſecundum 6. ne clerici vel monachi.

Concil. Lateran ſub Alex. 3. can. 3 Trident. ſeſſ. 21. de reformatione can. 2.

A

Aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant.

NON eadem ex aliorum laboribus in re noſtra ſuſceptis, ac ex propriis ſollicitudo, moleſtiæ & turpitudo contrahitur. Quare Clementi V. in concilio Vienenſi, cum clericos carnificum, ſeu macellariorum, aut tabernariorum officio fungi diſplicuiſſet, publice & perſonaliter illud exercentes, adjecit: Quod ſi per alios fecerint, tametſi a turpitudinis nota longe non abſint, illius decreti pœna non tenentur; ea autem eſt amiſſio ſacerdotalis privilegii.

Et ſi voluerint negociari, intra provinciam negocientur.

SI clerici victus cauſa negociari cogantur, in propriis debent, non alienis provinciis negociari: nam earum B peragratio, ut moleſtiam adjicit, & quæſtum, ſic detrahit honeſtatem: cujus cupidiores multo quam lucri, & eſſe, & videri clerici debent, ſatius fore judicantes, congruentibus ſe aliquando alimentis, quam ſacram dignitatem honeſtis & ſacris carere moribus.

Cum autem clerici in provincia juſta negociatione ad victum neceſſaria compararint, vel diſtraxerint quæ ſuperarant, juxta ea quæ ſuperius diximus, auraria penſitatione (ut ſæculares) onerari non debere, præter Gratiani & Valentiniani reſcriptum jam citatum ſuperius, Arcadius & Honorius impp. reſcripſerunt ad Pompejanum proconſulem Africæ his verbis.

*Iidem AA. Pompejano proc. Africæ.*

„ QUICUMQUE catholicæ religionis clerici intra eum
„ modum unde victus emendi vendendique uſum le-
„ ge præfinitum exercent, ab auraria penſione ha-
„ beantur immunes: ab his quoque quos a publici laboris C
„ actu & gradu clericatus, & (quod non minus eſt) ſan-
„ ctior vita defendit, præcipimus temperari. Nec enim ul-
„ lum eorum qui excepti legibus probabuntur, ſubjacere
„ patiantur injuriæ. Dat. prid. Id. Jul. Med. Poſt. Conſ.
„ Stilichonis & Aureliani VV. CC. “

Hoc ſuæ pietatis & religionis erga clericos & monachos præclarum teſtimonium imperatores exſtare voluerunt. Quod & antea a Conſtantio imperatore conceſſum reperio in edicto vel epiſtola ad clericos.

Arcadius & Honorius impp. l. 36. C. Theo. de epiſc. & clericis.

*Imp. Conſtantius, A. clericis ſalutem dicit.*

Conſtantius in l. 8. c. de epiſc. copis & cler.

JUXTA *ſanctionem, quam dudum meruiſſe perhibemini, & vos & mancipia veſtra nullus novis collationibus obligavit; ſed vacatione gaudebitis. Præterea neque hoſpites ſuſcipietis: & ſi qui de vobis alimonia cauſa negociationem exercere volunt, immunitate potiantur. Dat. VI. Kal. Septemb. Placido & Romulo conſulibus.* Quod ſi victui non neceſſaria, ſed quæſtuoſa mercium negocia exerceant, D collationibus ut ſæculares onerandos idem Conſtantius imp. reſcripſit ad Taurum P. F. P. *Clerici vero vel hi, quos copiatas recens uſus inſtituit nuncupari, ita a ſordidis muneribus debent immunes atque a collatione præſtari, ſi exiguis admodum mercimoniis tenuem ſibi victum veſtitumque conquirent. Reliqui autem, quorum nomina negociatorum matricula comprehendit, eo tempore quo conlatio celebrata eſt, negociatorum munia atque penſitationes agnoſcant: quippe poſtmodum clericorum ſe cœtibus aggregarunt.* Ut alimenta igitur clericorum conſervari, ſic & negocia non augeri, & quæſtum minui catholici principes voluerunt. Tandem ergo clericorum animis hanc veterem Theoderici regis ſententiam apud Caſſiodorum perpetuo infigi vellem, & crebra memoria renovari. *Conditionem hanc,* inquit, *humanis actibus divina poſuerunt, ut ille magis poſſit diteſcere, qui lucra turpia neſcit optare; ignorantes accipiunt qui bene agunt, quia neceſſe eſt, ut dum parumper malorum ambitio contemnitur, ſuperno munere plus donetur.*

Conſtantius in l. 16. C. Theodoſ. de epiſcopis & cler.

Apud Caſſiodorum lib. 6. variarum c. 20.

E

**Canon XX.** Vulgatus.

*De clericis & laicis uſurariis.*

Si quis clericorum detectus fuerit uſuras accipere, placuit degradari & abſtinere. Si quis etiam laicus accepiſſe probatur uſuras, & promiſerit correptus ſe jam ceſſaturum, nec ulterius exacturum, placet, ei veniam tribui: ſi vero in ea iniquitate duraverit, ab eccleſia ſciat ſe eſſe projiciendum.

**Canon XX.** *Emendatus.*

*De clericis & laicis uſurariis.*

Si quis clericorum detectus fuerit uſuras accipere, placuit degradari & abſtinere. Si quis etiam laicus accepiſſe probatur uſuras, & promiſerit correptus ſe jam ceſſaturum, nec ulterius exacturum, placet ei veniam tribui: ſi vero in ea iniquitate duraverit, ab eccleſia ſciat ſe eſſe projiciendum.

IVO p. 3. c. 13 & in panormia lib. 3. c. 156. Gratianus in cap. ſi quis clericorum 47. diſtinctione.

*De pœna uſurarii tam clerici quam laici.*

## CAPUT XXXIX.

DIVUS Ambroſius uſuram ab uſu dictam ait, quod ut veſtes uſu, ita uſuris patrimonia ſcindantur. D. Baſilius ideo Græcis uſuram τόκον dici ait, quod ſupra fœcunditatem leporum, quos dicunt ſimul & uno tempore gignere & ſuperfœtare, agnaſcendo, etiam uſura nondum data alteram gignat, & alteram ex altera, & inde dolores parturientium inferat debitoribus. Leo X. in concilio Lateranenſi generali aptius ad rem. *Ea enim,* ait, *propria eſt uſurarum interpretatio, quando videlicet ex uſu rei quæ non germinat, nullo labore, nullo ſumptu, nullove periculo lucrum fœtus conquiri ſtudetur.* Terentius Varro. *Compendium, quod cum compenditur una fit. A quo uſura quod in ſorte accedebat, impendium appellatum: quæ cum accederet ad ſortem uſu uſura dicta.* Proprie locum habet in mutuo, cum videlicet quid exigitur ratione dati, ultra datum. D. Auguſtinus. *Si fœneraveris homini, id eſt, mutuam pecuniam dederis, a quo aliquid pluſquam dediſti, expectes accipere, fœnerator es, & in hoc improbandus, non laudandus.* Divus Hieronymus. *Putant quidam,* ait, *uſuram tantum eſſe in pecunia: quod prævidens ſcriptura divina, omnis rei aufert ſuperabundantiam, ut plus non recipias, quam dediſti.* Et paulo poſt. *Alii pro pecunia fœnerata ſolent munuſcula accipere diverſi generis, & non intelligunt uſuram appellari & ſuperabundantiam, quidquid illud eſt, ſi ab eo quod dederunt, plus acceperint.* Hæc eſt uſura, quæ ipſius naturæ mutui repugnat. Cum enim mutui contractus ad juvandos egentes ab ipſis Gentibus inductus ſit ex humanitatis officio, quo intereſt hominis hominem affici beneficio, ob cognationem quæ natura ipſa eſt inter homines, quid huic humanitati & beneficio poteſt eſſe magis adverſum, quam merces & fœnus? quod ſi exercueris, quid facis quam inſidiari quodammodo, ut ex alterius neceſſitate prædaris? Paria dixit, & recte D. Ambroſius, gladio in hoſtes ſævire, & uſuras exigere. Et quos occidere licet, his tantum fœnus extorquendum. Repugnat naturæ ipſius pecuniæ, ſimileque monſtri, recte cenſuit Plutarchus, ut pecunia quæ ſterilis eſt per ſe, & ſine fructu, tam naturali, quam civili ratione, generet & proferat utilitatem & fœtum domino mutuanti. Ob ea incommoda uſuras a Deo in veteri teſtamento prohibitas Moyſes tradit. *Si pecuniam,* ait, *dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum quaſi exactor, nec uſuris opprimes.* Et rurſus. *Non fœnerabis fratri tuo ad uſuram.* Et David ait, non ingreſſurum tabernaculum Dei, qui pecuniam ad uſuram dederit. In recentiori autem non ſolum pro mutuo aliquid accipere, ſed nec ſperare voluit Chriſtus. Ad cujus confirmationem alia exſtant eccleſiæ decreta, quæ poſtea & nos referemus.

D. Ambr. lib. 4. de Tobia c. 13.

D. Baſil. in pſal. 14.

Concilium Lateranenſe ſeſſ. 10. in conſt. de juſt. montis pietatis.

Terentius Varro lib. 4. ad finem de lingua Latina.

D. Auguſt. in Pſal. 36.

D. Hieronymus ſuper Ezechi. lib. 6. c. 18.

D. Ambr. lib. de Tobia cap. 15. Plutar. l. de vitanda uſura.

*Exod.* c. 22.

*Deuter.* c. 23.

*Pſalm.* 14.

*Lucæ* c. 6.

Si quis clericorum detectus fuerit uſuras accipere, placuit degradari & abſtinere.

*Quæ olim, & hodie in uſurarios clericos pœna indicta: explicatur Alexand. III. reſcripto.*

## CAPUT XL.

CLERICOS uſurarios non ſolum degradari, ſed & communione pelli, ſacro huic Hiſpanorum epiſcoporum ſenatui placuit. Cujus inſtituti ratione atque exemplo adducti Galli in concilio Arelatenſi I. *de miniſtris,* ajunt, *qui fœnerantur, placuit, eos extra formam divinitus datam a communione abſtinere.* Confirmarunt poſtea omnes generalius in concilio Nicæno. *Quoniam multi clerici avaritiæ cauſa turpia lucra ſectantes, obliti ſunt divini præcepti, quo dictum eſt: Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram, & fœnerantes centeſimas exigunt, ſtatuit hoc ſanctum concilium, ut ſi quis inventus fuerit poſt*

hanc

Conc. Arelat. 1. can. 12.

Concil. Nicæ. can. 17.

*Pſalm.* 14.

*hanc definitionem uſuras acceperit, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra ſectari, vel etiam ſpecies frumentorum ad* * *ſeſcuplum dare, omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad quæſtum, dejiciatur a clero, & alienus habeatur ab eccleſiaſtico gradu.* Renovarunt in Africa idem decretum Africani concilio Carthaginenſi III. Aſiatici in concilio Laodiceno: in Hiſpania iterum concilio Tarraconenſi, & ante hos omnes canone apoſtolorum XLIV. ſtatutum legimus. Quid autem hodie obſervari debeat, non conſtat inter omnes: nam tametſi depoſitionis pœnam expreſſam quidam legerint, præter hos canones, in concilio Turonenſi; hæſitare adhuc eos facit aliud ejuſdem Alexandri III. reſcriptum, in quo ſuſpenſionis tantum pœnam adjectam volunt, dum idem Alexander III. ait: *Qui ſe parere contempſerit; ſi clerici ſint, eos a beneficio officioque ſuſpendas; ſi laici,* &c. Verum ſi attentius utriuſque canonis verba perpendiſſent, reperiſſent profecto depoſitionis pœnam ab apoſtolicis temporibus frequentem, multiſque, ut diximus, conciliorum decretis confirmatam, Alexandrum non immutaſſe. Quod autem de ſuſpenſione refertur, alium ſenſum habet, ſi exemplar integrum reperiamus; quod exſtat poſt concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. *Quod ſi monitis veſtris parere contempſerint, ſi clerici ſunt, eos ab officio & beneficio ſuſpenſos, cum litteris veſtris rei veritatem continentibus, ad præſentiam noſtram mittere non differatis.* Voluit enim ſingulari pietate & prudentia pontifex in cauſis illius diœceſis providere, nam in aliis locum non habet, nec habuit unquam, *quomodo in cauſis clericorum prælatus procederet, an jure, an injuria, an plene, an minus plene probarentur clerici uſurarii: cujus ſententiam ſuo judicio reſervavit; interim tamen, ne ſi forſan clerici illi uſurarii eſſent, officio & beneficio injuſte potirentur, ab utroque ſuſpendi poſſe a ſuo epiſcopo voluit: tantum enim ab eo abfuit clericos uſurarios deponi non poſſe,* quod poſſe jam ipſe conſtituerat, ſive declaraverat potius, *ut antequam uſurarii eſſe convincerentur, ſuſpendi a ſuo epiſcopo poſſe decreverit, quod in criminis deteſtationem ſancitum eſt.*

* ſeſcuplum.

Concil. Carthag. 3. can. 16. apud Gratian. c. placuit 21. q. 3.
Conc. Laodicen. can. 5.
Tarracon. can. 3. Apud Gratian. in c. non licet 46. diſtinct. cap. epiſc. 47. diſtinct.
Concil. Turonen. ſub Alexan. 3. apud Greg. 9. in c. 1. de uſuris idem in c. præterea ejuſdem tituli.

Si quis etiam laicus accepiſſe probetur uſuras, & promiſerit correptus ſe jam ceſſaturum, nec ulterius exacturum, placuit, ei veniam tribui: ſi vero in eadem iniquitate duraverit, ab eccleſia ſciat ſe eſſe projiciendum.

A*Ugent delicta dignitas delinquentis & merita, ob inferiorum exemplum. Qua ratione perniciosius multo de Christiana republica merentur epiſcopi, ſacerdotes, & alii clerici, vel uſuris, vel aliis publicis contaminati criminibus, quam laici: quod non ſolum crimina contrahant ipſi, ſed ea infundant in civitatem, neque ſolum obſint, quod corrumpantur ipſi, ſed etiam quod reipublicæ corpus corrumpant, plus exemplo quam peccato nocentes: ideo concilium hoc gravius multo ſe geſſit in clericos uſurarios, quam in laicos; quod horum vita illorum ſit exemplo inſtituenda: clericos enim non excommunicandos ſolum, ſed ſtatim deponendos nulla admonitione præmiſſa decrevit. Cur enim monendi vita inſtituenda magiſtri? laicos autem non ſtatim excommunicandos, ſed conſilio & monitione præmiſſis: quibus ſi acquieſcerent, & ſe ab exactionibus ceſſaturos pollicerentur, nulla pœna plectendos; ſin minus, excommunicatione multandos. Severius multo concilium Viennenſe, dum manifeſtos uſurarios eccleſiaſtica privat ſepultura, pœna etiam ſacerdotibus impoſita, ſi illam uſurariis conceſſerint. In quo illud adjecit, hæreticum eſſe, qui aſſeruit, uſuras exigere non eſſe peccatum, & velut hæreticum eum puniendum: diſtinctius injungens locorum ordinariis, & hæreticæ pravitatis inquiſitoribus, ut contra eos quos de errore hujuſmodi infamatos invenerint, aut ſuſpectos, tanquam contra diffamatos, vel ſuſpectos de hæreſi procedere non omittant.*

Clemen. I. de ſepulturis.
Clem. unica §. ſane, de uſuris.

*Canon XXI.* Vulgatus.

*De his qui ad eccleſias tarde accedunt.*

Si quis in civitate poſitus tres dominicas eccleſiam non acceſſerit, pauco tempore abſtineat, ut correptus eſſe videatur.

**Canon XXI.** *Emendatus.*

*De his qui ad eccleſiam tardius accedunt.*

Si quis in civitate poſitus tres dominicas eccleſiam non acceſſerit, tanto tempore abſtineat, ut correptus eſſe videatur.

*De laicis, non de clericis hunc canonem intelligi oportere.*

## CAPUT XLI.

COntendant alii, canonem hunc de clericis intelligendum, & Tridentinum, dum de clericis abſentibus a ſua eccleſia tractat, eumdem renovaſſe; ego tamen de laicis interpretari malo. Cujus ſententiæ locupletiſſimum teſtem laudabo, venerabilem ſenem auctoritate ſumma, religione & fide, Oſium dico, epiſcopum Cordubenſem, qui ſe non opinari, ſed ſcire; non audiviſſe, ſed vidiſſe; non interfuiſſe, ſed condidiſſe decretum refert. Is, inquam, in concilio Sardicenſi, cui præfuit, de laicis ſenſiſſe Patres hujus concilii diſerte admonuit. Cum tractaretur enim in eo concilio (cui alii quinque epiſcopi ex Hiſpania intererant, Annianus Caſtulonenſis, Coſtus, ſive Caſtus Cæſarauguſtanus, Domitianus Pacenſis, Florentinus Emeritenſis, Prætextatus Barcinonenſis) de reſidentia epiſcoporum in ſua eccleſia, & quot diebus abeſſe poſſent ab illa; hujus concilii exemplo Oſius Sardicenſi propoſuit, tres tantum ſeptimanas abeſſe licere epiſcopo a proprii epiſcopatus ſede. *Oſius epiſcopus dixit, & hoc quoque ſtatuere debetis, ut epiſcopus ex alia civitate cum venerit ad aliam civitatem, vel ex provincia ſua ad aliam provinciam & ambitioni magis quam devotioni ſerviens, voluerit in aliena civitate multo tempore reſidere,* forte enim evenit epiſcopum loci non eſſe tam inſtructum neque tam doctum, *is vero qui advenit, incipiat contemnere eum, & frequenter facere ſermonem, ut dehoneſtet & deformet illius perſonam; ita ut ex hac occaſione non dubitet relinquere adſignatam ſibi eccleſiam, & tranſeat ad alienam. Definite ergo tempus, quia & non recipi epiſcopum, inhumanum eſt; & ſi diutius reſideat, perniciosum eſt. Hoc ergo ne fiat, providendum eſt. Memini autem ſuperiori concilio fratres noſtros conſtituiſſe, ut ſi quis laicus in ea in qua commoratur civitate, tres dominicos dies, id eſt, tres ſeptimanas non celebraſſet conventum, communione privaretur: ſi ergo hæc circa laicos conſtituta ſunt, multo magis epiſcopos nec licet nec decet, ſi nulla ſit tam gravis neceſſitas, quæ detineat, ut amplius a ſuperſcripto tempore abſens ſit ab eccleſia ſua. Univerſi dixerunt, placere ſibi.* Si Oſii ergo ſententia, doctrina & interpretatio, univerſi concilii Sardicenſis auctoritate comprobata, mecum facit, qui fieri poterit, ut de clericis poſthac canonem intelligendum ſentiant? voluit ergo concilium, laicos homines, vel ſeculares, ut vocant (de clericis autem ideo tacuiſſe concilium putarim, quod ea ætate adeo ſoliciti & vigilantes paſtores eſſent, ut ad rerum ſacrarum celebrationem his calcaribus incitari opus non eſſet) omnibus diebus dominicis intereſſe rei ſacræ in eccleſia debere. Quod ſi ſemel vel iterum id non fecerint, connivendum putavit, eo quod caſu id factum arbitraretur. Quod ſi tertio omiſſa res ſacra ſit, quia non caſu, ſed a conſilio minus pio & chriſtiano profectum ſibi perſuadeat, res digna viſa eſt patribus, ut excommunicationis pœna coerceretur. Ex quo notare licet (ut id obiter animadvertamus) exiguam Theodori Balſamonis in colligendis Latinorum conciliis diligentiam, & parum perſpicax in interpretandis judicium, dum exponens canonem hunc, ſcripſit. *Interrogaverit autem quiſpiam cum LXXX. canon VI. ſynodi, videlicet quæ in Trullo dicitur, laicos ſegregari decreverit, quæ quidem hac ſynodo fuit multo recentior, quomodo præſens canon, qui eſt ea multo antiquior, ejus meminit? Alius quidem canon ante præſentem ſynodum nihil ejuſmodi decrevit; quæ autem hoc canone continentur, ſine ſcriptis, ut eſt veroſimile, exercebatur ab initio, ut etiam multa alia: poſtea autem ſynodus in Trullo ea ſcriptis quoque mandavit.* Hæc Theodorus Balſamon. Quæ docere minime potuiſſet, ſi parem Latinis conciliis colligendis & interpretandis quam Græcis, operam & ſtudium navaſſet. Comperiſſet enim conſtitutionem epiſcoporum, quam Oſius retulit de laicis, hoc concilio Illiberritano (cui idem Oſius adfuit) contineri: quod de laicis decretum & Sardicenſis canonem de epiſcopis, renovavit poſtea (ut fertur) VI. ſynodus, addens quod in utroque deerat idem videlicet de clericis intelligendum. *Si quis epiſcopus,* ait, *vel eorum qui in clero cenſentur, vel laicus, nullam graviorem habeat neceſſitatem vel negotium difficile, ut ſua eccleſia abſit frequentius, ſed in civitate agens tribus diebus dominicis una non conveniat: ſi clericus eſt, deponatur; ſi laicus, a communione ſeparetur.* Idem decrevit in Hiſpania concilium Toletanum XVII. ſimiliter, ait, diaconus vel presbyter, ſi tres hebdomadas ab eccleſia ſua defuerit, huic damnationi ſuccumbat. Damnationem intelligit, excommunicationem triennii, quam prius decreverat adverſus clericos, qui diebus ſolemnibus abeſſent ab eccleſia. De reſidentia epiſcoporum & reliquorum inferioris ordinis clericorum in ſua eccleſia, diſputationem omitto, quod in hoc canone de laicis ſolum inſtitutus ſit ſermo.

Concil. Trid. ſeſſio. 23. can. 1 de reformatione.
Concil. Sardicen. can. 14.
Theod. Balſamon in commentar. ad concil. Sardicen. can 14.
*Theodori Balſamonis lapſus in interpretando canone 14. Concilii Sardicenſis.*
Sexta Synodus can. 81.
Concil. Tolet. 17. can. 17.

## Si quis in civitate poſitus.

*De pœna eorum qui in civitate morantes tribus dominicis diebus abfuerint ab eccleſia, & cur de aliis mentio omiſſa.*

### CAPUT XLII.

QUi in civitatibus morantur, ſive incolæ ſint illi, ſive advenæ, ſi ab eccleſia tribus dominicis diebus abfuerint, excommunicatione multantur ruri vero habitantes (quod eo tempore ſævitia perſecutionum tot in agris non eſſent eccleſiæ, nec ad urbes & ſacrum illarum conventum tuto ſemper convenire poſſent) patres indulgentiores hac cenſura comprehendi noluerunt: propagata autem poſtea quam latiſſime chriſtiana religione paſſim ædificatis eccleſiis ſpeciali conſtitutione concilii Rotbomagenſis ſancitum eſt, ut paſtores, bubulci & qui paſcendis aliis pecoribus intendebant, ex agris ad eccleſias, ad audiendam rem ſacram, evocarentur. *Admonere debent ſacerdotes*, ait, *plebes ſubditas ſibi, ut bubulcos atque porcarios, vel alios paſtores, & aratores qui in agris aſſidue commorantur, vel in ſilvis, & ideo velut more pecorum vivunt, in dominicis vel aliis feſtis diebus, ſaltem vel ad miſſam faciant, vel permittant venire, nam & hos Chriſtus pretioſo ſuo ſanguine redemit. Quod ſi neglexerint, pro animabus eorum abſque dubio rationem ſe reddituros ſciant: ſi quidem dominus veniens in hunc mundum, non elegit oratores atque nobiliores, ſed piſcatores atque idiotas ſibi diſcipulos adſcivit, ut oſtenderet in facto, quod ipſe verbis in evangelio affirmat, dicens: Quod hominibus eſt altum, abominabile eſt apud Deum: & ſalva altiore intelligentia, nativitas noſtri redemptoris, primo omnium paſtoribus ab angelo nunciatur.* Et ut iter ad eccleſias ex agris eſſet expeditius, decretum eſt concilio Erfordienſi ut tempore quo quis ad eccleſiam conveniret, ſi qua tunc eſſet oborta cauſa, ad tribunal judicum, poteſtate trahi non deberet. *Præcipimus* (aiunt epiſcopi cum conſenſu Henrici regis) *ut nullus Chriſtianus pro reverentia eccleſiæ petendo, alicujus publicæ poteſtatis banno ibidem conſtringatur: ne forte cum ad eccleſias cauſa orationis properat, per bannum impediatur, pro ſalute animæ ſuæ domini miſericordiam minus devote poſtulare.*

Extat apud Burchard. lib. 2. decret. c. 94. & Ivonem 2. p. decret. cap. 121.

Luc. 2.

Conc. Erfor. apud Ivo. p. 4. cap. 60.

## Tres dominicas.

*Dominici diei nomen & feſtum ab ipſis apoſtolorum temporibus.*

### CAPUT XLIII.

QUem diem Solis Gentes olim vocabant, Judæi autem primam ſabbati, quod prima eſſet poſt ſabbatum, diem domini ſive dominicum Chriſtiani nuncupamus: quia eo die Chriſtus dominus a mortuis ſurrexerit. Juſtinus martyr, *Soli autem die*, inquit, *communes cœtus & concurſus facimus quandoquidem primus hic eſt dies, quo Deus caligine diſpulſa, orbem condidit, & Jeſus Chriſtus ſervator noſter eodem die a mortuis excitatus: nam eo die qui Saturni diem ſequitur, qui quidem Solis eſt dies, apoſtolos ſuos & diſcipulos, quibus conſpicuum ſe præbuit, hæc docuit.* Maximus epiſcopus (ut creditur) Taurinenſis, *dominica*, ait, *nobis ideo venerabilis & ſolennis eſt, quia in ea ſalvator velut Sol oriens, diſcuſſis infernorum tenebris, luce reſurrectionis emicuit*. D. Auguſtinus, *dies tamen dominicus, non Judæis, ſed Chriſtianis reſurrectione domini declaratus eſt, & ex illo habere cœpit feſtivitatem ſuam*. D. Iſidorus, *dominicus dies proinde vocatur, quia in eo reſurrectionis domini noſtri gaudium celebratur. qui dies, non Judæis, ſed Chriſtianis in reſurrectione domini declaratus eſt, & ex illo cœpit habere feſtivitatem ſuam. Illis enim ſolum celebrandum ſabbatum traditum eſt, quia erat ante requies mortuorum, reſurrectio autem nullius erat, qui reſurgens a mortuis non moreretur. Poſtquam autem facta eſt talis reſurrectio, in corpore domini, ut præiret in capite eccleſiæ, ſperaret in fine; jam dies dominicus*, id eſt, *octavus, qui & primus celebrari cœpit*: Ignatius ad hujus diei cultum Magneſianos excitans: *Dominicum*, ait, *diem omnis Chriſti amicus feſtum celebret, diem reſurrectionis regalem omnium dierum ſupremum: quem exſpectans propheta dicebat. In fine pro octava, in quo & vita noſtra exorta eſt, & mortis in Chriſto victoria facta.* Hujus appellationis inſtitutio, ſi a capite accerſenda eſt, jam inde ab apoſtolorum temporibus factum divi Joannis Apocalypſis teſtatum facit. *Fui*, inquit, *in ſpiritu, dominica die*. Divus Clemens. *Die reſurrectionis domini dicato, dominicum dicimus, convenite aſſidue*. Ab apoſtolis etiam dominici diei antiquitatem & feſtum repetit Innocentius papa I. *Quod rite*, inquit, *omni ſabbato jejunetur, quia feria ſexta & ſabbatum ambo dies triſtitiam apoſtolis, vel his qui Chriſtum ſecuti ſunt indi-*

D. Aug. epiſt. 86. ad Caſulanum. Juſtin. Mar. in 2. apolog. pro Chriſt.

Maxim. epiſcopus Taurin. in ſerm. de pentec. qui inter Ambroſ. eſt 60.

D. Aug. epiſt. 119. ad Januar. c. 13. Repetit lib. 22. de civitate Dei cap. ult.

D. Iſido. lib. 6. etymolog. c. 18. & repetit lib. 1. de offic. eccl. cap. 13.

Apoc. 10.

D. Clem. apoſt. conſtit. lib. 7. c. 31.

Innocent. I. epiſt. ad Decent. epiſt. cap. 4.

A *xerunt: qui die dominico exhilarati, non ſolum ipſum feſtiviſſimum eſſe voluerunt, verum etiam per omnes hebdomadas frequentandum eſſe duxerunt.* Quare videat Nicephorus, qua ratione, qua auctoritate, quave fide dixerit, diem quem Græci Soli dicarunt, a Conſtantino dominicum fuiſſe appellatum: ni quia illius gratia interpretetur, id generaliter apud omnes nationes & gentes ſibi ſubditas, etiam infideles, primum imperatorem Chriſtianum conſtituiſſe, & antiquam eccleſiæ conſuetudinem recentiori ſanctione confirmaſſe. Simili pia excuſatione opus eſt idem Nicephoro recenſenti in Græca illa ſua laudatione, Conſtantini conſilio perſuaſum Silveſtrum, PP. præcepiſſe, ut antiquatis Gentium a fide Chriſtiana abhorrentium, Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis, & Saturni nominibus, hebdomadæ noſtræ dies, feriarum nominibus nuncuparentur. Cum multo ante Silveſtri & Conſtantini imperium, diebus ſingulis feriarum nomina indita teſtis ſit Tertullianus, in Pſychicorum perſona loquens. *Itaque de cetero*, ait, *indifferenter jejunandum ex arbitrio, non ex imperio novæ diſciplinæ, pro temporibus* B *& cauſis uniuſcujuſque ſic & apoſtolos obſervaſſe, nullum aliud imponentes jugum certorum & in commune omnibus obeundorum jejuniorum, proinde nec ſtationum, quæ & ipſæ ſuos quidem dies habeant quartæ feriæ & ſextæ.* Quod ſingulatim forſan eccleſiæ obſervabant, generali conſtitutione Silveſter Conſtantini conſilio ſuaſus ſtabilire potuit. Quod hodie tametſi in eccleſiaſticis officiis obſervent eccleſiæ, non obſervant in forenſium cauſarum judiciis, nec in canonicorum capitulis, nec in diœceſanis vel provincialibus conventibus, in quibus antiquum morem, vel conſtitutionem renovandam inſignes pietate viri cenſent. Solum diem dominicum vetuſto vocabulo nuncupamus, eo quod in memoriam reſurrectionis domini illud diei inditum fuiſſet. Qua ratione, primi Chriſtiani hac die ſtantes orabant, non vero genua flectentes, ut D. Auguſtinus docet, Hieronymus, Iſidorus, Tertullianus, & alii. Fuerunt & alia inſignia beneficia quibus hunc diem Deus ab orbe condito egregie affecit & condecoravit, quæ D. Leo PP. ſingulari ordine con- C geſſit. *Tantis*, inquit, *divinarum diſpoſitionum myſteriis eſt conſecrata, ut quidquid eſt a domino inſignius conſtitutum, in hujus diei dignitate ſit geſtum. In hac mundus ſumpſit exordium: in hac per reſurrectionem Chriſti, & mors interitum, & vita accepit initium. In hac apoſtoli a domino prædicandi omnibus Gentibus evangelii tubam ſumunt, & inferendum univerſo mundo ſacramentum regenerationis accipiunt.. In hac*, ſicut beatus Joannes evangeliſta teſtatur, *congregatis in unum diſcipulis, januis clauſis, cum ad eos dominus introiſſet, inſufflavit, & dixit: Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittentur eis, & quorum detinueritis, detenta erunt. In hac denique promiſſus a domino apoſtolis Spiritus ſanctus advenit: ut cæleſti quadam regula inſinuatum & traditum noverimus, in illa die celebranda nobis eſſe myſteria ſacerdotalium benedictionum, in qua collata ſunt omnia dona gratiarum.* Eadem Iſidorus, & concilii Matiſconenſis patres.

Niceph. lib. 9. hiſt. eccleſ. c. 46.

Tert. adverſ. Pſychicos c. 2.

Aug. epiſt. 119. ad Januar. Hieron. adverſ. Lucif. Iſidor. lib. 1. de eccleſ. offic. c. 23. Tertull. lib. de corona milit.

Joan. 20.

Joan. 14. & 16.

His autem dominicis diebus an olim a laboribus feriarentur Chriſtiani, quæri audio. Et eos feriatos arbi- D tror, quia Innocentius PP. I. repetens originem hujus diei ab apoſtolis, illos in gratiam reſurrectionis feſtiviſſimum eſſe voluiſſe ſcribit, & quia dominicum diem non minus celebrem voluerint apoſtoli eſſe apud Chriſtianos, quam Moyſes ſabbatum apud Judæos. Quemadmodum ergo ille liberum ab omni opere ſabbatum conſtituit, ſic hunc & illi, quod antiquum eſſe, & omnium fere rerumpublicarum conſenſu ſemper probatum ſcribit Cicero. *Feriarum feſtorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium & jurgiorum, in ſervis operum & laborum quas compoſitio anni conferre debet & perfectionem operum ruſticorum, quod tempus ut ſacrificiorum libamenta ſerventur, fætuſque pecorum, quæ dicta in lege ſunt, diligenter habenda ratio intercalandi eſt.* Lucianus. *Ne quid*, ait, *intra feſti tempus agito neque publicum, neque privatum, niſi quæ ad luſum, quæ ad voluptatem animique oblectationem pertinebunt.* Numa Pompilius II. Romanorum rex inſtituiſſe dicitur, ut in profeſtis & omnino in ſacerdotum feſtis, per urbem præcones præ- E cederent, qui quieſcere cives & ab operibus deſiſtere juberent. Quemadmodum enim Pythagoras non permittebat homines per tranſitum deos adorare ſed continuo, ex ipſa domo mente ad id paratos pergere; ita & Numa decere cives exiſtimavit, neque audire quidquam rerum divinarum, neque aſpicere per deſidiam atque negligentiam; ſed vacare a ceteris oportere, mentemque adhibere, perinde, ut rei ad pietatem maxime opportunæ, denique crepitibus, ſtrepitibus, gemitibuſque, & quæcumque hujuſmodi neceſſarios vulgarium artium labores conſequuntur, vias vacuas, ceremoniis præſtare, ut a Plutarcho proditum memoriæ eſt. Sed apud Chriſtianos die dominico a laboribus feriandum perſpicue docet B. Clemens, & poſt illum Auguſtinus. *Dominicum ergo diem*, ait, *apoſtoli, & apoſtolici viri ideo religioſa ſolennitate habendum eſſe ſanxerunt, quia in eodem redemptor noſter a mortuis reſurrexit, quibus ideo domini-*

Leo I. epiſt. 81. ad Dioſcor. epiſcopum Alex. cap. 1.

D. Iſidor lib. 1. de officiis eccleſiaſt. cap. 13.

Conc. Matiſco. 2. can. 1.

Innoc. I. epiſt. 1. ad Decentium epiſc. cap. 4.

Tull. lib. 2. de leg.

Lucian. epiſ. Satur.

Plutarch. in vita Numæ.

D. Clem. lib. 8. conſtit. apoſt. c. 30.

D. Aug. de tempore ſermon. 251.

*minica appellatur, ut in eo ſervilis operibus vel mundi illecebris abſtinentes, tantum divinis cultibus ſerviamus.* Et poſt alia. *Ac ideo ſancti doctores eccleſiæ decreverunt omnem gloriam Judaici ſabbatiſmi in illam transferre: ut quod ipſi in figura, nos celebraremus in veritate. Obſervemus ergo diem dominicum, fratres, & ſanctificemus illum, ſicut antiquis præceptum eſt de ſabbato, dicente legiſlatore; A veſpera uſque ad veſperam celebrabitis ſabbata veſtra: videamus ne otium noſtrum vanum ſit, ſed ad veſperam diei ſabbati, uſque ad veſperam dominici diei ſequeſtrati a rurali opere & ab omni negotio vacemus.*

In ea diei dominici lætitia & feſtivitate primi Chriſtiani quid egerint, quos potius quam apoſtolos ipſos auctores & teſtes laudare debeam, non video. D. Clemens. *Die*, inquit, *dominico diligentius convenite, laudem Deo laturi, qui per Jeſum cuncta condidit, & illum ad nos miſit, & a mortuis excitavit. Nam quam excuſationem afferre poteſt Deo, qui in hoc die non convenit ad audiendum ſalutarem de reſurrectione ſermonem, in quo tres orationes ſtantes concipimus, in memoriam illius qui tertio die reſurrexit? Prophetarum lectio habetur, & evangelii prædicatio, & ſacrificii oblatio, atque ſacrificii diſpenſatio.* Similis his Juſtinus martyr, Auguſtinus & alii.

Clem. lib. 2. apoſtol. conſtit. cap. 63. Repetit. lib. 7. cap. 31.

Juſt. mar. apol. 2. pro Chriſtian. D. Aug. ſer. 215. de tempore.

## Tres dominicas.

*De tribus dominicis cur hic meminerint patres.*

### CAPUT XLIV.

CUM eccleſia primitivæ multis ethnicorum injuriis premeretur: libere non poterant ſingulis diebus in publico conventu celebrari ſacrificia, ſed dominicis tantum, in hocque varias fuiſſe locorum, regionumve conſuetudines, ut varia erat in illis libertatis conditio & religionis devotio. Auguſtinus ad Januarium. *Alia vero*, inquit, *quæ per loca terrarum, regioneſque variantur; ſicuti eſt quod alii jejunant ſabbato, alii vero non: alii quotidie communicant corpori & ſanguini dominico; alii certis diebus accipiunt; alibi tantum dominico; alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur; alibi ſabbato tantum & dominico, & ſi quid aliud hujuſmodi animadverti poteſt.* Quod ſi tempore Auguſtini, quo propagata erant Chriſtianis impp. Chriſtianæ religionis ſemina, & altas jam radices egerant, dominicis ſolum in multis Chriſtianorum eccleſiis ſacrificium hoc fiebat, eximiam religionis laudem quis jure non tribuat Hiſpaniæ noſtræ, quod centum triginta, & eo amplius ante Auguſtinum annos, ethnicis imperatoribus & religionem noſtram acerrime oppugnantibus, ſacrificium peragi in eccleſiis, publice illud celebrari præceperit, pœnamque excommunicationis adverſus eos ſanxerit, qui eccleſiam conſtitutis diebus non frequentarent. Tribus autem diebus dominicis abeſſe poſſe fideles a publico eccleſiæ conventu & ſacris, ſine excommunicationis pœna, non ideo permiſerunt, quod ſingulis dominicis ſacrificium fieri noluiſſent in eccleſia, vel ad illam fideles convenire; ſed ut occurrerent graſſantium perſecutionum periculis, ne una in eccleſiam Chriſtiani convenientes ab infidelibus caperentur, vel profano ethnicorum ingreſſu ſanctus eccleſiæ locus pollueretur: quod ab apoſtolis quaſi per manus traditum Hiſpani epiſcopi denuo literis conſecrare voluerunt. Clemens enim hæc ex Paulo refert. *Si propter infideles ad eccleſiam iri non poteſt, domi cœtus congregabis, o epiſcope, ne pius ingrediatur eccleſiam impiorum: non enim locus ſanctificat hominem, ſed homo locum. Quod ſi impii locum occupaverint, fugiendus eſt tibi is locus, quoniam ab ipſis profanatus eſt; nam ut ſancti ſacerdotes ſanctificant, ſic nefarii contaminant. Si nec domi, nec in eccleſia cœtus celebrari poſſunt, unuſquiſque apud ſe pſallat, legat, oret, vel duo aut tres una congregati: ubi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Quod ſalutare & religioſum conſilium Hiſpanorum uſu receptum ſcribit D. Hieronymus, qui diebus ſingulis, nedum dominicis ſanctum hoc ſacrificium peractum & a fidelibus quotidie ſuſceptum, ex epiſtola Lucini Bætici, pii viri & eruditi hoc in antiqua fuiſſe Hiſpanorum conſuetudine teſtantis affirmat. Sed ut effugerent hoſtium pericula, non ſemper publice in eccleſiam conveniebant. Quando autem convenire debuiſſent, præpoſitorum judicio & religioni reſervabatur, a quibus ſolebant mitti diaconi, ut fideles nominatim evocarent ad ſacra & eccleſiæ conventum, ut docet D. Ignatius, ad Heronem diaconum Antiochenum. *Synaxim*, ait, *ne negligas, omnes nominatim inquire.*

D. Aug. in e. piſt. 118.

Clemens lib. 8. conſt. apoſtolicarum cap. 40.

Matth. 18.

D. Hieron. in epiſt. 28. ad Lucinium.

D. Ignatius in epiſt. 13.

## Eccleſiam non acceſſerit.

*Eccleſias divino cultui ab ætate apoſtolorum dicatas, explicatis in eam rem Lactantio, Minutio & Clemente Alexandrino.*

### CAPUT XLV.

AB ipſis ergo apoſtolorum temporibus, ad cultum Deo vero præſtandum eccleſias majores noſtri conſecrarunt: fas enim non erat, in alicujus privatas ædes ad dominicam cœnam manducandam convenire. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, ait Paulus ad Corinthios? quaſi diceret: hoc in loco publico, qui ad ſacros noſtros conventus Deo dicatus eſt, agendum nihil profanum, & quod ſacris noſtris non congruat myſteriis. Ejuſdem quoque temporibus exemplum habemus certiſſimum, quod antiquam templorum ſive eccleſiarum noſtrarum prodat originem, & adeo antiquam, ut cum ipſo evangelio cœperint ædificari. Philonis Judæi, quem Romæ cum Petro locutum refert Euſebius, libellus extat de vita contemplativa, vel de precatorum virtutibus, quem totum ſcriptum fuiſſe de virtutibus, moribus & vita antiquorum primitivæ eccleſiæ Chriſtianorum, Euſebius Epiphanius & Svidas tradunt: nomine tamen abſtinuit Chriſtianorum, quia eo tempore Chriſtianorum nomen in multis provinciis erat inauditum; nondum enim percrebuerat, quod Antiochiæ primum, ſexdecim fere poſt promulgationem evangelii annos, inditum fuerat, tempore Claudii imperatoris: vocabantur Galilæi, Nazarei, fideles, credentes; non Chriſtiani; ut Epiphanius ſcripſit. *Qui tunc*, ait, *non Chriſtiani, ſed ex nomine Jeſu domini noſtri vocabantur Jeſſei.* Quod ſi Chriſtianos, quod Chriſti Jeſu fidem religionemque amplexarentur, in provinciis quibuſdam eccleſiæ Jeſſeos vocarunt majores noſtri, non erit nunc religioſorum Jeſuitarum recens & nova nuncupatio; ſed antiquis eccleſiæ non nominibus tantum, ſed & moribus conſona. Philo ergo in eo libro, cum Therapeutarum Alexandrinorum domos & ſodalitia deſcripſiſſet, eorum loca referens, ad quæ Deo ſupplicaturi, remque divinam facturi quotidie conveniebant, ſic addidit, ut refert Euſebius. *Eſt in quoque agro domus ſacra, quæ vocatur Semnion, id eſt, auguſtum templum, vel monaſterium, quod Latine locus ſolitarius ſeparatuſque dici poteſt, in quo illi ab aliis ſeparati ſejunctique, vita pia & propter virtutem auguſta myſteria obeunt, nihilque eo, vel cibi, vel potionis, vel aliarum rerum, quæ ad corporis uſus neceſſaria ſunt, omnino ſecum apportant; ſed leges & oracula a prophetis divinitus edita, hymnoſque ibi recolunt, & alias denique res quibus divina ſcientia & vera erga Deum pietas creſcat & perficiatur.* Ante hos omnes templa fuiſſe in Hiſpania, (quod ad religionis Hiſpaniæ laudem ſpectat) inſigni documento eſt, templum illud Cæſarauguſtanum a D. Jacobo in prima ſua profectione in Hiſpaniam inceptum, poſteaque multis ſumptibus auctum, donis & opibus catholicorum principum & piorum hominum locupletatum. Ut a nomine autem Gentilium abſtinerent, etiam in templis & rebus ſacris, eccleſias nomine Græco vocarunt, id eſt congregationes, quod in illis ad percipienda ſacra myſteria, ad decantandas Chriſto laudes, ad perdiſcendas divinas inſtitutiones, ad tractandum de rebus ad religionem ſpectantibus, conveniretur. Et ſi ſæpe pro ipſis fidelibus congregatis & Chriſtiana plebe ſumatur: hic tamen pro ipſo loco, in quem illi conveniunt, uſurpari, obſcurum non eſt, a cujus reverentia & religione adeo olim fidelium animos obſtringi, devincirique volebant catholici epiſcopi, ut in eccleſiam (excepto rege) ingredi quemquam accinctum gladio non permiſerint decreto concilii Salegunſtadienſis.

Hic etiam argumentum præſtat Hiſpania, quo refelli confutarique poſſit error antiquus Euſtachii monachi & Sebaſtenæ epiſcopi, eccleſias ad cultum Deo præſtandum profane contemnentis, quam in concilio Gangrenſi adverſus ipſum coacto anathemate damnavit Oſius epiſcopus Cordubenſis cum reliquis. Suſcitarunt illum (auctore Hugone Ferrarienſi) hæretici Patareni, anno Chriſti CIↃ. CC. damnati ab Honorio papa III. & Frederico II. imperatore latis conſtitutionibus. Renovarunt Vvaldenſes, Vviclephiſtæ, Huſſitæ & Taboritæ anno CIↃ. CDXX. ac tandem Anabatiſtæ quidam, ſed leviori religionis jactura.

Quod vero divus Paulus cum Athenienſibus diſſerens, ait. *Deus in manufactis templis non habitat*, quo ſolent illi errorem protegere, ut leve eſt, ſic & alienum a Pauli mente, quam apertius & melius nemo ipſomet Paulo declarabit. In eodem enim contextu ſtatim ſubjungit: *Indigens aliquo, cum ipſe det omnibus.* Quaſi clarius diceret, templa non Dei neceſſitate conſtrui, proprio gaudentis domicilio, ut Gentes putabant, ſed erigi inopia noſtra & fructu. Indigemus enim eccleſiis ad conveniendum, ad orandum, ad ſacrificandum, ad gratias Deo red-

Paul. 1. Cor. 11.

Euſeb. lib. 2. hiſt. eccleſ. c. 17.

Euſeb. in eod. li. Epiphan. hær. 9. Svidas, verbi Philo.

D. Epiphan. contra Nazaren.

D. Epiphan. hæreſ. 29.

Euſeb. lib. 2. eccleſ. 16.

Conc. Salegunſtad. can. 8.

Conc. Gangr. can. 5.

Actuum. 17

reddendas & agendas, ad alia etiam quæ extra locum ſacrum majori labore, & minori reverentia docentur & percipiuntur. Quo etiam ſenſu lucernas quas olim ſuis diis vaniſſime Gentes offerebant, exiſtimantes deos luminibus indigere, & tanquam offuſis tenebris oberrantes oblata luce lætari, irridet Lactantius, irridet templa, irridet aras, irridet ſacrificia, odores irridet, & reliqua ſacrificiis accommoda, nihil ſanctam & ſingularem illam majeſtatem ab homine deſiderare aſſerens, quam innocentiam ſolam: quam ſi quis obtulerit Deo, ſatis pie illum, ſatis religioſe affirmat litaſſe. Quæ omnia non ideo, Lactantius contemnit, ut falſo illi objiciunt hæretici, ut templa doceret, aras, lumina, ſacrificia, odores, & reliqua quæ hodierno etiam die obſervat eccleſia, Deo fore ingrata: ſed ut illorum confutaret errorem, qui has oblationes ſine innocentia diis gratiſſimas judicabant, perſuaſi illis oblatis expiari poſſe quæcumque ſcelera admiſſa, ut ipſe Lactantius paulo antea docuit apertiſſime: *Homines*, ait intelligens Gentes, *neglecta juſtitia, cum ſint omnibus flagitiis ac ſceleribus inquinati, religioſos ſe putant, ſi templa & aras beſtiarum ſanguine cruentaverint, ſi focos odorati ac veteris vini profuſione madefecerint. Quin etiam ſacras dapes apparant, & exquiſitas epulas, quaſi aliquid inde libaturis offerunt. Quidquid aſpectu rarum, quidquid opere aut odore pretioſum, id gratum eſſe diis ſuis non ex aliqua divinitatis ratione, quam neſciunt, ſed ex ſuis cupiditatibus judicant: nec intelligunt terrenis opibus Deum non indigere: nihil enim ſapiunt niſi terram, bonaque & mala ſolius corporis ſenſu & voluptate perpendunt. Hujus arbitrio ut religionem ponderant, ſic totius ſua vitæ acta diſponunt.* Eodem etiam ſenſu intelligendus eſt Minutius Felix, dum Gentes adverſus nos ſic inducit loquentes. *Latebroſa & lucifugax natio, in publico muta, in angulis garrula, templa ut buſta deſpiciunt, deos deſpuunt, rident ſacra, miſerantur miſeri, ſi fas eſt, ſacerdotum honores, & purpuras deſpiciunt ipſi ſeminudi.* Quibus ut faceret ſatis, poſtea hæc adjunxit. *Putatis autem nos occultare quod colimus, ſi delubra & aras non habeamus? Quod enim ſimulacrum Deo fingam cum ſi recte exiſtimes, ſit Dei homo ipſe ſimulacrum. Templum quod ei extruam, cum totus hic mundus ejus opere fabricatus eum capere non poſſit? Et cum homo latius maneam, intra unam ædiculam vim tantæ majeſtatis includam? Nonne melius in noſtra dedicandus eſt mente? in noſtro imo conſecrandus eſt pectore? hoſtias & victimas domino offeram, quas in uſum mei protulit? ut rejiciam ei ſuum munus, ingratum eſt, cum ſit litabilis hoſtia bonus animus, & pura mens, & ſincera ſententia. Igitur qui innocentiam colit, domino ſupplicat, qui juſtitiam Deo libat; qui fraudibus abſtinet, propitiat Deum; qui hominem periculo ſurripit, optimam victimam cædit. Hæc noſtra ſacrificia, hæc Dei ſacra ſunt, ſic & apud nos religioſior eſt ille qui juſtior.* Sic etiam intelligendus Clemens Alexandrinus, dum ait, *Propter quam cauſam merito Deo non ſacrificamus qui nullius indiget, & omnia præbuit omnibus: ſed eum glorificamus, qui eſt pro nobis ſacrificatus, nos ipſos ſacrificantes, ad id quod eſt nullius indigens, ex eo quod nullius indiget, & ab impatibili ad id quod eſt impatibile. Deus enim ſola noſtra ſalute delectatur: merito ergo ei non offerimus ſacrificium, qui non vincitur a voluptatibus, cum inferius, & nec uſque ad craſſiſſimas nubes, & longe etiam ab his perveniat, quæ fit per fumum exhalatio, ſi modo perveniat. Nullius ergo indiget Deus, nec capitur voluptate, nec eſt aut lucri, aut pecuniæ cupidus, cum ſit plenus, & cuilibet, quod ortum eſt & indiget, omnia præbeat: neque ſacrificiis, ſed neque donariis, neque rurſus gloria & honore Deus inviecatur, neque aliquibus ejuſmodi allicitur; ſed ſolis viris bonis & honeſtis apparet.* Quæ omnia a Lactantio, Minutio & Clemente tradita mire his conſentiunt, quæ a Spiritu ſancto edocti ſumus. *Facere juſtitiam & judicium, magis placet domino quam victima.* Significat enim placere magis Deo, ut lex cuſtodiatur, cujus partes duæ ſunt, judicium & juſtitia, quam ut cruentum fieret ſacrificium. *Sacrificium & oblationem noluiſti: holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti.* Quod divus etiam Paulus docuit ad Hebræos. *Beneficentiæ & retributionis nolite obliviſci: talibus enim hoſtiis promeretur Deus.* Hi autem & reliqui non inficias eunt, templa, aras, ſacrificia, & reliqua, ſi debita religione parentur & offerantur, ſpreta ſuperſtitione antiquorum, & errore profano, Deo fore gratiſſima. Quod non ſolum verbis conſilioque munierunt, ſed factis & auctoritate ſæpiſſime confirmarunt.

Lactan. lib. 6. divin. inſt. c. 2.

Minut. Felix in Octavio.

Clemens Alex. lib. 7. ſtrom.

Proverb. 2.

Pſalm 39.

Hebr 13.

*Canon XXI.* Vulgatus.

*De catholicis in hæreſim tranſeuntibus, ſi non revertantur.*

Si quis de catholica eccleſia ad hæreſim tranſitum fecerit, rurſuſque ad eccleſiam recurrerit, placuit, huic pœnitentiam non eſſe denegandam : eo quod cognoverit peccatum ſuum : qui etiam decem annis agat pœnitentiam ; cui poſt decem annos, præſtari communio debet. Si vero infantes fuerint tranſducti, quod non ſuo vitio peccaverint, incunctanter recipi debent.

Canon XXII. *Emendatus.*

*De catholicis in hæreſim tranſeuntibus, ſi revertantur.*

Si quis de catholica eccleſia ad hæreſim tranſitum fecerit, rurſuſque ad eccleſiam recurrerit, placuit, huic pœnitentiam non eſſe denegandam: eo quod cognoverit peccatum ſuum : qui etiam decem annis agat pœnitentiam ; cui poſt decem annos præſtari communio debet. Si vero infantes fuerint tranſducti quod non ſuo vitio peccaverint, incunctanter recipi debent.

ANSELMUS hunc canonem retulit lib. 11. c. 128. & pœnitentiale Romanum apud Antonium Auguſtinum, tit. 7. cap. 4.

*Lapſis non modo pœnitentiam non negaſſe patres Illiberritanos ſed manifeſte indulſiſſe.*

## CAPUT XLVI.

ALiorum canonum ſeveritatem inſigni pietate temperant nunc Hiſpani patres, ne quis eos ut nimis ſemper acres & acerbos judicet: decernunt enim illos, qui deſerta Chriſtianæ religionis diſciplina, in hæreſim ſemel lapſi, poſtea tamen pœnitentia ducti, ad eccleſiæ pacem revertuntur, recipiendos, & ut priſtinam recipiant ſanitatem, pœnitentiæ medicina purgandos. In quo tacite, imo expreſſe antiquum evertunt errorem Novatiani, qui crudelitate, vel impietate potius ſingulari, ſemel lapſis, & ad eccleſiam lacrimis, gemitu & dolore pulſantibus (ut Cypriani verbis utar) divinæ pietatis & lenitatis paternæ ſolatia & ſubſidia claudi volebat, nec ad fovenda vulnera admitti vulneratos, ſed ſine ſpe pacis & communionis relictos, ad luporum rapinam & diaboli prædam projici. Profanum hunc & perniciosum errorem, quia ſatis docte confutarunt olim D. Cyprianus, Vincentius Lirinenſis, Ambroſius, & ante hos Cornelius papa in ſynodo Romana, de qua Euſebius, repetitam ejus impugnationem omittam: unius ſolum Taraſii archiepiſcopi Conſtantinopolitani auctoritate contentus. *Quemadmodum*, ait in concilio Nicæno II. *etiam in evangelio ab ipſa domini voce per parabolam de prodigo, & poſtea pœnitente, inſtructi ſumus a patre cæleſti, recepto in cælis. Gaudet enim ſupra hominem pœnitentiam agentem: pœnitentia enim inſignis eſt armatura, magna ſalutis via, hoſpitii regni cælorum diſpenſatrix incorruptibilis, via dux, martyricorum certaminum æquiparatio; ad Deum viam indicans, & cum ipſo nos eſſe faciens, humani generis baculus, cadentium & lapſorum ſurrectio. Beati qui hanc ampleƈtuntur, & huic adhærent: qui hanc exercent, cum angelis vitam æqualem ducunt. Ab omni malo declinant, & bonum faciunt. Pœnitentia eſt columna & familiaris dilectionis, eleemoſynæ, jejunii, abſtinentiæ, temperantiæ, probitatis, honeſtatis, manſuetudinis, & ut verum uno verbo dicam, hæc omnia pollet pœnitentia.* Præclaram hanc ejus virtutem & laudes ſummamque Dei noſtri erga nos clementiam & benignitatem (remittit enim datque multo jucundius, ut ait Gregorius Nazianzenus, quam accipiunt alii) Hiſpanos patres probe agnoviſſe & perſpicue hoc canone demonſtraſſe (tantum enim abſuerunt ab errore contrario) non ambiget ille, qui ab his hoc ipſo canone decretum animadverterit, lapſos reſipiſcentes, peracta decem annorum pœnitentia, quaſi ſecundo quodam lacrymarum baptiſmo tingui, ablui, tergi, mundari, & mundatos jam ad ſacram eccleſiæ & euchariſtiæ communionem admitti oportere. Prius tamen quam eidem reconciliarentur, antiquæ hæreſis errorem eoſdem abjuraſſe crediderim, pollicitoſque fuiſſe catholicæ eccleſiæ unitatem ſe in poſterum obſervaturos. Hoc enim antiquum eſſe in eccleſia ex concilio Arelatenſi II. plane intelligimus, cujus omnes fere canones, ab hoc Illiberritano deſumptos ſuperius indicavimus, *Novatianum, aut in communionem recipi non debere, niſi ſuſcepta pœnitentia incredulitatis præteritum damnet errorem.* Idem paulo ante, Nicænum. *De eiſdem Novatianis placuit ſancto concilio, ut ordinentur, & ſic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeant confeſſionem, quam per ſcripturam exigi oportet, ut fateantur ſe communi conjunctio catholicæ eccleſiæ ſtatuta*

Cyprian epiſ. ad Novatian & ad Antonian. & in lib. de lapſis.

Vicent. Lirinen. adverſ. protan. hæreſ. Novatianor.

B. Ambr. in libris de pœnit. adverſ. Novatianos.

Euſeb. lib. 9. hiſt eccleſ. c. 38.

Taraſius in con. Nicæn. II. actione 1.

Luca 15.

Greg. Nazian. orat. in ſanctum lavacrum.

Pœnitentiam, baptiſmum lacrymarum vocarunt olim Gregor. Nazianz. in ſermone de ſanctis luminaribus epiphaniorum lib. 5. & Greg. Nyſſen. homilia ad eos qui acrius alios judicant.

Conc. Arelat. II. can. 9.

Conc. Nicæn. can. 8.

*eam obſervaturos; id eſt communicaturos ſe & his, qui ſorte ſecundas nuptias experti ſunt, vel his qui perſecutionis tempore lapſi ſunt. Quibus tamen lapſis pœnitentiæ modus & tempus aſcriptum eſt, ut in omnibus ſequantur ea quæ in eccleſia catholica obſervantur.* Idem ex Epheſina ſynodo ſub Theodoſio juniore & Cæleſtino papa conſtat. Epiſtola enim, quam miſerunt patres in ea coacti ad Neſtorium hæreticum epiſcopum Conſtantinopolitanum, hæc habet. *Non autem ſufficit vel tua religioni tantummodo fidei ſymbolum confiteri, quod expoſitum eſt per idem tempus, Spiritu ſancto largiente, & venerando ac magno concilio apud Nicæam celebrato; hoc enim non intellexiſti, nec recte interpretatus es: quinimo perverſe, licet ſono vocis eadem verba protuleris, ſed conſequens eſt etiam, jurejurando fateri te, quod anathematizes tua polluta & profana dogmata: ſentias autem & doceas, quæ nos univerſi per orientem & occidentem epiſcopi & magiſtri præſulesque populorum credimus & docemus.* Similem formam abjurandi hæreſim uſurpatam a Berengario ſancti Mauritii Andegavenſis eccleſiæ diacono, in concilio Romano ſub Nicolao ſecundo legimus, apud illius concilii acta. Et ut Hiſpana non omittamus: antiquum exſtat decretum a Martino epiſcopo Bracarenſi relatum, oblatum concilio Lucenſi & confirmatum, expreſſa idipſum conſtitutione decernens. *Si qui epiſcopus*, ait, *ſive alicujus epiſcopi presbyter aut diaconus, in alicujus hæreſis opinionem offenderit, & ob hanc cauſam fuerit excommunicatus, nullus epiſcopus eum in communionem recipiat, niſi prius in communi concilio, porrecto ſuæ fidei libello, ſatisfaciat omnibus, & ita liberam teneat ſuam purgationem. Hoc idem & de fidelibus laicis, ſi in aliqua hæreſis opinione fuerint nominati, &c.* Hac etiam ætate eamdem præſcribunt formam catholicæ fidei vindices lapſis in hæreſim, cum ad communionem & pacem eccleſiæ revertuntur. Nec errorem ſolum abjurare & veram catholicæ religionis doctrinam ſe in poſterum amplexuros polliceri ſat erat, ni proprio veritatis & fidei chirographo velut datis obſidibus obſtringerentur. Tertullianus vetuſtum hunc eccleſiæ morem indicat adverſus Praxeam his verbis. *Denique caverat priſtinum doctor de emendatione ſua, & manet chirographum apud Pſychicos, apud quos tunc geſta res eſt.*

Referuntur hæc acta ab Ivone p. 2. decr. c. 10. & a Grat. in c. ego Berengarius, de conſecratio. diſtinct. 2.

Tertull. adverſ. Praxeam.

## Si vero infantes fuerint tranſducti, quod non ſuo vitio peccaverint, incunctanter recipi debent.

*Quando parentum culpa redundet in filios; quando non redundet, explicatur in eam rem D. Cypriano.*

### CAPUT XLVII.

EA fuit olim quorumdam parentum impietas & inſania, ut non ſolum ſeipſos, ſed filios infantes ſacrificiis idolorum offerrent. D. Cyprianus. *Ac nequid deeſſet ad criminis cumulum, infantes quoque parentum manibus vel impoſiti, vel attracti, amiſerunt parvuli quod in primo ſtatim nativitatis exordio fuerant conſecuti. Nonne illi, cum judicii dies venerit, dicent: Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo & poculo domini ad profana contagia ſponte properavimus: perdidit nos aliena perfidia, parentes ſenſimus parricidas. Illi nobis eccleſiam matrem, illi patrem Deum negaverunt, ut dum parvi & improvidi & tanti facinoris ignari, per alios ad conſortium criminum jungimur, aliena fraude caperemur?* Si parentum ergo imperio & auctoritate coacti infantes ſacrificiis idolorum auctoritatem præſtarent, incunctanter recipi placuit; quod non proprio, ſed alieno vitio peccaſſent. Cujus ſceleris graviſſimum reatum adeo Deo diſplicuiſſe legimus ut in ipſis infantibus non doctrina tantum, ſed miraculis odium ſignificaverit, expreſſerit, confirmaverit: *Præſente ac teſte me ipſo*, ait Cyprianus, *accipite quod evenerit. Parentes forte fugientes, dum trepidi minus ſibi conſulunt, ſub nutricis alimento parvulam filiam reliquerunt: relictam nutrix detulit ad magiſtratus. Illi ei apud idolum, quo populus confluebat, quod carnem necdum poſſet edere per ætatem, panem mero mixtum, quod tamen & ipſum de immolatione pereuntium ſupererat, tradiderunt. Recepit filiam poſtmodum mater. Sed facinus puella commiſſum tam loqui & indicare non potuit, quam nec intelligere prius potuit, nec arcere. Ignoratione igitur obreptum eſt, ut ſacrificantibus nobis, eam ſecum mater inferret. Sed enim puella mixta cum ſanctis, precis noſtræ & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc mentis æſtu capit fluctuabunda jactari, & velut tortore cogente, quibus poterat indiciis conſcientiam facti in ſimplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur. Ubi vero ſolemnibus adimpletis, calicem diaconus offerre præſentibus cœpit, & accipientibus cæteris locus ejus advenit, faciem ſuam parvula inſtinctu divinæ majeſtatis avertere, os labiis obturantibus premere, calicem recuſare. Perſtitit tamen diaconus, & reluctanti licet de ſacramento calicis infudit. Tunc ſequitur ſingultus & vomitus. In corpore atque ore violato euchariſtia permanere non potuit. Sanctificatus in domini ſanguine potus, de pollutis viſceribus erupit: tanta eſt poteſtas domini, tanta majeſtas. Secreta tenebrarum ſub ejus luce detecta ſunt, ſacerdotem Dei nec occulta crimina fefellerunt. Hæc circa infantem, quæ ad eloquendum alienum circa ſe crimen necdum habuit ætatem.* Hæc Cyprianus. In quibus illud eſt difficile, quod in principio ſcripſit, parvulos recenter natos oblatos idolis a parentibus, amiſiſſe quod in primo nativitatis exordio fuerant conſequuti, cum ex eodem Cypriano & decreto hujus concilii conſtet, illud non proprium fuiſſe, nec eſſe potuiſſe, ſed parentum peccatum, ad quos reatum vere, non ad filios eſſe referendum, & ſic intelligendum Cyprianum, doctiſſimi & ſanctiſſimi Auguſtini teſtimonio confirmabo. In epiſtola enim ad Bonifacium epiſcopum, ſic ait. *Quando autem in parvulum majores peccant, offerentes eum, atque obligare conantes dæmonum ſacrilegis vinculis, non eſt anima utrorumque communis, ut etiam culpam poſſint habere communem. Non enim ſic communicatur culpa per alterius voluntatem, quemadmodum communicatur gratia per ſancti Spiritus unitatem. Poteſt enim & in hoc & illo homine eſſe unus Spiritus ſanctus. Etiamſi invicem neſciant, per quem ſit utriuſque gratia communis. Non autem poteſt ſpiritus hominis eſſe & hujus & illius per quem peccante altero, & altero non peccante, ſit tamen culpa communis. Ac per hoc poteſt parvulus ſemel ex parentum carne generatus Dei ſpiritu regenerari, ut ex illis obligatio contracta ſolvatur. Non poteſt autem ſemel Dei ſpiritu regeneratus ex parentum carne regenerari, ut obligatio, quæ ſoluta eſt, iterum contrahatur. Et ideo ſemel perceptam parvulus Chriſti gratiam non amittit, niſi propria impietate, ſi ætatis acceſſu tam malus evaſerit. Tunc enim etiam propria incipiet habere peccata, quæ non regeneratione auferantur, ſed alia curatione ſanentur. Veruntamen recte dicuntur parentes, vel quicumque majores, filios ſeu quoslibet parvulos baptizatos dæmonorum ſacrilegiis obligare conantes ſpiritaliter homicidæ. Nam in illis quidem interfectionem non faciunt, ſed quantum in ipſis eſt, interfectores ſiunt. Rectèque illis dicitur, quando ab hoc ſcelere prohibentur; Nolite occidere parvulos veſtros, dicit enim & apoſtolus, ſpiritum nolite extinguere: non quia ille extingui poteſt, ſed quantum in ipſis eſt, extinctores ejus merito dicuntur, qui ſic agunt, ut extinctum velint. Iſto ſenſu recte intelligi poteſt, quod ſcripſit beatus Cyprianus, qui tempore perſecutionis idolis immolaverant, arguens. Ac ne quid deeſſet*, inquit, *ad criminis cumulum, infantes quoque parentum manibus impoſiti vel attracti, amiſerunt parvuli, quod in primo ſtatim nativitatis exordio fuerant conſecuti. Amiſerunt, dixit, quantum attinuit ad illorum ſcelus, a quibus amittere coacti ſunt. Amiſerunt in eorum mente ac voluntate, qui in illos tantum facinus commiſerunt. Nam ſi in ſeipſis amiſiſſent, remanſiſſent utique divina ſententia ſine ulla defenſione damnandi. Quod ſi ſanctus Cyprianus arbitraretur, non eorum defenſionem continuo ſubjiceret, dicens: Nonne illi, cum judicii dies venerit, dicent; Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo, & poculo domini, ad profana contagia ſponte properavimus. Perdidit nos aliena perfidia, parentes ſenſimus parricidas. Illi nobis eccleſiam matrem, illi patrem Deum negaverunt, ut dum parvi & improvidi & tanti facinoris ignari per alios ad conſortium criminis jungimur, aliena fraude caperemur. Hanc defenſionem non ſubnecteret, niſi juſtiſſimam crederet, & in Dei judicio parvulis profuturam: ſi enim vere dicitur. Nos nihil fecimus, anima quæ non peccaverit, ipſa cur morietur? Nec illi pereunt ſub Dei juſto judicio, quos parentes ſuo ſcelere, quantum ad ſe ipſos attinet, perdiderunt. Illud vero quod in eadem commemoratur epiſtola, quamdam parvulam turbatis in fugam parentibus, nutrici derelictam, atque ab eadem nutrice dæmonum ſacrilegiis impactam, poſtea in eccleſia illatam ſibi Euchariſtiam miris motibus reſpuiſſe: ideo mihi videtur divinitus factum, ne majores putarent, nihil ſe in parvulos in illa iniquitate peccare, ſed potius intelligerent, per illum ſignificantem quodammodo geſtum corporis eorum, qui loqui non poterant, ſe mirabiliter admoneri, quid ipſi facere deberent, qui poſt tantum illud nefas ſacramentis ſalutaribus irruebant. Unde ſe utique pœnitendo abſtinere deberent. Nec cum tale aliquid divina providentia per infantulos agit, ipſos id agere ſcientia, vel ratione credendum eſt. Neque enim quia cujuſdam prophetæ dementiam Deus voluit etiam aſina loquente coercere, ideo admiranda eſt aſinorum ſapientia. Porro ſicut per animal irrationale ſonuit aliquid homini ſimillimum, quod miraculo divino, non cordi aſinino tribuendum ſit; ita potuit omnipotens per infantulis animam, non ubi ratio nulla erat, ſed ubi adhuc ſopita erat, geſtu corporis ejus oſtendere, quid illi, qui & in ſe & in parvulos ſuos peccaverant, curare deberent. Cæterum cum infans non*

D. Cyprian. lib. de lapſis c. 3.

Idem in eod.

Quomodo ſunt intelligenda Cypr. l. de lapſis c. 3. Aug. epiſt. 23. ad Bonifacium epiſ.

1. Theſſal. 5.

*vedeat in parentem, ut cum illo & in illo unus homo ſit, ſed omnino alter ſit, habens carnem ſuam & animam ſuam: Anima quæ peccaverit ipſa morietur. Nec illud te moveat, quod quidam non ea fide ad baptiſmum percipiendum parvulos ferunt, ut gratia ſpirituali ad vitam regenerentur æternam, ſed quod eos putant hoc remedio temporalem retinere, vel recipere ſanitatem. Non enim propterea illi non regenerantur, quia non ab iſtis hac intentione offeruntur. Celebrantur enim per eos neceſſaria miniſteria. Filios autem ſeu quoslibet parvulos dæmoniorum ſacrilegiis obligare conantes, ſpiritaliter ſunt homicidæ. Nam in illis quidem interfectionem non faciunt, ſed quantum in ipſis eſt, interfectores ſunt, & recte illis dicitur, quando ab hoc ſcelere prohibetur. Nolite occidere parvulos veſtros.*

Par cauſa de infantibus ab hæreticis baptizatis eſſe debet, tametſi enim ab his baptizatos ad clerum non eſſe promovendos, antiqua apoſtolorum conſtitutione ſit cautum, ſi tamen infantes parentum errore ab hæreticis baptizarentur, non eſſe ab ordinibus repellendos, Africanis epiſcopis placuit. Parentum igitur peccatum, cui nullum filii præſtitere conſenſum, ad parentes redit auctores, non ad filios. Si autem filii in eorum voluntate acquieſcant, ut culpæ, ſic & pœnæ redduntur obnoxii. D. Auguſtinus, quando & quomodo, vel parentibus vel majoribus obtemperandum ſit, hac nos ſingulari erudivit doctrina. *Sed timeo*, inquies, *ne offendas majorem. Times prorſus ne offendas majorem? vide ne forte major ſit iſte, quem non times offendere. Major eſt certe, noli offendere. Hæc tibi regula proponitur: nonne manifeſtum eſt eum minime offendendum, qui major eſt ceteris? Diſcute nunc majores tuos. Primi ſunt tibi pater & mater: ſi recte educantes, ſi in Chriſtum nutrientes, audiendi in omnibus, obtemperandum eis in omni juſſione. Contra majorem ſi nihil jubeant, & ſervatur illis:* quis eſt, inquis, *major eo qui me generavit? Ille qui te ipſum creavit: generat enim homo, creat Deus. Unde generat homo neſcit, quid generaturus neſcit: ille qui te vidit ut faceret, antequam eſſet, quem fecit, certe major eſt patre tuo, major ſit patria & ipſis parentibus tuis, ut quidquid juſſerint parentes contra patriam, non audiantur; & quidquid juſſerit patria contra Deum, non audiatur.* Hæc Auguſtinus.

Can. 67. Apoſt.

Conc. Carth. 3. can. 48.

Aug. ſer. 6 de verbis domini in evangelium ſecundum Matth.

*Canon XXIII.* Vulgatus.

*De temporibus jejuniorum.*

Jejunia ſeu abſtinentias per ſingulos menſes placuit celebrari; exceptis diebus duorum menſium, Julio & Auguſto, ob eorumdem infirmitatem.

Canon XXIII. *Emendatus.*

*De temporibus jejuniorum.*

Jejunia ſeu abſtinentias per ſingulos menſes placuit celebrari; exceptis diebus duorum menſium, Julii & Auguſti, ob eorumdem infirmitatem.

IVO p. 4. decret. c. 31. paulo aliter. Jejunia ſeu abſtinentias per ſingulos menſes placuit celebrari, exceptis diebus duorum menſium, Julio & Auguſto: & hoc ob eorumdem infirmitatem. C. MS. ſancti Æmiliani in cœnobio regio D. Laurentii. *Jejuniorum ſuperpoſitiones per ſingulos menſes placuit celebrari, exceptis diebus duorum menſium, Julio & Auguſto, ob quorumdam infirmitatem.* Sed editorum codicum & Ivonis lectionem magis probo: nam jejunia hæc non ob hominum quorumdam infirmitatem, ſed ob æſtivos & infenſos eorumdem menſium calores tolluntur, ut mox dicemus.

*Quid abſtinentia, quid jejunium, & qui jejunii fructus.*

## CAPUT XLVIII.

ABSTINENTIAS olim vocabant jejunia, non quod abſtinentia quæcumque jejunium ſit, ut hæretici noſtri temporis hallucinantur, dicentes, idem eſſe jejunare, quod ſobrie, naturæque convenienter vivere: quod ſane eſt vaniſſimum, & a ſacrarum literarum ſenſu maxime alienum. Certum namque eſt, abſtinentiam, æque ac temperantiam, eos omnes qui naturæ lege vivere volunt, ad ſui obſervationem perpetuo obſtringere: ſiquidem ut nulli unquam fas eſt vivere intemperanter, ita nulli unquam licebit admittere, quod cum vera abſtinentia pugnet. Bibere enim vel comedere plusquam recta ratio dictat, vel naturæ neceſſitas poſtulat, nunquam licet: at vero jejunii leges, neque obligant omnes, neque ſemper, ſed ſuo tempore & loco tantum. Quis enim dubitat, Chriſtum noſtræ religionis auctorem, ejuſque ſanctos apoſtolos & diſcipulos, ſobrie, naturæque convenienter vixiſſe ſemper? Semper tamen jejunaſſe fatendum non eſt, cum jejunii tempora ab illis obſervata, præſcripta videamus, & reliqua omiſſa. Quare rogantibus diſcipulis Joannis: *Quare nos & Phariſæi jejunamus frequenter, diſcipuli autem tui non jejunant? Dominus reſpondit: Numquid poſſunt filii ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies, quando auferetur ab eis ſponſus, & tunc jejunabunt.* At abſtinentiæ nomen latius patet quam jejunii. Abſtinent a cibo ægri, quod illum faſtidiant, inopes quod illo careant, avari quod illum emere recuſent, gulæ & ventri dediti, ut majori aviditate & voluptate poſtea liguriant, hypocritæ ut ſanctimoniæ laudem apud imperitam plebem aucupentur; illos tamen jejunare in nullius niſi inſani mentem venire poteſt. Quod ſi de ſtudioſorum actibus ſolum diſputatio ſuſcipiatur, reſponſio occurrit, abſtinere etiam eos, qui famem in die bis aut ter explent, tolerant vero, & ſine merito, ſæpiſſime. Et quod de actibus dicimus, ad tempus & ciborum delectum accommodari etiam poteſt. Vocabant ergo olim jejunia abſtinentias, quod diebus jejunii ab omni delicatiori cibo & actu intemperantiæ & incontinentiæ abſtinere Chriſtiani deberent, juxta illud Origenis. *Quando jejunamus, o viri abſtineamus nos, ut non guſtemus carnem, nec vinum, nec ſuperfluas eſcas.* Et illud Baſilii. *Carnes non edis, ſed comedis fratrem tuum: a vino abſtines, ſed ab injuriis tibi non temperas.* Temperantiam enim partem eſſe abſtinentiæ conſtat. Pertinet enim temperantia ad eas voluptates, quas tactus guſtuſque progenuit, communes ceteris animantibus, ut Ariſtoteli placuit. Abſtinentia vero ad alias etiam extenditur. Hi enim qui vel fabulis, vel hiſtrionum cantu delectantur, quod ad auditum pertinet, vel his rebus gaudent quæ viſu percipiuntur, ut coloribus, figuris, vel pictura: vel roſarum, florum, vel unguentorum odoribus capiuntur, quod ad odoratum ſpectat: & his omnibus virtutis ſtudio abſtinent, temperantes dici non poſſunt, ut Ariſtoteles docet, dici tamen poſſunt abſtinentes. Quam virtutem eamdem eſſe putarem cum ea, quæ continentia dicta eſt ab Ariſtotele, nam de virtute abſtinentiæ hoc nomine nuncupata, ipſum & reliquos morales philoſophos meminiſſe non video. Quare eorum ſententiam non probo, qui temperantiam proprie eſſe volunt, cum quis abſtinet a nocivis, neceſſariis contentus: abſtinentiam vero tantum, cum quis abſtinet a neceſſariis: nam abſtinentiæ fructum illum percepiſſe, qui lege jejunii contentus, nihil de neceſſariis ſuſtulerit, quis jure diffitebitur? In his igitur (ſive jejunia voces, ſive abſtinentias, nomina rerum nihil jam moror) adeo ſe exercebant primitivæ eccleſiæ patres, exercerique volebant reliquos Chriſti imitatores, ut non eos tantum, qui ſecundum eccleſiaſtici judicis arbitrium, privata vel publica pœnitentiæ lege devincti jejunare tenebantur, ſed & eos quoque, qui nihil pœna dignum admiſerant, ad jejunii obſervationem excitarent; nec immerito: nam inter ea quæ homines ad peccandum majori ſtimulo provocant, carnis concupiſcentia eſt. Quo enim carnis ſenſus homini jam ab ineunte ætate eſt familiarior (exortus enim eſt una cum eo, & ad extremum vitæ ſpiritum materiam præſtat, quo nutriatur) eo ad alliciendum magis, ad debellandum, & obtinendam de ipſo victoriam potentior eſt. Idcirco majores noſtri ad refrænandam hanc carnis vim & petulantiam multa prudenter, pie & ſancte excogitarunt. Voluerunt enim nocturnis vigiliis, veſtitu aſpero, caſtigatione verberum, externo corporis labore, carnis ſenſum coerceri. Sed cum multo majorem virtutem jejunio & abſtinentiæ ineſſe experimentis multis agnoviſſent, jejunium ſemper tanquam firmiſſimum adverſus diaboli carniſque inſultus præſidium elegerunt, in primaque acie ſemper collocarunt. Eo conſilio quadrageſimæ jejunium inſtituerunt: primo, ut maculas quas reliquo anni tempore contraxerant, jejunii pœnitentia his diebus eluerent: tum ut quaſi decimas totius anni auctori vitæ, qua fruimur, redderemus, ut docuit beatus Gregorius. Nec eo factum ſatis majores noſtri putarunt, ſed cum viderent vitæ noſtræ momenta, non ſolum per annos integros, ſed per menſes interdum decurrere, duodecim menſes, quibus annus ſolaris conſtituitur, in quatuor partes tribuerunt, ſingulisque earum jejunia (qua de cauſa quatuor temporum vocant) triduana præfixerunt: ut gratias Deo redderemus pro præterito trimeſtri ſpatio, quod illo nos, noſtraque, pro ſua clementia proſpere tutari dignatus ſit: & ob expiationem eorum delictorum, quæ illis menſibus, vel ignorantia, vel malitia admiſimus; & ut proponeremus ineuntibus ſingulis illis quatuor anni temporibus (indicuntur jejunia circa præcipuas anni verſiones, quas ſolſtitia & æquinoctia vocant) actiones noſtras,

Matth. 9.

Origen. lib. 3. in Iob.

Baſil. homil. 1 de jejunio.

Ariſt. lib. 3. ethic. c. 10.

Ariſt. lib. 7. ethic. c. 1. & 2.

B. Greg. hom. 16 in evang.

ſtras, ſtudia & cogitationes divinæ voluntatis arbitrio moderari. Et quia interdum vita noſtra multis & frequentibus malis ſauciata, multis etiam & frequentioribus remediis indiget, ideo non trimeſtre illud expectandum voluerunt, ſed aliud magis opportunum excogitarunt; ſingulis enim menſibus voluerunt ab epiſcopis aliquot dies jejuniis præſcribi: quot autem illi eſſe deberent, & quando, eorumdem epiſcoporum judicio placuit reſervari. Nec menſes ſolum agi noluerunt ſine jejunio, ſed nec hebdomadas ipſas ſive ſeptimanas: harum enim ſingulis diem unam ademarunt, ſextam ſcilicet feriam, quam diem Veneris vocant: huic autem Hiſpani alterum ſingulari religione jejunio conſecrarunt, ſabbatum ſcilicet. Qui præſtantius vitæ inſtitutum ſequebantur, quartam etiam feriam adjiciebant: nec his contenti alii, omnes dies jejunio celebres cuſtodiebant; alii autem nihil ſe promeruiſſe putabant, ſi his diebus jejunium ut reliqui, vel ſiccorum eſu agerent; quare vix ſexto die alimento minus neceſſario reficiebantur, ſicut cicadæ rore viventes, & canticis inediam compenſantes, ut Philo ſcripſit. *Temperantia*, inquit, *tanquam fundamento in anima jacto, virtutes cetera ſuperſtruuntur. Nec cibum nec potum quiſquam ſumit ante ſolis occaſum. Nonnulli ex illis vix tertio quoque die famem ſentiunt. Nec deſunt qui prælauto excepti ſapientiæ epulo perdurant duplum ejus temporis, & vix ſexto die deguſtant cibum neceſſarium, aſſueti ſicut cicadæ rore vivere & canticis ſolari inediam*. Hæc ille de Chriſtianis Alexandrinis, Marci primi civitatis illius epiſcopi diſcipulis: & veroſimile eſt, aliis civitatibus & locis, idem præſtitiſſe alios. His autem liberis jejuniis omiſſis, quæ ad perſtringendam hujus ſæculi cæcitatem tantum delibavimus, ut ea cum maxima laude & merito ſuſcipiuntur: ſic etiam citra ullam noxam prætermitti poſſunt: neceſſaria vero, id eſt, illa quæ a præpoſitis eccleſiæ in vim præcepti præſcribuntur, citra cauſam neceſſariam omitti ſine culpa non poſſunt: qualia illo tempore judico ea jejunia, quæ ſingulis menſibus ab epiſcopis præſcribebantur. Ferventi primitivæ eccleſiæ devotione multa ab epiſcopis indicta fuerunt majori ſeveritate jejunia, communi populi uſu conſenſuque recepta, quæ poſt aliquot ſæcula conniventibus iiſdem etiam epiſcopis, in uſu eſſe deſierunt, & ex neceſſariis libera facta ſunt: jam enim juſtiſſimum canonis hujus præceptum, pro conſilio hac ætate accipiendum, obſervo, ni ſuperiorum accedat auctoritas.

Can. 26. hujus concilii. — Philo de vita contemplat.

## Exceptis diebus duorum menſium, Julii & Auguſti, ob eorumdem infirmitatem.

*Cur his duobus menſibus jejunia ſublata.*

### CAPUT XLIX.

UT rebellantem ſpiritui carnem jejunio & abſtinentia ſerio edomari cupiunt eccleſiæ præfecti, ſic corporum ſaluti, & incolumitati prudenter ſtudent & ſuaviter provideri: mortem enim peccatorum, vel adverſam valetudinem nolunt, ſed ut diu vivant, & ad dominum ex animo convertantur. Idcirco menſes duos, quos ferventes Bæticæ provinciæ calores, febrium æſtibus & aliorum morborum infeſtos reddunt, & periculo obnoxios, liberos decreverunt lege jejunii, ne ſi nimium illis menſibus abſtinerent, immodica caloris vi reſolverentur, & ea inedia flaccescentes ad ferenda jejunia menſium reliquorum redderentur imbecilliores. Non diſſimilem conſtitutionem tulit Gallia in concilio Turonenſi II. in jejuniis monachorum obſervandam. Cum enim ea frigidior ſit ob majorem ſolis receſſum (ſeptentrioni enim octo vel novem gradibus propinquior eſt) ſolum Auguſtum menſem, diverſa tamen reddita ratione, a lege jejunii exemerunt, etſi illos qui Julio menſe infirmari cœpiſſent, eodem beneficio fruituros declaraverint. Concilii Turonenſis verba hæc ſunt, *De jejuniis vero, antiqua a monachis inſtituta ſerventur, ut de paſcha uſque ad quinquageſimam, exceptis rogationibus, omni die fratribus prandium præparetur, poſt quinquageſimam ſola hebdomada exacte jejunent ſecunda & quarta & ſexta die, exceptis his qui aliqua infirmitate conſtricti ſunt: in Auguſto, quia quotidie miſſæ ſanctorum ſunt, prandium habeant* (miſſas ſanctorum & feſtiva eorum ſolemnia jejuniis libera non ſine ratione voluerunt) *in Septembri toto & Novembri, ſicut prius dictum eſt, ter in ſeptimana*. Voluerunt ergo eos qui Julio menſe infirmari cœpiſſent, lege jejunii non obſtringi: ſanos autem toto menſe Auguſto ob ſanctorum feſtivitates in ipſo celebrandas, quarum nonnullas fortaſſe in eumdem rejecerunt, ut jejunii ſeveritatem in reliquis obſervantes, Auguſti iniquitati inſervientes poſſent commodius relaxare. Eadem pietatis conſideratione quartam & ſextam feriam jejunio monachorum conſecratas a divo Benedicto, ipſe tota æſtate, cum nimii eſſent calores, legibus ſolvit.

Concil. Turon. 2. can. 17. — D. Benedict. c. 41. regulæ.

In Oriente etiam jejunium Auguſti menſis interdictum fuiſſe a ſynodo Conſtantinopolitana, conſtat ex III. quæſtione monachorum ad camdem ſynodum tempore Nicolai patriarchæ Conſtantinopolitani. Quæſtionis verba, cum interpretatione Balſamonis recitabo, ut compertum habeant antiquitatum ſtudioſi, quæ de jejunio hujus menſis obſervavit vetuſtas.

*An oporteat jejunium in Auguſto peragere? Reſp. Erat prius in hoc tempore jejunium, ſed translatum eſt, ne cum Gentilium, quæ hoc tempore fiebant, jejuniis incideret. Sed tamen adhuc multi homines hoc jejunium jejunant.* — Quæſtio.

Balſamon. *De hoc jejunio aliquando quæſitum eſt coram potenti & ſancto noſtro domino & imperatore, præſente ſanctiſſimo illo patriarcha domino Luca, & qui cum eo inventi ſunt antiſtitibus. Et nonnulli quidem dicebant, non debere nos jejunare propter translationem, quæ in reſponſione declaratur. Alii autem contra dicebant, quod quoniam ſancta ſynodus dicit abſque ulla dubitatione jejunium fuiſſe prius hoc tempore, ſed fuiſſe translatum, non declaratur autem ubi, & quomodo translatio facta ſit, debemus neceſſario jejunare. Patriarcha autem & antiſtites pronunciarunt eſſe inexcuſabile jejunium Auguſti menſis: & ad dicti ſui comprobationem etiam unionis deciſione utebantur, quæ tractat, triganios ter in anno eſſe ſacramentorum participes, ſcilicet in paſchate, & in feſto dormitionis ſanctiſſimæ deiparæ, & in nativitate domini noſtri Jeſu Chriſti; eo quod in eis præcederet jejunium, & ejus utilitas. Quibuſdam autem tunc quoque dubitantibus, quod nuſquam inveniretur præſcripta ejus jejunii dierum quantitas, dixit ipſe ſanctiſſimus patriarcha, quod cum dies hujus, & illius, quod ante Chriſti natalem fit, jejunii, non declarentur ab ulla ſcriptura, cogimur ſequi non ſcriptam eccleſiaſticam traditionem, & debemus jejunare a primo die Auguſti, & a XIV. menſis Novembris. Sin autem propter corporalem imbecillitatem id ſolvere cogamur, epiſcopali permiſſione dies declarati in Auguſtum redigentur: nam hoc quoque placuit ex non ſcripta eccleſiaſtica traditione. Et hæc quidem aliquando dicta ſunt. Ego autem cum poſtea conſideraſſem, unde nam, & quomodo hæc duo jejunia tradita ſunt, ſcilicet dormitionis ſanctæ deiparæ, & nativitatis Jeſu Chriſti & Dei noſtri, ac etiam jejunium quod fit ante feſtum ſanctorum apoſtolorum, & jejunium ante transfigurationem, & an neceſſario debemus hæc jejunare, & quot diebus, dico, hoc quidem feſtorum jejunium eſſe inexcuſabile; ejus autem dierum quantitatem non eſſe numero in omnibus æqualem, ut eſt in magna quadrageſima, ſed ante ſeptem quidem dies uniuſcujuſque eorum feſtorum, omnes fideles, laici ſcilicet & monachi, coguntur jejunare inexcuſabiliter, & qui non ita faciunt, ab orthodoxorum Chriſtianorum communione alienantur.*

Hæc olim in oriente & occidente jejuniorum Julii & Auguſti obſervatio, quam hodie catholica vel Hiſpanica eccleſia non retinet: in Julio enim abſtinentiæ lex indicta eſt vigiliæ ſancti Jacobi: in Auguſto vigiliæ D. Laurentii, Bartholomæi, & Aſſumptionis; & ſi quæ alia, aut ſuperiorum præcepta, aut fidelium temperantia induxerit, vel devotio.

## *Canon XXIV.* Vulgatus.

*De his, qui peregre baptizantur, ut ad clerum non veniant.*

Omnes, qui in peregrinatione fuerint baptizati, eo quod eorum minime ſit cognita vita, placuit, ad clerum non eſſe promovendos in alienis provinciis.

## Canon XXIV. *Emendatus.*

*De his, qui peregre baptizantur, ut ad clerum non veniant.*

Omnes qui peregre fuerint baptizati, eo quod eorum minime ſit cognita vita, placuit, ad clerum non eſſe promovendos in alienis provinciis.

APud Ivonem p. 6. 352. & Gratianum in c. omnes, 98. diſtinct. omnes qui peregre fuerint baptizati, eo quod eorum minime ſit cognita vita, placuit, ad clerum non eſſe promovendos in alienis provinciis.

*Quæ cautio olim in clericorum ordinatione adhiberetur.*

### CAPUT L.

QUOS ad clerum olim admittebant epiſcopi, non ſolum a crimine, ſed a criminis ſuſpicione libe-

ros, juxta Pauli præceptum, eſſe volebant. Qua ratione conſuluiſſe eos antea omnes presbyteros, diaconos, & plebem, quæ eſſent illorum actiones, quæ ſtudia, qui mores, quæ vita, ac tandem merita ſingulorum communi conſilio conſideraſſe, teſtis eſt D. Cyprianus, ut hac diligentia adhibita, vel malorum crimina (ut idem ait) detegerentur, vel bonorum publicarentur merita, taleſque eligerentur, quales Dei miniſtros eſſe decebat. Quod & antea uſurpatum in eccleſia, Lampridius his verbis teſtatus eſt. *Ubi aliquos*, inquit, *voluiſſet, vel rectores provinciis dare, vel præpoſitos facere, vel procuratores, id eſt, rationales ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, ut ſi quis quid haberet criminis, probaret manifeſtis rebus: ſi non probaſſet, ſubiret pœnam capitis; dicebatque GRAVE ESSE, CUM ID CHRISTIANI ET JUDÆI FACERENT, IN ORDINANDIS SACERDOTIBUS, non fieri in provinciarum rectoribus, quibus & fortunæ hominum committerentur & capita.* Confirmatum exſtat concilio Carthaginenſi IV. Cum autem eo tempore, quo religionis Chriſtianæ ſemina non adeo altas egerant radices, multi eſſent, qui religionis noſtræ myſteriis initiati, ſed minus plene in illis eruditi, ad has modo, modo ad illas eccleſias, vel peregrinantes, vel errantes accederent, ſimulataque pietate in clero adſcribi conarentur, ut obtenta ea dignitate ſenſim per fraudem ac dolum malum penitus irreperent, & velut occupatis penetralibus hoſpites ſuos catholicos cum doctrina etiam catholica extruderent & profligarent: viſum eſt patribus Hiſpanis, periculo huic eodem occurrere conſilio, huic morbo ſimili medicina mederi, his telis repellendis arma comparare ſimilia, decreto promulgato, ne qui ex alienis provinciis adventaſſent, numero miniſtrorum eccleſiæ adſcriberentur, quod de eorum vitæ integritate & catholica religionis profeſſione, certa & conſtans opinio non haberetur. Id breviſſimis verbis expreſſit & docuit etiam Gregorius magnus ad epiſcopum Squillatinum, dum ait: *Afros paſſim vel incognitos peregrinos ad eccleſiaſticos ordines tendentes nulla ratione ſuſcipias; quia Afri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati: peregrini vero plurimi, etiam in minoribus ordinibus conſtituti, fortiores de ſe prætendiſſe honores ſæpe probati ſunt.* Ante Gregorium, Sylveſter papa idem conſtituit, uti refertur in fine epilogi concilii Romani ſub eodem. *Conſtituit etiam*, dicitur, *nulla ratione tranſmarinum hominem poneſt nos in clericatus gradu ſuſcipi, niſi quinque epiſcoporum deſignatus ſit chirographo.* Ob Manichæos ad urbem Romam peregrinantes, idem conſtituiſſe Anaſtaſium papam, refert Damaſus, exſtatque ejus epiſtola decretalis de eadem re ad omnes Germaniæ & Burgundiæ epiſcopos.

*[Margin: D. Cypr. epiſt. 31 ad Cler. & plebem, de Aurelio lectore.]*
*[Margin: Lamprid. in Alexandro Severo.]*
*[Margin: Conc. Carth. 4 can. 22.]*
*[Margin: Gregor. lib. 2 regiſt. ep. 23]*
*[Margin: Conc. Rom. ſub Sylveſtro in fine epilogi apud Grat. 11a c. nullus 98. diſt.]*
*[Margin: Damaſ. in pontificali.]*

Quod ſi in clero jam adſcripti ſint, cupiantque ad majores ordines aſcendere, niſi de prima ordinatione ex litteris commendatitiis ſuorum epiſcoporum, non eſſe ſuſcipiendos ad majores, ex conſtitutione Innocentii III. liquet.

*[Margin: Refertur a Gratiano in c. Tranſmarinos 98 diſt. Innoc. III. c. inter de clericis peregrin.]*

Hodie autem non ſolum tranſmarini homines, vel peregrini ex regno alio vel provincia adventantes, ſed qui alterius ſunt diœceſis, clero adſcribi non poſſunt, ab alterius diœceſis epiſcopo, niſi litteris commendatitiis ſeu dimiſſoriis proprii epiſcopi ſint invitati, concilii Tridentini decreto, ea pœna ſtatuta, ut ordinans a collatione ordinum per annum, & ordinatus a ſuſceptorum ordinum executione, quamdiu proprio ordinario videbitur expedire, ſit ſuſpenſus. Nec ordines tantum peregrini hi ſuſcipere vetantur in alienis provinciis, ſed nec ſacroſanctum miſſæ ſacrificium peragere, ejuſdem Tridentini decreto.

*[Margin: Concil. Trid. ſeſſ. 23, de reformat. c. 8.]*
*[Margin: Idem ſeſſ. 22. decreto de obſerv. & evitand. in celebratione miſſæ.]*

Conſtat hinc non ſolum perſonæ privatæ, ſed & provinciæ vel civitatis ſuſpectæ pericula cautiſſime præcavenda: quod ſanum prudenſque conſilium, non eccleſiaſticorum tantum, ſed & ſæcularium principum obſervatione digniſſimum eſt, ne advenis ex ſuſpectis provinciis (niſi fide & morum integritate probatiſſimis) familiariter utantur, vel eos ad privata conſilia, aut rerum publicarum tractationem admittant: hoc præſertim tempore, quo exterarum quarumdam provinciarum hæreſes, fraudes, doli & omne genus improbitatis adeo crevit, ut quod olim de ſui temporis calamitatibus dixit Epiphanius, de his quas hodie in convicinis provinciis dolentes intuemur, commodius dici poſſe videatur. *Mirandum eſt hoc tempore & non mirandum; mirandum quod noſtro ſæculo omnia implentur, non autem mirandum, quod ea impleri neceſſe ſit.* Sed ut impleri illa omnia cernimus, ſic & illa oportet caveri.

*[Margin: D. Epiphan. lib. 3 tom. 2. adverſus Aerianos.]*

*Canon XXV.* Vulgatus.

*De epiſtolis communicatoriis confeſſorum.*

Omnis qui attulerit literas confeſſorias, ſublato nomine confeſſoris, eo quod ſub hac nominis gloria partim concutiant ſimplices, communicatoriæ dandæ ſunt ei literæ.

Canon XXV. *Emendatus.*

*De litteris confeſſoriis & communicatoriis.*

Omnis qui attulerit literas confeſſorias, ſublato nomine confeſſoris, eo quod ſub hac nominis gloria paſſim concutiant ſimplices, communicatoriæ dandæ ſunt ei literæ.

*De privilegiis confeſſorum in literis indulgentiæ dandis.*

## CAPUT LI.

TANTUS honor deſignatis martyribus (quos ob confeſſionem fidei in tormentis factam, confeſſores vocabant) habebatur olim, non ſolum a plebe, ſed & ab epiſcopis, ut lapſis permitterentur pacem poſſe dare. Commeabant enim lapſi ad carceres, pacem a confeſſoribus petentes, antequam pro Chriſto mortem capeſſerent; illi vero viciſſim petentium deſideria ponderantes, ſingulorum rationes & merita, delictorumque genera expendentes, pacem nonnullis concedebant, eamque libello ſeu literis a ſe ſubſcriptis ſignatam ad epiſcopum deſtinabant: qui diligentius examinatis ſingulorum deſideriis, pœnitentia, exomologeſi, & manus impoſitione prævia ad communionem eos admittebat. Erant enim ſancti patres majores noſtri perſuaſi, ut ait D. Cyprianus, tantum apud Deum ſanctorum martyrum preces & merita valere, ut ab illo facile poſſent lapſis, quibus pacem promittebant, delictorum veniam impetrare. Tertullianus: *Non ergo dicat*, de dæmone agit, *in meo ſunt, tentabo illos vilibus odiis, affectionibus aut inter ſe diſſentientibus. Fugiat conſpectum veſtrum, & in ima ſua delitescat, contractus & torpens; tanquam coluber excantatus aut effumigatus. Nec illi tam bene ſit in ſuo regno, ut vos committat: ſed inveniat munitos, & concordia armatos: quia pax veſtra bellum eſt illi. Quam pacem quidam in eccleſia non habentes, a martyribus in carcere exorare conſueverunt. Et ideo eam etiam propterea in vobis habere, & fovere, & cuſtodire debetis: ut ſi forte & aliis præſtare poſſitis.* Quem eccleſiæ morem reperit etiam in libro de pudicitia, in quo parum pie & Chriſtiane contra veniam criminum & pacem, quam martyres quidam mœchis donabant, lapſis vero negabant, agit latiſſime. D. Cyprianus ad presbyteros & diaconos. *Quoniam tamen video facultatem veniendi ad vos nondum eſſe, & jam æſtatem cœpiſſe, quod tempus infirmitatibus aſſiduis & gravibus infeſtat, occurrendum puto fratribus noſtris; ut qui libellos a martyribus acceperunt, & prærogativa eorum apud Deum adjuvari poſſunt, ſi incommodo aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectata præſentia noſtra, apud presbyterum quemcunque præſentem, vel ſi presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud diaconum quoque, exomologeſim facere delicti ſui poſſint, ut manu eis in pœnitentiam impoſita, veniant ad dominum cum pace, quam dari martyres literis ad nos factis deſideraverunt. Cetera quoque plebem &c.* Harum autem literarum (quas dabant confeſſores) exemplar in Tertulliano vel Cypriano expreſſum non inveni: inveni tamen ſpecimen quoddam in epiſtola Luciani ad Celerinum, quæ extat inter opera Cypriani. Agens enim de Paulo martyre libellos dante, ſic inquit. *Cum benedictus martyr Paulus adhuc in corpore eſſet, vocavit me & dixit mihi: Luciane, coram Chriſto tibi dico, ut ſi quis poſt arceſſionem meam, abs te pacem petierit, des in nomine meo; ſed & omnes, quos dominus in tanta tribulatione arceſſire dignatus eſt.* Simile eſt etiam in epiſtola Luciani nomine omnium confeſſorum conſcripta, quam mox referemus.

*[Margin: Tertull. lib. ad martyres in princ.]*
*[Margin: Idem lib. de pudicitia 22.]*
*[Margin: Cyprian. epiſt. 13. ad presbyter. & diacon. quem morem repetit epiſtola 14. ad preſbyteros & diacones & 15. 18. 19. 20. 23. 29. & alibi ſæpe.]*
*[Margin: Lucian. epiſt. ad Celerinum inter opera Cypr. 1. tom. epiſt. 22.]*
*[Margin: Epiſt. 17 inter Cypriani.]*

Hanc autem pacem dare confeſſores lapſis, vel literas pacificas, idem eſt, quod hæreticos vel a communione eccleſiæ ſemotos, eccleſiaſticæ communioni ante expletum pœnitentiæ tempus ſociare. Decernit ergo concilium, in honorem & reverentiam deputatorum martyrum, vel ſi mavis confeſſorum, ut lapſis qui attulerint literas confeſſorias, literæ dentur communicatoriæ, quibus conſtet fidelibus, eos ad unitatem & eccleſiæ catholicæ communionem fore admittendos. Quod decrevit etiam concilium Arelatenſe primum, quod paulo poſt in Gallia eſt habitum, quo Illiberitanum hoc in Hiſpania. *De his qui confeſſorum literas afferunt, placuit, ut ſublatis eis literis, alias accipiant communicatorias.*

*[Margin: Conc. Arela. can. 9.]*

Sed quæ ſit canonis hujus ſententia, dum ait: eo quod ſub hac nominis gloria partim concutiant ſimplices, non adeo facilis erit explicatio, niſi obſervemus verbum illud: *partim*, pro *paſſim*, depravate legi. Paſſim autem ſimplices concuti literis confeſſoriis, ideo patres dixerunt ut explicarent, quare auferre illas juſſerint, & in earum locum ſubſtituerint communicatorias: ea autem hæc eſt. Cum in litteris illis ſeu libello martyres vel confeſſores in nomine ſuo pacem dari lapſis dicerent, quod

D. Cypr. ep. 20. ad martyr. & confeſſor. Idem in epiſt. 23. ad preſbyt. & diacon. Romæ conſiſtes.

ſolis epiſcopis competebat, ut teſtatur D. Cyprianus, exiſtimabant nonnulli ſimplices, & (ut idem Cyprianus ait) circa intelligentiam dominicæ lectionis minus periti, peccata dimitti in Pauli martyris (verbi gratia) vel alterius confeſſoris nomine, non vero in nomine Chriſti: quod ipſe in Luciano notat, reprehenditque ſeveriſſimis verbis; quam, quod lucem his præferret & aliis quæ dicturi ſumus, cogor ſane recitare.

*Poſt factas ad vos literas, fratres cariſſimi, quibus actus noſter expoſitus & diſciplinæ ac diligentiæ quantulæcunque ratio declarata eſt, aliud acceſſit, quod nec ipſum latere vos debuit. Nam frater noſter Lucianus & ipſe unus de confeſſoribus, fide quidem calidus, & virtute robuſtus, minus dominica lectione fundatus, quædam conatus eſt, imperitè jam pridem ſe vulgi auctorem conſtituens, ut manu ejus ſcripti libelli gregatim multis nomine Pauli darentur, cum Mappalicus martyr cautus & verecundus legis, ac diſciplinæ memor, nullas contra evangelium literas fecerit: ſed tantum domeſtica pietate commotus, matri ſuæ & ſorori, quæ lapſæ fuerant, mandaverit pacem dari: Saturninus quoque poſt tormenta adhuc in carcere conſtitutus, nullas ejuſmodi literas emiſerit. Lucianus vero non tantum Paulo adhuc in carcere poſito, nomine illius libellos manu ſua ſcriptos paſſim dedit, ſed & poſt ejus exceſſum, eadem facere ſub ejus nomine perſeveravit, dicens hoc ſibi ab illo mandatum; neſciens domino magis, quam conſervo obtemperandum. Aurelii quoque adoleſcentis tormenta perpeſſi nomine, libelli multi dati ſunt, ejuſdem Luciani manu ſcripti, quod litteras ille non noſſet: cui rei ut aliquatenus poſſet obſiſti, literas ad eos feci, quas ad vos ſub epiſtola priore tranſmiſi; quibus petere & ſuadere non deſiiti, ut dominica legis, & evangelii ratio teneretur. Poſtquam vero ad vos literas miſi, ut quaſi moderatius aliquid & temperantius fieret, univerſorum confeſſorum nomine idem Lucianus epiſtolam ſcripſit, qua pene omne vinculum fidei, & timor Dei, & mandatum domini & evangelii ſanctitas & firmitas ſolveretur. Scripſit enim omnium nomine, univerſis eos pacem dediſſe, & hanc formam per me aliis epiſcopis innoteſcere velle: cujus epiſtolæ exemplum ad vos tranſmiſi. Additum eſt plane, de quibus ratio conſtiterit, quid poſt commiſſum egerint. Quæ res majorem nobis conflat invidiam, ut nos cum ſingulorum cauſas audire, & excutere cœperimus, videamus multis negare, quod ſe nunc omnes jactant a martyribus & confeſſoribus accepiſſe. Denique hujus ſeditionis origo jam cœpit, nam in provincia noſtra per aliquot civitates, in præpoſitos impetus multitudinum factus eſt, & pacem quam ſemel cunctis a martyribus & confeſſoribus datam clamitabant, confeſtim ſibi repræſentari coegerunt, territis & ſubactis præpoſitis ſuis, qui ad reſiſtendum minus virtute animi, & robore fidei prævalebant. Apud nos etiam quidam turbulenti, qui vix a nobis in præteritum regebantur, & in noſtram præſentiam differebantur; per hanc epiſtolam, velut quibuſdam facibus accenſi, plus exardeſcere, & pacem ſibi datam extorquere cœperunt. De quibus quales ad clerum noſtrum literas fecerim, exemplum vobis miſi: ſed & quid mihi Caldonius collega pro integritate, & fide ſua ſcripſerit, quidve ego ei reſcripſerim, utrumque ad vos legendum tranſmiſi: exempla quoque epiſtolæ Celerini boni & robuſti confeſſoris, quam ad Lucianum eumdem confeſſorem ſcripſerit, item quid Lucianus ei reſcripſerit, miſi vobis; ut ſciretis & laborem circa omnia, & diligentiam noſtram & veritatem ipſam diſceretis: Celerinus confeſſor quam ſit moderatus & cautus, & humilitate ac timore & ſecta noſtra verecundus: Lucianus vero circa intelligentiam dominicæ lectionis, ut dixi, minus peritus, & circa invidiam verecundiæ noſtræ relinquendam facilitate ſua moleſtus. Nam cum dominus dixerit in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti Gentes tingui, & in baptiſmo præterita peccata dimitti; hic præcepti & legis ignarus, mandat pacem dari & peccata dimitti in Pauli nomine: & hoc ſibi dicit ab illo eſſe mandatum, ſicut in literis ejuſdem Luciani ad Celerinum factis animadvertetis. Quibus minime conſiderabit, quod non martyres evangelium faciant, ſed per evangelium martyres fiant; quando & Paulus apoſtolus, quem dominus vas electionis ſuæ dixit, poſuerit in epiſtola ſua, dicens; miror quod ſic tam cito demutamini ab eo, qui vos vocavit in gratiam, ſed aliud evangelium, quod non eſt aliud, niſi ſi ſunt aliqui, qui vos turbant & volunt convertere evangelium Chriſti: ſed licet nos, aut angelus de cœlo aliud annunciet, præterquam quod annunciavimus vobis, anathema ſit, ſicut prædiximus: & nunc iterum dico, ſiquis vobis annunciaverit, præterquam quod accepiſtis, anathema ſit.*

Matth. 28.

Galat. 1.

Cum enim has literas confeſſores, animo ſolum intercedendi pro lapſis, ad epiſcopos ſcriberent, epiſcopi vero condignum confeſſioni & martyrio honorem tribuentes, integram earum haberent rationem, rudiores quidam e plebe non petebant veniam illam dari ab epiſcopis (cum epiſcopi ſolum eam dare poſſent) ſed quaſi jam datam a confeſſoribus, vindicabant ab epiſcopis, & tanquam jure debitam extorquebant, eodem Cypriano teſte. Cui malo ut obviam iret concilium, decernit, auferendas eſſe literas confeſſorum, ne in eorum nomine pacem dari, non vero in nomine Patris & Filii & Spi-

Cyprian. epiſt. 29. ad preſbyteros & epiſcopos Romæ conſiſten

A ritus ſancti exiſtimarent rudiores: & ut obſervato legitimo atque canonico abſolutionis ordine, communionem pacis (ut moris erat) epiſcopo concedente, debita etiam ratio delictorum & meritorum in ſingulis lapſis obſervaretur; ne ob nimiam & generalem confeſſorum indulgentiam, eccleſiaſticæ diſciplinæ vigor aut frigeſceret, aut tepeſceret. Quod fecerat Lucianus nomine omnium confeſſorum, in epiſtola ad Cyprianum his verbis. *Univerſi confeſſores Cypriano papæ ſalutem. Sciat nos univerſis, de quibus apud te ratio conſtiterit, quod poſt commiſſum egerint, dediſſe pacem: & hanc formam per te & aliis epiſcopis innoteſcere voluimus. Optamus te cum ſanctis martyribus pacem habere. Præſente de clero, & exorciſta & lectore, Lucianus ſcripſit.*

Extat inter epiſtol. Cypriani n. 17.

Quod & ipſe Cyprianus longiori ſermone refert, & graviori dolore proſequitur ad preſbyteros & diaconos Romæ conſiſtentes, & ipſe clerus Romanus ad eumdem Cyprianum, quorum epiſtolas lubens omitto, ne illarum recitatio pariat moleſtiam.

D. Cyprian. epiſtola 29. ad preſbyt. & diaconos Romæ conſiſtentes.

Et cleri Roman. ad eumdem Cyprianum epiſt. 30.

Idem Cypr epiſt. 11.

Cum martyres igitur, concedendis his literis in multis B peccaſſent, in concedendo eas paſſim & ſine delectu omnibus lapſis, in eo quod ſuis libellis non deſignaſſent nominatim eos quibus pacem indulgeri vellent, ſed generaliter dicerent: *communicet ille cum ſuis*, non obſervato ordine quem anteceſſores martyres obſervaverant, illa animadverti vult a confeſſoribus, in epiſtola ad ipſos, quam recitare viſum eſt: quod non ſolum his, ſed & ſacerdotibus modum præſcribat, quem in abſolutione lapſorum, & in executione literarum pacificarum vellet obſervari. *Sollicitudo loci*, inquit, *noſtri & timor domini compellit, fortiſſimi ac beatiſſimi martyres, admonere vos literis noſtris, ut a quibus tam devote & fortiter ſervatur fides domino, ab iiſdem lex quoque & diſciplina domini reſervetur; nam cum omnes milites Chriſti cuſtodire oporteat præcepta imperatoris ſui, tum vos magis præceptis ejus obtemperare plus convenit; qui exemplum cæteris facti eſtis & virtutis & timoris Dei. Et credideram quidem preſbyteros & diaconos, qui illic præſentes ſunt, monere vos & inſtruere pleniſſime circa evangelii legem, ſicut* C *in præteritum ſemper ſub anteceſſoribus noſtris factum eſt ut diaconi ad carcerem commeantes, martyrum deſideria conſiliis ſuis & ſcripturarum præceptis gubernarent; ſed nunc cum maximo animi dolore cognoſco, non tantum illic vobis non ſuggeri divina præcepta, ſed adhuc potius impediri, ut ea quæ a vobis ipſis & circa Deum caute, & circa ſacerdotem Dei honorifice fiunt, a quibuſdam preſbyteris reſolvantur, qui nec timorem Dei, nec epiſcopi honorem cogitantes, cum vos ad me literas direxeritis, quibus examinari deſideria veſtra, & quibuſdam lapſis pacem dari poſtulaſtis, cum perſecutione finita convenire in unum cum clero & recolligi cœperimus; illi contra evangelii legem, contra veſtram quoque honorificam petitionem, ante actam pœnitentiam, ante exomologeſim graviſſimi atque extremi delicti factam, ante manum ab epiſcopo & clero in pœnitentiam impoſitam, offerre lapſis pacem, & eucharistiam dare, id eſt, ſanctum domini corpus, profanare audeant; cum ſcriptum ſit; qui ederit panem, aut biberit calicem domini indigne, reus erit corporis, & ſanguinis domini; & lapſis quidem poteſt in hoc venia concedi. Quis enim* D *non mortuus vivificari properet? Quis non ad ſalutem ſuam venire feſtinet? Sed præpoſitorum eſt præceptum tenere, & vel properantes, vel ignorantes inſtruere, ne qui ovium paſtores eſſe debent, lanii fiant. Ea enim concedere, quæ in perniciem vertant, decipere eſt; nec erigitur ſic lapſus, ſed per Dei offenſam, magis impellitur ad ruinam. Vel ex vobis itaque diſcant, quod docere debuerant. Petitiones & deſideria veſtra epiſcopo ſervent, & ad pacem vobis petentibus dandam maturum & pacatum tempus expectent. Ante a domino pacem mater prior ſumat, tunc ſecundum veſtra deſideria, de filiorum pace tractetur. Et quoniam audio, fortiſſimi & cariſſimi fratres, impudentia vos quorumdam premi, & verecundiam veſtram vim pati; oro vos quibus poſſum precibus, ut evangelii memores, & conſiderantes quæ & qualia in præteritum anteceſſores veſtri martyres conceſſerint, quam ſolliciti in omnibus fuerint, vos quoque ſollicite & caute petentium deſideria pondeſetis, utpote amici domini. & cum illo poſtmodum judicaturi inſpiciatis, & actum & opera &* E *merita ſingulorum; ipſorum quoque delictorum genera & qualitates cogitetis, ne ſi quid abrupte & indigne vel a vobis promiſſum, vel a nobis factum fuerit, apud Gentiles quoque ipſos eccleſia noſtra erubeſcere incipiat. Viſitamur enim & caſtigamur frequenter, & ut in vobis domini mandata & incorrupta & inviolata permaneant, admonemur, quod quidem nec illic apud vos ceſſare cognoſco, quo minus plurimos quoque ex vobis inſinuat ad eccleſiæ diſciplinam divina cenſura. Hoc autem totum poteſt fieri, ſi ea quæ a vobis petuntur, ne facile tribuantur, religioſa contemplatione moderemini, intelligentes & comprimentes eos, qui perſonas accipientes, in beneficiis veſtris, aut gratificantur, aut illicitæ negotiationi nundinas aucupantur. De hoc & ad clerum & ad plebem literas feci, quas utraſque vobis legi mandavi. Sed & illud ad diligentiam veſtram redigere & emendare debetis, ut nominatim deſignetis eos quibus pacem dari deſideratis.*

1. Cor. 11.

Matth. 7.

*tis. Audio enim quibuſdam ſic libellos fieri, ut dicatur: communicet ille cum ſuis; quod nunquam omnino a martyribus factum eſt, ut incerta & caca petitio invidiam nobis poſtmodum cumulet; late enim patet, quando dicitur: ille cum ſuis, & poſſunt nobis viceni & triceni, & amplius offerri, qui propinqui & affines, & liberti, ac domeſtici eſſe aſſeverentur ejus, qui accipit libellum; & ideo peto, ut eos quos ipſi videtis, quos noſtis, quorum pœnitentiam ſatisfactioni proximam conſpicitis, deſignetis nominatim libello, & ſic ad nos fidei ac diſciplinæ congruentes literas dirigatis. Opto vos, fratres fortiſſimi, ac dilectiſſimi in domino, ſemper bene valere, & noſtri meminiſſe.*

Ex qua epiſtola multa notatu digna elici poſſunt. Primum, quantus honor confeſſoribus olim deferretur, dum eorum libellis ante expletum pœnitentiæ tempus, lapſi ad communionem admitterentur. II. non recentem, ut calumniantur hæretici, ſed antiquiſſimum eſſe, indulgentiarum uſum; nec ad tempora Gregorii I. ut nonnulli volunt, ſed multo altius repetendam earum originem, dum ætate Cypriani & Tertulliani (ut vetuſtiora nunc omittamus) eas videamus in uſu. III. obſervatum olim eumdem ordinem in pacis ſeu indulgentiarum conceſſione, quem hodie uſurpari videmus; eo ſolum excepto, quod per epiſcopos fieret tunc, quod nunc ſolus facit Romanus pontifex, ſi brevioris temporis indulgentias omittamus: & quod epiſcopo fiebat illa exomologeſis, vel presbyteris ab epiſcopo ad eam rem deputatis, quæ hodie conceſſo privilegio crucis (vulgo bullam cruciatam dicunt) cuivis ſacerdoti electo a pœnitente & ab ordinario probato committitur. IV. antiquum fuiſſe morem, ut diaconi in carcerem mitterentur, ut martyrum deſideria ſuis conſiliis gubernarent, ne videlicet nimia lapſorum importunitate aut decepti aut compulſi, pro omnibus vel pro his apud epiſcopos intercederent, & quibus ob graviſſima crimina pœnitentiam augeri magis, quam relaxari deceret; & ſic vel diſſiparetur ſanctus eccleſiæ theſaurus, vel cogerentur epiſcopi ſpreta debita martyribus reverentia, libellos rejicere. Quod ſi diaconi & presbyteri hanc admonitionem omitterent, ſolebant epiſcopi verbo vel literis (ut fecit nunc Cyprianus) confeſſores monere, ne in dandis literis pacis, nimis lapſorum petitionibus indulgerent. V. libellos generaliter non eſſe concipiendos, ſed nominatim in illis eſſe deſignandos, quibus pax eſſet indulgenda. VI. eis tantum libellos pacis eſſe concedendos, quos vere confeſſores noſcerent, & quorum pœnitentiam ſatisfactioni proximam conſpicerent. Ac tandem ex his omnibus conſtat, quæ fuerint confeſſoriæ literæ vel confeſſorum; quæ literæ pacis, quæ literæ communicatoriæ, ac tandem qua ratione ſublatis primis, ſecundas concilium ſubſtituendas conſtituat. Ex quo etiam notandum eſt, minus recte epigraphen (quam ſummarium vocant) adjectam fuiſſe huic canoni, cum dicit: de epiſtolis communicatoriis confeſſorum: cum literas communicatorias certum ſit, ab epiſcopis tradi conſueviſſe. Hodie autem cum ſumma Dei providentia & catholicorum principum religio diuturnam eccleſiæ pacem pepererit, liberaque prædicandæ veritatis facultas ſit, deferveſcente adverſariorum eccleſiæ æſtu, martyrii exercendi occaſio ſublata eſt, & literarum harum ſcribendarum abolita conſuetudo. In eis autem provinciis, in quibus orthodoxi ob fidei confeſſionem, variis & exquiſitis tormentis, ab hæreticis, vel infidelibus afficiuntur, ſi detenti vinculis pro reis apud epiſcopos intercederint, ſpernendas pias illorum preces non putarim.

*Canon XXVI.* Vulgatus.

*De hoc, ut omni ſabbato jejunetur.*

Errorem placuit corrigi: ut omni ſabbati die jejuniorum ſuperpoſitionem celebremus.

Canon XXVI. *Emendatus.*

*Ut omni ſabbato jejunetur.*

Errorem placuit corrigi: ut omni ſabbati die jejunii ſuperpoſitionem celebremus.

*Jejunium ſabbati cur in eccleſia occidentali præceptum, in orientali interdictum, explicatur in eam rem Clemente, & Ignatio, & canone LVI. ſynodi VI. de quo & reliquis diffuſe tractatum.*

## CAPUT LII.

JUVAT lectorem orationis brevitas, gemino beneficio. In primis, ut minore cum labore, & majore cum voluptate legat; deinde, ut lecta intelligat facilius, intellecta infigat memoriæ promptius, & retineat

A tenacius: nam amicum memoriæ quod breve, intelligunt omnes, qui multa pollent, qui mediocri, qui nulla. Qua de cauſa olim Græcorum & Romanorum legiſlatores re & nomine ſapientiæ clari, leges quibus univerſam rempublicam contineri devincirique volebant, adeo brevi verborum contextu concipiebant, ut tanquam carmina breviſſima a pueris publice in viis recitarentur. Hanc mirifice placuiſſe hujus concilii patribus ſatis dilucide apparet, ex omnibus his quos condiderunt canones, eamdemque placere vellem recentioribus legum civilium & eccleſiaſticarum latoribus. Brevitatem autem hanc dilucidam eſſe oportet, non conciſam, ne antiquæ ſententiæ locus aperiatur: obſcurus fio, dum brevis eſſe laboro. Intellexit hoc D. Iſidorus, dum docens quas leges, qui leges condunt, obſervare debuiſſent, illam præcipue refert, quod lex ſit manifeſta; ne aliquid, inquit, per obſcuritatem in captionem obtineat; quod antea notaverat Plutarchus. Expedit (ait) ut leges ſint populo notæ, unde veteres eas in tabulis & albo deſcriptas publicitus exhibebant, quo cunctis eſſent

D. Iſidor. lib. 5. etymolog. c. 21. & lib. 2. c. 10.

Plutarchus in Solone.

B conſpicuæ: deinde ut verbis apertis minimeque perplexis deſcriptæ ſint, ne contraria legiſlatoris menti ſententia quandoque eruatur: quod uſu eveniſſe in hujus canonis interpretatione conſtat, quibuſdam recentioribus hoc canone contendentibus jejunium ſabbati prohiberi potius, quam præcipi. Sed contrarium vero multo mihi viſum eſt ſemper, & quia D. Hier. affirmat Romanorum & Hiſpaniarum eſſe conſuetudinem ut ſabbatum jejunarent; & euchariſtiam quotidie acciperent: & quia ad aliquid conſtituendum non prohibendum, ſimili loquendi formula hujus concilii patres uſos, ex alio canone apparet; ut conſtituerent enim, uno die ab omnibus diem pentecoſtes celebrandum, his verbis uſi ſunt. *Pravam inſtitutionem emendari placuit, juxta auctoritatem ſcripturarum, ut cuncti diem pentecoſtes celebremus: quod qui non fecerit, quaſi novam hæreſim induxiſſet, notetur.* Simile eſt quod hic ipſi decernunt: quaſi clarius dixiſſent, errorem tolli: ſi ſabbati jejunii ſuperpoſitionem celebremus: quod antea quidam non fe-

Hieronym. epiſt. 28. ad Lucinum Bæticum.

Can. 43. hujus concilii.

C ciſſent: vel pravam inſtitutionem emendari, ſi cuncti diei pentecoſtes una non egerint feſtivitatem. Jejunium autem ſabbati ideo jejunii ſuperpoſitionem vocaſſe patres Hiſpanos crediderim, quod ſoliti eſſent olim ſexta feria jejunare; quod jejunium cum ad ſabbatum extendere placuiſſet, ideo jejunii ſuperpoſitionem nuncuparunt.

Sed præcepto huic ſabbati jejunio adverſari videtur D. Ignatii ſententia, dum ad Philippenſes ſcribens ait: *Quicumque dominicam aut ſabbatum jejunaverit, præter unum ſabbatum paſchæ, ipſe eſt Chriſti interfector.* Nec ſolum D. Ignatius hujus ſententiæ fuit auctor, ſed & omnes apoſtoli: quos hæc decreviſſe D. Clemens Petri ſucceſſor refert. *Si quis diem dominicam, aut ſabbatum, uno ſolo dempto, jejunare deprehendatur, deponitor.* Multo clarius idem Clemens hujus decreti rationem reddidit, dum rurſus ſcribit: *Sabbati & dominicum diem feſtum agite: quoniam illud naturæ conditæ eſt monumentum, hic reſurrectionis. Unum autem ſabbatum ſervandum vobis in toto anno, quod pertinet ad ſepulturam domini, in quo jejunare oportet, non feſtum agere.* Horum autem & a-

D. Ignat. epiſt. 8. ad Philipp.

D. Clem. canone apoſtol. 65.

Idem lib. 7. apoſtol. conſt. c. 24.

D liorum ſanctorum patrum, ſcriptorumque antiquorum diverſas ſententias, ut ad concordiam reducamus, obſervandum eſt, diverſam fuiſſe olim orientalium eccleſiarum a multis occidentis in obſervando ſabbati jejunio ſive legem ſive conſuetudinem, ut Auguſtinus ſcribit Hieronymo. *Vellem me doceret benigna ſinceritas tua, utrum ſimulate quiſquam ſanctus orientalis, cum Romam venerit, jejunet ſabbato, excepto illo die paſchalis vigiliæ? Quod ſi malum eſſe dixerimus, non ſolum Romanam eccleſiam, ſed etiam multa ei vicina, & aliquando remotiora damnabimus, ubi mos idem tenetur & manet. Si autem non jejunare ſabbato malum putaverimus, tot eccleſias orientis, & multo majorem orbis Chriſtiani partem, qua temeritate criminabimur?* Id ipſum docet idem Auguſtinus ad Caſulanum contra Urbicum quemdam eccleſias orientis accuſantem, quod ſabbato non jejunarent. *Quod utinam*, inquit poſt alia, *ſic quæreret, aut ſic affirmaret, ut toto terrarum orbe diffuſam, exceptis Romanis, & adhuc paucis occidentalibus, apertiſſime non blaſ-*

Aug. epiſt. 19. ad B. Hieron. c. 2.

Idem epiſtol. 86. ad Caſulan.

E *phemaret eccleſiam. Nunc vero quis ferat per omnes orientales; & multos etiam occidentales populos Chriſtianos tot tantiſque famulis famulabuſque Chriſti ſabbato ſobrie modeſteque prandentibus, ab iſto dici, quod in carne ſint?* In hac varia regionum conſuetudine, quid tenendum eſſet, viri pii olim hæſitarunt, urgentibus hinc inde rationibus variis, quas ſingulæ ſibi provinciæ delegerant. His motus Lucinus Hiſpanus conſuluit D. Hieronymum, an liceret ſabbato jejunare, ut in Hiſpania tunc decreto hujus concilii non conſtitutum modo, ſed & moribus receptum erat & obſervatum. Quod autem illi reſponderit Hieronymus, ejuſdem verbis proponam: *De ſabbato quod quæris, utrum jejunandum ſit, & de euchariſtia, num accipienda quotidie, quod Romana eccleſia & Hiſpaniæ obſervare perhibentur; ſcripſit quidem & Hippolytus vir diſertiſſimus, & carptim diverſi ſcriptores e variis auctoribus edidere; ſed ego illud te breviter* admo-

Hieron. epiſt. 28. ad Lucinum.

*admonendum puto, traditiones eccleſiaſticas, præſertim quæ fidei non officiant, ita obſervandas, ut a majoribus traditæ ſunt, nec alterum conſuetudinem alterum contrario more ſubverti.* Id ipſum ex beati Ambroſii ſententia D. Auguſtinus reſpondit presbytero Caſulano ancipiti hac difficultate impedito. *Indicabo quid mihi de hoc requirenti reſponderit venerandus Ambroſius, a quo baptizatus ſum, Mediolanenſis epiſcopus. Nam cum in eadem civitate mater mea mecum eſſet, & nobis adhuc catechumenis parum iſta curantibus, illa ſolicitudinem gereret, utrum ſecundum morem noſtræ civitatis ſibi eſſet ſabbato jejunandum, an eccleſiæ Mediolanenſis more prandendum, ut hac eam cunctatione liberarem, interrogavi hoc ſupra dictum hominem Dei. At ille: Quid poſſum, inquit, hinc docere amplius, quam ipſe facio? Ubi ego putaveram nihil eum iſta reſponſione præcepiſſe, niſi ut ſabbato pranderemus: hoc quippe ipſum facere ſciebam; ſed ille ſecutus adjecit: Quando hic ſum, non jejuno ſabbato, quando Romæ ſum, jejuno ſabbato, & ad quamcumque eccleſiam veneritis,* inquit, *ejus morem ſervate, ſi pati ſcandalum non vultis, aut facere. Hoc reſponſum retuli ad matrem, eique ſuffecit, nec dubitavit eſſe obediendum: hoc etiam nos ſecuti ſumus. Sed quoniam contingit, maxime in Africa, ut una eccleſia, vel unius regionis eccleſiæ, alios habeant, ſabbato prandentes, alios jejunantes; mos eorum mihi ſequendus videtur, quibus eorum populorum congregatio regenda commiſſa eſt. Quapropter ſi conſilio meo, præſertim quia in hac plus forte, quam ſatis fuit, te petente atque urgente locutus ſum, libenter acquieſcis: epiſcopo tuo in hac re noli reſiſtere, & quod facit ipſe, ſine ullo ſcrupulo vel diſceptatione ſectare.*

D. Aug. epiſt. ad Caſulan. ad ſin.

Utriuſque autem eccleſiæ rationem in omittendo vel celebrando ſabbati jejunio inquiramus. Eccleſiam Romanam & illas quæ ab ipſa edoctæ & inſtitutæ ſunt, ideo ſabbato jejunaſſe quidam aſſerunt, quod eam diem in jejunio egerit D. Petrus, certaturus die dominico cum Simone mago, a quo obtenta victoria, Petrum diem illum in poſterum jejunio celebrandum conſtituiſſe: ſic refert Caſſianus. Sed hiſtoriæ hujus veritatem ſuſpectam facit D. Auguſtinus ad Caſulanum. *Et quidem*, ait, *& hæc opinio plurimorum, quamvis perhibeant eſſe falſam plerique Romani, quod apoſtolus Petrus cum Simone mago die dominico certaturus, propter ipſum magnæ tentationis periculum, pridie cum ejuſdem urbis eccleſia jejunaverit, & conſecuto tam proſpero glorioſoque ſucceſſu, eundem morem tenuerit eumque imitata ſint nonnulla occidentis eccleſiæ.* Innocentius etiam PP. I. cum vellet idem jejunium ſabbati ſtabilire, diverſam ab hac rationem adſtruit, non omiſſurus & hanc, ſi illam pro certa veraque habuiſſet. *Non ergo nos negamus*, ſcribit ad Decentium epiſcopum Eugubinum, *ſexta feria jejunandum, ſed dicimus & ſabbato hoc agendum; quia ambo dies triſtitiam apoſtolis, vel his qui Chriſtum ſecuti ſunt, indixerunt.* Eamdem rationem retulit cardinalis Humbertus doctiſſimus Silvæ candidæ epiſcopus, Leonis IX. ad Conſtantinopolitanos legatus. *Latina autem eccleſia*, inquit poſt alia, *compatiens paſſo & ſepulto domino, & gaudet reſurgenti in die dominica, quando Judæos nimia occupavit mæſtitia, & cuſtodes ſepulcri conati ſunt corrumpere pecunia. Unde nos traditionem uſque in finem retinere cupientes*, &c. Ante Humbertum & Innocentium eamdem rationem Silveſtrum PP. Græcis quærentibus ex Latinis, cur ſabbato jejunarent, reſpondiſſe refert Euſebius in illius vita his verbis: *Cum omnis dominicus dies colendus ſit in gaudium Chriſtianorum, ergo omnis dies ſabbati deputandus eſt ſepulturæ ad execrationem Judæorum: omnes enim diſcipuli die ſabbati fletum habuerunt, ſepultum ſuſpirantes, & Judæis epulantibus lætitia inerat; apoſtolis autem jejunantibus triſtitia imperabat. Triſtemur itaque, cum triſtantibus de ſepultura, ſi volumus cum eiſdem de reſurrectione domini gaudere;* Nec Latinorum ſolum, ſed & Græcorum teſtimonio redditam hanc rationem confirmabo. Eam enim ſe audiviſſe a quibuſdam Latinis eccleſiæ ſtudioſis teſtatur Theodorus Balſamon. *Ego autem*, ait, *vidi quoſdam Latinos, qui cum propterea reprehenderentur, inanem quoque excuſationem afferebant; ad ſanctum domini & ſervatoris noſtri Jeſu Chriſti ſepulcrum aditionem, & ea gratia ex longa conſuetudine invaluiſſe ſervatumque eſſe jejunium.* Quare Silveſtri acta apud Metaphraſtem, quæ habent, PP. Silveſtrum jejunium ſabbati ſuſtuliſſe, a Græcis recentioribus depravata hinc liquet: quo enim Silveſter & Innocentius rebus geſtis propinquiores, dignitate & ſanctitate ſuperiores, eo mihi illorum quoque ratio fide & auctoritate certior & major eſt.

Caſſian. collat. 3. c. 10.

Auguſt. epiſt. 86. ad Caſulan.

Innoc. epiſt. 1. ad Decentium epiſcopum Eugubin.

Humbertus in libro quem adverſus calumnias Michaelis patriarchæ Conſtantinopolitani & Leonis Acridani archiepiſcopi Bulgariæ pro defenſione azymi ſcripſit.

Theod. Balſam. in commentar. ad VI. ſynod. in Trullo. c. 55.

In eccleſia orientali jejunium ſabbati apoſtolos interdixiſſe cum Clemens PP. referat, videamus non decretum falſo apoſtolis imponatur. I. namque cum D. Auguſt. orientalis, & occidentalis eccleſiæ conſuetudinem a prima ejus antiquitate vellet repetere, ut dubiam & ambiguam rem in medio reliquit. *Quod ſi reſpondetur*, ſcribit ad Caſulanum, *hoc docuiſſe Jacobum Hieroſolymis, Epheſi Joannem, ceteroſque aliis locis: quod docuit Romæ Petrus, id eſt, ut ſabbato jejunetur, ſed ab hac doctrina ceteras deviaſſe, atque in ea Romam ſtetiſſe: & e contrario refertur, occidentis potius aliqua loca, in quibus Roma eſt, non ſervaſſe, quod apoſtoli tradiderunt: orientis vero terras, unde cæpit evangelium prædicari, in eo quod ab*

D. Clemens can 65. apoſt. & l. 7. conſtitut. apoſt. cap. 24.

*Non fuiſſe ab apoſtolis interdictum jejunium ſabbati.*

Aug. epiſt. 86. ad Caſulan.

A *omnibus ſimul cum ipſo Petro apoſtolis traditum eſt, ne ſabbato jejunetur, ſine aliqua varietate manſiſſe. Interminabilis eſt iſta contentio, generans lites, non finiens quæſtiones. Sit ergo una fides, univerſa quæ ubique dilatatur eccleſia, tanquam intus in membris, etiam ſi ipſa fidei unitas quibuſdam diverſis obſervationibus celebratur; quibus nullo modo quod in fide verum eſt, impeditur.* Si certo enim apoſtoli, quod a D. Clemente refertur, decretum edidiſſent, Auguſtinus qui apoſtolorum ætati vicinior fuit, & primitivæ eccleſiæ non leges tantum, ſed & traditiones non ſcriptas inveſtigare & perpetuo uſu conſervare nixus eſt, hanc utique de qua ſæpe eſt interrogatus, non prætermiſiſſet nec Hyeron. orientali eccleſiæ propinquior. Id etiam Silveſtrum PP. in reſponſione ad Græcos quam ſupra retulimus, non omiſſurum, argumento ſatis idoneo conjici poteſt; nec Innocentium, & reliquos, qui de jejunio ſabbati vel leges tulerunt, vel latas confirmarunt; apocryphum enim eſſe eum canonem apoſtolorum, non ſolum viſum eſt his qui reliquorum auctoritatem, ut leviſſimam conantur infringere, ſed & B illis qui ſummi ingenii, doctrinæ & eruditionis vi, eos ſartos, tectoſque conſervare ſtudent.

D. Hieron. epiſt. 28. ad Lucinium Bæticum

Franciſcus Turrianus in libro de ſexta ſynodo.

Utriuſque eccleſiæ conſuetudinem, quod fidei rationi non repugnet, recte obſervari, non ſolum eccleſia Romana ſanctiſſimi patres docent, Ambroſ. Hieron. & Auguſt. ſed & Græci etiam ſcriptores. *Neque Latinorum*, inquit Theorianus Philoſophus, *eccleſiaſtica conſuetudo, neque noſtra*, id eſt Græcorum, *quidquam quod honeſto ſine ac decentia careat, accepit aut tenet; quin potius utriuſque conſuetudinis divinum propoſitum & mens eſt. Prudentibus ergo recte omnia, contra vero imprudentibus omnia ſunt periculo & ruina.* In hoc recte quidem ille, niſi paulo poſt a recta ſententiæ tramite deflexiſſet, ait enim canonem LV. ſynodi VI. Conſtantinopolitanæ in Trullo, qui eccleſiæ Romanæ conſuetudinem jejunandi ſabbato temere improbat, & non jejunare jubet, a Vigilio Pont. Romano fuiſſe approbatum, cujus hiſtoriæ vel fabellæ fidem, auctoritatem & originem paulo altius repetere, viſum eſt operæ pretium, ne Theoriani C lapſus, aliis etiam labendi occaſio ſit.

Theorianus cognomento philoſophus in epiſtola ad ſacerdotes de jejunio ſabbati.

In ea ſynodo quæ Conſtantinopoli in Trullo Conſtantino IV. cognomento Pogonato, & Agathonis PP. legatis adſiſtentibus adverſus Sergium, Paulum, Pyrrhum, Petrum, Cyrum & Theodorum archiepiſcopos Conſtantinopolitanos Monothelitas habita eſt, multi canones conditi dicuntur (ſunt enim numero centum & eo amplius) inter eos autem LV. hunc fuiſſe perhibent. *Quoniam intelleximus in Romanorum civitate in ſanctis quadrageſimæ diebus, in ejus ſabbatis, jejunare præter eccleſiaſticam traditam conſuetudinem, ſanctæ ſynodo viſum eſt, ut in Romanorum eccleſia canon inconcuſſe obtineat, qui dicit: ſi quis clericus inventus fuerit in ſancto dominico vel ſabbato jejunans, præter unum & ſolum, deponatur; ſi laicus, ſegregetur.* Canonem hunc confirmatum fuiſſe a Vigilio PP. idem Theorianus affirmat; ſed falſo, cum non ſolum poſt Vigilium (præceſſit enim Vigilius Agathonem multis annis) ſed poſt ipſum Agathonem, cujus ætate concilium illud indictum eſt & cujus legati Theodorus & Georgius presbyteri, D & Joannes diaconus in eo interfuerunt, ſeptem & viginti poſt annos canones hos qui VI. ſynodi eſſe feruntur, editos fuiſſe conſtet, ut Anaſtaſius bibliothecarius, & ante illum Theophanes epiſcopus Nicææ aperte docent. Ille enim in præfatione in VII. ſynodum ad Joannem VIII. Romanum pontificem ſic ſcripſit: *ergo regulas quas Græci in VI. ſynodo perhibent editas, ita in hac VII. ſynodo principalis ſedes admittit, ut nullatenus ex his illa recipiantur, quæ prioribus canonibus vel decretis ſanctorum ſedis hujus pontificum, aut certe bonis moribus inveniuntur adverſa; quamvis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognita, quia nec interpretata: ſed nec in ceterarum patriarchalium, licet Græca utantur lingua, reperiuntur archivis; nimirum, quia nulla earum, cum ederentur, aut promulgans, aut conſentiens, aut ſaltem præſens inventa eſt: quamquam eoſdem patres illas Græci promulgaſſe perhibeant: qui in VI. ſynodo ſunt inventi, ſed nullis certe probare poſſunt indiciis.* Hæc ille. Hic autem, id eſt Theophanes[*] E Taraſii Conſtantinopolitani Syncellus, qui a temporibus Diocletiani imperatoris uſque ad Michaelem Leonis filium annales rectos & ſimplices fideliſſime perduxiſſe dicitur, ex originali Græco, quod in bibliotheca extat Vaticana, ſic tranſtulit Turrianus. *Illud oportet non ignorare, caſſum, & nugatorium eſſe, quod quidam dictitant, eos qui eſſe VI. concilii canones apud ipſos falſo feruntur, poſt quatuor annos editos fuiſſe: ut enim in ceteris omnibus falſitatis coarguuntur, ita in hac re quoque mentiuntur. Sic enim ſe habet vera temporum notatio; VI. concilium maximum contra Monothelitas indictum eſt duodecimo anno imperii Conſtantini, qui fuit Heraclii nepos, a mundo condito 6172. Imperavit autem idem Conſtantinus poſtea aliis quinque annis. Eo vero ita defuncto, imperavit ejus filius Juſtinianus annis 10. quo ejecto, Leontius tenuit imperium triennio. Leontio ſucceſſit Tiberius, qui Abſimarus etiam eſt nominatus: fuit-*

*De origine & auctoritate canonum ſextæ ſynodi.*

[*] Georgium cum Theophane confundit & errat.

Franciſcus Turrianus de ſexta, & ſeptima ſynodo.

*que*

*ane ſi in imperio annis ſeptem. Deinde Juſtinianus is qui fuerat expulſus, in imperium reductus eſt, imperavitque rurſus ſex annis, ut jam ſecundo anno hujus poſterioris imperii Juſtiniani deſcriptos fuiſſe canones, vel ex ipſo tertio canone evidens ſit, in quo ita tantum eſt: Decernimus de concilii ſententia, ut qui bis uxorem duxerint, & ante hunc diem, qui decimus quintus menſis Januarii numeratur, quartæ indictionis anni 6190. in hac culpa fuerint, neque eam maculam eluere voluerint, ut gradu moveantur.* Hæc Theophanes XXVII. annos a concilio habito uſque ad deſcriptos canones numerans, eumque ſecutus Anaſtaſius. Et hinc fit, Taraſium, qui in IV. actione VII. concilii, quatuor aut quinque annis poſt ſextam ſynodum editos hos canones refert, eorum Græcorum ſententiam ſequutum videri, a quibus id additum fuit & ſuppoſitum, ut major his canonibus auctoritas accreſceret. Nec minus diſſentaneum apparet, quod aliqui putant, editos hos canones fuiſſe in altero nefario conciliabulo, quod ſextum etiam eſt nuncupatum, contra auctoritatem hujus concilii (nefarie enim in illo, hoc & damnatum eſt) anno quinto poſt hoc, qui fuit primus imperii Philippici, ut docte notatum eſt a Franciſco Turriano.

Franciſcus Turrianus in actis de ſexta ſynodo

Nec Theophanes tantum & Anaſtaſius hos canones poſt multa tempora ſuppoſitos fuiſſe docent, ſed & Humbertus cardinalis ampliſſimus, Leonis IX. ad Conſtantinopolitanos legatus: in eo enim libro quem adverſus calumnias Michaelis patriarchæ Conſtantinopolitani, & Leonis Acridani archiepiſcopi Bulgariæ ante ſexcentos fere annos ſcripſit, hæc ait: *Non autem mirum, ſi Agathoni papæ & cunctis patribus veſtra imputatis deliramenta, & quæ aut corrupiſtis, aut finxiſtis capitula; cum etiam ipſi domino Jeſu Chriſto & apoſtolis ejus imputetis figmenta. Unde nos ſcientes ſextam ſynodum ad deſtruendam hæreſim Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis novas conſtitutiones congregatam, capitula quæ nobis ſub ejus auctoritate opponitis, omnino refutamus: quia prima & apoſtolica ſedes, nec aliquando ea accepit, neque obſervat hactenus: quia ea, aut nulla, aut ut vobis libuit, depravata ſunt: ſicut depravaſtis Joannis Chryſoſtomi & aliorum orthodoxorum patrum dicta, & exhibuiſtis in eadem ſynodo ſexta.* Et in libro altero, quem adverſus Nicetam ſcripſit: *De papa*, inquit, *Agathone omnino ſcimus, quia neque ſextæ ſynodo per ſe ipſum præſedit: neque aliquibus capitulis ejus ſubſcripſit, niſi quæ promulgata fuerunt adverſus Monothelitarum hæreſim, vos videte, unde hæc habeatis: quia eccleſia Romana hactenus talia ignoravit.* His omnibus ſubſcripſit Theodorus Balſamon, dum fatetur, in quinta ſynodo, quæ congregata eſt ſub Juſtiniano, & in ſexta ſub Conſtantino Pogonato, nullos canones editos; ideoque illam factam fuiſſe ad ſupplementum duarum, ob idque proprie ſextam non nominari, ſed *πενθέκτην* id eſt quini ſextam, nam quod quintæ & ſextæ ſynodi deerat, ipſa replevit. In hoc recte, ſed in reliquo paulo minus: aſſerit enim, omnes canones in ea ſexta ſynodo editos fuiſſe cum conſenſu & ſubſcriptione legatorum pontificis Romani. *Antiquus*, inquit, *nomocanonum verſavi, & ex ſubſcriptionibus inveni, quod in hac ſynodo, quæ in Trullo magni palatii congregata eſt, aderant Baſilius Gortynæ Cretæ inſulæ metropolis epiſcopus, & quidam Ravennæ epiſcopus, totius ſynodi Romanæ vicem gerentes, & non ſolum ipſi, ſed & qui tunc erant papæ legati, Theſſalonicenſis, Sardanenſis, Heracleanus in Thracia & Corinthius epiſcopi.*

Theodorus Balſamon in principio ſextæ ſynodi in Trullo.

Id ipſum retulit confirmavitque ſecundo averſus Romanæ eccleſiæ morem in jejunio hoc ſabbati idem Balſamon. *Tum propter alia multa*, inquit, *tum etiam propter præſentem canonem dicunt, qui veterem Romam incolunt, non eſſe ſanctam hanc ſynodum œcumenicam, ſicut in ejus proœmio ſcripſimus; tanquam enim ferrum cor eorum pervenit, eoſque pungit ac configit, ut qui contra apoſtolicum canonem faciat, qui dicit. ſi quis clericus inventus fuerit ſancto dominico & ſabbato jejunare, præterquam uno & ſolo, deponatur: ſi autem laicus, ſegregetur. Hi ergo venia digni non ſunt, qui ſua rurſus privatæ conſtitutioni innitentes, & non ſolum in ſancta quadrageſima ſabbatis jejunant; ſed in reliquis omnibus, ego autem vidi quoſdam Latinos, qui cum propterea reprehenderentur, inanem quoque excuſationem afferebant, ad ſanctum domini & ſervatoris noſtri Jeſu Chriſti ſepulcrum aditionem, & ea gratia ex longa conſuetudine invaluiſſe, ſervatumque eſſe jejunium. Alios autem vidi, qui Hieroſolymam non venerant, & ſimiles jejunabant, & alios qui ejuſmodi jejunium contemnebant & indiſcriminatim in ſabbatis jejunium frangebant: qui etiam ad domini ſepulcrum venerant. Non poſſum itaque dicere, quomodo hæc fic fiant. Videntur autem mores potius ſequi, quam canones.* Hæc Theodorus Balſamon, ad labefactandam Romanæ eccleſiæ conſuetudinem, & confirmandam hujus ſynodi & canonis auctoritatem. Sed his veriora multo ſunt quæ de ſynodo Theophanes & Anaſtaſius ſcripſerunt. Et poſt eoſdem Ivo, qui refert ex pontificali ejus ſynodi canones a Juſtiniano Auguſto, ad Sergium PP. miſſos, & ab eo rejectos, tum deinde ad Joannem VII. ut quos vellet probaret, quos nollet, induceret. De canone autem hoc audiamus Humbertum contra Nicetam, *Si interrogem*, inquit, *Judæos quid in ſabbato celebrent; reſpondebunt, requiem domini. Si Græcos; idem & non aliud dicent: ergo ſub ſervitute legis ſunt, in cujus umbra & tenebris conſidunt. Quam traditionem*, inquit, *ſi tentaſſet PP. Agatho removere a Romanis, non audiretur ab eis. Quamobrem caput quod aſſeritis, Agathonem promulgaſſe (jam dixi ſupra ſub Agathone PP. VI. ſynodum habitam, in eaque aſſediſſe ejus legatos) ut ſi quis clericus jejunaret ſabbato, præter unum deponeretur, magis dicendum eſt Nazaræorum eſſe, quam apoſtolorum: Cerinthi & Ebionis magis, quam ſextæ ſynodi, & PP. Agathonis.* Cui ſane capitulo epiſtola Pauli aperte contradicit, ubi ait: *Nemo vos judicet in cibo aut potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ & ſabbatorum, quæ ſunt umbra futurorum. Unde Romani proprio auctori & magiſtro Gentium in fide & veritate obedientes, nulli ſabbato feſtum vel otium dependunt; ſicut neque neomeniæ; quia Judaica ſunt & umbra futurorum.* Eundem canonem reprehendit, moremque improbat, in libro adverſus calumnias Michaelis patriarchæ Conſtantinopolitani, & Leonis Acridarum archiepiſcopi Bulgariæ, pro defenſione azymi. *Si vos non judaizatis*, inquit, *dicite cur Judæis in ſimili obſervatione ſabbati communicatis; Sabbatum certe ipſi celebrant & vos celebratis. Epulantur & ipſi, & ſolvunt ſemper in ſabbato jejunium, & vos in veſtra quadrageſima ſolvitis a jejunio omne ſabbatum, præter unum. Illis duplex eſt cauſa celebrandi ſabbatum, ex præcepto Moyſis; & quod contriſtatis diſcipulis, ipſi fuerunt de morte domini, quem non credebant reſurrecturum, in hac die gaviſi: unde quia cum Judæis ſabbatum, & nobiſcum celebratis diem dominicum, videmini in tali obſervatione obſervare ſectam Nazaræorum, qui recipiunt Chriſtianiſmum, ut non dimittant Judaiſmum. Latina autem eccleſia compatiens paſſo & ſepulto domino, & gaudet reſurgenti in die dominica, quando Judæos nimia occupavit mæſtitia, & cuſtodes ſepulcri conati ſunt corrumpere pecunia, unde nos traditionem uſque in hodiernum diem de ſabbato retinentes, & uſque in finem retinere cupientes.*

Idem Theodorus ad canonem 55. VI. ſynodi.

Ivo p. 4. decret. cap. 38. & 39.

Quod ſi adverſus hæc objiciatur Adriani pontificis decretum, apud Gratianum, quo VI. ſynodum, cum omnibus ſuis canonibus ratam voluiſſe videtur, his verbis, *VI. ſynodum ſanctam recipio cum omnibus canonibus ſuis*, non magis morabor, quod ſciam verba illa non Adriani PP. ſed Taraſii archiepiſcopi Conſtantinopolitani eſſe: Adrianus enim in epiſtola ſua, qua reſcribit Taraſio, ea retulit quæ dixerat idem Taraſius in prima epiſtola ad Adrianum, nec in epiſtola Taraſii verba ſunt, quæ retulit Gratianus, ſed longe diverſa; ſic enim retulit Adrianus: *Nam quas mihi per Leonem venerabilem presbyterum veſtrum literas miſiſtis, mox in principio paginæ primæ cognovi, pietatem tuam, cum laicorum ordinatione, tum imperatorio ſuffragio in ſacrum patriarchatus ſolium exaltatum, quam ob cauſam effuſo gaudio exultavit cor meum. Quod ſi autem non perſpecta mihi eſſet, & probe cognita erga ſacras ſynodicas ſex conſtitutiones & venerandas imagines veſtra ſinceritas & orthodoxa fides, nequaquam ad ſynodum convocandam aſſentiremus. Verum quemadmodum non leviter cor noſtrum ex ſuperioribus veſtris diſſenſionibus dolore tactum eſt, ita plurimo gaudio anima noſtra perfuſa eſt; poſtquam cognoviſſem piam veſtram confeſſionem & rectam fidem eſſe firmam & ſtabilem. Invenimus autem in prædicta ſynodica veſtra epiſtola, quanta ſit confeſſio & recta fides veſtra circa cœtus ſacros, & ſex ſacras ſynodos, & erga venerandas & ſacras imagines, quæ profecto mira eſt & compunctione digna. In qua etiam clare eſt expreſſum, quod in VI. ſynodi divine & legaliter prædicatis canonibus recipitur pictura illa veneranda, in qua agnus digito præcurſoris demonſtratus, graphice eſt inſculptus, &c.* Hæc in antiqua translatione epiſtolæ. Ex quibus erui non poteſt Adrianum PP. confirmaſſe omnia quæ Taraſius archiepiſcopus in ſua ſynodica retulerat, quoniam de omnibus canonibus qui VI. ſynodi nomine feruntur, tunc diſputare, nec Taraſii, nec Adriani animus erat; ſed de his quæ ad ſacras imagines, picturam præſertim agni digito præcurſoris demonſtrati ſpectabant. Quare cum eum canonem retulerit tantum Taraſius, & alios qui in VI. ſynodo editi ſunt, (ſex fuiſſe Hincmarus refert) non conſtat ex hoc loco centum & duos qui exſtant nunc, Taraſium retuliſſe, nec Adrianum confirmaſſe; cum nihil minus ad utriuſque propoſitum ſpectaret. Quod ſi recentiorem Græci concilii & epiſtolæ in eo contentæ translationem conſideremus, multo ſane minus, aut Taraſii ſententia, aut Adriani oberit confirmatio: cum illa generaliter omnium ſex ſynodorum canones potius, quam ſolius ſexti & referantur & confirmentur. Sic enim ait, ut in emendatione Gregoriani decreti extat: *Invenimus autem in prædicta ſynodica epiſtola ſanctitatis veſtræ plenitudinem fidei & confeſſionem ſacri ſymboli, & omnium ſanctarum ſynodorum, & de ſacris ac venerabilibus characteribus, miraculum laude, ac veneratione digniſſimum contineri. Quare & eaſdem ſanctas ſex ſynodos, cum omnibus, quæ jure, ac divinitus ab ipſis promulgata ſunt.*

Adrianus PP. apud Grat. in c. ſextam ſynodum 16. diſtinct.

Adriani hæc epiſtola ad Taraſium extat in 2. actio. VII. ſynodi.

Canon 82. ſextæ ſynodi quod probatus ſit ab Adriano PP. & ſeptima ſynodo. certam auctoritatem habet.

En non ſynodi, ſed ſex ſynodorum decreta & canones referri & confirmari. Quæ verba, ut vera eſſe poſſint, ſat eſt, ſi in nonnullis eorum canones editi fuerint, ut editos conſtat in Nicæno, Conſtantinopolitano primo &

mo, & aliis: alioquin ſi omnia concilia canones conſtituiſſe dicerentur, falſo id non ſolum Sexto, ſed & Quinto imponeretur; a quo etiam eſt certum nullos fuiſſe conditos canones. Quod ſi canonis nomine, quidquid in concilio actum decretumque fuit, comprehendi dicamus, quod Taraſius dixit, & retulit Adrianus (ſe recipere ſex ſynodos cum ſuis canonibus) in omnia concilia convenire poteſt: quod in omnibus illis aliquid decretum conſtitutumque fuerit, etſi de canonis nomine & decretorum numero non conſtet. Idque etiam reſpondendum eſt ad canonem primum ejuſdem ſeptimæ ſynodi, in quo de confirmatione ſex ſynodorum & earum conſtitutionum hæc verba ſunt: *Cum hæc ergo ita ſe habeant, & ſint nobis teſtata, ii exultantes, ut ſi quis multa ſpolia invenerit, divinos canones libenter amplectimur, eorumque conſtitutionem integram & illabefactabilem. Confirmamus, quæ edita fuerunt a ſanctis ſpiritus tubis, omni ex parte benedictis apoſtolis, & ſex ſanctis univerſalibus ſynodis. hic quæ ad hujuſmodi decretorum traditionem localiter coacta fuerunt, & noſtris ſanctis patribus.* Quod ſi item objiciatur actio quarta ſeptimæ ſynodi: *Habeo*, inquit, *librum continentem canones ſanctæ ſextæ ſynodi. Patriarcha dixit, quidam ſcandalizantur per ignorantiam, pro canonibus iſtis, dicentes numquid ſexta ſynodus canones fecit; ſciant ergo, quoniam ſancta ſynodus ſexta ſub Conſtantino congregata eſt contra eos, qui dicebant unam operationem & unam voluntatem eſſe in Chriſto, in qua ſancti patres illos ut hæreticos anathematizaverunt, & orthodoxam fidem explanaverunt, & ſoluta ſynodus eſt Conſtantini XIV. anno. Poſt quatuor vero, aut quinque annos, iidem ſancti patres congregati ſunt, ſub Juſtiniano filio Conſtantini, & prædictos canones promulgaverunt, de quibus nullus dubitet, qui enim ſub Conſtantino in ſynodo fuerunt, iidem ipſi epiſcopi ſub Juſtiniano iſtis canonibus ſubſcripſerunt; oportebat enim ut ſynodus univerſalis canones eccleſiaſticos promulgaret.*

Explicatur canon. I. ſeptimæ ſynodi.

Actio quarta ſeptimæ ſynodi, quæ extat etiam apud Gratian. c. habeo 16.

Reſpondebimus, eam non fuiſſe conſtitutionem aut decretum concilii ſeptimi, ſed cum in ejus actionibus referrentur omnium epiſcoporum ſententiæ & dicta de ſacris characteribus ſive imaginibus contigit, ut Elias venerabilis protopresbyter ſanctæ eccleſiæ dominæ noſtræ deiparæ in Blachernis (ſic vocatur) legeret ex charta, quæ diffinitiones ſanctæ & univerſalis VI. ſynodi continebant, canonem de pictura agni digito præcurſoris indicati, ad confirmandas imaginum picturas: & cum objiceret Eliæ venerabilis monachus Sabbas, qua de cauſa canon ille, non ex libro, ſed ex charta legeretur; Taraſius patriarcha reſpondit his verbis: *quoniam charta ipſum eſt authographum, in quo ſubſcripſerunt patres.* Ut firmiorem redderet ſententiam Eliæ, & confirmationem Taraſii Petrus epiſcopus Nicomediæ, adjecit ſtatim, ſe habere librum continentem canones VI. ſynodi, his verbis, quæ in eadem actione IV. referuntur: *Petrus metropolites Nicomediæ dixit: qui etiam habeo & alterum codicem VI. ſacræ ſynodi canones continentem, quem in manibus ſumptum Victor venerabilis diaconus & notarius legit, repetens eundem canonem, ſcilicet de pictura agni digito præcurſoris indicati.* Ne autem huic Petri epiſcopi Nicomediæ codici ad perſtringendam canonis illius auctoritatem, & evertendum imaginum cultum, notam alius objiceret, ut objecerat Eliæ Sabbas: interludere aditum voluit idem Taraſius archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, his verbis, quæ in eadem actione ſtatim poſt præcedentia referuntur: *Sanctiſſimus patriarcha dixit: quæ eſt ignorantia, qua plerique laborant circa hos canones? Scandalum enim eſt dubitare, num ſint VI. ſynodi, cognoſcant igitur tales VI. ſynodum temporibus Conſtantini fuiſſe congregatam, nimirum contra eos, qui tantummodo unam actionem & voluntatem in Chriſto collocant. Illi igitur hæreticos anathemate verberantes, orthodoxamque fidem confirmantes, ſub annum XIV. imperii Conſtantini domum redierunt. Poſt annos igitur IV. aut V. iidem illi patres ſub Juſtiniano Conſtantini filio congregati prædictos canones ediderunt: neque hac de re quiſquam dubitet. Nam qui temporibus Conſtantini ſubſcripſerunt, iidem illi ſub Juſtiniano quoque præſentem hanc chartam ſubſignarunt; quæ res ſatis clara eſt ex eorumdem propriarum manuum immutabili ſimilitudine. Neceſſum autem erat, ut poſt ſynodum univerſalem definitam, canones quoque eccleſiaſticos ederent. Igitur ad recordationem ſalutaris illius mortis in carne politiæ ex venerandis imaginibus, nos manu duci declararunt. Quod ſi autem in diſpenſationem Chriſti veri Dei hoc modo manu ducimur, quales eos eſſe arbitrandum eſt qui hæc ſubvertere conantur? Sancta ſynodus dixit, vere impios Hebræos & veritatis hoſtes.* Hæc in quarta actione VII. concilii, & Elias & Sabbas, & Petrus & Taraſius, qui cum de VI. ſynodi canone, qui ad imaginem picturæ agni digito præcurſoris inſigniti, ſpectabat, vellent ſolum agere, ad confirmandam reliquorum auctoritatem non faciunt ſatis: nec eorum ſententiam approbavit concilium, ſed ſolum reſpondit, vere impios Hebræos & veritatis hoſtes eſſe illos, qui imaginem Chriſti & reliquias ſubvertere niterentur. Ideo autem impios Hebræos eos vocavit, quia primum hujus erroris auctorem Hebræum quemdam nomine Sarantapechym in Tyberiade fuiſſe, Joannes religioſiſſimus monachus vicarius orientalium epiſcoporum dixit, eamque firmavit in eadem VII. ſynodo, actione V. Nec de reliquis canonibus egit Elias, vel Sabbas, vel Petrus, vel Taraſius; nec ſi egiſſent, tantum eſſet eorum relatio momentum habitura: tum quia auctoritate concilii confirmata non eſt, tum quia in adhibenda recta annorum ſupputatione minus diligentem fuiſſe Taraſium conſtat: nam quatuor aut quinque annos poſt ſextam ſynodum editos canones refert, cum ex fideliſſima & vera Theophanis, & Anaſtaſii bibliothecarii relatione ſit certius XXVII. annos poſt concilium editos fuiſſe. Nec illud verum eſſe poteſt, quod idem Taraſius refert, eoſdem patres canonibus ſubſcripſiſſe, qui ſubſcripſerunt ipſi ſextæ ſynodo, jam quatuor aut quinque annos antea finitæ, cum eorum præcipui legati, ſcilicet Agathonis papæ, jam abfuiſſent, nec de eorum ſubſcriptionibus conſtat: erat enim jam alius pontifex, non Agatho, qui e vivis exceſſerat, nec Leo IX. qui illi ſucceſſit, nec Benedictus II. nec Joannes V. nec Conon: ſed Sergius I. quatuor enim, aut quinque annorum ſpatio, omnes illos pontifices ſedes Romæ apoſtolica habuit: erat jam Conſtantinopoli alius patriarcha, alii epiſcopi multi, alius numerus, alia patrum nomina: quod & ab Anaſtaſio bibliothecario admonitum animadverſumque eſt.

Quod vero de numero canonum, ex eadem ſeptima ſynodo actione VI. idem Gratianus retulit, ex ipſius concilii exemplari repetendum eſt, ut rei geſtæ veritas diſputatione & diligentia clareſcat. Poſtquam ſeptima ſynodus in quinque actionibus præcedentibus late tractaſſet de ſacrarum imaginum in eccleſia uſu, antiquitate & auctoritate, viſum tandem eſt, ne hæretici illi, qui in nefario concilio (ſeptimum illi vocabunt) congregati de abjiciendo imaginum cultu errorem ſuum defenderant pertinaciter, & ſcriptis evulgaverant, occaſionem la ſus darent catholicis, ſummam ſuæ doctrinæ ſive erroris referre, cum brevi etiam catholicorum epiſcoporum qui id poſtularunt reſponſo & refutatione quaſi antidoti loco. Cum ergo ſummam alius conciliabuli epiſcopus Neocæſareæ referret, ad finem tomi I. inter alia quæ Epiphanius diaconus legendo reſpondit, retulitque de imaginum uſu antiquo, & earum in conciliis facta confirmatione, hæc ſubjunxit: *Sacra autem ſexta & univerſalis ſynodus, poſtquam ſententiam ſuam de una voluntate Chriſti, ſub Conſtantino, qui per ea tempora, imperium adminiſtrabat, cujuſque nutu & voluntate conventus ille erat inductus, pronunciaſſet, contigit imperatorem de vita decedere.* Juſtiniano autem ejus filio imperium adſumente, iterum unanimiter omnes divina voluntate poſt quatuor, aut quinque annos congregati, de rebus eccleſiaſticis, ſtatuſque eorum correctione circiter duos & centum canones edidere, in quorum octuageſimo ſecundo de imaginibus ſic tradiderant. *In quibuſdam venerandarum imaginum picturis, agnus digito præcurſoris, &c.* Hæc patres inter alia hæreticis reſponderunt privata auctoritate, ut indicat relatio Leonis ſecretarii in principio ſextæ actionis. etſi publice recitari in concilio petierint, legique concilio placuerit, de confirmatione autem non conſtat: quinimo ſi canones illos ea confirmatione (ut aiunt) quæ ad finem ſeptimæ actionis extat, illi adprobaſſent; quod non feciſſe legimus; illud vel ex ſententia Taraſii patriarchæ Conſtantinopolitani, vel alterius, qui aliquid auctoritatis adjici concilio illi voluit, additum eſt, repugnante rerum geſtarum hiſtoria, quam fideliſſime retulit Theophanes, & confirmavit bibliothecarius.

Gratia. ad finem ejuſdem c. habeo 16. diſt.

Quare quod in principio conciliorum, de eorum origine ex D. Iſidoro repetit Gratianus, integram fidem non habet, ſive Gratianus illius capitis, ſive Iſidorus, ſive quicumque ille ſit auctor (Iſidorus enim hic Hiſpalenſis epiſcopus eſſe non potuit, quia facit mentionem de VI ſynodo, quæ poſt Iſidorum hunc habita eſt,) cum de origine, & tempore conciliorum generalium inſtitueret ſermonem, poſtquam de Nicæna, de Conſtantinopolitana I. de Epheſina, de Chalcedonenſi, de altera Conſtantinopolitana, quæ V. ſynodus dicitur, de ſexta hæc habet: *Sexta in Conſtantinopoli CL. patrum contra Macarium Antiochenum Epiſcopum & ſocios ejus, qui unam voluntatem & operationem in Chriſto falſa ſuſpicione aſſerebant, temporibus Conſtantini principis, Agathonis PP. Romani, Georgii Conſtantinopolitani, qui condemnata hæreſi præfata anathematizando ſcripſerunt octo capitula.* Gratianus vero novem capitula inferius annexa. Illa novem extant, quæ retulit ex vetuſto codice monaſterii S. Bavonis urbis Gandavenſis, Laurentius Surius ad finem VI. ſynodi. Hæc enim minus vera ſunt, ſicut & illud quod Hincmarus archiepiſcopus Rhemenſis, qui vixit tempore Nicolai I. in libro de quibuſdam canonicis capitulis teſtatur aſſerens in VI. ſynodo nullos canones præter ſex editos fuiſſe. Verius enim eſt, nullos in ea editos, ſed ſeptem & viginti poſt annos, ut Theophanes & Anaſtaſius retulerunt. Quibus tandem omnibus (ut eo revocetur quo egreſſa eſt oratio) obſervationem jejunio ſabbati in eccleſia occidentali juſte obſervari conſtabit, relicto XXCVI. canone VI. ſynodi, quem apocryphum falſumque & in invidiam eccleſiæ Romanæ ab æmulis ejus confictum, ex his quæ jam diximus, ſatis perſpicue apparet.

Theophanes & Anaſtaſius bibliothecarius in locis jam citatis Gratian in cap. prima autem ad finem 16 diſt.

Laurentius Surius, tomo conciliorum Coloniæ impreſſ.

ret. Quæ ideo a me tractata ſunt, quod de ſextæ ſynodi canonibus & horum auctoritate frequens eſſe ſoleat diſceptatio; eorum tamen plures qui ſinceram præ ſe ferunt doctrinam, & veritatis & vetuſtatis prærogativam, non omnino cenſuerim ſpernendos, quod præter Adrianum PP. I. Sixtus etiam V. Pont. Max. canonem de fœminarum abortu, diſertis ex illo verbis fuerit mutuatus.

*Explicatur D. Ignatii ſententia contra jejunium ſabbati.*

Quod autem Ignatius Joannis diſcipulus ad Philippenſes ſcripſit; *Chriſti eſſe interfectorem, qui dominicam aut ſabbatum jejunaverit, præter ſabbatum paſchæ*: alio reſpexit: illud enim dixit contra hæreticos Marcioniſtas, qui eo tempore jejunabant ſabbato & dominica, in opprobrium Dei Judæorum, quod ſeptimo die requieviſſet ab omni opere quod patrarat, ut divus Epiphanius eſt auctor. *Sabbatum vero jejunant ob hanc cauſam, quoniam Dei*, inquiunt, *Judæorum eſt requies, qui mundum fecit, & in ſeptima die quievit. Nos jejunamus hanc ut ne efficium Dei Judæorum faciamus*. Salutare igitur ſabbati jejunium diuturno eccleſiæ uſu & auctoritate, ut ſanctiſſime cœptum receptumque eſt, ita conſtantiſſime eſt retinendum. Ejus autem indicendi auctores decreto interpoſito, patres fuiſſe Illiberritanos vel ex hoc canone fit ſatis probabile.

Epiphan. lib. 1 adverſ. hæreſ. rum 1. c. 42

Perfectum autem hujus diei jejunium in eccleſia Hiſpanica jam diu abiit in deſuetudinem, & commutari cœpit pro alio imperfecto, a carne enim ſolum abſtinemus: quod jejunium imperfectum vocat Joannes Damaſcenus, Tertullianus autem portionale: ova enim & caſeum comedere in ſabbato, ſaltem quadrageſimæ & dominico, antiquum eſt in eccleſia Græca Armeniorum: quod iiſdem his canonibus, qui VI. ſynodi eſſe feruntur, ſublatum reperio. *Similiter accipimus & in Armeniorum regione, & in aliis locis, in ſabbatis & dominicis ſanctæ quadrageſimæ quoſdam ova & caſeum comedere: viſum eſt ergo, & hoc, ut omnis Dei eccleſia quæ eſt in univerſo terrarum orbe, unum ordinem ſequens, jejunium perficiat & abſtineat, ſicut ab omni mactabili: ſic de ovis & caſeo, quæ quidem ſunt fructus & fœtus eorum a quibus abſtinemus. Si autem hoc non ſervaverint, ſi ſint quidem clerici, deponantur: ſin autem laici, ſegregentur*. A Græcis Gothos, & a Gothis Hiſpanos uſum comedendi ova, caſeum & reliqua lacticinia, ſabbatis accepiſſe magis crediderim, nam ante illorum adventum, jejunium hoc imperfectum Hiſpaniam agnoviſſe nuſquam legimus.

Damaſ. in libello de jejunio. Tertul. li. de jejunio contra Pſychicos. VI. ſynodi can. 60.

*Canon XXVII.* Vulgatus.

*De clericis, ut extraneam mulierem in domo non habeant.*

Epiſcopus, vel quilibet clericus alius, aut ſororem, aut filiam virginem, dicatam Deo, tantum ſecum habeat, extraneam vero nequaquam ſecum habeat.

Canon XXVII. *Emendatus.*

*De clericis, ut extraneas fœminas in domo non habeant.*

Epiſcopus, vel quilibet clericus alius, aut ſororem, aut filiam virginem, dicatam Deo, tantum ſecum habeat; extraneam vero nequaquam ſecum habeat.

*Extraneam fœminam & ſubintroductam in conciliis eam intelligi, quæ nec matrimonio nec ſanguine conjuncta ſit.*

CAPUT LIII.

QUIBUS præfuit Oſius conciliis, multa hujus decreta, ut honeſtatis & religionis plena, ſingulari pietate & prudentia contendit renovari. In Niceno enim hunc canonem totidem pene verbis translatum legimus. *Omnibus modis interdixit ſancta ſynodus, neque epiſcopo, neque presbytero, neque diacono, neque ulli clericorum omnino licere habere ſecum mulierem extraneam, niſi forte mater, aut ſoror, aut avia, aut amita, vel matertera ſit: in his namque ſolis perſonis, & harum ſimilibus, omnis quæ ex mulieribus eſt, ſuſpicio declinatur: qui autem præter hæc agit, periclitatur de clero*. Quæ autem diceretur mulier extranea, quæ alias ſubintroducta, dubii & anxii vacillant ſcriptores, cum tamen perſpicuum videatur variis conciliorum decretis & pontificum conſtitutionibus, eam extraneam dici quæ nullo ſanguinis jure, vel matrimonii vinculo teneretur. ſubintroductam primos vocaſſe Antiochenos, Nicephorus refert, quod clam & contra canones domum ducerent clerici, vel

Concil. Nicæn. can. 3.

Nicephor. lib. 4. cap. 30.

A ſubintroducerent. Eorum enim vitam cum non ſolum ab omni malo, ſed ab omni mali ſpecie alienam eſſe voluiſſent, a ſuſpicione præſertim & vitio carnis, quæ cum puritate & ſanctimonia Chriſtianæ vitæ omnino pugnat; ideo omnem ad conſortium fœminarum aditum præcluſerunt, rati videlicet id quod res eſt, flammam fumo, ut ille ait, proximam eſſe, ſicque ejus quod vitare velis, periculi occaſionem mature fugiendam, ut qui corrumpi nolit, a corrumpentium abſtineat conſuetudine: & qui non jacere cum fœmina, ne adjaceat: & qui nec cubare, ne accumbat: & qui nec dormire, ne una vigilet, vel aſſiduus ſit, ne locus fiat ei quod Spiritus ſanctus docuit: Qui periculum amat, peribit in illo. In eo autem præcepto illas perſonas excepit, quæ tanta eſſent propinquitate vel conſanguinitate conjunctæ, ut ſuper eis mentiri fama vereretur, ceſſante ob reverentiam & naturæ fœdus omnis periculi ſuſpicione. Extraneas igitur eas dici, quæ nullo ſanguinis jure vel matrimonii vinculo pertinerent (tametſi non eſſent concubinæ) multis demonſtrabo. B Concilium Gerundenſe, ut ab Hiſpanis ordiamur: *De his*, ait, *qui ſine uxoribus ordinantur, & familias domus habent, habito ſecum pro vita converſatione fratre in teſtimonium, non per quamcunque fœminei ſexus perſonam eorum ſubſtantia gubernetur, aut per puerum, ſed per amicum domum ſuam debeant ordinare: niſi matrem aut ſororem in domo habuerint, ut ſecundum priorum canonum ſtatuta per earum perſonas eorum debeat contutari ſubſtantia*. En quomodo priores canones interpretans & confirmans, extraneas mulieres omnes intelligit, quæ in quocumque miniſterio & obſequio eſſent clericorum, ob paratam peccandi occaſionem. Concilium Ilerdenſe canone 5. *Familiaritatem extranearum mulierum, licet ex toto ſancti patres antiqui monitionibus præceperint eccleſiaſticis evitandam, id nunc tamen nobiſcum eſt, ut qui talis probabitur, ſi poſt primam & ſecundam commonitionem, ſe emendare neglexerit, donec in vitio perſeverat, officii ſui dignitate privatur: quod ſi Deo juvante correxit, ſancto miniſterio reſtauretur*. Concilium Toletanum II. *Illud vero præterea ſpeciali ordi-* C *natione decrevimus, quod nec antiqua concilia in univerſis canonibus ſiluerunt, ut nullus clericorum a gradu ſubdiaconatus, & ſupra, in conſortio familiaritatis habeat mulierem, vel ingenuam, vel libertam, vel ancillam; ſed ſi ſunt, & hujuſmodi ſervitia matri, vel ſorori, vel alii propinquæ contradat, & quidquid ſuis manibus perfecerit, proprio domino deferatur. aut ſi propinquitatis memoria deeſt, alterius domus adhærentis habitaculum requiratur; dummodo nulla occaſio introeundi domum clerici fœminæ permittatur, unde aut laqueum poſſit incurrere, aut noxiis fama innocentis fortaſſe poſſit inuri. Sane deinceps poſt datam hanc admonitionem, quiſquis earum conſortio frui voluerit, noverit ſe non ſolum a clericatus officio retrahi, vel eccleſiæ foribus expelli, ſed etiam omnium catholicorum clericorum, vel laicorum, communione privari, nulla prorſus vel colloquii conſolatione relicta, quatenus mala conſuetudinis abraſa rubigo, in poſteris radicis ſuæ veneno ſerpere non poſſit*. Concilium Hiſpalenſe I. *Inter cetera cognoſcite a nobis hoc definitum pro abolendis* D *inlicitis clericorum; quia quidam epiſcoporum non obſervantes nuper editum concilii Toletani decretum, minus ſolliciti in ſubjectis exiſtunt, proinde placuit, ut ſi presbyteri, diaconi, vel clerici conſortia extranearum fœminarum, vel ancillarum familiaritatem per ſacerdotis ſui admonitionem a ſe minus removerint, ſæculi judice eaſdem mulieres cum voluntate & permiſſu epiſcopi comprehenſas, in ſuis lucris uſurpent; ut vitium hoc dum ſacerdos inhibere non prævalet, poteſtas judicialis coerceat; dato tamen ab eiſdem judicibus ſacramento, epiſcopis, ut eas clericis nulla arte reſtituant. Quod ſi reſtituerint, ipſi judices ſententia excommunicationis feriantur. Mulieribus vero illis juxta priores canones a ſacerdote diſtractis, pretium earum indigentibus diſpenſetur*. Concilium Toletanum VI. *Cum clericis extranea fœmina nullatenus habitent, niſi tantum mater & ſoror, filia, amita, in quibus perſonis nihil ſceleris æſtimari natura fœdus permittit; id enim & conſtitutio antiquorum patrum decrevit*. Non diſſenſit ab his concilium Bracarenſe III. quinimo ſeverius multo ſe geſſit dum omnem cohabitationem, non ſolum cum E extraneis fœminis, ſed & cum ſororibus & reliquis conſanguineis interdixit, ſolam matrem excipiens. *Quamquam antiqua canonum inſtituta de hujuſmodi præſumptione abſolutas & multiplices diſciplinas, atque conſtitutiones ediderint, nos tamen brevitatis cauſa omnem fornicandi occaſionem cupientes auferre, id omnimoda ſancimus auctoritate tenendum, ut nullus ſacerdotum, neque quiſquam de clero abſque honeſto & competenti teſtimonio, excepta ſola matre, cum quibuslibet fœminis ſecrete ſe præſumat adjungere: & non ſolum cum extraneis mulieribus, ſed nec cum ipſis etiam ſororibus, vel propinquis; ne licentia ſororum vel propinquarum mulierum quiſque ſolus familiarior habeatur ad perpetrandum ſcelus. Hujus ergo præceptionis tranſgreſſor ſex menſibus ſe noverit pœnitentiæ legibus ſubjacere*. Quod ſi Gallicana concilia requiramus, occurrent multa. Arelatenſe II. *Si quis*, ait, *de clericis a gradu diaconatus in ſolatio ſuo mulie-*

Plaut. in Curculione.

*Eccleſiaſt.*

Conc. Gerund can. 7.

Concil. Ilerden. can. 5.

Concil. Toler 2. can. 3

Conc. Hiſpal. 1. can. 3

Conc. Tolet. can. 41.

Conc. Arelat 2. can. 3.

*mulierem præter aviam, matrem, ſororem, filiam, neptem, vel conſorſam, ſeram uxorem habere præſumpſerit, a communione alienus habeatur. Par quoque & mulierem (ſi ſe ſeparare noluerit) pœna percellat.* Arvernenſe. *Auctoritate canonica aliqua menſura in ea conſtitutione ſancimus, ut fugiatur ab his extranearum mulierum culpanda libertas, & tantum cum avia, matre, ſorore, vel nepte, ſi neceſſitas compulerit, habitent: de quibus omnibus (ut priorum canonum ſeries continet) nefas eſt, aliud quam quod natura conſtituit, ſuſpicari. In cubiculo etiam horum atque cellario vel familiari quolibet ſecreto, neque ſanctimonialis ulla, neque extranea mulier, neque ancilla ullo modo admittatur. Quod ſi quis præceptorum Dei immemor crediderit contemnendum, ſciat ſe auctoritate canonica communionis ſine dubio jacturam ſubire. Quod ſi antiſtes culpam hanc in presbytero aut diacono ſuo diſtringere canonico rigore noluerit, ipſe ſeveritate ſententiæ feriatur.* Concilium Agathenſe. *Id etiam ad cuſtodiendam vitam & famam ſpeciali ordinatione præcipimus, ut nullus clericorum extraneæ mulieri qualibet collatione aut familiaritate jungatur. Et non ſolum in domo illius extranea mulier non accedat, ſed neque ipſe frequentandi extraneam mulierem habeat poteſtatem; ſed cum matre tantum, ſorore, filia aut nepte, ſi habuerit, aut voluerit, vivendi liberam habeat poteſtatem, de quibus nominibus nefas eſt aliud quam natura conſtituit, ſuſpicari.* Et inferius. *Ancillas vel libertas a cellario vel a ſecreto miniſterio, & ab eadem manſione, in qua clericus manet, placuit removeri.* Turonicum I. *Et quia nullum diabolo locum dari oportet, hoc præcipue cuſtodiendum decrevimus, ut nullam clerici cum extraneis feminis habeant familiaritatem, neque ullam male loquendi vel ſentiendi hominibus aditum tribuat; quia frequenter per hanc indecentem occaſionem contingit, ut diabolus qui inſidiatur ſicut leo in cubili ſuo, de ruina ſervorum Dei " exultet. Si quis clericus poſt interdictum epiſcopi ſui illicitis familiaritatibus extranearum feminarum voluerit inhærere, a communione habeatur alienus.* Confirmavit poſtea Turonicum II. *De familiaritatibus*, inquit, *mulierum licet crebrius ſit in canonibus replicatum, attamen neceſſe eſt, ut ſicut ſeſta virgulta, quæ male pullulaverant, curſus fidei falce ſuccidantur: Etiam radicitus eruantur. Nullus deinceps clericorum pro occaſione neceſſitatis, facienda veſtis, aut cauſa ordinandæ domus, extraneam mulierem in domo ſua habere præſumat. Et cum jubeamus victum aut veſtitum artificio quærere, & manibus propriis laborare: quid opus eſt in domo ſerpentem includere pro veſte, quæ multiformem veſtem non propterea deponit, ut nudetur, ſed ut gratiorem, dum removetur, oſtendat.* Et mox *Nullus ergo clericorum, non epiſcopus, non presbyter, non diaconus, non ſubdiaconus, quaſi ſanctimonialem, aut viduam, vel ancillam propriam, pro confirmatione rerum in domo ſua ſtabilire præſumat, quæ & ipſa extranea eſt, dum non eſt mater, aut ſoror, aut filia, quæ etiam pronior propinquabit ad culpam, dum cognoſcitur ſubjecta dominatui. Si quis epiſcopus aut presbyter, ſeu diaconus aut ſubdiaconus de hac re ſtatuta patrum vel noſtra temerare præſumpſerit, excommunicetur.* Moguntinum I. ſub Carolo Auguſto. *Omnibus igitur clericis feminas ſecum in domibus ſuis habere ultra licentiam canonum firmiter ſit contradictum.* Severius Moguntinum II. ſub Arnulpho; nam omnem fœminam, etiam ſororem, domi clericos habere vetat. *Ut clericis interdicatur*, ait, *mulieres in domo ſua habere omnimodis decernimus. Quamvis etiam ſacri canones quaſdam perſonas feminarum ſimul cum clericis in una domo habitare permittant. Tamen, quod multum dolendum eſt, ſæpe audivimus, per illam conceſſionem plurima ſcelera eſſe commiſſa, ita ut quidam ſacerdotum cum propriis ſororibus concumbentes, filios ex eis generaſſent: & idcirco conſtituit hæc ſancta ſynodus, ut nullus presbyter ullam feminam ſecum in domo propria permittat, quatenus occaſio malæ ſuſpicionis vel facti iniqui, penitus auferatur.* Si ſpectemus " Germaniam, & epiſcoporum ejus provinciæ decreta, in promptu eſt Aquiſgranenſe ſub Ludovico Auguſto. Repetens enim quem adduximus concilii Nicæni canonem III. ait. *Interdixit per omnia magna ſynodus, non epiſcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino qui in clero eſt, licere ſubintroductam habere mulierem, niſi forte aut matrem, aut ſororem, aut amitam, vel eas tantum perſonas, quæ ſuſpiciones effugiunt.* Hæc in occidente a ſanctis patribus conſtituta ſunt. Si autem ad orientis concilia animum convertamus, non provincialia tantum, ſed generalia in eamdem conſpiraſſe ſententiam reperiemus. Præter Nicænum I. quod retulimus, in Nicæna ſynodo II. hæc decreviſſe patres, memoriæ proditum eſt. *Sine offenſione eſſe, etiam iis qui extra ſunt, inquit divinus apoſtolus: Mulieres autem in epiſcopatibus vel monaſteriis verſari, eſt omnis offenſionis cauſa. Si quis ergo ancillam vel liberam in epiſcopatu poſſidere deprehenſus fuerit, vel in monaſterio, ad miniſterium aliquod obeundum, puniatur; ſi autem perſeveret, deponatur. Si vero etiam in ſuburbanis mulieres eſſe contigerit, & voluerit epiſcopus vel monaſterii præfectus illic iter facere præſente epiſcopo, vel monaſterii præfecto, mulier eo tempore nullo modo miniſterium obeat, ſed alio in loco ſeorſum degat, donec receſſerit*

Conc. Arvern. can. 46.

Conc. Agath. can. 10.

Idem can. 11.

Conc. Turon. I. can. 3.

" Inſultet.

Conc. Turon. II. can. 10.

Idem can. 11.

Conc. Mogun. I. ſub Carolo Auguſto can. 19.

Mogun. ſub Arnulpho can. 12.

Aquiſgranum tam ad Galliam veterem ſpectat quam Moguntiacum.

Conc. Aquiſgra. ſub Ludovico Auguſto can. 39.

Conc. Nicæn. I. can. 3. Nicæn. II. can. 18.

1. Cor. 10.

A *epiſcopus, ut omnis reprehenſionis occaſio vitetur.* Si autem ad meridiem convertamur, præſto ſunt non pauciora. Concilium enim Carthaginenſe I. ſub Grato illius civitatis epiſcopo hæc decernit. *Gratus epiſcopus dixit, Et illud præcipue, ſi videtur veſtræ dilectioni, cavendum eſt, ut paſtoris cura quantum debet & poteſt, regularis providentia promoveat, ut nullis liceat ab affectu abſtinentibus carnali, apud extraneas pariter commorari. Occaſiones enim amputandæ ſunt peccatorum, & tollendæ omnes ſuſpiciones, quibus ſubtilitas diaboli ſub prætexto caritatis & dilectionis incautas animas vel ignaras irretire conſuevit. Nullus igitur, nullaque ſanctimonialis & virginitatis deſiderioſi, propter blaſphemiam eccleſiæ, ſi vobis placet, in una domo cum extraneis penitus commorari debent. Univerſi dixerunt: Qui nolunt nubere & pudicitia mulierem eligunt partem, hæc vitare debent, & non ſolum habitare ſimul, ſed neque habere ad ſe aliquem acceſſum.* Concilium Carthaginenſe ſub Aurelio. *Ut cum omnibus*, ait, *omnino clericis extranea femina non cohabitent, ſed ſolæ matres,* B *aviæ & materteræ, amitæ, ſorores & filiæ fratrum aut ſororum; & quæcumque domeſtica neceſſitate, etiam antequam ordinarentur, jam cum eis habitabant, vel ſi filii eorum, jam ordinatis parentibus, uxores acceperant: aut ſervis non habitantibus in domo, quas ducant, aliunde ducere neceſſitas fuit.* Carthaginenſe IV. *Clericus*, ait, *cum extraneis mulieribus non habitet.* Si tandem ad ſeptentrionem reſpexeris, concilium exſtat " Rhemenſe in Gallia Belgica, cujus canone XXII. hujus noſtri ſententiam expreſſe confirmatam reperio. *Ut a ſacerdotibus*, inquit, *omnis ſuſpicio mulierum funditus eradicetur, cum quibus etiam nulla habitatio eis conceditur, præter illam quæ in Nicæna ſynodo permittitur, id eſt, matrem aut ſororem, vel eas tantum perſonas, a quibus omnes ſuſpiciones effugiant.* His ſane omnibus ſententiam noſtram, qua placuit ſubintroductas mulieres, vel extraneas, non concubinas vel libidini quoquomodo inſervientes intelligi, ut alii volunt: ſed eas tantum quæ in obſequio ſunt & miniſterio clericorum (vulgo *amas* vel *criadas* dicunt) vel alias quaſcumque ſervientes, ſatis confirmatam putarem. C Sed ut nihil utile omittamus, pontificum decretis, imperatorum & regum conſtitutionibus rem ipſam adhuc comprobabo. D. Gregorius. *Volumus*, inquit, *ut ſacerdotes qui in Corſica commorantur, prohiberi debeant, ne cum mulieribus converſentur, exceptis dumtaxat matre, ſorore, vel uxore, quæ caſte regenda eſt.* Gravius id reprehendiſſe Gregorium refert Gratianus. *Neque enim hoc fieri debeo, quod cum gravi animi triſtitia dico, ſacerdotes cum feminis habitare conſpicio, quod nefarium eſt dicere, vel audire, & contra ſanctorum canonum ſancita: ubi enim talis commorantium cohabitatio, antiqui hoſtis ſtimuli non deſunt, ideoque admonendi ſunt, ut non antiqui hoſtis decipiantur fraude, quatenus juxta apoſtoli vocem, non vituperetur miniſterium noſtrum.* Ea enim ratione quod archidiaconus Caralitanus cum mulieribus habitare perſiſteret, functione ſacri ordinis interdictus eſt ab eodem Gregorio. Qui etiam alibi mandat Optato defenſori, ut Nurſiæ ſacerdotes cum extraneis mulieribus habitantes, monitos primum, deinde contu- D maces epiſcopo Spoletano delatos admonitione ſacerdotali præmiſſa, & fibres exigit, canonica etiam diſciplina adhibita, ejuſdem auctoritate correctos feſtinet emendare. Nec cum extraneis tantum, ſed nec cum ſorore habitare placuit Auguſtino, ut refert Poſſidius in ejus vita: dicebat enim. *Quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt.* Idipſum decreviſſe Siricium papam refert idem Gratianus. *Feminas*, ait, *non alias eſſe patimur in domibus clericorum, niſi eas tantum quas propter ſolas neceſſitudinum cauſas, habitare cum iiſdem ſynodus Nicæna permiſit.* Quare cum Gregorius quidam presbyter nomine & ætate (erat enim ſeptuagenarius) fœminam quamdam ſibi ſervientem, domi haberet, gravibus ſeveritatis aculeis a beato Baſilio Cæſarienſis Cappadociæ archiepiſcopo, in epiſtola ad eumdem Gregorium presbyterum reprehenſus, coactuſque eſt feminam in virorum miniſterium, famulatumque convertere, ut in eadem epiſtola refertur.

Nec in re hac imperatorum & regum placita omittemus. Juſtinianus imp. in novella conſtitutione de ſan- E ctiſſimis epiſcopis, hæc decernit. *Presbyteris*, ait, *& diaconis & ſubdiaconis, & omnibus in clero conſcriptis, non habentibus uxores, ſecundum ſacros canones, interdicimus etiam nos, ſecundum ſanctarum regularum virtutem, mulierem aliquam in propria domo ſuperinductam habere; tamen citra matrem, aut ſororem, aut filiam & alias perſonas, quæ omnem ſuſpicionem effugiunt. Si quis autem abſque hac obſervatione mulierem in ſua domo habet, quæ poteſt ei ſuſpicionem inferre, & ſemel, & ſecundo a ſuo epiſcopo, aut a ſuis clericis admonitus, ne cum tali muliere habitaret, ejicere eam de ſua domo noluerit, aut accuſatore apparente, approbetur inhoneſte cum muliere converſari; tunc epiſcopus ejus, ſecundum eccleſiaſticos canones, de clero eum amoveat, curiæ civitatis, cujus clericus erat, tradendo. Epiſcopum vero nullam penitus mulierem habere, aut cum ea habitare permittimus. Si autem probetur nequaquam hoc cuſtodiens, epiſcopatu projicia-*

Conc. Carth. I. ſub Grato can. 3.

Conc. Carth. ſub Aurel. can. 17.

Refertur a Gratiano in c. cum omnibus 81. diſt.

Conc. Carth. IV. can. 46.

Conc. Rhem. can. 22.

" Septentrioni propiores ſunt Aquiſgrani quam Rhemi.

Greg. lib. 1. regiſtr. in diſt. 9. epiſt. 50. ad Symmachum defenſor.

Apud Grat. c. volumus 81. diſt.

Idem c. oportet. ead. diſt.

Greg. epiſt. 26. ad Ian. epiſc. Caralitan. lib. 3. apud Grat. c. archidiaconus ead. diſt.

Idem Gregor. lib. 11. epiſt. 40. & 41.

Siricius papa epiſt. 1. ad Himerium epiſc. 12. Gratian. c. feminas, ead. diſt.

Juſtinian. auth. de ſanctiſſimis epiſc. & presbyteris, collat. 9.

*pellatur: is enim ſe oſtendit indignum ſacerdotio. Diaconiſſam vero nullo modo cum viro, ex quo poteſt inhoneſta vita emergere ſuſpicio, habitare permittimus.* In legibus Francicis per Carolum magnum editis conc. Niceni canon renovatur. *Item in eadem ſynodo*, ait, *interdictum eſt presbyteris & diaconibus, vel omnibus qui in clero ſunt, mulierem habere in domo ſua propter ſuſpicionem, niſi matrem aut ſororem, vel eas tantum perſonas, quæ ſuſpiciones effugiunt.* Bajoariorum lex. *Nulli presbytero vel diacono liceat habere ſecum in domo extraneam fœminam, ne per illam occaſione decipiatur, & pollutus offerat ſacrificium domino, nec plebs per ejus offenſionem corruat, & plagam ſuſtineat: propterea qui gradu ſacerdotali fulciuntur, extranearum mulierum interdicta conſortia cognoſcant; hac eis tantum facultate conceſſa, ut matres, filias, atque ſorores germanas, inter domorum ſuarum ſepta contineant; in his enim nihil ſuſpecti criminis æſtimare fœdus naturale permittit: illas etiam non relinqui caſtitatis hortatur affectus.*

Lib. I. leg. Franc per Carolum magnum edit. cap. 4.

Bajoariorum lex tit. 12.

Quod ſi adverſus horum conciliorum decreta, pontificum conſtitutiones, & imperatorum leges, callidi argumentatores, & juriſperiti fallaces (ut loquar cum Cypriano) objecerint, vel apoſtolorum, vel Heliæ, vel ipſius Chriſti exempla qui cum mulieribus & cohabitare & illas circumducere non recuſarunt, conſulendus eſt idem " Cyprianus, a quo illa omnia, ut futilia & leviſſima, copioſiſſime & doctiſſime refelluntur.

Cyprian. lib de ſingul. cle. c. 11.

" Non eſt S. Cypriani liber qui citatur.

Nec mirabitur cum mulieribus clericos habitare prohibuiſſe ſanctos patres & catholicos principes, qui obſervaverit concilio Aurelianenſi II. cautum etiam fuiſſe, ne clerici conſulto epiſcopo, cum hominibus ſæcularibus habitare præſumerent; quod ſi feciſſent, ab officii communione pellerentur. Voluerunt enim ſanctiſſimi patres eccleſiaſticas perſonas, ut ſtudiorum & morum ſimilitudine conjunctas, ſic aſſiduo commercio & mutuo convictu juvari, ne labes aliqua ex profanis perſonis contracta dignitatem ſanctitatemque ſacerdotii aliquo modo deturparet, vel tanta ſaltem ſermonum morumque & vitæ diſſimilitudine cœptum excolendæ perſequendæque virtutis curſum retardaret. Quare cum D. Gregorius amplificando & cohoneſtando ſacerdotum ordini ſummopere invigilaret, peculiari decreto (coacto concilio Romano) ſanxit, ut ex familia pontificia, quæ exemplar morum & clerici forma eſſe deberet, & profani homines & ſæculares & pueri ablegarentur, adhibitis ad pontificia obſequia clericis, vel monachis tantum. Et hinc primum orta (ut opinor) laudabilis inſequentium pontificum conſuetudo, qua niſi ſacris initiatus ad ſui cubiculi obſequia nemo admittitur. *Verecundus mos*, inquit Gregorius, *tempore indiſcretionis inolevit, ut hujus ſedis pontificibus ad ſecreta cubiculi ſervitia, laici pueri & ſæculares obſequantur. Et cum paſtoris vita diſcipulis ſemper debeat in exemplo, plerumque clerici, qualis in ſecreto ſit vita ſui pontificis neſciunt, quam, ut dictum eſt, ſæculares pueri ſciunt. De qua re præſenti decreto conſtituo, ut quidam ex clericis vel etiam ex monachis electi miniſterio cubiculi pontificalis obſequantur, ut is qui in loco regiminis eſt, habeat tales, qui ex vigilantia ſedula exemplum profectus ſumant.*

Conc. Aurelian. can 3.

Greg. in concil. Rom. can 2.

Neque epiſcopos & clericos tantum cum fœminis non cohabitare, aut familiaritatem inire, olim erat inhibitum, ſed ſi cui fœminæ cum epiſcopis negocium eſſet tractandum, ſine duorum presbyterorum aut diaconorum præſentia fieri non licebat, concilio Matiſconenſi I. *Ut nulla mulier*, ait, *in cubiculo epiſcopi abſque duobus presbyteris, aut certe diaconibus ingredi permittatur.* Quod ſi illis ad fœminarum domus accedere neceſſe eſſet, iiſdem legibus tenebantur. Concilium Epaunenſe. *Epiſcopo, presbytero & diacono, vel deinceps clericis, horis indebitis, id eſt meridianis vel veſpertinis, ad fœminas prohibemus acceſſum; qui tamen ſi cauſam habuerit, cum presbyterorum aut clericorum teſtimonio videatur.* Id ipſum obſervandum, cum illorum eſſet domicilium adeundum, quæ ſanguinis jure pertinerent, Tarraconenſes epiſcopi voluerunt. *De his quibuſcum propinquitatis proximitate haberi permittitur ea cautela earum neceſſitates ſuſtineant, ut pietatis beneficia, quæ eis ſunt neceſſaria præbeant, ipſi vero pro viſendis eis cum ingreſſi fuerint, celeri ſalutatione recurrant: nec ibi faciant manſionem; qui tamen ad earum viſitationem pergunt, teſtem ſolatii ſui fide & ætate probatum adhibeant ſecum. Si quis hæc a nobis ſtatuta contempſerit, ſi clericus eſt, loci ſui dignitate privetur; ſi vero religioſus vel monachus, in cella monaſterii incluſus pœnitentiæ lamentis incumbat; ubi ſinguli afflictione panis & aquæ, victum ex abbatis ordinatione percipiat.* Eadem honeſtatis & ſacroſanctæ dignitatis ratione conſtitutum eſt concilio Limenſi, ne ullus in ſacris conſtitutus, fœminis familiare miniſterium exhibeat, ita ut equitando ducat a tergo, aut ambulando manu teneat, aut comitetur, niſi ſoror vel mater ſit: alioquin clericus & fœmina contra agentes arbitrio epiſcopi puniantur: quod conſtitutione ſynodali diœceſis Toletanæ cautum etiam eſt.

Conc. Matiſc. 1. can. 3.

Conc. Epaun. can. 20.

Conc. Tarracon. 1 can.

Virginem dicatam Deo tantum ſecum habeat.

*Cur Virgines hujus concilii tempore in parentum domibus habitare permitterentur.*

## CAPUT LIV.

DUO ex hujus canonis decreto elici poſſunt. Alterum eſt, antiquo hujus concilii ævo, ut ante diximus, virgines Deo dicatas (quas moniales ſeu ſanctimoniales dicimus) in Hiſpania floruiſſe. Nec recens tunc inventum dicitur, ſed antiquius fuiſſe inſinuatur. Alterum licuiſſe in domibus privatis parentum commorari; quia non ſolum monaſteria tunc principibus & præſidibus Ethnicis conſtrui & ædificari commode non poterant, ſed vix & eccleſiæ, ut ex Arnobio colligitur. Quare cum mortuis parentibus, virgines velatæ aliquando vagarentur, in opprobrium eccleſiæ, & ſacræ pudicitiæ periculum, Afris patribus placuit in concilio Carthaginenſi III. gravioribus fœminis eas commendari, vel intra ſeptum monaſticum virginum cuſtodiri, ut una habitantes, ſe ipſas integras & inviolatas conſervarent. *Ut virgines ſacræ, ſi parentibus, a quibus cuſtodiebantur, privatæ fuerint, epiſcopi providentia vel presbyteri, ubi epiſcopus abſens eſt, in monaſterio virginum, vel gravioribus fœminis commendentur, ut ſimul habitantes invicem ſe cuſtodiant, ne paſſim vagantes eccleſiæ lædant opinionem.*

Arnobius lib 4. adverſ. Gentes.

Conc. Carthag. 3. can. 3.

Fœdus autem naturale cum divina fidei pollicitatione conjunctum omnem levare turpitudinis ſuſpicionem perſuaſi ſunt majores: ideoque epiſcopis, presbyteris & diaconis licentiam permiſerunt, ut his cohabitare impune poſſint: quo tamen privilegio Auguſtinum uti noluiſſe Poſſidius narrat: ſed poſteriorum conciliorum decretis ſublatum eſt, nullique jam epiſcopo, presbytero, diacono vel ſubdiacono licet, aut religioſam aut fœminam aliam quamcumque etiam ad uſus neceſſarios domi retinere: quia quæ ad religioſas vel beatas ſolent accedere, religioſæ omnes vel beatæ non ſunt: a quarum omnium aſpectu, nedum convictu & familiaritate cavere debent, qui religioſæ & beatæ vitæ curſum feliciter agere volunt. Moniales autem profeſſæ etiam ſi parentes habeant, pontificum decreto ad arctiorem & ſanctiorem vitæ conditionem redactæ ſunt; nam tametſi periculoſiſſime ægrotent, e ſeptis monaſterii ad parentum ædes curationis cauſa commigrare non poſſunt, ni morbi contagio præſens ceteris importet periculum.

Poſſidius in vita Auguſtini c. 26. Forojul. c. 4. Metenſis c. 3. Nannetenſis c. 3. Turo. 2. c. 11. Moguntini ſub Arnulfo cap. 10. Bracarenſis 3. c. 4. Romani ſub Zacharia c. 1.

*Canon XXVIII.* Vulgatus.

*De oblationibus eorum, qui non communicant.*

Epiſcopum, placuit, ab eo qui non communicat, munera accipere non debere.

Canon XXVIII. *Emendatus.*

*De oblationibus eorum, qui non communicant.*

Epiſcopum, placuit, ab eo qui non communicat, munus accipere non debere.

Ivo retulit hunc canonem, p. 14. c. 67.

*Cur eorum qui non communicant, munera non accoptet eccleſia, explicato canone XLIX. concilii Laodiceni.*

## CAPUT LV.

SINGULARIS pietas eſt, qua eccleſia ſancta filios propter vos allicit, vel curat infirmos. Cum enim videt eos, a fide orthodoxa, vel a ſanis moribus deviare, nullum lapidem non movet, ut ad rectam vitæ inſtitutionem revocentur. Quod omiſſis aliis, liquet ex hoc canone. Voluit enim, *ut ſuffuſi verecundia a communione propter peccata repulſi reſipiſcerent & ex toto animo converterentur*, ut a divo Ivone memoriæ traditum eſt, munera offerre non poſſe patribus: quod ſi obtulerint, oblata ab illis non recipienda: eſt enim hic tacitus quidam convictus & communicatio, quam non ſolum epiſcopi cum excommunicatis, ſed Chriſtiani omnes debent ſubterfugere. *Donis impii*, ait Cicero, *ne placare audeant Deos. Platonem audiant qui vetat dubitare, qua ſit mente futurus Deus, cum vir nemo bonus ab improbo ſe donari velit.* De epiſcopis concilium meminit, quia olim epiſcopi ob ardentem religionis, fidei & caritatis amorem, in ſacrificii oblatione, in baptiſmi, in pœnitentiæ & reliquorum ſacramentorum adminiſtratione, idem quod nunc presbyteri munus obire ſolebant: qua ratione, ut ſemper eſſent parati, ad baptiſ-

D. Ivo epiſt. 81. ad Laurentium monaſterii Caritatis.

Cicer. lib. 2. de legib.

Plato lib. 4. de Rep.

mi &

mi & aliorum ſacramentorum miniſterium, veſte illa alba (quam nunc *Roquete* vocant) indutos eſſe ſemper erat neceſſe. Quod de excommunicatis hic renovavit poſtea concilium Nicænum. *Quicumque*, ait, *fuerit a ſacerdote ligatus, quamvis calumniam paſſus ſit, non eſt ab eo accipienda oblatio, nec alia vel quam ad eccleſiam afferat*. Laodicenum de hæreticis loquens & Judæis. *Quoniam non oportet a Judæis vel hæreticis feſtalia quæ mittuntur accipere, nec cum eis dies agere feſtatos.* Nec recens eſt ea conſtitutio, nam ab apoſtolicis jam inde temporibus ortam teſtatur D. Clemens, dum docet, ab excommunicatis munus accipiendum non eſſe. Quare cum Euſebius Conſtantii imperatoris Ariani ad Liberium papam legatus, D. Petri templum ingreſſus, multa illi munera conſecraſſet, gravi id tulit animo Liberius, magnopereque eccleſiæ cuſtodem increpavit, quod munera illa inferri paſſus eſſet, indeque progreſſus, dona illa ut illicitam victimam projecit ab eccleſia, ut auctor eſt D. Athanaſius. Euſebius etiam alter epiſcopus Vercellenſis, inſigni pietate clarus, adeo munus hæreticorum deteſtatus eſt, ut carcere detentus glorioſius duxerit, emori fame, quam cibo ab Arianis miſſo ſuſtentari, ut in epiſtola ejuſdem refertur ad Patrophilum.

Conc. Nicænum can. 27. apud Alphonſum Piſanum. Conc. Laodicenum, can. 37. D. Clemens lib. 3. c. 8. & lib. 4. c. 6. & 7. D. Athanaſ. in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes.

Nec ſolum quæ offerebant excommunicati, recipere recuſabat eccleſia, ſed ſi quæ illi in eam antea ſtantes contulerant, ſolebat lapſis reddere. Tertullianus. *Marcion quidem*, inquit, *cum ducentis H. S. quæ eccleſiæ intulerat, noviſſime in perpetuum diſcidium relegatus venena doctrinarum ſuarum diſſeminavit*. Nec admirabitur porro lector, eccleſiam quæ aſſlante divino Spiritu gubernatur, excommunicati munera & oblationes contemnere & repudiare; cum & animantes ratione carentes ſupernaturalem & divinam excommunicationis virtutem præſentiant. Petrus enim Damianus epiſcopus Hoſtienſis in epiſtola ad Hildebrandum papam (Gregorius VII. fuit) refert, excommunicati cujuſdam nobilis panes, canes ipſos quibus oblati fuerant, fuiſſe dedignatos. *Hæc*, inquit, *venerabilis ille vir expertus fuerat, pius videlicet Apſarenſis epiſcopus, qui epiſcopatum dimiſit, & de Clazomatho regno Italiam navigans littoribus Anconitanæ urbis applicuit: is mihi dum totius circa ſe regni reverentiam conqueſtus exponeret, ac moleſtæ inquietudinis tædia nunciaret; inter cetera unum intulit, quod vos latere non patior. Quidam*, inquit, *degener quidem moribus, ſed majorum titulis inſignitus, ſuam conſanguineam nuptiali ſibi fœdere copulavit. Quid plura? prohibitus perſiſtit, excommunicatur, adhæſit, totumque eccleſiaſticæ cenſuræ vigorem nugarum puerilium fabulas deputavit: cui hoc certe ad divinæ indignationis judicium contigit, ut panes de nuptialibus menſis in plateas ante canum ora projecti minime tangerentur.* De Juliano autem apoſtata ſimile quid refert Gregorius Nazianzenus. *Jam*, inquit, *ſumptuoſiſſimis quoque martyrum monumentis, & donariorum munificentiis omnibuſque aliis rebus, quibus divinus timor veluti nota quadam exprimitur, ſapientiæ ſtudium Chriſtique amorem indicabant*, loquitur de Gallo & Juliano, *alter quidem, vere & ſerio veritatem profitens, tametſi enim natura acriori ac ferventiori eſſet, verus tamen ac ſincerus pietatis cultor erat, hic autem occaſionem captans & redimens, fictaque pietatis ſpecie animi pravitatem occultans: quod quidem ex eo conjicere licebit, neque enim miraculum quod nunc accidit ſilentio præterire queam, utpote illuſtre & memorandum, atque hujuſmodi, ut multis impiis documentum afferre poſſit; martyribus, ut diximus, ambo laborabant, munificentiaque & liberalitate, præclare inter ſe contendebant, cum multarum manuum opera, tum multis impenſis ædem extruentes. Verum quoniam non eadem voluntate animique propoſito, in hoc opus incumbebant, idcirco nec in eumdem finem labor utriuſque progrediebatur. Etenim alterius, hoc eſt Galli fratris natu majoris, opus perficiebatur, ac rite procedebat, Deo videlicet munus illud libenter admittente, ut olim Abel ſacrificium, cum rite oblatum, tum diviſum: atque hæc oblatio veluti quædam primogeniti conſecratio erat. Alterius autem, nempe Juliani, heu triſtem in hac quoque vita impiorum contemptum futuræ ignominiæ teſtem, parvis indiciis magna prænunciantem! non ſecus ac Cain ſacrificium, Deus martyrum repudiabat. Itaque ille quidem laborabat, ſed terra quod elaboratum erat, excutiebat. ille enixius contendebat, hæc imbecillis impietate hominis fundamenta capere detrectabat, velut terræ motum ob ipſius ſcelus eventurum clamans, atque impiiſſimi hominis dedecore martyres exornans, hoc opus inſequuta ipſius contumacia & amentia, ignominiaque in martyres, ſceleriſque in ædes ſanctas vaticinium quoddam extitit: alios quidem fallens, ceterum perſecutorem longe ante infectans, atque impietatis pœnas ante ſignificans.* Hæc Gregorius.

Tertul. l. de præſcriptio. adverſ. hær. Petrus Dam. epiſt. 1. ad Hildebrand. papam. Gregor. Nazian. oratio. 2. in Julianum.

Alia erat particularis oblatio, de qua concilium etiam intelligi poteſt, ut oblationem non accipiat epiſcopus in eccleſia ab eo, qui non communicat: erat enim olim in eccleſia uſus receptus, ut omnes Chriſtiani oblationem panis & vini offerrent, de qua ſanctam communionem eſſent ſuſcepturi. D. Auguſtinus: *Oblationes, quæ in altario conſecrentur, offerte. Erubeſcere debet homo idoneus, ſi de aliena oblatione communicaverit.* Vocat hominem idoneum divitiis locupletem, qui poſſit ex propria ſubſtantia & patrimonio facere oblationem; nam pauperes ab oblatione excuſantur. Eadem eſt D. Cypriani querela. *Locuples & dives es*, invehitur in mulierem divitem, *& dominicum celebrare te credis, quæ corbonam omnino non reſpicis, quæ in dominicum ſine ſacrificio venis, quæ partem de ſacrificio quod pauper obtulit, ſumis.* Unde in VI. (ut ferunt) ſynodo. *Conveniendum eſt ſabbato die cum oblationibus ad miſſarum ſolennia.* Id renovatum eſt jam conc. Matiſconenſi II. *Item ſtatuimus*, inquit, *ut omnibus dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur, tam panis quam vini, ut per has immolationes & peccatorum ſuorum " faſcibus careant, & cum Abel vel ceteris juſte offerentibus, promereantur eſſe conſortes.*

D. Aug. ſer. 215 de tempore. D. Cypr. lib. de operib. & eleemoſ. VI. Synod. can. 8. Conc. Matiſ. 2. can. 4. *Faſcibus.*

Ex his placet intelligi canonem XLIX. concilii Laodiceni, jubentem, ut in quadrageſima panis non offeratur, niſi ſabbato & dominica tantum, quia illis diebus ſolum olim in eccleſiis orientis, in quadrageſima, miſſæ dicebantur, & in illis tantum diebus communicatio fiebat: unde illis tantum oblationem panis oportebat fieri. Cum autem frequens communicatio in uſu eſſe deſiit, panis & farinæ loco denarii offerri conſueverunt. Auctorem laudo vetuſtum de antiquo ritu miſſarum. *Fertur*, inquit, *quod olim ſacerdotes de ſingulis domibus vel familiis farinam accipiebant, quod adhuc Græci ſervant, & inde dominicum panem faciebant, qui pro populo offerebant, & hunc conſecratum eis diſtribuebant. Nam ſinguli farinam offerentium miſſæ interfuerunt, & pro his in canone dicebatur: Et omnium circumſtantium, qui tibi hoc ſacrificium laudis offerunt. Poſtquam eccleſia numero quidem augebatur, ſed ſanctitate minuebatur, propter carnales ſtatutum eſt, ut qui poſſent, ſingulis dominicis, vel in dominica, vel ſummis feſtivitatibus, vel ter in anno communicarent, ne ante confeſſionem & pœnitentiam pro aliquo crimine judicium ſibi ſumerent, & quia populo non communicante non erat neceſſe panem tam magnum fieri, ſtatutum, eum in modum denarii formari, & ut populus pro oblatione farinæ denarios offerret, pro quibus dominum traditum recognoſceret. Qui tamen denarii in uſum pauperum, qui membra ſunt Chriſti, cederent, vel in aliquid, quod ad hoc ſacrificium pertinet.* Hæc ille.

*Explicatur can. 49. concilii Laodiceni.* Auctor vetuſtus ſine nomine de ritu miſſarum c. 38. extat inter eos qui de rebus ſacris ſcripſerunt.

Cum autem oblationes panis & vini aliarumque rerum in eccleſia fiebant, non ſtatim inferebantur in eccleſiam, & ad altare a populo offerebantur (id enim ad diaconum ſpectabat, ut D. Iſidorus ſcribit ad Ludifredum) ſed adducebantur extra corpus eccleſiæ, in loco ad eam rem deputato (gazophylacium vocabant, aliquando ſecretarium, nos vero vulgo *ſacriſtia* dicimus, ut colligitur ex Poſſidio in vita Auguſtini, & ex concilio Carthaginenſi IV. & ex vetuſto illo libro de antiquo ritu miſſarum: loquens enim de epiſcopo rem divinam facturo, illum de ſecretario ornatum debere procedere refert) in eo offerentes munera exquirebantur a diacono, an digni eſſent, ut eorum oblationes acceptaret eccleſia: non enim ſine delectu maximo recipiebant epiſcopi omnium oblationes, ſed eorum tantum qui vitæ integritate præſtantes, in catholicæ eccleſiæ exiſterent communione. Petrus Damianus epiſcopus Hoſtienſis, ad fratres in Gamunni eremo conſtitutos. *Enim vero*, inquit, *dona vel oblationes ab inique ſuſcipere, quid eſt aliud, quam propriam animam ex dantis ſqualore fœdare: hinc enim ſcriptum. Immolans ex iniquo, oblatio eſt macula, & non ſunt beneplacitæ ſubſannationes iniquorum. Et rurſus: Dona iniquorum non probat altiſſimus, nec reſpicit in oblationibus iniquorum, nec in multitudine ſacrificiorum eorum propitiabitur pro peccatis.* Ante Petrum Damianum D. Clemens. *Verum etiam ii*, ait, *qui in peccatis verſantur, niſi pœnitentiam egerint, non ſolum non exaudiuntur, cum ſupplicant, ſed etiam Deum irritant, in memoriam & ei reducentes ſuam improbitatem. Vitate igitur talia miniſteria tanquam canis pretium & mercedem meretricis, utrumque enim in lege eſt prohibitum: nam nec Heliſæus ab Azaele munera allata accepit, neque Achias a Jeroboamo. Quod ſi Dei propheta ab impiis oblata munera rejecerunt, item rejicito, o epiſcopi: ſed etiam Simon magus, mihi Petro & Joanni pecunias offerens, conatus eſt ut pretio ineſtimabilem gratiam emeret; quibus rejectis, execrationibus perpetuis illum devinximus: quoniam donum Dei non benevolentia erga Deum, ſed pecunia exiſtimavit poſſideri. Fugite ergo oblationes altaris Dei a mala conſcientia provenientes: quoniam, abſtine te*, inquit, *ab injuſto, & non timebis, & pavor non appropinquabit tibi.* Et mox. *Sed ſi dicatis, quod ii ſunt, qui eleemoſynas dant, a quibus niſi capiatur, non erit unde viduis miniſtretur, & inopes populi alantur: audietis a nobis, quod ideo accepiſtis donum levitarum, ut ſuppeditaretis, & vobis, & egentibus, ac ne inopia laborantes ab improbis caperetis. Quod ſi adeo egebunt eccleſiæ, præſtat perire, quam ab inimicis Dei aliquid capere, in contumeliam & irriſionem amicorum ejus. Nam de iis propheta dicit: Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Probationem igitur talium facite, atque ab iis qui foris ſunt, nolite capere, priuſ-*

D. Iſidor. in epiſ. ad Ludifred relata in can. perlectis 25. diſt. Poſſid. in vita Aug. c. 24. & conc. Carth. 4. can. 93. vetuſt. lib. de antiquo ritu miſſar. c. 1. Petr. Dam. epiſt. 1. ad fratr. in Gamunni eremo conſtitutos. D. Clem. l. 3. apoſt. conſt. c. 8. & l. 4. c. 6. & latius c. 7. Deut. 23. 4. Reg. 8. 3. Reg. 13. Act. 8. Iſai. 45. Idem Clem. in eod. lib. cap. 8. Pſalm. 140.

quam

Idem Clem. c. 9
Prov. 3.

*quam eccleſia membra efficiantur: quod ſi deſit quod detur, ſignifica fratribus, ex quorum collectis miniſtra orphanis, & viduis in juſtitia.* Et rurſus. *Dic populo tuo quia ſapiens Salomon ait: Honora dominum de tuis juſtis laboribus, & primitias da illi de tuis fructibus juſtitiæ, ut impleantur horrea tua repletione frumenti, & vino torcularia tua redundent. Quare de juſto labore fidelium alito, & veſtito inopes: & quæ ex eo, ut ante dictum eſt, cogitur pecunia, ſtatuito, ut conſeratur in redemptionem ſanctorum, liberantes ſervos, captivos, vinctos, ignominia notatos, damnatos propter nomen Chriſti, de tyrannorum ſententia, ad monomachias & ad mortem.* Inquit enim ſcriptura. *Libera qui ducuntur ad mortem, & redime occiſos, ne parcas.* Quare Bonifacius comes cum quemdam ab eccleſia extraxiſſet, communione privatus a divo Auguſtino, prohibitus eſt ne offerret: quod ſi offerret, oblata ab eo clericos noluit recipere. Idem decreviſſe de Burgundo quodam ſacrilego & ſuis ſatellitibus Nicolaum PP. legimus in epiſtola ad Frotarium archiepiſcopum Burdegalenſem. *Secundo vero anno*, inquit, *ante fores eccleſiæ ſine communione maneant. Tertio vero anno eccleſiam Dei ingrediantur, & inter audientes adſtent ſine oblatione, non manducantes carnem neque bibentes vinum, præter natalis & reſurrectionis dominicæ dies.* Eamdem pœnam impoſuit Felix PP. III. illis qui ſe ab hæreticis rebaptizandos dediſſent. *Tribus annis inter audientes ſint; ſeptem autem annis ſubjaceant inter pœnitentes manibus ſacerdotum, duobus autem annis etiam oblationes modis omnibus non ſinantur offerre, ſed tantummodo ſæcularibus in oratione ſocientur.* In cujus interpretatione labi gloſſa videtur, dum de oblatione ad altare intelligit decretum, cum ea oblatio nec fieret tunc a laicis, ſed a diacono, ut ex D. Iſidoro probavi ſuperius, nec recipi ſolita eſſet a clericis, niſi in gazophylacio. In concilio enim Carthaginenſi IV. diſſidentium fratrum oblationes eadem ratione vel recipi vetitum eſt, nec in ſacrario, nec in gazophylacio. *Oblationes*, inquit, *diſſidentium fratrum neque in ſacrario nec in gazophylacio recipiantur.* Eorum qui pauperes opprimunt, dona non eſſe recipienda, eodem concilio Carthaginenſi IV. cautum eſt. Catholici qui filios hæreticis baptizandos tradiderit, oblationem refutandam monet concilium Ilerdenſe: quod adeo ſevere & ſtricte obſervabant primitivæ eccleſiæ epiſcopi, ut ſi aliquando contigiſſet iniquos & impios homines, vi ſacerdotibus obtruiſſe pecuniam, illam non in victum, ſed in ligna & carbones impendi & conſumi præceperint, auctore eodem Clemente Romano. *Si neceſſe ſit*, ait, *aliquando ab aliquo impio invitos pecuniam capere, in ligna & carbones illam conſumite, ne vidua vel orphanus de ea ſumens cogatur præter fas cibum vel potum ſibi emere; æquum eſt enim talia quæ ab impiis veniunt, ignis pabulum, non piorum eſcam fieri. Hæc quoque lex præcepit, quæ ſacrificium ſerotinum non comedendum appellat, & igni conſumi jubet, non enim ſua natura mala ſunt, quæ offeruntur, ſed ſententia illorum qui illa adducunt. Hæc vero præcipimus, nec omnino vitemus illos, qui ad nos accedunt, cum ſciamus conſuetudinem ſæpe piorum impiis utilem eſſe, obeſſe tantum, cultus & ſuperſtitionis ſocietatem. Hæc hactenus, dilecti, dicta ſint vobis, propter cautionem veſtram.* Sed nec eorum tantum qui vitæ turpitudine, ſed eorum etiam qui vitio corporis laborabant, veluti menſtruatarum mulierum, oblationes refutabat eccleſia, ut ex concilio Moguntino, probat Burchardus. Quod ſi illæ offerrent pœnitentia trium hebdomadarum imponebatur. *Mulieres menſtruo tempore*, refert ille, *non offerant, nec ſanctimoniales, nec laicæ, ſi præſumpſerint, tres hebdomadas pœniteant.* Nec vivorum ſolum in turpi vita viventium, ſed & eorum qui turpiter vita functi ſunt, oblationes refutabant. Conc. Altiſiod. *Quicumque ſe propria voluntate in aquam jactaverit, aut collo ligato ſe ſuſpenderit, aut de arbore præcipitaverit, aut ferro percuſſerit, aut qualibet occaſione voluntate ſe morti tradiderit; iſtorum oblata non recipiantur.* Id ipſum conſtituit concilium Bracarenſe I. manifeſtos uſurarios damnans. Alexander III. in concilio Lateranenſi generali eorum oblationes, & illorum qui hæreticorum eſſent fautores, repelli voluit; ſicut raptorum & violatorum eccleſiæ, Eugenius III. Eſt enim in eccleſia ea regula loco commendata doctrina, ut quibus vivis non communicamus, nec communicemus etiam defunctis, ut Leo PP. I. Urbanus II. & Innocentius III. docent.

Prov. 24.
Aug. epiſt. ad Bonif. relata in c. miror 17. q. 4.
Nicol. PP. epiſt. ſi Niculai eſt.
Exſtat apud Grat. in c. de jure. 12. qu. 2.
Felix PP. III. epiſt. 1. apud Grat. c. eos quos de conſecr. diſt. 5.
Conc. Carth. c. 93. Grat. c. oblationes 90. diſt.
Conc. Carth. IV. can. 94. refert idem Grat. in ſtr. c. præced.
Conc. Ilerd. can. 13.
D. Clem. lib. 4. conſt. apoſt. c. 10.
Conc. Mogunt. can. 6. apud Burch. lib. 19. decreti c. 40.
Conc. Altiſiod. can. 17.
Conc. Bracar. 1. can. 14.
Conc. Later. Alexand. can. 25. apud Gratian. IX. c. quia in omnibus 3. de uſur.
Idem concil. can. 26. c. ſicut ait beatus Leo de hæretic.
Eugen. III. c. 2. de raptor.
Leo 1. epiſt. 92. ad Ruſticum epiſc. Narbo c. 6. apud Grat. c. de communione 24. q. 2.

Conſtat ergo ex hoc Canone ab excommunicatis munus ſeu oblationem non eſſe recipiendam: quod & hodie in uſu eccleſiæ eſt: ſicut e contra, ut excommunicatis munus dare ſeu mittere non poſſint, qui in eccleſiæ pace & communione perſiſtunt; quæ mittuntur enim expreſſæ communicationis vicem habent, a qua ſtantes cum lapſis maxime debent abſtinere.

Quod ſi alii aliam fuiſſe horum patrum ſententiam contendant, munus ab epiſcopis recipi prohibentem, qui non communicat Chriſti corpus, dum rei ſacræ celebrationi intereſt, quam peragit epiſcopus, non impediam, quod ſciam olim omnes qui ſacrificio huic intererant, communicare ſolitos. Conc. Antiochenum. *Omnes qui ingrediuntur eccleſiam Dei, & ſcripturas ſanctas audiunt, nec communicant in oratione cum populo, ſive pro quadam intemperantia ſe a perceptione ſanctæ communionis avertunt, hi de eccleſia removeantur, quamdiu per confeſſionem, pœnitentiæ fructus oſtenderint, & precibus indulgentiam conſequantur.* Ante patres Antiochenos, apoſtoli. *Si quis*, ajunt, *epiſcopus aut presbyter aut diaconus, vel quilibet ex ſacerdotali catalogo, facta oblatione non communicaverit, aut cauſam dicat, ut ſi rationabilis fuerit, veniam conſequatur: aut ſi non dixerit, communione privetur, tanquam qui populo cauſa læſionis extiterit, dans ſuſpicionem de eo qui ſacrificavit, quod recte non obtulerit.* Quam autem hic clericis, ſequenti laicis canone pœnam adjecerunt. *Omnes fideles qui conveniunt in ſolemnibus ſacris ad eccleſiam, ſcripturas apoſtolorum & evangelium audiant, qui autem non perſeveraverit in oratione, uſque dum miſſa peragitur, nec ſacram communionem percipiunt, velut inquietudines eccleſiæ moventes, convenit communione privari.* Concilium Toletanum I. *De his, qui intrant in eccleſiam, & deprehenduntur nunquam communicare, admoneantur, quod ſi non communicant, ad pœnitentiam accedant: ſi communicant, non ſemper abſtineantur, ſi non fecerint, abſtineantur.* Juſtinus Martyr. *Precibus peractis, & gratiarum actione, populus qui adeſt, omnis benedicit, ſive acclamat, & accinit, Amen. Ubi is qui præeſt, gratias egit, & populus omnis benedixit, ſive reſultavit, qui apud nos diaconi, ſive miniſtri dicuntur, diſtribuunt unicuique eorum qui adſunt, panem, vinum, & aquam; quæ cum gratiarum actione conſecrata ſunt, quibus,* ut paulo poſt habent *unuſquiſque participat.* Poſt communionem autem munera offerebant ditiores (quas collectas vocabant) ad viduarum, pupillorum & pauperum ſuſtentationem, ut teſtis eſt idem Juſtinus. Sed multo clarius in Hiſpania id confirmat concilium Emeritenſe: *In ſancta Dei eccleſia diebus feſtis, pro conſuetudine & mercede, communicationis tempore a fidelibus pecuniam novimus poni. Pro hoc placuit ſancto concilio, hanc rectitudinis ponere regulam, ut quia omni clero communis labor manet in officio ſancto, omnibus juxta meritum ex hoc rependatur viciſſitudo.* Si ergo ab apoſtolis excommunicationem propoſitam, his qui communionem omitterent in miſſæ ſacrificio, legimus, quod ſuſpicionem darent macula notatos eſſe aut ipſoſmet, aut celebrantes; non immerito illorum munera refutari hic Hiſpani epiſcopi præceperunt, quod voluerint ad ſuperandas imminentes eccleſiæ calamitates, ad depellenda præſidum & imperatorum bella, divina ſacroſancti illius ſacrificii ope & virtute muniendos: vetus enim hoc Hiſpaniæ inſtitutum quotidie communicandi, refert divus Hieronymus.

Urban. II. ep. ad Guir. mundum relata in c. ſane 24. q. 1.
Innoc. 3. in c. ſacris 13. de ſepulturis.
Conc. Antioch. can. 2.
Apoſtolo can. 9.
Iidem Apoſtoli can. 10.
Conc. Tolet. 1. can. 13.
Juſtin. mart. 1. apolog. pro Chriſt.
Conc. Emeriten. can. 14.
D. Hieron. epiſt. 28. ad Lucin. Bæticum.

*Canon XXIX.* Vulgatus.

*De energumenis, qualiter habeantur.*

Energumenum, qui ab erratico ſpiritu exagitatur, hujus nomen neque ad altare cum oblatione eſſe recitandum: neque permittendum, ut ſua manu in eccleſia miniſtret.

Canon XXIX. *Emendatus.*

*De energumenis, qualiter habeantur in eccleſia.*

Energumenum, qui ab erratico ſpiritu exagitatur, hujus nomen neque ad altare cum oblatione recitandum: neque permittendum ut ſua manu in eccleſia miniſtret.

*Hos ſolum qui erratico ſpiritu actu exagitantur hoc canone comprehendi.*

CAPUT LVI.

Ut docerent patres Hiſpani, eos ſolum energumenos ab altaris communione & miniſterio rejici, non qui quondam, ſed qui adhuc perverſo ſpiritu exagitantur, ideo dixerunt, energumenum, qui ab erratico ſpiritu exagitatur: cum Græca vox, *energumenus*, idem prorſus comprehendat, quod Latina, erratico & maligno ſpiritu exagitatus: ita enim dicti putantur ἀπὸ τῶν ἐνεργειῶν id eſt ab operationibus dæmonum, quas in ipſis pati videmus. Origenes. *Manifeſte ex multis indiciis monſtratur, quod humana anima dum in hoc eſt corpore, recipere poteſt diverſas energias, id eſt operationes ſpirituum diverſorum malorum ac bonorum. Et malorum quidem duplici ſpecie, id eſt, vel tunc penitus ex integro poſſederint mentem: ita ut nihil omnino eos quos obſederint, intelligere vel ſentire permittant; ſicut exemplo ſunt hi, quos vulgo energumenos vocant, quos amentes & inſanos videmus, quales erant illi, qui in evangelio a ſalvatore curati eſſe referuntur.* Ipſum autem afflatum dæmonum ener-

Origen. li. 3. Periarchon c. 3.

Tertull. lib. de præſcriptio-nib. adverſ. hæret. Joan. Caſſian. collatio. 7. a cap. 24. cum ſequen. Dion. Areop. de eccleſ. hierarch. c. de communione.

energema vocat Tertullianus; ut intelligeremus etiam non omnes qui moleſtantur a dæmone, altaris miniſterio & communione removeri, ſed eos tantum, qui omnimodo exagitantur & perturbantur; alios enim energumenos, nec propter peccata, nec omnino mente privatos, quibus hoc decretum non congruit, recenſet Joannes Caſſianus, Dionyſius Areopagita, & alii.

## Qui ab erratico ſpiritu exagitatur.

*Dæmones, cur ſpiritus erratici dicantur.*

### CAPUT LVII.

1. Petri.

ERRANTIUM ſpirituum nomine dæmones nuncupatos, & ſanctorum & philoſophorum placitis conſtat: quia, ut auctor eſt divus Petrus *tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret*. A Platone aliquando feras agreſtes, interdum ſtygios canes, nonnunquam impiorum domiciliis inhabitantes, vocari legimus. Et ut alia omittamus, Lactantius refert, ipſum dæmonem interrogatum ab Apollinis ſacerdotibus, quis eſſet? quid ageret? quid pateretur? edito reſponſo dixiſſe, ſpiritum erraticum ſe eſſe, ipſoque erratico diſcurſu torqueri, & veluti irrequieto quodam labore agi: de qua re ea carmina refert.

Lactan. l. de falſa religione cap. 10.

*Dæmones errantes per terras & mare ſemper,*
*Æternas pendunt divino verbere pœnas.*

Eandem dæmonis vagationem ac circuitionem erraticam (ut auctor eſt Plutarchus) his carminibus cecinit Empedocles.

*Æthereus motus in pontum dejicit illos,*
*Pontus & in terram pellit, ſed terra remittit*
*Ad ſolem rapidum, is ubi ſit converſa cæli,*
*Ex altoque altus fugat, execrantur & omnes.*

Vagas igitur has, & erraticas peregrinationes dæmonibus pro pœnis datas, theologiæ, & philoſophiæ profeſſores conſentiunt, & ea ratione erraticos ſpiritus a concilio in præſenti & ab aliis vocari.

Duobus privat concilium energumenos. Primum eſt, ut eorum nomen cum oblatione ad altare non recitetur. Alterum vero, ne ſua manu in eccleſia miniſtrent. Agamus de primo: non tam pœnæ energumenis inferendæ, quam honoris eccleſiæ cauſa, multa interdicta ſunt olim dæmoniacis. Canone enim apoſtolorum cautum eſt, ne dæmoniacus cum fidelibus preces funderet. *Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitor; ſed nec cum fidelibus preces fundito. mundatus vero recipitor, & ſi dignus fuerit, efficitor.* Quare in concilio Ancyrano (ſic nuncupandum ab Ancyra civitate * Gallaciæ, non Anquiranum, aut Anquiritanum, vel Ancyritanum) cum de his egiſſet, qui cum beſtiis irrationabiliter congreſſi ſunt, non ſolum hos, ſed & horum complices jubet ea pœna affici, ut non inter fideles, ſed inter dæmoniacos preces fundant. *Nos eoſdem ſane non ſolum lepraſos crimine hujuſmodi factos, ſed & alios iſtos ſuo morbo replentes, placuit inter eos orare, qui tempeſtate jactantur: qui a nobis energumeni intelliguntur.* Horum omnium rationem docuit Dionyſius Areopagita. *Catechumenos autem, & energumenos, quippe in pœnitentia ſunt, ſancta Hierarchia mos patitur quidem audire ſacram pſalmorum modulationem, divinamque ſacrarum ſcripturarum recitationem: ad ſacra autem opera quæ deinceps ſequuntur, atque myſteria ſpectanda, non vos convocat; ſed perfectos oculos eorum, qui digni ſunt. Eſt enim divina hierarchia ſacra juſtitia plena, ac unicuique pro dignitate ſalubriter conſentaneam tribuit rerum divinarum communionem; ſanctèque pro modo & captu in tempore concedit. Ac poſtremus quidem ordo catechumenis, id eſt iis qui erudiuntur, tributus eſt. Aditus enim eis ad omne id quod in hierarchia perficit, præcluſus eſt, neque ulli ſacris initiati ſunt, neque divinum ſtatum, qui in digno partu ortuque conſiſtit, habent, ſed etiam patris verbis foventur, vitalibuſque figurationibus & lineamentis finguntur, ad beatum illum progreſſum vitæ luciſque principem, qui a divino ortu proficiſcitur. Ut igitur ſi inchoati ac nondum figurati pueri, qui ex carne conſtant, cadant antequam foveantur; caſum illum in terra ſine ortu, ſine vitæ uſura, ſine lucis aſpectu ut abortus, habebunt: nec quiſquam, qui ſit mentis ſuæ, id quod apparet intuens, in lucem eos prolatos eſſe dixerit, quod ſint ab alvi tenebris liberati. Dicit enim medicina, perita corporum præſes, lucem vim ſuam emittere, in ea quæ lucem natura recipere poſſunt: ſic ſacrorum ſapiens diſciplina & ſcientia, primum quidem eos divinorum ſcriptorum, quæ formandi vitæque dandæ vim habeant, cibo, qui inſtituendo & introducendo valet, fovet. Cum autem eorum naturam ad divinum ortum abſolvit, tum denique utiliter eis ordine concedit aditum ad ea quæ illuſtrant, & perficiunt. Nunc vero ab inchoatis ea, quæ perfecta ſunt, ſeparat, quod & dignitatis ſacrorum rationem habeat, & catechumenorum divino pontificum loco, educationis atque vitæ. Energumenorum autem multitudo a ſacris quidem etiam arcetur, ſed ſecundum locum in ſuperiore parte extremitatis catechumenorum*

Can. apoſt. 78.

Conc. Ancyr. can. 16.

* Galatiæ ſcribendum. Idem can. 7.

Dion. Areop. li. de Eccl. hierar. c. de communione

A *obtinet. Neque enim par eſt, mea quidem ſententia, id quod particeps aliquando ſanctiſſimorum ſacramentorum fuit, ſed etiam contrariis, aut voluptatibus, aut perturbationibus conſtrictum tenetur, ei quod penitus ſacris initiatum non eſt, nec ulla ex parte eſt particeps divinorum myſteriorum. Quin etiam ad eos ſacrorum aſpectus, & communio contrahitur; idque jure ac merito. Si enim verum eſt, virum qui omnino divinus ſit, qui dignus ſit, cui ad res divinas aditus pateat, qui ad ſummum divinæ ſimilitudinis ſpecieique, quam quidem conſequi poſſit, gradum, abſolutis, ac perficiendi vim habentibus modis, quibus ad divinitatem contendit, elatus ſit: ne ea quidem quæ carnis ſunt, niſi iis quæ naturæ neceſſitatem maximam afferunt, impulſum, quod ſi uſu veniat, quaſi aliud agentem perfecturum eſſe: & templum præterea, aſſeclatoremque fore divini ſpiritus, in ſumma illa ſua divinitatis imitatione, in ſimili ſimilem locantem: profecto qui ejuſmodi eſt, nunquam a contrariis viſis, aut terroribus vexabitur, ſed eos videbit, & ſi incidant, expugnabit ac perſequetur; facietque potius quam vim externam accipiet, & quaſi patietur eo animi ſui* B *habitu, in quem nulla cadit perturbatio, & qui nulli ipſe ſuccumbit, aliiſque ejuſmodi obſidionum medicus videbitur. Ego vero præterea exiſtimo, atque adeo certo ſcio, eorum, qui hierarchici ordinis ſunt, ab omni admixtione liberam & ſecretam prudentiam, ante hos ſcire ſceleſtiſſima & maxime nefaria impulſione agitari, eos omnes qui deſerta divina vita & ſententia, ac moribus, cum pernicioſis dæmonibus conſentiunt: quod ea quidem quæ vera ſunt, & immortaliter poſſidenda, & ſemper jucunda voluptatiſque plena, per ſummam ipſiſque exitioſam amentiam averſentur; cum materia autem conjunctum plurimiſque perturbationibus implicatum, quod alienum eſt naturæ noſtræ, peccatum, pereunteſque ac interitum afferentes voluptates, & inſtabiles in rebus alienis quæ non ſunt, ſed videntur, proſperitates oportet & ſequantur. Primi ergo hi, & aptius quam illi, miniſtri ſacramenti hujus prudenti voce ſecernuntur. Neque enim fas eſt, eis patere aditum ad ullum aliud ſacrum, niſi ad doctrinam ſcriptorum divinorum, quo ad meliora perveniant. Si enim cæleſte divinorum ſacrificium eos qui* C *pœnitentiæ ſunt, etiamſi ei aliquando interfuerint, arcet; quod id non admittat, quod non eſt omni ex parte ſacroſanctum: idemque hoc pudice pronunciat, ego nec illis etiam, qui aliqua ex parte ad divinæ ſimilitudinis cacumen evadere non poſſunt, videor, nec cum iis me communico: arcet enim hæc, ex omnis admixtionis expers maxime, eos etiam qui una cum eis quibus ad divinas res, ut dignis, patet aditus, precari non poſſunt, multo magis profana erit multitudo eorum, qui perturbationibus agitantur, carebitque ſacrorum & aſpectu & communione.* Hi ante conſecrationem recedere ab eccleſia per diaconum jubebantur, hi communicare in eccleſia non poterant, quare non immerito eorum nomen cum oblatione recitari hic epiſcopi noſtri non permiſerunt, cum ut in canone ſuperiori diximus, illi in eccleſia offerrent qui ſanctæ communionis futuri erant participes.

## Hujus nomen nec ad altare cum oblatione eſſe recitandum.

D *Antiquum eſſe in eccleſia, offerentium nomina recitari, & an energumeni ſanctæ communionis debeant eſſe participes.*

### CAPUT LVIII.

VETUS erat eccleſiæ conſuetudo, ut eorum nomina, qui pia munera eccleſiæ obtuliſſent, per diaconum ex ſacris tabulis recitarentur, ut docet D. Iſidorus ad Ludifredum epiſcopum Cordubenſem. *Ad ipſum*, inquit agens de diacono, *pertinet officium precum & recitatio nominum*. Concilium Emeritenſe. *Proinde ſalubri deliberatione cenſemus, ut pro ſingulis quibuſque eccleſiis in quibus presbyter juſſus fuerit, per ſui epiſcopi ordinationem, præeſſe, pro ſingulis diebus dominicis ſacrificium Deo procuret offerre. & eorum nomina, a quibus eas eccleſias conſtat eſſe conſtructas, vel qui aliquid his ſanctis eccleſiis videntur, aut viſi ſunt contuliſſe, ſi viventes in corpore ſunt, ante altare recitentur, tempore miſſæ; quod* E *ſi ab hac diſceſſerunt, vel diſceſſerint luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur, ſuo in ordine.* D. Hieronymus. *Publice diaconus in eccleſia recitat offerentium nomina, tantum offert illa, tantum ille pollicitus, placentque ſibi ad plauſum populi, torquente eos juſtitia, damuſque materiam miſeris, ut gaudeant ad ea quæ tribuunt, & non lugeant ad ea quæ rapuerint.* De his nominibus recitandis ante Hieronymum morem refert D. Cyprianus: cum conquereretur enim ad clerum de illis qui lapſos abſque canonica pœnitentia ad ſacrorum communionem reciperent; ſic ait. *Nam cum in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam, juſto tempore; & ſecundum diſciplinæ ordinem, ad exomologeſim veniant, & per manus impoſitionem epiſcopi & cleri jus communicationis accipiant; nunc crudo tempore, perſecutione adhuc perſeverante, nondum reſtituta eccleſiæ ipſius pace ad communicationem admittuntur, & offertur nomen eorum.*

D. Iſidor. in epiſ. ad Ludifredum ep. Cordubenſem. Extat apud Grat. in c. perfectis. 16. diſt. Conc. Emeritenſe c. 19.

D. Hier. in commentar. ſuper Ezech. c. 18.

D. Cyprian epiſ. 10. ad clerum.

Ante

Dion. Areop. l. de eccl. hierarch. c. de commun. ratione. Innoc. I. in epiſt. ad Decentium ep. Eugubinum c. 2. extat apud Crab. in c. de nominibus, de conſecratione diſtin. 2.

Ante Cyprianum, beatus Dionyſius Areopagita. *Et cum ſe*, ait, *omnes mutuo ſalutaverint, myſtica ſacrarum tabularum recitatio fiat*. Cum ante preces celebraturi fieret per diaconum; non ſatis conſentaneum videbatur, illius rationem haberi, cujus munus adhuc oblatum non fuiſſet: qua ratione Innocentius I. ſtatuit ut poſt preces ſacerdotum recitatio nominum offerentium fieret. *De nominibus*, inquit ad Decentium Eugubinum epiſcopum, *recitandis, antequam preces ſacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda ſunt, ſua oratione commendet, quam ſuperfluum ſit, & ipſe pro tua prudentia recognoſcis; ut cujus hoſtiam necdum Deo offeras, ejus ante nomen inſinues, quamvis illi incognitum ſit nihil; prius ergo oblationes ſunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum ſunt oblationes, edicenda: ut inter ſacra myſteria nominentur, non inter alia, quæ ante præmittimus, ut ipſis myſteriis viam futuris precibus aperiamus.* Sacras tabulas ideo vocavit beatus Dionyſius, quia duæ tabulæ erant: altera in qua vivorum, epiſcoporum, & offerentium; altera in qua mortuorum nomina ſcripta erant; & ex illis recitabantur, ut indicat citatus canon concilii Emeritenſis. Diptycha dicebant, tranſlato vocabulo ab oſtreorum diptycho, de quibus alibi uberior tractatio.

Hinc conſtare videtur energumenos, non ſolum non admittendos ad ſanctam euchariſtiæ communionem, ſed nec eorum nomina cum oblatione recitanda.

Conc. Arauſic. can. 13. 14.

Sed adverſatur huic ſententiæ altera concilii Arauſicani primi, qua energumenos a ſacra communione percipienda non ſolum non repelli, ſed expreſſo decreto admitti jubet his verbis. *Energumeni jam baptizati, ſi de purgatione ſua curent, & ſe ſollicitudini clericorum tradant, monitiſque obtemperent, omnimodo communicent, ſacramenti ipſius virtute, vel muniendi ab incurſu dæmonum, quo infeſtantur, vel purgandi, quorum jam oſtenditur vita purgatior.* Idque uſitatum fuiſſe olim in eccleſia ex Proſpero Aquitanico didici, qui refert miraculum, quo dæmoniacus ſumptione euchariſtiæ liberatus eſt. Sic enim inquit. *Quædam juvencula Arabs natione ancilla Dei habitum geſtans, cum in balneo lavans, ſimulacrum quoddam Veneris impudice reſpiceret, & ſeipſam ejque ſe comparans, domicilium ſe diabolo præbuit. Statim ille leo, qui rugiens circuit, quem quærebat, invenit. Meatus igitur gutturis ipſius occupans, nullum cibum nullumque potum trajiciens, per ſeptuaginta ferme dies totidemque noctes, jejunium ſibi diabolus ex capto poſſeſſoque vaſe exhibuit. Hoc monſtrum parentes puellæ per tot dierum ſpatium auferri poſſe ſperantes, dum ingens malum ulterius tolerare non poſſent, ſimul cum filia ſeſe ingeſſerunt ſacerdoti, quæ acta erant fideliter intimantes. Hoc tantum puella fatebatur; avem quamdam noctis medio apparere, quæ ſibi ore neſcio quid infunderet; ſuper tunc inerat cunctis, videre puellam nullis indiciis diuturni jejunii fœdatam; nullo pallore ſeu tabe, vel deformitate confectam; quin potius robuſtam, ſucco viſcerum, mole membrorum. Cumque incredibilia viderentur, quæ dicebantur, habito conſilio in monaſterio puellarum, in quo reliquiæ ſancti Stephani ſitæ ſunt, ſacerdos puellam ipſam præpoſito commendavit. Illic prima tantum die apparuiſſe illam avem aſſerit, ſibique intrepaſſe quod neque fame, neque ſiti cominuſa illum appeteret cibum, cui ſibi accedere non liceret. Per duas ſane hebdomadas, nihil cibi, vel potus ſumens, in monaſterio manſit. Accidit autem, ut quintus decimus dominicus illuceſceret dies, aſcendente noviſſimum ſacerdote, ut matutinum illic ſacrificium ſolito offerretur, puellam præpoſitus ad altare perduxit, eo inceſſu & habitu, quo ſolent, rubore perfuſa, ex ordine mulieres advenire: ſed ut ſe illa proſtravit altari, clamore fletus ſui, cunctis aſtantibus, gemitus, lacrymaſque induxit, quibus tantum malum auferendum præſens plebs dominum exorabat. erat enim ingens murmur in populo. Peracto itaque ſacrificio cum eadem inter cæteras brevem particulam corporis dominici tinctam a ſacerdote perciperet, tentibus mandens trajicere non valuit, nondum illo fugato, de quo dicit apoſtolus: Quæ conſonantia Chriſti ad Belial? manu igitur faciem ejus ſuſtentante ſacerdote, ne ſanctum projiceret, a quodam diacono ſuggeſtum eſt, ut calicem ſalutarem gutturi ejus pontifex applicaret. Quod ut factum eſt, ſtatim ut locum illum, quem diabolus obſederat, ſalutaris liquoris religio, ſacramentum quod ore geſtabat, cum lavacro ſedem eo tranſgreſſiſſe puella clamavit. Fit ingens lætitia, hinc voces in gloriam Dei; quod poſt octoginta & duos dies diabolo exuta, puella de poteſtate fuerat erepta inimici: oblatio ita ut rurſum gratiarum actiones pro ea fit, ſacrificiique percipiens ceteram partem, priſtino eſt reddita uſui.*

Proſper. Aquitanicus lib. 4. prædiction. c. 6. Non eſt Proſperi opus illud.

Verum eſt olim energumenis ſacramentum euchariſtiæ porrigi & amentibus, ut teſtatum facit canon concilii Arauſicani I. Sed multo clarius Joannes Caſſianus. Cum enim Germanus eamdem quæſtionem propoſuiſſet, Serenus reſpondit. Germanus autem ſic interrogat. *Et quomodo eos non ſolum deſpici*, egerat paulo ante de energumenis, *ab hominibus vel horreri, ſed etiam a communione dominica in noſtris provinciis perpetuo videmus abſtinere, ſecundum illam evangelii ſententiam; nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos; cum de illis quemadmodum dicis, ita credendum*

Conc. Arauſicanum can. 13. Joannes Caſſianus collat. 7. ca. 29. & 30. Matth. 7.

*ſit, quod eis purgationis vel utilitatis obtentu, hujus tentationis humiliatio tribuatur.* Serenus. *Si habuerimus hanc ſententiam, immo fidem, quam ſuperius comprehendi, ut & cuncta per Deum fieri, & pro utilitate animarum diſpenſare univerſa credamus: non ſolum nequaquam deſpiciemus eos, ſed etiam pro ipſis tanquam pro membris noſtris, inceſſanter orabimus, eiſque totis viſceribus ac pleno compatiemur affectu. cum enim patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, ſcientes nos abſque illis, utpote membris noſtris, omnimodis conſummari non poſſe: quemadmodum legimus, ne anteriores quidem noſtros ſine nobis repromiſſionis ſummam conſequi potuiſſe, ita de illis apoſtolo pronunciante. Et hi omnes teſtimonio fidei comprobati non acceperunt repromiſſiones, Deo pro nobis melius aliquid providente, ne ſine nobis conſummarentur. Communionem vero eis ſacroſanctam a ſenioribus noſtris nunquam meminimus interdictam: quinimo ſi poſſibile eſſet, etiam quotidie eis impertiri eam debere cenſebant; nec enim ſecundum evangelii ſententiam, quam incongrue huic ſenſui coaptaſtis; Nolite ſanctum dare canibus, ad dæmonis eſcam ſacroſancta communio, & non potius ad purgationem ac tutelam corporis, animæque pervenire credenda eſt: quæ ab homine percepta, eum qui in membris ejus inſidet ſpiritum, ſeu in ipſis latitare conatur, velut exurens fugat incendio. Hoc namque modo curatum & abbatem Andronicum nuper aſpeximus, aliosque quamplures. Magis namque, ac magis inimicus inſultabit obſeſſo, cum eum a cœleſti medicina viderit ſegregatum; tantoque dirius ac frequentius attentabit, quanto eum ab ſpirituali remedio longius ſenſerit abdicatum.*

1. Cor. 12.

Hebr. 11.

Nec id mirum ei videbitur, qui mortuis euchariſtiam tradi, ad fugandos dæmones, apud antiquos legerit, quod in occidente concilium Altiſſiodorenſe, in oriente autem ſextam ſynodum interdixiſſe ferunt: quod ad eamdem ſynodum a Theodoro Balſamone notatum eſt. Hodie autem hujus Illiberritani canonis decretum (omiſſo Arauſicano) obſervandum eſt. nec licebit communionem corporis domini dæmoniacis (dum eo ſpiritu exagitantur) vel furioſis impartiri; nec eorum nomina ſingulatim & publice in ſacrificio recitare: etſi generali oratione pro energumenis orare ſacerdos poſſit: ut divina ſacrificii & orationis virtute fovente, ceſſet perverſa tentatio: quod edocuit nos D. Clemens, ipſius orationis formulam tradens.

Conc. Altiſſiodorenſe can. 12. Sexta ſynodus Conſtantin. can. 83.

B. Clemens lib. 8. conſtitu. apoſt. cap. 7. & 8.

## Neque permittendum, ut ſua manu in eccleſia miniſtret.

*Dæmoniacos a ſacris eccleſiæ functionibus ſemper repulſos.*

## CAPUT LIX.

GRATIANUS in decretorum collectione, antiquum eſſe in eccleſia dæmoniacos miniſtrare, nec debere, nec poſſe docuit, quod ut confirmaret decretum Pii papæ retulit in c. communiter definimus XXXIII. diſtinctione, ubi Pius ſic ait. *Communiter definimus, ut nullus de his, qui aut in terram arrepti a dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incurſibus efferuntur, vel ſacris audeant altaribus miniſtrare, vel indiſcuſſe ſe ingerant ſacramentis divinis, exceptis illis qui corporis incommoditatibus dediti, ſine hujuſmodi paſſionibus, in terram probantur eliſi; qui tamen & ipſi tamdiu erunt ab officii ſui ordine & loco ſuſpenſi, quouſque unius anni ſpatio, per diſcretionem epiſcopi, inveniantur ab incurſu dæmonum liberati.* Sed Gratianus decretum hoc Pio PP. non recte tribuit, cum Pii non ſit, ſed concilii Toletani XI. can. XIII. multis annis poſt Pium habiti; cui ea inſcriptio etiam in decreto Gregoriano reſtituenda eſt.

Correcta inſcripti canonis, Communiter definimus 33. diſt.

Si autem pontificum antiquas conſtitutiones quæramus, omiſſo canone apoſtolorum, extat epiſtola Pelagii PP. ad univerſos epiſcopos per Lucaniam conſtitutos, in qua ait. *Uſque adeo ſane comperimus, illicita quæque præſumere, ut dæmonibus, ſimilibuſque paſſionibus irretitis, miniſteria ſacroſancta tractare tribuatur: quibus ſi in hoc opere poſitis, aliquid propter neceſſitatis occurrat, quis fidelium de ſua ſalute confidat, ubi miniſtros ipſos curationis humanæ tanta perſpexit calamitate vexari? Atque ideo neceſſario removendi ſunt, ne quibuſlibet pro quibus Chriſtus eſt mortuus, ſcandalum generetur infirmis. Poſtremo, ſi corpore ſauciatum fortaſſis aut debilem, nequaquam ſancta contingere lex divina permiſit; quanto magis doni cœleſtis diſpenſatores eſſe non convenit, quod eſt deterius, mente perculſos?* Nicolaus PP. *Clerici qui in adoleſcentia a dæmonibus cognoſcuntur obſeſſi, ad ſuperiorem ſacri regiminis gradum aſcendere non poſſunt.* Idem decrevit Gregorius, ut voluit Gratianus, ſive quod verius videtur, auctor libelli de eccleſiaſticis dogmatibus, qui inter opera D. Auguſtini extat. Trithemius Alcuinum fuiſſe voluit, alii Iſidorum; at plures & majori auctoritate præſtantes Gennadium, ut dicemus poſtea; ſed D. Gregorium ejuſdem ſententiæ fuiſſe, ipſemet his verbis edocuit. *Eodem quoque tempore quidam Aquinenſis eccleſiæ clericus, dæmonio vexabatur, qui a venerabili viro Conſtantio ejuſdem*

Can. 78. apoſt. Pelagius PP. in epiſt. ad univerſos epiſc. per Lucani. conſtitutos cap. 21. apud Grat. in can. uſque adeo, 33. diſt.

Nicolao tribuunt decretum hoc Grat. & Ivo alter in c. clerici 33. diſt. alter parte 11. decretorum ca. 104.

Grat. in ca. maritum 51. diſt. lib. 2. cap. 60.

D. Greg. lib. 1. dialog. cap. 10.

*dem eccleſiæ antiſtite per multa ſponte martyrum loca tranſmiſſus, ut ſanari potuiſſet: ſed ſancti Dei martyres noluerunt ei ſanitatis donum tribuere, ut quanta eſſet in Benedicto gratia demonſtrarent. Ductus itaque eſt ad omnipotentis Dei famulum Benedictum, qui Jeſu Chriſto domino preces fundens, antiquum hoſtem de obſeſſo homine protinus expulit. Cui ſanato præcepit, dicens: Vade & poſt hac carnem ne comedas, & ad ſacrum ordinem nunquam accedere præſumas. Quacumque autem die ad ſacrum ordinem accedere præſumpſeris, ſtatim juri diaboli iterum mancipaberis. Diſceſſit igitur clericus ſanus, & ſicut terrere ſolet animum pœna recens, ea quæ vir Dei præceperat, interim cuſtodivit. Cum vero poſt annos plurimos omnes priores illius de hac luce migraſſent, & minores ſuos ſibimet ſuperponi in ſacris ordinibus cerneret, verba viri Dei, quaſi ex longo tempore oblitus poſtpoſuit, atque ad ſacrum ordinem acceſſit, quem mox is qui reliquerat diabolus tenuit, eumque vexare, quouſque animam ejus excuteret, non ceſſavit.*

Conc. Nican. can. 1. apud Alfonſum Piſanum l. 1.

B In eadem cauſa non deſunt etiam concilia. Nicænum I. *Jubemus ut inſanus non fiat clericus, niſi cum ægrotavit, & opus fuit calidam medicinam facere, unde in melancholiam incidit, cujus inſania cum non ſit cauſa in ipſo, neque ſit ex dæmone habitante in eo, non prohibens ingredi in clerum, neque cogit exire; quare jubemus, ut dæmoniacus non poſſit admitti ad clerum.* Arauſicanum

Conc. Arauſicanum, can. 16.

autem non ſolum clericum fieri vetat, ſed jam factum deponi, jubet. *Energumeni*, ait, *non ſolum non aſſumendi ſunt ad ullum ordinem clericatus, ſed & illi qui ordinati jam ſunt, ab impoſito officio ſunt repellendi.* Quem canonem hodie obſervat eccleſia, tempore quo energumenus erratico ſpiritu exagitatur: quod ſi eo malo liberetur, & ad ordines eccleſiæ & communionem admitti

Can. 78. apoſtolorum.

poſſe, ex apoſtolis Clemens retulit. *Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitur, ſed nec cum fidelibus preces fundito, mundatus vero recipitur, & ſi dignus fuerit, efficitur.* Olim autem in eccleſia Africana, & ſi non poſſent miniſtri eſſe rerum ſacrarum, cogebantur pavimenta eccleſiæ verrere, decreto concilii Carthaginenſis IV. in quo & illud additum, ut victus quotidianus illis ab eccleſia per exorciſtas tribueretur.

Conc. Carth. 4. can. 91. Can. 92. ejuſdem.

*Canon XXX.* Vulgatus.

*De his, qui poſt lavacrum mœchati fuerint, ne ſubdiaconi fiant.*

Subdiaconum eum ordinari non debere, qui in adoleſcentia ſua fuerit mœchatus; eo quod poſtmodum, per ſubreptionem, ad altiorem gradum non ſit promovendus: ſi autem aliqui ſunt in præteritum ordinati, amoveantur.

Canon XXX. *Emendatus.*

D

*De his, qui poſt lavacrum mœchati fuerint, ne ſubdiaconi fiant.*

Subdiaconus eos ordinari non debere, qui in adoleſcentia ſua fuerint mœchati; eo quod poſtmodum, per ſubreptionem, ad altiorem gradum promovebantur: ſi autem aliqui ſunt in præteritum ordinati, amoveantur.

RETULIT hunc canonem Rabanus in ſuo pœnitentium libro c. 4.

*Mœchiæ crimen in adoleſcentia commiſſum ſubdiaconum impedit ordinari.*

CAPUT LX.

Tertull. lib. de pudicitia.

Can. 9.

MOECHIÆ crimine vel devinctos vel notatos, tanquam damnatos irremiſſibile peccato nec ad pœnitentiam damnatos contendit Tertullianus. Sed eum errorem, in quem nimio zelotypiæ furore lapſus eſt, jam diu catholica eccleſia improbavit, nec probavit unquam Hiſpanicæ eccleſiæ ſenatus, cum poſt pœnitentiam abſolvi & communioni reconciliari ſuperius edixerit. Nunc autem ad criminis deteſtationem & retinendam ſacri ordinis dignitatem, decernit eos, qui ad ſacros ordines eligerentur, ea morum & vitæ integritate præſtare debere, ut qui in adoleſcentia ſua fuiſſent mœchati, ſubdiaconi non ordinarentur (videant hæretici quam ſit antiquus ordo ſubdiaconatus) quia cum detecto flagitio,



A pœnitentiam agere debuiſſent, & pœnitentes ad ordines promoveri non poſſent, ut Innocentius ſcribit ad epiſcopos Macedoniæ, ſupervacuum erat, eum ordine ſubdiaconatus inſigniri, cujus functionem non eſſet poſtea habiturus.

Innocen. I. in epiſt. 22. ad epiſcopos Macedoniæ. c. 5.

Sed cur ob crimen ante ordinationem commiſſum, quis ab ordinibus repellatur, etiam poſtea ſuſceptis. Rabanus archiepiſcopus Moguntinus ſcribit ad Heribaldum. *De his vero viſum eſt nobis ſcribendum, qui ſacros ordines habent, & ante, vel poſt ordinationem, contaminatos in capitalibus criminibus ſe eſſe profitentur: in quibus, ut mihi videtur, hæc diſtantia eſſe debet, ut hi qui deprehenſi vel capti fuerint publice in perjurio, furto, atque fornicatione, & cæteris hujuſmodi criminibus, ſecundum ſacrorum canonum inſtituta, a gradu proprio deponantur: quia ſcandalum eſt populo Dei, tales perſonas ſuper ſe poſitas habere, quas ultra modum vitioſas eſſe conſtat. Nempe inde detrahunt homines ſacrificio Dei, & rebelles hinc atque contrarii exiſtentes, eorum pravis exemplis quotidie pejores fiunt, ſicut quondam filiis Heli peccantibus factum eſſe legimus. Qui autem de prædictis peccatis, abſcondito a ſe admiſſis, per occultam confeſſionem, coram oculis Dei, præſente etiam ſacerdote, qui eis indicturus eſt pœnitentiam, confitentur, & ſemetipſos graviter deliquiſſe queruntur, ſi ſe, per jejunia & eleemoſynas vigiliaſque & ſacras orationes cum lacrymis purgare certaverint, his etiam gradu ſervato, ſpes venia de miſericordia Dei promittenda eſt.*

Rabanus Maurus lib. pœnitentium cap. 1.

Refert illud Bur. lib. 19. decret. c. 150 Ivo p. 6. c. 400. etſi parum recte uterque illud concilio Ilerdenſi. can. 10. tribuerit: ut tribuit etiam pœnit. Romanum tit. 8. c. 21 Grat. citat. in c. de his. 50. diſt.

Eo quod, poſtmodum, per ſubreptionem, ad altiorem gradum non ſit promovendus.

*Cur qui in adoleſcentia fuit mœchus, ſubdiaconus ordinari prohibeatur.*

CAPUT LXI.

NON ſatis conſonant verba ſenſuſque hujus canonis in reddenda decreti ratione. Nam ſi mœchum in C adoleſcentia, ante ordinem ſubdiaconatus ſuſceptum, vellent patres hujus concilii ſubdiaconum non fieri, quod mœchi ſubdiaconi eſſe non poſſent: quid addi opus eſſet, eo quod per ſubreptionem ad altiorem gradum non ſit promovendus? Sat enim erat, ſi dixiſſent: placuit nec ſubdiaconem fieri, nec ad altiores gradus promovendum: ſi autem ſubdiaconum fieri vellent, feciſſent etiam ſatis, ſi dixiſſent: placuit eum diaconem fieri, nec ad altiores gradus provehi: ſæpe enim in inferioribus gradibus vel pœnitentiæ cauſa miniſtrare permiſſos, demonſtrat concilium Arelatenſe II. Difficultatem hanc diluit archiepiſcopus Moguntinus Rabanus in ſuo pœnitentium libro, in quo, diverſis canonem hunc verbis conceptum retulit: *Subdiaconos*, ait, *eos ordinari non debere qui in adoleſcentia ſua fuerint mœchati, eo quod per ſubreptionem, ad altiorem gradum promoveantur.* Rabano conſentiunt CC. MS. in quibus vel promoveantur, vel promovebantur, ſine negatione editum legitur. Olim enim non tanta ſubdiaconis eligendis, quanta in diaconis & presbyteris (quod & hodie obſervatur) adhibebatur cura, etſi D enim mœchum in adoleſcentia videri poſſet quibuſdam ordinari ſubdiaconum poſſe; ne tamen in gradu ſuſcepto, per ſubreptionem poſtea, tacito vitæ ante actæ crimine ad altiores conſcenderet, qui ſanctiorem poſcebant vitæ integritatem: ideo viſum eſt patribus, aditum etiam ad hunc gradum mœchis præcludere, ut cautius adoleſcentes viverent, & ſanctius.

Concil. Arelaten. II. can. 26. Rabanus in pœnitentium lib. 2. cap. 4.

Si autem aliqui ſunt in præteritum ordinati, amoveantur.

*Mœchia crimen impedit clericum ordinari, & ordinatum deponit.*

CAPUT LXII.

VERE in hoc dixit Tertullianus, mœchos cum idololatris ſæpe comparari. Quemadmodum enim ex E hæreſi venientes, poſtea ordinatos deponi voluerunt Hiſpani patres, in hoc ipſo concilio, ſic & mœchiæ ſordibus fœdatos hic. Simile in presbyteris conſtituit concilium Neocæſarienſe: *Qui admiſerit corporale peccatum, & hic poſtea presbyter ordinatus eſt, ſi confeſſus fuerit, quod ante ordinationem ſuam peccaverit, non quidem offerat, maneat tamen in aliis officiis propter ejus ſtudii utilitatem; nam cætera peccata conſuerunt plurimi etiam ordinatione privari. Quod ſi de his non fuerit confeſſus, nec ab aliquibus poteſt manifeſte convinci, huic ipſi de ſe poteſtas eſt committenda.* Et mox, idem definivit de diaconis. *Similiter & diaconus ſi in eodem culpæ genere fuerit involutus, ſe ſe a miniſterio cohibebit.* Hodie autem peccatum mœchiæ ante ordinis ſuſceptionem commiſſum, non video impedire clericum ordine poſtea ſuſcepto perfungi, & ſi poſſet impedire & ſuſcipiendum, obſervatis primitivæ eccleſiæ moribus.

Tertul. lib. de pudicitia. Hujus concil. canon 51.

Concil. Neocæſ. can. 9

Idem can. 10.

*Canon XXXI.* Vulgatus

*De adoleſcentibus, qui poſt lavacrum mœchati fuerint.*

Adoleſcentes, qui poſt fidem lavacri ſalutaris fuerint mœchati, cum duxerint uxores, acta legitima pœnitentia, placuit ad communionem eos admitti debere.

Canon XXXI. *Emendatus.*

*De adoleſcentibus, qui poſt lavacrum mœchati fuerint.*

Adoleſcentes, qui poſt fidem lavacri ſalutaris, fuerint mœchati, cum duxerint uxores, acta legitima pœnitentia, placuit ad communionem eos admitti debere.

EXſtat hic canon apud Rabanum Maurum, in ſuo pœnitentium lib. c. 4. in principio.

*Mœchiæ pœnam, caſtitate initi conjugii ſolvi.*

### CAPUT LXIII.

ADOLESCENTES, ut calorem ferventis ætatis conjugali lege prævenirent, recte decernunt Hiſpani patres, ut ſi poſt admiſſum concupiſcentiæ crimen vagandi animum dimiſerint, & certum, ſtabile & caſtum connubium contraxerint, acta legitima pœnitentia, arbitrio epiſcoporum, ad communionem admittantur, remiſſa priorum canonum ſeveritate. Simile eſt quod canone qui præceſſit in virgines mœchantes, ſi poſtea matrimonium cum eiſdem inirent, iidem ſtatuerunt epiſcopi. Nec hanc pudicitiæ curam in viduis adoleſcentibus neglexerunt, inferius; pœnam enim criminI impoſitam, in aliam leniorem commutarunt, ſi peccati commiſſi ſordes, conjugii contracti honeſtate eluerentur. Pari de cauſa ab imperatoribus Chriſtianis poſtea conſtitutum eſt, ut filii antea ex turpi concubitu ſuſcepti, ſi pater cum eorum matre connubium celebraverit, filii efficiantur legitimi; quod ut adoleſcentes ex turpi vita ad caſtitatem conjugii revocarentur, & ut matrimonii dignitas extolleretur, veteres edixiſſe Alexander III. reſcripſit.

Canon. 14. Canone 72.

Alexander 9. in c. tanta, qui filii ſint legitimi.

*Canon. XXXII.* Vulgatus.

*De excommunicatis presbyteris, ut in neceſſitate communionem dent.*

Si quis gravi lapſu in ruinam mortis inciderit, placuit agere pœnitentiam non debere, ſine epiſcopi conſultu; ſed potius apud epiſcopum agat. Cogente tamen infirmitate, non eſt presbyterorum aut diaconorum communionem talibus præſtari debere, niſi eis juſſerit epiſcopus.

Canon. XXXII. *Emendatus.*

*De excommunicatis, ut eis presbyteri in neceſſitate communionem dent.*

Apud presbyterum, ſi quis gravi lapſu in ruinam mortis inciderit, placuit agere pœnitentiam non debere, ſed potius apud epiſcopum. Cogente tamen infirmitate, neceſſe eſt, presbyterum communionem præſtare debere, & diaconum, ſi ei juſſerit ſacerdos.

*Reconciliationem pœnitentium ad epiſcopos ſoles ſpectare.*

### CAPUT LXIV.

EX eccleſiæ officiis, multa ſibi ſolis epiſcopi, juſtis de cauſis reſervarunt, quæ temporis tractu, ad presbyteros poſtea redierunt. Inter illa autem, habita A eſt reconciliatio pœnitentium: hanc enim ſolis epiſcopis competere, vel hujus concilii & Carthaginenſis II. canone admonemur. *Fortunatus epiſcopus dixit, ſi jubet ſanctitas veſtra ſuggeri, nam memini præterito concilio fuiſſe ſtatutum, ut chriſma, vel reconciliatio pœnitentium, nec non & puellarum conſecratio, a presbyteris non fiant: ſi quis autem emerſerit hoc faciens, quid de eo ſtatuendum ſit? Aurelius epiſcopus dixit: audivit dignatio veſtra ſuggeſtionem fratris & epiſcopi noſtri Fortunati; quid ad hæc dicitis? Ab univerſis epiſcopis dictum eſt: chriſmatis confectio, & puellarum conſecratio a presbyteris non fiant, vel reconciliare quemquam in publica miſſa presbyteris non licere: hoc omnibus placet.* Ne autem quis reſervationi huic reconciliandorum pœnitentium, epiſcopis factæ, putaret tunc locum non eſſe, cum pœnitentes gravi lapſu in ruinam mortis incidiſſent, ut loquuntur patres: ideo Aurelius concilii Carthaginenſis præſes, alterum canonem adjecit, in quo docet, nec in extremo morbi licere presbyteris, pœnitentem abſolvere, epiſcopo inconſulto. *Aurelius epiſcopus dixit, ſi* B *quiſquam in periculo fuerit conſtitutus, & ſe reconciliare divinis altaribus petierit, ſi epiſcopus abſens fuerit, debet utique presbyter conſulere epiſcopum: & ſic periclitantem ejus præcepto reconciliare: quam rem debemus ſalubri concilio corroborare: ab univerſis epiſcopis dictum eſt; placet, quod ſanctitas veſtra neceſſario nos inſtruere dignata eſt.* Quod pluribus poſtea Africani verbis promulgarunt, paucioribus antea in hoc canone Hiſpani epiſcopi ſtatuerant; ut ſi quis videlicet, ex pœnitentibus gravi valetudine premeretur, non reconciliaretur a presbytero, epiſcopo inconſulto, quod reconciliatio ſolis epiſcopis tunc competeret: at pœnitentiam pro abſolutione ſive reconciliatione veteres uſurpaſſe, obſervo ex concilio Carthaginenſi IV. *Is*, ait, *qui pœnitentiam in infirmitate petit, ſi caſu dum ad eum ſacerdos invitatus venit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in phreneſim verſus fuerit, dent teſtimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam, & ſi continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem,* C *& infundatur ori ejus euchariſtia; ſi ſupervixerit, admoneatur a ſupra dictis teſtibus, petitioni ſuæ ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ legibus, quamdiu ſacerdos qui pœnitentiam dedit, probaverit.*

Conc. Carthagin. II. can. 3.

Idem can. 4. ſequent.

Conc. Carth IV. can. 76.

Non eſt presbyterorum aut diaconorum talibus præſtari debere, niſi eis juſſerit epiſcopus.

EX codice regio Lucenſi diximus aliter & rectius legendum. *Cogente tamen infirmitate, neceſſe eſt presbyterum communionem præſtare, & diaconum, ſi ei juſſerit ſacerdos.*

*Abſolutio pœnitentium an poſſit deferri diaconis, explicato in eam rem D. Cypriano.*

### CAPUT LXV.

D SI de dominica communione miniſtranda Illiberritani patres ſolum hic agerent, nihil in his verbis eſſet difficile: ſed cum de reconciliatione pœnitentium ſive abſolutione ab epiſcopis indulgenda, egerint prius, & eamdem nunc tractationem in presbyteris & diaconis videantur repetere, non eſt illud facile, cur non presbyteris modo, ſed quod magis eſt, diaconis, ejus impertiendæ non negent facultatem: cum jus ligandi atque ſolvendi ſolis ſacerdotibus conceſſum doceant Ambroſius, Hieronymus, Hilarius & alii. Hoc ut intelligi perſpicique poſſit, duplicem in presbyteris & epiſcopis, cum theologis, obſervo poteſtatem: alteram ordinis; alteram juriſdictionis. Quæ ordinis ſunt, inferioribus aliis ut vices ſuas agant, committere non poſſunt presbyteri, quale eſt Chriſti ſacrificium peragere, confeſſionis ſacramentalis munus mutuo præbere: quæ juriſdictionis ſunt, poſſe, inter omnes convenit: at pœnitentium reconciliationem magis ad hanc, quam ad illam pertinere quis negaverit? Ideoque olim hæc diaconis in abſentia epiſ- E coporum & presbyterorum permittebatur. Quemadmodum enim, excommunicare diaconis licebat, ut auctor eſt Clemens, ſic & excommunicatum ſolvere vel reconciliare: cum ejuſdem ſit ſolvere (ut dixi) cujus & ligare: pœnitentes autem excommunicatos eſſe, hoc eſt privatos communione ſacramentorum & orationum fidelium, in eccleſia, omnibus in confeſſo eſt.

Hinc intelligendus D. Cyprianus in epiſtola ad presbyteros & diaconos; cujus verba ni ſano & vero hoc ſenſu interpretemur, in difficili ſunt. *Quoniam tamen video*, ait, *facultatem veniendi ad vos, nondum eſſe: & jam æſtatem cœpiſſe, quod tempus infirmitatibus aſſiduis & gravibus infeſtat; occurrendum puto fratribus noſtris, ut qui libellos a martyribus acceperunt, & prærogativa eorum apud Deum adjuvari poſſunt; ſi incommodo aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectata præſentia noſtra, apud presbyterum quemcumque præſentem,*

D. Ambroſ. l. de pœnit. Hieronym. & Hilarius in illud Matth. *Quodcumque ligaveris ſuper terram*

D. Clemens l. 8. conſtitut. apoſt. cap. 34

D. Cyprianus in epiſt. 13. ad presbyteros & diaconos.

*Explicatur D. Cyprian. in epiſt. 13. ad presbyteros.*

*tem, vel ſi presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud diaconum quoque exomologeſim facere delicti ſui poſſint, ut manu eis in pœnitentiam impoſita veniant ad dominum cum pace, quam dari martyres literis ad nos factis deſideraverunt.* Lapſos enim, ut publicos pœnitentes, & excommunicatos reconciliari non potuiſſe, niſi ab epiſcopis, antea dixi. Epiſcopis autem vel impeditis vel abſentibus, curam hanc committi poſſe presbyteris & diaconis Cyprianus docet. quod illa magis eſſet abſolutio a publicæ pœnitentiæ legibus, quam ſacramentalibus. Sed ſi quis urgeat verba illa Cypriani. *Exomologeſim facere delicti ſui poſſint.* Hoc eſt, confeſſionem, actum ſupponere pœnitentis, non vero reconciliantis, illud non negabo, neque admittam, ad confeſſionem auricularem ſacramentalem verba eſſe referenda, quod ab antiquis patribus didicerim in antiqua pœnitentis & excommunicati reconciliatione ſolitos fuiſſe ipſos reos delictum & peccatum; propter quod a communione repulſi fuerant, publice coram epiſcopo reconciliante, & omni plebe palamque confiteri, illiuſque indulgentiam ſupplices] poſtulare: cujus antiquam formulam ne nimia deſuetudine obliterata pereat, ſed velut digna poſteritatis memoria conſervetur, ex concilio Arauſicano recitabo.

Refert decretum hoc ex concilio Arauſicano Franciſcus Joverius ad finem ejuſdem concil. extat & apud Gratian. in c. cum aliquis 11. q. 3.

*Cum aliquis excommunicatus*, inquit, *vel anathematizatus, pœnitentia ductus, veniam poſtulat, & emendationem promittit, epiſcopus qui eum excommunicavit, ante januam eccleſiæ venire debet, & duodecim presbyteri cum eo, qui eum hinc & inde circumſtare debent, ubi etiam eſſe debent illi, quibus injuria, vel damnum commiſſum debet emendare, aut ſi jam emendatum eſt, coram teſtimonio comprobari. Deinde interroget epiſcopus, ſi pœnitentiam juxta quod canones præcipiunt, pro perpetratis ſceleribus ſuſcipere velit. Et ſi ille terra proſtratus veniam poſtulat, CULPAM CONFITETUR, pœnitentiam implorat, & de futuris cautelam ſpondet, tunc epiſcopus apprehenſa manu ejus dextera in eccleſiam illum introducat, & ei communionem & ſocietatem Chriſtianam reddat, & ſeptem pſalmos pœnitentiales decantet, cum iſtis precibus*, Kyrie eleiſon, Pater noſter, Et ne nos, Salvum fac ſervum tuum, Deus meus, ſperantem in te. Mitte ei, domine, auxilium de ſancto, & de Sion tuere eum. Nihil proficiat inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponat nocere ei. Eſto ei, domine, turris fortitudinis, a facie inimici. Domine exaudi, &c. Dominus vobiſcum, &c.

*Oratio.*

PRæſta, quæſumus domine, huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum: ut eccleſiæ tuæ ſanctæ, a cujus integritate deviaverat peccando, admiſſorum veniam conſequendo, reddatur innoxius. Per Chriſtum dominum noſtrum, amen.

*Alia oratio.*

MAjeſtatem tuam quæſumus, domine ſancte, pater omnipotens, æterne Deus, qui non mortem, ſed peccatorum vitam ſemper inquiris, reſpice flentem famulum tuum, attende proſtratum, ejus planctum in gaudium tuæ miſerationis converte: ſcinde delictorum ſaccum, & indue eum lætitia ſalutari, ut poſt longam peregrinationis famem de ſanctis altaribus ſatietur, ingreſſuſque cubiculum regis, in ipſius aula benedicat nomen gloriæ tuæ ſemper, amen.

*Alia oratio.*

DEus miſericors, Deus clemens, qui ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, peccata pœnitentium deles, & præteritorum criminum culpas venia remiſſionis evacuas, reſpice ſuper hunc famulum tuum N. & remiſſionem omnium peccatorum ſuorum ſibi tota cordis confeſſione poſcentem, deprecatus exaudi: innova in eo, piiſſime pater, quidquid terrena fragilitate corruptum, vel quicquid diabolica fraude violatum eſt, & unitati corporis eccleſiæ membris redemptionis annecte. Miſerere domine gemituum, miſerere lacrymarum ejus, & non habentem fiduciam niſi in tua magna miſericordia, ad tuæ ſacramentum reconciliationis admitte. Per Chriſtum dominum noſtrum, amen. *Poſt hæc ſecundum modum culpæ pœnitentiam ei injungat & literas per parochiam ſuam dirigat, ut omnes noverint eum in ſocietate Chriſtiana receptum. Aliis etiam epiſcopis hoc notum faciat. Nullus autem epiſcopus alterius parochianum excommunicare vel reconciliare præſumat, ſine conſenſu vel conſcientia proprii epiſcopi.* Non licebat ergo presbyteris, vel diaconis, etiam urgente periculo, pœnitentes reconciliare, ſine epiſcopi conſultatione. quod ſi epiſcopus abſens eſſet, ut conſulere illum temporis anguſtiæ minime paterentur, poſſe presbyterum, vel diaconum illum reconciliare una cum Hiſpanis patribus D. Cyprianus conſentit.

D. Cypr. epiſt. 13. ad presbyteros & diaconos. *Eccleſiæ cauſas graviores jure poſſe Romanus pontifices ſibi reſervare.*

Ex eiſdem item colligitur, epiſcopos in ſua diœceſi caſus ſibi poſſe reſervare; cur igitur tuæ beatitudini, qui ceteris divinæ poteſtatis amplitudine longe præſtas, epiſcoporum & fidelium graviores caſus & cauſas tuo judicio reſervari hæretici queritantur?



A

*Canon XXXIII* Vulgatus

*De epiſcopis & miniſtris, ut ab uxoribus abſtineant.*

Placuit, in totum prohiberi epiſcopis, presbyteris, diaconibus, & ſubdiaconibus poſitis in miniſterio, abſtinere ſe a conjugibus ſuis, & non generare filios: quod quicumque fecerit, ab honore clericatus exterminetur.

Canon XXXIII *Emendatus*

B *De epiſcopis & miniſtris: ut ab uxoribus ſe abſtineant.*

Placuit, in totum prohiberi epiſcopis, presbyteris, diaconibus & ſubdiaconibus poſitis in miniſterio, abſtinere ſe a conjugibus ſuis, & non generare filios: quicumque vero fecerit, ab honore clericatus exterminetur.

RETULIT & probavit hunc canonem concilium Vvormacienſe can. 9.

*Continentiæ legem ſemper ordinibus ſacris annexam in eccleſia, explicata concilii Nicæni hiſtoria de Paphnutio.*

C

## CAPUT LXVI.

QUOTIES Auguſtini ſententia illa in mentem venit, qua docet eas ſcripturas maxima eſſe obſervatione, & commendatione dignas, quæ confutandis hæreticorum erroribus prodeſſe poſſunt: quoties altera occurrit Tertulliani monentis eis maxime deferendum, quarum vetuſtate adverſus hæreticos præſcribitur: toties animo commoveor vehementius ad ſummam religioſorum horum patrum venerationem, qui tot armorum præſidia ad labefactandas hæreticorum machinas de rebus his tam ſanctiſſimis quam vetuſtiſſimis reliquerunt: non convenit ergo cum illi ad promerendum de eccleſia & religione tam fuerint expediti, fidei & religionis ſtudioſos ad referendam gratiam eſſe tardiores. Inter reliqua enim quæ ad retundenda hæreticorum tela appoſite ſanxerunt, hoc unum ad pudicitiæ, & continentiæ ſacræ propugnationem adverſus Lutherum, Calvinum, & reliquos antiquos & recentiores ſectarios magni momenti eſt, quo ab initio eccleſiæ decernunt, ſacros homines, ut divino cultui mancipati diligentius invigilent, matrimonio abſtinere. Antea enim, quemadmodum ipſo humani generis initio inter ſorores & fratres conjugia contrahebantur, quia alii non erant, inter quos illa contrahi poſſent, quæ conſuetudo diu permanſit, quouſque fœcunda jam ipſius humani generis propagatione, illa interdicta eſt, ſic & a principio naſcentis eccleſiæ & religionis, quia alii ætate, virtute & prudentia præditi non erant, qui tanto officio fungi poſſent, opus fuit ex maritis diaconos, ſacerdotes & epiſcopos eligere; quorum uxores quamvis nullo ſacro munere fungi poſſent, epiſcopiſſas, presbyteriſſas, diaconiſſas & ſubdiaconiſſas vocatas, quod his ſacerdotibus nuptæ eſſent (exemplo noſtro, quod marchioniſſæ, comitiſſæ & duciſſæ illæ dicuntur, quæ ducibus, comitibus & marchionibus nuptæ ſunt) ex concilio Altiſſiodorenſi, Turonenſi, & aliis didicimus. Maritos autem jam electos a ſuſcipiendis liberis temperantiæ lege, & præclara apoſtolorum imitatione, & traditione ſemper abſtinuiſſe in eccleſia occidentali, Hieron. Epiphanii & aliorum auctoritate non ambigo: eo præſertim tempore, quo miſſæ ſacrificium aut offerre, aut miniſtrare debuiſſent. Sed cum ex aliorum incontinentium, vel non continentium experimento agnoviſſent poſtea, multa redundare incommoda ex mutua illa conjugum caritate, dum recenti carnis voluptate reſoluti, marcidique toti, ad tractandum & conſummandum immaculatum Chriſti corpus accederent, & in medio forſan ſacrificio, ſe occaſio offerret cogitandi, quomodo uxoribus placere debuiſſent; & illo finito, ſanctificatas prius manus Chriſti corpore, ſtatim illas ad tractandam fœminarum turpitudinem turpius admoverent, divino ſpiritu afflati decreverunt, in totum prohibere, ut qui jam mariti, vel epiſcopi, vel presbyteri, vel diaconi aut ſubdiaconi ordinati ſint (hoc enim ſignificat poni in miniſterio, vel poſitos eſſe in miniſterio) uxorios poſthac amplexus recuſarent,

D. Aug. in epiſt. Joan. tractatu 1. in principio. Tertul. de præſcrip. adverſus hære. cap. 35.

D E

*Antiquorum flaminum uxores flaminicas vocatas Servius Pompejus tradit.*

Conc. Altiſſiodorenſe can. 21. Turonenſe II. can. 20. Hieron. epiſt. 50. in fin. & l. 1. adverſus Jovinianum. D. Epiphan. l. 2. tom. 1. hære. 56.

congruentem ſancto miniſterio quod gerebant, mentis & corporis integritatem ſervantes. Hanc ergo continentiæ legem (ſic enim malo, quam cælibatus illam nuncupare, ut trito magis, quam Latino & proprio ſermone uſurpant noſtri, cum ſciant cælibes eos in jure nuncupari, qui neque ſunt, neque fuerunt unquam mariti, quod ad hanc cauſam non recte accommodatur, cum mariti, jam defunctis uxoribus & viventibus converſis, & continentes eſſe & ad ſacerdotium poſſint admitti.) Hanc igitur continentiæ legem ab Hiſpania primum edito hoc canone a Gallis poſtea renovatam in concilio Arelatenſi II. legimus. *Aſſumi aliquem ad ſacerdotium non poſſe in vinculo conjugii conſtitutum, niſi fuerit promiſſa converſio, non oportet.* Ab Afris deinde repetitam Carthaginenſes patres demonſtrant, nec noviter a ſe ſtabilitam dixerunt, ſed antiquiſſima apoſtolorum traditione ſancitam. *Ita decuit*, inquiunt, *& condecet ſacroſanctos antiſtites, & Dei ſacerdotes, nec non & levitas, vel qui ſacramentis divinis inſerviunt, continentes eſſe in omnibus, quo poſſint, ſimpliciter quod a Deo poſtulant, impetrare; ut quod apoſtoli docuerunt, & ipſa ſervavit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus. Ab univerſis epiſcopis dictum eſt. Omnibus placet, ut epiſcopi, presbyteri vel diaconi, & qui ſacramenta contrectant, pudicitiæ cuſtodes etiam ab uxoribus ſe abſtineant.* Quod graviori pœna propoſita conſtituerunt Hiſpani epiſcopi in concilio Toletano I. ut diaconi videlicet, vel presbyteri liberis operam dantes, ad altiorem gradum non aſcenderent. *Placuit ut diacones, ſi vel integri vel caſti ſint, & continentis vitæ, etiam ſi uxores habeant, in miniſterio conſtituantur: ita tamen, ut ſi qui etiam ante interdictum, quod per Lusitanos antea nos epiſcopos conſtitutum eſt, incontinenter cum uxoribus vixerint, presbyterii honore non cumulentur. Si quis vero ex presbyteris, ante interdictum, filios ſuſceperit, de presbytero ad epiſcopatum non admittatur.* Concilio Agathenſi placuit etiam, ut ſi presbyteri vel diaconi conjugati, ad torum uxorum ſuarum redire voluerint, papæ Innocentii ordinatio vel Siricii epiſcopi auctoritas, quæ eſt his canonibus inſerta ſervetur. *Quod ſi ad aliquos formula illa eccleſiaſticæ vitæ, pariter & diſciplinæ, quæ a Siricio epiſcopo ad provincias commeavit, non probabitur perveniſſe, eis ignorationis venia remittatur: ita ut de cetero penitus incipiant abſtinere, & ita gradus ſuos in quibus inventi fuerint, ſic retineant, ut ad potiora eis non liceat aſcendere. Quibus in beneficio eſſe debet, quod locum ipſum, quem retinent, non amittunt. Si qui autem ſciſſe formam vivendi miſſam a ſancto Siricio epiſcopo deteguntur, neque ſtatim cupiditates libidinis abjeciſſe, illi ſunt modis omnibus ſubmovendi; eo quod poſt admonitionem cognitam, præponendam arbitrati ſunt voluptatem.* Et rurſus. *Sane ſi conjugati juvenes conſenſerint ordinari, etiam uxorum voluntas ita inquirenda eſt, ut ſequeſtrato manſionis cubiculo, religione promiſſa, poſtea quam pariter converſi fuerint, ordinentur.* Idem decrevit poſtea, Taurinenſis ſynodus, Arauſicana, Turonenſis I. Aurelianenſis III. Altiſiodorenſis, Matiſconenſis I. Toletana II. III. IV. VIII. IX. & aliæ quibus libenter abſtineo, ſed tandem Lateranenſis generalis ſub Innocentio III. & Tridentina.

Ex pontificibus autem Clemens papa primus in epiſtola ſecunda (ſi illius epiſtola eſt) Lucius & Stephanus PP. clarius & ſeverius multo Siricius ad Himerium Tarraconenſem & Innocentius papa I. ad Victricium ſive Victorinum, ut Gratianus legit, aut Vitricum (ut ex Rothomagenſium præſulum catalogo Robertus Canalis epiſcopus Abrincenſis refert) in altera epiſtola ad Anaſtaſium epiſcopum Theſſalonicenſem, & in altera ad Ruſticum epiſcopum Narbonenſem, item Pelagius ſive Gelaſius papa ad Cethegum Patricium.

Illud tamen hic prætermitti nec licet, nec expedit; quod concilium Nicænum decreviſſe, Paphnutii ſuaſione, Socrates, Sozomenus & Caſſiodorus tradiderunt, apud Gratianum. *Nicæna Synodus*, ait, *corrigere volens hominum vitam, in eccleſiis commorantium, poſuit leges, quas canones vocamus, in quorum tractatu, videbatur aliquibus, introducere legem, ut epiſcopi, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi, cum conjugibus, quas ante conſecrationem duxerant, non dormirent: ſurgens autem in medio Paphnutius confeſſor contradixit, honorabiles confeſſus nuptias, & caſtitatem eſſe dicens, cum propria conjuge concubitum, ſuaſitque concilio, ne talem poneret legem, gravem eſſe aſſerens cauſam, quæ in ipſis, aut eorum conjugibus occaſio fornicationis exiſteret: & hæc quidem Paphnutius*, licet nuptiarum eſſet inexpertus, *expoſuit: ſynoduſque laudavit ſententiam ejus, nihil ex hac parte ſancivit, ſed hoc in uniuſcujuſque voluntate, non in neceſſitate dimiſit.* Grave nimis viſum eſt Franciſco Turriano utriuſque literaturæ, tum divinæ, tum humanæ laude digno, Nicæni concilii decretum, & Paphnutii monachi & epiſcopi conſilium, indignumque cenſuit utrumque, & tanto concilio, & tanto confeſſore; idemque ſtilum diſputationis, non ad interpretandum concilium, ſed ad infringendam eccleſiaſticorum ſcriptorum, qui id literis tradiderunt, auctoritatem convertit, illos in tota hac Paphnutii hiſtoria impudenter & impie mentitos

A aſſeverans. Sozomenum dicit Theodori Mopſueſtiæ epiſcopi & heretici laudatorem, eaque de cauſa illius hiſtoriam omni fide, auctoritate & probabilitate carere, nec a ſede apoſtolica receptam, ut teſtatur D. Gregorius ad Eulogium epiſcopum Alexandrinum. *In hiſtoria autem Sozomeni*, inquit, *de quodam Eudoxio qui Conſtantinopolitanæ eccleſiæ epiſcopatum arripuiſſe dicitur, aliqua narrantur: ſed ipſam quoque hiſtoriam ſedes apoſtolica recipere recuſat, quoniam multa mentitur, & Theodorum Mopſueſtiæ nimium laudat, atque uſque ad diem obitus ſui, magnum doctorem eccleſiæ fuiſſe perhibet. Reſtat ergo, ut ſi quis illam hiſtoriam recipit, ſynodo, quæ piæ memoriæ Juſtiniani temporibus de tribus capitulis facta eſt, contradicat, qui vero contradicere non valet, illam hiſtoriam neceſſe eſt, ut repellat.* Quibus & illud adjicere potuiſſet Turrianus; minorem fidem & auctoritatem in hiſtoria Nicæni concilii Sozomeno tribui poſſe, quod lapſum illum in tempore ejuſdem concilii & confirmatione legamus: refert enim illud habitum fuiſſe ſub Julio, cum abſolutum fuerit tempore Silveſtri, prædeceſſoris non ſolum Julii, ſed & Marci, cui Julius ſucceſſit, ut demonſtrat epiſtola præſidum

B Oſii & Viti, ac Vincentii legatorum ad eumdem Silveſtrum. Socratem autem Novatianis fuiſſe benevolum & Romanæ eccleſiæ parum amicum aſſerit, aliaque in hiſtoria Nicæni concilii fuiſſe mentitum, ut quod paſcha nunquam celebraretur, niſi ex vetere conſuetudine cujuſque regionis, nihilque Nicænam ſynodum (ut nonnulli, ſicut item ait, vulgo jactarent) de hoc feſto paſcha immutaſſe: quod perinde eſſe videtur, ſi utrumque compareturs, atque dicere, nullum de paſcha canonem ſanxiſſe: cum contra ſint graviſſimi eccleſiæ ſcriptores Epiphanius, Theodoretus, Ambroſius, Gregorius Cappadox in encomio CCCXVIII. epiſcoporum, & alii quos dicit ſe præterire: idem quoque Socratem auſum fuiſſe mentiri, aut certe quod ignorabat pro certo affirmare, eccleſiam Romanam in quadrageſima tres tantum hebdomadas exceptis ſabbato & dominico jejunare: jam quæ fides habeatur in veteri hiſtoria, mentienti in præſenti? Hæc Turrianus contra Socratem: in quo etiam & alio adminiculo ille

C poſſit juvari. Socratem enim multa ex ſuis libris, præcipue quæ duobus complexus eſt, ab ſcriptis Rufini presbyteri ſe accepiſſe, ipſemet narrat, eodem libro: at Rufinum & ejus opera Gelaſium PP. D. Hieronymum ſecutum ut apocrypha damnaſſe, & rejeciſſe in concilio Romano comperio. Sicque videtur hiſtoria hæc de Paphnutii conſilio & Nicæni concilii decreto, his duobus ſuffulta auctoribus, minus ponderis habitura: cum præſertim, nec Euſebius Cæſarienſis, qui interfuit concilio Nicæno, nec poſt illum Theodoretus, nec Theophanes, nec Georgius Cedrenus, de ea hiſtoria mentionem fecerint. Et quia in canone III. ejuſdem concilii Nicæni, ſubintroductas habere epiſcopis, presbyteris, & diaconis interdictum fuit; tanti habita eſt, non ſolum caſtitatis & continentiæ, ſed honeſtatis a concilio ratio, cui non congruit de matrimonio permittendo tanta licentia. Hæc Turrianus & qui illius partes ſuſceperunt, ingerunt nobis, ut credamus totam de Paphnutii confeſſoris conſilio, & Nicæni concilii decreto, confictam eſſe hiſtoriam vel fabellam.

Sed cum attenta animi cogitatione conſidero, quæ

D ſanctus confeſſor epiſcopuſque Paphnutius conſuluit, & Nicænum concilium decrevit, non poſſum non ſatis mirari, quæ cauſa fuerit, quæve tanta in canone difficultas, qua Turrianus commotus in tam antiquos & graves eccleſiæ ſcriptores, tam acres ſermonis & diſputationis aculeos contorſerit. Si ut Calvinum confutaret, qui hujus concilii Nicæni & Paphnutii auctoritate contendit, licere jam ordinatis nuptias contrahere, attentius conſiderare ille potuiſſet, quod Paphnutius confeſſor, non conſuluit concilio, ut ſacerdotes cœlibes matrimonium inirent: ut impie ex eadem hiſtoria collegit Calvinus (hoc enim nec in occidentali nec in orientali eccleſia eſt unquam receptum) ſed id tantum, ut juxta Romanæ & Hiſpanicæ eccleſiæ conſuetudinem (propoſuerat forſan obſervandum id Oſius) Græci omnes & orientales mariti ad ſacerdotium promoti, ab uxoribus antea ductis, tali præcepto non abſtraherentur: his enim verbis eam hiſtoriam Socrates complectitur. *Verum, de una re a Paphnutio geſta hactenus: alteram etiam narrabo, ejus conſilio confectam, quæ & eccle-*

E *ſiæ utilitati, & omnibus qui ſacris ſunt initiati, ornamento eſſe poſſit. Viſum erat epiſcopis, legem novam in eccleſiam introducere, ut qui eſſent ſacris initiati*, ſicut epiſcopi, presbyteri, & diaconi, *cum uxoribus, quas cum erant laici, in matrimonium duxiſſent, minime dormirent. Et quoniam illis erat propoſitum, de hac re conſilium inire, in medio eorum conſeſſu, ſurrexit Paphnutius ac vehementer vociferatus eſt; non grave jugum cervicibus illorum imponendum eſſe, qui erant ſacris initiati, honorabile eſſe conjugium inter omnes, & torum immaculatum: videndum, ne nimis exquiſita præſcriptione, eccleſiam gravi incommodo afficerent. Omnes enim non poſſe ferre tam auſteram diſciplinam, fierique ab omni animi perturbatione vacuam: neque a ſingulorum uxoribus fortaſſe eam caſtimoniam retentum poſſe ſervari. Vici autem cum uxore legitima concubitum, caſtimoniam appellavit, illudque*

*ſatis*

*Cælibes non recte omnes continentes nuncupari.*

Conc. Arelat. II. can. 2.

Conc. Carthag. II. c. 2.

Conc. Tolet. I. can. 1.

Conc. Agathenſe can. 9.

Idem can. 16.

Concil. Taurinenſ. can. 8. Arauſican. c. 23 & 24. Turonenſ. I. can. 1. Aurelian. III. can. 2. Altiſiodor. can. 20. Matiſc. I. can. 11. Tolet. II. can. 1. III. can. 5. IV. can. 43. VIII. c. 5. & IX. c. 10. Siricius in epiſt. 1. ad Himerium epiſcopum Tarraconenſem. Innocentius I. in epiſtola ad Victricium epiſcopum Rothomagenſem. Pelagius ſive Gelaſius papa apud Gratian. de Syracuſana 28. diſt. Socrates lib. 1. hiſt. eccleſ. c. 8. Sozomenus l. 1. c. 22. Caſſiod. in Tripartita l. 2. cap. 14. extat apud Gratian. c. Nicæna ſynodus 31. diſt. Franciſcus Turrianus l. de celib. 3 ſe-

D. Gregor. lib. 6. epiſt. ind. ſeptima ſynodo ſtione 15. epiſt. 195. ad Eulogium epiſcopum Alexandrinum.

Oſii, Viti & Vincentii legatorum epiſt. ad Silveſtrum reperitur ad finem concilii Nicæni.

D. Epiph. adverſus Audianos. Theodoretus in vita Marciani. Ambroſ. lib. 10. epiſt. Greg. Cappadox in encomio 318 epiſcoporum.

Socrat. l. 1 c. 8.

Concilium Romanum apud Gratian. in can. ſancta Romana. 15. diſt.

Lib. de vil. chriſtiana. 3 §. 70

Socrates lib. 1 c. 18.

*ſaltus eſſe, ut qui in clerum ante adſcripti erant, quam duxiſſent uxorem, hi ſecundum veterem eccleſiæ traditionem, deinceps a nuptiis ſe abſtinerent, non tamen quemquam ab illa, quam jampridem cum laicus erat, uxorem duxiſſet, ſejungi debere. Iſtam in, epiſcoporum conventu orationem habuit Paphnutius, cum ipſe non modo nuptias non expertus eſſet, ſed etiam, vere dixerim, mulierem non aliquando attigiſſet. Nam a puero in monaſterio ſeipſum ſevero vitæ diſciplinæque genere totum dediderat: qui quidem propter ſingularem caſtimoniam, præ ceteris plane in magna famæ celebritate vixit. Itaque cum totus epiſcoporum presbyterorum & diaconorum conventus verbis Paphnutii aſſenſiſſet, controverſia de hac exorta penitus ſedata eſt, poteſtaſque permiſſa cuique pro arbitratu ab uxorum conſuetudine abſtinendi.* Hæc Socrates; cui in omnibus pene etiam verbis conſentit Sozomenus. Nec Socrates & Sozomenus ſolum hiſtoriam hanc literis tradiderunt, ſed & Aurelius Caſſiodorus, & Nicephorus. At utrumque Caſſiodorum &

Sozomenus l. 1 c. 22. Caſſiodorus in hiſtoria tripartita l. 2. c. 14. Nicephorus lib. 8. cap. 19.

Nicephorum a Socrate & Sozomeno deſumpſiſſe, ille reſpondebit? deſumpſiſſe non diffiteor; ſed in illos, nec Novatianorum hæreſis, nec Theodori Mopſueſteni amicitia, nec Romanæ eccleſiæ odium, aut concepta a Gregorio magno ſuſpicio, ut in alios retorquebitur: quinimo cum Gregorius magnus Sozomeni fidem auctoritatemque elevaſſet, quod a Theodori partibus ſtetiſſet, retuliſſet profecto, quæ errore tanto (ut voluit Turrianus) de Paphnutio confeſſore & concilio Nicæno impudenter ille confinxerat; cum tanti videri poſſit ad eorum cauſæ confirmationem. Facit tandem ad ſtabiliendam hiſtoriæ fidem, quod ex codice vetuſto bibliothecæ Vaticanæ, in quo illa iiſdem pene verbis continentur, Alfonſus Piſanus refert. *Hæc leges ſcripſit*, inquit, *ipſe ſanctus verum confeſſor in præſentia Deo dilectiſſimi & laudatiſſimi regis Conſtantini de eccleſiaſtica gubernatione. Statuerant autem & aliam legem epiſcopi proponere, quam divinus prohibuit Paphnutius, de qua neceſſarium exiſtimavi narrare admiratione maxima dignam hiſtoriam. Placebat quibuſdam epiſcopis in concilio, novam legem in eccleſiam introducere, & ut de aliis ad eccleſiam pertinentibus, ita & eam legem definire, de eo quod non oporteat clericos ſacri ordinis ſuam quamlibet uxorem ejicere. Statuerant igitur de eo, quod non oportet clericos ſacri ordinis, ſive epiſcopos, ſive hypodiaconos, ſive aliquem in ſacro catalogo, dormire cum uxoribus, quas adhuc laici duxerant. His ita diſpoſitis, ſurgens in medio turba epiſcoporum divinus Paphnutius, magna voce clamavit, dicens: ne gravetis jugum clericorum ſacri ordinis: honorabile enim*, inquit, *connubium in omnibus, & torus immaculatus, ne perfectionis exceſſu eccleſiam magis lædatis, neque enim omnes ferre poſſe ait, vacuam affectibus exercitationem: nemo*, ut opinor, *in caſtitate conſervatur ſi maritorum quilibet uxore privetur; pulchram dico eſſe caſtitatem uniuſcujuſque cum ſua uxore conventum; imo ſeparari hac lege dico eam quam Deus conjunxit, & quam ſemel dum lector eſſet, aut cantor, aut laicus uxorem duxit. Et hoc quidem dixit Paphnutius, cum eſſet omnis conjugii expers, propterea, quod in monaſteriis a pueritia fuerat educatus, ideoque hujus viri conſilio perſuaſa tota epiſcoporum concio, de hac quæſtione tacuit, judicio volentium relinquens continentiam ex conſenſu a propriis uxoribus.* Quod ſi Euſebius, & qui illum ſæpe ſequuntur Ruffinus & Theodoretus, ſiluerunt; ea cauſa fuit, quod Nicæni concilii hiſtoriam, vel ætate, vel negotiis aliis impeditus Euſebius omiſerit, vel ut ex Gelaſio & Zonara colligitur, quod ejus fides cum ea quæ in Nicæno concilio prodita eſt, non ſatis conveniret, ſatiuſque duxit & merito, hiſtoriam concilii Nicæni prætermittere, quam in eam quid grave & reprehenſione dignum ſcribere.

Conc. Nicænum apud Alfonſum Piſanum lib. 3. de actis ejuſdem ad finem.

Gelaſius in concilio Romano in c. ſancta Romana. 15. diſt.

Sed exquiramus a reliquis, quibus eſt rationibus perſuaſus ſanctiſſimus epiſcopus & confeſſor Paphnutius, ut tam ſanctam de continentia ſacerdotali legem Nicæno concilio diſſuaſerit? *Surgens in medio Paphnutius confeſſor*, ajunt Socrates & Sozomenus, *honorabiles confeſſus nuptias, & caſtitatem eſſe dicens, cum propria conjuge concubitum; ſuaſitque concilio, ne talem poneret legem, gravemque afferens cauſam, quæ in ipſis aut eorum conjugibus occaſio fornicationis exiſteret.* Duplex ergo (ni fallor) cauſa ex his verbis Paphnutii elici poteſt: altera quæ matrimonium ipſum, altera quæ conjuges reſpicit. Quæ matrimonium, graviſſima fuit, ne quis putet perfunctorie illum dixiſſe; honorabiles eſſe nuptias, & caſtitatem cum propria conjuge concubitum. Surrexerat paulo ante Euſtachius monachus, qui poſtea Sebaſteæ factus eſt epiſcopus, qui, ut Socrates refert, nuptias fieri prohibuit, a cibis abſtinendum docuit, unde nonnullos qui nuptias contraxerant a connubio ſegregavit, tantoque, tam crudeli, tam impio, tam nefario in nuptias irruit odio, ut in ædibus conjugatorum, precationes fieri vetuerit, benedictionemque presbyteri habentis uxorem, quam laicus duxiſſet, tanquam ſcelus declinandam præceperit; quem quidem, cum alia plura his ſimilia feciſſet, docuiſſetque, Gangris in Paphlagonia coactum concilium gradu epiſcopali dimovit, ejuſque dogmata anathemate damnavit, ut præter Socratem, ipſa ſynodus Gangrenſis docet ad epi-

Socrates lib. 2. c. 33.

Conc. Gangrenſe in præfatione.

ſcopos Armeniæ. *Nam ex eo*, inquit, *quod illi*, Euſtachius videlicet & ſui ſectatores, *nuptias damnarent, & docerent, quod nullus eorum, qui ſunt in conjugio, habet in Deo ſpem, ſeductæ mulieres multæ, ſuis ſubditæ maritis, ab ipſis maritis diſceſſerant, & a propriis uxoribus viri, ſed hoc interim medio, dum continere non valent, adulterium commiſerunt, eaque de cauſa diffamati ſunt, & probris inſimulati.* Et poſt alia. *Et qui nolunt in ædibus conjugatorum*, odio ſcilicet conjugii, *facere preces, factaſque deſpiciunt, ac ſæpe numero, de oblatis in illis conjugatorum domibus non participant; & qui presbyteros conjugatos contemnunt, eorumdemque liturgias non attrectant.* Ut hinc pariter aliqua canoni IV. ejuſdem concilii Gangrenſis lux præferatur. *Si quis exiſtimat de presbytero conjugato, quod eo ſacrificante, non oporteat ipſius oblationi vel ſacrificio communicare, anathema ſit.* Non enim id definivit concilium (ut hæretici noſtri temporis impie contendunt, canonis ſententiam vel ignorantia non aſſequentes, vel quod probabilius eſt, impietate labefactantes) quod voluerit concilium omnes presbyteros & ſacerdotes uxorum vinculis ligari: ſed ut damnaret Euſtachii errorem, qui odio uxorum vel ſacramenti matrimonii, presbyteros in Græcia maritos, ut impios & execrabiles damnabat. Cum hoc autem (ut eo unde egreſſi ſumus revertamur) cognitum haberet & exploratum Paphnutius, ſuperioris Thebaidæ epiſcopus & confeſſor, divino potius ſpiritu afflatus, quam humano aliquo conſilio innixus, caſtas nuptias eſſe dixit: & caſtitatem cum propria conjuge concubitum; ne ſi forſan in tanto concilio, quantum erat Nicænum, nuptiæ clericorum in laico habitu & ſtatu initæ rejicerentur, rudes quidam & imperiti, nuptias ut quid turpe damnari falſo exiſtimarent, altioreſque radices ageret excitata jam Euſtachii monachi hæreſis, ad quam confutandam neceſſe fuit illud concilium Gangrenſe convocari; cui Oſius Cordubenſis, paulo poſt Nicænum, interfuit.

ſeu epiſt. ad epiſcop. Armeniæ.

Explicatur can. 4 concilii Gangrenſis.

Quæ conjuges ratio reſpicit, illa fuit. Omnes enim ferre non poſſe tam auſteram diſciplinam, tamque ab omni animi perturbatione vacuam, neque a ſingulorum uxoribus fortaſſe eam caſtimoniæ normam tuto poſſe ſervari: propoſitum enim erat prius in concilio, ut Socrates refert, novam legem in eccleſiam introducere, ut qui eſſent ſacris initiati, cum uxoribus, quas laici jure in matrimonium duxiſſent, minime dormirent: hoc enim generaliter conſtitui volebant, præcipue in Oriente, in quo concilium agebatur, & cujus ea conſuetudo longius erat progreſſa; nam in pluribus occidentis partibus ea, vel traditione, vel decreto ablata fuerat, ut antea animadverti. Illud aut grave viſum eſt Paphnutio, cum propter hæreſim Euſtachii; tum ob uxorum pericula incontinentiæ: ipſæ enim cum nullo voto eſſent devinctæ: ſi caſtitatem cogerentur ſervare, quam non voverant, cum ſe continere non poſſent, maritorum fide & caritate fraudatæ, in periculo erant labendi in deteriora: a quo etiam periculo effervescentes maritorum juvenum animi ætatis ardore non multum aberant. quos aliquando eligi ſacerdotes, exiguus, qui tunc erat catholicorum Chriſtianorum numerus, & eccleſiæ neceſſitas poſtulabant. Quæ ratio non ſolum Paphnutium, ne illum ut parum caſtitatis amicum repellant noſtri, vel ſuſpectum habeant ſanctiſſimi concilii Nicæni decretum, mirificique paſtoris & confeſſoris Paphnutii conſilium; ſed multo ante Paphnutium, Dionyſium Corinthiorum epiſcopum commovit, ut ad Pinytum Gnoſſiæ eccleſiæ epiſcopum ſcriberet, commonefaciens illum, ne grave ſervandæ, imo compulſæ caſtitatis onus, ac neceſſitatem, fratrum, ac diſcipulorum animis imponeret, in quo multorum periclitaretur infirmitas; cujus rationem habere, & ſuorum imbecillitati ſe attemperare erat neceſſe, quod conſilium laudavit, amplexuſque eſt Pinytus, ut Euſebius, & Nicephorus tradiderunt.

Socrates lib. 1 cap. 11

Euſeb. lib. 4 hiſt. eccleſ. c. 23. Niceph. lib 4 c. 8.

Nec novi quid conſuluit Paphnutius, & decrevit concilium, cum ſemper in oriente ea impunitas & licentia permiſſa fuerit. Qui volebant enim, altioris vitæ faſtigium conſcendere, continenter ſe gerebant; nec poſt ſacerdotium acceptum, ſicut in occidente, uxorum amplexibus implicabantur. Hi autem quibus hanc ſanctam continentiæ traditionem ſequi diſplicebat, uxores antea ductas, domi retinebant, & liberis tanquam ſæculares operam dabant, ut idem Socrates aſſerit & Nicephorus. in quo ſtatu legem continentiæ relinquendam Paphnutius conſuluit, & concilium decrevit, cujus ſententia, omiſſio fuit potius, quam decretum, cum nihil novi decreverit.

Socrates lib. 5. c. 22. Niceph. lib 12. c. 34

Sed progrediamur, diſquiramuſque, an Paphnutius, ſi primus non fuit hujus continentiæ diſſuaſor, an ultimus fuerit? At non fuiſſe ultimum, reſcriptum indicat catholicorum principum, Honorii & Theodoſii ad Palladium P. V. hæc poſt alia dicentium. *Illos autem non relinquat caſtitatis hortator affectio, quæ ante ſacerdotium maritorum legitimum meruere conjugium; nec enim clericis in competenti adjuncta ſunt, quæ dignos ſacerdotio viros ſua converſatione fecerunt.* His accedit Stephanus PP. *Aliter*, inquit, *ſe orientalium traditio habet eccleſiarum, aliter hujus ſanctæ Romanæ eccleſiæ. Nam eorum ſacerdotes diaconi & ſubdiaconi, matrimonio copulantur; iſtius autem*

Hon. & Theodoſ. in l. eum qui C Theodoſ. & Juſtin. de epiſcopis & clericis.

Stephanus PP. apud Grat. in c aliter 31. diſt.

*tem eccleſiæ, vel occidentalium nullus ſacerdotum a ſubdiacono uſque ad epiſcopum licentiam habet conjugium ſortiendi.* Cum autem utriuſque eccleſiæ conſuetudinem retuliſſet, neutram, ut evangelicis apoſtolicisque inſtitutis repugnantem reprobavit, quod facturus non eſſet pontifex, ſi orientalium traditionem Chriſtianæ doctrinæ agnoviſſet adverſam. In qua epiſtola, quia verbum unum, durius culum quibuſdam viſum eſt, ex illo ſiniſtre admodum elicientibus, ſacerdotes orientis, jam ſacratos ordinibus, matrimonia poſſe contrahere, oportet ut interpretatione molliatur. Matrimonio enim ſacerdotes copulari, idem eſt prorſus, quod matrimonii uſum ſive concubitum exercere; ut præter alia Beda demonſtrat. *In tribus*, ait, *quadrageſimis ann.*, *& in die dominico, & in quarta feria, & in ſexta feria, conjugales continere ſe debent, nec illis diebus copulari, quamdiu gravata fuerit uxor uſque ad partum, a partu poſt XXXIII. dies, ſi filius eſt, ſi autem filia, poſt LVI.* Eodem ſenſu verbum copulari uſurpavit vetus translatio canonum ſextæ ſynodi. *Quamvis in Romani*, inquit, *canonis ordine traditum noscimus, eos qui ordinati ſunt, diaconi vel presbyteri profiteri: quod non ſuis jam copulentur uxoribus.* Copulari igitur verbum, pro maris & fœminæ corporum conjunctione intelligendum eſt, nam jam ſemel ſacratos in oriente, ut in occidente, celebrare connubia non potuiſſe, iidem qui hiſtoriam Paphnutii retulerunt, literis comprobarunt, Socrates, Sozomenus, & Nicephorus, & præter hos concilii Neocæſarienſis patres.

*Explicatur Stephani PP. decretum de matrimoniis orientalium.*

Beda in lib. de remedio peccatorum

Sexta ſynodus, can. 3.

Socrates, Sozomenus & Nicephorus, in locis ſuperius citatis. Conc. Neocæſari. can. 1.

Sed ad hiſtoriam Paphnutii redeamus, videamusque an illius conſilium reliqui poſt Stephanum pontifices improbaverint. Gregorius magnus (cum paulo ante Pelagius ſecundus, qui illum in ea dignitate præceſſit, ſubdiaconos Siciliæ uxoribus ſuis permiſceri Romanæ eccleſiæ legibus prohibuiſſet) duram ejus conſtitutionem exiſtimans ſubſtulit, decernens, ut qui jam matrimonio conjuncti erant, ab eo minime ſepararentur; ſed permitterentur copulari. *Ante triennium*, inquit, *omnium eccleſiarum ſubdiaconi Siciliæ prohibiti fuerant, ut more Romanæ eccleſiæ, ſuis uxoribus nullatenus miſcerentur, quod mihi durum atque incompetens videtur, ut qui uſum continentiæ non invenit, neque caſtitatem promiſit, compellatur a ſua uxore ſeparari, atque per hoc, quod abſit, in deterius cadat.* Eſtne aliud quod Paphnutius conſuluit, ab eo, quod Gregorius in Sicilia præcepit; niſi quod ille generaliter in Græcia in omnibus ordinibus ſacris, quia de omnibus oblata fuerat diſceptatio, Gregorius autem peculiariter de ſubdiaconis Siciliæ, quia de his ſolum inſtitutus ſermo & quæſtio orta in Sicilia erat? illud ſolum Gregorio, quod ſubdiaconi in poſterum in Sicilia non ordinarentur, ni prius caſtitatis legibus ſe diſertis verbis addixiſſent. *Unde videtur mihi*, inquit, *ut a præſenti die epiſcopis omnibus dicatur, ut nullum facere ſubdiaconum præſumant, niſi qui ſe victurum caſte promiſerit: quatenus & præterita mala, quæ propoſito mentis appetita non ſunt, violenter non exigantur, & futura mala caute caveantur.* Nec Gregorius ſolum conſuetudinem Græcorum non improbavit, ſed nec Innocentius III. Cum enim ab eo quæreretur, per Acheruntinum archiepiſcopum, an filius ſacerdotis Græci, ad epiſcopatum Anglonenſem poſſet promoveri (filios enim ſacerdotum, ad eccleſiaſticas dignitates eccleſia vix unquam admiſit) elegerant enim illum canonici Anglonenſes: reſpondit archiepiſcopo Innocentius, ut ad confirmationem illius, & conſecrationem, ſine dubio, procedat. *Nos igitur attendentes*, ſcribit, *quod orientalis eccleſia votum continentiæ non admiſit: quoniam orientales in minoribus ordinibus contrahunt, & in ſuperioribus utuntur matrimonio jam contracto: mandamus, quatenus niſi pro eo quod inter Latinos Græci hujuſmodi converſantur, regionis conſuetudo repugnet, & ſi*

Grego. magn. in epiſt. ad Petrum ſubdiaconum Siciliæ lib. 1. epiſt. 42. Extat apud Grat. in c. ante triennium 31. diſt.

Idem in eadem epiſtola.

Innoc. III. in c. cum olim de clericis conjugat.

A *aliud canonicum non obſiſtat, ad confirmationem & conſecrationem ſine dubitatione procedat.* Quod & Clemens III. papa docuit, dum ait: *Quæſitum eſt utrum ſacerdotibus Græcis, quibus legitimo matrimonio licet uti, pœnitentia publica ſit imponenda, ſi eam poſtulent ſibi pro filiis oppreſſis injungi, &c.* Si illis enim in Græcia matrimonio uti non liceret, non utique id pontifex affirmaſſet, oppreſſionemque infantis majori ſeveritate damnaſſet. Nec in concilio Lateranenſi generali ſub Innocentio III. ea conſuetudo improbata eſt: nam cum Latinis clericis omnium fœminarum commercium pœnis graviſſimis interdiceretur, de Græcis hæc patres decernunt. *Cum autem ſecundum regionis ſuæ morem, non abdicarunt copulam conjugalem, ſi lapſi fuerint, gravius puniantur, cum legitimo matrimonio uti poſſint.* Hæc longius ad defenſionem Paphnutii, magis quam Græcorum, deducere adducereque placuit, ne tanto patri tanto, epiſcopo, & confeſſori impudicitiæ, vel incontinentiæ nota imponatur, neve concilio Nicæno hæretici falſo putent leges omnes, quas ipſi impudentiæ ſanciunt,
B confirmari, cum illud non decernat, nec approbet Græcorum conſuetudinem, ſed ne ob hæreſim Euſtachii, tunc recenter exortam, impingerent ad eumdem ſcopulum, erroris anſam ex concilio ſiniſtre ſumentes, ideo ſuperſederunt continentiæ legi in Græcia ſolum & oriente: nam de ejus ſacerdotibus ſolum nata fuerat diſceptatio, & in eis ſolum, opus erat novæ illius legis conſtitutione, cum in reliquis occidentis provinciis, ſive traditione, ſive lata conſtitutione id jam obſervaretur: quod & conſuluiſſet ipſe Turrianus, ſi in conc. Græco & Græcorum epiſcoporum majori ex parte coacto interfuiſſet, vidiſſetque concilii taciturnitate & conniventia, hæreſeos & errorum periculis (quæ ex prohibitione redundabant) aditum intercludi. Illa autem ſi abfuiſſent, non Latini modo, ſed & ipſi Græci continentiæ legem peculiari decreto procul dubio indixiſſent: nam in eam ſententiam fat fuiſſe propenſos epiſcopos omnes, Socrates & Sozomenus ſcripſerunt: at prudentes legislatores temporum viciſſitudini cedere &
C poſſe & debere, philoſophorum placitis, experimentiſque multis edocti ſumus.

Clement. 3. PP. in c. quæſitum de pœnitent. & remiſſ.

Quod autem de ſubintroductis ad refellendam Paphnutii hiſtoriam alii referunt, leviſſimum eſt: quia ſubintroductas habere illis ſolum interdictum fuit, qui uxores nunquam duxerant, vel ductis carebant, ut teſtantur concilii Troslejani patres. *Quique*, ajunt, *clericatui nituntur officio, extranearum mulierum familiaritatem habere prohibentur, matrum, ſororum, aut filiarum ſibi ſolatia intra domum ſuam noverint tantum eſſe conceſſa: ſed quia ſub occaſione iſtarum perſonarum, aliæ mulieres ſubintroduci cœperunt, ſancti Africani canones decreverunt: ut nec ipſi epiſcopi, aut presbyteri ſoli habeant acceſſum ad viduas, vel virgines, vel quaſcumque feminas; ſed ubi aut clerici præſentes ſint, aut graves aliqui Chriſtiani, &c.* Hinc Juſtinianus imperator, ejuſdem concilii Nicæni probans decretum, *presbyteris*, ait, *diaconis & ſubdiaconis & aliis in clero ſcriptis non habentibus uxores, ſecundum regulas divinas, interdicimus & nos, mulierem habere in ſua domo, &c.*

Conc. Troslejan. can. 9.

Juſtin. in authen. de ſanctiſſim. epiſt. § Presbyteris collat. 9.

D Illud autem poſtremo loco reſervavi, incertum eſſe, an hic Paphnutius idem ſit cum eo, quem tandem in hæreſim Meletianorum lapſum admonuit D. Epiphanius: eumdem enim indicant Paphnutii nomen, Ægypti locus, Conſtantini imperium; alium vero, maturitas ætatis hujus quiete, pure, pie, & ſapienter peracta, ſpectata prudentia, ſingularis morum integritas, clara literarum cognitio, inſignis præteritæ confeſſionis gloria, ac tandem divina illa edendi miracula virtus: in re dubia pietatis & religionis conſideratio, æquiorem tueri partem ſuadet.

D. Epiphanius adverſus hæreſes 68. hæreſi.

# DE CONFIRMANDO CONCILIO ILLIBERRITANO,

## LIBER III.

**Canon XXXIV.** Vulgatus.

*Ne cerei in cœmeteriis incendantur.*

Cereos per diem placuit, in cœmeterio non incendi: inquietandi enim ſanctorum ſpiritus non ſunt. Qui hæc non obſervaverint, arceantur ab eccleſiæ communione.

**Canon XXXIV.** *Emendatus.*

*Ne cerei in cœmeteriis incendantur.*

Cereos per diem placuit, in cœmeteriis non incendi: inquietandi enim ſanctorum ſpiritus non ſunt. Qui hæc non obſervaverint, arceantur ab eccleſiæ communione.

*Cereos in cœmeteriis incendi prohibitum ad inquietandos ſanctorum ſpiritus: & quid ſit ſpiritus inquietare.*

### CAPUT I.

Citati ſuperius lib. 2. cap. 4.

SI catholici ſcriptores, beatiſſime pater, ingenii & doctrinæ laude præſtantes, tam audacter, & acerbe carpunt, quam plene non capiunt concilii ſententiam; & propriam erroris culpam in ſanctiſſimos eccleſiæ patres conciliorum auctores reiiciunt: non adeo mirum, ſi hæretici, pietatis & religionis Chriſtianæ, vel ignari, vel hoſtes, in eadem ignorantiæ, vel temeritatis veſtigia incurrant. Aiſe erant nonnulli, canonis ſententiam a Chriſtianæ doctrinæ, & antiqua eccleſiæ moribus alienam, quod cereos in defunctorum, vel ſanctorum monumentis accendi, prohibitos judicarint; ſed ſi paulo altius, patrum mentem pleniſſimam religionis perpendiſſent, reperiſſent profecto, non hoc pietatis documentum; ſed antiquæ ſuperſtitionis radices convellere voluiſſe. Pertinet enim ad epiſcopos non minus in ſuperſtitione ex hominum animis evellenda, curam, ac diligentiam impendere, ac in religione ſtabilienda, & augenda induſtria laboreque invigilare. Quocirca præſenti conſtitutione non prohibent generaliter, cereos in cœmeteriis accendi; id enim cum ex natura ſua (ut philoſophi docent) indifferens ſit, ſi juſto & pio religionis zelo accendantur, pium & religioſum erit: ſin minus, profanum & impium: quod hujus canonis ſanctione prohibuiſſe patres, ratio conſtitutionis reddita perſpicuis verbis demonſtrat. *Inquietandi enim*, ait, *ſanctorum ſpiritus non ſunt*. Cum enim hæc ſit præcipua ferendæ & latæ legis ratio, perinde ac ſi dixiſſent patres: Cereos placuit in cœmeteriis non incendi, ad inquietandos ſanctorum ſpiritus; non quod vere inquietari poſſe animas crediderint Hiſpani patres, quinimo ut plenum ſuperſtitionis crimen illud interdixerunt, & anathemate damnarunt, ſed quod inquietari poſſe putarent, & vellent hi, qui animas evocare cereis contendebant: quorum errorem epiſcopi conantur evellere, decernentes ne cerei incenderentur ad eam evocationis ſuperſtitionem, quæ vere ad magiam, ſeu necromantiam ſpectabat. Inquietare enim, ſeu inquietare velle ſanctorum ſpiritus, idem eſt prorſus, quod velle e quiete, in qua morantur, educere, & ad præſentis uſuram lucis revocare, quod alii ſolicitare, elicere, educere, evocare, evellere, inclamare, ciere manes dicunt. Olim enim evocare, & inquietare piorum manes, ad conſulendum eos de futurarum rerum eventu & veritate ſe velle & poſſe, magi quidam, ſeu necromantici jactabant pernicioſo dæmonum aſtu, ut dum hanc ſibi rerum futurarum divinationem uſurparent, ſupernam Dei potentiam & divinitatem æmulari viderentur; quo & facilius poſſent primos Chriſtianæ religionis ſectatores a vero Dei cultu, ad inanes & falſas illorum ſuperſtitiones falſis præſtigiis traducere. Qua ratione eorum artem ſecundam idololatriam recte Tertullianus nuncupavit. Qui eam exercebant manes inclamando, inquietare ſpiritus vel animas dicebantur: id que non probabili modo conjectura, ſed graviſſimo omnium teſtimonio, ſancti videlicet ſpiritus doctrina confirmabo.

Tertull. lib. de anima c. 57.

Cum enim mortuo Samuele viro ſancto, & propheta, Saul in expeditione eſſet belli adverſus Philiſthæos, veniſſetque in Gelboe, & vidiſſet caſtra Philiſthæorum, gravi illum terrore fuiſſe commotum ſacri codices ferunt; eaque de cauſa conſuluiſſe dominum: & cum ab eo reſponſum non accepiſſet, nec per ſomnia, neque per ſacerdotes, neque per prophetas, ſervis ſuis ſic præcepiſſe. *Quærite mihi mulierem habentem Pythonem, & vadam ad eam; & ſciſcitabor per illam: & dixerunt ſervi ejus ad eum, eſt mulier Pythonem habens in Endor. Mutavit ergo habitum ſuum, veſtituſque eſt aliis veſtimentis, & abiit ipſe & duo viri cum eo; veneruntque ad mulierem nocte, & ait illi: divina mihi in Pythone, & ſuſcita mihi, quem dixero tibi; & ait mulier ad eum: ecce tu noſti, quanta fecerit Saul, & quomodo eraſerit magos, & hariolos de terra; quare ergo inſidiaris animæ, ut occidar? juravit ei Saul in domino dicens: vivit dominus, quia non eveniet tibi quidquam mali propter hanc rem. Dixitque ei mulier: quem ſuſcitabo tibi? Qui ait: Samuelem. Exclamavit voce magna, & dixit ad Saul. Quare impoſuiſti mihi? tu es enim Saul. Dixitque ei rex: noli timere. Quid vidiſti? & ait mulier ad Saul. Deos vidi aſcendentes de terra. Dixitque ei: qualis eſt forma ejus? Quæ ait: vir ſenex aſcendit, & ipſe amictus eſt pallio. Et intellexit Saul, quod Samuel eſſet, & inclinavit ſe ſuper faciem ſuam in terra, & adoravit. Dixit autem Samuel ad Saul. Quare inquietaſti me, ut ſuſcitarer? & ait Saul: coarctor nimis: ſi quidem Philiſthiim pugnant adverſum me, & Deus receſſit a me, & exaudire me noluit, neque in manu prophetarum, neque per ſomnia. Vocavi ergo te, ut oſtenderes mihi quid faciam. Et ait Samuel: quid interrogas me, cum dominus receſſerit a te, & tranſierit ad æmulum tuum? faciet enim tibi dominus, ſicut locutus eſt in manu mea, & ſcindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo David; quia non obediſti voci domini, neque feciſti iram furoris ejus in Amalech. Idcirco quod pateris fecit tibi dominus hodie.* Ecce quomodo verbum, inquietare, pro educere e quiete, vel ſuſcitare, uſurpat ſcriptura. Quæ evocandi manes profeſſio, & ars, quam necromantiam vocabant, apud Romanos, Hiſpanos & alias nationes erat frequentiſſima: ejuſque error tanto altius illorum animis inhæſerat, quanto major de admirabili ejuſdem auctoris ſapientia concepta erat opinio & exiſtimatio. Mercurium enim Triſmegiſtum fuiſſe, Prudentius his verbis cecinit.

1. Reg. 28

*Succeſſit Jovis imperio corruptior ætas:*
*Qua docuit rigidos vitiis ſervire colonos.*
*Expertes furandi homines hac imbuit arte*
*Mercurius, Maja genitus, nunc magnus habetur*
*Ille Deus, cujus dedit experientia fures.*
*Nec non Theſſalicæ doctiſſimus ille magiæ*
*Traditur extinctas ſumpta moderamine virga*
*In lucem revocaſſe animas, Cocytia lethi*
*Jura reſignaſſe ſurſum revolantibus umbris.*
*Aſt alias damnaſſe neci, penituſque latenti*
*Immerſiſſe chao: facit hoc ad utrumque peritus*
*Ut fuerit, geminoque armaret crimine vitam,*
*Murmure nam magico tenues excire figuras,*
*Atque ſepulchralis ſcite incantare favillas,*
*Vita itidem ſpoliare alios ars noxia novit.*
*Artificem ſcelerum ſimplex mirata vetuſtas*
*Supra hominem coluit, ſimulans per nubila ferri,*
*Aligeriſque leves pedibus tranſcurrere ventos.*

Prudent. l. 1. contra Symmachum

Cum enim inter alios hujus ſuperſtitionis errores putarent, mortuorum animas circa tumulos, & corporum ſuorum reliquias oberrare, ut tradit Lactantius, perſuaſi etiam erant, verborum quorumdam virtute educi facile, adducique poſſe. De Appione ſcribit Plinius manes Homeri evocaſſe, ut ſciret qua patria, quibuſve parentibus genitus eſſet; non tamen auſum fuiſſe profiteri, quid ſibi reſpondiſſet. De C. Vatinio Cicero: *Et quoniam omnium rerum magnarum*, ait, *a diis immortalibus principia ducuntur, volo ut mihi reſpondeas. Tu qui te Pythagoreum ſoles dicere, & hominis doctiſſimi nomen tuis immanibus, & barbaris moribus prætendere; quæ te tanta pravitas mentis tenuerit, qui tantus furor, ut cum inaudita, & nefaria ſacra ſuſceperis, cum inferorum animas elicere, cum puerorum extis deos manes mactare ſoleas; auſpicia, quibus hæc urbs condita eſt, quibus omnis reſpublica, atque imperium tenentur, contempſeris.* De Canidiæ, & Saganæ veneficiis Horatius.

Lactantius l. 2. divinarum ca. 2. Plin. lib. 30. c. 2.

Cicero oratione in Vatinium.

Horatius lib. 1. Satyra 8.

Vidi

*Hæc erat Cratidia veneſica Neapolitana.*

*Vidi egomet nigra ſuccinctam vadere palla*
*Canidiam pedibus nudis, paſſoque capillo,*
*Cum Sagana majore ululantem (pallor utraſque*
*Fecerat horrendas aſpectu) ſcalpere terram*
*Unguibus, & pullam divellere mordicus agnam*
*Cœperunt: cruor in foſſam confuſus; ut inde*
*Manes elicerent animas reſponſa daturas.*
*Lanea & effigies erat; altera cerea: major*
*Lanea, quæ pœnis compeſceret inferiorem:*
*Cerea ſupplicitor ſtabat ſervilibus, utque*
*Jam peritura, modis, Hecatem vocat altera ſævam,*
*Altera Tiſiphonem, ſerpentes, atque videres*
*Infernas errare canes; lunamque rubentem,*
*Ne foret his teſtis, poſt magna latere ſepulchra.*

*Philoſtratus in vita Apollonii.*

*De Apollonio Tyaneo Philoſtratus commemorat, quod cum veniſſet ad ſepulchrum Achillis, obteſtatus eſt illius manes, ut ſibi antiquam illius imaginem demonſtrarent; tunc autem tumulus leviter intremuit, mox juvenis quidam apparuit primo ſtatura cubitorum quinque, paulo poſt duodecim, pulchrior quam dici poſſit, interrogavit autem quædam frivola: videns autem adoleſcentem nimirum laſcivientem, cognovit eum a dæmone occupatum eſſe compulitque dæmonem corpus ejus relinquere.* De Nerone autem prodit Svetonius cum matris a ſe occiſæ ſpecie exagitaretur, verberibus furiarum ac tædis ardentibus, illius manes educere, & exorare facto per magos ſacro tentaſſe. Quod & ætate poſteriori fieri conſueviſſe, colligi videtur ex Auguſtino, dum nec certum ſibi eſſe tunc reſpondit ad Simplicianum, an animæ defunctorum ſic evocatæ magicis carminibus ſuſcitari poſſent, profundioremque & perplexiorem eſſe inquiſitionem, quam a ſe tunc inveſtigari poſſet: idque videtur etiam ſenſiſſe Lactantius, dum probans animæ immortalitatem contra Gentes. *Falſa eſt ergo,* ait, *Democriti, & Epicuri, & Dicæarchi de animæ diſſolutione ſententia; qui profecto non auderent de interitu animarum, mago aliquo præſente diſſerere; quod ſciret certis carminibus ciere ab inferis animas, & adeſſe, & præbere ſe humanis oculis videndas, & loqui, & futura prædicere: & ſi auderent, re ipſa & documentis præſentibus vincerentur.* Audacius multo Simon ille, ob excellentiam hujus artis magus nuncupatus, qui evocare manes, ſuſcitare mortuos, & alia mira efficere ſe poſſe divina virtute, jactitabat, Cujus heretici ſectatores, adeo ſe extollebant, ut non ſimplicium tantum hominum, ſed & SS. & prophetarum animas ſe educere poſſe gloriarentur, ut auctor eſt Tertull. a quo illi graviſſime refutantur. *Sic & in illa,* ait, *alia ſpecie magiæ, quæ jam quieſcentes animas evellere ab inferis creditur, & conſpectui exhibere, non alia fallaciæ vis eſt operatior plane, quia & phantaſma præſtatur, quia & corpus adſingitur, nec magnum illi exteriores oculos circumſcribere, qui interiorem mentis aciem excæcare perfacile eſt. Corpora denique videbantur Pharaoni, & Ægyptiis, magicarum virgarum dracones; ſed Moſei veritas mendacium devoravit. Multa utique & adverſus apoſtolos Simon dedit, & Elymas magi; ſed plaga cæcitatis de præſtigiis non fuit; quid novi æmulatio veritatis ab ſpiritu immundo. Ecce hodie ejuſdem Simonis hæreticos tanta præſumptio artis extollit; ut etiam prophetarum animas ab inferis movere ſe ſpondeant: & credo, quia mendacio poſſunt: nec enim Pythonico tunc ſpiritui minus licuit animam Samuelis effingere, poſt Deum, mortuos conſulente Saule. Abſit, alioquin ut animam cujuslibet ſancti, ne dum prophetæ, a dæmonio credamus extractam, edocti quod ipſe ſatanas transfiguretur in angelum lucis, ne dum in hominem lucis, etiam Deum ſe aſſeveraturus, ſignaque portentoſiora editurus, ad evertendos, ſi fieri poſſit, electos dubitavit, ſi forte tunc prophetam ſe Dei aſſeverare, & utique Sauli, in quo jam ipſe morabatur, ne putes alium fuiſſe, qui phantaſma adminiſtrabat, alium qui commendabat; ſed eumdem ſpiritum, & in pſeudo propheti de, & in apoſtata facile mentiri, quod fecerat credi, per quem Saulis theſaurus illic erat, ubi & cor ipſius, ubi ſcilicet Deus non erat, & ideo per quem viſurum ſe credidit, vidit; quia per quem vidit & credidit: & ſi de nocturnis imaginibus opponitur, ſæpe non fruſtrari mortuos vivos: nam & Naſamonas propria oracula, apud parentum ſepulchra manſitando captare, ut Heraclides ſcribit, vel Nymphodorus, vel Herodotus: & Celtas, apud virorum fortium buſta eadem de cauſa abnoctare, ut Nicander adfirmat: non magis mortuos vere patimur in ſomnis, quam vivos: ſed eadem ratione mortuos, qua & vivos: at ſomnia quæ videntur, vera ſunt. Non enim videntur, quia vera ſunt, ſed quia adimplentur: ſides ſomniorum de effectu, non de conſpectu renunciatur. Nulli autem animæ omnino inferos patere ſatis dominus in argumento illo pauperis requieſcentis, & divitis ingemiſcentis ex perſona Abrahæ ſanxit; non poſſe relegari renunciatorem diſpoſitionis infernæ: quod vel tunc licere potuiſſet. Ut Moyſi & prophetis crederetur; ſed & ſi quaſdam revocavit in corpora Dei virtus in documenta juris ſui, non idcirco communicabitur fidei, & audacia magorum, & fallacia ſomniorum, & licentia poetarum. Atqui in reſurrectionis exemplis, cum Dei virtus, ſive per prophetas, ſive per Chriſtum, ſive per apoſtolos in*

*Svetonius in vita Neronis c. 34.*
*D. Aug. in reſponſo ad 3. quæſtionem Simpliciani lib. 2.*
*Lactan lib. 2. divin. inſtit. c. 13.*
*Tertull. lib. de anima c. 57.*
*Exod. 7.*
*Actor. 13.*
*1. Reg. 28*
*2. Cor. 11.*
*2. Theſ. 2.*
*Matt. 24.*
*1. Reg. 28.*
*Matth. 5.*

A *corpora animas repræſentat, ſolida, & contrectabili & ſatiata veritate, præjudicatum eſt, hanc eſſe formam veritatis, ut omnem mortuorum exhibitionem incorporalem præſtigias judices.* Hæc Tertullianus adverſus Simonis magi, & ejus ſectatorum præſtigias: qui non rudioribus tantum, ſed omnibus generaliter perſuadere contendebant, ſe animas ſanctorum, & prophetarum e quiete, qua fruebantur, educere poſſe. Quem errorem ab antiqua, & vana Gentium ſuperſtitione hauſerunt; quas ſolitas deorum, vel dæmonum potius manes evocare præſtigiis multis, Plinius docet. Herba enim Aglaophoti illos evocaſſe manes, Gemma Anancitide, & aliis multis teſtatur. Quorum omnium impio errori, ne in Hiſpania invaleſceret, aditum intercludere volentes ſanctiſſimi Hiſpaniæ patres, prohibuerunt accendi cereos; non in eccleſiis, ut nonnulli parum recte ſcripſerunt: (quia de luminaribus eccleſiæ ad celebranda divina non agunt, nec in eccleſiis tunc ſepeliebantur mortui) ſed in cœmeteriis, in quibus ſanctorum, & defunctorum corpora repoſita
B erant. In his ſolum incendi cereos ad inquietandos ſanctorum ſpiritus noluerunt: hoc enim, non ſignificant modo, ſed explicant, dum rationem conſtitutionis addentes, ajunt: *Inquietandi enim ſanctorum ſpiritus non ſunt.* Fuit namque uſitatum his patribus, quod principaliter conſtituere volebant, ut breviori contextu canones conciperent, in vim rationis referre; quod diſertis hujus & aliorum canonum verbis comprobabo, XXXVI. præſertim, in quo ajunt: *placuit picturas in eccleſia eſſe non debere; ne quod colitur & adoratur, in parietibus depingatur.* Non enim generaliter ſacras omnes picturas placuit illis prohiberi, ſed eas ſolum, quæ coli & adorari debent, ne pingerentur in parietibus, ut in ejus canonis interpretatione pluribus differemus. Cereos autem in omnibus ſacris adhiberi, & in his quæ ad eliciendas mortuorum animas fieri conſueverant, notius eſt, quam ut a nobis fuſius debeat comprobari: ne tamen teſtes deſint, Plinium adferam, qui de ſanguine hyænæ loquens. *Eodem* inquit, *tactis poſtibus irritumque magorum infeſtari artes, non elici deos, nec colloqui, ſive lucernis, ſive pelvi, ſive aqua, ſive pila,*
C *ſive quo alio genere tententur.* Et poſt loquens de magia, *Ut narravit Oſthanes, ſpecies ejus plures ſunt. Namque & ex aqua, & ex ſphæris, & ex aere, & ſtellis, & lucernis, ac pelvibus, ſecuribuſque, & multis aliis modis divina promittit; præterea umbrarum inferorumque colloquia.* Poſteriori etiam ætate cereos accendere conſueviſſe magos, ad exercendam eamdem ſuperſtitionis vanitatem, ex lib. Honorii necromantici, qui theſaurus necromantiæ appellabantur, quos ipſe legerat, tradit Eymericus: neque ab eadem hodie ſuperſtitione deſtitiſſe, ſed eoſdem accendere ſolitos, ad evocandos dæmones, ex ipſorummet confeſſione teſtatum facit Franciſcus Penna, ad eumdem Eymericum. Per diem autem ideo adjecerunt, ne cereos ad celebrandas nocturnas vigilias (quæ tunc erant frequentiſſimæ) ſuſtuliſſe viderentur, de quibus in canone ſequenti. Et quia ſacrificia, quibus ad ſollicitandos ſanctorum & defunctorum omnium ſpiritus abutebantur, ut tradit Svetonius, per diem, non autem per noctem fieri ſolebant: nam
D poſt prandium non licebat ſine cauſa neceſſaria celebrare, ut Auguſtinus teſtatur: per noctem enim vigiliæ tantum, pſalmorum cantus, ſacrorum librorum lectiones & interpretationes frequentabantur.

Sanctorum autem nuncupatio olim Chriſtianis fidelibus tribuebatur, ut Paulus ſcribit ad Corinthios. *Paulus,* ait, *apoſtolus Jeſu Chriſti per voluntatem Dei, & Thimotheus frater eccleſiæ Dei, quæ eſt Corinthi, cum omnibus ſanctis, qui ſunt in univerſa Achaia.* Et ad Philippenſes. *Paulus & Thimotheus ſervi Jeſu Chriſti, omnibus ſanctis in Chriſto Jeſu, qui ſunt Philippis, cum epiſcopis & diaconibus.* Quare ſanctorum nomen pro fidelibus patres hujus concilii uſurpaſſe intelligi poſſet: quaſi decernerent, quorumcumque fidelium manes e quiete, qua fruebantur, educi non debere; quia in cœmeteriis juxta ſanctos martyres, & confeſſores ſolebant quondam fideles ſepeliri. Illicitum enim ſemper putarunt Hiſpani in profanis Gentilium ſepulchris recondi: nam ut vivorum, ſic & mortuorum Gentilium communicationem, ut nefariam, noſtros devitaſſe memorat D. Cyprianus ad clerum &
E plebem in Hiſpania conſiſtentes. De Martiali enim epiſcopo Aſturicenſi lapſo hæc ſcribit. *Martialis quoque præter Gentilium turpia, & lutulenta convivia, & collegia diu frequentata, & filios in eodem collegio exterarum gentium more apud profana ſepulchra depoſitos, & alienigenis conſepultos, actis etiam publice habitis, apud procuratorem ducenarium, obtemperaſſe ſe idololatriæ, & Chriſtum negaſſe conteſtatus ſit.* Ut hinc etiam obſervemus, quanta olim ab Hiſpanis in electione ſepulturæ, pietatis & religionis cura ſit habita; adverſus gravem illorum hæreticorum errorem & impietatem, qui nullam terræ ſacræ, aut profanæ in ſepulturis Chriſtianorum habendam rationem impudenter contendunt. Corporis enim quamquam nihil interſit, an humus illud ſacra, vel profana contegat, an feræ diripiant, an maria conſumant, an flammæ ſubducat, cum cadaveribus omnis ſepultura, ſi ſentiunt, pœna ſit; ſi non ſentiunt, ipſa conficiendi celeritate medicina)

Plinius l. 24. c. 17.
Idem lib. 37 c. 11. Idem l. 28. cap. 8.
Plin. lib. 28 c. 8.
Idem l. 3. c. 2.
Eymericus 2. p. director. q. 43.
Franciſcus Pena ad Eymericum 3. p. directorii commentario 26. num 115.
Svetonius in Nerone c. 34.
D. Aug. in epiſt. 118. c. 5
*1. Ad Cor. 1.*
*Ad Philip. 1*
D. Cypr. epiſt. 68. ad clerum & plebem in Hiſpania conſiſtentes c. 3.
*Semper in Hiſpania ſepultura ſacra a fidelibus maximam curam habitam*

cinæ) ſpiritus tamen & æternitatis ſi ratio habenda eſt, ſi pietatis fidelium non negligenda cura, ſi ſuffragiorum eccleſiæ jura non deſpicienda, ſi totius tandem religionis arcana non contemnenda & conculcanda; magni intereſſe non in profanis Gentium, ſed in locis Chriſtianorum ſacris ſepeliri, ad quæ fideles conveniant, orationes, & preces ſupplices Deo porrecturi, niſi inſanus, aut hæreticus, aut hæreticus inſanus non negaverit. Quinimo eccleſiæ & fidelium ſuffragiis omiſſis, curam ſepulturæ, & funerum a catholicis fidelibus, quibus tanquam organis & vaſis ad omnia bona opera Spiritus ſanctus eſt uſus, ſpernendam non eſſe, ipſius humanæ naturæ, &

D. Aug. li. 1. de civit. Dei c. 13.

gratiæ divinæ conſideratio ſuadet, ut ſapienter & pie docuit Aug. *Nec ideo tamen contemnenda & abjicienda ſunt corpora defunctorum, ait, maximeque juſtorum atque fidelium, quibus tanquam organis, & vaſis ad omnia bona opera ſanctus uſus eſt ſpiritus: ſi enim paterna veſtis, & annulus, ac ſi quid hujuſmodi tanto carius eſt poſteris, quanto erga parentes major affectus; nullo modo ipſa ſpernenda ſunt corpora, quæ utique multo familiarius atque conjunctius, quam quælibet indumenta geſtamus. Hæc enim non ad ornamentum vel adjutorium, quod adhibetur extrinſecus; ſed ad ipſam naturam hominis pertinent. Unde & antiquorum juſtorum funera officioſa pietate curata ſunt, & exequiæ celebratæ; & ſepultura proviſa: ipſique dum viverent, de ſepeliendis, vel etiam transferen-*

Tob. 2. & 12.

*dis ſuis corporibus filiis mandaverunt: & Tobias ſepeliendo mortuos Deum promeruiſſe, teſte angelo, commendatur; ipſe quoque dominus die tertio reſurrecturus religioſæ mulieris bonum opus prædicat, prædicandumque commendat, quod unguentum pretioſum ſuper membra ejus effuderit,*

Joan. 19.

*atque hoc ad eum ſepeliendum fecerit: & laudabiliter commemorantur in evangelio, qui corpus ejus de cruce acceptum diligenter, atque honorifice tegendum, ſepeliendumque curarunt. Verum iſtæ auctoritates non hoc admonent, quod inſit ullus cadaveribus ſenſus; ſed ad Dei providentiam, cui placent etiam talia pietatis officia: corpora quoque mortuorum pertinere ſignificant, propter fidem reſurrectionis adſtruendam: ubi & illud ſalubriter diſcitur, quanta poſſit eſſe remuneratio pro eleemoſynis, quas viventibus & ſentientibus exhibemus, ſi neque hoc apud Deum perit, quod exanimis hominum membris, officii diligentiæque perſolvitur, &c.* Probabilius tamen eſt nomen ſanctorum hos patres martyribus & confeſſoribus accommodaſſe; quorum animas ut beatiores, & æterna felicitate gaudentes, ſe inquietare & educere poſſe ad futurarum rerum prænotionem gloriabantur ineptiſſime Simoniani, impio & ſuperſtitioſo Gentium errore; cui occurrere Hiſpanos epiſcopos præſenti hoc decreto voluiſſe, lubens repeto.

Hodie autem tantum abeſt, ut hujus decreti ſententia erroris cenſura notari poſſit; ut nihil pietati, religioni, & communi ſancti ſenatus inquiſitorum praxi ſit magis conſentaneum: a quibus omnes magos, necromanticos, aſtrologos, vel quovis alio nomine nuncupatos, qui accitis mortuorum, vel dæmonum potius manibus, rerum naturalium occultarum vel ſupernaturalium cauſas, curioſe, aut ſuperſtitioſe potius exquirunt, velut hæreticos puniri ſcimus: quod præter alia recenti Joannis XXII. conſtitutione (quam extravagantem vocant) Eymericus comprobat.

Eymericus 2. p. directorii q. 43. & 3. p. qu. 115.

## Cereos in cœmeteriis non incendi.

*Cereos rebus eccleſiæ ſacris adhibitos, ſemper in Hiſpania probatos.*

### CAPUT II.

HINC liquet, nuſquam in Hiſpania (ut calumniantur hæretici) eccleſiarum luminaria interdicta; quinimo concilium Tarraconenſe, graviter in eos ſacerdotes, & diaconos invehitur, qui ſingulis diebus veſperas & matutinas omittunt; nam ex illorum deſidia & negligentia, illud incommodum redundare ait, ut in ec-

Conc. Tarrac. can. 7.

cleſiis luminaria non miniſtrarentur. *Diœceſanis eccleſiis vel clero id placuit definiri, ut presbyteri, vel diaconi, qui inibi conſtituti ſunt, cum clericis ſeptimanas obſervent, id eſt ut presbyter unam faciat hebdomadam, qua expleta, ſuccedat ei diaconus ſimiliter, ea ſcilicet conditione ſervata, ut omnis clerus die ſabbati, ad veſperam ſit paratus, quo facilius die domini ſolennitas cum omnium præſentia celebretur; ita ut hi omnibus diebus, veſperas, & matutinas celebrent, quia deſiſtente clero, quod eſt peſſimum, comperimus in baſilicis nec luminaria miniſtrari. Si qui ſane negligentia vitio hæc implere noluerint, noverint ſecundum ſtatuta canonum, pro modo perſonarum canonicæ diſciplinæ ſubdendos.* Gravem etiam pœnam proponit concilium Toletanum XIII. in eos, qui

Conc. Tolet. .. can. 7

odio fratrum, eccleſiæ luminaria vel extinguerent, vel ſubtraherent. Nec cereos ſolum & luminaria accendi in eccleſiis Hiſpani epiſcopi voluerunt, ſed redditus eccleſiaſticos his ſuſtinendis aſſignari: tertiam enim partem oblationum luminaribus eccleſiæ præſcripſerunt in conci-



A lio Bracarenſi II. in quo etiam decernunt, nullam eccleſiam ab epiſcopis conſecrari, inſtituique, niſi prius a fundatore (ut vocat) luminaribus neceſſaria miniſtrarentur. Ad ſanctarum etiam reliquiarum venerationem ſingulis noctibus luminaria accendi, fidem facit concilium Toletanum ſub Recaredo. *Id etiam placuit, ait, Dei ſacerdotibus, ut quiſquam antiſtes infra ſuam parochiam Dei aulam inquirat; & munificus ille, qui ſanctam Dei ædificaverit eccleſiam, quod ibidem, pro ſuo herede largitus eſt.* Eodem loco. *Presbyter ſecundum priorum canonum ſtatuta deſervientem habeat. Et ſi presbyterum ea facultas habere non permittit, vel diaconus inſtituatur. Certe ſi minor eſt cenſus, oſtiarius a ſacerdote ſit electus, qui alteram infra ſinus ſanctæ eccleſiæ faciat; qui & ſanctarum reliquiarum luminaria omni ſubſequenti nocte accendat.* Nota eſt etiam apud eruditos antiqui lucernarii memoria, de qua in concilio Toletano I. Lucernarium vocabant veſpertinum officium, quod eo tempore lucernæ accenderentur. D. Chryſoſtomus; *ad ſolis occaſum, ait, quod etiam lucernarium appellamus, orandum,*

Conc. Bracar. 2. can. 5. Idem can. 5.

Conc. Tolet. ſub Recaredo anno 17. can. 5.

Conc. Tolet. 1. can. 9. Explicatur quid ſit lucernarium, de quo in conc. Tolet. 1 can. 9.

B *ſcilicet, quia tum ob Dei tranſitum Deo gratias agimus.* Iſidorus. *Poſt tertiam, ſextam, nonam, in veſpertinis officiis, primo lucernarium, deinde pſalmi duo, reſponſorius unus, & laudes, & hymnus, atque oratio dicenda eſt.* Hinc horam undecimam & ultimam diei vocat lucernariam Joannes Caſſianus: lucernalem gratiarum actionem D. Baſilius, quæ ea hora Deo reddebatur: pſalmos lucernales D. Epiphanius: quod ſane patres Hiſpani minime decreviſſent ſine aliqua ſaltem antiqui juris revocatione, ſi concilium Hiſpanicum Illiberritanum luminaria eccleſiæ interdixiſſet: a quo non interdicta modo, ſed tacito, quinimo expreſſo conſenſu approbata, ex canone inſequenti conabor adſtruere: in quo ſpecialiter energumeni prohibentur accendere in eccleſia publice luminaria: quæ ſane peculiaris energumenorum interdictio, contrarium Hiſpanicæ eccleſiæ uſum, & generalem luminariorum facultatem ac pietatem probat. Nec eccleſiæ modo cerei hujus concilii decreto non prohibentur, ſed nec cœmeteriorum, ſi cultus & pietatis ergo accendantur. Vigi-

D. Chryſoſt. in pſal. 118.
D. Iſidor in regula monachor c. 6.
Caſſian. l. 3. de inſtit. cœnob c. 3.
D. Baſil. de Spiritu ſancto ad Amphilo.
Canon. 37.

C lantius enim hæreticus, etſi natione Gallus ex provincia Narbonenſi, teſte Gennadio, presbyter tamen Barcinonenſis, cum cereorum uſum ad cultum martyrum adeo impugnare vellet, ut, referente Hieronymo, idololatras appellaret qui ad cultum martyrum lumina accenderent, incredibile eſt, cum machinas omnes undecunque conquireret, & hujus canonis telum ad manum eſſet, illud tamen non avide arripuiſſe, in quo tam erat firmum ſuæ cauſæ præſidium: conſcientia tamen dictante & ſtimulante, non aliam ob cauſam quam ob conſentientem cum orthodoxa fide doctrinam penitus ab eo abſtinuit. Non erit igitur pii & Chriſtiani hominis officium, calumniam imponere immerentibus, & de præclara hac patrum noſtrorum religione pejus Vigilantio velle mereri.

Gennadius cap. 35. Hie. contra Vigilantium.

## Inquietandi enim ſanctorum ſpiritus non ſunt.

*Inquietari ſanctorum ſpiritus, quo alio ſenſu poſſit intelligi.*

D

### CAPUT III.

SI omnia mentis noſtræ, & cogitationis ſenſa liceat exprimere, fateor me aliquando excogitaſſe, illud ſolum hic ab Hiſpanis epiſcopis prohiberi, ne interdiu cerei in cœmeteriis a piis fidelibus incenderentur; ne lucentibus tot luminibus, Gentes de martyrum ſepulchris redderentur certiores, indeque ſanctorum corpora abducerent, & clericorum ſpiritus majori cuſtodiæ periculo & ſollicitudine urgerentur, & inquietarentur, ut priſco concilii verbo utar. Olim enim ad conſervandam martyrum memoriam, & cuſtodiendas beatorum corporum reliquias, prudentia & pietate ſingulari majores noſtri ſtatuerunt, ut clerici, antequam presbyteratus & diaconatus ordine inſignirentur, per aliquod tempus cœmeteriis martyrum adhærerent, cuſtodeſque efficerentur ſanctorum corporum: quæ Gentes illæ idololatræ non immanitate minus, quam religione barbaræ, aſſidua cura exquirebant, ut perderent,

E illuſtremque illorum memoriam (ſi fieri poſſet) aut oblivione obruerent, aut flammis extinguerent, aut aquarum inundatione delerent. Quinque annos huic ſanctæ curæ & cuſtodiæ præſcripſiſſe Silveſtrum papam in concilio Romano refertur. *Hic, ait, inter cætera prædicta omnium conſultu conſtituit in ſynodo, ut ſacrificium altaris non in ſerico panno, aut tincto, quiſquam celebrare præſumeret: ſed in puro lineo ab epiſcopo conſecrato, terreno ſcilicet lino procreato atque contexto, ſicut corpus domini noſtri Jeſu Chriſti in ſindone munda ſepultum fuit; & ſi quis deſideraret in eccleſia militare, aut proficere, ut eſſet prius oſtiarius, deinde lector, & poſtea exorciſta per tempora, quæ epiſcopus conſtituerit, deinde acolytus annis quinque, cuſtos martyrum annis quinque, diaconus annis quinque, presbyter annis tribus, probatus ex omni parte.* Idem adnotavit Damaſus loquens de Silveſtro: *Conſtituit, ait, nihilominus, ut*

Theodoretus id teſtatur lib. 3. hiſt. eccleſ. c. 6.
Conc. Rom. cujus epitome extat 1 tom. conciliorum.

Damaſus in pontificali in vita Silveſtri pap.

R *ſi quis*

*ſi quis deſideraret in eccleſia militare, aut proficere, ut eſſet oſtiarius annis decem, lector annis* 30. pro quo reponendum puto 3. *exorciſta dies* XXX. *acolytus annis quinque, ſubdiaconus annis quinque, martyrum cuſtos annis quinque, diaconus annis ſeptem.* Si ergo oſtiarii, lectores, exorciſtæ, ſubdiaconi, ut ad diaconatus & presbyteratus ordinem promoveri poſſent, cuſtodes martyrum in cœmeteriis eſſe debebant, & piam hanc cuſtodiæ curam quinquennio impendere: merito equidem fidelibus interdiu cereos in cœmeteriis incendere interdictum eſt, ne pietatis honorem, quem martyribus fideles exhibere volebant, in ſacrilegii contumeliam Gentes converterent, vel ſanctis martyribus, vel ſanctis cuſtodibus vim injuriamque inferentes. Hanc autem conſuetudinem incendendi cereos noctu, ob metum tyrannorum, ad honorem martyrum, & inibi ſacra peragendi, olim obſervatam Prudentius Hiſpanus docet in perſona præfecti tyranni ad Laurentium loquentis.

Prudentius in hymno de ſancto Laurentio.

*Soletis*, inquit, *conqueri,*
*Sævire nos juſto amplius,*
*Cum Chriſtiana corpora*
*Pluſquam cruente ſcindimus.*
*Abeſt atrocioribus*
*Cenſura fervens motibus.*
*Blande, & quiete efflagito,*
*Quod ſponte obire debeas.*
*Hunc eſſe veſtris orgiis*
*Moremque, & artem proditum eſt,*
*Hanc diſciplinam fœderis,*
*Libent ut auro antiſtites.*
*Argenteis ſcyphis ferunt*
*Fumare ſacrum ſanguinem,*
*Auroque nocturnis ſacris*
*Adſtare fixos cereos.*
*Tum ſumma cura eſt fratribus,*
*Ut ſermo teſtatur loquax,*
*Offerre fundis venditis*
*Sextertiorum millia.*
*Addicta avorum prædia*
*Fœdis ſub auctionibus,*
*Succeſſor atque hæres gemit*
*Sanctis egens parentibus.*
*Hæc occuluntur abditis*
*Eccleſiarum in angulis,*
*Et ſumma pietas creditur*
*Nudare dulces liberos.*

Non diſſimili etiam propoſito idola Gentilium infringere, canone LX. pœna propoſita prohibuere: quod tametſi qui ea diruiſſent, heroicæ fortitudinis documentum darent, quia a Gentibus tamen occaſio ſumebatur, vel fideles majori crudelitate perſequendi, vel irruendi in templa Sanctorum, ideo Chriſtianis rem per ſe laudatiſſimam exequendi aditus intercluſus eſt.

Abſoluto autem jam hoc opere, aliud ad me mittit Garcias Loayſa, & diligentiæ & eruditionis laude magiſtro regio digniſſimum; in quod, cum ad expedienda, quæ in hoc canone, & concilio ſunt difficilia, parem doctrinæ pietatem contulerit: viſum eſt operæ pretium, illa noſtris lucubrationibus adjungere. Sanctos hic intelligit fideles, multis id probans & veteris, & novæ ſcripturæ ſacræ teſtimoniis, quos noluiſſe concilium cereos per diem in cœmeteriis accendere, ne ipſorum ſpiritus dum orationis cauſa ad eccleſiam accedunt, inquietentur frequentia & cura immodica cereorum ardentium. Hæc ad rem ſatis Garcias Loayſa, cui debet Hiſpania liberalem & piam Philippi principis inſtitutionem, cui debet eccleſia elaboratam, & doctam Hiſpanorum conciliorum collectionem; cui debent literæ politiores aſſiduam & acrem in reſtituendo Iſidoro, & vetuſtis Hiſpanicæ eccleſiæ ſcriptoribus curam; & cui denique non hi ſolum, ſed ipſimet etiam veteres, ſe fere totos debebunt: quos niſi ſingularis ejus diligentia vetuſtate ſepultos in vitam (ut cœpit) reduxerit, nunquam ſane vixerint, qui aliquando ſancte, ſapienter, & glorioſe vixerunt.

Alii ſunt præterea, tum ingenio, tum judicio & pietate graves, qui ſanctorum nomen hic, nec ad ſanctos vita felici defunctos, nec ad fideles laicos referendum putent, ſed ad epiſcopos, ſacerdotes, & reliquos eccleſiæ miniſtros, quorum animos, dum hi miniſtrant, illi ſacra faciunt, nimia cereorum ardentium multitudine impediri & inquietari epiſcopos noſtros noluiſſe ajunt: quibus canonis verba non repugnant.

In tanta ergo idonearum interpretationum copia, cur redarguendam potius & in pravum uſum detorquendam, quam ſane intelligendam religioſorum patrum doctrinam, alii contendant, non video. Quanto præclarius, ſi quod olim Socratem reſpondiſſe refert Laertius (quod & me hic non dicere modo, ſed aperte & ingenue affirmare lubens profiteor) id ipſum una illi libere faterentur: interrogatus enim quid viſum illi eſſet, de obſcuro quodam Heracliti libro quem legiſſet: *Quæ intellexi*, reſpondit, *proba ſunt; credo & quæ non intellexi.*

Laertius in Socrate.

A

*Canon XXXV.* Vulgatus.

*Ne fœminæ in cœmeteriis pervigilent.*

Placuit prohiberi, ne fœminæ in cœmeterio pervigilent, eo quod ſæpe, ſub obtentu orationis, ſcelera latenter committant.

Canon XXXV. *Emendatus.*

*Ne fœminæ in cœmeteriis pervigilent.*

Placuit prohiberi, ne fœminæ in cœmeteriis pervigilent, eo quod ſæpe, ſub obtentu orationis, ſcelera latenter committant.

B

IVO p. 11. c. 60. concilio Meldenſi tribuit: quæ citatio, huic noſtro reſtituenda eſt; niſi dicamus, concilii Meldenſis decreto hoc renovatum fuiſſe. *Placuit*, ait, *prohiberi, ne fœminæ in cœmeterio pervigilent, eo quod ſæpe ſub obtentu orationis & religionis, latenter ſcelera committant.* Editorum codicum lectionem vetuſta noſtra conciliorum collectio retinet, quam probo.

*De pervigiliis, & earum antiquitate: cur hic ſublata explicata Conſtantii imp. conſtitutione in lege V. C. Theodoſiani de ſacrificiis paganorum.*

## CAPUT IV.

QUID non tentarunt olim patres hujus concilii ut verecundia & pudicitia muliebris in tuto eſſet? ſciebant enim illam reliquarum virtutum eſſe cuC ſtodem; ideoque tametſi vigilias ad memoriam & venerationem ſanctorum celebrandam, ad Dei beneficia mente repetenda, ſancte & religioſe inſtitutas viderint; quia tamen nonnunquam ſuſpicione turpitudinis non vacabant; ea ratione illas fœminis interdixerunt, ut interdictum viris fuiſſe olim in Veſtalium æde pernoctare, ſcribit Halicarnaſſeus. Solebant primi Chriſtiani (quemadmodum hodie in vigilia nativitatis dominicæ) veſpera diei feſti, in orationibus pernoctare. D. Baſilius Magnus. *Jam inde ex media nocte venientes ad ſacrum martyrum templum, Deum ipſum martyrum per hymnos laudantes, ſuſtinuiſtis uſque ad hanc diem noſtrum adventum, expectantes; vobis quidem igitur, & ſomni & quietis, quæ in honorem martyrum & Dei adorationem impendiſtis, præſto eſt merces.* Et ad clericos ſcribens eccleſiæ Neocæſarienſis, formulam hanc vigilandi & ſurgendi antelucano tempore, & eundi ad eccleſias & inibi pſallendi, communem fuiſſe Ægyptiis, Libyis, Thebeis, Palæſtinis, Arabibus, Phœnicibus, Syriis & his qui ad Eufratem habitant, tradit. Ante Baſilium Tertullianus hujus

Halicarnaſſeus lib. 2. Rom antiquit.

D. Baſilius in pſal. 114

Idem in epiſt. 63. ad clericos eccleſiæ Neocæſar.

D confuetudinis meminit. *Quis enim ſinat conjugem ſuam viſitandorum fratrum gratia vicatim aliena & quidem pauperiora quæque tuguria circuire? quis nocturnis convocationibus, ſi ita oportuerit, a latere ſuo libenter feret?* Et poſt alia. *Latebiſne tu, cum lectulum, cum corpuſculum tuum ſignas, cum aliquid immundum flatu expuis, cum etiam per noctem exurgis oratum?* Ab initio naſcentis eccleſiæ eumdem quoque morem diſerte Plinius junior adnotavit, ſcribens ad Trajanum imp. *Affirmabant autem*, inquit loquens de Chriſtianis, *hanc fuiſſe ſummam vel culpæ ſuæ vel erroris, quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem convenire, carmenque Chriſto quaſi Deo dicere, ſecum invicem, ſeque ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere.* Cyrillus Hieroſolymitanus. *Nocte*, ait, *ad ſapientiam nihil commodius, hac enim perſæpe, de Deo cogitamus, lectioni, contemplationi divinarum ſcripturarum vacamus, pſallitur, oratur.* Hujus nocturnæ orationis ſive vigiliarum fructus nemo doctius & elegantius Ambroſio in Pſal. CXVIII. verſiculo, media nocte ſurgebam. *Addidit*, inquit, *media*

Tertull. lib. 2 ad uxorem c. 4.

Plinius junior in epiſt. ad Trajan. lib. 10. epiſt.

D. Cyril. Hieroſo. Catecheſ. 5.

E *nocte ſurgebam, docens te, ſurgendum eſſe media nocte. Nec otioſum eſt, quod adjunxit: Ad confitendum tibi, hoc eſt, ut illo maximo tempore deprecari Deum, & propria debeamus deflere peccata: nec ſolum præteritis veniam poſtulare, ſed etiam præſentia declinare, futura cavere. Multa enim illo in tempore tentamenta proſerpunt. Tunc fervet carnis illecebra, tunc tentator illudit; concoquitur cibus, potuſque digeritur, ſtomachus æger, mens ſomnolenta, animus occupatus eſt. Itaque aut quieſcentis calor corporis augetur, aut vigilantis nondum plenior refuſus eſt vigor, qui errorem cavere poſſit incurſus. Tunc igitur tentator aſſiſtit, tunc retia jacit, quibus turbare poſſit mentem improvidam. Tunc ſpirituales nequitiæ tenebras offundunt, tunc omne nefas ſuadere contendunt, quando nullus arbiter culpæ, nullus criminis conſcius, nullus poteſt eſſe erroris teſtis. Tunc varias diſceptationes pectori dormitantis infundunt, ut pri-*

D. Ambr. in pſ. 118. in 8. octon. ver. media nocte ſurgebam.

*me*

A

*me de ſtatu mentis dejiciant reluctantem, & aliquorum qui ſancti habentur, proponatur exemplum, quod illi aliquando deliquerint, ſed poſtea veniam ſint adepti, & texerint ſuperiora delicta. Nam etſi omnem emendationem noſtri inimicus exoſus ſit, tamen ad tempus, ut ſobriæ mentis virum poſſit elidere, prætendit futuram indulgentiam, ut præſentia peccata perſuadeat: & cum impulerit aliquem ad erroris aſſenſum, ſi viderit eum jam non amore virtutis a culpa, ſed pœnæ contemplatione revocari, inſerit varias diſceptationes, ut dicat ſibi. Quis me videt? & tenebræ circumdant me, & parietes: quem vereor? non videt altiſſimus, non ad eum peccata noſtra perveniunt; non dignatur ſpectare, quæ turpia ſunt.* Hæc *utique uſu exemploque cognoſcimus. Nemo enim poteſt eſſe expers tentationis. Itaque ut tempus habile hoc tentamentis, ita etiam tempus eſt pœnæ, quod ex lectione divina poſſumus edoceri. Non enim otioſe dominus Deus noſter, cum poſſet quocumque momento primitiva Ægyptiorum extinguere, hoc tamen tempus dolore & luctus peccatoribus opportunius indicavit. Sic enim ſcriptum eſt; Quia media nocte primogeniti Ægyptiorum ab exterminatore ſunt interempti. Ideoque ſanctus Moyſes propheta, ut hoc præveniret tempus, ac ſine Hebræorum fraude tranſiret, agnum ante immolavit: hoc eſt veſperi; ut manducantes eum, & paſcha domini celebrantes, non occuparentur exterminatoris inſidiis, ne inermes & vacuos ſpiritalis alimenti nocturna ſpicula tenebroſi hoſtis opprimerent.*

B

Harum originem in novo teſtamento a Chriſto repe-

Conc. Aquiſg. ſub Ludovico cap. 130.

tit concilium Aquiſgranenſe, etſi in veteri teſtamento, fuiſſe in uſu, his verbis demonſtret. *Antiqua eſt vigiliarum devotio, familiare bonum omnibus ſanctis; Eſaias denique propheta exclamat ad dominum dicens: De nocte vigilat ſpiritus meus ad te Deus, quia lux præcepta tua ſunt ſuper terram. Item David regio & prophetico ſanctificatus unguento, ita canit. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper judicia juſtitiæ tuæ. Hoc namque tempore vaſtator angelus tranſiens, primogenita Ægyptiorum percuſſit: unde & nos vigilare oportet, ne periculis Ægyptiorum admiſceamur. Iiſdem etiam horis venturum ſe eſſe in evangelio ſalvator aſſeruit: unde & ad vigilandum auditores ſuos exſuſcitans, dicit: Beati ſervi illi quos, cum venerit, & ſi media nocte, & ſi in galli cantu, & invenerit eos vigilantes, beati ſunt ſervi illi. Itaque & vos eſtote parati, quia neſcitis, qua hora filius hominis venturus eſt. Siquidem nec verbis ſolum docuit vigilias, ſed etiam confirmavit exemplo. Nam teſtatur evangelium, quia erat Jeſus pernoctans in oratione Dei. Paulus quoque & Silas in cuſtodia publica circa medium noctis orantes hymnum, audientibus cunctis, vincti dixiſſe memorantur. ubi repente terræmotu facto, & concuſſis carceris fundamentis, & janua ſponte aperta, & omnium vincula ſunt ſoluta. Unde oportet his horis pſallendi, orandique frequentiam nos in ſanctis habere officiis, finemque noſtrum, vel ſi advenerit ſub tali actu, expectare ſecuri. Eſt autem quoddam genus hæreticorum, ſuperfluas exiſtimantium ſacras vigilias, & ſpiritali opere infructuoſas, dicentium jura temerare divina, qui noctem fecit ad requiem, ſicut diem ad laborem. Qui hæretici Græco ſermone Nyctazontes, hoc eſt ſomniculoſi vocantur.* Quæ accepit concilium a D. Iſidoro in libro de officiis eccleſiæ, in quo hæc exſtant. Non ſolum autem apud Chriſtianos, ſed apud Gentes hæc nocturna ſacra in uſu fuiſſe, poſterioribus temporibus ex Macrobio conſtat. Cum vero plenam religionis inſtitutionem ut pleraque alia hominum audacia, libido, & impudicitia contaminaſſet, ideo patres Hiſpani definierunt, ne fœminæ una cum viris noctu ad nocturnas preces dicendas convenirent, ne cœmeteria, quæ Dei & ſanctorum martyrum domus erant, in turpiſſima luſtra & lupanaria converterentur.

Eſai. 26.

Pſal. 118.

Exod. 12.

Matth. 12.

Actor. 16.

C

D Iſidor. l. 1. de officiis eccleſiæ c. 22.

Macrob. li. 1. Saturnaliorum cap. 3.

D

Quod quia pietatis regalis adverſari cauſantur quidam, illud obſervabo, defunctorum corpora olim, non modo in eccleſiis, ſed nec intra urbem ſepeliri licuiſſe; quod primum a Solone inſtitutum, poſteaque in leges XII. tabularum tranſlatum refert Cicero: idque Romæ obſervatum ſemper eſt, his ſolum exceptis, qui triumphum egiſſent, ut eſt auctor Plutarchus: quod ad reliquas civitates & provincias conſtitutione Adriani extenſum ſcribit Ulpianus. Similem Antonini Pii conſtitutionem (forſan quod ab Adriano eſſet adoptatus) refert Capitolinus: Intra urbes (inquit) ſepeliri vetuit. Cum autem tempore hujus concilii, Hiſpania Romanorum legibus ſubderetur, cogebantur Chriſtiani non modo alios Chriſtianos, ſed & martyres etiam extra mœnia urbis in cœmeteriis ſepelire: illa autem fuiſſe in locis ſubterraneis & loci natura ſuboſcuris refert D. Hieron. *Dum eſſem*, inquit, *Romæ puer, & liberalibus ſtudiis erudirer, ſolebam cum ceteris ejuſdem ætatis & propoſiti, diebus dominicis ſepulchra apoſtolorum & martyrum circumire, crebroque cryptas ingredi, quæ in terrarum profundo defoſſæ, ex utraque parte ingredientium per parietes habent corpora ſepultorum; & ita obſcura ſunt omnia, ut propemodum, illud propheticum compleatur: Deſcendant in infernum viventes: & raro deſuper lumen admiſſum horrorem temperet tenebrarum: ut non tam feneſtram, quam foramen demiſſi luminis putes, rurſumque pedetentim acceditur, & cæca nocte circumdatis illud Virgilianum proponitur.*

Quod ſupra retulimus lib. 1. c. 4.

Cicer. lib. 2. de legibus.

Plutarc. in problemat. Rom. qu. 79.

Ulpian. in l. 3. §. divus, ff. de ſepulchro violato.

Capitolinus in vita Antonini.

D. Hieron. ſuper Ezech. c. 40.

Pſal. 50.

*Horror ubique, animos ſimul ipſa ſilentia terrent.*

Hæc Hieronymus. Similia de cœmeterio Cyriacæ in agro Verano poſito, hæc refert Prudentius.

Prudent. hymn. 11.

*Haud procul extremo culta ad pomœria vallo,*
*Merſa latebroſis crypta patet foveis.*
*Hujus in occultum gradibus via prona reflexis*
*Ire per anfractus, luce latente docet.*
*Primas namque fores ſummo tenus intrat hiatu,*
*Illuſtratque dies limina veſtibuli.*
*Inde ubi progreſſu facili nigreſcere viſa eſt,*
*Nox obſcura loci per ſpecus ambiguum:*
*Occurrunt celſis immenſa foramina tectis,*
*Quæ jaciunt claros antra ſuper radios.*
*Quamlibet ancipites texant hinc inde receſſus,*
*Arcta ſub umbroſis atria porticibus.*
*Attamen excisi ſubter cava viſcera montis*
*Crebra terebrato fornice lux penetrat.*
*Sic datur abſentis per ſubterranea ſolis*
*Cernere fulgorem, luminibuſque frui.*

Si hominum improborum licentia, tempore intempeſtæ noctis, offuſæ tenebrarum caligine, loci ſubterranei natura faventibus ad ſollicitandos fœminarum animos, ad tentandam pudicitiam, ad vim quandoque inferendam audacior fit, non immerito epiſcopi noſtri diligentes, præclari, & ſeveri honeſtatis, pudicitiæque vindices, his virorum & fœminarum conventibus aditum intercluſerunt, volentes mulierum pudicitiam & famam, & multorum oculis & clara ſolis dieique luce cuſtodiri: quod multo antea prudenter ſatis a Romulo Romanæ reipublicæ inſtitutore & legiſlatore cautum eſt, dum nocturnas has mulierum cum viris, non modo in agris, ſed intra urbes ipſas in templis pervigilationes fieri vetuit, auctore Halicarnaſſeo, quod non diſplicuit Tullio, dum eamdem Romuli legem inter ſuas retulit & probavit. In media Græcia Diagonda Thebanum lege perpetua hæc ſacra nocturna ſuſtuliſſe ibidem commemorat, ſubindicans ſenatus conſultum, quo anno ab urbe condita DLXVIII. COSS. SP. Poſthumio Albino, & Q. Martio Philippo ſacra nocturna nefandaque illa Bacchanalia, quæ in urbe irrepſerant referentes, ſapientiſſimo conſule SP. Poſthumio ſublata omnino fuiſſe; poſtea autem cum Magnentius tyrannus illa reſtituiſſet, indigna viſa ſunt ſuo imperio Conſtantio imperatori, a quo illa abolita ſunt. *Aboleantur*, ait in edicto ad Cerealem P. V. *ſacrificia nocturna Magnentio auctore permiſſa, & nefaria deinceps licentia repellatur. Dat. IX. Kalend. Decemb. Conſtantio Auguſto VI. & Conſtant. Cæſ. II. COSS.* Quam conſtitutionem etſi plerique ad nocturnas noſtras vigilias ſacras accommodaverint, verius eſt (ut indicat titulus codicis Theodoſiani de paganis ſacrificiis & templis, in quo exſtat) de paganorum ſacris intellexiſſe. Magnentius enim impius ethnicuſque tyrannus, qui victus a Conſtantii ducibus, primum ejus matrem, deinde fratrem, poſtea vero ſeipſum occidit, eodem anno quo data eſt hæc Conſtantii lex, Conſtantio Auguſto VI. & Gallo Cæſ. II. COSS. ut traditum eſt a Nicephoro, illa in gratiam Gentium impie renovavit, ſed ſuſtulit religioſe Conſtantius imperator citata ſuperius conſtitutione.

Halicarnaſſ. lib. 2. Roman. antiq. Cicer. lib. 2. de leg.

Conſtant. imp. in l. 5. C. Theod. de ſacrificiis paganorum.

Niceph. lib. 9. c. 32.

Difficile eſt tamen, quod Altiſiodorenſis concilii canon decernit: vigilias enim omnes ſuſtuliſſe videtur dum ait. *Omnino & inter ſupra dictas conditiones, vigilias quas in honore domini obſervant, omnibus prohibemus.* Cujus canonis ſententiam, ut difficultate expediamus, emendati vetuſti codices MS. auxilium ferent. In editis Franciſci Joverii & Carranzæ legitur. *In honore domini obſervant.* Sed in MS. (quod & retulit ex aliis Laurentius Surius in ſua collectione) nomen *Martini* additur: hoc autem ſi reliquis (ut par eſt) reſtituamus, agnoſcemus profecto illis non omnes vigilias ſimpliciter, nec vigilias domini noſtri Jeſu Chriſti, ſed domini tantum Martini ſublatas: quod veſpere illius diei, feſtivitatis ſolennibus inſolentius abuterentur, choreis, cantu, ludis, & comeſſationibus turpius, quam religioſius feſtum celebrantes, in vigiliis præcipue nocturnis, quibus diſſoluti juvenes ad eccleſias accedentes honeſtatem & pudicitiam fœminarum tentarent, vane & turpiter colloquerentur, ſtrepitus excitarent, occaſionemque tandem offerrent his, ut religionis cultus, qui Deo & ſancto ejus tribuebatur, in grave ſcandalum & animarum perniciem converteretur. Cui ſimilem tulit conſtitutionem Clemens Papa V. in concilio Viennenſi. *Nonnulli etiam*, inquit, *tam clerici, quam laici, præſertim in feſtorum certorum vigiliis, dum in eccleſiis deberent orationi inſiſtere, non verentur in ipſis, earumque cœmeteriis choreas facere diſſolutas, & interdum canere cantilenas, ac multas inſolentias perpetrare, ex quibus eccleſiarum & cœmeteriorum violationes, inhoneſta variaque delicta quandoque ſequuntur, & eccleſiaſticum plerumque perturbatur officium, in divinæ majeſtatis offenſam, & adſtantium ſcandalum populorum.* Lectionem autem canonis Altiſiodorenſis addito verbo Martini, germanam eſſe, inde etiam conjicio, quod canone XI. ſequenti forma exprimatur: quæ in celebrandæ paſchæ vigilia obſervari deberet.

Conc. Altiſiod. can. 5.

E

*Explicatur can. 5. conc. Altiſiod.*

Conc. Viennenſe in Clementina gravi de celebratione miſſarum.

*Non licet*, ait, *in vigilia paſchæ ante horam ſecundam noctis vigilias expedire; quia in illa nocte non licet poſt mediam noctem bibere: nec in natali domini, nec in reliquis ſolemnitatibus.* Quod concilium decernere non potuerat, ſi jam canone V. qui præceſſerat, omnes generaliter vigilias domini ſuſtuliſſet. At D. Martinum, dominum Martinum vocari in Gallia & Germania, obſervo ex concilio Turonenſi I. in principio, *Severino*, inquit, *viro clariſſimo conſule ſub die XVIII. Kal. Decembris, cum ad ſacratiſſimam feſtivitatem, qua domni Martini receptio celebratur in civitate Turonorum &c.* Et in canone XIII. poſt alia. *Et humilitatis noſtræ conſtitutio, ut adjuvante domini miſericordia valeat cuſtodiri, ſancti ac beatiſſimi ſacerdotis domini Martini, qua Deo accepta eſt, obtinebit interceſſio.* Et in concilio Turonenſi II. *Item*, inquit, *pro reverentia domini Martini, vel cultu ac virtute id ſtatuimus obſervandum.*

*Div Martinum dominum Martinum vocari in Gallia & Germania.*

Conc. Turon. II can. 19.

Sed adverſus hæc urget canon. III eiuſdem concilii Altiſiodorenſis, quo generaliter, ſi non Chriſti ſanctorum, ſaltem vigiliæ omnes videntur ſublatæ. *Non licet* ait, *compenſas in domibus propriis, nec vigilias in feſtivitatibus ſanctorum facere.* B Eo tamen decreto, eius concilii patres alio reſpexerunt; voluerunt enim non vigilias interdici ſanctorum, ſed ne in domibus propriis eas fideles celebrarent: ut Galli tunc agere ſolebant, vetuſtum Euſtachii monachi & epiſcopi Sebaſtæ errorem ſectantes damnatum in concilio Gangrenſi, vel antiquam Gentium vanitatem, quæ ſacrificia & ſacra apud arbores vel fontes exſolvebant: ad auferendam enim eam idololatriæ, hæreſeos, & ſuperſtitionis omnis materiam, voluit ut conventus (ſic enim legi debet, non compenſas) non faciant in domibus propriis. Nec in eiſdem domibus vigilias in ſanctorum celebritatibus agant, neque inter ſentes, aut arbores, ac rivos, vel ad fontes vota exſolvant. Hanc autem fuiſſe ejus concilii mentem eo magis putarim, quod ſtatim ſubjunxerit, hæc omnia in eccleſia ſolvi, ſeu fieri debere: ſed quicumque, ait, votum habuerit, in eccleſia vigilet; & matriculæ ipſum votum aut pauperibus reddat. Antiquam autem hanc Galliæ ſive conſuetudinem ſive corruptelam peragendi ſacra extra eccleſias in hortis vel domibus ſæcularium patres concilii Pariſienſis docent, affirmantes miſſam ipſam nedum vigilias ſatius eſſe non audire, quam eam audire ubi non licet, nec oportet.

Conc. Gangr. can. 5 & 6.

Antiquam autem hanc vigilias agendi conſuetudinem, monachi tantum retinent, clerici autem in quibuſdam ſolum eccleſiis cathedralibus, quarum nonnullæ tentarunt aliquando, ut mediæ noctis tempus in matutinum transferretur, ſed major pars capituli, ne id conſtitueretur impedimento fuit, ut de eccleſia Pariſienſi refert Philippus Probus. Quod ſi totius cleri & capituli conſenſus accederet, nec id jure effici poſſe, gravibus noſtri temporis auctoribus placuit, quod conciliorum decretis ſtatutum ſit, ſingula officia ſuis temporibus peragenda decernentibus: quibus conciliorum decretis minores prælatos & capitula derogare poſſe negant, ni antiqua conſuetudine pontificum conſenſu vel taciturnitate approbata receptum ſit. Hac enim potiſſimum de cauſa improbandum non videtur, quod vel pontificum gratia, vel inveterata conſuetudine, apud pleraſque eccleſias receptum eſt, ut vigiliæ quarta vigilia dicantur, cum diluculum eſt: id enim tempus ad orandum commodiſſimum eſſe inter pios omnes convenit, quod neceſſe non ſit, poſt orationem finitam iterum cubitum ire, ut Caſſianus docet. Idem eſto de his horis dicendis, cum adveſperaſcit, judicium: quod moniales pleræque facere ſolent. Cum vero hæ cauſæ non ſubſint, tempus præſcriptum præterire non licebit: quod olim a clericis adeo ſtricte obſervari voluerunt patres, ut ſi infenſa corporis illi valetudine non impedirentur, ſeptem dierum excommunicatione feriendos decreverint, ſi his horis abeſſent. *Clericus*, ait concilium Veneticum, *quem intra muros civitatis ſuæ manere conſtiterit, & matutinis hymnis, ſine probabili excuſatione ægritudinis, inventus fuerit deſiſſe, ſeptem dierum a communione habeatur extraneus; quia miniſtrum ſacrorum, eo tempore quo non poteſt ab officio ſuo ulla honeſta neceſſitas occupare, fas non eſt a ſalubri ceſſare.* Huic aliam pœnam adjecerat antea concilium Carthaginenſe IV. *Clericus*, ait, *qui abſque corpuſculi ſui inæqualitate vigiliis deeſt, ſtipendiis privatus excommunicetur: ſtipendia*, ut id obiter notemus ad probandam earum diſtributionum, quæ hodie in eccleſiæ uſu ſunt, antiquitatem, *clericis vel canonicis reſidentibus olim tribui hinc liquet: a laicis autem vigiliæ hæ minime celebrari, ſed earum loco jejunium inſtitui, pridie cujuſcumque feſti celebris, antiquis patribus placuit; indeque manavit, ut vigiliarum, id eſt hujus officii nomen ipſi diei & jejunio inderetur; quod perinde ac quadrageſimale obſervatur: ſolam ſanctæ Chriſti nativitatis noctem excipio, in qua fideles omnes ad vigilias celebrandas, in eccleſiam convenire, antiquum eſt; ſed utinam antiqua religione & reverentia.*

Philippus Probus in prag. ſanctione & de celebratione miſſarum Clementina I. ejuſdem tit.

Caſſianus de inſtit. cœnobiorum lib. 2. c. 13.

Conc. Veneticum can. 14.

Conc. Carth. 4. can. 49. Gelaſius papa in c. Eleutherius 93 diſtinctione. *Diſtributiones quotidianas quæ canonicis reſidentibus tribui ſolent, antiquitus jure probari.*

A *Canon XXXVII.* Vulgatus.

*Ne picturæ in eccleſia fiant.*

Placuit, picturas in eccleſia eſſe non debere, ne quod colitur aut adoratur, in parietibus depingatur.

Canon XXXVII. *Emendatus.*

*Ne picturæ in eccleſia fiant*

Placuit, picturas in eccleſia eſſe non debere, ne quod colitur & adoratur, in parietibus depingatur.

B BURCHARDUS lib. 3. decretorum c. 35. iiſdem verbis canonem retulit, & Ivo p. 3. decretorum c. 40. & in panormia lib. 2. c. 55. quibus conſentiunt vetuſti CC. MS. juxta quos vulgata lectio Surii, & Carranzæ emendanda eſt, quæ pro *Et*, *Aut*, habet.

*Imagines ſacras ab apoſtolorum temporibus fuiſſe in eccleſia. & cur eas pingi hoc canone interdictum ſit.*

## CAPUT V.

CUM multæ res in hoc concilio non ſatis adhuc explicatæ ſunt; tum perdifficilis eſt, Clemens ſanctiſſime, & perobſcura quæſtio de ſanctarum imaginum picturis; quæ & ad pernicioſos hæreticorum errores confutandos, utilis eſt; & ad colendam divinæ religionis ſanctitatem neceſſaria. Has autem cum Hiſpani patres hic e Chriſtianorum templis ſuſtuliſſe videantur, ut contendunt Calvinus, & Balthaſar Hiemayrus: C nec Calvinus ſolum & hæretici alii, ſed, quod magis miremur, catholici plures, acres nimis & acerbi hujus concilii cenſores, aſſeverantes canonem ut falſo confictum, & graviſſimi erroris labe contaminatum a concilio expungendum, vel patres canonis auctores, turpiori ignorantiæ, & impietatis crimine damnandos; veniam ſane illi dabunt, ſi quam ipſi ab Hiſpanis patribus, eamdem & nos ab ipſis viciſſim diſſentiendi libertatem aucupantes, concilii auctoritatem, canonis doctrinam, doctrinæ religionem, cum religioſorum epiſcoporum pietate conjunctam non modo ab objecta calumnia vindicemus, ſed eamdem cum ſanctorum patrum ſententiis, cum ſummorum pontificum conſtitutionibus, cum præclaro, & publico totius Chriſtianæ religionis conſenſu mirifice convenire adſtruamus. Ea fuit olim Gentium de divina natura, aut vana religio, aut ſtulta ignoratio, ut Deum ipſum, vel deos quorum conſilio, mente, atque ratione univerſam mundi machinam regi & adminiſtrari cenſebant, naturalibus humanorum corporum & membrorum D lineamentis formarent. Arnobius. *At vero vos Deos parum eſt formarum quod amplectimur menſione, filo etiam atterminatis humano, & quod indignius multo eſt, terrenorum corporum circumciſura finitis. Quod ergo dicemus caput deos geſtare tereti rotunditate collectum, &c.* Nec humanæ tantum formæ ſimilitudine eorum naturam repræſentabant; ſed quod ineptius eſt, leonum, canum, caprarum, arietum, hircorum, ſerpentum etiam nonnunquam, & alitum formam exprimentes. Tertullianus. *Sed illi debebant adorare ſtatim biforme numen, quia & canino, & leonino capite commixtos, & de capro & de ariete cornutos & a lumbis hircos, & a cruribus ſerpentes, & planta vel tergo alites deos receperunt.* Minutius Felix *Item boum capita, & capita vervecum & immolatis & colitis De capra etiam & homine mixtos deos, & leonum & canum vultu deos dedicatis. Nonne & Apim bovem cum Ægyptiis adoratis, & paſcitis?* Nec deos ſuos hominum & animalium vel alitum figura ſolum depingebant, ſed quo abſurdius nihil vel fingi vel excogitari poteſt, rude palum, & informe lignum, ut deos E venerabantur. Ita Tertullianus. *Et tamen quanto diſtinguitur a crucis ſtipite Pallas Attica? & Ceres ferrea, quæ ſine effigie, rudi palo, & informi ligno proſtant?* Palladem enim ſive Minervam & Cererem inter duodecim ruſticorum deos numerat Varro, quorum ſimulacra ſolebant ſine effigie in ſude quapiam, aut informi ligno, cum in domorum limitibus, tum in agris erigere; & ut Deos adorare: quod Lucanus ſignificaſſe videtur, dum ſcripſit.

*Simulacraque mæſta deorum*
*Arte carent, cæſiſque exſtant informia truncis.*

Ne ergo veſano hoc ethnicorum errore putarent vel ipſæ Gentes, vel catholici ſimpliciores, Deum noſtrum verum, æternum, & inviſibilem, ut quid corporeum, idolorum ſtulta imitatione pingi debere, aut poſſe;

ideo

Robertus Bellarminus refert ex Calvino tom. 1. de controverſiis Chriſtianæ fidei lib. 2.

Et Balthaſar. Hiemayri hæretici ob pertinaciam Viennæ combuſti libro adverſus imagines refert Sixtus Senenſis lib. 5. biblioth. ſanctæ annotatione CCXLVIII

Arnobius lib. 4. adverſ. Gentes.

Tertull. in apol. c. 16.

Minutius Felix in Octa-

Tertull. in apol. cap. 16.

Varro. lib. 1. de re ruſtica.

Lucan. lib. 3.

ideo imagines inviſibilis Dei in eccleſiis pingi, Hiſpani A epiſcopi interdixerunt: de his enim intellexiſſe concilium, qui rationem ab eo redditam legerit perattente, profecto non inficiabitur. *Ne*, inquit, *quod colitur & adoratur, in parietibus depingatur*. Adorationis enim nomen non diſſitetur, pro dulia cultu (ut Græci vocant) ſæpe in ſcriptura uſurpari. Sic Balaam pronus in terra adoraſſe angelum legitur. Joſue etiam angelum: Saul ſummum Samuelis: Abdias Heliam, & ſic alias; Sed ad latriæ cultum, qui ſoli Deo debetur, illud frequentius referri, ex aliis ſacræ ſcripturæ locis comprobaverim. Primo enim narratur Mardochæum Amano genu flectere noluiſſe. & rurſus, ad Deum idem Mardochæus ait: *Scis, quia non ſuperbia, & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, ut non adorarem Aman ſuperbiſſimum, libenter enim pro ſalute Iſrael veſtigia pedum ejus deoſculari paratus eſſem, ſed timui, ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quempiam adorem excepto Deo meo*. Cum Cornelius etiam adoraret Petrum: Surge (inquit) & ego ipſe homo ſum. Et poſtea Paulus & Barnabas a Lycaonibus adorari recuſarunt. Angelus Domini Johanni ipſum adoranti dixit: *Vide ne feceris; conſervus enim tuus ſum, & fratrum tuorum, Deum adora*. In qua ſignificatione ſolum Deum eſſe adorandum docent eccleſiæ doctores, Juſtinus martyr, Hieronymus, Auguſtinus, Fulgentius, Gregorius, Taraſius graviſſimus patriarcha Conſtantinopolitanus. *Si vero ſæpius*, ait, *in ſcriptura & elegantibus noſtris patribus adorationem quis dixerit, pro cultu ſive latria, quæ in ſpiritu fit, ſumi non negamus &c.* In hac adorationis acceptione docuerunt nec homines, nec angelos eſſe adorandos, D. Athanaſius, Ambroſius, Auguſtinus, & Leo PP. I. Sic D. Epiphanius beatam virginem non eſſe adorandam aſſerit, & B. Ambroſius. *Ac ne quis*, ait loquens de adoratione Spiritus ſancti, *derivet ad virginem Mariam, erat templum Dei, non Deus templi; & ideo ille ſolus adorandus, qui operabatur in templo*. Jonas etiam Aurelianenſis cum de cultu ageret imaginum adverſus Claudium Taurinenſem. *Virginem quæ peperit Chriſtum, non adoramus, ſed ſanctam Dei genitricem congruo honore veneramur. Nec immerito quippe, quoniam per eam, auctorem vitæ ſuſcipere meruimus, & pro eo quod eadem ſancta & intemerata virgo Maria, quæ utique nobis Deum & hominem edidit, dominum, videlicet Jeſum a cunctis fidelibus pio colitur amore, & debito veneratur honore*. Quinimo eodem ſenſu Damaſcenus humanitatem Chriſti, ſi cogitatione a verbo ſepararetur, eſſe inadorabilem tradit, & concilium Antiochenum in confeſſione fidei, quæ exſtat in concilio Epheſino, ait: *Totum rurſus adorabilem etiam cum corpore, ſed non ſecundum corpus adorabilem*. Item Auguſtinus. *Ego dominicam carnem, ait, imo perfectam in Chriſto humanitatem propterea adoro, quod a divinitate ſuſcepta, atque deitati unita eſt; denique ſi hominem ſeparaverit a Deo, ut Photinus, vel Paulus Samoſatenus; illi ego numquam credo, nec ſervio: velut ſi quis veſtrum, aut purpuram, aut diadema regale jacens invenit, numquam conabitur ea adorare; cum vero ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit, ſi ea ſimul cum rege adorare quis contempſerit*. Quare cum Conſtantinus Conſtantiæ epiſcopus hæreſim abjuraret, quam contra imagines ſequutus fuerat in quadam pſeudo-ſynodo, poſtea in Nicæna II. actione III. hanc loquendi formulam uſurpavit. *Suſcipio & complector venerandas imagines, adorationem autem quæ fit ſecundum latriam, hoc eſt, Dei culturam, tantummodo trinitati confero*. Quod etiam docuit D. Gregorius Serenum Maſſilienſium epiſcopum. *Et ſi quis imagines facere voluerit, minime prohibe: adorare vero imagines, omnibus modis devita. Sed hoc ſollicite fraternitas tua admoneat, ut ex viſione rei geſtæ ardorem compunctionis percipiant; & in adoratione omnipotentis ſanctæ trinitatis humiliter proſternantur*.

Num. 22.
Joſue 5.
1. Reg. 28.
3. Reg. 18.
Eſther. 3.
Ibid. c. 13.
2. Actor. 10.
3. Actor. 14.
4. Apoc. 19.
Juſt. mart. 2. apolog. Hieron. epiſt. ad Riparium Aug. de vera & falſa religione c. 55. & li. 20. contra Fauſtum Manichæum c. 21. Fulgen. l. 4. ad Donat. D. Gregor. epiſt. ad Seren. Maſſil. epiſc. quæ exſtat li. 1. indict. 4. epiſt. 9. Taraſ. epiſt. ad Conſtan. & Iren. relata in VII. ſynodo act. 3.
D. Ambr. li. 3. de Spiritu ſancto c. 12. Jonas Aurelia. lib. de cultu imaginum, contra Claudium Taurinenſem.
D. Athan. ſer. 4. cont. Arianos.
D. Ambr. in c. 1. epiſt. ad Roman. D. Leo PP. ſerm. 2. de nativitate. D. Epiphan. hæreſi 79.
Concil. Antiochenum probatum ab Epheſino to. 6. c. 2. D. Aug. ſer. 68. de verbis domini.
Greg. lib. 9. indict. 4. ep. 9.

Quod ſi verbum, *adorare*, apud ſanctos patres pro cultu latriæ, frequentius accipitur, multo magis eamdem latriæ adorationem verbum, *coli*, quod in hoc canone cum altero, *adorari*, conjungitur, ſignificabit; ut Auguſtinus docet. *Latria vero, ait, ſecundum conſuetudinem, qua locuti ſunt, qui nobis divina eloquia condiderunt, aut ſemper, aut tam frequenter, aut pene ſemper dicitur ea ſervitus, quæ pertinet ad colendum Deum. Proinde ſi tantummodo cultus ipſe dicatur, non ſoli Deo deberi* E *videtur; dicimus enim etiam colere homines, quos honorifica vel recordatione, vel præſentia frequentamus. Nec ſolum ea, quibus nos religioſa humilitate ſubjicimur, ſed quædam etiam, quæ ſubjecta ſunt nobis, coli perhibentur. Nam ex hoc verbo agricolæ, & coloni, & incolæ vocantur: & ipſos Deos non ob aliud appellant cœlicolas, niſi quod cœlum colant, non utique venerando, ſed inhabitando, tanquam cœli quoſdam colonos, non ſicut appellantur coloni qui conditionem debent genitali ſolo propter agriculturam ſub dominio poſſeſſorum; ſed ſicut ait quidam Latini eloquii magnus auctor.*

Aug. lib. 1. de civitate Dei c. 1.

*Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni.*

*Ab incolendo enim colonos vocavit, non ab agricultura. Hinc & civitates a majoribus civitatibus velut populorum examinibus conditæ, coloniæ nuncupantur. ac per hoc cul-* A *tum quidem non deberi niſi Deo, propria quadam notione verbi hujus omnino veriſſimum eſt*. Id etiam docet divus Cyprianus: & Taraſius in epiſtola ad Conſtantinum & Irenen interpretans in hunc ſenſum, locum illum Deuteronomii VI. *Hinc divina, ait, ſcriptura docens: Deum tuum adorabis, & illi ſoli cultum exhibebis. Adorabis abſolute ponit, neque adjicit ſoli: ut ſignificetur vox diverſæ notionis, & æquivoca: cultum autem exhibebis, ſive ſervies, ſoli, dixit. Quam ob cauſam latriam uni Deo tribuimus, atque ad illum referimus*. Hæc Taraſius. Quod ſi colere verbum ſeu inſervire (idem enim utrumque ſignificat) ut in eadem ſynodo Nicæna Taraſius explicavit, ad ſolam divinitatem referri debet, & ſolet, ut Taraſius approbatus a ſynodo generali Nicæna aſſeverat: probabile eſt, concilio noſtro imagines, quæ coli & adorari debent, interdicente ſolas Dei imagines prohiberi: quod liquido videtur oſtendere canonis, & verborum ipſius contextus. Cum enim prius materiam conſtitutionis exprimeret, picturas multitudinis voce, ſive pluralis numeri uſu prohibuit: cum vero B formam conſtitutionis expoſuit, decernens, quorum, aut cujus picturæ vetarentur, brevioribus ſingularis numeri eam finibus circumſcripſit. *Ne*, inquit, *quod colitur & adoratur, in parietibus depingatur*. Aliter enim ſi martyrum & confeſſorum imagines interdicerentur, quorſum tam generali præcepto, tam brevem ſtrictamque rationem addidiſſet.

Cypr. li. quod idola non ſint dii c. 1.
Taraſii epiſt. ad Conſtantinum exſtat in VII. ſynodo actione 3.
Deuteron. 6.
Taraſius in eadem epiſt. ad Conſtantinum, quæ exſtat act. 3.

Confirmat hanc interpretationem, quod ſæviſſimis his temporibus de ſanctorum imaginibus nec cogitarint epiſcopi; non quod putarent eum honoris & religionis cultum ſanctis & electis Dei deferendum non eſſe: ſciebant quippe ſe non ſtudioſe ſolum, ſed pie, religioſe & ſancte, eos colere, & auguſte venerari debere, ut venerabantur continuo, non interiori tantum, ſed exteriori, & publico cultu, dum graſſantis perſecutionis aberat periculum. De quo præclarum exemplum præbuit Sabinus epiſcopus Hiſpalenſis, qui huic concilio interfuit, dum paulo poſt hujus concilii exitum, egregiam navavit operam, ut Juſtæ & Ruffinæ martyrum corpora & reliquiæ C partim ex puteo, partim ex amphiteatro Hiſpalenſi colligerentur, & honorifice ſepelirentur cuſtodirenturque. a quo par non eſt, ut credamus, eorumdem martyrum & aliorum cœlitum imagines irreverenter tractari, prohiberique. Sed abſtinebant (ut dixi) ad tempus, ne picturas ſanctorum hominum, quos aliquando agnoviſſent, contemptui Gentes haberent, reputantes religionum eſſe ludibria: vel ſibi falſo perſuaderent, illos a noſtris, ut veros Deos, latriæ veneratione coli. Euſebius enim recenſet, quod cum tempore Diocletiani graviſſima in Chriſtianos exerceretur perſecutio, pagani martyrum reliquias projiciebant in mare, dicentes. *Ne forte dii efficiantur Chriſtianorum, & illi, qui Deos adorare nolunt, ſervos noſtros incipiant adorare*. Ex quo duo plane conſequuntur; alterum, ſanctos tunc, & electos Dei a Chriſtianis coli receptum; alterum, ne in ſanctas martyrum reliquias impii deſævirent, non minori religionis, quam prudentiæ laude, inter eoſdem Chriſtianos conveniſſe, ut in locis publicis, cujuſmodi erant eccleſiæ, non ſolum imagines martyrum & ſanctorum non depingerentur; ſed neque D eorum corpora ſepulchris, & monumentis publicis reconderentur. De his autem (ut dixi) epiſcopi noſtri non meminerunt, quod de his etiam nec Gentes meminiſſent; ſed de Dei noſtri imaginibus: quia ſermo & diſputatio adverſus hæreticos ſacras ſanctorum imagines impugnantes, ut impugnant hodie, non inſtituebatur, nec tunc illi extiterunt: ſed adverſus Gentes, quarum aſſidua, & impia objurgatione quidam forſan catholici ineptam erant Dei formaturi picturam, ſi id decreto hujus concilii non prohiberetur, & eorum religioſa vel ſuperſtitioſa potius ſimplicitate forſan Gentes, vel alii catholici ſimpliciores arbitrati eſſent Deum noſtrum quid corporeum eſſe, ideoque lineamentis, vel hominum, vel animalium, vel alitum, vel aliarum rerum corporalium figurari poſſe, ut pingebantur, & dolabantur quotidie vaniſſimæ ſuorum deorum vel dæmonum imagines & ſimulacra. Quod aliquando tentaſſe Gentes in religionis noſtræ ludibrium, Tertullianus teſtatur. *Sed nova jam Dei*, inquit, *numinis in iſta civitate, proxime editio publicata eſt; ex quo quidem in fruſtrandis beſtiis* E *mercenarius noxius picturam propoſuit cum hujuſmodi inſcriptione. DEUS CHRISTIANORUM ONONYCHITES: is erat auribus aſininis, altero pede ungulatus, librum geſtans & togatus*. Cujus picturæ occaſionem paulo antea his verbis retulit: *Nam ut quidam ſomniaſtis, caput aſininum eſſe Deum noſtrum: hanc Cornelius Tacitus ſuſpicionem ejuſmodi inſeruit. Is enim bellum Judaicum exorſus ab origine gentis, & etiam de ipſa tam origine, quam de nomine & religione gentis, quæ voluit argumentatus, Judæos refert Ægypto expeditos, ſive ut putavit, extorres, in vaſtis Arabiæ locis, aquarum egentiſſimis, cum ſiti macerarentur, onagris, qui forte de paſtu potum petituri æſtimabantur, indicibus fontibus uſos, ob eam gratiam conſimilis beſtiæ ſuperficiem conſecraſſe. Atque ita inde optime præſumptum, nos quoque ut Judaicæ religionis propinquos eidem ſimulacro initiari*. Eamdem aſininæ ſuperſtitionis vanitatem nobis falſo objectam confutat Minutius. Ne

De Sabino id refert breviarium antiquum Eborenſe.
Euſeb. lib. 8. hiſt. eccl. c. 6.
Tertul. in apologetico c. 16. ad finem.
Cornel. Tacit. li. 5. hiſtor.

igitur

Minutius Felix in Octavio.

igitur his & aliis vaniſſimis imaginum Dei noſtri ſuperſtitionibus (ut jam dixi) locus daretur, neve Gentes ſtolidæ arbitrarentur Deum noſtrum æternum & inviſibilem ſuorum idolorum & ſimulacrorum corporea ſimilitudine æquandum, juſtiſſime prohibitæ ſunt Dei imagines: illo enim errore non Gentes ſolum, ſed & Chriſtiani doctrina & auctoritate graves, imbutos aliquando repeTertal. lib. de carne Chriſti. rimus. Tert. enim. *Cum autem ſit, habeat neceſſe eſt aliquid per quod eſt; ſi habet aliquid per quod eſt, hoc erit corpus ejus. Quod eſt corpus, eſt ſui generis, nil eſt incorporale, niſi quod non eſt.* Alibi, *Nam & dexteram*, inquit, *& oculos, & pedes Dei legimus.* Quem errorem illi tribuunt D. Auguſtinus, D. Fulgentius, Gennadius, & alii, tametſi ab eodem Auguſtino extenuari verius multo, quam excuſari errorem legamus. Ille autem ne longius ſerperet, hoc decreto ab Hiſpanis epiſcopis proviſum eſt, interdicentibus hic, ne Dei imagines in eccleſia pingerentur: quod ſane non ab eo tempore tantum, ſed ab ipſa apoſtolorum ætate Hiſpanicam, Africanam eccleſiam & catholicam obſervaſſe ſcimus, nullam enim Dei imaginem (ut Deus eſt) pingi ſinebat.

Idem lib. 2. adverſ. Marcion. D. Aug. lib. 10. de Geneſ. ad literam c. fin. & lib. de hæreſi. ad Quod vult deum c. 86. D. Fulgentius li. 2. de fide ad Petrum. Gennadius de dogmatibus eccle. & alii. Aug. de lib. de hæreſib. ad Quod vult deum c. 86.

Quare cum Adrianus imperator (attendant Calvinus, Hiemayrus & reliqui præſentis ſæculi Iconomachi) atrociſſima poſt Neronem, Domitianum, & Trajanum perſecutione excita Chriſtianos exagitaſſet; ad extremum poſt Quadrati epiſcopi Athenienſis dicatam ei pro Chriſtianæ religionis defenſione apologiam; poſt ornatam & gravem, quam pro Chriſtianis habuit præſente imperatore orationem Ariſtides vir ſingularis eloquentiæ; poſt Serennii Gratiani legati literas, quibus clamitabat, iniquum videri Chriſtianos nullo objecto crimine indictaque cauſa, quo inſani populi acclamationibus ſatisfieret, neci dari, ſolaque Chriſtianæ religionis profeſſione reos fieri, perſecutionem remiſit, Minutio Fundano Aſiæ proconſuli reſcribens, Chriſtianorum neminem abſque juſto crimine intentato, & accuſatione rite peracta, morte multandum, ſolamque Chriſtianiſmi profeſſionem pœnæ obnoxiam eſſe noluit, ut Euſebius refert, & Nicephorus. Nec eo ſolum Chriſtianos beneficio devinxit, ſed cum intelligeret eos nihil hoſtiliter contra rempublicam moliri, & a ſeditionis Judaicæ principe Barchocheba immanes potius cruciatus paſſos, quam ut cum eo ſeditionem contra Romanos concitarent, cœpit in eos magis propendere, ac cogitare, quibus poſſet illorum innocentiam & ſanctitatem compenſare beneficiis: cumque agnoviſſet demum eos ſpretis Gentilium diis vel idolis, ſoli, uni, Vero, Optimo, & Maximo honorem habere, templaque ad ejus cultum deſiderare, Chriſtianis templa, Chriſtianæ tunc religionis uſu & forma ſine ſimulacris Dei veri, & incorporei, ne ſimile ſuis profanæ Gentes arbitrarentur, & ſine aliqua etiam deorum ſuorum effigie & forma, quibus referta & contaminata erant delubra gentilium, ne Chriſtianis pro gratia exhiberet moleſtiam, extrui juſſit, ut in ejus vita teſtatur Lampridius. Qua ratione illa, quod numina non haberent, uſque ad tempus Conſtantini magni templa Adriani nuncupata ſunt. Nec Romæ tantum & in Italia hoc catholici viri obſervabant, ſed & in reliquis provinciis. Quod ridebant Gentes, objicientes nobis, quod nullam Dei formaremus picturam, occultare quod colebamus. Minutius Felix ſic Gentes inducit adverſus religionem noſtram loquentes. *Multa præterea conſulto; nam & hæc nimis multa ſunt, quæ aut omnia, aut pleraque omnium vera declarat ipſius pravæ religionis obſcuritas. Cur etenim occultare, & abſcondere quidquid illud colunt, magnopere nituntur: cum honeſta ſemper publico gaudeant, ſcelera ſecreta ſint? Cur nullas aras habent? templa nulla? nulla nota ſimulacra? numquam palam loqui? numquam libere congregari? niſi illud quod colunt, & interprimunt, aut puniendum eſt, aut pudendum? Unde autem, vel quis ille, aut ubi Deus, unicus, ſolitarius, deſtitutus, quem non gens libera, non regna, non ſaltem Romana ſuperſtitio noverat, Judæorum ſola & miſera Gentilitas, unum & ipſum Deum, ſed palam, ſed templis, aris, victimis, ceremoniiſque coluerunt: cujus adeo nulla vis, nec poteſtas eſt, ut ſit Romanis hominibus cum ſua ſibi natione captivus. At etiam Chriſtiani, quænam monſtra, quæ portenta confingunt? Deum illum ſuum, quem nec oſtendere poſſunt, nec videre, in omnium mores, actus omnium, verba denique, & occultas cogitationes diligenter inquirere.* Et his ipſis reſpondens. *Putatis autem nos*, ait, *occultare quod colimus, ſi delubra & aras non habemus? quod enim ſimulacrum Deo fingam; cum ſi recte exiſtimes, ſit Dei homo ipſe ſimulacrum?* Et mox. *At enim quem colimus Deum, nec oſtendimus, nec videmus, imo ex hoc Deum credimus, quod eum ſentire poſſumus, videre non poſſumus: in operibus enim ejus & in mundis omnibus virtutem ejus ſemper præſentem aſpicimus; cum tonat, fulgurat, cum ſerenat. Nec mireris, ſi Deum non vides, vento & flatibus omnia impelluntur, vibrantur, agitantur, & ſub oculis tamen non venit ventus & flatus. Solem adeo, qui videndi omnibus cauſa eſt, videre non poſſumus, radiis acies ſubmovetur, obtutus intuentis hebetatur; & ſi diutius inſpicias, omnis viſus extinguitur. Quid ipſum ſolis artificem, illum luminis fontem poſſis ſuſtinere? cum te ab ejus fulgoribus avertas? a fulminibus abſcondas? Deum oculis carnalibus*

Lampridius in vita Adriani.

Euſeb. lib. 4. c. 8. Niceph. lib. 4. c. 5.

Minutius Felix in Octavio.

Idem in eod.

A *vis videre? cum ipſam animam tuam qua vivificaris, & loqueris, nec aſpicere poſſis, nec tenere? ſed enim Deus, &c.* Arnobius adverſus eoſdem. *De ſexu hactenus, nunc ad ſpeciem veniamus, & formas quibus eſſe deſcriptos deos ſuperos creditis, quibus imo formatis, & templorum ampliſſimis collocatis in ſedibus, neque quiſquam Judaicus in hoc loco nobis opponat, & Sadducæi generis fabulas tamquam formas tribuamus, & nos Deo; hoc enim putatur in eorum literis dici, & lege cujuſque auctoritate firmari; quæ aut nihil ad nos attinet, nec ex aliqua portione quidquam habent communne nobiſcum; aut ſi ſunt credita ſocia, quærendi ſunt vobis altioris intelligentiæ doctores, per quos poſſitis addiſcere, quibus modis conveniat literarum illarum nubes atque involucra relaxare: noſtra de hoc ſententia talis eſt. Naturam omnium divinam, quæ neque cœperit aliquando, nec vitalem ad terminum ſit aliquando ventura, lineamentis carere corporeis, neque ullas formarum effigies poſſidere, quibus extima circumſcriptio membrorum ſolet coagmenta finire: quidquid enim tale eſt, mortale eſſe arbitramur & labile, nec* B *obtinere perpetuam credimus avitatem, quod extremis conclutum finibus, neceſſaria circumcludit extremitas. At vero vos, deos parum eſt formarum quod amplectimur menſione, ſilo etiam attermiatis humano, & quod indignius multo eſt, terrenorum corporum circumciſura finitis. Quod ergo dicemus caput deos geſtare tereti rotunditate collectum, &c.* Quæ late continenti ſermone proſequitur agens de reliquis membris, quæ ſecundum Gentium vanitatem & errorem Deo ineſſe deberent; nullo tamen modo poſſe competere probat, ad finem addens. *Si noſtri animi motum non recuſatis audire, tantum abeſt, ut nos Deo corporalia lineamenta tribuamus, ut animorum etiam decora, ipſaſque virtutes, quibus eminere vix conceſſum eſt paucis, tanta vel vereamur aſcribere. Quis Deum enim dixerit fortem, conſtantem, frugi, ſapientem? quis probum? quis ſobrium? quis imo aliquid noſſe? quis intelligere? quis providere? quis ad fines officiorum certos actionum ſuarum decreta dirigentem? Humana ſunt hæc bona, & ex oppoſitione vitiorum, exiſtimationem meruerunt habere laudabilem. Quis eſt autem tam obtuſi pectoris, tam bruti, qui humanis bonis Deum dicat* C *eſſe magnum? aut ideo nominis majeſtate præcellere, quod vitiorum careat fœditate? Quidquid de Deo dixeris, quidquid tacitæ mentis cogitatione conceperis, in humanum tranſilit, & corrumpitur ſenſum, nec habet propria ſignificationis notam, quod noſtris dicitur verbis, atque ad negotia humana compoſit. Unus eſt hominis intellectus de Dei natura certiſſimus, ſi ſcias & ſentias nihil de illo poſſe mortali oratione depromi. Et hæc prima eſt veſtrorum nominum contumelia, quam de formis & ſexibus, boni ſcilicet vindices & religioſi conſtituiſtis auctores.* Et alibi; *In hac enim*, inquit, *conſuiſtis parte crimen nobis maximum impietatis affigere, quod neque ædes ſacras* (ante Conſtantini tempora ſcitum eſt Chriſtianos in Africa templa, aut quod idem eſt, ſplendidas ſtructas ædes non habuiſſe, ſed ſolum oratoria quædam privatis in locis, in quibus ſeorſum convenirent, ut & hoc loco Arnobii, & aliis Tertulliani conſtat) *& venerationis ad officia conſtruamus, non deorum alicujus ſimulacrum conſtituamus, aut formam; non altaria fabricemus, non aras.* Et poſtea. *Vos habere ſexus deos, aliosque ex his mares; fœminini generis alios eſſe confeſſis; nos* D *potentias cœlitus diſcretas eſſe ſexibus abnegamus; quoniam diſcrimen hujuſmodi terrenis animantibus datum eſt, quas coire, quas generare auctor voluit rerum, ſubſtituendis per libidinem prolibus. Vos hominum ſimilitudinem gerere, & mortalium vultibus exiſtimatis eſſe formatos: nos effigies remur ſubmotas eſſe ab his longe: quoniam forma mortalis eſt corporis, & ſi forte eſt ulla, comprehendere nominem poſſe, indubitabili aſſeveratione juramus.* Cui etiam objectioni nobis a Gentibus olim propoſitæ reſpondens Tertullianus. *O impiæ voces*, ait, *o ſacrilega convitia, infrendite, inſpumate, iidem eſtis, qui Senecam aliquem pluribus & majoribus de veſtra ſuperſtitione perorantem reprehendiſtis.* Igitur ſi ſtatuas & imagines frigidas mortuorum ſuorum ſimillimas non adoramus, quas milvi, & mures, & araneæ intelligunt, nonne laudem magis quam pœnam merebatur repudium agniti erroris? Poſſumus enim videri lædere eos, quod certi ſumus odio non eſſe? Quod non eſt, nihil ab ullo patitur, quia non eſt. Illudebant nobis Gentes, quod ſimulacra deo- E rum, vel alicujus Dei (ut ipſi) non haberemus, quibus reſpondet Tertullianus magis aliena confutando, quam confirmando propria: illud tamen in confeſſo eſt, illud tamquam errorem nobis objeciſſe Gentes. Quem etiam refellit Juſtinus martyr, *A quo*, ait, *perſuaſi nos aſſeveramus, genios errorum talium auctores, non ſolum pravos eſſe, verum etiam ſceleſtos, atque impios; ne viris quidem bonis æquiparandos: & ideo hoſtes deorum judicamur. Fatemur quidem nos hoſtes deorum iſtorum ſictitiorum, at non illius veriſſimi Dei patris juſtitiæ, prudentiæque & ceterarum virtutum, cunctorum expertis vitiorum.* Et paulo poſt. *Ceterum*, inquit, *quod victimis & coronis ſimulacra in templis conſecrata non honoramus, in cauſa eſt, quia ſcimus ea carere ſenſu, atque anima, ac ne formam quidem habere Deo ſimilem. Negamus enim hanc eſſe Dei formam, quam quidam ajunt ſe expreſſiſſe, ſed iſta ſunt effigies & nomina dæmonum,*

quos

Arnobius lib. 3. adverſ. Gentes.

Idem lib. 6. in principio.

Idem lib. 7.

Tertul. in apologet. adver. Gentes 12.

Iuſtin. mart. 2. apologet. pro Chriſtianis.

*quos males eſſe oſtendimus. Nam quod ad materiam attinet, non ignoratis dolabata conflatave ab opificibus, & interdum rurſa e vilibus vaſculis, formis tantummodo per artem novatis, & impoſitis eorum nominibus; quod non ſolum ab omni ratione alienum, verum etiam cum injuria Dei conjunctum exiſtimamus, illam ineffabilem majeſtatem formam tribuere iſtis corruptibilibus, & humana ope indigentibus, & ſtolidis imperes horum opifices omnibus vitiis, ne ſingula percenſeam, obſitos, qui etiam ſuarum officinarum miniſteris ancillaribus ſtuprum offerunt. O vos ſtupidos, qui ab hominibus obſequiis deos quos adoratis, fingi refingique creditis.* Et poſt alia. *Quod ſolum crimen nobis objicitis, non eadem vobiſcum numina venerantibus: & quod defunctorum manibus nidores ac libamina, eorumque monumentis coronas & inferias non offeramus. Noſtis enim eaſdem animantes alibi pro diis, alibi pro beſtiis haberi, alibi pro victimis legitimis. Alterum argumentum eſt, quod ſoli mortalium ne mortis quidem formidine adigi potuimus, ut coleremus Liberum Semeles, & Apollinem Latonæ filios, probroſos puerorum amoribus, aut Proſerpinam, Veneremque inſano amore Adonidis ceu æſtro percitas, quarum celebratis myſteria, aut Æſculapium, alium Deum fictitium, ſed favente Jeſu Chriſto, hos contempſimus, dicantes nos Deo ingenito & intactæ paſſionibus, quem ſcimus non ardere Ganymedem, aut Antiopem, ſimileſque famitas, nec ad Thetidis preces vinculis ſolvi.* Lactantius. *Quid ipſa ſimulacra volunt, quæ aut mortuorum, aut abſentium ſunt monimenta? nam omnium fingendarum ſimilitudinum ratio idcirco ab hominibus inventa eſt, ut poſſet eorum memoria retineri, qui vel morte ſubtracti, vel abſentia fuerint ſeparati: deos igitur in quorum numero reponemus? Si in mortuorum, quis tam ſtultus, ut colat? Si in abſentium, colendi ergo non ſunt, ſi nec vident quæ facimus? nec etiam audiunt quæ precamur? Si autem dii abſentes eſſe non poſſunt, qui quoniam divini ſunt, in quacumque parte mundi fuerint, vident, & audiunt univerſa: ſupervacua ergo ſunt ſimulacra illis ubique præſentibus; cum ſatis ſit audientium nomina precibus advocare. At enim præſentes non niſi ad imagines ſuas adſunt. Ita plane, quemadmodum vulgus exiſtimat, mortuorum animas circa tumulos & corporum ſuorum reliquias oberrare. Sed tamen poſtquam Deus ille præſto eſſe cœpit, jam ſimulacro ejus opus non eſt. Quæro enim, ſi quis imaginem hominis peregre conſtituti contempletur ſæpius, & ex ea ſolatium capiat abſentis; num idem ſanus eſſe videatur, ſi eo reverſo atque præſente in contemplanda imagine perſeveret, eaque potius quam ipſius hominis aſpectu frui velit? Minime profecto. Etenim hominis imago neceſſaria tum videtur, cum procul abeſt, ſupervacua futura, cum præſto eſt. Dei autem, cujus ſpiritus ac numen ubique diffuſum abeſſe nunquam poteſt, ſemper utique imago ſupervacua eſt. Sed verentur, ne omnis eorum religio inanis ſit & vana, ſi nil in præſenti videant, quod adorent: & ideo ſimulacra conſtituunt, quæ quia mortuorum ſunt imagines, ſimilia mortuis ſunt; omni enim ſenſu carent. Dei autem in æternum viventis vivum & ſenſibile debet eſſe ſimulacrum: quod ſi a ſimilitudine id nomen accepit, qui poſſunt iſta ſimulacra Deo ſimilia judicari, quæ nec ſentiunt, nec moventur? Itaque ſimulacris Dei non illud eſt, quod digitis hominis ex lapide, aut ære, aliave materia fabricatur, ſed ipſe homo, quoniam & ſentit, & movetur, & multas magnaſque actiones habet.* Hac ergo de cauſa a Gentibus non ſolum irriſi, ſed ut Athei, id eſt ſine Deo, criminis poſtulati & damnati ſunt, ut teſtatur Arnobius, Juſtinus martyr, Dion, Nicephorus & alii. Quare cum Donatiſtarum ſtrages in eccleſias, in cœmeteria, in templa Chriſtianorum, Optatus Milevitanus ideo minutatim exprimeret, ut non ſolum de incenſis libris ſacris, de templis deſtructis, de confractis calicibus, de aris, & altaribus raſis, ſed & de parietibus lotis, quod illos aſpexiſſent Chriſtiani, & teſtes cultus Deo Chriſto adhibiti, literis proderet contra Parmenianum: nunquam tamen mentionem fecit de imaginibus Dei, vel pictis, vel fabrefactis, confractis, deletisve, quas ſi vidiſſent Donatiſtæ, corrumpere in odium Chriſtianorum non erubuiſſent, neque id omiſiſſet Optatus, qui reliqua retulit minutiora. Sic Joannes Damaſcenus, & illi D. Thomas conſentiens, Chriſtianos docent, nullam imaginem Dei habere, quod ſummæ eſſe dementiæ, & extremæ impietatis ducant, divinitatem (quam nulla ratio, nullumque ingenium conſequi poteſt) effingere velle, & figurare. Sic D. Auguſtinus nefas eſſe ducit in Chriſtiano templo imagines Dei collocare. Alibi autem refert Varronem dicentem, qui primi deorum ſimulacra induxerunt, eos & timorem dempſiſſe, & errorem auxiſſe. Rurſus etiam Seneca querimoniam refert, dolentis inviolabiles deos in materia viliſſima, atque ignobili dedicari: quod ad Fortunatianum epiſcopum Siccenſem graviſſimo verborum & ſententiarum pondere ſcribit, ipſo errore confutato. Idem Euſebius. *Quod enim corpus*, inquit, *intellectus divino ſimilitudinem habebit, cum nec mentis humanæ imaginem habere poſſe cognoſcatur? humana enim mens incorporea eſt, atque ſimplex, corpus omne corruptibile, atque compoſitum. Quare juſte rationalis, atque immortalis anima & intellectus ejus* A *imaginem & ſimilitudinem Dei habere dicitur: immortalis enim & incorporea, intellectualis rationaliſque per eſſentiam eſt virtutis, atque ſapientiæ capax? Quod ſi humanæ animæ, atque mentis formam, atque effigiem fingere impoſſibile eſt, quoniam nec ſenſu percipitur; quis adeo ſtultus ſit, ut ligneum ſimulacrum ac effigiem, Dei creatoris hominum ſimilitudinem habere arbitraretur? natura enim divina omnem materiam & omnia quæ percipimus excedit.* Sic Conſtantinus magnus in oratione ad ſanctorum cœtum. *Nam quod poteſt*, inquit, *intelligentia ſolum percipi, & comprehendi mente, nec appetit formam qua cognoſcatur, nec figuram admittit ut imaginem & effigiem.* D. Leo Papa. *Quamvis autem, dilectiſſimi*, inquit, *valde fuerit ipſa rei geſtæ forma mirabilis, nec dubium ſit in illo omnium humanarum vocum exultante conventu majeſtatem Spiritus ſancti fuiſſe præſentem; nemo tamen exiſtimet in his quæ corporeis viſa ſunt oculis, divinam ejus apparuiſſe ſubſtantiam. Natura enim inviſibilis, & patri, filioque communis, qualitatem muneris, atque operis ſui qua voluit ſignificatione monſtravit.* B *Proprietatem vero eſſentiæ ſuæ in ſua deitate continuit; quia ſicut nec Patrem, nec Filium, ita nec Spiritum ſanctum humanus poteſt viſus attingere.* Quare cum in VI. & VII. ſynodo omnium hæreticorum tam antiqui, quam illius ſæculi ſectæ, opiniones, rationes, & auctoritates proferrentur; nuſquam videmus eos hujus canonis antiquiſſimi decretum in ſui confirmationem recitaſſe; quod ratione convicti agnoſcerent illud de ſola Dei increati & inviſibilis imagine intellexiſſe; quam exprimi, ſeu depingi non poſſe ut in concilio decernitur, ita in eadem ſynodo VII. iterum ſancitum eſt. Epiſtola enim Germani ſanctiſſimi patriarchæ Conſtantinopoleos ad Joannem epiſcopum Synadon recitatur & approbatur, in qua ſic inquit: *Non enim inviſibilis deitatis imaginem, aut ſimilitudinem, aut figuram, aut formam expreſſam, quin etiam ipſorum ſanctorum angelorum præſtantes ordines, neque intelligere, neque inveſtigare omnino poſſumus. Sed quando unigenitus filius, qui in ſinu patris exiſtens, ſuam creaturam a mortis adjectione revocando, Patris & Spiritus ſancti beneplacito* C *homo fieri dignatus eſt, non aliter ac nos carnem & ſanguinem aſſumens; & ut*, inquit, *magnus apoſtolus, per omnia nobis ſimilis factus, excepto peccato. Igitur humanitatis illius characteris, & juxta carnem indiſcretæ hominis forma imaginem figurantes, ipſius incomprehenſibilem deitatem, atque inviſibilem, unde ea quæ noſtræ fidei præcipua ſunt, naſcuntur, oſtendere nequimus.* Et in epiſtola ad Thomam epiſcopum Claudiopoleos ex D. Athanaſio in ſermone contra idola hæc promit. *Quemadmodum igitur nulla communio lumini cum tenebris, neque ulla Chriſto cum Belial concordia: ita nulla Chriſtianis, qui Deum unum inenarrabili gloria & potentia adorantes, colunt, cum his qui Deum, ut Deus eſt, effingere & formare intendunt.* Poſt autem recitatur ſententia Joannis epiſcopi Theſſalonicenſis, in qua poſt alia. *Dei autem imaginem dico Jeſu Chriſti ſervatoris noſtri, quemadmodum ipſe ſuper terram cum hominibus converſatus eſt pingimus; non ut in ipſa natura Deus eſt, quæ enim poſſet eſſe Dei ſimilitudo, aut quæ figura incorporei, non* D *effigiabiliſque verbi Patris? Deus enim, ut ſcriptum eſt, ſpiritus eſt, quoniam viſum eſt Deo Patri, ut unigenitum ſuum filium e cœlis dimitteret, qui pro noſtra ſalute ex Spiritu ſancto & inviolata virgine Deipara incarnaretur, nos ejus humanitatem ea ratione pingimus, non illius incorpoream deitatem.* Epiphanius autem in eadem ſynodo. *Veri autem Chriſtiani filium unicum Chriſtum & dominum confitentur. Et cum imaginem illius, quemadmodum caro factus eſt, & habitavit in nobis, perfectus videlicet homo, depingunt, valde recte & pie facere cognoſcuntur. Eſt enim Deus verbum in carne apud nos diverſatus, non ipſa deitas conſideratur depicta. Deum enim*, ut ait, *nemo vidit unquam, ſiquidem, neque depingi neque videri, neque comprehendi poteſt, ſed tantummodo illius humanitas.* Quod ſæpe in eadem actione epiſcopi & ſequenti repetierunt. Quare in Hiſpania concilio Toletano III. idem eorum error, qui putabant divinitatem depingi debere, aut poſſe, iterum confutatus eſt. In ea enim fidei confeſſione & anathematiſmis adverſus errores antiquos ab epiſcopis catholicis, & præcipuis Gothicæ Gentis viris, in E principio concilii factis, hæc ajunt. *Quicumque filium Dei ſecundum divinitatem ſuam viſibilem aut paſſibilem auſus fuerit proferre, anathema ſit.* Poſtremo id recentiori concilii Tridentini decreto cautum eſt, dum docet divinas perſonas pingi, & figurari, cum antiquas veteris, aut novi teſtamenti hiſtorias & narrationes exprimi expediens fuerit; & tunc præcipit, ut moneatur doceaturque populus a parocho, non propterea divinitatem figurari, quaſi corporeis oculis inſpici, aut figuris exprimi poſſit; ſed ut præſentem faciant eam ſpeciem & formam, quam Deus aliquando ſuſcipere, & ſe ante hominum oculos ponere dignatus eſt. Si autem ab hac veritate aberrantes divinas perſonas rerum creatarum ſimilitudine depingant alii, impium ſit & deteſtandum ſacrilegium.

Nec in lege nova tantum voluit Deus imaginem ad ſui ſimilitudinem pingi, cum eam nemo viderit unquam niſi filius: ſed & in veteri id prohibuit. Inter præcepta

enim

Lactan. lib. 2. divinarum inſtit. c. 2.

Arnob. lib. 1. adverſ. Gentes.

Juſtin. Apolo. 2. pro Chriſtianis. Dion. Caſſ. in Nerva. Niceph. lib. 3. hiſt. eccleſ. c. 32.

Optatus Milevitanus lib. 6 contra Parmenianum.

Joan. Damaſc. lib. 4. de fide orthodoxa, cap. 17.

D Tho. 3 p. q. 25. artic. 3. in ſolut. ad 1.

D. Aug. lib. de fide & ſymbolo, cap. 17.

Idem lib. 4 de civitate Dei cap. 31.

Idem l. 6. c. 10.

Idem ep. 111. ad Fortunatianum epiſcopum Siccenſem, & epiſt. 112. ad Paulinam.

Euſeb. li. 3. de præparatione evangeli. c. 3.

Conſtantinus apud Euſeb. in oratione ad ſanctorum cœtum c. 4.

D. Leo PP. ſer. 2. de pentec. coſt. c. 3.

Septima ſynodus act. 4. in qua hujus Germani ep. recitatur

Heb. 4.

Extat ea ep. in eadem ſeptima ſynodo actione 4.

2. Corinth. 6.

In ead. 7 ſynodo actione 5.

Joan. 4.

In eadem ſeptima ſynodo act. 6. verſic. rurſus.

Joan. 1.

Joan. 4.

Action. 6. & 7.

Conc. Trident. ſeſſ. 25. in princ.

Exod. 20.

enim quæ Moyſi dedit, hoc unum eſt. *Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cælo deſuper, & quæ in terra deorſum; nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra.* Et paulo poſt, ut hæc interpretaretur, addidit, *Deos aureos & argenteos non facietis mecum.* Quaſi diceret: Non facietis imagines aureas, vel argenteas quæ figuram Dei repræſentent: hoc enim Eſaiæ verba docere aperte videntur. *Cui ſimilem*, inquit, *feciſtis Deum, aut quam imaginem ponetis ei? Numquid ſculptile conflabit faber, aut artifex auro figurabit illud, & laminis argenteis argentarius?* Poſtea: *cui aſſimilaſtis me, & adæquaſtis & comparaſtis me, & ſimilem feciſtis, qui confertis aurum de ſacculo, & argentum ſtatera ponderaſtis, conducentes aurificem ut faciat Deum?* Et in Levitico. *Non facietis vobis idolum & ſculptile, neque titulos erigetis, neque inſignem lapidem ponetis in terra veſtra, ut adoretis eum; ego enim ſum dominus Deus veſter, cuſtodite ſabbata mea, & pavete ad ſanctuarium meum: Ego dominus.* Voluit ergo dominus prohibere filiis Iſrael, qui ad idololatriam propenſi erant, ne ullum divinæ majeſtatis ſimulacrum facerent, ſed ante tabernaculum, quod ipſius Dei gloriam repræſentabat, paverent omnes. Quod planius expoſuit, cum reddens hujus præcepti rationem, ſic ait. *Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem, in die qua locutus eſt vobis dominus in Horeb de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem, aut imaginem maſculi, vel fœminæ.* Sic Deuter. V. refertur dominum de medio caliginis locutum fuiſſe ad filios Iſrael: nihilque eos præter ignem, nubem, atque caliginem inſpectare unquam potuiſſe; ut animadverterent, & intelligerent, Deum non eſſe talem, qui humano ingenio, vel arte pingi poſſet, vel figurari; nam ſi aliquam formam vidiſſent Dei, cum eos alloquebatur, tali eum præditum utique arbitrarentur. Quam ignorantiam, vel inſaniam potius, notat, reprehenditque in Romanis D. Paulus, qui mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, vel volucrum, & quadrupedum & ſerpentum: illi enim, ut Juſtinus martyr tradit, divinitatis ſe formam exprimere, talique Deum effigie præditum eſſe arbitrabantur, qualem ſpectra ipſa præ ſe ferebant. Nullam ergo imaginem Dei in veteri teſtamento effictam, vel formatam fuiſſe, ut ſacris, ſic & profanis etiam auctoribus liquet. Joſephus enim contra Apionem ex Hecatæo antiquiſſimo hiſtorico de templi Hieroſolymitani deſcriptione refert, nullum in eo ſimulacrum, aut aliquod anathema fuiſſe: poſtea pluribus, eidem reſpondet Apioni, objicienti, quod Judæi imperatoribus ſtatuas non erigerent, eum admirari potius debere ait, magnitudinem modeſtiamque Romanorum, quod ſubjectos non cogerent patria jura violare. Cornelius etiam Tacitus Cneium Pompeium refert, cum expugnatis Hieroſolymis templum adiiſſet ſpeculaturus Judaicæ religionis arcana, nullum illic reperiſſe ſimulacrum, & utique ſi id coleretur, ut Tertullianus animadvertit adverſus Gentes, Cornelii auctoritatem illis objiciens, quod aliqua effigie repræſentabatur; nuſquam magis atque in ſacrario ſuo exhiberetur; eo magis, quia verebatur extraneos arbitros vanæ culturæ. Idque affirmat Origenes contra Celſum. Nec id ſolum poſitiva conſtitutione ſive nova, ſive antiqua cavetur, ſed jure ipſo naturæ æquiſſimaque ratione: nam cum corporea figura, non niſi rem corpoream repræſentet, impoſſibile erat Dei veritatem, prout in ſe eſt, exprimi poſſe; ſed neceſſe erat illam in mendacium (ut D. Paulus ait) commutari.

Eſai. c. 40.

Idem c. 46.

Levit 26.

Deut. 4.

Paul. ad Rom. 1.

Juſtinus martyr 2. apologia.

Joſeph. lib. 1. contra Apionem

Idem lib. 2.

Tertul. in apologet. c. 16.

Origen contra Celſum li. 4.

Actuum 17.

Quibus ſatis conſtat, imaginem Dei, prout in ſe eſt, tam in veteri, quam in novo teſtamento prohiberi. Cujus majori veneratione & cultu, ipſum adhuc Dei nomen apud patriarchas & prophetas erat ineffabile: exiſtimantes, non ſine magno conſilio, abſtruſiſſima divinitatis myſteria, ſe & reliquos ſilentio revereri debere, potius quam enunciare: idque comprehendit ipſius Dei vocabulum, quod ut Juſtinus martyr interpretatur, non tam Dei nomen eſt, quam inenarrabilis rei hominibus innata opinio: eaque de cauſa, illum quandoque ſeipſum ſine nomine nuncupaſſe, & dixiſſe Moyſi. *Ego ſum qui ſum ille.* Idem Juſtinus martyr tradit. *Deus autem neque ſuperiorem quemquam habuit a quo nomen acciperet, neque ſe ipſe nominare voluit, cum unus & ſolus eſſet, ſicut de ſe ipſo per prophetas teſtatur, Ego Deus primus, & ego deinceps, nec eſt præter me Deus alius. Ideo ſicut antea dicebam, cum Moyſem ad Hebræos mitteret, non nomine uſus eſt, ſed participio quodam, quo ſe unum, ſolumque Deum eſſe ſignificat.* Hæc ille.

Juſtin. martyr 2. apol. pro Chriſtianis.

Idem in ſerm. exhortatorio ad Gentes.

Eamdem hanc Hebræorum & Chriſtianorum catholicorum veram ſententiam ethnicorum plures auctoritate & ſapientia præſtantiores ſectati ſunt. De Numa enim Clemens Alexandrinus hæc refert. *Numa rex Romanorum erat quidem Pythagoreus, ex his quæ a Moyſe tradita ſunt adjutus, prohibuit Romanis, ne animali ſimilem Dei facerent imaginem, docens id quod eſt optimum, non licere ulli alia ratione, quam ſola mente attingere, idque centum & ſeptuaginta annis obſervatum fuiſſe, templaque ædificata abſque imagine, nec afficta, nec depicta.* Cujus Tertullianus quoque meminit. *Nam etſi a Numa*, inquit, *concepta eſt curioſitas ſuperſtitioſa, nondum tamen aut ſimulacris aut templis res divina apud Romanos conſtabat, frugi religio, pauperes ritus, & nulla Capitolia certantia cælo; ſed temeraria de ceſpite altaria, & vaſa adhuc Samia, & nidor ex illis, & Deus ipſe nuſquam: nondum enim tunc ingenia Græcorum atque Tuſcorum fingendis ſimulacris urbem inundaverant.* Et alibi. *Idolum aliquando retro non erat, priuſquam hujus monſtri artifices ebulliſſent, ſola templa & vacua ædes erant, ſicut in hodiernum quibuſdam locis vetuſtatis veſtigia permanent.* Nec illud omiſit Plutarchus. *In prioribus*, inquit, *centum ſeptuaginta annis, templa quidem ædificabant, ſacraque tuguria erigebant; ſimulacrum vero nullum corporeum dedicabant.* Nec tacuit Dionyſius Halicarnaſſeus, addens Tarquinium Priſcum vanitate & ſtultitia Græcarum religionum Hetruſcarumque domi imbutum, Romanos docuiſſe ſimulacra diis ponere. Quod ex ſententia Varronis pronunciat & comprobat D. Auguſtinus ad Marcellinum, his verbis. *Dicit etiam antiquos Romanos, pluſquam annos centum & ſeptuaginta, deos ſine ſimulacro coluiſſe, quod ſi adhuc*, inquit, *manſiſſet, caſtius dii obſervarentur. Cujus ſententiæ ſuæ teſtem adhibet, inter cetera etiam Gentem Judæam; nec dubitat eum locum ita concludere, ut dicat, qui primi ſimulacra deorum populis poſuerunt, eos civitatibus ſuis & metum dempſiſſe, & errorem addidiſſe; prudenter exiſtimans deos facile poſſe in ſimulacrorum ſoliditate contemni. Quod vero non ait, errorem tradiderunt, ſed addiderunt, jam utique fuiſſe etiam ſine ſimulacris intelligi vult errorem. Quapropter cum ſolos dicit animadvertiſſe, quid eſſet Deus, qui eum crederent animam mundum gubernantem, caſtiuſque exiſtimat ſine ſimulacris obſervari religionem, quis non videat, quantum propinquaverit veritati? Si enim aliquid contra vetuſtatem tanti poſſet erroris, profecto & unum Deum, a quo mundum crederet gubernari, & ſine ſimulacro colendum eſſe cenſeret, atque in tam proximo inventus facile fortaſſe de animæ mutabilitate commoneretur, ut naturam potius incommutabilem, quæ ipſam quoque animam condidiſſet, Deum verum eſſe ſentiret.* Multis ætatibus antea Græci & Lacedæmonii, a quibus hæc & alia Romani acceperant, ejuſdem ſententiæ fuerunt. Lycurgus enim Lacedæmoniorum legiſlator, etiamſi multarum ceremoniarum apud Gentiles inſtitutor eſſet, nulla tamen apud eum ficta deorum imago fuit, quippe hominum aut animalium ſpecies diis tribui nefarium putavit. Perſas nec ſtatuas, nec templa, nec aras extruxiſſe diis, proditum eſt, putantes deos ex hominibus ortos non eſſe, ut Græci, Herodoto auctore; & mundum univerſum templum illius aſſerunt. Socraticus Xenophon formam Dei veri negat videri poſſe, & ideo quæri non oportere. Ariſto Chius comprehendi omnino non poſſe, ut refert Minutius. Plato etiam id videtur ſenſiſſe in Timæo, dum ait, univerſi hujus patrem & effectorem invenire, eſſe difficile, & cum inveneris, fieri non poſſe ut eum enuncies. Si enim lingua exprimi non poteſt, quomodo penicillo & coloribus, vel alia vili materia exprimetur? Id quoque ſymbolice docuit idem Plato, dum omnem materiam ad effingendos deos minus aptam dixit: *Nam aurum & argentum*, inquit, *& in aliis civitatibus privatim, & in ſacris res eſt invidioſa; ebur autem corporis quod amiſit animam, eſt nefarium donarium; ferrum autem & æs ſunt inſtrumenta bellorum, &c.* Quæ refert Clemens Alexandrinus. Hanc autem veritatem ab Hebræis mutuatum Platonem adſtruit idem Clemens. Ariſtoteles item Dei formam nec intelligi poſſe cenſuit auctore Tullio. Aſſentitur Antiſthenes Socratis familiaris, dicens nulli eſſe ſimilem, ſicque neminem eum poſſe diſcere ex imagine. Neque diſcrepat Xenophon Athenienſis. *Qui*, inquit, *omnia movet, & quieta efficit, magnus quidem eſt, & aperte potens, ſed cujuſmodi nam ſit forma, non apparet: ſed nec ſol qui omni parte videtur eſſe lucidus & conſpicuus, ipſe ſeipſum videre permittit; ſed ſi quis ipſum impudenter fuerit contemplatus, viſu oculorum privatur*, Hæc Clemens eodem loco, inſuper illud addens: *Unde nam igitur eruditur Grylli filius, nuper ab Hebræorum propheteſſa, ſcilicet, quæ hoc modo vaticinatur?* Sybillam intelligit.

Idem l. de idololatria c. 3.

Plutarchus in vita Numæ

D. Aug. lib. 4. de civitate Dei ad Marcell. c. 31.

Herodot. lib. 1. Pluribus Alex. ab Alexandro lib. 2. genialium dierum c. 22. Minutius Felix in Octavio.

Platonis ſententiam refert Clemens Alex. lib. 5. ſtromatum.

Idem in orat. adhort. ad Gentes.

Tull. ex Ariſt. refert li. 1. de natura deorum

Clemens Alexandrinus li. 5. ſtromat.

Tertul. in apolog. c. 25.

*Quæ caro cæleſtem poterit, verumque tueri*
*Humana ſortis qui expers in vertice cæli*
*Eſt Deus? adverſos radios neque cernere ſolis*
*Mortales poſſunt homines, lucemque micantem.*

Pythagoras hoc dicto, non eſſe geſtandos annulos, ſymbolice docuit: ne, ut idem Clemens obſervat, deorum effigies (ut moris tunc erat) in eis inſculperent. *Ut Dei*, inquit, *majeſtas vilis, & contempta reddatur, efficit quæ eſt in promptu videndi conſuetudo, & quæ intelligentia percipitur, eſſentiam colere per materiam, eſt eam per ſenſum vilipendere.* Quocirca Ægyptiorum ſapientiſſimi Minervæ ædem ſub dio eſſe conſtituerunt. *Zeno autem Stoicorum ſectæ princeps, & auctor, nec templa, nec deorum imagines haberi voluit, nihil compoſitum diis dignum ratus.* Orpheus autem Theologus de Deo hæc ait.

Clemens Alex. li. 5. ſtromat.

Zeno in lib. de Republica.

*Nullus & ipſum*
*Mortalis cernit, verum omnes aſpicit ipſe.*

Xenophanis Colophonii de Deo hæc etiam ſententia.

*Maximus in genere eſt divum atq; hominum Deus unus.*
*Qui nec corpore, nec mente eſt mortalibus ullis*
*Aſſimilis*

Quæ

Idem Clemens dicto lib. 5. Stromatum, pene ad finem.

Quæ omnia & alia id genus fuſe perſequitur Clemens Alexandrinus. Qua de cauſa Empedocles Homerum & Heſiodum reprehendit, qui ſpeciem hominis diis affinxiſſent, quæ, ut ipſe docet, illis minime congruebat. Pythagoram præterea tradunt, cum ad inferos deſcendiſſet, Heſiodi quidem animam æneæ columnæ alligatam ſtridentem, Homerum vero ex arbore pendentem ſerpente circumdatum vidiſſe: quod hæc & alia de diis finxiſſent, ut Suidas refert. Nec Græci, Ægyptii & Romani ſolum de Deo; ſed & Saxones id conſuerunt de diis, cum Mercurium ea gens coleret, & alios templis includere deos, & humanæ ſpeciei aſſimiliare pro divinitatis magnitudine, & dignitate, nunquam in animum induxerint: teſte Joanne Bohemo, & Vviticbindo. Idem de Perſis memoriæ mandavit Herodotus, & Strabo, a quibus divinitatem nulla humana ſpecie repræſentari poſſe, creditum ſemper eſt.

Joan Bohemus lib. 3. de moribus Gentium.
Vviticbindus de rebus geſtis Saxonum.
Herod. lib. 1. Strabo lib. 15.
D. Epiph. lib. 3 adverſ. hær. 70. hæreſ.
D. Ath. in oratione contra idola D. Baſ. in hexameron homil. 10. D. Aug. lib. 1. de Geneſi contra Manichæos c. 17.

Levioris autem ponderis ſunt, quam referri debuiſſent, & confutari, quæ Audius hæreticus attulit teſte Epiphanio, ut probaret Deum corporeum eſſe figura hominis formatum. Ex verbis enim illis, quæ Deus locutus eſt dicens: *faciamus hominem ſecundum imaginem noſtram, & ſecundum ſimilitudinem* (quæ ad intellectus & rectæ voluntatis rationem ſunt referenda, ut divus Athanaſius docet, Baſilius Magnus, Auguſtinus & alii) & ex his quæ adjecit Moyſes. *Et fecit Deus hominem luto accepto de terra*, ſubintulit, Deum corporeum eſſe, quod homo ad ejus imaginem & ſimilitudinem formatus corporeus ſit. Confirmabat ipſe & ejus ſectatores errorem ex aliis ſcripturæ locis, nimirum. *Oculi domini ſuper pauperem reſpiciunt, & aures ipſius ad preces illius: Et manus domini fecit hæc omnia, vos duræ cervicis: Et: cœlum mihi thronus, & terra ſcabellum pedum meorum*, & quæcumque talia de eo ſcripta ſunt. *Et videbam dominum ſabaoth ſedentem in throno alto & elato, & erat caput ipſius velut lana alba & amiculum ipſius ſicut nix.* Ex his aſſerebant eſſe corpus, id eſt quod eſt ſecundum imaginem Dei. Addebant a prophetis viſum eſſe Deum, quod ſine corpore percipi non poterat. Audii ſectam ſecuti ſunt multi, a ſuo principe & auctore Audiani nuncupati, Chriſtianorum nomen ſpernentes, ut illis objicit D. Epiphanius, & ex eiſdem ſacræ ſcripturæ locis ejuſdem impietatis errori pertinaciter adhæſerunt, ut latiſſime refert D. Auguſt. ad Fortunatianum epiſcopum Siccenſem, de videndo Deo, & ad Paulinam. Ad hæc autem & alia, quæ ex ſacræ ſcripturæ locis Audiani ſive Anthropomorphitæ (iidem enim ſunt) repetebant, audiamus Novatianum docta & polita oratione reſpondentem. *Et licet*, inquit, *ſcriptura cœleſtis ad humanam formam faciem divinam ſæpe convertat, dum dicit: Oculi domini ſuper juſtos; aut dum: Odoratus eſt dominus Deus odorem bonæ fragrantiæ: aut dum traduntur Moyſi tabulæ ſcriptæ digito Dei: aut dum populus filiorum Iſrael, de terra Ægypti manu valida & brachio excelſo liberatur: aut dum dicit; os enim domini locutum eſt hæc; aut dum terra ſcabellum pedum Dei eſſe perhibetur: aut dum dicit: inclina aurem tuam & audi; ſed nos qui dicimus, quia lex ſpiritalis eſt, non intra hæc noſtri corporis lineamenta modum, aut figuram divinæ majeſtatis includimus, ſed ſuis illam interminatæ magnitudinis, ut ita dixerim, campis, ſine ullo fine diffundimus. Scriptum eſt enim: ſi aſcendero in cœlum, tu ibi es: ſi deſcendero ad inferos, ades; & ſi ſumpſero alas meas, & abiero trans mare, ibi manus tua apprehendet me, & dextera tua detinebit me. Rationem enim divinæ ſcripturæ de temperamento diſpoſitionis cognoſcimus. Parabolis enim adhuc ſecundum fidei tempus, de Deo prophetes tunc loquebatur, non quomodo Deus erat, ſed quomodo populus capere poterat. Ut igitur hæc ſic de Deo dicantur, non Deo, ſed populo potius imputetur, ſic & tabernaculum erigere populo permittitur, nec tamen Deus intra tabernaculum clauſus continetur; ſic & templum extruitur, nec tamen Deus intra templi anguſtias omnino ſentitur: non igitur mediocris eſt Deus, ſed populi mediocris eſt ſenſus; nec anguſtus Deus, ſed rationis populi anguſtus eſt intellectus habitus. Denique in evangelio: Veniet hora, dominus ajebat; quum neque in monte iſto, neque in Hieruſalem adorabitis patrem, & cauſas reddidit, dicens: Spiritus eſt Deus, & eos ergo qui adorant, in ſpiritu & veritate adorare oportet. Efficacia igitur ibi divina per membra monſtrantur, non habitus Dei, nec corporalia lineamenta ponuntur. Nam & cum oculi deſcribuntur, quod omnia videat, exprimitur. Et quando aures, quod omnia audiat, proponitur. Et cum digitus, ſignificantia quadam voluntatis aperitur. Et cum nares, precum quaſi odorum perceptio oſtenditur. Et cum manus, quod creaturæ ſit omnis auctor probatur. Et quando brachium, quod nulla natura contra robur ipſius repugnare poſſit, edicitur. Et quando pedes, quod impleat omnia, nec ſit quidquam ubi non ſit Deus, explicatur. Neque enim ſunt ei aut membra aut membrorum efficta neceſſaria, ad cujus ſolum etiam tacitum arbitrium & ſerviunt, & adſunt omnia. Cur enim requirat oculos, qui lux eſt? Aut cur quærat pedes, qui ubique eſt? Aut cur ingredi velit, cum non ſit quo extra ſe progredi poſſit? Aut cur manus expectat, cujus ad omnia inſtituenda artifex eſt, & ſilens voluntas? Nec auribus eget, qui etiam tacitas novit voluntates. Aut propter quam cauſam, linguam quærat, cui cogitare juſſiſſe eſt? Neceſſaria enim hæc membra hominibus fuerunt, non Deo,*

D. Aug. in epiſt. 3. ad Fortunatianum & altera 112. ad Paulinam.
Tertul ſeu Novatianus de trinitate c. 6. & 7.
Gen. 8.
Pſalm. 33.
Exod. 31.
Deut. 31.
Iſai. 6.
Iſa. 66.
4. Reg. 19.
Rom. 7.
Pſalm. 138.
Exod. 26.
3. Reg. 6.
Joan. 4.
Pſal. 33.
4. Reg. 19.
Exod. 32.
Gen. 8.
Deut. 5.
Iſa. 66.
Iſai. 30.

A *quia inefficax hominis conſilium fuiſſet, niſi cogitatum corpus impleſſet: Deo autem neceſſaria, cujus voluntatem non tantum ſine aliqua molitione opera ſubſequuntur, ſed ipſa ſtatim opera cum voluntate procedunt. Cæterum ipſe totus oculus, quia totus videt. & totus auris, quia totus audit: & totus manus, quia totus operatur: & totus pes, quia totus ubique eſt; idem enim, quidquid illud eſt, totus æqualis eſt, & totus ubique eſt. Non enim habet in ſe diverſitatem ſui quidquid eſt ſimplex. Ea enim demum in diverſitatem membrorum recidunt, quæ veniunt ex nativitate in diſſolutionem. Sed hæc quæ concreta non ſunt, ſentire non poſſunt, quod enim immortale eſt quidquid eſt, illud ipſum unum & ſimplex & ſemper eſt, & ideo quia unum eſt diſſolvi non poteſt: quoniam quidquid eſt; illud ipſum extra ejus diſſolutionis poſitum, legibus eſt mortis ſolutum. Sed illud, quod dicit dominus ſpiritum Deum, puto ego ſic locutum Chriſtum de patre, ut adhuc aliquid plus intelligi velit, quam ſpiritum Deum. Hominibus enim licet in evangelio ſuo intelligendi incrementa facientibus diſputet; ſed tamen & ipſe ſic adhuc de Deo loquitur hominibus, quomodo poſſunt adhuc audire vel capere,* B *licet ut diximus, in agnitionem Dei religioſa jam facere incrementa alitatur. Invenimus enim ſcriptum eſſe, quod Deus caritas dictus ſit: nec ex hoc tamen Dei ſubſtantia caritas expreſſa eſt, quod lux dictus eſt, nec tamen in hoc ſubſtantia Dei eſt, ſed totum hoc de Deo dictum eſt quantum dici poteſt, ut merito, & quando ſpiritus dictus eſt, non omne id quod eſt dictus ſit, ſed ut dum mens hominum intelligendo uſque ad ipſum profecit ſpiritum, converſa jam ipſa in ſpiritu, aliud quid amplius per ſpiritum conjicere Deum eſſe poſſit. Id enim quod eſt ſecundum id quod eſt, nec humano ſermone edici, nec humanis auribus percipi, nec humanis ſenſibus colligi poteſt. Nam ſi quæ præparavit Deus his qui diligunt illum, nec oculus vidit, nec auris audivit, nec cor hominis aut mens ipſa percepit, qualis & quantus eſt ille ipſe, qui hæc repromittit, ad quæ intelligenda & mens hominis & natura deficit? Denique ſi acceperis, ſpiritum, ſubſtantiam Dei, creaturam feceris Deum. Omnis enim ſpiritus creatura eſt. Erit ergo jam factus Deus. Quomodo & ſi ſecundum Moyſen, ignem acceperis Deum, creaturam illum eſſe dicendo, inſtitutum expreſſeris, non inſtitutorem docueris; ſed hæc figurantur potius quam ita ſunt.* C *Nam & in veteri teſtamento, ideo Deus ignis dicitur, ut peccatori populo metus incutiatur, dum judex oſtenditur. Et in novo teſtamento ſpiritus eſſe profertur, ut refector & creator in delictis ſuis mortuorum per hanc bonitatem conlata credentibus indulgentia comprobetur.* Hæc Tertullianus ſive Novatianus quibus ſimilia adfert Clemens Alexandrinus, quæ, ne longior excurrat oratio, libentius faciemus miſſa; tum & illa, quæ D. Auguſtinus & ex ſe, & ex aliis patribus congerit, illis duabus epiſtolis ad Fortunatianum epiſcopum Siccenſem & ad Paulinam, in quarum poſtrema copioſe explicat, quomodo viderint Deum Abraham, Iſaac, Jacob, Moyſes, Michæas, Eſaias & ſi qui ſunt alii, qui Deum in ſcriptura vidiſſe dicantur: eos enim dicit Deum vidiſſe, non ſicut iſta natura videtur, ſed voluntate viſus eſt ſpecie, qua voluit apparens, latente natura atque in ſe incommutabiliter permanente. Eadem fere Iſidorus.

Joan. 4.
1. Joan. 1.
Joan. 4.
1. Cor. 2.
Deut. 4.
Joan. 4.
Clemens Alex. lib. 7. ſtromat. paulo poſt principium.
D. Aug. epiſt. 111. & 112.

Divinarum igitur perſonarum ſive deitatis imagines pingere non licebit, licebit tamen quas Deus ipſe Pater, vel Filius, D vel Spiritus ſanctus ſuſcipere aliquando dignatus eſt. Quidquid repugnent impie hujus ſæculi hæretici. Nam ſi verbis eam, quam dominus formam induit, narrare poſſumus, cur & non imaginibus aut figuris, quas ipſe voluit ſuſcipere, cum ſacrarum rerum imagines non minus Dei verba ſint, quam voces, quibus illa explicantur, aut ipſæ quibus conſcriptæ ſunt, literarum notæ, ut docuerunt Auguſtinus, & Theodoſius religioſiſſimus Amorii epiſcopus in ſynodo Nicæna II. imagines vocans compendioſam ſcripturarum narrationem & eruditionem populi, maxime ſimplicioris. D. Gregorius ad Serenum Maſſilienſium epiſcopum: *Quod legentibus ſcriptura*, ait, *hoc idiotis pictura præſtat cernentibus: quia in ipſa ignorantes vident quid ſequi debeant, in ipſa legunt qui literas neſciunt: unde & præcipue Gentibus pro lectione pictura eſt.* Alias autem (ut dixi) divinarum perſonarum imagines, nulla E eccleſiæ traditione vel decreto receptas, publice privatimque proponi ſummopere cavendum eſt. In quo tamen eccleſiæ paſtoribus ea cura demandanda foret, ut diligentiſſime inquirant, ne pictores, qui ſolent licentia ſua, ad res indignas figurandas abuſi, animos rudium a debito cultu & veneratione eorum quæ repræſentantur, ad errores & ſuperſtitiones traducant.

D. Iſidorus lib. 1. de ſummo bono c. 5. 6. & 7.
D. Aug. lib. 2. de doctrina Chriſtiana. Theod. in Nicæna ſynodo 2. actione 2.
D. Greg. lib. 9. epiſt. 9. ad Maſſilienſem epiſcopum.

De picturis autem harum imaginum in parietibus expreſſis, ideo hic mentio injecta eſt, quod olim primi Chriſtiani, cum ad evitandum Gentium errorem, quo deos ſuos, ſive idola ſimulacris & ſtatuis repræſentare ſolebant; tum etiam ne oſtiariorum negligentia a Gentilibus ſimulacra extraherentur, vel infringerentur, picturis ipſi frequentius, quam ſtatuis uti ſolebant; cum Chriſti humanitatem, cum Dei patris, vel Spiritus ſancti in hiſtoriis antiquis aſſumtas formas, cum ſanctorum martyrum & confeſſorum actos de tyrannorum immanitate triumphos vellent deſcribere; & cum pictarum imaginum uſus eſſet frequentior (quod hodie Græcorum moribus receptum eſt) ideo de picturis ſolum, non de ſtatuis meminerunt.

Sed ſi decreti verbis, *Ne in parietibus depingatur*, Hæretici vel catholici nos acrius urgeant, volentes, non generaliter Dei, ſive deitatis picturas, ſed ſpecialiter, ne in parietibus illæ imagines effingerentur, hoc decreto prohiberi, non repugnabo; dum illud mecum conſentientes agnoſcant, imagines ejus, qui coli & adorari debet, ſolum interdictas; quod canon ipſe conſequentibus verbis rationem decreti reddens, aperuit: *Ne*, inquit, *quod colitur & adoratur, in parietibus depingatur*; id eſt, ne vel Patris, vel Verbi, vel Spiritus ſancti forma ab ipſis aliquando ſuſcepta ad eum repræſentandum hominibus, in parietibus depingatur. Cujus conſtitutionis non una ratio eſſe potuit. In primis enim, quia cum omnes eccleſiæ naſcentis imagines picturis, non ſtatuis frequentius efformarentur, ad conſervandam divini numinis majeſtatem, illud Hiſpani epiſcopi ſatis pie excogitaſſe videntur, ne in parietibus eccleſiæ Chriſti imagines vel divinarum perſonarum pingerentur, ut intelligerent Chriſtiani omnes, tam docti, quam ſimpliciores, & honoratiori loco, & auguſtiori veneratione divinas perſonas, quam humanas ſanctorum diſcerni diſtinguique oportere. Et hinc fit probabile, antiquitatem & originem eorum altarium (quæ Hiſpani Retablos vocant) Hiſpaniæ deberi, cum tabulis potius, quam parietibus epiſcopi noſtri ſacras imagines religionis ergo, pingi voluiſſe, hoc ipſo decreto videantur.

Fuit & alia (quæ Gentes reſpicit) idonea ſatis, & conſentanea ratio, ut vel Chriſti humanitatem, vel Patris & Spiritus ſancti aſſumptam formam in parietibus depingi eo tempore Hiſpani epiſcopi interdixerint: quia tunc nefas putarent, abſtruſiora trinitatis myſteria publicari, ut nunc fit paſſim, in his præſertim provinciis, in quibus veterum illa religio in promendis myſteriis irreverenter ſublata eſt. Sed ſapienter & religioſe voluerunt, eas in altaribus ex tabulis compactis depingi, ut commode velis obductis, ut hodie, tegi poſſent, & ad cultum ſtatis temporibus a Chriſtianis exhibendum reverenter detegi. Summa enim cura cavebant epiſcopi, ne religionis noſtræ myſteria ludibrio cum auctore haberentur, & irriderentur a Gentibus. Sciebant quippe hujus concilii tempore, quo major populi pars erat ethnicorum, nomen Chriſti averſis auribus Gentes excipere; quinimo memoriam ejus, moleſto & iniquo ferre animo, nefandoque & ſacrilego errore, aut extrema potius dementia irridere & damnare Chriſtianos, quod audirent illos hominem quemdam (ut ajebant) pœnæ cauſa affixum cruci colere & adorare, ut Arnobius & Minutius Felix pluribus teſtantur.

Arnobius lib. 1. adverſus Gentes Minutius Felix in Octavio.

Ne igitur huic periculo gravi & pernicioſo exponerentur Chriſti imagines parietibus eccleſiæ depictæ, ideo ab Hiſpanis patribus hoc canone interdictæ ſunt. Nec abſtruſiora ſolum humanitatis Chriſti, & divinitatis myſteria publice in eccleſiæ parietibus pingi, diſplicuit olim epiſcopis, verum nec alia Chriſtianæ doctrinæ arcana literis conſignari, vel palam publiceque doceri, fas eſſe cenſebant: ne inſanis ethnicorum ludibriis & riſu illa (ut dixi) exciperentur. Sozomenus cum concilii Nicæni hiſtoriam texeret, & formulam fidei inibi expreſſam continuo addere eſſet neceſſe; illam ſe prætermittere, tam propria, quam communi amicorum pietate & hortatu, his verbis narrat. *Ceterum*, ait, *quamquam neceſſum putavi, quo ſymbolum fidei tum approbata de cetero poſteritati cum ratum maneret, tum explorate cognitum eſſet, ipſam illius formulam ad veritatem planius declarandam hoc loco citare: tamen cum pii viri, iique amici, & rerum ejus generis periti me docerent, res ejuſmodi a ſacerdotibus ſolum & epiſcopis debere, tum dici, tum audiri; eorum ſane approbavi conſilium. Nam veriſimile eſt nonnullos, qui non ſunt initiati myſteriis, hunc librum perlecturos.* B. Dionyſius Areopagita, *Et mihi*, ait, *nemo profanus obſtrepat, nullus qui rudimentis cæleſtibus careat, pergat ad videndum. Nam nec infirmis pupillis adverſam ſolaribus radiis aciem intendere tutum eſt, ita ne nobis quidem ea, quæ ſupra nos ſunt, tentare velle, innocuum fuerit: ſi quidem vere legalis ſanctaque inſtitutio, Oziam quidem, qui ſibi ſacerdotale munus aſſumeret, Core autem quod celſiore ſe ſacroſancta munera uſurpare præſumeret, Nadab vero & Abiud, quod ſuo munere indigne abuterentur, abjecit, repulit, perdidit.* Præter Gentiles, eis quoque myſteria recondita eſſe volebant, qui baptiſmo recipiendo nomen recens dediſſent. D. Iſidorus eſt auctor catechumenis ſymbolum fidei tradi non ſolitum, niſi ipſo fere baptiſterii limine conſiſtentibus, eo nimirum tempore quo dicebantur competentes, & tunc ait. *Quaſi communicatorium fidei & ſanctæ confeſſionis indicium, quod inſtructi agnoſcant quales jam ad gratiam Chriſti exhibere ſe debeant.* D. Ambroſius ad Marcellinam ſororem referens quid in cauſa de baſilicis tradendis actum eſſet. *Sequenti die*, ait, *erat autem dominica, poſt lectiones atque tractatum dimiſſis catechumenis, ſymbolum aliquibus competentibus in baptiſterii tradebam: baſilica*, &c. Quare ſui temporis hæreticis Tertullianus velut pudendum objicit, quod ethnicis & catechumenis catholicæ religionis myſteria quemadmodum & fidelibus communia facerent. *Non omittam*, inquit, *ipſius etiam converſationis hæreticæ deſcriptionem, quam futilis, quam terrena, quam* A *humana ſit, ſine gravitate, ſine auctoritate, ſine diſciplina, ut fidei ſuæ congruens. In primis quis catechumenus, quis fidelis, incertum eſt. Pariter audiunt, pariter orant, etiam ethnici ſi ſupervenerint; ſanctum canibus & porcis margaritas, licet non veras jactabunt, ſimplicitatem volunt eſſe proſtrationem diſciplinæ, cujus penes nos curam lenocinium vocant.* Voluerunt ſemper primi Chriſtiani, catechumenos a penitiori rerum ſacrarum intelligentia ſtudioſe arceri; cum enim recipiebantur ad catecheſim, quædam duntaxat ſacramentorum ſumma velut per tranſennam illis ſuppeditabatur, exactiori tractatione provectioribus initiatis reſervata; quod D. Cyrillus Hieroſolymorum epiſcopus ſæpiſſime docet. Initio enim operis adjurat ſanctiſſime, ne quis infidelibus & catechumenis ſuas tradat catecheſes. Quod de his catechumenis vellem intelligi, qui primoribus tantum labiis rudimenta Chriſtianæ diſciplinæ guſtarant; non autem de adultis jam ætate multa in Chriſto & ejus doctrina progreſſis. Hos tamen poſtea (competentes intelligo) docet, ne audita proferant in vulgus. *Fuiſti*, inquit, *tu aliquando* B *catechumenus, nec tamen propoſita tibi myſteria enarrabantur.* Poſtea vero baptizatum alloquens. *Conſidera*, ait, *quantam Deus dederit tibi dignitatem; catechumenus vocabaris, foris ſubſiſtens; audiebas ſpem, & neſciebas; audiebas myſteria, & non intelligebas, audiebas ſcripturas, & ignorabas.* D. Chryſoſtomus. *Dum enim diaconus dicit*, ait, *pro catechumenis inſtanter oremus, nihil aliud, quam univerſum fidelium populum hortatur, ut pro illis oret, licet tunc adhuc alieni ſint catechumeni; nondum enim pertinent ad corpus Chriſti, nondum myſteriorum participes facti ſunt, ſed adhuc a ſpirituali grege diviſi ſunt; qui ſi pro nobis obſecrandum eſt, longe magis faciendum eſt pro membris noſtris. Ob hoc autem*, ait, *inſtanter oremus, ne velut alienos averſeris; ne velut peregrinos prorſus ignotos habeas; non enim habent precationem legitimam, atque a Chriſto inductam; nondum orandi fiduciam ſortiti ſunt: ſed egent interventu aliorum qui ſacris initiati ſunt: adhuc ſtant extra atria regalia; procul a ſacris cancellis.* Et paulo poſt ſubjungit: *Poſt hæc præit deprecationis* C *modum, quis autem eſt ille, ut Deus aperiat aures cordium illorum? adhuc enim obturatæ ſunt & occluſæ. Ceterum aures non hæ dicit externas, ſed animi, ut audire poſſint, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt; nondum audierunt myſteria quæ fas non eſt efferre: ſed utcumque procul & eminus ſtant; jam vero ut audiunt, non percipiunt tamen quæ dicuntur; quod ea multam deſiderant intelligentiam, nec ſatis eſt ut audiantur at iſti nondum intus habent aures, eoque Deus dixit mihi linguam eruditam; ut ſciam quando oporteat proferre ſermonem, quoniam ipſe mihi aperuit os, dedit mihi manus, addidit mihi aurem audientem: quemadmodum etiam propheta ſecus audiunt quam vulgus & fideles aliter audiunt, quam catechumeni*, &c. Eadem ratione eos ab eccleſia, abſoluta lectione ſacra, per diaconum dimiſſos, veteres tradiderunt. nec ſacramento euchariſtiæ conficiendo, aut jam confecto inſpiciendo intereſſe poterant, ut teſtantur D. Baſilius, Auguſtinus, & Iſidorus, & ante hos Dionyſius Areopagita. *Porro catechumenos & energumenos, & eos qui in pœnitentia ſunt, ſacroſancta ſacerdotalis inſtitutio* D *pſalmodiam quidem piam & divinam ſanctarum ſcripturarum lectionem audire permittit: ad ea vero quæ deinceps in hoſtia ſalutaris oblatione geruntur conſuenda; non hos plane, ſed perfectos & tanta rei dignorum admittit obtutus. Eſt enim divinus ſacer ordo, ſancta juſtitia plenus: & unicuique pro meritis digna ſalubriter dividit, congruam ſingulis divinarum rerum participationem, juxta illorum modum & rationem ſuo tempore ſacratius largiens. Extremus igitur catechumenis ordo tribuitur. Sunt enim nullius perficientis myſterii participes aut eruditi: carentque divinæ formationis pia ſubſtantia, patrumque adhuc ſolis foventur eloquiis: formiſque vivificis ad divinam illam vitæ ac lucis auctorem & beatam, quæ ex divina regeneratione provenit, effinguntur vitam. Quemadmodum igitur carnales infantes prius quam perficiantur, atque formentur, ſi cura ſua deſtituantur, & abſque obſtetricum manibus excidant, ut abortivi & emortui caſum illum ingenitum, & vita luceque carentem in terra habituri ſunt. Neque profecto quiſpiam recte ſentiens dixerit, ad id quod videtur intendens, in lucem illos e tenebris ventris emergere. Objiciet enim perita corporum ſervatrix medicina, lucem in iis* E *ſolum operari, quæ lucis capacia ſint, ita & ſanctarum rerum ſapientiſſima diſciplina rudes primo atque informes animos in cunabulis fidei & tenero alimento formarum Dei, quibus & illuminandi & vivificandi vis adeſt, curat, fovet, ac nutrit. Ubi vero illorum ſubſtantiam ad id perfectionis adduxerit, ut ad divinam regenerationem idonei ſint: tum demum ſuo ordine ſalubriter illis communionem ad ea quæ ſunt lucis ac perfectionis indulget.* Nec ſacramento ſolum euchariſtiæ conficiendo intereſſe non poterant, ſed nec orare ſimul cum fidelibus licebat. Conc. Laodicenum. *Quoniam catechumeno orationem ſeparatim & prius proſtratis eis, epiſcopum oportet celebrare, quibus egreſſis, orent etiam hi, qui in pœnitentia ſunt conſtituti, & poſt manus impoſitionem his quoque abſcedentibus, tunc fideles orare debebunt.* D. etiam Chryſo-

Sozomen. lib. 1. hiſt. eccl. c. 19.

D. Dionyſi. Areopag. de eccleſ. hierar. p. 1. c. 12.

D. Iſidor. lib. 2. de officiis eccl. c. 21.

D. Amb. epiſt. 33.

Tertull. lib. de præſcript. advers. hær. c. 41.

D. Chryſ. homil. 2. in epiſt. poſterior. ad Corint. 2.

D. Baſilius de Spiritu ſancto c. 27. D. Aug. tractatu 11. & 16. in Joan. D. Iſidor. lib. 7. etymol. c. 17. Areopagita de eccleſ. hierar. p. 8. c. 3.

Conc. Laodicenum ca. 19. D. Chryſoſtomus homilia 79. de oratione.

ſto-

Conc Laod. can. 4. Conc. Arauſica. 1. can. 13. & 14. B. Dionyſ. Areop. de eccleſ. hierar. p. 7. c. 7.

A [illegible], *Quid hac igitur*, ait, *ſi oratione potentur, quæ columnam & eccleſiæ turrim adjuvit? Et catechumenis quidem permiſſum hoc nondum eſt, quoniam nondum ad hanc pervenere ſeductam, vobis autem*, &c. Manus impoſitionem ſuper ordinandos fieri illis adſtantibus concilium Laodicenum vetuit; evangelium illis legi in eccleſia, benedictionem cum fidelibus ſimul ſuſcipere noluit, ſed ſeparatim, concilium Arauſicanum. Juſtis defunctorum exequiis, orationibus & ſepulturæ non intereſſe, Dionyſius Areopagita. Quinimo tanta erat in celandis ſacramentis religio, ut in concionibus publicis, a quibus catechumeni & Gentiles non arcebantur, nunquam propriis nominibus ſacramenta coram ipſis exprimerentur; ſed eam formulam uſurpabant qui concionabantur, (per hoc aut illud ſacramentum quod norunt fideles) quaſi illis tantum divinitatis & religionis arcana pudenda forent, ethnicis autem & catechumenis occulcanda & reticenda: qua forſan ratione hujus concilii patres ab exprimenda imagine Chriſti in hoc canone abſtinuiſſe, inſinuaſſe tamen Chriſtianis latente illorum verborum ſenſu, *Ne quod colitur & adoratur in parietibus depingatur*, veroſimile eſt; ut ſi decreta forſan in ethnicorum manus incidiſſent, quid ob eorumdem errores & ignorantiam de Chriſto, religionis auctore, & ejus imaginibus in parietibus olim depictis, & denuo prohibitis, Chriſtiani & religioſi epiſcopi conſtituiſſent, compertum non haberent. Nec a ſacramentis ſolum, & imaginibus Chriſti ſacris inſpiciendis rejectos ethnicos & catechumenos olim accepimus; ſed & ab aſpectu etiam illius ſpiritualis lavacri, quod votis omnibus exoptare debebant, concilii Arauſicani decreto accepimus, ne forſan cœleſtis luminis, & eccleſiaſticæ diſciplinæ cognitione deſtituti, Naamani vecordiam imitarentur, & conſueta Gentium balnea eſſe cogitantes, talem illic corporis ablutionem parari ſibi & aliis impiiſſime perſuaderent: quod ſane cum hac parietum picturæ concilio noſtro prohibita decreti ſimilitudine conſonare videtur; eas enim in parietibus eccleſiæ pingi noluerunt, ne ethnici vel catechumeni ſimpliciores, vel qui ad intima Chriſtianæ religionis non adhuc penetrarant (omnes enim tum infideles, quam catechumenos eccleſiam ingredi potuiſſe uſque ad miſſam catechumenorum concilium Carthaginenſe docet) hominem mortuum & cruci affixum, a Dei inviſibilis, & impaſſibilis natura longe alieniſſimum eſſe crederent, auctoremque Chriſtianæ religionis ſpernentes, ipſam etiam religionem contemnerent, quod Arnobii & Minutii teſtimonio diximus ſuperius: non tamen negat concilium imagines Chriſti depingi in altari poſſe, ut ſuo tempore & loco debita adoratione a Chriſtianis colerentur, ut & antea, & poſtea uſurpaſſe Chriſtianos veteres, recentiores pii & eruditi viri copioſe annotarunt. Hanc autem piam & Chriſtianam religionis traditionem pingendi imagines in altari, ab ipſo apoſtolorum tempore deductam decreto confirmare omiſerunt, pari qua diximus ratione, ne videlicet ethnicis & catechumenis exploratum foret, quid a Chriſtianis quoquo loco & tempore fieret, & celebraretur: neve catechumeni Judaicæ proditionis crimen incurrentes, myſteria fidei, & religionis arcana, maximo fidelium diſpendio & religionis jactura ethnicis aliis profaniſſime evulgarent. Neque ab imagine Chriſti inſpicienda catechumenos olim prohibitos mirabitur, qui legerit, antiquorum conciliorum Arauſicani & Moguntini decretis cautum fuiſſe, cathecumenos ab initiatorum baptiſmo inſpiciendo, a communi convictu, ab oſculo & aliis ejus generis civilis ſalutationis officiis non ſecus repulſos fuiſſe, ac ſi adhuc eſſent Gentiles. Nec ethnicis ſolum & catechumenis, ſed Chriſtianis jam perfectis, myſteria diſciplinæ eccleſiaſticæ occultabant veteres, ni epiſcopi eſſent, vel ſacerdotes judicio & auctoritate graves, ut B. Dionyſius Areopagita docuit. *Sed obſerva diligentius, ne ſancta ſanctorum efferas, neu prophanis luminibus violanda permittas, verum revereberis magis: occultiſque Dei myſteria ſpiritualibus inviſibilibuſque notionibus honorabis, atque intemerata ſervabis: nequaquam ea paſſim rudibus tradens, ſed ſanctis ſolis ſanctarum rerum intelligentias ſacratius pandens. Sic enim, ut theologia nobis ſuis ſtudioſis cultoribus tradidit, ipſe quoque JESUS, divina profecto atque omni ſubſtantia ſuperior mens, & hierarchiæ omnis, & expiationis, ac divinæ actionis initium & ſubſtantia, auguſtiſſimaque virtus, beatiſſimis illis ſpiritibus & nobis naturali dignitate longe præſtantibus, manifeſtius ſimul atque ſpiritualibus luces, eoſque pro viribus ad lucis ſuæ ſimilitudinem traducens. Noſtras item varios, & inceſſantes motus honeſtarum amore rerum in eum intento, noſque intendente, conſtringit & complicat, & in unam ac divinam perficit vitam*. Conſtat ergo (ut opinor) Hiſpanos epiſcopos, non ſimplici tantum, ſed gemina pietatis laude decorandos; altera quod imagines ſacras ab initio eccleſiæ venerationis ergo, in parietibus etiam eccleſiæ depinxerint: altera quod pari poſtea animi probitate, ſimul cultu, & eadem religione, ut his quæ diximus & periculis & erroribus occurrerent, eaſdem pingendas recentiori conſtitutione interdixerint: quod ad inſignem Hiſpaniæ commendationem pertinere vel hæreticos ipſos fateri neceſſe eſt.

Conc. Arauſica. can. 4.

Conc. Carthag. 4. can. 84.

Ex conc. Arauſican. 13. refert Burc. lib. 4. decret. c. 18. Et ex conc. Moguntin can. 5. eodem lib. 4. c. 95.

B. Dion. de eccl. hierar. in principio.

*Concil. General.* Tom. II.

A Hodie vero propagata jam religione, & conſuetudine & conſtitutione eccleſiæ receptum eſt, imagines Chriſti & ſanctorum in parietibus depingi poſſe. Concilium enim Nicænum II. ſic decernit. *His ſic ſe habentibus regiam viam incedentes & ſanctorum noſtrorum & divinorum patrum doctrinæ inſiſtentes, & catholicæ eccleſiæ in qua ſanctus Spiritus inhabitat, traditionem obſervantes, definimus, cum omni diligentia & cura, venerandas & ſanctas imagines, ad modum & formam venerandæ & vivificantis crucis, & coloribus & teſſellis, aut alia quavis materia commode paratas, dedicandas, & in templis ſanctis Dei collocandas, habendaſque tum in ſacris vaſis & veſtibus; tum in parietibus & tabulis; in ædibus privatis, in viis publicis, maxime autem imaginem domini & Dei ſervatoris noſtri Jeſu Chriſti, deinde intemeratæ dominæ noſtræ deiparæ, venerandorum angelorum & omnium deinde ſanctorum virorum*, &c. Quod & Taraſius etiam ad Conſtantinum & Irenem dilucide expreſſit cum ſcripſit. *Quamobrem modis omnibus recipiendæ ſunt venerandæ imagines domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus ſcilicet perfectus homo fuit, & hæ quoque omnes, quæ hiſtorica* B *& ſacra evangeliorum narratione depinguntur, nempe intemerata domina noſtra deipara, ſanctorum quoque angelorum, nam hominibus ipſi quoque in forma hominis viſi ſunt; item ſanctorum omnium quorum prælia & certamina tabulis & parietibus, ſacris item veſtibus & vaſis inſculpata amari debent, quemadmodum catholica eccleſia multis retro ſæculis in hiſce eſt inſtructa*.

Conc. Nicænum II. actione 7.

Extat in eadem actione VI. Concilii Nicæni II.

D. autem Ivo, imaginum picturas in eccleſiis, canone hoc non fuiſſe interdictas cenſuit, ſed pictorum parietum ſive materiæ ipſarum imaginum cultum & adorationem. Illiberritanos enim patres ad prototypa reſpiciendum in cultu imaginum, decreviſſe, non ad materiam ipſarum imaginum interpretatur, his verbis. *Picturas in eccleſia non eſſe adorandas, ſed quod adorandum eſt mentibus fidelium, per eas ad memoriam revocandum ex concilio Eliberitano cap. XXXVI.* Id ipſum docuit Serenum Maſſilienſium epiſcopum D. Gregorius. *Atque eis dicendum*, ait, *ſi hanc inſtructionem, ad quam imagines antiquitus factæ ſunt,* C *habere vultis in eccleſia, eas modis omnibus & fieri, haberique permitto. Atque indica, quod non tibi ipſa viſio hiſtoriæ, quæ pictura teſte pandebatur, diſpliceret, ſed illa adoratio quæ picturis fuerat incompetenter exhibita; atque in his verbis eorum mentes demulcens, eos ad concordiam tuam revoca. Et ſi quis imagines facere voluerit, minime prohibe, adorare vero imagines, omnibus modis devita*.

D. Ivo p. 3. decret. c. 40.

Canone 36.

D. Gregorius lib 9. indict. 4. epiſt. 9.

Laudo etiam aliorum doctrinam & pietatem, qui canoni huic plurimum lucis attulerunt. Sanctorum enim & martyrum picturas (aiunt) hoc canone ſolum prohiberi, ne parietum decruſtatione, debita ſanctorum imaginibus reverentia detraheretur. Alii vero ut imminente perſecutione Chriſtiani illas ſecum deferre poſſent, ne ludibrio ethnicorum & Judæorum expoſitæ relinquerentur, portatiles voluiſſe epiſcopos Hiſpaniæ, non parietibus pictas contendunt: quibus ſane præclaram (quam merentur) pietatis laudem impertior lubentiſſime.

Cum tot igitur catholicis & commodiſſimis interpretationibus hujus canonis verba locum relinquant commodiſſimum, cur erronea potius & acerba, a quibus longiſſime D abfuerunt, quam ſana ſententia & benigna, ad quam ſine dubio reſpexerunt epiſcopi noſtri, Calvinus, Hiemayrus & reliqui hæretici non leniunt illa, ſed exaſperant? cur ſanctam epiſcoporum doctrinam non illorum propria religione, ſed veſana ipſorum impietate metiri volunt? cur antiquum Chriſti cultum cum ipſo Chriſto in Hiſpania feliciter naſcentem, hoc canone ſanctiſſimo felicius excultum, impie contendunt antiquari? cur altas fidei radices adeo temere convelli? cur divinum religionis noſtræ ſemen vitiari, corrumpi? cur martyrum & confeſſorum egregia facta, dicta, edicta & placita perverti? cur Hiſpaniarum ſplendorem tam impudenti mendacio inquinari? O ſi felix ille martyr Valerius, cœleſti ſede ad tempus relicta, redivivus iterum vitales auras carperet, Calvinum & reliquos hæreticos tanquam falſarios, falſæ doctrinæ impoſtores his Tertulliani verbis, cauſæ huic [illegible] judicio noſtro conſentaneis alloqueretur (omitto lubentiſſime catholicos, ſi negligentiæ culpa non omnino vacuos, impietatis tamen crimine omnino liberos.) Qui eſtis hæretici? quando, & E unde veniſtis? quid in meo agitis non mei; quo denique, Calvine, jure ſylvam meam cædis? qua licentia, Balthaſar Hie[illegible] fontes meos transvertis? qua poteſtate limites meos [illegible]moves? mea eſt poſſeſſio, olim poſſideo, prior poſſideo, habeo origines firmas, ab ipſis auctoribus, quorum fuit; ego ſum hæres Jacobi, Flavius Cecilii, Melanthius Eugenii & Dionyſii Areopagitæ, Felix Torquati, Quintianus Mancii Chriſti diſcipuli: ſicut caverunt Chriſtus & apoſtoli teſtamento ſuo, ſicut fidei commiſerunt, ſicut adjuraverunt, ita teneo, ita tenemus: vos certe exhæredaverunt ſemper & abdicaverunt ut extraneos & inimicos. Unde autem extranei, & inimici apoſtolis hæretici, niſi ex diverſitate doctrinæ, quam unuſquiſque de ſuo arbitrio adverſus apoſtolos aut protulit aut recepit? Illic igitur & ſcripturæ & expoſitionum adulteratio deputanda eſt, ubi diverſitas invenitur doctrinæ. Si dominus Jeſus Chriſtus apoſtolos

Tertull. de præſcriptio. adverſus hæreticos c. 37.

miſit ad prædicandum, alios non eſſe reſpiciendos prædicatores, quam quos Chriſtus inſtituit, quia nec alius Patrem novit niſi Filius, & cui Filius revelavit, nec aliis videtur revelaſſe Filius, quam apoſtolis, quos miſit ad prædicandum, utique quod illis Chriſtus revelavit, & hic præſcribam, non aliter probari debere, niſi per eaſdem eccleſias, quas ipſi apoſtoli condiderunt, ipſi eis prædicando, tam viva (quod ajunt) voce, quam per epiſtolas poſtea: ſi hæc ita ſint, conſtat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis eccleſiis apoſtolicis matricibus & originalibus fidei conſpiret, veritati deputandam; id ſine dubio tenentem, quod eccleſiæ ab apoſtolis, apoſtoli a Chriſto, Chriſtus a Deo ſuſcepit, reliquam vero omnem doctrinam de mendacio præjudicandam, quæ ſapiat contra veritatem eccleſiarum, & apoſtolorum, & Chriſti, & Dei. Quod ſi doctrinæ, aut verborum potius ambiguitate premantur hæretici, hanc regulam obſervandam tradit idem Tertullianus.

Tert. de præſcriptio. c. 20

Idem in eodem c. 43.

*Ubi enim apparuerit*, inquit, *eſſe veritatem diſciplinæ & fidei Chriſtianæ, illic erit veritas, non ſolum ſcripturarum, ſed & expoſitionum, & omnium traditionum Chriſtianarum, quia ſicut apoſtoli non diverſa inter ſe docuiſſent, ita & apoſtolici non contraria edidiſſent apoſtolis, ipſi autem nec apoſtolis, nec Chriſto, nec Deo conſonam, vel doctrinam, vel interpretationem ediderunt; quia nec apoſtolorum conſilium, nec Chriſti doctrinam, nec Dei judicium reverentur, ubi autem Deus non timetur, niſi ubi non eſt? ubi Deus non eſt, nec veritas ulla eſt; ubi veritas nulla eſt, merito & talis diſciplina eſt: at ubi Deus, ibi metus in Deum, qui eſt initium ſapientiæ; ubi metus in Deum, ibi gravitas honeſta, & diligentia attonita, & cura ſollicita, & adlectio explorata, & communicatio deliberata, & promotio emerita, & ſubjectio religioſa, & apparitio devota, & proceſſio modeſta, & eccleſia unita, & Dei omnia.* Sed omittamus hos teſtes & juſtitiæ cultu, & vitæ integritate, & veritate doctrinæ, & fidei religione ut ſanctiores, ſic abſque dubio meliores: nec ſtrictis ſanctorum patrum regulis, ſed vel paganorum teſtimoniis rem adhuc ipſam attentius expendamus.

Ulpianus l. quoties in ſtipulationibus, de rebus dubiis.

Paulus l. ubi eſt verborum, de rebus dubiis.

Ulpianus l. quoties de rebus dubiis.

Metianus l. in ambiguis 96. de reg. jur.

Paul. l. in obſcuris 114. de reg. jur.

Cicero pro Cæcina.

Nonne Ulpianus docet vel in ethnicorum contractibus & ſtipulationibus quoties ambigua ſit oratio, id eſt quoties idem ſermo duas exprimat ſententias, commodiſſimum eſſe id accipi, quo res de qua agitur, in tuto ſit? nonne generalius ſcripſit Paulus in dubiis, id ſemper agendum eſſe, ut res bona fide contracta, quam tutiſſimo loco conſtituatur? nonne Ulpianus commodiſſimum eſſe id accipi, quo res de qua agitur magis valeat quam pereat? nonne voluit Metianus in ambiguis orationibus id ſpectari debere quod ſenſerit is, qui orationem protulit? Nonne ſcripſit Paulus in obſcuris illud inſpici debere, quod veriſimilius eſt? *Quæ lex*, ait recte Cicero, *quod ſenatus conſultum, quod magiſtratuum edictum, quod fœdus aut pactio, quod, ut ad privatas res redeam, teſtamentum, quæ judicia, aut ſtipulationes, aut pacti & conventi formula non infirmari aut convelli poteſt, ſi ad verba rem deflectere velimus, conſilium autem eorum qui ſcripſerunt, & rationem & auctoritatem relinquamus? ſermo hercule & familiaris & quotidianus non cohærebit, ſi verba inter nos aucupabimur.* Recte etiam Seneca monet, ſemper, cum quid dubium eſt, humanitatem in melius inclinandam: ne fraudem innocentiæ dolus faciat, hæreſis religioni, veritati mendacium: quo impudentiſſime ſanctiora hujus concilii decreta hæretici hoc tempore ſingulari impietate debilitare, contaminare & corrumpere conantur.

Senec. l. epiſt. 11.

Tertull. lib. de carne Chriſti c. 23.

Sed veriſſimum tandem illud eſſe comperio, quod Tertullianus ſcripſit, hoc inter ethnicos & hæreticos intereſſe, quod ethnici non credendo credunt, hæretici vero credendo non credunt: quinimo audiendo non audiunt, intelligendo non intelligunt, dum ſanctam & catholicam epiſcoporum Hiſpaniæ doctrinam, & conciliorum decretis, & antiquis patrum inſtitutis, & ſummorum pontificum ſanctionibus conſentaneam pro erronea & impia interpretantur.

Nec minus ſtulta eſt, procax, & impia aliorum quorumdam hæreticorum petulantia, qui omnem huic ſacro concilio, alio concilio ſacro auctoritatem contendunt ſublatam: ridiculoſo ſane & impudenti quodam mendacio, indignoque ut in eo detegendo vel leviſſima a nobis opera ponatur: ponenda tamen eſt, ne aut illi ſibi videantur dum profana verba depromunt, magnum aliquid dicere, aut ſi talibus nos continuerimus a litibus, obtinuiſſe ſe cauſam putent, victam ſui vitio, non aſſertorum ſilentio deſtitutam, quod de Gentibus olim dixit Arnobius. Ajunt enim, vel effutiunt potius impudenter; concilium hoc Hiſpanicum paulo ante Francfordienſe peractum, & in eo (ob ſublatum ſcilicet ſacrarum imaginum cultum) hoc noſtrum fuiſſe damnatum; ut ex illis refert Arnaldus Pontacus epiſcopus Vaſatenſis.

Arnobius lib. 1. adverſus Gentes.

Arnaldus Pont. in chronographia.

Lib. 2. cap. 6.

Sed tantum eximiis his eccleſiæ doctoribus in aperienda hujus concilii & Francfordienſis doctrina fidei nunc tribuendum, quantum maximis iiſdem (ut ſe jactant) eccleſiæ antiquariis in exploranda concilii antiquitate indulgendum antea probavimus. In primis enim in concilio Francfordienſi nihil actum reperio de ſacrarum cultu imaginum; nec in epiſtola Adriani papæ ad epiſcopos Hiſpaniæ, nec in libro ſacroſyllabo Paulini Aquileienſis, ejuſdem concilii auctoritate edito probatoque, nec in actis tandem reliquis

A ejuſdem concilii Francfordienſis; in his enim de errore ſolum Elipandi archiepiſcopi Toletani, & Felicis Urgellitani de adoptione Chriſti, & ſervitute decretum eſt; quod ea ſolum cauſa eſſet tunc in Hiſpania inter epiſcopos controverſa. Sed permittamus interim in Francfordienſi actum de imaginum cultu: quibus argumentis aut conjecturis (rogo ab eiſdem hiſce antiquariis) probare poterunt, hujus concilii decretum ſacris imaginibus derogaſſe, & illo, hujus auctoritatem fuiſſe abrogatam? Si Theophilus & Stephanus epiſcopi Adriani PP. legati in Francfordienſi præfuerunt, & auctoritate Adriani, Illiberritanum (ut ipſi aiunt) improbarunt: cur Adrianus ipſe mox oblata propria cauſa canones Illiberritani non laudavit modo, ſed his ipſis ut ſanctiſſimis rem graviſſimam firmari & ſtabiliri voluit, in eo opere quod ex diverſis Græcæ & Latinæ eccleſiæ conciliis collegit, & Ingilrammo Mediomatricis urbis epiſcopo tradidit?

Adrianus PP. I. c. 60 & 61. ejus collectionis, quam ad ſuæ cauſæ defenſionem compilavit, hujus concilii duos citans canones, ut poſtea propriis locis adnotabo.

Platina in Adriano.

Sabel. Æne. 8

Concilium Sen. can. 14. in fine.

Felicem Urgellitanum non fuiſſe Iconomachum defendit etiam Alanus Copus dial. 3. c. 24 Liber ſacroſyllabus in con. Francfordien. approbatus

At dicent, Felicem Urgellitanum epiſcopum in concilio Francfordienſi damnatum, quem ſacris imaginibus bellum grave intendiſſe ferunt Platina, Sabellicus & concilium Senonenſe. Damnatum Felicem B Urgellitanum aſſentior, ſed ob bellum indictum ſacris imaginibus diſſentior omnino, quod nec in epiſtola Adriani, nec in libro ſacroſyllabo, nec in actis ejuſdem concilii mentio exſtat de errore Felicis; quinimo in libro ſacroſyllabo a concilio approbato dicitur, quod ſi ab eo errore adoptionis & ſervitutis Chriſti reſipiſcerent Elipandus & Felix, admitterentur ab eccleſiæ communionem: quod utique concilium non permiſiſſet, ſi alio gravi iconomachiæ errore eſſent infecti. *Elipandum namque*, ait, *& Felicem novos hoſtes eccleſiæ, ſed veternoſa face perfidiæ pollutos, niſi ab hac ſtultitia reſipiſcant, & per recta fidei ſatisfactionem, lamentis ſe abluant pœnitentiæ, indignos & ingratos eos a conſortio catholicorum perpetua animadverſione eliminare decernimus: & a gremio orthodoxæ eccleſiæ cenſemus alienos. Optamus tamen, & omni adniſu mentis immenſæ pietatis boni paſtoris (qui animam ſuam poſuit pro ovibus ſuis, & neminem vult perire) clementiam imprecamur, ut perfidiæ relicto errore, ad viam veritatis, quæ Chriſtus eſt, & ipſo redeant perducente: quatenus in ſinu matris* C *eccleſiæ dilectionis ſuſcepti amplexu, tranquilla ſuaviter fidei pace quieſcentes largiſſima ſugant ubera bonitatis Dei, ac per hoc perpetuæ felicitatis gaudia, gratia Dei (qui pro omnibus mortem guſtavit) largiente, ſine fine valeant adipiſci.* Hactenus liber ſacroſyllabus, qui Felicem perſpicue admitti vult, depoſito errore adoptionis & ſervitutis, & pertinacem in illo damnari: nulla vel abſolutionis vel damnationis propter imagines mentione injecta. Qui putarunt itaque in concilio Francfordienſi actum de imaginibus, falſo & temere adjicientes (ut Hiſpaniæ vel eccleſiæ potius catholicæ conflarent invidiam) in eo damnatum eſſe hoc Illiberritanum, tanquam ſi in ipſo damnatus eſſet ſacrarum imaginum cultus; cauſam dederunt aliis, ut dicerent Felicem in concilio damnatum, ut ejuſdem erroris imaginum auctorem: cum certum ſit, nec in concilio Francfordienſi actum de Illiberritano, nec Felicem imaginum cultum ſuſtuliſſe. Qui primus eo tempore, ejus erroris venenum diſſeminavit, non Felix Urgellitanus in Hiſpania, ſed Claudius fuit Taurinenſis in Italia & Gallia (in Hiſpania enim nunquam eſt D auſus) Felicis diſcipulus, cujus impietate effectum eſt, ut a diſcipulo in magiſtrum aliorum errorum auctorem, crimen alterum referretur. Sed utinam qui Claudii impietatem imitantur, ſacris imaginibus obſiſtentes, ingenii ſaltem in hoc, ſimilitudine, eiſdem veſtigiis inſiſterent; efficerent ſane, ut ſacroſancta haberi ſemper debuiſſet, non modo apud catholicos, ſed apud hæreticos quoque hujus concilii doctrina; cum ejus religione Claudius impeditus ab ea citanda ſemper abſtinuerit; prudenter ſcilicet, aut callide potius ſubolfaciens ſacri concilii ſententiam, in ipſum gravioribus aculeis potuiſſe retorqueri. Quod indicant Jonæ Aurelianenſis libri * quos Caroli magni juſſu adverſus Claudium Taurinenſem paulo poſt concilium Francfordienſe, tempore quo ipſa hæreſis in Gallia orta eſt, ſcripſit; in quibus vel Claudium propoſuiſſe, vel Jonam reſpondiſſe objecto hujus concilii decreto, mirum aut neceſſarium potius ſilentium.

* Ludovici pii aut Caroli calvi.

*Hiſpanicas eccleſias ab Iconomachiæ errore nunquam jure notari potuiſſe.*

Poſtremo tandem, ad eximiam Hiſpanicæ religionis lau- E dem illud maxime pertinere animadverto, quod ſumma Dei benignitate eveniſſe credi par eſt, nulla videlicet hæreſeos vel erroris iconomachiæ macula, a principio naſcentis eccleſiæ, ad hanc uſque diem eccleſias Hiſpanicas vel leviter notatas, nedum pollutas & contaminatas fuiſſe: ſi antiquiora & recentiora concilia, ſi traditiones majorum, ſi vetuſtos regni annales, attentiori ſtudio conſulamus. Quid enim ſi tam præclaro hoc & ſingulari religionis cultu & obſervantia, divina Hiſpanos elegit ſapientia, ut ſanctam ejus fidem, ut religionem catholicam, ut ſacrarum imaginum cultum, quem Galli, & Germani & Angli tam pertinaci & obſtinato oppugnant animo, adeo felicibus auſpiciis ad extremum orientem & occidentem Hiſpani propagarint? Quis enim ipſos, non ipſos dico, ſed æternam erga ipſos Dei optimi & maximi beneficentiam non admiretur, non ſuſpiciat, non colat & ſempiternis efferat laudibus, quod pio ipſorum ſtudio,

quod religioſa ſolicitudine, quod zelo chriſtiano tot oppida, tot urbes, tot populi, tot gentes, tot nationes, quæ a Chriſto vel improbitate ſumma, aut ignorantia aberrabant, depulſis tenebris, errore depoſito, abjecta ſuperſtitione, confractis idolis, ad veram evangelii lucem adhuc convertantur; & Chriſtum verum Deum & hominem ſanctiſſimæ noſtræ religionis auctorem, agnoſcant, venerentur, & reverenter adorent, ipſiuſque præcepta ſtudioſiſſime complectantur? Faxit ergo ob æternam & ſummam ipſius benignitatem Deus, ut conſervata pura & puta tam antiqua & orthodoxa religione, retentaque tam Chriſtiana hac ſacri erga imagines cultus felicitate, diu poſſit & ſemper Hiſpania in ipſo ſanctiſſime gloriari.

*Canon XXXVII.* Vulgatus.

*De energumenis baptizandis.*

Eos qui a ſpiritibus immundis vexantur, ſi in fine mortis fuerint conſtituti, baptizari placet: ſi vero fideles fuerint, dandam eis eſſe communionem. Prohibendum etiam, ne lucernas publice accendant. Si facere contra interdictum voluerint, abſtineant a communione.

Canon XXXVII. *Emendatus.*

*De energumenis baptizandis.*

Eos qui ab ſpiritibus immundis vexantur, ſi in fine mortis fuerint conſtituti, baptizari placet: ſi vero fideles fuerint, dandam eis eſſe communionem. Prohibendum etiam, ne lucernas hi publice accendant. Si facere contra interdictum voluerint, abſtineant a communione.

*Energumenos baptizandos, ſi extremo urgeantur periculo.*

C A P U T VI.

D. Aug. lib. fide & operib. c. 4.

ADulti catechumeni, ſuſcepturi baptiſmum, cum omnibus fidei interrogationibus reſpondere deberent, ut docet Auguſtinus. dubium erat, an ſi maligni ſpiritus poſſeſſione correpti, expertes eſſent rationis, ad ſuſcipiendum baptiſmum forent admittendi. Augebat & illud dubitandi occaſionem; nam cum per baptiſmum Spiritus ſanctus daretur, indecens, & indecorum videbatur, ut in maligni ſpiritus habitaculo, Spiritus ſanctus deſcendere quodammodo cogeretur. Sed obtinuit apud patres clementiæ & benignitatis ratio, neve religioſa illa & ſancta cogitatio, & deſiderium quo primum catechumenus voluit eſſe Chriſtianus, præmio ſuo fraudaretur, placuit, ut ad fidem ſuſcipiendam catechumeni admitterentur, ſi extremo vitæ urgerentur periculo. Quod primum hic Hiſpani patres, Africani poſtea a concilio Carthaginenſi III. definierunt. *Ut ægrotantes*, ajunt, *ſi pro ſe reſpondere non poſſunt, cum voluntatis eorum teſtimonium ſui dixerint, baptizentur.* Idem conſtituit concilium Arauſicanum. *Subito obmuteſcens, prout ſtatutum eſt, baptizari, aut pœnitentiam accipere poteſt, ſi voluntatis præteritæ teſtimonium aliorum verbis habet, aut præſentis in ſuo nutu.* Et poſtea. *Energumenis catechumenis in quantum, vel neceſſitas exegerit, vel opportunitas permiſerit, de baptiſmate eſt conſulendum.* In hoc autem canone duplex concedunt Hiſpani patres privilegium. Alterum eſt, quod qui rationis capaces non ſunt, fiant ſacramentorum participes. Alterum, ut extra tempora canonibus diffinita baptiſmum accipiant. quod inſequentium temporum patres perpetua obſervantia coluerunt. Timotheus ſanctiſſimus Alexandrinus epiſcopus, his verbis reſpondit. *Si catechumenus a dæmone corripiatur, & voluerit ipſe, vel ſui, ut ſanctum baptiſmum accipiat, debetne accipere, an non, & maxime ſi morti propinquus fuerit? Reſpon. Si is qui a dæmone corripitur, non fuerit ab immundo ſpiritu mundatus, non poteſt ſanctum baptiſmum accipere: ſed in exitu e vita, baptizetur.* Tanta enim erat olim in baptiſmo ſuſcipiendo religio, ut non dæmoniaci ſolum, ſed nec mulieres menſtruatæ ad baptiſmum ob ſingularem ejus ſacramenti reverentiam admitterentur, ut idem Timotheus reſpondit. *Si mulier catechumena*, ait, *dedit nomen ſuum, ut illuminaretur, & die baptiſmatis illi accidit, quod ſolet mulieribus, debetne eo die baptizari, an differre, & quantum differre? Reſpond. debet differre donec purgata fuerit.* Ad quem Theodorus Balſamon hæc adjecit. *Qui divino baptiſmate digni erant habendi, deſcribebantur ab his qui munus eccleſiaſticum exercebant: ſi ergo*, inquit, *deſcripta mulier tanquam baptizanda, in fluxum menſtruorum inciderit, quando debet baptizari? Huic autem divinus pater reſpondit, quod quando purgata fuerit: donec enim præſtituti dies præterierint, impura eſſe judicabitur, & non baptizabitur, nec divinis myſteriis digna habebitur.*

Concilium Carthag. III can. 34. apud Grat. in ægrotantes de conſecrat. diſt. 4.

Concil. Arauſ. can. 12.

Can. 15. ejuſdem concilii.

Timotheus epiſcopus Alexandrinus ad interrogationem ſecundam.

Idem ad interrogationem 6.

Si vero fideles fuerint, dandam eſſe eis communionem.

DE antiqua eccleſiæ conſuetudine, tribuendi communionem energumenis fidelibus, actum late ſuperius, & de ejus obſervatione.

Lib. 2. cap. 60.

Prohibendum etiam, ne lucernas publice accendant.

*Luminaria accendi conſueviſſe in eccleſia hujus concilii tempore, eaque probata ab his patribus, non prohibita, & cur ea accendere energumeni prohibeantur.*

C A P U T VII.

PRimo hujus canonis verſiculo actum eſt de infidelibus, qui extremo vitæ periculo conſtituti, baptizari cupiunt. II. vero de fidelibus, quibus energumenis factis communionem concedit; hoc autem poſtremo, de clericis agitur quos acolytos dicimus; ad hos enim pertinebat olim eccleſiæ luminaria accendere, ut ex concilio Carthaginenſi IV. accepimus. *Acolytus*, ait, *quum ordinatur ab epiſcopo, doceatur, qualiter in officio ſuo agere debeat: ſed ab archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, ut ſciat ſe ad accendenda eccleſiæ luminaria mancipari.* Quare illos volunt patres, ſi dæmoniaci ſint, ab officio illo eſſe ſuſpenſos. Nec id tantum olim in uſu erat, ſed inter audientes conſtituebantur, ut ex canone VI. concilii Aurelianenſis refert Burchardus & Ivo. *Si quis clericus*, ait, *arreptus fuerit a dæmonio, decem annos pœniteat, & inter audientes ſtet, & ad ſacros ordines non adducatur. Si bene egerit, & per Dei gratiam liberatus fuerit, ſit in reliquis officiis eccleſiaſticis.* Simile ex decretis Nicolai retulit Ivo. Idem decrevit concilium Arauſicanum. *Energumeni*, ait, *non ſolum non aſſumendi ſunt ad ullum ordinem clericatus, ſed & illi qui ordinati jam ſunt, ab impoſito officio ſunt repellendi.*

Concilium Carthaginenſe 4. can. 6.

Burchard. lib. 19. decret. c. 93

Ivo p. 15. decret. cap. 105.

Idem p. 11. cap. 104. can. 16.

Conſtat etiam ex hoc canone, Hiſpanos epiſcopos eccleſiæ luminaria, in hoc concilio approbaſſe, non interdixiſſe.

*Canon XXXVIII.* Vulgatus.

*Ut in neceſſitate & fideles baptizent.*

Peregre navigantes, aut ſi eccleſia in proximo non fuerit, poſſe fidelem (qui lavacrum ſuum integrum habet, nec ſit bigamus) baptizare in neceſſitate, ita ut ſi ſupervixerit, ad epiſcopum eum perducat, ut per manus impoſitionem perfici poſſit.

Canon XXXVIII. *Emendatus.*

*Ut in neceſſitate & fideles baptizent.*

Peregre navigantes, aut ſi eccleſia in proximo non fuerit, poſſe fidelem (qui lavacrum ſuum integrum habet, nec ſit bigamus) baptizare in neceſſitate, ita ut ſi ſupervixerit, ad epiſcopum eum perducat, ut per manus impoſitionem perfici poſſit.

*In neceſſitate omnes poſſe baptizare obſervata eccleſiæ forma: & quæ ſit hæc manus impoſitio qua fideles perfici dicuntur.*

C A P U T VIII.

EPiſcopos primum olim baptiſmi dandi jus habuiſſe; presbyteris vero & diaconis, poſtea id conceſſum, auctor Clemens. *Sed neque laicos*, inquit, *concedimus, aliquod ſacerdotale munus exercere, veluti ſacrificium, baptiſmum, manus impoſitionem, vel benedictionem magnam, ſive parvam. Non enim ſibi quiſquis*

D. Clemens lib. conſtit. apoſt. c. 10. & 11.

ſumit

Heb. 5.

ſumit honorem, ſed qui vocatur a Deo. Nam per epi-
ſcopi manus datur hæc dignitas. Qui vero ad eam pro-
motus non eſt, ſed eam ſibi uſurpat, Oziæ pœnam ſuſti-

2. Paralip. 26. Idem in eodem c. 22

nebit. Et mox. Sed neque reliquis baptizare permitti-
mus, veluti lectores, cantores, oſtiarios, miniſtros; ſed
ſolos epiſcopos, & presbyteros, miniſtrantibus illis dia-
conis, qui hoc auſi fuerint, Corætarum ſupplicium patien-

Tertull. lib. de baptiſmo c. 17.

tur. Id etiam docuit Tertullianus: Supereſt, inquit,
ad concludendam materiolam, de obſervatione quoque dan-
di, & accipiendi baptiſmum, commonefacere. Dandi qui-
dem habet jus ſummus ſacerdos, qui eſt epiſcopus: de-
hinc presbyteri, & diaconi: non tamen ſine epiſcopi aucto-
ritate, propter eccleſiæ honorem, quo ſalvo ſalva pax eſt.

D. Hieron. in dialogo adverſus Luciferianos.

Divus etiam Hieronymus in dialogo adverſus Lucife-
rianos, in perſona orthodoxi. Primum quidem, dicit,
inde venit, ut ſine epiſcopi juſſione, neque presbyter, ne-
que diaconus, jus habeant baptizandi. Hæc eadem di-

D. Ambr. lib. 3. de ſacramentis cap. 1.

vus Ambroſius, Iſidorus, & Theodoretus, dum men-
tionem facit cujuſdam ſtolæ ex aureis filis contextæ,
quam imperator Conſtantinus ad eccleſiam Hieroſoly-

D. Iſidorus lib. 2 de offic. eccleſ. cap 24.

mitanam cohoneſtandam, Macario illius urbis epiſcopo
donaverat, ut ea amictus ſacroſancti baptiſmatis mini-
ſterium obiret. Id tamen ſic intelligendum eſt, ſi ne-

Theodoret. lib. 2 hiſt. eccleſ. c. 27.

ceſſitas abſit, nam ſi ea adſtringamur, non ſolum preſ-
byteris, & diaconis, ſed & laicis hominibus competere
jus baptizandi, ut in hoc canone decernitur, Tertul-

Tertull. c. 17. de baptiſmo.

lianus antea etiam admonuit. Sufficiat ſcilicet, inquit
loquens cum laico, in neceſſitatibus, ut utaris, ſicubi,
aut loci, aut temporis, aut perſonæ conditio compellit.
Tunc enim conſtantia ſuccurrentis excipitur, cum urget

Gelaſius papa in epiſt. ad univerſos epiſcopos c. 9.

circumſtantia periclitantis. Gelaſius papa in epiſtola ad
univerſos epiſcopos per Lucaniam, & Brutios, & Sici-
liam, conſtitutos. Abſque epiſcopo, ait poſt alia, vel
presbytero baptizare non præſumat diaconus, niſi prædi-
ctis fortaſſe officiis longius conſtitutis, neceſſitas extrema
compellat: quod & laicis Chriſtianis facere, plerumque

D. Aug. ad Fortunatum. Grat. can. in neceſſitate de conſecrat. diſt. 4.

conceditur. Ex divo Auguſtino ad Fortunatum, retulit
ſententiam eamdem Gratianus. Poſt Auguſtinum, Iſi-
dorus: Unde conſtat baptiſma ſolis ſacerdotibus eſſe tra-
ditum, cujuſque myſterium, nec ipſis diaconibus explere
eſt licitum, abſque epiſcopis, vel presbyteris, niſi illis pro-

D. Iſidorus lib. 2. de offic. eccleſ. c. 24.

cul abſentibus, ultima languoris cogat neceſſitas: quod &
laicis fidelibus plerumque permittitur; ne quiſquam ſine
remedio ſalutari de ſæculo evocetur.

Sed ſi perfectus eſt baptiſmus a laicis collatus; quid ve-
lint hujus concilii patres, dum addunt; ita ut ſi ſupervi-
xerit, ad epiſcopum eum perducat, ut per manus impoſi-
tionem perfici poſſit: non difficile eſt, niſi animadvertamus
prius, hic non intelligi de manus impoſitione, quæ fit a
presbytero, dum exorcizat baptizandum, de qua intelle-

Vincen. a Thibari in conc. Carthagin. ſub Cypriano ſententia 37.

xit Vincentius a Thibari in concilio Carthaginenſi ſub Cy-
priano, dicens: ergo primo per manus impoſitionem in exor-
ciſmo, ſecundo per baptiſmi regenerationem, tunc poſſunt ad
Chriſti regenerationem venire. Imponit etiam manus, in-

B. Gregorius in ſacramentario.

quit B. Gregorius, presbyter in frontibus eorum, ſcilicet ba-
ptizandorum, dicendo: ſignaculum ſalvatoris domini noſtri
Jeſu Chriſti in frontem tuam pono, & ſimiliter in pectus:

Concil. Carthag. 4. can. & Concil. Carth. 4. can. 7.

Quod & faciebant olim exorciſtæ, ut tradunt concilii Car-
thaginenſis IV. patres. Omni die exorciſtæ, energumenis
manus imponant. Quare cum exorciſta ordinatur, hanc
formam obſervatam iidem teſtantur. Exorciſta, ajunt, cum
ordinatur, accipiat de manu epiſcopi libellum, in quo ſcri-
pti ſunt exorciſmi, dicente ſibi epiſcopo: accipe, & commen-
da memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper
energumenum, ſive baptizatum, ſive catechumenum. De
longe diverſa manus impoſitione intelligendus eſt hic ca-
non, de illa videlicet quæ vocatur confirmatio. ſtatim
enim cum ipſo baptiſmo eam adminiſtrari, idonei affirmant

D. Hieron. adverſus Luciferian.

teſtes. In primis Hieronymus. Quod ſi hoc loco quæris,
quare in eccleſia baptizatus, niſi per manus epiſcopi non
accipiat Spiritum ſanctum, quem nos aſſerimus in vero
baptiſmate tribui, diſce hanc obſervationem, ex ea auc-

D. Ambroſ. lib. 3. de ſacramentis, cap. ult. Iſai. 11.

toritate deſcendere, quod poſt aſcenſum domini Spiritus
ſanctus ad apoſtolos deſcendit. Ambroſius. Sequitur ſpi-
rituale ſignaculum, quod audiſti hodie legi, quia poſt fon-
tem ſupereſt, ut perfectio fiat, quando ad invocationem
ſacerdotis Spiritus ſanctus infunditur, ſpiritus ſapientiæ
& intellectus, ſpiritus conſilii, atque virtutis, ſpiritus
cognitionis, atque pietatis, Spiritus ſancti timoris. Se-

Tertull. de baptiſmo cap. 7. Idem cap. 8.

ptem quaſi virtutes ſpiritus. Ante utrumque Tertullia-
nus de baptiſmo. Exinde, inquit, egreſſi de lavacro,
perungimur benedicta unctione, de priſtina diſciplina.
Et mox. Dehinc manus imponitur, per benedictionem
advocans & invitans Spiritum ſanctum. Sane humano
ingenio licebit Spiritum in aquam arceſſere, & concor-
porationem eorum, accommodatis deſuper manibus, alio

Gen. 48.

ſpiritu tantæ claritatis animare. Deo autem in ſuo or-
gano non licebit per manus ſanctas ſublimitatem modu-
lari ſpiritualem? Sed eſt hoc quoque de veteri ſacramento,

Matth. 3.

quo nepotes ſuos ex Joſeph, Efrem, & Manaſſem, Ja-
cob capitibus impoſitis, & intermutatis manibus, bene-
dixerit, & quidem ita tranſverſim obliquatis in ſe, ut
Chriſtum deformantes, jam tunc portenderent benedictio-
nem in Chriſtum futuram. Tunc ille ſanctiſſimus Spiri-
tus ſuper emundata & benedicta corpora, libens a patre de-

A ſcendit, ſuper baptiſmi aquas tanquam priſtinam ſedem
recognoſcens, conquieſcit, columba figura delapſus in do-
minum, ut natura Spiritus ſancti declaretur per animal

Matth. 10

ſimplicitatis & innocentiæ. quod etiam corporaliter ipſo
felle careat columba. Ideoque eſtote, inquit, ſimplices ſi-
cut columbæ, nec hoc quidem ſine argumento præcedentis fi-

Gen. 8

guræ. Quemadmodum enim poſt aquas diluvii, quibus
iniquitas antiqua purgata eſt, poſt baptiſmum, ut ita di-
xerim, mundi, pacem, cæleſtis iræ præco columba terris
adnunciavit dimiſſa ex arca, & cum oleæ ramo reverſa; quod
ſignum etiam apud nationes pacis prætenditur eadem diſpoſi-
tione ſpiritualis effectus terræ, id eſt carni noſtræ, emer-
genti de lavacro, poſt vetera delicta, columba ſancti Spi-
ritus advolat, pacem Dei adferens, emiſſa de cælis, ubi

D. Dionyſ. Areopag. de eccleſ. hier. p. 3. c. 4.

eccleſia eſt, arca figurata. Ante Tertullianum, beatus
Dionyſius Areopagita. Sed & ipſi, ait, qui ſacratiſſimo
regenerationis myſterio conſecratur, adventum ſancti Spi-
ritus conſummans inunctio largitur unguenti: ſubſigni-
ficante, quantum arbitror, ſacra deſcriptione ſignorum
ab ipſo, qui propter nos in aſſumpta carne divino Spiritu
B ſanctificatus eſt, immutabili ſubſtantiali deitatis habitu

D. Cyprianus in epiſt. 73. ad Jubajanum cap. 1. Idem in epiſt. ad Januarium, Saturninum, & alios cap. 1.

ſanctiſſimum Spiritum dari. D. Cyprianus ad Jubaja-
num. Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in eccle-
ſia baptizantur, præpoſitis eccleſiæ offerantur & per noſtram
orationem, ac manus impoſitionem, Spiritum ſanctum con-
ſequantur, & ſignaculo dominico conſummentur. Et in epi-
ſtola ad Januarium, Saturninum & alios. Ungi quoque ne-
ceſſe eſt eum qui baptizatus ſit, ut accepto chriſmate, id eſt
unctione, eſſe unctus Dei, & habere in ſe gratiam Chriſti
poſſit. Poſt omnes latius, & clarius D. Iſidorus differens de

D. Iſidorus c. 24. lib. 2. de eccleſ. offic. Act. 8.

manus impoſitione vel confirmatione. Sed quoniam poſt ba-
ptiſmum (egerat enim antea in eodem capite de baptiſmo),
per epiſcopos datur Spiritus ſanctus cum manuum impoſitio-
ne, hoc in actibus apoſtolorum feciſſe, meminimus apoſtolos:
ſic enim legitur: factum eſt, dum Apollo eſſet Corinthi, ut
Paulus peragratis ſuperioribus partibus veniret Epheſum,
ibique, cum inveniſſet quoſdam diſcipulos, dixit ad illos:
ſi Spiritum ſanctum accepiſtis credentes? At illi dixerunt ad
eum: ſed neque ſi Spiritus ſanctus eſt, audivimus. Ille vero
C ait: in quo ergo baptizati eſtis? qui dixerunt: in Joannis ba-
ptiſmate. Ait autem Paulus: Joannes baptizavit baptiſmo
pœnitentiæ plebem, dicens in eum qui poſt eum venturus erat,
ut crederent, hoc eſt in Jeſum Chriſtum. Quod cum audiſ-
ſent, baptizati ſunt in nomine domini Jeſu, & cum impo-

Ibid.

ſuiſſet illis manum Paulus, venit Spiritus ſanctus ſuper il-
los, & loquebantur linguis, & prophetabant. Etiam in alio
loco: cum audiſſent hi qui erant Hieroſolymis apoſtoli, quia
recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad illos, Petrum
& Joannem: qui cum veniſſent, oraverunt pro eis, ut Spi-
ritum Sanctum acciperent; nondum enim in ullum eorum
deſcenderat, ſed tantum baptizati erant in nomine domini
noſtri Jeſu Chriſti. Tunc imponebant illis manus, & acci-
piebant Spiritum ſanctum: Spiritum autem ſanctum acci-

Innocentius in epiſt. ad Decentium c. 3.

pere poſſumus, dare autem non poſſumus, ſed ut detur,
Deum invocamus. Hoc autem quod poſt baptiſma fiat, quem-
admodum papa ſanctus Innocentius ſcribit ſubjiciam: dicit
enim, non ab alio, quam ab epiſcopo fieri licere: nam presby-
teri, licet ſint ſacerdotes, pontificatus tamen apicem non ha-
bent. Hoc autem ſolis pontificibus deberi, ut vel conſignent,
D vel ut paracletum Spiritum ſanctum tradant, non ſolum ec-
cleſiaſtica conſuetudo demonſtrat, verum & illa lectio apo-
ſtolorum, quæ aſſerit Petrum & Joannem eſſe directos, qui

Euſebius homilia de pentecoſte. Beatus Pacianus ſermone de baptiſmo. Rabanus Maurus de inſtitutione clericorum lib. 1. c. 31.

jam baptizatis traderent Spiritum ſanctum. Euſebius et-
iam Emiſſenus homilia de pentecoſte. Quod nunc in neo-
phytis, manus impoſitio tribuit ſingulis; hoc tunc Spiritus
ſancti deſcenſio in credentium populo donavit univerſis. Quo
loco de manus impoſitione, & confirmatione gratia, quam
regeneratis per baptiſmum, inde conferri dicit, copio-
ſe tractat B. Pacianus ſermone de baptiſmo. Hæc, in-
quit, complere alias non valent, niſi lavacri, & chriſma-
tis, & antiſtitis ſacramento: lavacro enim peccata pur-
gantur: chriſmate Spiritus ſanctus ſuperfunditur: utra-
que vero iſta, manu, & ore antiſtitis, impetramus.

Miltiades papa in epiſt. 1. ad omnes Hiſpaniæ epiſcopos cap. 2.

Idem Rabanus Maurus. Ex pontificibus, Miltiades
papa ad omnes Hiſpaniæ epiſcopos ſcribit: De his ve-
ro ſuper quibus rogitaſtis vos informari, id eſt, utrum
majus eſſet ſacramentum, manus impoſitio epiſcoporum,
aut baptiſmus? ſcitote, utrumque magnum eſſe ſacra-
E mentum, & ſicut unum a majoribus fit, id eſt, a ſum-
mis pontificibus, quod a minoribus perfici non poteſt, ita
& majori veneratione venerandum & tenendum eſt: ſed
ita conjuncta ſunt hæc duo ſacramenta, ut ab invicem,
niſi morte præveniente, nullatenus poſſint ſegregari: &

Fabianus papa epiſt. 2. ad omnes orientales epiſcopos.

unum ſine altero rite perfici non poteſt. Id ipſum docuit
Fabianus papa ad omnes orientales epiſcopos. In illa
die, inquit, dominus Jeſus poſtquam cœnavit cum diſci-
pulis ſuis, & lavit eorum pedes, ſicut a ſanctis apoſto-
lis prædeceſſores noſtri acceperunt, nobiſque reliquerunt,
chriſma conficere docuit. Ipſa enim lavatio pedum no-
ſtrorum, ſignificat baptiſmum, quando ſancti chriſmatis
unctione perficitur, atque confirmatur. Urbanus papa ad

Urbanus papa in epiſt. ad omnes Chriſtianos cap. ult.

omnes Chriſtianos. Omnes enim fideles, inquit, per ma-
nus impoſitionem epiſcoporum, Spiritum ſanctum, poſt
baptiſmum accipere debent, ut pleni Chriſtiani invenian-
tur: quia cum Spiritus ſanctus infunditur, cor fidele
ad pru-

Refertur a Grat. in cap. omnes de conſecrat. diſt. 5.

*ad prudentiam, & conſtantiam dilatatur.* Joannes etiam papa III. epiſtola unica in principio. *Donum*, ait, *ſancti Spiritus, per impoſitionem manuum choreviſcopi non tradant, nec presbyteri, ſed epiſcopi, quia non LXX. ſed apoſtoli tantum manus imponebant.* His omnibus antiquior divus Clemens. *Tu ergo epiſcope*, inquit, *illa figura unges capita illorum, qui baptizantur, ſive illi viri ſunt, ſive mulieres, oleo ſancto, in figuram ſpiritalis baptiſmi. Deinde vel tu epiſcopus, vel tibi ſubjectus presbyter, ſacram ſuper ipſos dicens ac nominans invocationem, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, baptizabis eos in aqua: ac virum ſuſcipiat diaconus, mulierem diaconiſſa, ut decore traditio infrangibilis ſigilli adminiſtretur. Poſtea epiſcopus liniat baptizatos unguento.*

D. Clemens lib. 3. cap. 16. conſtitut. apoſtolic.

Conc. Pariſienſe, ſub Ludovico, & Lothario. lib. 1. cap. 27.

Ex conciliis, Pariſienſe. *Emerſit quidam reprehenſibilis, & valde jam inolitus uſus, eo quod, quidam choreviſcopi ultra modum ſuum progredientes, & donum ſancti Spiritus, per impoſitionem manuum tradant, & alia quæque, quæ ſolis pontificibus debentur, contra fas peragant: præſertim cum nullus ex ſeptuaginta diſcipulis, quorum ſpeciem in eccleſia gerunt, legatur donum ſancti Spiritus per manus impoſitionem tradidiſſe. Quod autem ſolis apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, proprii ſit officii, tradere ſpiritum Sanctum, liber apoſtolorum docet, in quo legitur: cum Apollo eſſet Corinthi, &c.* Item in eodem. *Cum audiſſent apoſtoli qui erant Hieroſolymis, &c. Ecce aperte demonſtratur, quod non ſeptuaginta diſcipuli, quorum formam tenent choreviſcopi, ſed apoſtoli quorum ſucceſſores ſunt epiſcopi, tradebant Spiritum Sanctum, &c.* Laodicenum. *Oportet*, inquit, *baptizatos, poſt baptiſmum, ſacratiſſimum chriſma percipere, cœleſtis regni participes fieri.* Clarius multo id apparet ex canone LXXVII. hujus concilii; *ſi quis diaconus*, ait, *regens plebem ſine epiſcopo, vel presbytero aliquos baptizavit, epiſcopus eos per benedictionem perficere debebit, quod ſi ante de ſæculo receſſerit, ſub fide qua quis crediderit, poterit eſſe juſtus.* His ſuffragatur Novati hiſtoria, quam ex epiſtola Cornelii papæ recenſet Euſebius. *Non eſt certe*, ait, *ejus generis ille quidem qui ex ſatana, qui ingreſſus in illum, diu eſt intimo pectore commoratus. Primum data fuit credendi occaſio, qui quidem, ubi exorciſtarum præſidio, ſpiritu illo malo eſſet liberatus, & poſt in tam gravem morbum ut jam fere mori putaretur, incidiſſet, in lecto in quo decumbebat, aqua circumfuſus, baptiſmum accepit: ſi modo talem hominem, baptiſmum accepiſſe dicendum ſit: verum, morbo tandem elapſus, neque cetera, quibus poſt baptiſmum ſecundum eccleſiæ canonem imbui oportuerat, acquiſivit, neque domini ſigillo ab epiſcopo obſignatus fuit, quo quidem nequaquam potuit quomodo quaſo Spiritum ſanctum adeptus eſt.* Hujus Novati, aut Novatiani ſectatores, ut Theodoretus eſt auctor, ſacroſanctum hoc chriſma non tradebant, quare qui ex illa hæreſi ad eccleſiæ unitatem revertebantur, hoc illi ungi erat neceſſe, ut vel hinc concilii Nicæni decretum interpretemur.

Act. 19.

Act. 8.

Conc. Laod. can. 48.

Euſebius lib. 6. c. 35. hiſt. eccleſ.

Theodor. lib. 3.

Concil. Nicæni can. 8.

*Cur in concilio Nicæno per manus impoſitionem Novatiani reconciliarentur eccleſiæ.*

Can. 77. hujus concilii.

Cum commune ergo eſſet olim, ut baptizatis ſtatim a baptiſmo, manus impoſitione epiſcoporum, confirmatio tribueretur, recte addita ſunt ab his patribus ea verba. *Ita ut ſi ſupervixerit, ad epiſcopum eum perducat, ut per manus impoſitionem perfici poſſet*; non quod putarent ſolum baptiſmum, ad ſalutem æternam non prodeſſe: (nam prodeſſe jam declararunt inferius:) ſed quod plenum, & perfectum, in robore, & virtute, adverſus diaboli tentationes, Chriſtianum fieri non putarent: & recte, niſi ſuſcepto eo ſacramento, quod ad eam præſtandam divinitus inſtitutum eſt, & confirmatio vocatur, olim vero manus impoſitio. Concilium Aurelianenſe. *Ut jejuni*, inquit, *ad confirmationem veniant, perfectæ ætatis, ut moneantur confeſſionem facere prius, ut mundi donum ſancti ſpiritus valeant accipere. Et quia nunquam erit Chriſtianus, niſi confirmatione epiſcopali fuerit chriſmatus.* Urbanus papa. *Omnes fideles*, inquit, *per manus impoſitionem epiſcoporum, Spiritum ſanctum poſt baptiſmum accipere debent, ut pleni Chriſtiani inveniantur: quia cum Spiritus ſanctus infunditur, cor fidele, ad prudentiam, & conſtantiam dilatatur.* Hieronymus adverſus Luciferianos. *Non quidem abnuo*, inquit, *hanc eſſe eccleſiarum conſuetudinem, ut ad eos qui longe in minoribus urbibus, per presbyteros, & diaconos baptizati ſunt, epiſcopus ad invocationem Spiritus ſancti, manus impoſiturus excurrat.* Illud igitur Hiſpani epiſcopi ſanxerunt hoc canone, ut quod catechumeni, ſimul cum generationis lavacro impetrare debuerant: & ob loci, temporiſque neceſſitatem & epiſcopi abſentiam, vel mortem, omiſſum eſt, quaſi poſthuma hac, ſerura & certa diligentia compenſetur. Hac ipſa de cauſa, gravi ægritudine periclitantibus, & baptiſmum flagitantibus, conceſſit juſſit concilium Laodicenum, ita tamen addit, ut ſi ſupervixerint, inde ſymbolum addiſcant, quod catechumenis perdiſcere, memoriæ mandare, & ſabbatis ante baptiſmum repetere erat neceſſe, ut Auguſtinus docet, & ejuſdem concilii Laodiceni patres. De pœnitentibus, quid ſimile definierunt Africani epiſcopi, in concilio Carthaginenſi: *Si pœnitentes*, ajunt, *in infirmitate viaticum eucharistiæ acceperint, non ſe credant abſolutos, ſine manus impoſitione, ſi ſupervixerint.* Adeo ſtricte, baptiſmi, confirmationis, & pœnitentiæ leges omnes obſervari, hiſque teneri omnes, priſci patres voluerunt.

Conc. Aurelianen. can. 3.

Urbanus PP. in epiſt. 1. ad omnes Chriſtianos c. 7. Refert Grat. cap. omnes cap. jejuni de conſecrat. diſt. 5.

D. Hieron. adverſus Luciferianos. Concil. Laod. can. 47.

D. Aug. hom. 42. de orat. dominica.

Conc. Laod. can. 47. Conc. Carthag. 4. can. 79.

## Aut eccleſia in proximo non fuerit.

*Extra eccleſiam poſſe conferri baptiſmum in neceſſitate.*

### CAPUT IX.

IN omnibus vicis, aut oppidis Hiſpaniæ, eccleſias tempore hujus concilii non fuiſſe, ſed in maximis & nobilioribus urbibus non mirandum: quod illas ad promulgationem evangelii, & propagationem Chriſtianæ doctrinæ, non minori pietatis, quam prudentiæ laude, epiſcopi noſtri elegiſſent, nec in aliqua orbis provincia, tot gentes converſas, tot extructas eccleſias, tot epiſcopatus inſtitutos accepimus, quot eo tempore in Hiſpania legimus extitiſſe: ſi urgeret tamen periculum, poſſe extra eccleſias baptiſmum conferri hic decernitur.

## Qui lavacrum ſuum integrum habet.

*Ab infidelibus poſſe conferri baptiſmum, obſervata eccleſiæ forma.*

### CAPUT X.

QUI docet, poſſe fidelem, qui lavacrum ſuum integrum habeat, baptizare catechumenos, neceſſitatis tempore, non negat, infidelem id facere poſſe, ſed cupit eſſe fidelem. Nam & ſi de hoc olim controverſum fuiſſe referat D. Auguſtinus. *Et hæc quidem*, inquit, *alia quæſtio eſt, utrum & ab his, qui nunquam fuerunt Chriſtiani poſſit baptiſmus dari. Nec aliquid temere, inde affirmandum eſt, ſine auctoritate tanti concilii, quantum tantæ rei ſufficit. De iis vero qui ab eccleſiæ unitate ſeparati ſunt, nulla jam quæſtio eſt.* Poſtea tamen reſponſione Nicolai ad Bulgaros, res adeo perſpicua facta eſt, ut nullus tergiverſandi locus relinquatur, quin verus ſit baptiſmus, ſi eam formam, quam eccleſia tenet, Judæus, vel Paganus, in ejus adminiſtratione obſervarit: ad conſulta enim Bulgarorum, hæc docet. *A quodam Judæo neſcitis utrum Chriſtiano, an pagano, multos in patria veſtra baptizatos aſſeritis, & quid de his ſit agendum conſulitis. Hi profecto, ſi in nomine ſanctæ trinitatis, vel tantum in Chriſti nomine, ſicut in actibus apoſtolorum legimus, baptizati ſunt, unum quippe & idem eſt, ut ſanctus Ambroſius exponit, conſtat eos non eſſe denuo baptizandos.*

D. Aug. lib. 2. ca. 13. contra epiſt. Parmeniani.

Nicolaus PP. ca. 104. ad conſulta Bulgarorum, relatus a Gratiano in c. a quodam, de conſecr. diſt. 4.

## Nec ſit bigamus.

*Baptizare poſſe bigamos: in eccleſia Romana bigamos non ſediſſe, nec aliam irregularitatis notam habentes.*

### CAPUT XI.

BIGAMOS a multorum ſacramentorum ordine, & adminiſtratione repulit ſemper vetuſtas: non tamen negavit hic, baptiſmum adminiſtratum a bigamo, vim ſuam integram obtinuiſſe: etſi canonis verba indicent, voluiſſe patres, ut bigami ab illius adminiſtratione ſe temperarent. Illud autem hic, Clemens ſanctiſſime, ſingulari Dei providentia, (ut credi par eſt) Romanæ tuæ ſedi conceſſum animadverto; bigamos nimirum, in iſto auguſtiſſimo throno nunquam ſediſſe, nec ulla alia irregularitatis nota vera impeditos, cum in aliis eccleſiis plurimis uſu veniſſe videamus, & bigamos, & aliis corporis vitiis deformatos, ad epiſcopales ſedes conceſſa pro tempore gratia, evectos fuiſſe.

*Canon XXXIX.* **Vulgatus.**

*Ut Gentilibus deſiderantibus manus imponatur.*

Gentiles ſi in infirmitate deſideraverint ſibi manus imponi; ſi fuerit eorum ex aliqua parte honeſta vita, placuit, eis manus imponi, & fieri Chriſtianos.

Canon XXXIX. *Emendatus:*

*Ut Gentilibus deſiderantibus manus imponatur.*

Gentiles ſi in infirmitate deſideraverint ſibi manus imponi, ſi fuerit eorum ex aliqua parte ho-

te honeſta vita, placuit, eis manus imponi, A & fieri Chriſtianos.

BURCHARDUS lib. 4. decretorum c. 30. citat hunc canonem ex concilio Agathenſi c. 3. quæ citatio noſtro reſtituenda eſt.

*Gentilibus in extremo periculo cupientibus baptizari, nec baptiſmum, nec confirmationem negandam.*

CAPUT XII.

CUM plenus, perfectus, & omnibus numeris abſolutus Chriſtianus, quis non efficiatur, niſi accepta manus impoſitione epiſcopali, quæ cum baptiſmo conjuncta olim dabatur: (confirmatio nunc dicitur, ut antea dicebam;) merito tradiderunt patres, quod ſi Gentiles in infirmitate deſideraverint ſibi manus imponi, hoc eſt, effici veros, & perfectos Chriſtianos, (retulerunt enim poſterioris ſacramenti memoriam, quod ſupponat prioris) ſi B fuerit ex aliqua parte honeſta vita, eis manus imponatur, & Chriſtiani efficiantur. Confirmatione enim dici perfectos Chriſtianos, jam ſupra pontificum & conciliorum decretis confirmavimus; in favorem enim Gentilium editus hic canon eſt; ut videlicet non expectetur tempus baptiſmo recipiendo præſcriptum, ſi forte illi morbi neceſſitate adſtringantur: ut ſi caſu ante lucis uſura priventur, præteritorum delictorum culpa, & pœna remiſſa, ad æterna poſſint conſcendere tabernacula. D. Auguſtinus. *Sed prius*, inquit, *baptizetur; deinde doceatur, quid ad bonam vitam, moreſque pertineat. Fit hoc, ubi quemquam forte dies urget extremus, ut adverſa pauciſſima, quibus tamen omnia continentur, credat: ſacramentumque percipiat, ut ſi ex hac vita migravit, liberatus exeat a reatu præteritorum omnium peccatorum. Si autem ſanus petit ſpatium diſcendi, quæ diſcenda ſunt, quod aliud opportunius tempus reperiri poteſt, quo audiant, quemadmodum fideles fieri, ac vivere debeant, quam illud, cum attentiore animo, atque ipſa religione ſuſpenſo ſaluberrima fidei ſacramentum petit?*

In can. præc. c. 8.

D. Aug. de fid. & operib. cap. 6.

*Canon XL.* Vulgatus.

*Nec de hoc, quod idolis datum eſt, fideles accipiant.*

Placuit prohiberi, ut cum rationes ſuas accipiunt poſſeſſores, quidquid ad idolum datum fuerit, acceptum non inferant; ſi vero poſt interdictum fecerint, per quinquennii ſpatia temporis a communione eſſe arcendos.

Canon XL. *Emendatus.*

*Ne id quod idolothytum eſt, fideles accipiant.*

Placuit prohiberi, ut cum rationes ſuas accipiunt poſſeſſores, quidquid ad idolum datum fuerit, acceptum non ferant; ſi vero poſt interdictum fecerint, per quinquennii ſpatia temporis a communione eſſe arcendos.

*Oblatum idolis ab œconomis non eſſe acceptum ferendum a poſſeſſoribus: & qui poſſeſſores dicantur.*

CAPUT XIII.

UT hodie primitias & decimas ad eccleſiarum inſtitutionem, ad ſacrificiorum ſumptus, ad miniſtrorum alimenta, præcipi percipique videmus: ſic & E olim in ethnicorum republica ad ſacrorum adminiſtrationem, ad ſacerdotum victum, ad cereorum, & ſacrificiorum ſumptus conſtituta vectigalia tradit Tertullianus. *Credamus*, inquit, *itaque ſuccedere alicui poſſe, ut in quoque honore, ut in ſolo honoris nomine incedat, neque ſacrificet, neque ſacrificiis auctoritatem ſuam accommodet, non boſtias locet, non curas templorum deleget, non vectigalia eorum procuret, non ſpectacula edat.* Ad ſua uſque tempora perduraſſe teſtantur Arcadius & Honorius, dum ea hac lege ſubſtulerunt.

*Impp. Arcad. Hon. & Theo. AA. Curtio PF. P. Poſtulata.*

*Templorum detrahantur annona, & rem annariam juvent expenſis devotiſſimorum militum profutura; Simulacra, ſi qua etiam nunc in templis fanisque conſiſtunt, & quæ alicubi ritu, vel acceperint, vel accipiunt paganorum, ſuis ſedibus evellantur, cum hoc repetita ſciamus ſæpius ſanctione decretum. Ædificia ipſa templorum, quæ in civitatibus, vel oppidis, vel extra oppida ſunt, ad uſum publicum vindicentur, aræ locis omnibus deſtruantur, omniaque templa in poſſeſſionibus noſtris ad uſus accommodos transferantur, domini deſtruere cogantur. Non liceat omnino in honorem ſacrilegi ritus, funeſtioribus locis exercere convivia, vel quidquam ſolemnitatis agitare. Epiſcopis quoque locorum hæc ipſa prohibendi eccleſiaſticæ manus tribuimus facultatem: judices autem XX. librarum auri pœna conſtringimus, & pari forma officia eorum, ſi hæc eorum fuerint diſſimulatione neglecta.* Ab his ſumptibus præſtandis non ſolum abſtinere debuiſſe fideles, ſed & catechumenos etiam docet D. Ambroſius ad Eugenium Auguſtum. Quod ergo hic prohibent patres, illud eſt, ne videlicet domini (hos poſſeſſores vocari alio canone conſtat) cum accipiunt rationes ab œconomis ſuis, ſive patrimonii adminiſtratoribus, (ad quos olim hæc ſacrificiorum cura ſpectabat, ut ex Columella colligitur) illud acceptum habeant, quod illi ſine eorum præcepto ad idola dederint, ſive ad ſacrificia externa, ſive domeſtica, ſive ad convivia, & feſta Gentilium, ſive ad aliud, quod idololatriam redoleat; ne ſi acceptum illud habeant domini; videantur tacite idololatriæ ſervorum, ſive adminiſtratorum conſenſiſſe. Tantopere enim ab ea fideles abſtinere voluerunt primi eccleſiæ patres, ut ſi agnoſcerent, carnes, quibus ob neceſſitatem vitæ eſſet veſcendum, idolis oblatas, eſſe potius moriendum, quam illis veſcendum judicaverint, uti D. Auguſtinus docet ad Publicolam. *Reſtat ni fallor*, inquit, *ut dicamus aliquid de illo viatore Chriſtiano, quem commemoraſti victum famis neceſſitate, ſi nihil uſpiam invenerit, niſi cibum in idolio poſitum, ubi nullus alius eſt hominum, utrum ei ſatius ſit fame mori, quam illum in alimentum ſumere? In qua quæſtione, quoniam non eſt conſequens, ut cibus ille idolothytum ſit; potuit enim vel ab eis qui ibi ab itinere divertentes corpus refecerant, oblivione, ſeu voluntate dimitti, vel illic ob aliam cauſam quamlibet poni, breviter reſpondeo: aut certum eſt eſſe* C *idolothytum, aut certum eſt non eſſe; aut ignoratur: Si ergo certum eſt eſſe, melius Chriſtiana virtute reſpuitur; ſi autem vel non eſſe ſcitur, vel ignoratur, ſine ullo conſcientiæ ſcrupulo, in uſum neceſſitatis aſſumitur.*

Vel intelligi poteſt canon de his, quæ idolis ab aliis data, vel oblata ſunt: carnes enim idolothyta poſtea in macello venundantur, teſte Paulo ad Romanos & Auguſtino in expoſitione ejuſdem epiſtolæ, a quibus emendis, & vendendis primi Chriſtiani abſtinebant, ne viderentur quem honorem diis illorum habere. Si ergo ad familiæ alimenta œconomi has carnes immolatitias emerint (ut delicatiores, & pinguiores, emebant multi, nam tales ad ſacrificia offerebant Gentiles) ſumptus in his comparandis factos, non eſſe acceptos ferendos a dominis, hoc canone decernitur; ne quem honorem (ut dixi) diis falſis ut eorum ſacrificiis tribuiſſe viderentur.

Tertull. lib. de idololatria cap. 17.

Arcad. & Honor. in lib. 19. cod. Theod. de Pagan. ſacrif.

D. Amb. epiſt. 88. ad Eugenium Auguſt. Can. 49 hujus concilii.

Columella lib. 1. de re ruſtica c. 8.

D. Aug. in epiſt. 154. ad Publicolam ad finem.

Paul. ad Rom. D. Aug. expoſitione ejuſdem epiſt. c. 78.

Acceptum non inferant.

D EX M. S. rectius, *Acceptum non ferant.* Aſconius Pedianus quid ſit acceptum ferre, his verbis explicat. *Moris autem fuit unumquemque domeſticam rationem ſibi totius vitæ ſuæ per dies ſingulos ſcribere, in qua appareret, quid quiſquis de redditibus ſuis, quid de arte, fœnore, lucrove ſepoſuiſſet: quo die, & quid item ſumptus, damnive feciſſet.* Optimum autem villicum docet Columella a ſumptibus ſacrificiorum & aliis ſine voluntate domini abſtinere debuiſſe. *Sacrificia*, inquit, *niſi ex præcepto domini ne fecerit: Aruſpices, ſagaſque quæ utraque genera vana ſuperſtitione rudes animos ad impenſas, ac deinceps ad flagitia compellunt, ne admiſerit, &c.*

Aſconius Pedianus act. 3. in Verrem.

Columella lib. 1. de re ruſtica, c. 8.

*Canon XLI.* Vulgatus.

*Ut prohibeant domini idola colere ſervis.*

Admonere placuit fideles, ut quantum poſſint, E prohibeant, ne idola in domibus ſuis habeant: ſi vero vim metuunt ſervorum, vel ſe ipſos puros conſervent: ſi non fecerint, alieni ab eccleſia habeantur.

Canon XLI. *Emendatus.*

*Ut prohibeant domini idola colere ſervis.*

Admoneri placuit fideles, ut quantum poſſint, prohibeant, ne idola in domibus ſuis habeant: ſi vero vim metuunt ſervorum, vel ſe ipſos puros conſervent: ſi non fecerint, alieni ab eccleſia habeantur.

*De pri-*

*De privatis ſacris antiquorum fuſe tractatum : explicato Modeſtini, & Gordiani impp. reſcripto.*

## CAPUT XIV.

Tertull. lib. de ſpectaculis c. 8.
Tertull. de corona militis cap. 13.
Idem adverſus Gnoſticos c. 10.
Tertull. lib. de idololatria c. 15.

VERUM eſt quod Tertullianus ſcripſit. *Ceterum & plateæ, & forum, & balnea, & ſtabula, & ipſæ domus noſtræ, ſine idolis omnino non ſunt : totum ſæculum ſatanas, & angeli ejus repleverunt.* Nec domus tantum, ſed & omnes partes domus diis, & eorum ſimulacris replebantur. De januis, hæc idem Tertullianus. *At enim Chriſtianus nec januam ſuam laureis infamabit, ſi norit quantos deos etiam oſtiis diabolus affinxerit, Janum a janua, Limentinum a limine, Forculum, & Cardeam a foribus & cardinibus : & apud Græcos, Thyræum Apollinem, & Antelios dæmones.* Et adverſus Gnoſticos. *Quæ mihi*, inquit, *poteſtates janitrices adfirmas juxta Romanam ſuperſtitionem, Cardeam quamdam, & Forculum, & Limentinum, quas a cancellis, ordinas poteſtates?* Et alibi. *Certi enim eſſe debemus, ſi quos latet per ignorantiam litteraturæ ſæcularis, etiam oſtiorum deos apud Romanos, Cardeam a cardinibus appellatam, & Forculum a foribus, & Limentinum a limine, & ipſum Janum a janua ; & utique ſcimus, licet nomina inania atque conficta ſint, cum tamen in ſuperſtitionem deducuntur, rapere ad ſe dæmonia, & omnem ſpiritum immundum per conſecrationis obligamentum. Alioquin dæmonia nullum habent nomen ſingulatim, ſed ibi nomen inveniunt, ubi & pignus. Etiam apud Græcos Apollinem, θυραῖον & Antelios dæmonas oſtiorum præſides legimus. Hæc igitur ab initio providens Spiritus ſanctus, etiam oſtia in ſuperſtitionem ventura præcecinit per antiquiſſimum prophetam Enoch. Nam & alia oſtia in balneis adorari videmus.* Eadem fere retulit D. Cyprianus, Auguſtinus quoque, & Arnobius. Deum Scanſum ab aſcenſibus dictum idem Cyprianus teſtatur. Hos domeſticos deos, & Lares vocaſſe antiquos, Tertullianus adfirmat. Idem Iſidorus. *Penates*, inquit, *Gentiles dicebant omnes deos, quos domi colebant, & penates dicti quod eſſent in penetralibus, id eſt in ſecretis. Sicut diis omnibus & publicis publica erant ſacra.* Sic & his diis privatis ſacra privata erant, ut Sextus Pompejus tradit. *Sacra, inquit, omnia, vel publica ſunt, vel privata. Publica, quæ publico ſumptu, pro populo fiebant, quæque pro montibus, pagis, curiis, & ſacellis : privata, quæ pro ſingulis hominibus, & familiis.* De his ſenſit D. Clemens, dum ait, ſingulos homines, ſingulos deos venerari.

D. Cypr. lib. Quod idola non ſunt dii.
D. Aug. lib. 4. de civit. Dei cap. 8.
Arnobius lib. 1. adverſus Gentes
D. Cyprian. li. Quod idola non ſunt dii cap. 2.
Tertul. in apologet. Iſidor. lib. 8. etymologiarum cap. ult. Sextus Pompejus.
D. Clemens lib. 10. recognitionum.

Cum autem hæc feſta, ſeu ſacra privata celebrarentur, omnes illius familiæ conveniebant. Macrobius. *Sic* inquit, *præterea feriæ propriæ familiarum, ut Claudiæ familiæ, vel Æmiliæ, ſeu Juliæ, ſive Corneliæ, & ſi quas ferias proprias quæque familia ex uſu domeſticæ celebritatis obſervant.* Quod unius eſſent gentis, gentilitia aliquando vocantur. Cicero. *Multi ſunt*, ait, *in hoc ordine, qui ſacrificia gentilitia in illo ipſo ſacello ſtatuto loco anniverſaria factitarint.* Livius. *Quam par veſtrum factum eſt, quod in obſidione nuper in egregio adoleſcente C. Fabio non minore hoſtium admiratione, quam veſtra conſpectum eſt? cum inter Gallica tela digreſſus ex arce, ſolemne Fabiæ Gentis in colle Quirinali obiit. An Gentilitia ſacra, ne in bello quidem intermitti, publica ſacra & Romanos deos etiam in pace deſeri placet, & pontifices flaminesque negligentiores publicarum religionum eſſe, quam privatus in ſolemni gentis fuerit.* Hos deos aliquando extra domum in privato ſacello, aliquando domi in focis, in penu (unde penates) in larario reconditos habebant. Cicero. *Nihil ſanctius, nihil omni religione munitius, quam domus uniuſcujuſque civium, hic aræ ſunt, hic foci, hic dii penates, hic ſacra religionis ceremoniæ continentur.* Unde Columella optimum patrem familias domo egreſſum, cum regrederetur, deos penates viſitare jubet. Hinc veteres cum ad bellum proficiſcerentur, hoc ſibi primum proponere ſolebant, eſſe pro aris & focis pugnandum, ut eos ad arma impellere, non tam amor patriæ, patrimonii, poſſeſſionumque conſervatio, quam quædam erga Deos, & publicos, & privatos, religio concepta videretur. Sic Alexandrum Severum domi ſuæ, in larario, Apollonium, Abraham, & Orpheum habuiſſe, teſtis eſt Lampridius. Nec ſolum hos, ſed & Chriſtum Jeſum, Deum, in larario ſuo coluiſſe refert his verbis. *Primum*, inquit, *ut ſi facultas eſſet, id eſt, ſi non cum uxore cubuiſſet, matutinis horis in larario ſuo, in quo & divos principes, ſed optimos electos & animas ſanctiores, in queis & Apollonium, & quantum ſcriptor ſuorum temporum dicit, Chriſtum, Abraham, & Orpheum, & hujuſcemodi deos habebat, ac majorum effigies, rem divinam faciebat.* Plura autem lararia veteres habuiſſe, inde elici poteſt, quod idem Lampridius paulo poſt referat, eumdem Alexandrum Severum inter divos & optimos in larario majori Alexandrum magnum conſecraſſe. Huc pertinent quæ Tertullianus refert. Cum enim de diis Gentium, tam publicis quam privatis ageret, ut illorum vanitatem, ſuperſtitionemque refelleret, ſic inquit. *Sed nobis Dei ſunt, inquitis, & quomodo vos e contrario impii & ſacrilegi, & irreligioſi*

Macrobius Saturnal.
Cicero de Aruſpicum reſponſis.
Livius lib. 5.
Cicero pro domo ſua.
Columella de re ruſtica lib. 1 c. 8.
Lampridius in Alexan. Severo
Tertul. in apologet. cap. 13.



A *erga Deos veſtros deprehendimini? qui quos præſumitis eſſe, negligitis : quos timetis, deſtruitis : quos etiam vindicatis, illuditis. Recognoſcite ſi mentior. Primo, quia cum aliis alios colitis, utique quos non colitis, offenditis : prælatio alterius ſine alterius contumelia non poteſt procedere, quia nec electio ſine reprobatione. Jam ergo contemnitis quos reprobatis, quos reprobando, offendere non timetis. Nam ut ſupra præſtruximus, ſtatus Dei cujuſque in ſenatus æſtimatione pendebat. Deus non erat, quem homo conſultus noluiſſet, & nolendo damnaſſet. Domeſticos deos, quos Lares dicitis, domeſtica poteſtate tractatis, pignerando, venditando, demutando, aliquando in caccabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerva, ut quiſque contritus atque contuſus eſt, dum diu colitur, ut quiſque dominus ſanctiorem expertus eſt domeſticam neceſſitatem. Publicos æque publico jure fœdatis, quos in haſtario vectigales habetis : ſi Capitolium, ſi olitorium forum petitur, ſub eadem voce præconis, ſub eadem haſta, ſub eadem annotatione quæſtoris, divinitas addicta conducitur.* Irridet hic Gentilium Deos, B tam publicos, quam privatos, eo quod eos in ſupellectilis ratione computarent : nam perinde ab illis oppignorabantur, & vendebantur, ac reliqua inſtrumenta domeſtica, inſtante neceſſitate. Quod ſi illa numina eſſent divina, potius exoranda eſſent, ut urgentem inopiam defenderent, quam commutanda pro re vili, & pecuniaria. Nec commutabantur ſolum, ſed frangebantur, & conterebantur, adeo ut quod prius domi Saturnus erat (verbi gratia) vel Minerva, vas poſtea conflatum deſerviret culinæ. Nec de privatis diis hoc tantum efficiebatur, ſed & de publicis : vectigales enim & tributariæ gentes, cum præſentem pecuniam non haberent, publicanis, aut quæſtoribus, argenteos, aureoſque deos addicebant, ut ſæpenumero haſtario, venditionique auctionariæ, a præcone venirent. Habebant ergo patres familias domi ſuæ, ſacra privata, quæ perpetua voluit Cicero in ea, quam ipſe formavit, republica. *Sacra*, inquit, *privata perpetua manento.* Et adeo perpetua, ut morte patris familias ſacrorum memoriam perire noluerit, ſed pontificum auctoritate effici, ut illis ea eſſent adjuncta, ad quos C ejuſdem morte pecunia perveniſſet. Quod ſi mortui eſſent hæredes, ſacra eum conſervare voluit, qui de bonis mortui, legati cauſa accepiſſet plurimum, ſi vero nemo eſſet, qui ullam rem teſtamento cepiſſet, de creditoribus ejus, qui plurimum ſervaſſet : ac tandem perſonam illam, quæ ei qui mortuus ſit, pecuniam debuerit, nemini-que eam perſolverit, ut extremam ponit, ad hoc ut teneatur ſacra ejus conſervare ; quaſi eam pecuniam ceperit, ne videlicet interiret privatorum ſacrorum memoria. Quod pluribus Cicero eleganter proſecutus eſt.

Cicero lib. 2. de legibus

Hæc autem privata ſacra, etſi a privatis, ad quos pertinebant, eodem honore & reverentia, quo & publica colerentur, a reliquis vero non ſic. Qua ratione illorum ſtultitiam coarguit Tertullianus, quod ex cujuſque voluntate penderet, an hic vel ille ut deus conſecrari, & coli debuiſſet. Ex quo petendus eſt intellectus ad Paulum dum ait : *Sacrilegi capite puniuntur. Sunt autem ſacrilegi, qui publica ſacra compilaverint. At qui privata ſacra, vel ædiculas incuſtoditas tentaverint, amplius quam fures, minus* D *quam ſacrilegi merentur.* Hoc autem ideo Paulus ſcripſit, quia cum ſacrilegii crimen publicum eſſet, & de re ſacra publica latum, non poterat ad privatas res ſacras extendi : etſi fateatur magis quam rerum ſolum privatarum fures, eſſe puniendos. In cujus expoſitione mirum eſt quantopere laborarit Accurſius, ut intelligeret quæ ſacra privata Paulus dixerit. Nunc ea eſſe putat, quæ per principem conſecrata ſunt : nunc ſepulcra, quæ per illationem mortuorum fiunt religioſa : poſtremo res ſacerdotum, quas pro ſe, & eccleſia habent. Quaſi Paulus homo ethnicus, de rebus ſacerdotum Chriſti, & eccleſiæ noſtræ meminiſſet, in libro de publicis Romani imperii judiciis.

Tertul. in apologetico c. 13
*Explicatur Paulus in l. ſacrilegi ad l. Juliam pecul.*

Nec minus laborat in expoſitione illius verſiculi. *Vel ædiculas incuſtoditas tentaverint.* Putat enim ædiculas illas eſſe domunculas, non ſacras, ſed ſacerdotibus relictas, & propter vilitatem incuſtoditas, ut domunculas quæ ſunt extra eccleſiam, in quibus ſacerdotes morantur, quas vocamus canonicas (ſic ait Accurſius) vel illas, in quibus ſacra vaſa reponuntur. Semper cum ex antiquitate, Accurſio, & ſuis ſectatoribus quid petendum eſt, illud ex ſui E temporis moribus & inſtitutis interpretantur, quaſi de illis veteres juriſconſulti cogitaverint : de rebus præcipue eccleſiæ, quarum illos ut Gentiles, & idololatras minus curæ habuiſſe, nullus niſi antiquitatis ignarus inficiabitur. Sacra ergo privata, ea ſunt quæ diximus, ſacra propria alicujus domus, vel gentis vel familiæ. Ædiculæ incuſtoditæ templa erant privata, ſeu domus privatæ in quibus ſacra hæc privata celebrari ſolebant ; non enim ſolum in proprio habitationis domicilio, ſacra hæc celebrabant, ſed extra domum in alio ſacello ejus familiæ proprio, cui honor ſacrorum publicorum tribueretur, non ſacellum, vel templum, ſed ædes vel ædiculas vocabant, ut conſtat ex Tertulliano. *Non enim ſolum*, ait, *idololatria committitur, cum immolat, incendit, quæ ſacris aliquibus vel ſacerdotiis obligatur, nec cum ædiculas aut ſigna fabricat, ſed & cum templum exornatur.* Et poſtea. *Sunt complurium artium ſpecies, quæ*

Tertul. de idolol. c. 6.
Et c. 8.

*quæ etſi non contingunt idolorum fabricationem, tamen ea ſine quibus idola nihil poſſunt, eodem crimine expediunt, nec enim intereſt, an extruat vel exornet, ſi templum, ſi aram, ſi ædiculam ejus inſtruxerit; ſi bracteam expreſſerit, aut inſignia, aut etiam domum fabricaverit.* Has ergo ædiculas qui tentaverint, magis quam fures, minus vero quam ſacrilegos eſſe puniendos, Paulus docuit.

Cum ergo pater familias ſacra haberet privata, qui illius familiæ, & poteſtati ſubditi erant, tam filii quam ſervi, ſacra illa venerari, & colere tenebantur. Quo pertinent frequentes illæ juriſconſultorum, & imperatorum loquendi formulæ: In ſacris paternis eſſe, in ſacris paternis conſtitui: hoc eſt, manere in ſacris patris vel patria poteſtate. Cum ab hac vero per emancipationem liberabantur, ſacris paternis dicebantur abſolvi, quia jam egreſſi ex familia patris, ſacra privata patris colere non tenebantur: quaſi jam alterius familiæ eſſent, & propria ſacra arbitratu ſuo conſtituere & colere potuiſſent. Unde qui adoptantur, cum in adoptantis patris tranſirent poteſtatem, in familiam, & ſacra illius tranſire dicebantur. Valerius Maximus cum de filio Marci Anci Carſeolani adoptato a Suffenate avunculo loqueretur, ſic ait. *Et ſi aliquantulum adjuvabat heredes, quod Marci Anci filius in Suffenatis familiam, ac ſacra tranſierat.* Grave erat hoc ſacrorum venerandorum onus, unde recte apud Plautum teſtatur ille, ſe hæreditatem adeptum eſſe ſine ſacris opulentiſſimam.

L. ult. C. de inofficioſo. L. ult. de curatore furioſi l. ult. C. ad ſenatuſconſult. Tertyll. & C. de iuris, & legitim. hæred. l. 3 C. de bon. matre. L. 1. §. ult. de annal. excep. l. 21. de fidei-commiſſ. lib. 12. de collat. Valerius Max. lib. 7. cap. 7. Plaut. in trinum.

Ex his pendet vera interpretatio reſcripti impp. Gordiani ad Baſſum; dum mulierem nuptam refert eſſe divinæ & humanæ domus ſociam cum marito: & alterius, Modeſtini, dum matrimonium definit eſſe conſortium omnis vitæ, divini & humani juris communicationem; ad cujus expoſitionem, Accurſius & illius ſectatores offendunt. Nam virum & uxorem, divini & humani juris participes, interpretantur, eſſe ejuſdem ſectæ, ſive religionis, ut Judæa nubat Judæo, Chriſtiana Chriſtiano: juxta l. ne quis C. de Judæis: quaſi Gordianus, & Modeſtinus, de conſtitutione Valentiniani, Theodoſii, & Arcadii, quæ in ea lege refertur, & quæ maximo temporis intervallo poſtea lata eſt, cogitare potuerint, vel cogitantes potuerint divinare. Sed verius eſt, uxorem fieri ſociam divinæ & humanæ domus: & matrimonium, divini & humani juris communicationem vocari: quia uxor per matrimonium, in poteſtatem & in familiam mariti tranſibat: ſicque efficiebatur particeps omnium ſacrorum mariti: & ideo ſocia divinæ & humanæ domus nuncupatur. Eadem cauſa Plutarchus jubet, ut uxor, in religione ſit mariti, neve aliam peregrinam admittat. *Nu*[illegible] *lli Deo*, inquit, *ſacra occulta & abſcondita grata ſunt.* Quare uxor novæ nupta poſtridie nuptiarum libertatem auſpicans uxoriam, rem divinam ſacris mariti faciebat, ut a Macrobio proditum eſt, origo autem, & antiquitas hujus ſacræ ſocietatis inter virum & uxorem, & communis utriuſque juris ab ipſo Romulo eſt: ipſum enim conſtituiſſe, ut mulieres participes eſſent jurium maritorum, tradit Halicarnaſſeus. *Mulierem nuptam*, inquit, cum de legibus Romuli ageret, *quæ extra ſacratas leges conveniſſet cum viro, ei participem eſſe poſſeſſionum, & ſacrorum omnium.* Et poſt alia. *Si pater filio conceſſerit, uxorem ducere, futuram ſacrorum ac bonorum juxta leges participem, patri poſthac nullum jus eſſe vendendi filium.* Et quia diximus uxorem eſſe ſociam divinæ & humanæ domus, expoſita communicatione domus divinæ, quid ſit ſociam eſſe domus humanæ, aperiendum eſt. Fœmina per coemptionem, in jus, poteſtatem, & familiam viri tranſibat, adeo ut filiæ loco haberetur, ut ait Boethius. *Coemptio autem*, inquit, *fiebat hoc modo. Rogabat vir, an ſibi mulier materfamilias eſſe vellet. Illa reſpondebat, velle. Itaque mulier conveniebat in manum, & vocabantur hæ nuptiæ per coemptionem, & erat mater familias viro, loco filiæ.* Idem tradit Gellius, matrem familias appellatam eam eſſe ſolam, quæ in mariti manu, mancipioque, aut in ejus, in cujus maritus manu, mancipioque eſſet: quoniam non in matrimonium tantum, ſed & in familiam quoque mariti, & in ſui hæredis locum veniſſet. Suum hæredem dicit matrifamilias eſſe, quod filiifamilias loco ſit, qui & ſuus hæres dicitur. Unde quemadmodum filii nomina, & quæ nunc cognomina patris, ſive gentilia vocamus, aſſumebant, ſic & uxores: filiabus enim patres cognomina non imponebant antequam nuberent, ut ex Quinto Scævola, Titus Probus refert. Nuptæ vero non patris, ſed mariti cognomen, & ejus familiæ ſumebant: quod hodie in nonnullis provinciis uſitatum eſt.

Gordian. imp. ad Baſſum in L. 3 C. de crimine expilat. hæredit. Modeſtinus in L. 1 de ritu nuptiar.

Plutarch. in præceptis connubia.

Macrob lib. 1. Saturnal. c. 15. Dionyſ. Halicarnaſſeus li. 2. Romanarum antiquitatum.

Boethius in Topic. Cicer.

Gellius noctium Atticarum lib. 18. cap. 6.

Titus Probus li. 10 epitom. Valer. Max. in princ.

Erat ergo uxor olim particeps non ſolum divinorum, ſed & familiæ cognominis, tum etiam & bonorum. Columella. *Nil enim*, inquit, *in domo conjugali apud priſcos dividuum conſpiciebatur, nihil, quod aut maritus, aut fœmina proprium ſui juris eſſe diceret, ſed & in commune conſpirabatur ab utroque.* Unde hæc verba erant nuptæ, cum viri domum primum ingrederetur. *Ubi tu Cajus, ego Caja.* Quibus quaſi paciſcebatur, commune ſibi cum viro rerum omnium dominium, & æquale domi imperium, ut ſcripſit Plutarchus: ac ſi diceret: Ubi tu dominus & familiæ princeps, ego ſum hera, & familiæ etiam domina: nam in omnibus nuptiis his nominibus utebantur: ut juriſconſulti, Sempronii, Caii, Lucii, Titii, & philoſophi, Dionis,

Columella in præfat. libri de re ruſt.

Plutarchus in problem. c. 28

A & Theonis, ad omnia exempla, quæ docendi cauſa proponerent. Qua ratione Cicero ridet juriſconſultos. *Quis in alicujus*, inquit, *libris, exempli cauſa, id nomen invenerunt, putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Cajas vocari.* Sed vera nominis ratio eſt, ut bono auſpicio inciperet matrimonium. Cum Tanaquil (hæc enim ſic vocabatur, antequam Romam ingrederetur, Romam vero ingreſſa, Caja Cæcilia, uxor Tarquinii Priſci, Romanorum regis) tantæ fuiſſet induſtriæ, tantæ probitatis & virtutis, ut illi ſtatuam æream in templo Marcii Anci conſtituerint, auctore Plinio, cum lana, colo & fuſo, pudicitiæ ſuæ, & induſtriæ monumento: Inde boni ominis cauſa, Cajæ nomen acceperunt fœminæ nubentes, ut Titus Probus refert, addens, ideo inſtitutum fuiſſe, ut nova nupta ante januam mariti interrogata quænam vocaretur, Cajam ſe eſſe diceret. Ex quo intelligitur in his matrimoniis quæ coemptione fiebant, nomina hæc Caii, & Cajæ uſurpari; veramque eſſe Plutarchi conjecturam, eo verborum uſu parem utriuſque dominationem ſignificari: quod a Romulo tam in ſacris, B quam in bonis, & poſſeſſionibus fuiſſe conſtitutum ſcribit Halicarnaſſeus. Si maritus præterea vir clariſſimus eſt, fœmina nomen clariſſimæ, & auctoritatem conſequitur. Quod ſi diverſa habeant domicilia, propter conditionem matrimonii, domicilii mariti illa efficitur. Uxor adeo in poteſtate erat mariti, & communione bonorum, ut illi tanquam ſuus hæres ſuccederet, æque inſtituenda eſſet, vel exhæredanda, ut Ulpianus tradit. *Sui heredes*, inquit, *inſtituendi ſunt, vel exheredandi. Sui autem heredes ſunt liberi, quos in poteſtate habemus, tam naturales, quam adoptivi: item uxor, quæ in manu eſt, & nurus, quæ in manu eſt filii, quem in poteſtate habemus.* A. Gellius. *Matremfamilias*, ait, *appellant eam eſſe ſolam, quæ in mariti manu, mancipioque, aut in ejus, in cujus maritus manu, mancipioque eſſet, quoniam non in matrimonium tantum, ſed & in familiam quoque mariti & in ſui heredis locum veniſſet.* Idem retulit Boethius. Ex quibus ſane dilucide conſtat, quid indicarit Modeſtinus, cum dixit, matrimonium eſſe conſortium C omnis vitæ, divini & humani juris communicationem; quidve Gordianus imperator, cum ſcripſit, uxorem eſſe rei humanæ & divinæ ſociam; privata enim ſacra fuiſſe, quorum participes erant uxores.

Cicero in oratione pro Murena.

Plinius lib. 8 cap. 48.

Titus Probus in epitome l. 10. Valerii Maximi.

Halicarnaſſ. lib. 2. antiquitatum Romanar. L. fœminæ de ſenatoribus

L. exigere de judiciis l. ultima. §. ſcripſerint ad municipal.

Ulpia. in fragmentis tit. 22 qui hæredes inſtituendi ſunt.

Aulus Gellius lib. 18. noct. Atticarum, cap. 6.

Boethius in top. Ciceron.

Ceterum quando hæc privatorum ſacrorum ratio in deſuetudinem abierit, vel contraria lege fuerit ſublata, quæri audio, & affirmare nonnullos, eam primum hac imperatoris Conſtantini lege interdictam.

L. 1 de pagan. ſacrific. in C. Theodoſiano

*Imp. Conſtantinus A. ad Maximum.*

*Si quid de palatio noſtro, aut ceteris operibus publicis, deguſtatum fulgore eſſe conſtiterit; retento more veteris obſervantiæ, quid portendat ab aruſpicibus requiratur, & diligentiſſime ſcriptura collecta, ad noſtram ſcientiam referatur: ceteris etiam uſurpandæ hujus conſuetudinis licentia tribuenda, dummodo ſacrificiis domeſticis abſtineant, quæ ſpecialiter prohibita ſunt.* Sed magis puto antea multo Hiſpanos patres hoc genus idololatriæ præſentis canonis decreto ſuſtuliſſe: probabileque eſt, Oſio epiſcopo D Cordubenſi ſuggerente (quem ſingulari amore & reverentia, Conſtantinus magnus ſemper proſecutus) imperatoriam hanc conſtitutionem ſtabiliſſe. Cum autem ſola excommunicationis pœna ab epiſcopis lata, nec ſimplex Conſtantini imperatoris conſtitutio, errorem hunc, in omnium animis radicitus inſidentem, evellere potuiſſet, graviori, acriorique remedio, improbis opus fuit: eaque ratione, Theodoſius & Arcadius impp. ſub pœna domus privatæ confiſcationis, hæc privata ſacra interdixerunt in reſcripto ad Ruffinum præf. præ.

L. 12. de pagan. ſacr. C. Theodoſ.

*Nullus omnino ex quolibet genere, ordine hominum, dignitatum, vel in poteſtate poſitus, vel honore perfunctus, ſive potens ſorte naſcendi, ſeu humilis genere, conditione, fortuna, in nullo penitus loco, in nulla urbe, ſenſu carentibus ſimulacris, vel inſontem victimam cædat, vel ſecretiore piaculo, larem, ignem genium, penates, nidore veneratus, accendat lumina; imponat thura; ſerta ſuſpendat.* Et poſt alia. *Si quis vero mortali opere facta, & ævum paſſura ſimulacra impoſito thure venerabitur, ac ridiculo exemplo metuens, ſubitoque ipſe vel redimita vittis* E *arbore, vel erecta effoſſis ara ceſpitibus, vanas imagines, humiliore licet muneris præmio, tamen plena religionis injuria, honorare tentaverit, is utpote violatæ religionis reus, ea domo ſeu poſſeſſione multabitur, in qua eum gentilitia conſtiterit ſuperſtitione famulatum. Namque omnia loca, quæ thuris conſtiterit vapore fumaſſe, ſi tamen ea in jure fuiſſe thurificantium probabuntur, fiſco noſtro adſocianda cenſemus. Sin vero in templis fanisve publicis aut in ædibus, agriſve alienis, tale quiſpiam ſacrificandi genus exercere tentaverit, ſi ignorante domino uſurpata conſtiterit, XXV. libras auri mulctæ nomine cogetur inferre: conniventem vero huic ſceleri par ac ſacrificantem, pœna retinebit.* Sed nec his pœnis Hiſpanos omnes fuiſſe coactos, ut antiquæ idololatriæ obliviſcerentur, (tam pertinaces in deferentia ſemel ſuſcepta antiquæ ſuperſtitionis ſecta fuere, ut conſtantes adhuc in vera religione retinenda).

Conc. Tolet. 3. can. 16. menda ) conſtat ex concilio Toletano III. in quo hæc A epiſcopi decreverunt.

*Quoniam pene per omnem Hiſpaniam, ſive Galliam, idololatriæ ſacrilegium inolevit, hoc cum conſenſu glorioſiſſimi principis, ſancta ſynodus ordinavit, ut omnis ſacerdos in loco ſuo, una cum judice territorii, ſacrilegium memoratum ſtudioſe perquirat, & exterminare inventum non differat. omnes vero qui ad talem errorem concurrunt, ſalvo diſcrimine animæ, qua potuerint animadverſione, coerceant. Quod ſi neglexerint, ſciant ſe utique excommunicationis periculum eſſe ſubituros. Si qui vero domini extirpare hoc malum a poſſeſſione ſua neglexerint, vel familia ſua prohibere noluerint, ab epiſcopo & ipſi a communione pellantur.* Sed multo poſt adhuc eumdem errorem perduraſſe intelligitur ex concilio Conc. Tolet. 16. can. 2. Toletano XVI. In quo, graviſſimis pœnis preceptum eſt epiſcopis, presbyteris, & omnibus cauſarum civilium præfectis, ut idololatriæ & ſuperſtitionis radices evellerent, renovato antiquo hujus concilii decreto.

## Si vero vim metuunt ſervorum, vel ſeipſos puros conſervent. B

*Quando ſervorum idola domini habeant diruere*

## CAPUT XV.

Athenæus lib. 6. cap. 7. QUI legerit olim Romanorum nonnullos, decem, alios vero, viginti millia ſervorum poſſediſſe, non in compedibus ( ut ſolebant Græci ) metalliſve effodiendis damnatos, ſed ex illis plurimos ſecum degentes, & qui quo proficiſcebantur domini, aſſidue ſubſequerentur, non mirabitur, quod in hoc canone definiunt patres, dominos videlicet, qui cogentes ſervos, ut ab idololatriæ erroribus ad Chriſtianæ religionis diſciplinam revocarentur, ſi vim eorum extimeſcant, ſaltem ipſi ſe puros ab idololatria conſervent. Severius multo, & erga ſervos, & erga dominos ſe geſſit concilium Toleta- Conc. Tolet. 12. can. 11. num XII. poſtquam enim idololatriæ crimen graviſſimis C verbis exaggeraſſet, hæc addidit. *Ac proinde omne ſacrilegium idololatriæ, vel quidquid illud eſt, contra ſanctam fidem, in quo inſipientes homines captivati, diabolicis culturis inſerviunt, ſacerdotis, vel judicis inſtantia inventum, ut ſacrilegia eradantur, & exterminata truncentur. Eos vero qui ad talem errorem occurrunt, & verberibus coerceant, onuſtos ferro dominis ſuis tradant. Si tamen domini eorum, per juriſjurandi atteſtationem promittant, ita eos tam ſolicite cuſtodire, ut ultra eis non liceat tale neſas committere. Quod ſi domini eorum nolint hujuſmodi reos in fide ſua ſuſcipere, tunc ab eis coerciti ſunt, regis ſaſpectibus præſententur, ut principalis auctoritas, liberam de talibus donandi poteſtatem obtineat. Domini tamen eorum, qui nunciatos ſibi talium ſervorum errores ulciſci noluerint, & excommunicationis ſententiam perferant, & jura ſervi illius quem coercere noluerunt, ſe amiſiſſe cognoſcant. Quod ſi ingenuorum perſonæ his erroribus fuerint implicatæ, & perpetua excommunicationis ſententia feriantur, & arctiori exilio ulciſcantur.* Conc. Carthag. 6. can. 19. Hæc de dominis ſæcularibus, ut vocant. De eccleſiaſticis D aliam legem non diſpari pietate tulit Africa: decrevit enim, ut epiſcopi, presbyteri, & diaconi, non ordinarentur, priuſquam omnes qui in domo eorum erant, Chriſtianos catholicos facerent: in quo aſſequendo cum omnes nervos contenderent, eccleſiaſticis muneribus adſcripti, nec ſpe fruſtrarentur, gravi, & iniquo animo tuliſſe, Julianum imp. apoſtatam, Sozomenus refert. Sozom. lib. 5. hiſt. eccleſ. cap. 15. *Maxime autem*, inquit, *omnium eum angebat, quod audiret uxores etiam, liberos, & ſervos multorum ſacerdotum, fidem Chriſti profiteri*. Sed quanto præſtantius, & melius, qui illi ſucceſſit in imperio Jovianus. Cum enim in Perſide, ad imperium raperetur, clamabat nolle ſe infidelibus imperare, cum ipſe eſſet Chriſtianus. Cui reſponſum a mi- Niceph. c. 38. Eutropius l. 2. Socr. li. 3. c. 22. litibus omnibus eſt, ſeſe quoque Chriſti fidei eſſe obnoxios.

## Si non fecerint, alieni ab eccleſia habeantur

SI tot ſervos domini non habent, ut vim illorum merito perhorreſcant, ab idololatriæ cultu illos revocare debent; quod ſi non fecerint, diris vovendos decernitur. Hinc obſervare licet, quanto ſtudio & diligentia patres familias in domeſticos, vel ſervos, vel famulos invigilare debeant: quanta cura eniti, ut ab erroribus illi reſipiſcant religionis & morum. Eſt enim magnificum, quemquam ſe ab omni contagione vitiorum reprimi & revocari: ſed magnificentius & ſuos. Quanto enim magis arduum eſt, alios præſtare quam ſe, tanto & laudabilius, cum ipſe ſit optimus, ſui ſimiles & ſuos quoque reddidiſſe. Alter vero, eximia quaque propriæ virtutis laus, nimia familiæ vitiorum patientia læditur; & nimia ſervorum communio dominicæ communionis interdictione coercetur.

A

*Canon XLII* Vulgatus.

*De his, qui ad fidem veniunt, quomodo baptizentur.*

Eos qui ad primam credulitatis fidem accedunt, (ſi bonæ fuerint converſationis) intra biennium temporis placuit ad baptiſmi gratiam admitti debere: niſi infirmitate compellente coegerit ratio, vel ſocio ſubvenire periclitanti, vel gratiam poſtulanti.

Canon XLII *Emendatus.*

B *De his, qui ad fidem veniunt, quando baptizentur*

Eos qui ad primam credulitatis fidem accedunt, (ſi bonæ fuerint converſationis) intra biennii tempus placuit ad baptiſmi gratiam admitti debere: niſi infirmitate compellente coegerit ratio, vel ſocio ſubvenire periclitanti, vel gratiam poſtulanti.

*Quando catechumeni baptizandi, & quibus informandi.*

## CAPUT XVI.

VARIA tempora catechumenis adultis baptizandis Can. 4. hujus concilii. C præſcripta in hoc concilio legimus: flaminibus triennii tempus: fœminis peccantibus quinquennii: om- Can. 11. hujus concilii. nibus autem communiter biennii hic. Quod & confirmavit poſtea Juſtinianus. Judæis vero octo menſes præ- Juſtin. imp. novel. 144. ſcripſit concilium Agathenſe, niſi valetudinis neceſſitas Conc. Agath. can. 34. brevius exegerit temporis ſpatium. Hodie autem judicio epiſcoporum, & eorum presbyterorum, in cujus regione aut parochia ſunt reſervatur: an doctrinæ Chriſtianæ myſteriis adeo imbuti ſint, & informati, ut merito poſſint ſancto regenerari lavacro. *Sed intelligant Dei ſacerdotes*, monuit pie ſatis & prudenter concilium Limenſe, *niſi in fide ut oportet inſtructos baptizent, vel* Conc. Limenſe act. 2. can. 4. *a peccatis abſolvant: ſe & grandi ſacrilegio commaculare, & animarum reos, apud diſtrictum Dei judicium reddere, &c.* Maxime enim Chriſti eccleſiam dedecet infideles multis idololatriis, & morum corruptelis contaminatos, antequam ſemicatechumenos, plenos fieri Chriſtianos.

Quæ autem vel Mauros, vel Turcas, vel Indos, aut reliquos infideles, eccleſiarum præpoſiti docere nunc de- D beant, expreſſit olim B. Clemens & latiſſime D. Auguſtinus. Sed illa brevi retulit compendio concilium Li- B. Clem. li. 7. apoſt. conſtit. c. 39. menſe his verbis. *Cum divino præcepto omnes Chriſtiani adulti teneantur pro ſuo captu ſcire, quæ ad religionis Chri-* D. Aug. lib. de catechizandis rudibus. *ſtianæ, quam profitentur, ſubſtantiam pertinent: qualia ſunt myſteria fidei præcipua, quæ continentur in ſymbolo, mandata decalogi omnibus ſervanda, ſacramenta quoque ea,* Conc. Limenſe can. 4. act. 2. *quæ neceſſario cuique ſuſcipienda ſunt, tum demum quæ a Deo petere, & expectare debemus, juxta dominicæ orationis* Matth. 28. *inſtitutionem, ſedulo in his erudiendi ſunt a paſtoribus, &* Marci 16. *miniſtris omnes, maxime rudiores, Indi, Æthiopes, pue-* 1. Pet. 3. *ri, pro cujuſque ingenio, & opportunitate; ne graviſſimo morbo ignorantiæ, ut fit paſſim, periclitentur. Omnino au-* De conſecr. e. 4. baptizandos. Et c. non liceat. *tem curandum eſt, ut quicumque neque ætate, neque valetudine impediuntur, memoriter diſcant elementa Chriſtiana, maxime ſymbolum fidei, orationem dominicam, præcepta decalogi, ſacramenta eccleſiæ. Id ut fiat, antiquorum ca-* Aug. lib. 50. homil. 42. *nonum ſtatuta ſequens, præcipit ſtricte ſancta ſynodus, ut nullus adultus ad ſacramentum baptiſmi admittatur, qui* Conc. Fer. Julian. in præf. ad finem. E *non prius ſaltem ſymbolum, & orationem dominicam, memoriter reddiderit. Idemque in ſacramentis pœnitentiæ, &* Conc. Moguntia. can. 45. *confirmationis conferendis omnino ſervetur; excepto vel neceſſitatis articulo, vel nimia ſenectute, aut ægritudinis, ſive etiam profunda alicujus hebetudinis impedimento; quod* Aug. in enchir. c. 7. *parochorum, ſeu confeſſariorum judicio & conſcientiæ relinquatur. Qui vero iis tantis impedimentis gravati fue-* Conc. Lim. 2. ſeſſ. 2. can. 26. *rint, ut catechiſmum non admittant, doceantur* Conc. Lim. 2. ſeſſ. 3. can. 33. & 34. *domum pro ſuo modo præcipua fidei capita, ſcilicet unum eſſe Deum, omnium rerum auctorem, qui accedentes ad ſervitia æterna remuneret, improbos & rebelles æternis ſuppliciis in alio ſæculo puniat. Deinde hunc ipſum Deum, eſſe Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, tres quidem perſonas, ſed unum Deum, verum, præter quem nullus alius ſit verus Deus. Nam quæ adorant aliæ Gentes, præter Chriſtianam, non eſſe Deos, ſed dæmones potius, aut figmenta hominum. Præterea filium Dei, propter reparandam ſalu-*

*tem hominum, factum hominem ex virgine Maria, pro nobis paſſum, & mortuum, ac tandem reſurrexiſſe, & regnare in æternum. Hunc eſſe Jeſum Chriſtum, dominum & ſalvatorem noſtrum. Poſtremo, neminem poſſe eſſe ſalvum, niſi credens in Jeſum Chriſtum, & pœnitens de peccatis commiſſis, ſacramenta ipſius ſuſcipiat: Baptiſmatis quidem, ſi infidelis eſt, confeſſionis autem, ſi lapſus poſt baptiſmum eſt: denique ſtatuat ea ſervare, quæ Deus, & eccleſia ſancta præcipiunt. Quorum ſumma eſt, ut Deum diligat ſuper omnia, & proximum ſicut ſeipſum. Intelligant igitur Dei ſacerdotes, niſi in fide, ut oportet, inſtructos baptizent, vel a peccatis abſolvant, ſe & grandi ſacrilegio commaculare.* Lingua catechizari propria & vulgari informandos catechumenos, ad intelligendam & retinendam tenacius doctrinam, ſatis appoſite cavit idem concilium Limanſe.

Idem Conc. Lim. can. 6.

*Canon XLIII.* **Vulgatus.**

*De celebratione pentecoſtes.*

Pravam inſtitutionem emendari placuit, juxta auctoritatem ſcripturarum, ut cuncti diem pentecoſtes celebremus: quod qui non fecerit, quaſi novam hæreſim induxiſſe notetur.

*Levit. 23. Deuter. 16. & Act. 2.*

Canon XLIII. ***Emendatus.***

*De celebratione pentecoſtes.*

Pravam inſtitutionem emendari placuit, juxta auctoritatem ſcripturarum, ut cuncti diem pentecoſtes poſt paſcha celebremus; non quadrageſimam: quod qui non fecerit, quaſi novam hæreſim induxiſſet, notetur.

*Feſtum pentecoſtes ab ipſis fuiſſe apoſtolorum temporibus.*

## CAPUT XVII.

FACESSANT jam qui feſtum hoc celebre inter Chriſtianos, ſe neſcire ajunt, an apoſtolorum tempore, Gentium auribus notum fuiſſet: cum præter expreſſum hoc ſanctorum patrum Hiſpaniæ teſtimonium, ex Luca conſtet, cum refert maxime contendiſſe Paulum ſe ab Aſia expedire, ut ſi fieri poſſet diem pentecoſtes celebraret Hieroſolymis. Quorſum enim tanta in Paulo ſolicitudo, ſi diei celebritate non urgeretur? Eamdem ipſe inſinuat ad Corinthios, dum ait, ſe Epheſi moraturum uſque ad pentecoſten, quam Hieroſolymis deſtinarat. Sed confirmat Caſſianus. *Cujus feſtivitatis traditio*, inquit, *per apoſtolicos viros ad nos uſque tranſmiſſa, eodem tenore ſervanda eſt.* D. Ambroſius adeo celebrem prædicavit, ut a die Chriſti paſſionis, jubilæum Chriſtianorum eſſe ſcripſerit. *Et in lege habes*, inquit, *quia jubilæus dicitur numerus quinquaginta annorum recurſus, celebrabilis admodum, quo debita vacuantur, confirmantur Hebræorum libertates, poſſeſſionum refuſiones. Hunc numerum læti celebramus poſt domini paſſionem, remiſſa culpa totius debito, chirographo quoque vacuato; ab omni nexu liberi, & ſuſcipimus advenientem in nos gratiam Spiritus ſancti, die pentecoſtes, vacante jejunio laus dicitur Deo, alleluja cantatur.* Id pluribus probavit D. Auguſtinus: ea in breve compendium redegit D. Iſidorus, quæ quia hujus feſti initium originemque repetunt, conſentaneum cenſui, hic adverſus contra prave opinantes recitare. *Initium ſane*, inquit, *& cauſa feſtivitatis pentecoſtes, paulo latius repetenda eſt. Pentecoſtes enim dies, hinc capit exordium, quando Dei vox, in Sina monte, deſuper intonantis audita eſt, & lex data Moyſi. In novo autem teſtamento pentecoſte cœpit, quando adventum ſancti Spiritus, quem Chriſtus promiſit, exhibuit: quem ait non eſſe venturum, niſi ipſe aſcenderet in cœlum: denique dum portam cœli Chriſtus intraſſet, decem diebus interpoſitis intremuit ſubito orantibus apoſtolis locus, & deſcendente Spiritu ſancto ſuper eos, inflammati ſunt, ita ut linguis omnium Gentium, Dei magnalia loquerentur. Adventus itaque ſancti Spiritus de cœlo, ſuper apoſtolos, in varietate diffuſus linguarum, ſolemnitatem tranſmiſit in poſteros, eaque de cauſa pentecoſte celebratur, & dies ipſe proinde inſignis habetur. Concordat autem hæc feſtivitas evangelii, cum feſtivitate legis. Illic enim, poſtea quam agnus immolatus eſt, interpoſitis quinquaginta diebus, data eſt lex Moyſi, ſcripta digito Dei: hic poſtquam occiſus eſt Chriſtus, qui ſicut ovis ad immolandum ductus eſt, celebratur verum paſcha: & interpoſitis quinquaginta diebus, datur Spiritus ſanctus, qui eſt digitus Dei, ſuper CXX. diſcipulos, Moſaicæ ætatis numero conſtitutos. Siquidem & hæc feſtivitas, aliud obtinet ſacramentum. Conſtat enim ex ſeptimana ſeptimanarum. Sed dierum quidem ſeptimana generant eamdem pentecoſten, in qua ſit peccati remiſſio per Spiritum ſanctum. Annorum vero ſeptimana, quinquageſimum annum faciunt: qui apud Hebræos jubilæus dicitur, in quo ſimiliter terræ ſit remiſſio, & ſervorum libertas, & poſſeſſionum reſtitutio, quæ pretio erant comparatæ. Septies etenim ſeptem multiplicati, quinquagenarium ex ſe generant numerum, aſſumpta monade, quam ex futuri ſæculi figura præſumptam eſſe, majorum auctoritas tradidit. F. enim ipſa & octava ſemper, & prima, immo ipſa eſt ſemper una, quæ eſt dominica dies. Neceſſe eſt enim ſabbatiſmum animarum, populi Dei illuc occurrere, atque ibi compleri, ubi datur pars his qui octo: ſicut quidam differens, Salomonis dicta ſapienter expoſuit: Idcirco autem totius quinquageſimæ dies, poſt domini reſurrectionem reſoluta abſtinentia, in ſola lætitia celebrantur, propter figuram futuræ reſurrectionis: ubi jam non labor, ſed requies erit lætitiæ. Ideoque his diebus, nec genua in oratione flectuntur: quia ſicut quidam ſapiens ait, inflexio genuum, pœnitentiæ & luctus indicium eſt: unde etiam per omnia eamdem in illis ſolemnitatem, quam die dominico cuſtodimus, in qua majores noſtri, nec jejunium agendum, nec genua eſſe flectenda, ob reverentiam dominicæ reſurrectionis tradiderunt.* Nec eum diem ſolum feſtivum, & celebrem olim fuiſſe, in eccleſia conſtat: in præcipuis enim eccleſiæ feſtivitatibus venerandam, & toto terrarum orbe venerabilem dixit Leo papa. Sed totos illos quinquaginta dies, fuiſſe feriatos, teſtis eſt Tertullianus, omnes illos pentecoſtes nomine, comprehendens: prius enim his verbis, celebrem dixit. *O melior fides nationum in ſuam ſectam; quæ nullam ſolemnitatem Chriſtianorum ſibi vindicat, non dominicum diem, non pentecoſten. Etiam ſi noſſent, nobiſcum non communicaſſent: timerent enim, ne Chriſtiani viderentur: nos ne ethnici pronunciemur, non veremur. Si quid & carni indulgendum eſt, habes, non dicam dues dies tantum, ſed & plures. Nam ethnicis ſemel annuus dies quiſque feſtus eſt: tibi octavo quoque die. Excerpe ſingulas ſolemnitates nationum, & in ordinem texe, pentecoſten implere non poterunt.* Quare quemadmodum diebus dominicis ſtantes orabant fideles, in ſignum lætitiæ reſurrectionis, ſic etiam in his diebus, qui a paſchate ſunt, uſque ad pentecoſten. Tertullianus. *Die dominico*, inquit, *jejunium nefas ducimus: vel de geniculis adorare. Eadem immunitate a die paſchæ in pentecoſten uſque gaudemus.* Id ipſum confirmat Juſtinus Martyr, ſive quicumque ille ſit auctor reſponſionum ad orthodoxos. *Quoniam eaſdem vires*, inquit, *habet pentecoſte, quas dominica, ſecundum cauſam de ea dictam.* Idem prorſus concilium Nicænum, & Auguſtinus: ſicque die pentecoſtes, ut in diebus paſchæ, baptiſmum olim ſolum dari, conſtat ex concilio Gerundenſi. Et in pentecoſte, ut in paſchate, ſolitum Antonium veſtem Pauli primi eremitæ ferre, D. Hieronymus commemorat. Qui autem tantum feſtum celebrare omitterent, de adventu ſancti Spiritus dubitare inſinuant epiſcopi: eaque ratione, tanquam hæreſis novæ auctores, notari. En quam ſolerti cura Hiſpani patres hæreſum novitatibus inducendis obſtiterint: quantumque eccleſia catholica in conſervanda pura & integra ſinceræ fidei doctrina, Hiſpaniæ olim debuerit, debeat & hodie.

*Luc. act. apoſt. cap. 19.*
*Epiſt. 1. ad Cor. cap. 16.*
Caſſian. coll. 21 cap. 20.
D. Ambr. in præfat. in pſal. 50. Levit. 25.
*Coloſſ. 2.*
D. Aug. in ep. 119. ad Januar. c. 16. & 17.
D. Iſid. lib. 1. de offic. eccleſ. c. 33.
*Exod. 20.*
*Act. 2.*
*Eſai. 31.*
*Eccleſ. 11*
*Sapiens hic, ut Iſidorus vocat, Joannes Caſſian.* coll. 21. c. 20.
Leo papa in ſer. 1. & 3. pentecoſt.
Tertull. lib. de idololatria c. 14.
Tertull. lib. de corona militis c. 3.
Juſtin. Mar. li. reſponſ. ad orthodoxos, q. 115.
Conc. Nicænum can. 20.
D. Aug. in ep. ad Janua. 119. cap. 17.
Conc. Gerund. can. 4.
Can. de catechumenis de conſec diſt. 4.
D. Hieron. in vita Pauli eremitæ.

In codicibus manuſcriptis, non ut celebretur feſtum pentecoſtes, ſed ut intra quinquageſimum diem a paſchate ob omnibus celebretur, decernitur, iiſdem, quæ in textu noſtro retulimus, verbis. *Pravam inſtitutionem emendari placuit, juxta auctoritatem ſcripturarum, ut cuncti diem pentecoſtes poſt paſcha celebremus; non quadrageſimam, ſed quinquageſimam: qui non fecerit, quaſi novam hæreſim induxiſſet, notetur.* Grave enim, & merito, exiſtimarunt, cum omnes unum corpus ſimus in Chriſto, una omnium fides, unum baptiſma, unus Deus & pater omnium, non uno eodemque tempore anniverſarium adventus Sancti ſpiritus feſtum celebrari, ſed per eoſdem dies, alios ſtantes, alios flexis genibus orare, alios feriari & conquieſcere, & vacare conviviis, alios jejuniis & corporis aliis afflictionibus macerari. Recte enim a Damaſo PP. ſcriptum primum, & a Leone magno repetitum poſtea eſt, aliter unus grex unuſque paſtor non ſumus, niſi, quemadmodum apoſtolus docet, id ipſum dicamus omnes, & perfecti ſimus in eodem ſenſu & eadem ſententia: & niſi tandem uno eodemque tempore præcipua religionis noſtræ myſteria celebremus. Quinquageſimo autem die poſt paſcha pentecoſtes feſtum agendum docet Ambroſius. *In dominica*, inquit, *reſurgens ſalvator, reverſus ad homines eſt: & poſt reſurrectionem tota quinquageſima cum hominibus commoratus eſt.* Et paulo inferius. *Non igitur jejunamus in quinquageſima, quia in his diebus nobiſcum dominus commoratur.* Divus Hilarius loquens de numero quinquagenario, qui ex ſeptem conficitur ſeptimanis. *Et hæc quidem*, ait, *ſabbata ſabbatorum, ea ab apoſtolis religione celebrata ſunt, ut his quinquageſimæ diebus, nullus neque in terram ſtrato corpore adoraret, neque jejunio, feſtivitatem ſpiritua-*

*lis*

Damaſ. ep. 4.
Leo papa ep. 4. c. 2.
1. Cor 1.
D. Ambr. ſer. 61.
D. Hilarius in præfatione in pſalmos.

*lis hujus beatitudinis impediret: quod id ipſum extrinſecus etiam in diebus dominicis eſt conſtitutum.* Caſſianus. *Hoc quoque*, inquit, *noſſe debemus, a veſpera ſabbati, quæ lucescit in diem dominicum, uſque in veſperam ſequentem, apud Ægyptios genua non curvari, ſed nec totis quidem quinquageſima diebus, nec cuſtodiri in eis jejuniorum regulam.*

Caſſian. de inſt. cœnobiorum l. 2. cap. ult.

Sed quæ fuerit illa ratio, quare quadrageſimo die feſtum celebrandum quibuſdam viſum fuerit (quod improbat concilium) & quinquageſimo, ut decernit, docte his verbis expreſſit Joannes Caſſianus. *Quare igitur tota quinquageſima, abſtinentiæ rigorem, prandiis relaxamus, cum utique Chriſtus quadraginta tantum diebus poſt reſurrectionem cum diſcipulis fuerit commoratus. Theonas. Non incongrua interrogatio veſtra rationem integerrimæ veritatis meretur agnoſcere. Poſt aſcenſionem ſalvatoris noſtri, quæ quadrageſimo reſurrectionis ejus acta eſt die, apoſtoli reverſi de monte Oliveti, in quo ſe ad patrem pergens præbuit intuendum: ſicut etiam actuum apoſtolorum lectio conteſtatur, ingreſſi Hieroſolymam, decem diebus adventum Spiritus ſancti expectaſſe feruntur: quibus expletis, quinquageſima eum die cum gaudio ſuſceperunt; & ita eſt per hac feſtivitatis hujus numerus evidenter impletus. Quem in veteri quoque teſtamento legimus figuraliter adumbratum: in quo conſummatis hebdomadibus ſeptem, primitiarum panis per ſacerdotes domino jubebatur offerri; qui veriſſime per apoſtolorum prædicationem, qua in illo die concionati leguntur ad populum, oblatus domino comprobatur; verus ſcilicet primitiarum panis, qui nova doctrina inſtitutione prolatus, quinque millibus virorum eſca ſua munere ſatiatis, primitivum de Judæis Chriſtianorum populum domino conſecravit. Et idcirco hi quoque decem dies, cum ſuperioribus quadraginta, pari ſolemnitate ſunt, ac lætitia celebrandi. Cujus feſtivitatis traditio per apoſtolicos viros ad nos uſque transmiſſa, eodem tenore ſervanda eſt. Ideo namque in ipſis diebus, nec genua in oratione curvantur, quia inflexio genuum, velut pœnitentiæ ac luctus indicium eſt; unde etiam per omnia eamdem in illis ſolemnitatem, quam die dominica cuſtodimus, in qua majores noſtri, nec jejunium agendum, nec genu eſſe flectendum: ob reverentiam reſurrectionis dominicæ tradiderunt.*

Caſſian. col. lat. 21. cap. 20.

Act. 1.

Act. 2.

Exod. 23 & 34.

Act. 2.

Quare autem neceſſario, die præſcripta, eſſet feſtum celebrandum, concilium Toletanum X. expoſuit. *Cum nihil*, ait, *fidei ſinceritas per diverſitatem incurrat, & unitatem catholicæ regulæ, varietas nulla diſcerpat: eſt tamen, quod niſi temporum unitate ſervetur, & diſcidium indiſciſſæ unitati parturiat, & ſacramentorum unitate conſtare non valeat. Hinc eſt, quod paſchale feſtum, niſi uno die celebremus & tempore, in Judaicum decidamus errorem. Hinc adventum ſancti Spiritus, poſt reſurrectionem Dei, niſi expectemus: tempore definito dierum, ſimul & numero, non poſſumus implere, ejuſdem Spiritus dono, quoniam ſi caret plenitudinis numero, carere poteſt & myſterii ſacramento.*

Conc. Tolet. 10. can. 1.

**Canon XLIV.** Vulgatus.

*De meretricibus paganis, ſi convertantur.*

Meretrix quæ aliquando fuerit, & poſtea habuerit maritum, ſi poſtmodum ad crudelitatem venerit, incunctanter placuit eſſe recipiendam.

**Canon XLIV.** *Emendatus.*

*De meretricibus paganis, ſi convertantur.*

Meretrix quæ aliquando fuerit, & poſtea habuerit maritum, ſi poſtmodum ad crudelitatem venerit, incunctanter placuit eſſe recipiendam.

*Quæ proprie dicatur meretrix: quæ olim ei pœna propoſita: quando baptizari debeat.*

## CAPUT XVIII.

A MERENDO meretricem dictam, eo quod pretium libidinis mereatur, docuit D. Iſidorus. Illa autem mereri dicitur, quæ publice corpore quæſtum facit. Quæ autem dicantur publice quæſtum facere, nemo melius Ulpiano id expreſſit. *Palam*, inquit, *quæſtum facere dicemus, non tantum eam, quæ in lupanario ſe proſtituit: verum etiam, ſi qua, ut aſſolet, in taberna, vel caupona, vel alias pudori ſuo non parcit. Palam autem ſic accipimus, paſſim, hoc eſt ſine delectu, non ſi qua adulteris, vel ſtupratoribus ſe committit, ſed quæ vicem proſtitutæ ſuſtinet.* Ne autem quis intelligeret, eam, quæ cum uno, aut altero pecunia accepta ſe commiſcuit, eſſe meretricem, addidit. *Item quæ, cum uno, aut altero ſe pecunia accepta commiſcuit, non vi-*

D. Iſidor. li. 10. etymol.

Ulpianus in l. palam 43. de rit. nuptiar.

A *detur palam corpore quæſtum facere.* Requiritur ergo ad hoc, ut quæ fœmina meretrix dicatur, vel quæſtum corpore faciat, ut multorum pateat libidini: ſic enim definit D. Hieron. apud Gratianum. *Meretrix*, inquit, *eſt, quæ multorum libidini patet.* In cujus expoſitione, verbo, *quæ multorum*, mirum eſt, quam turpia, & a vero eorum jurium quæ citat, ſenſu abhorrentia retulerit gloſſa; volens ut meretrix, quæ multos admittit, juxta ſententiam Hieronymi, plures quam XXIII. millia hominum admiſerit: argumento, ut ait, cap. diſciplina XLV. diſtinctione, vel ſaltem ſexaginta: juxta cap. Latores, de clerico excommunicato: quorum jurium rationes, quam ſint alienæ ab ea D. Hieronymi, dubitabit nemo, qui alicujus ſit in re literaria judicii. Multorum enim appellatione, pluralis numerus continetur: quod ad animi, & voluntatis rationem referri debet, ut excludatur ſingularis: quod eſt de propria ratione concubinæ, ſeu pellicis, non autem meretricis; cujus turpitudo venalis eſt, ut D. Auguſtinus docet. Si ergo fœmina unum, vel duos receperit ob quæſtum, cum hoc parata ad alios quoſcumque recipiendos, meretrix dici B poteſt, & debet; ut commodis, vel incommodis, meretricibus a lege propoſitis frui, vel affici poſſit. Quod ſi de animo hoc, in futurum recipiendi quemcumque, non conſtiterit: eam quæ duos treſve, ob quæſtum admiſiſſe fuerit comprobatum, meretricem judicaſſe par erit: quod eos, multorum appellatione in eo actu comprehendi cenſuerim. Cuique ſuum eſto judicium. Meretricum initium & originem a Venere repetit Lactantius; eam enim, quam ex ſpuma maris procreatam poetæ teſtantur, omni laſcivia, impudentia, & turpitudine fuiſſe inſignem notius eſt quam a nobis explicari debeat: nam ex famoſo Martis ſtupro, genuit Harmoniam, de qua Plutarchus ex Mercurio Hermaphroditum: ex Jove Cupidinem: ex Anchiſa Æneam: & ex Bute Erycem: eaque de cauſa amorum, gratiarum, pulchritudinis, deliciarum, voluptatum, & omnis libidinis, illa dea habita eſt. Hæc autem, ne ſola impudica videretur, omnium prima, teſte Lactantio, meretriciam artem inſtituit; auctorque mulieribus in Cypro, inſula fuit, uti vulgo quæſtum corpore facerent. Miſe- C rum, turpem, ſordidum & infamem, harum meretricum ſtatum, ut illæ defererent; multa adverſus eas, in diverſis provinciis conſtituta prudenter, legimus. Apud Romanos mos fuit, auctore Tacito, ut quæ corpore vellent quæſtum facere, ſtupri licentiam apud ædiles nunciarent, ut eo pudore ſuffuſæ, ab impudico meretricandi officio retraherentur. *Eodem anno*, inquit, *gravibus ſenatus decretis, libido fœminarum coercita: cautumque, ne quæſtum corpore faceret, cui avus, aut pater, aut maritus eques Romanus fuiſſet. Nam Veſtilia, prætoria familia genita, licentiam ſtupri, apud ædiles vulgaverat: more inter veteres recepto, qui ſatis pœnarum, adverſus impudicas, in ipſa profeſſione flagitii credebant.* Ad quem locum facit in Tranquillus in Tiberio. *Famoſæ fœminæ*, inquit, *ut ad evitandas legum pœnas, jure, ac dignitate matronali exſolverentur, lenocinium profiteri cœperant, & ex juventute utriuſque ordinis, profligatiſſimus quiſque, quo minus in opera ſcenæ, arenæque edenda ſenatuſconſulto teneretur, famoſam judicii notam ſponte ſubibant: eos euſque omnes, ne refugium in tali fraude cuiquam eſſet, exilio* D *affecit.* Quod ſi pudicitiam apud ædiles non vulgarent, ſtupri pœna afficiebantur. Ut hinc intellectam obſervemus antiquam Marcelli juriſconſulti ſententiam. *Stuprum*, inquit, *intelligitur, etiam in his mulieribus eſſe, quæ turpiter viverent, vulgoque quæſtum facerent; etiamſi non palam.* Acceptandi legata, & hæreditates facultatem illis ademit Domitianus Cæſar lege perpetua, ut a Svetonio traditur. Donationes in eas collatas, irritas fecit Conſtantinus imperator: facta revocationis poteſtate legitimæ ſoboli donantis, aut fratri, ſorori, vel aliis ejus proximis. Ut legitima, jure naturæ debita, a patre privari poſſent, a Diocletiano, a Maximiano decretum eſt in reſcripto ad Apollinarem, probatum poſtea a Juſtiniano, receptumque tandem apud Vviſigothos, lege antiqua. Veſtibus matronarum ſeu honeſtarum fœminarum uti, illis interdictum indicant Tertullianus, & Ulpianus: ſed confirmavit graviori pœna propoſita Julius III. papa, deinde Paulus IV. ac tandem ſeveriſſima conſtitutione, Pius IV. Trecentis fuſtium ictibus afficiebantur lege Vviſigothorum primo, & exulabat ab urbe: E quod ſi iterum eam ingrederetur, & in turpi officio perſeveraret, in ſervitutem redigebatur alicujus pauperis, cui rex illam dono dediſſet, lege Reccaredi. Quod & Longobardorum conſuetudine receptum erat: ſi parens meretricis illam ab officio non retraheret, vel aliqua pœna puniret: ac tandem (ut alia omittamus) turpitudinis, & infamiæ nota, apud omnes fere nationes aſperſæ ſunt. Qua ratione apud Romanos lege Conſtantini, & antea, ſenatori non licuit, non ſolum cum his quæ ſunt in lupanari, ſed nec cum eis quæ quocumque modo corpore quæſtum facerent, feciſſentve, in matrimonii fœdus tranſire. Apud Germanos non ſolum ſenatoribus, ſed & plebeiis hominibus, meretrices uxores ducendi jus denegabatur: cum virgines ſolum duci poſſe, ſit auctor Tacitus. Hæc eadem honeſtatis lex impoſita eſt Utopienſibus Inſulanis: mulieribus enim perpetuo nuptiæ interdicuntur, quæ

D. Hier. in epiſt. ad Fabiolam.

Extat apud Grat. in cap viduæ 34. diſtinct. Gloſſ in ejuſdem cap. expoſitione, verbo, quæ multorum.

D. Aug. in quæſt. Deut. 73. ad c. 23. can. meretrices 32. q. 4.

Lactantius l. 1. divinar. inſtit.

Plutarch. in vita Pelopidæ.

Lactantius li. 1. divinar. inſtitut. cap. 17.

Tacitus li. 2. annalium.

Tranquillus in Tiber.

Marcellus in l. ſtuprum de rit. nuptiar.

Svetonius in vita Domitiani.

Conſtant. imp. in lib. 1. de natural. liber.

Dioclet. & Maximian. in l. ſi filiam C. de inoff. teſt.

Juſtinian. in authent. ut cum de appell. cognoſcit §. ſi vero collat. 8. in legib. Vviſigothorum li. 3. tit. 4.

Tertull. l. de pallio, & altero de cultu fœminarum.

L. item apud Labeonem §. ſi quis virgines de injuriis.

Recca. lex extat li. 3. legum Vviſigot. tit. 4. l. 17

Lex Longobard. tit. 17.

Conſtan. l. 1 C. de naturalibus liber.

Tacitus de moribus Germanorum.

quæ

Thomas Morus lib. 2 Utopiæ
Palæolog. conſtitut.
Refertur l. 2. juris orientalis novella ejuſdem 2.
Joſephus lib. 4. antiquit. et ult.
Deut. cap. 23

quæ ante connubium convictæ fuiſſent furtivæ libidinis, A teſte Thoma Moro. Quod & a Conſtantino Palæologo Orientis imperatore, ne matrimonia ullam malam haberent cauſam, decretum fuit. Idem nuptiarum jus meretrici multo antea negatum in ſua republica a Moyſe, teſtis eſt Joſephus, ut cujus propter injuriam ſuo corpori factam nuptiale ſacrum Deus non admittat. *Idque obſervari valde intereſt*, inquit, *ut proles naſcatur ingenua, & ad ſtudium veritatis erecta, ſi non e turpi, aut illiberali matrimonio naſcatur*. Deut. *Non erit meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator de filiis Iſrael*. Ne autem in hominum cogitationem veniret, expiari & redimi poſſe hoc peccatum, ſi quid in templo offerretur, ea de cauſa ſubſequitur *Non offeres mercedem proſtibuli, quidquid voveris; quia abominatio eſt apud Deum.* Quod ſi rationem inveſtigare conemur, quare neceſſe fuit prohibere pretium illicito corporis uſu quæſitum, vel Deo, vel templo ſacro inferre, cum nec eſſe, nec vivere meretrices, Moyſis leges permitterent: ut agnoſcit etiam

Clemens Alexandrinus l. 3. ſtromat.

Clemens Alexandrinus: illud occurrit, legem hanc, ideo a Moyſe latam, cum ut debitum officium & reverentiam locis ſacris præſtandam exprimeret, tum etiam ut B fœminæ hac ignominioſa pœna deterritæ, minori bono ducerent, lucroſæ & voluptuoſæ huic fœditati operam dare. Niſi quis dicat (quod & mihi magis placet) non publici, ſed privati & ſecreti quæſtus oblationem etiam prohibere voluiſſe; ut aditus redimendi hoc carnis peccatum intercluderetur. Hanc pœnam in meretrices, ante Moyſis legem, vel uſu, vel conventione, apud Hebræos fuiſſe receptam, erui poſſe videtur ex his quæ Philo

Philo Judæus.
Gen. 34.

doctus Hebraicæ antiquitatis ſcriptor, de Joſepho loquens retulit: illum enim ſolicitatum ab hera, fortius reſiſtentem, ac reſpondentem libere ſic inducit. *Bonis moribus & legibus utimur, nos Hebræorum poſteri. Aliæ gentes puberibus decimumquartum annum egreſſis, permittunt uſum ſcortorum, & fœminarum corpore quæſtum facientium: apud noſtrates nulla eſt meretrix: capitali ſupplicio propoſito, talem quæſtum exercentibus: ante legitimam copulam alios congreſſus cum muliere neſcimus: caſti caſtis virginibus conjungimur*. Niſi quis dicat, attenta recentiori Philonis C conſuetudine, illum finxiſſe orationem, ut effictæ ſunt a Livio multæ, & finguntur quotidie ab hiſtoricis. Hoc etiam hodie Judæorum praxi receptum audio apud quos meretrices non permittuntur. Quod in novo orbe, in regione Palmaria uſitatum eſt: quid ſit coire nemo intelligit, donec nubat, nefaſque, & morte piandum eſt,

Petrus Martyr l. novi orbis de populis nuper repertis.
Plutarchus in vita Artaxerxis

aliter accedere; ut Petrus Martyr refert. Apud Perſas non ſolum meretrices uxores ducere turpe, ſed illas humeris publice deferre per urbem, ſumma ignominia fuit. Scribit enim Plutarchus, Artaxerxem juſſiſſe, Arbacem deſertorem, & apud ſe transfugam delatum pro pœna capitali, qua erat puniendus, humeris meretriculam in via publice tota die deferre, quam fuiſſe apud illos graviſſimam ignominiam teſtatur. Pœnæ etiam loco adulteræ fœminæ, in anguſtas quaſdam meretricum ædiculas, & proſtibula (quæ ſiſtra vocabant) detrudebantur olim, & explendæ omnium libidini exponebantur: tintinnabulo etiam, ſub obſcœni operis tempus adhibito, ut illo commoto, quando flagitium committeretur, prætereuntes non lateret; ſed potius illius ſonitu pœna illa cum D ignominia conjuncta indicaretur. ut refert Nicephorus,

Nicephorus l. 12. cap. 22
Socrat. l. 5. c. 18. Caſſ. in tripartita. l. 9. cap. 24
Diaconus rerum Roman. lib. 13.
Zeno imperator in l. D. Conſtantini. C. de natural. lib.
D. l. 5. § ult.

Socrates, & Diaconus. Tanta igitur ignominia notabantur olim fœminæ, quæ extra matrimonii jura turpiter vivebant, ut ante Conſtantini tempora, cum illis matrimonii fœdus inire, viris non permitteretur: ut refert Zeno imperator. Nec poſt ipſius Zenonis tempora, ſi quis illam turpiter agnoverat, poterat deinde cum ea matrimonium contrahere. Quod conſtitutum eſt ob luxurioſæ vitæ fœditatem. Si hæc Gentes, quaſdam natione, quaſdam lingua, quaſdam religione, quaſdam natura & moribus barbaras, adverſus turpem, & miſerabilem meretricum ſtatum ſanxiſſe legimus: quid mirum ſi Hiſpanicæ eccleſiæ patres ſingulari morum probitate præſtantes, ab ipſarum ſordibus maxime abhorrentes, decreverint, ne illæ ad primum divinum, ac venerabile fidei ſacramentum, ad remiſſionem delictorum, ad abſolutionem mortis, ad conſecrationem Spiritus ſancti accederent, ni prius eam vitæ turpitudinem abjurarent; hoc enim in primitivæ eccleſiæ cunabulis uſitatum teſtatur D. Auguſtinus. *Hoc ſi ita eſt*, inquit, *fateamur, iſtos laudabili caritate conari; ut omnes indiſcrete admittantur ad baptiſmum, non ſolum adulteri, & adulteræ, contra ſententiam domini falſas nuptias prætendentes: verum etiam publicæ meretrices, in turpiſſima profeſſione perſeverantes: quas certe nulla etiam negligentiſſima eccleſia conſuevit admittere, niſi ab illa primitus proſtitutione liberatas. Sed iſta ratione, cur non omnes modo admittantur, omnino non video*. Et in libro de fide & operibus. *Quis enim dubitet, ad hujus ſæculi pravitatem adulteria pertinere, & illos, qui elegerunt in eadem iniquitate perſiſtere? Similiter autem dici poteſt, publicas meretrices, quas uſque ad baptiſmum, niſi ab illa turpitudine liberatas, nulla admiſit eccleſia, potuiſſe invenire*.

D. Aug. de octo Dulcitii quæſt. ferme in principio.
D. Aug. lib. de fide & operib. c. 12.

Notam ergo turpitudinis & labem, quam fœminæ meretrices ante baptiſmum contraxerant, pœnitentia poſtea, & fœda voluptatis renunciatione eluere debebant, nec antea poterant ad baptiſmum admitti. Quod ſi poſtea, ante actæ vitæ turpitudinem cum honeſtate & pudicitia conjugali commutaſſent, putarunt patres, ſordes ante matrimonium contractas, ſancto matrimonii ſacramento elui potuiſſe: ſicque aliam ab eis non debere præteritæ vitæ ſeveriorem exigi rationem.

Can. 31. hujus concilii.

Non diſſimili cauſa decreverunt ſuperius, ut ſi adoleſcentes, qui poſt fidem lavacri ſalutaris mœchati fuerint, poſtea uxorem duxerint, acta legitima pœnitentia, ad communionem admitterentur. Cum enim peccatum mœchiæ, longiori excommunicatione puniretur: voluerunt hanc ſeveritatem ſingulari clementia temperare; ut ex turpi vita, ad pudicam & honeſtam matrimonii allicerentur.

Cap. 60

Nec in meretricibus tantum, ab antiquo hæc ducta conſuetudo obſervabatur, ſed in omnibus publice peccantibus: nunquam enim eis ad baptiſmum patebat aditus, ni vita, quam agebant, turpitudini renunciaſſent: prætetitaque peccata lacrymis & pœnitentia deleſſent: B ut inferius dicemus.

*Canon XLV.* Vulgatus.

*De cathecumenis, qui eccleſiam non frequentant.*

Qui aliquando fuerit catechumenus per infinita tempora, & nunquam eccleſiam acceſſerit: ſi eum de clero quiſquam agnoverit voluiſſe eſſe Chriſtianum, aut teſtes aliqui extiterint fideles; placuit, ei baptiſmum non negari; eo quod in veteri homine deliquiſſe videatur.

Canon XLV. *Emendatus.*

C *De catechumenis, qui eccleſiam non frequentant*

Qui aliquando fuerit catechumenus per infinita tempora, & nunquam ad eccleſiam acceſſerit: ſi eum de clero quiſquam agnoverit voluiſſe eſſe Chriſtianum, aut teſtes aliqui extiterint fideles; placuit, ei baptiſmum non negari; eo quod in veteri homine deliquiſſe videatur.

*Catechumenos gravi aliquo morbo obmuteſcentes baptizari poſſe: & quid de pœnitentibus.*

## CAPUT XIX.

D. Aug. l. de fide & oper. & in alio de catech. rudib.
Can. 4. 11. & 42. hujus concilii
D. Aug. l. 1. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 20
Idem Aug. l. 5. de baptiſ. contra Donatiſt. c. 24
Arn. in pſal. 139. Juſt. mar. 2. apolog. pro Chriſtia.
Cyril. lib. 12 in Joan. Beda lib. 2. c. 5 hiſt. eccleſ.
Baſil. de Spiritu ſancto cap. 27.
D. Aug. tract. 11. & 96. in Joann.
D. Aug. l. 10. de civit. Dei cap. 6. & in pſal. 21. 34. & 109.
Conc. Valen. Hiſpaniæ can. 1.

D QUos Tertullianus, Cyprianus, Auguſtinus, & alii ejus ætatis Latini ſcriptores, audientes, ab audiendo verbo Chriſtiano, illos catechumenos Græci appellarunt. A Græcis enim, in exprimendis etiam fidei noſtræ myſteriis, ob verborum inopiam nomina multa Græca mutuamur: Cathecumeni autem dicebantur adulti, qui dum baptiſmum expectabant, Chriſtianæ fidei myſteriis erudiebantur. Non enim mox ac quis ſe Chriſtianæ religionis ſtudio teneri oſtentarat, baptiſmi gratiam recepiſſe docet Auguſtinus, & antea ſæpius patres noſtri Illiberritani, in Decretis præcedentibus. Cum autem paſchatis tempus inſtaret (eo enim ſolebant ablui ſancto hoc regenerationis lavacro) competentes vocabantur, quaſi ſimul petentes. Hi ergo catechumeni ad eccleſiam tenebantur accedere, quemadmodum & fideles: ſed non omnibus ſacrificii myſteriis intereſſe, multoque minus participare: ut teſtatur D. Auguſtinus. *Ad ſacramentum*, inquit, *ſancta menſa rite nemo niſi baptizatur accedit. Ipſa denique eccleſia ſic traditum tenet, ut hominem ſine baptiſmo, ad altare prorſus non poſſit* E *admittere*. Arnobius. *Quid enim tam ſanctum, quam communionem Chriſti percipere? & quid tam iniquum, quam ſi non baptizatus eamdem ſumat?* Id ipſum docent Juſtinus martyr, Cyrillus, Beda & alii. Nec a ſumptione tantum euchariſtiæ, ſed & a conſpectu prohibiti ſunt; auctore Baſilio & Auguſtino. Quin ea erat in celando hoc ſacramento veterum patrum religio, ut in publicis concionibus, a quibus nec pagani arcebantur, nec catechumeni, non niſi parciſſime tectiſſimeque de eo loquerentur. Hic frequenter occurrit apud Auguſtinum & alios, ſacramentum quod norunt fideles. Accedebant ergo catechumeni ad eccleſiam, ut audirent evangelium & ejus interpretationem, ut conſtat ex concilio Valentino: poſtea vero diaconus exclamabat. *Ite catechumeni*. Egrediebantur tunc catechumeni eccleſiam, & ea pars ſacrificii ante oblationem, vocabatur miſſa catechumenorum: de qua concilium Carthaginenſe IV. & ple-

Conc. Carth. IV. can. 4.

& pleraque alia. Cumque ob delicta aliqui fideles pœnitentiâ afficerentur, illis injungebatur, ut ſacrificiis eccleſiæ non intereſſent, niſi uſque ad miſſam catechumenorum, vel ut orarent cum ipſis. Quam inceſtuoſis, lapſis, & rebaptizatis impoſuit concilium Ilerdenſe & Agathenſe. In eccleſia enim prius orationes catechumenorum dicebantur: poſtea his egreſſis, pœnitentium: his autem finitis, & illis abeuntibus, fidelium, & integra ſacrificia peragebantur. Concilium Laodicenum.

Conc. Iler. denſe can. 4. & 9. & Agat. 31. & 60. Conc. Laodicenum can. 19.

*Quoniam catechumeni*, inquit, *orationem ſeparatim, & poſt proſtratis eis epiſcopum oportet celebrare; quibus egreſſis, orent etiam hi qui in pœnitentia ſunt conſtituti, & poſt manus impoſitionem, his quoque abſcedentibus, tunc fideles orare debeant. Quarum tres orationes fiant una quidem, id eſt prima, per ſilentium: ſecunda vero, & tertia, per vocis pronunciationem: & tunc demum oſculum pacis dari debere: & poſtea quam presbyteri epiſcopo pacem dederint, tunc etiam laicis dare, & tunc oblatio offeratur.* Si catechumeni, qui ad eruditionem & doctrinam Chriſti ſuſcipiendam, ad eccleſiam tenebantur accedere, & ad legendum in eccleſia (miniſterio lectorum fuiſſe prapoſitos in eccleſia Alexandrina, cum in reliquis omnibus contra obſervaretur, auctor eſt Socrates) per infinita tempora, hoc eſt, per longi temporis ſpatium, ad illam non acceſſerint, & morbo graviori correpti, vel phreneſi obmuteſcentes, loqui non poſſint, nec ſacroſancti baptiſmatis remedium, ab eccleſia expreſſe vel tacite depoſcere: ſi clericus unus, vel fideles aliqui teſtes extiterint, afferentes illum antequam ad eccleſiam acceſſum omitteret, & in morbum incideret, Chriſtianum eſſe voluiſſe, non denegandum fore illi baptiſmum; quod in veteri homine deliquiſſe videatur. De phreneſi enim, vel alio gravi morbo impeditis, & obmuteſcentibus, tractaſſe hos patres mihi probabile eſt: nam quid opus erat teſtimonio clerici, vel aliorum fidelium, quod ille aliquando voluerit eſſe Chriſtianus, ſi ipſe voce clara, pium religionis Chriſtianæ deſiderium poſſet exprimere? aut quæ eſſe poſſet ambigendi ratio an conferendus eſſet baptiſmus ſano catechumeno pœnitenti, & baptiſmum petenti? Cum autem catechumenus ad eccleſiam accedere ſæpe omiſiſſet, & morbi neceſſitate impeditus animi ſui ſenſa non poſſet jam exprimere, dubium probabile oriebatur, an baptiſmo eſſet tinguendus? nam eccleſiæ frequentatio omiſſa, & petendi tunc baptiſmatis prætermiſſum officium ſilentio, epiſcoporum animos in contrariam poſſet inclinare ſententiam. Sed obtinuit apud illos pietatis magis, quam ſtricti & ſummi juris conſideratio, placuitque ut ad conferendum baptiſmum non tam præſentis, quam præteriti temporis ratio haberetur: quod in hoc nulla, in illo autem aliqua fidei & religionis ſuſcipiendæ, non adumbrata, ſed expreſſa documenta dediſſent. Quod & Afros docuit Auguſtinus Hiſpanorum conſilium ſequutus.

D. Aug. lib. 1. de adult. conjug.

*Catechumenis ergo*, ait, *in hujus vitæ ultimo conſtitutis, ſi morbo ſeu caſu aliquo ſic oppreſſi ſint, ut quamvis adhuc vivant, petere tamen ſibi baptiſmum vel ad interrogata reſpondere non poſſint: proſit eis, quod eorum in fide Chriſtiana jam nota voluntas eſt, ut eo modo baptizentur, quo modo baptizantur infantes, quorum voluntas nulla adhuc patuit. Non tamen propterea damnare debemus eos qui timidius agunt, quam nobis videtur agi oportere, ne de pecunia conſervo credita, improbius quam cautius judicare voluiſſe judicemur: ſatis quippe in talibus reſpiciendum eſt illud apoſtoli, ubi dicit: Unuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet Deo. Non ergo amplius invicem judicemus, ſunt enim qui vel in his, vel etiam in aliis obſervandum putant, quod dixiſſe dominum legimus; Nolite ſanctum dare canibus, neque projeceritis margaritas veſtras ante porcos.*

Rom. 14.

Matth. 7.

*Et ita ſalvatoris verba referentes, baptizare non audent eos, qui pro ſe reſpondere nequiverint, ne forte gerant contrarium voluntatis arbitrium. Quod de parvulis dici non poteſt, in quibus rationis adhuc nullus eſt uſus. Sed non ſolum incredibile eſt, nec in fine vitæ hujus, baptizari catechumenum velle, verum etiam ſi voluntas ejus incerta eſt, multo ſatius eſt nolenti dare, quam volenti negare, ubi velit an nolit ſic non apparet, & tamen credibilius ſit eum, ſi poſſet, velle ſe potius fuiſſe dicturum eſſe ſacramenta percipere, ſine quibus jam credidit, non ſe oportere de corpore exire.*

Conc. Arauſic. can 12 Cap. 6a.

Quod non ſolum ad impetrandum ejus baptiſmum ſufficere, ſed ad conſequendam æternam felicitatem prodeſſe: (quia flaminis baptiſmus erat) dicemus poſtea. Quod autem patres hic in baptiſmo, hoc idem in baptiſmo & pœnitentia, ſeu abſolutione pœnitentis edixerunt concilii Arauſicani epiſcopi. *Subito obmuteſcens, prout ſtatutum eſt*, forſan hujus concilii decretum intellexerunt: nam aliud tunc fuiſſe mihi non occurrit, *baptizari, aut pœnitentiam accipere, ſi voluntatis præteritæ teſtimonium, aliorum verbis habet, aut præſentis in ſuo nutu.* In pœnitentia, ſeu abſolutione & euchariſtia obmuteſcenti danda concilii Carthaginenſis IV. eſt conſtitutio.

Conc. Carth. 4. can. 73.

*Is qui pœnitentiam*, ait, *in infirmitate petit, ſi caſu, dum ad eum ſacerdos invitatus venit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in phreneſim verſus fuerit, dent teſtimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam: & ſi continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori ejus euchariſtia. Si ſupervixerit, admoneatur a ſupradictis teſtibus, petitioni ſuæ ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ legibus, quamdiu ſacerdos, qui pœnitentiam dedit, probaverit.* Hoc ipſum docuit Pollentium D. Auguſtinus: poſtquam enim catechumenos obmuteſcentes morbi gravitate, baptizari poſſe & debere ſcripſerat, addit.

D. Aug lib. 2. de adulter. conjug. ad Pollentium c. fin

*Quæ autem baptiſmatis, eadem reconciliationis eſt cauſa, ſi forte pœnitentem finiendæ vitæ periculum præoccupaverit. Nec ipſos tamen ex hac vita ſine arrha ſuæ pacis exire debere velle mater eccleſia.* Quod ſi lenitatis & pietatis Chriſtianæ officia hæc concilia & patres pœnitentibus publicis, ob graviora delicta a Chriſti & eccleſiæ communione repulſis & gravi ægritudine obmuteſcentibus impertiunt, utramque illis in extremo vitæ ſpiritu reſtituentes; cur reliquis peccatoribus privatis eadem morbi & linguæ gravitate loqui impeditis, ſi aliqua vel ſignis, vel nutu, vel verbis paulo ante pœnitentiæ ſigna expreſſerunt, illa denegabitur? retinendam enim firmiter cenſeo, quam paulo ſuperius ex Auguſtino ſententiam citavimus.

Aug. ubi ſup.

*Etiam cum ægrotantis voluntas incerta ſit, multo ſatius eſſe nolenti dare, quam volenti negare, ubi velit an nolit ſic non apparet, & tamen credibilius ſit eum, ſi poſſet, velle ſe potius fuiſſe dicturum eſſe ſacramenta percipere, ſine quibus jam credidit non ſe oportere de corpore exire.*

## Si eum de clero quiſquam agnoverit, voluiſſe eſſe Chriſtianum, aut teſtes aliqui extiterint fideles.

TANTA fuit jam inde a priſcis temporibus ſacerdotum apud graves viros auctoritas, tanta teſtimonii ipſorum fides, tantum aſſertæ ab his & confirmatæ veritatis pondus; ut unius ſententia (quod ex hoc canone apparet) multorum fidelium interpoſitam fidem adæquaverit.

## Quod in veteri homine deliquiſſe videantur.

*Peccata ante baptiſmum, cur lenius caſtiganda, quam quæ poſt baptiſmum commiſſa.*

### CAPUT XX.

PECCATA ante baptiſmum, facilius remitti debere cenſent epiſcopi; quod ipſa humanæ naturæ imbecillitas gratia ſacramentorum deſtituta, & primi parentis peccato debilitata, ut labendi habet facilitatem, ſic & veniæ promerendæ, & impetrandæ difficultate affici, premique non debeat. Veterem hominem vocant patres primum parentem: & delinquere in veteri homine, idem eſt prorſus, quod peccato originali imbecillem labi: quod referunt ad crimen extenuandum. Ideo Auguſtinus recenter natos, ante baptiſmum membra primi hominis vocat; poſt baptiſmum vero, membra Chriſti.

D. Aug. li. 1. de nupt. & concupiſc. cap. 4.

In codicibus manuſcriptis legitur; Quod veterem hominem dereliquiſſe videantur: quæ lectio minus placet, quia quod patres contendunt illud eſt, ut ad ſuſceptionem baptiſmi catechumenis non obſit negligentia illa & delictum, quod ad eccleſiam per infinita tempora non acceſſerint. quod elevant, ad primi parentis peccatum: & naturæ debilitatem, culpæ rationem referentes. Cui non conſonat ratio verborum reddita in manuſcriptis, quod veterem hominem dereliquiſſe videantur.

*Canon XLVI.* Vulgatus.

*De fidelibus ſi apoſtataverint, quamdiu pœniteant.*

Si quis fidelis apoſtata per infinita tempora ad eccleſiam non acceſserit, ſi tamen aliquando fuerit reverſus, nec fuerit idololatra, poſt decem annos placuit, eum communionem accipere.

Canon XLVI. *Emendatus.*

*De fidelibus ſi apoſtataverint, quamdiu pœniteant.*

Si quis fidelis apoſtata per infinita tempora ad eccleſiam non acceſserit, ſi tamen aliquando fuerit reverſus, nec fuerit idololatra, poſt decem annos placuit, eum communionem accipere.

Qui

*Qui apoſtatarum nomine hic contineantur.*

CAPUT XXI.

QUI deſerta, aut violata Chriſtianæ religionis profeſſione, quam ſemel emiſerant, ad errores Gentium, vel profana ſacrificia reverterentur, apoſtatas olim nuncupatos, Theodoſius & Valentinianus AA. teſtes: Cum enim de eorum crimine puniendo agerent, qui apoſtatarum nomine comprehendi deberent; ſic explicarunt. *Sed ne hujus interpretatio criminis latius in incerto vagetur errore, eis præſentibus inſectamur oraculis, qui nomine Chriſtianitatis induti, ſacrificia ſacrilega, vel fecerint, vel facienda mandaverint.* Id antea probaſſe, & docuiſſe videtur Siricius papa. *Additum eſt etiam*, inquit, *quoſdam Chriſtianos, ad apoſtaſiam, quod dici nefas eſt, tranſeuntes, idolorum cultu, ac ſacrificiorum contaminatione eſſe profanatos, quos a Chriſti corpore, & ſanguine, quo dudum redempti fuerant renaſcendos, jubemus abſcindi.* De his tamen hujus concilii patres non meminiſſe, illa verba indicant. *Nec fuerit idololatra.* Quod jam prioribus canonibus de eiſdem ſub idololatrarum, & ſacrificatorum nomine latius egiſſent. Volunt tamen eos, qui velut Athei Chriſtianam religionem deſeruerint, quam ſemel ſuſceperint, & ad eccleſiam accedere recuſaverint, nec idolorum vanitatibus ſacrilegis ſe contaminaverint, poſt decennii tempora, communionem ſuſcipere, pœna (ut ita dixerim) omiſſioni potius, quam commiſſioni impoſita, hoc eſt, deſertioni fidei potius, quam Gentilis erroris admixtioni addita. Niſi apoſtatas hic pro hæreticis uſurpari quis dicat, quod facile non improbarim, quod ſciam apoſtatas, hæreticos eſſe, & hæreticorum pœnis coercendos Bonifacii VIII. conſtitutione. Quare Tertullianus: *Perſecutio*, ait, *martyres facit: hæreſis apoſtatas tantum.* Unde Anacletus, ſive quicunque illius epiſtolæ ſit auctor. *Accuſandi*, inquit, *vel teſtificandi licentia denegetur his, qui Chriſtianæ religionis, & nominis dignitatem, & ſuæ legis vel propoſiti normam, aut regulariter proſeſſa neglexerunt. Tranſgreſſores enim ſponte legis ſuæ, & proditores, apoſtatæ nominantur. Omnis enim apoſtata rejiciendus eſt ante reverſionem ſuam: non in accuſatione vel teſte gentium, aut teſtimonio ſuſcipiendus, ſive adverſus hos, ſive adverſus illos.* Gravius ſe geſſit concilium Arelatenſe. *De his, qui apoſtatant, ait, & antequam ad eccleſiam ſe repræſentent, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & poſtea in infirmitate arrepti, petunt communionem; placuit, eis non dandam eſſe communionem, niſi revaluerint, & egerint dignos fructus pœnitentiæ.*

Hodie autem apoſtatas omnes, ſive unius fidei dogmatis, ſive totius Chriſtianæ religionis deſertores, inquiſitoribus hæreticæ pravitatis ſubjici, & pœnis hæreticorum coerceri ſcitum eſt: reſipiſcentes tamen admitti poſſe & debere ad eccleſiæ unitatem, omiſſa damnationis ſententia (quam traditionem ad curiam vocant) Eymericus docet: cujus ſententiam pleniori (quod ajunt) ſcriptorum ore laudatam aſſiduoque & frequenti inquiſitorum uſu receptam Franciſcus Penna erudite infert, docte probat, pie confirmat. Si enim clementiæ & benignitati aditus ab eccleſia erga apoſtatas reſipiſcentes præcluderetur, aut raro, aut nunquam ad ſeſe Chriſtianoſque mores redirent: cum tamen interſit eccleſiæ maxime, illos ad pacem manſuetudine & lenitate invitari, non rigore & ſeveritate terreri.

Poſſemus etiam, apoſtatas hic eos interpretari, qui longiſſimi ſolum temporis ſpatio ab eccleſia abfuiſſent & frequenti ſacramentorum ſuſceptione.

Theod. & Valen. in l. 7. C. de apoſt.

Siricius papa epiſt. 1. ad Himerium Tarraconenſem epiſc. cap. 3.

Bonifacius VIII. in c. contra Chriſtianos de hæreticis in 6.

Tertul. de præſcript. adverſus hæreticos.

Anacletus epiſt. 1. ad omnes epiſc. cap. 1.

Conc. Arelatenſe I. can. 22.

Eymericus 2. par. direct. quæſt. 58. Franciſcus Penna in commentariis ad Eymericum eadem parte & quæſt.

Si tamen aliquando fuerit reverſus, nec fuerit idololatra: poſt decem annos, eum communionem ſuſcipere.

*Expreſſo Hiſpaniæ decreto errorem Novatiani improbari.*

CAPUT XXII.

SEMEL lapſos non eſſe ad communionem & pœnitentiam admittendos, antiqua fuit Novatiani hæreſis, quam nonnullos epiſcopos Afros probaſſe, teſtis eſt D. Cyprianus. Hanc tacite, quinimo expreſſe reprobant epiſcopi Hiſpani in hoc canone, dum illis reverſis, poſt decennem annorum pœnitentiam, communionem indulgent, ſi idololatriæ crimine non ſe polluiſſent: nam his communionem dominicam, etiam in ultimo vitæ ſpiritu, non pœnitentiam negaverunt, in canone primo & aliis hujus concilii.

Hinc etiam apparet, falſo huic concilio errorem objici Novatiani veniam lapſis denegantis, cum apoſtatis hic reſipiſcentibus non ſolum veniam, poſt decennii curſum, ſed & euchariſtiæ communionem conceſſerit, quam ſolum aliis criminibus denegatam, non abſolutionem, obſervavi ſuperius.

D. Cyprianus lib. de lapſis.

Lib. 1. cap. 9.

*Canon XLVII.* Vulgatus.

*De eo qui uxorem habet, ſi ſæpius mœchatur.*

Si quis fidelis habens uxorem, non ſemel, ſed ſæpe fuerit mœchatus, in fine mortis eſt conveniendus: quod ſi ſe promiſerit ceſſaturum, detur ei communio: ſi reſuſcitatus rurſus fuerit mœchatus, placuit, ulterius non edere eum de communione pacis.

Canon XLVII. *Emendatus*

*De eo qui uxorem habet, ſi ſæpius mœchatur*

Si quis fidelis habens uxorem, non ſemel, ſed ſæpe fuerit mœchatus, in fine mortis eſt conveniendus: quod ſi ſe promiſerit ceſſaturum, detur ei communio: ſi reſuſcitatus rurſus fuerit mœchatus, placuit, ulterius eum non ludere de communione pacis.

SIC exſtat apud Rabanum Maurum in pœnitentium lib. c. 4. etſi ex can. 42. hujus concilii citet, cum ſit 47. ſæpe etiam variat in adſignando canonum numero, quod indicat diverſo olim, ac hodie ordine, canones fuiſſe exſcriptos. Ivo p. 8. cap. 203. perperam ex canone hujus concilii 70. omiſſis verbis poſtremis. Si quis fidelis habens uxorem, non ſemel ſed ſæpius fuerit mœchatus, in fine mortis eſt conveniendus. Quod ſi ſe promiſerit ceſſaturum, detur ei communio. Burchard. li. 9. decr. ca. 67. ex canone etiam 42. & verbis paulo diverſis. Si quis fidelis habens uxorem, non ſemel ſed ſæpius fuerit mœchatus, in fine mortis eſt conveniendus. Quod ſi ſe promiſerit ceſſaturum, detur ei communio. Si reſuſcitatus rurſus fuerit mœchatus; placuit, ulterius non illudere alios de communione pacis.

*De varia pena adulterii.*

CAPUT XXIII.

SIMPLEX adulterium, quinquennii pena caſtigandum, patres hujus concilii conſtituerunt canone LXIX. Quod ſi ſemel purgatum, acta legitima penitentia, denuo repeterent, nec in fine communionem accipere eos debere, in canone LXXV. Illud autem hic ab eiſdem decernitur: quod ſi non ſemel aut bis, ſed ſæpe fuerit fidelis uxorem habens, mechatus, in fine mortis conveniatur, & ſi ſe promiſerit ceſſaturum, communionem, indulgentia facta, poſſe ſuſcipere: quod ſi poſtea fidem hanc datam temere violaſſet, in perpetuum communione privandum. Verba autem illa. *Placuit ulterius non edere eum de communione pacis*, aliter in C. MS. ſancti Æmiliani. *Ulterius eum non ludere de communione pacis.* Quam formulam iidem patres uſurparunt ſuperius can. III. *Item, ajunt, ipſi ſi poſt pœnitentiam fuerint mechati, placuit, ulterius eis non eſſe dandam communionem, ne luſiſſe de dominica communione videantur.* In CC. aliis, non communio pacis, ſed panis legitur. Quæ lectio non eſt improbabilis: nam ſacramentum euchariſtiæ, communionem panis, veteres nuncupaſſe, teſtis eſt Ignatius: ad Romanos enim ſcribens ait: *Non gaudeo corruptibili nutrimento, nec voluptatibus hujus vitæ, panem Dei volo, panem cæleſtem, qui eſt caro Chriſti filii Dei.* Quod ortum habuiſſe videri poteſt ex eo, quod Joannes refert dominum dixiſſe. *Pater meus dat vobis panem de cœlo verum, panis enim Dei eſt, qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo.* Cujus religione, & olim & hodie communem panem decuti in terram, aut pedibus calcari, moleſte ferimus; quod Tertullianus teſtatur: *calicis aut panis, ait, etiam noſtri aliquid decuti in terram, anxie patimur.* Pari etiam ratione ſacramentum hoc, quod Chriſti corpus contineat, corpus Chriſti & corpus domini antiqui patres nuncuparunt, eodem Tertulliano teſte.

Ignatius ep. 11.

Joan. c. 6.

Tertull. lib. de coron. milit. c. 3. Tertull. in li. de pudicitia, & altero de oratione c. ultimo.

*Canon XLVIII.* Vulgatus.

*De baptizandis, ut nihil accipiant clerici.*

Emendari placuit, ut hi qui baptizantur, ut fieri ſolebat, nummos in concham non mittant, ne ſacerdos quod gratis accepit, pretio diſtrahere videatur. Neque pedes eorum lavandi ſunt a ſacerdotibus, vel clericis.

Ca-

Canon XLVIII. *Emendatus.*

*De baptizandis, ut nihil accipiant clerici.*

Emendari placuit, ut hi baptizantur, ut fieri ſolebat, nummos in concham non mittant, ne ſacerdos quod gratis accepit, pretio diſtrahere videatur. Neque pedes eorum lavandi ſunt a ſacerdotibus, vel clericis.

Refert hunc canonem Gratianus in cap. emendari. 1. quæſt.

*Pro baptiſmo nihil a ſacerdotibus exigendum.*

C A P U T XXIV.

QUONIAM non ſolum malum cavere, verum etiam omnem mali ſuſpicionem fugere oportet, eos præſertim, qui divino cultui dicati ſunt, & miniſtrandis ſacramentis præfecti: ideo Hiſpani patres decreverunt, ut qui baptizantur (ut antea fieri ſolebat) non mitterent nummos in concham, (concham vocant vas aquæ baptiſmatis, ſic nuncupatum, quod conchæ ſpeciem præ ſe ferret) ne ex hac fidelium pietate ſacerdotes Spiritum ſanctum, quem gratis acceperant, pretio diſtrahere viderentur. Cum hujus canonis decretum ad fideles tantum retulerit concilium, non ad epiſcopos, & presbyteros; evenerat forſan, fideles pietate magis, quam neceſſitate adactos, ſolitos aliquid in baptiſmo ſemper offerre: audierant enim, ad conſpectum domini vacuos accedere non oportere: cum vero poſtea propagata religione, non integræ ætatis tantum viri, ſed infantes etiam recenter nati ex Chriſtianis parentibus ad baptiſmum adducerentur, ſolebant patres eorum aliquid religionis & pietatis Chriſtianæ cauſa, ſacerdotibus largiri. Quod principium natum ex religione primum, in præceptum & neceſſitatem cum nonnulli ſacerdotes eccleſiæ avare nimis convertiſſent: adeo ut ſi pecuniis carerent miſeri & pauperes parentes, pignus ab illis exigerent: ex quo eveniebat, ut multi eorum a petendo baptiſmo retraherentur, commodius tempus expectantes. Ideo ſacerdotibus cum aditum

Conc. Brac. 2. canone 8. Bracarenſe concilium ſecundum interdixit, quam ſolis fidelibus, noſtrum Illiberritanum antea præcluſerat. *Placuit*, ait, *ut unuſquiſque epiſcopus per eccleſias ſuas hoc præcipiat: ut hi qui infantes ſuos ad baptiſmum offerunt, ſi quid voluntarie pro ſuo offerunt voto, ſuſcipiatur ab eis. Si vero per neceſſitatem paupertatis aliquid non habeant quod offerant, nullum eis pignus violenter tollatur a clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios a baptiſmo retrahunt: qui ſi forte dum differuntur, ſine gratia baptiſmi de hac vita receſſerint, neceſſe eſt, ut ab illis eorum perditio requiratur, quorum ſpolia pertimeſcentes, a baptiſmi gratia ſe retraxerunt.* Eamdem legem conſti-

Gelaſius PP. I. in epiſt. ad univerſos epiſcopos per Lucaniam, & Brutios, & Siciliam conſtitutos c. 7. tuerat antea Gelaſius PP. I. *Baptizandis*, inquit, *conſignandiſque fidelibus pretia nulla præfigant, nec illationibus quibuslibet impoſitis, exagitare cupiant renaſcentes: quoniam quod gratis accepimus, gratis dare mandamur, & ideo nihil a prædictis prorſus exigere moliantur, quo vel paupertate cogente deterriti, vel indignatione revocati, redemptionis ſuæ cauſa adire deſpiciant: certum habentes, quod qui prohibita deprehenſi fuerint admiſiſſe, vel commiſſa non potius ſua ſponte correxerint, periculum ſubituri proprii ſint honoris.* Illud præterea, cum prava & deteſtabili conſuetudine receptum eſſet, baptizatos infantes in altari collocare, ut muneribus compatrum inde redimerentur, ab illuſtriſſimo cardinali Borromæo, antiquæ

Conc. Mediol. P. P. 2. probitatis & eccleſiaſticæ diſciplinæ acerrimo aſſertore, in concilio Mediolanenſi ſublatum eſt.

Neque pedes eorum lavandi ſunt a ſacerdotibus, vel clericis

IN aliis C. MS. aliter. *Neque pedes eorum lavandi ſunt a ſacerdotibus, ſed a clericis.* Sed editorum lectio non temere immutanda, cui conſentiunt CC. noſtri & ſancti Æmiliani.

*De antiqua pedum lotione.*

C A P U T XXV.

MIRUM eſt, quantopere eccleſiæ Romanæ ritus, Hiſpanicæ ſemper placuerint. Lavandi pedes baptizandorum, ſive catechumenorum, Mediolanenſis

D. Amb. lib. 3. de ſacrament. c. 1. eccleſiæ mos erat, non vero Romanæ, teſte B. Ambroſio. *Succinctus*, inquit, *ſummus ſacerdos, pedes tibi lavit. Non ignoramus, quod eccleſia Romana hanc conſuetudinem non habeat, cujus typum in omnibus ſequimur & formam: vide ergo ne forte propter multitudinem declinaverit.* Ejuſdem conſuetudinis iterum meminit. Cum an-



Idem Amb. lib. de his qui myſteriis initiantur c. 48. A tea, hæc Mediolanenſis eccleſiæ obſervatio Hiſpanicarum uſu eſſet recepta: tandem re perſpecta melius, illam aboleri hoc decreto imperarunt, Romanæ conſuetudinem amplectentes. Quod ſi Romana conteſſeratione, quod caput ea ſit & matrix totius eccleſiæ, tamquam certiſſimo quodam rectæ fidei & ſinceræ religionis ſigno, reliquæ eccleſiæ catholicæ ab hæreticis diſcerni ſolent, ut

Irenæus lib. 3. adverſus hæreſ. c. 3. Tertul. de præſc. adverſ. hæreſ. & Hieronym. in epiſt. 1. lib. 2. Irenæus & Tertullianus docent & Hieronymus; indignum ſane imperii tui majeſtate, te æſtimaturum ſpero, graviſſima hæc Hiſpanorum epiſcoporum comitia tam proſperis, auguſtis & ſanctis auſpiciis cœpta (conteſſerationem intelligo catholicæ tuæ eccleſiæ) adeo facile contemni, & feliciſſimum Chriſtianæ fidei progreſſum quorumdam ſolum hæreticorum impietate, & catholicorum negligentia vel licentiæ culpa retardari. Lotio autem illa, quo tempore, quo die, quo ritu eſſet peragenda, quæ ejus origo, quæ vis, quæ auctoritas, nemo Auguſtino melius. *Si autem quæritis*, inquit, *cur etiam lavandi mos ortus ſit,*

D. Aug. in epiſt. 118. ad Januar. ad 4. ncia. *nihil mihi de hac re cogitanti probabilius occurrit, niſi quia baptizandorum corpora per obſervationem quadrageſimæ ſordidata, cum offenſione ſenſus ad fontem tractarentur, niſi*

B *aliqua die lavarentur. Iſtum autem diem potius ad hoc electum, quo cœna dominica, anniverſarie celebratur* (erat ergo quinta feria, ultimæ hebdomadis, quam ſanctam dicimus) *& quia conceſſum eſt hoc baptiſmum accepturis, multi cum his lavare voluerunt, jejuniumque relaxare*: hoc autem cum fieret poſt evangelium lectum, quo apoſtolis pedes laviſſe Chriſtus narratur, & per pontificem ſuccinctum, ut a D. Ambroſio traditur, in mentem venit, inde eam conſuetudinem manaſſe, quam in omnibus eccleſiæ catholicæ provinciis receptum videmus, ut die cœnæ domini ad Chriſti imitationem Romanus pontifex & ceteri utriuſque ordinis principes ad duodecim pauperum pedes lavandos ſe dimittant, loroſque linteo extergant.

Iſido. lib. 6. etym. c. 17. & lib. 1. de offic. eccl. c. 28. Pro antiqua pedum catechumenorum lotione, ſucceſſiſſe aliam capitis baptizandorum in Hiſpania, conjecturam facio ex D. Iſidoro, qui hanc fieri dominica palmarum, & ob id eam diem, vulgo capitilavium vocatam, ne obſervatione quadrageſimæ capita ſordidata, C ad unctionem accenderent, ait his verbis: *Dies palmarum ideo dicitur, quia in eo dominus, & ſalvator noſter, ſicut propheta cecinit, Hieruſalem tendens, aſellum ſediſſe perhibetur. Tunc gradiens cum ramis palmarum, multitudo plebium obviam ei clamaverunt: Oſanna, benedictus qui venit in nomine domini rex Iſrael. Vulgus autem ideo diem hunc capitilavium vocant, quia tunc moris eſt, lavandi capita infantium, qui ungendi ſunt: ne obſervatione quadrageſimæ ſordidati, ad unctionem accederent.*

Alcui. lib. de eccleſ. offic. In Galliis quoque uſitatum refert Alcuinus, qui id etiam fieri ſolitum ſcribit in dominica palmarum.

*Canon XLIX.* Vulgatus.

*De frugibus fidelium, ne a Judæis benedicantur.*

Admoneri placuit poſſeſſores, ut non patiantur fructus ſuos, quos a Deo percipiunt cum D gratiarum actione, a Judæis benedici; ne noſtram irritam & infirmam faciant benedictionem. Si quis poſt interdictum facere uſurpavit, penitus ab eccleſia abjiciatur,

Canon XLIX. *Emendatus.*

*De frugibus fidelium, ne a Judæis benedicantur.*

Admoneri placuit poſſeſſores, ut non patiantur fructus ſuos, quos a Deo percipiunt cum gratiarum actione, a Judæis benedici; ne noſtram irritam & infirmam faciant benedictionem. Si quis poſt interdictum facere uſurpavit, penitus ab eccleſia abjiciatur.

E

*Fruges fidelium a Judæis vel Gentilibus benedici non debere.*

C A P U T XXVI.

VANAS & impias Gentium & Judæorum, ſuperſtitiones tollendi, & Chriſtianæ religionis doctrinam nitide propagandi, epiſcoporum noſtrorum ſumma cura fuit. Qua ratione decreverunt, ut cum fundorum

Can. 40. hujus conc. Eutychian. PP. ad hunc epiſt. dominis (nos vocant poſſeſſores, ut ſuperius etiam indicarunt) fructus ſuos vellet benedictione pertundi, non paterentur eam præſtari a Judæis, ne ſancta noſtrarum benedictionum virtus inanis & vacua redderetur. Jam enim diu, non conſuetudine tantum, ſed conſtitutione Eutychiani PP. ad Joannem, & ad omnes Bæticæ

*militaritatem, inſtigante humani generis inimico, ad quam ſuperſtitionem & perfidiam ſimplicium animos inclinarant.* Non diſſimili propoſito cum idolothytis Gentium veſci Chriſtianis fuerit interdictum, ut omnis occaſio tolleretur eorum erroris, prohibitum, ne animalia, quæ Gentiles, vel percuſſerint, vel occiderint, a Chriſtianis edantur, ut ex Nicolao ad conſulta Bulgarorum retulit Ivo. *Neque*, inquit, *quod Chriſtianus perſequitur, & a pagano percutitur, & occiditur animal: neque quod paganus perſequitur, & Chriſtianus occidit, comedendum eſt.* Omnes enim D. Clementis exemplum conſectati ſunt, quem hæc docuiſſe legimus. *Præterea oportet fidelem fugere impiorum cœtus, Græcorum & Judæorum, reliquorumque hæreticorum; ne ubi una cum eis legimus, animis noſtris laqueos paremus.* Nec mirari potuiſſet Carranza Chriſtianis azyma edere cum Judæis prohiberi, ſi animadvertiſſet, non ſolum cum Judæis, & Gentilibus, ſed cum catechumenis etiam antiquos Chriſtianos cibum capere impediri, ut ex concilio Moguntino retulit Ivo. *Catechumeni*, inquit, *manducare non debent cum baptizatis, neque eis oſculum dare; quanto magis Gentiles.*

Ivo p. 11. decret. c. 83.

D. Clem lib. 4. conſtit. apoſtol. Can. 69. apoſtol.

Ivo ex conc. Mogunt. p. 1. decret. cap. 189.

Conc. Baſ. can.

Strictius multo concilium Baſileenſe: antiquorum enim conciliorum decretis renovatis, multa ad deteſtandam & avertendam Judæorum familiaritatem Chriſtianos edocuit: *Sacros inſuper*, ait, *canones renovantes præcipimus, tam diœceſanis, quam poteſtatibus, ut modis omnibus prohibeant, ne Judæi, aut alii infideles aut Chriſtianos aut Chriſtianas in familiares ſeu ſervientes, aut filiorum ſuorum nutrices habeant, ac ne Chriſtiani cum ipſis in eorum feſtivitatibus, nuptiis & conviviis, aut balneis, ſeu multa converſatione communicent, aut medicos vel matrimoniorum proxenetas, ſeu aliorum contractuum mediatores de publico conſtitutos aſſumant; nec eis publicis præponant officiis, aut ad gradus quoſcumque ſcholaſticos admittant, nec eis locentur prædia vel alii redditus eccleſiaſtici: prohibeantur etiam libros eccleſiaſticos, calices, cruces, & alia eccleſiarum ornamenta ſub pœna perditionis rei emere, aut pignori ſub pœna amiſſionis pecuniæ mutuatæ, accipere: ſub gravibus quoque pœnis cogantur aliquem deferre habitum, per quem a Chriſtianis evidenter diſcerni poſſint: quorum ut evitetur nimia converſatio, in aliquibus civitatum & oppidorum locis a Chriſtianorum cohabitatione ſeparatis habitare compellantur; & ab eccleſiis longius quantum fieri poteſt: nec diebus dominicis & aliis ſolemnibus feſtivitatibus apothecas apertas tenere, vel in publico laborare præſumant.*

*Canon LI.* Vulgatus.

*De hæreticis, ut ad clerum non promoveantur*

Ex omni hæreſi qui ad nos fidelis venerit, minime eſt ad clerum promovendus. vel ſi qui ſunt in præteritum ordinati, ſine dubio deponentur.

Canon LI. *Emendatus.*

*De hæreticis, ut ad clerum non promoveantur*

Ex omni hæreſi qui ad nos fidelis venerit, minime ad clerum promovendus: vel ſi qui ſunt in præteritum ordinati, ſine dubio deponantur.

*Hæreticos non eſſe ordinandos, & ordinatos deponendos.*

C A P U T XXVIII.

PRÆCIPUA fuit ſemper Hiſpanorum epiſcoporum cura, ut de his qui clero eſſent adſcribendi, nulla, vel hæreſeos, vel turpitudinis infamia aut ſuſpicio haberi poſſet, & merito. cum ſacra clericatus dignitas ſanctos & beatos expoſcat mores, non vitam fidei aut religioni ſuſpectam. Idcirco decreverunt, ut ex hæreticorum provinciis adventantes (non erant igitur tunc in Hiſpania hæretici) ad clerum minime promoverentur. *Quod ſi cum grandi*, ait Leo PP. *examinatione promotio conceditur inculpatis, multo magis non debet licere ſuſpectis: non enim levem apud Deum noxam incurrit, qui de talibus, ad ſacros promovendos ordines judicaverit.*

D. Leo PP. in epiſt. 3. ad epiſc. Aquileienſem.

Forſan alius, ex hæreſi venientes, lapſos reſipiſcentes interpretabitur, quos ad ſacros ordines promoveri vetus eccleſiæ lex impediebat. Nec promoveri ſolum, ſed ſuſceptis jam gradibus fungi. Quod olim a Cornelio PP. toto orbe Chriſtiano conſentiente, decretum fuiſſe refert D. Cyprianus, dum reſpondit, Martialem & Baſilidem Hiſpaniæ epiſcopos in perſecutione lapſos, ad priſtinum honorem admittendos non eſ-

D. Cyprian. epiſt. 68.

A ſe, quemadmodum & antea idem Cornelius PP. epiſcopum Novatianum a ſchiſmate revertentem, ut laicum in eccleſia receperat: ut ex ejus ad Fabianum Antiochenum epiſtola Euſebius tradit. Cujus tamen decreti non fuit auctor Cornelius, ſed quod primum eccleſiæ ſpecialiter obſervabant, generali conſtitutione renovavit. Nam Tertullianus refert, Marcionem nec ad eccleſiæ pacem admiſſum, ni prius quos ſuo errore deceperat, & ab eccleſiæ unitate alienaverat, reduxiſſet: quod Innocentius PP. ut veteri jure receptum docet. *Noſtra vero lex eſt*, ait, *eccleſiæ, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati ſunt, laicam tantum tribuere communionem; nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum ſubrogare.* Eamdem eccleſiæ conſuetudinem refert D. Auguſtinus. Quod cum non obſervaſſet aliquando Acatius Conſtantinopolitanus epiſcopus, gravibus verbis notatus reprehenſuſque eſt a Felice PP. III. Quod ſi aliquando hujus diſciplinæ ſeveritas minus eſſet percommoda, nonnihil detrahebant de illa veteres epiſcopi,

Euſeb. l. 6. hiſt. eccleſ. cap. 35.

Tertul. lib. de præſcrip. hæret.

Innocent. PP. I. in epiſt. 22. ad epiſc. Maced. c. 4.

D. Aug. epiſt. 50. ad Bonif. & lib. de unico bapt. c. 12.

Felix PP. III. in epiſt. ad Acatium epiſc. Conſtant.

B indulgentiam quamdam tempori deſervientem impertientes: ut idem Auguſtinus ſcribit: idque obſervarunt olim cum Novatianis Nicæni patres. *Si qui voluerint*, ajunt, *venire ad eccleſiam catholicam ex Novatianis, placuit ſancto concilio, ut ordinentur, & ſic maneant in clero.* Eodem exemplo Macedoniani quidam reſipiſcentes, a Liberio pontifice, & ex ejus ſententia a catholicis in oriente in ſynodo Tyanenſi, eccleſiæ reconciliati, & in cathedras ſuas reſtituti ſunt, auctoribus Baſilio, Socrate, & Sozomeno. Quare cum idolis & fraudibus Arianorum ingens epiſcoporum numerus Ariminenſi concilio, vel conciliabulo ſubſcripſiſſet: mortuo Conſtantio imperatore, & revocatis ab exilio Athanaſio, Hilario, Euſebio Vercellenſi, ceteriſque confeſſoribus, viſum eſt eccleſiæ ad ſarciendam concordiam & pacem catholicæ fidei, ut epiſcopi reſipiſcentes ex Arianis ſervato epiſcopi gradu, ad priſtinos honores & dignitatem reſtituerentur: quod conſenſu Romani pontificis in Alexandrina ſynodo conſtitutum fuit. Cui gratiæ & ordinationi, cum Lucifer Caralitanus in Sardinia epiſcopus, vel ſtulta,

D. Aug. dicta epiſt. 50. ad Bon. & epiſt. 162.

Conc. Nicæn. can. 8.

D. Baſ. epiſt. 74. ad occid. & ad Teren. comitem quæ citatur act. 1. ſeptimæ ſynodi.

Socra. lib. 4. c. 12. Sozom. lib. 6. c. 10. 11. & 12.

Ruſin. lib. 10. c. 28. 29. & 30.

C vel inſana ſuperbia aſſentiri recuſaſſet, & factum eccleſiæ pertinaciter damnare auderet, ipſe ut ſchiſmaticus damnari meruit, teſte Ruſino, & Athanaſio, & ex Liberio, Hieronymo, & Auguſtino. Maſſalianorum etiam ſeu Euchitarum hæreſis pernicioſa cum per orientis partes deſæviret, clericos tamen ab illis redeuntes incolumi gradu recipiendos juſſit ſynodus III. Epheſina. Coacta ea etat adverſus Neſtorianos, quos in errore pertinaces gravi anathemate affecerat, & ſacerdotii dignitate privaverat: illos tamen, ſi reſipuiſſent, in honoribus ſuis recepit Cyrillus Alexandrinus, ut fatetur ipſe. Idem feciſſe affirmat Proclum Conſtantinopolitanum. Eadem indulgentia recepit quoſdam Iconomachos eadem ſeptima ſynodus, quod inibi, & multis doctorum teſtimoniis, & eccleſiaſticis exemplis defenditur. Cum Theodoretus in concilio Chalcedonenſi, Neſtorii, quem prius defenderat, errorem abjuraret, omnes epiſcopi clamaverunt: Theodoretus dignus eſt ſede eccleſiæ, Theodoreto catholico doctori reddatur eccleſia. Ante hos omnes Miltiades papa in concilio Romano, quod ad cauſam Cæciliani & Donati, ante

D. Athan. in epiſt. ad Ruſ. relata in 7. ſynod. act. 1. Liber. epiſt. ad orientales, relata a Soz. lib. 5. c. 11. Hieron. contra Luciferianos. D. Aug. de agone Chriſtiano in fine. Idem epiſt. 50. ad Boniface. Cyril. Alexan. in epiſt. ad Max. relata act. 1. ſyn. VII. In eadem epiſt. Conc. Chalcedon. actione 8.

D Nicænum & Arelatenſe convocatum eſt, Donatiſtas falſo epiſcopatus honore in gratiam ſe recepturum pollicitus eſt, ſi depoſito ſchiſmate ad eccleſiæ unitatem redire vellent: ut Auguſtinus teſtatur. Quod exemplum Africani poſtea patres ſequuti ſemper ſunt, in concilio præſertim Carthaginenſi, in quo legatio decernitur ad papam Anaſtaſium, ut id ratum habere vellet, non obſtante tranſmarino decreto, quo de gradu ſuo rejici præceptum eſt. Hanc gratiam hæreſiarchis non ſolet eccleſia concedere quos ut tanti mali auctores majori affici pœna conſentaneum cenſet. Tertullianus (ut antea dixi) refert Marcionem, ne ad eccleſiæ quidem pacem admiſſum, niſi reductis his quos deceptos ab ea ſegregaſſet. Sed illud eſt præſertim obſervandum, quod & ſi manſuetudinis & pietatis eccleſiaſticæ ratione hæretici vel ſchiſmatici reſipiſcentes, ad priſtinos honoris gradus ſoleant reſtitui; ad majores tamen admittendos promovendoſque non eſſe, epiſtola D. Leonis papæ edocti ſumus.

D. Aug. epiſt. 50. & 162. Conc. Carthag. extat. 19. eo quod vulgo vocant Africanum.

Tertul. de præſcriptionibus hæreticorum.

D. Leo papa epiſt. 3. ad epiſcopum Aquileienſem.

E Vel ſi qui ſunt in præteritum ordinati, ſine dubio deponentur

*Hæreticos notatos deponendos.*

C A P U T XXIX.

CRIMEN hæreſeos, ut omnium graviſſimum Hiſpani patres merito ſemper judicarunt: eaque de cauſa eos ante ordinationem contaminatos, vel vehementer ſuſpectos, a ſacerdotum conventu removerunt. Præclara enim D. Bernardi ſententia eſt: *auferatur malus, ne malos generet. Melius eſt ut pereat unus, quam unitas.* Concilium Nicænum. *Quique ex lapſis per ignorantiam ſunt ordinati, vel contemptum eorum qui eos ordinaverunt, hoc non præjudicat regulæ eccleſiaſticæ, cum enim*

D. Bernard. in ep. 110.

Conc. Nicænum can. 10.

Canon 10 hujus concilii.

*comportum fuerit, deponantur.* Idem in mœchis Hiſpani patres ſuperius edixerunt. *Subdiaconum*, aiunt, *eum ordinari non debere, qui in adoleſcentia ſua fuerit mœchatus, eo quod poſtmodum per ſubreptionem ad altiorem gradum non ſit promovendus: ſi autem aliqui ſunt in præteritum ordinati, amoveantur.* De Arianis converſis eamdem promulgavit ſententiam Innocentius papa I. Alia etiam hujus decreti ratio fuit, quia ex hæreſi revertentes pœnitentiam publicam agere debebant; qui autem ſemel fuerant in ea pœnitentia, a clero removebantur. Utrumque Innocentius I. docet reſcribens ad epiſcopos Macedoniæ.

Innoc. papa I in epiſt. 18 ad Alex. epiſt. cap. 3

Idem Innoc. in epiſt. 22. ad epiſc. Macedoniæ.

*Canon LII.* Vulgatus.

*De his qui in eccleſia libellos famoſos ponunt.*

Si qui inventi fuerint libellos famoſos in eccleſia ponere, anathematizentur.

Canon LII. *Emendatus.*

*De his, qui in eccleſia libellos famoſos ponunt.*

Si qui inventi fuerint libellos famoſos in eccleſia ponere, anathematizentur.

ADRIANUS papa I. in collectione decretorum, quam ex diverſis conciliis Græcis & Latinis compilavit, ad judicium litis, quam ei Taraſius archiepiſcopus Conſtantinopolitanus intenderat, hunc canonem retulit. Sed diverſis paulo verbis & ſententia conceptum, ſic enim ait *Si qui inventi fuerint libros famoſos legere vel cantare, excommunicentur.* In hoc concilio qui poſuerunt, ab Adriano qui cantarunt, aut legerunt, communione privantur. Burchardus lib 3. decret. cap. 109. & Ivo par. 3. cap. 125. aliter. *Si qui*, ajunt, *inventi fuerint libros famoſos, & ignotos in eccleſia lege e vel cantare, excommunicentur.* Gratianus in cap. ſi qui 3. quæſtione 1. communem hujus concilii lectionem retinet & cod. noſter MS. conciliorum, quam probo. *Si qui inventi fuerint libellos famoſos in eccleſia ponere, anathematizentur.*

*Qua pœna libelli famoſi auctores coercendi.*

C A P U T XXX.

QUI ingenio & virtute carent, cum illatam injuriam propulſare non poſſunt, putant, ſed falſo, quod ingenii vel virium imbecillitate perdiderunt, ſparſa libellorum infamia poſſe reſarcire: quod leviſſimi & puſilli animi indicium eſt, gravique pœna dignum: ſi enim injuria voce privatim illata (convitium vocamus) quod honori detrahat, pœna vindicanda eſt; tametſi vocis facile obliviſcamur, quanto magis quæ literis publicis & ſcriptura conſulto facta, quæ cum per plurimorum manus longe lateque vagetur, tam diu ſubſiſtit dedecus & infamia, quamdiu illius memoria infixa hominum animis duraverit. Ideoque in omni bene inſtituta republica acerbius & atrocius hanc, quam verborum injuriam prudentes vindicarunt, Græcos, & a Græcis Romanos mutuantes, etſi lenes & molles potius, atque indulgentes in coercendis aliis injuriis & delictis fuerint, acerbos, vehementes & acres in puniendis famoſorum libellorum auctoribus fuiſſe, lex ipſa duodecim tabularum indicat; cujus hæc verba ſunt. *SI QUIS ACTITAVERIT, SIVE CARMEN CONDIDERIT, QUOD INFAMIAM FLAGITIUMVE ALTERI PRECATOR, CAPITE LUNITOR.* Legis teſtes ſunt Cicero, Arnobius, Auguſtinus & alii. Ejus ſeveritatem placuiſſe Auguſto Cæſari, inde conjectari licet, quod judicium de libellis famoſis, non minus vehemens, quam majeſtatis eſſe voluerit: ſic enim ſcribit Tacitus, *eum legem majeſtatis reduxiſſe, ut non ſolum facta arguerentur, ſed & dicta: primumque cognitionem de famoſis libellis ſpecie legis ejus tractaſſe: commotum Caſſii Severi libidine, qua viros feminasque illuſtres procacibus ſcriptis diffamaverat.* Inteſtabilem factum, ſive lege, ſive ſenatuſconſulto, refert Ulpianus. *Si quis*, inquit, *librum ad infamiam alicujus pertinentem ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret, etiam ſi alterius nomine ediderit, vel ſine nomine, uti ea de re agere liceat: & ſi condemnatus ſit, qui id fecit, inteſtabilis ex lege eſſe jubetur.* Idem etiam Ulpianus. *Si quis*, inquit, *ob carmen famoſum damnetur, ſenatuſconſulto expreſſum eſt, ut inteſtabilis ſit.* Quid autem eſſet inteſtabilis, Caius docuit. *Cum lege quis*, ait, *inteſtabilis jubetur eſſe, eo pertinet, ut neque ejus teſtimonium recipiatur, & eo amplius, ut putant quidam, neque ipſi dicatur teſtimonium.* Ergo, nec teſtis eſſe poterat, nec teſtamentum facere, nec quidquam capere ex aliorum teſtamentis. Sicque intelligendus eſt Arcadius impera-

Tullius lib. 4. ... Auguſt. ... D. Auguſt. lib. 2. de civit. Dei c. 9

Tacit. lib. 10. Annalium.

Ulpian. in l. 5. §. ult. de jur.

Idem Ulpian. in l. 15. § ſi quis de injur.

Caius in l. cum legem de injur.

Arcad. imper. in l. ob carmen. c. de teſt.b.

A tor: dum ob carmen famoſum damnatum, inteſtabilem fieri reſpondit. Digniſſimus certe eſt, qui aliorum famam lædere curat, ut tanta infamia ipſe afficiatur, ut nec ei teſtimonium vel dicere, vel dici liceat. Quod moribus recipi oporteret: ne (qua ſolet) ſceleris impunitate repetendi criminis creſcat audacia: impunitatem intelligo leviorem coertionem. At Ulpianus eadem pœna ex ſenatuſconſulto teneri etiam eum docet, qui ἐπίγραμμα, aliudve quid ſine ſcriptura in notam aliquorum produxerit. Quo autem tempore, aut quo auctore factum ſit illud ſenatuſconſultum, non conſtat, & ambigunt recentiores, an Auguſto, anve Tiberio tribui debeat: ſed ego Auguſto, magis, quam Tiberio tribui poſſe, ex Svetonio elicio. *Sed adverſus convitia*, ait, *maloſque rumores, & famoſa de ſe ac ſuis carmina firmus ac patiens ſubinde jactabat, in civitate libera, linguam mentesque liberas eſſe debere. Et quondam ſenatu cognitionem de ejuſmodi criminibus ac reis flagitante: non tantum*, inquit, *otii habemus, ut implicare nos pluribur negotiis debeamus. Si hanc feneſtram aperueritis, nihil*
B *aliud agi ſinetis: omnium inimicitiæ hoc prætextu ad vos deferentur. Extat & ſermo ejus in ſenatu percivilis: Si quidem loquutus aliter fuerit, dabo operam, ut rationem factorum meorum, dictorumque reddam: ſi perſeveraverit, invicem eum odero.* Cujus ſententiam Theodoſius, Arcadius & Honorius probarunt in edicto ad Rufinum P. P. probe intelligentes non omnia ad eam ſeveritatis normam ſemper eſſe revocanda, quinimo oportere nonnunquam regum prudentiam, quod in ſubditis ex levitate proceſſit, contemnere: quod ex inſania, miſereri: quod ab injuria, remittere: ut dignum imperio, quod ſuſceperunt, probitatis exemplum, modeſtiæ & patientiæ reliquis imitandum proponant. Quod ſi temporum, locorum & rerum ſtatus naturaque vel coertionem leviorem, vel impunitatem & indulgentiam non permiſerint, cum vindicandum fuerit, ſevere vindicandum: ut decemvirorum olim ſanxit prudentia. Nec olim ſolum libellis famoſis, vel quacumque alia publica injuria, turpitudinis notam principibus inurere impune licebat, ſed nec illorum ſæculum quoquomodo cri-
C minari. Putabant enim principes, nec immerito, ad maximas ipſorum pertinere laudes, ſæculi juſtitiam, morum probitatem, legum vim, auctoritatem judiciorum, integritatem magiſtratuum, & omnis tandem & publicæ & privatæ felicitatis prædicationem, ut teſtes ſunt Juſtinianus & Theodoricus, de his crebro in ſuis conſtitutionibus gloriantes. Qua ratione Græcus ſcholiaſtes Baſilicon, eum qui principis ſæculum criminatur, principi ipſi docet videri maledicere.

Antiquam autem hujus criminis pœnæ ſeveritatem, non modo renovarunt, ſed auxerunt Valentinianus & Valens impp. edicto generali propoſito decernentes, ut ſi quis famoſum libellum, non ſolum dictaverit, ſed ignarus ejus, ſive domi, ſive in publico, vel alio quocumque loco repererit, nec corruperit prius, quam alter inveniat, ſed vim illius manifeſtaverit, quaſi auctorem delicti capitali pœna puniendum. Illud præterea prudenter adjicientes, ne qui libello famoſo fuiſſent notati, aliquod aut famæ, aut vitæ periculum paterentur. Quod pluribus conſtitutionibus comprobavit antea Conſtantinus imperator. Innocens enim re-
D cte creditur, cui cum defuerit accuſator, non defuerit inimicus, ut a Conſtantino imperatore ad populum reſcriptum eſt. Ex quibus illud obſervari licebit, famoſum libellum (niſi ſpatiatim id cautum & expreſſum ſit) impedimento non eſſe futurum, his qui ad eccleſiaſticarum dignitatum vel ordinum militarium, aut regularium honorem aſpirant: a quibus recipiendis infames, aut aliqua nota turpi aſperſi repelluntur. *Quod enim*, ut Ciceronis verbis utar, *crimen eſſe poteſt ſine accuſatore? Quæ ſententia ſine conſilio? Quæ damnatio ſine aſſenſione? niſi immanis quædam barbaries.*

Quod ſi eorum audacia acri pœnitentia reprimenda eſt qui libellos probroſis verbis & ſententiis conceptos, ad illorum infamiam ediderint, & publicaverint; multo ſane magis eorum nefaria temeritas refrænanda, accuſanda, & punienda, qui ſacræ ſcripturæ verbis, vel ſententiis ad eamdem contumeliam & infamiam abutuntur, ut Tridentini concilii decreto cautum eſt.

Ulpian. in l. 5. §. ult. de injur.

Svetonius in vita Tiberii.

Theod. Arcad. & Honorius in l. unica c. ſi quis imper. maled.

Juſtinia. l. fin. de pactis (rectâ noſtrorum temporum non patitur.) Et in l. unica ſi quis imperatori maledixerit, (obtrectatori noſtrorum temporum) Theodoricus rex, apud Caſſiodorum. lib. 2. epiſt. 23. noſtri temporis juſtitia: & alibi ſæpe: Græcus ſcholiaſtes Baſilicon lib. 60.

Valentinianus, & Valens in l. unica c. de famoſis. libell.

Conſtantinus imp. in l. 1. 2. 3. 4. 5. cod. Theodoſ. de famoſ. libell.

Idem Conſtantinus imp in l. 6. cod. Theodoſ. de famoſ. libell.

Concilium Triden. ſeſſione 5.

E

*Canon LIII.* Vulgatus.

*De epiſcopis, qui excommunicato alieno communicant.*

Placuit cunctis, ut ab eo epiſcopo quis recipiat communionem, a quo abſtentus in crimine aliquo fuerit. Quod ſi aliquis epiſcopus præſumpſerit eum admittere, illo adhuc minime ſciente, vel conſentiente, a quo fuerat communione privatus, ſciat ſe hujuſmodi cauſas inter fratres cum ſtatus ſui periculo præſtaturum.

**Canon LIII.** *Emendatus.*

*De epiſcopis, qui excommunicato alieno communicant.*

Placuit cunctis, ut ab eo epiſcopo quis recipiat communionem, a quo abſtentus in crimine aliquo fuerit. Quod ſi alius epiſcopus præſumpſerit eum admittere, illo adhuc minime ſciente, vel conſentiente, a quo fuerat communione privatus, ſciat ſe hujuſmodi cauſas inter fratres cum ſtatus ſui periculo præſtiturum.

*Ab uno epiſcopo excommunicatos, ab aliis non eſſe reconciliandos.*

## CAPUT XXXII.

Ariſtotel. lib. 1 œconomicorum.
Concil. Sardicen. can. 16.
Conc. Nicen. can 5.

CUm in canonum præcedentium & ſubſequentium decretis edendis, verbo ſolo PLACET, epiſcopos uſos legimus: in hoc autem nomen, *cunctis*, adjeciſſe, indicium ſane eſt communis omnium patrum conſenſus, nec in eo condendo diſcordes animos habuiſſe, quos longa debuiſſet placare diſputatio. Recte enim docuit Ariſtoteles, ægre ferre quemquam ſuo honore privari. Idcirco patres hujus concilii communi conſenſu decernunt, ad conſervandam ſingulorum & omnium auctoritatem, ut ab eo percipiat is communionem, a quo antea abſtentus fuerat. Tranſtulit hunc canonem Oſius Sardicenſis concilii præſes, in illud, ubi ſic præfatur. *Oſius epiſcopus dixit: hoc quoque omnibus placet, ut ſive diaconus, ſive presbyter, ſive quis clericorum ab epiſcopo ſuo communione fuerit privatus, & ad alienum perrexerit epiſcopum: & ſciverit ille ad quem confugit, eum ab epiſcopo ſuo fuiſſe abjectum, non oportere ut ei communionem indulgeat: quod ſi fecerit, ſciat ſe convocatis epiſcopis cauſas eſſe dicturum. Univerſi dixerunt: hoc ſtatutum & pacem ſervabit, & concordiam cuſtodiet.* Nec in Sardicenſe tantum tranſtulit Oſius, ſed paulo antea tranſtulerat in Nicænum. *Servetur & iſta ſententia*, ait, *ut hi qui ab aliis excommunicantur, ad communionem non recipiantur. Requiratur ſane, ne forte aliqua indignatione, aut contentione, aut qualibet commotione epiſcopi ſui excommunicati ſunt. Ut ergo digna hæc poſſint examinatione perquiri, recte viſum eſt, & per ſingulos annos in ſingulis quibuſque provinciis, bis in anno epiſcoporum concilium fieri, ut ſimul in unum convenientes ex communi provincia hujuſmodi examinent quæſtiones; ut ita demum, hi qui ob culpas ſuas epiſcoporum ſuorum offenſas merito contraxerunt, digni etiam a cæteris, excommunicati ſimiliter habeantur: quouſque in communi, vel ipſo epiſcopo ſuo viſum fuerit, humaniorem circa eos ferre ſententiam.* Placuit mire hoc ipſum decretum concilii Antiocheni patribus, Carthaginenſis, Taurinatenſis, Cæſarauguſtani, Epaunenſis: Siricio etiam papæ, & Innocentio. Omnes autem mutuo recepiſſe potuerunt a canone apoſtolorum. *Si quis presbyter*, ait, *aut diaconus ab epiſcopo ſuo ſegregetur, hunc non licere ab alio recipi, ſed ab ipſo qui eum ſequeſtraverat: niſi forſitan obierit epiſcopus ipſe, qui eum ſegregare cognoſcitur.* Quos omnes canones in viridi hodie eſſe obſervantia, ignorat nemo.

Concil. Carthag. 2 can. 6.
Conc. Taurin. can. 7.
Cæſarauguſtani can. 5.
Epaunenſis can. 28.
Siricius papa in epiſt. ad epiſcopos per Africam conſtitutos c. 7.
Innocent. in epiſt. 2. c. 7.
Canon apoſtolorum 13.
D. Auguſt. lib. 3 contra literas Petiliani c. 38.

Ideo autem concilium dicit, non eſſe admittendum ad communionem ab alio epiſcopo excommunicatum, & admittenti gravem ſeveritatis ſententiam comminatur, nullo diſcrimine conſtituto, an ſcienter, an ignoranter ille admiſſus ſit: quia olim excommunicatorum nomina, non ad presbyteros ſolum ejuſdem diœceſis, ſed ad epiſcopos aliarum provinciarum remitti ſolebant, ut notum eſſet omnibus qui ad eccleſiæ communionem eſſent admittendi. Divus Auguſtinus. *De Splendonio vero*, inquit, *quem diaconum in catholica damnatum, & a ſe rebaptizatum presbyterum fecit, cujus in Gallia damnationem a fratribus miſſam, collega noſter Fortunatus ibidem, apud Conſtantinam publice legendam propoſuit.* Si ex Gallia ad Africam, nec Africam ſolum, ſed Africæ interiora excommunicatorum nomina remittebant olim epiſcopi, ne peccato excommunicatorum quoquo modo perverti, aut contaminari poſſent fideles, maximam fuiſſe apparet & caritatis & Chriſtianæ religionis in antiquis epiſcopis curam.

*Canon LIV.* Vulgatus

*De parentibus, qui fidem ſponſaliorum frangunt.*

Si qui parentes fidem fregerint ſponſaliorum, triennii tempore abſtineant ſe a communione: ſi tamen iidem ſponſus vel ſponſa in illo gravi crimine fuerint deprehenſi, excuſati erunt parentes. Si vero in eodem fuerint vitio & polluerint ſe conſentiendo, ſuperior ſententia ſervatur.

**Canon. LIV.** *Emendatus.*

*De parentibus, qui fidem ſponſaliorum fregerint.*

Si qui parentes fidem fregerint ſponſaliorum, triennii tempore abſtineant ſe a communione: ſi tamen iidem ſponſus vel ſponſa in illo gravi crimine fuerint deprehenſi, excuſati erunt parentes. Si vero in eodem fuerint vitio & polluerint ſe conſentiendo, ſuperior ſententia ſervatur.

IVo p. 8. c. 46. *Si qui parentes fidem fregerint ſponſaliorum, triennii tempore a communione ſe abſtineant: ſi tamen idem ſponſus vel ſponſa in gravi crimine fuerint deprehenſi, excuſati erunt parentes.* Gratianus autem in cap. is qui 31. q. 3. negationem adjicit non recte & quædam alia. *Si qui parentes*, ait, *fidem fregerint ſponſaliorum, triennii tempore abſtineant ſe a communione: ſi tamen iidem ſponſus vel ſponſa, in illo gravi crimine non fuerint deprehenſi, excuſati erunt parentes: ſi vero in eodem fuerint vitio, & polluerint ſe conſentiendo, ſuperior ſententia ſervetur.*

*Voluntate parentum contrahi olim & diſſolvi ſponſalia.*

## CAPUT XXXII.

Florentinus in l. 1. de ſponſalib.
Ulpianus in l. 2. de ſponſalib.
Idem Florent. in l. 3. de ſponſalib.
Servius Sulpitius in lib. de dotibus, teſte Aulo Gellio lib. 4. noct. Atticarum c. 4. Varro l. 5. de lingua Latina.
D. Auguſt. lib. 8 confeſſionum c. 8.

SPonſalia ab ſpondendo dici, Florentinus ſcripſit; nam more inſtitutoque majorum receptum fuit, ſtipulari ſibi ſpondereque uxores futuras, Ulpiano auctore & inde ſponſi & ſponſæ inditum nomen, natamque appellationem, prodit idem Florentinus. Sic Servius Sulpitius. *Qui uxorem*, inquit, *ducturus erat in Latio, ſtipulabatur eam in matrimonium ductum iri. qui ducturus erat, idem ſpondebat. Is contractus ſtipulationum ſponſionumque dicebatur ſponſalia. tunc quæ promiſſa erat, ſponſa appellabatur, qui ſpoponderat ducturum, ſponſus.* Formulam ſtipulationis ſive ſponſionis Varro refert. *Spondes ne tuam natam uxorem dari? Spondeo.* De futuro ergo matrimonio contrahendo facta promiſſio, vel ſponſio, ſponſalia vocantur: hæc enim præcedebant matrimonium. *Ne*, ut Auguſtinus docet, *viles habeant ſtatim uxores mariti datas, quas ſponſi ſuſpirabunt dilatas*, mirum enim auget caritatis & amoris deſiderium, ejus rei quam amas dilatio, idque receptum eſt etiam apud nos, ut interim ante nuptias proponi poſſit in eccleſia a parochis matrimonium futurum, cum interpoſita temporis intercapedine, ut quod ſit impedimentum, vel conſanguinitatis, vel affinitatis, aut alia his ſimilia, opponantur interim, & probentur ad impediendum futurum matrimonium. Hæc autem ſponſalia olim ſine parentum conſenſu non celebrabantur, ut Paulus docet. *In ſponſalibus*, ait, *etiam conſenſus eorum exigendus eſt, quorum in nuptiis deſideratur.* At in nuptiis parentum conſenſum deſiderari, idem Paulus affirmat. *Nuptiæ*, ait, *conſiſtere non poſſunt, niſi conſentiant omnes qui coeunt, quorumque in poteſtate ſunt.* Neque ejus ſolum qui in poteſtate habet, ſed eorum etiam in quorum ſunt poſtea recaſuri, conſenſus requiritur, ut nepos qui in poteſtate avi eſt, etiam de patris voluntate uxorem debet ducere, quamvis non ſit in ejus poteſtate: ſat enim eſt, quod ſpes ſit, fore illum aliquando cum omnibus ſuis liberis: quod ea ratione eſt conſtitutum, quia maxime noſtra intereſt ex qua uxore nobis generentur, qui nominis noſtri, ſanguinis & familiæ hæredes futuri ſunt & ſucceſſores. Quare Paulus. *Nepoti uxorem ducenti, & filius conſentire debet; neptis vero ſi nubat, voluntas & auctoritas avi ſufficit.* Quod Accurſius & reliqui ſui ſectatores omnis Romanæ antiquitatis periti ideo inſtitutum putant, quia oportet mulierum accelerari nuptias, ne quid interim turpitudinis admittant. Quæ ratio non ſatis idonea eſt: congruentior multo, quæ ex antiquis Romanorum moribus erui poteſt: liberi enim qui ex nepote deſcendunt, non avi tantum, ſed & patris nomen, familiam & agnationem, & ſequi & conſervare debebant: quod latius diximus ad canonem XLI. præcedentem. Non ergo immerito & avi & patris conſenſum, auctoritatemque leges deſiderarunt: quod maxime utriuſque intereſſet, qui eorum familiæ inſeri debuiſſent. At filii deſcendenteſque ex nepte, non patris aut avi nomen retinebant, ſed in mariti nomen, familiam & gentilitatem abibant. Prænomen enim virgini non imponebatur, antequam nuberet: nubens vero quod mariti erat induebat. Quare patris materni nihil intererat, ad agnationis & familiæ auctoritatem,

Paulus lib. 35. ad edictum in l. 7. de ſponſal.
Idem Paul. eodem lib. ad edictum l. de rit. nupt.
Paul. in l. oratione de rit. nupt.

rem, ex quo patres filia liberos eſſet ſuſceptura ad conſervandam autem patriam poteſtatem ſat erat, ſi avi conſilio, conſenſuve maritum elegiſſet. Quod ſi abſque parentum voluntate filius filiave matrimonium iniret (de filiis in poteſtate intelligo: nam emancipati tanquam extranei hac lege ſolvebantur) irritum erat & nullum, natique ex illo liberi prorſus illegitimi habebantur. Apuleius *Impares*, inquit, *nuptiæ, & præterea in villa, & patre non conſentiente factæ, legitimæ non poſſunt videri, ac per hoc ſpurius iſte naſcetur*. Paulus etiam. *Eum*, inquit, *qui vivente patre, & ignorante de conjunctione filiæ conceptus eſt, licet poſt mortem avi natus ſit, juſtum filium ejus ex quo conceptus eſt, non videri. Illis enim nuptiis non conſenſit pater*. Quod ſi contractum matrimonium tacite ſaltem ratum habuiſſet, naſceretur iſte patri ſuo legitimus, ut Alexander imperator reſcripſit ad Maximam. *Si ut proponis, pater quondam mariti tui, in cujus fuit poteſtate, cognitis nuptiis veſtris non contradixit, vereri non debes, ne nepotem ſuum non agnoſcat*. Sed quia dubium videri poſſet: cur cum matrimonium ab initio nullum, defuncto jam avo, legibus confirmetur; filius ex eo ſuſceptus illegitimus habeatur: ea ratio eſt, quia matrimonii confirmatio id ſolum tempus reſpicit, quo & avus defunctus eſt, & jam filius conceptus: at filium injuſte conceptum pro juſto haberi, æquum Romanis non fuit, quod tamen in filiis concubinæ a Juſtiniano emendatum eſt: decrevit enim, filios injuſte ſuſceptos matrimonio ſequenti reddi legitimos, & hæreditatis rerumque omnium, cum his qui in ipſo matrimonio naſcuntur, fore participes. *Cum gratias agere*, ait, *fratribus ſuis poſteriores debeant, quorum beneficio ipſi ſunt juſti filii, & nomen & ordinem ſubſecuti*. Amor enim ſuſceptorum antea filiorum jungendi poſtea matrimonii deſiderium voluntatemque videtur conciliaſſe. Sed cur non idem decretum fuerit in eo quod Paulus reſpondit, in promptu ratio eſt: nam ſi filii ex eo matrimonio ſuſcepti, quod ſine patris conſenſu celebratum eſt, ejus morte confirmato matrimonio efficerentur legitimi, nullus eſſet, qui ſpreto patris conſenſu uxorem ducere & filios procreare non mallet; quod certam haberet ſpem, defuncto patre, juſtum matrimonium futurum, liberoſque antea injuſte conceptos, juſtos habendos & legitimos. Quod ut patriæ poteſtatis & pudicitiæ etiam legibus contrarium repudiavit Romanorum prudentia: at hoc in filiis concubinæ, contrariam habuit æquitatis rationem, ut videlicet quam turpi concubitu quiſque tenebat, eam ut juſtam & legitimam uxorem ſibi vellet poſtea ſociare. Sine parentum ergo conſenſu filius filiave, neque nuptias, neque ſponſalia contrahere poterant. Sed an contracta jam diſſolvere poſſent, audiamus Ulpianum. *In poteſtate*, inquit, *manente filia, pater ſponſo nuntium remittere poteſt, & ſponſalia diſſolvere*. Id tamen jure veteri Latinorum nec patres, nec ſponſi facere poterant ſine cauſa. quod ſi facerent, ex ſponſu actio dabatur. Quod poſtea lege civili Romanorum ſublatum eſt, ut major eſſet matrimoniorum libertas. Quod A. Gellius retulit ex Sulpitio & Neratio, *Sponſalia*, inquit, *in ea parte Italiæ quæ Latium appellatur, hoc more atque jure ſolita fieri ſcripſit Servius Sulpitius in libro quem ſcripſit de dotibus. Qui uxorem*, inquit, *ducturus erat, ab eo unde ducenda erat, ſtipulabatur eam in matrimonium ductum iri, qui daturus erat, idem ſpondebat. Is contractus ſtipulationum ſponſionumque, dicebatur ſponſalia: tunc quæ promiſſa erat, ſponſa appellabatur; qui ſpoponderat ducturum, ſponſus. Sed ſi poſt eas ſtipulationes, uxor non dabatur, aut non ducebatur; qui ſtipulabatur, ex ſponſu agebat: judices cognoſcebant, quamobrem data acceptave non eſſet uxor, judex quærebat: ſi nihil juſta cauſa videbatur, litem pecunia æſtimabat, quantique interfuerat eam uxorem accipi aut dari, eum qui ſpoponderat, aut qui ſtipulatus erat, condemnabat. Hoc jus ſponſaliorum tui dicit obſervatum fuiſſe uſque ad id tempus, quo civitas univerſa Latio lege Julia data eſt. Hæc eadem Neratius ſcripſit in libro, quem de nuptiis compoſuit*. Hæc Gellius. Eo autem tempore ut major ſponſalia habitura forent momentum, pœnam illi certam ſolebant addere, quam poſtea, quod matrimonii libertatem impediret, irritam declararunt Juriſconſulti, Paulo referente. Honeſtius enim putarunt, cum conjugium non ſit aliud, quam duorum voluntates undequaque conſentientes, illud amore potius, quam pœnæ metu, aut conciliari, aut retineri: eaque de cauſa minus firmum pactum eſſe voluerunt, quod liberam impediret vel divortii licentiam, ut Pomponius ſcripſit. Si autem illud juramento firmaretur relaxatione & indulgentia principis opus fuiſſe indicat Svetonius, dum refert Tiberium equiti cuidam Romano jurisjurandi gratiam feciſſe, ut uxorem in ſtupro generi compertam dimitteret, quam ſe nunquam repudiaturum juraverat.

I Filius emancipatus ne de ſit nuptiis.

Apuleius lib. 6.

Paul. in l. 11. de ſtatu hominum.

Alexan. imper. ad Maximam in l. 5. de nupt.

Juſtin. in l. cum quis c. de natur. lib.

Ulpian. in l. 10 ſocietatem de ſponſalib.

A. Gellius lib. 4. noct. Attic. c. 4.

Paul. in l. Titia 134. de verb. oblig.

Pompon. in l. 19. de verb. oblig.

Sveton. in Tiber. cap. 35.

Cum ergo tempore hujus concilii de ſponſaliorum vi & auctoritate levius judicaretur, adeoque ſimplices haberentur futurarum nuptiarum repromiſſiones, ut libere infringi poſſent & diſſolvi; indignum viſum eſt patribus ætate ſua & religione, fidem ad tantum ſacramentum datam, tanta facilitate violari: cum nihil ſit æquitati naturali magis conſentaneum, quam illam in rebus omnibus, ſed in ſponſalibus præcipue obſervari: adeoque decreverunt, ut ſi patres ad quos pertinebat

A ſponſalia ſui & filiorum nomine contrahere, & contracta diſſolvere, ea irrita facerent, triennii tempore a communione abſtinerent.

Conſtat hinc etiam, antiquum a Romanis jus parentibus ad ſponſalia filiorum delatum, ab eccleſia non improbari; quinimo ſic probatum legimus, ut minus legitimum haberetur matrimonium, quod ſine eorum conſenſu celebraretur. Evariſtus papa hanc non novam inſtitutionem a ſe, ſed antiquam a ſanctis patribus & apoſtolis traditam ſcribit ad epiſcopos Africæ. *Aliter*, inquit, *legitimum, ſicut a patribus accepimus & a ſanctis apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus traditum invenimus, non ſit conjugium, niſi ab his qui ſuper ipſam fœminam dominationem habere videntur, & a quibus cuſtoditur, uxor petatur, & a parentibus & propinquioribus ſponſetur, & legibus dotetur, & ſuo tempore ſacerdotaliter, ut mos eſt, cum precibus & oblationibus a ſacerdote benedicatur. Aliter*, addit poſt alia, *præſumpta non conjugia, ſed adulteria, vel contubernia, vel ſtupra aut fornicationes potius, quam legitima conjugia eſſe non dubitatur: etiamſi voluntas propria ſuffragaverit*.

B Eadem quæ Evariſtus dixerat antea Tertullianus Afer & ipſe, quod ad epiſtolæ auctoritatem contra Magdeburgenſes additum velim. *Unde*, inquit, *ſufficiam ad enarrandam felicitatem ejus matrimonii, quod eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſignatum angeli renunciant, pater rato habet? nam nec in terris filii ſine conſenſu parentum rite & jure nubent*. Sic etiam Evariſti decretum citato proprio Evariſti nomine (ne quis temere illius epiſtolæ elevet auctoritatem) renovandum placuit recentioris concilii Colonienſis patribus. Idem fere Hormiſda PP. ad Euſebium epiſcopum. *Tua ſanctitas*, inquit, *requiſivit a nobis frater venerande, ſi filio adulto quem pater* (in aliis legitur mater, parum recte) *matrimonium contrahere vult, ſi ſine voluntate filii adulti facere poteſt: ad quod dicimus, ſi aliquo modo non conſentit filius, fieri non poſſe; poteſt tamen de filio nunquam adulto voluntas cujus nondum diſcerni poteſt, pater cum cui vult in matrimonium tradere, & poſtquam filius pervenerit ad perfectam ætatem, omnino obſervare & adimplere debet. Hæc omnibus orthodoxæ fidei ſancimus, & vobis tenenda mandamus*.

C In cujus interpretatione, gloſſa verbo; *conſentit*, & verbo, *debet*, antiquum jus, ut ſolet, miſcens cum recentiori, ad debitum illud refert honeſtatis, non autem neceſſitatis: quod poſtrema decreti verba, quæ in originali exſtant, non admittunt. *Hæc*, ait, *omnibus orthodoxæ fidei ſancimus, & vobis tenenda mandamus*, & illa etiam quæ in ipſo contextu ſunt. *Omnino debet hæc adimplere*: quæ neutiquam dicturus eſſet pontifex, ſi conſilium ſolum, non autem præceptum ea conſtitutione vellet contineri. Confirmant hæc, quæ D. Baſilius ſcribit ad Amphilochium Iconii epiſcopum: *Puellæ*, inquit, *quæ præter patris ſententiam fornicatores ſecutæ ſunt, reconciliatis parentibus videtur res remedium accipere, ſed non protinus ad communionem reſtituuntur, ſed triennio puniuntur*. In cujus interpretatione, quia Evariſti decretum confirmant, quæ Theodorus Balſamon docuit, paucis recitavero. *Puellas*, inquit, *hic ſanctus, eas quæ ſunt in poteſtate parentum, appellat. Dicit ergo, quod ſi aliquando puellæ tradent ſeipſas ſuis amatoribus, præter ſuorum parentum ſententiam, & ab illis vitium illis allatum ſit, etiam ſi matrimonio ſibi eſſe conjunctæ videantur, matrimonium ejus quæ eſt in parentis poteſtate, non poſſe conſiſtere ſine paterna voluntate. Sin autem parentes ipſarum eis reconciliati fuerint, & eas cum amatoribus cohabitare voluerint, ea re illa ratione videtur remedium afferri. Quod enim ab initio malefactum eſt, parentum poſtea conſenſus reparare videtur, ut fornicatio in matrimonium deducatur. Sed ea non eſt ſtatim ad communionem recipienda, ſed poſt tres annos. Ne facti autem ſpeciem hoc in loco ſic poſueris, raptam fuiſſe puellam. Ex triceſimo enim canone, & ex aliis didiciſti, quod ſi raptus factus fuerit, ſive cum puellæ voluntate, ſive ea nolente, non conſiſtit matrimonium, etiam ſi qui habent in poteſtate, conſentiant. Sed pone, eam quæ eſt in poteſtate, non raptam, eum qui illi ſtuprum intulit, ſequi; propterea enim ſequens conſenſus facit, ut a culpa remotum ſit conjugium. Hæc autem ut mihi videtur, locum habebant, quando ſolo conſenſu conſiſtebat matrimonium. Hodie autem quoniam ſit cum ſacra benedictione, etiam ſi parentes conſentiant, non fiet matrimonium cum ſacra benedictione niſi tres pœnitentiæ anni expleti fuerint, vel ab epiſcopo pro ſuo arbitratu ad tempus brevius redacti ſint*. Quæ autem Baſilius adjecit poſtea, priorem hanc ſuam ſententiam apertius explicabunt. *Quæ ſine iis*, ait, *qui habent poteſtatem, fiunt matrimonia, ſunt fornicationes. Nec ergo vivente patre, nec domino, ii qui conveniunt, ſunt ab accuſatione liberi, donec conjugio domini annuerint: tunc enim accipit firmitatem conjugium*. Ob parentum igitur poteſtatem & religionem, ob filiorum pudorem & obſervantiam, ob matrimoniorum fidem & honeſtatem, ob communemque bene inſtitutæ reipublicæ rationem, talem conſenſum non ſolum deſideraſſe, ſed exegiſſe primæ eccleſiæ patres non immerito videntur ad tam diuturnam & inſeparabilem vitæ communionem: tametſi ſacris poſterioris eccleſiæ conſtitutionibus cautum ſit,

Evariſt. PP. epiſt. 1. ad epiſc. Afric. *Etiam ſi voluntas propria ſuffragaverit. Legit. ex vetuſto codice Antonius Contius ad marginem. Quæ lectio verior eſt: nam ſi ut in communibus legitur: Niſi voluntas propria: quid opus erat tot verbis exaggeraſſe voluntatem parentum in nuptiis filiorum deſideravi, ſi earum ſola tandem ſufficeret ut refertur a Gratiano.*

Gra. in can. aliter. 36. quæſt. 5. Evariſt. in epiſt. ad epiſc. Africæ. Tertul. lib. 2. ad uxorem cap. 9.

Conc. Colon. par. 7. cap. 43. Hormiſda PP in epiſt. ad Euſeb. epiſc.

Refertur in c. 1. de deſponſ. imp.

D. Baſil. in epiſt. ad Amphilochi. Iconii epiſ. c. 38.

D

Theod. Balſam. in explicatione ejuſdem epiſt. Baſilii.

E

Idem Baſil. c. 42. ejuſdem epiſt.

ob religionem ſacramenti ſolum conjugum ſive jungendorum conſenſum ſufficere, ut Nicolaus PP. ad conſulta Bulgarorum reſpondit. *Sufficiat*, inquit, *ſecundum leges ſolus eorum conſenſus, de quorum conjunctionibus agitur. Qui conſenſus ſi in nuptiis ſolus forte defuerit, cetera omnia etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur.* Sic etiam Innocentius III. matrimonium contrahi per legitimum viri & mulieris conſenſum, Brixienſi epiſcopo reſcripſit.

Nicol PP. ad conſulta Bulgar. c. 3. Grat. in cauſ. ... quæſt. 2. Innoc. III. in ca. tuæ fraternitati de ſponſalib.

Sed quia hæc recentiorum multi ſiniſtre interpretantur, aſſerentes matrimonium etiam jure ipſo canonico, ſine parentum conſenſu contrahi valide non poſſe, teſtimoniis aliis rem ipſam confirmabo. Lucius III. in epiſtola ad Burgenſem epiſcopum matrimonium inter raptorem & raptam, non ſolum non conſentientibus ſed invitis & contradicentibus parentibus, ratum & firmum eſſe ait. *Reſpondemus*, inquit, *quod cum ibi raptus dicatur admitti, ubi nihil ante de nuptiis agitur, iſte raptor dici non debet: cum habuerit mulieris adſenſum, & prius eam deſponſaverit, quam cognoverit: licet parentes reclamaverint, a quibus eam dicitur rapuiſſe.* Clarius multo concilium Tridentinum. *Tametſi*, inquit, *dubitandum non eſt, clandeſtina matrimonia libero contrahentium conſenſu facta, rata & vera eſſe matrimonia, quamdiu eccleſia ea irrita non fecit, & proinde jure damnandi ſint illi, ut eos ſancta ſynodus anathemate damnat, qui ea vera & rata eſſe negant, quique falſo affirmant, matrimonia a filiis familias ſine conſenſu parentum contracta, irrita eſſe, vel irrita facere poſſe, &c.* Et hoc jure utimur, tametſi concedere neceſſe ſit, ad debitam officii & matrimonii honeſtatem, congruentius decentiuſque filios facturos, ſi parentum conſenſum expoſcant, ut illis commode quadret, quo Chriſti ore prolatum Matthæus retulit. *Quos Deus conjunxit.* Aliter enim quomodo conjunxiſſe illos Deum credendum eſt, quos non honeſtas conjugii, non obſequium & reverentia parentum, ſed intemperans libido effrænataque animi cupiditas conciliavit? Hac enim de cauſa D. Ignatius, non cum conſenſu modo parentum, ſed & epiſcopi conſilio & arbitratu ineunda conjugia ad Polycarpum ſcripſit. *Docet*, inquit, *ut & ducentes uxores & nubentes cum epiſcopi arbitrio conjungantur, ut nuptiæ juxta præceptum domini, non autem ob concupiſcentiam coiiſſe videantur.*

Lucius III. in ep. ad Burgen. epiſc. in ca. cum cauſa de raptorib.

Conc. Trid. ſeſ. de reform. matri. can. 1

Matth. c. 19.

D. Ignat. epiſt. ad Polycarpum.

Triennii tempore abſtineant ſe a communione.

*Sponſalia infringentes, mortali culpa obnoxios.*

C A P U T XXXIII.

Conc Melden. ſe can 93.

DOcent præclare concilii Meldenſis patres excommunicationem pro peccato mortali ſolum imponi. Quare fateri neceſſario tenemur, ſponſaliorum fidem frangentes, vel impedientes (cum non ſolum ſimplici excommunicatione, ſed excommunicatione triennii puniantur) crimen admittere capitale hoc enim ſignificaſſe patres, quinimo diſertis verbis docuiſſe videntur; dum ſtatim ſubjungunt, loquentes de ipſis ſponſis. *Si tamen iidem ſponſus vel ſponſa in illo gravi crimine fuerint deprehenſi.* Grave crimen vocant, tanquam capitale, & mortale. alioquin ſi leve eſſet, aut veniale, a gravis quidem nomine omnino abſtinuiſſent. Quod ſi grave eſt illorum parentum crimen, & excommunicationis pœnam meretur, qui fidem filiorum humanam in ſponſalibus datam impediunt; qua pœna illos cenſebis dignos, qui fidem natorum Deo æterno optimo & præpotenti datam, etiamſi non ſolenni, ſed ſimplici voto confirmatam labefactare, aut quoquo modo impedire conantur? Si prius crimen eſt excommunicationis cenſura puniendum, poſterius profecto velut ſacrilegium Chriſtiano viro indigniſſimum, acriori pœna vindicandum.

Nec eccleſiæ minus decreta & juris naturalis divinique rationem offendunt illi, qui ad ſponſalia vel matrimonium contrahendum adigunt invitos, ſponſis enim cum adempta propria contractus libertate duriſſimum ſervitutis jugum imponunt gravioribus ſe æternæ legis vinculis devinciunt. Quod concilii Pariſienſis patres apertius declararunt: dum & illos damnarunt anathemate, qui principis alicujus gratia & favore fulti, ſine propria vel parentum voluntate aliquam duxiſſent in matrimonium, vel rapuiſſent potius uxorem. Quorum judicium ratum habentes ſanctiſſimi Tridentini patres ipſos etiam principes, vel magiſtratus diris devovent, qui terreno (ut ajunt) affectu, & cupiditate obcæcati, vel viros, vel mulieres ſub eorum juriſdictione degentes, maxime divites, vel ſpem magnæ hæreditatis habentes, minis vel pœnis adigant cum iis matrimonium invitos contrahere, quos ipſi principes vel domini temporales, vel magiſtratus præſcripſerint.

Conc. Pariſien. ... can. 6.

Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. de reformatione c. 9.

A

Si tamen iidem ſponſus, vel ſponſa, in illo gravi crimine fuerint deprehenſi.

*Contractum ſponſaliorum ab eccleſia irritandum, ni certa ſolennitate celebretur, conſentaneum videri.*

C A P U T XXXIV.

CUm datam igitur in ſponſaliorum contractu fidem fallere, grave crimen eſſe Hiſpani patres hoc canone admoneant, idque conſentaneum ſit antiquis, & recentioribus ſanctorum patrum inſtitutis: rem ſane feceris B. pater, prudentia & auctoritate tua digniſſimam, ſi ad effugiendam & fugandam turpem illorum impudentiam, qui futuri matrimonii prætextu, puellas incautas in fraudem illiciunt, ſponſalia ſine certa ſolennitate notarii ſaltem, & teſtium, aut alia ſimili forma contracta, irrita fore & nulla decreveris, ut publicæ juſtitiæ auctoritas privatis dolis, & fraudibus aditum intercludat, exemplo ſanctiſſimi illius decreti, quod uberrimo, & eccleſiæ & fidelium fructu, in matrimoniis clandeſtinis concilium Tridentinum conſtituit.

B

Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformatione c. 1

Excuſati erunt parentes.

*Parentes, ſi filiis ſponſalia infringentibus conſentiant, peccare; ſecus ſi non conſentiant.*

C A P U T XXXV.

SI diſſolvendi ſponſalia, filii, non parentes, cauſam præſtiterint (poterant id facere, non emancipati, ſed & filii familias, quos ad nuptias cogendos non eſſe, Terentius Clemens ſcripſit) excuſandos parentes a pœna decernit concilium; illo addito: Quod conſenſum tali diſſidio non præſtiterint. Præſtito enim, ut conſentientes & participes criminis puniendos pœnitentia ſuperiori triennii declarat. Sed mirum eſt de filiorum pœnitentia, epiſcoporum ſilentium: eos tamen eadem pœna puniendos ſenſu magis, quam verbis decreti alius crediderit, quos ideo patres hujus concilii omiſerunt, quod frequentius a parentibus, quam a filiis ſponſalia & contraherentur & diſſolverentur. At in lege ferenda, frequentiora referri debere, & omitti infrequentia, philoſophorum placitis, & juriſconſultorum imperatorumque conſtitutionibus cavetur.

C

Terentius Clemens lib. 3. ad legem Juliam, & Papiam in l. non cogitur 21. de ritu nuptiar.

*Canon LV.* Vulgatus.

*De ſacerdotibus Gentilium, qui non ſacrificant.*

Sacerdotes, qui tantum ſacrificantium coronam portant, nec ſacrificant, nec de ſuis ſumptibus aliquid idolis præſtant, placuit, poſt biennium accipere communionem.

D

Canon LV *Emendatus.*

*De ſacerdotibus Gentilium, qui jam non ſacrificant.*

Sacerdotes, qui tantum ſacrificantium coronas portant, nec ſacrificant, nec de ſuis ſumptibus aliquid ad idola præſtant, placuit, poſt biennium accipere communionem.

*Cur coronis uti ſacerdotibus interdictum ſit. & quæ fuerint iſtæ coronæ.*

E

C A P U T XXXVI.

COronis ornari ſacerdotes ethnicorum, cum diis ſacra facerent, Tertullianus eſt auctor, *Ipſæ denique fores*, inquit, *ipſa hoſtia & area, ipſi miniſtri & ſacerdotes eorum coronantur. Habes omnium collegiorum ſacerdotalium coronas apud Claudium.* Cyprianus. *Ab impio*, ait, *ſceleratoque velamine quo illic velabantur ſacrificantium capita captiva, caput veſtrum liberum manſit. Frons cum ſigno Dei pura, diaboli coronam ferre non potuit, coronæ ſe domini reſervavit. Quam vos læto ſinu excipit mater eccleſia de prælio revertentes?* Ante hos Plinius. *Antiquitus quidem*, ait, *nulla corona, niſi Deo dabatur. ob id Homerus cælo tantum eas & præliis univerſo tribuit: viritim vero, nec in certamine cuidem ulli. Feruntque primum omnium Liberum patrem impoſuiſſe capiti ſuo ex hedera. Poſtea deorum*

Tertul. de corona militis c. 10. D. Cyp. lib. de lapſis in principio

Plinius lib. 16 hiſtor. naturalis cap. 4

A

*rum honori ſacrificantes ſumpſere, victimis ſimul corona-tis.* Nec ſacerdotes tantum coronabantur, ſed & omnes qui ea deorum ethnicorum feſta celebrabant, vel ſolenni precatione ſupplicationes faciebant, poſitis enim per omnia fana & delubra pulvinaribus, ſenatores, patricii, nonnunquam omnes tribus & ordines cum conjugibus, & liberis, præeunte pontifice maximo, aliquandò duumviris, pueris, ingenuis, libertinis virginibusque patrimis ac matrimis coronati incedebant, lauream manu tenentes, ut docet Tertullianus, & aliis congeſtis auctoribus probant recentiores. Coronas autem ſacerdotum provincialium fuiſſe aureas, ſcribit idem Tertullianus & Svetonius. Aliquando contextas ex floribus idem Tertullianus, Clemens Alexandrinus, & Minutius Felix. Tametſi enim ſacerdotes, nec ſacrificarent, nec præſtarent aliquid ad ſacra diis facienda de ſuis ſumptibus voluit concilium, nec coronas ferre poſſe, quod in ipſis Chriſtianæ religionis initiis, congruum videretur, ut qui Chriſto nomen darent, non ſolum a profanis Gentilium ceremoniis caverent, & ab his quæ manifeſtam præ ſe ferebant impietatem, ſed ab his etiam temperarent, quæ indifferentia (ut vocant) videri poſſent. Coronam enim, vel auream vel frondem in capite ferre, vel non ferre parum ſane retulerat; verum quia Gentiles in deorum ſacrificiis, vel ſacris illam uſurpabant, meritò Chriſtianis illis uti, interdictum fuit: ne profanis illorum idololatriæ ritibus ſubſcribere viderentur, nec aliqua intercederet fidelibus conventio cum Belial. Quare non a ſacerdotibus tantum ethnicorum ad fidem converſis, ſed & ab omni Chriſtiano catholico & a catechumeno, id ſumme cavendum monet Tertullianus. *Neminem dico*, ait, *fidelium coronam capite noſſe, alias extra tempus tentationis ejuſmodi. Omnes ita obſervant a catechumenis uſque ad confeſſores, & martyres, vel negatores.* Minutius Felix. *Quis autem ille qui dubitat vernis indulgere nos floribus, cum capiamus & roſam veris, & lilium, & quidquid aliud in floribus blandi coloris, & odoris eſt? his enim & ſparſis utimur, mollibus, ac ſolutis, & ſertis colla complectimur. Sane quod caput non coronamus ignoſcite. Auram boni floris naribus ducere, non occipiti, capillisve ſolemus haurire.* Coronas autem has ſacerdotes ideo circumtuliſſe, ut honorem diis, vel eorum ſacrificiis adhiberent, veroſimile erat, & ut honoribus præterea ſacerdotum ethnicorum & privilegiis fruerentur. Conſtat enim illis multa fuiſſe conceſſa, quæ propagata religione Chriſtiana, ſublata fuiſſe conſtitutione Arcadii, & Honorii compertum eſt, in reſcripto ad Cæſarium præf. prat.

Tertul. de corona milit. cap. 7.
Alexander ab Alexandro l. 1. genialium dierum cap. 17.
Idem Tertullianus de idololatria … & de corona militis.
Svetonius in Domitiano, cap. 4.
Tertul. de corona militis, & apologet. adverſus Gentes.
Clem. Alex. lib. 2. pedagog. Minutius Felix in Octavio.
Tertull. lib. de corona militis cap. 1. & lib. de præſcrip. adverſ. hæreticos.
Minutius Felix in Octavio.
Arcadius & Honorius in l. 14. de pagan. ſacrificiis lib. 16. tit. … C. Theodoſiano.

## Nec ſacrificant.

NOn ſolum in ſacrificiis idololatriæ crimen contrahitur, ſed in omnibus his quæ ad cultum deorum quoquomodo ſpectant: quare in concilio additum eſt: *Nec*, &c.

## Nec de ſuis ſumptibus aliquid ad idola præſtant.

*Idololatriæ crimen in quibus contrahatur.*

## CAPUT XXXVII.

IN idololatriæ crimen incurrere, qui ſumptum aliquem præſtiterit ad ſacrificia, Tertullianus docet. *Plane ad ſacerdotium*, inquit, *& ſacrificium vocatus, non ibo; proprium enim idoli officium eſt, ſed neque conſilio, neque ſumptu, aliave opera in ejuſmodi fungar.* Et poſt alia, *Sed ſi merum quis ſacrificanti tradiderit, imo, ſi verbo quoque, alioque ſacrificii neceſſario adjuverit, miniſter habebitur idololatriæ.* Ante Tertullianum, apoſtoli. *Si quis*, inquiunt, *Chriſtianus oleum ad ſacra Gentilium; aut ad ſynagogam Judæorum in feſtis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, a communione excluditor.*

Tertull. lib. de idololatria cap. 16.
Idem Tertull. ibid. c. 17.
Can. 70. apoſtolorum.

*Canon LVI.* Vulgatus.

*De magiſtratibus, & dominantibus.*

Magiſtratum vero, anno quo agit duumviratum, prohibere placet, ut ſe ab eccleſia cohibeat.

Canon LVI. *Emendatus.*

*De magiſtratibus, & duum viris.*

Magiſtratum vero, anno uno quo agit duumviratum, prohiberi placet, ut ſe ab eccleſia cohibeat.

*Magiſtratus gerere cur Chriſtiani ſub excommunicationis pæna prohibeantur.*

## CAPUT XXXVIII.

VAriis ethnicorum principum conſtitutiones, quæ a Nerone primum, deinde a Domitiano, a Trajano poſtea, ab Antonino, a Severo, Maximino, Decio, & Valeriano, adverſus catholicæ fidei auctorem, & Chriſtiani nominis profeſſores editæ ſunt, recenſent latiſſime eccleſiaſtici ſcriptores, Tertullianus, Cyprianus, Juſtinus Martyr, Arnobius, Oroſius, Hegeſippus, Euſebius, Nicephorus & alii: eos enim non patrimoniis privare ſolum, non honoribus & dignitatibus interdicere, & ſpoliare, ſed in arctiſſimum carcerem includere, exilio multare, & ad necem uſque variis tormentorum generibus afficere & conficere conſtituerunt; ut vel his pœnis, illos a glorioſa fidei & Chriſtiani nominis profeſſione deterrerent. *Quiſquis Chriſtianum*, ait imperator

B

Nero in ſuo edicto, *ſe eſſe confitetur, is tanquam generis humani convictus hoſtis, ſine ulteriori ſui defenſione capite plectitor.* Non tamen hi & reliqui eos perſecuti ſunt ſemper, & eorum auctorem, ſed velut furioſi dilucidis intervallis acquieſcentes, Chriſtianis & Chriſto honorem adhibuerunt. Conſulenti Auguſto oraculum, Pythius Apollo reſpondiſſe fertur, puerum Hebræum, ſibi ſilentium imperare, & in Tartara regreſſum: quo reſponſo motus Auguſtus aram Chriſto poſuit, ut tradit Nicephorus. Tiberius recipi Chriſtum inter ſuos deos voluit, ut refert Tertullianus: potentiam ejus auditis miraculis ille & Veſpaſianus reveriti ſunt. Eum in larario coluit Alexander, toties abſtinens ab uxore, eique templum dicare voluit, tritum illud Chriſtianorum ore proverbium ſemper in ore habens. *Quod tibi fieri non vis, id alteri ne feceris.* Quin Robertus Cenalis epiſcopus Abrincenſis, ejus matris Mammææ favore & opibus adjutum Origenem, quotquot exſtant opera ſcripſiſſe memorat. Nec id mirum, nam fœminam religioſam vocat Hieronymus, &

C

Origenis diſcipulam Euſebius. Poſt Alexandrum, Antoninus Heliogabalus imaginem Chriſti in proprium templum induxit, ut teſtatur Lampridius. Ei ſtatuerat templa abſque ſimulacris Adrianus, ut prodit Julius Capitolinus, ſed non ſucceſſit, interceſſerunt enim aliqui, cauſantes, hoc pacto brevi futuros omnes Chriſtianos. Marcus Aurelius Antoninus cum in expeditione Germanica ipſe & ejus exercitus graviſſima ſiti laboraret, & Chriſtianorum militum precationibus, imber de cœlo deſcenderet, ut eos recrearet, grando vero maxima mixta fulminibus in hoſtes, ut tradunt Juſtinus, Tertullianus, Nicephorus & Oroſius, Chriſtianos benevolentia & amore ſingulari proſecutus eſt. Dion enim hiſtoricus, ſeu potius Xiphilinus, copioſe & pluribus teſtatur, & cum eo Apollinaris epiſcopus, legionem ipſam Chriſtianorum, in rei memoriam nomine mutato ab imperatore, appellatam fuiſſe κεραυνοβόλον, hoc eſt fulminatricem. Nec eo contentus, Chriſtianos honorum & dignitatum omnium, a quibus anteceſſorum imperatorum tyrannide excluſi fuerant, participes eſſe voluit, con-

D

ſtitutione in rei memoriam gratitudinis cauſa promulgata; quam refert Ulpianus. *Eis*, inquit, *qui Judaicam ſuperſtitionem ſequuntur, divi Verus & Antoninus honores adipiſci permiſerunt: ſed & neceſſitatem eis impoſuerunt, qui ſuperſtitionem eorum non læderent.* Non loquitur autem Ulpianus de Judæis & eorum ſuperſtitione (ut cum Accurſio putant nonnulli) ſed de Chriſtianis, ut jam viri eruditi notarunt; etſi ante victoriam hanc, privilegium illud Chriſtianis conceſſum alii contendant. Superſtitionem Judaicam ideo Chriſtiani ſequi dicebantur, quia a Judæis doctrinæ ſuæ primordia hauſiſſent. Svetonius in Claudiò. *Judæos*, inquit, *impulſore Chriſto, aſſidue tumultuantes Roma expulit.* Tacitus de Nerone loquens. *Ergo abolendo*, inquit, *rumori Nero ſubdidit reos, & exquiſitiſſimis pœnis affecit, quos per flagitia inviſos vulgus Chriſtianos appellabat. Auctor nominis, ejus Chriſtus, qui Tiberio imperante per procuratorem Pontium Pilatum ſupplicio affectus erat repreſſaque in præſens exitialis ſuperſtitio rurſus erumpebat, non modo per Judæam originem ejus mali, ſed per urbem etiam, &c.*

E

Galilæos etiam aliquando vocabant teſte Theodoreto, & Chriſtum Galilæum continuo Julianus apoſtata, ut de illo recenſet Euſebius: Aſinarios etiam ut Judæos, reddita ejus rei ratione, Tertullianus. Poſt Verum & Antoninum, Valerianus imperator magna Chriſtianos benevolentia initio imperii ſui complexus eſt; eos quam familiariſſime & amiciſſime (ſic teſtatus loquitur Euſebius) idque in oculis omnium excepit, adeoque ſuam domum his piis hominibus complevit, ut eam Dei eccleſiam plane judicares, auctore eodem Euſebio. Verum paulo poſt, doctor quidam & princeps magorum Ægypti, illum tandem perdito conſilio depravavit, & non impulit ſolum, ut omnes culpa vacuos & ſanctos Dei, utpote ſceleſtorum ac execrabilium incantamentorum adverſarios & oppugnatores acerbe perſequeretur, necique traderet, verum etiam

Niceph. lib. 1. c. 17.
Tert. in apologet. c. 5.
Lamprid. in vita Alexand. Severi. Robertus Cænalis epiſc. Abrincenſis in panegyrico ad Franciſcum Galliarum regem, errat.
Euſeb. l. 6. c. 17. Lampridius in vita Heliogabal. Julius Capitolinus in Adriano.
Juſtin. 2. apolo. Tert. in apologetico adver. Gent.
Niceph. lib. 4. c. 12. Oroſius lib. 7. cap. 15.
Ulpian. in l. generaliter § ulti. de decurionib.
Svetonius in Claudio cap. 25. Tacit. lib. 15. annalium.
Theodor. lib. 9. de Græcar. affectionum curatio. in principio.
Euſeb. l. 7. hiſt. cap. 9. errat.
Tert. in apologet. cap. 16.
Euſeb. lib. 7. hiſt. eccleſ. cap. 9.

etiam ut impuras ceremonias obiret, profanas exerceret praſtigias, execranda myſteria exequeretur, & reliqua faceret, quæ commemorat idem Euſebius. Anno ergo IV. imperii ſui, octavam in Chriſtianos perſecutionem ille aggreſſus eſt. Inter alias autem pœnas, quibus Chriſtianos exercuit, una fuit dignitatum omnium abdicatio, ut ex epiſtola Dionyſii epiſcopi Alexandrini refert Euſebius. *Poſt iſta*, inquit, *de aliis rebus adverſis quæ ſibi acciderant, ita ſcribit: At multis fidei confeſſionibus gloriatur Germanus, ac multa mala contra ſe patrata habet dicere ille quidem: ſed quot, quæſo, judicum ſententias contra nos pronunciatas poteſt enumerare? quot publicationes proſcriptioneſque bonorum? quot fortunarum direptiones? quot abdicationes dignitatum?* Quare mortuo Valeriano, cum Galienus illius filius ſucceſſiſſet, hæc de Marino, & genere illuſtri, & divitiis locuplete, & uno ex his qui in exercitu Romano magnum decus & honorem fuerant conſecuti, Euſebius recenſet. *Eſt quidam honor*, inquit, *apud Romanos, qui* κλῆμα *appellatur, quem qui adipiſcuntur, eos centuriones fieri ajunt*. Spartianus in Adriano κλῆμα vitem interpretatur, & vitem pro centurionatu accipit, quod centurionibus creandis vitis deferri ſolita eſſet, qua illi milites coercebant. *Cum locus vacaret, ordo poſtulabat, ut Marinus eo dignitatis gradu potiretur. Marinum igitur ad hunc honorem elatum alius pro tribunali comparens, in crimen vocat, tum quod erat Chriſtianus; tum quod imperatoribus non immolaſſet. At propterea*, inquit, *ex veterum legum inſtitutis illi non licet eum dignitatis gradum apud Romanos adipiſci, ſed illud quidquid eſt muneris, mihi jure impartiri debet*. Quod varie obſervatum eſt uſque ad tempora Conſtantini imperatoris: nam ut varia imperatorum conditio ferebat, ſic varie Chriſtiani ad dignitates civiles admiſſi vel repulſi ſunt. De Conſtantino autem hæc prodidit Euſebius. *Ex his vero rebus imperator abiens, alias res illuſtres, & magni momenti cœpit aggredi; ac primum, Gentibus per varias provincias diſperſis, præfectos qui maximam partem ſalutari Chriſti fidei ſe addixiſſent, miſit. Qui vero Gentilium conſuetudinem ac ritus imitari viſi ſunt, his ne ſacrificia idolis immolarent, interdixit. Eadem lex ab eo lata fuit, de illis dignitatis gradibus, qui præfectorum honoribus ſuo ſplendore ſuperabant; aut enim ſi Chriſtiani erant, ita ſe gerere præcepit, uti appellationis ipſorum dignitas poſtulabat: aut ſi aliter animo affecti, mandavit, ne idolis hoſtias offerrent*. Poſt Conſtantinum autem Julianus imperator apoſtata Chriſtianis aditus ad præfecturas, ſub ſpecie religionis interdixit; de illo enim hæc memorat Socrates. *Porro ab imperatore Juliano mandatum eſt, ut qui nollent Chriſtianam religionem deſerere, in palatio militum prætorianorum munere minime fungerentur. Itemque ut omnes ſimulacris ſacrificare properarent. Chriſtiani in provinciis nullos magiſtratus gererent. Nam lex illorum*, inquit, *vetat gladio utendum, contra eos, qui ſcelera digna morte admiſerint: & propterea non ſunt ad regendum idonei*. Sozomenus. *Hoc animo fuit, etiam adverſus omnes Chriſtianos imperator: ſi quidem cum nihil haberet criminis, quod illis poſſet objicere, arrepta tamen ex eo occaſione, quod idolis immolare recuſarent, jus reipublicæ eis denegavit: & neque in communes hominum congreſſus, neque in forum venire, neque judicium exercere, neque gerere magiſtratum, neque ullum dignitatis gradum obtinere permiſit*. Cum ergo ad dignitates civiles admitterentur interdum, interdum repellerentur; viſum eſt Hiſpanis patribus cavere, non ut Chriſtiani illis non uterentur: hoc enim eo tempore, quo duriſſimo ſervitutis jugo premebantur ethnicis principibus ſubditi, commode noſtri decernere non poterant, ne illorum imperium viderentur contemnere; ſed id tantum, ut eo anno quo duumviratum gererent, ab eccleſiæ ingreſſu & communione Chriſtiani arcerentur, ut quod pro pœna a Gentilibus impp. datum eſt, id Chriſtiani pro gratia, conſilioque reciperent: fecitque ſic præmium religio, quod perfidia putabat eſſe ſupplicium, ut non diſſimili propoſito dixit Ambroſius, ad Valentinianum imperatorem.

Idem Euſebius dicto cap. 9.
Euſeb. lib. 7. c. 10.
Idem Euſeb. dicto lib. 7. c. 14.
Spartianus in Adriano.
Macer. in l. miles agrum §. is autem verſic. ii vitem. de re milit.
Euſeb. lib. 2. de vita Conſtantini c. 43.
Socrat. lib. 3. hiſt. eccleſ. c. 11.
Sozom. lib. 5. hiſt. eccleſ. c. 17.
D. Amb. in epiſt. ad Valentinian. imperatorem

Sed quæ aliæ præterea cauſæ fuerint, quibus Chriſtiani adeo gravi pœna ab adminiſtratione civilium dignitatum retraherentur, diligentius inquiramus. Plures enim fuiſſe, antiquorum me ſcriptorum monumenta docent, quæ partim dignitatem concedentis, partim quæ ſubditorum, & partim tandem quæ ipſius dignitatis conceſſæ incommoda periculaque ſpectant. Ante hujus concilii indictionem, & eo tempore quo indictum & habitum eſt, jam oſtendi ſuperius imperatores ethnicos fuiſſe: incommodum ſane & merito viſum eſt, ſervos Dei a ſervis dæmonum dignitatem accipere, & illis ea ratione fore devinctos. Si enim ethnico & publicano nec Ave dicere licebat fideli & ſervo Dei, ſecundum præceptum apoſtoli; multo minus licere credebatur, ab eo dignitatem expetere, expetitam deprecari, deprecatam adipiſci, adeptaque tandem frui. Quam rationem obſervantes apoſtoli ſanxerunt, ut publicis adminiſtrationibus epiſcopi & presbyteri minime uterentur. *Dicimus*, ajunt, *quod non oportet epiſcopum, aut presbyterum publicis ſe adminiſtrationibus immittere; ſed vacare & commodum* A *ſe exhibere uſibus eccleſiaſticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponitor: nemo enim poteſt duobus dominis ſervire, juxta præceptum dominicum.*

Lib. 1. c. 2. & 3.
Can. 80 apoſtolorum. Explicatur can. 80. apoſtolorum.
Matth. 6.

Ad ſubditos quod attinet, quia cum omnes illi eſſent Gentiles, periculum erat, ne caput ob aſſiduam & frequentem communicationem, ſimile fieret reliquis membris minoribus: nam ex ſententia Menandri Paulus refert: Corrumpunt bonos mores colloquia prava. Hac etiam ratione præceptum eſt concilio Toletano III. & aliis, ne Judæi Chriſtianis populis judices præponerentur. Zacharias etiam papa I. Venetis præcepiſſe dicitur, ne captivos Chriſtianos Sarracenis, aut Gentilibus venderent, ut mercatores antea conſueverant. Eadem etiam de cauſa excommunicationis pœnam adjecit concilium Carthaginenſe IV. his qui cauſas ad judices Gentilium deferrent. *Catholicus*, inquit, *qui cauſam ſuam, ſive juſtam, ſive injuſtam ad judicium alterius fidei judicis provocat, excommunicetur*. Quod antiquum fuit eccleſiæ inſtitutum, ipſorum apoſtolorum uſu & auctoritate comprobatum. D. enim Paulus Corinthios monet, ut ſi cauſa ſit inter Chriſtianos, B eligatur ſapiens aliquis ex eis, ſpretis Gentilium judicibus. *Si qui*, inquit, *ex fratribus negotia habent inter ſe, ne apud cognitores ſæculi judicentur*. Verbo enim illo, *ſæculi*, diſtinxit Gentiles a Chriſtianis: nam ſæculum olim pro Gentilitate, & judices ſæculares pro Gentilibus uſurpari, oſtendit Cajus papa ad Felicem epiſcopum, dum docet, epiſcopos & clericos apud judices ſæculares non eſſe accuſandos, tempore quo præfecturæ civiles non deferebantur Chriſtianis: quocirca qui ad Gentium errorem revertebantur, ad ſæculum dicebantur redire concilio Arelatenſi II. & dominum Gentilem, ſæcularem dominum nuncupat D. Cyprianus. Quare D. Paulus eoſdem Corinthios, qui fratres coram Gentibus conveniebant, reprehendit. *Non eſt inter vos*, inquit, *ſapiens quiſquam, qui poſſit judicare inter fratrem, ſed frater cum fratre contendit, & hoc apud infideles*. Sic enim interpretatur D. Paulum Ambroſius contra Auxentium, illum increpans, quod in cauſa fidei Gentiles judices popoſciſſet. *Hac ergo fratres*, ait, *coram ipſo apud vos plenius diſputarem: ſed certus Auxentius, non ignaros vos eſſe* C *fidei, veſtrum refugit examen, & Gentiles quoſdam quatuor aut quinque ferme homines elegit cognitores ſibi: ſi tamen aliquos elegit, quos velim adeſſe in cœtu omnium, non ut de Chriſto judicent, ſed ut majeſtatem audiant Chriſti: tamen illi jam & Auxentio pronunciaverunt, cui tractanti quotidie non crediderunt. Quæ major ejus condemnatio, quam quod ſine adverſario apud judices ſuos victus eſt? ergo & ipſorum ſententiam contra Auxentium jam tenemus, & quod Gentes elegit jure damnandus eſt, quia apoſtoli præcepta dimiſit, cum apoſtolus dicat: Audet aliquis veſtrum adverſus alterum habens negocium, judicari apud iniquos, & non apud ſanctos?* Eodem ſenſu Pauli ſententiam intellexiſſe Auguſtinum, Poſſidius in illius vita refert. *Secundum apoſtoli quoque ſententiam*, inquit, *dicentis: Audet quiſquam veſtrum adverſus alterum negocium habens, judicari ab iniquis, & non apud ſanctos? An neſcitis, quia ſancti mundum judicabunt? Et ſi in vobis judicatur mundus, indigni eſtis judiciorum minimorum. Neſcitis, quia angelos judicabimus, nedum* D *ſæcularia? Sæcularia igitur judicia ſi habueritis inter vos, eos qui contemptibiles ſunt in eccleſia, hos collocate ad judicandum. Ad reverentiam vobis loquor. Sic non eſt inter vos quiſquam ſapiens, qui poſſit inter fratrem ſuum judicare, ſed frater cum fratre judicio contendit, & hoc apud infideles. Interpellatus ergo beatus Auguſtinus a Chriſtianis, vel a cujuſcumque ſectæ hominibus, cauſas audiebat diligenter ac pie: cujuſdam ſententiam ante oculos habens, dicentis ſe malle inter incognitos, quam inter amicos cauſas audire; eo quod de incognitis, pro quo arbitrata æquitate judicaretur, amicum poſſet acquirere; de amicis vero unum eſſet, contra quem ſententia proferretur, perditurus. Et eas aliquando uſque ad horam refectionis, aliquando autem tota die jejunans, ſemper tamen noſcebat, & dirimebat, intendens in eis Chriſtianorum momenta animorum, quantum quiſque, vel in fide, vel bonis operibus proficeret, vel ab his deficeret. Atque compertis rerum opportunitatibus, divinæ legis veritatem partes docebat, eamque illis inculcabat, & eos quo adipiſcerentur vitam æternam, edocebat & admonebat*. Id clarius D. Clemens. E *Præclara*, inquit, *Chriſtiani laus eſt, cum nullo habere negocium. Quod ſi ex aliqua vexatione, vel tentatione lis alicui oriatur, cures ut ea tranquilletur, etiam ſi detrimentum pati debeat; nec ad ethnicum judicium accedat. Sed neque patiatur mundanos magiſtratus de noſtris jus dicere: nam per illos diabolus ſervos Dei vexat, & nobis notam inurit; quaſi non habeamus nos unum ſapientem, qui poſſit inter partes jus adminiſtrare & controverſias componere*. Et mox. *Non cognoſcant ergo*, inquit, *Gentes controverſias, quæ inter vos oriuntur, neque contra vos infidelium teſtimonia recipiatis, neque ab his vos judicari velitis, neque his aliquid tribuatis, commodi metuſve cauſa*. Anacletus ad omnes epiſcopos. *Si vero fuerit ſæculare negocium apud ejuſdem ordinis viros judicio tamen epiſcoporum: cum apoſtolus præcatorum Chriſtianorum cauſas magis eccleſiis deferri, & ibidem ſacerdotali judicio terminari voluit.*

Conc. Tolet. 3. cap. 14.
Tolet. 4. can. 64.
Tolet. 8. can. 11.
Conc. Arvernenſe can. 9.
Conc. Meldenſe can. 73.
Conc. Matiſconenſe 1.
Conc. Later. ſub Innocentio 3. can. 69.
Greg. 9. in cap. ex ſpeciali de judiciis.
Platina in vita Zachariæ papæ.
Conc. Carth. 4. can. 87. Refertur cap. catholicus 2. q. 6.
D. Paul. 1. ad Corinth. cap. 6.
Cajus papa in epiſt. ad Felicem epiſcopum.
Conc. Arelat. 2. can. 25.
D. Cypr. in lib. de lapſ. cap. 11.
D. Paulus ep. 1. ad Corinth.
D. Amb. oratione in Auxentium.
1. Cor. 6.
Poſſidius epiſcopus Calamenſis in vita D. Aug. cap. 19.
D. Clemens lib. 2. conſt. apoſt. cap. 49. & 50.
1. Cor. 5.
Idem Clem. c. 50.
Anaclet. epiſt. 1. ad omnes epiſcopos.
1. Cor. 6.

Alexand. I. in epiſt. ad omnes orthodoxos c. 2. Refertur in c. relatum 11. q. 1. Matth. 16. 1. Cor. 6. Alexand. in c. relatum 11. q. 1.

ſus. Idem conſtituit Alexander I. *Relatum*, inquit, *eſt ad hujus ſanctæ & apoſtolicæ ſedis apicem, cui ſummarum diſpoſitiones cauſarum, & omnium negotia eccleſiarum ab ipſo Domino tradita ſunt, quaſi ad caput, ipſo dicente principi apoſtolorum Petro: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam: quod quidam æmuli Chriſti ejuſque eccleſiæ inſidiatores, ſacerdotes Dei ad judices publicos accuſare præſumant, cum magis apoſtolus Chriſtianorum cauſas ad eccleſias deferri, & ibidem terminari præcipiat: taliter prævaricantes ſunt in Deum ſuum, & non obediunt præceptis ejus.* Exſtat hæc apud Gratianum. Sed in ejus interpretatione (ut hoc obiter admoneam) gloſſa; cum judices ſæculares non animadverteret Gentiles intelligendos, dixit, ſecundum primitivum ſtatum eccleſiæ intelligendum, nimirum, ut cauſæ ſæculares ad judices eccleſiaſticos referrentur: cum hoc nec Alexander, nec Anacletus, nec Clemens, nec Paulus præceperint? ſed id tantum, ut civiles cauſæ a civilibus præfectis in eccleſia præſente epiſcopo, vel eo qui ejus vicem gereret, judicarentur, non a Gentilibus, ob ea quæ ſuperius diximus pericula: & ne ut Clemens retulit, putarent Gentes in eccleſia judices deeſſe ſapientes, qui eo munere fungi poſſent. Et ſi fortaſſe præfectorum civilium ſententiis rei acquieſcere recuſarent, excommunicationis mucrone aſſentiri cogerentur, tunc enim nulla alia pœna frequentior inter Chriſtianos erat, nec alio gladio commode uti poterant: cum omnes fere judices ſæculi, ſeu ſæculares, ethnici eſſent uſque ad tempus catholicorum imperatorum Arcadii, & Honorii: hos enim in fidei gratiam neglectam Conſtantini legem recentiori conſtitutione ſcimus renovaſſe, decernentes, ut ethnici judices eſſe non poſſent, quorum conſortium & communionem vitare Chriſtianos, apoſtolorum & reliquorum pontificum ſanctiones prohibebant. Quam anathematis ſententiam, ut juſte epiſcopi proferre poſſent, judiciis ipſis intereſſe debebant, ut ſtatim ad exitum judicium ipſum perducerent: & ea ratione dixiſſe potuit Anacletus judicium ſæculare, judicio ſacerdotali terminari; eo præcipue tempore, quo lites & controverſiæ inter Chriſtianos, tam brevibus erant terminis circumſcriptæ, ut a ſecunda feria ad ſabbatum uſque diffiniri deberent: ut die dominico omnes in pace intereſſe ſacrificio & oblationem facere poſſent, auctore eodem Clemente. Quinimo divus Paulus adeo Gentilium judicia fugienda cenſuit, ut docuerit ſpretis peritioribus eorum judicibus (ſi docti Chriſtianis deeſſent) adeundos fore ex ipſis Chriſtianis literis & auctoritate inferiores. *An neſcitis*, inquit, *quoniam ſancti de mundo judicabunt? Et ſi in vobis judicabitur mundus, indigni eſtis, qui de minimis judicetis? Neſcitis quoniam angelos judicabimus, quanto magis ſæcularia? Sæcularia igitur judicia ſi habueritis, contemptibiles qui ſunt in eccleſia, illos conſtituite ad judicandum.* Sic enim interpretatur Paulum Chryſoſtomus. *Cum hyperbole ait, & exuperatione nos volens docere, quod quidquid ſit, non oporteat externis dare, mota quæ videbatur eſſe objectione ante eam ſolvit. Nam quod dicit eſt hujuſmodi. Fortaſſe dicet quiſpiam, nullum eſſe inter vos ſapientem, neque qui ad diſcernendum & judicandum ſit idoneus. Et quid tum? nam etſi nullus, inquit, ſit ſapiens, vos minimis permittite.*

Arcad. & Honorius in l. 1. de pagan. in C. Theodoſiano.

Clemens lib. 2. apoſtolic. conſtitut. cap. 41. Paulus in eadem epiſt. ad Cor.

D. Chryſoſtom. hom. 16.

Ex parte ipſius dignitatis, multa erant incommoda: nam cum Chriſtiani illius temporis, pallio ut & moribus differrent ab ethnicis, teſte Tertulliano, res minus apta videbatur, ſi fidelem Chriſtianum purpura, vel prætexta, vel trabea inſigniri ut ethnicum, faſces & virgas ante ſe præferre, juramentis Gentilium irretiri, curam habere ſpectaculorum, ſacrificiis idolorum auctoritatem præſtare: de muneribus ad idololatriam ſpectantibus, de colligendis eo nomine vectigalibus ſolicitum eſſe; ac tandem de re, de honore, de vita Chriſtianorum agere: quod tunc neceſſe erat, ut imperatoribus a quibus dignitatem acceperant, obſequium præſtaretur: hæc autem cum ad dignitatem ſæcularem ſpectarent, eam tanquam veram idololatriam fugiendam homini Chriſtiano: etiam ſi ſe vel gratia vel aſtutia putaret liberum fore ab omni idololatriæ ſpecie, ſcite docuit Tertullianus. *Itaque regum memores*, inquit, *etiam magiſtratibus & poteſtatibus officium poſſumus reddere ſecundum patriarchas & ceteros majores, qui regibus idololatris uſque ad finem idololatriæ apparuerunt. Hinc proxime diſputatio oborta eſt, an ſervus Dei, alicujus dignitatis, aut poteſtatis adminiſtrationem capiat, ſi ab omni ſpecie idololatriæ intactum ſe, aut gratia aliqua, aut aſtutia etiam præſtare poſſit; ſecundum quod & Joſeph & Daniel mundi ab idololatria, & dignitatem, & poteſtatem adminiſtraverunt, in ornamento & purpura exiſtere totius Ægypti ſeu Babyloniæ. Credamus itaque ſuccedere alicui poſſe, ut in quoquo honore, ut in ſolo honoris nomine incedat, neque ſacrificet, neque ſacrificiis auctoritatem ſuam accommodet, nec boſtias locet, non curas templorum deleget: non vectigalia eorum procuret, non ſpectacula edat de ſuo, aut de publico, aut edendis præſit; nihil ſolenne pronunciet vel edicat; ne juret quidem. Jam vero, quæ ſunt poteſtatis, neque judicet de capite alicujus, vel pudore, feras enim de pecunia, neque damnet, neque prædamnet, neminem vinciat, neminem recludat, aut torqueat, ſi hoc credibile eſt*

Tertull. lib. de pallio. Idem in lib. de idololatria cap. 17. ...

Gen. 41. Dan. 2. & 7.

*fieri poſſe. Jam vero de ſolo ſuggeſtu & apparatu honoris retractandum: proprius habitus uniuſcujuſque eſt, tam ad uſum quotidianum, quam ad honorem & dignitatem. Igitur purpura illa & aureum cervicis ornamentum, eodem more apud Ægyptios & Babylonios inſignia erant dignitatis; quo more nunc prætexta vel trabea, vel dalmata, & corona aurea ſacerdotum provincialium; ſed non eadem conditione. Tantum enim honoris minime conferebatur his qui familiaritatem regum merebantur. Unde & purpurati regum vocabantur, a purpura, ſicut apud nos a toga candida, candidati: ſed non ut ſuggeſtus ille ſacerdotiis quoque, aut aliquibus idolorum officiis adſtringeretur. Nam ſi ita eſſet, utique tantæ ſanctitatis & conſtantiæ viri ſtatim habitus inquinatos recuſaſſent; ſtatimque apparuiſſet, Danielem idolis non deſerviſſe, nec Belem, nec draconem colere, quod multo poſtea apparuit. Simplex igitur purpura illa, nec jam dignitatis erat, ſed ingenuitatis apud barbaros inſigne: quemadmodum enim & Joſeph, qui ſervus fuerat, & Daniel qui per captivitatem ſtatum verterat, civitatem Babyloniam & Ægyptum ſunt conſecuti per habitum barbaricæ ingenuitatis: ſic penes nos quoque fideles, ſi neceſſe fuerit, poterit & pueris prætexta concedi, & puellis ſtola, nativitatis inſignia, non poteſtatis; generis, non honoris; ordinis, non ſuperſtitionis. Ceterum purpura, vel cetera inſignia dignitatum, & poteſtatum, inſerta dignitati & poteſtatibus idololatriæ, ab initio dicata, habent profanationis ſuæ maculam; cum præterea ipſis etiam idolis, in quantum prætextæ & trabeæ & laticlavi, faſces quoque & virgæ præferantur, & merito. Nam dæmonia magiſtratus ſunt ſæculi hujus, unius collegii inſignia, faſces, & purpuras geſtant. Quid ergo proficies, ſi ſuggeſtu quidem utaris, opera vero ejus non adminiſtres; nemo immundis mundus videri poteſt. Tunicam ſi induas inquinatam per ſe, poteris forſitan illam non inquinare per te, ſed tu per illam mundus eſſe non poteris: jam nunquid de Joſeph & Daniele argumentaris, ſcito non ſemper comparanda eſſe vetera & nova, rudia & polita, cœpta & explicita, ſervilia, & liberalia. Nam illi etiam ſervi conditione erant, tu vero nullius ſervus, inquantum ſolius Chriſti, qui te etiam captivitate ſæculi liberavit, & forma dominica agere debebis? Ille Dominus in humilitate & ignobilitate inceſſit; domicilio incertus; nam filius, inquit, hominis non habet, ubi caput collocet: veſtitu incultus, neque enim dixiſſet: Ecce qui teneris veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Vultu denique & aſpectu inglorius, ſicut & Eſaias pronunciaverat, ſi poteſtatem quoque nullam, ne in ſuos quidem exercuit, quibus ſordido miniſterio functus eſt: ſi regem ſe denique fieri, conſcius ſui regni, refugit, pleniſſime dedit formam ſuis dirigendo omni faſtigio & ſuggeſtu tam dignitatis, quam poteſtatis. Quis enim his magis uſus fuiſſet, quam Dei filius, quales & quanti eum faſces producerent, qualis purpura de humeris ejus floreret, quale aurum de capite radiaret, niſi gloriam ſæculi alienam, & ſibi & ſuis judicaſſet? Igitur quæ noluit, rejecit; quæ rejecit, damnavit: quæ damnavit, in pompa diaboli deputavit. Non enim damnaſſet, niſi non ſua: aliena autem eſſe non poſſent, niſi diaboli, quæ Dei non ſunt. Tu ſi diaboli pompam ejeraſti, quidquid ex ea attigeris, id ſcias eſſe idololatriam, vel hoc te commonefaciat, omnes hujus ſæculi poteſtates & dignitates, non ſolum alienas, verum & inimicas Dei eſſe; quod per illas adverſus Dei ſervos ſupplicia conſulta ſunt, per illas & pœnæ ad impios paratæ ignorantur, ſed & nativitas & ſubſtantia tua moleſta tibi ſunt adverſus idololatriam; ad evitandum remedia, deeſſe non poſſunt: cum & ſi defuerint, ſupereſt unicum illud, quo felicior factus, non in terris magiſtratus, ſed in cælis.* His igitur de cauſis concilium decrevit, magiſtratum, dum gerit duumviratum, ab eccleſia cohibendum, quod graviſſimis periculis ſe exponeret agendi, vel adverſus Dei veri cultum, vel eccleſiæ libertatem, vel probitatem morum, vel ſanctiorem religionis naſcentis diſciplinam. Quare veteres Chriſtiani non ſolum eas dignitates non expetiviſſe, ſed oblatas recuſaſſe leguntur. Minutius Felix. *Nec ultima*, inquit, *ſtatim plebs conſiſtimus, ſi honores veſtros & purpuras recuſamus, nec faſtidioſi ſumus, ſi omnes unum bonum ſapimus, eadem congregati quiete, qua ſinguli.* Tertullianus in defenſione pallii (veſtis erat Chriſtianorum, aut noviter converſorum) hæc inducit verba, quaſi pallii interloquentis. *Ego*, inquit pallium, *nihil foro, nihil curiæ debeo, nihil officio advigilo, nulla roſtra præoccupo, nulla prætoria obſervo, cancellos non adoro, ſubſellia non contundo, jura non conturbo, cauſas non elatro, non judico, non milito, non regno, ſeceſſi de populo, imo unicum negocium mihi eſt, nec aliud me curo quam me.* Lenius paulo erga præſides ſe geſſit concilium Arelatenſe primum, dum decrevit, illis, cum promoti eſſent, dandas eſſe literas communicatorias; ſic tamen ut curam eorum non ſpernerent epiſcopi; nec omitterent ſeveritate eccleſiaſtica punire, quoties a præclaris diſcederent eccleſiæ inſtitutionibus. *De præſidibus*, inquit, *qui fideles ad præſidatum impetu proſiliunt. Ita placuit, ut cum promoti fuerint, literas accipiant eccleſiaſticas communicatorias, ita tamen ut in quibuſcumque locis geſſerint, ab epiſcopis ejuſdem loci cura de illis agatur:*

Daniel. 14. Gen. 41. Daniel. Gen. 41. Daniel. Luc. 9. Matth. 11. Eſai. 53. Joan. 13. Joan. 6.

Minutius Felix in Octavio. Tertull. lib. de pallio. cap. 5.

Conc. Arelat. 1. can. 7. Explicatur can. 7. Conc. Arela. 1.

*tur: ut cum cœperint contra diſciplinam publicam agere, tunc demum a communione excludantur. Similiter, & de his ſint, qui rempublicam agere volunt.* Nec ſæculares dignitates tantum ab ethnicis impp. recipere initio primitivæ eccleſiæ non licebat, ſed nec exercere militiam ſub eiſdem, tanquam genus quoddam idololatriæ rejecit idem Tertullianus.

Tert. lib. de idololatria.

*Poſſet in iſto capite,* inquit, *etiam de militia definitum videri, quæ inter dignitatem, & poteſtatem eſt. At nunc de iſto quæritur, an fidelis ad militiam converti poſſit, & an militia ad fidem admitti etiam caligata, vel inferior quæque, cum non ſit neceſſitas immolationum, vel capitalium judiciorum. Non convenit ſacramento divino & humano, ſigno Chriſti, & ſigno diaboli: caſtris lucis, & caſtris tenebrarum; non poteſt una anima duobus deberi, Deo & Cæſari. Et virgam portavit Moyſes, fibulam & Aaron: cingitur loro & Joannes: agmen agit & Jeſus Nave: bellavit & populus, ſi placet ludere. Quomodo autem bellabit, imo, quomodo etiam in pace militabit ſine gladio, quem dominus abſtulit? nam & ſi adierant milites ad Joannem, & formam obſervationis acceperant, ſi etiam centurio crediderat, omnem poſtea militem dominus in Petro exarmando diſcinxit, nullus habitus licitus eſt, apud nos illicito actui adſcriptus.* Quod pluribus ille diſſeruit.

Matth. 22. Exod. 3. Exod. 18. Matth. 3. Exod. 17.

Poſt Tertullianum, quod turpe, & illicitum haberetur, ſe quemquam militiæ dare, tanquam actui profaniſſimo, & a modeſtia, & religione quam tunc Chriſtiani primitivæ eccleſiæ obſervare debebant, alieno, ſi bellum gerendum eſſet adverſus fideles, prohibitum eſt in concilio Toletano I. nec etiam ad diaconatum admitterentur, qui ſe militiæ dediſſent: *Si quis,* inquit, *poſt baptiſmum militaverit, & chlamydem ſumpſerit, aut cingulum ad necandos fideles, etiamſi gravia non admiſerit, ſi ad clerum admiſſus fuerit, diaconii non accipiat dignitatem.*

Conc. Tolet. 1. can. 8.

Videamus, num hujus canonis decretum hodie obſervandum ſit. Cum reſpublica non ethnicis tyrannis, ſed regibus catholicis, & Chriſtianis regatur, nec ſubditi infideles ſint, ceſſant pericula quæ ex eo munere ſuſcepto redundabant: quare ab eccleſiæ communione non eſt cohibendus, qui duumviratum, vel aliam ſæcularem adminiſtrationem a regibus, vel dominis ſæcularibus receperint, cum exercentes juſte, prudenter & pie, præmio multo magis quam pœna ſint digni. Simul tamen fateri oportet, quod ſi reges, principes, vel reſpublica infideles eſſent (ut hodie ſunt multæ in orientalibus, occidentalibus, & ſeptentrionalibus provinciis) non liceret Chriſtiano, magiſtratus ſæculares ab ipſis demandatos gerere; ne idololatriæ eorum incurrat periculum: quod & ad hæreticos non pari modo, ſed præſtantiori ratione refercndum cenſeo. Si enim princeps hæreticus eſt, & reſpublica, vel communitas hæreſum erroribus infecta, tametſi hujus decreti conſtitutione non prohibeatur, conſultius tamen catholicum virum facturum putarem, ſi ſpretis muniis illorum, integram & ſinceram fidem privatim coleret; ne frequenti illorum convictu, & contagione, vel honorum illecebris, errorum ſuorum tenebris obcæcaretur; ut obcæcatos hodie in illorum provinciis plures, non ſine magno Chriſtianæ reipublicæ malo cernimus. Olim autem ab hæreticis adeo abſtinendum, docuit D. Antonius, authore magno Athnaſio, ut nec juxta eos quidem accedendum conſuleret: cujus præclarum conſilium, prudentiæ, & religionis plenum catholicos viros vellem capeſſere.

D. Athanaſius in vita D. Antonii.

### Anno quo agit duumviratum.

*De munere antiquo duumviratus.*

## CAPUT XXXIX.

ERAT olim in Hiſpania duumviratus municipalis annale munus. His duumviris ſimiles hodie mihi videntur hi judices, quos Arabum voce Alcales, ſive Alcaldes noſtrates dicunt, eorumdem enim lingua judices ſignificantur: apud quos cujuſcumque privati oppidi ſumma eſt. In præcipuis & magnis urbibus reſpublica duorum arbitrio non regitur, ſed unius, quem a corrigenda republ. correctorem vocant. Ut hujus autem annui magiſtratus honorem adipiſcerentur antiqui, quibus fatigarentur & cruciarentur laboribus, belle Tertullianus deſcripſit. *Sed enim,* ait, *illos qui ambitu obeunt capeſſendi magiſtratus, neque pudet, neque piget incommodis animæ & corporis, nec incommodis tantum, verum & contumeliis omnibus eniti in cauſa votorum ſuorum. Quas non ignobilitates veſtium affectant? quæ non atria nocturnis, & crudis ſalutationibus occupant? ad omnem occurſum majoris cujuſque perſonæ decreſcentes, nullis conviviis celebres, nullis comeſſationibus congreges, ſed exules a libertatis, & lætitia felicitate; idque totum propter unius anni volaticum gaudium.* D. Cyprianus. *Quippe illum vides* (de magiſtratibus loquitur) *qui amictu clariore conſpicuus, fulgere ſibi videtur in purpura, quibus hoc ſordibus emit, ut fulgeat; quos arrogantium faſtus prius pertulit; quas ſuperbas fores matutinus ſalutator obſedit? quot tumentium contumelioſa veſtigia in clientium cuneis ante præceſſit? ut ipſum etiam ſalutaturum comes poſtmodum*

Tertullianus li. de pœnit. cap. 11.

D. Cypr. ep. 2 ad Donatum, cap. 8.



*pompa præcedere, obnoxia non homini, ſed poteſtati? neque enim coli moribus meruit ille, ſed faſcibus.* Mamertinus etiam. *Quis ignorat,* inquit, *tum cumque cum honores, populi Romani ſuffragiis mandabant, multos fuiſſe candidatorum labores? ediſcenda omnium nomina tribuum, hominum, atque etiam ſinguli ſalutandi, prehenſandæ obviorum manus, omnibus arridendum, non ſolum cum infimis, ſed etiam cum ignotis familiaritatis imago ſimulanda, multaque alia propter honorem agenda, quæ alias virum honore dignum, facere non deceret. Unde illud Craſſi celebre dictum, cum peteret conſulatum, & forte cum Scævola ſocero per vias urbis incederet, nec præſente graviſſimo & ſeveriſſimo viro blandiri populo, palpare obvios, & artes petitorias auderet exercere. Quæſo, inquit, Muti, paulisper diſcedas, nec comitatu tuo honeſtari putes; impedis honorem meum, te ſpectante ineptus eſſe non poſſum. At vero ego nullius amorem turpi aſſentatione promerui: nihil feci ineptum, nihil egi, quod ſpectare Mutium nollem, non modo nullum populariurm deprecatus ſum, ſed te quidem imp. quem orare præclarum, cui preces adhibere pleniſſimum dignitatis eſt, verbo ſaltem adii, ſponte in familiam divinum iſtud munus infuſum eſt.*

Mamertinus, in panegyrico ad Julianum imperatorem.

*Canon LVII.* Vulgatus.

*De his, qui veſtimenta ad ornandam pompam dederint.*

Matronæ, vel earum mariti, veſtimenta ſua ad ornandam ſæculariter pompam non dent: & ſi fecerint, triennii tempore abſtineant.

Canon LVII. *Emendatus.*

*De his, qui veſtimenta ad ornandam pompam dederint.*

Matronæ, vel earum mariti, veſtimenta ſua ad ornandam ſæculariter pompam non dent; & ſi fecerint, triennii tempore abſtineantur.

*Quæ pompa olim diceretur; & cur ad pompam efferre veſtimenta ſub excommunicatione prohiberentur Chriſtiani.*

## CAPUT XL.

LUDOS Circenſes præcipuo nomine pompam fuiſſe nuncupatos indicat Svetonius: ſed apertiſſime teſtatur Tertullianus. *Communis igitur,* inquit, *origo ludorum utriuſque generis, communes & tituli, ut de communibus cauſis, proinde apparatus communes habeant, neceſſe eſt, de reatu generali idololatriæ conditricis ſuæ. Sed circenſium paulo pompatior ſuggeſtus, quibus proprie hoc nomen pompa præcedit.* Circenſes autem ludos pompam nuncupatos crediderim, quia die ipſo muneris edendi, vel gladiatores ordine deduci in arenam, vel reliquos circi ſpectaculorumque miniſtros, mos fuit; & inibi ſolenni quadam pompa circumduci. Quintilianus. *Jam dies aderat, jam ad ſpectaculum ſupplicii noſtri populus convenerat, jam oſtentata per arenam periturorum corpora mortis ſuæ pompam duxerant.* Inde Varro unam rationem reddidit, cur circus dicatur, quod ibi circum metas pompa feratur. Quo pertinet illud quod Cicero ſcripſit. *Cavendum, ne tarditatibus utamur ingreſſu mollioribus, ut pomparum ferculis ſimiles eſſe videamur.* Et illud Ovidii. *Circus erit pompa celebris.* D. Auguſtinus. *Amator eſt quiſpiam circi? quid delectat in circo, aurigas videre certantes? populos inſana furia anhelantes, quemlibet celebrem præcedentem, adverſarios ſui equum frangentem, iſta eſt omnis delectatio, clamare quia vicit, quem diabolus vicit: exultare & inſultare, quod adverſa pars perdiderit equum, cum is qui tali ſpectaculo delectatur, iam perdiderit animum.* Et mox. *Sed ſi te pompa illa & figura, equorum compoſitio, curruum ornatus, & aurigæ ſuperſtantis, equos regentis, vincere cupientis: ſi te hoc, ut dixi, pompa delectat.* Quare cum in baptiſmo renunciamus diabolo, pompæ, & angelis ejus, idololatriæ etiam quæ in ſpectaculis, & ludis admittitur, nos renunciare, idem Tertullianus probat. Circenſes autem ludos a loco in quo celebrabantur, circo dicto, nuncupari quis ambigat? In hoc autem circo quæ ludorum pompa, quæ ſolennia, quæ turpia adhiberentur, Tertullianus vivis depinxit coloribus, a quo iſta repetenda ſunt: *Sed Circenſium,* inquit, *paulo pompatior ſuggeſtus, quibus proprie hoc nomen pompa, præcedit, quorum ſit in ſemetipſa probant, de ſimulacrorum ſerie, de imaginum agmine, de curribus, de thenſis, de armamaxis, de ſedibus, de coronis, de exuviis. quanta præterea ſacra, quanta ſacrificia præcedant, intercedant, ſuccedant, quot colle-*

Sveton. in Claudio. Tertullian. de ſpectaculis c. 7. *Littorem comitatum, pompam litterarum vocat. Cicero in epiſtola ad Cælium lib. 2. epiſtola 16.* Quintilianus. Varro lib. 4 de lingua Latina. Cicero lib. 1. officiorum. *Fercula erant thenſæ, quibus imagines deorum & hoſtium ſpolia ferebantur, ut a populo ſpectarentur.* Ovidius l. 3. faſtorum. D. Aug. li. de ſymbolo, cap. 2. Tert. lib. de ſpectacul. 4 & 5 & cap. 8.

*De litteris communicatoriis, & vario illarum uſu.*

## CAPUT XLI.

QUI ſcripſerunt in concilio Nicæno primum, ob Arianorum hæreſim, literarum canonicarum uſum inventum, vel hoc canone refelli poſſunt: quo ſatis apparet ante Arii ortum, & concilii Nicæni indictionem, fuiſſe in Hiſpania communem. Oſium enim concilii Niceni præſidem, ex hoc concilio in illud uſum literarum, ut pleraque alia, tranſtuliſſe ſi dicamus, quid vetat? Nec in Hiſpania tunc primum excogitari, ſed jam diu excogitatam earum formulam conſervari, adjecta nova lege inſinuatur. A principio enim eccleſiæ uſum earum cœpiſſe ſignificat Paulus ad Corinthios. *Incipimus* ait, *iterum noſmetipſos commendare, aut numquid egemus, ſicut quidam, commendatitiis epiſtolis ad vos, aut ex vobis? Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris; quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus.* Quas communicatorias hic alibi, aliquando formatas dici D. Auguſtinus docet ad Eleuſium, quod una in omnibus forma obſervaretur. Eccleſiaſticas & canonicas etiam vocabant, quod conciliorum & pontificum canonibus approbarentur. Sine illis autem in principiis eccleſiæ noluerunt epiſcopi Hiſpani, ullos clericos vel laicos fideles proficiſci, ad occurrendum multorum fraudibus: ne videlicet heretici aut apoſtatæ ſe veros catholicos fingentes, ab epiſcopis & Chriſtianis, ut digni ſua communione reciperentur, poſtea vero illa pollui contingeret: neve profani homines ſe miniſterio ſacro initiatos apud exteros mentirentur. Erantque hæ literæ velut argumenta & teſſeræ ſinceræ fidei, quibus catholici apud catholicos commendari ſolebant a catholicis, ut Optatus docuit. Illis autem peregrini carentes, tanquam gravi ſuſpicione hæreſeos notati, a communione repellebantur. Quas laici impetrabant & clerici, ad ſignum orthodoxæ fidei, pacificas & communicatorias in genere: quas clerici ut miniſterio eccleſiaſtico fungerentur in aliis provinciis, dimiſſorias peculiari nomine vocatas obſervo. Quod ſi ſuſpicione fidei aliquando notati, vel anathematis cenſura devincti, de abſolutione & pœnitentia publicum peterent teſtimonium, literas commendatitias etiam impetrabant, ut ex concilio Chalcedonenſi Theodorus Balſamon & alii antiqui recentioreſque multi adnotarunt, ex translatione Herveti apud Surium. Sed magis probo antiquam translationem ab Ivone retentam, docentem, commendatitias majori in eccleſia honore prædites dari ſolitas. Si enim verbi proprietatem ſpectemus, quam patres antiquos obſervaſſe æquum eſt judicare, ſuſpectos purgare magis quam commendare ſolemus: quos enim commendamus, ut dignitate, virtute, vel religione magis præſtantes commendamus: quod conſtat etiam ex Paulo in eadem epiſtola ad Corinthios.

D. Paulus ep. 2. ad Corinth. cap. 3.

D. Aug. epiſt. 163 ad Eleuſium.

Optatus lib. 2 de ſchiſm. Donatiſt.

Theod. Balſam. in conc. Chalcedon. can. 11.

Ivo de cauſ. cler. c. 115. in 6. p. decr.

D. Paul. dicta ep. 2. ad Corinth. c. 3.

De harum literarum formatarum ſeu canonicarum formula Hiſpanis olim communi quod dicam certo, nihil habeo; quod in re tam antiqua ſine teſtibus non liceat divinare, probabili tamen conjectura duci poſſumus eamdem fuiſſe, vel ſimilem illi, quam ex concilio Nicæno referunt Ivo, Burchardus & Gratianus. Texendæ autem ejus rationem ex poſtremis verbis concilii Chalcedonenſis repetemus. *Græca*, inquit Atticus epiſcopus, *elementa literarum, numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenuiter Græci ſermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epiſtolis canonicis, quas mos Latinus formatas vocat, aliqua fraus falſitatis temere præſumeretur; hoc a patribus trecentis decem & octo Nicææ congregatis ſaluberrime inventum eſt, & conſtitutum: ut formatæ epiſtolæ hanc calculationis ſeu ſupputationis rationem habeant, id eſt, ut aſſumantur in ſupputationem prima Græca elementa, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, hoc π, υ, α: quæ elementa octogenarium & quadringenteſimum, & primum ſignificant numerum. Petri quoque apoſtoli prima litera, id eſt, π, quæ numerum LXXX. ſignificat; ejus quoque qui ſcripſit epiſtolam prima litera; cui ſcribitur, ſecunda littera; accipientis, tertia litera; civitatis quoque de qua ſcribitur, quarta: & indictionis, quæcumque eſt illius temporis, numerus aſſumatur. Atque ita his omnibus Græcis literis, quæ, ut diximus, numeros exprimunt, in unum ductis, unam, quæcumque fuerit collecta, ſummam epiſtola teneat; hanc qui ſuſcipit omni cum cautela requirat expreſſe, addat præterea ſeparatim in epiſtola nonagenarium & nonum numerum, qui ſecundum Græca elementa ſignificat. Amen.* Exemplum autem epiſtolæ formatæ hoc Ivo refert.

Ivo 1. p. decr. c. 434 & 435 Burchard. lib. 2. cap. 227. Grat. in c. 1. & 2. 73. diſt. Extat deprompta ex concil. Chalced. apud Grat. in principio 73. diſt.

*In nomine π, Patris, & υ, Filii, & α, Spiritus ſancti. Ratbbodus ſanctæ Treverenſis eccleſiæ ac plebis ipſius humilis famulus, Roberto, reverendæ ſanctæ Metenſis eccleſiæ antiſtiti, in Chriſto principi paſtorum, manſuram cum gaudio proſperitatis ac perpetuitatis gloriam. Decreta ſanctorum trecentorum decem & octo patrum Nicææ conſtitutorum ſaluberrima ſervantes, Deo dignam piamque fraternitatem veſtram canonice aggredimur, & ſub nomine formatæ epiſtolæ reverentiam veſtram ſanctitatem adimus, vobis videlicet intimando, quia præſenti presbytero noſtro, nomine Otilomaro, has dimiſſorias dedimus litteras, quem in noſtra diœceſi eccleſiaſtice educatum, de ordine clericatus ad* A *presbyteratus proveximus gradum; ut his canonicis munitus apicibus, cum noſtra licentia et in veſtra paratiaſub defenſione ac regimine veſtræ caræ dilectionis degere liceat, illumque in ſinu ſanctæ matris eccleſiæ canonice fovendum ac regendum vobis committimus.*

Ivo cap. 434. 6 p. decret.

*Hanc ergo epiſtolam Græcis litteris hinc inde munire decrevimus, & annulo eccleſiæ noſtræ bullare cenſuimus. Chriſtus paſtorum princeps, interventu beati Petri, cui ſpecialiter ovile dominicum commiſſum eſt, fraternitatem veſtram ad cuſtodiam ſui gregis diu nobis conſervet incolumem, Amen. Summa horum. Mille CD. XXXIX. π, υ, α.*"

" Vide hanc auctiorem & correctiorem a Sirmondo noſtro cum aliis decem editam ſub finem Tom. II. conciliorum Galliæ.

Quod autem primum in concilio Nicæno conſtitutum fuiſſe cenſeo, illud eſt, ut perſona ſcilicet Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, in epiſtolarum exordio exprimeretur, ad docendam divinarum perſonarum æqualitatem, damnandamque Arii hæreſim, inter Patrem & Filium inæqualitatem conſtituentis: a quo ut diſcernerentur catholici, ea exordii formula inventa eſt.

Has autem epiſtolas non niſi epiſcopi tantum dare poterant, vel chorepiſcopi. Cum enim epiſcopi docere pu- B blice & curare omnia, quæ erant ſui inſtituti, non poſſent, ethnicorum potentia & itinerum difficultatibus impediti: neceſſe fuit deligi ab illis viros ætate graves, doctrina nobiles, probitate religioneque ſpectatos, qui eorum loco in civitatibus minoribus ſeu vicis publice & privatim populum docerent, & (ut commodiſſimum erat) epiſcopos in toto hoc regendæ Chriſtianæ reipublicæ munere juvarent, quos Græca voce, chorepiſcopos nuncuparunt, quaſi epiſcoporum vicarios: ſed titulo & functione vicaria tantum, ut hodie titulares epiſcopi. Ad vicinos autem epiſcopos presbyteris parochianis has literas dare licebat, ut conſtat ex concilio Antiocheno. Sed ſi longius eſſet progrediendum, chorepiſcopi vel epiſcopi formatis erat utendum, ut in eodem concilio decernitur. Quod autem hic epiſcopi noſtri conſtituunt, illud eſt: ut in omni loco, in eo præſertim, in quo primam ſuam cathedram conſtitutam habet epiſcopus, interrogentur omnes, qui communicatorias litteras portant (ab actu traditionis, quo illas epiſcoporum manibus offerunt, tra- C dere dicuntur) an omnia in illis contenta recte intelligant. Cum enim compendiariis quibuſdam notis contexerentur ordine quem ſuperius retulimus, oportebat ſane, illorum omnium eum reddere rationem, qui communicatorias literas deferret, ut earum fructu liceret frui. Hoc autem ubique & in omni loco fieri oportebat, ne ſubdoli & fraudulenti homines illas poſſent ex capite confingere. Sed quamvis in omni loco eas examinari oporteret, in eo præſertim, in quo prima cathedra conſtituta eſſet epiſcopatus: quia cum in majoribus civitatibus cathedra epiſcopalis conſtitueretur, acriorem diligentiam in his adhiberi erat neceſſe, ne turpi forſan portantium falſas literas communione civitas tota ſenſim ac latenter eodem errore notaretur, vel caperetur. Nec ab his examinari tantum concilio placuit, ſed & teſtimonio epiſcoporum comprobari ut certior de his populus redderetur, qui ad eccleſiaſticam communionem, qui ad humanum convictum ſecure poſſent admitti.

Conc. Antioc. can. 8.

D Maxime in eo loco, in quo primæ cathedræ conſtitutus eſt epiſcopus.

*An archiepiſcopi & primates, ut hodie, fuerint olim in Hiſpania tempore hujus concilii.*

## CAPUT XLII.

EX his verbis ſunt qui intelligant olim in Hiſpania, tempore hujus concilii, archiepiſcopos & primates extitiſſe, quos primæ cathedræ epiſcopos nuncupabant. Quod certe verum eſſe voluiſſem, & firmioribus vel argumentis vel conjecturis innixum, ut laudem hanc hierarchici ordinis jam in Hiſpania conſtituti fundatique (ut opto) deferre poſſem; ſed cum videam in ſubſcriptionibus epiſcoporum, ſive teſtimonio notarii, ordinem hunc primatus obſervatum non fuiſſe (quod inter reliqua privilegia primatus referunt divus Gregorius & E Auguſtinus, concilium Bracarenſe & Milevitanum) non poſſum ſane in eam ſententiam induci. Subſcripſiſſe enim primo loco, ſediſſe & confirmaſſe concilium, Felicem epiſcopum Accitanum, conſentiunt codices omnes, & editi, & MS. quem primum locum & ſedem inter epiſcopos Hiſpanos obtinuiſſe, nullis vetuſtæ antiquitatis conſtat monumentis. At ſi poſtremo loco ſediſſe & ſubſcripſiſſe, honorificentius olim quiſpiam dixerit, poſtremo loco ſubſcripſit Eutychianus epiſcopus Baſtitanus. Quos autem olim primam ſedem habuiſſe dici poſſet probabilius, Toletanos nimirum, vel Hiſpalenſes, ſecundo & ſeptimo loco ſediſſe vel confirmaſſe concilium, fide notarii publica conſignatum reperimus. Quare hujus canonis aliam eſſe ſententiam placet. Cum enim verba patres canonis auctores, non ad epiſcopos, ſed ad loca & ſedes epiſcoporum retulerint (voluerunt enim in omni loco, ſed in eo maxime, in quo primæ cathedræ

D. Greg. lib. 7. epiſt. ep. 112 ad Syagrium epiſc. Auguſtodunen. indict. 2.

D. Aug. epiſt. 217. ad Victorium

Conc. Bracar. I can. 24.

Conc. Milevitanum can. 13.

conſtitutus eſt epiſcopus, qui deferrent litteras communicatorias, examinari, probarique) perinde eſt, ac ſi dixiſſent, in omni loco oportere litteras communicatorias deferentes examinari, & comprobari: ſed in eo præſertim, in quo primam cathedram ſuam epiſcopi conſtituiſſent, hoc eſt in cathedralis ſive matricis eccleſiæ urbe: aliter enim qui fieri poteſt, ut credamus, concilium primatum ſedes ſolas exprimere, & epiſcoporum ſedes reticere voluiſſe? cum multo magis ſedes epiſcoporum, quam primatum debuiſſet recenſere, quod ex majori illarum numero plura & graviora redundare poſſent pericula. Quam ſane ſententiam confirmant vetuſti & emendatiores CC. MS. in quibus exſtat: *In qua prima cathedra conſtituta eſt epiſcopatus.*

Conc. Antioc. can. 8.

Hoc autem ideo dixerunt hujus concilii patres, quia poterant in omni loco litteras communicatorias dare comprobareque presbyteri, in villis videlicet, ſi ad epiſcopos vicinos iter eſſet agendum, vel ſi eſſet progrediendum longius, coreipiſcopi (qui vicarii erant epiſcoporum in villulis & oppidis) ſicque decreverunt patres, ut in loco quo eſſent presbyteri & chorepiſcopi, litteræ & earum delatores examinarentur, & teſtimonio ſuo illæ canonicæ probarentur, ſed in eo præſertim, quem ad primam cathedram ſuam conſtituendam elegerant epiſcopi; ne catholicæ fidei radices, quas gravi illi ſtudio & pia ſollicitudine in præcipuis urbibus affixerant, hæreticorum verſutia & calliditate evellerentur. De cathedra mentio fit, nam receptum fuiſſe olim a primis fere apoſtolorum temporibus cathedras conſtitui epiſcopis in eccleſia in loco excelſiori, ad demonſtrandam iuriſdictionis & throni poteſtatem, Urbanus primus PP. ad omnes Chriſtianos docet. *Quod autem,* inquit, *ſedes in epiſcoporum eccleſiis excelſæ conſtitutæ & præparatæ inveniuntur, ut thronus ſpeculationem & poteſtatem judicandi & ſolvendi atque ligandi a domino ſibi datam materiam docent. Unde ipſe ſalvator in evangelio: & quæcumque ligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo. Et alibi, accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Romano pontifici ſubſcribunt Africani in concilio Carthaginenſi. *Ut epiſcopus,* inquiunt, *in eccleſia in conſeſſu presbyterorum ſublimior ſedeat: intra domum vero collegam ſe presbyterorum eſſe cognoſcat.* D. etiam Hieronymus adſtipulatur eiſdem, dum ait. *Nam & Alexandriæ a Marco evangeliſta uſque ad Heraclam & Dionyſium epiſcopos, presbyteri ſemper unum ex ſe electum in excelſiori gradu collocatum epiſcopum nominant, quomodo ſi exercitus imperatorem faciat.* D. Auguſtinus. *In futuro,* ait, *judicio nec abſides gradatæ, nec cathedra velata adhibentur ad defenſionem:* abſides enim gradatas, ſedes epiſcoporum intelligit, altiore ſublatas faſtigio, cathedras autem velatas, quod velis olim ſacræ dignitatis cauſa illæ tegi conſuevissent. Quod ergo in ea urbe, prima hoc eſt præcipua cathedra epiſcopi conſtituta ſit, quam ſequebatur presbyterorum conventus, ideo de prima cathedra, hoc eſt, de urbe in qua ea cathedra ab epiſcopo ſita & tranſlata ſit, hujus concilii patres meminerunt. Cogebantur enim interdum epiſcopi ſæviente perſecutorum tyrannide, propria loca deſerere, & in alia pacis Chriſtianæ & ſalutis ac vitæ cuſtodiendæ cauſa commigrare, tranſlato inibi dignitatis & poteſtatis throno, quam cathedram vocabant. Voluerunt igitur in omni loco, ſed in his præſertim quæ ad propriam habitationem elegerant epiſcopi, religionis & diſciplinæ eccleſiaſticæ maximam haberi curam, & rationem ab advenientibus omnibus ſtrictiſſime exigi, & de fide illorum ſæpiſſime interrogari; ne urbes quas epiſcopi elegerant ad conſtituendum habitationis & religionis domicilium, vafra hæreticorum verſutia aliquam fidei jacturam facerent. Quod & antea apoſtolorum conſtitutione cautum reperio. *Nullus,* ait, *epiſcoporum peregrinorum, aut presbyterorum, aut diaconorum ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis: & cum ſcripta retulerint, diſcutiantur attentius, & ita ſuſcipiantur, & quidem ſi prædicatores pietatis fuerint, ſuſcipiantur, ſi minus, ubi neceſſaria ipſis ſuppeditaveritis, ad communionem & ulteriorem ipſos conſuetudinem non admittitote, multa enim per ſubreptionem proveniunt.*

Urban. I. in ep. ad omnes Chriſt. c. 4.

Matth. 18. Joan. 20.

Conc. Cartha. IV. can. 35.

D. Hieron. in ep. 85. ad Evagrium.

D. Aug. in ep. 203. ad Maximum epiſc. Donatiſt.

Can. apoſt. 34.

Non ergo conſtat ex hoc canone, archiepiſcopos & primates fuiſſe tunc in Hiſpania, aſſignatis metropolitanorum ſuffraganeis, & conſtituta ea urbium differentia, & privilegiis, quæ illi retinent hodie. Nam ſi is ordo hierarchicus erat in Hiſpania, quare oborta cauſa criminum Baſilidis & Martialis epiſcoporum, non ad metropolitanum eiuſdem provinciæ, ſed ad Africam recurrerunt, ad Carthaginenſem videlicet epiſcopum Cyprianum? cum epiſcoporum cauſas ad primatem eſſe deferendas ſciamus. *Quiſquis epiſcoporum accuſatur,* dicitur in concilio Carthaginenſi, *ad primates provinciæ ipſius cauſam deferat accuſator; & ſi vocatus ad cauſam dicendam non venerit, communione ad tempus ei interdicatur. Per ſingulas regiones epiſcopos convenit noſſe metropolitanum epiſcopum, ſollicitudinem totius provinciæ gerere; propter quod ad metropolim omnes undique qui negotia videntur habere, concurrant: unde placuit eum & honore præcellere, & nihil amplius, præter eum, ceteros epiſcopos agere, ſecundum antiquam a patribus noſtris regulam conſtitutam: niſi ea tantum, quæ ad ſuam diœceſim pertinent, poſſeſſioneſque ſubjectas.* Satius enim erat & commodius, omiſſa tanti itineris navigationiſque difficultate & periculis, in ſua provincia, quam aliena obortam cauſam ſopiri & terminari. Hanc autem formam hierarchici ordinis antea in Hiſpania, nec epiſcopi obſervare, nec denuo inducere potuerunt, quia ad illam generali decreto in omnibus Hiſpaniarum regnis ſtabiliendam, conſilio omnium epiſcoporum communi maturaque deliberatione opus erat. At convenire in unum locum, tum imperatorum ethnicorum metu, tum maximis itinerum difficultatibus non poterant: nam imperatores conventus hos quaſi collegia illicita peragi non facile patiebantur; ut Plinius ſecundus proconſul Ponti & Bithyniæ ſe non pati ſcripſit ad Trajanum: & Maximinum ne ad cœmeteria convenirent, prohibuiſſe, Euſebius tradit. At in concilio hoc, ideo eam cauſam primatum, & patriarcharum omittere potuerunt, quia ipſi tanta animi moderatione, virtute & ſanctitate pollebant, ut abſque primatum legibus & judiciis, non ſolum in eccleſiaſtica diſciplina, & inſtitutione, ſed in omni caritatis officio continerentur. Nec ſine hierarchici ordinis legibus eos vixiſſe putemus, cum antiquioribus ordinatione eam ipſam curam demandaſſe, dixerim ſuperius.

Cypr. epiſt. 68.

Conc. Cartha. III. can. 7.

Plinius ſecundus lib. 10. epiſt. Euſeb. lib. 9. hiſt. eccl. c. 2.

Lib. 1. c. 3.

Non ignoro epiſtolam Lucii papæ, multo ante hoc concilium ad epiſcopos Hiſpaniæ, & Galliæ perhiberi: in qua fit mentio de metropolitanis, inhibenturque Hiſpani & Galli metropolitani, niſi quod ad ſuam pertineret parochiam, ſine conſilio, & conſenſu omnium comprovincialium epiſcoporum, quidquam agere: ſed jam ſuperius animadverſum eſt, epiſtolam illam Lucii ſuſpicione non vacare, reddita ſententiæ ratione: quam eſſet moleſtum repetere. Illud tamen addo, non videri probabile in Hiſpania tantam tempore Lucii papæ inter epiſcopatus, archiepiſcopatus, & primatias inductam diſtinctionem, cum multo poſt ancipiti dubitatione laborantem viderimus Severum epiſcopum Cordubenſem, Dionyſium papam expoſtulaſſe, & exquiſiviſſe, quem ordinem in diviſione parochiarum tenere debuiſſet: cui pontifex non reſpondet, ut antiquum teneat receptum in eius eccleſia, vel in eccleſiis Hiſpaniæ, ſed a ſe noviter Romæ inductum: eamque formam, ut generalem per omnes provincias faceret divulgari. Illius hæc verba ſunt. *De eccleſiis ergo parochianis, unde apoſtolicam ſedem conſulere voluiſti, qualiter ſint cuſtodiendæ per Cordubenſem provinciam, ac dividendæ ſacerdotibus, nihil tuæ caritati melius nobis videtur intimare, quam ut ſequaris, quod nos in Romana eccleſia nuper egiſſe cognoſcitur, eccleſias vero ſingulas ſingulis presbyteris dedimus, parochias, & cœmeteria eis diviſimus; & unicuique ius proprium habere ſtatuimus, ita videlicet, ut nullus alterius parochiæ terminos, aut jus invadat; ſed unuſquiſque terminis ſuis ſit contentus; & taliter eccleſiam, & plebem ſibi commiſſam cuſtodiat, ut ante tribunal æterni judicis ex omnibus ſibi commiſſis rationem reddat; & non judicium, ſed gloriam pro ſuis actibus accipiat. Hanc quoque normam, cariſſime, te & omnes epiſcopos tenere convenit, & quod tibi ſcribitur, omnibus quibuſcumque potueris, notum facias; ut non ſpecialis, ſed generalis fiat iſta præceptio.* Nec ignoro etiam quod ſcripſit Joannes epiſcopus Gerundenſis, & poſt illum Vaſſæus, hoc concilium, videlicet Illiberritanum, habitum fuiſſe anno domini CCCXXXVIII. in ea Illiberi, quæ eſt ad radices montis Pyrenæi, interfuiſſeque Conſtantinum magnum cum matre Helena, tuncque diviſam Hiſpaniam in quinque provincias, Tarraconenſem, Carthaginenſem, Bæticam, Luſitaniam, & Gallæciam, & ſingulis provinciis aſſignatos fuiſſe epiſcopos metropolitanos. Hæc enim illi honorifice obſervaſſe videri poſſunt, ſed plene probaſſe videri non poſſunt, ut pluribus antea demonſtravi.

Lucius papa, epiſt. ad epiſcopos Hiſpan. & Galliæ c. 3. & 4. Lib. 1. c. 3.

Dionyſius PP. in epiſt. ad Severum epiſc. Cordubenſ.

Joannes epiſc. Gerundenſis in Paralipomeno Hiſpaniæ. Vaſſæus in chroni. Hiſp. Lib. 1. c. 3.

*Canon LIX.* Vulgatus.

*De fidelibus, ne ad Capitolium cauſa ſacrificandi adſcendant.*

Prohibendum, ne quis Chriſtianus, aut Gentilis ad idolum Capitolii, ſacrificandi cauſa aſcendat, aut videat: quod ſi fecerit, pari crimine teneatur: ſi fuerit fidelis, poſt decem annos acta pœnitentia recipiatur.

Canon LIX. *Emendatus.*

*De fidelibus, ne ad Capitolium cauſa ſacrificandi aſcendant.*

Prohibendum, ne quis Chriſtianus, ut Gentilis ad idolum Capitolii, ſacrificandi cauſa aſcendat, & videat: quod ſi fecerit, pari crimine teneatur: ſi fuerit fidelis, poſt decem annos acta pœnitentia recipiatur.

*Capi-*

*Capitolia fuiſſe in Hiſpania, & aliis provinciis ad exemplum Romani.*

## CAPUT XLIII.

Arnobius li. 6. adverſ. Gentes.

CAPITOLIUM a capite Toli hominis Vulcentani dictum Arnobius refert. Cum enim templum ædificare, & Jovi dicare vellet Roma, fundamentaque illius jaceret, in fundaminum ſedibus ſepulcrum Toli inventum eſt, & in eo caput illius integrum. *Nec erubuit civitas maxima*, ait Arnobius, *& numinum cunctorum cultrix, cum vocabulum templo daret, ex Toli capite Capitolium, quam ex nomine Jovio nuncupare.* Ad ſimilitudinem Romani Capitolii, alia in reliquis provinciis Gentes ædificaverunt, & formam, & nomen, ſicut & alterum palatii a Romano mutuantes. Fuiſſe capitolia in Hiſpania hinc liquet, (nec audiendi qui de Romano Capitolio Hiſpanos epiſcopos intellexiſſe ſiniſtre interpretantur). Aliud fuiſſe Carthagine memorat D. Cyprianus. De Capitolio Narbonenſi, Ravennati, & Toloſano, mentionem facit Sidonius. De alio Capuæ Capitolio Svetonius. In illis deorum erant idola, in illis ſacrificia omnia ſolennia peragebantur, ad illa conveniebant omnes, vel ſacra facturi, vel viſuri; qua ratione Capitolium omnium dæmonum templum vocat Tertullianus, additque: *Tot illic immundi ſpiritus conſidunt, quot homines capit.* Ne ergo Chriſtiani recenter converſi, antiquam ſacrorum conſuetudinem jam intermiſſam, aſpectu renovarent; neve ethnici inveterato confirmarentur errore, ſi Chriſtianorum conniventia profana ſacrificia tacite probari conſpicerent, juſtiſſimo hoc epiſcoporum conſilio, ſuccurſum eſt periculo tanto; præceptumque, ne quis Chriſtianus fide, aut propoſito, hoc eſt fidelis, aut catechumenus ad idolum Capitolii ſacrificandi cauſa aſcendat & videat: quod ſi fecerit, pari crimine teneatur. Tertullianus. *Si in vocatu, nec in ſacrificiis ſit titulus officii, & opera mea expunctio, quid tum? ſi libet. Utinam quidem nec videre poſſimus, quæ facere nobis nefas eſt. Sed quoniam ita malis circumdedit ſæculum idololatria, licebit adeſſe in quibuſdam, quæ nos homini non idolo officioſos habent. Plane ad ſacerdotium, & ſacrificium vocatus non ibo (proprium enim idoli officium eſt,) ſed neque conſilio, neque ſumptu, aliave opera in ejuſmodi fungar. Si propter ſacrificium vocatus adſiſtam, ero particeps idololatriæ: ſi me alia cauſa conjungit ſacrificanti, ero tantum ſpectator ſacrificii.* Et alibi. *Ceterum & plateæ, & forum, & balneæ, & ſtabula, & ipſæ domus noſtræ, ſine idolis omnino non ſunt, totum ſæculum ſatanas, & angeli ejus repleverunt, non tamen quod in ſæculo ſumus, a Deo excidimus: ſed ſi quid de ſæculi criminibus attigerimus. Proinde ſi Capitolium, ſi Serapeum ſacrificator & adorator intravero, a Deo excidam: quemadmodum circum, vel theatrum ſpectator.* Quod ſi non ſacrificii faciendi, vel inſpiciendi cauſa, tempore quo offendiculum catholicis, vel infidelibus injiciatur, ſed alio exquirendæ rei ſtudio, nullam culpam ſuſtinere idem Tertullianus fatetur. *Quid enim inquit*, ait, *ſi alio in tempore circum adiero, periclitabor de inquinamento? nulla eſt præſcriptio de locis. Nam non ſola iſta conciliabula ſpectaculorum, ſed etiam templa ipſa ſine periculo diſciplinæ adire ſervus Dei poteſt; urgente cauſa, ſimplici dumtaxat, quæ non pertineat ad proprium ejus loci negotium, vel officium.* Et poſt alia. *Loca nos non contaminant per ſe, ſed quæ in locis fiunt, a quibus & ipſa loca contaminari, altercati ſumus; de contaminatis contaminamur. Propterea autem commemoramus quibus ejuſmodi loca dicentur, ut eorum demonſtremus eſſe, quæ in his locis fiunt, quibus ipſa loca dicantur.*

D. Cyprianus ep. 55. & lib. de lapſis. Sidonius in vita ſanctorum Apollinaris, & Saturnini. Svetonius in Tiberio cap. 5. Tertullianus lib. de ſpectac. c. 12.

Tertul. de idololatria c. 16.

Idem lib. de ſpectaculis c. 8.

### Ne quis Chriſtianus, aut Gentilis.

PROHIBERI Chriſtianum a ſacrificando, ſub excommunicationis pœna, facile eſt; ſed Gentilem, in quem excommunicatio non cadit (de his qui foris ſunt quid ad nos?) diu viſum eſt difficile, ob depravatos Surii, & Carranzæ codices: ſed emendatiores MS. rem fecerunt manifeſtam, in quibus pro disjunctione, (aut,) (ut) legitur: quaſi clarius dicerent patres. *Ne quis Chriſtianus catechumenus, vel fidelis, ut Gentilis ad Capitolium ſacrificandi cauſa aſcendat.* Qua ratione ad finem dicitur. *Quod ſi fuerit fidelis, poſt decem annos acta pœnitentia recipiatur*, id eſt, Chriſtianus, qui tanquam Gentilis ad Capitolium ſacrificandi diis cauſa aſcenderit, pari crimine idololatriæ, ut Gentilis teneatur: ſed fidelis, acta pœnitentia, poſt decennium admittatur: nam catechumeni alia ratio erat.

### Ad idolum Capitolii, ſacrificandi cauſa aſcendat.

*Ad exemplum Romani Capitolii, reliqua in editis locis conſtrui ſolita.*

## CAPUT XLIV.

CAPITOLIA exterarum provinciarum, ut nomen a Romano, ſic ſitum & locum imitatione expreſſe-

A runt. Romanum autem fuiſſe in loco præexcelſo conſtat: erat enim extructum in Saturnio monte, ſicque ſacrificaturi, aut precaturi, aſcendere cogebantur. Tacitus. *Exin læti Capitolium ſcandunt, deoſque tandem venerantur.* Et alibi. *Nec ſiſti poterant ſcandentes per conjuncta ædificia, quæ ut in multa pace in altum edita ſolum Capitolii æquabant.* Svetonius de Julio. *Aſcendit Capitolium, ad lumina quadraginta elephantis dextra atque ſiniſtra lychnuchos geſtantibus.* Plinius ad Trajanum. *Tibi aſcendenti de more Capitolium civium clamor, ut jam principio occurrit.* Et poſt alia. *Ubi vero cœpiſti Capitolium aſcendere; quam læta omnibus adoptionis tuæ recordatio.* Lampridius in Alexandro. *Capitolium ſeptimo die cum in urbe eſſet, aſcendit.* Hinc frequens eſt juriſconſultorum noſtrorum de ea conditione memoria. *Si Titius, vel Mævius in Capitolium aſcenderit.* Commodiſſima ſunt ad ſacrificandum, vel orandum, ut hominum tumultibus liberiora, quæ in alto ſunt loca, ſicque in montibus olim Gentes Deum adoraſſe, ſine aliis templis, ſuperius dixi, eaque ratione naſcentis religionis eccleſias noſtras in editis locis conſtructas Ter-
B tullianus docet, & reliquiis earum quas ipſa delevit vetuſtas, edocti ſumus, idque obſervare debent, qui denuo eas conſtruunt, vel conſtructuri ſunt.

Tacitus lib. 4. annalium. Idem Tacitus lib. 2. hiſtor. Svetonius in Julio. Plinius in panegyrico ad Trajanum Lampridius in Alexandro. Ulpianus lege 2. & 3. cum aliis de legat. 2. Lib. 2. c. 3. Tertul. adverſus Valentinianos, c. 3.

*Canon LX.* Vulgatus,

*De his, qui deſtruentes idola occiduntur.*

Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occiſus, quia in evangelio non eſt ſcriptum, nec invenitur ab apoſtolis unquam factum, placuit, eum in numerum non recipi martyrum.

Canon LX. *Emendatus.*

C *De his, qui deſtruentes idola occiduntur.*

Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occiſus, quia in evangeliis non eſt ſcriptum, nec invenitur ab apoſtolis unquam factum, placuit, eum in numerum non recipi martyrum.

BURCH. lib. 6. decretorum c. 45. ex canone 70. hujus citat, cum ſit 60. & verbis paulo diverſis. *Si quis idola fregerit, & ibidem occiſus fuerit, quia in evangeliis ſcriptum non eſt, neque invenitur ſub apoſtolis unquam factum, placuit eum in numerum non recipi martyrum*, ſic etiam Ivo p. 10. cap. 172.

*Idola ethnicorum diruentes, cur in numerum recipi martyrum Hiſpani patres interdixerint.*

D

## CAPUT XLV.

CUM docuerit Chriſtus, beatiſſime pater, amicum pro amico, nihil fide præclarius, vel amore excellentius, vel pietate illuſtrius, vel beneficentia præſtantius, vel majori denique laude dignius efficere poſſe, quam ut ſe in capitis periculum, & vitæ diſcrimen inferat; qui non ſubiit tantum vitæ periculum, ſed vitam ipſam admirabili & ſumma animi conſtantia, ad ardentem fidei confeſſionem exprimendam, ad gloriam Chriſtiani nominis amplificandam, ad evertendam idolorum ſervitutem conſtantiſſime fudit, plures mirantur ſcriptores, qua cauſa impulſi epiſcopi noſtri, hunc debito glorioſi martyrii fructu, emerita heroicæ fortitudinis laude, condignoque futuræ laureolæ præmio, minori forſan (quam par eſſet) pietate privaverint. Eoque perduxit illos, vel canonis difficultas, vel Chriſtianæ pietatis amor, vel catholicæ religionis zelus, vel propenſum in martyres ſtudium, ut certo affirmaverint, canonem hunc ſuppoſitum eſſe, & indignum, ut inter ſanctiſſima alia patrum noſtrorum decreta referretur.
E Sed abſit, ut tam ſanctæ doctrinæ, tam prudenti conſilio, tam pio & religioſo præcepto, adeo gravem & acerbam erroris maculam aſpergamus. Olim enim ob ſævitiam tyrannidemque imperatorum (omnes fere ante Conſtantinum, Chriſtianam religionem jam feliciter naſcentem, variis modis conatos fuiſſe opprimere, nullum perſecutionis genus omittentes, quis neſciat?) multi fideles, cum vincula, verbera, fuſtes, equuleum, ſcorpiones, ungulas, beſtias, flammas, exilium, latumias, metalla, aliaque tormentorum genera, ad necem uſque paterentur: alii item non ſolum mortem oblatam ferrent libenter, ſed ſe ipſos offerrent conſtantiſſime: eveniebat plerumque, conſtanti illa & glorioſa martyrum confeſſione adeo præſidum animos exacerbari, ut exuentes quam prius induerant barbarorum ſævitiam & immanitatem, atrocem poſtea belluarum feritatem imitantes, non in hos modo, ſed in reliquos Chriſti fideles & miniſtros atrociſſime graſſarentur: quod ſane peri-

Joan. 15.

Citati ſcriptores lib. 1. c. 4.

Clemens Alexan. lib. 4. Stromat.

periculum multo ante a Chriſtianis cavendum monuerat Clemens Alexandrinus. *Is eſt*, ait, *qui quantum in ſe eſt, adjuvat improbitatem ejus, qui perſequitur; quod ſi etiam ipſe cauſam præbens, feram plane irritet; ſimiliter etiam ſi præbeat aliquam pugnæ cauſam, vel damni, vel judicii, vel inimicitiarum, is occaſionem peperit perſecutionis: & ideo juſſi ſumus nihil retinere ex his, quæ ad hanc vitam pertinent: ſed et qui tollit pallium, præterea etiam dare tunicam, non ſolum ut permaneamus abſoluti nullis animi perturbationibus, ſed ne ea vindicantes, eos, qui in judicio contendunt, in nos reddamus efferatos; & per nos commoveamus eos, ut nomen maledictis appetant.* Quæ ſane cauſa Hiſpanos epiſcopos in eam induxit ſententiam, ut nomine, honore & dignitate martyrum eos privandos decreverint, qui nullo fidei aut ſuperioris præcepto coacti, qui nulla catholicæ confeſſionis neceſſitate conſtricti, idola Gentium frangerent. Occaſio autem ea forſan fuit. Nam cum Hiſpali duæ fuiſſent ſorores Chriſtianæ (D. Iſidoro auctore) diſtrahendis vaſis fictilibus quærentes victum, quo ſe & alios Chriſtianos egenos miſerationis ergo ſuſtentarent; (tam parce enim, & pie vixiſſe ſemper, teſtatur idem Iſidorus) evenit, ut cum ipſæ in ſiro ei operi eſſent intentæ, quampiures ethnicæ mulieres per forum more ſuo circulatorio idolum Salambonæ deæ circumferrent (Salambonam autem Hiſpalenſes ſicut & Aſſyrii eam deam vocabant, quam Romani & alii Venerem, ut Lampridius tradit) cumque maximo cinctæ comitatu, choreis & ſalutationibus luctuoſis (ut ferebat mos) feſtum celebrarent, poſcentes a ſingulis vel ſtipem, vel res alias quaſcumque, ut eas vel templo, vel ſacrificiis deæ ſacrarent, acceſſerunt ad Juſtam & Rufinam, vas quoddam fictile ex his quæ venundabant, poſtulantes. At illæ ne quem ſimulacris falſæ deæ haberent honorem, profano idololatriæ ſe crimine polluentes, munus offerre recuſarunt: illud aſſeverantes, ſe ſoli Deo vero, non autem falſis idolis ex ligno vel lapide confictis, cultum præſtituras. Indignatæ Gentiles, vaſa omnia fictilia projecto in ea idolo confregerunt, ipſo quaſi honoris abnegati expetente vindictam. At illæ non tam jactura indignatæ vaſorum, quam juſto æterni Dei zelo & pietate commotæ, acceſſerunt ad idolum, & illud inde abjicientes confregerunt. De Juſta enim id refert D. Iſidorus. Hoc autem cum ad Diogenianum tunc Hiſpalis & totius Bæticæ præſidem deferretur, illas equuleo diſtorſit. Et, ut Uſuardus refert, *ungularum laniatione vexavit; poſt, carcere, inedia, & torſionibus afflixit: tandem Juſta in carcere ſpiritum exhalavit: Rufinæ vero cervix confracta eſt in confeſſione domini.* Quæ ad annum domini CCLXXXVII. principio imperii Diocletiani annales noſtri referunt. Cum autem martyrum profeſſio, ad indignationem commoviſſet Diogenianum, qui tunc in Chriſtianos Hiſpaniæ imperatorum præcepto omne perſecutionis genus exercebat: ne alii ſimili exemplo vel illius vel futurorum præſidum & ſucceſſorum animos ad majorem ſævitiam & crudelitatem incitarent (de Eulalia taceo Emeritenſi, quod multo ante illius martyrium canon hic editus ſit) idcirco decretum eſt concilio hoc Illiberritano (adfuit enim in eo Sabinus epiſcopus Hiſpalenſis, a quo forſan condendi hujus canonis ratio profecta eſt) ne quiſquam idola Gentilium diſturbaret, ne hac occaſione illi, vel in templa noſtra, vel in perſonas liberius graſſarentur; ut atrociſſime etiam Auguſtini temporibus, in Chriſtianos graſſatus eſt Gororanes Perſarum rex, quod Abdas epiſcopus ſanctiſſimus diſturbaſſet Ignis maximi apud Perſas Dei templa, ut ſcribit Caſſiodorus: quod & Alexandriæ eveniſſe Theodoſii imperio auctor eſt Socrates. Cum enim Theophili epiſcopi conſilio, imperator edicto ſanxiſſet, Gentium everti delubra, idque opera effici ejuſdem Theophili, & cum Serapidis & Mithræ templa diruiſſet, acerbiſſimum Gentes dolorem concepiſſe ait, nec conceptum ferre potuiſſe, quin communi conſenſu in Chriſtianos graviſſimo impetu irruerent, nec antea a cædibus voluiſſe abſtinere, quam conceptam doloris acerbitatem, majori Chriſtianorum pernicie & ſanguinis effuſione leniſſent. De Arabibus, Aeropolitis, Phœnicibus, Syris & aliis hæc mandavit literis Sozomenus. *Adhuc autem in quibuſdam civitatibus pro templis ſuis alacriter Pagani dimicabant: velut in Arabia Petræi, & Aeropolitæ: in Palæſtina Raphietæ & Gazæi; in Phœnicia ii qui Heliopolim incolunt: in Syria potiſſimum vindices templi Apamiæ; quæ colitur ad Axium fluvium: quos quidem ego intelexi, ad protectionem templorum ſuorum frequenter auxiliis uſos hominum Galilæorum, & collectorum ex pagis Libano vicinis; demum ad tantam prorupiſſe audaciam, ut etiam Marcellum, qui ejus provinciæ epiſcopus erat, interficerent. Hic enim cum judicaret illos non alia ratione facilius a priori ſuperſtitione poſſe converti, templa quæ in urbe & in pagis habebat, evertit, & certior factus in Aulone* (is eſt tractus Apameorum provinciæ) *templum eſſe ampliſſimum, militibus aliquot ac gladiatoribus aſſumptis adverſus iſtud contendebat. Cui cum appropinquaſſet, extra telorum jactum ipſe reſtitit: erat enim pedibus debilis, & neque pugnare, neque hoſtem fugere, vel fugare poterat. Militibus deinde ac gladiatoribus in deſtruendo templo occupatis, ex paganis quidam, intellecto, quod ille ibi relictus eſſet ſolus, ea, ex parte qua locus pugna vacabat, egrediuntur, & ex improviſo adorti eum corripiunt, & rogo injectum interi-*

D. Iſidor. in breviario Gothico, Mozarabe vocat.

Lampridius in Heliogabalo.

*Erat Salambona ſacra in Hiſpania, quod deploraret in ea, Adonidis interitum. Idcirco Lampridius de Heliogabalo hæc ſcribit: Salambonam etiam omni planctu & jactatione Syriaci cultus exhibuit, omen ſibi faciens imminentis exitii.*

D. Iſidorus in breviario Gothico.

Uſuardus in martyr. 19. Julii.

Ambroſ. Moral. lib. 10. hiſt. Hiſpaniæ c. 16.

Caſſiodor. lib. 10. hiſt. Tripartitæ. Socrat. l. 5. c. 16.

Sozomenus li. 7. c. 15.

A *munt, ac in præſentia quidem clam id habuerunt.* Huic damno occurrunt prudenter hoc decreto Hiſpani epiſcopi, & occurrerunt etiam (ut audio) alio ſimili pontifices maximi, dum præceperunt jam diu ſacerdotibus & monachis Hieroſolymitanis ſub gravi cenſura anathematis, ne verbum domini publice prædicarent; quia tametſi Chriſtianæ doctrinæ propagatio res ſit ſanctiſſima; ne tamen excitati Turcarum animi ſævirent in Chriſtianos crudelius, juſtiſſime eis illud interdictum eſt.

Fuit etiam alia ſatis ſolers & provida in edendo hoc decreto patrum noſtrorum ratio, qua huic ſe martyrio offerentes, privari martyrii dignitate conſentaneum judicaverunt; quia erant inter Chriſtianos olim pauperes, & mendici multi, qui non tam Chriſtianæ religionis zelo, quam temporalium bonorum jactura ſe martyrio exponebant, ut detenti videlicet in carcere, alerentur ab eccleſia, & debitis quibus urgebantur, plene ab ea ſatisfieret, ut auctor eſt Auguſtinus. *Quidam etiam*, (ait in eadem epiſtola, quæ eſt Menſurii Carthaginenſis epiſcopi ad Secundum Tiſigitanum) *facinoroſi arguebantur & fiſci debitores, qui occaſione*

B *perſecutionis, vel carere vellent onerosa multis debitis vita, vel purgare ſe putarent, & quaſi abluere facinora ſua, vel certo acquirere pecuniam, & in cuſtodia deliciis perfrui de obſequio Chriſtianorum.* Eamdem conſuetudinem ſuppeditandi neceſſaria confeſſoribus indicat Tertullianus, dum librum ad martyres ſic exorditur. *Inter carnis alimenta*, ait, *benedicti martyres deſignati, quæ vobis & domina mater eccleſia de uberibus ſuis, & ſinguli fratres de opibus ſuis propriis in carcerem ſubminiſtrant, capite aliquid & a nobis, quod faciat ad ſpiritum quoque educandum.* Cyprianus etiam, hoc pietatis officium confeſſoribus exhibendum conſuluit clero; poſt alia enim quæ ad hanc rem ſcripſit in principio, ad finem addit. *Pauperibus quoque, ut ſæpe jam ſcripſi, cura ac diligentia veſtra non deſit: iis tamen qui in fide ſtantes & nobiſcum fortiter militantes, Chriſti caſtra non reliquerunt, quibus quidem nunc major a nobis, & dilectio & cura præſtanda eſt, quod nec paupertate adacti, nec perſecutionis tempeſtate proſtrati, dum domino fideliter ſerviunt,*

C *ceteris quoque pauperibus exemplum fidei præbuerunt.* Et hoc tandem præcepto ſanxerunt epiſcopi Africani in concilio Carthaginenſi IV. *Chriſtianum catholicum*, ajunt, *qui pro catholica fide & pro eccleſiaſtica re & Chriſtiana religione tribulationem patitur, honore omni a ſacerdotibus honorandum: etiam per diaconum ei victus adminiſtretur.* Ut his ergo commodis fruerentur, ſolebant ſe quidam temere martyrio exponere, quos non honorandos ut martyres, idem Menſurius reſcripſit, ut paulo poſt dicemus.

His præterea accedebat, quod naſcentis eccleſiæ patres maxime optarint, ut in perferendis idolorum ſacrificiis tunc profanis & impiis ſuperſtitionibus, patientiæ, modeſtiæ, manſuetudinis & humilitatis virtutibus refulgerent Chriſtiani, neque vi & armis ethnicorum delubra, ſed pietate & religione deturbari volebant: quo ſic admirabilior Chriſti poteſtas, & catholicæ eccleſiæ progreſſus humanis non tribueretur auxiliis: quod facile eveniret, ſi templa, vel idola Gentium viribus potius quam eccleſiaſtica diſciplina perfringerent, & eadem ſeveritate Chriſtianæ religionis ſemina latius propagare adniterentur.

D Quemadmodum enim Philoſophos & oratores, mundique hujus ſapientes primum non elegit Chriſtus, per quos cœleſti doctrina hominum genus erudiretur; ſed illiteratos piſcatores, quorum opera & philoſophi, & oratores, in eccleſiæ retia pertraherentur, ne videlicet humanæ ſapientiæ viribus converſio Gentium adſcriberetur: in qua ſuæ gratiæ vim Deus illuſtrem videri volebat: ita ad propagationem evangelii, & idolorum everſionem, noluerunt humanarum virium fieri periculum; ſed utriuſque rationem divinæ providentiæ reſervari: ut palam fieret non humana aliqua præſumptione, aut virtute, ſed divina prorſus ſapientia, & poteſtate novam tunc nomine Chriſti religionem introduci & ſtabiliri inter Gentes. Qua ratione non vi, non armorum ſtrepitu fidem noſtram propagari, ſed omni & religionis & pietatis officio monuit Tertullianus. *Non eſt religionis*, inquit, *cogere religionem, quæ ſponte ſuſcipi debet, non vi.* Ita Nicolaus papa ad conſulta Bulgarorum. *De iis*, inquit, *qui Chriſtianitatis bonum ſuſcipere renuunt & idolis immolant, & genua curvant, nihil aliud poſſumus ſcribere*

E *vobis, niſi ut eos ad fidem rectam monitis, exhortationibus & ratione potius, quam vi, quod vane ſapiunt, convincatis.* Et poſtea. *Nulla cum his*, inquit, *qui non credunt, idolaque adorant, miſcenda communio eſt. Porro illis violentia ut credant, nullatenus inferenda eſt. Nam omne quod ex voto non eſt, bonum eſſe non poteſt.* Id in ſubditos ſuos nondum converſos uſurpaſſe Edilbertum Anglorum regem refert, & laudat Beda. *Quorum fidei*, inquit, *ita congratulatus eſſe rex perhibetur, ut nullum tamen cogeret ad Chriſtianiſmum, ſed tantummodo credentes arctiori dilectione quaſi concives ſibi regni cœleſtis amplecteretur. Didicerat enim a doctoribus auctoribuſque ſalutis, ſervitium Chriſti voluntarium non coactitium debere eſſe.* Quod & antea magnum Conſtantinum feciſſe ſæpe prædicat Euſebius, & Nicephorus. *Maximus*, inquit, *ille Conſtantinus, qui ingentem quidem, minorem tamen virtute & gloria ſua, conſequutus eſt laudem, & primus*

vera

Aug. in breviculo collationum 3. diei c. 13.

Tertul. lib. ad martyres in principio

Cypri. ep. 17.

Conc. Carth. 4. can. 3.

Conc. Rothom. cap. 5. apud Burchard. lib. 1. decr. c. 71. Ivon. 2. par. decretorum cap. 131.

Tertul. ad Scapulam.

Nicolaus papa ad conſulta Bulgarorum.

Beda lib. 1. eccl. hiſt. Gentis Anglor. c. 26.

Euſeb. li. 1. de vita Conſtantini c. 35.

Niceph. l. 12. c. 25. Conc. Tolet. 4. can. 57. relato in cap. de Judæis. 45. diſt. & Greg. Magnus in ep. ad Petrum epiſc. Terracinenſem l. 1. regiſt. ep. 34. & in Paſchaſium, in regiſtro lib. 11. indictione 6. epiſt. 15. Gratian. in c. qui ſincera 45. diſt.

*vera pietate imperium exornavit: quum omnem, (ut ita dicam) terrarum orbem in idolorum cultu inſanientem, ſacrificare quidem omnibus prorſus prohibuit, aras autem eorum non ſuſtulit, mandato illo promulgato, ut deorum templa clauſa, quo a nemine adiri poſſent, ſervarentur. Idem filii ejus fecere: crudelitati enim eſſe putarunt, repente prorſus tantam inſtituere mutationem: ſatius eſſe exiſtimantes, quietis conſiliis paulatim homine ad veram pertrahere religionem.* Id erga Judæos obſervandum decrevit concilium Toletan. IV. & Gregor.

## Quia in evangeliis non eſt ſcriptum

*Non teneri quemquam privata auctoritate idola Gentium infringere, poſſe tamen ſuo tempore & loco.*

### CAPUT XLVI.

NON eſſe ſcriptum in evangeliis, ut quis privata auctoritate ſe offerat martyrio, dando illi anſam fractis idolis, certum eſt, & Hiſpani patres hic affirmant: quinimo conſilium exſtat apud Matthæum, ut cum nos perſecuti fuerint in una civitate, fugiamus in aliam. Huic autem fugiendi licentiæ non modo non eſt locus, cum heroicæ virtutis documentum eſt dandum, quin potius ad percipiendam oblatam martyrii coronam animo alacri currendum eſt, ut inſigni pietate & eruditione probavit lætiſſime D. Eulogius Cordubenſis epiſcopus, & electus poſtea archiepiſcopus Toletanus, in toto eo libro, cui titulum dedit, Memoriale ſanctorum. In hoc tamen, non pietatis modo, & religionis, ſed prudentiæ etiam ratio obſervanda eſt: cum ſapienter doceat D. Bern. *Fortitudinis matrem eſſe prudentiam, nec fortitudinem, ſed temeritatem quemlibet auſum quem non parturiit prudentia.* Quod & ab his obſervari impenſius vellem, qui orientis & occidentis Indiæ Gentes ex errorum tenebris ad veritatis Chriſtianæ lucem ſtudent revocare: ſcio enim nonnullos in propagando evangelio, & in affigendis publice crucibus, nervos omnes contendiſſe imprudentia tamen religionem & pietatem nonnunquam fruſtrante.

Matth. 10.

D. Eulog. Cordubenſis epiſc. to. 1. lib. memoriale ſanctorum.

D. Bern. lib. 10. de conſiderat. ad Eugeni. c. 8.

## Neque invenitur ab apoſtolis unquam factum.

*An apoſtoli fregerint unquam Gentium idola. & quanti traditiones apoſtolicas ab initio eccleſiæ Hiſpani patres fecerint.*

### CAPUT XLVII.

IN codice Lucenſi. *Neque invenietur ſub apoſtolis unquam factum.* Utraque lectio vera eſt. Sed cum de dominico evangelio ſupra meminerunt, probabilius eſt, de factis apoſtolicis nunc etiam patres agere voluiſſe ſicque primam lectionem retinendam eſſe. Cui conſonant quæ de D. Paulo, Petro, & aliis D. Cyprianus & Athanaſius referunt: quæ tametſi hujus loci ſint propria, compendii cauſa omittam. Sed ſive ſub apoſtolis, vel ab apoſtolis nunquam factum legamus, utraque lectio difficultate non caret, cum D. Joannem evangeliſtam Apollinis templum diruiſſe in inſula Pathmo, in qua fuerat relegatus, Prochorus referat ejus diſcipulus; in Aſia vero Epheſinæ Dianæ templum etiam evertiſſe, Abdias narrat; & aliud Matthæum in Æthiopia. Sed hi diruerunt, non fregerunt; labefactarunt oratione, non manibus; diſturbarunt cœleſti, non humana virtute: ut iidem Prochorus & Abdias teſtantur, quos ſequi & imitari fideles voluerunt Hiſpani patres. Scripturæ præterea ſacræ & apoſtolicarum conſtitutionum dignitatem quanta veneratione coluerint doctrina hic ſancta & exemplo demonſtrarunt, dum Gentium idola humanis viribus proſterni ideo noluerunt, quod nec divinis literis, nec apoſtolicis exemplis fulciretur. In quo præclaris D. Pauli veſtigiis inſtiterunt, dum ad Theſſalonicenſes ſcribens, ait. *Itaque fratres, ſtate & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſive per ſermonem, ſive per epiſtolam.* A Paulo eamdem ſe hauſiſſe doctrinam teſtatur beatus Dionyſius Areopagita D. Eugenii magiſter, a quo accepit pietatis & dignitatis hæres Melantius. *Noſtra*, inquit, *hierarchia in omnis in verbis, quæ a Deo tradita ſunt, cernitur. Sanctiſſima autem venerationeque digniſſima verba ea eſſe dicimus, quæ nobis a ſacroſanctis noſtris præceptoribus, in ſanctis atque Theologicis ſcripturæ libris ſunt prodita, quæque ab iiſdem ſanctis viri inſtitutione, quæ magis a materia abhorreret, proximaque jam quodammodo eſſet ac ſimilis cœleſti hierarchiæ, ex mente in mentem verbo corporeo illa quidem, ſed quod minus eſt materiæ particeps, ſine ſcripto ſtudiorum noſtrorum duces principeſque didicerunt.* Et paulo poſt *Quocirca, primi illi hierarchiæ noſtræ duces ac principes, cum ipſi a divina bonitate plene cumulateque ſanctum hoc munus accepiſſent, & a divina benignitate ejus apud poſteros propagandi prorogandique cauſa miſſi eſſent: iidemque valde ut divini poſteros ad cœleſtia, & divinitatis ſimilitudinem traducere cuperent: ſignis, quæ ſub ſenſum cadunt cœleſtia, varietateque ac multitudine id quod conjunctum connexumque erat, & humanis divinas res, quæque materia carent, iis quæ ex materia conſtant, ac noſtris eas quæ eſſentia ſuperiores ſunt, partim ſcriptis, partim non ſcriptis ſuis inſtitutionibus, ex ſacroſanctis legibus nobis tradiderunt.* Eadem Irenæus ſcripſit, edoctus a Polycarpo Joannis diſcipulo. *Quid enim & ſi quibus de aliqua modica quæſtione diſceptatio eſſet, nonne oporteret in antiquiſſimas recurrere eccleſias, in quibus apoſtoli converſati ſunt, & ab eis de præſenti quæſtione ſumere, quod certum & re liquidum eſt? Quid autem, ſi neque apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſſent nobis, nonne oportebat ordinem ſequi traditionis, quam tradiderunt iis, quibus committebant eccleſias? Cui ordinationi aſſentiunt multæ Gentes, barbarorum eorum qui in Chriſtum credunt, ſine charactere, vel atramento ſcriptam habentes per ſpiritum in cordibus ſuis ſalutem, & veterem traditionem diligenter cuſtodientes, in unum Deum credentes fabricatorem cœli & terræ, & omnium quæ in eis ſunt, per Chriſtum Jeſum Dei filium. Hanc fidem qui ſine literis crediderunt, quantum ad ſermonem noſtrum, barbari ſunt: quantum autem ad ſententiam, & conſuetudinem, & converſationem, propter fidem, per quam ſapientiſſimi ſunt, & placent Deo, converſantes in omni juſtitia, & caſtitate, & ſapientia? Quibus ſi aliquis annunciaverit ea quæ ab hæreticis adinventa ſunt, proprio ſermone eorum colloquens, ſtatim concludentes aures, longe longius fugient, ne audire quidem ſuſtinentes blaſphemum colloquium. Sic per illam veterem apoſtolorum traditionem, ne in conceptionem quidem mentis admittunt, quodcumque eorum portentiloquium eſt: neque enim congregatio fuit apud eos, neque doctrina inſtituta. Traditione igitur quæ eſt ab apoſtolis, ſic ſe habente in eccleſia, & permanente apud nos, revertamur ad eam, quæ eſt ex ſcripturis oſtenſionem, eorum qui & evangelium conſcripſerunt apoſtolorum.* Sed cur non omnia ſcriptis tradiderint apoſtoli, ſed ſermone multa retineri, & conſervari voluerint, hæc docet Baſilius. *Nonne*, inquit, *ex doctrina quam patres noſtri in ſilentio, quod curioſos, & otioſos ſubmovet, ſervarunt, pulchre quidem illi, nimirum docti, arcanorum venerationem ſilentio conſervare? Nam, quæ nec intueri fas eſt non initiatis, qui conveniebat horum doctrinam publicitus circumferri ſcripto?* Deinde Moyſis exemplo probans, qui non omnes ad penitiora ſacramenta admiſit: *probe*, inquit, *ſciens pro ſua ſapientia, res uſu tritas, & undecumque parabiles, expoſitas eſſe contemptui: cæterum id, quod depoſitum eſt, quodque rarum eſt, huic natura conjunctum eſſe ſummam admirationem & ſtudium. Ad eumdem profecto modum, & qui in primordiis eccleſiæ certos ritus perſcripſerunt apoſtoli, & patres, in occulto ſilentioque myſteriis ſuam ſervaverunt dignitatem: neque enim omnino myſterium eſt, quod ad populares & vulgares aures effertur. Eſt autem etiam ſilentii ſpecies ipſa obſcuritas, qua utitur ſcriptura mentem ad contemplationem dogmatum inhabilem exercens, idque ad utilitatem in ſcripturis verſantium.* Inde illa contra doctrinæ, atque ſacramentorum profanatores Gregorii Nazianzeni gravis querela. *Illud ſaltem*, ait, *inter nos conveniat, ut myſtica myſtice, & ſancta ſancte proloquamur, nec in profanas aures, quæ in vulgus efferri nefas eſt, projiciamus, ne alioqui conſtet eos, qui dæmones adorant, & turpium fabularum, non rerum cultum profitentur, nobis gravitate ſuperiores eſſe: quippe qui his, qui non iiſdem ſacris initiati ſunt, cruorem potius ſuum, quam ſermones quoſdam impertirent.* Antiquiſſimo igitur hoc Hiſpanorum epiſcoporum decreto, hæreticos recentiores qui apoſtolicis traditionibus derogant, convinci poſſe ſatis manifeſtum fit: dum mille & trecentis ab hinc annis tam gravis & ſancta fuerit earum apud ipſos & omnes auctoritas. Nec Hiſpanorum etiam epiſcoporum doctrinam & pietatem minus licebit hic vel a rigidis eorum cenſoribus commendari, quod non ſolum evangelicis & apoſtolicis inſtitutis repugnantes ſententias tradere noluerint, ſed nec latum quidem unguem ab eorum ſcriptis & non ſcriptis traditionibus vel diſcedere, tam ſancta, quam aperta ſententia declaraverint. Sed bene jam habet acerba iſta & mala tractatio: auget enim pretium virtutis audire male, cum bene feceris.

D. Cypri. ep. 56 ad Thibaritanos.

D. Athan. in ſua de fuga apolog.

Prochorus hiſt. apoſtol. cap. 14.

Abdias li. 5. & 7. hiſt. apoſt.

2. Theſ. 2.

Dion. Areop. lib. 1. de eccl. hierar. c. 3.

Irenæus li. 3. c. 4. adverſus hæreſes.

Baſilius in li. de Spiritu ſancto c. 27.

Greg. Nazianzen. in oratione 1. de theologia.

## Placuit, eum in numerum non recipi martyrum.

*Non decerni ab Hiſpanis patribus in hoc canone, martyrem non eſſe, qui idola fregerit: ſed in numerum martyrum ab eccleſia non referri, & cur.*

### CAPUT XLVIII.

NON decreverunt patres Hiſpani (ut falſo illis objici ſolet) martyrem verum non eſſe, omnem qui Gentium idola confregerit: cum omnis, qui pio & prudenti animo ſanguinem vel vitam profuderit pro Chriſto, certus & verus ſit martyr. Si enim martyrem (ut Auguſtinus docuit) non facit pœna, ſed cauſa: qui cum cauſa pœnam conjungit, quare apud Deum martyris nomine & honore non decorabitur? Quod decernunt igitur, id ſolum eſt, eum qui proſternens idola Gen-

D. Aug. epiſt. 167. ad Feſtum, & ſermo 17. de verbis domini.

*Refertur ab Innoc. c. c. cum Marthæ de celebrat. miſſarum.*

*D. Aug. in breviculo collationum cum Donatiſtis in 3. die c. 13.*

Gentium interfectus fuerit, in numerum martyrum non recipi, hoc eſt in catalogum eccleſiaſticum martyrum non eſſe referendum. Similem conſtitutionem tulit in Africa, eodem fere tempore, Menſurius epiſcopus Carthaginenſis: eos enim qui ultro martyrio ſe offerrent, non honorandos ut martyres Chriſtianis præcepit, ut teſtis eſt Auguſtinus: *Lectum eſt, ait, eos qui ſe offerrent perſecutionibus non comprehenſi, & ultro dicerent ſe habere ſcripturas, quas non traderent (conquirebant tunc Donatiſtæ hæretici ſcripturas ſanctas, ut eas igni traderent) a quibus hoc nemo quæſierat, diſplicuiſſe Menſurio; & ab eis honorandis eum prohibuiſſe Chriſtianos.* Quemadmodum ergo veri ſunt martyres, qui ultro ſe martyrio offerunt, & illud perferunt conſtantiſſime, quorum exemplis pleni ſunt eccleſiaſtici annales: tametſi illa oblatio prohibita fuerit a D. Clemente, Julio PP. Cypriano, Athanaſio & aliis: ſic & illi veri martyres ſunt, qui flagrantes pietatis & religionis zelo idola opportuno tempore fregerint, tametſi ob exempla & rationes a nobis citatas ſuperius, idola frangere inhibitum fuerit a concilio; ne videlicet occaſionem darent Gentilibus liberius & inhumanius reliquos Chriſti filios noviter tunc ad eccleſiam converſos perſequendi. Eaque de cauſa non definit concilium martyres non eſſe: quia ſi vere natura ſua martyres ſunt (ut dixi) concilium efficere non potuit, ut in hierarchia cœleſti, martyrum illi ordini a Deo non adſcriberentur: ſed illud tantum decernit, ut in eccleſiaſtica, honore martyrum non decorentur. Conſuevit enim eccleſia viventes & mortuos confeſſores & martyres multis ornare privilegiis. Et ut omittamus litteras confeſſorias, quibus peccatorum indulgentiam epiſcoporum conſenſu lapſis dabant, de quibus abunde ſuperius: eos inter tentationes (ſic enim vocabant olim epiſcopi perſecutionum calamitates) officio ſuo incumbentes gradibus ſublimandos decreverunt Africani patres, in concilio Carthaginenſi IV. quintimo omni honore afficiendos, & detentos in carcere, victu per diaconos ſuſtentandos, adjecerunt, *Chriſtianum catholicum, aiunt, qui pro catholica fide, & pro eccleſiaſtica re & Chriſtiana religione tribulationes patitur, honore omni a ſacerdotibus honorandum: etiam & per diaconum ei victus adminiſtretur.* Cum autem e vita exceſſiſſent, memoriam illorum inter alios ſanctos ſpiritus celebrabant. Nec id ſemel tantum, ſed ſingulis quibuſque annis cum is dies recurriſſet, quo illi ſe martyrio conſecrarant, ut auctor eſt Cyprianus. *Sacrificia pro eis, inquit, ſemper, ut miniſtris offerimus; quoties martyrum paſſiones & dies anniverſaria commemoratione celebramus. Denique & dies eorum quibus receduni adnotate, ut commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare poſſimus. Quamquam Tertullus fideliſſimus & devotiſſimus frater noſter, inter cetera ſollicitudinem & curam ſuam cum fratribus in omni obſequio operationis impartit; qui nec illic circa curam corporum deeſt, ſcribat, ac ſignificet mihi, dies, quibus in carcere beati fratres noſtri ad immortalitatem glorioſæ mortis exitu tranſeunt, ut & celebrentur hic a nobis oblationes, & ſacrificia, ob commemorationes eorum, quæ cito vobiſcum domino proſperante celebrabimus.* Neque id ætate ſolum Cypriani, commune fuiſſe in eccleſia conſtat; nam Origines ait. *Bene & ſecundum voluntatem Dei, innocentium memoriam ſancti patres celebrari mandarunt ſempiternam in eccleſiis, velut pro domino morientium, velut pro Judæis & Gentibus credituris, velut etiam pro ipſis parentibus.* Hoc idem ſenſit Origine & Cypriano vetuſtior Tertullianus *Oblationes*, inquit, *pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus.* Quod ſiniſtre admodum quidam accommodarunt ad dies natalitios ethnicorum, cum res ſit indubitata, apud antiquos, natalitia martyrum, pro die paſſionis uſurpari, uti videre eſt (ut omittamus alia) ex concilio Laodiceno vetante natalitia martyrum in quadrageſima celebrari: quod tempori luctus feſtiva illa ſolemnia eo die peragenda, non ſatis congruerent. Smyrnenſis eccleſia diem paſſionis divi Polycarpi, diſcipuli divi Joannis Baptiſtæ celebrat; de qua faciens mentionem Euſebius ait: *Quo in loco etiam nunc fratres nos domino ſolennes agimus celebreſque conventus, maxime quidem in die paſſionis ejus, ſed & cum eorum memorias qui prius paſſi fuerant, celebramus: ut ſequentium animi ad præceſſoris viam exemplis inſignibus ſuſcitentur.* Quare recte concilium Gangrenſe ante annos amplius mille ducentos, anathemate ferit Euſtachium, & illius ſectatores, qui collectas, quæ per baſilicas martyrum fiebant, vel etiam quæ ibidem celebrabantur oblationes, memoriaſque ipſorum reprehendebant. Quod ſi altius originem hujus conſuetudinis repetamus, ab ipſo tempore apoſtolorum ortum habuiſſe reperiemus. D. enim Clemens, cum conſtitutionem Jacobi fratris Joannis recenſeret, loquens de oblatione. *Adhuc*, inquit, *offerimus tibi pro omnibus ſanctis, qui a ſæculo placuerunt, patriarchis, prophetis, juſtis, apoſtolis, martyribus, confeſſoribus.* Atque ut id obiter notemus; ne quid ad Clementis hunc, & alterum Cypriani locum, paulo ante citatum offendat: animadvertendum, nihil obſtare his, quæ de amplitudine dignitatis martyrum Auguſtinus prædicat his verbis. *Injuriam facit martyri, qui orat pro martyre.* Nam non oratur pro martyre, ad delictorum expiationem, ſed partim, ad gratiarum actionem, quas Deo reddere deceret, ob conſtantiam & animi firmitatem martyribus conceſſam; partim ut eorum precibus adjuventur fideles ipſi qui orant. Auguſtin. cum locum illum Joannis interpretaretur: majorem hac dilectionem. *Ideo quippe ad ipſam*, inquit, *menſam, non ſic eos commemoramus, quemadmodum alios, qui in pace requieſcunt, ut etiam pro eis oremus ſed magis ut orent ipſi pro nobis, ut eorum veſtigiis adhæreamus, quia impleverunt ipſi caritatem, qua dominus dixit, non poſſe eſſe majorem.* Cyrillus etiam Hieroſolymitanus, verba illa miſſæ Græcorum exponens. *Etiam offerimus tibi pro omnibus qui a ſæculo tibi placuerunt ſanctis.* Eodem modo exponit. *Atque hoc ſacrificium*, inquit, *tibi offerimus, ut memores ſimus primum eorum, qui dormierunt, patriarcharum, prophetarum, apoſtolorum, martyrum, ut Deus orationibus & interceſſionibus eorum noſtram deprecationem ſuſcipiat: deinde ut memoria habeamus ſanctos patres, qui dormierunt, atque epiſcopos, & deinde omnes qui nos præceſſerunt, magnam utilitatem credentes acceſſuram eorum animabus, pro quibus offertur, ex oratione ſancti, ac tremendi ſacrificii.* Hoc ipſum docuit divus Clemens. *Memoremus*, inquit, *martyres ſanctos, ut mereamur certaminis eorum participes fieri.* Et hoc eſt, quod B. Cyprianus dixit, ſacrificia pro eis offerri, ideſt in honorem, & commemorationem eorum ut ſicut ait beatus Dionyſius, hujuſcemodi commemoratione nos ad beatam virtutem hortemur, & ad divinam ſortem eorum obtinendam per imitationem. Quæ res inde nata videtur, quod in ſacrificiis, juxta ritum veteris eccleſiæ, poſt ſymbolum decantatum, & mutuam conſalutationem, nomina pie defunctorum ſcripta in libello, quem in altari ponebant, recitabantur, non ſine laude & præconio virtutum, quæ in illis viventibus illuxerant. Ita divus Auguſtinus. *Perhibet enim*, inquit, *præclariſſimum teſtimonium eccleſiaſtica auctoritas, in qua fidelibus notum eſt, quo loco martyres, & quo defunctæ ſanctimoniales ad altaris ſacramenta recitentur.* Illis diebus paſſiones eorum legendas in eccleſia, concilio Africano cautum reperio: quod & ſuo tempore vigere ſcripſit D. Gregorius. *Nos*, ait, *pene omnium martyrum diſtinctis per dies ſingulos paſſionibus collecta in uno codice nomina habemus, atque quotannis diebus in eorum veneratione miſſarum ſolennia agimus.* Hinc nata martyrologia, quæ inter libros ſacerdotibus neceſſarios annumerat Burchardus. Hinc celebres de eorum laudibus conciones, quarum rationem, in eorum piam memoriam inſtitutam reddit Baſilius. *Qui vitas eorum*, inquit, *qui in pietate honeſte perſeverarunt, recenſemus, glorificamus primum dominum per ſervos; laudamus autem juſtos per teſtimonium eorum, quæ novimus, populum vero per honeſtorum factorum narrationem exhilaramus. Nam exhortatio ad temperantiam eſt vita Joſef, & ad fortitudinem vita ipſius Sampſonis.* Hinc dies feſti, quibus hodie etiam Chriſtiani feriantur, qui olim tanta agebantur celebritate, ut illis diebus convivia & ſpectacula fierent, choreæ ducerentur, & ſaltationes, ut prodit D. Baſilius. *Antea*, inquit, *flebant ſanctorum mortes, ut Joſeph mortem, ut Samuel: nunc non amplius lacrymis ſanctorum mortes proſequimur, ſed tripudiis divinitus inſpiratis, ſuper ſepulcra ejus choreas ducimus.* Gregorius Nyſſenus hæc de populari lætitia in honorem martyrum ait. *Deſcendit*, inquit, *rurſus in urbem, & omni circa regione undique peragrata, ac perluſtrata, additamentum, & quaſi corollarium ſtudii ſui erga numen divinum inſtituebat, apud omnes uſque populos faciens, ut nomine eorum qui pro fide certaſſent, dies feſti, atque ſolennes conventus celebrarentur, cumque alius in alium locum corpora martyrum duxiſſent, per anniverſarii circuli ambitum congregati lætabantur in honorem martyrum ferias agentes.* Et paulo poſt ſingularem hujus communis lætitiæ rationem reddens. *Cum animadvertiſſet*, inquit, *quod propter corporis voluptates, ſimplex & imperitum vulgus in errore ſimulacrorum cultus permaneret, quo maxime id quod perſpicuum eſt, interim in eis aſſequeretur, nempe ut vanis ſuperſtitionibus relictis, ad Deum converterentur: permiſit, ut in memoriam ſanctorum ſeſe exhilararent, & oblectarent, atque in lætitiam effunderentur.* Verum cum nihil tam pium ſit, tam religioſum, tam ſanctum, quod humana pravitate non poſſit perverti: temporum decurſu effectum eſt, ut illa feſta, choreæ & ſolennitates aliquando turpiter fierent, ſic ut matronalis honor, & innumerabilium fœminarum pudor devote venientium ad ſacratiſſimos illos dies, injuriis laſcivientium appeteretur: qua de cauſa decreverunt Africani patres ab imperatoribus poſtulare, ut illa ſpectacula, & convivia impoſita pœna gravi prohiberent.

Sed redeamus ad martyres, perſequamurque reliqua privilegia, quæ relatis in numerum eorum, veteres eccleſiæ mores impertiebant, & quibus idola frangentes privari in hoc canone decernitur. Poſtquam enim e vivis exceſſerant, non ſolum eorum corpora fideles, ut SS. venerabantur, & exoſculabantur, ſed vulnera ipſa, ſanguinem, oſſa, vel reliquas partes (quas idcirco reliquias vocamus) proſequebantur eximio cultu. D. Baſilius oſtendens, quam pretioſa ſit eorum mors, qui pro Chriſto mortem occubuiſſent. *Quando Judaice*, ait, *moriebatur, abominabilia erat morticinia; cum pro Chriſto*

vero

Marginal notes, left column:

D. Clemens li. 5. conſtit. apoſt. c. 9.
Julius PP. in epi. ad orientales.
Cypr. ep. 1. & 81.
Athanaſ. in apologia de fuga.
Lib. 2. cap. 21.
Conc. Carthag. 4. can. 42.
Idem can. 43.
D. Cyprian. epi. 43 & 37.
Origenes in homilia quadam in illud Matth. vox in Rama.
Tertull. lib. de corona militis. Laurent. de la Barre in Ter.
Conc. Laodicenum can. 51. & 52.
Euſeb. lib. 4. hiſtor. eccl. ca. 15.
Conc. Gangrenſe can. 20.
D. Clemens li. 8 apoſtolica conſtit. ca. 12.
D. Aug. ſermone 17. de verbis apoſtoli.

Marginal notes, right column:

D. Aug. tractatus 84. in evang. Joannis 15. cap.
Cyrill. Hieroſol. in ſuis catecheſibus.
D. Clem. lib. 8 apoſt. conſt. c. 13.
D. Cypr. ep. 34.
D. Dionyſ. de eccleſ. hier. 3 part.
D. Aug. lib. de virginib.
Conc. African. can. 13.
D. Greg. in regiſtro l. 7. epi. 29. indict. 2.
Burchar. li. 10. decr. c. 8.
D. Baſil. in concio. quam habuit pro Gordio martyre.
D. Baſil. in ſerm. de Barlaam.
Greg. Niſſen. in vita magni Gregorii.
Conc. Afric. can. 27.
D. Baſil. in expoſitione Pſal. 115.

vero contingit mors, pretioſa ſunt reliquiæ SS. Et inferius. *Dicatur*, inquit, *de ſacerdotibus, & Deo dicatis: Non contaminabitur ex aliquo mortuo, nunc autem qui contingit oſſa martyris, quamdam ſanctificationis ſocietatem aſſumit, ex gratia corpori inſidente.* Hinc liquet quantum ſanctorum reliquiis tribuendum ſit, cum eorum contactu quamdam ſanctificationis ſocietatem contrahi dicat Baſilius. Nec ſolum oſſa & corporum cineres, quæ templa Spiritus ſancti quondam fuerant, ſanctarumque operationum organa, ſed etiam baculos, ſudariola, veſtes, lectulos, ſedes, & reliqua, quæ illi corpore geſtaverant, vel manibus contrectaverant, & etiam vincula religioſiſſime obſervabant: ut teſtatur Tertullianus. Vulgare, & tritum eſt, quo honore, qua reverentia, quo cultu & religione, manus Athanaſius ſuſceperit pallium, & melotem, quæ illi in teſtamento legaverat inſignis ille & magnus Antonius: cujus legati meminit honorifice Athanaſius. Antonium etiam veſtem Pauli primi eremitæ geſtare ſolitum diebus ſolennibus paſchæ & pentecoſtes, D. Hieronymus refert. Jacobi apoſtoli (qui domini frater cognominatus, & eccleſiæ Hieroſolymitanæ primus epiſcopatum geſſit) cathedram ſeu ſedem epiſcopalem ab ejus ſucceſſoribus, honorifice cuſtoditam, oſtentatamque advenis cultus cauſa, Euſebii adhuc annis, annalium memoria proditum eſt.

Tertull. lib. ad uxorem.
Athanaſ. in vita D. Antonii.
D. Hieronym. in vita Pauli eremitæ.

Ad ſepulturam efferebantur maximo honore, & pompa, ut ſignificat B. Cyprianus. *Corporibus etiam omnium*, inquit, *qui etſi ſecti ſunt in carcere, tamen glorioſo exitu mortis exceſſerunt, impartiatur, & vigilantia & cura propenſior: neque enim virtus eorum, aut honor minor eſt, quominus ipſi quoque inter martyres numerentur.* Sic legitur de S. Stephano. *Sepelierunt eum viri timorati, & fecerunt planctum magnum ſuper eum.* Planctus enim nomine, funeris honorem & pompam Lucam ſignificaſſe tradit Hieronymus. *Quod Stephano*, inquit, *fecerint Hieroſolymæ fratres planctum magnum: & utique planctus magnus non in plangentium exanimatione, ut tu putas, ſed in pompa funeris, & exequiarum frequentia intelligendus ſit.* Et hoc ſane non in martyrum ſolum, ſed & in piorum funeribus ſæpe evenire, ſingulari potius Dei providentia, quam humano conſilio cernimus. Efferuntur enim nonnunquam Dei gratia privati homines innocentes, & virtutis laude præſtantes, majori pompa, majori dico religioſorum, nobilium, & popularium comitatu, piis oblationibus & ſuffragiis, quam ſoleant multis impendiis facti, qui dignitatis honore, vel qui nobilitatis præſtant dignitate, ſi Chriſtiana nobilitate careant: quorum utrumque nec conſilio caret, nec fructu, ut vitio ac virtuti juſta merces, diverſa funeris æſtimatione accedat, nec elevent præmia virtutis, qui probos viros & juſtos felicius aſpexerint ſepeliri, quam vivere flagitioſos & impios.

D. Cypr. epiſt. 37. ad presb. & diaconos.
Act. c. 7.
D. Hierony. epiſt. 25. ad Paulum, & 53. ad Riparium, Euſebius l. 4. hiſt. eccleſ. c. 15.

Cum ad ſepulturam olim martyres deferebantur, dalmatica, aut colobio purpurato inſigniebantur, conſtitutione Eutychiani PP. ut Damaſus refert. *Hic temporibus ſuis*, inquit, *per loca diverſa CCCXLII. martyres manibus ſuis ſepelivit, qui hoc conſtituit, ut quicumque fidelium martyrem ſepeliret, ſine dalmatica, aut colobio purpurato, nullatenus ſepeliret: dum tamen hujus conſtitutionis ad illum perveniſſet notitia.* Ut vel hinc interpretemur decretum concilii Romani ſecundi, ſub Gregorio magno. Dalmaticam enim hanc poſtea fideles partiebantur, & ut ſanctas martyrum reliquias venerabantur; ſed cum in funerandis Romanorum pontificum corporibus eam adhiberent nonnulli, moleſte tulit Gregorius I. idque fieri omnino prohibuit, in concilio II. Romano. *Sicut indignos*, inquit, *B. apoſtoli Petri reverentia, mens fidelium veneratur, ita noſtram infirmitatem decet, ſemetipſam ſemper agnoſcere; & impenſa ſibi venerationis honorem declinare, ex amore quippe fidelium hujus ſedis rectoribus mos ultra meritum erupit, ut cum eorum corpora humanda deferuntur, hæc dalmaticæ contegant, eaſdemque dalmaticas pro ſanctitatis reverentia, ſibimet partiendas populus ſcindat: & cum adhuc multa a ſacris corporibus apoſtolorum martyrumque velamina, a peccatorum corpore ſumitur, quod pro magna reverentia reſervetur: de qua re præſenti decreto conſtituo, feretrum quo Romani pontificis corpus ad ſepeliendum ducitur, nullo tegmine veletur. Quam decreti mei curam gerere ſedis hujus presbyteros ac diaconos cenſeo. Si quis vero ex eorum ordine, hoc curare neglexerit, anathema ſit.*

Damaſus in vita Eutychiani.
Conc. Roman. ſub Gregor. PP. 2. can. 4.

Sepeliebantur hi ſolum in eccleſiis, non autem alii catholici, ut quemadmodum ſingularibus ipſi præſtitiſſent virtutibus, ita præcipuo & ſingulari ſepultura honore decorarentur. De Hiſpaniæ conſuetudine teſtes ſunt concilii Bracarenſis patres: de Græciæ, Chryſoſtomus. *Romæ*, inquit, *quæ urbs eſt regaliſſima, relictis omnibus ad ſepulcra piſcatoris & pellionis currunt, & reges, & præſides, & milites, & in Conſtantinopoli reges noſtri magnam gratiam putant, non ſi prope apoſtolos, ſed ſi vel extra eorum veſtibula, corpora ſua ſepeliantur, fiantque piſcatorum oſtiarii reges.* Hinc intelligendi ſunt Impp. Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius, dum ajunt. *Nemo apoſtolorum vel martyrum ſedem humanis corporibus exiſtimet eſſe conceſſam.* In eccleſia ſepeliri primum B. Fulgentio confeſſori in Africa indultum refert illius diſci-

Conc. Bracar. 1. can. 36.
D. Chryſ. hom. Quod Chriſtus ſit Deus.
Impp. Grat. Valen. Theodo. in l. 2. c. de ſacroſan. eccl. Auctor vitæ Fulgentii c. 29.



A pulus. *Mane vero*, ait, *poſtquam multitudo maxima populorum de locis finitimis ad exequias venit, ſacerdotum manibus ad eccleſiam civitatis quæ ſecunda dicitur, ubi etiam reliquias apoſtolorum conſtituerat, "deputatur, ſortitus eſt honorabile monumentum. Primus plane in eadem baſilica pontifex poni meruit, ubi nullum mortuum, neque ſacerdotem, neque laicum ſepeliri conſuetudo ſinebat antiqua, ſed magna vis dilectionis removebat impedimentum conſuetudinis, ambientibus univerſis civibus, & cum ſumma devotione quærentibus, ut ubi vir ſanctus & Deo amabilis fuerat conſecratus, ibi orationibus ſingulorum ſemper etiam localiter videretur adjunctus.* Qua ratione honorificum fuit poſtea fidelibus, juxta martyrum ſepulturas & monumenta ſepeliri, ut docuit D. Chryſoſtomus. Cujus pii deſiderii ſingularem rationem reddidit D. Ambroſius vel Maximus Taurinenſis. *Ideo*, inquit, *a majoribus proviſum eſt, ut ſanctorum oſſibus noſtra corpora ſociemus: ut dum illos tartarus metuit, nos pœna non tangat, dum illos Chriſtus illuminat, nobis tenebrarum caligo diffugiat: cum ſanctis ergo martyribus quieſcentes, evadimus inferi tenebras eorum* B *propriis meritis, aut tamen conſocii ſanctitate.* Nec in eccleſia ſolum, ſed in loco ſublimiori, in altari ſcilicet, reponebantur, non ut is honos eis tanquam Deo deferretur, ut olim calumniabantur hæretici. D. Auguſtinus. *Populus autem Chriſtianus memorias martyrum religioſa ſolennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, ut meritis eorum conſocietur, atque orationibus adjuvetur. Ita tamen ut nulli martyrum, ſed ipſi Deo martyrum conſtituamus altaria. Quis enim antiſtitum in locis SS. corporum aſſiſtens altari, aliquando dixit: offerimus tibi, Petre, aut Paule, aut Cypriane: ſed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronavit, &c.* In altaribus etiam recondebantur corpora, in vaſculis nonnunquam aureis, ut Hieronymus refert adverſus Vigilantium de reliquiis D. Andreæ, Lucæ, & Timothei tranſlatis a Conſtantino Conſtantinopolim, & beati Samuelis in Thraciam per Arcadium. Quod ſi aliquando non in urnis collocandas, ſed humi condendas voluit D. Athanaſius, ut teſtatum ex illo facit Damaſcenus, hoc ideo illum conſuluiſſe eſt intelligendum, ut Ægyptiorum morem C abrogaret, qui mortuos ſuos non ſub terra condebant, ſed in lectulis & ſymodiis collocabant, ut auctor eſt idem Damaſcenus. Sepulcris eorum epitaphia plena honoris & laudis affigebantur, ut cecinit Prudentius.

" Deportatus
Idem Chryſ. dicta homi. quod Chriſtus ſit Deus.
D. Ambr. vel Maxim. Taurinenſis hom. 77.
D. Aug lib. 20. contra Fauſtum Manich. 21.
D. Hieron. contra Vigil.
Damaſcen. orat. 1. de imaginib.

*Innumeros cineres ſanctorum Romula in urbe*
*Vidimus, o Chriſti Valeriane ſacer.*
*Inciſos tumulis titulos, & ſingula quæris*
*Nomina, difficile eſt ut replicare queam.*
*Tantos juſtorum populos furor impius hauſit,*
*Cum coleret patrios Troja Roma deos.*
*Plurima litterulis ſignata ſepulcra loquuntur*
*Martyris aut nomen, aut epigramma aliquot.*

Prudentius in vita ſancti Hippo. epiſc. & mart.

Super hæc ſepulcra martyrum ſeu altaria miſſas celebrari conſtituit Felix PP. I. in epiſtola ad epiſcopos Galliæ, ex qua ratio petenda eſt, qua ille permotus eam legem tulerit. *Vobis*, inquit, *& omnibus eccleſiis tenendum & agendum mandamus, ut ſuper memorias martyrum miſſæ celebrentur: ne memoria eorum aut veneratio poſſet prohiberi.* Tyranni enim, ut ſuperius dicebam, memorias delere martyrum pro viribus contendebant. D Unde Euſebius refert, quod cum tempore Diocletiani graviſſima in Chriſtianos eſſet perſecutio, pagani idololatræ effodiebant corpora martyrum, & projiciebant in mare, dicentes. *Ne forte dii efficiantur Chriſtianorum: & illi qui deos adorare nolunt, ſervos noſtros incipiant adorare.* Hac igitur de cauſa motus Felix decrevit, ut ſuper ſepulcra martyrum (ut diuturnior & celebrior eſſet eorum memoria) miſſæ dicerentur. Nec miſſas ſolum, ſed eccleſias ipſas in eorumdem nomine & honore conſecrari Auguſtinus, Gennadius, & Theodoretus teſtantur, & ante hos Anacletus, cum ordinem patriarchalium ſedium aſſignaret, eccleſiam divo Petro erectam a ſancto Marco evangeliſta diſcipulo ejus commemorat. *Secunda*, inquit, *ſedes apud Alexandriam eſt beati Petri nomine, a ſancto Marco diſcipulo ejus, & evangeliſta conſecrata.* Cum vero aliquando eccleſiæ & altaria nomine martyrum conſtruerentur, per vias & agros, in quibus nullæ erant martyrum reliquiæ, ſed ſolum ad corradendas ex fidelium devotione pecunias: id fieri omnino E prohibuit concilium Carthaginenſe V. decernens, ut nulla memoria martyrum acceptaretur, (ſic ait) niſi aut corpus aut aliquæ certæ reliquiæ eſſent, vel origo eſſet alicujus habitationis, poſſeſſionis, aut paſſionis: ut hinc etiam eruant hæretici, non ſolum eccleſias erigi in piam & ſanctam martyrum memoriam, ſed locum martyrii & habitationis, & poſſeſſionem ipſam ſanctorum martyrum, in maximo fuiſſe & honore & reverentia.

Felix PP. in ep. ad epiſc. Galliæ.
Damaſus in vita Felicis PP. 1.
Euſeb. lib. 8 hiſt. eccleſ.
D. Aug. epiſt. 110. ad Honoratum.
Gennadius li. de dogmatib. eccl. cap. 72.
Theodor. li. 8. Græcarum affe.
Anacletus in ep. ad omnes epiſc. & ſacerd.
Conc. Carth. V. can. 14.

In illis martyrum eccleſiis hiſtoriæ ſuppliciorum eorumdem depingebantur. D. Baſilius narrat imaginem ſancti Barlaam in templo depictam, ſeque gaudere ait, quod melius pictores expreſſerint manum ejus pro Chriſto combuſtam, quam ipſe oratione deſcripſerit. Evodius ſcribit, in eccleſia ſancti Stephani, in qua ejuſdem reliquiæ ſervarentur, fuiſſe imaginem ejus martyris figuratam, ad quam viſendam homines concurrere ſoliti erant. Prudentius de ſancto Caſſiano ſic cecinit.

D. Baſil. in fin. orationis in ſanctum Barlaam.
Evod. lib. 2. de miracul. ſancti Stephani.
Prudent. in hym. de S. Caſſiano.

*Erexi ad cælum faciem, ſtetit obvia contra*
*Fucis colorum picta imago martyris.*
*Plagas mille gerens, totos lacerata per artus,*
*Ruptam minutis præferens punctis cutem.*

Item de ſancto Hyppolyto.

*Picta ſuper tumulum ſpecies liquidis viget umbris,*
*Effigies fracti membra cruenta viri.*

Imagines autem & paſſiones martyrum ideo in eccleſia depingebantur, ut frequenti eorum recordatione fideles ad cultum pietatis inflammarentur, & eorum precibus Deo commendari ardentius frequentiuſque poſtularent. In hunc ſenſum D. Baſilius. *Res*, inquit, *in bello fortiter geſtas, tam eloquentes homines ſæpenumero, tum pictores exprimunt; illi ſermone ornantes, hi tabulis depingentes; & utrique multos ad fortitudinem excitant. Quæ enim ſermo hiſtoria per auditum exhibet, ea pictura tacens per imitationem oſtendit. Martyrum enim encomium, & adhortatio eſt congregatorum ad virtutem. Recte dixit quiſquis ille eſt, picturam eſſe mutam poeſim.*

D. Baſil. hom. de 40. martyr.

In eccleſiis vel cœmeteriis martyrum cuſtodes aſſignabantur, qui reliquias ſanctas a Gentibus profanari non ſinerent: nec diaconatus vel presbyteratus ordinem ſuſcipere antea ſubdiaconi, vel minores clerici poterant, quam triennium huic cuſtodiæ impendiſſent, ut ex Damaſo & concilio Romano ſub Silveſtro dicebam. Quinimo Epaunenſe concilium ſub Gelaſio, ſanctorum reliquias in oratoriis villaribus recondi vetuit. *Ne forſan*, ait, *clericos cujuſcumque parochiæ vicinos eſſe contingat, qui ſacris cineribus pſallendi frequentia famulentur.*

Lib. hoc. 3. c. 3. Conc. Epaunenſ. ſub Gelaſio can. 25.

In his martyrum cœmeteriis, ſeu eccleſiis Romani pontifices ſtationes, & omnes actus publicos pontificales celebrabant, epiſcopi peragebant divina myſteria, vigilias decantabant; baptiſmum, ordines & omnia ſacramenta adminiſtrabant, verbum Dei concionabantur, late & docte probat Onufrius Panvinius. Ad hæc ſepulcra martyrum energumenos, ſeu dæmoniacos afferri ut eorum interceſſione liberarentur, teſtantur concilii Meldenſis patres, & Auguſtinus. Chryſoſtomus vero affirmat, quod ſicut virtus erat in veſte Pauli, & umbra Petri ad ſanandum ægrotos; ita in ſanctorum cineribus, ad expellendos dæmones. De aliis valetudinariis ad ipſum refert divus Auguſtinus. Cæcum enim quemdam illuminatum fuiſſe contactu corporum ſanctorum martyrum ſcribit, & Lucillum præterea quemdam dolore & apoſtemate fiſtulæ; cujus deſperata curatio erat, ſanatum fuiſſe contactu reliquiarum ſancti Stephani protomartyris. Theodoretus. *Pie vero*, ait, *fideliterque precatos ea maxime conſequi quæ expeterant, teſtantur illa quæ votorum vel dona perſolvunt, manifeſta nimirum adeptæ ſanitatis indicia. Nam alii quidem oculorum, alii vero pedum, alii porro manuum ſimulacra ſuſpendunt, ex argento aureve confecta. Et acciſſime namque accipit eorum dominus quantacumque ſunt dona, nec exigua, nec vilia dedignatur, quippe qui ea pro ferentis facultate metitur. Hæc itaque omnium ſpectacula exporrecta, teſtantur morborum depulſionem, cujus ipſa certiſſima ſigna ſunt, a ſanitatem conſequutis allata: hæc inquam ſepultorum ibi martyrum, quæ ſit virtus oſtendunt, & ipſorum martyrum virtus, quem ipſi coluerant Deum, verum eſſe Deum declarat, &c.*

Onufrius Panvinius de cœmeteriis c. 12.
Conc. Meldenſis can. 30.
D. Aug. ep. 137.
D. Chryſ. ſer. 30. de virtutibus, & vitiis & in ſermon. de ſancto Barlaam, & homil. 66. ad populum Antioch.
D. Aug. lib. 1. retractation. num. c. 13. & lib. 22. de civitate Dei.
Theodoret. lib. 8. de Græcarum affection. curat. ad finem.

Hæc autem miracula ut digna poſteritatis memoria, litteris conſignare ſolebant, & deinde in eccleſia populo recitare, ad colendam gratam & ſanctam Dei beneficiorum & ſervorum ejus memoriam, Auguſtino teſte. Nec leve illud martyrum privilegium erat, quod Theodoretus refert. Nomina videlicet eorum, qui pro Chriſto glorioſam mortem capeſſerent, etiamſi humiles, abjecti & ex media fæce plebis deſumpti eſſent, nobiliora, illuſtriora & celebratiora effici, quam principum, Regum & imperatorum; illorumque nominibus multo magis quam horum ſibi impoſitis delectari Chriſtianos, velut certis piiſque argumentis perſuaſos, una cum nominibus, virtutibus etiam martyrum & divina illorum interceſſione protegi, defendi, & a multis periculis liberari. Nec ea pietas, eccleſiæ approbatione & conciliorum decretis deſtituta eſt, cum concilium Nicænum ſtricte præceperit martyrum & ſanctorum nomina, non ethnicorum Chriſtianis indi debere. Quare qui Herculis, Hectoris, Achillis, & ſimilibus ethnicorum nominibus Chriſtianos nuncupari debere ſcripſerunt, videant an concilii Nicæni decretis adverſentur. D. Chryſoſtomus, angelos circumcurſitare martyrum templa, tradit; & ideo etiam ſupplicationes fieri ſua ætate a toto populo Conſtantinopolitano, ad templum ſanctorum martyrum ſcribit. Extra civitatem juramenta ſolennia ſuper eorum reliquias fieri teſtantur D. Auguſtinus, & Gregorius. Ac tandem ut perpetua eſſet eorum memoria, vita illorum litteris mandabatur a notariis, qui huic ſtudio diligentem navabant operam. Septem diaconos conſtituiſſe per ſeptem regiones, ut ſeptem notariis imminerent, & res geſtas martyrum in integrum colligerent, Fabiano papæ tribuit Damaſus: ſed ante Fabianum geſta martyrum a notariis exquiſiviſſe & in eccleſia recondidiſſe Anterum, idem Damaſus notavit: & hunc fuiſſe auctorem primum ſcribendi res geſtas martyrum Platina affirmat; dicens

Aug. lib. 22. de civitate Dei c. 8.
Theodor. lib. 8. de Græcarum affect. curatione.
Conc. Nicænum can. 40. apud Alanſum Piſanum lib. 3. de actis conc. Nicæni.
D. Chryſ. hom. 58. de ſermo aſcenſion. domini.
D. Aug. de ep. 137.
D. Greg. in ep. ad Caſtorium notarium lib. 7. indict. 2.

A id factum eſſe propter quemdam Maximum, qui martyrio coronatus eſt, ne una cum vita bene agentium memoria aboleretur. Sed minori videtur id diligentia Platina adnotaſſe, cum Damaſus non pronunciet illum primum fuiſſe, ſed a notariis ſolum geſta martyrum exquiſiviſſe, & recondidiſſe in eccleſia; ex quo conſequi videtur, eam curam notarios ante illud tempus habuiſſe: & quia Anterum PP. ob id martyrem effectum a quodam Maximo præfecto idem Damaſus perhibet: non factus ergo martyr Maximus, ſed martyrem Maximus fecit Anterum; quod facta martyrum perpetua vellet memoria conſervari. Tyranni enim impp. invidentes gloriæ martyrum, ut eorum memoria aboleretur, inhibuerunt ſæpe, ne res ab illis geſtæ litteris mandarentur. Ante Fabianum & Anterum notarios huic negotio ſeptem præpoſuiſſe Clementem Romanum, idem Damaſus eſt auctor. *Hic*, inquit, *fecit VII. regiones dividi fidelibus eccleſiæ, qui geſta martyrum, ſolicite & curioſe unuſquiſque per regionem ſuam perquireret.* Tametſi enim civitatem Romanam in quatuordecim fuiſſe regiones diB ſtributam tradant Sextus Rufus, Publius Victor, & Cornelius Tacitus: compendii tamen cauſa in ſeptem regiones a pontificibus illa diſpertita eſt, & harum ſingulis ſingulos diaconos (quos ob id regionarios vocabant) præfecerunt. Quot vero diaconi, tot ſubdiaconi: & quot ſubdiaconi, tot notarii, deſignabantur. Hos autem illis fuiſſe ſubjectos, ſcribit Damaſus. *Hic regiones*, ait, *diviſit diaconibus, & fecit ſeptem ſubdiaconos, qui ſeptem notariis imminerent, qui geſta martyrum in integrum colligerent.* Paulinus etiam D. Ambroſii notarius & qui vitam ejus conſcripſit, ait ſe fuiſſe ſub cura Taciti diaconi, ad quem cuncta acta referret. Neque Romanam tantum eccleſiam eam curam ſuſtinuiſſe conſtat, ſed & omnes reliquarum provinciarum, quod ab omnibus eam ſuſcipiendam Fabianus PP. mandarit. Quare eum morem percrebuiſſe in Hiſpania Prudentius & D. Iſidorus ſignificant, dum in martyrio ſancti Emeterii & Celedonii præceptum fuiſſe ajunt a Maximo & Aſterio, ne Chriſtiani ſcriptis ſuos martyres celebrarent, conquiſitaque C fuiſſe omnia, ut igni traderentur: nec potuit aliter ipſe Prudentius tot ſanctorum martyrum qui eum multis annis ætate præceſſerant, acta conſcribere, niſi vetuſta illi horum notariorum exemplaria opem ſuppeditaſſent. In Africa eamdem operam his colligendis dediſſe Afros patres indicat D. Cyprianus, monens presbyteros & diaconos, ut dies quibus martyres tormentis fuiſſent affecti, adnotarent. Quod & ante Cyprianum in uſu Africanæ eccleſiæ fuiſſe Pontius ſcribit illius diaconus. *Majores noſtri*, inquit, *plebeis & catechumenis martyrium conſecutis, tantum honoris pro martyrii ipſius veneratione dederunt, ut de paſſionibus eorum multa aut prope dixerim pene cuncta conſcripſerint; ut ad noſtram quoque notitiam qui nondum nati fuimus, pervenirent.* His ergo honoribus non afficiendum eum qui in idolis frangendis occupatus fuerit occiſus, concilio placuit, ne nimia primum audacia projecti, neve inanis gloriæ cupidi (ut de Circumcellionibus ait Auguſtinus) ornamenta bonum bonorum martyrum aucupantes, ſe martyrio confidenter offerrent: poſtea vero tormentis cederent leD viſſime: neve tandem forti & intrepido animo ad idola confringenda proſilirent reliqui nimis imprudenter; eaque ratione a Gentilibus in eos furentibus necarentur. Si autem ſuo tempore & loco pie & fructuoſe evertendis idolis operam collocarent, nemo ſanæ mentis negaverit eos & eximiam laudem & martyrii titulum mereri, qui vitam pro religione & religionis auctore Chriſto profudiſſent. Quod & multis ſanctorum exemplis poſſumus demonſtrare. In primis enim concil. Nicænum II. ex Leontio epiſcopo Neapoleos Cypri, libro quinto apologiæ pro Chriſtianis contra Judæos hæc refert. *Me vero*, inquit, *cum videris Chriſti aut ejus inculpatæ matris, aut alterius juſti imaginem ſalutantem, confeſtim indignaris, blaſphemias fundis, reſilis, & idololatrat non vocas. Mirum te extra verecundiam, neque horrere, neque tremere, neque erubeſcere, cum videas me per orbem terrarum idolorum fana deſtruentem, martyrum vero templa ædificantem. Jam ſi confidas me idola adorare, quid cauſa eſt, quamobrem martyres qui idola deſtruxerunt,* E *veneror ut deos, & glorifico? quo pacto ipſos martyres, qui ſtatuas ligneas confregerunt, honore proſequor? ſi ligna, ut deos glorifico, quomodo veneror & adoro martyres, & apoſtolos, qui lapideas effigies perdiderunt?* De Circumcellionibus D. Auguſtinus prodit, & Philaſtrius: quod cum vaniſſimi eſſent, & furore pleni, affectarentque gloriam martyrum, ut illam aſſequerentur, ſolebant ipſi feſta paganorum cum illis celebrare, templa ingredi, & ibi idola frangere, non quidem ut frangerent idola, ſed ut idola frangentes occiderentur a paganis, & ſic inter martyres referrentur: quod facere non tentaſſent, ſi vidiſſent everſores idolorum a numero martyrum excludi. Et fortaſſe hac etiam ratione qui idola confringebant, hic a concilio in numerum martyrum non eſſe adſcribendos decernitur; quia inter Hiſpanos & Afros multa tunc erant communia. *Illa autem*, inquit Auguſtinus, *retribuentes mala pro bonis,*

Platina in Antero.
Damaſus in vita Clementis.
Damaſus in vita Fabiani.
Paulinus in vita D. Ambroſii.
Fabianus PP. in ep. decret.
Prudentius in vita S. Emeterii & D. Iſidorus in ſuo miſſali Mozarabum.
D. Cypr. in ep. 37. ad presb. & diaconos Carth.
Pontius diacon. in vita Cypriani.
Nicæni conc. 2. act. 4.
D. Aug. ep. 50. & Philaſt. de Circumcel.
D. Aug. in ep. 50. ad Bonif. comitem.

*quia*

*rerum ſuarum ſibi viribus applicabitur.* Et his ſatis conſentanea ſunt quæ Nannetenſi concilii patres ediderunt. *Summe,* ajunt, *decertare debent ſtudio epiſcopi, & eorum miniſtri, ut arbores dæmonibus conſecratæ, quas vulgus colit, & in tanta veneratione habet; ut nec ramum vel ſurculum inde audeat amputare, radicitus exſcindantur, atque comburantur. Lapides quoque, quos in ruinoſis locis, & ſilveſtribus dæmonum ludificationibus decepti, venerantur, ubi & vota* [illegible] *ſovent, & deferunt, funditus effodiantur, atque in tali loco projiciantur, ubi nunquam a cultoribus ſuis venerari poſſint. Et omnibus annuncietur, quantum ſcelus ſit idololatria, & qui hæc veneratur, & colit, quaſi Deum ſuum negat, & Chriſtianitati abrenunciat, & talem pœnitentiam inde debet ſuſcipere, quaſi idola adoraſſet, omnibuſque interdicatur, ut nullus votum faciat, aut candelam, vel aliquod munus pro ſalute ſua rogaturus, alibi deferat, niſi ad eccleſiam domino Deo ſuo. Scriptum eſt enim: vovete & reddite domino Deo veſtro. Novimus ſiquidem, quanta dominus antiquo populo per prophetas ſuas interminatus eſt, qui in lucis ſacrificabant, & in excelſis immolabant. Si quis hoc tranſgreſſus fuerit, fidem perdidit, & eſt infideli deterior: & idcirco omnimodo a ſancta eccleſia conſortio abſcindatur, & non, niſi digne pœnituerit, recipiatur.*

Conc. Nannetenſe can. ultimo

Vovent

Pſalm. 75.

Hæc in his provinciis obſervanda, quæ religionis Chriſtianæ ſemina ſemel ſuſceperint.

In Paganorum autem provinciis regulam alteram, & noſtra, & poſteritatis obſervatione dignam, Auguſtinus docet, illorum videlicet, idola proſternenda non eſſe, antequam illi ditioni noſtræ ſubdantur. *Verbis,* inquit, *ipſorum ne credatis, nec timeatis, hoſtes non dicunt idolorum ſuorum. Sic præſtet Deus, & det omnia in poteſtate: quomodo dedit quod fractum eſt. Hoc enim dicimus caritati veſtræ, ne faciatis iſta, quando in poteſtate veſtra non eſt, ut faciatis illud. Pravorum hominum eſt, furioſorum Circumcellionum, & ubi potentiam non habent, ſævire, & velle mori. Properant ſine cauſa. Audiſtis quæ vobis legimus, omnes qui nuper in mapalibus affuiſtis; cum data vobis fuerit terra in poteſtate (prius vult, in poteſtatem, & ſic dixit, quæ facienda ſunt). Aras,* inquit, *eorum deſtruetis, lucos eorum comminuetis, & omnes titulos eorum confringetis. Cum acceperitis poteſtatem, hoc facite. Ubi nobis non eſt data poteſtas, non facimus; ubi data eſt, non prætermittimus.*

Aug. ſerm. 6 de verbis domini.

Deut. 7 & 12.

Sed nec continuo cum paganorum provinciæ noſtræ poteſtati ſubduntur, ſtatim idola illorum confringere licebit, ſed maturo prius pietatis, & prudentiæ conſilio adhibito. Quod idem Auguſtinus obſervavit, dum poſt illa ſubjunxit. *Multi pagani habent iſtas abominationes in fundis ſuis. nunquid accedimus, & confringimus? Prius enim agimus, ut idola in eorum cordibus confringamus. Quando Chriſtiani, & ipſi facti fuerint, aut invitant nos ad tam bonum opus, aut præveniunt nos. Modo orandum eſt pro illis, non iraſcendum illis.* Et poſt alia. *Quæ ergo terrere nos voluit Deus? putant nos ubicumque quærere idola: quæ cum invenerimus, in omnibus locis frangere. Quare? non ante nos ſunt loca, in quibus ſunt? Aut vero ignoramus ubi ſint iſta? & tamen non facimus, quia non dedit in poteſtatem. Quando Chriſtianus* [illegible] *et meus, factum voluit* [illegible]*. Si voluit infirmiorem dare eccleſiæ, & tamen* [illegible] *in re ſua non eſſe idola: puto quia devote ſumma devotione fieri a Chriſtianis, ut adjuvarent abſens Chriſti anima* [illegible] *Deo gratias agere, non vult ibi aliquid eſſe in contumeliam Dei. Hunc accedit,* [illegible] *eccleſiæ dedit iſta loca. Et in re eccleſiæ idola futura erant? Fratres, ecce quid diſplicet paganis. Parum eſt illis, quia ea* [illegible] *non illa tollimus, non illa frangimus, & in nobis volunt ea ſervari. Contra idola prædicamus, de cordibus illa tollimus, inimici ſequentes idolorum. Profitemur. Nunquid ſervatores? non facies, ubi non poſſimus. non facies, ubi conquæritur dominus* [illegible]*. Ubi autem* [illegible] *& gratias agit:* [illegible]*, ſi non fecero.* Hæc Auguſtinus. Quæ ſimilia aut ea fere ſunt cum his quæ epiſcopi noſtri hoc concilio ante decreverunt, dum idola ex ædibus privatorum, & tolli, & everti voluerunt, ni vim ſervorum extimeſcerent, hoc eſt non improbabili conjicerent, commodam legis noſtræ propagationem impediri, vel ſervorum ethnicorum animos, hac acerbitate ad majorem in noſtro crudelitatem excitari. *Admoneret,* ait, *placuit fideles, ut quantum poſſunt prohibeant, ne idola in domibus ſuis habeant. Si vero vim metuunt ſervorum, vel ſe ipſos puros conſervent.* Hoc enim caſu abſtinendum ab everſione idolorum voluerunt. Quod Conſtantino magno ſemper placuiſſe, retuli paulo ſuperius, conſilio (ut opinor) magni Oſii epiſcopi Cordubenſis, a cujus ſententia, nec in minimis ſolebat Conſtantinus diſcedere.

Can. 41. hujus conc.

Poſterior præſcriptio, & regula eſt: ut quoties ad ſacrificandum idolis, nos metu pagani, vel vi adigant, quoties fraude, vel quo alio malo conſilio impellant, ea conſtanti & heroica virtute diſturbemus, proſternamus, conculcemus: cum nefariam vim, vi ſancta liceat propulſare: etiam in ipſis eorum territoriis, in media populi luce, etiam ſi in noſtra poteſtate provinciæ illorum non ſint; etiam ſi corda illorum ad credendum dura, & ferrea ſint, etiam ſi patrimonii, ſi honoris, ſi

A ſanguinis, ſi vitæ periculum præſens ſit. Glorioſum & felix mortis genus, quo æternæ vitæ præmium tanta ſecuritate comparatur. His enim de cauſis, vel una illarum commoti fuere, quotquot idolorum ſimulacra diſturbantes, honore & corona martyrum decorati ſunt. In quorum numerum potiori jure ſunt referendi, qui aſſlante divino ſpiritu eadem labefactantes occiduntur. ſed caute pervidendum, num ſpiritus ex Deo ſit.

Illud autem Chriſtianos veteres in demoliendis Gentium idolis mire obſervaſſe animadverto; ut eruta, vel ſublata, non uſui privato, ſed publico deputarent; ne potius avaritiæ, quam zelo Chriſtiano, ea direptio agentibus tribueretur. D. Auguſtinus ad Publicolam. *Et cum templa,* inquit, *idola, luci, & ſi quid hujuſmodi, data poteſtate, evertuntur, quamvis manifeſtum eſt, cum id agimus, non ea nos honorare, ſed potius deteſtari; ideo tamen in uſus noſtros privatos dumtaxat, & proprios non debemus aliquid uſurpare: ut appareat nos pietate iſta deſtruere, non avaritia. Cum vero in uſus communes, non proprios ac privatos, vel in honorem Dei veri convertuntur, hoc de illis fit, quod de ipſis hominibus, cum ex ſacrilegis, vel impiis in veram religionem mutantur.* B Theodoſium imperatorem Alexandriæ Gentium delubra Theophili epiſcopi conſilio diſturbantem, ornamenta omnia templorum in uſum pauperum converſiſſe, a Socrate memoriæ proditum eſt.

D. Aug. ep. 154. ad Publicolam.

Socrates l. 5 hiſtor. eccl. cap. 16.

## Placet in numerum non recipi martyrum.

*Olim epiſcopi adſcribebant martyres cœleſtium numero: quod juſſu de cauſis, ſoli Romano pontifici reſervatum eſt.*

## CAPUT XLIX.

EPISCOPI ergo olim, & concilia provincialia declarandi martyres, & cœleſtium numero adſcribendi habebant poteſtatem. Quod ſignificat etiam D. Cyprianus, monens presbyteros & diaconos, ut eum certiorem C faciant, cum quis e vita diſcederet tormentis affectus, ut ejus memoriam inter martyres celebrare poſſet. *Denique & dies eorum,* inquit, *quibus excedunt, adnotate, ut commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare poſſimus. Quamquam Tertullus fideliſſimus, & devotiſſimus frater noſter, pro cetera ſollicitudine, & cura ſua, quam fratribus in omni obſequio operationis impertit: qui nec illic circa curam corporum deeſt, ſcripſerit, & ſcribat, ac ſignificet mihi, dies quibus in carcere beati fratres noſtri ad immortalitatem glorioſæ mortis exitu tranſeunt, & celebrentur hic a nobis oblationes, & ſacrificia, & commemorationes eorum, quæ cito vobiſcum, domino protegente, celebrabimus.* Optatus quoque Milevitanus adverſus Parmenianum, cum de Lucilla potenti, & factioſa femina loqueretur, ſic ait. *Cum correptionem archidiaconi Cæciliani ferre non poſſet, quæ ante ſpiritalem cibum, & potum os neſcio cujus martyris, ſi tamen martyris, libare dicebatur, & cum præponeret calici ſalutari os neſcio cujus hominis mortui, & ſi martyris, ſed necdum vindicati, correpta, cum confuſione, irata* D *diſceſſit.* Quibus videtur Optatus oſtendere, nefas fuiſſe venerari ejus martyris reliquias, qui vel ſacri ſenatus conſulto, vel alicuius ſaltem epiſcopi judicio & auctoritate nondum eſſet vindicatus, hoc eſt, probatus & receptus: vindicare enim verbum in hoc ſenſu veteres uſurpaſſe, teſtis mihi eſt Tertullianus. *Sed nonnulli* [illegible] *& e contrario impii* [illegible] *& irreligioſi erga deos deprehendimini, qui quos etiam vindicatis, illuditis.* Et alibi, loquens de his qui pretio idololatrandi periculum redemerant. *Poteſt itaque te martyrem vindicare, conſtanter oſtendiſſe Chriſtum? Redimens, non oſtendit? Apud unum ſi forte confeſſus es, ergo & apud plures, volendo confiteri, negaſti.* Epiſcopos igitur hanc olim facultatem habuiſſe, Auguſtinus Cypriano conſentit, dicens: quod Secundus Tigiſitanus epiſcopus in Numidia ſcripſit ad Menſurium epiſcopum Carthaginenſem, de his qui in ea provincia tunc felici fuiſſent affecti martyrio, eo quod ſacros codices, juxta E Diocletiani edictum tradere noluiſſent; quos omnes martyrum honore dignos, & ille reſcripſit. Alios vero indignos cenſuiſſe eumdem Menſurium, ipſemet Auguſtinus narrat. Ex concilio Agrippinenſi ſimile quid citat D. Ivo. *De eccleſiis,* ait, *ſeu ſanctis noviter inventis, ſine auctoritate inventoris, niſi epiſcopo probante, in* [illegible] *minime venerentur; ſalva etiam de hoc & de omnibus eccleſiis canonica auctoritate.* Poſtea vero ad tuendam rei dignitatem, & devitanda incommoda & pericula multa, quæ ex communi hac licentia redundabant, Romano pontifici merito reſervatam eſſe conſtitutione Alexandri, & Innocentii III. receptum jam videmus.

D. Cypr. ep. 37.

Optatus Milevitanus li. 1 adverſus Parmenianum.

*Quid ſit vindicare martyres apud Tertullianum, & Optatum.*

Tertullian. in apologetico adverſus Gentes c. 13. Et in libro de fuga ad Fabium c. 12.

Auguſt. in breviculo collat. 3. diei c. 13.

Idem Auguſt. loco prædicto eodem.

Ivo ex conc. Agrippinenſi 3 parte decretor. cap. 14.

Alexander, & Innocentius in c. 1. & 2. de reliq. & venerat. ſanct.

*Canon LXI.* Vulgatus.

*De his, qui duabus ſororibus copulantur.*

Si quis poſt obitum uxoris ſuæ, ſororem ejus duxerit: & ipſa ſit fidelis, quinquennio a communione placuit abſtineri: niſi forte velocius dari pacem neceſſitas coegerit infirmitatis.

Canon LXI. *Emendatus.*

*De his, qui duabus ſororibus copulantur.*

Si quis poſt obitum uxoris ſuæ, ſororem ejus duxerit; & ipſa fuerit fidelis, quinquennio a communione placuit abſtineri: niſi forte dari pacem velocius neceſſitas coegerit infirmitatis.

HUNC canonem retulit Rabanus in libro pœnitentium cap. 2.

*Uxore mortua, non licere cum ejus ſorore matrimonium contrahere.*

C A P U T L.

PRIMUM (ut opinor) eccleſiæ decretum literis conſignatum, quo conſtitutum eſt, matrimonium affinitate impediri, hoc Hiſpanorum epiſcoporum videtur, antiquo Romanorum jure abrogato, quo licebat cum defunctæ uxoris ſorore matrimonium contrahere. Cæcilius Metellus uxore defuncta, illius ſororem deſponſam tulit. Craſſum defuncti fratris uxorem duxiſſe prodit Plutarchus. Pudentillam tabulas nuptiales feciſſe cum viri mortui fratre, Apuleius. Congruit autem cum antiquo legis Moſaicæ, in quo hæc matrimonia cum fratre, vel ſorore præmortui interdicta ſunt. Hoc autem lex illa a noſtra differebat, quod uxor præmortui fratris ſine filiis, neceſſario tenebatur, cum fratre prioris mariti, & ipſe cum illa matrimonio conjungi, ni pœnam illa lege præſcriptam ſubire vellet. Hoc autem in lege noſtra non licet hujus concilii decreto & Altiſiodorenſis. *Non licet*, ait, *duas ſorores, ſi una mortua fuerit, alteram in conjugium accipere.* Quod autem hic, & in concilio Altiſiodorenſi de viro ſtatutum eſt, ne cum ſorore uxoris etiam præmortuæ quis nuptias celebret, id a femina obſervandum, ne duobus fratribus nubat, concilium cavit Neocæſarienſe. *Mulier ſi duobus nupſerit fratribus abjiciatur uſque in diem mortis, ſed propter humanitatem in extremis ſuis, ſacramentis reconciliari oportet, ita tamen ut ſi forte ſanitatem recuperaverit, matrimonio ſoluto ad pœnitentiam admittatur.* Quem canonem ſive prior frater vivat, ſive jam e vivis exceſſerit (ut de uxoris ſorore hic dicitur) intelligendum generalia ejus verba manifeſte demonſtrant. Quinimo de fratre præmortui eo magis intelligendum eſt, quod de vivi mariti fratre minor, aut nulla eſſe poſſet dubitatio. Utrumque vetuit concilium Moguntinum I. *Si quis uxorem viduam duxerit, & poſtea cum filiaſtra ſua fornicatus nupſerit, ſeu duabus ſororibus nupſerit; aut ſi qua duobus fratribus nupſerit, ſeu cum patre & filio, tales copulationes anathematizare, & disjungi præcipimus, nec unquam amplius conjugio copulari, ſed magna diſtrictione ferire.* Concilium Aurelianenſe I. *Nec ſuperſtes frater torum defuncti fratris aſcendat, nec ſe quiſquam amiſſæ uxoris ſorori audeat ſociare: quod qui fecerint, eccleſiaſtica diſtrictione feriantur.* In eadem ſunt ſententia concilium Turonenſe II. & Pariſienſe I. Quare cum Diodorus Tarſenſis epiſcopus aliquando interrogatus, an liceret cum ſorore uxoris præmortuæ matrimonio conjungi? & licere reſpondiſſet: ſevere & graviter reprehenſus eſt a D. Baſilio, illud adverſus receptam, & antiquam eccleſiæ conſuetudinem teſtante. Conciliorum decretis, & ſanctorum patrum ſententiis matrimonia hæc interdicentibus conſentiunt catholicorum principum conſtitutiones: impp. enim Conſtantinus, & Conſtans Auguſti, & Julianus Cæſar ad Voluſianum vicarium urbis ſic reſcripſerunt. *Et licitum veteres crediderint, nuptiis fratris ſolutis, ducere fratris uxorem: licitum etiam poſt mortem mulieris, aut divortium, contrahere cum ejuſdem ſorore conjugium; abſtineant hujuſmodi nuptiis univerſi, nec æſtiment, poſſe legitimos liberos ex hoc conſortio procreari, nam ſpurios eſſe convenit qui naſcentur.* Ut inceſtuoſos tali contubernio copulatos Honorius, & Theodoſius AA. poſtea decreverunt. *Tanquam inceſtum*, aiunt, *commiſerit, habeatur, qui poſt prioris conjugis amiſſionem, ſororem ejus in matrimonium proprium crediderit ſortiendam; pari ac ſimili ratione etiam ſi qua poſt interitum mariti in germani ejus nuptias crediderit aſpirandum: illo ſine dubio inſecuturo, quod ex hoc contubernio, nec filii legitimi habebuntur, nec in ſacris patris erunt, nec paternam ut ſui ſuſcipient hæreditatem.* Cum autem hæc affinitatis impedimenta, non natura, ſed poſitiva lege conſtent, ut ea ſtabilita ſunt, eadem etiam, cauſa neceſſaria oborta, tolli poterunt. Quid enim eſt tam naturale? Rationem hujus impedimenti reddidit concilium Cabilonenſe ſub Carolo magno. *Sane*, inquit, *quæ in proprio viro, hæc nimirum in uxoris parentela de lege nuptiarum, regula cuſtodienda eſt. Quia ergo conſtat eos duos eſſe in carne una: communis illis utrimque parentela eſſe credenda eſt, ſicut ſcriptum eſt: Erunt duo in carne una.* Aliam docuit D. Ivo ad Liſiardum Sueſſionenſium epiſcopum. *Quia per hanc*, inquit poſt alia, *licentiam fallente diabolo poſſent multa inhoneſta, & inceſtuoſa provenire conjugia, quæ ceſſant ſervata prohibitione legitima.* Idque non diſſimili cauſa docuit D. Ambroſius. *Quid tam ſolenne*, ait, *quam oſculum inter avunculum, & neptem, quod iſte quaſi filia debet, hæc quaſi parenti? Hoc igitur inoffenſæ pietatis oſculum ſuſpectum facies de talibus cogitando nuptiis, & religioſiſſimum ſacramentum caris pignoribus eripies.* Contendebant enim Paternus, cui reſcribit Ambroſius, filio neptem ex filia copulare: quarum nuptiarum ſterilitatem his verbis minatur. *Unde oportet ab ea diſcedas intentione, qua etiam ſi liceret, tamen tuam familiam non propagares, debet enim tibi filius noſter nepotes, debet etiam neptis cariſſima pronepotes.*

Apuleius apolog. 2. *Levit. 18. c.* Pœna extat *Deut. cap. 25.*

Conc. Altiſiod. can. 30.

Conc. Neocæſarienſ. can. 2.

Conc. Moguntinum I. can. 56.

Conc. Aurel. 1. can. 20. Conc. Turon. 2. can. 22. Conc. Pariſ. 1 can. 4.

D. Baſil. in epiſt. ad Diodorum.

Impp. Conſtantinus, & Conſt. in l. 2. C. Theodoſ. de inceſt. nuptiis.

Honorius, & Theodoſius in edicto ad Aurelianum præf. præ. relato in l. 3. & ultima de inceſt. nupt. in C. Theodoſiano l. 3. titulo 12.

Conc. Cabilonenſe, ſub Carolo magno can. 29. Gratianus in canone tanc. conſanguinitate 35. q. 2. 3.

D. Ivo in ep. 248 ad Liſiardum, Sueſſionenſium epiſc.

D. Amb. ep. 66. ad Paternum.

*Canon LXII.* Vulgatus.

*De auguribus, & pantomimis ſi convertantur*

Si augur, aut pantomimi credere voluerint, placuit, ut prius artibus ſuis renuncient, & tunc demum ſuſcipiantur, ita ut ulterius non revertantur. Quod ſi facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab eccleſia.

Canon LXII. *Emendatus.*

*De aurigis, & pantomimis ſi convertantur.*

Si auriga, aut pantomimi credere voluerint, placuit, ut prius artibus ſuis renuncient, & tunc demum ſuſcipiantur, ita ut ulterius ad eas non revertantur. Quod ſi facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab eccleſia.

*De aurigis agi in hoc canone, non auguribus: & cur tam acri pœna aurigæ feriantur.*

C A P U T LI.

QUIS augures unquam cum pantomimis conjunxit? quis ſacerdotum collegia, cum circo, vel theatro? quis divinandi, cum agitandi, vel repræſentandi peritis, niſi depravata editorum codicum exemplaria? Pro augure, auriga legendum eſt. Quod præter emendatiores codices MSS. ex conciliis Arelatenſibus I. & II. liquet, in quibus omnes fere canones hujus concilii tranſlati ſunt. In primo Arelatenſi. *De agitatoribus qui fideles ſunt, placuit, eos quamdiu agitant, a communione ſeparari.* In ſecundo. *Hæc de agitatoribus ſive theatricis, qui fideles ſunt, placuit, eos, quamdiu agunt, a communione ſeparari.* Agitatores autem, & aurigas eoſdem eſſe conſtat ex reſcripto Valentiniani, Theodoſii, & Arcadii impp. ad Albinum PP. *Quod ſi quiſquam*, aiunt, *ex agitatoribus, id eſt, aurigis, ſeu ex quolibet alio genere hominum contra hoc interdictum.* Id etiam Iſidorus probat, utriuſque originem tradens. *Ars circi*, inquit, *auriga & currus, equites vel pedites. Auriga proprie dictus, quod currum agat, ſive quod ferat junctos equos. Nam haurit, ferit dicimus, ut: Latus haurit apertum. Ipſe eſt & agitator, id eſt, verberator, ab agendo dictus.* De aurigis præterea patres Hiſpanos hic una & pantomimis cogitaſſe, multo eſt probabilius, quam de auguribus: nam ars aurigarum, etſi in reliquis provinciis frequens, in Hiſpania fuit ſemper frequentiſſima, ob equorum Hiſpanicorum alacritatem, & celeritatem: quorum uſus ad ludos circenſes, non Hiſpania tantum, ſed Roma ſæpe requiſivit. Aurelius enim Symmachus urbis Romæ præfectus in prætura filii, cum ſpectacula eſſet exhibiturus, ab Hiſpania, equos educi Romam curavit; & de ea cura pluries illius epiſtolæ ad Meſſalam. *Inſtruenda*, inquit, *mihi, atque adornanda prætura eſt, ad cujus nos editionem magnitudinis*

Conc. Arelat. 1. can. 5. & Conc. Arelat. 2. can. 2

Valent. Theodoſius, & Arcadius, imperat. ad Albinum PP. in l. 9. C. de maleſic. & mathemat.

Iſidor. lib. 18 etymol. cap. 30

Symmachus epiſt. 8. 11. 7. & epiſt. 106.

*a nis vere proceſſus animavit. In eorum enim meum viribus fratris videtur. Quaſo igitur, ut meum religioſe votiva officia partiaris, & familiaribus meis ad Hiſpania longinqua pergentibus, in equorum curulium coemptionem, ſuffragia promovendi conferre digneris.* Et alibi. *Amor mutuus,* inquit, *facit, ut tibi ex uſu meo agenda delegem. Cum igitur filii mei pratoria inſtet editio, quam vir illuſtris comes, omnium virtutum genere ſublimiſſimus, ſuis evectionibus juvare dignatus eſt, coemptioni equorum ex Hiſpania celeritas adhibenda eſt. Quare quaſo te, ut familiares meos ad Hiſpanias miſſos nulla tarditas demoretur, quos juvari tuis literis volo, ut illis mertia tua Hiſpanorum mentibus impreſſa ſuffragio ſint. Vale.* Aliæ etiam ſunt eiuſdem Symmachi, in quibus fit mentio curulium quadrigarum, ſive equorum circenſium Hiſpani ſanguinis; de quibus etiam vendendis denegata, vel conceſſa licentia meminerunt impp. Valentinianus, Valens, & Gratianus. Mirifice enim placebat in circo equorum Hiſpanorum alacritas & celeritas, adeo ut Capitolinus recenſeat, Verum imperatorem, volucri equo praſino aureum ſimulacrum feciſſe. Quare cum tanta eſſet de Hiſpanorum celeritate concepta, vel opinio, vel exiſtimatio, ut vento conceptos arbitrarentur, Plinio teſte; eos ad circenſes ludos & aurigarum certamina, & Roma, & provinciæ deſiderarunt. Aurigarum autem officium ut a doctrina religionis noſtræ alienum & plenum idololatriæ improbarunt vetuſtiſſimi eccleſiæ ſcriptores, Tertullianus, Auguſtinus & alii quos ſuperius retulimus: ſed hoc loco non omittendus Salvianus qui circenſium horum ludorum acerrime eſt inſectatus inſaniam. *Fingamus enim quod reſpicere nos dominus noſter Deus etiam non viventes: videamus ſi poteſt. Ecce innumera Chriſtianorum millia in ſpectaculis rerum turpium quotidie commorantur: poteſt ergo illos Deus reſpicere, qui in circis ſunt? poteſt ad eos reſpicere qui bacchantur in circis, qui mœchantur in theatris? an forte hæc volumus, & nos dignum putamus, ut cum in circis nos & in theatris Deus videat, ea quæ nos aſpicimus, aſpiciat quoque ipſe nobiſcum? & turpitudines quas nos cernimus, cernat & ipſe nobiſcum? alterutrum enim fieri neceſſe eſt: quod ſi nos videre dignatur, conſequens eſt, ut etiam illa ubi nos ſumus, videat, aut ſi ab illis, quod non dubium eſt, avertit oculos, etiam a nobis qui illic ſumus, pariter avertat. Et cum hæc ita ſint, facimus hæc tamen, ut ſine ceſſatione, ut dixi. An forte in morem veterum paganorum, theatrorum & circorum Deum nos habere arbitramur? Faciebant enim hæc illi, quia hæc idolorum ſuorum delicias eſſe credebant: nos quomodo hæc facimus, qui odiſſe Deum noſtrum hæc certi ſumus.* Et cum aliquanto poſt Chriſtiani qui hæc exercebant circenſia, accurata ſe excuſatione defenderent, non in deorum ethnicorum, ſed Chriſti honorem, ſe illa exhibere affirmantes, qui viſum eidem Salviano ſpectemus. *Chriſto,* ait, *o amentia monſtruoſa Chriſto circenſes offerimus, & mimos, & tunc hoc maxime, cum ab eo aliquid boni cepimus, cum proſperitatis aliquid ab eo attribuitur, aut victoria de hoſtibus a divinitate præſtatur. Et quid aliud hac re facere videmur, quam ſi quis homini beneficium largienti injurioſus ſit, aut blandientem conviciis cædat: aut oſculantis vultum mucrone transfigat? Interrogo enim omnes potentes ac divites mundi hujus, cujus placuit reus ſit ſervus ille, qui probo ac bono domino malum cogitet, qui benemerenti convitium faciat, & pro libertate quam accipit, contumeliam reddat? abſque dubio maximi criminis reus creditur, qui malum pro bono reddit, cui etiam malum pro malo reddere non liceret. Hoc ergo etiam nos qui Chriſtiani dicimur, facimus: irritamus in nos miſericordem Deum impuritatibus noſtris; propitiantem ſordibus lædimus, blandientem injuriis verberamus. Chriſto, ergo, o amentia monſtruoſa Chriſto circenſes offerimus & mimos, Chriſto pro beneficiis ſuis, theatrorum obſcena reddimus, Chriſto ludicrorum turpiſſimorum hoſtias immolamus?* &c. Attendant hæc hi qui Chriſto & ſanctis martyribus taurorum agitationem voventes maximum ſe obſequium & pietatis officium eiſdem præſtitiſſe putant. Sed quid Auguſtinus in pari cauſa doceat, audiamus. *Tunc,* inquit, *dignantur pro nobis ſancti domino ſupplicare, cum aliquid in nobis de ſuis virtutibus recognoſcunt.* Chryſoſtomus. *Habent enim & quidem maximam vim orationes ſanctorum, ſed tunc proſicit, cum nos id ipſum per pœnitentiam poſtulamus.*

Item Symmachus lib. 9 epiſt. 12. 18 19. 20. 21 22. 23.

Imperatores Valentinian. Valens & Gratianus, in l. C. Theod. de equis curulibus.

Plinius lib. 8. 42.

D. Aug. ſerm. 2. de martyr. D. Chryſ. in 1 Cor. c. 16. homil. 42.

## Aut pantomimi.

*Qui fuerint pantomimi, & cur tam acris illis pœnitentia imponatur.*

### CAPUT LII.

PANTOMIMI dicebantur, qui molli & impudica ſaltatione, qui fracto corporis motu, indecentique geſticulatione ita res geſtas repræſentabant, ut loqui manibus magis, quam agere viderentur. Caſſiodorus. *Conſtituatur a vobis præſul pantomimus, quatenus ſumptum quem pro ſpectaculo civitatis impendimus, elegiſſe contuliſſe videamur. Hanc partem muſicæ diſciplinæ mutam nominavere majores: ſcilicet quæ ore clauſo manibus loquitur, & quibuſdam geſticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua aut ſcripturæ textura poſſit agnoſci.* Et idem alibi. *Pantomimo igitur, cui a multifaria imitatione nomen eſt, cum primum in ſcenam plauſibus invitatus advenerit, aſſiſt ut conſoni chori diverſis organis eruditi: tunc illa ſenſuum manus oculis canorum carmen exponit, & per ſigna compoſita, quaſi quibuſdam literis edocet intuentis aſpectum: in illaque leguntur apices rerum: & non ſcribendo facit quod ſcriptura declaravit: idem corpus Herculem deſignat & Venerem, fœminam præſentat & marem, regem facit & militem, ſenem reddit & juvenem: ut in uno credas eſſe multos tam varia imitatione diſcretos.* Hanc Tiberio imperatori ſuo tempore natam Suidas ſcribit, & eam adeo illi diſplicuiſſe refert Dio, ut Roma omnes pantomimos exegerit: quod & iterum Trajano factum commendat Plinius. Hi autem actus ſuos edebant in theatro: qua ratione theatrum vocat Tertullianus, privatum impudicitiæ conſiſtorium, ubi mimorum & pantomimorum turpitudinem ad vivum expreſſit. *Similiter,* inquit, *impudicitiam omnem amoliri jubemur. Hoc igitur modo etiam a theatro ſeparamur, quod eſt privatum conſiſtorium impudicitiæ, ubi nihil probatur quam quod alibi non probatur. Ita ſumma gratia ejus de ſpurcitia plurimum concinnata eſt, quam Atellanus geſticulator, quam mimus etiam per mulieres repræſentat, ſexum pudoris exterminans, ut facilius domi quam in ſcena erubeſcant: quam denique pantomimus a pueritia patitur in corpore, ut artifex eſſe poſſit. Ipſa etiam proſtibula publicæ libidinis hoſtiæ in ſcena proferuntur plus miſeræ, in præſentia fœminarum, quibus ſolis latebant, perque omnis ætatis, omnis dignitatis ora tranſducuntur, locus, ſtipes, elogium, etiam quibus opus non eſt, prædicatur. Taceo de reliquis, ea quæ in tenebris & in ſpeluncis ſuis delitescere decebat, ne diem contaminarent. Erubeſcat ſenatus, erubeſcant ordines omnes. Ipſæ illæ pudoris ſui interemptrices de geſtibus ſuis ad lucem & populum expaveſcentibus ſemel anno erubeſcunt. Quod ſi nobis omnis impudicitia execranda eſt, cur liceat audire, quæ loqui non licet? cum etiam ſcurrilitatem & omne vanum verbum judicatum a Deo ſciamus? cur æque liceat videre, quæ facere flagitium eſt? Cur quæ ore prolata communicant hominem, ea per oculos & aures admiſſa non videntur hominem communicare? cum ſpiritui appareant aures & oculi, nec poſſit mundus præſtari, cujus appariteres inquinantur. Habes igitur & theatri interdictionem, de interdictione impudicitiæ.* Multo clarius aurigarum, & pantomimorum turpitudines reprehendit idem Tertullianus. *Quum igitur humana recordatio,* inquit, *etiam obſtrepente gratia voluptatis, damnandos eos cenſeat, ademptis bonis dignitatum in quemdam ſcopulum famoſitatis: quanto magis divina juſtitia in ejuſmodi artifices animadvertit? An Deo placebit auriga ille tot animarum inquietator, tot furiarum miniſter, tot ſtatuum, ut ſacerdos coronatus, vel coloratus ut leno, quem curru rapiendum diabolus adverſus Heliam exornavit? Placebit & ille, qui vultus ſuos novacula mutat, infidelis erga faciem ſuam, quam non contentus Saturno & Iſidi & Libero proximam facere, inſuper contumeliis alaparum ſic objicit, quaſi de præcepto domini ludat? Docet ſcilicet diabolus verberandam maxillam patienter offerre. Sic & tragœdos cothurnis extulit; quia nemo poteſt adjicere cubitum unum ad ſtaturam ſuam, mendacem facere vult Chriſtum. Jam vero ipſum opus perſonarum, quæro an Deo placeat, qui omnem ſimilitudinem vetat fieri; quanto magis imaginis ſuæ. Non amat falſum auctor veritatis; adulterium eſt apud illum omne quod fingitur. Proinde vocem, ſexus, ætates mentientem, amores, iras, gemitus, lacrymas adſeverantem non probabit, qui omnem hypocriſim damnat. Ceterum cum in lege præſcribit, maledictum eſſe qui muliebribus curatur: ſane & ille artifex pugnorum impunitus.* Salvianus. *Talia,* inquit, *ſunt, quæ fiunt in theatro, ut ea non ſolum dicere, ſed etiam recordari aliquis ſine pollutione non poſſit: alia quippe crimina, ſingulas ſibi ferme in nobis vindicant portiones, ut cogitationes ſordida animos, ut impudici aſpectus oculos, ut auditus improbi aures: ita ut cum ex his unum aliquid erraverit, reliqua poſſint carere peccatis: in theatris vero nihil eorum reatu vacat, quia & concupiſcentiis animus, & auditu aures, & aſpectu oculi polluuntur. Quæ quidem omnia tam flagitioſa ſunt, ut etiam explicare ea quiſpiam atque eloqui ſalvo pudore non valeat. Quis enim integro verecundiæ ſtatu dicere queat, illas rerum turpium imitationes; illas vocum ac probrorum obſcœnitates; illas motuum turpitudines; illas geſtuum fœditates? quæ quanti ſint criminis, vel hinc intelligi poteſt, quod religionem ſui interdicunt.* Poſt ſubdens. *Alia quoque omnia mala agentes, polluunt videntes vel audientes, ſiquidem etſi blaſphemum quemdam audias, ſacrilegio non pollueris, quia mente diſſentis: & ſi interventas latrocinio, non inquinaris actu, quia abhorres animo; ſola ſpectaculorum impuritates ſunt, quæ unum admodum faciunt, & agentium, & aſpicientium crimen. Nam dum ſpectantes hæc comprobant, ac libenter vident; omnes ea viſu audituque agunt, ut vere in eos apoſtolicum illud peculiariter cadat,*

quia

Caſſiodorus lib. 1 variar. epiſt. 20.

Idem lib. 4. ep. ultima.

Suidas verbo Athenodorus Dio lib. 57. Plinius in panegyrico ad Traian.

Tertul. in l. de ſpectacul. c. 17.

Idem Tertull. cap. 23. & 24. libro de ſpectac.

Matth. 6. Luca 12.

Exod. 20.

Salvianus l. 5. de providentia.

Rom. 1.

*quia digni ſunt morte, non ſolum qui faciunt ea, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Itaque in illis imaginibus fornicationum omnis omnino plebs animo fornicatur: & qui forte ad ſpectaculum puri venerant, de theatro adulteri revertuntur. Non enim tunc tantummodo quando redeunt, ſed etiam quando veniunt, fornicantur: nam hoc ipſo quod aliquis rem obſcœnam cupit, dum ad immunda properat, immundus eſt: & cum hæc ita ſint, qui talia agimus, negligi nos a divinitate cauſamur, relinqui nos a domino noſtro dicimus, cum ipſi dominum relinquamus.*

Lactant. l. 6. divin. inſtit.

Lactantius. *Quid de mimis loquar, corruptelarum præferentibus diſciplinam? qui docent adulteria, dum fingunt; & ſimulatis erudiunt ad vera? Quid juvenes aut virgines faciant, cum hæc & fieri ſine pudore & ſpectari libenter ab omnibus cernunt? Admonentur utique quid facere poſſint, & inflammantur libidine, quæ aſpectu maxime concitatur, ac ſe quiſque pro ſexu in illis imaginibus præfigurat; probantque illa dum rident, & adhærentibus vitiis, corruptiores ad cubicula revertuntur: nec pueri modo quos præmaturis vitiis imbui non oportet, ſed etiam ſenes, quos peccare jam non decet, in talem vitiorum ſemitam dilabuntur.* Et mox. *Vitanda ergo ſpectacula omnia, non ſolum ne quid vitiorum pectoribus inſideat, quæ ſedata & pacifica eſſe debent, ſed ne cujus nos voluptatis conſuetudo deliniat, & a Deo & bonis operibus avertat: nam ludorum celebrationes deorum feſta ſunt; ſi quidem ob natales eorum vel templorum novorum dedicationes ſunt conſtituti. Et primitus quidem venationes, quæ vocantur munera, Saturno attributa ſunt; ludi autem ſcenici Libero; circenſes Neptuno: paulatim vero & cæteris diis idem honos tribui cœpit, ſingulique ludi numinibus eorum conſecrati ſunt, ſicut Siſinius Capito in libris ſpectaculorum docet. Si quis igitur ſpectaculis intereſt, ad quæ religionis gratia convenitur, diſceſſit a Dei cultu, & ad deos ſe contulit, quorum natales & feſta celebravit.*

Minutius Felix in Octavio ad finem.

Minutius Felix. *In ſcenis etiam non minor furor, turpitudo prolixior: nunc enim mimus vel exponit adulteria vel monſtrat: nunc enervis hiſtrio, amorem dum fingit, infligit. Idem deos veſtros induendo, ſtupra, ſuſpiria, odia dedecorat.* Qua ratione B. Chryſoſtomus, theatralem chorum malorum omnium fontem, ſcaturiginem ac fomitem appellat, theatra, peſtilentiæ cathedram, incontinentiæ gymnaſium, luxuriæ officinam, impudicitiæ orcheſtram, Babylonicam fornacem: & ideo theatrorum ingreſſum Chriſtianis interdixit. Sic Epiphanius, Auguſtinus, Iſidorus, Arnobius & alii. A quorum ſententia non diſſenſit vetus ethnicorum providentia, cum priſci Maſſilienſes, quorum diſciplinam & gravitatem Græciæ, & cunctis Gentibus anteponere Cicero non dubitavit, antequam ad eorum aures Chriſti doctrina & religio perveniſſet, mimis, quorum argumenta majori ex parte ſtuprorum continebant actus, nullum in ſcenam aditum dabant, ne ut eleganter a Valerio Maximo traditum eſt, talia ſpectandi conſuetudo, etiam imitandi licentiam ſumeret. Ob eam turpitudinem & genus idololatriæ quod in omnibus circi & theatri actibus ſolebat admitti, non ſolum fideles ab eis peragendis ſub excommunicatione arcebantur, ſed antequam fidem ſuſciperent, eis ſe non adfuturos in baptiſmo promittebant, ut docet D. Clemens, & poſt illum Tertullianus.

D. Chr. hom. 69. in cap. 21. Matthæi & hom. 61. ad populum Antioch. & hom. in pſal. 50.
D. Epiph. ad finem librorum quos contra hæreſes ſcripſit.
D. Aug. l. 1. de conſenſ. evang. cap. 33. & li. 2. de ſymb. c. 2.
D. Iſid. li. 18. etymolog. c. 59. Cicero in oratione pro Flacco.
Valer. Maximus l. 2. c. 6.
D. Clem. l. 8. conſt. apoſt. cap. 38.
Tertull. lib. de ſpectacul. cap. 4.

*Ne quis*, ait, *argumentari nos putet, ad principalem auctoritatem convertar, ipſius ſignaculi noſtri. Cum aquam ingreſſi Chriſtianam fidem in legis ſuæ verba profitemur, renunciaſſe nos diabolo & pompæ & angelis ejus ore noſtro conteſtamur. Quid erit ſummum ac præcipuum, in quo diabolus & pompæ, & angeli ejus cenſeantur, quam idololatria? Ex qua omnis immundus & nequam ſpiritus, ut ita dixerim, quia nec diutius de hoc. Igitur ſi ex idololatria univerſam ſpectaculorum paraturam conſtare conſtiterit, indubitate præjudicatum erit, etiam ad ſpectacula pertinere renunciationis noſtræ teſtimonium in lavacro, quæ diabolo & pompæ & angelis ejus ſint mancipata, ſcilicet per idololatriam. Commemorabimus origines ſingulorum, quibus incunabulis in ſæculo adoleverint; exinde titulos quorumdam, quibus nominibus nuncupentur; exinde apparatus, quibus ſuperſtitionibus inſtruantur; tum loca, quibus præſidibus dicentur; tum artes, quibus auctoribus deputentur. Si quid ex his non ad idolum pertinuerit, id neque ad idololatriam neque ad noſtram ejerationem pertinebit.*

Idem in eodem cap. 24.

Et poſt. *Quod adhuc modis perorabimus, nihil ex his quæ ſpectaculis deputantur, placitum Deo eſſe, aut congruens Dei ſervis, quod domino placitum non ſit, ſi omnia propter diabolum inſtituta, & ex diaboli rebus inſtructa monſtravimus; nihil enim non diaboli eſt, quidquid Dei non eſt, vel Deo diſplicet: hoc erit pompa diaboli, adverſus quam in ſignaculo fidei ejeramus; quod autem ejeramus, neque facto, neque dicto, neque viſu, neque proſpectu participare debemus. Ceterum nonne ejeramus & reſcindimus ſignaculum, reſcindendo teſtationem ejus? Numquid ergo ſupereſt, ut ab ipſis ethnicis reſponſum flagitemus? Illi jam nobis renuncient, an liceat Chriſtianis ſpectaculo uti. At quin hinc vel maxime intelligunt factum Chriſtianum, de repudio ſpectaculorum. Itaque negat manifeſte, qui per quod agnoſcitur, tollit. Quid autem ſpei ſupereſt in ejuſmodi homine?*

A *nemo in caſtra hoſtium tranſit, niſi projectis armis ſuis, niſi deſtitutis ſignis & ſacramentis principis ſui, niſi pactus ſimul perire.*

D. Cypr. ep. 2. ad Rogatianum. & lib. de ſpectac. cap. 3.

D. Cyprianus eidem ſententiæ ſubſcribit. *Omnia*, inquit, *iſta ſpectaculorum genera damnavit, quando idololatriam ſubſtulit, ludorum omnium matrem, unde hæc vanitatis & levitatis monſtra venerunt. Quod enim ſpectaculum ſine idolo? Quid ludus ſine ſacrificio? Quod certamen non conſecratum mortuo? Quid inter hæc Chriſtianus fidelis facit, ſi idololatriam fugit, quid loquitur? Qui tam ſanctus ſit, de rebus criminoſis voluptatem capit; Quid contra Deum ſuperſtitiones probat: quas amat dum ſpectat? Ceterum ſciat hæc omnia inventa dæmoniorum non Dei. Impudenter in eccleſia dæmonia exorcizat, quorum voluptates in ſpectaculis laudat: & cum ſemel illis renunciant, reſciſſa ſit res omnis in baptiſmate: dum poſt Chriſtum ad diaboli ſpectaculum vadit, Chriſtum tanquam diabolo renunciat.*

Salvianus l. 6. de providentia Dei.

Salvianus. *In ſpectaculis enim quædam apoſtatatio fidei eſt: & a ſymbolis ipſius & cœleſtibus ſacramentis letalis prævaricatio. Quæ eſt enim baptiſmo ſalutari Chriſtianorum prima confeſſio? quæ ſcilicet:* B *niſi ut renunciare ſe diabolo ac pompis ejus atque ſpectaculis & operibus proteſtentur? Nam ſpectacula & pompæ, etiam juxta noſtram profeſſionem opera ſunt diaboli. Quomodo igitur, o Chriſtiane, ſpectacula poſt baptiſmum ſequeris, quæ opus eſſe diaboli confiteris? Renunciaſti ſemel diabolo & ſpectaculis ejus; ac per hoc neceſſe eſt, prudens, & ſciens, dum ad ſpectacula remeas, ad diabolum redire te cognoſcas. Utrique enim rei ſemel ſimul renunciaſti: & unum utrumque eſſe dixiſti. Si ad unum reverteris, ad utrumque remeaſti: Abrenuncio enim*, inquis, *diabolo, pompis, ſpectaculis & operibus ejus: & quid ſequitur? Credo*, inquis, *in Deum patrem omnipotentem, & in Jeſum Chriſtum filium ejus. Ergo primum renunciatur diabolo, ut credatur Deo; quia qui non renunciat diabolo, non credit Deo: & ideo qui revertitur ad diabolum, relinquit Deum. Diabolus autem eſt in ſpectaculis, pompis ſuis, ac per hoc, cum redimus ad ſpectaculum, relinquimus fidem Chriſti. Hoc itaque modo omnia ſymboli ſacramenta ſolvuntur, & quod in ſymbolo ſequitur labefactatur, & inqui-* C *natur. Nihil enim ſequens ſtat, ſi principale non ſteterit. Dic mihi tu Chriſtiane: quomodo te tenere ſequentia ſymboli putas, cujus principia perdidiſti? membra ſine capite nihil proſunt; & ad exordia ſua, cuncta reſpiciunt: quæ utique ſi perierint, omnia ſecum trahunt. Siquidem ſtirpe ſublata, aut non ſunt reliqua: aut ſi ſunt, ſine emolumento ſunt, quia ſine capite nihil conſtat.*

D. Iſidor. l. 18. etym. c. 59.

D. Iſidorus. *Deum*, inquit, *negat, qui talia præſumit, fidei Chriſtianæ prævaricator effectus eſt, qui id denuo appetit, cui in lavacro jampridem renunciavit, id eſt diabolo, pompis & operibus ejus.* Hoc eſt ergo quod epiſcopi Hiſpani in hoc canone decreverunt, eos nimirum qui credere voluerint, id eſt qui baptiſmum ſuſcepturi ſunt, in ejus ſuſceptione circi & theatri artibus, quibus antea dediti erant, renunciaturos. Nec ſolum exercitationem & uſum earum deſerere debent, ſed & aſpectum. Antiqua enim fuit eccleſiæ conſuetudo, non recipiendi ab baptiſmum indifferenter quoſcumque, ſed eos tantum quos vitæ honeſtas commendabiles eccleſiæ reddidiſſet. Quare non ſolum his ſtudiis dediti quæ idololatriam redolerent, quibus nullum gra- D vius exſtare poſſe certum eſt, arcebantur a baptiſmo, ut D. Auguſtinus teſtatur, ſed & aliis minoribus irretiti, ni prius profiterentur eam vitæ turpitudinem deſerturos.

D. Aug. li. unico de fide & operib. cap. 18.
Idem Aug. de octo Dulcitii quæſt. quæſt. 2.

*Hoc ſi ita eſt*, inquit D. Auguſtinus, *fateamur iſtos laudabili caritate conari, ut omnes indiſcrete admittantur ad baptiſmum, non ſolum adulteri, & adulteræ contra ſententiam domini falſas nuptias prætendentes, verum etiam publicæ meretrices in turpiſſima profeſſione perſeverantes, quas certe etiam nulla negligentiſſima eccleſia conſuevit admittere, niſi ab illa primitus proſtitutione liberatas.* Tanti enim ſacramenti participes noluit eccleſia eos fieri, quorum vita turpitudo Spiritui ſancto accipiendo impedimento eſſet. Sicut enim indigne corpus domini aſſumentem, judicium ſibi manducare & bibere apoſtolus docuit: ſic & ad baptiſmum accedentem D. Auguſtinus.

1. Cor. 11.
D. Aug. l. unic. contra Fulgent. Donatiſtam. cap. 6.
1. Cor. 11.
1. Timoth. 1.

*Sicut enim*, inquit, *qui manducat, & bibit ſanguinem domini indigne, judicium ſibi manducat; ſic & qui accipit indigne baptiſma, judicium accipit, non ſalutem. Nam & Judas proditor bonum corpus, & Si-* E *mon magus bonum baptiſma Chriſti percepit, ſed quia bono non bene uſi ſunt, mali male utendo deleti ſunt. Bonum eſt baptiſma, bonum eſt Chriſti ſanguis & corpus, bona eſt lex; ſed ſi quis ea legitime utatur.*

### Ita ut ulterius non revertantur. Quod ſi facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab eccleſia.

NON licet eis, qui ludicram artem exercuerunt, & illi ad ſuſcipiendum baptiſmum renunciarunt, ad eam poſtea reverti: quod ſi facere contra interdictum tentaſſent, projiciendos ab eccleſia concilium ſanxit. Sed ſi exquiratur, quæ cauſa fuerit quare dixerit concilium, quod ſi contra interdictum facere tentaverint; non vero, quod ſi contra interdictum fecerint; occurrit id factum, quod olim qui ſemel ludicras artes exercuiſ-

ſent, ad eaſdem compelli poterant: quare ut renunciationi in baptiſmo factæ fraudem facerent, poterant ipſi non propria voluntate expreſſe, ſed tacite eniti, ut cogerentur a judicibus ethnicis ad eaſdem reverti. Quod prohibere volens concilium, dixit, quod ſive fecerint, vel facere ſimulata ea diligentia tentaverint, projiciantur ab eccleſia, ob turpitudinem, quam animo ſaltem concepiſſe certum erat: hanc in mulieribus ſevera lege Gratianus Valentinianus, & Theodoſius vindicarunt.

Grat. Valent. & Theodoſ. l. 8. C. Theodoſ. de ſcenicis.

*Iidem AAA. ad Valerianum. P. V.*

*Scena mulier ſi vacationem religionis nomine poſtularit, obtentu quidem petitionis venia non deſit; verum ſi poſt turpibus volutata complexibus, & religionem, quam expetierit, prodidiſſe, & gerere quod officio deſierat, animo tamen ſcenica detegetur, extracta in pulpitum, ſine ſpe abſolutionis ulliuſ, ibi eo uſque permaneat, donec anus ridicula ſenectute deformis. Nec tunc quidem abſolutione potiatur, cum aliud quam caſta eſſe non poſſit. Dat. VIII. Id. Mai. Aquila, Syagrio & Eucherio Coſſ.* Qua ratione in eo concilio, quod Africani titulo citari ſolet, inter alia quæ ab imperatoribus poſtulanda proponuntur, illud eſt: ne quiſquam Chriſtianus qui ad Chriſtianitatis gratiam venire voluerit ex qualibet ludicra arte, cogatur ad eam reverti. *Et de his etiam petendum*, ait, *ut ſi quis ex qualibet ludicra arte ad Chriſtianitatis gratiam venire voluerit, ac liber ab illa macula permanere; non eum liceat a quoquam iterum ad eadem exercenda reduci, vel cogi.* Quam gratiam ab impp. Gratiano, Valentiniano, & Theodoſio impetraſſe, liquet ex hac lege.

Conc. Africanum can. 30.

Gratian. Valen. & Theod. in l. 9. de ſcenicis C. Theod.

*Iidem AAA. Heraſio Proc. Afric.*

*Quæcumque ex hujuſmodi fæce progenitæ, ſcenica officia declinare ludicri miniſteriis deputentur: quas necdum tam ſanctiſſima religioni, & in perenni ſervanda Chriſtiana legis ſecretorum reverentia ſua fidei vindicarit. Illas etiam fœminas liberatas contubernio ſcenici præjudicii durare præcipimus, quæ manſuetudinis noſtræ beneficio expertes muneris turpioris eſſe meruerunt.*

Hanc ſummi privilegii loco habuerunt Chriſtiani, quod antea cogerentur a Gentilibus pœnæ & ſupplicii cauſa, vel gladiatorum, vel venatorum, vel comœdorum, tragœdorum, & ſcenicorum munus obire, ut auctor eſt Clemens. Quod ſi Gentiles olim, ut gratiam aſſequerentur, & communionem eccleſiæ in percipiendo baptiſmo, omne genus turpitudinis in cantu, vel ſaltatione ſpernere cogebantur, quid facturi ſint jam Chriſtiani ſancto regenerati lavacro, ut æternam conſequantur beatitudinem, hinc rogo, ut eruant. Cujus ſtudii cura quanta & a fidelibus & a magiſtratibus habenda ſit, vel Platonis ethnici Chriſtiani jam doctrinam exaudiamus. Negat enim muſicas leges mutari poſſe ſine mutatione legum publicarum, ideoque valde forte timendum, ne novis turpiſſimi cantus vel ſaltationis inventis antiquæ & ſalutares leges mutentur, & nova deinde pernicies ſenſim illapſa civium animos malis ſtudiis & doctrinis malis totas repente civitates evertat. *Aſſentior enim Platoni*, ait, *nihil tam facile in animos teneros atque molles influere, quam varios canendi ſonos: quorum dici vix poteſt, quanta ſit vis in utramque partem: namque & incitat languentes, & languefacit excitatos; & tum remittit animos, tum contrahit, civitatumque hoc multarum in Græcia interfuit antiquum vocum ſervare modum: quarum mores lapſi, ad mollitiem pariter ſunt immutati cum cantibus, ut hac dulcedine corruptelaque depravati, ut quidam putant, aut cum ſeveritas eorum ob alia vitia cecidiſſet, tum fuit in auribus animiſque mutatis, etiam huic mutationi locus. Quamobrem ille quidem ſapientiſſimus Græciæ vir, longeque doctiſſimus, valde hanc labem veretur. negat enim mutari poſſe muſicas leges ſine mutatione legum publicarum. Gratuito olim iſta vendicabat vetus illa Græcia, longe providens, quam ſenſim pernicies, illapſa civium animos malis ſtudiis maliſque doctrinis repente totas civitates everteret: ſi quidem ſevera illa Lacedæmon nervos juſſit, quod plures quam ſeptem haberet, in Timothei fidibus inde demi.*

D. Clemens li. 5. apoſtolic. conſt. cap. 1

Ex ſententia Damonis philoſophi refert & probat.

Plato lib. 4. de republica.

Cicero lib. 2. de legib.

*Nova cantus & ſaltationis inventa reip. mutatione minantur ex ſententia Platonis: ideo ſumme illa cavenda, ſi turpia ſint*

*Canon LXIII.* Vulgatus.

*De uxoribus, quæ filios ex adulteris necant.*

Si qua mulier per adulterium abſente marito conceperit; idque poſt facinus occiderit; placuit, ei nec in fine dandam eſſe communionem, eo quod geminaverit ſcelus.

Canon LXIII. *Emendatus.*

*De uxoribus, quæ filios ex adulterio necant.*

Si qua mulier per adulterium abſente ſuo marito conceperit, idque poſt facinus occiderit: placuit, ei nec in fine dandam eſſe communionem, eo quod geminaverit ſcelus.

BURCHARDUS libro 17. decretorum cap. 51. Ivo lib. 2. cap. 102. aliter. *Si qua mulier*, inquiunt, *per adulterium abſente marito conceperit: idque poſt facinus occiderit, placuit vix in fine dandam eſſe communionem, eo quod geminaverit ſcelus.* Sic etiam cum adverbio (vix) ex concilio Arelatenſi can. 15. Refert idem Burchardus cap. 35. ex Eliberitano Rabanus Maurus in pœnitentium lib. cap. 11. & pœnitentiale Romanum, apud Antonium Auguſtinum tit. 1. & cap. 27. Sed communem concilii lectionem magis probo: quod frequentius ſoleat concilium cum gravia ſunt crimina, etiam in extremo conſtitutis communionem negare. Quod ſi ſimplici adulterio ſine crimine homicidii, eandem pœnam conſtituerunt patres, canone 64. quanto magis adulterio cum homicidio conjuncto? Sic etiam concilium Ancyranum, quod poſt Illiberritanum, habitum ante oſtendi, cum ejuſdem criminis meminiſſet, antequam refert diffinitionem fuiſſe, ut uſque ad obitum contaminati non communicarent. *De mulieribus*, inquit, can. 21. *quæ fornicantur, & partus ſuos necant, ſed & de his quæ agunt ſecum, ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem diffinitio eſt, uſque ad exitum vitæ ab eccleſia removeri*, antiquam diffinitionem, hujus concilii decretum vocat, *humanius autem diffinimus, ut eis decem annorum tribuatur.* Id ipſum indicare videtur divus Baſilius ſcribens ad Amphilochium Iconii epiſcopum can. 2. referens ejuſdem criminis pœnam, ait. *Oportet autem non uſque ad obitum eorum confeſſionem extendere, ſed decem quidem annorum menſuram admittere, definire autem non tempore, ſed modo pœnitentiæ medicinam.* Sic etiam Martinus (ut vocatur) papa ſive epiſcopus Bracarenſis in collectione decretorum, cum hujus concilii canonem referret, negantem etiam partem retinuit. *Si qua mulier*, ait, *fornicaverit, & infantem, qui exinde fuerit natus, occiderit, & quæ ſtuduerit abortum facere, & quod conceptum eſt necare, aut certe, ut non concipiat, elaborat, ſive ex adulterio, ſive ex legitimo conjugio hæ tales mulieres, nec in morte recipere communionem priores canones decreverunt; nos tamen pro miſericordia, ſive tales mulieres, ſive conſcias ſcelerum ipſorum, decem annis agere pœnitentiam judicamus.* Exſtat in collectione conciliorum Martini cap. 72. Concilium etiam Moguntinum ſub Rabano archiepiſcopo cap. 21. hujus concilii meminit, & canonem refert, ſed in contextu & ad marginem utraque lectio, nec in fine, &, vix in fine, refertur: negantem magis probo.

Lib. 1. c. 2. & 3.

A B C (margin section letters)

*De pœna parentum proprios fœtus interimentium.*

## CAPUT LIII.

NEFARIUM ſcelus & execrandam impietatem earum parentum (ſi parentes nuncupandæ ſunt) quæ vel immaturos fœtus intra propria viſcera latentes, vel recenter natos, & ut (inquit ille) a partu adhuc rubentes ad libidinis turpitudinem & infamiam tegendam interimunt (ſolent enim materna adulteria in lucem editi liberi parentum ſimilitudine & forma prodere) multis & his graviſſimis legibus repreſſit ſemper, coercuit, & vindicavit recens, & antiqua eccleſiæ diſciplina. Patres Hiſpani communionem ad exitum uſque denegarunt in hoc canone: nec immerito, quod parentes iſtæ triplicis ſint criminis reæ: homicidæ ſui, maritorum adulteræ, & filii nondum nati atroces parricidæ. Concilii Ancyrani epiſcopi decem annorum pœnitentiam: humanius poſtea Ilerdenſis concilii patres ſeptennem tantum præſcripſerunt. *Hi vero*, aiunt, *qui male conceptos ex adulterio fœtus, vel editos, necare ſtuduerint, vel in ventre matrum potionibus aliquibus colliſerint, in utroque ſexu adulteris, poſt ſeptem annorum curricula communio tribuatur: ita tamen, ut omni tempore vitæ ſuæ fletibus, & humilitati inſiſtant.* Poſt hæc, concilium Arelatenſe decem annorum pœnitentiam adjecit ſuperioribus Ancyrani, Illiberritani, & Ilerdenſis conſtitutionibus renovatis, ut Burchardus refert, & pœnitentiale Romanum. *Mulier quædam*, ait, *ut audivimus, quæ ex fornicatione concipientes, metuentes, ne ſcelus quod occulte perpetraverunt, manifeſtum fieret; infantes quos pepererunt occiderunt, & terra congerie cooperuerunt, aut in aquas projecerunt. Quod quantum nefas ſit, canones Ancyrani, Hiberitani*, pro quo reponendum eſt Illiberritani, *atque Ilerdenſis concilii teſtes ſunt: hi itaque vix in fine dandam eſſe communionem decernunt: ſed humanius tractantes, poſt decennem pœnitentiam, tales placuit ad communionem recipi.* Idem Burchardus alterum canonem ex innominato concilio refert: eſt autem concilium Ancyranum. *De mulieribus*, inquit, *quæ fornicantur & partus ſuos necant, vel quæ agunt ſecum, ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio, uſque ad exitum vitæ, eas ab eccleſia removet. Humanius autem nunc definimus, ut eis, decem annorum tempus, ſecundum præfixos gradus pœnitentiæ largiatur.* Ut homicidas puniendas decrevit concilium Vvormacienſe. *Mulieres igitur*, inquit, *quæ ante temporis plenitudinem, conceptos utero infantes voluntate excutiunt, ut homicidæ procul dubio judicandæ ſunt; illæ vero quæ dormiendo filios ſuffocare videntur, leniter de his judicari oportet; quia nolentes & non conſentiendo, ad hunc devolutæ ſunt caſum.* Impietatis maximæ eas coarguit D. Auguſtinus. *Aliquan-*

D E (margin section letters)

Conc. Ancyran. can. 21.

Conc. Ilerdenſe can. 2.

Conc. Arelatenſe can. 6.

Burchar. lib. 17. cap. 53.

In pœnitentiali Rom. tit. 1. c. 27.

Idem Burchard. cap. 54.

Conc. Ancyra can. 21.

Conc. Vvormac. can. 35.

D. Aug. lib. 1. de nupt. & concupiſcent. cap. 15.

*quando*, ait, *eo uſque pervenit hæc libidinoſa crudelitas, vel libido crudelis, ut etiam ſterilitatis venena procuret, & ſi nihil valuerit, conceptos fœtus aliquomodo intra viſcera extinguat, ac fundat, volendo prius interire, quam vivere: aut ſi in utero jam vivebat, occidi, antequam naſci proſus.* Ante Auguſtinum Lactantius. *Ad vitam enim*, inquit, *Deus inſpirat animas, non ad mortem. Verum homines ne quod ſit facinus, quo manus ſuas non polluant, rudibus adhuc & ſimplicibus animis abnegat lucem non a ſe datam. Expectet vero aliquis, ut alieno ſanguini parcant, qui non parcunt ſuo? ſed hi ſine ulla controverſia ſcelerati & injuſti.* Ante Lactantium Minutius Felix. *Sunt*, ait, *quæ in ipſis viſceribus medicaminibus epotis originem futuri hominis extinguunt, & parricidium faciunt, antequam pariant.* Ante Minutium Tertullianus. *Nobis*, inquit, *homicidio ſemel interdicto, etiam conceptum utero, dum adhuc ſanguis in hominem delibatur, diſſolvere non licet. Homicidii feſtinatio eſt, prohibere naſci, nec refert natam quis eripiat animam, an naſcentem diſturbet. Homo eſt & qui eſt futurus, & fructus omnis jam in ſemine eſt.* Apud medicos enim, & ſi in quæſtione fuerit aliquando, an partus in utero animal ſit & homo; obtinuit tamen hominem eſſe, ut docet Hippocrates, & Galenus: quod & apud juriſconſultos receptum eſt, a quibus pœna homicidii ſancita eſt, in eum eamve, qui quæve partum animatum ab utero abegerit, vel abortum procuraverit: nec enim levius eſſe putant natales impedire, quam interimere natos, quod ſi fœtus abigatur non animatus, in exilium mittitur qui abegit. Nec lege Cornelia tenetur uxor adultera vel adulter qui partum abigi facit, ſed lege Pompeja de parricidiis. Quod crimen adeo grave tempore Juſtiniani imperatoris & Leonis Cæſaris habitum eſt, ut conſtitutio edita ſit, permiſſa licentia marito dirimendi matrimonii, ſi mulier ſponte abortum feciſſet, Juſtiniano teſte & Harmenopulo. Quod tamen juris canonici decretis abrogatum eſt. Vviſigothi etiam majores noſtri hanc adverſus abortum procurantes legem ſanxerunt. *Qui mulieri prægnanti poculum dederit ad necandum infantem, vel ad faciendum abortum, occidatur. Mulier quæ abortum facere requiſivit, ſi ancilla eſt, ducenta flagella ſuſcipiat: ſi ingenua, careat dignitate perſonæ, & cui juſſerimus ſervitura tradatur.* Pœnam auxit Flavius Cindaſvindus rex, quam ut pietatis laude pleniſſimam placuit referre. *Nihil eſt*, inquit, *eorum pravitate deterius, qui pietatis immemores, filiorum ſuorum necatores exiſtunt. Quorum quia vitium per provincias regni noſtri ſic inoleviſſe narratur; ut tam viri, quam fœminæ ſceleris hujus auctores eſſe reperiantur; ideo hanc licentiam prohibentes, decernimus, ut ſeu libera, ſeu ancilla natum filium filiamve necaverit; ſive adhuc in utero habens aut potionem ad abortum acceperit, aut alio quocumque modo extinguere partum ſuum præſumpſerit, mox provinciæ judex, aut territorii, ut tale factum reperit, non ſolum operatricem criminis hujus, publica morte condemnet; aut ſi vitæ reſervare voluerit, omnem viſionem oculorum ejus non moretur extinguere: ſed etiam ſi maritum ejus talia juſſiſſe vel permiſiſſe patuerit, eumdem etiam vindictæ ſimili ſubdere non recuſet.* Graviorem multo ſanxit hac ætate Sixtus papa hujus nominis quintus anno ſui pontificatus quarto, decernens, ut qui, quæve abortum facere fierive juſſiſſet, vel curaſſet, ea excommunicatione puniretur, quæ ſolvi a nemine poſſet, præter Romanæ ſedis epiſcopum. Sed antiquo juri reſtituit Gregorius XIV.

Lactant. lib. 6. divinarum inſtit. cap. 20.

Minutius Felix in Octavio

Tert. in apolog. cap. 9.

Hippocra. lib. de puer. natura.

Galen. proprio libello.

L. ſi quis aliquid §. abortion. l. Cicero de pœnis l. ſi mulier. ad leg. Cornel. de ſicar. l. divus de extra. ord. crimin.

L. 15 ad leg. Pomp. de parricid.

Juſtinian in authen. de nupt. §. has itaque cauſas collatione 4. Harmenopul. lib. 4. titul. 12. Vviſigothorum leges li. 3. Cindaſvindus rex in l. 7. tit. 3. li. 6. Vviſigothorum.

Sixtus papa 5. in conſtitutione de facientibus aut procurantibus abortum.

Olim autem ad evitandam tanti criminis gravitatem, aut crudelitatem potius, illud remedium excogitarunt epiſcopi, vel ut minus malum elegerunt, ut ſinguli presbyteri in ſuis parochiis publice fœminas præmonerent, ut ſi qua furtivo & injuſto concubitu concepiſſet, ne partum enecaret, ſed clam illum deferri faceret ante januas eccleſiæ, ut fidelibus aliis & piis fœminis nutriendum vel epiſcopi, vel presbyteri traderent. *Hoc ſancto concilio*, Matiſconenſe fuiſſe refert Burchardus, *decretum eſt, ut unuſquiſque presbyter in ſua plebe publice annunciet, ut ſi aliqua fœmina clanculo corrupta conceperit, & pepererit, nequaquam diabolo coarctante filium aut filiam ſuam interficiat, ſed quocumque prævalet ingenio, ante januas eccleſiæ partum deportari, ibique poni faciat; ut coram ſacerdote in craſtinum delatus, ab aliquo fideli ſuſcipiatur, & nutriatur: & tali ex cauſa homicidii reatum, quod majus eſt, parricidium evadat: nam qui filium aut filiam interficit parricida omnimodis tenetur.* Hoc tamen niſi ad evitandum majus illud malum turpe eſſe docuerunt Auguſtinus, Lactantius, Tertullianus, & alii.

Conc. Matiſc. can. 7. relatum a Burchardo li. 9. decret. c. 200.

Hinc fit, Platonis ſententiam ut erroneam iniquamque juſtiſſime refelli & accuſari a Theodoreto. Ajebat enim Plato, viros ac mulieres, dum præſcriptum a ſe gigendi tempus excederent, libere poſſe conſervari, hoc tamen excepto, ne quem amplius conceptum fœtum in lucem ederent: ſi quis autem inſtitutum hoc violaſſet, ut fœtum ad partum perduceret, ita eum exponi, ut omni alimento careret: quid vero unquam tale vel Echetus, vel Phalaris (ait Theodoretus) legibus ſuis inſtituit? quis tale parricidii genus eſt unquam auſus? Nam

Theod. lib. 9. de Græcarum affection. curat.



qui prohibet fœtus in lucem edi, abortitiis profecto pharmacis infantes corrumpi jubet.

*Canon LXIV.* Vulgatus.

*De fœminis, quæ uſque ad mortem, cum alienis viris adulterant.*

Si qua mulier, uſque in finem mortis ſuæ, cun alieno fuerit viro mœchata, placuit, nec in fine dandam ei eſſe communionem. Si vero eum reliquerit, poſt decem annos recipiar communionem, acta legitima pœnitentia.

Canon LXIV. *Emendatus.*

*De fœminis, quæ uſque ad mortem, cum alienis viris adulterant.*

Si qua mulier, uſque in finem mortis ſuæ, cum alieno fuerit viro mœchata, placuit, nec in fine dandam ei eſſe communionem. Si vero eum reliquerit, poſt decem annos accipia communionem, acta legitima pœnitentia.

*De pœna ejus mulieris, quæ vel ſemel in vita, vel ad mortem uſque cum alieno viro mœchatur.*

## CAPUT LIV.

Si qua mulier ſive matrimonii vinculis adſtricta, ſive ſoluta, in perpetuo cum marito alieno vixerit adulterio, placuit patribus, ut etiam in extremo vitæ ſpiritu communio illi denegaretur: quod ſi antea turpi ejus conſortio diſceſſiſſet, decem annorum illi injungi pœnitentiam quibus elapſis, illi præſtari poſſe communionem. Notandum hic, quam acri & ſevera lege earum fœminarum libidinem, quæ viro alieno turpiter adhærerent, epiſcopi noſtri coercuerint. Si adulterii enim crimen morte vindicandum committunt uxores, cum ad ſolutos accedunt; cum ad uxoratos, duplicis ſane adulterii reæ cenſeri debent, ut cenſebantur & puniebantur olim, Beda teſte: quod violata duplici ſacramenti religione, duplicem faciant injuriam, ſuo marito, & alieno: & hanc tanto graviorem, quanto altera illius uxor gravius ferat ſua dignitate & honore pudicitiæ privari: quod illis eſſe moleſtiſſimum, & plenam jurgiorum diſſidiique occaſionem, prudenter monuit Ariſtoteles. Id diligentius ab his qui confeſſionibus præſunt, animadverti vellem, & acriori pœnitentia ab his reos caſtigari, abjecta prorſus a ſacerdotali vigore, communi illa patientia, quæ ſibimet peccatis aliorum parcendo, non parcit.

Beda de remed. peccator. cap. 2.

Ariſt. lib. 1. œconomicorum.

Conc. Pariſienſ. lib. 1. c. 31.

*Canon LXV.* Vulgatus.

*De adulteris uxoribus clericorum.*

Si cujus clerici uxor fuerit mœchata, & faciat eam maritus ſuus mœchari, & eam non ſtatim projecerit, nec in fine accipiat communionem: ne ab his qui exemplum bonæ converſationis eſſe debent, videantur magiſteria ſcelerum procedere

Canon LXV. *Emendatus.*

*De adulteris uxoribus clericorum.*

Si cujus clerici uxor fuerit mœchata, & ſciat eam maritus ſuus mœchari, & eam non ſtatim projecerit; nec in fine accipiat communionem: ne ab his qui exemplum bonæ converſationis eſſe debent, videantur magiſteria ſcelerum procedere.

*Cur vir uxorem adulteram retinens puniatur*

## CAPUT LV.

LEnitatem mariti uxorem adulteram retinentis ut nimiam reprobarunt olim viri prudentes: conſueruntque eam non eſſe ferendam, ſed tanquam veri lenocinii crimen damnandam. Paulus. *Eum,* inquit, *qui deprehenſam in adulterio uxorem non ſtatim dimiſit, reum lenocinii puniri placuit.* Id caput inter reliqua legis Juliæ comprehenſum ſcribit Marcellus. Claudium Gergum virum Clariſſimum lenocinii ſine accuſatore damnatum tradit Ulpianus, quod uxorem in adulterio deprehenſam retinuerit. Hoc ipſum antiquis eccleſiæ patribus non diſpliciuiſſe, vel ex hoc canone & LXX. inferius apparet: ſed multo clarius ex concilio Nannetenſi, a quo pœna ſeptem annorum retinenti adulteram conſtituitur. *Si cujus,* inquit, *uxor adulterium perpetraverit, & hoc a viro deprehenſum fuerit, & publicatum; dimittat uxorem, ſi voluerit, propter fornicationem; illa vero ſeptem annis publice peniteat: vir vero ejus illa vivente nullatenus aliam accipiat. Quod ſi voluerit adulteram reconciliari, licentiam habeat; ita tamen ut pariter cum illa pœnitentiam agat; & exacta penitentia, poſt ſeptem annos ad communionem uterque accedat. Similis forma, & in muliere ſervabitur, ſi eam vir ejus adulterabit.* Concilium Aurelianenſe, ſive Arelatenſe, ſive Hermes doctor in paſtoris libro (omnibus his tribuitur canon ille, apud Gregorium IX. *Si vir,* ait *ſciverit uxorem deliquiſſe, & non egerit pœnitentiam mulier, ſed permanet in fornicatione ſua, & vivit cum illa, vir reus erit, & ejus peccati particeps: quod ſi mulier dimiſſa egerit pœnitentiam, & voluerit ad virum reverti, debet recipere peccatricem, quæ pœnitentiam egit, ſed non ſæpe.* D. Hieronymus. *Sola fornicatio,* inquit, *eſt quæ uxoris vincit affectum, imo cum illa unam carnem in aliam diviſerit, & ſe fornicatione a marito ſeparaverit, non debet teneri, ne virum quoque ſuo maledicto faciat, dicente ſcriptura: Qui tenet adulteram, ſtultus eſt, & impius eſt.* Idem Hieronymus eamdem ſententiam iterato defendit. *In conjugio,* inquit, *quis poſitus quæcumque peccata fecerit, non propriam infuſcat conjugem, ſed fornicatio uxorem coinquinat, ut jam non ſit viro ſuo licita, ſed adultera.* Eadem confirmat D. Iſidorus. Poſtquam enim præcedentem Hieronymi ſententiam retulit, addidit ipſe. *Ubicumque eſt igitur fornicatio, & fornicationis ſuſpicio, libere uxor dimittitur.* Theodorus. *Si quis uxorem ſuam ſcit adulteram, & non vult dimittere eam, ſed in matrimonio habere, tribus annis pœniteat, & quamdiu pœnitet, abſtineat ſe ab illa.* Cujus ea ratio fuit, ne videlicet mariti uxorum turpitudinem mutua cohabitatione, vel expreſſe, vel tacite approbantes, crudele nimis & injuſtum lenonum officium exercuiſſe viderentur. Lenonem enim eſſe, aut plane ferreum neceſſe eſt, cui ſcienti prudentique ſine dolore tanta inferatur injuria. Quod a D. Chryſoſtomo didicimus. *Sicut crudelis & iniquus eſt,* inquit, *qui caſtam dimittit uxorem: ſic fatuus eſt, & injuſtus, qui retinet meretricem: patronus enim turpitudinis eſt, qui celat crimen uxoris.* Quod Innocentium III. in reſcripto ad Genuenſem archiepiſcopum approbaſſe legimus. Idque adeo placuit Alfonſo X. Hiſpaniæ regi ſapientiſſimo, ut dixerit ſub pœna capitalis culpæ quenquam teneri eam uxorem dimittere, quam certo ſcit adulterari, & in adulterio abſque emendationis ſpe eam fore pertinacem. *E todo home,* ait, *que ſopiere, que ſu muger le faze adulterio, tenudo es de la acuſar ſi entendiere que ſe no quiere partir del pecado, que quiere uſar del, & ſi non lo faze, peca mortalmente.* Quare lectores & oſtiarios, qui uxoribus adulteris adhærebant, removendos a clero decrevit concilium Tarraconenſe. Uxor autem adultera illa dicebatur, ad hoc ut retineri non poſſet, non qualibet ſuſpicione nota, ſed adulterii turpitudine deprehenſa, vel convicta, ut ab imperatoribus Severo & Antonino reſcriptum eſt. *Crimen,* aiunt, *lenocinii contrahunt, qui deprehenſam in adulterio uxorem in matrimonio retinuerunt, non qui ſuſpectam adulteram habuerint.* Sicque intellexiſſe antiquos eccleſiæ patres, conſtat ex D. Baſilio ad Amphilochium Iconii epiſcopum. *Adulteratas mulieres,* inquit, *& confitentes, vel quomodocumque convictas publicare quidem patres noſtri prohibuerunt, ne convictis mortis cauſam præbeamus; eas autem ſtare ſine communione juſſerunt, donec impleretur tempus pœnitentiæ.* Quam acri enim & ſagaci cura, fœminarum adulteria olim patres non publicanda, ſed ſecreto caſtiganda cenſuerint, quæ ad Baſilium adjecit Theodorus Balſamon, perſpicue probant. *Adulteri, ſecundum LVIII. can. ſtant in quatuor annis cum deflentibus; quinque cum audientibus; quatuor cum ſupplicibus; & duobus cum iis, qui conſiſtunt abſque communione. Dicit ergo ſanctus. Si quæ adulterata mulier peccatum confeſſa fuerit, vel quomodocumque convicta ſit, non oportet eam publicare, id eſt, eam in dictarum pœnarum locis ſtatuere. Qui enim eam viderit extra divinos eccleſiæ ambitus ſtantem, vel etiam cum catechumenis exeuntem, primo aſpectu omnino intelliget, propter adulterii cri-*

Marcel. in l. 29. de adulter.

Ulpian. in l. 2. §. unde de adul.

Conc. Nannetẽn. can. 12.

Greg. 9. in cap. 1. de adulter.

D. Hier. ad can. Matth. 9.

D. Hier. in epiſt. Pauli ad Corin. Gra. in can. dixit dominus, & can. in conjugio 32. queſt. 1.

D. Iſidorus l. 2. de offic. eccleſ. cap. 19.

Teod. in ſuo pœnitentiali.

D. Chryſoſt. hom. 26. ſuper. Matth. c. 9.

Innoc. III. in reſcript. ad Genuenſem archiep. relato in can. quemadmodum §. illud, verſ. quod ſi expreſſe de jurejur.

Alfonſ. X. Hiſpaniarum rex in l. 4. tit. 9. par. 4.

Conc. Tarracon. cap. 9.

Severus, & Antoninus imperatores in l. 2. C. de adulter.

D. Baſilius epiſt. 1. ad Amphil. Iconii epiſc. c. 34.

Theod. Balſam. ad Baſil. d. cap. 34.

A *men, eam illi eſſe pœnam injunctam, & fiet punitio cauſa mortis, poſt futurum forte viri reditum, qui id animadverterit. Permittitur ergo conſiſtere, & cum fidelibus comprecari, a ſacramentorum autem communione abſtinere, donec pœnitentiæ tempus completum fuerit. Hac autem humanitate in mulieres uti oportere, ſanctus diffinivit, propter eam quam diximus rationem. Viri enim adulterium confitentes, immiſericorditer dictis pœnis ſubjiciuntur: quia non eſt timor in eis, qui de mulieribus dictus eſt: qui præſumuntur eſſe etiam aliis fortaſſe criminibus obnexii & jure puniri. Quomodocumque autem convinci mulieres, non debet accipere de omnibus nota probatione, ſed de mulieris conſcientia & probatione: hoc eſt, ſive mulier ſua ſponte confeſſa ſit, vel ut etiam a pariendi periculo coacta, vel aliquo alio modo clanculum, & non publice ſeipſam condemnans enunciaverit. Si enim dixeris, publice factam eſſe probationem, & veluti in triumphum eſſe ductum adulterium, recte omnes pœnæ in eum cogerentur. Neque enim canon in ea locum habet, quoniam ſemel publicata* B *eſt, & viri reditu nulla cædis ſuſpicio tenetur, propter pœnarum denunciationem. Ex eo autem quod dicit ſanctus. Ne demus convictis cauſam mortis, convictis ſcilicet & publicatis per pœnas: ne dixeris concedi maritis adulteras ſuas mulieres interficere: in ſola enim propria domo in facto ipſo deprehenſam poteſt maritus adulterum occidere, & eum ſcenicum, vel alium qui ſit infamis. Et lege XXV. cap. XXXVII. tit. LX. lib. XXVII. XXIX. & alia capita. Sed accipe etiam verbum ſancti, ne fiant pœnæ cauſa magni ſcandali inter maritum & uxorem, & forte etiam ut procedat ad injuſtam illius cædem.*

### Et eam ſtatim non projecerit, nec in fine accipiat communionem.

*Nulli licere ſine judicio eccleſiæ uxorem repudiare.*

## CAPUT LVI.

C NOn debet quis ſæcularis, nedum clericus, adulteram privato ſuo conſilio dimittere, ſed publica judicis eccleſiaſtici auctoritate & judicio. Olim enim in primitiva eccleſia omnia delicta ad ſacerdotes deferebantur, ut eorum auctores eccleſiaſtica diſciplina coercerent, ſolenneſque & ſtatæ cenſuræ erant, ac pœnæ libris pœnitentialibus inſcriptæ, quibus illi affici deberent. De adulterio habetur mentio ab Innocentio PP. I. ad Exuperium epiſcopum reſcribente: *Chriſtiana religio adulterium in utroque ſexu pari ratione condemnat. Sed viros ſuas mulieres non facile de adulterio accuſant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberius uxores adulteras apud ſacerdotes deferre conſueverunt, & ideo mulieribus prodito crimine earum, communio denegatur. Virorum autem latente commiſſo, non facile quiſquam ex ſuſpicionibus abſtinetur. Qui utique ſubmovebitur, ſi ejus flagitium detegatur. Cum ergo par cauſa ſit, interdum probatione ceſſante, vindictæ ratio conquieſcit.* Quod ſi vir non pœnitentiam uxoris ſolum, ſed divortium deſideraret, ad eoſdem eccleſiæ judices confugiebat. Conc. Agathenſe. D *Si vero ſæculares,* ait, *qui conjugale conſortium nulla culpa graviori dimittunt, vel etiam dimiſerunt, & nullas cauſas diſſidii probabiliter proponentes, propterea matrimonia ſua dimittunt, ut aut illicita aut aliena præſumant: ſi antequam ad epiſcopos comprovinciales diſſidii cauſas dixerint, & priuſquam in judicio damnentur, uxores ſuas abjecerint, a communione ſanctæ eccleſiæ, & ſancto populi cœtu pro eo quod fidem & conjugia maculant, excludantur.* Ad epiſcopos ergo cauſæ matrimonii non ad judices ſæculares ſpectant, ut hodie recenti concilii Tridentini decreto confirmatum eſt; quidquid Marloratus Calvinianus antiqui juris eccleſiæ ignarus repugnet. Quod ſi cauſam eccleſiæ imperator ethnicus Aurelianus, & Chriſtianæ fidei hoſtis acerrimus, ad epiſcopos detulit, cauſam videlicet Pauli Samoſateni, ut ab Euſebio & Nicephoro traditum eſt; cauſam non eccleſiaſticam modo, ſed ſpiritualem, & ad unum & magnum eccleſiæ ſacramentum ſpectantem, quid cauſæ eſt, quare Marloratus ad judices ſæculi deferri velit, cum non apud Chri- E ſtianos modo, ſed & apud Gentes cauſas matrimonii pontificibus delatas olim, ex his Taciti verbis intelligamus? *Nec domeſticis abſtinebatur, abducta Neroni uxor, & conſulti per ludibrium pontifices, an concepto, nedum edito partu rite nuberet.*

Quæ in hoc canone decreverunt patres, etſi de uxoribus clericorum expreſſa ſint, in viris ſæcularibus etiam locum habere poſſe, religione ſacramenti, & rationis ſimilitudine colligitur ex canone LXX. inferius, & his quæ nuper dixi, quæ ad ſæculares etiam ſpectant; ad nobiles præſertim, quorum exemplum & mores reliqua populi pars ſolet imitari. Quod ſi clericus uxorem a ſe rejicere voluiſſet, quid facere poſſet, conſulamus concilii Toletani I. patres. *Placuit,* aiunt, *ut quorumcumque clericorum uxores peccaverint, ne forte licentiam peccandi plus habeant, accipiant mariti earum hanc poteſtatem, præter necem, cuſtodiendi, ac ligandi in domo ſua,*

Innoc. I. in epiſt. 3. ad Exuperium epiſcopum Tolo.

Conc. Agathen. can. 1.

Grat. in can. ſæculares 13. quæſt. 2. conc. Trid. ſeſſ. 24. can. 12.

Euſeb. lib. 7. c. 26. Nicephorus lib. 6. c. 29.

Tacitus lib. 12. hiſt. Aug.

Conc. Toletanum 1. can. 7.

*ſua, ad jejunia ſalutaria, non mortifera, eas cogentes; ita ut invicem ſibi clerici pauperes auxilium ferant, ſi ſervitia forte non habeant. Cum uxoribus autem ipſis quæ peccaverint, nec cibos ſument, niſi forte ad timorem Dei, acta pœnitentia, revertantur.* Hoc autem in uxore adultera clerici obſervandum eſt. Si autem illa adulterium commiſerit, antequam maritus eccleſiæ ordinibus initietur, ad eam accedentem ordinari poſtea non poſſe, concilio Neocaſarienſi edocemur. *Si cujus uxorem, ait, adulterium commiſiſſe, cum eſſet laicus, fuerit comprobatum, hic ad miniſterium eccleſiaſticum admitti non poteſt; quod ſi in clericatu jam conſtituto eo, adulteravit, dato repudio dimittere eam debet: ſi vero retinere ejus conſortium velit, non poteſt ſuſcepto miniſterio perfrui.*

Conc. Neocæſarienſe can. 8

Nec ab his, qui exemplum bonæ converſationis eſſe debent videantur magiſteria ſcelerum procedere.

*Quod innocentia & integritatis ſpecimen clerici præbere debeant.*

CAPUT LVII.

QUanto homines officio, & dignitate Deo propinquiores, tanto magis divinæ bonitatis imitatores eſſe debent, ut ſapienter Nicæni concilii patres conſiderarunt. *Clerici*, aiunt, *ſacri ordinis eſſe debent typus, & imago cœleſtium. Epiſcopus debet eſſe typus Dei, tanquam caput ipſi illum eccleſiæ, quam recepit. Presbyter tenere debet ſedem, & locum ſeraphicum. Diaconus vero cherubicum.* Quanto ergo epiſcopi a Dei bonitate, presbyteri a ſeraphinorum caritate, diaconi a cherubinorum ſanctiori divinæ naturæ contemplatione imitationeque deflexerint, tanto a recta & debita ſui muneris functione diſcrepabunt. Videant ergo omnes ſacri ordinibus initiati, quam inſigne, & illuſtre integritatis, & omnium virtutum ſpecimen, non Chriſto ſolum, non clero, non eccleſiis ſuæ fidei commiſſis, ſed populo & plebi intenta, & religioſa animi ſolicitudine præbere debeant; ne quod præceptis ipſi, & hortatu ædificant, vita, moribus, & exemplo deſtruant, ſibi enim habere debent perſuaſum, culpa carere non poſſe, ſi aliqua virtute careant.

Lib. 3 de actis concilii Nicæni, apud Alfonium Piſanum, quod deſumptum videatur a B. Dionyſio Areopagita in princ. lib. de eccl. hierar.

Proſper lib. 2. de vita Contempl. c. 20. conc. Aquiſgran. c. 26.

*Canon LXVI.* Vulgatus.

*De his, qui privignas ſuas ducunt.*

Si quis privignam ſuam duxerit uxorem, eo quod ſit inceſtus, placuit, nec in fine dandam eſſe ei communionem.

Canon LXVI. *Emendatus.*

*De his, qui privignas ſuas ducunt.*

Si quis privignam ſuam duxerit uxorem, eo quod ſit inceſtus, placuit, nec in fine dandam eſſe ei communionem.

*De matrimonio interdicto cum privigna.*

CAPUT LVIII.

PRivigna quæ ſit, Modeſtinus explicat. *Uxor*, inquit, *liberis ex alia uxore natis, noverca dicitur: matris vir ex alio viro natis, vitricus appellatur: eorum utrique nati aliunde, privignos, privignaſque vocant.* Et mox. *Privignus eſt uxoris meæ filius, ex alio viro natus, ego illi vitricus.* Dictus autem privignus, quod antequam mater ſecundo nuberet, eſt progenitus, pri, enim antiquos dixiſſe, pro, præ, Feſtus eſt auctor. *Privigna quoque non ſolum ea mihi intelligitur, quæ uxoris meæ filia eſt, ſed & neptis & proneptis.* Matrimonium ergo contrahere prohibent hic patres, cum filia, vel nepte primæ uxoris, quod ad affinitatem pertinet: & hoc eſt ſecundum affinitatis impedimentum, ab epiſcopis Hiſpaniæ in hoc concilio præſcriptum. Quod renovarunt primi concilii Moguntini patres, irritum ſi ſic contrahatur matrimonium declarantes. *Si quis uxorem, ait, viduam duxerit, & poſtea cum filiaſtra ſua fornicatus fuerit, ſeu duabus ſororibus nupſerit: aut ſi qua duobus fratribus nupſerit, ſeu cum patre & filio tales copulationes anathematizamus, & disjungi præcipimus; nec unquam amplius conjugia copulari, ſed magna diſtrictione feriri, &c.* Quod affinitatis impedimentum ad contrahendum matrimonium moribus etiam Romanis receptum fuiſſe, auctor Pomponius.

Modeſtinus in l. 4. §. 4. de gradib. affinit.

L. adoptivus 14. §. ultimo de ritu nuptiar.

Conc. Mogunt. 1. cap. 56.

Pomponius lib. 5 ex Plautio in l. Ariſto. 40. de rit. nupt.

*Canon LXVII.* Vulgatus.

*De conjugio catechumenæ fœminæ.*

Prohibendum, ne qua fidelis, vel catechumena, aut comicos, aut viros ſcenicos habeat; quæcumque hoc fecerit, a communione arceatur.

Canon LXVII. *Emendatus.*

*De conjugio catechumenæ fœminæ.*

Prohibendum, ne qua fidelis, vel catechumena, aut comicos, aut viros ſcenicos habeat: quæcumque hoc fecerit a communione arceatur.

IN codice Lucenſi regio legitur. *Aut comatos, aut viros cinerarios*, quam lectionem non probarim, quod cum vulgata congruant non ſolum reliqui CC. MS. ſed & decreti rationes, & epiſcoporum conſilium, ut mox oſtendemus.

*Qui comici, qui ſcenici, & cur matrimonium cum his interdictum.*

CAPUT LIX.

COmici, qui & comœdi, a comœdia nuncupati. Comœdia, auctore Caſſiodoro, a pagis dicta eſt. Comus enim pagus vocatur, ubi ruſtici geſtientes humanos actus lætiſſimis carminibus irridebant. Hæc prima ejus origo: ſed ut idem Caſſiodorus addidit; *ætas ſubſequens miſcens lubrica priſcorum inventa traxit ad vitia, & quod honeſta cauſa delectationis repertum eſt, ad voluptates corporeas præcipitatis mentibus impulerunt.* Unde comœdi, Iſidoro teſte, ſunt, qui privatorum hominum acta, dictis aut geſtu canebant, atque ſtupra virginum, & amores meretricum in ſuis fabulis exprimebant. Par ratio eſt de ſcenicis, qui a ſcena nomen ſunt mutuati. *Scena autem*, (eodem Caſſiodoro interprete) *frons erat theatri ab umbra luci denſiſſimus, ubi a paſtoribus incohante verno, diverſis ſonis carmina cantabantur; ibi actus muſici, & prudentiſſimi ſæculi dicta floruerunt, ſed paulatim factum eſt, ut honeſtiſſima diſciplinæ improborum conſortia fugientes, verecunda ſe exinde conſideratione ſubtraherent.* Qui ergo artis ludicræ pronunciandive cauſa in ſcenam prodiiſſent, ſcenicos appellatos Julianus docet. *Scena autem*, (ut ex Labeone refert Ulpianus,) *eſt quæ ludorum faciendorum cauſa, quolibet loco ubi quis conſiſtat, moveaturque ſpectaculum ſui præbiturus, poſita ſit in publico, privatove, vel in vico; quo tamen loco paſſim homines ſpectaculi cauſa admittantur.* Solebat autem ſcena, ut Iſidorus tradit, fieri in theatro, in modum domus inſtructo, cum pulpito, qui pulpitus orchiſtra vocabatur, ubi cantabant comici, tragici, atque ſaltabant hiſtriones, & mimi. Dicta autem ſcena Græca appellatione, eo quod in ſpeciem domus erat inſtructa. Unde & apud Hebræos tabernaculorum dedicatio, a ſimilitudine domicillorum σκηνοπηγία appellabatur, ideſt ſcenopegia. Scenarum autem tria genera tradit Vitruvius, unum tragicum, ſecundum comicum, tertium ſatyricum, quorum ornatus diſſimili erant diſparique ratione. Scenæ tragicæ deformatæ columnis erant, & faſtigiis, & ſignis reliquiſque regalibus rebus: comicæ vero ædificiorum privatorum, & mænianorum habebant ſpeciem, proſpectuſque feneſtris diſpoſitos, imitatione, & communium ædificiorum ratione; ſatyricæ ſcenæ ornabantur arboribus, ſpeluncis, montibus, & reliquis agreſtibus rebus, in topiarii ſpeciem deformatæ, ut Vitruvius ait. Omnes eos qui in his ſcenis ſpectaculum ſui facturi quæſtus gratia prodibant infames fuiſſe, ex Pegaſo & Nerva, idem Ulpianus docet in his verbis. *Eos enim qui quæſtus cauſa in certamina deſcendunt, & omnes ob præmium in ſcenam prodeuntes famoſos eſſe Pegaſus, & Nerva filius reſponderunt.* Tertullianus. *Etenim*, ait, *ipſi auctores, & adminiſtratores ſpectaculorum, quadrigarios, ſcenicos, xyſticos, arenarios, illos amantiſſimos quibus viri animas, fœminæ, aut illi etiam corpora ſua ſubſternunt, propter quos in ea committunt, quæ reprehendunt, ex eadem parte, quam magni faciunt, deponunt; & diminuunt, imo manifeſte damnant ignominia, & capitis minutione, arcentes curia, roſtris, ſenatu, equite, cæteriſque honoribus omnibus ſimul ac ornamentis.* Quam vitæ turpitudo, & infamia adeo viles, & abjectas reddebat perſonas, ludricam hanc artem exercentes, ut lege Julia lata, ſenatores, & eorum filii & nepotes a contrahendo matrimonio cum ſcenicis mulieribus impedirentur, ut Paulus refert,

Caſſiod. lib. 4. variar. epiſt. ult.

κώμη

Iſidorus lib. 8. etymol. c. 31

Julianus lib. 1. ad edictum in lib. 1. de his qui notantur infam.

Ulpianus lib. 6. ad edictum l. 2. §. ait prætor de his qui notantur infam.

Iſidorus lib. 18. etymolog. c. 31.

D. l. 2. de his qui notant. infam.

Tertull. de ſpectaculis c. 22

Paulus lib. 1. ad legem Juliam & Papiam in l. 44. de rit. nupt. Valens, & Martianus in l. 6 c. de inceſt. nupt. Modeſtinus lib. ſingulari de ritu nuptiar. in l. 42. eiuſdem tituli. Septalio lib. 3. §. 51.

refert, vel cum earum filiabus, juxta conſtitutionem Valentis & Martiani. Nec filii, & nepotes per virilem ſexum deſcendentes, ſed & filia, neptis, & proneptis, a matrimonio eorum hominum qui in ſcenam prodiiſſent, arcerentur, uti Modeſtinus ſcribit. Quod ſi ethnicis hominibus eam artem profeſſi tantopere diſplicuerunt, mirandum non eſt, quod ſapientiſſimi eccleſiæ patres, ob eamdem vitæ turpitudinem, & aliam longe deteriorem, matrimonium fidelibus fœminis, cum his ſcenicis prohibuerint. Nam in comœdiis & ſcenis graviſſimo idololatriæ crimine implicabantur, diis falſis honorem cultumque adhibentes, ut ſupra diximus; a quorum conſortio Chriſtianas, & catechumenas ſeminas voluerunt abſtinere, ne ejuſdem criminis ſordibus fœdarentur. Addebant huic crimini ſcenici, & comœdi aliud ſacrilegium graviſſimum: irridebant enim in ſpectaculis Chriſtianorum mores, & catholicæ religionis myſteria. Quare cum Geneſius mimus in theatro, imperatore ſpectante, cauſam religionis noſtræ illuderet, repente Dei virtute, & ſpiritu afflatus, quod jocoſe ante jactabat, ſerio agere cœpit, Chriſtum invocans, & ſe Chriſtianum aperta confeſſione proclamans: quod cauſam dedit, ut fictum ſimulatumque martyrium, in verum converteretur. Quod etiam de Ardalione, Græcorum & Latinorum tabulæ teſtantur, natalem ejus diem XVIII. Kal. Maii celebrantes. Simile de Dioſcoro Archibeatro, ad Alypium retulit Auguſtinus, qui in deridendis Chriſtianorum rebus eſſe ſoleret effuſus; effectus & ipſe licet ſæpe fruſtra renitens, Chriſtianus: ſicque plene accidit quod ſcriptum eſt, Dominus illuſores deludet.

D. Aug. ep. 68. Theodoret. lib. 8. de Græc. affect. curat. ad finem.

Theodoretus. *Audio ego*, inquit, *nonnullos ſcenico genere hominum recente immutatos, in athletarum noſtrorum ordinem tranſiiſſe, factoſque tamen eorum victores, ac jam coronam martyrii conſequutos, poſt celebratam victoriam, magno eos dæmonas concuſſiſſe terrore, quibus ſubditi olim ipſi fuerant.* Idem Porphyrio mimo coram Juliano apoſtata evenit. Cum per jocum enim coram imp. Juliano baptiſmum ſuſciperet, mutata Dei virtute repente voluntate, Chriſtianum ſe eſſe profeſſus eſt: quem mox ſecuri percutiendum Julianus præcepit, a quo martyrii corona Porphyrius ornatus eſt, & ab eccleſia Romana in Martyrum numerum relatus. Ne ergo, vel fœmina fidelis recenter converſa, vel catechumena talium maritorum conſortio a profeſſione ſemel ſuſceptæ fidei, vel ſuſcipiendæ retraherentur, interdicta merito matrimonii ſocietas eſt; ne æternam pro temporali turpiſſime commutarent.

Martyrolo. Rom. 15. Septemb.

Nec a matrimonio contrahendo ſolum cum ſcenicis tanquam cum turpiſſimis perſonis, & idololatris abſtinere voluerunt Chriſtianas, & catechumenas fœminas Hiſpani epiſcopi: ſed & jam contractum, & conſummatum diſſolvi, ſi non quoad vinculum, quoad torum ſaltem conſtituerunt: hoc enim videntur ſanxiſſe, cum eas viros ſcenicos habere prohibuerunt. Quod non diſſimili propoſito explicavit, & docuit Tertullianus. *Igitur cum quædam*, inquit, *iſtis diebus nuptias ſuas de eccleſia tolleret, id eſt, Gentili conjungeretur, idque ab aliis retro factum recordarer, miratus aut ipſarum petulantiam, aut conſiliariorum prævaricationem, quod nulla ſcriptura ejus facti licentiam præferrent. Numquid, inquam, de illo capitulo ſibi blandiuntur primæ ad Corinthios, ubi ſcriptum eſt: Si quis frater infidelem habet uxorem, & illa matrimonio conſentit, ne dimittat eam. Similiter mulier fidelis infideli nupta ſi conſentaneum in virum experitur, ne dimiſerit eum. Sanctificatur etiam infidelis vir a fideli uxore, & infidelis uxor a fideli marito: ceterum immundi eſſent filii veſtri. Hanc monitionem forte fidelibus innuptis ſimpliciter intelligendam putant, etiam infidelibus nubere licere, qui ita interpretantur. Abſit, ut ſciens ſe ita circumſcribat. Ceterum manifeſtum eſt, ſcripturam iſtam eos ſignificare, qui in matrimonio Gentili inventi a Dei gratia fuerunt, ſecundum verba ipſa. Si quis*, inquit, *fidelis uxorem habet infidelem, non dicit, uxorem ducit infidelem: oſtendit jam in matrimonio agentem mulieris infidelis, mox gratia Dei converſum perſeverare, cum uxore debere: ſcilicet propterea, ne quis fidem conſecutus putaret ſibi divertendum eſſe ab aliena jam & extranea quodammodo fœmina.*

Tertul. lib. 2. ad uxorem c. 2.

1. Cor. 7.

Ibidem

Olim autem non a matrimonio ſolum, ſed a baptiſmo etiam repellebantur, ni prius harum artium vanitati, & turpitudini renunciarent, ut traditum eſt a Clemente. *Sceni- cus ſi accedat*, inquit, *ſive mulier* (ad baptiſmum intelligit) *Auriga, Gladiator, Curſor ſtadii, Ludius, Olympicus, Choraules, Citharœdus, Lyriſtes, Saltator, Cauponarius, vel repellatur.* Id etiam conſtat ex canone præcedenti, ſiquidem in baptiſmo abjurabant, non ſolum horum ſpectaculorum editionem celebrationemve, ſed & aſpectum, ut teſtantur Tertullianus, Cyprianus, Minutius Felix in Octavio, & concilium Carthaginenſe. Quod ſi poſt baptiſmum vinculis ejuſdem criminis implicarentur, ab aliorum etiam ſacramentorum ſuſceptione repellebantur. Ab ordinibus repulſos liquet ex Innocentio I. Ab euchariſtiæ communione, ex concilio Carthaginenſi III. Nec ſacramentorum ſuſceptione ſolum indignos eos judicarunt olim Africani epiſcopi, ſed & teſtimonii ferendi fide, concilii Carthaginenſis auctoritate. Mulieres etiam ſcenicas gemmis, veſtibus ſericis, & auratis interdixerunt Theodoſius, Arcadius, & Honorius impp. in reſcripto ad

D. Clem. lib. 8. c. 38 apoſt. conſtit. can. 62 hujus concilii. Tertull. D. Cypr. Minutius Felix in Octavio. Concil. Carth. 3. can. 11. Innoc. I. ep. 24 ad patres in Tolet. ſynodo c. 2. Conc. Carthag. 3. can. 35. Conc. Carth. 7. can. 2. Theodoſ. A.

Rufinum PF. P. a quo leve quoddam mendum tolli neceſſe eſt. *Nulla*, aiunt, *mima gemmis, nulla ſigillatis, ſericis aut textis utatur auratis. His quoque veſtibus noverint abſtinendum, quas Græco nomine a Latino ſrubeas vocant: in quibus alio admixtus colori puro rubor muricis inardeſcit. Uti ſane iiſdem ſtaclatis* (pro quo reponendum ſcutulatis) *& variis coloribus ſericis, auroque ſine gemmis collo, brachiis, cingulo, non vetamus &c.* Cum enim hac conſtitutione mimarum in veſtibus luxus coerceatur, & in his præſertim eas quæ purpura tingebantur: pro (rubor) *robur*, vicaria (o) in (v) commutatione perperam a librariis ſubſtituitur.

Arcadi. & Honor. in l. 12. 11. c. Theod. de ſcenicis.

## Vel catechumena.

*Quare catechumena ante lavacrum, pœnitentia velut Chriſtiana afficiatur.*

## CAPUT LX.

DE catechumena autem ideo mentio facta eſt, quia etſi de his qui foris ſint, nihil ad nos, dixerit Paulus; catechumeni non omnino erant extra eccleſiam, cum de illis ratione finis propoſiti maxima ſemper cura habita fuerit ab epiſcopis. Quare concubinas habere, ab Auguſtino illi non permittebantur, quarumdam orationum quæ in miſſa fiebant erant participes uſque ad eam partem, quæ miſſa catechumenorum dicebatur, de qua Auguſtinus, Gregorius, Iſidorus, & alii. Quare ad eccleſiam accedere ſæpe tenebantur, ut hujus concilii decreto cautum ſuperius retuli, in quo nonnulla alia diximus. Hac ipſa ratione catechumenis lapſis pœnitentiam adſcripſit concilium Nicænum. *Placuit*, inquit, *huic ſancto, & magno concilio de catechumenis, ut tribus annis inter audientes verbum ſint tantummodo; poſt hæc vero orent cum catechumenis.* Delatoris catechumeni pœnitentia extat inferius, ut ante quinquennii tempus admitti non poſſet ad baptiſmum. Sed latius catechumenorum pœnitentiam, ut utilem, & neceſſariam, frequentem fuiſſe in eccleſia ſcripſit Tertullianus. Ab hoc ergo eccleſiæ ingreſſu, & orationum communione repellendas catechumenas hic decernunt Hiſpani patres, ſi conjuges viros, & ſcenicos non dimiſerint. Quod ſi adulteram peccantem dimittere mariti jubebantur canone ſuperiori, cur non & ipſæ viros idololatras, aliiſque gravibus criminibus contaminatos? Reliqua de catechumenis dicemus capite ſequenti.

D. Aug. lib. 5. Homil. homilia 49. c. 2.
D. Greg. Iſidorus & Aug.
Can. 45. hujus conc.
Can. 73. hujus concilii.
Tertul. lib. de pœnitentia c. 6.
Can. 65. hujus concilii.

*Canon LXVIII.* Vulgatus

*De catechumena adultera, quæ filium necat.*

Catechumena ſi per adulterium conceperit, & conceptum necaverit, placuit eam in fine baptizari.

Canon LXVIII. *Emendatus.*

*De catechumena adultera, quæ filium necat.*

Catechumena ſi per adulterium conceperit, & conceptum præfocaverit, placuit eam in fine baptizari.

*De priſco more admittendi infideles ad baptiſmum: & de pœna, ut non niſi in fine quis poſſet baptizari. & an catechumenus, ſine baptiſmo decedens æterna frui poſſit beatitudine, explicatis in eam rem, concilii Bracarenſis 1. can. 35. & B. Chryſoſtomo. diſſeritur præterea de cap. catechumenum, de conſecratione, diſtinctione 4.*

## CAPUT LXI.

GRaviſſima fuit olim hinc inde petitis rationibus agitata contentio, an eccleſia de vita eorum, qui ante baptiſmum peccaſſent, aliquam rationem habere debuiſſet. *Quibuſdam enim videbatur*, ait Auguſtinus, *indiſcrete omnes admittendos eſſe ad lavacrum regenerationis, quæ eſt in Chriſto Jeſu domino noſtro: non ſolum ſi malam turpemque vitam facinoribus & flagitiis evidentiſſimis notam mutare noluiſſent, ſed in ea etiam ſe perſeveraturos, aperta confeſſione declaraſſent, v. g. Si quis meretrici adhæret, non ei prius præcipiatur, ut ab ea diſcedat, & tunc veniat ad baptiſmum, sed etiam cum ea manens manſurumque ſe confitens, admittatur, & baptizetur; ne impediatur fieri membrum Chriſti, etiam ſi membrum meretricis eſſe perſtiterit: ſed poſtea doceatur, quam ſit hoc malum, jamque baptizatus de mutandis in melius moribus inſtruatur. Perverſum enim putant, atque præpoſterum, prius docere, quemadmodum debeat vivere Chriſtianus, & deinde baptizari. Sed cenſent præcedere*

D. Aug. de fide, & operibus in principio.
1. Cor. 6.

*cedere baptiſmi ſacramentum, ut deinde ſequatur vita morumque doctrina: quam ſi tenere & cuſtodire voluerit, utiliter fecerit; ſi autem noluerit, & retenta fide Chriſtiana, ſine qua in æternum periret, quolibet ſcelere immunditiaque permanſerit, ſalvum eum futurum, tanquam per ignem velut qui ædificaverit ſuper fundamentum, quod eſt Chriſtus, non aurum, argentum, lapides pretioſos, ſed ligna, fœnum, ſtipulam, id eſt, non juſtos caſtoſque mores, ſed iniquos & impudicos.* Hæc Auguſtinus, qui privato conſilio adverſus eos ſcripſit, qui omnes ad baptiſmum citra diſcrimen admittebant. Origo autem, & principium ejus diſputationis ab eodem refertur his verbis. *Ad hanc autem videntur diſputationem impulſi, quod eos moverit, non admitti ad baptiſmum illos qui dimiſſis uxoribus, alias duxerint; vel fœminas quæ dimiſſis viris, aliis nupſerint: quia hæc non conjugia, ſed adulteria eſſe dominus Chriſtus ſine ulla dubitatione teſtatur.* Sed contrarium, ut melius multo & congruentius prudentia Chriſtiana, elegit eccleſia, non Africana ſolum, quod teſtatur Auguſtinus, nec Hiſpanica tantum, ut ex hoc canone conſtat, & ex canone præcedenti, in quo aurigas, & pantomimos ad baptiſmum non antea admittendos, quam artibus ſuis renuncient, decernitur, ſed catholica etiam, & Romana, ut poſtea oſtendemus: quod multis & graviſſimis teſtimoniis probavit D. Auguſtinus. *Quod aliud*, inquit, *opportunius tempus reperiri poteſt, quo audiat, quemadmodum fidelis fieri, ac vivere debeat, quam illud; cum attentiore animo atque ipſa religione ſuſpenſo, ſaluberrimæ fidei ſacramentum petit? An uſque adeo diſſimulamus a ſenſibus noſtris, ut vel nos ipſos non recordemur, quam fuerimus attenti, atque ſolliciti, quid nobis præciperent, a quibus catechizabamur, cum fontis illius ſacramenta peteremus; atque ab hoc competentes etiam vocaremur? vel non intueamur alios, qui per annos ſingulos, ad lavacrum regenerationis accurrunt, quales ſint ipſis diebus quibus catechizantur, exorcizantur, ſcrutantur, quanta vigilantia conveniant, quo ſtudio ferveant, qua cura pendeant; ſi tunc tempus non eſt diſcendi, quæ vita congrua tanto, quod accipere deſiderant, ſacramento, quando erit? An vero cum acceperint, in tantis criminibus permanentes; etiam poſt baptiſmum, non novi homines, ſed veteres; ut videlicet perverſitate mirabili prius eis dicatur: Induite hominem novum; cum induti fuerint, poſtea dicatur: Exuite veterem; cum apoſtolus ſanum ordinem tenens dicat: Exuite veterem hominem, & induite novum: & ipſe dominus clamet: nemo aſſuit pannum novum veſtimento veteri, & nemo mittit vinum novum in utres veteres? Quid autem aliud agit totum tempus quo catechumenorum locum, & nomen tenent, niſi ut audiant, quæ fides, & qualis vita debeat eſſe Chriſtiani, ut cum ſeipſos probaverint, tunc de menſa domini manducent, & de calice bibant. Quoniam qui manducat indigne, judicium ſibi manducat & bibit. Quod autem fit per omne tempus quod in eccleſia ſalubriter conſtitutum eſt, ut ad nomen Chriſti accedentes, catechumenorum gradus accipiant: hoc fit multo diligentius, & inſtantius his diebus, quibus competentes vocantur, cum ad percipiendum baptiſmum ſua nomina jam dederunt.* Quo autem ordine hæc omnia olim fierent in eccleſia, conſentaneum eſt, ut ex vetuſtis patribus repetamus. Cum primum epiſcopi curam haberent catechumenorum, poſtea creſcente in dies fidelium multitudine, & ipſis aliis eccleſiarum negotiis diſtentis, cura uni presbytero demandata eſt, quem catechumenorum ſive audientium doctorem nuncupabant. Eo officio poſt apoſtolos, apud Alexandriam Pantænus primus functus eſt, ſecundus per ordinem Clemens Alexandrinus: tertius Origenes Clementis diſcipulus, a Demetrio epiſcopo electus, ut teſtatur Euſebius, & ſi poſtea a diacono officium id exercuiſſe tradiderit Auguſtinus. Qualis autem is magiſter, vel doctor eſſe deberet, ex B. Petro Clemens papa refert. *Qui catechizant*, inquit, *id eſt, qui verbo inſtruunt incipientes primo oportet, ut ipſi inſtructi ſint; de anima enim agitur hominum, & oportet, eum qui docet & inſtruit animas rudes, eſſe talem, ut pro ingenio diſcentium ſemetipſum poſſit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipſe præcipue apprime eſſe eruditus & doctus, irreprehenſibilis, maturus, impavidus, ſicut ipſi probabitis fore Clementem hunc poſt me.* Eorum autem locum obtinere eos cathedralium eccleſiarum canonicos, quos doctorales nuncupant, jam diu mihi perſuaſi. Quem autem ordinem in hac inſtitutione is doctor ſcholaſticus, ſeu cathechiſta obſervare debuiſſet, & ille quem ipſe novus Chriſtianæ diſciplinæ ſectator, tanquam fidei ſuæ ſponſorem adhibuerat (non enim temere omnes ad catecheſim admittebantur, ſed illi ſolum quos antiqui Chriſtiani probatæ vitæ, fidei & religionis pontificibus inſtituendos obtuliſſent, ſincerum ipſorum ſtudium & voluntatem ſpondentes) Clemens PP. docuit: *Qui primo*, inquit, *ad myſterium pietatis accedunt, per diaconos adducantur ad epiſcopum vel presbyteros, & cauſa exquirantur, cur ad dominicum ſermonem acceſſerint: & ii, qui eos adduxerunt, teſtificentur, ſingula diligenter exponentes. Exquirantur etiam eorum mores ac vita, & an ſervi ſint vel liberi. Quod ſi quis ſervus reperiatur, interrogetur cujus domini ſit: at ſi hominis fidelis ſervus fuerit, interrogetur dominus, an illum ſuo teſtimonio commendare velit; ſi nolit, rejiciatur, quouſque ſe dignum apud dominum exhibeat.*

A *Si commendatur domini teſtimonio, recipiatur. Si ſit ethnici ſervus, inſtruatur quemadmodum placeat domino, ne blaſphemetur verbum. Si habet uxorem, vel mulier ſi virum, doceatur contentus eſſe uterque ſuo connubio. Si ſint ſoluti, diſcant non fornicari, ſed juſtis nuptiis copulari. Si dominus fidelis, ſciens ſervum vel ancillam fornicari, tamen non dat ſervo uxorem vel ancillæ virum, excommunicetur. Si quis dæmonem habet, erudiatur in pietate, ſed non recipiatur in communionem, priuſquam purgetur. Si mors inſtet, recipiatur. Si quis ſit leno, vel lenocinium deſinat, vel rejiciatur. Meretrix ſi accedat; vel deſiſtat, vel rejiciatur. Artifex idolorum ſi accedat, vel deſinat, vel rejiciatur. Scenicus ſi accedat, ſive vir ſit, ſive mulier. Auriga, gladiator, curſor ſtadii, ludius, olympius, choraules, citharœdus, lyriſtes, ſaltator, caupo; deſiſtat vel rejiciatur. Miles ſi accedat, erudiatur, nemini injuriam facere, non calumniari, contentum eſſe ſuis ſtipendiis: ſi pareat, recipiatur, repugnans rejiciatur. Pædico, cinædus, mollis, incantator, aſtrologus, vates, venenatoriis carminibus dans operam, nepos circumforaneus, amuleta faciens, luſtrator, augur, conjector, palmorum interpres, obſervans in occurſu offenſiones oculorum, pedum, avium, felium carminum, auditionum ſymbolicarum, tempore probetur: niſi pareat, rejiciatur. Pellex, infidelis ancilla, ſoli domino obſequens recipiatur. Si cum aliis intemperans fuerit, rejiciatur. Græcos mores qui ſequitur, vel Judaicas fabulas; vel mutet ſe vel rejiciatur. Theatralibus ludis qui dat operam, venationibus, equorum curſibus, certaminibus, vel deſiſtat, vel rejiciatur.* Fere omnia hæc docuit B. Dionyſius Areopagita. Alia autem multa quibus imbui oportebat catechumenos, idem Clemens recenſuit. Sed ea latius multo Auguſtinus opere integro de catechizandis rudibus quæ a catechiſtis & aſſidue legi & continuo obſervari impenſe cupio, ut ſuſceptum magiſterii inſtitutum uberrimo auditorum fructu feliciter exequantur. Tempore autem quod catechumeni in hac fidei (ut ita dicam) probatione conterebant, non ſolum quæ ad peccati & prioris vitæ odium, quæ ad infidelitatis, ignorantiæ & cæcitatis deteſtationem pertinent, illi edocebantur, ſed & omnia quæ ad bene beateque vivendum, ad morum integritatem, cœleſtemque in ſuſcipienda religione deinceps ſecuturam vitam ſpectant: eaque non ore ſolum pſyttacorum more, ſed diurna nocturnaque manu exercere verſareque tanquam veri Chriſtiani interdum monebantur, interdum cogebantur. D. Ambroſius. *Cum vel patriarcharum*, ait, *geſta vel proverbiorum præcepta leguntur, quid putas aliud expediatur, quam ut his informati atque inſtituti aſſueſcant majorum ingredi vias, ac divinis oraculis obedire, quo renovati per baptiſmum ejus vitæ curſum teneant, quæ deceat ablutos.* Unde ſi quid humanitus accidiſſet, lapſuque peccarent, pœnitentia ut fideles, ſed nonnunquam leviori, puniebantur. Concilium Neocæſarienſe, catechumenis peccantibus pœnitentiam perſcripſit, ut genibus flexis verbum audiant: audiebant enim communiter ſtantes, ut colligitur ex D. Auguſtino. *Catechumenus*, inquit concilium, *id eſt audiens, qui ingreditur in eccleſiam, & ſtat cum catechumenis, ſi peccare fuerit viſus; figens genua audiat verbum, ut ſe abſtineat ab illo peccato, quod fecit: quod ſi in eo perdurat, abjici omnino debere.* In concilio etiam Niczno, lapſi catechumeni hæc pœnitentia legitur. *Placuit huic ſancto & magno concilio, de catechumenis qui lapſi ſunt, ut tribus annis inter audientes verbum ſint tantummodo; poſt hæc vero orent cum catechumenis.* Catechumenæ habentis virum comicum vel ſcenicum, pœnitentia extat canone præcedenti; crimen alterius deferentis ſancita alia pœna eſt inferius. Hoc autem, ut quondam illi calumniabantur, non eſſe novum in eccleſia abunde probat D. Auguſtinus. *Illud ſane mirabile eſt*, ait, *quod fratres qui aliter ſapiunt, cum debeant ab iſta vel nova vel vetere perniciosa tamen opinione diſcedere, ipſi inſuper dicunt novam eſſe doctrinam, qua nequiſſimi homines, in ſuis flagitiis ſe perſeveraturos in propatulo profitentes, non admittuntur ad baptiſmum: quaſi neſcio qui peregrinentur, quando meretrices & hiſtriones & quilibet alii publicæ turpitudinis profeſſores, niſi ſolutis aut diruptis talibus vinculis, ad Chriſti ſacramenta non permittuntur accedere: qui utique ſecundum iſtorum ſententiam omnes admitterentur, niſi antiquum & robuſtum morem ſancta eccleſia retineret, ex illa ſcilicet liquidiſſima veritate venientem, qua certum habet; quoniam qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt. Et niſi egerint ab his mortuis operibus pœnitentiam accedere ad baptiſmum non ſinuntur. Si autem ſubrepſerint, niſi vel poſtea mutati egerint pœnitentiam ſalvi eſſe non poſſunt. Sed ebrioſi, avari, maledici, & ſi qua alia vitia damnabilia apertis factis convinci, redarguique non poſſunt: præceptis tamen & catechiſmis validiſſime flagellant, atque omnes tales mutata in melius voluntate ad baptiſmum videntur accedere. Sed ſi forte adulteros, quos non lex humana, ſed divina condemnat, id eſt, qui alienas uxores tanquam ſuas habent, vel fœminæ alienos maritos alicubi negligentius admitti ſolere adverterunt, ex illis rectis debent conari iſta corrigere, hoc eſt, ut etiam iſti non admittantur, non ex his pravis illa recta depravare, ut neque de morum correctione catechizandos eſſe cenſeat, competentes: & conſequenter omnes etiam illa-*

rum

1\. Cor. 3.

Canone hujus conc. 72. D Aug. libro de fide & operib. cap. 6

Col. 3.

Matth. 9

Euſebius lib. 7. c. 3. hiſt. eccl. D. Aug. in princ. lib. de catechizandis rud. D. Clem. papa in epiſt. 1.

Clem. papa 8. conſt. apoſt. c. 38. In editione Turriani, quam ſecuti ſumus, cap. illud numeratur 32. Vide ſupra atque hanc Bovii verſionem cum Turrianica compara.

Dion. Areop. lib. de eccl. hier. par. 3 c. 3. Clem. PP. lib. 7 c. 39.

D. Aug. toto lib. de catechizandis rudibus

D. Ambr. lib. de myſt. init. c. 1.

Conc. Neocæſ. can. 5.

D. Aug. de catech. rudib. ca. 13.

Conc. Neocæſ. can. 5.

Conc. Nicænum can. 5.

Can. 73 hujus concil.

D. Aug. de fide & operib. c. 17

*rum publicarum turpitudinum & ſcelerum profeſſores, hoc eſt meretrices, lenones, gladiatores, ac ſi quid hujuſmodi eſt, etiam in illis malis permanentes, admitti oportere arbitrentur. Omnia quippe illa quæ apoſtolus enumerat, concludens, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt: qui vehementius agunt, manifeſtata ſibi congruenter increpant, & reſidentes atque in eis ſe permanſuros profitentes, ad accipiendum baptiſmum non admittunt.* Aliam præterea difficultatem, quam iidem ipſi objecerant, huc etiam ſpectantem his verbis expedivit idem Auguſtinus.

Idem Aug. c. 11. de fide & operibus. Rom. 15.

*Sed in tribus millibus, inquiunt, quos uno die apoſtoli baptizarunt, & in tot millibus credentium, in quibus apoſtolus ab Hieruſalem uſque in Illyricum evangelium replevit, erant utique aliqui alienis uxoribus copulati, vel fœmina alienis maritis: in quibus regulam apoſtoli conſtituere debuerunt, quæ deinceps in eccleſiis ſervaretur, utrum non admitterentur ad baptiſmum, niſi illa adulteria correxiſſent. Quaſi non ſimiliter adverſus eos dici poſſit, quod non inveniant aliquem commemoratum, qui cum talis eſſet, admiſſus eſt. Aut vero poſſint ſingulorum hominum crimina (quod infinitum erat) commemorari, cum generalis illa regula ſatis ſuperque ſufficiat, ubi Petrus pluribus verbis teſtificans baptizandis ait: eripite vos ad hoc ſæculo pravo. Quis enim dubitet ad hujus ſæculi pravitatem adulteria pertinere, & illos qui elegerunt in eadem iniquitate perſiſtere?*

Act. 2.

*Similiter autem dici poteſt, publicas meretrices, quas utique ad baptiſmum, niſi ab illa turpitudine liberatas nulla admittit eccleſia, potuiſſe inveniri in tot millibus tunc credentium per tot Gentes, & de his ſuſcipiendis vel prohibendis conſtituere apoſtolis exempla debuiſſe. Veruntamen de quibuſdam minoribus poſſumus conjectare majora. Si enim ad baptiſmum Joannis venientes publicani prohibiti ſunt aliquid amplius exigere, quam quod eis fuerat conſtitutum, miror ſi venientibus ad baptiſmum Chriſti, poſſet permitti adulterium. Commemoraverunt etiam Iſraelitas, multa mala & gravia perpetraſſe, & effudiſſe multum ſanguinem prophetarum, nec tamen ex his factis penitus meruiſſe deleri, ſed ex infidelitate ſola, qua in Chriſtum credere noluerunt non intuentes, quia peccatum eorum non hoc ſolum fuit, quia in Chriſtum non crediderunt: verum etiam quia Chriſtum occiderunt. quorum unum pertinet ad crimen incredulitatis, alterum ad crimen crudelitatis. Illud ergo eſt contra fidem rectam, illud contra bonam vitam. Utroque autem vitio caret, qui fidem Chriſti habet: non ſine operibus mortuam, quæ etiam in dæmonibus invenitur, ſed fidem gratiæ, quæ per dilectionem operatur.*

Luce 2. Galat. 5. Luca 17.

Nec eas peccatorum labes quas jam adhuc catechumenus, ſed & omnes quas antea infideles turpiter contraxerant, pœnitentia injecta eluebant: non pœnitentia, ut ſanctiſſimum eſt eccleſiæ ſacramentum, & ſecundum, poſt intinctionis dominicæ monumenta, ſalutare ſubſidium (ut vocat Tertullianus) vel ſecunda (ut Hieronymus) poſt naufragium tabula: ſed ut eſt peccatorum & anteactæ vitæ deteſtatio, ut quidquid error vetus inquinaſſet, quidquid in corde hominis ignorantia contaminaſſet, id pœnitentia verrens & radens ſuperventuro Spiritu ſancto pararet; quo ſe ille cum cœleſtibus bonis libens inferret.

Tertul. lib. de pœnit. cap. 12. Hieron. in ep. ad Demetriadem & c. 3. Iſaiæ. Idem Tertul. eodem lib. c. 2.

Quare carnibus & vino eos ſemper abſtinere (ut abſtinet hodie qui rigidus religionum inſtitutum profitentur) concilio Carthaginenſi IV. cautum eſt.

Conc. Cartha. 4. can. 8.

Qui hæc a ſanctiſſimis eccleſiæ patribus inſtituta legerit, non mirabitur, quod hic Hiſpani conſtituunt, nam crimen adulterii graviſſimum olim habitum, etiam illi qui ad baptiſmum omnes indifferenter admittebant, confeſſi ſunt, teſte Auguſtino.

D. Aug. de fide & oper. cap. 19.

Si autem huic aliud non minori pœna dignum, homicidium nimirum, nec homicidium tantum, ſed parricidium adjecerunt, (de cujus gravitate actum eſt ſupra) non immerito hæc pœna conſtituta eſt, ut uſque ad obitum non baptizentur. Quemadmodum enim pro graviſſima pœna impoſitum eſt fidelibus, ut ſacroſancti corporis & ſanguinis domini non fierent participes, ſic & catechumenis infidelibus ne baptiſmi, ut ſi fortaſſe non ficte ad illum ſuſcipiendum acceſſiſſent, ſed ea quam oſtentarant religione, dilato regenerationis beneficio majora certioraque veræ converſionis argumenta prodentes, digniores ut reciperent, efficerentur: interimque tali pœna deterriti, ab aliis etiam peccatis retraherentur. Quod ſi delictum non adeo grave eſſet, ad brevioris temporis ſpatium baptiſmus differebatur: catechumenos enim fidelium delatores quinquennio non eſſe baptizandos, pro pœna decretum eſt ab eiſdem inferius. De his quæ partus enecant, & earum pœna actum ſuperius. De ea autem quæ hic conſtituitur, ut ſcilicet non niſi in fine baptizentur, agendum. Graviſſima hæc pœna eſt, ut quis non niſi in mortis diſcrimine baptizari poſſit: quod turpe adeo olim habitum eſt, ſi ſponte quis differret baptiſmum uſque ad id tempus, ut ſi poſtea longiori perfrueretur lucis uſura, ordinari presbyter non poſſet, quod antiqua eccleſiæ conſuetudine receptum tradit Euſebius, & decreto concilii Neocæſarienſis ſancitum eſt.

Can. 71. hujus conc. Hoc lib. 3. ad c. 52.

Sed quid ſi eo temporis intervallo, catechumenus infenſa & gravi valetudine abſumeretur, moreretur que ſine baptiſmo, an æterna ille felicitate privaretur, quæri poteſt? Et audio ex ſententia & decreto concilii Bracarenſis I. multos notaſſe, ea catechumenos privandos: ſic enim canon ait. *Item placuit, ut catechumenis ſine redemptione baptiſmi defunctis, ſimili modo, neque oblationis ſancta commemoratio, neque pſallendi impendatur officium: nam & hoc per ignorantiam uſurpatum eſt.* Hujus tamen Canonis ſententiam longe eſſe diverſam cenſeo: nam cum baptiſmus flaminis, eamdem quam aquæ, habeat virtutem, ut docuit concilium Arauſicanum ſub Leone I. D. Ambroſius, Auguſtinus, Bernardus, & Hugo: qui, inquam, fieri poteſt, ut peccatorum indulgentiam & ſancti Spiritus gratiam, quam catechumenis exantlati in audiendo & ſtando triennii labores, quam ſevera & rigida jejunii, abſtinentiæ, & pœnitentiæ obſervatio, quam ardentiſſimum fidei, & ſpei & caritatis ſtudium, apud Deum harum rerum omnium non ſpontaneum ſolum, ſed ſtudioſiſſimum acceptatorem conciliarunt & pepererunt, eam poſtea perexiguo temporis intervallo, quædam ſolum morbi non ſpiritualis, ſed corporalis neceſſitas eripiat, evertat, labefactet, expugnet? Deum enim tam immitem & ferreum eſſe, ut his ſanctis muneribus non leniatur; tam oblivioſum ut nullam retineat divinæ ſuæ pollicitationis memoriam; tam ingratum, ut ſingularem cordis & animi (quam ipſe requirit) obſervantiam & obſequium fere Chriſtianum deſpiciat, ſpernat, nec cogitari, nedum ſcribi, aut affirmari fas eſt.

D. Ambroſ. ora. funebr. de obitu Valent. imper. D. Aug. lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſt. c. 22. D. Bernard. in epiſt. 22. ad Hugon. Hugo de ſancto Victore lib. de ſacrament. p. 6. c. 7. Conc. Arauſic. ſub Leone I. can. 12.

De ſuo enim Valentiniano ſic locutum Ambroſium accepimus. *Non habet gratiam quam deſideravit? non habet quam popoſcit: & quia popoſcit, accepit.* Nec ab hac benigna Chriſtianæ pietatis ſententia diſcrepaſſe catholicam & ſanctam Hiſpanicæ eccleſiæ manſuetudinem & levitatem, facilius probaverim, ſi obſervaverim prius olim primitivæ eccleſiæ patres tam ſeveram & ſtrictam vitæ Chriſtianæ inſtitutionem a primis exegiſſe Chriſtianis, qualem utinam hodie, non dicam vulgares Chriſtiani, ſed & omnes qui ad excelſum vitæ inſtitutum aſpirant, adeo præclaram redderent: erat enim inter eos quaſi ſumma religio, vel leviter poſt baptiſmum peccaſſe. Qua ratione multi catechumenorum, ut licentius interim viverent, ſuſcipiendi baptiſmi occaſionem omittebant, ſibi perſuaſum habentes, cum voluiſſent, ab his ſordibus quas longiori vita contraxerant, baptiſmi ſuſceptione poſſe mundari. Quod refert notatque D. Auguſtinus. *Non omnes,* inquit, *ſciunt donum Dei, quia non omnes deſiderant aquam vivam, ſi enim deſiderarent, nunquam circa ſe baptiſmi ſacramenta differrent. Igitur de ſe pronunciant, & vita ſua teſtimonium perdunt, qui adeo volunt tardius baptizari, ut flagitia & ſcelera multa committant. Noli differre o homo, remedia ſalutis, &c.* Id ipſum teſtatur D. Chryſoſtomus. Eo malo laboraſſe Marcioniſtas auctor eſt Tertullianus. Baptiſmum enim iterabant, vel ad ætatis extremum protendebant.

Joan. 4. D. Aug. ſerm. de non differendo baptiſmo, & lib. de catechizand. Heb. 6. D. Chryſoſt. homil. 1. in acta apoſt. Tertul. adverſus Marcionem.

*Explicatur concil. Bracarenſe, can. 35.*

Ne ergo occaſionem ſuſciperent liberius peccandi tempore quo in ſtatu eſſent catechumenorum, recte concilium decrevit: non quod catechumeni mortui ſine baptiſmo, ſpirituali vita priventur: nam & hoc adverſatur maxime virtuti & animo ſuſcipiendi baptiſmum, quem catechumenos habuiſſe & præ ſe tuliſſe certum eſt: ſed quod illis oblationis ſanctæ commemoratio non impendatur, neque pſallendi officium, hoc eſt, ne pro illis ſacrificium fiat, neve pſalmorum recitatio. Solebant enim olim memorias defunctorum anniverſariis orationibus, vigiliis, pſalmorum laude & miſſis celebrare, ut auctor eſt Beda, referens, ad crucem quam Oſvvaldus in Anglia erexerat, fratres Haguſtaldenſis eccleſiæ, quotannis pridie ante illum diem, quo is occiſus fuerat, vigilias cum plurima pſalmorum laude continuaſſe; & victimam ſacræ oblationis pro ſalute animæ ejus offerre ſolitos fuiſſe.

Beda lib. 3. c. 2.

Geſta enim (ut alia trita omittamus) epiſcoporum Metenſium referunt de Clodulfo epiſcopo, quod ipſi ſepulto, clerici ejus per dies triginta miſſarum ſolennibus, orationibus continuis, vigiliis & pſalmodiis pietatis intuitu juſta perſolverunt. In Hiſpania autem religioſorum hominum tantum & in pace eccleſiæ decedentium corpora deferri ad ſepulturam pſalmorum cantu, apparet ex concilio Toletano III. Impiis vero neque loco ſolito juxta ceteros Chriſtianos tumulus datus eſt, neque preces eis exhibitæ, neque miſſæ dictæ, neque pſalmi cantati, ut idem Beda refert.

Conc. Tolet. 3. can. 22. Idem Beda li. 3. cap. 25.

Quare cum de catechumenis, qui baptiſmi ſuſceptionem ad obitum uſque diſtulerant, ſuſpicio eſſet injecta, quod animo ficto potius, quam vere Chriſtiano catechumenorum ſtatum fuiſſent profeſſi, ut in concilio Neocæſarienſi dicitur: vel ſi vero, eo conſilio diſtuliſſe, ut interim licentius peccarent: quod multis experimentis cognoverant: juſtiſſime in pœnam decretum eſt, pro eis ſine baptiſmo aquæ defunctis, neque ſacrificium offerri, neque pſalmos cantari. quod non ſolum in catechumenos ſine baptiſmo defunctos ſtatuit concilium Bracarenſe, ſed & in omnes qui ob gravia ſcelera, pœnam & ſupplicium mortis judicis ſententia paterentur, tametſi de æterna eorum felicitate non eſſet deſperandum, quod pœnitentia ducti extremum illud ſupplicium pati potuiſſent.

Conc. Neocaſ. can. 12.

Concilii Bracarenſis verba hæc ſunt. *Item placuit, ut hi qui ſibi ipſis, aut per ferrum, aut per præcipitium, aut ſuſpendium, vel quolibet modo violentam inferunt mor-*

Conc. Bracar. can. 16.

*mortem; nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum pſalmis ad ſepulturam eorum cadavera deducantur: multi enim ſibi hoc per ignorantiam uſurpaverunt. Similiter & de his placuit, qui pro ſuis ſceleribus puniuntur.* Quod & in Gallia aliquando obſervatum, & ſublatum poſtea concilio Vvormacienſi ſatis conſtat. Nec acerba & dura videri debet concilii conſtitutio, qua decrevit, differentes baptiſmum, oblatione & pſalmis privari; cum durior multo fuerit D. Cyprianus erga eos, qui pœnitentiam ad mortis periculum diſtulerant; & in eo pacem & pœnitentiam petebant: cenſuit enim illis pœnitentiam denegandam. Sic enim ſcribit ad Antonianum. *Et idcirco, frater cariſſime, pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum ſuorum toto corde & manifeſta lamentationis ſuæ profeſſione teſtantes, prohibendos omnino cenſuimus a ſpe communicationis & pacis; ſi in infirmitate atque periculo cœperint deprecari; quia rogare illos non delicti pœnitentia, ſed mortis urgentis admonitio compellit: nec dignus eſt in morte accipere ſolatium, qui ſe non cogitavit eſſe moriturum.* Quod in uſu fuiſſe ad tempora Cœleſtini papæ I. & Leonis etiam I. argumento eſt, quod contrarium definierint obſervandum. Pœna enim hæc pro levioribus delictis (etſi graviora tunc viderentur) etiam illis qui baptiſmum ſuſceperant, imponi ſolebat, D. enim Cyprianus pro Geminio Victore monet non offerri: neque pro illius dormitione ſacrificium celebrari, pro eo ſolum quod de ſæculo excedens Geminium Fauſtinum presbyterum tutorem teſtamento ſuo nominaſſet. *Quod jam pridem*, inquit, *in concilio epiſcoporum ſtatutum fuerit, ne quis, de clerici & Dei miniſtris tutorem vel curatorem teſtamento ſuo conſtitueret.* Et hæc erat excommunicatio ſeu anathema defunctorum, de qua intelligendum eſt concilium Carthaginenſe, apud Balſamonem & Gregorium IX. dum epiſcopo, qui extraneos, vel conſanguineos hæreticos hæredes inſtituerit, anathema poſt mortem dici jubet, hoc eſt, pro illis, nec ſacrificium offerri, nec preces, & reliqua eccleſiæ ſuffragia.

Conc. Vvorm. can. 80.

D. Cypr. ep. 52. ad Antonianum, cap. 6.

Cæleſtin papa I. in ep. ad Galliarum epiſc.

Leo papa I. ep. 89. ad Theodor Forojulienſem epiſc.

Grat. in can. agnovimus & can. in qui 26 quæſt. 6.

D. Cypr. in ep. ad preſbyteros, & diaconos, ac plebem Furnis conſiſtentem l. 1 ep. 66.

Conc. Carth. can. 84. apud Theodor. Balſamon. Exſtat apud Greg. 9. in c. Si quis ep. de hæret.

Conſtat ergo ex hoc concilio, pro catechumenis ſine baptiſmo defunctis ſacrificium & laudes dici non poſſe, pro illis intelligo, qui in culpa fuerunt, ut ſine baptiſmo decederent: vel quia ficto animo aſpirabant ad baptiſmum. vel ſi vero, quia recuſabant illum ſuſcipere, ut liberius interim vitam agerent. Si autem non ea ratione, ſed implendæ injunctæ pœnitentiæ cauſa, ut in hoc concilio; vel præparandi ſui gratia baptiſmum differrent, putarem illis æternæ vitæ aditum minime intercludi, quia tunc in merito ſunt magis, quam in culpa; idque fecerunt olim viri pietate & religione clariſſimi. Conſtantinus enim magnus, ut ſcribit divus Ambroſius, & Theodoſius ipſe, tota ſua vita ea ratione diſtulerunt baptiſmum; quos nemo ſani judicii reprehendet. Pro illis ergo catechumenis, qui ſine culpa ſua ſine baptiſmo diſceſſerint, & in ſacrificio ſecretam offerri orationem, & in funere educendo pſalmos cantari poſſe cenſeo; quod non minor ſit baptiſmi flaminis, quam aquæ virtus, dignoſque illos cenſeo eccleſiaſtica ſepultura: de qua ſiluit concilium, quod eo tempore perfecti adhuc catholici in ea non ſepelirentur, ejuſdem concilii Bracarenſis decreto.

D. Ambr orat. in obitum Theod.

Nec æquiori animo tulerim D. Chryſoſtomum in contrariam adhuc ſententiam citari, quod dixerit, pro catechumenis, nec ſacrificium offerendum, nec orationem habendam. *Catechumeni vero*, inquit, *nec hac digni conſolatione cenſentur, ſed omni ſunt tali ſuffragio privati.* Alio enim reſpexit Chryſoſtomus: agebat enim de ſuffragiis & orationibus publicis eccleſiæ ab apoſtolis inſtitutis, ut in miſſæ ſacrificio defuncti fideles commendarentur: in his autem ait actum non eſſe de catechumenis defunctis; ideoque non licere in publico miſſæ ſacrificio pro illis offerre, ne inſtitutionibus apoſtolicis aliquid adderetur. Non tamen voluit Chryſoſtomus, illos æternis (ut ei objicitur) tormentis cruciari, tanquam infideles. cum in eodem capite docuerit, piis oblationibus & eleemoſynis eorum animas juvari; quod de ethnicis, nec cogitaſſet Chryſoſtomus. Hanc autem fuiſſe Chryſoſtomi mentem, illa ſane comprobare videntur: *Non temere*, ait, *ab apoſtolis hæc ſancita fuere; ut in tremendis myſteriis defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim illis multum contingere lucrum, utilitatem multam. Cum enim totus conſtiterit populus extenſis manibus, ſacerdotis plenitudo & tremendum proponat ſacrificium, quomodo Deum non exoravimus pro iis deprecantes? Sed hoc quidem de his qui cum fide migrarunt. Catechumeni vero, nec hac digni conſolatione cenſentur, ſed omni ſunt tali ſuffragio privati; præter unum ſolum. Quod autem illud? dare licet pro eis pauperibus, & ex hoc aliquid eis præſtare refrigerationis; vult namque Deus nos alterum alteri prodeſſe; nam quare pro pace mundi, & tranquillitate nos juſſit orare? Quare cum hic ubique ſint latrones & fures ac ſacrilegi, & infinitis pleni facinoribus, & tamen pro omnibus precamur, forſitan aliqua fiet eorum mutatio? Sicut itaque pro viventibus precamur, qui nihil a mortuis differunt, ita pro illis quoque licet orare.* Hæc Chryſoſtomus, quibus ſane pios omnes in contrariam quam antea Chryſoſtomo imponebatur, ſententiam ituros non ambigo, catechumenos videlicet nulla propria culpa, ſed mortis neceſſitate ſine baptiſmo aquæ defunctos, hæreditatis cœleſtis ut filios jam regeneratos fore participes.

Conc Bracar 1 can 36

D. Chryſoſt. hom. 69.

*Explicatur D. Chryſ. hom. 69.*

Quod ſi adverſus doctrinam hanc objiciatur tandem Auguſtini ſententia, apud Gratianum, dicentis. *Nullum catechumenum quamvis in bonis operibus defunctum, vitam æternam habere credimus, excepto martyrio.* Reſpondebo, librum illum Auguſtini non eſſe, ſed Gennadii: quod ſi illam opinionem tenuiſſet aliquando Auguſtinus, (*quod in ejus libris me legiſſe non memini*) revocavit eam poſtea dum aperte docet contra Donatiſtas, catechumenum, ſi forte baptiſmi ſacramentum non contempſit, ſed repente abſque illo, neceſſitate naturæ cedens interiit, gloria non carere: *Quapropter*, ait, *nec ego dubito, catechumenum catholicum, divina caritate flagrantem, hæretico baptizato anteponere; ſed etiam in ipſa intus catholica bonum catechumenum malo baptizato anteponimus: nec ideo tamen ſacramento baptiſmatis, quo iſte nondum, ille jam imbutus eſt, facimus injuriam; aut catechumeno: catechumenum ſacramento baptiſmi præferendum putamus, cum aliquem catechumenum aliquo baptizato fideliorem melioremque cognoſcimus. Melior enim centurio Cornelius nondum baptizatus Simone baptizato. Iſte enim & ante baptiſmum ſancto Spiritu repletus eſt, ille & poſt baptiſmum immundo ſpiritu inſlatus eſt. Veruntamen Cornelius, ſi etiam Spiritu ſancto accepto baptizari noluiſſet, contempti tanti ſacramenti reus fieret.* Conſequenter poſtea hæc adjiciens. *Baptiſmi ſane vicem, aliquando implere paſſionem, de latrone illo, cui non baptizato dictum eſt: Hodie mecum eris in paradiſo, non leve documentum, idem B. Cyprianus aſſumit. Quod etiam atque etiam conſiderans, invenio non tantum paſſionem pro nomine Chriſti, id quod ex baptiſmo deerat, poſſe ſupplere; ſed etiam fidem converſionemque cordis, ſi forte ad celebrandum myſterium baptiſmi in anguſtiis temporum ſuccurri non poteſt. Neque enim latro ille pro nomine Chriſti crucifixus eſt, ſed pro meritis facinorum ſuorum; nec quia credidit, paſſus eſt, ſed dum patitur, credidit. Quantum itaque valeat, etiam ſine viſibili ſacramento baptiſmi, quod ait Apoſtolus: Corde creditur ad juſtitiam, ore confeſſio fit ad ſalutem; in illo latrone declaratum eſt; ſed tunc impletur inviſibiliter, cum myſterium baptiſmi non contemptus religionis, ſed articulus neceſſitatis excludit.* Et mox. *Quid autem valeat*, inquit, *& quid agat in homine corporaliter adhibita ſanctificatio ſacramenti, ſine qua tamen ille latro non fuit, quia non ejus accipiendæ voluntas defuit; ſed non accipiendæ neceſſitas affuit, difficile eſt dicere. Niſi tamen plurimum valeret, non ſervi baptiſmum dominus accepiſſet: verum quia per ſe ipſa conſideranda eſt, excepta ſalute hominis, cui perficiendæ adhibetur, ſatis indicat, quod & in malis, & in eis qui in ſæculo, verbis non factis renunciant, ipſa integra eſt; cum illi niſi corrigantur ſalutem habere non poſſint. Sicut autem in latrone, quia per neceſſitatem corporaliter baptiſmus defuit, perfecta ſalus eſt, quia per pietatem ſpiritualiter affuit, ſic & cum ipſa præſto eſt; ſi per neceſſitatem deſit quod latroni affuit, perficitur ſalus: Quod traditum tenet univerſitas eccleſiæ, cum parvuli infantes baptizantur, qui certe nondum poſſunt corde credere ad juſtitiam & ore confiteri ad ſalutem.* Et rurſus: *Et ſicut in illo latrone*, inquit, *quod ex baptiſmi ſacramento defuerat, complevit omnipotentis benignitas: quia non ſuperbia vel contemptu, ſed neceſſitate defuerat; ſic in infantibus qui baptizati moriuntur, eadem gratia omnipotentis implere credenda eſt, quod non ex impia voluntate, ſed ex ætatis indigentia, nec corde credere ad juſtitiam poſſunt, nec ore confiteri ad ſalutem.* Item poſtea. *Quibus rebus*, ait, *omnibus oſtenderit, aliud eſſe ſacramentum baptiſmi, aliud converſionem cordis; ſed ſalutem hominis ex utroque compleri: nec ſi unum horum defuerit, ideo putare debemus conſequens eſſe, ut & alterum deſit; quia & illud ſine iſto poteſt eſſe in infante, & hoc ſine illo potuit eſſe in latrone. complente Deo, ſive in illo, ſive in iſto, quod non ex voluntate defuiſſet; cum vero ex voluntate alterum horum defuerit, reatu hominem involvi. Et baptiſmus quidem poteſt ineſſe, ubi converſio cordis defuerit; converſio autem cordis poteſt quidem ineſſe, non percepto baptiſmo; ſed contempto, non poteſt. Neque enim ullo modo dicenda eſt converſio cordis ad Deum, cum Dei Sacramentum contemnitur.* Multo clarius id ipſum docet Auguſtinus reddens omnium rationem, contendenſque, his ſatis fieri, qui contrariæ adhæſerant opinioni. *Catechumenis ergo* (inquit) *in hujus vitæ ultimo conſtitutis, ſi morbo, ſeu caſu aliquo ſic oppreſſi ſint, ut, quamvis adhuc vivant, petere ſibi tamen baptiſmum, vel ad interrogata reſpondere non poſſint; proſit eis, quod eorum in fide Chriſtiana, jam nota voluntas eſt; ut eo modo baptizentur, quomodo baptizantur infantes, quorum voluntas nulla adhuc patuit. Non tamen propterea damnare debemus eos, qui timidius agunt, quam nobis videtur agi oportere, ne de pecunia conſervo credita improbius, quam cautius judicare voluiſſe judicemur. Satis quippe in talibus reſpiciendum eſt illud apoſtoli, ubi dicit: Unuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet Deo. Non ergo amplius invicem judicemus. Sunt enim qui vel in his, vel etiam in aliis obſervandum putant, quod dixiſſe dominum legimus: Nolite ſanctum da*-

D. Aug. l. de eccleſiaſt. dogmatib. cap. 73.

Grat. in can catechumenum de conſecr. diſt. 4.

D. Aug. l. 4. de baptiſmo contra Donat. c. 21.

*Act.* 10 & 8.

*Idem* c. 22.

*Luc.* 23

*Luc.* 18

*Rom.* 10.

*Idem* c. 23

*Matth.* 3.

*Idem* c. 24.

*Idem cap.* 5

D. Aug. l. 1. de adulterinis conjugiis cap. 26. & 27.

*Rom.* 14.

*Matth.* 7.

*re canibus, neque projeceritis margaritas veſtras ante porcos. Et iſta ſalvatoris verba referentes, baptizare non audent eos, aut pro ſe reſpondere nequiverint: ne forte contrarium gerant voluntatis arbitrium. Quod de parvulis dici non poteſt, in quibus adhuc rationis nullus eſt uſus. Sed non ſolum incredibile eſt, ne in fine vitæ hujus baptizari catechumenum velle, verum etiamſi voluntas ejus incerta eſt, multo ſatius nolenti dare, quam volenti negare; ubi velit, an nolit, ſic non apparet, & tamen credibilius ſit eum, ſi poſſet, velle ſe potius fuiſſe dicturum eſſe, ſacramenta percipere, ſine quibus jam credidit, non ſe oportere de corpore exire. Si autem dominus, ubi ait: Nolite dare ſanctum canibus; hoc quod iſti cavendum putant, vellet intelligi, non ipſe ſuo traditori dediſſet: quod in ſuam ille perniciem, ſine culpa dantis, cum dignus indignus accepit. Unde cum hoc diceret Dominus, credendum eſt ſignificare voluiſſe, quod lucem intelligentiæ ſpiritalis immunda corda non portant. Et portanda doctor ingeſſerit, quæ non recte accipiunt, quia non capiunt, vel reprehenſionis morſibus lacerant, vel contemnendo conculcant.* 1. Cor. 3. *Si enim beatus apoſtolus, quamvis in Chriſto jam renatis, tamen adhuc parvulis, lac dicit ſe dediſſe, non eſcam; Necdum enim poteratis, (inquit) ſed nec adhuc quidem poteſtis. Si denique ipſe Dominus electis apoſtolis dixit:* Joan. 16. *Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed non poteſtis illa portare modo: quanto minus poſſunt ferre, quæcumque de incorporea luce dicuntur, immunda mente impiorum?* Quæ omnia non levibus conjecturis, ſed clariſſimis rerum notis comprobant D. Auguſtinum ejus ſemper ſententiæ fuiſſe, ut ſentiret doceretque, catechumenum, dum baptiſmi Sacramentum non contempſit, ſi ſine illo, neceſſitate naturæ, decederet, ad æterna conſcendere tabernacula. Sicque illum intellexit & interpretatus eſt Innocentius II. ad epiſcopum Cremonenſem. *Apoſtolicam* (inquit) *ſedem conſuluiſti, & infra Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, presbyterum, quem ſine unda baptiſmatis extremum diem clauſiſſe ſignificaſti, quia in ſancta matris eccleſiæ fide & Chriſti nominis confeſſione perſeveraverit, ab originali peccato ſolutum, & cœleſtis patriæ gaudium eſſe adeptum, aſſerimus incunctanter. Lege ſuper VIII. librum Auguſtini de civitate Dei, ubi inter cetera legitur: Baptiſmus inviſibiliter miniſtratur, quem non contemptus religionis, ſed terminus neceſſitatis excludit. Librum etiam Beati Ambroſii de obitu Valentiniani, idem aſſerentis revolve. Sopitis igitur quæſtionibus doctorum, Patrum ſententiam teneas, & in eccleſia tua juges preces, hoſtiaſque Deo offerri jubeas pro presbytero memorato.*

Innoc. 2. in ep. ad epiſcop. Cremonenſem apud Greg. 9. in c. ad apoſtolicam de presbyt. non baptizato.

In citatione tamen Auguſtini, memoria lapſus eſt pontifex, cum integro libro VIII. de civitate Dei, nihil de catechumeno mortuo ſine baptiſmo diſſerat Auguſtinus, nec in omnibus XXII. in decimo tertio tantum capit. VII. de eo qui moritur ſine baptiſmo aquæ cum baptiſmo ſanguinis, id eſt martyrii, tractat. Sententiam autem Auguſtini, quam retulit & probavit pontifex, exſtare eiſdem verbis verbis conſcriptam in dicto libro de baptiſmo contra Donatiſtas, nemo jure inficiabitur, qui legerit quæ paulo ſuperius retulimus: citatio enim locorum unius pro altero, vel ſanctorum, referendo unum pro alio, ad materiam fidei non ſpectat; quare ſæpe minori diligentia, commutata a pontificibus, vel eorum potius notariis nomina ſunt, ut Cœleſtinum papam III. citaſſe Gregorium pro Ambroſio in ſecunda compilatione, notavimus ſuperius.

Gregor. in c. laudabilem, de convers. infidel. Can. 10. hujus Conc.

Quare caput illud, catechumenum, quod a Gratiano in ſua diſcordantium canonum concordia inſertum eſt, omni prorſus auctoritate carere mihi perſuadeo: tum quia illud Auguſtini non eſt, non Tertulliani, non Fulgentii, non Iſidori, non Gregorii (omnibus enim his tribui ſolet) non tandem alicujus probati doctoris, ſed Gennadii Maſſilienſis in Gallia presbyteri, qui ſupplevit catalogum, quem ſcripſerat D. Hieronymus de viris illuſtribus. Sic Walafridus Strabo: *Gennadius* (inquit) *Maſſilienſis presbyter in dogmate eccleſiaſtico*. Eidem Gennadio tribuit Algerus, & Petrus Lombardus, In editione Lovanienſi, etſi in aliis recentioribus nimis audacter quidam, Auguſtini nomen falſo adſcripſerint. Ejuſdem Gennadii, non Auguſtini nomine citavit Beatus Thomas. Item Platina Gennadio tribuit Maſſilienſi, etſi non recte illum epiſcopum nominet, cum presbyter tantum fuerit, de ea factione Gallorum, contra quam ſcribunt Proſper & Hilarius Auguſtino, & contra quam habitum fuit Concilium Arauſicanum ſecundum. In hoc autem libro nonnulla a piis lectoribus cavenda ſcripſiſſe Gennadium, ut ſcripſerat antea multa erroribus conſperſa graviſſimis, in catalogo virorum illuſtrium, jam diu pie ſatis & docte notarunt Canonici Lovanienſes in principio & cenſura ejuſdem libri, monentes, librum non eſſe catholici ſcriptoris, ſed Gennadii: ſicque diverſis conſcriptum characteribus, ut reliqua falſo Auguſtino impoſita, a catalogo ſuorum librorum ſcite rejecerunt. Tum etiam, quia non ſolum ejuſdem Auguſtini, ſed Ambroſii & aliorum ſanctorum ſententiæ ab eccleſia communi conſenſu receptæ clariſſime illum canonem adverſari videmus: & (quod pluris facio) Innocentio papæ III. qui aperiſſime definivit, ſine baptiſmo aquæ, ſed per fidem ſacramenti, quam habent catechumeni, poſſe ſalvari: ſic enim inquit: *Nam cum quis non ſolum per ſacramentum fidei, ſed per fidem etiam ſacramenti efficiatur proculdubio membrum Chriſti; & qui Chriſtum habet per fidem, etiamſi baptiſmum non habeat, habeat utique fundamentum, præter quod aliud poni non poteſt, quod eſt Chriſtus Jeſus; ſuperædificari poſſe videtur.* Idque tandem diffinitum exſtat recentiori concilii Tridentini decreto.

De conſecr. diſt. 4. c. catechumenum.

Walafridus Strabo l. de rebus eccleſiaſt. cap. 20.

Algerus li. de corpore & ſanguine domini cap. 22. in priori editione. Petrus Lombardus lib. 2. ſententiarum diſtin. 6. in editione Lovanienſi.

D. Tho. quod l. 12. art. 11. & in catena ad 1. caput Matthæi.

Platina in Symmacho.

Innoc. 3. in c. veniens de presbytero non bapt.

Conc. Trid. ſeſſ. 6. can. 4.

## *Canon LXIX.* Vulgatus.

*De viris conjugatis, poſtea in adulterium lapſis.*

Si quis forte habens uxorem, ſemel fuerit lapſus, placuit, eum quinquennio agere pœnitentiam, & ſic reconciliari; niſi neceſſitas infirmitatis coegerit ante tempus dare communionem. Hoc & circa fœminas obſervandum.

## Canon LXIX. *Emendatus.*

*De viris conjugatis, poſtea in adulterium lapſis.*

Si quis forte habens uxorem, ſemel fuerit lapſus, placuit, eum quinquennio agere pœnitentiam, & ſic reconciliari; niſi neceſſitas infirmitatis coegerit ante tempus dare communionem. Hoc & circa fœminas obſervandum.

IVO, part. 8. cap. 281. *Si quis habens uxorem, ſemel fuerit lapſus, placuit, eum quinquennio agere pœnitentiam. Hoc & circa fœminas obſervandum eſt.* Pœnitentiale Romanum antiquum apud Antonium Auguſtinum tit. 3. cap. 4. ſic: *Si quis forte habens uxorem, ſemel lapſus fuerit, placuit, eum quinquennium agere debere pœnitentiam, & ſic reconciliari, niſi neceſſitas infirmitatis coegerit ante tempus dare communionem. Hoc & circa feminas obſervandum eſt.*

*De pena mariti adulterium committentis.*

## CAPUT LXII.

DEFERRI olim ad epiſcopos vel presbyteros fidelium delicta, ut deferuntur hodie ad abbatem vel rectorem monachorum peccata, obſervavi ſuperius. De crimine adulterii teſtis eſt Innocentius I. reſcribens ad Exuperium epiſcopum Toloſanum. In hoc ergo Chriſti & eccleſiæ foro, impoſita pœnitentia marito adulteranti quinquennium eſt. Severiori delictum mulctarunt concilium Ancyranum & Wormacienſe: ſeptennis enim fuit. *Si quis adulterium* (inquit Ancyranum) *commiſerit, ſeptem annis in pœnitentia completis, perfectioni reddatur, ſecundum priſtinos gradus.* Wormacienſe autem. *Si cujus uxor adulterium fecerit, aut vir in alienam uxorem irruerit, ſeptem annis pœnitentiam agat.* Severiſſima tamen Concilium Gerundenſe, dum voluit, ut qui uxorem alterius agnoviſſet, ſi illi uxor eſſet, ad clerum non admitteretur: *Si quis de laicis*, inquit, *poſt uxorem, aliam cujuſcumque conditionis cognoverit mulierem, in clero nullatenus admittatur. Quod ſi quinquennii tempore adverſa valetudine utatur, ſi mortis inſtet periculum, communionem accipere poſſe, gratia facta, decernitur.* Si vero convaluerit, & poſt id tempus in pœnitentia tranſactum & impetratam reconciliationem iterum lapſus fuerit, in morte tantum eſſe conveniendum docemur capone XLVII. ſuperiori. Quod ſi promiſerit ceſſaturum, dandam ei communionem. Si autem a morbo liberatus, iterum mœchatus fuerit, ne detur ei communio pacis vel panis, ne de dominica communione luſiſſe videatur.

Innoc. I. in ep. 3. ad Exuperium epiſc. Toloſanum cap. 4.

Conc. Ancyr. can. 20.

Conc. Worm. can. 10.

Conc. Gerunden. can. 8.

Hoc & circa fœminas obſervandum.

*Uter adulterio commiſſo magis peccet; vir an uxor.*

## CAPUT LXIII.

DECRETO huic multa repugnare videntur, dum parem feminæ & viri adulterio penam præſcribit: ſic enim videtur parem utriuſque culpam docere. Primum repugnat D. Auguſtinus, qui maritos adulteros, majori pena quam uxores afficiendos cenſet. *Indignantur*, inquit, *mariti, ſi audiant adulteros viros pendere ſimiles adulteris fœminis pœnas; cum tanto gravius eos puniri oportuerit, quo magis ad eos pertinet, & virtute vin-*

D. Aug. li. 2. de adulter. conjug. c. 8.

Idem lib. de decem chordis c. 3. — praef.

*vincere, & exemplo regere familias.* Et alibi: *Non mœchaberis*, ait, *id eſt, non ibis ad aliquam aliam, præter uxorem tuam. Tu autem exigis hoc ab uxore, & non vis hoc reddere uxori. Et cum debeas in virtute præcedere uxorem; quoniam caſtitas virtus eſt: tu ſub uno impetu libidinis cadis, & vis uxorem tuam victricem eſſe, tu victus jaces. Et cum caput uxoris ſis, præcedit te ad Deum, cujus caput es. Vis domum tuam capite deorſum pendere? caput enim mulieris vir eſt; ubi autem melius vivit mulier, quam vir, capite deorſum pendet domus. Si caput eſt vir, melius debet vivere quam mulier, & præcedere in omnibus bonis factis uxorem.* Repugnant etiam lex Julia, Severuſque & Antoninus Impp. docentes, maritos accuſare poſſe uxores adulteras, uxores vero non ſic maritos.

Imperator Antoninus in l. 1 C. ad leg. Jul. majeſt. Refert Grat. in can. apud miſericor. dem § quod ſi in adulterio. verſi hoc in mulierib. 32. q. 1.

Sed Auguſtinus non obſtat, quod ille non contendat probare, magis peccare violatæ caſtitatis crimine virum adulterum, quam fœminam (caſtitas enim pudicitiaque fœminas decet magis multo quam viros) ideoque fœminæ, tum ob hanc cauſam, tum ob partus periculum, magis peccant quam viri; confunduntur enim earum adulterio incerta ſtirpe familiæ, & parentibus non ſuis illegitima proles adſcribuntur, ut cum juſtis liberis eandem partem ferant. Quod ſane graviſſimum eſt, nec Auguſtinus negavit, ſed ſolum ait, magis peccaſſe virum, ob ſcandalum, & exemplum, quod imperii ratione ille ſubditis præbere tenebatur; tum etiam ne maritus uxori indignaretur adulteræ, cum talibus irritata moribus, aut imitari ſe putet, aut vindicare, ut recte poſt Quintilianum dixit Lactantius. Lex autem Julia, imperatoreſque Severus & Antoninus de gravitate criminis non diſputant; ſed de accuſatione civili & publica: hanc enim noluerunt uxoribus adverſus maritos, ſicut maritis adverſus uxores concedi, cum ob decoris, honeſtatis reverentiæque conjugalis rationem, ad quam obſervandam arctius uxores ut fœminæ tenentur adſtrictæ: tum præterea ob periculum zelotypiæ, ad quam procliviores eſſe fœminas agnoverant illi; ſicque ad accuſandum facilius commoveri quibus intercludere aditum lex Julia & imperatores voluerunt: ne ſi forſan his nimium eſſent indulgentes, uxorum moleſtiis & litibus, omnia judicum tribunalia non implerentur ſolum, ſed impedirentur.

Lactant. li. 6. divinar. inſtitu. ca. 23

Papinianus in l. viro, ſolut. matri.

Quod autem Papinianus ſcripſit. *Viro atque uxore mores invicem accuſantibus, cauſam divortii utrumque dediſſe pronunciatum eſt; id ita accipi debet, ut ea lege quam ambo contempſerunt, vindicetur: paria enim delicta mutua compenſatione diſſolvuntur.* His non repugnat, ſi advertamus, diverſam eſſe accuſationem de adulterio, a morum accuſatione. de adulterio enim, conſtante matrimonio, accuſatio inſtituebatur, morum vero accuſatio, matrimonio ſoluto. Quæ ideo inſtituebantur, ut pronunciaretur alterutrius culpa divortium factum eſſe; intererat enim multum ad dotis repetitionem, an bona gratia, an culpa alterius conjugum matrimonium diſſolveretur, idque in actione rei uxoriæ vocari ſolitum in quæſtionem, Quintilianus refert. Si enim bona gratia matrimonium eſſet diſſolutum, utique conjugi ſalvum & imminutum jus manebat. Si vero culpa conjugum, & illa mariti eſſet, præſentem dotem & integram reddere cogebatur, ut teſtantur Cicero & Ulpianus. Et ſi alioquin, in die tantum reddere debuiſſet. Si vero culpa uxoris divortium fieret, dotis parte uxor multabatur: morum enim graviorum actione (ut a Boethio & Ulpiano ſcriptum exſtat) ſextam in ſingulos liberos dotis partem maritus retinebat: leviorum autem, octavam. Mores graviores, adulteria cenſebant: leviores autem reliquos: & hæ ſunt retentiones, quas fieri olim ob mores Juſtinianus refert. Hinc fit, mulierem quæ ob ſuos mores cauſam dedit divortio, integræ dotis damnum non ſubiiſſe: hoc enim quinque tantum legibus ſancitum ſcribit Ulpianus, Juliæ majeſtatis, vis publicæ, parricidii, veneficii, & de ſicariis. Cui jure antiquo Theodoſii conſtitutione derogatum arbitror: is enim decrevit, mulierem quæ culpas in ea lege diffinitas contraxerit, totius dotis & donationis propter nuptias amiſſione puniri. Quibus alias tres cauſas adjecit Juſtinianus: illud non omittens, quod ſi ſine dote uxor ducta fuerit, quartæ partis reliquorum bonorum (ſi qua habeat) damnum ſuſtineat. Ex quo conſequitur, reſponſa prudentum, & imperatorum conſtitutiones, quæ ante Theodoſium factæ referuntur, ex quibus conſtat, culpa mulieris ſoluto matrimonio, dotem apud virum remanere, Tribonianum immutaſſe, & invertiſſe, ut cum recentioribus conſtitutionibus congruerent; cum antiqui & certi juris fuerit, dotis tantum partem mulieri etiam adulteræ periiſſe; retinebat enim eam partem maritus, vel judicio de moribus repetebat; niſi ipſe quoque turpiter & impudice vivens, ad peccandum mulierem induxiſſet, vel eam ob quæſtum adulterari paſſus eſſet: eo enim caſu uxoris mores accuſare ad retinendam partem dotis non permittebatur. Quod Scævola docuit. *Cum mulier*, inquit, *viri lenocinio adulterata fuerit, nihil ex dote retinetur: cur enim maritus improbet mores, quos ipſe aut ante corrupit, aut poſtea probavit? Si tamen ex mente legis ſumas quis, ut nec accuſare poſſit qui lenocinium uxori præbuerit, audiendus eſt.* Differebat ergo in hoc accuſatio de adulterio ab accuſatione morum, differebat etiam quia illud publicum erat delictum, hoc tantum privatum; & adeo privatum, ut heredi ea actio olim non competeret & ſi poſtea ea ſublata fuerit a Juſtiniano.

L. 6 §. 2. de pact. dotal.

Quintil. lib. 7. cap. 4.

L. uxoris in fine de divortiis.

Cicero in topicis. Ulpian. in inſtit. de dotib.

Boethius in topic. Cicer.

Ulpian in inſtit. tit. de dotib.

Juſtin. in l. unic. §. taceat. c. de rei uxoriæ act.

Ulpian. in l. 3. de bon. damnat.

Theodoſ. in l. conſenſu de repud.

Juſti. in l. ultim. de repud.

L. 39. ſolu. matri.

Scævola in l. cum mulier. ſolut. matrim.

L. rei judicatæ §. ulti. ſolut. matri.

l. 1. cod. Theod. l. 3. tit. 13. de dotib.

Juſtin in l. ulti. de repud. l. unic § taceat de rei uxor. act.

Quod vero canon hujus concilii, & D. Chryſoſtomus docent, ad paria judicari debere maritum & uxorem: de pœnitentia eccleſiaſtica intelligendum eſt, quam maritus ſic agere debet ob violatum torum uxoris, ſicut & uxor ob violatum torum mariti: utriſque enim (ne alter conqueri poſſet de alio) parem pœnam conſtituerunt leges canonicæ, ut conſtat ex concilio Ancyrano, & Vvormacienſi, & ex Innocentio PP. quorum decreta ſuperius recitavimus.

Conc. Ancyr. can. 20. Conc. Vvormac. can. 30. Innocen. PP. I. in epiſt. ad Exuperium epiſc. Toloſ. c. 4.

Sed quid ſi vir eadem turpitudine vivat, cum aliaque adulteretur, an mulier ejuſdem criminis cauſam marito objicere poſſit, Ulpianus conſulendus eſt. *Judex adulterii ante oculos habere debet, & inquirere, an maritus pudice vivens, mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit. periniquum enim videtur eſſe, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipſe non exhibeat: quæ res poteſt & virum damnare, non rem ob compenſationem mutui criminis inter utroſque communicare.* Quod ex reſcripto Antonini imp. ſumptum etiam videtur, cujus partem ex codice Gregoriano D. Auguſtinus refert ad Pollentium. *Sane mea litera nulla ex parte cauſæ præjudicabunt. Neque enim, ſi penes te culpa fuit, ut matrimonium ſolveretur, & ſecundum legem Juliam uxor tua Eupaſia nuberet, propter hoc reſcriptum meum adulterii damnata erit, niſi conſtet eſſe commiſſum. Habebunt autem ante oculos hoc inquirere, an cum tu pudice viveres, illi quoque bonos mores colendi auctor fuiſti. Periniquum mihi videtur eſſe, ut pudicitiam ab uxore exigat, quam ipſe non exhibet: quæ res poteſt & virum damnare, non ob compenſationem mutui criminis rem inter utrumque componere, vel cauſam facti tollere.* Quo decreto ſumma juris naturalis æquitas & religio continetur, dum quis ea jubetur aliis facere, quæ ſibi juſte fieri velit, ideinque jus maritis præſcribit (quod Lactantius docuit) uxores videlicet ut ſe caſte gerant, exemplo continentiæ eſſe docendas: iniquum enim eſt, ut id exigas quod ipſe præſtare vel nolis vel non poſſis: quod & Seneca ſcripſit. *Improbus eſt*, inquit, *qui ab uxore pudicitiam exigit ipſe alienarum corruptor uxorum.* Et Auguſtinus. *Nihil iniquius eſt*, inquit, *quam cauſa fornicationis dimittere uxorem, ſi & ipſe convincitur fornicari. Occurrit in illud: in quo alterum judicas, temetipſum condemnas, eadem enim agis quæ tu judicas. Quapropter quiſquis fornicationis cauſa vult abjicere uxorem, prior debet eſſe a fornicatione purgatus, & immunis.* Et rurſus alio in loco. *Si ductui eſtis uxores, ſervate vos uxoribus veſtris, quales vultis eas invenire, tales & ipſæ inveniant vos. Quis juvenis eſt, qui non caſtam velit ducere uxorem? & ſi accepturus eſt virginem, quis non intactam deſideret? intactam quæris? intactus eſto: puram quæris? noli eſſe impurus. Num enim illa poteſt, & tu non potes?* Poterit ergo crimen adulterii adultera mulier viro adultero objicere, non ut ipſa excuſetur, ſed ut vir tanquam occaſio ſuæ turpitudinis puniatur; quia conſtitutionibus cautum fuit, ne relatione criminum, ſed innocentia reus purgetur.

Ulpian. in l. ſi uxor. §. judex, ad l. Jul. de adult.

D. Aug. li. 2. de adult. conjug. ad Pollentium c. 8.

Lactan. 6. divinarum inſt.

Seneca in ep. ad Lucilium 94.

D. Aug. l. 1. de ſerm. domini in monte Rom. 2.

Idem in ſerm. 46 de verbis domini.

L. 5. de publ. judi.

*Canon LXX.* Vulgatus.

*De fœminis, quæ conſciis maritis adulterant*

Si conſcio marito, fuerit mœchata uxor, placuit, nec in fine dandam ei eſſe communionem: ſi vero eam reliquerit, poſt decem annos accipiat communionem, ſi eam cum ſcierit adulteram aliquo tempore in domo ſua retinuit.

Canon LXX. *Emendatus.*

*De fœminis, quæ conſciis maritis adulterantur.*

Si conſcio marito, & ipſo conſentiente fuerit uxor mœchata, placuit nec in fine eis dandam eſſe communionem: ſi vero eam reliquerit, & ſeparati fuerint, & digne pœnituerint, poſt decem annos accipiant communionem.

POENITENTIALE antiquum Romanum apud Antonium Auguſtinum tit. 3. cap. 2. retulit hunc canonem; etſi non recte concilio Moguntino tribuat, in cujus notis idem Antonius Auguſtinus ſe non reperiſſe in conciliis hunc canonem ait: ſed exſtat in hoc Illiberritano. Burchardus lib. 9. cap. 69. & Ivo part. 8. cap. 205. concilio Moguntino tribuunt etiam: ſed huic noſtro ille reſtitui debet.

*De pœna uxoris adulterantis & mariti conſentientis.*

## CAPUT LXIV.

NOLUERUNT hujus concilii patres, in hoc canone de pœna ſolum feminarum, quæ ſcientia & conſenſu mariti adulterantur tractare, ut epigraphe habet; ſed de pena etiam ipſorum maritorum, qui ſciunt & conſentiunt ipſorum uxores eſſe adulteras: quod oſtendit poſtremus verſiculus qui præcedenti connectitur. *Si vero eam reliquerit*, inquit, *poſt decem annos accipiat communionem*. Sed confirmat magis ejuſdem canonis contextus, quem ſuperius ex penitentiali Romano retulimus. *Si vero*, ajunt, *eam reliquerit & ſeparati fuerint, & digne pœnituerint, poſt decem annos accipiant pœnitentiam.* Olim enim nonnullæ uxores, audientes quod ipſæ non habent poteſtatem ſui corporis, ſed vir, licere ſibi putabant ad torum alterius viri accedere connivente ſuo, vel licentiam dante; in quo hiſtoriam antiquam tempore Conſtantii imp. ad propoſitum ſatis accommodatam refert D. Auguſtinus. *Sed tamen*, inquit, *utrum quod ait apoſtolus: mulier non habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir; ſimiliter & vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier, poſſit in tantum valere; ut permittente uxore quæ maritalis corporis poteſtatem habet, poſſit vir cum altera, quæ nec aliena uxor ſit, nec a viro disjuncta, concumbere. Sed non ita eſt exiſtimandum: ne hoc etiam fœmina viro permittente facere poſſe videatur, quod omnium ſenſus excludit. Quamquam nonnullæ cauſæ poſſint exiſtere, ubi & uxor mariti conſenſu, pro ipſo marito hoc facere debere videatur, ſicut Antiochiæ factum eſſe perhibetur. Nam Acindynus tunc præfectus, qui etiam conſul fuit, cum quemdam libræ auri debitorem fiſci exigeret, neſcio unde commotus, quod plerumque in iſtis poteſtatibus periculoſum eſt, quibus, quod libet, licet, aut potius putatur licere, comminatus eſt jurans, & vehementer affirmans, quod ſi certo die quem conſtituerat, memoratum aurum non exſolveret, occideretur. Itaque cum ille teneretur immani cuſtodia, nec ſe poſſet debito illo expedire, dies metuendus immınere, & propinquare cœpit: & forte habebat uxorem pulcherrimam, ſed nullius pecuniæ qua ſubvenire poſſet viro. Cujus mulieris pulchritudine, cum quidam dives eſſet accenſus, & cognoviſſet maritum ejus in illo diſcrimine conſtitutum, miſit ad eam, pollicens pro una nocte, ſi ei miſceri vellet, ſe auri libram daturum. Tum illa, quæ ſe ſciret, non habere ſui corporis poteſtatem, ſed virum ſuum, pertulit ad eum, dicens paratam ſe eſſe pro marito id facere, ſi tamen ipſe conjugalis corporis dominus, cui tota illa caſtitas deberetur, tanquam de re ſua, pro vita ſua vellet id fieri: egit ille gratias, & ut fieret, imperavit; nullo modo judicans adulterinum eſſe concubitum; quod & libido nulla, & magna mariti caritas ſe jubente, & volente flagitaret. Venit mulier ad villam illius divitis, fecit quod voluit impudicus: ſed illa corpus, non niſi marito dedit, non concumbere, ut ſolet, ſed vivere cupienti. Accepit aurum, ſed ille qui dedit, fraude ſubtraxit quod dederat, & ſuppoſuit ſimile ligamentum cum terra. quod ubi mulier jam domi ſuæ poſita invenit, proſiluit in publicum, eadem mariti caritate clamatura, quod fecerat, qua facere coacta eſt. Interpellat præfectum; fatetur omnia, quam fraudem paſſa eſſet, oſtendit. Tum vero præfectus, primo ſe reum quod ſuis minis ad id ventum eſſet, pronunciat, tanquam in alium ſententiam diceret, ut Acindyni bonis auri libram fiſco inferendam, illam vero mulierem, dominam in eam terram, unde pro vera terram accepiſſet, induci. Nihil hic in alteram partem diſputo, liceat cuique æſtimare quod vult: non enim de divinis auctoritatibus deprompta hiſtoria eſt, ſed tamen narrato hoc facto, non ita reſpuit hoc ſenſus humanus, quod in illa muliere viro jubente commiſſum eſt: quemadmodum antea, cum ſine ullo exemplo res ipſa poneretur, horruimus.* Hoc etiam licere, non doctrina ſolum, ſed exemplo, viri olim ſapientia, & auctoritate præſtantes docuerunt. Graviſſimum enim Romanorum Catonem uxorem ſuam Martiam alterius domum, Hortenſii ſcilicet, filiis impleturam tradidiſſe D. Auguſtinus refert. Socratem præterea, quem Apollinis oraculo, ut ſapientiſſimum omnium ſcimus judicatum, tanquam armenti matricem amico ſuo ad propagandam ſobolem, uxorem tradidiſſe ſcribit, irriderque utriuſque ſapientiam Tertullianus: certo enim certius eſt, neutrum conjugum, etiam alterius permiſſu, poſſe alienæ indulgere libidini, ſine crimine adulterii: idque adeo grave cenſuerunt patres Hiſpani, ut admittentibus & conſentientibus communionem etiam in ultimo vitæ ſpiritu negaverint, quod non niſi in peccatis graviſſimis facere conſueverunt.

Pœnit. Rom. apud Ant. Aug. tit. 3. cap. 2.

D. Aug. li. 1. de ſerm. domini in monte paulo poſt medium.

D. Aug. de bon. conjug. c. 18. & de fide & oper. rib. cap. 7. Tert. in apologet. c. 39.

Conſtat ex hoc canone, quam antiqua ſit in Hiſpania lenonum maritorum nota & infamia. Quod ſi tanta eſſent animi turpitudine, ut uxores pudorem proſtituere cogerent, ſevere lenocinium olim Gothi vindicarunt, facultate uxori conceſſa, ut dimiſſo illo turpi mariti contubernio, honeſtas alterius nuptias juſte poſſet contrahere: quod permiſſum lego in penitentiali Romano antiquo. *Contigit tibi*, inquit, *ut uxor tua, te conſcio & hortante, cum alio viro, illa autem nolente, adulterium perpetraret: ſi feciſti, quadraginta dies in pane & aqua pœniteas, & ſeptem annos unum ex his in pane & aqua, & nunquam ſis ſine pœnitentia. Si autem uxor tua hoc probare potuerit, quod tua culpa & tuo juſſu, ſe renuente & luctante, adulterata ſit, ſi ſe continere non poteſt, nubat cui voluerit tantum in domino. Tu autem ſine uxore ſpe in perpetuum maneas. Illa autem ſi conſentiens fuerat, eadem jejunet, quæ tibi propoſita ſunt, & ſine ſpe conjugii maneat.* Quæ leges quamquam non probaverint divortium, ſed impunitatem in foro permiſerint; contrariis tamen eccleſiæ moribus, & conſtitutionibus abrogatæ ſunt.

Libro 4. legum Vviſigothor. tit. 3. ad ſinem.

Liber pœnitentialis Romanus apud Antonium Aug. tit. 3. c. 20.

**Canon LXXI.** **Vulgatus.**

*De ſtupratoribus puerorum.*

Stupratoribus puerorum, nec in fine dandam eſſe communionem

**Canon LXXI.** ***Emendatus.***

*De ſtupratoribus puerorum.*

Stupratoribus puerorum, nec in fine dandam eſſe communionem.

*De pœna ſtupri nefandi.*

## CAPUT LXV.

MULTA, & ea graviſſima crimina incolumi honeſtate referri poſſunt & argui; homicidium enim, latrocinium, ſacrilegium, & alia quis non accuſet? At hoc, cujus mentionem facere Illiberritani patres nos cogunt; ipſos vero fœdiſſima quorumdam turpitudo, vel exectabilis potius, & ſumma inſania, adeo grave eſt, adeo putidum, ut etiam ſi honeſtus ſit qui illa accuſare velit, honeſtate tamen integra, nec accuſando poſſit enunciare: vicit enim linguæ officium, ſceleris magnitudo. Quam apte, quam ſcite, quam prudenter Conſtantius & Conſtans impp. AA. dum volentes gladii pœna ſcelus tantum vindicare, ſic ad populum ſcripſerunt. *Cum vir nubit, in fœmina viros porrectura quid cupiatur? ubi ſexus perdidit locum? ubi ſcelus eſt quod non proficit ſcire? ubi Venus mutatur in alteram formam? ubi amor quæritur nec videtur? jubemus inſurgere leges, armari jura gladio ultore, ut exquiſitis pœnis ſubdantur infames, qui ſunt, vel qui futuri ſunt rei.* Sodoma, & Gomorrha incolas hujus criminis turpitudine fœdatos, divina juſtitia ultrice, incendii pœna conflagraſſe ſacris literis proditum eſt. & id merito, ut quam æſtuanti turpis libidinis ardore culpam contraxerant, non diſſimili alterius incendii flamma parem pœnam perſolverent. Divinum hoc exemplum Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius AAA. ſequuti ſunt, dum ad Orontium vicarium urbis ſcripſerunt. *Omnes quibus flagitii uſus eſt virile corpus muliebriter conſtitutum alieni ſexus damnare patientia, nihil enim diſcretum habere videntur cum fœminis, hujuſmodi ſcelus, ſpectante populo flammis vindicibus expiabunt.* Hoc ipſum apud Hiſpanos, lege & moribus receptum eſt, adjecta bonorum confiſcatione. In regno autem Aragoniæ ob criminis immanitatem, ſacro inquiſitorum ſenatui ejus punitio reſervata eſt: quod & in regno Valentiæ obſervari audio.

Conſtantius & Conſtans in l. cum vir ad leg. Iuliam de adulteriis.

Gen. c. 18.

Valent. Theod. & Arca. l. 6. tit. 7. li. 9. cod. Theod.

Hiſpanica lex prima tit. 21. li. 8. novæ ord.

Ut teſtatur Iacobus Simancas l. de catholicis inſtit. c. 30.

Clericos autem hujus criminis reos, degradandos, & judici ſæculari tradendos, juſtiſſima & ſancta Pii V. conſtitutio decrevit. Quam non ſolum in eos exerceri, qui delictum conſummaſſent, ſed & eos qui tentaſſent, cenſuerim æquiſſimum, ne atrox illud & grave in rempublicam Chriſtianam redundet periculum, quod ex pernicioſa tanti peccati contagione imminere jam diu Gallicani patres in concilio Pariſienſi ſanctiſſime prædixerunt. *Hoc namque peccatum*, ajunt, *ſancti patres divino ſpiritu afflati, merito in ſacris canonibus acrius cæteris judicandum decreverunt: quoniam eo regnante, & ſtatum Chriſti eccleſiæ infirmari, & regnum periclitari aperte cognoverunt.* Sed de his ſatis: prudentius hæc enim tacentur, & doctius multo neſciuntur.

Conc. Pariſ. li. 1. cap. 34.

**Canon LXXII.** ***Emendatus.***

*De viduis mœchis, ſi eumdem poſtea maritum duxerint.*

Si qua vidua fuerit mœchata, & eumdem poſtea habuerit maritum, poſt quinquennii tempus, acta legitima pœnitentia, placuit, eam communioni reconciliari: ſi alium

lium duxerit relicto illo, nec in fine dandam ei eſſe communionem: vel ſi fuerit ille fidelis, quem acceperit, communionem non accipiat, niſi poſt decem annos, acta legitima pœnitentia, niſi infirmitas coegerit velocius dare communionem.

Canon LXXII. *Emendatus.*

*De viduis mœchis, ſi eumdem poſtea maritum duxerint.*

Si qua vidua fuerit mœchata, & eumdem poſtea habuerit maritum, poſt quinquennii tempus, acta legitima pœnitentia, placuit, eam communioni reconciliari: ſi alium duxerit relicto illo, nec in fine dandam ei eſſe communionem: vel ſi fuerit ille fidelis, quem accepit, communionem non accipiat, niſi poſt decem annos, acta legitima pœnitentia; niſi infirmitas coegerit velocius dare communionem.

PRIMA hujus canonis pars exſtat apud Gratianum c. ſi qua fuerit 31. quæſt. 1. *Si qua fuerit*, ait, *vidua mœchata, & poſtea eumdem habuerit maritum, poſt quinquennii tempus, acta legitima pœnitentia, placuit, eam communioni reconciliari*. Integrum canonem referunt vetuſti CC. MS.

*Virgines & viduas mœchantes minori pœna afficiendas ſi cum eiſdem viris nuptias celebrent.*

CAPUT LXVI.

Can. 14. QUOD de virginibus ſtatuerunt patres ſuperius, hoc de viduis obſervandum hic decernunt, ut ſi illæ videlicet, cum iis, quos ad concubitum antea admiſerant, nuptias poſtea contraxerint, minori pœna afficiantur. In eo tamen canon ille ab hoc diſcrepat, quod in illo virgines peccantes, unius tantum anni pœnitentia, hic autem quinquennii afficiuntur. Cum enim virginitatis magiſterium, viduarum continentia & exemplis valeſcere debeat, ut docuit D. Ambroſius, jure magis illæ puniuntur, quæ cum præclarius honeſtatis, & morum de ſe præbere debeant exemplum, turpius, deformius, & deſtabilius præbeant.

D. Ambr. in principio libri de viduis.

Et eumdem poſtea habuerit maritum.

*Secundas nuptias licere viduis.*

CAPUT LXVII.

ET ſi clariores eas viduas doceat D. Ambroſius, quæ adoleſcentiæ calorem, & efferveſcentem junioris ætatis edomant ardorem, nec maritorum gratiam, nec uberiora liberorum delectamenta deſiderant; cum tamen ætas lubrica, & experta etiam matrimonii voluptas, impudicitiæ poſtea uſu repetita & confirmata, exiguam ſpem præbeant ſtabilis, & perpetuæ continentiæ, nubere poſſe placuit epiſcopis noſtris, Pauli apoſtoli doctrinam ſectantibus, nubere præſtantius eſſe, quam uri docentis: præſtat enim his magis connubium, quod Chriſti membra, conjugali honeſtate ſervata, lenonis membra eſſe non ſinat, neque ſacrum, & purum Dei templum, prophanum libidinis, aut impurum fieri permittat.

Hinc etiam fit, licere cuicumque Chriſtiano abſque peccato ſecundas inire nuptias, adverſus antiquum Montani errorem, quem poſtea hæretici ejus ſectatores Montaniſtæ, ſeu Cataphriges, & Pepuſiani cum Novato, & Tertullianus nimia amoris erga conjugem intemperantia lapſus, omnibus ingenii & doctrinæ nervis defenderunt; ſed confutarunt illum, non multo poſt, ut ab orthodoxa veritate alienum, & cum apoſtolorum doctrina pugnantem Nicæni patres. *Si qui voluerint*, ajunt, *venire ad eccleſiam catholicam ex Novatianis, placuit ſancto concilio, ut ordinentur, & ſic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeant ab eis confeſſionem, quam per ſcripturam exigi oportet, ut fateantur ſe cum omni conſenſu eccleſiæ catholicæ ſtatuta obſervaturos: id eſt, communicaturos ſe & his, qui forte ſecundas nuptias experti ſunt*. Concilium Carthaginenſe IV. inter ea quæ ab epiſcopo conſecrando exquirenda decernit, illud unum eſt, num ſecunda matrimonia damnet. Simile quid in concilio Toletano III. legitur, & in Florentino, quod ſub Eugenio IV. pro unione Græcorum habitum eſt. *Quoniam nonnullos aſ-*

Idem Ambroſ. in eodem lib. de viduis in principio. 1. Cor. 7. Tertull. lib. de monogamia, & alio de exhortatione ad caſtitatem, & alio de pudicitia. Conc. Nicænum can. 8. Conc. Carthag. 4. can. 1. Conc. Toleta. 3. can. 13. Conc. Florentinum, ſub Eugenio 4. D. Ambr. lib. de viduis. D. Hieron. ep. de monogamia, & in alia ad Geruntiam de viduitate. D. Aug. lib. 16. de civit. Dei c. 34. & lib. de hæreſib. 26. hæreſi, & alio de bono

A *ſeritur*, inquit, *quartas nuptias tanquam condemnatas reſpuere, ne peccatum ubi non eſt, eſſe putetur, cum ſecundum apoſtolum, mortuo viro, mulier ſit ab ejus lege ſoluta; ut nubendi cui vult in domino habeat facultatem, nec diſtinguat mortuo ſecundo, vel tertio: declaramus, non ſolum ſecundas, aut tertias, aut quartas, atque ulteriores, ſi aliquod canonicum impedimentum non obſtet, licite contrahi poſſe: commendatiores tamen dicimus, ſi ulterius conjugio abſtinentes, in caſtitate permanſerint*. Confutarunt etiam eumdem errorem gravi oratiorum, ſententiarum, & locorum utriuſque teſtamenti pondere, D. Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, Epiphanius, & alii. Sicut ergo nuptias ſecundas damnare, & ſtupro vel fornicationi comparare, Chriſtianorum catholicorum non eſt, ſed Montani, Tertulliani, aut Novati: ſic illas ſacræ comquare virginitati, Joviniani, Helvidii, aut Baſilidis eſt, non catholici Chriſtiani; ut adverſus eoſdem Hieronymus probavit, & illo anterior Siricius papa, ac tandem D. Thomas, & alii.

viduitatis, & li. 1. contra adverſ. legis, & prophetarum, & contra Fauſtum Manichæum lib. 32. c. 17. D. Epiph. adver. Montanum hæreſi 59. & adverſ. Catharos. Guido contra Græcos. Siricius papa in epiſt. ad epiſc. Africæ. D. Thomas contra derrahentes religioni cap. 6.

B Si alium duxerit, relicto illo, nec in fine dandam ei eſſe communionem.

*Gravior pœna viduæ imponenda, quæ alii nubit, relicto eo, a quo ſemel cognita eſt.*

CAPUT LXVIII.

NOLUERUNT majores noſtri tot eſſe turpitudinis viduarum teſtes & conſcios; eaque de cauſa decernunt, quod ſi nuptias contrahant cum alio, relicto eo cujus turpe conſortium antea agnoverant, nec in fine communionem accipiant: inhoneſtæ enim conjunctionis pœna aliquo futuri matrimonii prætextu, ſi non excuſari, relevari tamen poteſt; ſed tunc præſertim, cum matrimonium cum eodem poſtea celebratur. At cum eo ſpreto ante connubium initum, alter ad matrimonium eligitur, accuſari multo magis, quam defendi excuſarive C poteſt: quod præter turpitudinem, inſigne ſit animi levis & inconſtantis indicium. Ex quo conſequitur, multo minus excuſari eas, quæ plurium, quam quæ unius tantum impudica abutuntur conſuetudine: unum enim admittere, intemperantis animi eſt: at duos vel plures, ſervilis turpitudinis & libidinis meretriciæ nota perſpicua; ideoque patres majorem ſeveritatem in has, quam in illas exercent.

Vel ſi fuerit ille fidelis, quem acceperit, communionem non accipiat, niſi poſt decem annos, acta legitima pœnitentia, niſi infirmitas coegerit velocius dare communionem.

NON ſolum pœnitentia afficitur vidua, cum alii nupſit diverſo ab eo, a quo antea cognita eſt infideli, ſed etiam ſi fideli: eo tamen diſcrimine, quod ſi infideli, perpetuo; ſi fideli, decem tantum annorum D ſpatio communione privetur.

*Canon LXXIII.* Vulgatus.

*De delatoribus.*

Delator ſi quis extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proſcriptus, vel interfectus, placuit, nec in fine accipere communionem. Si levior cauſa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, poſt quinquennii tempora admittatur ad baptiſmum.

Canon LXXIII. *Emendatus.*

E

*De delatoribus.*

Delator ſi quis extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proſcriptus, vel interfectus, placuit, eum nec in fine accipere communionem. *Si* levior cauſa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, poſt quinquennii tempora admittatur ad baptiſmum.

BURCHARDUS lib. 6. decretorum c. 27. ex cap. 1. hujus concilii canonem citat, cum ſit 73. verba ejus

ejus paulo diverſa. *Delator ſi quis exſtiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fidelium fuerit proſcriptus, vel interfectus, placuit, eum non niſi in fine accipere communionem. Si levior cauſa fuerit, intra quinquennium accipere communionem poterit. Si catechumenus fuerit, poſt quinquennii tempora admittatur ad baptiſmum.* Ivo part. 10. c. 256. *Delator ſi quis exſtiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fidelium fuerit proſcriptus, vel interfectus, placuit, eum non niſi in fine, accipere communionem. Si levior cauſa fuerit, intra quinquennium accipere communionem poterit. Si catechumenus fuerit, poſt quinquennii tempora, admittatur ad baptiſmum.* Sic & Gratianus in canone, ſi quis fidelis 5. quæſt. 6. Vulgatam concilii lectionem, cum negatione: *Nec in fine:* magis probo, quod ſæpiſſime eadem pœna pro ſimilibus delictis in hoc concilio ſanciatur.

*De pœna delatorum, & qui dicerentur proſcripti*

## CAPUT LXIX.

Lactant. divinarum inſtit. lib. 6. c. 20

GRAVITER tuliſſe antiquos eccleſiæ patres, ut ira aut odio magis, quam pietate, Chriſti fideles aliorum crimina, ad judices punienda deferrent, Lactantius his verbis oſtendit. *Non enim*, ait, *cum occidere Deus vetat, latrocinari nos tantum prohibet, quod ne per leges quidem publicas licet: ſed ea quoque ne fiant, monet, quæ apud homines pro licitis habentur. Ita neque militare juſto licebit, cujus militia eſt, in ipſa juſtitia; neque vero accuſare quemquam crimine capitali, quia nihil diſtat; utrumne ferro, an verbo potius occidas: quoniam occiſio ipſa prohibetur. Itaque in hoc Dei præcepto nullam prorſus exceptionem fieri oportet; quin occidere hominem ſit ſemper nefas, quem Deus ſanctum animal eſſe voluit.* Qui ergo aliorum crimina deferrent, ut interficerentur, vel proſcriberentur, in perpetuum communione privantur ab Hiſpanis epiſcopis. Burchardus perperam legit præſcriptus, pro, proſcriptus. Vocabantur olim proſcripti, quorum nomina in foro, libellis publice fixis ſcripta exſtabant; ut quærerentur ad necem, & præmio percuſſori, & ſupplicio occultatori propoſito. Ab Appiano traditum eſt Lucium Syllam harum proſcriptionum principem, ac inventorem fuiſſe: lege autem Papia Poppæa certa criminum delatoribus præmia propoſita, ne perditi & facinoroſi homines, clandeſtina facinora admittentes impuniti relinquerentur, Svetonius refert. Ea autem cum dimidium mulctæ illatæ antea fuiſſent, Nero imperator delatorum licentiam volens comprimere, ad quartas revocavit, ut in illius vita ſcribit Svetonius: unde quadruplatores dicti, quod quartam partem de proſcriptorum bonis (quos detulerant) aſſequerentur, ut a Pædiano proditum eſt. Cum autem multi eo quæſtu turpiter vitam tolerarent, temporumque licentia ad calumnias ſæpe abuterentur, de illorum præmiis abrogandis prudenter cœperunt ſenatores Romani cogitare: ſed Tiberius Cæſar obſtitit, dictitans jura ſubverti, ſi cuſtodes legum amoverentur, ut ſcripſit Tacitus & Svetonius: ſicque in immenſum hoc modo auctas fuiſſe opes ſub Tiberio, Dion Caſſius refert. Vitellius quoque tantam delatoribus fecit fidem, ut mathematicos delatos, & inauditos capite puniret, ut in illius vita prodit Svetonius. Domitianus operum & munerum impenſis exhauſtus, nihil penſi habuit, quin prædaretur omni modo: bona vivorum ac mortuorum, uſquequaque, quolibet & accuſatore & crimine corripiebantur: ſatis erat objici qualecunque factum, dictumque, adverſus majeſtatem principis, ut idem Svetonius eſt auctor. Ne ergo fideles, vel præmio, vel gratia imperatorum, aut præfectorum allecti, aliorum crimina detegerent, pœna ab his patribus conſtituta eſt. Nec pie ſolum & chriſtiane rempublicam ſuam gerunt Hiſpani patres, ſed prudenter; ablatis enim his delationibus, odium & invidia civium ceſſat, contentio tollitur, ſtudium maledicendi minuitur, & quod pluris eſt æſtimandum, eradicatur male adquirendi cupiditas; quibus pax & concordia proborum civium turbari & perturbari ſolent, ut docte magiſtratus omnes admonuit Ariſtoteles. *Quare oportet eos*, ait, *qui curam ſalutis habent reipublicæ, contra moliri, leges ponendo: ut damnatorum bona ſacra ſint, & non in publicum, ſed in ſacrum referantur: hac enim lex nihilominus injurias compeſcet, nam pœna eadem erit: Populus autem minus cupide damnabit, cum nihil ſit utilitatis ex damnatione ſuſcepturus. Inſuper publicas accuſationes, quam rariſſimas facere, magna pœna conſtituta, adverſus eos, qui falſo accuſarint. Non enim populares in judicium vocari conſueverunt, ſed nobiles. Oportet autem erga ſtatum reipublicæ, quantum fieri poteſt, omnes reddere benevolos, quod ſi id fieri nequeat, ſaltem conari, ne hoſtes exiſtiment eos, qui gubernant.* Intellexerunt id olim Veſpeſianus, & Titus impp. quos tanto proſecutos odio fuiſſe delatores Dion commemorat, ut flagellis cæſos, per amphiteatri arenam ſpectandos traducerent: ut pœnis coerciti, a noxis deferendis abſtinerent. Pius vero Antoninus, eos qui crimina deferebant, ſi non probaſſent, capitali pœna affecit; ſi probaſſent, oblato præmio privatos, dimiſit infames.

Burchard lib. 6. cap. 27

Svetonius c. 10. in vita Neronis.

Aſconius Pædianus actione 3. in Verrem

Tacitus lib. 4. annal. Svetonius in vita Tiberii c. 60. Dion Caſſius lib. 57. hiſt. Rom.

Svetonius in vita Vitellii cap. 14.

Svetonius in vita Domit. cap. 12.

Ariſtot. lib. 6. politic. c. 5.

Quinimo ab illo extinctos omnes Capitolinus refert. De Opilio Macrino, idem recenſet Herodianus: de Trajano Plinius: de Pertinace & Gordiano, Herodianus: de Tiberio Dion Caſſius: tametſi enim illis faviſſet prius, comperiens tamen poſtea pernicioſum eſſe hominum genus: ſæpeque conceſſa hac abuſum fuiſſe poteſtate; & ob leve vel ſimulatum, & confictum crimen, ira, odio, & pretio, optimorum civium mores, fortunas, ſalutem, & vitam, in diſcrimen adduxiſſe; omnes qui inter delatores præcipui erant, una die occidi juſſit, ut a Dione memoriæ traditum eſt. Prudenter autem Conſtantinus magnus cavit, ne quiſquam privatus delator eſſet, ſed delationes ab avocato fiſci eſſe proponendas.

Capitolinus in vita Pii Antonini

Herodianus lib. 5.

Plinius in panegyrico, de Trajano.

Herodianus l. 2. & 7. Dion. Caſſius l. 58.

Dion Caſſius eodem li. 58.

Conſtantinus magnus in edicto ad provinciales relato in l. penult. de delatorib. lib. 10

### Vel interfectus fuerit.

*De pœna ejus qui aliquem interficiendum detulit.*

## CAPUT LXX.

ADEO ſingulari pietate & modeſtia inſtituendos Chriſtianos priſci patres voluerunt, ut ab ſpectaculis in quibus homines interficerentur, abſtinere præceperint, ut tradidi ſuperius. Viſu enim, dictu, auditu nihil eſſe volebant Chriſtiano cum inſania circi, cum atrocitate arenæ, cum ſævitia ſpectaculi, quanto ergo magis nec cum ipſius editione: edit enim ſpectaculum qui fratrem publice defert, ut publice interficiatur: nec defert ſolum, ſed interficit. Quid enim intereſt ferro, an verbo occidas, ut ſcripſit Lactantius? Iſidorus autem: *Reatus, cujus teſtimonio innocens ab ſcelere objecto purgatur: impius, cujus proditione etiam iniquus perimitur. Neque enim decet Chriſtianum morti obnoxium ſubdere, & ad effundendum ſanguinem infelicium, voce teſtificationis præbere ſermonem. Sermo enim juſti, tantum ad miniſterium debet eſſe ſalutis; ira vero indignationis, & tribulationis & immiſſionis per angelos malos.* Alio præterea animum intendere in hoc canone potuerunt patres, ne videlicet cum edicta imperatorum aut præſidum ethnicorum adverſus Chriſtianæ fidei profeſſores proponerentur, auderent fideles, vel catechumeni, alios Chriſtianos vel fratres odio deferre, ut aliena præſidum manu proprias injurias vindicarent: ut vindicaſſe multos olim antiquorum monumentis teſtatum eſt: vel ſaltem edictorum & præfectorum metu. In actu enim paſſionis beati Cypriani Paternus proconſul. *Volo ſcire ex te, qui ſint presbyteri, qui in hac civitate conſiſtunt. Cyprianus epiſcopus reſpondit. Legibus veſtris bene ac utiliter cenſuiſti, delatores non eſſe. Itaque detegi & deferri a me non poſſunt: in civitatibus ſuis invenientur. Paternus proconſul dixit: Ergo hodie in hoc loco exquiro. Cyprianus dixit: Cum diſciplina prohibeat, ut quis ſe ultro non offerat, & tuæ quoque hoc cenſuræ diſpliceat, nec offerre ſeipſi poſſunt, ſed a te exquiſiti invenientur.* Quare in eos qui fideles ethnicis magiſtratibus deferrent, vel judicarent, pœnam ſtatuit concilium Ancyranum, & paulo ante, concilium Arelatenſe I. *De his*, inquit, *qui ſcripturas ſanctas tradidiſſe dicuntur, vel vaſa dominica, vel nomina fratrum ſuorum, placuit nobis, ut quicumque eorum in actis publicis fuerit detectus, vel verbis nudis, ab ordine cleri amoveatur.* Noluerunt enim Hiſpani & Gallicani epiſcopi, Chriſtianos ira fratrum & odio, in religionis & vitæ diſcrimen inferri; tametſi ipſi fideles judicari, caſtigari, puniri, interfici ſæpiſſime optarent pro Chriſto. Tertullianus. *Chriſtianus vero quid ſimile?* Egerat prius de delinquentibus ethnicis, *neminem pudet, neminem pœnitet, niſi plane retro non fuiſſe; ſi denotatur, gloriatur; ſi accuſatur, non defendit; interrogatus, ultro confitetur; damnatus gratias agit. Quid hoc mali eſt, quod naturalia mali non habet? timorem, pudorem, tergiverſationem, pœnitentiam, deplorationem. Quid hoc mali eſt, cujus reus gaudet? cujus accuſatio votum eſt, & pœna felicitas.*

Hoc lib. 3. cap. 50.

Lactant. lib. 6. divin. inſt. c. 20.

Iſidorus lib. 3. de ſummo bono c. 59.

Exſtat in vita D. Cypriani.

Conc. Ancyran. can. 9.

Conc. Arelat. I. can. 13.

Tertul. in apologet. cap. 1.

### Si levior cauſa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem.

QUAM ſeveri & acres fuerint Hiſpani patres in vindicanda delatorum audacia, hinc conſtat; dum non ſolum graviora crimina, ex quibus proſcriptio bonorum, aut interfectio redundet, ſed & leviora, acriori mulctent pœnitentia, quam ſoleat hodie adulterium, inceſtus, vel homicidium, dum quinque annorum pœnitentiam injungant.

### Si catechumenus fuerit, poſt quinquennii tempora admittatur ad baptiſmum.

NON fidelium jam & Chriſtianorum tantum curam geſſit olim eccleſia, ut ſuperius eſt animadverſum, ſed & catechumenorum. Cum enim illi Chriſtianæ reipublicæ cives fieri cupiant, non injuria Chriſtianorum legibus ſubduntur. Qui alicujus enim reipublicæ hono-

res & commoda ſentire vult, incommoda & onera (ſi hæc onera ſunt) ut ſentiat, neceſſe eſt, in his præſertim quæ ad eamdem cauſam ſpectant. Quare cum catechumenis ad baptiſmum recipiendum biennium præſcripſiſſent ante patres: ſi poſtea crimen aliquod admiſerint, ut illius ſordes purgare valeant, triennium additum eſt in præſenti. De aliis pœnis catechumenorum actum late ſuperius.

Can. 42. hujus concil.

Hoc lib. 3. cap. 36.

*Canon LXXIV.* Vulgatus.

*De falſis teſtibus.*

Falſus teſtis, prout crimen eſt, abſtinebit: ſi tamen non fuerit mortis, quod objecit. Et ſi probaverit, quod diu tacuerit, biennii tempore abſtinebit. Si autem non probaverit in conventu clericorum, placuit per quinquennium abſtinere.

Canon LXXIV. *Emendatus.*

*De falſis teſtibus.*

Falſus teſtis, prout crimen eſt, abſtinebitur. Si tamen non fuerit mortis quod objecit: & probaverit, quod diu tacuerit, biennii tempore abſtinebitur. Si autem non probaverit in conventu clericorum, placuit per quinquennium abſtineri.

BURCHARDUS lib. 16. cap. 18. ex canone 10. hujus concilii citat decretum, cum ſit 74. *Falſus teſtis*, ait, *prout crimen eſt, abſtinebitur: ſi tamen non fuerit mortis, quod objecit, & probaverit quod diu tacuit, biennii tempore abſtinebitur. Si autem non probaverit in conventu clericorum, placuit per quinquennium abſtineri.* Bernardus autem Papienſis præpoſitus in prima epiſtolarum decretalium collectione lib. 5. titu. 6. de crimine falſi c. 1. aliter. *Falſus teſtis*, ait, *prout crimen eſt, punietur, ſi tamen non fuerit mortis quod objecit, & probaverit quod diu tacuit, biennii tempore pœnitebit: ſi autem non probaverit in conventu clericorum, placuit per quinquennium abſtinere.* In C. M. Lucenſi & S. Æmiliani. *Falſus teſtis prout crimen eſt abſtinebit, ſi tamen non fuerit mortis quod objecit, etſi probaverit, quod non tacuerit, biennii tempore abſtinebit.* Sed magis placet lectio editorum codicum: quod diu tacuerit; quibus alii etiam CC. noſtri MS. conſentiunt.

*De pœna falſi teſtis.*

CAPUT LXXI.

D. Iſidor. li. 3. de ſummo bono cap. 59.

SCRIBIT Iſidorus falſum teſtem triplicem injuriam irrogare: primam Deo, cujus præſentiam contempſit: ſecundam judici, quem mentiendo fefellit: poſtremam innocenti, quem ſuo teſtimonio ſeu mendacio læſit. Ideo tam ſevera ab Hiſpanis epiſcopis excommunicatione multatur. Si crimen in quo depoſuit, mortis eſſet, perpetua excommunicatione puniri voluiſſe crediderim, ut delatores canone præcedenti; etſi expreſſum hic non ſit. Si vero illud non eſſet mortis, & probaverit teſtis accuſatus ſe non ſponte ad teſtimonium ferendum proſiliiſſe, ſed diu tacuiſſe, & velut adactum delatoris impulſu, biennio communione privandum: ſi vero hoc non probaſſet, quinquennio, quod majori eſſet culpæ obnoxius. Ariſtoteles cum Charondam Catinenſium legislatorem ſummis afferret laudibus, illud unicum illius inventum commemorat, quod primus omnium falſis teſtibus legem multamque poſuerit. Apud Romanos Tarpeio monte dejici, Gellius eſt auctor. Lege divina a Moyſe promulgata ea pœna afficiendos, quam eſſent paſſuri hi, quibus impoſuerunt calumniam, ſi verum fuiſſet teſtimonium, tradit Joſephus, quod legibus noſtris receptum eſt.

Ariſt. lib. 2. polit. c. 10.

Aul Gel. l. 20. noct. Attic. c. 1.

Ioſeph. lib. 4. Judaic antiq. c. 6.

Lege 80. Taur.

Quod ſi clericus ſit, qui falſo teſtimonio alterius vitam, fortunas, aut famam lædit, capitalis criminis reum cenſendum docuit concilium Veneticum; & ab officii honore depoſitum in monaſterium detrudendum, Agathenſe.

Conc. Venetic. can. 13.

Conc. Agath. can. 50.

De his autem, qui teſtem ad falſo jurandum induxerunt, nulla hic pœna exſtat, ni mavis, ut falſum teſtem illum puniendum: quid enim intereſt, ſua, an aliorum lingua ipſe noceat? exſtat tamen expreſſa in concilio Matiſconenſi. *Qui convicti fuerit, alios ad falſum teſtimonium vel perjurium attraxiſſe, aut quacumque corruptione ſollicitaſſe, ipſi quidem uſque ad exitum non communicent; eis vero qui ei in perjurio conſenſiſſe probantur, poſt ab omni ſunt teſtimonio prohibendi; & ſecundum legem, infamia notabuntur, ſed & his qui mendacio veritatem, quam ſacroſanctam venerari debebant, violaſſe comperti ſunt.*

Extat apud Grat. in c. ſi epiſcop. 50. diſt.

Conc. Matiſc.

Si autem non probaverit in conventu clericorum, placuit per quinquennium abſtineri.

*A tempore apoſtolorum eccleſiam habuiſſe jurisdictionem forenſem, & hoc canone comprobari.*

CAPUT LXXII.

EX his etiam patrum verbis obſervare licebit, audientiam olim, ſive juriſdictionem forenſem epiſcopos & clericos habuiſſe in Chriſtianos, nec de foro pœnitentiali tantum, ſed de exteriori judiciali decretum hoc intelligi oportere; ne hæretici externam hanc eccleſiæ juriſdictionem & poteſtatem, vel ſtulte negent, vel impie calumnientur, ut nimis recentem & novam jactitantes. Nec a Conſtantini magni ætate ejus initium repetendum eſt, ſed ab ipſis apoſtolorum temporibus apoſtolica auctoritate firmatum, ut præter hoc Hiſpanorum epiſcoporum decretum, Auguſtinus probat: & de moleſtia litium & litigantium pertinacia his verbis conqueſtus. *Sunt vitioſis & negotioſis cupiditatibus adjuvandis ut occupemur, & eis noſtra tempora impendamus, ut efflagitant, aut certe infirmos premunt, ut cauſas ſuas ad nos deferre compellant, quibus dicere non audemus. Dic homo, quis me conſtituit judicem aut diviſorem inter vos? conſtituit enim in talibus cauſis apoſtolus eccleſiaſticos cognitores, in foro prohibens jurgare Chriſtianos. Nec illis quidem, qui non aliena rapiunt, ſed ſua cupide repetunt, dicimus: Cavete ab omni cupiditate, conſtituentes eis ante oculos hominem, cui dictum eſt: Stulte hac nocte auferetur a te anima tua, quæ præparaſti cujus erunt? quia & quando dicimus, non recedunt, nec declinant a nobis, ſed inſtant, urgent, precantur, tumultuantur, extorquent, ut ipſis potius ad iſta quæ diligunt, quam ſervandis Dei mandatis quæ diligimus, occupemur. O quanto tædio turbarum turbulentarum, & quanto deſiderio divinorum eloquiorum dictum eſt: Declinate a me maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei. Ignoſcant obedientes fideles, qui pro ſuis ſæcularibus cauſis raro nos quærunt, & judiciis noſtris faciliime acquieſcunt, nec nos conterunt litigando, ſed obtemperando potius conſolantur. Certe propter eos qui & inter ſe pertinaciter agunt, & quando bonos premunt, noſtra judicata contemnunt, faciuntque nobis perire tempora rebus erogandis divinis; certe inquam propter iſtos, & nobis liceat exclamare in hac voce corporis Chriſti: Declinate a me, maligni & ſcrutabor mandata Dei mei.* Et rurſus. *Dominum Jeſum*, inquit, *in cujus nomine ſecurus hæc dico, teſtem invoco ſuper animam meam, quoniam quantum attinet ad meum commodum, multo mallem per ſingulos dies certis horis, quantum bene in moderatis monaſteriis conſtitutum eſt, aliquid manibus operari, horas certas habere ad legendum & orandum, aut aliquid de divinis literis agendum liberas; quam tumultuoſiſſimas perplexitates cauſarum alienarum pati de negotiis ſæcularibus, vel judicando dirimendis, vel interveniendo præſcindendis. quibus nos moleſtiis affixit apoſtolus, non utique ſuo, ſed ejus qui in eo loquebatur, arbitrio.* Idem docet D. Clemens, Ambroſius, Chryſoſtomus & Poſſidius epiſcopus Calamenſis, quorum ſententias, quia ſuperius alio tulimus, non eſt ſane viſum operæ pretium eaſdem iterum hic repetere.

D. Aug. in commem. ad pſal. 118.

1. Cor. 6.

Pſalm. 118.

D. Aug. in lib. de opere monachor. cap. 29.

1. Cor. 6.

D. Clemens li. 2. apoſt. conſt. c. 40 & 55.

D. Chryſ. hom. 16.

De conventu autem clericorum ideo meminerunt, quod epiſcopi olim nihil inconſulto clero agere ſolerent, ut teſtantur iidem Clemens, & Chryſoſtomus. Unde divus Ignatius ad Trallianos, presbyteros, conſiliarios & conſeſſores epiſcoporum appellat, quod illorum conſilio publicas res capeſſerent: hæc enim erat antiquorum epiſcoporum conſuetudo, hæc ſanctitas & prudentia. *Ut ſi forte aliquando quiſpiam eorum vellet aliquatenus deviare*, quod de pontifice & ejus conſiliariis ſcripſit divus Bernardus, *ipſi non ſinerent, frænarent præcipitem, dormitantem excitarent; quorum reverentia & libertas ipſum extollentem reprimeret, cedentem corrigeret: quorum ſubſtantia & fortitudo nutantem firmaret, diffidentem erigeret; quorum fides & ſanctitas ad quæque ſancta, ad quæque honeſta, ad quæque pudica, ad quæque amabilia & bonæ famæ provocaret.* Quod adeo probarunt patres Africani in Concil. Carthaginenſi IV. ut irritam decreverint eorum epiſcoporum ſententiam, quam illi ſine præſentia clericorum tuliſſent. *Ut epiſcopus*, ajunt, *nullius cauſam audiat, abſque præſentia clericorum ſuorum, alioquin irrita erit ſententia epiſcopi, niſi præſentia clericorum confirmetur.* Nec forenſes cauſas tantum civiles, aut criminales, ſed nec ſpirituales tractabant, nec ad ſacerdotium fideles admittebant ſine clericorum præſentia, ut una illi proſpicerent cum epiſcopis, an qui ſacro ſenatui forent adſcribendi, digni eſſent tantæ dignitatis honore, ne illis inconſultis, reſpublica Chriſtiana quid detrimenti caperet, ut eodem concilio Carthaginenſi IV. decernitur. Quam antiquam eccleſiæ inter epiſcopos & clerum pacem, vel unitatem potius, hæc, utinam, ætas noſtra fidelius obſervaſſet: non enim tot inter epiſcopos & capitula (ut vocant) diſcordiæ, lites, & contentiones orirentur.

D. Ambr. in oratione contra Auxentium.

Poſſidius epiſcopus Calamenſis in vita D. Aug. c. 19.

D. Clemens li. 2. conſtit. apoſt. cap. 51.

D. Chryſ. in libro de ſacerdotio.

D. Ignatius in epiſt. ad Trallianos.

D. Bernard. li. 4. de conſiderat. ad Eugenium, cap. 5.

Conc. Cartha. 4. can. 23.

Extat apud Gratia. in ca. nullius 15. q. 7.

Conc. Cartha. 4. can. 22.

*Canon*

*Canon LXXV.* Vulgatus.

*De his qui ſacerdotes accuſant, nec probant.*

Si quis autem epiſcopum, presbyterum, vel diaconem falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei eſſe communionem.

Canon LXXV. *Emendatus:*

*De his qui ſacerdotes, vel miniſtros accuſant, nec probant.*

Si quis autem epiſcopum, presbyterum, vel diaconum falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei eſſe communionem.

ADRIANUS papa in ea collectione canonum, quam ſuperius dixi ad cauſa ſua tuitionem feciſſe, hunc canonem 60. illorum numero retulit. *Si quis*, ait, *epiſcopum, aut presbyterum, aut diaconum falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit; nec in fine dandam ei eſſe communionem.* Extat etiam canon confirmatus in actis concilii apud ſanctum Medardum in ſuburbio Sueſſionenſi, tempore Caroli regis Francorum anno domini 853. & apud Ivonem 6. part. decretor. c. 288. etſi concilio Carthaginenſi tribuerit, ſicut & Laurentius Surius primo tomo conciliorum ad finem Carthaginenſis III. Exilat: & apud Gratianum in cap. ſi quis epiſcopum 8. quæſt. 3. & Anſelmum lib. 3. cap. 92. Ivo & Surius Niſi in fine: non recte.

*De falſa epiſcoporum, & clericorum accuſatione punienda.*

C A P U T LXXIII.

UT ex loco & tempore, ſic ex dignitatis gradu vitæque merito atrocitas injuriæ creſcit. Qua de cauſa, falſa epiſcoporum, presbyterorum & diaconorum, quam ſecularium accuſatio acrius ſane eſt punienda. Una, quinquennii; altera, perpetua excommunicatione mulctatur. Acceſſit huic & alia ratio, ne videlicet temere laici ad clericorum accuſationem proſilirent, diſſidebant enim olim ab eis odio capitali: ideo acriori pœna cohiberi debebant. Nec laici quicumque clericos accuſare poterant, ſed omni crimine vacui, & tales, ut ab ordinibus ſuſcipiendis repelli non poſſent. ut refert & comprobat Adrianus papa I. *Placuit*, ait, *ut nullus ſervus, nullus libertus, nulla infamis perſona ſacerdotem accuſet: omnes vero infames eſſe dicimus quos leges ſæculi infames appellant; & omnes qui culpis exigentibus, ad ſacerdotium non poſſunt provehi. Indignum eſt enim, ut tales eos accuſent, qui eſſe non poſſunt quod ipſi ſunt. Quoniam ſicut majores a minoribus non judicantur, ita nec criminari poſſunt.* In accuſatione autem ſuccumbentes damnari anathemate concilium Bracarenſe conſtituit: accuſationem autem hanc coram epiſcopis & præpoſitis eccleſiæ proponendam, vel ex canone præcedenti intelligi poteſt.

Adrianus PP. I. in collectione decret. cap. 20.

Conc. Bracarenſe cap. 8.

*Canon LXXVI.* Vulgatus.

*De diaconibus, ſi ante honorem peccaſſe probentur.*

Si quis diaconum ſe permiſerit ordinari, & poſtea fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquando commiſerit; ſi ſponte fuerit confeſſus, placuit, eum, acta legitima pœnitentia, poſt triennium accipere communionem; quod ſi alius detexerit, poſt quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laicam debere.

Canon LXXVI. *Emendatus.*

*De diaconis, ſi ante honorem peccaſſe probentur.*

Si quis diaconum ſe permiſerit ordinari, & poſtea fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquando commiſerit; ſi ſponte fuerit confeſſus, placuit, eum, acta legitima pœnitentia, poſt triennium accipere communionem: quod ſi alius eum detexerit, poſt quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laicam debere.

*Diaconus in crimine mortis detectus, etiam ante ordinationem admiſſo, deponitur: & quod eſſet crimen mortis.*

C A P U T LXXIV

VETUS eſt Phavorini philoſophi ſententia, loquendum eſſe ſermone recenti, vivendum autem antiquis moribus, quod ſi prius ut obſervant multi, obſervarent poſterius, vel pauciores vel meliores certe eſſent in eccleſia miniſtri. Olim enim, ut ex hoc canone apparet, ea morum integritate & innocentia præditos eligi oportebat, non epiſcopos tantum & presbiteros, ſed etiam diaconos, ut ob antiquum crimen, ante ordinem admiſſum, illo poſtea fungi impedirentur: ſi vel propria confeſſione, vel probationibus legitimis, illud eccleſiæ poſtea conſtitiſſet. Simile eſt quod de hæreticis ordinatis edixerunt, ſuperius quod & placuit concilii Nicæni patribus. *Si qui*, aiunt, *ſine examinatione promoti presbyteri ſunt, & poſtea examinati, confeſſi ſunt peccata ſua, & cum confeſſi fuiſſent, extra regulam venientes homines manus eis temere impoſuerunt, hos eccleſiaſticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehenſibile eſt, defendit eccleſia catholica.* Concilium Bracarenſe II. *Si quis presbyter, aut diaconus ſine aliqua examinatione promoti ſunt, aut certe cum diſcuterentur, criminoſa peccata ſua celaverunt, & poſt ordinationem ab aliis ſunt detecti, abjiciantur a clero; ſimiliter & de univerſo ordine cleri ſervetur: nam hoc ſibi, quod irreprehenſibile eſt, ſancta & catholica defendit eccleſia.*

Phavorinus apud Gellium noctium Atticar. lib. 1. cap. 10.

Superius cap. 51. Conc. Nicænum can. 9.

Conc. Bracaren. 2. can. 24.

In crimine detectus mortis.

QUID mortis crimen ſit, indicat ſane etymon ipſius nominis, docetque Theodorus Balſamon. *Peccatum ad mortem*, inquit, *mihi videtur eſſe omne peccatum, quod capitale inducit ſupplicium, mortem ſcilicet peccatori.* Ante Theodorum Cyrillus, D. Chryſoſtomus, Origenes, Clemens Alexandrinus. Nec a Græcis diſſentiunt Latini, Pacianus paræneſi ad pœnitentiam, ubi legit, id eſt, peccatum quod ducit ad mortem. Ejuſdem ſententiæ fuere beatus Ambroſius, Hieronymus, & Bernardus: quod autem levius eſt, hoc veniale dicitur, quod ex ſe, hoc veniam ob levitatem materiæ & ipſius humanæ naturæ imbecillitatem; illud autem mortem ob gravitatem mereatur. Ex his edocemur quam antiqua certaque fuerit ſemper in eccleſia peccati mortalis (ut vocant) venialiſque differentia, nec omnia eſſe æqualia, ut cum veteri Stoicorum paradoxo, impie cenſuit Jovinianus, auctore Auguſtino. Nec omnia eſſe mortalia, ut nove aſſeruit Calvinus; nam non ex omni peccato, etiam leviſſimo, deponebantur olim a ſuſcepto ordine diaconi: nam ſic qui poſſent eo munere fungi? Deponebatur ergo ex gravibus, illis videlicet, quorum reatus mortalis erat, hoc eſt, pœnam merebatur æternam.

Theodorus Balſamon in epiſt. 1. ad Amphilochium Iconii epiſcopum cap. 31.

Cyril. lib. 4. in Levit. Divi Chryſ. in pſal. 49. Origenes hom. 10. in Geneſ. Clemens Alexand. lib. 2. Stromat.

D. Ambr. lib. de pœnit. ca. 9. & lib. 2 ca. 10.

Hieron. contra Jovinianum.

Bernard. de triplici miſericordia.

Si ſponte fuerit confeſſus, placuit, eum acta legitima pœnitentia, poſt triennium, accipere communionem: quod ſi alius detexerit, poſt quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laicam debere.

*Levius, qui ſe deferunt, quam convictos puniendos.*

C A P U T LXXV.

UT modeſti & Chriſtiani animi eſt, ingenuique pudoris peccata propria, lapſuſque ſponte fateri; ſic duri obſtinati & pertinacis, probationes judicii, ſententiamque expectare forenſem. Recte enim Tertullianus. *Tantum*, inquit, *relevat confeſſio delictorum quantum diſſimulatio exaggerat: confeſſio enim ſatisfactionis conſilium eſt, diſſimulatio contumacia. Confeſſione præterea ſatiſfactio diſponitur, confeſſione pœnitentia naſcitur, & ut pœnitentia Deus, ſic & judex pœnitentia mitigatur. Eſt enim apud eos ſpontanea accuſatio, juſta excuſatio; ſpontanea damnatio, vera abſolutio.* Ideoque decrevit concilium, ut ſi diaconus crimen quod admiſit, vel ante ordinem ſuſceptum, vel poſt, ſponte eccleſiæ detuliſſet, velletque maculas illius eccleſiaſticæ diſciplinæ medicina purgare, non niſi duorum annorum ſpatio pœnitentia illi injungeretur: quod ſi invito illo & repugnante, alius detuliſſet, legitimeque probaſſet.

ſet, quinquennii ſupplicium indiceretur. Eodem exemplo, pœnam longe diverſam conſtituerunt hi patres fideli habenti uxorem, ſi cum Judæa vel Gentili mœchatus, ſe ipſum detuliſſet, vel invito illo alius detexiſſet. Simile eſt quod decrevit concilium Neocæſarienſe. *Qui admiſerit corporale peccatum*, ait, *& hic poſtea presbyter ordinatus eſt, ſi confeſſus fuerit, quod ante ordinationem ſuam peccaverit, non quidem offerat, maneat tamen in aliis officiis, propter ejus ſtudii utilitatem nam cetera peccata cenſuerunt plurimi etiam ordinatione privari*. Et mox. *Similiter & diaconus ſi eadem culpa genere fuerit involutus, ſe ſe a miniſterio cohibebit*. Concilium Bracarenſe II. *Si quis presbyter ante ordinationem peccaverit, & poſt ordinationem confeſſus fuerit, quia antea erravit, non offerat, ſed tantum pro religione, nomen presbyteri portet: ſimiliter & de diaconibus ſervandum eſt, ut ſi ipſe confeſſus fuerit, ordinem ſubdiaconatus accipiat: hoc eſt, illo fungatur*.

Can. 18. hujus concilii. Conc. Neocæſ. can. 9. & 10.

Conc. Bracarenſe 2. can. 25.

## Accipere communionem laicam debere.

*Quæ fuerit laica communio.*

### C A P U T LXXVI.

QUæ fuerit laica communio, adhuc inter doctiores non convenit. quibuſdam a materia, aliis a loco, nomen laicæ inditum interpretantibus; ſed magis placet a materia & loco ſimul laicæ nomen, communionem laicam accepiſſe; ſed a loco præſertim. Olim enim in eccleſia ad audiendam rem ſacra, percipiendamque ſacri corporis communionem, diverſa loca fidelibus a clericis præſcripta erant: intra cancellos enim eccleſiæ (hodie chorum vocamus, & in eccleſiis minoribus, capellam majorem) non intrabant laici, nec ibi orare, aut communicare poterant, quod præclarum D. Ambroſii factum, omnium epiſcoporum imitatione digniſſimum, perſpicue probat. Theodoſium enim imperatorem, poſt oblatum munus ad altare, intra ad cancellos hærentem, per diaconum interrogari juſſit, nunquid vellet, quod iſthic hæreret: dicenti ſe nihil aliud velle, quam ut divina myſteria peragi videret. Ea, inquit ille, *iſthic videre tibi non licet, habent in Dei templo ſacerdotes, habent & laici locum ſuum*. In concilio etiam Laodiceno id decretum eſt. *Soli*, ait, *miniſtris altaris liceat ingredi ad altare, & ibidem communicare*. Quod in Hiſpania cavit concilium Bracarenſe I. *Item placuit, ut ingredi ſacrarium, ad communicandum non liceat laicis, viris, vel mulieribus; niſi tantum clericis. ſicut & antiquis canonibus inſtitutum eſt*. Et in ſexta (ut perhibetur) ſynodo. *Nulli*, ait, *qui ſit in laicorum numero, liceat, intra ſacrum altare ingredi; ab eo tamen nequaquam prohibita poteſtate & auctoritate regia, quandoquidem voluerit creatori dona offerre, ex antiquiſſima conſuetudine*. Clarius, concilium Toletanum. *Nonnulli*, ait, *ſacerdotes poſt dictam orationem dominicam, ſtatim communicant, & poſtea benedictionem in populo dant: quod deinceps interdicimus, ſed data benedictione ad populum, tunc corporis & ſanguinis domini ſacramentum ſumatur: eo videlicet ordine, ut ſacerdotes & levitæ ante altare communicent, in choro clerus, extra chorum populus*. Laici autem, ut refert Micrologus, conſiſtebant ad meridiem, fœminæ ad aquilonem. Monachi autem (auctore Dionyſio Areopagita) cancellis proximi erant, tanquam clero viciniores. Introitus virorum cuſtodiebant oſtiarii: fœminarum vero diaconiſſæ, ut refert Clemens papa. Quare cum epiſcopi vel presbyteri, vel diaconi, vel alii quicumque ex clero (his enim ſolis pœna communionis laicæ imponebatur, non laicis) aliquod crimen grave admiſiſſent, e loco ſuo detrudebantur, jubebanturque cum laicis eſſe, & cum illis extra cancellos per miniſterium archidiaconi, poſt eccleſiaſticos communicare. De epiſcopis exſtat exemplum in concilio Sardicenſi. *Oſius epiſcopus dixit: Non minus mala conſuetudo, quam pernicioſa corruptela funditus eradicanda eſt, ne cui liceat epiſcopo de civitate ad aliam tranſire civitatem; manifeſta eſt enim cauſa, qua hoc facere tentant, cum nullus in hac re inventus ſit epiſcopus, qui de majori civitate, ad minorem tranſiret: unde apparet, avaritiæ ardore, eos inflammari, & ambitioni ſervire: & ut dominationem agant. Si omnibus placet, hujuſmodi pernicies, ſævius & auſterius vindicetur, ut nec laicam communionem habeat, qui talis eſt. Reſponderunt univerſi: Placet*. Et mox, eamdem pœnam laicæ communionis epiſcopis tranſlationem quocumque prætextu affectantibus decernit. De epiſcopo, presbytero, & diacono falſariis canon eſt in concilio Agathenſi, ut communionem laicam ſuſcipiant. Aliquando autem non laicam communionem ſumere, ſed inter laicos communicare jubebantur. Concilium Toletanum I. agens de ſubdiacono tertiam uxorem accipiente. *Qui vero tertiam*, inquit, *quod nec dicendum eſt, acceperit, abſtentus biennio, poſtea inter laicos reconciliatus, per pœnitentiam communicet*. Cornelius papa loquens de epiſcopis qui Novatianum ordinaverant. *Unum eorum* inquit, *ad laicam communionem recepimus*. D. Cyprianus eamdem loquendi formulam uſurpavit, Innocentius, Gregorius, Nicolaus,

Niceph. l. 12. hiſt. eccleſ. c. 41.

Conc. Laodicenum can. 19.

Conc. Bracar. 1 can. 31.

In 6. Synodo can. 69.

Conc. Tolet. 4. can. 18.

Dionyſ. Areopag. Clemens papa lib. 2. cap. 61. conſtit. apoſt.

Conc. Sardicen. can. 1.

Conc. Agathen. can. 50. Grat. in can. 51. epiſc. 50. diſt.

Conc. Tolet. 1.

Cornel. papa in cap. 4. epiſtolæ ad Fabium Antiochenum, citatæ ab Euſeb. lib. 6. hiſt. eccleſ. cap. 43.

A & alii. Nec loco tantum ſed & materia laicam communionem a ſacerdotali diſcretam inde colligitur, quod Felix papa jubeat epiſcopos, presbyteros, vel diaconos rebaptizationes in ſe admittentes, uſque ad obitum communione privandos, in obitu vero communionem laicam illam illis reddendam; non enim eſt probabile illos morientes ad eccleſiam eſſe deducendos, vel ſi in eccleſia morarentur, lectulis jacentes ad eam eccleſiæ partem, quæ laicis præſcripta erat; ſed probabilius multo, illos gradu & miniſterii functione dejectos, in ordinem populi fuiſſe redactos, ut cum laicis ad communionem venirent: ſive unius ſpeciei, in his provinciis, in quibus una ſpecies laicis concedebatur: ſive utriuſque in aliis, quæ utriuſque ſpeciei uſum recepiſſent: ſicque legimus in concilio Sardicenſi, in fine vitæ communionem laicam epiſcopis ampliorem epiſcopatum ambientibus denegari.

Quod autem, inter laicos communicare, & laicam communionem accipere eccleſiæ miniſtri ſupplicii & pœnitentiæ cauſa juberentur ideo aliquando inter laicos pœnitentiam agere dicebantur. Non quod pœnitentiam publicam agerent ſicut laici; nam ab ea arcebantur eccleſiæ miniſtri, ut cautum eſt in concilio Carthaginenſi V. & a
B Siricio PP. & Leone I. Sed ea (ut dixi) ratione, quod pœnitentiam communionis laicæ impoſitam agerent, communicando cum laicis: ut hic apertior fiat ſententia concilii Neocæſarienſis, dum ait. *Presbyter ſi uxorem duxerit, ab ordine ſuo illum deponi debere. Quod ſi fornicatus fuerit, vel adulterium commiſerit, extra eccleſiam abjici, & ad pœnitentiam inter laicos redigi*. Quæ verba poſtrema, tam grave doctis faceſſerunt negotium, ut tollenda illa ex contextu, ut falſo addita, juxta verſionem Dionyſii Exigui contendant, ut notatum eſt in decreti Gregoriani notis ad Gratianum. Sed cum commodam eam interpretationem admittant ut exſtant in reliquis exemplaribus; non video ſane, cur illa ſint expungenda. Quid enim intereſt, ſi cum concilio dicamus, pœnitentiam agere inter laicos, vel pœnitentiæ cauſa inter laicos communicare, ut uſurpaſſe D. Cyprianum, Gregorium, Innocentium, Nicolaum, & alios, ſupra eſt animadverſum? Quanquam
C inficias non ierim, ſacerdotes olim & clericos gravibus irretitos criminibus, publica potuiſſe aliquando pœnitentia multari, ſuis tamen prius ordinibus degradatos, ut hodie fieri ſolet cum his, qui ob atrociora delicta carceri perpetuo, vel triremibus addicuntur: quod miror, ut novum & inſolens doctiſſimos Gregoriani decreti cenſores rejeciſſe, cum id compertiſſimum habeatur antiquorum conciliorum decretis. Toletanum IV. *Si quis clericus*, inquit, *in demoliendis ſepulcris fuerit deprehenſus; quia facinus hoc pro ſacrilegio, legibus publicis ſanguine vindicatur, oportere canonibus in tali ſcelere proditum clericatus ordine ſubmoveri, & pœnitentiæ triennio deputari*. Quod ſi de his degradatis pœnitentiam publicam agentibus intelligamus decretum a Martino papa, ſive epiſcopo Bracarenſi relatum in ſua collectione a Gratiano, dum ait. *Si quis presbyter propter publicam pœnitentiam a ſacerdote acceptam, abſque aliqua neceſſitate diem dominicam pro quadam religione jejunaverit, ſicut Manichæi, anathema ſit*. Et locos præterea Cypriani, Gregorii & Nicolai jam citatos: nihil oberit, quod recen-
D ti huic & antiquo eccleſiæ uſui ſit conſentaneum.

D. Cyp. epiſt. 2. ad Stephanum papam, & epiſt. 52. ad Antonianum, & alias ad clerum, & plebem in Hiſpania conſiſtentes. Innoc. in epiſtol. 22. ad epiſcopos Macedoniæ c. 4. D. Greg. lib. 4. indict. 12 epiſt. 17 cap. 61. Nicolaus 1. in can. Theugaldum 2. quæſt. 7. Felix papa 3. in epiſt. 1. ad epiſc. Africæ cap. 2.

Conc. Sardicen. can. 2.

Conc. Carth. 5 can. 11. Siric. papa epiſt. ad Himerium Tarraconenſem epiſcopum. Leo 1. in epiſt. 90. ad Ruſticum epiſc. Narbonenſem cap. 2.

Conc. Neocæſ. can. 1. Can. presbyter. 28. diſtin.

C. ſi quis presbyter. 50 diſt. Conc. Tolet. 4. can. 46.

Martinus papa in ſua collectio num. 57. Grat. in can. ſi quis presbyter. 50 diſt.

*Canon LXXVII.* Vulgatus.

*De baptizatis, qui nondum confirmati moriuntur.*

Si quis diaconus regens plebem, ſine epiſcopo vel presbytero, aliquos baptizaverit, epiſcopus eos per benedictionem perficere debebit: quod ſi ante de ſæculo receſſerit, ſub fide qua quis crediderit, poterit eſſe juſtus.

Canon LXXVII. *Emendatus.*

E *De baptizatis, qui nondum confirmati moriuntur.*

Si quis diaconus regens plebem, ſine epiſcopo vel presbytero, aliquos baptizaverit, epiſcopus eos per benedictionem perficere debebit: quod ſi ante de ſæculo receſſerit, ſub fide qua quis crediderit, poterit eſſe juſtus.

MARTINUS Perezius Ayala epiſcopus Guidixenſis, in libro de traditionibus apoſtolicis 3. par. conſideratione 2. aſſer. 6. & ab illo mutuatus Alfonſus Piſanus lib. 3. de actis concilii Nicæni ad canonem 55. Arabicum, decepti videntur, dum cano-

canonem hunc ſeptuageſimum ſeptimum concilii Nicæni A eſſe affirmant, cum germanum & proprium hujus concilii Illiberritani & poſtliminio illi reſtituendum ex hoc manifeſtum fit; niſi dicamus, ab hoc in Nicænum, Oſium ejus concilii præſidem, ut pleroſque alios tranſtuliſſe. Burchardus præterea libro 4. decretorum cap. 92. hunc canonem concilio Turonico can. 2. tribuit: ſed ea citatio huic etiam reſtituenda eſt

## Si quis diaconus regens plebem, ſine epiſcopo vel preſbytero aliquos baptizaverit

Supra hoc lib. 1. c. 7.

HInc obſervandum, juriſdictionis eccleſiaſticæ diaconum fieri poſſe participem. Ideoque excommunicare poſſe, beatus Clemens & Cyprianus, docent ut ſuperius oſtendi. Hic regere poſſe plebem, diaconum, hoc eſt, curam parochiæ habere, Hiſpani epiſcopi docent, & baptizare poſſe

## Epiſcopus per benedictionem perficere debebit.

*Benedictionem hic ſacramentum confirmationis intelligi, & cur Chriſtiani ea perfici dicantur*

### CAPUT LXXVII.

COnfirmationis ſacramentum fuiſſe ſemper in eccleſia, ex hoc canone diſcimus non ad catecheſim quamdam, qua adoleſcentiæ proximi fidei ſuæ rationem coram eccleſiam exponebant, ut perverſe effutiunt hæretici, ſed ad conſtantiam Chriſtianam, prudentiamque accipiendam, per impoſitionem manus epiſcopi, ut diſerte loquitur Fabianus pontifex, divinitus inſtitutam. Edocemur præterea hoc canone confirmationis ſacramentum ad ſolos epiſcopos ſpectare, contra Lutherum, qui preſbyteris id muneris deferri impudenter aſſeverat: quod adverſus eumdem ſancto ſpiritu afflati patres concilii Tridentini, pari judicio & conſenſu ſtatuerunt. Illud præterea obſervandum, confirmationem olim variis nominibus; conſignationem ſcilicet, manus impoſitionem, obſignaculum; benedictionem, operationem Spiritus ſancti, chriſma, chriſmatis ſacramentum appellari. Primus, ut opinor, qui ex re ſacramento apte nomen indidit, & confirmationem vocavit, beatus Ambroſius fuit, quem patres recentiores ſequuti ſunt. Voluerunt ergo Illiberritani epiſcopi, ſi diaconi abſente epiſcopo vel preſbytero baptiſmum miniſtraſſent quod nondum perfectus Chriſtianus eſſet ſine confirmatione, id eſt, virtute & fortitudine eſſet deſtitutus, qua omnes fideles ſacramento confirmationis ad decertandum cum hoſte, minori cum diſcrimine corroborantur, ut illum baptizatum deducant ad epiſcopum, ut eum per benedictionem ſive manus impoſitionem confirmet. Idem cenſendum, ſi preſbyter abſente epiſcopo baptiſmum contuliſſet; ad epiſcopum enim baptizatus erat deducendus, ejuſdem confirmationis impetrandæ gratia.

Fabianus PP. in epiſt. 2. ad omnes Orient. epiſc.

Conc. Tridem. ſeſſ. 7. de confirmat. can. 1.

Ambroſ. [illegible] cap. 6

## Quod ſi ante de ſæculo receſſerit, ſub fide qua quis crediderit, poterit eſſe juſtus

*Solo baptiſmo in neceſſitate, quemquam ſalvum fieri.*

### CAPUT LXXVIII.

HIs verbis ſatis manifeſtum fit, patres hujus concilii non ideo antea dixiſſe, perfici Chriſtianum confirmatione, quod ſolo baptiſmo quis non efficeretur Chriſtianus, & particeps æternæ beatitudinis: nam ea fide qua quis credidit in baptiſmo, eum ſalvum fieri poſſe, modo nullo ſcelere obſtrictus ſit, declarant: perfici autem Chriſtianum ideo dixerunt, quoad plenum robur ſancti Spiritus, quod per confirmationem confertur. Id etiam docuit Miltiades PP. ad omnes Hiſpaniæ epiſcopos. *De his vero*, inquit, *ſuper quibus rogitaſtis vos informari, id eſt utrum majus eſſet ſacramentum, manus impoſitio epiſcoporum, aut baptiſmus? ſcitote utrumque magnum eſſe ſacramentum, & ſicut unum a majoribus fit, id eſt a ſummis pontificibus, quod a minoribus perfici non poteſt: ita & majori veneratione venerandum, & tenendum eſt, ſed ita conjuncta ſunt hæc duo ſacramenta, ut ad invicem, niſi morte præveniente nullatenus poſſint ſegregari: & unum ſine altero poteſt, aliud autem non poteſt.*

Miltiades PP. in epiſt. ad omnes epiſcopos Hiſpaniæ cap. 2

A

*Canon LXXVIII.* Vulgatus.

*De fidelibus conjugatis, ſi cum Judæa vel Gentili mæchati ſint.*

Si quis fidelis habens uxorem cum Judæa vel Gentili fuerit mœchatus, a communione arceatur. Quod ſi alius eum detexerit, poſt quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit dominicæ ſociari communioni.

Canon LXXVIII. *Emendatus.*

B Si quis fidelis habens uxorem, cum Judæa vel Gentili fuerit mœchatus, a communione arceatur. Quod ſi alius eum detexerit poſt quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit dominicæ ſociari communioni.

IIſdem verbis retulit Ivo hunc canonem p. 8. cap. 282.

GRavi cenſura interdixerunt patres ſuperius, ſolutum fidelem jungi cum Judæa vel infideli matrimonii nexu: nunc vero in maritos ſe cum eiſdem adulterio polluentes, quinquennii penitentia merito animadvertunt. Gravius enim vir fidelis delinquit, ſi ad Judæam vel infidelem acceſſerit, quam femina fidelis, ſi ad virum Judæum vel infidelem. Cum enim proles matrem, non patrem ſequi debeat, ſi juris civilis ſpectemus præcepta, quæ in filiis educandis obſervari ſolent, C periculum erat grave, ſi femina Judæa vel ethnica ex viro fideli liberos ſuſciperet, nam Judaiſmi vanis ſuperſtitionibus, vel gentilitatis veſanis erroribus illi imbui poterant & contaminari.

Can. 15. & 16

## Quod ſi alius eum detexerit, poſt quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit dominicæ ſociari communioni

*Diverſa in eum qui ſe defert, vel qui convincitur, pœna ſtatuenda*

### CAPUT LXXIX.

SI ipſe crimen palam confiteatur, ut majorem pudoris & modeſtiæ fructum perciperet, nullum excommunicationi tempus præſcribitur: ſi alter detexerit, quinquennii: quo elapſo reconciliari communioni poſſe deD cernitur. Deeſſe duo verba in prima parte hujus puto, ut congruat cum canone LXXVI. præcedenti, in quo diacono lapſo, ſi crimen confiteatur, ipſi triennii tempus ad pœnitentiam præſcribitur: ſin autem alius detexerit, quinquennii, ſicque ſi ipſe confiteatur, triennio abſtinere debere, ſin aliter, quinquennio intelligendum arbitror

*Canon LXXIX.* Vulgatus

*De his qui tabula ludunt.*

Si quis fidelis alea, id eſt tabula, luſerit, placuit, eum abſtinere; & ſi emendatus ceſſaverit, poſt annum poterit communioni reconciliari.

E

Canon LXXIX *Emendatus.*

*De his qui alea ludunt.*

Si quis fidelis alea, id eſt tabula, luſerit, placuit, eum abſtinere; & ſi emendatus ceſſaverit, poſt annum poterit communioni reconciliari.

*De pœnitentia alea ludentis.*

### CAPUT LXXX.

LUdum aleæ a Græcis in otio Troiani belli a quodam milite Alea nomine inventum, & ab illo eo no-

D. Iſidor. lib. 18 etymolog. cap. 31.

nomine nuncupatum. D. Iſidorus tradit, quod in tabula fieret, ludum tabulæ etiam appellarunt. *Tabula autem, ut idem Iſidorus refert, ludebatur pyrgo, calculis, teſſeriſque. Pyrgus dicebatur, quod per eum teſſeræ pergerent, quod turris ſpeciem habebat, nam Græci turrim πύργον vocant. Calculi vocati quod leves ſint & rotundi, unde & calculus dicitur lapis brevis, qui ſine moleſtia ſui brevitate calcatur. Item calculi, quod per vias ordinales quaſi per calles eant. Teſſeræ autem vocatæ, quia quadræ ſunt ex partibus omnibus. Has alii lepuſculos vocant, eo quod exiliendo diſcurrunt. Olim autem teſſeræ jacula appellabantur, a jaciendo.* Hoc autem ludi genus quare prohibuerint patres, idem Iſidorus recenſet. *Ab hac arte, inquit, fraus & mendacium atque perjurium nunquam abeſt, poſtremo & odium & damna rerum: unde & aliquando propter hæc ſcelera interdicta legibus fuit.*

Ob hæc & alia multa, quæ ex tali ludo redundant, Plato ſenſit, aleam & reliquas pernicioſas artes a dæmone (quem nominat Teuth) inventas eſſe, & ad Thamum Ægypti regem delatas.

Ariſt. lib. 4. eth. ad Nicomac. c. 1.

Ariſtoteles etiam aleatores fures atque latrones illiberales dicit eſſe, quia in turpi lucro verſantur, & omnia quæſtus cauſa ſuſtinent probra. Adeo autem frequens erat hic ludus olim, ut Imperator Caligula ex uſu illius compendium non ſpreverit, tributo illius nomine his qui lucrum fecerant, impoſito, ut in illius vita tradit Svetonius.

Sveton. in vita Caligulæ, cap. 41.

Cum autem pecuniæ deeſſent, libertatem ipſam (quam rebus omnibus pretioſiorem ſani judicii negabit nemo) periculo aleæ exponebant, ut Tacitus refert. *Inter ſeria*, inquit, *ſobrii Germani aleam exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate, ut cum omnia defecerunt, extremo ac noviſſimo jactu de libertate, ac de corpore contendant.*

Tacit. de antiq. moribus Germanorum.

Qua ratione Juſtinianus imperator providere volens his malis, nulli licere voluit, aut in privatis domibus, vel alea ludere, vel inſpicere.

Juſtin. imp. in lib. ult. de religioſ. & ſumpt. funer.

Alia præterea in ludo hoc nefaria admitti ſolita teſtantur veteres. Zabulo quippe illius primo inventori ante erat ſacrificandum, quam quis manum in tabula porrigeret, ut D. Cyprianus teſtatur.

D. Cyprian. lib. de aleatoribus cap. 1.

*Quam magna*, inquit, *& larga pietas Dei filii, quæ in futurum præſcius nobis conſulat: ne quis frater incautus denuo laqueis diaboli capiatur, ſollicitos eſſe juſſit, & providos atque eruditos; quoniam hoſtis ille antiquus circuit, quiſque Dei ſervos: non uno genere tentans. Multæ enim ſunt tentationes ejus, quorum primordia ſunt, idololatria, mœchia, furta, rapina, avaritia, fraus, ebrietas, impatientia, adulterium, homicidium, zelus, perfidia, falſa teſtimonia, eloquium falſum, invidia, extollentia, maledictum, error, & iis quæ ſunt ſimilia, quia his congruunt; ex quibus eſt alea tabula. Præſto eſt diaboli laqueus manifeſtus, venenum portans lethale ſerpentis, & inductio corrumpens; quæ cum videtur nihil eſſe, magna amplexi operitur dolo. Quid illud eſt, quæſo fideles, ut manus quæ jam ab injuriis humanis expiata eſt, & ad ſacrificium dominicum admiſſa, & quod ad ſalutem totius hominis pertinet, dignatione ſuſcipit; quæ ad laudem domini in oraculo exſurgit, quæ ſignum crucis, per quod tuemur, frontibus imprimit, ipſaque divina ſacramenta conſummat; quid eſt, inquam, ut iterum laqueis diaboli, unde exuta eſt, implicetur, & per ipſa damnetur? Aleatrices manus libidinoſo ſtudio conſueverunt, id eſt, aleæ tabulæ, quod eſt diaboli venabulum, & delicti vulnus inſanabile. Aleæ tabulam dico, ubi diabolus præſto eſt, ad capiendum ſummiſſus, & cum ceperit de captivo triumphum, perfidia, falſa teſtimonia. Tabulam aleæ dico, ubi dementia, & furia, & venale perjurium, imperium, & colloquium ſerpentinum. Illic exitioſa amicitia, illic atrociſſimi ſceleris fraternitas diſcordans, illic convitia, & audacia ſæva, & mens inſana, & fera impatientia. Aleæ tabulam dico, ubi poſſeſſionum amiſſio, & pecuniarum ingentium perditio, monſtrum & demonſtrans litigioſum, furax dementia. O aleatorum noxia, ſedentaria, & pigra nequitia. O manus crudeles, & ad periculum ſui armatæ, quæ bona paterna & opes avorum ſudore quæſitas ignominioſo ſtudio dilapidant: manus trux, noxia & inſomnis, nocte dieque continuis inſtrumentorum ſuorum armigera: quæ peccando ſeipſam damnavit, & poſt peccata non deſinit ire. O nequam manus in perniciem domini ſui armata, quæ ſordidiſſimi aris totam ſubſtantiam perdit; cum tot eſſent augendæ rei familiaris & multarum abundantia opum, mendicus & pauper eſt. Alea eſt, quam lex odit: alea eſt quam ſequitur crimen ignobile: ubi manifeſta tentatio & pœna occulta. Alea eſt, alterius mali & ſupplantatio amici, quæ nec lucrum confert, ſed totum conſumit. Hinc deinde pauperes fiunt, hinc opes ſuas perdunt: hinc jam conſumptis omnibus rebus ſuis, mutuis jejuniis ſe obruunt: hinc patrimonium ſine ulla fori calumnia amittunt. Qualis eſt lis, ut quos nemo perſequitur, ſe ipſos per invidiam perſequantur? ut paternas ſuas hæreditates ſub hoſtium ſuorum multiformi numero diſpergant? Eſt & quando ipſi aleatores cum proſtitutis mulieribus, penes auctorem ſuum nocturnas vigilias clauſis foribus celebrant: armantur adverſus ſe miſeri, ſpiritu diaboli repleti, & illic duplex aut geminum crimen admittunt. Hinc concrepat aleæ ſonus, illic ſilentio operatur inceſtus: hic ſine ullo dignitatis ſuæ reſpectu, ſine ulla excuſatione, peſtifero ſtudio cedere bonis ſuis cogitur: illic ſecreto mortale venenum bibitur. Unde hæc ſacrilega meditatio, unde hoc crimen, auctorum teſtimonia comprobamus? Cum enim quidam ſtudio litterarum bene eruditus, multum meditando, hoc malum & tam pernicioſum ſtudium adinvenit, inſtinctu ſolius zabuli, qui eum artibus ſuis repleverat: hanc ergo artem oſtendit, quam & colendam ſculpturis cum ſua imagine fabricavit. Statuit itaque imaginem ſuam cum nominis ſui ſubſcriptione, ſuggerente ſibi amico, qui ut hanc artem excogitaret, in peccatorem ſubvenit. Sic ergo ſe in imagine ſpecioſa demonſtrans, alto quodam loco condidit, & in ſinus ſuos hanc aleæ tabulam geſtans, ut quaſi ipſe luſor, & adinventor hujus malitiæ appareret, cujus nomen a Dei ſervis nominari non deberet: ſic enim in nomine turpis eſt, quomodo in factis iniquus, & quiſque Dei ſervus aleæ tabulam amplectitur, auctoris nomine vocaretur. Ille enim cum ſe in ſtantunculis & ſimulacris formaret, aliud crimen adinvenit, quo ſe ab imitatoribus ſuis colendum, & ſibi ſacrificandum inſtituit, ita ut qui vellet ſtudio ejus adhærere, non ante manum in tabulam porrigeret, niſi auctori hujus prius ſacrificaſſet. Inde factum eſt, ut olim qui homo fuerat, & facinoris admiſſionis adulter, poſt mortem a pronis, & errantibus ſub fictitio nomine Dei, talis coli meruerit. Aleæ tabula, qui ludit, & maleficia noſſe debet, quod a Dei ſervis longe ſit; ſciens quoniam ſortis maleficus, & venenarius, & iterum in judicii diem in igne torrente torquebitur. Aleæ tabula qui ludit, prius auctori ejus ſacrificare debet; quod Chriſtianis non licet, dicente domino: Sacrificans diis eradicabitur, niſi Deo ſoli. Et iterum: Nolite ſacrificare diis alienis, ne irritetis me in operibus manuum veſtrarum, ad diſperdendum vos. Chriſtianus qui es, & aleæ tabula ludis: licet non ſacrifices, lege hujus facinoris particeps es. Et utique dominus occurrit, & dicit. Exi de ea populus meus, ne ſis particeps delictorum ejus. Et iterum: Diſcedite, diſcedite inde, exite de medio ejus, qui portatis vaſa domini, & immundum ne tetigeritis. Chriſtianus quicumque es, & aleæ ludis, hoc primum in loco credere debes, quia non Chriſtianum ſed ethnicum tibi nomen eſt, & illud quod ad ſacrificium dominicum pertinet, in vacuum ſumis; ſic enim dicit: Omnis immundus non tanget ſacrificium ſancti. Dicit enim ſcriptura: Omnis vir manducans carnem ſacrificii, & immunditia ejus ſuper ipſum, pereat anima illa de populo meo. Aleator quicumque es, Chriſtianum te dicis, quod non es; eo quod ſæculi particeps es, nec amicus Chriſti potes eſſe, qui cum inimico Chriſti tenes amicitiam.*

4 Petr. 5. — Exod. 22. — Hierem. 25. — Apoc. 18. — Eſai. 52. — Levit. 7.

Non diſſenſit a Cypriano D. Iſidorus. *Quidam autem*, inquit, *aleatores ſibi videntur phyſiologice per allegoriam hanc artem exercere, & quadam rerum ſimilitudine fingere. Nam tribus teſſeris ludere perhibent, propter tria ſæculi tempora, præterita, præſentia, & futura; quia non ſtant, ſed decurrunt. Sed & ipſas vias ſenariis locis diſtinctas, propter ætates hominum, ternariis lineis propter tempora argumentantur. Inde tabulam ternis deſcriptam dicunt lineis.* Hæc ſunt quæ moverunt Hiſpanos patres, ut ludum aleæ ſeu tabulæ pœna excommunicationis propoſita prohibuerint: quorum ſententiam ſecuti ſunt, qui Conſtantinopolitanæ ſynodo canones adjecerunt. *Nullum*, inquiunt, *omnino, ſive clericum, ſive laicum ab hoc deinceps tempore alea ludere, qui ſecus fecerit excommunicetur.*

D. Iſidor. lib. 18. cap. 61.

Conc. Conſtantinopolitanum c. can. 50.

Conſtat etiam ex hoc canone, poſſe epiſcopos, & concilia provincialia, ludis ſæcularium leges imponere, & eas violantes eccleſiaſtica coercere diſciplina.

*Canon LXXX.* Vulgatus.

*De libertis.*

Prohibendum eſt, ut liberti, quorum patroni in ſæculo fuerint, ad clerum non provehantur.

Canon LXXX. *Emendatus.*

*De libertis.*

Prohibendum eſt, ut liberti, quorum patroni in ſæculo fuerint, ad clerum non promoveantur.

GRATIANUS retulit hunc canonem in cap. prohibendum 54. diſtinctione.

*Liberti qui, & cur ab ordinibus ſuſcipiendis repellantur.*

CAPUT LXXXI.

EOs dici libertos tradit Ulpianus, qui ſervi eſſe deſierunt. Eoſdem vocat libertinos Caius. *Libertini*, inquit, *ſunt, qui ex juſta ſervitute manumiſſi ſunt.* Olim autem,

Ulpian. l. 4. de juſtit. & jur. Caius in l. 6. de ſta. homin.

Modeſtinus in lib. 1. de excuſat. tut. Suetonius in vita Claudii c. 25. Laurentius Valla lib. 4. elegantia. c. 1.

autem, id eſt, Appii Caci temporibus, & deinceps aliquandiu, libertini dicebantur, non ipſi qui manumittebantur, ſed ingenui ex his procreati: quod Modeſtinus obſervaſſe videtur: ſed clarius Suetonius in Claudio. Poſt vero, alterum uſurpari pro altero a juriſconſultis perſpicuum eſt. Quare illorum ſententiæ non eſt locus, qui libertini nomen, ſtatum ipſum, liberti, perſonam deſignare ſcripſerunt. Libertini autem, ſive liberti, ideo ad clerum promoveri vetantur, quia ſi forte quam ingratitudinis cauſam adverſus patronum committerent, licentiam habebat patronus, revocandi illos iterum in ſervitutem. Servos autem clericos fieri non debere, jam ab ipſo fere apoſtolorum tempore receptum fuerat. Erant & alia patroni viventis in libertum jura, quæ dignitatem cleri non decebant. Tenebantur enim liberti operas præſtare patronis: ſunt autem operæ (auctoribus Paulo & Pomponio) officium diurnum: officii vero præſtatio, ad nutum eſſe debebat patroni, ut docet Cajus. Tenebantur patronum inopem alere, ut impp. Severus, & Antonius reſcripſerunt, & liberto locupleti mortuo, ei ſcilicet qui pluſquam centum aureos haberet in facultatibus, ſuccedebat patronus, adhibita etiam actione Calviſiana, qua revocabantur alienata, in fraudem hujus ſucceſſionis. Sublato autem e vivis patrono, jura ſimul hæc tollebantur; etſi alia ſupereſſent in eorum filios, & ſucceſſoribus, quæ ut minoris momenti ad impediendum ſacerdotium, parvi fecerunt hujus concilii patres.

Impp. Valent. Valens, & Gratian. l. 2. de ingrat. lib. Imp. Conſtantius, lib. 1. de lib. & eor. liber. Conc. Tolet. 4. in 18. Paul. & Pompon. l. 1. & 3. de oper. libertor. Cajus l. cum patronus 22. de oper. libertor. Impp. Sever. & Antonius cod. tit. Ulpian. l. ſi libertus de jure patron. & Juſtinianus in rubricam cod. de ſucceſſ. libert.

Potuit & alia ratio ad hoc decretum ferendum eoſdem incitare, ne videlicet ethnicorum ſervi, etiam ſervitute per manumiſſionem vindicati, clero adſcriberentur; nam occaſione oblata, dum patroni viverent, eorum domus ventitandi, & infidelium actibus ſe plerumque immiſcendi, quod ſolebant ſæpiſſime, ut ſuſceptæ libertatis beneficium, fide benevolentia, obſequiis, & omni gratitudinis genere compenſarent: periculum erat, vel apoſtaſiæ in libertis vel proditionis librorum ſacrorum, & rituum eccleſiaſticorum quos inepto & profano riſu legere ſolebant Gentes: neve perſonæ jam eccleſiaſticæ infidelium moleſtiis oneribus & gravibus premerentur. Quam rationem obſervaſſe videntur concilii Nicæni patres ſancientes, ut Chriſtiani infidelium ſervi, non prius ordinarentur, quam manumiſſi, & maturo ſuperiorum judicio examinati. *Servi*, inquit, *infidelium, quamvis ab eis diligantur; quia res eorum fideliter cuſtodiant, & quamvis ſint bona fama & vita, tamen quia difficile ac dura ſervitute ſervos fideles premunt, non prius fieri debent clerici, quam ſint manumiſſi, ac liberi, ſatiſque probati, an digni ſint gradu.*

Arabicus Pisanus de ab. concil. Nicæni ca. 1.

*Canon XXCI.* Vulgatus.

*De fœminarum epiſtolis.*

Ne fœminæ ſuo potius, quam maritorum nominibus, laicis ſcribere audeant, qui fideles ſunt, vel literas alicujus pacificas ad ſuum nomen ſcriptas accipiant.

Canon XXCI. *Emendatus.*

*De fœminarum epiſtolis.*

Ne fœminæ ſuo potius, quam maritorum nominibus, laicis ſcribere audeant, qui fideles ſunt, vel literas alicujus pacificas ad ſuum nomen ſcriptas accipiant.

*Cur fœminis ſcribere ſine maritorum nominibus, aut eis reſcribi non liceat.*

CAPUT LXXXII.

Quid cauſæ eſt, patres religioſi ac ſancti, ut literas ad nomen tantum fœminarum a laicis ſcriptas accipi, vel ab eis ſuo nomine reſcribi laicis non patiamini? conſideraſtisne obiter etiam uxorum naturam, conditionem, ſtatum? Audiſtis ex frequenti literarum ſcriptione fœminas ſollicitari? Providereſne voluiſtis maritorum honori, & auctoritati, ut omnia, tam domeſtica, quam externa ſua manu gubernentur? An auſteræ ſolitariorum, an fœminarum, ut vulgo jactatur, levitati? Habuiſtiſne perſpectum, in ejuſmodi his mutis interceſſoribus aditum ad turpitudinem intercludi? Potuiſtis literarum ſedulitatem, induſtria & ſollicitudine, non virorum tantum (quod referre doleo) ſed aliarum fœminarum non poſſe compenſari? Credidiſtiſne, hoc ſolo decreto uxorum cum maritis ſollicitari concordiam: vel tanto obſequio matrimonii leges reliquas indicari? Placuit ne vobis, ut quemadmodum poſtea ſacerdotes & clericos, ab his literulis fœminarum ſcribendis, vel recipiendis abſtinere voluit Hieronymus, id & facerent nunc uxores? Viſumne vobis eſt, generali hac veſtra conſtitutione, laicorum uxores expreſſe, tacite tamen clericorum quas habebant, vel diaconorum, ſacerdotum, & epiſcoporum, quas habuerunt; & domi ut ſorores alebant, fore ſubventum? Aliquiſne zelotypiæ ſtimulus presbyteros, & diaconos veſtro cœtui adſtantes ad hanc conſtitutionem ferendam ſollicitavit? vel adeo progreſſa eſt religio veſtra, ſanctitas, piuſque Chriſti zelus, ut nitamini, fœminas Chriſtianas in primitivæ eccleſiæ initiis, religioſis, non præſentis, ſed antiqui ſæculi fore perſimiles; quibus deinceps harum epiſtolarum ſcriptione vetuſti & ſanctiſſimi patres, Auguſtinus & Benedictus interdixerunt? Cum hæc, beatiſſime pater, ab epiſcopis Hiſpanis quæſiviſſem, nihil reſponderunt omnes: PLACET. Nec deſunt his temporibus, quibus non diſpliceat, in quibuſdam provinciis hujus canonis decretum renovari, eaſque literulas, quarum uſus eſt frequentiſſimus, non ad uxores, vel virgines, quibus ſæpe illæ ſollicitantur, & quandoque ſollicitant, ſed ad maritos, vel propinquiores parentes, quibus earum cura mandata eſt, inſcribi, reſcribique, ut aditus tentandæ fœminarum pudicitiæ (quam tam late patere dolent multi) aliqua ex parte intercludatur. Quod ſi uxoris domum ingredi quemquam, ſine expreſſo viri præcepto, ad eam viſendam, vel rem domeſticam tractandam, non debere permittere, Ariſtoteli placuit homini ethnico. *Veritam*, inquit, *maxime verba, quæ de mulierum corruptela circumferuntur. Et ſi quid intus accidat, ut ſibi notum ſit ſoli, & ſi quod malum ab ingredientibus committatur, ut penes virum ſit culpa.* Neque homines urbanos tantum, quod Ariſtotelem dixiſſe legimus, ſed neque medicos mulierem ingenuam infirmam, Gothi majores noſtri permiſerunt curare poſſe, ſine præſentia patris, matris, fratris, filii, aut avunculi, vel alterius propinqui, excepto ſi neceſſitas emerſiſſet ægritudinis (eorum verbis loquor;) quod ſi tunc eas perſonas abeſſe contigiſſet, tunc aut coram vicinis honeſtis, aut coram ſervis aut ancillis idoneis, medicum acceſſurum. *Quod ſi aliter præſumpſerit*, inquit Rex, *decem ſolidos propinquis aut marito conſulis exſolvat, quia difficillimum non eſt, ut ſub tali occaſione, ludibrium interdum adhæreſcat.* Quid mirum ſi Chriſtiani, & religioſi patres, literas, quæ tacito ſermonis expreſſi officio funguntur, minori forſan prohibuerint ſeveritate?

D. Hieron. in epiſt. ad Nepotianum.

D. Aug. in regula monachorum quæ extat epiſtola 109. Benedictus in ſua regula. c. 54.

Ariſtoteles l. 1. œconomicor. cap. 1.

Extat hæc lex lib. 11. legum Viſigothorum l. 1. tit. 1.

Liquet igitur ex hoc canone, Hiſpanis patribus juſtius multo eius laudis præconium tribui poſſe, quod Socrati olim honorifice impertitus eſt Cicero, eos nimirum, philoſophiam morum non e cœlo tantum devocaſſe, collocaſſe in urbibus, & in domos etiam introduxiſſe; ſed in ipſis etiam fidelium animis, ſumma cura inſerere ſtuduiſſe, dum non libidinem tantum, ſed libidinis indicia coerceri voluerunt. Grave enim delicti, & turpitudinis genus eſt, in fœminis præſertim nobilibus, turpes videri, etiamſi non ſint. Utinam omnes antiquæ pudicitiæ, honeſtatis, & omnium virtutum, non vero (ut quædam ſolent) turpitudinis, & vitiorum hypocritæ eſſe, & videri curerent; nam hæc tanto peſtilentior hypocriſis, quanto exempla vitiorum magis quam virtutum nocere poſſunt, & ſolent. Julius Cæſar Pompejam uxorem, magni Pompei filiam, Clodianæ turpitudinis ſuſpicione notatam repudiavit, dictitans ejus torum non tantum crimine, ſed & criminis ſuſpicione carere oportere. Maxime enim intereſt reipublicæ, ob communem parentum, & conſanguineorum pacem, ob maritorum concordiam, ob familiarum honorem, ob certitudinem liberorum, ob hæreditatum, & ſucceſſionum ſecuritatem, dimidiam populi partem, quæ, ut Ariſtoteles prudenter conſideravit, fœminarum eſt, ſanctis continentiæ & honeſtatis legibus informari. At illarum pudicitiam qui quave, ſolo Venereæ libidinis contemptu; non etiam decenti veſtium, & ornatus cultu, gravi oculorum aſpectu, temperato linguæ uſu; caſta aurium attentione, ac tandem modeſto totius corporis habitu conſervari, aut violari putant, falluntur; ea enim de cauſa olim Cæcina Severus gravem in ſenatu orationem habuit adverſus matronam in publico prodeuntem ſine ſtola. Lentulique auguris conſultis, quæ ita ſe exauctoraſſet, pro ſtupro pœna fuit, ut refert Tertullianus. *Quoniam quidem*, ait, *indices cuſtodeſque dignitatis habitus, & lenociniis facilitandi impedimenta.* Quare Cajus Sulpitius Gallus uxorem repudiaſſe dicitur, quod aperto capite foris fuiſſet. P. Sempronius Sophus eadem nota conjugem affecit, quod ſe ignorante ludos ſpectaſſet. Quintus Antiſtius Vetus non aliter ſenſit, uxorem enim repudiavit, quod illam in publico cum quadam libertina vulgari, ſecreto loquentem vidiſſet. Quod ſi hunc decorem qui non obſervarunt, erraſſe dicuntur, errabunt ſane & illæ, quæ ſibi perſuadent, honeſtarum matrumfamilias nomen, auctoritatemque retinere poſſe, & conſervare, etiam ſi ſuſpectarum amicitiam ineant, ſi ſuſpectis literulas ſcribant, vel recipiant: ſi ſuſpectos aut ſuſpectas grato, & hilari vultu excipiant: ſi a ſuſpectis non ſolum munera, ſed neque honorem deferri placeat. Sequantur uxores, vel earum mariti, Alexandri Severi exemplum, quem tradit Lampridius, ab

Ariſtoteles l. 1. polit. c. 8.

Tertull. lib. de pallio c. 4.

Valerius Max. lib. 6. cap. 3.

Lampridius in Alexand. Severo.

ab impudicis mulieribus matrem ſuam, & uxorem ſalutari vetuiſſe: omnia enim quæ honeſtiſſima non ſunt in fœminis, inhoneſta ſunt, fœda ſunt, turpia ſunt, digniſſimaque tandem, ut a matronis nobilibus, tanquam capitalis, & funeſta peſtis honoris, & auctoritatis fugiantur, ut a patribus Hiſpanis in literis recipiendis, vel ſcribendis, in hoc canone honeſtiſſime ſapientiſſimeque admonentur.

Hæc ſunt, beatiſſime pater, quæ in religionis adoleſcentis, aut naſcentis potius incunabulis, Hiſpani epiſcopi, ad retinendam & propagandam eccleſiaſticæ diſciplinæ integritatem, quam apoſtolis Petro, Paulo, & Jacobo divinitus acceperant, non ſingulari modo humanæ ſapientiæ, & prudentiæ laude ſcripſerunt; ſed divina morum, & vitæ ſanctitate ſtabilierunt, & glorioſa proprii ſanguinis ſubſcriptione conſignarunt. Quæ licet ſedi tuæ ſacroſanctæ difficillimis eccleſiæ temporibus, non ſine maxima obſequii laude retulerint, & piiſſima religionis fide conſecrarint: denuo tamen, ſapientiſſimo & maximo beatitudinis tuæ judicio renovari cupiunt, & renovata confirmari impenſius optant: ne temporis diuturnitate ſuffulta & corroborata (ut ſolet) quorumdam audacia, quas concilio cœpit adimere, ſibi vires conciliet: paremque faciat jacturam Hiſpanorum dignitas & religio, quam ſuſcepit adhuc concilii vetuſtas. Quod ſi id labores noſtri, lucubrationes, ſtudia, & preces a te non impetraverint, hoc impetrare ipſa cauſa debet, hoc eccleſiæ auctoritas, hoc Chriſtiana pietas, hoc divina religio, quæ dolet ſane, nec dolet tantum, ſed conqueritur, hujus concilii dignitatem, cum in eadem, quæ cetera, cauſa ſit, non in eadem eſſe exiſtimationis publicæ, & auctoritatis conditione: quam demum ſi tu conceſſeris, vel olim a Chriſto, & ſede tua conceſſam, ſed invidia temporum, & quorumdam licentia contemptam, ac pene collapſam refeceris, erexeris, & in priſtinum antiquæ majeſtatis ſtatum reduxeris; efficies profecto, ut te non reſtitutorem ſolum, ſed auctorem noſtræ dignitatis, defenſorem fidei, propugnatorem avitæ religionis, & tanquam piiſſimum patriæ parentem agnoſcat, veneretur, & colat Hiſpania tota, quod non minorem intelligat tibi, virtutis, pietatis, & beneficentiæ gloriam deferendam, in erigenda labaſcente jam concilii auctoritate, ac ipſis epiſcopis concilii auctoribus in condenda. Quinimo ſuperiorem longe hanc illa nec inviti fatebuntur omnes, qui agnoſcant ſincerius, tanto eſſe præſtantius, gratiuſque futurum, reſtitui injuria ſublatum, quam tribui recenter, quanto etiam miſerabilius, acceptum perdidiſſe, quam omnino non accepiſſe beneficium. Præſta igitur illud, præſta, ſanctiſſime Clemens, aut redde potius catholicæ Hiſpaniæ, catholicæ eccleſiæ, catholicæ religioni, quæ una a te habere omnes impenſe cupiunt, & a te ſolo habere poſſunt, redde illud libenter, redde benigne, ut veriſſime de te prædicare poſſit poſteritas, quod de ſanctiſſimo PP. Stephano glorioſe retulit, & laudavit antiquitas. Cum ad novitatem enim erroris Agrippini Carthaginenſis epiſcopi cuncti reclamarent; atque omnes undique orthodoxi ſacerdotes, pro ſuo quiſque ſtudio retinerentur, tunc beatæ memoriæ Stephanus apoſtolicæ tuæ ſedis antiſtes (ut auctor eſt Vincentius Lirinenſis) cum ceteris quidem collegis ſuis, ſed tamen præ ceteris reſtitit, dignum (ut opinor) exiſtimans, ſi reliquos omnes tantum fidei devotione vinceret, quantum loci auctoritate ſuperabat. Quod & in epiſtola ad Africam miſſa, his verbis ſanxit. *Nihil innovandum, nihil pervertendum eorum quæ tradita ſunt a majoribus*, ſatis intelligens vir ſanctus ac prudens, pietatis rationem nihil aliud admittere, niſi ut omnia quæ fide a patribus ſuſcepta forent, eadem fide filiis conſignarentur: noſque religionem, & præclara religionis decreta, non qua vellemus ducere, ſed qua nos illa ducerent, agnoſcere, ſequi, amplecti, colere, & venerari oportere: idque eſſe proprium Chriſtianæ modeſtiæ, & gravitatis, non ſua poſteris tradere, ſed tradita a majoribus præclare cognita, & accepta ſervare. Si omnia ergo (ut vidiſti) hujus concilii decreta, ſanctæ doctrinæ plena, plena pietatis Chriſtianæ, plena catholicæ religionis, plene probavimus; ne patiaris illa profana quorumdam audacia immutari, labefactari, perverti. Si aurum purum putum accepimus a catholicis; ne feras plumbum impudenter, vel æramenta ab hæreticis fraudulenter ſupponi. Si ſalubrem aquam, ſi perennem, ſi claram, ſi cœleſtem a divino ſancti Spiritus fonte hauſtam religioſi epiſcopi in hoc concilio reconditam reliquerunt: ne a perfidis putidam, cœnoſam, & peſtilentem, vel ſubjici, vel miſceri permittas. Si uniones & gemmas pretioſas, tuæ ſedi ſanctiſſima Chriſti membra obtulerunt, ne patiare impuras quaſdam & adulterinas inferri: ſed ſi neceſſe ſit, oblatas ab his polias, ſi ab his & Hiſpanica eccleſia politas, catholicæ artificioſe inſere: ſi inſertas jam a pontificibus aliis, tu tutare fideliter, adorna ſapienter, adjice venuſtatem, ſplendorem, & gratiam; ut te poliente reddatur illuſtrius, quod antea obſcurius credebatur; per te intellectum gratuletur poſteritas, quod antea venerabatur non adeo intellectum vetuſtas. Doce fideles omnes quod a Chriſto didiciſti, doce & confirma nove, non novam, ſed ſanctam, & veterem hujus concilii doctrinam & adeo veterem, ut fere cum ipſamet Chriſtiana religione cœpiſſe videatur. Creſcat florenti tuo imperio in dies, & proficiat, tam ſingulorum, quam omnium, tam Hiſpanarum, quam aliarum provinciarum; tam concilii unius, quam totius eccleſiæ, ſacra dignitas, ſacra auctoritas, ſacra majeſtas. Creſcat rerum divinarum cognitio, ſcientia, ſapientia: ſed in ſuo dumtaxat genere, in eodem ſcilicet dogmate, eodem ſenſu, eadem intelligentia. Imitetur religio noſtra corporum rationem, quæ licet annorum decurſu numeros omnes ſuos evolvant & explicent, eadem tamen permanent, quæ antea erant. Inter pueritiæ florem, & maturitatem ſenectutis intereſt plurimum, ſed iidem tamen ipſi ſenes fiunt, qui fuerant antea adoleſcentes: ut quamvis unius ejuſdemque hominis ſtatus habituſque mutetur, una tamen nihilominus, eademque natura, una eademque perſona ſit. Quod ſi humana ſpecies in aliquam deinceps, non ſui generis vertatur effigiem, aut certe addatur quidpiam membrorum numero, vel detracti loco, quid aliud non proprium, ſed alienum ſubjiciatur, neceſſe eſt, ut totum corpus, vel intercidat, vel prodigioſum fiat, vel certe debilitetur. Abſit ergo, ut ſano Hiſpano corpori, ut ſacro Hiſpano concilio, ut ſanctæ Hiſpanicæ religioni, quinimo & catholicæ, quid temerarium, quid profanum, quid impium falſo tribuatur. Abſit, ut pro cœleſti dogmate humanæ ſuperſtitiones introducantur. Abſit, ut bene fundata antiquitas impia novitate ſubvertatur. Quod ſi ſeneſcente, aut caduca pene jam ætate (ut rerum eſt viciſſitudo) ſi temporum injuria, ſi hæreticorum impietate, ſi catholicorum incuria, quid immutatum, quid ereptum, quid detractum, vel ablatum de religione hujus concilii, vel de honore potius eſt; hoc ipſum ſingulari tua pietate & clementia recuperari, ſarciri, reſtituique oportet: ut quod in Hiſpanica eccleſia veterum patrum fides, quod caritas & religio, quod ſapientia doctorum, quod confeſſorum conſtantia, quod martyrum ſanguis, quod ipſius tandem optimi & præpotentis Dei agricultura ſevit, hoc ipſum revulſa hæreticorum zizania, a te ſapientiſſime excolatur, excultum floreat, maturefcat, proficiat & perficiatur: ac tandem veriſſimum fiat his temporibus, in recenti hac Hiſpanicæ religionis preſſura, quod ſuperioribus etiam de catholica dixit Hilarius. *Tum vincit, cum læditur; tum intelligit, cum arguitur: tum obtinet, cum deſeritur: dum opprimitur, creſcit, dum perſequitur, floret: dum contemnitur, proficit: tunc ſtat, cum ſuperare videtur: proficit afflictionibus, ſanguine martyrum irrigatur: triſtitia erigitur, anguſtia lætatur, jejuniis reficitur.* Aliter enim, beatiſſime Clemens, ſi permutari antiquorum decreta, ſi ad cujuſcumque ſani, vel inſani arbitrium intelligi, vel violari potius, & pollui patrum inſtituta, ſi extra ſacratæ, atque incorruptæ vetuſtatis fines egredi, profanæ ac novellæ curioſitatis libidinem, vel vagari permiſeris, ſi laſcivientem hanc hæreticorum licentiam, vel impudentiam potius, debacchandi in catholicæ eccleſiæ concilia, non cohibueris; horreo dicere, quantum excidendæ, atque abolendæ religionis periculum conſequatur! abdicata enim qualibet parte catholicæ religionis (obtinent enim non minimam ſacra eccleſiæ concilia, ſed præſertim antiquiora), alia quoque atque etiam alia, ac deinceps alia, & alia jam quaſi ex more licitoque abdicabuntur. Porro ſingulatim partibus repudiatis (ut docte ſatis idem Vincentius Lirinenſis perſequitur) quid aliud ad extremum conſequetur, niſi ut totum pariter repudietur? Si novellæ quædam & inſolitæ, vel inſolentes potius, doctorum eccleſiæ interpretationes, pro antiquis eccleſiæ ſententiis, ſi extraneæ pro domeſticis, ſi pro ſacratis profanæ, ſi impiæ pro catholicis inſeruntur, traduntur, & publicantur: proſerpat hic mos, in univerſum neceſſe erit, ut nihil poſthac apud eccleſiam intactum, nihil illibatum, nihil ſanctum, nihil integrum, nihil tandem immaculatum relinquatur; ſed ſit ibidem deinceps impiorum & turpium errorum ſeminarium, ubi erat antea caſtæ & incorruptæ ſacrarium veritatis: a quo vel leviter diſſimulando, tam pia & religioſa ſanctæ Romanæ, & catholicæ eccleſiæ cura & ſollicitudo debet abeſſe, quam ipſa præter reliquas omnium ſaluti, & incolumitati majoris, & ſacratioris imperii ratione & conſulere, & providere tenetur. Hoc autem facilius conſequi poſſe tradiderunt majores, ſi vetera fideliter ſapienterque tractando, ſi qua ſunt antiquitus informata & inchoata accuret & expleat, ſi qua obſcura declaret, ſi qua recondita exprimat, ſi expreſſa & enucleata conſolidet, firmet: ſi qua conſolidata & firmata cuſtodiat: hoc enim Nicæni, Epheſini, Chalcedonenſis, Conſtantinopolitanorum, Lateranenſium, Tridentini & reliquorum conciliorum decretis (quotquot exſtant hodie) enixa ſemper eſt catholica eccleſia; hoc ſemper neque quidquam aliud hæreticorum erroribus, aut recentiorum commentis excitata contendit. Hoc etiam Hiſpanica præclaris catholicæ veſtigiis inſiſtens adverſus varias Gentium ſuperſtitiones, & veſanas hæreticorum novitates hoc concilio olim conſtituit, decrevit: & hoc ipſum hodie declarari, ſtabiliri & confirmari lata a te recenti conſtitutione expoſcit, exoptat, & orat. En oratum etiam veniunt antiquiſſimi Hiſpaniæ confeſſores, & martyres,

tuos

tuis pedibus humillime advolvi cupientes. En accedunt jam ſuſcepta pro religione vulnera, & obductas cicatrices modeſtius potius, quam glorioſius tuæ ſanctitati monſtrantes. Ecce jam adſunt heroes ſanctiſſimi, æterna gaudentes felicitate, tuam tamen divinæ clementiæ & pietatis uberrimum hunc fructum adhuc expectantes. Ecce inſtant acrius, & urgent beatitudinem tuam, ut ſi quid de eccleſia, ſi quid de fide, ſi quid de religione bene ſunt meriti, ſi quod lumen in eccleſia exordio Gentium & hæreticorum tenebris propria, aut cœleſti potius ſancti Spiritus doctrina intulerunt, ſi quod poſteritati beneficium tam ſancti labores compararunt, ſi non vivi modo, ſed morientes (ſi mori potuerunt, quorum mortalitas magis quam vita finita eſt) tanquam athletæ fortiſſimi pro eccleſia pugnantes, divinam eccleſiæ ab eccleſiæ inimicis, pacis & unitatis victoriam trophæaque reportarunt; hoc a te velut præmii & mercedis loco conſequantur, ut non diſparem ſaltem, non inferiorem in terris apud homines ſanctiſſimæ illorum reliquiæ & doctrina, ac in cœlis apud Deum auguſtiſſimi illorum ſpiritus dignitatem & auctoritatem obtineant: ne divinæ ſententiæ præjudicium profana quorumdam levitate ſpernatur; ne hi quos ut doctiores, quos ut meliores, quos ut ſanctiores elegit & amplexus eſt Chriſtus, tanquam ob immaniſſima ſcelera, bonis ſacris interdicti ab eccleſia deportentur, ſed quos alii judices, & cenſores, nullis ſuffragiis creati, nulla auctoritate ſelecti, ſed ſevero nimis & rigido privato ſuo judicio relegarunt, æquitas tua ſingularis & clementia, patefacta jam poſt tot annorum decurſum, quæ hactenus oppreſſa eſt, veritate, revocet & reſtituat. Nihil enim habet, nec ſacra tua dignitas majus, quam ut poſſis; nec ſancta mens tua melius, quam ut velis, omnium, ſed ſanctorum præſertim auctoritatem conſervari, ſublatam reſtitui, reſtitutam augeri, & auctam tandem quo poſſit ſplendore exornari: & ut felicitatis eſt poſſe quantum velis, ſic & magnitudinis velle quantum poſſis. Longiorem forſan diſputationem Calvini, Magdeburgenſium, & reliquorum hæreticorum impietas poſtulabat: æquitas autem cauſæ & natura tua multo breviorem. Quare cum & mihi, & martyribus, & univerſi concilii dignitati utilius futurum eſſe arbitrer, te ipſum, quam aut me, aut quemquam alium loqui tecum, finem jam dicendi faciam: ſi modo prius illud ſolum addidero, reſtituta hujus concilii dignitate, non tantum martyribus & confeſſoribus Hiſpaniæ rem te jucundiſſimam gratiſſimamque facturum; ut & ipſi etiam ætatem hanc tuam propriis tuis virtutibus florentem, ſed ingraveſcentem diu publicis calamitatibus, perpetua apud dominum foveant interceſſione, divinum beneficium beneficio divino mutuo compenſantes. Nec univerſam ſolum Hiſpaniam, quod in ea exornanda, nullum amoris, nullum ſtudii, nullum pietatis officium prætermiſeris, ſed Italiam præterea, Galliam, Germaniam, Angliam, Græciam, Aſiam, & omnes orbis provincias eximio beneficio devincies, quod inclinantem jam hujus concilii erigens auctoritatem, iiſdem provinciis, quæ ab hoc concilio canones & decreta lubentiſſimo fatentur accepiſſe, præclara divinaque providentia comprobes, defendas, ſuſtentes, confirmes. devincta etiam recenter gratulabitur tibi ipſi & nominis & animi tui ſingularis clementia, quæ tanti beneficii magnitudinem gloriamque a ſe ipſa debitum iri putat. Gratulabitur omnis poſteritas, quod antiquiſſimi hujus concilii canones, feneſcentes ætate multa, & multorum offenſione nutantes, auctoritate tua confirmatos laudare poſſit poſthac ſecurius. Gratulabitur tandem & gratificabitur Chriſtus, quod dignitatem & Hiſpanicæ & catholicæ ſuæ eccleſiæ tibi ſancto ipſius Spiritu & gratia commiſſam, non ſolum ſartam tectamque cuſtodieris, ſed novo ſplendore illuſtratam, nova etiam auctoritate cohoneſtaveris. Quod ut oro & exopto, ſic ſpero & confido, ad cultum Dei, ad obſequium Chriſti, ad dignitatem eccleſiæ, ad honorem Hiſpaniæ, ad jucundam & gratam tui nominis recordationem (cui tam egregiam & illuſtrem laudem divina

A videtur reſervaſſe providentia) & ad æternæ beatitudinis præmium feliciſſime ſucceſſurum. Nam ſi omnibus illis, quod poſt Platonem, aut potius ex Platone Tullius ſcripſit, qui patriam conſervaverint, adjuverint, auxerint, certus eſt in cœlo ac diffinitus locus, ut beati ævo ſempiterno fruantur: nihil eſt enim illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam concilia cœtuſque hominum jure ſociati, quæ civitates appellantur, quorum rectores & conſervatores, cœlitus profecti, illuc revertantur: quanto magis merebitur, qui militantem hanc eccleſiam, munitiſſimam Dei civitatem, inexpugnabilem arcem fidei, cujus imperii amplitudo ipſius ſolis finibus terminatur, quam cariſſimam ſibi ſponſam impendio ſui ſanguinis Chriſtus devinctam tenet, qui omni officiorum genere coluerit, qui ſummo ſtudio & pietate protexerit, qui ab impugnantium telis ſingulari vigilantia defenderit, qui ardentiſſima caritate adamaverit, quanto, inquam, uberiorem fructum, auctiorem mercedem, ampliora præmia, a Deo opt. & max. æquiſſimo & liberaliſſimo B laborum atque virtutum æſtimatore percipiet? eum enim exactis longiſſimæ & feliciſſimæ vitæ ſpatiis, inter puriſſimas mentes cœlitum, merito ſperabimus æterna beatitudine fruiturum.

Ceterum, ſi quid in his tandem eſt, Clemens ſanctiſſime, aut culpa negligentiæ omiſſum, aut rerum ignoratione offenſum, aut ætatis conditione peccatum: ejus a te veniam precor, & quam humillimis poſſum precibus ſupplex rogo, ſupplex efflagito. A te ignarum doceri, tardum impelli, elatum reprimi, errantem corrigi, lapſum erigi, ſtantem firmari me cupio vehementer. Habes, habebiſque ſemper ſummo ingenio alios, ſingulari alios eloquentia, præclaris ſtudiis, & eruditione alios, multo (quod lubentiſſime fatear) ſuperiores: ſed qui fidem Petri firmius teneat, qui ſedem Petri ſanctius colat, qui te in ea divina providentia ſedentem religioſius veneretur, habebis neminem. Scio cum Bernardo, quam in Chriſti eccleſia perſonam geras. *Tu es ſacerdos ſummus, tu pontifex maximus, tu princeps epiſcoporum, hæ-* C *res apoſtolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyſes, judicatu Samuel, poteſtate Petrus, & unctione Chriſtus.* Fateor cum Cypriano, eccleſiam Romanam (cui totam doctrinam apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt) catholicæ radicem eſſe & matricem; & in hac una ſancta, catholica, & apoſtolica, ut in vero ſinu matris acquieſco. Hujus doctrinam ſanctam cum lacte nutricis infans hauſi, puer didici, & conſtanti jam ætate conſtans retineo, amplector, defendo, & in hac tandem conſeneſcere & emori cupio, huic me meaque omnia, uti reverenter, ita & libenter ſubjicio, & ſi quid vel ingenitus patriæ amor, vel juſta in graviſſimi & vetuſtiſſimi hujus concilii reprehenſores intemperantius dictum extorſerit indignatio; ſi pii hujus operis dignitate, & ſanctiſſimæ tuæ majeſtatis graviſſimis & eruditiſſimis auribus indignum aliquid vel me invito his traditum monumentis exciderit; hoc in primis ſumma & juſtiſſima erga fidem ſedemque iſtam tuam apoſtolicam hæreditaria & peculiari quadam Mendozeæ gentis noſtræ D maximis ſemper ab eadem honoribus exornatæ, obſervantia & obſequio, hoc flagranti eruendæ & propugnandæ veritatis ſtudio, hoc ſingulari in divos & eccleſiam catholicam pietatis & religionis zelo, ſinceræque tandem & præclaræ meæ conſcientiæ & fidei teſtimonio excuſari, indulgeri & condonari obnixe rogo, & certo me impetraturum ſingularis & nominis & animi tui CLEMENTIA ſpem firmiſſimam pollicetur. Deus opt. max. S. T. quam diutiſſime ſervet incolumem, ut te gubernante, ſedatis temporum difficillimorum fluctibus, & parta de communi hoſte victoria, reſpublica Chriſtiana in optata pace, & tranquillitate conquieſcat. Dat. Frexni apud Fororum IV. Kal. Aprilis, clↃ.Ↄ. XCIII.

*Tuæ beatitudini addictiſſimus Ferdinandus de Mendoza*

D. Bernardus de conſideratione ad Eugenium c. 8 lib. 2.

D. Cyprianus in epiſt. 45. ad Cornelium papam Tertull. de præſcript. adverſus hæreticos c. 36

AL RE

# AL REY NUESTRO SEÑOR DON PHELIPPE II.

## SOBRE LA DEFENSA Y APPROVACION del concilio Illiberitano.

## DON FERNANDO DE MENDOÇA.

## SEÑOR.

SI el eſtudio y diligencia, que he procurado poner en eſte trabajo, que ofrezco aora a V. M. correſpondieſſen al zelo con que le empeçe, y acabe, penſaria avia hecho a V. M. un ſervicio muy de ſu guſto; pues quanto ſe alcançaſſe del de Dios, de ſu Igleſia, y deſtos reynos, a que ſe endereça; tanto es cierto auria alcançado del de V. M. viniendo a ſer en eſto todos uno.

Es defenſa de un concilio de Eſpaña, que aunque en dotrina y religion, es muy conforme a los demas aprobados de la igleſia, en numero de decretos ygual a muchos: y en antiguedad de tiempo ſuperior a todos: non han faltado hereges en Inglaterra, Francia, y Alemania, que en lo primero y poſtrero, ayan intentado hazerle dos injurias, tan proprias de ſus autores, Calvino, Ingleſes, y Magdeburgenſes, quan agenas de la fe y religion de los ſantos martyres y confeſſores, que ſe hallaron en el; cuya autoridad y dotrina, fue antes deſte concilio muy eſtimada en las provincias de Eſpaña y deſpues tenida, y ſeguida en las demas de la Chriſtiandad, por todos los concilios generales y provinciales que en aquella era celebro la igleſia.

La que toca al tiempo, es de los hereges Ingleſes y Magdeburgenſes, que le procuran quitar los unos novecientos, y los otros quatrocientos annos enteros de ſu antiguedad, *a* con menor fe, y caridad, y mayor impiedad, que lo que ſuena porque non ſolo pretenden quitar a Eſpaña la honra que de juſticia ſe le deve, aſſi por la antiguedad de la religion, como por la confeſſion de la fe, que aqui hizo y dexo eſcrita: ſino tambien pretenden quitar a la igleſia catholica, la parte de los argumentos y fuerças que tiene, en ochenta y un decretos deſte concilio, para probar la antiguedad de las tradiciones divinas, y eccleſiaſticas: porque con ellos ſe compruevan caſi todas las que oy conſerva y guarda la igleſia.

Eſte agravio pretendo ſe deshaga, y que ſe convierta en una honra mayor, tan devida a eſte concilio, quanto olvidada de todos los eſcritores deſte reyno; que es, ſer eſte EL PRIMER CONCILIO de la igleſia; no ſolo de la Eſpaña, ſino aun tambien de la catholica, y de quien ſe han aprovechado caſi todos los que en mil y trezientos años ſe han celebrado en ella. Dexo los que hizieron los apoſtoles en Ieruſalem, deſpues de la muerte de Chriſto, que por referirlos S. Lucas en los actos de los apoſtoles, vienen a ſer mas parte del nuevo teſtamento en que eſtan, que concilios de por ſi: y con eſta conſideracion ja mas ſe han pueſto en el numero, y tomos dellos.

La honra que digo deverſe a Eſpaña, por ſer della el primero de los concilios que ay de la iglaſia, aunque es tan grande, pienſo ſe la han de venir a conceder facilmente las demas naciones del mundo; pues ſabiendo que fue la primera que nueſtro ſeñor quiſo honrar, y regalar, aſſi en ſu nacimiento, como deſpues de ſu muerte: en ſu nacimiento, haziendo parecer en Eſpaña (como refiere S. Thomas *b*) tres ſoles de ygual grandeza, que poco a poco ſe venieron a juntar, y convertir en uno: repreſentando la diſtincion y igualdad de las perſonas divinas, y la unidad de la eſſencia: y que lo uno, y lo otro, avia de ſer conocido en eſte reyno, antes que en otro del mundo, y tan fielmente ſiempre conſervado: deſpues de ſu muerte, en que quiſo, y ordeno, que fueſſe tambien la primera adonde ſe predicaſſe, y publicaſſe ſu evangelio; es forçoſo que confieſſen con ello, no ſolo que es eſte concilio Eſpañol, el primero de todos los que tiene la igleſia, ſino que tenia Eſpaña preciſa obligacion y neceſſidad de hazerle, y profeſſar en el publicamente, y por eſcrito, como lo hizo, todo, o lo mas ſuſtancial de la religion, que de palabra avia recebido de los apoſtoles: pues era eſte reconocimiento muy devido: lo uno, a la antiguedad de la religion, lo otro, a la grandeza del beneficio y gracia que avia recebido.

Con la ſegunda injuria han procurado Calvino, y otros hereges, y lo que es mas de ſentir, no hereges ſolos, ſino muchos catholicos quitar toda ſu autoridad a eſte concilio: los unos confirmando con el ſus errores: los otros afirmando no ſer catolica ſu dotrina, y aſſi vienen

A ya a hablar del muchos, como ſi fuera conciliabulo de Novaciano, de Ario, de Macedonio, o Vigilancio: y eſto no lo han dicho y publicado ſolo en los libros de particulares que andan eſparcidos (aunque eſtos ſon muchos, aſſi de eſtrangeros, como de naturales deſte reyno) ſino que tambien en los tomos de concilios generales y provinciales, que tiene la igleſia para ſu govierno: y adonde no ſe ſuele, ni deve, ni puede poner coſa que no ſea ſacroſancta, y que ſe tenga como por regla y canon de la igleſia, en la edicion ultima de cinco tomos dirigida a ſu ſantidad de Sixto V. ſe pone al principio deſte como por cabeça, que es concilio nunca recibido de la igleſia por los canones erroneos que tiene: injuria por cierto bien indigna de la religion de tal concilio: y que convenia deshazerſe, reſpondiendo y ſatisfaziendo a los catolicos con eſtudio y cuydado ygual a ſu deſcuydo:

B y a los hereges con pena y caſtigo corporal muy conforme a ſu impiedad y delicto. Eſto ſegundo toca al emperador y rey de Francia, en cuyos reynos ſe maltrata eſta ſanta dotrina: pero lo primero a V. M. y a ſus vaſſallos, por quienes conviene ſe reſponda a las calumnias que oponen a eſte reyno y a ſu religion.

Entre muchos que Eſpaña ha criado en virtud y letras muy inſignes, no he viſto que haſta aora aya querido alguno encargarſe deſta empreſa, ſirviendo a ſu ley, a ſu rey, y a ſu nacion, como pedia la obligacion de todo eſto junto: aviendo aora y ſiempre acudido con gran valor a todas las que en armas y letras ſe les han ofrecido. Solo he viſto de pocos dias a eſta parte acabada ya eſt obra, que la defiende en otra ſuya, Garcia de Loayſa maeſtro del principe nueſtro ſeñor, y limoſnero mayor de V. M. que parece, que eſte cargo que tiene de ayudar y favorecer a los probres bivos, ha querido tambien eſtenderle con

C nuevo genero de piedad a los difuntos, tan neceſſitados deſta defenſa, como eſtotros de ſu limoſna.

Pero como el fin de Garcia de Loayſa ha ſido mas general, que es recoger y corregir la letra de todos los concilios de Eſpaña, conforme a diverſos originales antiguos que ha tenido: y que han bien aprovechado para emendar las faltas de los comunes, y deſpues añadir algunas notas en declaracion de los canones difficultoſos que ſe ofrecian: no pudo, ni convino a la brevedad de ſu inſtituto, ſatisfazer tan copioſamente a la malicia de los hereges, y a la neceſſidad que a via de una defenſa particular deſte concilio, contra los errores que le oponen: como en otro tiempo la tomo a ſu cargo del Epheſino S. Cyrilo, contra Neſtorio Arcobiſpo de Conſtantinopla: y en defenſa de nueſtra religion, contra los errores que en ella notavan los Gentiles, hizieron lo miſmo ſan Juſtino martyr, en la apologia que ofrecio a el empe-

D rador Antonino Pio, Melito Sardenſe, Apolinar y Athenagoras en las que ofrecieron a Antonino Vero, Quadrato diſcipulo de los apoſtoles, y Ariſtides filoſopho Athenienſe en las que preſentaron al emperador Adriano: y finalmente como eſcrivieron ſobre la miſma defenſa Tertulliano en ſu apologetico, contra Scapula, y S. Cypriano contra Demetriano, y S. Auguſtin en los libros que intitulo de la ciudad de Dios a Marcellino.

Muchos dias ha que yo he deſſeado hazer eſto, con fin de ſuplicar a V. M. ſe ſirva de bolver en eſta cauſa (como en todas) por la religion de la igleſia, por la autoridad de ſus ſantos, y por la honra de Dios y de ſus reynos Y que por medio de V. M. (viſta y averiguada la verdad de la dotrina y religion deſte concilio, como ſe procura probar en eſte miſmo libro) ſe perſuada ſu ſantidad que conviene confirmarle, declarando ſer ſu dotrina muy con-

E forme a la de Chriſto, y ſu evangelio, y a todos los demas decretos de concilios, pontifices y ſantos, que ha avido haſta oy en la igleſia: para que ni los hereges ſe atrevan, ni los catolicos ſe deſcuyden en hablar del, con menor reſpecto y conſideracion de la que ſe le deve.

Bien veo, ſer eſte trabajo muy ſuperior a mis fuerças: pero como ſe que es ygual a la religion, piedad y zelo de V. M. vengo a cobrar las que por mi me faltan: y a eſperar que la autoridad de V. M. con la juſticia de la cauſa ha de

reſtituyr

*a* Ex Arnaldo Pontaco epiſcopo Vaſatenſi & Alano Copo refertur lib. 1 c. 2 hujus libri de confirm. conc. Illiber. ad Clementem.

*b* S. Th. 3. p. q. 36. art 3. in ſolut. ad 3.

reſtituyr en muy breve tiempo a ſus reynos y a la religion catolica la que le han quitado los muchos que ha que ſe celebro eſte concilio, y la impiedad de los hereges.

Para alcançar eſto, y para creer que la dotrina deſte concilio, es catholica y ſanta, concurren todas las razones que ſe podian ofrecer o deſſear, aſſi mirando el lugar donde ſe celebro, y al tiempo: como las perſonas que le celebraron; porque el lugar fue ſanto, ſancto el tiempo, y los obiſpos ſantos.

El lugar fue Illiberis, una ciudad grande y antigua de Eſpaña, de cuyas ruynas ſe vino deſpues a edificar la de Granada, que eſta a dos leguas y quarto della. Fue ſiempre Illiberris ciudad muy noble, aſſi por la antiguedad de ſu fundacion, que es de las mas antiguas de Eſpaña, y de quien Ptolemeo, Eſtephano, y Plinio hazen honrada memoria; como por la antiguedad de la fe y religion Chriſtiana que recibio en ella, antes mucho que otras deſtos reynos. *a* Porque a S. Cecilio, diſcipulo de S. Pedro, le recibieron con tanto guſto, y oyeron ſu dotrina con tan buena atencion y zelo, que holgo poner alli ſu catedra principal, y tomarla como por cabeça y ſeminario de aquella provincia. B De manera que viene a ſer la igleſia Illiberritana, fundada, inſtituyda, y enſeñada por poteſtad y orden de ſan Pedro, y por ſan Cecilio ſu primer obiſpo, igleſia ſanta y apoſtolica, que aſſi ſolia llamar la antiguedad a las que los apoſtoles, o ſus diſcipulos fundaron: y honravanlas y veneravanlas tanto, que quando ſe offrecia alguna duda, o en materia de la fe, o de tradiciones divinas y eccleſiaſticas, el juyzio que ſolian hazer, era acudir a lo que tenian y guardavan eſtas igleſias: pareciendoles (y con mucha razon) que lo que los obiſpos avian recibido de los apoſtoles ſus maeſtros, y los apoſtoles de Chriſto, y Chriſto de Dios, lo ternian mas en la memoria, y aurian procurado guardarlo ſiempre y executarlo mejor. Aſſi ſe aprovecho deſte argumento S. *d* Irineo diſputando contra Valentino, Marcion, y Menandro, diſcipulo de Simon, y ſatisfaciendo con la dotrina de la igleſia de Smyrna, inſtituyda, y enſeñada por ſan Polycarpo, diſcipulo de S. Iuan. Deſte miſmo ſe aprovecho ſan Ignacio eſcriviendo a los de Philadelpho: y del miſmo *e* Tertulliano, diſputando contra los Gnoſticos; a los quales opone la igleſia de Corinto en C Achaya, la de Philippos en Macedonia, la de Epheſo en Aſia, enſeñadas por ſan Pablo. Eſta miſma dotrina enſeña S. *f* Auguſtin a los catolicos: el qual aun eſtiende la opinion y eſtima que ſe deve tener deſtas igleſias a tanto, que dize, que ſi en algun tiempo ſe dudare, qual ſea libro canonico, o divino de la ſagrada eſcritura, (como antiguamente ſe dudo por algunos, de los de los Machabeos, y del de Tobias, y de la epiſtola de S. Pablo a los Hebreos) dize, que aquel ſe tenga por canonico y divino, que eſtas igleſias tuvieren por tal: y aſſi vino a convencer a *g* Fauſto Manicheo, que negava ſer el evangelio de S. Matheo ſuyo, con tenerle por tal las igleſias, que los apoſtoles, o ſus diſcipulos fundaron o enſeñaron. No es coſa pues decente ni juſta, que ſe reprueve por ſoſpechoſa y errada la dotrina de una igleſia apoſtolica y ſanta, que para convencer los errores de los hereges, la ſiguieron ſiempre los ſantos, y a confeſſaron que ſiempre la ſigamos. Y ſi de una igleſia ſola, fundada por los apoſtoles, o ſus diſcipulos, ſe ſaca argumento baſtante para provar la verdad de una dotrina como eſtos ſantos enſeñan: que ſe deve dezir o penſar D de diez y nueve igleſias juntas, que caſi todas lo ſon: pero particularmente, fuera de la que digo de Illiberris, quatro: la de Çaragoça fundada por el apoſtol Santiago, la de Toledo por S. Eugenio, diſcipulo de S. Dioniſio Areopagita, la de Ebora por S. Mancio diſcipulo de Chriſto nueſtro ſeñor, la de Guadix por ſan Torquato diſcipulo de S. Pedro, por la primera Valerio, por la ſegunda Melanthio, por la tercera Quinciano, y por la poſtrera Felix.

De los quales (cierto) y de los demas no podemos formar queja de que uvieſſen ſido tampoco agradecidos a ſus maeſtros, que en todo el concilio no hizieſſen memoria dellos, o tampoco zeloſos del bien de ſus diſcipulos, y ſuyo propio, que quiſieſſen callar, y encubrir el origen y autoridad de ſu dotrina, ſabiendo que publicandola venian a alcançar mejor el fruto, y fin que pretendian della, y dellos: pues no ſolo ay argumentos e indicios probables de que no ſe olvidaron deſto, ſino que ay certidumbre y evidencia tan clara de la ſanta memoria que dellos, para entrambos fines tuvieron, que aun los contrarios advirtiendolo bien, E no podran dexar de confeſſarla. Porque dudandoſe en *b* una ſeſſion deſte concilio, ſi era coſa licita derribar y deshazer con fuerça los idolos de los Gentiles, para acabar de deſtruyr ſu falſa ſecta y ſuperſticion, las razones que dan para reſolverſe en que no lo era, ſon dos. La primera, dezir, que no tienen deſto dotrina eſcrita en el evangelio; la ſegunda, que ni ſaben, ni hallan tradicion de los apoſtoles ſus maeſtros que lo uvieſſen ellos hecho o enſeñado en ſu vida. De que podemos tambien colegir otras dos coſas para honra particular deſtos ſantos obiſpos. La una, ſu gran modeſtia y humildad: pues en materia de religion, no quiſieron dar regla propria de nuevo, ſino teniendo y haziendo el reconocimiento, que devian a ſus maeſtros, ſeguir la que ellos avian hecho o enſeñado en ſu vida: la otra, el exemplo y dotrina que nos dexaron, para convencer a los hereges, pues A a falta de eſcritura, nos dizen la mucha autoridad que tienen, y deven tener las tradiciones apoſtolicas de la igleſia.

El tiempo en que eſte concilio ſe celebro tambien fue ſanto, por que ſi llamamos tiempo ſanto, al que particularmente ſe dedica a las coſas de Dios, el que eſcogieron los obiſpos para celebrar eſte concilio, era dos vezes ſanto; y *i* ſanto por ſer en quareſma, en que ſe repreſenta la memoria de la muerte de Chriſto, y de nueſtra redempcion, y ſanto tambien por juntarſe a coſa tan ſanta, como reprovar los errores de los Iudios, y Gentiles, reformar las coſtumbres de los fieles, confirmar y declarar la dotrina de nueſtra ſanta fe y religion.

Pues las perſonas que aſſiſtieron en el, no fueron menos ſantas, porque ſe hallaron entre otras Valerio obiſpo de Çaragoça, que deſpues en la perſecucion de Diocleciano y Maximiano padecio por defenſa de la fe un *k* martyrio tan glorioſo como ſanto, y anſi le celebra la igleſia a los veynte y ocho de Henero. Hallоſe juntamente S. Vicente martyr ſu diacono e interprete, cuyas vidas y muertes ſantas porque los *l* martyrologios de la igleſia eſtan llenos dellas, dexo de referir: pero bien baſta ſaber, ſer ſantos canonizados de la igleſia: y como eſta no puede errar en la aprovacion que haze de ſu muerte y de ſu vida: aſſi tambien ſe deve creer, no erraron ellos, principalmente en coſas tan graves de la fe; ni en ſu vida, ni en ſu muerte. Hallоſe tambien Oſio obiſpo de Cordova, confeſſor y ſanto, que aſſi le llama de S. *m* Athanaſio: *n* Theodoro Balſamon patriarcha de Antiochia dize, que por ſu virtud y ſantidad le dieron eſte nombre de Oſio, que en Griego ſignifica ſanto. Y no ſolo fue ſanto, ſino tan grave en dignidad, tan docto en letras, tan bien reputado cerca de los emperadores y pontifices de aquellos tiempos; que el primero que embio a Egypto *o* Conſtantino magno a componer las diſſenſiones de Alexandria entre Arrio y Alexandro, y a reprobar error tan grave como el de Arrio, que negava la ygualdad del hijo con el Padre, fue Oſio. El primero que hizo abſolver a Ceciliano obiſpo de Cartago y primado de Africa en el concilio Arelatenſe primero, del teſtimonio y error que le avian levantado, y condenar a C Donato y ſu ſciſma y heregia, coſa tan importante para la igleſia (como refiere S. *p* Auguſtin) fue Oſio. El primero que eſcogio S. Silveſtro papa, para que juntaſſe el concilio Niceno general en Bithynia, con cargo de *q* preſidente del, fue Oſio. El primero a quien encomendo todo el concilio compuſieſſe el ſymbolo de nueſtra fe, que ſi llamamos communmente el Niceno, para declaracion mayor de los articulos, en que avian reparado los hereges, y el que le compuſo, como refiere ſan *r* Athanaſio, fue Oſio. El primero que ayudo a reprobar la heregia de Euſtachio monje y obiſpo de Sebaſtia, juntando en Paphlagonia el concilio *ſ* Gangrenſe, fue Oſio. El preſidente del concilio Sardicenſe *t* general en Thracia de caſi quatrocientos obiſpos, en tiempo de Iulio papa primero, fue Oſio: el que ſuſtento y defendio en toda aquella era la religion catolica contra los Arrianos y Novacianos, fue Oſio: a el qual eſtimaban tanto los fieles, que dize *u* Nicephoro que le tenian y reverenciaban como a un milagro del mundo: y por otra parte le temian tanto los hereges, que teniendo de ſu parte gran numero de obiſpos, presbyteros y diaco- D nos, y mucho mayor de los principales del pueblo, con todo dezian y *x* afirmavan, que ni avian acabado, ni empeçado ſu negocio, mientras tuvieſſen a Oſio por contrario. Pues conforme a eſto ſuplico a V. M. ſe ſirva mandar conſiderar, que ſi Oſio por ſuſtentar la dotrina catolica de nueſtra religion, ſufrio deſtierro, y no deſtierro ſolo, ſino ſeñales impreſſas con fuego en la *y* frente, que le mando poner, por ſu conſtancia y confeſſion Daciano preſidente en Eſpaña de Diocleciano y Maximiano, en la decima perſecucion de la igleſia: ſi ſufrio otro deſtierro en edad tan madura, y con autoridad y canas tan venerable, por Conſtancio *z* emperador y los Arrianos: ſi S. Valerio y S. Vicente padecieron los tormentos y muerte que ſe ſabe, por defenſa no ſolo de la dotrina de Chriſto, ſino aun por conſervacion de los libros ſagrados que pretendia quemar *aa* Diocleciano: como ſe deve, ni puede creer, que a quienes no movieron amenazas, azotes, fuegos, tormentos, deſtierros, a quienes no pudo perſuadir coſa illicita la eloquencia y alagos de E los Gentiles, a quienes no pudo eſpantar, ni vida, ni muerte, ni finalmente mundo, carne, ni demonios, en tantas guerras y tam graves como les hizieron, como es de creer, que la fortaleza y conſtancia que tuvieron para reſiſtir y vencer tan felizmente todas eſtas dificultades, les vinieſſen a faltar tan miſerablemente, en un tiempo ſanto, en una quietud y paz ſanta, e una congregacion ſanta, y que ellos avian procurado juntar con tan ſanto zelo, de tan diverſas y diſtantes provincias, como ſon las de Caſtilla, Leon, Aragon, Navarra, Portugal, y el Andaluzia, mas con eſpiritu de Dios que de hombres? Como ſe puede juſtamente aſſegurar, dezir, ni aun penſar, que en el ſecreto de aquel concilio trataſſen de injuriar a quien honravan, y de ofender a quien publicamente defendian con peligro de hazienda, de honra y de vida? Si Chriſto *bb* enſeña, que aſſiſtira a la junta que dos o tres hizieren en ſu nombre, porque hemos

*a* Martyr. Rom. 14 Maii.

*d* S. Irenæus l. 3 adverſus hæreſ. cap. 3 & 4.

*e* Tertull. lib. de præſcript. adverſ. hæreſ. cap. 31 & 32.

*f* D. Aug. lib. 2 de doctrina Chriſtiana, c. 8.

*g* Idem lib. 28 contra Fauſtum cap. 2.

*b* Canon. 60

*i* Ex vetuſto codice eccleſiæ Urgellenſis probatur lib. 1 ad Clementem de confirm. con. Illiberrit. c. 1.

*k* Martyrologium Rom. 28. Januar.

*l* Martyrologium Rom. 22. Januar.

*m* Athanaſ. in apolog. de fuga.

*n* Theod. Balſa. in princ. concil. Sardicenſis.

*o* Euſebius l. 2 de vita Conſtantini c. 27. Socrates lib. 1. eccleſ. hiſt. c. 4. Sozom. lib. 1. c. 15.

*p* D. Aug. lib. 1. contra epiſtolam Parmen. c. 4.

*q* Acta Arabica concilii Niceni apud Alfonſum Piſanum, & epiſtola Oſii, Viti, Vincentii legatorum ad Silveſtrum papam, que extat ad finem ejuſdem concilii.

*r* D. Atha. in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes.

*ſ* Epiſtola conc. Gangrenſis ad epiſc. Armeniæ.

*t* Canones conc. Sardicenſis, & epiſt. ejuſdem conc. ad omnes epiſc. eccleſ. catholicæ, quæ extat apud D. Theodoret. l. 2. hiſt. eccleſ. c. 8.

*u* Nicephor. l. 9. c. 31.

*x* D. Athanaſ. in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes.

*y* Nicephor. l. 8 hiſt. eccleſ. c. 14.

*z* D. Athanaſ. in d. epiſt. ad ſolitariam vitam agentes.

*aa* Prudentius in Periſteph. hymno in laudem S. Vincentii.

*bb* Matth. c. 18.

A ... de Dios y nueve obiſpos, y entre ellos ſantos y confeſſores, de treynta y tcya presbyteros, y noventa y tantos diaconos faltaſſe? ſino baſta, ſeñor, a movernos la bondad y ſantidad de los hombres: podrianos a lo menos mover la ſingular providencia de Dios, que no es de creer faltaſſe a ſu igleſia en tiempo que tanta neceſſidad tenia de ſu amparo, aſſi por las pocas rayzes que avia echado en aquella edad, como por las muchas perſecuciones que avia padecido, y padecia, de los emperadores Gentiles.

Y luce mucho mas eſta ſu divina providencia, ſi conſideramos, que parece que qui con eſte concilio, y con los exemplares, que ſe ſacaron del dar una gran recompenſa a la igleſia de los muchos libros divinos, que los *cc* emperadores de alli a poco mandaron recoger y quemar, aſſi en las provincias de Eſpaña como en las demas de ſu imperio.

*cc* Prudentius in Periſteph. hymno in laudem S. Vincentii. Arnobius lib. 4. adverſus gentes. Niceph. lib. 8. hiſt. eccl. c. 3.

Temiendo voy canſar a V. M. con relacion tan larga, pero hare me ſiar, el ver que al fin es memoria de ſantos y de ſantos vaſſallos de V. M. que ſon dos prendas bien grandes, B para que yo crea que puedo proponer a V. M. ſu cauſa con atrevimiento, y eſperar que la oya V. M. con guſto.

Con todo no quiero referir, aunque ſea mucho en ſu confirmacion y defenſa, otros ſantos diverſos, pontifices y concilios, que de Italia, Alemania, Francia, Africa, y Grecia, en diſcurſo de mil y trecientos anos ſe aprovecharon deſte. No quiero dezir, aunque pudiera, que todos, o los mas canones del concilio *dd* Niceno, del Sardicenſe, del Antiocheno, de los Arelatenſes primero y ſegundo, de los Moguntinos, del Vvormacienſe, del Sueſſionenſe, de algunos Toledanos, Bracarenſes, y otros: ſe ſacaron deſte palabra, o haziendo del particular mencion. No quiero tam poco referir la que hazen, del Innocencio primero, y Adriano papas. No la que S. Iſidoro, y S. Yvon obiſpo Carnotenſe. No la que Martyro Bracarenſe, Burcardo Vvormacienſe, Iuan Gallenſe, y Graciano en las compilaciones de decretos, que la igleſia ha ſiempre tenido para ſu govierno, que pues nos dexan caſi ninguno deſte concilio, que no refieran, es buena ſeñal, que en todos tiempos fue tenida por catolica y ſanta la dottrina del, C pues no ſe huvieran, ni pudieran aver aprovechado, loandole y citandole con tanta veneracion, ſi vieran que avia confirmando errores tan graves como ſon los que le oponen. Todo eſto quiero dexar, contentandome con dezir, que no ſolo no es cierto que erro: pero, que es muy probable, que no pudo errar: pues fuera de la dottrina y ſantidad de los obiſpos de Eſpaña, ſe hallaron legados de la ſede apoſtolica de Roma, como ſe refiere en los actos del concilio *ee* Sueſſionenſe, en Francia, en tiempo de Carlos hijo de Ludovico rey, que por ſer concilio Frances tan antiguo, y en confirmacion deſte de Eſpaña, deve tener mucha fuerça. De lo qual tambien podemos deſcubrir el zelo y religion antigua deſtos ſantos obiſpos, pues ni quiſieron eſtablecer decretos en materia de la fe, y de los ſacramentos y tradiciones de la igleſia, ni aun empeçar a tratar dello, ſin que aſſiſtieſſe en el concilio la regla mas cierta e infalible que Chriſto les avia dexado que ſiguieſſen, que fue el juyzio y ſentencia de ſan Pedro, y de los que en ſu igleſia ſucedieſſen.

*dd* De communi hac pontificum & conciliorum approbatione fuſe agitur l. 1. ad Clementem de confirm. con. Illiberrit. c. 4.

*ee* In actis conc. Sueſſionenſis apud ſanctum Medardum.

Y ſi queremos renovar con diligencia y cuydado la memoria de la antiguedad, hallaremos claramente, no ſolo que los obiſpos ſantos y doctos deſte concilio no fueron hereſiarchas, que tales venian a ſer, ſi fuera verdad, que avian ſido autores deſtos errores que les oponen: pero ni aun de hombres particulares ignorantes o impios ſe lee, ni ſe ſabe, que huvieſſen inventando alguna heregia en Eſpaña, en aquel tiempo, ni aun en cien años caſi deſpues. Porque de Priſciliano ſolo ſe dize, que fue el primer hereſiarcha de Eſpaña en tiempo de Siricio papa y de Valentiniano ſegundo. Y eſto todo ſe confirma mas con ſaber, que aviendo *ff* Vigilancio herege presbytero en Barcelona, aunque de nacion *gg* Frances, reprovado tanto las reliquias y veneracion de los ſantos, y los cirios o luces, que por culto, y religion ſe ponian en ſus ſepulcros y aviendo procurado confirmar ſu error con todos los argumentos flacos que pudo, jamas alego, ni ſe acordo de los canones deſte concilio, que en la miſma materia ſe reprehenden. Lo miſmo hizo Claudio presbytero Eſpañol, y deſpues obiſpo Taurinenſe, en los errores que tuvo acerca de las imagines, que jamas ſe acordo del deſte concilio que accuſan, porque aunque hereges, conocian y ſabian bien, que ſus errores antes ſe deſtruyan, que confirmavan con los canones deſte concilio: de cuya dotrina non'ay para que tratar aqui nada, pues ſe haze tan largamente en eſtos tres libros que ofrezco a V. M. Solo digo, que pues eſta es tan catolica y ſanta quanto a parecido a todas las perſonas doctas que por mandado de V. M. ſea ſervido defenderla y ampararla como rey y ſeñor ſoberano de los que la dieron. Porque ſi el officio del rey, como dizen ſan Iſidoro, y los *hh* concilios Pariſienſe, Aquiſgranenſe, y Moguntino, es hazer juſticia, y deshazer agravios, no veo cierto, ſeñor, que ocaſion mayor que eſta ſe aya ofrecer a V. M. para confirmar el zelo que della ha ſiempre moſtrado: pues es cierto, que crece la gravedad de la injuria con la autoridad y ſantidad del injuriado: y aqui no lo ſon ſolos los ſantos que he referido (aunque baſtava) ſino que tambien lo ſon todos los obiſpos de Africa, Aſia, y Europa, que confirmaron deſpues eſſe concilio, o lo que en el fue decretado.

*ff* D. Hieron. adverſus Vigilantium.

*gg* Gennadius in catalogo virorum illuſtrium c. 35.

*hh* D. Iſidor. lib. 3. de ſummo bono c. 3. Conc. Pariſienſe lib. 2. c. 1. & 2.

Y ſi la injuria o agravio que ſe haze a un ſolo obiſpo, presbytero, o diacono, juzgaron los ſantos deſte concilio (dexando otros exemplos de la antiguedad) que era tan digno de caſtigarſe exemplarmente, que le vinieron a poner una de las mas graves penas que jamas ha uſado contra delinquentes la igleſia, parece que adivinando con eſpiritu de Dios, el que a ellos ſe les avia de hazer con el tiempo: y ſignificando a V. M. juntamente, lo que avian de ſentir el commun de todos, pues del de los particulares determinavan aquello: mandaron pues, *ii* que el que injuriaſſe, o levantaſſe falſo teſtimonio a algun obiſpo, presbytero, o diacono, le privaſſen de la communion: no ſolo por todos los dias de ſu vida, ſino tambien en el miſmo articulo de la muerte, pareciendoles (no ſin mucha conſideracion, como a eſte propoſito enſeñan ſan Gregorio *kk* y el concilio Aquiſgranenſe,) que quien injuriava al miniſtro de Dios, en cierta manera injuriava tambien a ſu ſeñor, y ſe venia con eſto a hazer indigno de recibirle jamas: como aora tambien lo vernia a ſer de V. M. recibieſſe en ſu gracia y caſa haziendo la miſma merced que antes, a quien huvieſſe injuriado a un preſidente, o a una perſona del conſejo de eſtado de V. M. por averſe ocupado en cumplir muy juſta y rectamente las coſas del ſervicio de V. M. que eſtuvieſſen a ſu cargo: aunque el otro por ignorancia, o malicia lo quiſieſſe entender al reves. Pues ſi eſto ſe determina contra el agravio de un ſolo obiſpo, presbytero, o diacono, que diremos del que ſe haze a mas de tres mil juntos, y juntos en forma de concilio, adonde ordinariamente ſuele aſſiſtir el Eſpiritu ſanto, que tantos y muchos mas vienen a ſer, ſi bien quentan los que aſſiſtieron en los concilios de Grecia, de Italia, de Alemania, y Francia, que aprobaron eſte, que por aver muerto ya todos y en gracia de nueſtro ſeñor, a lo que ſe debe creer, y por padecer injuria de tan falſo teſtimonio, y teſtimonio en materia tan grave, que aun a los muertos infama, pues es materia de heregia, y violada religion, dan clamores ſantos deſde el cielo pidiendo el favor de Dios, y de V. M. para que en recompenſa de lo que por el padecieron, y de la ſangre que derramaron por ſu igleſia, ſe haga ſiquiera con ellos, lo que ordinariamente ſuele conceder la ſanta inquiſicion a qualquier hombre particular a quien ayan acuſado falſamente, reſtituyendole con aprovacion publica la honra que particulares le han quitado.

*ii* Canone 75. hujus concilii.

*kk* D. Greg. l. 3. paſtoral. c. 5. Conc. Aquiſgranenſe, ſub Ludovico c. 10. Symmachus epiſt. 19. ad Theodoſium & Arcadium.

De Dios podemos muy bien creer, que aura oydo tan juſtos clamores, que ſiente mucho ſe haga a nadie injuria, pero a aquellos mucho mas, como dixo Platon, que le ſon en piedad, y virtud algo conformes: y de V. M. que procura tanto imitar ſu bondad y govierno, eſperan lo miſmo eſtos ſantos. Porque ſi los que haſta aqui han eſtado fuera de ſus igleſias, aunque honrados y reverenciados por los catolicos, han alcançado de V. M. ſer reſtituydos a ellas con alabança de ſu nombre muy conforme al merecimiento de ſu religion, la qual oy en dia D eſtan reconociendo la de Toledo con ſan Eugenio, y ſanta Leocadia, y la de Cartagena con S. Fulgencio y Florentina tanto mayor parece que ha de ſer aora el merecimiento de V. M. volviendo por la cauſa dellos, quanto es mayor el fruto que ellos reciben de ſer reſtituydos a ſu honra, que los otros al lugar donde los ſacaron.

Y como han viſto deſde el cielo mejor mucho que noſotros, la veneracion que V. M. ha hecho y haze, a todos los que lo han ſido, o lo ſon: y aviendo conocido el cuydado, y zelo piadoſo con que V. M. tratado ſiempre ſus cauſas: y como han ſabido la ſanta ſolicitud con V. M. ha procurado alcançar de la ſede apoſtolica de Roma, la canonizacion aora deſtos, aora de los otros, vienen, no ſolo a conceb ir yguales prendas, ſino prometerſe, y aſſegurarſe ygual gracia de V. M. pues no han ſido deſiguales ſus merecimientos, aſi para con Chriſto y ſu igleſia, como para eſtos reynos de V. M.

Ayudanſe tambien para alcançar lo que pretenden, con dezir, que no es ſolo cauſa ſuya propria ſino de E Dios, cuyo miniſtro es V. M. en tantas provincias y reynos de ſu igleſia, que parece aver querido cargar a V. M. el cuydado de la fe y religion, que antiguamente ſolia dar a quinze, o veynte reyes catolicos: ſeñal a ſu parecer muy clara, que ha hallado en V. M. ſolo el caudal que podia deſſearſe en todos juntos: y que a eſte deve correſponder (como ſiempre lo ha hecho) el reconocimiento de tantas obligaciones.

Añaden, que ſi con ſer cauſa de Dios y de tantas igleſias, ſe junta tambien el ſerlo de la Romana y catolica, por aver aſſiſtido aqui ſus legados, y deſpues aver referido y confirmado muchos decretos deſte concilio los pontifices que ſucedieron, que a nadie toca tanto la defenſa de la religion catolica como a un rey catolico titulo que parece ave ſe concedido a los progenitores de V. M. por gracia: y a V. M. deverſele de juſticia: por el zelo de la religion que ſiempre ha moſtrado

Deſſean que V. M. ſe ſirva traer a la memoria el cuydado que tiene, y ſiempre ha tenido de que a todas las coſas ſe de ſu proprio lugar, con tan ſingular prudencia o providencia, aſſi en las civiles y del govierno ſeglar de ſus eſtados, como en las eccleſiaſticas, y que tocan a la religion: que repreſenta bien, en las unas, la dignidad de tan gran rey y monarcha como Dios le hizo, y en la ſanta ſolicitud de la otras, la de rey y pontifice junto, y que ſiendo eſto aſſi, es coſa muy indigna de la felicidad deſte ſu imperio, que conſienta, que todos ſeamos o tan ſobervios, o tan ignorantes, que vengamos a dar mas inferior y bajo lugar a eſtos ſantos, y ſu dotrina en la tierra, del que ſabemos cierto les ha dado Dios nueſtro ſeñor, con tantas ventajas en el cielo, y que ſera bien imitando eſte juyzio y ſentencia divina, que V. M. interceda con ſu ſantidad, como ſuele, a que les reſtituya a ellos y a ſu dotrina el lugar que tan ſin razon les han quitado.

Dizen, que aunque en tantos annos como han paſſado, deſpues que algunos eſcritores empeçaron a deſacreditar ſu dotrina, pudieran muy bien aver intercedido con nueſtro ſeñor, para que moviera la deuocion, y autoridad de algun principe de ſus progenitores, o los eſtudios y diligencia de algun ſubdito ſuyo de los antiguos muy nombrados: con todo eſſo no lo han querido hazer haſta aora, eſperando la edad de V. M. y en ſu edad la parte mas prudente y madura, porque para la ſatisfacion publica de todo el mundo, quando faltada a V. M. la autoridad y grandeza de ſu imperio, ſola ſu ſabiduria y religion era la que podian deſſear, para que ygualaſſe con la autoridad de la empreſſa y ſatisfacion de ſu injuria. Y a lo que podemos penſar, no ſolo ha ſido eſt juyzio de los ſantos, ſino ordenacion particular de Dios que ha querido reſervar a V. M. como antiguamente a Salomon, la grandeza y fruto de hecho tan ſanto y religioſo, por parecerle, que los muchos que V. M. ha emprendido y acabado en ſu vida, lo uno auran merecido eſt, lo otro facilitaran mucho ſu buena y ſanta expedicion.

Tambien ſuplican eſto miſmo a V. M. las igleſias de Eſpanna, que aviendo hecho de ſu parte, como catolicas y ſantas, todo lo que podian, y devian a la fe que avian profeſſado, embiando en tiempos tan trabajos, de tan diverſas provincias a eſte concilio ſus obiſpoſos, ſolo para aſſentar las coſas del ſervicio de Dios y de ſu religion, y a reprovar los errores de los Iudios, y Gentiles, ſienten y duelenſe, mucho, que tan extraordinarias y ſantas mueſtras de ſu fe y caridad, no ſolo no ſe reconozcan, pero que con eſcandalo publico de los fieles y de la religion, ſe las muden y perviertan, diziendo, que fueron autores de los miſmos errores que ellos reprobaron.

Y no ſolo las igleſias acuden a eſto, ſino todo el reyno lo pide a V. M. para conſervacion de ſu autoridad preſente, y prueva de ſu religion antigua: todos como lo piden, lo eſperan; fiados en la obediencia y amor que V. M. les deve, y en la benignidad y clemencia que ellos deven a V. M. Y mal digo que lo piden, no lo piden, ſeñor, ſino acuerdanlo a V. M. porque eſtan ciertos, que el amor de la religion, y de las coſas publicas deſtos reynos, mueve tanto a V. M. y mas que a todos el de las proprias, y aſſi ſu cuydado no es ni ſera de ſuplicar a V. M. acuda a remediar eſta ſu neceſſidad y otras, ſino ſolo que las ſepa: porque ellos ſaben, que es eſte el mejor medio que para ſu remedio podian deſſear y aſſi dizen, que aunque haſta aqui ha eſtado Eſpana, y con razon muy ufana y agradecida a ſus Trajanos, Adrianos, y Theodoſios, que aunque reconoce a los Recaredos, Vvambas, Suyntilas, Siſebutos, que aunque enlaka y loa a los Pelayos, a los Alfonſos, a los Fernandos y Carlos: a los unos por prudentes, a los otros por poderoſos y ſabios, y a los demas por buenos, pios y religioſos: mas, que ya todos eſtos oficios y reconocimientos ſe deven a V. M. pues ha hallado ſiempre, y va hallando en V. M. todas eſtas grandezas juntas. No es eſta adulacion, ni querria dezirla a V. M. porque ni eſte inſtituto le ſufre, ni lo permite la condicion de V. M. pero al fin es verdad, que ſe viſto en ſu feliz edad, totas las coſas grandes que divididas han podido ennoblecer, y illuſtrar las de muchos y diverſos principes. El conſervar en paz y quietud los reynos heredados, ha dado a algunos renombre de prudentes. El aver cobrado parte de los perdidos, o ganado parte de los no heredados, ha hecho loarſe a otros de valeroſos. Con aver adminiſtrado juſticia en ſus reynos puntual y ſeveramente, ſin acception de perſonas, le han cobrado de juſtos. Con aver perdonado injurias proprias, de clementes. Con honrar a hombres doctos y ſabios, ſe han tenido algunas vezes pos ſabios y doctos. Y ſi queremos yr diſcurriendo por otras virtudes, los gaſtos gran, des de templos, de igleſias, y edificios ſumpruoſos han hecho a muchos magnificos. Por reſpetar los clerigos, los ſacerdotes, y religioſos, y venerar las coſas de Dios, y de ſus ſantos, han ſido muchos venerados como ſacerdotes ſantos, y religioſos: pues todo eſto junto averſe viſto en la edad de V. M. no ay hombre que ſe tenga por tan ruyn, que lo niegue, ni por tan poco ſabio que lo ignore. Pero con ſer todas eſtas proezas tan grandes, y tan dignas de un principe catolico, con todo vienen a ſer, y ſeran ſiempre muy inferiores, comparadas con la que eſpero, A o la que veo ya alcançada de V. M. en la proteccion y defenſa deſt concilio confirmando por ſu ſantidad, porque aunque noſotros, y los que nos han de ſuceder, las loaran con tan juſtas, como ſon muchas las razones: pero al fin tiene eſte peligro, que es eſtar ſujetas al tiempo, y que con la injuria del, o ſe pierda ſu valor, o ſe deſminuya ſu memoria; mas la que alcançare V. M. deſte beneficio, o ſervicio que haze a la religion, ha de venir a ſer eterna; y no es mucho ſea eterna, pues ha de durar lo que durare la igleſia: porque lo que una vez fuere canonicamente aprovado por la de Roma, tiene la certidumbre de verdad que nueſtra fe, y la verdad, la miſma duracion y eternidad, que Dios.

Bien ſe el poco caſo que V. M. haze de qualquier genero de honra, que nueſtra edad y las venideras pueden darle. porque ſabe, que es tan glorioſo el meretarlas, ſin tenerlas, quan cierto el conſeguirſe y tenerlas de todas las coſas en que V. M. ſe ocupare. pero eſta que digo, ni puede, ni deve V. M. menoſpreciarla, porque ſiendo de juſticia y de piedad, es muy propria de la condicion de V. M. B y de la religion que profeſſa, a la qual, que quiera, que no quiera V. M. ha de correſponder el ſer, valor y premio, que Dios y la naturaleza le han dado, y han dado tantos a eſte beneficio, o ſervicio que pide aora a V. M la igleſia, quantos ſon los que vernan a gozarle, y gozaranle muchos: porque no ſolo le reciben los preſentes, que lo ſuplican aora a V. M. ni la poſteridad de los que han de ſuceder, que tambien ſe han de aprovechar del; ſino que juntamente le reciben, y quedan obligados con nuevo genero de liberalidad, y beneficentia de V. M. los que parece que por ſu naturaleza eſtan impoſſibilitados de recibirle: digo, los que ya paſſaron y murieron, los quales aunque gozando de Dios, viven en una ſumma biena venturança, con todo eſſo eſtan aora deſſeando que V. M. los ayude a alcançar eſta de ſu ſantidad, que les ſera ſin duda una gloria accidental muy grande. Y ſi es felicidad de los reyes, hazer a ſus ſubditos felices, ſumma felicidad ſera cierto de V. M. ayudar a que tenga feliz ſuceſſo la cauſa de aquellos, que pueden ayudar tanto con Dios a hazer mas feliz el imperio de V. M.

C Y ſi los de Francia, Italia y Alemania, los de Inglaterra, Suevia y Polonia, los de Africa, Grecia, y Armenia, y de las ultimas partes del mundo, digo del Iapon, y entrambas Indias, han allado ſiempre, y hallan en V. M. favor y amparo, eſtos para cobrar ſus reynos, aquellos para defender ſus republicas, los demas para reſtituyr y conſervar la religion? juſto es que deſta bondad y clemencia, no participen menos los proprios que los eſtranos, los conſtantes que los flacos, los juſtos, pios y ſantos, que los notales, pues en el reconocimiento que V. M. haze cada dia tantas vezes a nueſtro ſeñor en todas ſus proviſiones y cedulas reales, diziendo, que tiene eſtos reynos de Caſtilla, de Leon, de Aragon, de Portugal, de Navarra, y los demas, por gracia de Dios, mm en eſſe miſmo confieſſa, que eſta mas obligado a nueſtro ſeñor en eſtos, que en aquellos: y aſſi que le ſera mas acepta la piedad y clemencia que con ellos uſare V. M.

Y deſto, ſeñor, no ſolo ha de redundar honra y autoridad a la religion, y a la igleſia, a los reynos de Eſpaña: y a la perſona de V. M. ſino que como ſuele ſuceder en todas las coſas de Dios, aſſi ha de venir con eſta a los que he dicho, honra y provecho todo junto. Porque con ninguna riqueza, ni preſidios, ni con prudencia humana, ni governos, ſe ſuſtentan y augmentan tanto las republicas, como con el cuydado de la religion, y de las coſas que tocan al ſervicio de Dios nueſtro ſeñor: como lo enſeñan ſan nn Fulgencio, y los concilios oo Pariſienſe, pp Aquiſgranenſe, y Moguntino: aſſi ſan qq Leon papa, hablando con la emperatriz Pulcheria, dixo, que en ninguna manera los principes podian aſſegurar los eſtados de ſus reynos, ſino era uniendoſe con los pontifices, para autorizar y defender las coſas tocantes a Dios. Y el concilio rr Moguntino: que los principes no deven dar credito a los que quiſieren engañarles, diziendo: que no les incumbe tanto acudir a la defenſa de las coſas de Dios, como a la conſervacion de ſus reynos: porque quanta ventaja haze Dios al hombre (dize) tanto mas excelente y ſuperior es el cuydado que tiene, y deve tener con la cauſa divina de la igleſia, que con la ſeglar y humana de los ſtados de los hombres. Y de la manera que los principes ſe ocuparen en defender las cauſas de Dios, y de ſu igleſia, aſſi Dios defendera la de los principes, y de ſus reynos, como dixeron Elpidio en el concilio ſſ Chalcedonenſe, y S. Leon tt papa, hablando con el emperador Theodoſio. Entendieron bien eſto aun los, Gentiles, Griegos, y Romanos: pues uu Platon, quiriendo formar una republica perfecta, las primeras leyes con que dixo ſe avia de criar, eſtablecer, y confirmar, eran las que tocavan al culto de Dios. Lo miſmo entendieron Numa xx Pompilio, pues con ninguna coſa procuro tanto aſſentar, y poner en orden la republica de los Romanos, que con el reſpecto y reverencia de las coſas de la religion. Lo miſmo entienderon Conſtantino yy magno, Theodoſio, zz Valentiniano, Ioviano, aaa Marciano, Iuſtiniano, Carolo magno, Ludovico, y los demas emperadores antepaſſados, que por aver defendido a la igleſia, y a la religion, ayudando a celebrar concilios nuevos, o haziendo guardar de

nue

mm Conc. Pariſienſe ſub Ludovico l. 2 c. 5.

nn Fulgent in lib. de veritate prædeſtinationis & gratiæ.

oo Conc. Pariſienſe lib. 1 c. 1. & 4.

pp Conc. Aquiſgranenſe ſub Ludovico p. 2. c. 2.

qq D. Leo papa ep. 29.

rr Conc. Moguat. ſub Rabano c. 6.

ſſ Conc. Chalcedon. action. 2.

tt Epiſt. 23

uu Lib. 4. de rep

xx Plutarch. in ejus vita.

yy Euſeb. l. 10. hiſt eccl. c. 10

zz Ep Theod. & Valent. ad Dioſcorum epiſc Alexandrinum, quæ refertur in conc. Chalc actione 1

aaa Epiſtola Martiani ad omnes epiſc. quæ extat in his quæ præfixæ ſunt ante concilium Chalcedon.

nuevo los antiguos, han ſido ſus nombres en todos tiempos venerados, aſſi en la igleſia, como en el imperio. Y tu vo tanta fe, y eſperanca deſta dotrina y exemplo Theodoſio emperador, que eſtando ya al fin de ſu imperio, y de ſu vida, ningun otro precepto dexo a ſus hijos para confirmacion de ſus eſtados, que encargarles tuvieſſen gran cuydado del ſervicio de Dios y de ſu igleſia. Porque con eſto (dize) conſervareys en paz y quietud vueſtros reynos, dareys fin glorioſo a vueſtras guerras, trayreys ſiempre con temor a vueſtros enemigos, y al cabo alcancareys de todos triumphos y victorias.

Y no ſolo con eſto, ſeñor, ſe aſſeguran y conſervan los reynos, y los eſtados (como dixo Theodoſio) ſino que tambien crece y ſe augmenta el tiempo del govierno, y del imperio, que ſuele acabarſe, como el de las edades. Porque los principes no viven y reynan ſolo viviendo, ſino que aun tambien reynan y goviernan ſus republicas, con la memoria y exemplo de ſus virtudes deſpues de muertos. Eſta grandeza fuera de otras, eſpero en Dios ſe ha de ver de V. M. porque creciendo cada dia mas con ſu edad, el numero y excelencia de las obras de piedad y religion, en que ſiempre ſe ha exercitado y exercita, ha de venir V. M. a acabar en ſus felices dias tantas, que al fin de muy

A largos ſiglos viva, y govierne eſta republica con el miſmo renombre y autoridad que oy viviendo en memoria de todos el exemplo de juſticia, prudencia y religion; que les las V. M. enſeñando; con que han de recibir de V. M. el principe nueſtro ſeñor, y los reynos, un ſingular beneficio, ſu Alteza en yr ganando en edad tan tierna, ſabiduria, y prudencia de otra tan madura: que es el mayor teſoro que puede recibir, para ygualar a la grandeza del govierno de los eſtados, que V. M. dexara: los reinos tambien le reciben, porque governandos por hijo de V. M. criado, inſtituydo y enſeñado con ſu dotrina, yran ſiempre perſuadidos, y con mucha razon a creer, que los mandatos de ſu Alteza, ſon propios de V. M. y aſſi el uno terna mas poder y autoridad en el imperio: y los demas quedaran con mas facilidad, y guſto en la obediencia. Y eſte eſtado, a mi parecer es, tan felîz para todos, que devemos ſuplicar a nueſtro ſeñor mas por ſu conſervacion, que por nuevo augmento de otros. Uno ſolo nos queda que deſſear, para venir a ſer mas dichoſos, y es

B que ſe ſirva Dios nueſtro ſeñor dar a V. M. tan largos annos de vida, quantos le eſtan pidiendo el ſervicio ſuyo y de ſu igleſia, y quantos ha meneſter la neceſſidad de eſtos reynos. En Madrid a X. de Marzo de ClƆ. IƆ. XCIV. *Don Fernando de Mendoça.*





ANNO CHRISTI 306.

# CONCILIUM ALEXANDRINUM

ANNO CHRISTI 306.

## HABITUM CIRCA ANNUM CHRISTI CCCVI. [1]

[illegible]

*CONcilium iſtud a Petro Epiſcopo Alexandrino, qui & martyr fuit, congregatum eſt viginti plus minus annis ante Nicænum adverſus Meletium Epiſcopum Lycopolis in Thebaide; in eoque idem Meletius multorum criminum reus ac convictus, & in primis quod idolis ſacrificaſſet, communi Epiſcoporum judicio depoſitus eſt. Hujus rei teſtis eſt omni exceptione major ſanctus Athanaſius in apologia ſecunda adverſus Arrianos pag. 777.* Petrus apud nos ante perſecutionem Epiſcopus, A & in perſecutione martyr declaratus, Meletium Epiſcopum Ægypti nominatum multis convictum criminibus, & in primis quod idolis ſacrificaſſet, in communi Epiſcoporum ſynodo depoſuit. *Mentionem iſtius rei facit etiam Patritius Ararſius in oratione quæ Oceanus cognominatur, cujus fragmentum extat poſt caput* XXXII. *libelli ſynodici.* Meletium, *inquit*, Epiſcopum Thebaidos, qui in perſecutione ſacrificaverat, & infinitorum aliorum criminum reus fuerat deprehenſus, ſanctiſſimus Alexandriæ Epiſcopus Petrus ante acceptam martyrii coronam depoſuerat, Chriſtiq; Eccleſia ejecerat.

# [a] CONCILIUM CARTHAGINENSE I.

## [b] SCHISMATICORUM DONATISTARUM,

*Sub* [2] *Marcello celebratum anno Chriſti* [2] CCCVI.

[a] *COncilium.*) Hoc concilium ſeu potius conciliabulum Carthagine celebratum eſt an. 306. qui eſt Marcelli pontificis tertius & Conſtantini imperatoris annus primus. In hoc ſchiſmatici Donatiſtæ epiſcopi fere 70. accerſitis ex Numidia epiſcopis aliis, adverſus Cæcilianum, Menſurio Carthaginenſis eccleſiæ antiſtiti ſubrogatum, quemdam Majorinum pſeudoepiſcopum crearunt, ut inquit Auguſtinus in brevic. coll. die 3. cap. 16. & Optatus libro 1. contra Parmenianum. Ipſum vero Cæcilianum falſo accuſatum, utpote qui tempore perſecutionis ſacros codices tradidiſſet, a Felice Aptungitano epiſcopo traditore ordinatus eſſet, victumque martyribus in carcere conſtitutis afferre prohibuiſſet, injuſte condemnarunt, omniumque fidelium communione privarunt: Cæcilianus vero, quantumvis tanto hoſtium numero circumſeptus eſſet, a crimine objecto tutiſſimus, tutum ſe ſatis exiſtimavit, quod communicatione adhuc conjunctus eſſet Romanæ eccleſiæ epiſcopo, ex quo omnis communicatio catholica nomen B ſemper accipere conſuevit. Auguſtinus epiſt. [a] 162.

*Imo potius ... Fuſebio. Tempus, locus, & cauſa concilii.*

*Quot & quales epiſcopi interfuerint.*

*Cur Cæcilianus a ſchiſmaticis in concilio damnatus.*

[b] *Schiſmaticorum Donatiſtarum.*) Hoc ſchiſma præcipue a Botro & [b] Cæleſio Carthaginenſis eccleſiæ epiſcopis ſedem ambitioſe expetentibus, & ab illis ſenioribus qui depoſita ornamenta eccleſiæ negaverant, exortum eſt. Secundus vero Tigiſitanus epiſcopus, Numidarum primas, hoc ſchiſma plurimum auxit, & demum Majorini creatio valde idipſum ſtabilivit. Denominatum eſt hoc ſchiſma Donatiſtarum a Donato Carthaginenſi epiſcopo; quem cum pro magno haberent, & ab omni labe puriſſimum defenderent, ab hoc ſe Donatiſtas nominari patiebantur, maxime quod hic viribus eloquentiæ, qua C pollebat, labentem errorem firmius ſtabiliviſſet. A Donato illo, qui e loco dictus eſt Donatus a Caſis nigris, ſicut etiam a primis actoribus ſuæ factionis appellari refugiebant, eo quod illum a Melchiade, hos ab aliis epiſcopis condemnatos eſſe conſtaret. Vide Auguſt. de hæreſ. cap. 69. Baron. anno Chriſti 306. num. 28. uſque ad 41.

*a & 163. aliiſque.*

*Origo Donatiſtarum*

*b Celeuſio.*

*Cur & a quo Donato appellarentur Donatiſtæ*

IDEM

1 Ad annum circiter 308. rejicitur hoc Concilium ab Harduino in Indice Concil. tomi primi.

2 Non ante annum 311. ut recte admonet Labbeus, quo anno cœpit Donatiſtarum ſchiſma, ut oſtendit Valeſius in Diſſertat. de ſchiſmate Donatiſtarum, & poſt eum Pagius ad an. Chriſti 306. num. 19. & ſeqq. quem conſule.

## IDEM EX NOVA BALUZII COLLECTIONE.

*CUm excitata perſecutio ſuiſſet adverſus Eccleſiam Dei in Africa conſtitutam, quia Felix quidam Diaconus, qui propter famoſam neſcio quam, ut Optatus ait, de tyranno Imperatore tunc factam epiſtolam in periculum adductus, apud Menſurium Carthaginenſem Epiſcopum delituiſſe dicebatur, miſſo reſcripto Menſurius juſſus eſt ire ad palatium, id eſt, ad comitatum Maxentii qui tum Africæ imperitabat. Profectus cauſam dixit. Juſſus eſt reverti Carthaginem; quo pervenire non potuit, morte nimirum interea ſublatus. Tempeſtas perſecutionis peracta & definita eſt. Jubente Deo, indulgentiam mittente Maxentio, Chriſtianis libertas eſt reſtituta, anno nimirum trecenteſimo undecimo. Tum de ſubſtituendo in Menſurii locum Epiſcopo agi cœptum eſt. Cumque* B *conveniſſent Carthaginem vicinarum urbium Epiſcopi, ſuffragio totius populi Cæcilianus eligitur, & manus imponente Felice Aptungitano Epiſcopus ordinatur. At Botrus & Celeſius, qui epiſcopatum Carthaginenſis Eccleſiæ appetiverant, cum ſpe ſua ſe dejectos viderent, conjuravere adverſus Cæcilianum; & adhibita in ſocietatem Lucilla potenti & factioſa fœmina, quæ inimica Cæciliano erat, & ſenioribus plebis catholicæ, quibus Menſurius diſcedens ornamenta Eccleſiæ commendaverat, qui faucibus avaritiæ commendatam ebiberant prædam, ad Secundum Tigiſitanum Epiſcopum miſerunt petentes ut Carthaginem veniret. Venit ille cum Epiſcopis qui Concilium Cirtenſe ante ſex annos celebraverant; adjunctiſque ſibi plu-* C *ribus aliis Epiſcopis uſque ad ſeptuaginta, Cæcilianum cum ſuis collegis & ordinatoribus damna-* A *verunt, abſentem licet, ut in epiſtola* CLXII. *ait Auguſtinus, & Majorinum qui Lector in diaconio Cæciliani fuerat, Epiſcopum adverſus eum ordinaverunt, mittentes ubique literas livore dictante conſcriptas, quibus famam ejus dehoneſtarent. Hæc collecta fere ad verbum ſunt ex Optato & Auguſtino. Intercideront enim acta iſtius Concilii. Sola Marciani Epiſcopi ſententia, quam utique ſeptuaginta qui aderant non improbabant, refertur apud Auguſtinum in libro adverſus Fulgentium Donatiſtam cap.* XXVI *his verbis:* In evangelio ſuo Dominus ait: Ego ſum vitis vera, & pater meus agricola. Omnem palmitem in me non afferentem fructum excidet & projiciet, & omnem manentem in me & fructum ferentem B purgat illum. Sicut ergo palmites infructuoſi amputati projiciuntur, ita thurificati, traditores, & qui in ſchiſmate a traditoribus ordinantur, manere in Eccleſia Dei non poſſunt, niſi cognito ululatu ſuo per pœnitentiam reconcilientur. Unde Cæciliano in ſchiſmate a traditoribus ordinato non communicare oportet.

### OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Conſulendas de toto hoc ſchiſmate Donatiſtarum moneo ejuſdem ſancti Auguſtini epiſtolas 48. 50. 68. 152. 162. 163. 165. 166. 171. aliaſque, cum libris retractationum, breviculo collationis, libris contra literas Petiliani, adverſus Parmenianum, contra Creſconium grammaticum, de unitate eccleſiæ, de unico baptiſmo, ad- C verſus Fulgentium Donatiſtam ſi tamen ejus eſt, homil. 2. in pſalm. 36. lib. contra eoſdem Donati aſſeclas poſt collationem, &c.

ANNO CHRISTI 308.

# [a] CONCILIUM CARTHAGINENSE II.

## SCHISMATICORUM,

*Sub* [a] *Marcello habitum anno* CCCVIII.

ANNO CHRISTI 308.

ſub Euſebio potius, Melchiade, aut Silveſtro, imo & poſt Nicænum, ut qq. volunt, ſub Donato Carthag. epiſcopo

Concilii tempus.
Locus.
Cauſa.
Decretum

[a] CONcilium Carthaginenſe.) Anno domini 308. ſub Marcello pontifice & imperio Conſtantini, Carthagine in Africa Donatiſtæ ſchiſmatici concilium celebrarunt, in quo poſtquam 75. diebus acriter diſceptatum fuiſſet, ducentis ſeptuaginta epiſcopis Donatiſtis communi conſenſu placuit, ut traditores, etiamſi baptizari nollent, ad communionem reciperentur atque ita vigore hujus decreti Donatus una cum omnibus ſuæ factionis ſectariis, Deuterio Macrinenſis eccleſiæ, univerſiſque Maurorum epiſcopis deinceps uſque ad perſecutionem Macarianam per 40. annos jugiter communicarunt. Auguſtinus epiſt. 48. Ut hoc concilium penitus ab hominum memoria deleretur, Donatiſtæ magno ſtudio curarunt. Cum enim ſe puriſſimos & innocentiſſimos eſſe oſtentarent, nulla traditionis macula fœdatos unquam fuiſſe glorioſe admodum prædicarent, ac propterea adverſus Cæcilianum ejuſque ſocios traditionis nota conſperſos ſe juſtitiæ ſolius amore bellum gerere jactitarent, concilium vero hoc numeroſiſſimum, ex traditorum grege collectum, mendacia, impietatem at- D que immunditiam eorum detegeret, illud ſummopere oderunt, & maximo conatu obliteratum eſſe voluerunt. Vide Baronium anno Chriſti 308. n. 28. & 29. Auguſtinum epiſt. 48. qua ad Vincentium ſcribens de hoc concilio ſcribit ea quæ ſequuntur: *Scribit enim ille Tychonius, homo ut dixi, veſtræ communionis, a ducentis & ſeptuaginta epiſcopis veſtris concilium Carthagine celebratum. In quo concilio per 75. dies, poſtpoſitis omnibus præteritis, limitatam eſſe ſententiam, atque decretum, ut traditoribus immenſi criminis reis, ſi baptizari nollent, pro integris communicaretur. Deuterium etiam epiſcopum Macrinenſem communionis veſtræ dicit traditorum plebem congregatam eccleſiæ miſcuiſſe, & ſecundum ſtatuta illius concilii a ducentis & ſeptua-* E *ginta epiſcopis veſtris facti, feciſſe cum traditoribus unitatem, eique Deuterio, poſt hoc factum jugiter communicaſſe Donatum: nec ſolum huic Deuterio, ſed etiam univerſis Maurorum epiſcopis, per 40. annos, quos dicit uſque ad perſecutionem per Macarium factam* (nimirum ad annum Chriſti 348.) *Traditoribus ſine baptiſmo communicaſſe*

Donatiſtæ, ut hoc ſuorum conciliabulum obliteratum voluerunt

VITA

1 Ex his verbis deducit Baronius, Concilium iſtud Donatiſtarum celebratum quadraginta ante Macarianam perſecutionem annos, ſeu ante annum Chriſti CCCXLVIII, vel circiter, quo ea perſecutio excitata. At, ut Va

# VITA
# EPISTOLÆ ET DECRETA
## EUSEBII PAPÆ.
### *Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.*

a EUſebius natione (*a*) Græcus, ex patre A medico, *b* ſedit annis ſex, menſe uno, diebus tribus. Fuit temporibus (*b*) Conſtantini. Sub *c* hujus tempore crux domini noſtri Jeſu Chriſti v. nonas Maii inventa eſt. Baptizatur quoque & Judas, poſt Quiriacus vocatus, crucis inventor. Hic ſcilicet Euſebius, hæreticos invenit in urbe Roma, (*c*) quos ſola manuum impoſitione reconciliavit. Fecit hic ordinationem unam menſe Decembri, presbyteros 13. diaconos 3. epiſcopos per loca 14. Sepultus eſt in cœmeterio Calliſti via Appia, VI. nonas Octobris. Et ceſſavit epiſcopatus dies ſeptem.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Quando Euſebius Marcelli ſucceſſor factus ſit.

*a Euſebius.*) Cum poſt martyrium Marcelli ſedes 20. diebus vacaſſet, Euſebius natione Græcus, 5. Februarii, anno Chriſti 309. qui erat Conſtantini imperatoris quartus, pontifex creatur. Quod Theodoretus libro 1. cap. 3. affirmans Melchiadem Marcellino ſucceſſiſſe, hunc Euſebium ſicut & Marcellum, ſolus non agnoverit, mirum eſt, cum eumdem præter Euſebium Optatus libro contra Parm. Auguſt. epiſt. 165. aliique omnes recentiores agnoſcant. Hoc tempore Maxentius caſtiſſimarum virginum & matronarum pudicitiæ horrende inſidiatur, ſuaque impudicitia plures ſacratiſſimas virgines ad ſui ipſius interpecionem adegit. Galerius, poſtquam in oriente plurimos Chriſtianos e vivis ſuſtuliſſet, tandem divinitus acerbiſſimo & horribili morbo percuſſus, hoc ſibi ob ſuam contra Chriſtianos immanitatem exercitam evenire agnoſcens, perſecutionem edicto relaxat, & Chriſtianis liberum uſum ſuæ religionis permittit, eoſque admonet, ut Deo ſuo, pro ſua & totius reipublicæ ſalute ſupplicent. Euſebius libro 3. cap. 18. & 19. Inopia ſcriptorum, vel ſcripturarum rerum jactura, Euſebii memoria plane obſcura eſt.

Quis ſtatus eccleſiæ ſub Euſebio.

Quamdiu ſederit? & an ſub Euſebio crux inventa?

*b Sedit annis 6.*) Ex initio & fine pontificatus, & ex indice Creſconiano, eum annis 2. menſibus 8 diebus 16. ſediſſe conſtat. Anno enim 309. 5. Februarii pontificatum ingreſſus, obiit 20. Septembris anno 311.

*c Hujus tempore crux domini.*) Cum hoc tempore A neque mater Helena, neque filius imperator Conſtantinus Chriſtianam religionem ſuſceperint, ipſaque crux dominica poſt celebratum Nicænum concilium, omnium prope antiquiſſimorum conſenſu inventa dicatur, ut latius infra in notis ad epiſtolam 3. dicemus, longiſſime a veritate abeſt id quod hic auctor libri pontificalis aſſerit, crucem domini ſub Euſebio pontifice inventam eſſe. Baron. anno 311. num. 41.

EPISTOLA I.

a Conſictæ ac ſpuriæ omnes.

# EUSEBII PAPÆ
## AD OMNES GALLIÆ EPISCOPOS.

B

I. *Laici ab accuſatione ſacerdotum prohibentur, ſimiliter illis qui eis aliquo modo ſubditi ſunt.*

II. *Quæ accuſationes a judicibus eccleſiaſticis audiri non debeant; & qui accuſatores ab accuſatione ſubmoveantur*

*Cariſſimis fratribus domino & Deo dilectis epiſcopis omnibus per Gallicanas provincias conſtitutis, Euſebius.*

SCripta [b] ſanctitatis veſtræ cum magna gratiarum actione ſuſcepi, gaviſus ſcilicet de veſtra ſoſpitate, ſed contriſtatus nimis de veC ſtra oppreſſione. Quod ſignificaſtis [*] enim, quid de converſis hæreticis fieri debuiſſet, ſcitote nos eos, qui ſanctæ Trinitatis fide baptizati ſunt, per impoſitionem manus ſuſcipere.

b S. Greg. lib. 11. ep. 36

* autem

I. De

leſius in Diſſert. de Schiſmate Donatiſt. cap. 3. obſervat, nequaquam id innuit Auguſtinus. Sed tantum dicit S Doctor, ſeu potius *Tychonius*, Donatum Deuterio & reliquis Maurorum Epiſcopis per quadraginta annos communicaſſe, eoſdemque Maurorum Epiſcopos ſemper uſque ad *Macariana tempora* Traditoribus abſque iteratione baptiſmi communicaſſe. Quid enim aliud ſonent hæc verba Auguſtini? *Eique Deuterio poſt hoc factum jugiter communicaſſe Donatum: nec ſolum Deuterio, ſed etiam univerſis Maurorum Epiſcopis per quadraginta annos quos dicit uſque ad perſecutionem per Macarium factam, Traditoribus ſine baptiſmo communicaſſe.* Quibus ex verbis colligi poteſt, Epiſcopos Mauritaniæ, qui erant partis Donati, non rebaptizaſſe, niſi poſt tempora Macariana. Nam ante hæc tempora Catholicos ad ſe venientes, ſi rebaptizari nollent tanquam integros ſuſcipiebant. Poſt perſecutionem autem Macarii, Catholicos non niſi rebaptizatos communioni ſuæ ſociarunt, in odium, ut videtur, perſecutionis illius; cujus auctores Catholicos eſſe criminabantur.

Sed quidquid ſit, Synodus illa ducentorum ac ſeptuaginta Epiſcoporum hoc anno celebrari non potuit; cum ſchiſma Donatiſtarum ante annum trecenteſimum duodecimum conflatum non fuerit. Exiſtimo itaque cum Valeſio, Synodum illam congregatam fuiſſe *Donati Carthaginenſis* Epiſcopi temporibus, aliquot poſt Nicænam annis. Nam novo adhuc & recenti ſchiſmate tot Epiſcopos Donatiſtæ habere non potuerunt. Roborata quippe & maxime confirmata fuerit hæc factio, cum tantus Epiſcoporum numerus in urbem Africæ primariam convenit. Conſtat autem, *Donatiſtarum* factionem magni illius Donati temporibus præcipue viguiſſe. Itaque ſub illius Epiſcopatu hoc Concilium coactum. Certe ſalvo ac ſuperſtite Cæciliano id videtur fieri non potuiſſe. Nam & Cæcilianus plurimum poterat apud Conſtantinum, poſtquam innocentiam ſuam ei coram approbaverat, nec Imperator ipſe id laturus fuiſſet; quippe qui & Baſilicas Donatiſtis ademerit. Sed & Auguſtini, ſeu potius Tychonii, verba indicare videntur Synodum hanc ſub Donato celebratam. Poſtquam enim dixit, *Deuterium* ſecundum ſtatuta illius Concilii petiiſſe cum Traditoribus unitatem, addit, eidem Deuterio poſt hoc factum jugiter communicaſſe *Donatum*. Ex quibus recte infert Valeſius, hoc Concilium Deuterii & Donati temporibus congregatum fuiſſe. *Pagius ad annum Chriſti 308. n. 5. & 6.*

(*a*) *Luc.* legit; *Græcus & medicus.*

(*b*) *Luc. Conſtantii.*

(*c*) *Luc. quos per manus.*

I.

3. q. 5. De accuſationibus clericorum.

a Hadr. coll can. 12.

a q. 7. Laicos non accuſaſſe

b Vide Hincmar c. 24. lib. 55

De accuſationibus vero clericorum, ſuper quibus mandaſtis, ſcitote, a tempore apoſtolorum in hac ſancta urbe ſervatum eſſe, accuſatores & accuſationes quas exterarum conſuetudinum leges non [a] adſciſcunt, a clericorum accuſatione ſubmotas. Similiter, laicos non accuſaſſe epiſcopos, haƈtenus obſervatum & conſtitutum eſt, [b] quia ejuſdem non ſunt converſationis. Et oppido eis quidam infeſti exiſtunt, quippe cum vita eorum & converſatio debeat eſſe ſecreta, & a laicorum actibus remota. Nec ab his impeti debeant, quorum caſtitatem & gravitatem nolunt imitari, maxime cum nec hi eos in ſuis volunt recipere accuſationibus. De ipſis vero, ſuis videlicet agricultoribus atque miniſtris, dominus laicis & cunctis eos perſequentibus ait: *Nolite tangere Chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari*. Et ipſa ſacra ſcriptura dicit; *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei*. Talia enim & his ſimilia ſancti patres prævidentes pericula, laicos ſæculo militantes, ab accuſatione ſacerdotum prohibuere: ſimiliter ſervos & liberos, atque gentibus publicis vel privatis ſubjugatos, omneſque infames, ab eadem accuſatione vel tergiverſatione ſubmoverunt. Non enim oportet, ut permittantur carnales ſpirituales perſequi, nec ſceleribus irretiti, vel ſæculo militantes, epiſcopos infamare vel lacerare, aut crimen opponere. Nam ſi hoc apoſtoli aut ſucceſſores eorum permitterent, perpauci remanſiſſent qui domino in ſacerdotali ordine militaſſent. Idcirco & nos ſequentes patrum veſtigia, pro ſalvatione ſervorum Dei, quaſcumque ad accuſationem perſonas leges [c] publicæ non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam ſubmovemus. Et nullæ accuſationes a judicibus audiantur eccleſiaſticis, quæ legibus ſæculi prohibentur.

Pſal. 104.

Zach. 2.

3. q. 5. De accuſat. cleri.

Et 6 q. 1. Nos ſequentes patrum.

c Ennodius in apol. pro Symmacho ex canon. 7. conc. II. Carthag.

II.

Quapropter illi, quibus indita non eſt ad unguem polita perfectio talia ſilere debent, ita ut nec [d] mutilentur, nec proponantur. Nec illi, qui aut in fide catholica, aut inimicitia ſuſpecti ſunt, ad pulſationem prædictorum admittantur: quia veritatem [e] profeſſionis infidelitas & inimicitia impedire ſolet. Nec illi credendi ſunt, aut admittendi, qui aliorum ſponte crimina confitentur. Et ideo replicanda ſolicite eorum veritas: quam ſponte [f] prolata in illis vox habere non poteſt, hanc diverſis cruciatibus e latebris ſuis rigoroſius tortor exigere debet, ut dum pœnis corpora ſubjiciuntur, quæ geſta ſunt fideliter & veraciter exquirantur. Unde, quæſo, primum ad leges publicas, deinde ad judices, ora convertite, qui poſſunt & volunt in defenſione [g] omnium juſte loqui. Nos enim (quos Dei ſervitium poſt iſtarum rerum abjectionem fecit ingenuos, qui talium inſultationes aut contumelias aut deſpicimus aut deridemus, quibus ſcriptum eſt de famulis & [*] vulgi hominibus per apoſtolum: *Mementote, quia veſter; & illorum dominus in cælis eſt*) ad hæc ſæculi mala revocabimur? Faciendum a nobis eſt, quod, faciente altero, profanum eſſe contendimus? Quod per miniſterium juſſionis & manus alienæ inceſtaret aſpectum, noſtro peragetur imperio? Nolite hanc per univerſas ec-

d ventilentur, 3. q. 5. Illi qui aut in fide.

e Anian. ad ſent. Pauli tit. 15. ſent. 1.

f Ennod. cit.

g ſua ſic eloqui.

* vulgaribus Epheſ. 6

A cleſias mentem, rapacium luporum more & natura, ſervare: quia poſtquam nos maculat forte pro deſideriis eorum cruenta diſcuſſio, effectum in his, [a] quo tendunt, non habebunt, dicente [b] nobis propheta: *Ponamus circulum in naribus eorum, & frenum in labiis, & reducamus eos in viam rectam*. Quia eodem propheta afferente, impugnantur, qui dicunt; *Erunt quaſi non ſint. & peribunt viri qui contradicunt [c] nobis*. Infames enim ſunt proculdubio impugnatores epiſcoporum, omneſque qui adverſus patres armantur, & conculcatores eccleſiarum, ſacerdotumque ejus, & qui de publicis fugiunt præliis, & mandata Dei contemnunt, & qui aliqua culpa infamiæ aſperguntur maculis, his omnibus impugnandi epiſcopos, patrum ſequentes B inſtituta, & nos licentiam ſubmovemus; quia ſic odit Deus eos [d] qui patres perſequuntur, ut patrum invaſores, qui in omni mundo infamia notantur, & ideo juſte & regulariter reſpuuntur. [e] Nunc longa non opus eſt admonitione. Jam perditis dium debemus operire, de quibus jam non ſupereſt, quod damnetur, auctoribus. De quibus dominus per prophetam loquitur, dicens: *Reprobantes verbum, ſperaſtis in calumniam & in tumultum, & innixi eſtis in eo. Propterea erit vobis iniquitas hæc ſicut interruptio*. Rurſus etiam de talibus propheta cla- C mat, dicens: *Accedite huc, [g] ſemen [*] adulteri & [*] fornicarii. Super quem luſiſtis? ſuper quem dilataſtis, & ejeciſtis linguam? Numquid non vos filii ſceleſti eſtis, ſemen mendax?* Coſtent impii commentitia adverſus ſimplices jam fraude mentiri? *Cuſtodi*, inquit propheta, *linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Recede a malo, & fac bonum, quære pacem, & perſequere eam. Oculi domini ad juſtos, & aures ejus ad clamorem eorum. Vultus autem domini ſuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum*. Et paulo poſt: *Interficiet impium malitia, & odientes juſtum culpabuntur*. Nos quamquam multa patiamur a talibus, *diligamus nos, cariſſimi, invicem, quoniam caritas ex Deo eſt. Et omnis qui di-* D *ligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. Qui non diligit, non novit Deum, quia Deus caritas eſt. In hoc apparuit caritas Dei in nobis, quoniam Filium ſuum unigenitum miſit Deus in mundum, ut vivamus per eum. In hoc eſt caritas, non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe dilexit nos, & miſit Filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. Cariſſimi, ſi Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere, Deum nemo vidit unquam. Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, & caritas ejus in nobis perfecta eſt. In hoc intelligimus, quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus, & teſtificamur, quoniam Pater miſit Filium ſuum ſalvatorem mundi. Quiſquis confeſſus* E *fuerit quoniam Jeſus eſt Filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo. Et nos agnovimus, & credimus veritati, quam habet Deus in nobis. Deus caritas eſt: & qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta eſt caritas nobiſcum, ut fiduciam habeamus in die judicii: quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. Timor non eſt in caritate, ſed perfecta caritas foras mittit timorem, qui timor pœnam habet. Qui autem timet, non eſt perfectus in caritate. Nos ergo diligamus Deum: quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui autem non diligit fratrem ſuum, quem videt, Deum quem non videt, quomodo po-*

a quo tendit ut non haberet.

b vobis.

Iſa. 37.

Iſai. 41.

c vobis

d Procius. Damnum

e Idem Ennodius

f operi. de cujus.

Iſai. 30.

Iſai. 57.

g ſemel adulterii & fornicarii.

* adulterorum

* fornicatio

Pſal. 33.

1. Joan 4.

*teſt diligere: Et hoc mandatum a Deo habemus, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. Omnis qui credit, quoniam Jeſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus eſt ex eo. In hoc ᵃ cognovimus, quoniam diligimus natos Dei, cum Deum diligamus, & mandata ejus faciamus. Hæc eſt enim caritas Dei, ut mandata ejus cuſtodiamus. Et mandata ejus gravia non ſunt: quia omne quod natum eſt ex Deo, vincit mundum. Et hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra. Quis eſt qui vincit mundum, niſi qui credit quoniam Jeſus eſt Filius Dei? Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinem, Jeſus Chriſtus, non in aqua ſolum, ſed in aqua & ſanguine. Et Spiritus eſt qui teſtificatur, quoniam Chriſtus eſt veritas. Quoniam tres ſunt qui teſtimonium dant, ſpiritus, ſanguis, & aqua: & hi tres unum ſunt. Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei majus eſt. Quoniam hoc eſt teſtimonium Dei, quod majus eſt, quia teſtificatus eſt, de Filio ſuo. Qui credit in Filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. Qui non credit Filio, mendacem facit eum, quia non credit in teſtimonium, quod teſtificatus eſt de Filio ſuo Deus. Et hoc teſtimonium eſt, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus. Et hæc vita in ejus Filio eſt. Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet Filium Dei, non habet vitam. Hæc ſcribo vobis, ut ſciatis quoniam vitam ᵃ habebitis æternam, qui creditis in nomine Filii Dei. Et hæc eſt fiducia, quam habemus ad eum: quia quodcumque petierimus ſecundum voluntatem ejus, ᵃ audiet nos. Et ſcimus, quia audit nos, quidquid petierimus: Scimus quoniam habemus petitiones, quas poſtulamus ab eo. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem: non pro illo dico, ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum eſt, & eſt peccatum ad mortem. Scimus quia omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat; ſed generatio Dei conſervat eum, & malignus non tangit eum. Scimus enim, quoniam ex Deo ſumus, & mundus totus in maligno poſitus eſt. Et ſcimus, quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, ut cognoſcamus Deum verum, & ſimus in vero Filio ejus. Hic eſt verus Deus & vita æterna. Propter mala ſua multi potentes oppreſſi ſunt valde, & glorioſi traditi ſunt in manus alterorum. Benedictio autem Dei in mercedem juſti feſtinat, & in ᵃ honore ᵃ veloci proceſſus illius fructificat. Beatus vir, qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo, & non eſt ſtimulatus in triſtitia delicti.* Scitote, cariſſimi, pro ea ᵃ pietate, quæ vobis Dei famulis impendenda eſt, omnes ſuggeſtiones veſtras fidei catholicæ profuturas, me dignanter ſuſcepiſſe, ut ipſarum quoque opera & pax Chriſtiana reparari, & error impius poſſit aboleri. Et ſi amplius de talibus aut de his ſimilibus aliquid fuerit deliberandum, celeriter ad nos relatio dirigatur, ut pertractata qualitate horum, noſtra, quid obſervari debeat, ſolicitudo confirmat. Data VI. Kalendas Auguſti, ᵃ Conſtantino ᵇ conſule.

a Joan. 5. — a cognoſcimus. — habetis — audit — Eccleſ. 11 — hora — Eccleſ. 14 — a S. Leo ep. 46 — a Conſtantio. Conſtante. — b obiit Euſebius 26. ſept. an. 311

# EPISTOLA II.

# EUSEBII PAPÆ,

## AD ᵃ ÆGYPTIOS

a addit MS. Alexandrinos.

De epiſcopis rebus ſuis ſpoliatis, aut a ſede pulſis, niſi in integrum reſtituantur, non judicandis, nec ad ſynodos convocandis, ut ab omnibus ſuæ provinciæ epiſcopis audiantur.

*Euſebius Romanæ & apoſtolicæ eccleſiæ epiſcopus, dilectiſſimis in caritate Chriſti unanimis, caritatis glutino connexis fratribus, per Alexandriam & Ægyptum domino militantibus, & rectam fidem tenentibus, in domino ſalutem.*

*Benedictus Deus & pater domini noſtri Jeſu Chriſti, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, ut poſſimus, & ipſi conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt per exhortationem qua exhortamur & ipſi a Deo. Quoniam ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. Sive autem tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute, ᵃ ſive exhortamur pro veſtra exhortatione & ſalute, quæ & operatur tolerantiam earundem paſſionum, quas & nos patimur. Et ſpes veſtra firma eſt pro vobis, ſcientes quoniam ſicut ſocii paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis. Vetera (dilectiſſimi) tranſierunt, & ecce facta ſunt nova. Omnia autem ex Deo, qui reconciliavit nos ſibi per Chriſtum, & dedit nobis miniſterium reconciliationis: quoniam quidem Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum, & poſuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo. Eum, qui non noverat peccatum pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur juſtitia Dei in ipſo. Adjuvantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudivi te, & in die ſalutis adjuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Nemini dantes ullam offenſionem, ut non vituperetur miniſterium noſtrum, ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate & ſuavitate, in Spiritu ſancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma juſtitiæ a dextris & a ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, ut ſeductores & veraces, ſicut qui ignoti & cogniti: quaſi morientes, & ecce vivimus: ut caſtigati & non mortificati: quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes: ſicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. Os noſtrum patet ad vos ᵇ, Corinthii, cor noſtrum dilatatum eſt. Non anguſtiamini in ᵃ* carnalibus, *anguſtiamini autem in ᵃ* ſpiritualibus. *Eamdem autem habentes remunerationem, tanquam filiis dico, dilatamini & vos. Nolite jugum ducere cum infidelibus. Quæ autem participatio juſtitiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ autem conventio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli?*

a Cor. 1 — a Cor. 5 — a Cor. 6 — b Quid ad Ægyptios? quorum nomen atque poterat inferri ac duo notantur. — a nobis — a in viſceribus veſtris.

c MS. *hora*. Harduinus. a Deſunt quæ in Vulgata leguntur *five conſolamur pro veſtra conſolatione, five, &c.*

*fideli? Quis autem conſenſus templo Dei cum idolis? Vos enim eſtis templum Dei vivi, ſicut dicit dominus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum, & ſeparamini de medio eorum, dicit dominus: & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens. Has igitur habentes promiſſiones, cariſſimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei.* Errorem veſtrum corrigite, fratres, & ab omni erroris macula vos cuſtodite, ut purum Deo munus offerre valeatis. Servos Dei nolite perſequi, epiſcopos nolite infamare, neque accuſare, quia Deus eos ſuo judicio voluit reſervari. Quod enim non ab humanis aut pravæ vitæ hominibus eos depravari aut accuſari voluit, ipſe dedit exemplum, quando per ſeipſum [a], & non per alium, negotiantes ejecit ſacerdotes de templo, & menſas nummulariorum proprio evertit flagello, & ejecit de templo. Et ſicut alibi ait: *Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos diſcernit.* Dei ergo ordinationem accuſat, qui epiſcopos accuſat vel condemnat, dum minus ſpiritualia quam terrena [b] ſectatur. Cauſa enim fidei & dilectionis [c] quibus ſalus Chriſtiana conſiſtit, multa me ſolicitudine laborare compellit, metuentem, ne pravitas, quæ in ſuis fuerat amputanda principiis, proceſſu temporis, & pertinacior fiat & altior. Nam inimicum nimis eſt [d] atque incongruum, eos, qui epiſcopos vel reliquos veros ſacerdotes ſua perſecutione vexant, catholicorum nominibus ſine diſcretione miſceri, cum damnatam impietatem non deſerentes, ipſi ſua pravitate condemnantur, quos convenit percelli pro perfidia, aut [e] liberari pro venia: quia ſicut plenum [f] pietatis eſt, oppreſſis caritatem dominicam [g] reddi, ita juſtum eſt, omnia perturbantis auctoritatem amputari. *Miror*, cariſſimi, *quare tam cito movemini, atque a veſtro ſenſu transferimini*; cum ſcriptum ſit: *Poſt concupiſcentias tuas non eas, & a voluntate tua avertere. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis. Ne oblecteris in turbis, nec in modicis.* * *Adeſt* [h] *enim commiſſio illorum. Ne fueris mediocris in contentione ex famore, & eſt tibi nihil in ſacculo. Eris enim invidus vitæ tuæ. Operarius ebrioſus non locupletabitur: & qui ſpernit modica, paulatim decidet. Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguunt ſenſatos: & qui ſe jungit fornicariis, erit nequam. Putredo &* * *vermis hæreditabunt illum, & extolletur in exemplum majus, & tolletur de numero anima ejus. Qui credit cito, levis corde eſt, & minorabitur: & qui delinquit in animam ſuam, inſuper* * *habebitur. Qui gaudet iniquitate, denotabitur; & qui odit correptionem, minuetur vita: & qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. Qui peccat in animam ſuam, pœnitebit: & qui jucundatur in malitia, denotabitur. Ne iteres verbum nequam & durum, & non minoraberis. Amico & inimico noli enarrare ſenſum tuum, & ſi eſt tibi delictum, noli denudare. Audiet enim te, & cuſtodiet te: & quaſi defendens peccatum, odiet te, & ſic* * *adhærebit tibi ſemper. Audiſti verbum adverſus proximum? commoriatur in te, fidens quoniam non te diſrumpet. A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. Sagitta infixa femori carnis, ſic verbum in corde ſtulti. Corripe amicum, ne forte non intellexerit: & cum fecerit injuriam, & non intellexerit, dicat: Non feci: aut ſi fecerit, ne iterum addat facere. Corripe proximum, ne forte non dixerit: & ſi dixerit, ne forte iteret. Corripe amicum, ſæpe enim fit commiſſio, & non omni verbo credas. Eſt qui labitur in lingua ſua, ſed non ex animo. Quis eſt enim qui non deliquerit in lingua ſua? Corripe proximum, antequam commineris: & da locum timori altiſſimi, quia omnis ſapientia & ſcientia, timor Dei, & in omni ſapientia diſpoſitio legis. Non eſt ſapientia,* * *neque ſcientia, & non eſt cogitatus bonus niſi in illo.* * *Peccatorum prudentia eſt nequitia, & in ipſa execratio: & eſt inſipiens, qui imminuitur ſapientia. Melior eſt homo, qui deficit ſapientia, & deficiens ſenſu in timore Dei, quam qui abundat ſenſu, & tranſgreditur legem altiſſimi. Eſt ſolertia certa, & ipſa iniqua: & eſt qui emittit verbum certum, enarrans veritatem. Eſt qui nequiter humiliat ſe, & interiora ejus plena ſunt dolo. Eſt enim juſtus, qui ſe nimium ſubmittit a multa humilitate: & eſt juſtus qui inclinat faciem: & fingit non videre ſe quod ignoratum eſt. Et ſi ab imbecillitate virium vetetur peccare, ſi invenerit tempus malefaciendi, malefaciet. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciant de illo. Eſt* [a] *correptio mendax in* * *ore contumelioſi: & eſt judicium, quod non probatur eſſe bonum: & eſt tacens, & ipſe eſt prudens. Quam bonum eſt arguere, quam iraſci, & confitentem in oratione non prohibere! Concupiſcentia ſpadonis devirginavit juvenculam: ſic qui facit per vim judicium iniquum. Quam bonum eſt* [b] *correptio manifeſtare pœnitentiam! ſic enim effugies voluntarium peccatum. Eſt tacens, qui invenitur ſapiens: & eſt odibilis, qui procax eſt ad loquendum. Eſt autem tacens, non habens ſenſum loquelæ: eſt & tacens tempus ſciens apti temporis. Homo ſapiens tacebit uſque ad tempus, laſcivus autem & imprudens non ſervabit tempus. Qui multis utitur verbis* * *lædit animam ſuam: & qui poteſtatem ſibi aſſumit injuſte, odietur. Eſt proceſſio in malis viro indiſciplinato, & eſt inventio in detrimentum. Eſt datum, quod non eſt utile: & eſt datum, cujus retributio duplex. Eſt propter gloriam minoratio: & eſt qui ab humilitate levabit caput. Eſt qui multa redimat modico pretio, & eſt reſtituens ea ſeptuplum. Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit: gratiæ autem fatuorum* * *effundentur.* * *Datum inſipienti non erit utile tibi, oculi enim illius ſeptemplices ſunt. Exigua dabit, & multa improperabit: & apertio oris illius, inflammatio eſt. Hodie fœnerat quis, & cras expetit, & odibilis homo hujuſmodi. Fatuo non erit amicus, & non erit* [c] *gloria bonis illius. Qui enim edunt panem illius, falſæ linguæ ſunt. Quoties, & quanti irridebunt eum? Neque enim, quod habendum erat, directo ſenſu diſtribuit, ſimiliter & quod non erat habendum. Lapſus falſæ linguæ, quaſi qui a pavimento cadens, ſic caſus malorum feſtinanter veniet. Homo* * *ingratus quaſi fabula vana in ore indiſciplinatorum aſſidua erit. Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illam in tempore ſuo. Eſt qui vetatur peccare* * *ab inopia, & in requie ſua ſtimulabitur. Eſt qui perdet animam ſuam* [d] *pro confuſione, & ab imprudenti perſona perdet eam, perſona autem acceptione perdet ſe. Eſt, qui præ confuſione* * *promittit pro amico, & lucratus eſt eum inimicum gratis. Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indiſciplinatorum aſſidue erit.* * *Laudat furem aſſiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo hæreditabunt. Mores hominum*

a S. Greg. c. 14 lib. xxv. moralium.
Pſal. 81.
b Id. ibid. 31. ſent. 39.
c S. Leo ep. 24.
d S. Leo ep. 40 c. 1.
e laborare
f Idem lib. c. 2.
g redhiberi. ſ. al. 1.
Eccleſ. 18.
* Aſſidua enim eſt.
h .4 duobus enim eſt.
Eccleſ. 19.
* vermes.
* habebit
* cæterit
* nequitiæ ſcientia vel diſciplina.
* peccatorum prudentia, eſt prudentia nequitiæ.
a correctio.
* ira.
Eccleſ. 20.
b correptum.
* lædet
* [illegible]
c gratia.
* acharis
* pro
d pro
* promittet amico,
* Furem ſæpe quam

*Epheſ. 4.*

*minuta mendacium ſine honore, & confuſio illorum cum ipſis ſine intermiſſione.* Vos (fratres) admonemus, profutura hominibus invicem indeſinenter ſectari in caritate Chriſti: ſimiliter obſecramus vos in domino, *ut digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes invicem in caritate, ſoliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis. Unum corpus & unus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ: unus dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus pater omnium, qui ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Unicuique autem noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. Propter quod dicit: Aſcendens in altum, captivam duxit captivitatem: dedit dona hominibus. Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primum in inferiores partes terræ? Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit, ſuper omnes cælos, ut adimpleret omnia. Et ipſe dedit quoſdam quidem apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios vero evangeliſtas, alios autem paſtores, & doctores, ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, ut jam non ſimus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in aſtutia ad circumventionem erroris.*

*Pſal. 67.*

B

De occultis [a] enim cordis alieni temere judicare iniquum eſt: & eum, cujus non videntur nisi opera bona, peccatum eſt ex ſuſpicione reprehendere. Oves [b] ergo, quæ paſtori ſuo commiſſæ ſunt, eum nec reprehendere (niſi a recta fide exorbitaverit) debent, nec ullatenus accuſare poſſunt, quia facta paſtorum [c] oris gladio ferienda non ſunt, quamquam [d] recte reprehendenda videantur. Ideo iſta dicimus, quia in ſcripturis veſtris reperimus, quoſdam epiſcopos veſtris in partibus a propriis ovibus accuſatos, aliquos videlicet ex ſuſpicione, & aliquos ex certa ratione: & idcirco quoſdam eſſe rebus ſuis expoliatos, quoſdam vero a propria ſede pulſos. Quod ſciatis nec ad ſynodum comprovincialem, nec ad generalem poſſe vocari, nec in aliquo judicari, antequam cuncta, quæ eis ſublata ſunt, legibus poteſtati eorum [e] redintegrentur. Prius ergo oportet omnia illis legibus redintegrari, & eccleſias, quæ eis ſublatæ ſunt, cum omni privilegio [f] ſibi reſtitui, & poſtmodum, non ſub anguſti temporis ſpatio, ſed tantum temporis ſpatium eis indulgeatur, quantum expoliati vel expulſi eſſe videntur, antequam ad ſynodum convocentur, & ab omnibus [g] quibuſque ſuæ provinciæ epiſcopis audiantur. Nam nec convocari ad cauſam, nec dijudicari poteſt expoliatus vel expulſus: qui non eſt privilegio, quo expoliari poſſit, jam nudatus. Unde & antiquitus decretum eſt, ut omnes poſſeſſiones, & omnia ſibi ſublata, atque fructus cunctos, ante litem conteſtatam perceptor vel [h] primas poſſeſſori reſtituat. Et alibi ſcriptum habetur: ille qui violentiam pertulit, univerſa in ſtatu, quo fuerant, recipiat, & quæ poſſidet, ſecurus teneat. Et alibi in ſynodalibus patrum decretis & regum [i] edictis legitur ſtatutum: redintegranda ſunt omnia expoliatis vel ejectis epiſcopis, præſentialiter ordinatione pontificum, & in eorum, unde abſceſſerunt, loca funditus revocanda quacumque conditione temporis, aut dolo, aut captivitate, aut virtute majorum, aut per quaſcumque injuſtas cauſas,

C

D

E

a Proſperi ſent. 22.

b Conc. V. R[illegible] ſub S[illegible]ch.

c Oris gladio quidam legunt codd. [illegible]

d recte.

2. q. 2. In ſcripturis veſtris.

e pacifice omnia.

3. cauſ. 1. Prius ergo oportet omnia.

f Suo.

g quiſque In decre lib. 4.

h primo

2. q. 1. Nolius epiſcoporum.

3. q. 1. Redintegranda ſunt omnia.

i notanda vox.

A res eccleſiæ vel proprias aut ſubſtantias ſuas, perdidiſſe noſcuntur ante accuſationem. aut regularem ad ſynodum vocatio eorum, & reliqua. Eſt etiam in antiquis eccleſiæ ſtatutis decretum, ut qui aliena invadit, non exeat impunitus, ſed cum multiplicatione omnia reſtituat. Unde & in evangelio ſcriptum eſt. *Quod ſi quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum.* Et in legibus ſæculi cautum habetur: qui rem ſubripit alienam, illi cujus res direpta eſt, in decuplum, quæ ſublata ſunt, reſtituat. Et in lege divina legitur. *Maledictus omnis, quis transfert terminos proximi ſui: Et dicet omnis populus. Amen.* Talia ergo non præſumantur abſque ultione, nec exerceantur abſque ſua damnatione.

12. q. 2. In antiq. &c.

*Luc. 19*

*Deut. 18*

B [a] Pacem, & non damnum, aut injuſtitiam alicujus ſectamini invicem, & in omnes. *Veritatem aut facientes in caritate, creſcamus, in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem juncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſuram uniuſcujuſque membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui in caritate. De cetero, cariſſimi, gaudete, & perfecti eſtote: exhortamini, idem ſapite, pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum.* Dominus cuſtodiat vos & *nunc, & in die æternitatis.* Amen. Data IX. Kalendas Octobris [*] Conſtantino clariſſimo conſule.

a Hactenus verba Symmachi papæ in Conc. laudato.

*Hebr. 14.*

*Epheſ. 4.*

*2. Petr. 3.*

* Conſtantio.

---

## EPISTOLA III.

# EUSEBII PAPÆ

## EPISCOPIS THUSCIÆ ET CAMPANIÆ

### DIRECTA.

De infamibus ad teſtimonium non admittendis, & qui dicuntur infames, & de hæreticis rite baptizatis, ſi ad fidem revertantur, per manus impoſitionem recipiendis; quæ quidem manus impoſitio ad ſummos ſacerdotes tantummodo pertinere monſtratur.

*Dilectiſſimis fratribus univerſis epiſcopis per Campaniam & Thuſciam conſtitutis, Euſebius.*

BEnedictus dominus Deus noſter, qui [b] per miſericordiam ſuam Romanam eccleſiam B. Petri apoſtolorum principis ſacerdotio ditavit, nobiſque viam monſtrandam circa nos (propter univerſalem curam, [c] quæ nobis eſt propter privilegium ejuſdem eccleſiæ) invicem caritatis indulſit, ut qui cohæremus firmitate fidei, jungamur quoque [d] votivi jucunditate colloquii, quo facilius dum per literarum miniſteria ad vos uſque pertendimus, etiam corda veſtra ad religioſum cultum apoſtolicis admonitionibus incitemus: & dum [*] dilectionis noſtræ ſpei reddimus velut quoddam debitum, plenum circa Deum monſtremus affectum. Jungamus ergo, dilectiſſimi fratres, continuas & humiles preces: & Deum noſtrum, oris & cordis lacrymis ſupplicantes, jugi deprecatione poſcamus, ut inſtitutione & opere illi, cujus eſſe membra cupimus, hæreamus, nec unquam ab illa via, quæ Chriſtus eſt, devio tramite declinemus, ne ab eo juſte, quem nos impie relinquimus, deſe-

b Hormiſdæ ep. 25.

c Abſunt in cit. epiſt.

d votiva.

* dilectioni

deſeramur infelices. Quod ſuperni favoris auxilio, ea nobis poteſt ratione contingere, ſi apoſtolica dogmata, ſi patrum mandata ſervamus. Dicit enim dominus noſter: *Qui diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Et licet hæc poſſint generaliter dicta ſufficere, ut vel declinemus errata, vel cuſtodiamus catholica: ab apoſtolis tamen eorumque ſucceſſoribus novimus conſtitutum, [a] criminationes adverſus doctores non debere ſuſcipi, nec [b] peregrina judicia fieri, nec quemquam alterius judicis quam ſui ſententia debere conſtringi. [c] Caput enim eccleſiæ Chriſtus eſt. Chriſti autem vicarii ſacerdotes ſunt, qui vice Chriſti legatione funguntur [d] in eccleſia. Idcirco quidquid ad eorum fit injuriam, ad Chriſtum pertinet, qui dixit: *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Et qui ſpernit me, ſpernit eum, qui me miſit.* Iſta fratres, terribilia ſunt & oppidò diligenter conſideranda & cavenda, & tam propter eos, qui ſeipſos aut cupiditate, aut avaritia, aut invidia perdere moliuntur, ne in profunda labantur; aut in talia incidant mala, quam propter perſecutiones eccleſiæ, ſervorumque ejus, qui juxta veritatis vocem, *oculos habentes, non vident, & aures habentes, non audiunt, nec intelligunt quæ placent Deo.* Sequentes itaque in omnibus apoſtolicam regulam, & prædicantes ejus [e] omnia conſtituta, ob cuſtodiam epiſcoporum, qui columnæ eccleſiæ a Deo dicti ſunt, & ceterorum verorum ſacerdotum, firmantes cana patrum ſtatuta; ſtatuimus iterum cum omnibus, qui nobiſcum ſunt, epiſcopis, ſicut dudum decretum reperimus, ut homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, [f] adulteri, inceſti, venefici, ſuſpecti, criminoſi, domeſtici, perjuri, & qui raptum fecerunt, vel falſum teſtimonium dixerunt, ſeu qui ad [g] ſacrilegos divinoſque concurrerunt, ſimileſque eorum, nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium ſint admittendi, quia infames ſunt, & juſte repellendi, quia funeſta eſt vox eorum. Vocem [h] enim funeſtam in omnibus interdici potius quam audiri oportet. Periculum ergo, quod doctoribus imminet, ſummopere ſemper cavendum eſt & declinandum, & illi ſunt a cunctis portandi & cuſtodiendi, dicente domino: *Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Prima [i] enim ſalus eſt, rectæ fidei regulas cuſtodire, & a conſtitutis patrum nullatenus deviare. Nec poteſt domini noſtri Jeſu Chriſti prætermitti ſententia dicentis: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.* Et hæc, quæ dicta ſunt, rerum probantur effectibus, quia in ſede apoſtolica extra maculam ſemper eſt catholica ſervata religio. Ideo, cariſſimi, & vos juxta ſanctam ſcripturam *diſcite benefacere*, & *mala declinare*, & patrum regulis [k] imbui, ſicut ſcriptum eſt: *Fili, ſi habes, bene fac tecum, & Deo dignas oblationes offer. Memor eſto, quoniam mors non tardat, & teſtamentum inferorum, quia demonſtratum eſt tibi: Teſtamentum hujus mundi morte morietur. Ante mortem bene fac amico tuo, & ſecundum vires tuas exporrigens, da pauperi. Non defrauderis a die bona, & particula * boni doni non te prætereat. Nonne aliis relinques dolores & labores tuos in diviſione fortis? Da, & accipe, & juſtifica animam tuam. Ante obitum tuum operare juſtitiam, quia non eſt apud inferos invenire cibum. Omnis caro*

Joan. 14.
a Sixtus ſententia 250. Hadr. coll. cap. 69.
b Cod. Theod. l. ix. tit. 1. conſt. 10.
c Cod. Juſt. l. vii. tit. 48. conſt. 4.
d Hormiſdæ ep. 25. jam citata.
Luc. 10.
Pſal. 113. Matth. 13.
Galat. 2.
e Joannes ep. C.P. in libello poſt Hormiſdæ ep. 51. 2. quæſt. 5. Conſtituimus cum.
f Hadr. coll. 61. In 5. decret. Eutychiani papæ.
g Sortilegos lege ex conject. Latinii.
h Cod. Theod. lib. ix. tit. 6. Conſt. 2.
Matth.
i Hormiſdas in regula fidei poſt ep. 9. & ep. 51.
Matth. 25. Matth. 16. 24. q. 1. in ſede apoſtolica.
Iſai. 1. Prov. 16.
k ſemper
Eccleſ. 14.
* bonæ diei

A *ſicut fœnum veteraſcet, & ſicut folium fructificans in arbore viridi. Alia generantur, & alia dejiciuntur: ſic generatio carnis & ſanguinis, alia finitur, & alia naſcitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet: & qui illud operatur, ibit cum illo. Et omne opus electum juſtificabitur: & qui operatur illud, honorabitur in illo. Beatus vir qui in ſapientia morabitur, & qui in juſtitia ſua meditabitur, & in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei. Qui excogitat vias illius in corde ſuo, & in abſconſis illius intelligens erit, vadens poſt illam quaſi inveſtigator, & in viis illius conſiſtens. Qui reſpicit per feneſtram ejus, & in januam illius audiens. Qui requieſcit juxta domum illius, & in parietibus illius figens palum. Statuet caſulam*

B *ſuam ad manus illius, & requieſcent in caſula illius bona per ævum, Statuet filios ſuos ſub tegmine illius, & ſub ramis ejus morabitur. Protegetur ſub ramis illius a fervore, & in gloria ejus requieſcet. Qui timet dominum, faciet * illud: & qui continens eſt juſtitiæ, apprehendet illam: & obviabit illi quaſi mater honorificata, & quaſi mulier a virginitate ſuſcipiet illum. Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit illum, & non confundetur, & exaltabit eum apud proximos ſuos. Et in medio eccleſiæ aperiet os ejus, & implebit eum ſpiritu ſapientiæ & intellectus, & ſtola gloriæ veſtiet illum. Jucunditatem & exultationem theſaurizabit ſuper*

C *illum, & nomine æterno hereditabit illum. Homines ſtulti non apprehendent illam, & homines ſenſati obviabunt illi. Homines ſtulti non videbunt illam: longe enim abeſt a ſuperbia & dolo. Viri mendaces non erunt illius memores, & viri veraces invenientur in illa, & * acceſſum habebunt uſque ad inſpectionem Dei. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, quoniam a Deo projecta eſt ſapientia. Sapientiæ enim Dei ſtabit laus, & in ore fideli abundabit, & dominator dabit eam illi. Non dixeris: Per dominum abeſt: quæ enim odit, non feceris. Non dicas: Ille me implanavit: non enim neceſſarii ſunt illi homines impii. Omne execramentum erroris odit Deus, & non erit amabile timentibus eum. Deus ab initio conſtituit hominem, &*

D *reliquit illum in manu conſilii ſui. Adjecit mandata & præcepta ſua. Si volueris * mandata, conſervabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere. Appoſuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum. Quod placuerit ei, dabitur illi: quoniam multa ſapientia Dei, & fortis in potentia, videns omnes ſine intermiſſione. Oculi domini ad timentes eum, & ipſe cognoſcit omnem operam hominis. Nemini mandavit impie agere, & nemini dedit ſpatium peccandi. Non enim concupiſcit multitudinem filiorum infidelium & inutilium. Ne jucunderis in filiis impiis, ſi multiplicentur, nec oblecteris ſuper ipſos, ſi non eſt timor Dei cum illis. Non credas vitæ illorum; & * non*

E *reſpexeris in labores eorum. Melior eſt enim unus timens Deum, quam mille filii impii. Et utile mori ſine filiis, quam relinquere filios impios. Ab uno ſenſato inhabitabitur patria, & a tribus impiis deſeretur. Multa * alia vidit oculus meus, & fortiora horum audivit auris mea. In ſynagoga peccantium exardebit ignis, in gente incredibili exardeſcet ira. Non exoraverunt pro peccatis ſuis antiqui gigantes, qui deſtructi ſunt, confidentes ſuæ virtuti. Et non pepercit peregrinationi illorum, ſed percuſſit eos, & execratus eſt illos, præ ſuperbia verbi illorum. Non miſertus eſt illis, totam*

* bona.
Eccleſ. 15.
* ſucceſſum
* mandata conſervare,
Eccleſ. 16.
* ne
* talia

*gentem perdens, & extollentes ſe in ſuis peccatis. Et ſicut ſexcenta millia peditum, qui congregati ſunt in duritia cordis ſui: & ſi unus fuiſſet cervicatus, mirum ſi fuiſſet immunis. Miſericordia enim & ira eſt cum illo, potens exoratio, & effundens iram. Secundum miſericordiam ſuam, ſic correptio illius. Hominem ſecundum opera ſua judicabis. Non effugiet in rapina peccator, & non retardabit ſufferentia facientis miſericordiam. Omnis miſericordia faciet locum unicuique ſecundum meritum operum ſuorum, & ſecundum intellectum peregrinationis ipſius. Non dicas: A Deo abſcondar, & ex ſummo quis mei memorabitur? In populo magno non agnoſcar. Quæ eſt enim anima mea in tam immenſa creatura? Ecce cœlum, & cœli cœlorum, abyſſus, univerſa terra, & quæ in eis ſunt, in conſpectu illius commovebuntur, montes ſimul, & colles, & fundamenta terræ. Et cum conſpexerit illa Deus, tremore concutientur. Et in omnibus his inſenſatum eſt cor: & omne cor intelligitur ab illo, & vias illius quis intelligit, * & procellam, quam nec oculus vidit hominis? Nam plurima opera illius ſunt in abſconſis: ſed opera juſtitiæ illius quis enarrabit, aut quis ſuſtinebit? Longe enim eſt teſtamentum a quibuſdam, & interrogatio hominum in conſummatione eſt. Qui minoratur corde, cogitat * mala & vir imprudens & errans cogitat ſtulta. Omnis ergo, fratres, ſermo malus de ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem opportunitatis, ut det gratiam audientibus. Et nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur a vobis cum omni malitia. Eſtote autem invicem benigni, miſericordes, donantes invicem, ſicut & Deus in Chriſto donavit vobis. Eſtote ergo imitatores Dei, ſicut filii cariſſimi: & ambulate in dilectione, & ſicut Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuavitatis. Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut avaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet, ſed magis gratiarum actio. Hoc enim ſcitote, intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus (quod eſt idolorum ſervitus) non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Ut filii lucis ambulate, (fructus enim lucis eſt in bonitate & juſtitia & veritate) probantes, quid ſit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum: magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt & dicere. Omnia autem quæ arguuntur, a lumine manifeſtantur. Omne enim quod manifeſtatur, lumen eſt. Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Videte itaque, fratres, quomodò caute ambuletis: non quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes redimentes tempus; quoniam dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed impleamini Spiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris domino, gratias agentes ſemper pro omnibus, in nomine domini noſtri Jeſu Chriſti, Deo & Patri: ſubjecti invicem in timore Chriſti.*

* procella. * inania. Ephеſ. 4. Epheſ. 5.

a Crucis * ergo domini noſtri Jeſu Chriſti, quæ nuper, nobis gubernacula ſanctæ Romanæ eccleſiæ tenentibus, quinto nonas Maii inventa eſt, in prædicto Kalendarum die b inventionis feſtum vobis ſolenniter celebrare mandamus. Similiter & hæreticos omnes, quicumque Dei gratia convertuntur: & in ſanctæ trinitatis[b] nomine credentes baptizati ſunt, Romanæ eccleſiæ regulam tenentes, per manus impoſitionem reconciliari præcipimus. Manus quoque impoſitionis ſacramentum, magna veneratione tenendum eſt, quod ab aliis perfici non poteſt, niſi a ſummis ſacerdotibus. Nec tempore apoſtolorum ab aliis quam ab ipſis apoſtolis legitur aut ſcitur peractum eſſe: neque ab aliis (ſicut jam dictum eſt) quam ab illis, qui eorum locum tenent, unquam perfici poteſt, aut fieri debet. Nam ſi aliter præſumptum [c] fuerit, irritum habeatur & vacuum, nec inter eccleſiaſtica* unquam reputabitur ſacramenta. De cetero, fratres, gaudete & exultate in domino, ut ſancti Spiritus gratia illuminati & confortati, vos ad paſcua æternæ vitæ pervenire, veſtroſque perducere, adminiculante domino valeatis. Gratia domini noſtri Jeſu Chriſti, & caritas Dei, & communicatio Spiritus ſancti ſit ſemper cum omnibus nobis. Amen. Data octavo Kalendas Septembris, * Conſtantino [d] clariſſimo conſule.

a De conſecr. diſt. 3. Crucis domini. Hoc quidem eſt contra conſenſum omnium hiſtoricorum ut etiam ſupra dictum eſt: aliunde igitur huic loco aſſutum eſt.
b Imo tota conficta eſt epiſtola.
De conſecr. diſt. 5. manus quoque impoſitionis.
c S. Greg. 41. lib. Confirmationis ſacramentum. Hadr. coll. cap. 9.
2. Cor. 13. Pſal. 32. Hebr. 6. Coloſſ. 1.
* Conſtantio Conſtante.
d ſuſpecta utraque temporis nota.

## NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Crucis ergo domini noſtri, Jeſu Chriſti, quæ nuper, nobis gubernacula ſanctæ Romanæ eccleſiæ tenentibus, inventa eſt.*) Crucem domini tempore Euſebii papæ non fuiſſe inventam, ideoque ea quæ hoc loco epiſtolæ huic adduntur, ut ait Surius in notis marginalibus, ſurreptitia eſſe, & extrinſecus addita fuiſſe, certiſſima conjectura ſtatuere licet. Nam teſte Euſebio libro 3 cap. 46. conſtat Helenam poſt Conſtantinum Chriſtianam religionem amplexatam eſſe. Si igitur hoc tempore Euſebii papæ Conſtantinus necdum Chriſtianus fuerit, quomodo Helena deorum adhuc cultrix inveniendæ crucis Chriſti adeo ſtudioſa fuiſſe potuit? Accedit quod communis patrum & hiſtoricorum ſententia affirmet, poſt Nicænum concilium, ab Helena octogenaria, in ſomnis divinitus admonita, a Judæis antiquiſſimis, Chriſtianis adjutoribus, conſultoribus & indicibus, inſtructa, magno ſtudio quærentium 14. Septembris crucem domini repertam, miraculoſe a latronum crucibus diſcretam eſſe. Ita ex patribus S. Paulinus epiſt. 11. ad Severum, S. Hieronymus epiſtola ad Paulinum de inſtit. monach. S. Ambroſ. oratione in funere Teodoſii, S. Cryſoſt. hom. 84. in Joan. Andreas Cretenſis hom. de exalt. S. Crucis, & demum his antiquior Cyrillus Hieroſol. epiſt. ad Conſtantium. Idem ex Hiſtoricis Euſebius in Chronico, & libro 3. de Vita Conſtantini cap. 29. Hieron. in chronic. Proſper in chronic. Sulpitius lib. 2. ſacræ hiſtoriæ, Rufinus lib. 1. cap. 7. & 8. Theod. lib. 1. hiſt. cap. 18. Sozomenus lib. 2. cap. 1. Socrates libro 1. cap. 17. Greg. Turon. lib. 1. hiſt. Franciæ cap. 26. Nicephor. libro 8. cap. 29. Juſtiniani imperatoris novell. 28. Taceo mille alios recentiores. Vide Baron. anno 311. num. 41. item anno 326. num. 42. & ſequentibus: Gretſerum libro 1. de cruce cap. 54. & ſequentibus.

b *Inventionis feſtum.*) Hoc feſtum, quod Latina eccleſia 3. Maii celebrat, cuo auctore & inſtitutore celebretur, incertum eſt. Nam quod hic & apud Gratianum, cap. crucis diſt. 3. de conſ. legitur, Euſebium pontificem hoc feſtum inſtituiſſe probabile non eſt, cum crux non ſub Euſebio, ſed ſub Silveſtro fuerit inventa, ut ſupra oſtendimus. Græci non habent hoc feſtum in ſuo menologio, ea de cauſa, ut inquit Baron. in notis ad mart. Roman. 3. Maii, quod apud ipſos inter mobilia feſta numeretur. Tertia enim die a reſurrectione domini celebrabant crucis reſurrectionem, cum ſcilicet e latebris ſtudio & opera Helenæ Auguſtæ quaſi reſurgens miraculis clareſcere cœpit. Vide Baron. loco allegato.

Helena quando ſit facta fidelis.
Crux domini quando reperta ſit.
Feſtum inventæ crucis a quo ſancitum ſit?
An a Græcis celebretur & quando?

A

EJUSDEM EUSEBII PAPÆ DECRETA, ex Gratiano & aliunde deſumpta, numero quatuor.

## PRIMUM.

*Deſponſata puella non prohibetur monaſterium eligere.*

27. q. 2. Deſponſatam puellam. (1) * licet tamen monaſterium eligere, ſi voluerit.

Deſponſatam puellam non licet parentibus alii viro tradere, * licet tamen illi monaſterium ſibi eligere.

## SECUNDUM.

*Non in ſerico panno, ſed in lineo, ſacrificium conſecretur altaris.*

De conſecr. diſt. 1. Conſulto omnium.

Conſulto omnium ſtatuimus, ut ſacrificium altaris non in ſerico panno aut tincto quiſquam celebrare præſumat, ſed in puro lineo vel linteo ab epiſcopo conſecrato, terreno ſcilicet lino procreato atque contexto, ſicut corpus domini noſtri Jeſu Chriſti in ſindone linea munda ſepultum fuit.

Joan. 19.

## TERTIUM.

*Jejunia non ſolvantur legitima, abſque neceſſitate probabili.*

De conſecr. diſt. 5. Jejunia in eccleſia.

Jejunia, in eccleſia a ſacerdotibus conſtituta, C ſine neceſſitate rationabili non ſolvantur.

## QUARTUM EJUSDEM DECRETUM,

ſecundum codicem 5. librorum, lib. 1. cap. 41.

*Quales perſonæ ſacerdotum epulis debeant intereſſe.*

Oportet epiſcopum moderatis epulis contentum eſſe, ſuoſque convivas ad comedendum & bibendum non urgere: quin potius ſobrietatis præbeat exemplum. Removeantur ab ejus con- B vivio cuncta turpitudinis * augmenta: non ludicra ſpectacula, non acroamatum vaniloquia, non fatuorum ſtultiloquia, non ſcurrilium admittantur præſtigia. Adſint peregrini & pauperes & debiles, qui de ſacerdotali menſa Chriſtum benedicentes, benedictionem percipiant. Recitetur ſacra lectio, ſubſequatur vivæ vocis exhortatio; ut non tantum corporali cibo, imo verbi ſpiritualis alimento, convivantes ſe refectos gratulentur, ut in omnibus honorificetur Deus per Jeſum Chriſtum dominum noſtrum.

Epiſcopi menſa qualis.

* forte argumenta.

*Ex Ivonis Carnotenſis Antiſtitis ep. 16.*

Virgines quæ virginitatem non cuſtodierint, ſed eoſdem, qui eas violaverint, maritos acceperint, eo quod ſolas nuptias * violaverint, poſt pœnitentiam unius anni reconcilientur.

* ſupra pag. 8. c. 14.

ANNO CHRISTI 311.

# VITA EPISTOLÆ ET DECRETA MELCHIADIS PAPÆ.

## *Ex libro Pontificali Damaſi, Papæ.*

* al. Miltiades, ita & Luc.

*a* MElchiades * natione Afer, *b* ſedit annos tres (*a*) menſes ſeptem, dies octo, ex die Nonarum Julii, a *c* conſulatu (*b*) Maximini nono, uſque ad Maxentium ſecundo, qui fuit menſe Septembri, Voluſiano & Rufino conſulibus. Hic conſtituit, ne ulla ratione die dominica, aut quinta feria jejunium quis fidelium ageret, quia eos dies pagani quaſi ſacrum jejunium celebrant. Et Manichæi inventi ſunt in urbe Roma ab eodem. *d* Hic fecit, ut oblationes conſecratæ per eccleſias ex conſecratu epiſcopi dirigerentur, quod declaratur fermentum. Hic fecit ordinationem unam per menſem Decembrem, presbyteros (*c*) 6. diaconos 5. epiſcopos per loca 11. Hic ſepultus eſt in cœmeterio Calliſti via Appia, IV. Idus E Decembris. *e* Et ceſſavit epiſcopatus dies (*d*) 17.

Locus, ut videtur, corruptus.

### NOTÆ SEVERINI BINII.

Melchiades quando pontifex factus? Status eccleſiæ.

*a Melchiades.*) Poſt interregnum pontificium 7. dierum 3. Octobris, anno Chriſti 311. Conſtantini imperatoris tertio, Melchiades ſedere cœpit. Hujus pontificatu, cum necdum menſes ſex a reddita pa- D ce eccleſiæ præterlapſi eſſent, Maximinus imperator qui una cum Licinio orientale imperium regebat, novum bellum atrociſſimum pro fugandis Chriſtianis orbis, ut dicebant, facibus, & malorum omnium auctoribus, eſt indictum. Euſebius lib. 9 cap. 2. commentariis quibuſdam ad Chriſti contumeliam confictis, qui inſcribebantur acta Pilati, pueri in ſchola ediſcendis illis, odio quodam contra Chriſtum imbuebantur: Euſebius libro 9. cap. 6. Verum atrox perſecutio, quæ parabatur, famis, peſtis, ac belli cladibus eſt coercita. Maxentius occidentale imperium dira tyrannide premebat. Conſtantinus vero partim contumeliis, partim Romanorum precibus inductus, dum illi bellum inferre cogitaret, deorum gentilium auxilia apud ſe deſpexit, & creatoris cœli ac terræ, quem pater Conſtantius coluerat, implorare decrevit: ideoque accidit, quod cum ab eo fauſta ac felicia peteret, poſt meridiem illi, crucis ſignum, ex lucis ſplendore figuratam, in ipſo cœlo manifeſte apparuerit, in qua hæc verba, *In hoc vince*, continebantur. Quorum explicationem, cum a Chriſto do- E mino ſibi dormienti apparente ejuſque ſacerdotibus didiciſſet, bellum contra Maxentium aggreditur, & aggreſſum feliciter ſuperat. Qua victoria glorioſe obtenta, illam uni Deo inviſibili & immortali acceptam ferens, trophæum crucis in medio urbis, cum hoc elogio erexit. *Hoc ſalutari ſigno, vero fortitudinis indicio, civitatem veſtram tyrannidis jugo liberavi, & S. P. Q. R. in libertatem vindicans, priſtinæ amplitudini & ſplendori reſtitui.* Et ut imperator liberalitatis ac pietatis ſuæ ſpecimen præberet, pontifici Melchiadi publicam domum

Acta Pilati quare in ſcholis diſcebantur.

Maxentii tyrannis.

Crux Conſtantino viſa.

(1) Quod verius eſt Theodori Cantuarienſis. *Harduinus.*

(*a*) *Luc.* IV. (*b*) *Luc.* Maxentii IX. uſque ad Maximum II. (*c*) *Luc.* VII. (*d*) *Luc.* XVI.

domum in Laterano, quæ olim Fauſtæ imperatricis fuerat, dono dedit. Optimo Miltiadi res eccleſiæ ablatas reſtituit; clericos omni immunitate a ſe donatos, eoſque publicis ſumptibus alendos eſſe, promulgato edicto declarat ac præcipit. In cauſa Donatiſtarum & Cæciliani, quid ſub hoc pontifice actum fuerit, infra patebit in notis ad concilium Romanum ſub Melchiade celebratum. Vide Baronium anno 311. & 312.

*Conſtantini beneficentia erga eccleſiam.*

*b Sedit annos 3. menſes 7. dies 8.*) Annis 2. menſibus totidem, & diebus 7. ſediſſe, præter Vaticanos indices, hæc ratio oſtendit, quod die 10. Decembris in tabulis eccleſiaſticis obitus illius ſignetur; quodque concilium Arelatenſe I. Voluſiano & Aniano conſulibus anno domini 314. ſub Silveſtro Melchiadis ſucceſſore celebratum ſit. Unde colligitur Melchiadem non 314. ſed potius 313. die 10. Decembris obiiſſe, atque ita numerando ab initio cœpti pontificatus, eumdem prædicto tempore ſedem pontificiam tenuiſſe. Baronius anno 313. num. 47.

*c Conſulatu Maximini nono, &c.*) Omnia hæc quæ ſequuntur uſque ad verba, *Hic conſtituit*, plane inverſa eſſe conſtat. Nihil enim commune habet Maxentii conſulatus ſecundus cum conſulatu Voluſiani atque Rufini, qui biennio poſt occiſum Maxentium contigit. Maximini conſulatus nonus, neque faſtis adſcriptus, neque adſcribi potuit. Maximiani Galerii conſulatus ultimus, anno domini 311. adſcriptus, eſt ejuſdem octavus dumtaxat conſulatus. Maximiani Herculii nonus notatur cum anno Chriſti 307. quo tempore adhuc Marcellum ſediſſe, exploratiſſimum eſt ex præcedentibus. Sive ergo hæc ad Maximiani Galerii vel etiam Herculii conſulatum referantur, contrarietates undequaque ſeſe offerunt. Baron. an 311. num. 40. & 43.

*d Hic fecit ut oblationes conſecratæ per eccleſias ex conſecratu epiſcopi dirigerentur, quod declaratur, fermentum*) Locus ſane obſcurus, ita tamen explicandus. Melchiades pontifex inſtituit, ut panem fermentatum a populo aut presbyteris oblatum, ab epiſcopis conſecratum ſingulorum titulorum, aut parœciarum presbyteri, in ſymbolum catholicæ unionis ac communionis non modo ipſi acciperent, verumetiam aliis fidelibus ſub ſe conſtitutis, qui ſacratiſſima euchariſtia non communicaſſent, certo tempore diſtribuerent. Explicatio hæc declaratur optime ex antiquiſſimo canone Pii papæ & martyris ſupra extante, qui ſic habet: *Ut de oblationibus quæ offeruntur a populo, & conſecrationibus quæ ſuperſunt, vel de panibus quos deferunt fideles ad eccleſiam, vel certe de ſuis presbyter convenienter partes inciſas habeat in vaſe nitido & convenienti, ut poſt miſſarum ſolennia, qui communicare non fuerint parati, eulogias (id eſt panem benedictum) omni die dominico, & in diebus feſtis exinde accipiant, quæ cum benedictione prius faciat.* Item ex illo Innocentii, epiſtola ad Decentium cap. 5. ubi ſic ait. *De fermento vero, quod die dominico per titulos mittimus, ſuperflue nos conſulere voluiſti, cum omnes eccleſiæ noſtræ intra civitatem ſint conſtitutæ: quarum presbyteri, quia die ipſo propter plebem ſibi commiſſam nobiſcum convenire non poſſunt, ideo fermentum a nobis confectum, per acolythos accipiunt, ut ſe a noſtra communione, maxime illa die, non judicent ſeparatos.* Unde patet ipſum panem in ſymbolum unionis & communicationis catholicæ conſecratum, acceptum ac diſtributum, alibi fermentum benedictum, alibi oblationem, alibi eulogias, ſeu benedictiones aut conſecrationes, alibi (nimirum epiſtola quadam Epiphanii ad Hormiſdam papam) ſacramentum appellari diverſas ob cauſas. Ad diſtinctionem panis azymi, ex quo euchariſtia conficiebatur, nominabatur fermentum, ſeu panis ex maſſa fermentata formatus. Quia ex pane fermentato maſſa coagmentata ab benedicendum a plebe vel a presbyteris, offerebatur, idem ſymbolum unionis, dicebatur oblatio. Quod epiſcopali conſecratione panis oblatus benediceretur, eulogia, benedictio, aut conſecratio nominabatur. Denum, quod ad ſignificandum catholicam unionem epiſcopali benedictione conſignaretur, ſacramentum eſt appellatum. Hanc ceremoniam non tantum in Romana & occidentali, ſed etiam in orientali eccleſia ſervatam fuiſſe, ex canone 14. 32. & 40. concilii Laodiceni conſtat. Ubi dicemus, præter publicas eulogias, de quibus hic, fuiſſe alias privatas, quas amici intra ſe ultro citroque dare atque accipere conſueverunt. Vide etiam notas noſtras ad epiſtolam Innocentii quam ſcripſit ad Decentium: item Baronium anno 313. numero 49. & ſequentibus.

*Panis fermentatus in eccleſia conſecratus [illegible] a fidelibus in ſymbolum unionis.*

*Fermentum quid, & cur ſic dictum.*

*e Ceſſavit epiſcopatus dies 17.*) Cum infra in vita Silveſtri ſub Voluſiani conſulatu ipſis Kalendis Februarii anno 314. ingreſſus Silveſtri ponatur, longiore tempore ſedem vacaſſe dicere opus eſt, nimirum uno menſe & 21. diebus.

A ᵃ EPISTOLA

# MELCHIADIS PAPÆ,

## AD OMNES HISPANIÆ EPISCOPOS.

De accuſationibus & jurgiis, & ut nemo alteri infeſtus ſit; de baptiſmo & impoſitione manus epiſcoporum, utrum eorum aliud ſine altero ſufficiat, aut majus eſſe videatur.

*a Conficta a doctis viris arbitrantur.*

I. *De judiciis epiſcoporum, ſive majoribus cauſis ad apoſtolicam ſedem deferendis; & ut nullus eam prohibeatur appellare.*

B II. *Quod ſit majus ſacramentum, impoſitio manus epiſcoporum, an baptiſmus.*

III. *De jejunio dominicæ diei, & quintæ feriæ.*

*Dilectiſſimis fratribus, Marino, Benedicto, Leontio, & ceteris Hiſpaniarum, ac illis in partibus conſtitutis epiſcopis, ᵇ Melchiades.*

*b Melciades aut Miltiades.*

APoſtolici præcepti verba ſunt, *apud Judæos atque Gentiles ſine offenſione nos eſſe debere.* ᶜ Hoc quiſquis Chriſtianus eſt, tota animi virtute cuſtodit. Quod cum ita ſit, non parum periculi illi manere poterit ante Deum, qui hoc detrectat etiam fidelibus exhibere. Nam C qualiter nos, qui neminem perire volumus, iſta contriſtent, quæ auctoribus Chriſtianis percellunt animos Chriſtianos, dominicus in evangelio ſermo teſtatur. Ait enim ipſe ſalvator, *quod expediat ſcandalizanti unum de puſillis, in maris profundum demergi.* Ideo, quæ ſit ejus jam pœna, quæramus, cui tale ſupplicium legimus expedire. Quapropter iſta, cariſſimi, verba valde ſunt ponderanda, & cavenda, ne pro temporalibus æterna, & pro caducis manſura, & pro parviſſimis temporalibus perdantur (quod abſit) perpetua gaudia. Unde vos rogamus, & obſecramus, ut nullus alteri noceat, neque infeſtus aut nocens exiſtat, ſed (juxta apoſtolum) *alter alterius onera portet,* D *ut legem Chriſti adimpleat. Et nolite judicare invicem, ſed* (juxta eumdem apoſtolum) *hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum.* Primo ſemper ante omnia diligenter inquirite, ut cum juſtitia & * veritate definiatis. * Neminem condemnetis ante verum & juſtum judicium. Nullum ſuſpicionis arbitrio judicetis, ſed primum probate, & poſtea caritativam proferte ſententiam. *Et quod vobis non vultis fieri, alteri nolite facere.* ᵈ Mementote ſermonis domini ſemper, qui ait: *Nolite judicare, & non judicabimini. Nolite condemnare, ut non condemnemini. In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini.* Epiſcopos nolite judicare, nolite condemnare abſque ᵉ ſenis hujus auctoritate. E Quod ſi feceritis irrita erunt veſtra judicia, & vos condemnabimini. *a* Hoc enim privilegium huic ſanctæ ſedi a temporibus apoſtolorum ſtatutum eſt ᶠ ſervare, quod illæſum manet uſque in hodiernum diem. Epiſcopos ergo, quos ſibi dominus tanquam oculos elegit, & columnas eccleſiæ eſſe voluit, quibus etiam ligandi dedit poteſtatem, ſuo judicio reſervavit, hocque privilegium beato clavigero Petro ſua vice ſolummodo commiſit. Quod ᵍ ejus juſte prærogativum ſuccreſcit ſedi, futuris hæreditandum atque tenendum temporibus, quoniam & in-

*1. Cor. 10.* — *c 1. Caleſt. l. ep. 1. ad Gallos.* — *Matth. 18. Luc. 17.* — *Galat. 6.* — *Rom. 14.* — * *Caritate.* — * *Neminem condemnantes ante.* — *Tob. 4.* — *d Hic incipit ep. in mſ. Juſtelli.* — *Luc. 6. Matth. 7.* — *e ſedis.* — *f ſervari.* — *Zach. 2.* — *Matth. 16. & 18.* — *g Quæ prærogativa ſucceſſit, &c.*

& inter beatos apoſtolos fuit [a] quædam diſcretio poteſtatis. Et licet cunctorum par electio foret, beato tamen Petro conceſſum eſt, ut aliis [b] præmineret, eorumque quæ ad querelam venirent cauſas & interrogationes prudenter diſponeret. Quod Dei ordinatione taliter ordinatum eſſe credimus, ne omnes poſterorum [c] cuncta ſibi vindicarent, ſed ſemper majores cauſæ, ſicut ſunt epiſcoporum, & potiorum curæ negotiorum, ad unam beati principis apoſtolorum Petri ſedem confluerent, ut inde ſuſcipiant finem judiciorum, unde acceperunt initium inſtitutionum, ne quandoque a ſuo diſcreparent capite.

a S. Leo ep. 84.
b præeminerent
c poſteri eorum

## I.

Si vero ſe viderit quiſquam veſtrum prægravari, hanc ſedem appellet, huc recurrat, ut ſemper inſtituta fuit conſuetudo; quia & voluntarie eis compatiemur, & libentes, prout dominus dederit, adminiculum feremus. Nec a quoquam, fratres inhibeatur, aut objurgetur, qui noſtræ conſors communionis eſſe voluerit, ſed magis ei veniendi auxilium præſtetur [d] quia ſufficit unicuique objurgatio quæ fit a plurimis, ut (juxta apoſtolum) *magis donetis, & conſolemini, ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur qui in anguſtia eſt. Propter quod obſecro vos*, ut ipſe ait, *ut confirmetis in illo caritatem*. Eorum enim os [e] accuſandi, ſacerdotes, vel teſtificandi in eos, obſtruimus, quos non humanis, ſed divinis vocibus mortuos eſſe ſcimus, quoniam infidelis [f] homo mortuus eſt in corpore vivente. Nec in ſuſpicionem veniat homo fidelis, [g] ut dicat aut faciat ea quæ pati non vult. Si quis fidelis eſt, videat ne falſa loquatur, aut cuiquam inſidias ponat. Facile [h] eſt ergo hominem fallere, non tamen Deum. Sapiens non eſt, qui nocet. Et nihil mali vult, qui eſt fidelis. In his enim fidelem & infidelem hominem cognoſcere poſſumus, in nocendo & adjuvando ut ipſa veritas ait: *Bonus homo ex bono theſauro cordis ſui profert bona; & malus homo ex malo theſauro cordis ſui profert mala. Ex abundatia enim cordis os loquitur.* Pro nobis enim dicit dominus per prophetam: *Eos vero qui judicant vos, ego judicabo*. Et iterum ad ſervos ſuos dixit: *Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne metuatis*. De talibus quoque propheta canit dicens: *Non ſic impii, ſed tanquam pulvis quem projicit ventus. Propterea non reſurgent impii in judicio, neque peccatores in congregatione juſtorum: quoniam novit dominus viam juſtorum, & iter impiorum peribit. Quare conturbatæ ſunt gentes, & plebes meditabuntur inania? Conſurgent reges terræ, & principes tractabunt pariter adverſus dominum, & adverſus Chriſtum ejus. Diſrumpamus vincula eorum, & projiciamus a nobis jugum ipſorum. Habitator cœli videbit, & dominus ſubſannabit eos tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos*. Et alibi dixit: *ſcelus impii in medio cordis ejus, non eſt timor Dei ante oculos ejus. Quoniam [i] doloſe egit adverſus eum in oculis ejus, ut inveniret iniquitatem ejus ad odium. Verba oris ejus iniquitas & dolus: ceſſavit cogitare, ut benefaceret. Iniquitatem cogitat in cubili ſuo, ſtabit in via non bona, malum non abjiciet. Domine in cœlo miſericordia tua uſque ad nubes. Juſtitia tua ſicut montes Dei, judicia tua abyſſus multa. Homines & jumenta ſalvos facies, domine: quam pretioſa miſericordia tua Deus! Et filii Adam in umbra alarum tuarum ſperabunt. Inebriabuntur de pinguedine domus tuæ, & torrente deliciarum tuarum potabis eos. Quoniam tecum eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Attrahe miſericordiam tuam ſcientibus te, & juſtitiam tuam rectis corde. Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus impiorum non me commoveat. Ibi ceciderunt operantes iniquitatem, expulſi ſunt, & non potuerunt ſurgere*. Audivimus a quibuſdam fratribus, quibus infeſti eratis nimis, quod jurgia & diſcordiæ ſint inter vos. Propterea iſta ſcripſimus vobis mandantes, ut ita teneatis, ſicut & apoſtolica ſede vobis tenenda mandantur. Unde & domini præcurſor in evangelio militibus interrogantibus reſpondit dicens. *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, ſed contenti eſtote ſtipendiis veſtris*. Concutit enim hominem, qui illum injuſte conturbat. De his hæc vobis interim ſufficiant. Si autem majoribus indigueritis, vita comite, mittite & mittentur vobis.

d quæ ſequuntur uſque ad §. 11. abſunt a mſ. Juſtell.
2. Cor. 2.
e Hadr. coll. 29.
f Sixti ſent. 6. ex verſione Rufini
g ejuſdem ſent. 168 & 169
h ſent. ejuſdem 176 191. 203.
Matth 12
Luc. 6
Iſa 49.
Iſai 51
Pſal. 1.
Pſal. 2
Pſal 35.
i ex verſ. Hier pleraque quæ hic citantur.
Luc. 3.
De conſ. diſt. 5 Spiritus ſanctus qui ſuper.
Et in decr. Ivon. lib. 1.

## II.

De his vero, ſuper quibus rogitaſtis vos informari, id eſt, utrum majus eſſet *b* ſacramentum, *c* manus impoſitio epiſcoporum, aut baptiſmus: ſcitote, utrumque magnum eſſe ſacramentum. Et ſicut *d* unum a majoribus fit, id eſt, a ſummis pontificibus, quod a minoribus perfici non poteſt, ita & majori veneratione venerandum & tenendum eſt. Sed ita conjuncta ſunt hæc duo ſacramenta, ut abinvicem niſi morte præveniente nullatenus poſſint ſegregari, & unum ſine altero rite perfici non poteſt. Nam unum (præveniente morte) ſalvare ſine altero poteſt, aliud autem non poteſt. Unde ſcriptum eſt. *In diebus illis, dicit dominus effundam [a] de ſpiritu meo ſuper omnem carnem*. Advertamus ſummas divitias bonitatis Dei. Quod in confirmandis neophytis manus impoſitio tribuit ſingulis, hoc tunc Spiritus ſancti deſcenſio in credentium [b] populos donavit univerſis. Sed quia diximus, quod manus impoſitio & *e* confirmatio [c] ad baptiſmi perfectionem pertineat, & [1] qui jam regeneratus in Chriſto eſt, confirmare aliquid poſſit, forte cogitat ſibi aliquis: quid mihi prodeſt poſt myſterium baptiſmatis, myſterium confirmationis? Aut quantum video, non totum de fonte ſuſcepimus, ſi poſt fontem adjectione novi generis indigemus. Non ita dilectiſſimi. Attendat caritas veſtra. Sicut exigit militaris ordo, ut cum imperator, quemcumque in militum receperit numerum, non ſolum ſignet receptum, ſed etiam armis competentibus inſtruat pugnaturum: ita in baptizato benedictio illa munitio eſt. Dediſti militem, da ei adjumentum militiæ. Numquid prodeſt, ſi quiſquam parentum magnam [d] pupillo conferat facultatem, niſi providere ſtudeat & tutorem? Itaque Paracletus regeneratis in Chriſto, cuſtos & conſolator & tutor eſt. Ideo dicit ſermo divinus: *Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam*. Ergo Spiritus ſanctus, qui ſuper aquas baptiſmi ſalutifero deſcendit illapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præſtat ad gratiam. Et quia in hoc

Joel. 2.
a Eucherius homilia de pentecoſte Euſebio Emiſeno paſſim ſed falſo tributa: cujus auctor a quibuſdam perhibetur Fauſtus. Hinc vero diſcat lector eorum latere plurimum in farcinis noſtri mercatoris.
b populo
c miniſterium confirmantis?
d parvulo.
Pſal. 126.
De conſecr. Diſt. 5. Spiritus ſanctus qui ſuper.

---

[1] Lege, & et, qui regen. . . . . conferre aliquid, ex Euſebio Emiſeno. *Harduinus*.

hoc mundo tota ætate victuris, inter inviſibiles hoſtes & pericula gradiendum eſt, in baptiſmo regeneramur ad vitam, poſt baptiſmum confirmamur ad pugnam: in baptiſmo abluimur, poſt baptiſmum roboramur. At ſi continuo tranſituris ſufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen neceſſaria ſunt confirmationis auxilia. Regeneratio per ſe ſalvat mox in pace beati ſæculi recipiendos: confirmatio autem armat & inſtruit ad agones mundi hujus & prælia reſervandos. Qui autem poſt baptiſmum cum acquiſita innocentia immaculatus pervenit ad mortem, confirmatur morte, quia non poteſt peccare poſt mortem. Hic, ſi forte illud etiam requirere velimus, poſt paſſionem & reſurrectionem Chriſti, quid apoſtolis profuerit adventus Spiritus ſancti, ipſe dominus eis evidenter exponit. *Quæ dico*, inquit, *vobis, non poteſtis ea portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, ipſe docebit vos omnem veritatem.* Vides, quia cum Spiritus ſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & conſtantiam dilatatur? Itaque ante deſcenſionem Spiritus ſancti uſque ad negationem, apoſtoli deterrentur: poſt viſitationem vero ejus uſque ad martyrium, contemptu ſalutis armantur. Secundum hoc per Chriſtum redimimur, per Spiritum vero ſanctum dono ſapientiæ ſpiritualis illuminamur, ædificamur, erudimur, inſtruimur, conſummamur, ut illam ſancti Spiritus vocem audire poſſimus: *Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac qua gradieris.* De Spiritu ſancto accipimus, ut ſpirituales efficiamur: *quia animalis homo non perſpicit ea quæ ſunt Spiritus Dei.* De Spiritu ſancto accipimus, ut ſapiamus inter bonum malumque diſcernere, juſta diligere, injuſta reſpuere, ut malitiæ ac ſuperbiæ repugnemus, ut luxuriæ ac diverſis illecebris, & fœdis indignisque cupiditatibus reſiſtamus. De Spiritu ſancto accipimus vitæ amorem & gloriæ ardorem, ut ſuccenſi divinitus, erigere a terrenis mentem ad ſuperna & divina valeamus[a].

Joan 16

Pſal. 31

1 Cor 2

a Huc uſque Oratoris cuiſque fuit Calliſtanaſi cundis præſtans.

### III.

f Jejunium vero dominici diei[b] & quintæ feriæ nemo celebrare debet, ut inter jejunium Chriſtianorum & Gentilium, veraciter credentium atque infidelium & hæreticorum, vera & non falſa diſcretio habeatur. Unde ſcriptum eſt. *Quæ pars Chriſti ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli? Quæ autem participatio juſtitiæ cum iniquitate.* Et iterum *Nolite jugum ducere cum infidelibus.* De cetero fratres, *videte, ne quis vos decipiat inanibus verbis, neque per philoſophiam & inanem fallaciam ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum: quia in Chriſto habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, & eſtis in illo repleti, qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis, in quo & circumciſi eſtis circumciſione, non manufacta, in expoliatione corporis carnis, ſed in circumciſione Chriſti, conſepulti ei in baptiſmo, in quo reſurrexiſtis per fidem operationis Dei, qui ſuſcitavit illum a mortuis. Et vos, cum mortui eſſetis in delictis & præputio carnis veſtræ, convivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens, quod adverſum vos erat, chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, & affigens illud cruci, expolians principatus & poteſtates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo. Nemo ergo vos judicet in cibo & potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorum, quæ ſunt umbra futurorum: corpus autem Chriſti. Nemo vos ſeducat volens in humilitate & religione angelorum, quæ non vidit, ambulans fruſtra, inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus per[*] nexum & conjunctionem ſubminiſtratum & conſtructum, creſcit in augmentum fidei. Si ergo mortui eſtis cum Chriſto ab elementis hujus mundi, quid adhuc tanquam viventes in mundo decernitis? Ne tetigeritis, neque guſtaveritis, neque contrectaveritis, quæ ſunt omnia in interitum ipſo uſu, ſecundum præcepta & doctrinas hominum, quæ ſunt rationem quidem habentia ſapientiæ, in ſuperſtitione & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis. Igitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cum Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. Mortificate ergo membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam & avaritiam, quæ eſt ſimulacrorum ſervitus, propter quæ venit ira Dei in filios incredulitatis, in quibus & vos ambulaſtis aliquando, cum viveretis cum illis. Nunc autem deponite & vos[*] omnem iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. Nolite mentiri invicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem ſecundum imaginem ejus qui creavit eum, ut ubi non eſt Judæus & gentilis, circumciſio & præputium, barbarus & Scytha, ſervus & liber, ſed omnia & in omnibus Chriſtus. Induite ergo vos ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſupportantes invicem, & donantes vobiſmetipſis, ſi quis adverſus aliquem habet querelam: ſicut & Chriſtus donavit vobis, ita & vos. Super autem omnia hæc caritatem habentes, quod eſt vinculum perfectionis. Et pax Chriſti vigeat in cordibus veſtris, in qua & vocati eſtis in uno corpore, & grati eſtote. Verbum Dei habitet in vobis abundanter, in omni ſapientia docentes & commonentes voſmetipſos pſalmis, hymnis & canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes in cordibus veſtris Deo. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini noſtri Jeſu Chriſti facite, gratias agentes Deo & patri per ipſum. Vos, cariſſimi, nolite deficere benefacientes. Quod ſi aliquis fuerit, qui non obedierit verbis apoſtolicis, hunc notate, & non commiſceamini cum illo, ut confundatur. Et nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite ut fratrem. Deus autem pacis det vobis idipſum ſapere in alterutrum, & in omnes, & ipſe ſit ſemper vobiſcum in omni loco. Amen.* Data Kalendis Martii, Voluſiano[a] & Rufino viris clariſſimis conſulibus.

b Conſt. quæ dicuntur apoſtolorum lib 5 cap ul.

2 Cor 6. Hierem

Coloſſ 2

A

* nexus & conjunctiones

B

Coloſſ 3

* omnis ira in Luc.

C

D

2 Theſſ. 3.

Rom 15.

E

a anno 314. quo jam 2 3 fere menſibus obierat Melchiades die 10 Dec an 313

## Notæ Severini Binii.

a *Hoc enim privilegium huic ſanctæ ſedi a temporibus apoſtolorum ſtatutum*) Ut epiſcoporum cauſæ ad Romanæ eccleſiæ ſedem deferantur apoſtolico canone 73. & 74. conſtitutum eſt; idemque omnium fere pontificum decretalibus epiſtolis confirmatum eſt.

Epiſcopalium cauſarum judex Romanus epiſcopus.

b *Sacramentum.*) Illi, a quibus Melchiades conſulebatur, confirmationem ſacramentum eſſe præſupponebant. Errant igitur, qui quod ſupra in notis ad Urbani II. Pabiani, & Cornelii epiſtolas annotavi, hoc ſacramentum

Sacramentum confirmationis a quo ſtatutum.

cum

tum a Melchiade inſtitutum eſſe tradunt. cujus enim expreſſa mentio fit in multis antiquorum pontificum epiſtolis, antiquiore Eliberitino concilio ſupra cap. 38 & 77. plurimis vetuſtioribus eccleſiæ patribus ac doctoribus ſupra a nobis recenſitis, quomodo a Melchiade inſtitutum eſſe potuit?

Manus impoſitio.

1. Curativa.

c *Manus impoſitio epiſcoporum*) Non qualibet manus impoſitio eſt ſacramentum, ſed tantum confirmativa. Multiplex enim in ſcriptura manus impoſitio legitur, una curativa, de qua intelligendum eſt illud Marc. ult. *Super ægros manus imponent, & bene habebunt* item illud act. 9. *Abiit Ananias, & imponens ei manus dixit: Saule frater, dominus miſit me Jeſus, ut videas & implearis Spiritu ſancto*: ſicut etiam illud act. 28. *Contigit autem patrem Publii febribus & dyſenteria vexatum jacere, ad quem Paulus intravit, & cum oraſſet & impoſuiſſet ei manus, ſalvavit eum*. Alia eſt manus impoſitio, quæ dici poteſt ordinativa vel conſecrativa, de qua dicitur 1. ad Timoth 4. *Noli negligere gratiam quæ in te eſt per impoſitionem manuum presbyterii*, &c.

2. Ordinativa.

3. Ceremonialis ad baptiſmum.

Tertia eſt impoſitio manus ceremonialis ad baptiſmum, quæ fit ad quamdam cathecumeni ſanctificationem, de qua intelligendum eſt illud Auguſtini libro 2. de peccat. merit. & remiſ. cap. 26. ubi ait: *Catechumenos ſecundum quemdam modum ſuum per ſignum Chriſti, & orationem, manus impoſitione ſanctificari* item in concil. Hiſpalenſi II c. 7. Carthaginenſi IV. canone 85.

4. Reconciliativa.

Quarta eſt peccatorum reconciliativa: de qua Aurelianenſi I c. 2. & 3. & can 8. concilii Arelatenſis.

5. Deprecativa.

Quinta eſt quædam manus impoſitio deprecativa. qualis videtur illa, de qua eſt ſermo act. 13. *Tunc jejunantes & orantes, imponenteſque iis manus, dimiſerunt illos*, Paulum nempe & Barnabam jam ante confirmatos & ordinatos abeuntibus igitur manus imponendo, bene tantum precati ſunt.

6. Confirmativa.

Sexta eſt manus impoſitio confirmativa, qua gratiæ, quæ in baptiſmo ad remiſſionem peccati ſufficientiſſime data eſt, alia ad gratiam baptiſmatis augendam & roborandam ſuperadditur, eo fine ut baptizatus fidem in baptiſmo ſuſceptam loco ac tempore requiſito conſtanter credat, fidemque confiteatur. De hac poſteriore intelligendus eſt hic locus Melchiadis, ſicut & illud act. cap. 8. *Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum Sanctum*. Item illud. *Cum vidiſſet autem Simon, quia per impoſitionem manus apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus, obtulit iis pecuniam, dicens: Date mihi hanc poteſtatem, ut cuicumque impoſuero manus, accipiat Spiritum ſanctum*. Eodem modo accipiendum eſt illud act. 19. *Poſtquam impoſuit Paulus illis manus, venit Spiritus ſanctus ſuper illos, loquebanturque linguis & prophetabant*. Ita gloſſa 1. quæſt. canone, Manus impoſitio.

Confirmationis miniſter ordinarius ſolus epiſcopus

d *Unum a majoribus fit, id eſt, a ſummis pontificibus quod a minoribus perfici non poteſt*) Hoc idem Euſeb. epiſtola 3. in fine ait his verbis: *manus impoſitionis ſacramentum magna veneratione tenendum eſt, quod ab aliis perfici non poteſt, niſi a ſummis ſacerdotibus*. Quod quidem jure divino ordinario recte & convenienter conſtitutum eſt, ita tamen, ut nihilominus juſta ac rationabili de cauſa a pontifice diſpenſari poſſit, ſicut & frequenter diſpenſatum eſt, ut presbyter hoc ſacramentum conferat. Nam Ambr. in c. 74. ad Epheſ. teſtatur in Ægypto presbyteros confirmare in abſentia epiſcoporum Item cum Gregorio pontifici, ut ſcribitur epiſtola 26. lib. 3. relatum fuiſſet, in inſula Sardiniæ ſolitos fuiſſe presbyteros baptizatos confirmare, id facere eos prohibuit ex qua prohibitione, cum ſcandalum ortum eſſe videret, ſic prædicto loco ſcribit. *Nos quidem ſecundum uſum veterem eccleſiæ noſtræ fecimus, ſed ſi omnino hac de re aliqui contriſtantur, ubi epiſcopi deſunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizatos* (impreſſi omnes corrupte legunt, *baptizandos*) *chriſmate tangere debeant*. Unde conc. Florent. in Decr. Eugenii, ſolum epiſcopum poſſe conferre eam unctionem, quæ eſt confirmationis ſacramentum, ſubdit: *Legitur tamen aliquando per apoſtolicæ ſedis diſpenſationem ex rationabili & urgente admodum cauſa ſimplicem ſacerdotem chriſmate per epiſcopum confecto hoc adminiſtraſſe confirmationis ſacramentum*. Qua diſpenſatione nihil juris divini immutari, pulchre declarant Bell. & Suarez de ſacram. confirm. miniſtro, apud quos plura hac de re videre poteris.

Ex diſpenſatione Rom. pont. ſacerdos ſimplex confirmare poteſt.

An & quomodo confirmatio baptiſmum perficiat.

e *Confirmatio ad baptiſmi perfectionem pertinet.*) Confirmatio appellatur perfectio baptiſmi non tantum hoc loco, verum etiam in concilio Eliberitano c. 77. item a Dionyſio Areop. de eccleſiaſtica Hierar. c. 4. p. 3. illius capitis, ubi eam: *Divinæ generationis ſacroſanctam perfectionem* appellat. Ambroſ. lib. 2. de ſacr. cap. 2. eamdem nominat, *Spirituale ſignaculum, quod poſt fontem ſupereſt, ut perfectio fiat*. Non ſane, quod baptiſmus citra confirmationem nihil gratiæ tribuat, aut baptizati peccatum plene ac perfecte non tollat, ſed quod per confirmationem baptizato augmentum & robur gratiæ ſuperaddatur ad fidem in baptiſmo ſuſceptam conſtanter profitendam. Suarez tomo 3. diſput. 34. de confirmatione ſect. 2.

f *Jejunium dominici diei.*) Vide quæ diximus in notis can. apoſt. 65 & aliorum.

ANNO CHRISTI 313.

# [1] CONCILIUM ROMANUM

## SUB MELCHIADE.

a *COncilium Romanum*) Hoc concilium, teſte Auguſt. epiſt 152. & cap. 3. collationis, Romæ habitum eſt Conſtantino & Licinio tertium conſulibus anno domini 313. qui eſt imperii Conſtantini octavus, hanc ob cauſam. Cum Donatiſtæ indigne ferrent Cæcilianum epiſcopum nihil ſchiſmaticorum omnium factionibus, conciliis, ac contumeliis, quibus eum afficiebant, commoveri, atque uno dumtaxat unius apoſtolicæ ſedis præſidio ac communicatione fulciri; ſuos vero potius univerſos conatus in ſchiſmate promovendo irritos fieri, ſummo ſtudio laborant, ut Cæcilianum, quem aliter Carthaginenſis eccleſiæ ſede exturbare non poſſent, Anulino Africæ proconſuli, ipſique Conſtantino imperatori Cæciliani amantiſſimo ac ſtudioſiſſimo, exoſum reddant. Rogant igitur ipſum Anulinum proconſulem, ut ſuum libellum, quem adverſus Cæcilianum ſcripſerant, additis ad Conſtantinum in Galliis agentem promotorialibus literis, tranſmittat: petitioni eorum proconſul acquieſcit. Literas proconſulis ad imperatorem ſcriptas, ſchiſmatici ipſi una cum ſuo adjuncto libello in Gallias deferunt, iiſque Conſtantino imperatori oblatis, quoſdam Galliæ epiſcopos, ſuæ cauſæ judices & arbitros conſtitui poſtulant. Imperator, quamquam principio indignum eſſe reſponderit, ut eorum, qui vice Chriſti funguntur, cauſam judex ſæcularis & inferior cognoſcat, aut dijudicet; tamen cum adhuc in fide rudis eſſet, & formam eccleſiaſticorum judiciorum ignoraret, tres Galliæ epiſcopos, Maternum Agrippinenſem, Rheticium Auguſtodunenſem, & Marinum Arelatenſem, judices allegatæ cauſæ conſtituit, ea lege, ut citra ſcitum, conſenſum, & auctoritatem Romani pontificis conſtituti judices nihil definiant. Sciebat enim ex divinæ legis præſcripto in cauſa & accuſatione epiſcoporum, abſque primariæ ſedis antiſtite aliquid ſtatuere aut cognoſcere

1. Epiſtola Anulini ad imperatorem in cauſa Cæciliani & Donatiſtarum extat infra.

Conſtantinus declinat judicium epiſcoporum.



1 Ad an. 312. memorat Harduinus in Indice Concil. tom. 1. Concilium Carthaginenſe, in quo Cæcilianus fuerit abſolutus. Et ſane poſt Schiſmaticorum Concilium, in quo Cæcilianus an. 311. damnatus fuit, veroſimile eſt Catholicos Epiſcopos conveniſſe, ut Schiſmaticorum audaciam reprimerent; & Cæciliani innocentiam tuerentur. Hujuſmodi Concilium reſpexiſſe potuit Gratus, cum in Concilio Carthaginen. an. 348. dixit. *Sane credo nos retinere, multis Conciliis a patribus noſtris & traditionem temerariam eſſe damnatam, & rebaptizationis impietatem eſſe puniendam*. Verum hæc incerta ſatis ſunt, & inexplorata.

ſcere nefas & illicitum eſſe. Interea dum hæc imperator decerneret, ſecundas ab Anulino proconſule literas accepit; quibus ille ad ſchiſma tollendum ac componendum, neceſſum eſſe indicat, ut ſervata legitima judicii forma, præſentibus accuſatoribus, Cæcilianus de traditionis crimine accuſatus, præſens ſuam ipſius cauſam defendat. Conſilium Proconſulis imperatori placuit: qui deinde præcepit, ut præter conſtitutos judices tres, quidam alii Galliæ aut vicinorum locorum epiſcopi convocentur, & Romæ in præſentia Melchiadis Romani pontificis cauſam definiant. Accuſato Cæciliano, ſicut & accuſantibus Donatiſtis, præcipitur ut ad præſtitutum diem Romæ huic judicio eccleſiaſtico præſentes interſint; plures vero, quam decem accuſatores aut Cæciliani defenſores non admittantur. De quibus ita conſtitutis imperator ad Melchiadem pontificem Romanum literas futuri ibidem Romæ judicii prænuncias, quas infra ex Euſebio huc tranſtulimus, præmiſit. Cum citati omnes in urbem veniſſent, VI. Nonas Octob. feria 6. illius hebdomadæ, Conſtantino & Licinio tertium coſſ. anno nimirum Chriſti 313. in Laterano in domum Fauſtæ cum Melchiade 19. epiſcopi convenerunt, in quorum conſeſſu cauſa indicti concilii proponitur, qua Cæcilianus a Donatiſtis accuſabatur; & contra a Catholicis, qui ſtabant a partibus illius, defendebatur: ipſe vero Donatus a Caſis nigris ſchiſmati originem dediſſe redarguitur, & ſuorum a ſe contra Cæcilianum productorum teſtium confeſſione & teſtimonio de calumnia illata convincitur. Pontifex igitur cum concilio hac inquiſitione prævia Cæcilianum, tanquam innocentem & calumnioſe accuſatum, abſolvit, eumque in communione eccleſiæ retinendum eſſe juſte dijudicat. Donatum vero eo quod lapſos, non per ſolam manus impoſitionem, ſed potius rebaptizando eccleſiæ reconciliaſſet, Cæcilianum calumniatus fuiſſet, juxta propriam confeſſionem & teſtium depoſitionem, juſto judicio condemnat, ut patet ex Opt. lib. 1. contra Parm. & ex act. ſynodi, quæ extant apud Auguſt. in brevic. coll. die 3. c. 12. A ſententia pontificis & concilii definitiva Donatiſtæ condemnati, [1] ad imperatorem [a] appellant. Pontifex ad ſchiſma tollendum, & ad pacem componendam offert, ut Cæciliano Carthagine relicto, Majorino de alio epiſcopatu provideretur. Illi (quod hæreticis & ſchiſmaticis in more eſt) opportunas pacis conditiones contempſerunt, ſuamque appellationem, apud imperatorem introductam ſedulo proſequuntur, non ſine magna ipſius imperatoris admiratione & deteſtatione, ut videre eſt ex literis Conſtantini, quæ extant in appendice Optati, quaſque iſthinc huc tranſtulimus. Imperator, ut diſſentientes conciliaret, Cæcilianum cum Donatiſtis Brixiam convocat, ipſoſque apud ſe ad tempus retinet, atque pacem & concordiam inter eos componere tentat; ſed Donatiſtis refragantibus omnia fruſtra conatus eſt: atque ita, re infecta, catholicos ſimul & ſchiſmaticos in Africam redire permiſit. Hæc conditio pacis a pontifice & imperatore oblata, poſterioribus Donatiſtis in magna illa collatione, circa annum domini 411. Carthagine habita, cavillandi occaſionem præbuit; hanc enim ob cauſam Cæcilianum a Conſtantino damnatum, ipſumque Melchiadem traditorem fuiſſe, aſſerebant: quam vere utrumque probaverint, ex ipſis publicis actis apud Auguſtinum in breviculo collationis die 3. cap. 12. & 18. extantibus patet. Vide Baronium, anno Chriſti 313. num. 17. uſque ad 44.

Indicitur concilium Romanum in cauſa ſchiſmatis.

Concilii locus, tempus & numerus epiſcoporum.

Acta concilii quibus Cæcilianus abſolvitur.

Donatiſtæ condemnantur.

Donatiſtæ a concilio ad imperatorem appellant.

a Murmuraſſe quidem illos, ſed non appellaſſe pluribus S. Aug. teſtimoniis docet Henr. Valeſius, & Optatum in quibuſdam erraſſe probat.

Concordia pontifice & imperatore auctoribus bis fruſtra tentata eſt.

Donatiſtarum recentiorum cavillationes.

## SYNODUS ROMANA MILTIADIS.

*Ex libello ſynodico.*

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ῥώμῃ, ὑπὸ Μιλτιάδου τοῦ ἁγιωτάτου πάπα, καὶ Μάρκου τοῦ ὁσιωτάτου, καὶ Κικιλλιανοῦ ἐπισκόπου Καρθαγένης, ἐπὶ τῇ ἑνώσει τῶν ἐπισκόπων. ταύτην τοίνυν, καὶ τὴν ἐν Ἀρελάτῳ, προστάξας συγκροτηθῆναι ὁ μέγας βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, ἀπάρας ἀπὸ τῶν ἑσπερείων ἐπὶ τὰ ἑῷα χωρία, ἀμετάστρεπτι ἅπασι· μὴ πιθανῶς Σίλβεστρον ἐπίσκοπον ἐν τῷ θρόνῳ Ῥώμης, ἀλλ' ἐπὶ Μιλτιάδου ἀναχωρήσας, ὅθεν ἀληθέστερόν ἐστι κρατεῖν, μὴ βεβαπτίσθαι αὐτὸν ἐν Ῥώμῃ, ἀλλ' ἐν Νικομηδείᾳ.

Synodus divina & ſacra provincialis, collecta Romæ a Miltiade ſanctiſſimo papa, & Marco ſanctiſſimo, & Cæciliano Carthaginis epiſcopo, ſuper unione epiſcoporum. Hanc igitur, ut & Arelatenſem, Conſtantinus magnus imperator colligi præcepit, cum ab occidentalibus ad orientalia loca, nunquam [a] reverſurus diſceſſiſſet, non vivo Silveſtro epiſcopo in throno Romæ. Sub Miltiade enim receſſit: unde verius eſt, ut teneamus, non baptizatum ipſum eſſe Romæ, ſed Nicomediæ.

a errat.

### Synodus eadem ex Optati Libro I.

*Adverſus Parmenianum Donatiſtam.*

Noſtras chartas probant & conflictus cauſarum & contentiones partium & exitus judiciorum & epiſtolæ Conſtantini. Nam quod de nobis dicitis, *quid Chriſtianis cum regibus? aut quid epiſcopis cum palatio?* Si nota eſt noſſe reges, vos tanta perfundit invidia. Nam majores veſtri Lucianus, Dignus, Naſutius, Capito, Fidentius, & ceteri imperatorem Conſtantinum, harum rerum adhuc ignarum, his precibus rogaverunt: quarum exemplum infra ſcriptum eſt.

*Rogamus te, o Conſtantine, optime imperator, quoniam de genere juſto es, cujus pater inter ceteros imperatores perſecutionem non exercuit, & ab hoc facinore immunis eſt Gallia. Nam in Africa inter nos & ceteros epiſcopos contentiones ſunt. Petimus ut de Gallia nobis judices dari præcipiat pietas tua. Datæ a Luciano, Digno, Naſutio, Capitone, Fidentio, & ceteris epiſcopis partis* [b] *Donati.*

b ſ. melius Majorini.

Quibus lectis Conſtantinus pleno livore reſpondit. In qua reſponſione & eorum preces prodidit, dum ait: *Petitis a me in ſæculo judicium, cum ego ipſe Chriſti judicium expectem.* Et tamen dati ſunt judices, Maternus ex Agrippina civitate, Reticius ab Auguſtoduno civitate, Marinus Arelatenſis.

Ad urbem Romam ventum eſt, ab iis tribus Gallis: & ab aliis quindecim Italis. Convenerunt

[1] An Donatiſtæ a Melchiadis Concilio appellarint, non convenit inter Eruditos. Negant Sirmondus, & Valeſius; affirmant Schelſtratius, & Pagi, quem conſule ad an. Chr. 313. n. 8. & ſeqq.

runt in domum Fauſtæ in Laterano, Conſtantino ter & Licinio ter conſulibus ſexto nonas Octobris; die ſexta feria. Cum conſediſſent Miltiades epiſcopus urbis Romæ & Reticius & Maternus & Marinus epiſcopi Gallicani; & Merocles a Mediolano, Florianus a Cæſena, Zoticus a Quintiano, Stemnius ab Arimino, Felix a Florentia Tuſcorum, Gaudentius a Piſis, Conſtantius a Faventia, Proterius a Capua, Theophilus a Benevento, Savinus a Terracina, Secundus a Præneſte, Felix a tribus Tabernis, Maximus ab Oſtia, Evandrus ab Urſino, Donatianus a Foro Claudii.

His decem & novem conſidentibus epiſcopis cauſa Donati & Cæciliani in medium miſſa eſt a ſingulis. In Donatum ſunt hæ ſententiæ latæ. *Quod confeſſus ſit ſe rebaptizaſſe & epiſcopis lapſis manum impoſuiſſe: quod ab eccleſia alienum eſt.* Teſtes inducti a Donato confeſſi ſunt ſe non habere quod in Cæcilianum dicerent. Cæcilianus omnium ſupra memoratorum ſententiis innocens eſt pronunciatus: etiam Miltiadis ſententia: qua judicium clauſum eſt his verbis.

*Cum conſliterit Cæcilianum ab iis qui cum Donato venerunt, juxta profeſſionem ſuam non accuſari: nec a Donato convictum eſſe in aliqua parte conſliterit ſua, communioni eccleſiaſticæ integro ſtatu retinendum merito eſſe cenſeo.*

Sufficit ergo & Donatum tot ſententiis eſſe percuſſum, & Cæcilianum tanto judicio eſſe purgatum. Et tamen Donatus appellandum eſſe ab epiſcopis credidit. Ad quam appellationem Conſtantinus imperator ſic reſpondit: *o rabida furoris audacia! ſicut in cauſis Gentilium fieri ſolet, appellationem interpoſuerunt*. Et paulo poſt.

Sed quia in ipſa cauſa duorum videbantur laborare perſonæ, & ordinati & ordinatoris: poſtquam ordinatus in urbe purgatus eſt, purgandus adhuc remanſerat ordinator.

Tunc Conſtantinus [a] ad Ælianum proconſulem ſcripſit, ut remotis neceſſitatibus publicis, de vita Felicis Autungitani publice quæreretur. Inducti ſunt Claudius Saturianus curator reipublicæ, qui fuit tempore perſecutionis in civitate Felicis & curator præſentis tunc temporis quando cauſa flagitabatur, Callidius Gratianus & magiſtratus Alfius Cæcilianus; ſed & Superius ſtationarius (ſic enim legendum eſt) perductus, & Ingentius ſcriba publicus pependit ſub metu imminentium tormentorum. Reſponſis omnium nihil tale inventum eſt quo vitam Felicis epiſcopi ſordidare potuiſſet.

a Anno exeunte 313. aut ineunte 314. nam cognitio illa die 15. Kal. Mart. cœpit teſte S. Auguſtino pluribus menſibus ante concilium Arelatenſe.

Habentur volumina actorum [b] in quibus continentur præſentium nomina, qui fuerant in cauſa, Claudii Saturiani curatoris, & Cæciliani magiſtratus, & Superii ſtationarii & ſcribæ Ingentii & Solonis officialis ipſius temporis. Poſt quorum reſponſa a ſupra memorato proconſule hæc pars ſententiæ dicta eſt.

b eorum partem quæ a Maſſono primum edita eſt, ſubjicemus poſt acta concilii Arelatenſis.

*Felicem autem religioſum epiſcopum liberum eſſe ab exuſtione inſtrumentorum deificorum manifeſtum eſt, cum nemo in eum aliquid probare potuerit, quod religioſiſſimas ſcripturas tradiderit vel exuſſerit. Omnium enim interrogatio ſupraſcripta manifeſta eſt, nullas ſcripturas deificas vel inventas vel corruptas vel incenſas fuiſſe.*

Hoc actis continetur quod Felix epiſcopus religioſus illius temporibus neque præſens fuerit, neque conſcientiam accommodaverit, neque aliquid tale fieri juſſerit. Unde pulſa atque exterſa infamia cum ingenti laude de illo judicio receſſit.

## EPISTOLA ANULINI PROCONSULIS AD CONSTANTINUM

cum libello Donatiſtarum imperatori oblata.

*Anulinus nunc proconſul Africæ.*

SCripta cœleſtia majeſtatis veſtræ accepta atque adorata, Cæciliano, & his qui ſub eodem agunt, quique clerici appellantur, devotio parvitatis meæ inſinuare curavit, eoſdemque hortata eſt, ut unitate conſenſu omnium facta, cum omni omnino munere indulgentiæ majeſtatis veſtræ liberati eſſe videantur catholici, cuſtodita ſanctitate legis, debita reverentia divinis rebus inſerviant. Verum poſt paucos dies extiterunt quidam, adunata ſecum populi multitudine, qui Cæciliano contradicendum putarent, quique faſciculum in aluta ſignatum, & libellum ſine ſigno obtulerunt dicationi meæ; atque impendio poſtularunt, ut ad ſacrum & venerabilem comitatum nominis veſtri dirigerem: quæ manente Cæciliano in ſtatu ſuo, ſubjectis eorumdem actis, quo cuncta majeſtas veſtra poſſit dignoſcere, parvitas mea dirigere curavit.

### OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Extat apud Euſeb. lib. X. cap. 5. exemplum conſtitutionis ad hunc Anulinum, qua Impp. Conſtantinus & Licinius ſoli eccleſiæ catholicæ beneficium a ſe conceſſum indicarunt. Alia quoque legitur cap. 7. qua clericos, & eccleſiarum præſides ab omnibus publicis functionibus immunes eſſe præcipit idem Conſtantinus.

## EPISTOLA CONSTANTINI AD MELCHIADEM PAPAM.

Petit Romæ concilium congregari in cauſa Cæciliani & Donatiſtarum.

*Conſtantinus Auguſtus Melchiadis epiſcopo Romano [a] hierarchæ.*

QUoniam hujuſmodi literæ complures ab [b] Anulino cariſſimo Africæ proconſule ad me miſſæ ſunt, in quibus conſtat Cæcilianum epiſcopum civitatis Carthaginenſium a quibuſdam collegis ſuis in Africa ordinatis epiſcopis multis de rebus in crimen vocari; & illud mihi permoleſtum videtur, ut in his provinciis, quas divina providentia ultro ac ſua ſponte ſub meum ſubjunxerit imperium, & in illis locis, in quibus [illegible]ra hominum frequentia verſatur, non modo multitudo ad deteriora deflectat & diſtrahatur diſſidiis, ſed epiſcopi etiam diſcordiam inter ſe ipſi exerceant: viſum eſt mihi, ut idem Cæcilianus cum decem epiſcopis, qui illum reum facere videantur, & decem aliis, quos ipſe ſuæ litis dijudicationi neceſſarios exiſtimaverit, Romam navigio trajiciat: ut ibi coram vobis, & Rheticio etiam, & Materno, & Marino collegis veſtris, quos ea de cauſa Romam maturare juſſerim, poſſit audiri, ſicut ſan-

a & Marco Sta editione Jo. Chriſtophorſoni, cujus hic ſequitur verſio.

b Græce ſcribitur apud Euſeb. Ἀνυλῖνος: & minus recte nonnunquam Ἀνυλῖνος. Anulino.

ctiſſima Dei lex, ut noſtis, poſtulat. Atque ut de omnibus hiſce pleniſſumam accuratiſſimamque notitiam poſſitis habere. exemplaria literarum ad me ab Anulino miſſarum, literis meis ſubſcripta, adverſus prædictos collegas miſi: quas cum veſtra gravitas perlegerit, exquiſite ponderabit, quomodo, quave ratione lis illa, quam ſupra diximus, diligentiſſime rectiſſimeque dirimatur, & ex juris præſcripto tandem aliquando abſolvatur: quandoquidem illud veſtrum ſtudium minime latet, me tantam reverentiam ſanctæ & catholicæ eccleſiæ tribuere, ut velim vos nullam generare ſchiſma, nullam diſcordiam ullo in loco omnino relinquere. Summa Dei majeſtas vos, honoratiſſimi viri, multos annos conſervet. B

EADEM G. ET L.

EX VERSIONE VALESII.

*Ἀντίγραφον βασιλικῆς ἐπιστολῆς, δι᾽ ἧς σύνοδον ἐπισκόπων ἐπὶ Ῥώμης κελεύει γενέσθαι ὑπὲρ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ἑνώσεώς τε καὶ ὁμονοίας.*

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς Μιλτιάδη ἐπισκόπῳ Ῥωμαίων[1] καὶ Μάρκῳ· ἐπειδὴ τοιοῦτοι χάρται παρὰ Ἀνυλίνου τοῦ λαμπροτάτου ἀνθυπάτου τῆς Ἀφρικῆς πρός με πλεῖστοι ἀπεστάλησαν, ἐν οἷς ἐμφέρεται Καικιλιανὸν τὸν ἐπίσκοπον τῆς Καρθαγενησίων πόλεως, παρά τινων κολλήγων αὐτοῦ τῶν κατὰ τὴν Ἀφρικὴν καθεστώτων, ἐν πολλοῖς πράγμασιν εὐθύνεσθαι· καὶ τοῦτό μοι βαρὺ σφόδρα δοκεῖ, τὸ ἐν ταύταις ταῖς ἐπαρχίαις ἃς τῇ ἐμῇ καθοσιώσει αὐθαιρέτως ἡ θεία πρόνοια ἐνεχείρισε, κἀκεῖσε πολὺ πλῆθος λαοῦ, ὄχλον ἐπὶ τὸ φαυλότερον ἐπιμένοντα εὑρίσκεσθαι ὡσανεὶ διχοστατοῦντα, καὶ μεταξὺ ἐπισκόπους διαφορὰς ἔχειν, C ἔδοξέ μοι, ἵν᾽ αὐτὸς ὁ Καικιλιανὸς μετὰ δέκα ἐπισκόπων τῶν αὐτὸν εὐθύνειν δοκούντων, καὶ δέκα ἑτέρων οὓς αὐτὸς τῇ ἑαυτοῦ δίκῃ ἀναγκαίους ὑπολάβοι, εἰς τὴν Ῥώμην πλῷ ἀπιέναι· ἵν᾽ ἐκεῖσε ὑμῶν παρόντων, ἀλλὰ μὴν καὶ Ῥετικίου καὶ Ματέρνου καὶ Μαρίνου τῶν κολλήγων ὑμῶν, οὓς τούτου D ἕνεκεν εἰς τὴν Ῥώμην προσέταξα ἐπισπεῦσαι, δυνηθῇ ἀκουσθῆναι, ὡς ἂν καταμάθοιτε τῷ σεβασμιωτάτῳ νόμῳ ἁρμόττειν· ἵνα μέντοι καὶ περὶ πάντων αὐτῶν τούτων πληρεστάτην δυνηθῆτε ἔχειν γνῶσιν, τὰ ἀντίτυπα τῶν ἐγγράφων τῶν πρός με παρὰ Ἀνυλίνου ἀποσταλέντων, γράμμασιν ἐμοῖς ὑποτάξας, πρὸς τοὺς προειρημένους κολλήγας ὑμῶν ἐξέπεμψα· οἷς ἐντυχοῦσα ἡ ὑμετέρα στερρότης, δοκιμάσει ὅντινα χρὴ τρόπον τὴν προειρημένην δίκην ἐπιμελέστατα διακρῖναι, καὶ κατὰ τὸ δίκαιον τερματίσαι. ὁπότε μηδὲ τὴν ἡμετέραν ἐπιμέλειαν λανθάνει, τοσαύτην με αἰδῶ τῇ ἐνθέσμῳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ἀπονέμειν, ὡς μηδὲν καθόλου σχίσμα ἢ διχοστασίαν ἔν τινι τόπῳ βούλεσθαί με ὑμᾶς καταλιπεῖν.

A ἡ θειότης ὑμᾶς τοῦ μεγάλου Θεοῦ διαφυλάξοι πολλοῖς ἔτεσι τιμιώτατε.

*Exemplum epiſtolæ Conſtantini imperatoris, qua epiſcoporum concilium Romæ fieri jubet pro unitate & concordia eccleſiarum.*

Conſtantinus Auguſtus Miltiadi epiſcopo urbis Romæ & Marco. Quoniam hujuſmodi plures libelli a viro clariſſimo Anulino Africæ proconſule ad me ſunt miſſi, in quibus continetur Cæcilianum Carthaginenſium urbis epiſcopum a quibuſdam collegis ſuis per Africam conſtitutis multis de cauſis inſimulari. Quod quidem permoleſtum mihi videtur, in iſtis B provinciis quas divina providentia meæ devotioni ſpontanea deditione tradidit, & in quibus maxima eſt populi multitudo, plebem quaſi in duas partes diviſam ad deteriora deflectere, & epiſcopos inter ſe diſſentire. Placuit mihi ut idem Cæcilianus una cum decem epiſcopis qui accuſare ipſum videntur, & cum 10. aliis quos ipſe ad ſuam cauſam neceſſarios eſſe judicaverit, Romam naviget; ut ibi coram vobis & coram Reticio, Materno ac Marino collegis veſtris, quos ea cauſa Romam properare juſſi, poſſit audiri, quemadmodum ſanctiſſimæ legi convenire optime noſtis. Porro ut totius negotii pleniſſimam valeatis habere notitiam, exempla libellorum ab Anulino ad me miſſorum, C literis ſubjecta ad collegas veſtros ſupradictos tranſmiſi. Quibus lectis perpendeat gravitas veſtra, quonam modo ſupra memorata controverſia accuratiſſime dijudicanda ſit, & ex præſcripto juſtitiæ terminanda. Siquidem nec tuam ſedulitatem latet, tantam a me reverentiam ſanctiſſimæ eccleſiæ catholicæ exhiberi, ut generaliter nullum ſchiſma aut diſcidium ullibi a vobis relinqui velim. Divinitas ſummi Dei multis vos annis ſervet cariſſime.

# EPISTOLA [a]

# D CONSTANTINI

## AD EPISCOPOS.

poſt Concilium ſcripta.

*Conſtantinus Auguſtus epiſcopis catholicis cariſſimis fratribus S.*

ÆTerna, religioſa, & incomprehenſibilis pietas Dei noſtri nequaquam permittit humanam conditionem diutius in tenebris oberrare: neque patitur exoſas quorumdam voluntates uſque in tantum pervadere, ut non ſuis præclariſſimis luminibus denuo pandens iter ſalutare, eas det ad regulam juſtitiæ converti. Habeo quippe cognitum, &c. *quæ poſt Concilium Arelatenſe I. edentur poſtea ſuo loco.*

[a] Extat in appendice ad Optatum Milevit. ep. Pariſienſis editionis ex bibliotheca Petri Pithœi. Hanc Binius ad hoc Romanum concilium retulit poſt Baronium. Sirmondus vero ad Arelatenſe I. Regius autem collector bis edidit, & utrique ſubjecit concilio non neceſſaria repetitione.

EPI-

1 Valeſius in Notis ad librum 10. Euſebii cap. 8. ait: *Baronius mendoſum eſſe exiſtimat Euſebii textum, & pro verbis* καὶ Μάρκῳ, *ſcribendum eſſe,* ἱεράρχῃ. *Verum hæc emendatio, quod pace ſummi Viri dictum ſit, ferri non poteſt. Cum enim Miltiades vocatus ſit Epiſcopus urbis Romæ, ſuperfluum eſt addere* ἱεράρχην. *Adde quod ea vox inſolens eſt & affectata; cum tamen titulus ac dignitas cujuſque uſitato vocabulo exprimatur. Rejecta itaque Baronii conjectura, exiſtimo, Marcum hic eſſe Presbyterum Eccleſiæ Romanæ, quem una cum Miltiade intereſſe huic Synodo voluit Conſtantinus. Hic eſt, ut opinor, Marcus, qui poſt Sylveſtrum Papam Epiſcopatum urbis Romæ geſſit.* Ita Valeſius, cujus conjectura valde probabilis, præſertim cum Auctor Synodici tradat, Synodum Romæ convocatam fuiſſe a Miltiade ſanctiſſimo PP. & Marco; Miltiadi Marcum adjungens, perinde ac in epiſtola Conſtantini utrumque junctim nominari animadverterat, inquit ibidem Valeſius. *Pagius ad an. Chriſti 313. n. 7.*

# EPISTOLA CONSTANTINI AD EPISCOPOS

Illos Brixiam ad pacem componendam convocat.

*Conſtantinus Auguſtus, Epiſcopis.*

ANte paucos quidem dies, juxta poſtulatum veſtrum, hoc mihi placuerat, ut ad Africam reverteremini, ut illic omnis cauſa, quæ vobis adverſus Cæcilianum competere videtur, ab amicis meis, quos elegiſſem, cognoſceretur, atque finem debitum reciperet. Verum diu mihi cogitanti, & in animo meo non immerito volventi, id potiſſimum viſum eſt, ut quoniam ſcio quoſdam ex veſtris turbulentos ſatis, & obſtinato animo rectum judicium & integræ veritatis rationem minime reſpicere, ac per hoc venire forſitan, ut ſi ibidem cognoſcatur, non ut condecet, & veritatis ratio expoſtulat, res finem accipiat, atque aliquid tale eveniat nimia veſtra obſtinatione, quod & divinitati cœleſti diſpliceat, & exiſtimationi meæ, quam ſemper illibatam cupio perſeverare, plurimum impediat: placuit mihi (ſicut dixi) ut Cæcilianus juxta prius tractatum huc potius veniat, quem credo juxta literas meas mox adfuturum. Polliceor autem vobis, quod ſi præſente ipſo de uno tantum crimine vel facinore ejus per voſmetipſos aliquid probaveritis; id apud me ſit, ac ſi univerſa quæ intenditis probata eſſe videantur. Deus omnipotens perpetuam tribuat ſecuritatem.

# SELEUCIENSE IN PERSIDE CONCILIUM

*In cauſa Papæ ejus urbis Epiſcopi præſide S. Milleſio Suſarum epiſcopo,*

Anno CCCXIV. celebratum.

Mansi Suppl. tom. I. pag. 11.

Tom. I pag. 186. in Actis.

CL. *Joſeph Simonius Aſſemanus in ſua Bibliotheca Orientali Clementino-Vaticana Synodi hujus plane alias ignotæ hiſtoriam, producto actorum S. Milles Suſarum epiſcopi fragmento Arabico, ſuppeditavit. Eam vero his ipſis Arabi ſcriptoris verbis Latine ab eodem Aſſemano redditis trado*. Mox ad Arameos ſeu Aſſyrios (B. Milles) profectus Seleuciæ & Cteſiphontis Eccleſiam teterrimo ſchiſmate ſciſſam reperit. Cauſa mali tanti ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus Papa, Aghæi filius putabatur, homo intolerandi faſtus, & ambitionis immenſæ; adeout Antiſtites, qui ex diverſis locis ejus cauſam cognituri ad Synodum convenerant, ſuperbe aſpernaretur; Presbyteros vero, & Diaconos ſuæ Eccleſiæ indignis modis tractaret. Milles hominem Deo odioſum, & civibus ſuis infeſtum publice adoritur. Ecquod te, inquit, fratrum tuorum crimen impulit, ut talia adverſus eos audeas, membra tua ſuperbe deſpiciens, eaque abſque cauſa & præcipiti odio exagitans, quaſi Deum fabulam putes? An non ſcriptum eſt, *Qui fuerit princeps inter vos, ſit veſter ſervus?* Hæc Milles: Cui Papa. Tu me, ait, iſta doces inſulſiſſimum caput, quaſi non illa ego norim? Tum vero Milles tractum ex pera Codicem Evangeliorum, in medio ſuper pulvinar depoſuit, ſimulque ad Papam converſus: Si te, inquit, piget iſta a me, qui mortalis ſum, diſcere, agedum judicium pete ab Evangelio Domini, quod exterius oculis tuis patet, quandoquidem internus tuæ mentis oculus ad ejus mandata cæcutit. Hic vero Papa diabolicis actus furiis, & Sacrum Codicem impia manu contundens, loquere, ait, Evangelium, loquere. Ad has voces commotus S. Milles, accurrens, Evangelium manibus complexus, oſculatuſque, ſuis oculis admovit: Deinde audiente frequenti populo alta voce Papam compellens: Quia, inquit, o ſuperbe, talia auſus es adverſus verba vitæ Domini noſtri, ecce adſtitit Angelus ejus, & corporis dimidium tui areſaciet ad terrorem multorum; neque ſimul exanimaberis, ſed tibi manebit vita diu in ſignum & portentum. Eodem momento Papa e cælo tactus, dimidia corporis parte obriguit, & ad alterum latus collapſus, in eo ſitu per duodecim annos ad mortem uſque cum incredibili dolore jacuit: quæ res ingenti terrore populum univerſum perculit.

*Quamquam vero hanc, quæ in his actis indicatur, cogendæ Synodi cauſam, patres habuiſſe admitto; alii tamen alias prætendunt. Mares enim in vita ejuſdem Papæ apud eundem Aſſemanum tom. I. pag. CLXX. dejectum illum ſcribit, quod uni eidemque Eccleſiæ binos epiſcopos præfeciſſet.*

*Ad hanc ipſam Synodum datam cenſet vir doctiſſimus epiſtolam S. Iacobi Niſibienſis epiſcopi* ad Epiſcopos, Presbyteros & Diaconos Seleuciæ & Cteſiphontis de diſſenſionibus & contradictionibus quæ ex ſuperbia oriuntur. *Qua turbas in Seleucienſi eccleſia commotas ex arrogantia Papæ epiſcopi perſtringit. Porro, ut addit vir iſte clariſſimus, hujus concilii exitus fuit, ut Papa depoſito, Simeon in ejus loco ſubſtitueretur. Ita ille tom. 3. pag. 612. Annus Synodi ab eodem Aſſemano cum anno Chriſti* 314. *componitur.*

# VITA
# EPISTOLÆ ET DECRETA
## SILVESTRI PAPÆ I.
### *Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.*

*a* SIlveſter natione Romanus ex patre Rufino, *b* ſedit annis viginti tribus, menſibus decem, diebus undecim. Fuit autem temporibus Conſtantini & Voluſiani, ex die Kalendarum Februarii, uſque in diem Kalendarum Januarii, (*a*) Conſtantino & Voluſiano conſulibus. Hic *c* in exilio fuit in monte (*b*) Soractenſi, * & poſtmodum *d* rediens cum gloria, *e* baptizavit Conſtantinum Auguſtum, *f* quem curavit dominus lepra, cujus perſecutionem primo fugiens, in exilio fuiſſe cognoſcitur. Hic fecit in urbe Roma eccleſiam in prædio cujuſdam presbyteri ſui, qui cognominabatur Equitius, (*c*) juxta thermas Trajanas; quem titulum Romanum conſtituit, & uſque in hodiernum diem appellatur titulus Equitii, *g* ubi & hæc dona contulit: Patenam argenteam penſatam libras 20. ex dono Auguſti Conſtantini. Donavit autem & ſcyphos argenteos 2. qui penſaverunt ſinguli libras denas. Calicem aureum, penſantem libras duas. Calices miniſteriales quinque, penſantes ſingulos binas libras. Amas argenteas duas, penſantes ſingulas libras denas. Patenam argenteam chriſmalem, auro clauſam, penſantem libras quinque. Pharos coronatos decem, penſantes ſingulos libras octonas. Pharos æreos 20 penſantes ſingulos libras denas. Cantharos ceroſtrotos 12 æreos, penſantes ſingulos libras 30. Fundum Valerianum in territorio Sabinenſi, qui præſtat ſolidos 80. Fundum ſtationum in territorio Sabinenſi, qui præſtat ſolidos (*d*) 80. (Fundum ſtationum in territorio Sabinenſi, qui præſtat ſolidos 55. Fundum ad duas caſas in territorio Sabinenſi, qui præſtat ſolidos quadraginta. Fundum Percilianum in territorio Sabinenſi, qui præſtat ſolidos 20.) Fundum Corbianum in territorio Sorano, qui præſtat ſolidos 60. Domum cum balneo in urbe in (*e*) Sicinini regione, quæ præſtat ſolidos 85. Hortum intra urbem Romam, in regione ad duos amantes, præſtantem ſolidos 15. Domum in regione Orphea intra urbem, quæ præſtat ſolidos 58. & tremiſſem. Hic fecit conſtitutum etiam de omni eccleſia.

A B C D

*Margin:* a peregrinante ... percuſſus

*Margin:* ... in Luc.

Hujus temporibus *h* factum eſt concilium cum ejus * conſenſu in Nicæa Bithyniæ. Et congregati ſunt 318. epiſcopi catholici, qui expoſuerunt fidem integram, (*f*) ſanctam, catholicam, & immaculatam. Et damnaverunt Arium, Photinum, & Sabellium, vel ſequaces eorum: Et in urbe *i* Roma congregavit ipſe cum conſilio Auguſti epiſcopos 277. & damnavit iterum & Calixtum, & Arium, & Photinum, & Sabellium. Et conſtituit, ut presbyter Arianum reſipiſcentem non ſuſciperet, niſi epiſcopus loci * deſignaret eum. Conſtituit & chriſma *k* ab epiſcopo confici. Et privilegium epiſcopis contulit, ut baptizatum conſignent, propter hæreticam ſuaſionem. Hic & hoc conſtituit, *l* ut baptizatum liniat presbyter chriſmate levatum de aqua, propter occaſionem tranſitus mortis. Hic quoque conſtituit, ut nullus laicus crimen clerico audeat inferre. Et hoc conſtituit, *m* ut diaconi dalmaticis in eccleſia uterentur, & palla lineſtima læva eorum tegeretur. Idemque conſtituit, ut nullus clericus propter quamlibet cauſam in curiam introiret, nec ante judicem cinctum cauſam diceret, niſi in eccleſia. Sed & conſtituit, ut *n* ſacrificium altaris non in ſerico, neque in panno tincto [b] conſecraretur, niſi tantum in lineo ex terra procreato, ſicut corpus domini noſtri Jeſu Chriſti in Sindone linea & munda ſepultum fuit [c]. Conſtituit nihilominus, ut ſi quis deſideraret in eccleſia militare, aut proficere, ut eſſet (oſtiarius annis decem,) lector annis 30. exorciſta dies 30. acolythus annis 5. ſubdiaconus annis 5. (cuſtos martyrum annis 5.) diaconus annis 7. presbyter annis 3. probatus ex omni parte, ut etiam ab his, qui foris ſunt, habeat bonum teſtimonium. Unius uxoris vir, uxore a ſacerdote benedicta: & ſic ad ordinem epiſcopatus aſcenderet, nullum majoris vel prioris locum invaderet, niſi ordine temporum cum pudore cognoſceret omnium clericorum [d] vota grata; nullo omnino clerico contradicente, (*g*) vel fideli. (*h*) Hic fecit ordinationes ſeptem per menſem Decembrem, presbyteros 42. diaconos * 36. epiſcopos per diverſa loca & tempora * 66

*Margin:* * deſignaſſet

*Margin:* b celebraretur ... *&* *Luc.*

*Margin:* *Joan.* 19.

*Margin:* c ſic miſſæ celebrarentur.

*Margin:* ... incluſa deſunt in *Luc.*

*Margin:* ... incluſa deſunt in *Luc.*

*Margin:* d votiva gratiæ.

*Margin:* * 25.

*Margin:* * 65.

*Ex libello de munificentia Conſtantini.*

*o* Hujus temporibus fecit Conſtantinus Auguſtus baſilicas iſtas, quas & (*i*) ornavit: *p* Baſilicam Conſtantinianam, ubi poſuit dona iſta. Faſtigium argenteum, habens in fronte *q* ſalvatorem

*Margin:* Baſilica Conſtantiniana.

(*a*) *Luc.* Conſtantio
(*b*) *Luc.* Syraptin
(*c*) *Luc.* *legit* quem titulum Romanus conſtituit, juxta Thermas Domitianas
(*d*) *Luc.* XX
(*e*) *Luc.* *legit* Sicinini
(*f*) in Luc. deeſt *ſanctam*
(*g*) *in Luc.* [illegible] vel fideli
(*h*) Lucenſis legit: [illegible] *presbyterorum*, *&* [illegible] *per menſem Decembris* X L I I. *diaconos* XXVII. [illegible] *epiſcopos per diverſa loca* LXV.
(*i*) *Luc.* ordinavit

vatorem ſedentem in ſella, quinque pedum, pensantem libras 120 *. Et duodecim apoſtolos, habentes ſingulos quinos pedes, penſantes libras 90. cum coronis ex argento puriſſimo. Item a tergo reſpicientem in abſide ſalvatorem, ſedentem in throno in pedibus quinque, ex argento puriſſimo, penſantem libras 140. Et angelos quatuor ex argento in quinis pedibus, qui penſant ſinguli libras (*a*) 115. cum gemmis (*b*) Alabandenis. Faſtigium ipſum penſat libras duo millia 25. (*c*) Coronas quatuor ex auro puriſſimo, cum delphinis viginti, penſantes ſingulas libras 15. Pharum ex auro puriſſimo, cum delphinis * quingentis, cum catena, qui penſant libras 25. Cameram baſilicæ ex auro, penſantem in longum & in latum libras 50. Altaria ſeptem ex argento puriſſimo, penſantia libras ducentas. (*d*) Patenas aureas ſeptem, penſantes ſingulas libras triginta (*e*) Patenas argenteas (*f*) ſexdecim, penſantes ſingulas libras * triginta. Scyphos ex auro puriſſimo ſeptem, penſantes ſingulos libras decem. Scyphum ſingularem ex metallo, corallo ornatum, & undique de gemmis praſinis & hyacinthinis, auro intercluſum ex omni parte, qui penſat libras viginti & uncias tres. Scyphos argenteos viginti, penſantes ſingulos libras quindecim. Amas ex auro puriſſimo duas, penſantes ſingulas libras quinquaginta, portantes ſingulas medimnos tres. Amas argenteas 20. penſantes ſingulas libras 10. portantes ſingulas medimnos ſingulos. Calices minores aureos puriſſimos 40 penſantes ſingulos libras ſingulas. Calices minores miniſteriales (*g*) quingentos, penſantes ſingulos libras duas.

* ſio.

Ornamenta in baſilica, pharum cantharum ex auro puriſſimo ante altare, in quo ardeat oleum nardinum piſticum, cum delphinis octoginta, penſantem libras (*h*) 3. Pharum cantharum argenteum cum delphinis viginti, qui penſant libras (*i*) quadraginta, ubi ardet oleum nardinum piſticum. Pharos cantharos argenteos in gremio baſilicæ 45. penſantes ſingulos libras triginta, ubi ardet oleum ſupraſcriptum. In parte dextera baſilicæ pharos argenteos 40. penſantes ſingulos libras 20. Pharos cantharos in læva baſilicæ argenteos 25. penſantes ſingulos libras viginti. Cantharos cercſtrotos in gremio baſilicæ argenteos quinquaginta, penſantes ſingulos libras 20. Metretas 3. ex argento puriſſimo, penſantes ſingulas libras trecentas, portantes medimnos decem. Candelabra ex orichalco, (*k*) num. 7. quæ habent pedes denos cum ornatu ex argento, intercluſa ſigillis prophetarum, penſantia ſingula libras trecentas. Quæ conſtituit in ſervitio luminum. Maſſam Gargilianam in territorio Sueſſano, præſtantem ſolidos 400. Maſſam (*l*) Bauronicam in territorio Sueſſano, præſtantem ſolidos 360. Maſſam Aurianam in territorio Laurentino, præſtantem ſolidos 500. Urbanam in territorio Antiano, præſtantem ſolidos 240. Maſſam in * Caſtis in territorio Catanenſi, præſtantem ſolidos mille. Maſſam Trapeas in territorio Catanenſi, præſtantem ſolidos (*m*) mille ſexcentos quinquaginta. Thymiamateria duo ex auro puriſſimo, penſantia libras triginta. Donum aromaticum ante altaria, ſingulis annis libras 150.

* Capris

Fontem ſanctum, ubi baptizatus eſt Auguſtus Conſtantinus ex lapide porphyretico, & ex omni parte coopertum intrinſecus & foris & deſuper, & quantum aqua continet, ex argento puriſſimo, libras (*n*) 3008. In medio fontis columna porphyretica, quæ portat phialam ex auro puriſſimo (*o*), penſantem libras 30. *r* ubi ardent (*p*) balſami libræ ducentæ. * Annexum ex * ſtipa amianti. In labro fontis agnum ex auro puriſſimo, fundentem aquam, penſantem libras 30. Ad dexteram agni, ſalvatorem ex (*q*) argento puriſſimo, in pedibus quinque, penſantem libras 170. In læva agni B. Joannem Baptiſtam ex argento in pedibus quinque, tenentem titulum ſcriptum, qui hoc habet: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, penſantem libras (*r*) 100. Cervos ex argento 7. fundentes aquam, penſantes ſingulos libras (*s*) 800. Thymiamaterium ex auro puriſſimo, (*t*) penſans libras 10. cum gemmis praſinis & hyacinthinis undique, numero gemmæ 42 Donum ſancto fonti: Maſſa Feſti ex territorio Prænestino, præſtans ſolidos 300. Maſſa Gaba ex territorio Gabinenſi præſtans ſolidos ducentos & duos: Maſſa Pictas, ex territorio ſupradicto, præſtans ſolidos 205. Maſſa Statiliana ex territorio (*u*) Sorano, præſtans ſolidos 300. Maſſa intra Siciliam Taurana ex territorio (*x*) Parentienſi, præſtans ſolidos quingentos. Intra urbem Romam domus vel (*y*) horti, præſtantes ſolidos bis mille trecentos. Fundus Baſſi, præſtans ſolidos centum viginti. Maſſa (*z*) Laninas

Nota de baptiſmo Conſtantini contra multos.

* myxum
* ſtupa

Joan. 1.

(*a*) *Luc.* C V.
(*b*) *Luc.* Alabandinis in oculos tenentes aſtas
(*c*) Lucenſis legit ſequentia ſic: *libras* 2025. *ex argento dolaticum, Camaram ex auro puriſſimo, & farum ex auro puriſſimo qui pendet ſub faſtigio cum delphinis L. ex auro puriſſimo penſantes ſingulos libras L. & catenas quæ penſant libras* X X V. *coronas quatuor ex puriſſimo, & delphines viceros penſantes ſingulos libras quindenas. Cameram baſilicæ ex auro trimita in longum, & in latum. Altaria &c.*
(*d*) *Luc.* Catenas
(*e*) *Luc.* Catenas
(*f*) *Luc.* X V.
(*g*) *Luc.* quinquaginta
(*h*) *Luc.* X X X.
(*i*) *Luc.* L.
(*k*) Luc. addit *ante altaria, quæ ſunt in pedibus X. cum ornatu &c.*
(*l*) *Luc* Verronicam
(*m*) *Luc.* D C L.
(*n*) *Luc.* 3007.
(*o*) Luc. addit *ubi candela eſt penſantem libras LII*
(*p*) Luc. addit *in diebus Paſcha*
(*q*) *Luc.* auro
(*r*) *Luc.* C X X V.
(*s*) *Luc.* L X X X.
(*t*) Luc. ita legit ſequentia: *& gemmis praſinis XLIX. penſ. lib. XV. Donum &c.*
(*u*) Luc. *Corano* ita ubique etiam ſupra
(*x*) *Luc.* Parannenſe
(*y*) *Luc.* horrea
(*z*) *Luc.* Lanina

nas ex territorio Carſiolano, præſtans ſolidos ducentos. Fundus (a) Capulli ex territorio Nomentano, præſtans ſolidos quinquaginta. Maſſa Statiana ex territorio Sabinenſi, præſtans ſolidos trecentos quinquaginta. Maſſa Murina ex territorio Appiano Albanenſi, præſtans ſolidos 300. Maſſa Virginis ex territorio Sorano, præſtans ſolidos 200. Tranſmarina (b) intra partes Africæ. Maſſa (c) Vincis ex territorio * (d) Mucario, præſtans ſolidos 800. Maſſa Captis ex territorio * Capſitano, præſtans ſolidos 600. Maſſa Varia * Sardana (e), præſtans ſolidos quingentos. Maſſa Camaras ex territorio * (f) Curtalupi, præſtans ſolidos (g) 405. Maſſa (h) Mummas ex territorio Numidiæ, præſtans ſolidos 650. Maſſa Sulſurata ex territorio Numidiæ, præſtans ſolidos (i) 270. Maſſa (k) Baldariolarta ex territorio Numidiæ, præſtans ſolidos 510. In Græcia: Maſſa Cephalenia, præſtans ſolidos quingentos. In * Mengaulo, Maſſa Amazo, præſtans ſolidos 222. (l)

Eodem tempore Conſtantinus Auguſtus fecit basilicam B. Petro apoſtolo in templo Apollinis, cujus loculum, cum corpus S. Petri recondidit, undique ex ære Cyprio concluſit, quod eſt immobile. Ad caput, pedes 5. Ad pedes, pedes quinque. Ad latus dextrum, pedes quinque. Ad latus ſiniſtrum, pedes quinque. Subter, pedes quinque. Supra, pedes quinque. Sic incluſit corpus B. Petri apoſtoli, & recondidit, & exornavit ſuper columnas porphyreticas, & alias columnas tres * thyneas, quas de Græcia perduxit. Fecit autem & cameram baſilicæ, ex * (m) crimma auri fulgentem. Et ſuper corpus B. Petri, ſuper (n) os quo concluſit illud, fecit crucem auream puriſſimam, penſantem libras 150 (o) ubi ſcriptum eſt hoc: Conſtantinus Auguſtus & Helena Auguſta hanc domum regali ſimili fulgore coruſcantem, auro circumdant. Scriptum eſt ex literis nigellis in cruce. Fecit autem candelabra ex orichalco in pedibus decem, numero quatuor, argento concluſa, cum ſigillis argenteis, unde actus apoſtolorum cernebantur, penſantia ſingula libras trecentas. Calices aureos (p) tres cum gemmis praſinis (q) quadraginta quinque, penſantes ſingulos libras duodecim. Metretas argenteas duas, penſantes libras ducentas. Calices argenteos viginti, penſantes ſingulos libras decem. Amas aureas 2. penſantes ſingulas libras denas. Amas argenteas quinque, penſantes ſingulas libras viginti. Patenam auream cum * thure & columba, ex auro puriſſimo, ornatam gemmis praſinis & hyacinthinis, margaritiſque, numero 215. penſantem libras triginta. Patenas argenteas quinque, penſantes ſingulas libras quindecim. Coronam auream ante corpus, quæ eſt pharus cantharus, cum delphinis (r) quinquagentis, penſantem libras trigintaquinque. Pharos argenteos in gremio baſilicæ (s) cum delphinis, penſantes ſingulos libras decem. Ad dexteram baſilicæ pharos argenteos triginta, penſantes ſingulos libras octo. Ipſum altare ex auro & argento clauſum cum gemmis praſinis & hyacinthinis (t) & albis 210. penſans libras 350. Thymiamaterium aureum cum gemmis undique exornatum (u), penſans libras quindecim. In reditibus donum, quod obtulit Conſtantinus Auguſtus B. Petro apoſtolo per diœceſes in oriente. In civitate Antiochia domum Datiani, præſtantem ſolidos 240. Domunculam (x) Nicænam, præſtantem ſolidos viginti & tremiſſem. Cellas in Aphrodiſia, præſtantes ſolidos * viginti. Balneum in * Cerethea, præſtans ſolidos quadraginta duos. Piſtrinum, ubi ſupra, præſtans ſolidos viginti tres. Popinas ubi ſupra, præſtantes ſolidos decem. Hortum Maronis, (y) ubi ſupra, præſtantem ſolidos (z) decem. Hortum, ubi ſupra, præſtantem ſolidos undecim. Sub civitate Antiochena, poſſeſſionem Sibyllinam donatam Auguſto, præſtantem ſolidos 322. Cartadecadas 150. Aromatum libras ducentas. (aa) Balſami libras trigintaquinque. Sub civitate Alexandrina, poſſeſſionem Timialicam donatam Auguſto Conſtantino ab (bb) Ambronio, præſtantem ſolidos 620. Cartadecadas 300. Olei nardini libras 300. Balſami, ſexaginta. Aromatum libras centum quinquaginta. Storacis Iſauricæ libras quinquaginta. Poſſeſſionem Eutimi Caduci præſtantem ſolidos quingentos. Cartedecadas 70. Per Ægyptum ſub civitate Armeniæ, poſſeſſionem Agapii, quam donavit Conſtantino Auguſto. Poſſeſſionem * Panopoliten, præſtantem ſolidos 800. Cartadecadas 400. Piperis medimnos 50. Croci libras centum. Storacis libras 150. Aromatum caſiæ libras 200. Olei nardini libras 300. Balſami libras 100. Lini ſaccos centum. Caryophyllorum libras centum quinquaginta. Olei Cyprini libras centum. * Papyrii (cc) canas mundas mille. Poſſeſſionem quam donavit Conſtantino Auguſto Ibronius, præſtantem ſolidos 450. Cartadecadas 200. Aromatum caſiæ libras 50. (dd) Balſami libras 50. In provincia * Euphratenſi ſub civitate

* (a)

Margin (left): * Mucari. * Macris * Capit * Celſan. * Sardena * Cirta * Megalula — Baſilica S. Petri apoſtoli. * ſorte thymat. * crimae

Margin (right): * turture * Cyrretica * Cynopoliten. * Papyri canas * Euphrateſien

(a) Luc. Cassulas
(b) Luc. Tranſmarina partis
(c) Luc. Juncis
(d) Luc. Mucano
(e) Luc. addit *territorio Minenſe*
(f) Luc. Cryptalupi
(g) Luc. DCCCCV.
(h) Luc. Numas
(i) Luc. DCCXL.
(k) Luc. Valſariolaria
(l) Luc. DCCXXII.
(m) Luc. trimitam
(n) Luc. aera
(o) Luc. addit: *in menſura loco ubi &c.*
(p) Luc. IV.
(q) Luc. addit: *& hyacinthinis penſantes ſingulos libras XII.*
(r) Luc. L.
(s) Luc. addit: *XXXII.*
(t) Luc. addit: *ornatum ex undique numero gemmarum* CCCC.
(u) Luc. addit *num. LX.*
(x) Luc. in Gane
(y) ubi ſupra, *deeſt in Luc.* (z) Luc. XL.
(aa) Luc. addit: *nardi oleum libras* CC.
(bb) Luc. Ambroſio
(cc) Luc. racanas mundas CC.
(dd) Luc. addit. *olei nardini libras* CC.

* Charta
Corvcorum,

* (*a*) Cyro, poſſeſſionem Armanazon, præſtantem ſolidos 380. (*b*) Sub Tarſo Ciliciæ, inſulam * Cordionum, præſtantem ſolidos 900

Baſilica S. Pauli apoſtoli

Eodem tempore Conſtantinus Auguſtus x fecit baſilicam B. Paulo apoſtolo, ex ſuggeſtione ſancti Silveſtri epiſcopi, cujus corpus ſanctum ita recondidit in ære & concluſit, ſicut B. Petri, & dona obtulit. Nam omnia vaſa ſacra aurea, vel argentea, aut ærea, ita poſuit, ſicut in baſilica beati Petri apoſtoli. & ita beati Pauli apoſtoli ornavit, ſicut illam. Sed & crucem auream ſuper * locum beati Pauli apoſtoli poſuit, penſantem libras 150. Sub civitate Tyria poſſeſſionem (*c*) Comitam, præſtantem ſolidos (*d*) quingentos quinquaginta. Poſſeſſionem Fromimuſa præſtantem ſolidos 700. Poſſeſſionem Timiam, præſtantem ſolidos 250. Olei nardini libras ſeptuaginta. Aromatum libras quinquaginta. Caſiæ libras quinquaginta. Sub civitate Ægyptia poſſeſſionem (*e*) Cyreos præſtantem ſolidos 710. Olei nardini libras ſeptuaginta. Balſami libras triginta. Aromatum libras ſeptuaginta. Storacis libras triginta. Stactes libras centum quinquaginta. Poſſeſſionem (*f*) Baſilicam, præſtantem ſolidos quingentos quinquaginta. Aromatum libras quinquaginta. Olei nardini libras ſexaginta. Balſami libras viginti. Croci libras ſexaginta. Poſſeſſionem inſulæ * Macchabæ, præſtantem ſolidos quingentos decem. Papyri * racanas mundas 500. Lini ſaccos 300.

* loculum
* *forte* Macariæ.
* *forte* cannas.

Baſilica S. crucis in Jeruſalem

y Eodem tempore fecit Conſtantinus Auguſtus baſilicam in Palatio Seſſoriano, ubi de ligno ſanctæ crucis poſuit, & in auro & gemmis concluſit. Ubi & nomen eccleſiæ dedicavit, quo nominatur uſque in hodiernum diem, Jeruſalem. In quo loco conſtituit dona iſta: candelabra ante lignum ſanctum lucentia argentea quatuor, ſecundum numerum quatuor evangeliorum, penſantia ſingula libras octoginta. Pharos cantharos argenteos quinquaginta, penſantes ſingulos libras quindecim. Scyphum aureum puriſſimum, penſantem libras decem. Calices aureos miniſteriales quinque, penſantes ſingulos libras ſingulas. Scyphos argenteos tres, penſantes ſingulos libras octo. Calices miniſteriales argenteos decem, penſantes ſingulos libras * duas. Patenam argenteam auro incluſam cum gemmis, penſantem libras (*g*) 15. Altare argenteum, penſans libras ducentas quinquaginta. Amas argenteas tres, penſantes ſingulas libras viginti. Et omnes agros circa palatium eccleſiæ dono dedit. Poſſeſſionem ad Sponſas via Lavicana, præſtantem ſolidos ducentos ſexaginta tres. Sub civitate Laurento, poſſeſſionem

* quinque

A Patras, præſtantem ſolidos centum viginti. Sub civitate Nepeſina, poſſeſſionem Angleſis, præſtantem ſolidos (*h*) ducentos quinquaginta. Sub civitate ſupra ſcripta poſſeſſionem (*i*) Terega, quæ præſtat ſolidos centum ſexaginta. Sub civitate Faliſca poſſeſſionem (*k*) præſtantem ſolidos centum quindecim. Item ſub civitate Faliſca poſſeſſionem Herculis, quam donavit Auguſto, & Auguſtus obtulit eccleſiæ Jeruſalem, præſtantem ſolidos centum quadraginta. Sub civitate Tuder, poſſeſſionem Angulas, præſtantem ſolidos 153.

Baſilica S. Agnetis virginis & martyris

z Eodem tempore fecit baſilicam ſanctæ martyris Agnetis, ex rogatu filiæ ſuæ, & baptiſterium in eodem loco, ubi baptizata eſt ſoror B ejus (*l*) Conſtantia, una cum filia Auguſti. Et ibidem conſtituit hæc: patenam auream, penſantem libras viginti. Calicem aureum, penſantem libras decem. Coronam, pharum cantharum ex auro puriſſimo, cum delphinis triginta, penſantem libras quindecim. Patenas argenteas duas, penſantes ſingulas libras viginti. Calices argenteos quinque, penſantes ſingulos libras decem. Pharos cantharos argenteos triginta, penſantes ſingulos libras octo. Pharos (*m*) æreos ex orichalco quadraginta. Ceroſtrotos ex orichalco, argento cluſos, quadraginta ſigillatos. Lucernas aureas duodecim * (*n*) nixas ſuper fontem. In reditibus circa civitatem Fidenas, omnem agrum, præſtantem ſoli- C dos (*o*) centum ſexaginta: (Via ſalaria ſub Parento undique omnem agrum, præſtantem ſolidos centum quinque. Agrum Muci, præſtantem ſolidos octoginta.) Poſſeſſionem in vico Piſonis, præſtantem ſolidos (*p*) ducentos quinquaginta. Agrum Caſulas, præſtantem ſolidos centum.

* lychnorum
anſulis incluſa deſunt in *Luc.*

Baſilica S. Laurentii martyris

Eodem tempore Conſtantinus Auguſtus fecit *aa* baſilicam beato Laurentio martyri via Tiburtina in agro Verano ſupra arenarium cryptæ. Et uſque ad corpus ſancti Laurentii martyris fecit gradus aſcenſionis & deſcenſionis. In eo loco conſtruxit abſidem, & ornavit marmoribus porphyreticis, & deſuper locum concluſit de argento, & * (*q*) cancellos de argento puriſſimo ornavit, penſantes libras (*r*) mille. Et D ante ipſum locum in crypta poſuit lucernam ex auro puriſſimo (*s*) lychnorum decem, penſantem libras viginti. Coronam ex argento puriſſimo cum delphinis 50. penſantem libras triginta. Candelabra ærea duo in pedibus denis, penſantia ſingula libras (*t*) trecentas. Ante corpus B Laurentii martyris argento cluſit ſigilla paſſionum ipſius, cum lucernis in * nixis argenteis, penſantibus ſingulis libras quindecim. In eodem loco poſſeſſionem cujuſdam (*u*) Quiriacetis

* cancellis
* myxis



(*a*) *Luc.* Fyro
(*b*) Pro ſequentibus legit Luc. *Poſſeſſio Obarta præſtans ſolidos CCLX* quæ vero hic leguntur de Tarſo ponuntur inter dona oblata templo S. Pauli
(*c*) *Luc.* Comitum
(*d*) *Luc.* DC.
(*e*) Ciros.
(*f*) *Luc.* Baſſileam
(*g*) *Luc.* L.
(*h*) *Luc.* CL.
(*i*) *Luc.* Teregia
(*k*) *Luc. addit* Nymphas
(*l*) *Luc. legit*: Conſtantia Auguſta, & nihil aliud
(*m*) *Luc.* Phara cantara aurochalca XL.
(*n*) *Luc.* nixorum XII. qui penſant lib. XX. ſuper fontem penſantes lib. XV. & donum irreditum circa civitatem Figlinas, omnem &c.
(*o*) *Luc.* LXXX.
(*p*) *Luc.* CCCL.
(*q*) *in Luc. deeſt* cancellos
(*r*) *Luc.* CC.
(*s*) *Luc.* nixorum
(*t*) *Luc.* CC.
(*u*) Cyriacæ ita in *Luc.*

riacetis religioſæ fœminæ, quam fiſcus occupaverat tempore perſecutionis. Veranum fundum, præſtantem ſolidos centum ſexaginta. Poſſeſſionem aqua Tuſcia ad latus, præſtantem ſolidos 153. Poſſeſſionem Auguſti in territorio Sabinenſi, præſtantem (a) ſolidos 120. Poſſeſſionem Micenas Auguſti, præſtantem ſolidos centum decem. Poſſeſſionem Thermulas, præſtantem ſolidos (b) ſexaginta. Poſſeſſionem Aranas, præſtantem ſolidos ſeptuaginta. (c) Pharos argenteos triginta, penſantes ſingulos libras octo.

Baſilica Petri & Marcellini martyrum.

Eiſdem temporibus Conſtantinus Auguſtus fecit baſilicam via Lavicana inter duas lauros, B. Petro & Marcellino martyribus. Et mauſoleum, ubi beatiſſimam Auguſtam matrem ſuam poſuit in ſarcophago porphyretico. Ubi B & donavit patenam auream ex puriſſimo auro, penſantem libras (d) trigintaquinque. Candelabra argentea, auro cluſa in pedibus 12. quatuor, penſantia ſingula libras (e) ducentas. Coronam auream, quæ eſt pharus cantharus, cum delphinis 120. penſantem libras (f) triginta. Calices aureos tres, penſantes ſingulos libras decem, cum gemmis phraſinis & hyacinthinis, Amas aureas duas, penſantes ſingulas libras (g) 40. Altare ex argento puriſſimo, penſans libras ducentas (h). Pharos cantharos argenteos viginti, penſantes ſingulos libras viginti. (i) Item altare ex argento puriſſimo, penſans libras ducentas. Patenas ex auro duas, penſantes ſingulas libras 15. Patenas argenteas C duas, penſantes ſingulas libras 15. Scyphum majorem ex auro puriſſimo, (ubi nomen Auguſti deſignatur) penſantem libras 20. Scyphum aureum minorem, penſantem libras 10. Scyphos argenteos 5. penſantes ſingulos libras 12. Calices miniſteriales argenteos viginti, penſantes ſingulos libras 3. Amas argenteas 4. penſantes ſingulas libras 15. Annis ſingulis olei nardini piſtici libras 900. Balſami libras 100. Aromatum in incenſum ſanctis martyribus B. Marcellino & Petro, libras centum. Fundum Laurentinum juxta (k) Formiam cum balneo, & om-A nem agrum (l) a poſt Seſſorianam viam, & in ærarium, uſque ad viam Latinam, ad montem Gabum. Ipſum montem Gabum, poſſeſſionem Auguſtæ Helenæ, præſtantem ſolidos (m) mille centum viginti. Inſulam Sardiniam 100 cum poſſeſſionibus omnibus (n) præſtantem ſolidos (o) mille vigintiquatuor. (p) Meſſanam cum poſſeſſionibus (q) ſuis omnibus, præſtantem ſolidos 810. Inſulam (r) Matyziam, præſtantem ſolidos 600. Poſſeſſionem in territorio (s) Sabinenſi, quæ appellatur ad duas caſas, ſub monte (t) Laureti, præſtantem ſolidos 200.

anſulis incluſa deſunt in Luc.

In civitate Oſtia, baſilica SS. Petri & Pauli & Joan. Bapt.

(u) Eodem tempore fecit Conſtantinus Auguſtus baſilicam in civitate Oſtia, juxta portum B urbis Romæ, beatorum apoſtolorum Petri & Pauli & Joannis Baptiſtæ, ubi obtulit hæc: patenam argenteam, penſantem libras 30. Calices argenteos decem, penſantes ſingulos libras (x) quinque. Amas argenteas duas, penſantes ſingulas libras decem. Pharos (y) argenteos triginta, penſantes ſingulos libras quinque. Scyphos argenteos duos, penſantes ſingulos libras octo. Patenam argenteam chriſmalem ſingularem, penſantem libras decem. Pelvem ex argento ab baptiſmum, penſantem libras viginti. Inſulam, quæ dicitur Aſſis, quæ eſt inter Portum & Oſtiam, & poſſeſſiones omnes maritimas, uſque ad Digitum ſolis, præſtantes ſolidos (z) trecentos. Poſſeſſionem (aa) Gracchorum in territorio Ardeatino, præſtantem ſolidos C (bb) triginta. Poſſeſſionem Quirini in territorio Oſtienſi, præſtantem ſolidos 311. Poſſeſſionem Balniolum in territorio Oſtienſi, præſtantem ſolidos 42. Poſſeſſionem Nymphula, præſtantem ſolidos triginta. Item, quæ obtulit Gallicanus baſilicæ ſupraſcriptæ ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli & Joannis Baptiſtæ. Obtulit autem hæc: coronam argenteam cum delphinis, penſantem libras 20. Calicem argenteum anaglyphum, penſantem libras (cc) 17. (dd) Maſſam Mallianam in territorio Sabinenſi, præſtantem ſolidos 115. & tremiſſem. Fundum Picturas in terri-

(a) *Luc. addit* nomini chriſtianorum
(b) *Luc.* LXV.
(c) Poſt hæc verba Luc. legit: *Patenam auream penſantem lib. XX. Patenas argenteas II. penſantes lib. XXX. ſtiphum ex auro puriſſimo penſantem lib. XV. ſciphos argenteos II. penſantes ſingulos lib. X. calices argenteos miniſteriales X. penſantes ſingulos lib. II. Amas argenteas II. penſantes ſingulas lib. X. Phara argentea XXX. penſant. ſingula lib. XX. metretam ex argento penſ. lib. CL. portantem medemnos II.*
(d) *Luc.* XXV.
(e) *Luc.* CCL.
(f) *Luc.* XXXI.
(g) *Luc.* LX.
(h) Luc. adjiciente *ſepulchrum beatæ Helenæ Auguſtæ quod ſepulcrum eſt ex metallo porphyreticis exculpto ſigillis. Pharos &c.*
(i) Luc. inſerit *item Sanctis martyribus*
(k) *Luc.* Furmam
(l) *Luc.* a porta Seſſuriana uſque ad viam Peneſtinam & via itineris Latine uſque ad montem Gabum, poſſeſſionem &c.
(m) *Luc.* 320.
(n) *Luc. addit* ad eandem inſulam pertinentibus
(o) *Luc.* 224.
(p) *Luc. legit*: Inſulam Meſeno
(q) *Luc.* ad eandem inſulam pertinentibus
(r) *Luc.* Matidie, quod eſt montem argentarium
(s) *Luc.* Saunenſe
(t) *Luc.* Lucreti.
(u) *Eiſdem temporibus fecit Auguſtus Conſtantinus baſilicam via Lavicana in territorio beatis martyribus Marcellino presbytero & Petro exorciſta inter duas lauros, & myſileum ubi mater ipſius ſepulta eſt Helena Auguſta via Lavicana miliario III. in quo loco & pro amore matris ſuæ & veneratione ſanctorum poſuit Dona voti ſui patenam auream, &c. reliqua ut in Edit.*
(x) in Luc. deeſt *quinque*
(y) Luc. inſerit *cantaros*
(z) *Luc.* 655.
(aa) *Luc.* Græcorum
(bb) *Luc.* 80.
(cc) *Luc.* 15.
(dd) Poſt hæc Luc. legit: *Amas argenteas penſantes libras 18. Territorium Velliternum præſtantem ſolidos 43. Fundum Surorum via Claudia in territorio Vejentano &c.*

territorio Veliterno, præſtantem ſolidos 43. Fundum Surorum via Clodia in territorio Vejentano, præſtantem ſolidos 56. Maſſam Gargilianam in territorio Sueſſano, præſtantem ſolidos (a) 656.

In civitate Albanenſi baſilica S. Joan. Baptiſtæ.

Eiſdem temporibus fecit Conſtantinus Auguſtus baſilicam in civitate Albanenſi ſancti Joannis Baptiſtæ, ubi poſuit hæc: Patenam argenteam, penſantem libras 30. Scyphum argenteum deauratum, penſantem libras 12. Calices (b) miniſteriales decem, penſantes ſingulos libras ternas. Amas argenteas duas, penſantes ſingulas libras 20. Poſſeſſiones (c) Laurentinas cum adjacentibus campeſtribus, præſtantes ſolidos (d) 60. (Fundum Molas præſtantem ſolidos 50.) Poſſeſſionem Albanenſem cum lacu Albano, præſtantem ſolidos 250. Maſſam Muci, præſtantem ſolidos (e) 170. Omnia Scheneca deſerta, vel domos civitatis in urbe Albanenſi, omnia in circuitu eccleſiæ Conſtantinianæ obtulit Auguſtus. Poſſeſſionem horti, præſtantem ſolidos 20. Poſſeſſionem Tiberii Cæſaris, præſtantem ſolidos (f) 80. Poſſeſſionem Marinas, præſtantem ſolidos 50. Poſſeſſionem Armatianam in territorio * Corano, præſtantem ſolidos 150. Poſſeſſionem Statilianam, præſtantem ſolidos 70. Poſſeſſionem Medianam, præſtantem ſolidos 30.

uncinis incluſa deſunt in Luc.

* Sorano

In urb. Capuana Baſilica apoſtolorum, quæ dicitur Conſtantiniana.

Eiſdem temporibus fecit Conſtantinus Auguſtus intra urbem Capuanam baſilicam apoſtolorum, quam cognominavit Conſtantinianam. Ubi & obtulit dona hæc: Patenas argenteas duas, penſantes ſingulas libras 20. Scyphos argenteos tres, penſantes ſingulos libras (g) octo. Calices miniſteriales 15. penſantes ſingulos libras duas. Amas argenteas duas, penſantes ſingulas libras (h) 18. Candelabra ærea in pedibus decem, numero quatuor, penſantia ſingula libras 180. Pharos cantharos argenteos numero triginta, penſantes ſingulos lib. 5. Pharos cantharos æreos, numero triginta. Et obtulit poſſeſſiones Maſſam Statilianam in territorio (i) Menturino, præſtantem ſolidos 315. Poſſeſſionem in territorio Cajetano, præſtantem ſolidos 85. Poſſeſſionem Paterni in territorio Sueſſano, præſtantem ſolidos 150. Poſſeſſionem ad Centum in territorio Capuano, præſtantem ſolidos 60. Poſſeſſionem Gauronicam in territorio Sueſſano, præſtantem ſolidos quadraginta. Poſſeſſionem Leonis, præſtantem ſolidos 60.

In civitate Neapoli Baſilica.

Eiſdem temporibus fecit Conſtantinus Auguſtus baſilicam hh in urbe Neapoli, ubi obtulit hæc: Patenas argenteas duas, penſantes ſingulas libras (k) vigintiquinque. Scyphos argenteos duos, penſantes ſingulos libras decem. Calices miniſteriales (l) decem, peſſantes ſingulos libras duas, Amas argenteas duas, penſantes ſingulas libras quindecim. Pharos argenteos viginti, penſantes ſingulos libras octo, Pharos æreos viginti, penſantes ſingulos libras decem. Fecit autem formam aquæ ductus per milliaria octo. Fecit autem & forum (m), & donum obtulit: Poſſeſſionem Macarii, præſtantem ſolidos 150. Poſſeſſionem Cimbranam, præſtantem ſolidos centum quinque. Poſſeſſionem Sclinam, præſtantem ſolidos centum octo. Poſſeſſionem (n) Afilas, præſtantem ſolidos centum quadraginta. Poſſeſſionem Nymphulas, præſtantem ſolidos nonaginta. Poſſeſſionem Inſulæ cum caſtro, præſtantem ſolidos octoginta.

Titulus in urbe Roma S. Silveſtri. Eſt autem baſilica habens hunc titulum.

Eiſdem temporibus conſtituit beatus Silveſter in urbe Roma titulum ſuum in regionem tertiam juxta thermas Domitianas, quæ cognominantur Trajanæ, titulum ſcilicet Silveſtri, ubi donavit Conſtantinus Auguſtus patenam argenteam, penſantem libras viginti. Scyphos argenteos duos, penſantes ſingulos libras octo. (o) Amam argenteam, penſantem libras decem. Pharos cantharos argenteos decem, penſantes ſingulos libras quinque. Cantharos ceroſtrotos æreos ſexdecim, penſantes ſingulos libras quadraginta. Calices argenteos miniſteriales quinque, penſantes ſingulos libras duas. Fundum Percilianum in territorio Sabinenſi, præſtantem ſolidos quinquaginta. Fundum Barbatianum in territorio Ferentino, præſtantem ſolidos triginta quinque & tremiſſem. Fundum Statianum in territorio Trebulano, præſtantem ſolidos 66. & tremiſſem. Fundum Beruclas in territorio Corano, præſtantem ſolidos (p) quadraginta quinque. Fundum Sulpitianum in territorio * Corano, præſtantem ſolidos ſeptuaginta. Fundum Tauri in territorio Vejentano, præſtantem ſolidos quadraginta duos. Fundum Sentianum in territorio Tiburtino, præſtantem ſolidos triginta. Fundum (q) Cejanum in territorio Præneſtino, præſtantem ſolidos quinquaginta. Fundum Termulas in territorio Præneſtino, præſtantem ſolidos triginta quinque. Poſſeſſionem Cylonis in territorio Præneſtino, præſtantem ſolidos quinquaginta octo. Obtulit & omnia neceſſaria titulo Equitii. Hic Silveſter fecit ordinationes ſex per menſem Decembrem, presbyteros quadraginta duos, diacones viginti ſex: epiſcopos per diverſa loca numero 65. Hic ſepultus eſt in cœmeterio Priſcillæ via Salaria, apud urbem Romam milliario tertio, pridie Kalend. Januar. Qui catholicus & confeſſor quievit. Et ceſſavit epiſcopatus dies quindecim. Hæc Damaſus.

* Sorano.

## NOTÆ SEVERINI BINII.

Silveſter quando pontifex factus.

*a Silveſter.*) Poſtquam epiſcopatus Romanus per obitum Melchiadis non ſeptemdecim diebus dumtaxat (ut ſui ipſius immemor auctor pontificalis aſſerit) ſed integro menſe vacaſſet, ipſis Kalendis Februariis, anno Chriſti 314. qui eſt Conſtantini imperatoris nonus, Silveſter natione Romanus, a Marcellino, non (quod habent acta Silveſtri) a Melchiade presbyter ordinatus, pontificatum adeptus eſt. Maximino & Licinio hoſtibus & perſecutoribus orientalis eccleſiæ devictis, Judæis ſeditionem moventibus,

Silveſter a Marcellino presbyter ordinatus.

Maximino & Licinio occiſis, eccleſiæ pax reddita eſt.



(a) *Luc.* 655.
(b) Luc. inſerit *argenteos*
(c) *Luc.* Lauƈturni.
(d) *Luc.* 50.
(e) *Luc.* 160.
(f) *Luc.* 280.
(g) *Luc.* 9.
(h) *Luc.* 10.
(i) *Luc.* Melturnenſe.
(k) *Luc.* 15.
(l) *Luc.* 15.
(m) Luc. inſerit *in eadem Civitate*
(n) *Luc.* Aphas
(o) *Luc.* Amas Argenteas &c.
(p) *Luc.* 40.
(q) *Luc.* Celanum.

bus, per Conſtantinum eorum auriculas amputantem, & rebellionis ſignum corpori illorum imprimentem, feliciter oppreſſis, toti orbi & imprimis univerſæ eccleſiæ pax & tranquillitas conceſſa eſt. Qua obtenta ſubito vaſtatæ eccleſiæ extrui, & ad corruptos mores emendandos, ſanctiſſimæ leges ab eccleſiaſtici & ſæcularis imperii monarchis promulgari cœperunt. Et demum ad contumaciam ſchiſmaticorum Donatiſtarum, terve quaterve in cauſa Cæciliani appellantium, frænandam; ad incendium Arianæ hæreſis exortum Alexandriæ reſtinguendum; ad Athanaſii electionem contra Arianorum & Meletianorum factionem confirmandam, diverſis locis ac temporibus Arelatenſe, Ancyranum, Neocæſareenſe, Alexandrinum, Laodicenum, Romanum, Nicænum, aliaque plura concilia indicta, congregata ac celebrata fuerunt. Inter leges, quas imperator adhuc catechumenus, & baptiſmi expers, piiſſime edixit ac promulgavit; notatu digniſſimæ ſunt illæ, quibus ingenuos, per tyrannum ſervituti ſubjectos, in libertatem vindicavit: puerorum concubitus ſodomiticos interdixit: parentum inopiæ in alendis & educandis prolibus ſuccurrit: pœnam, qua miſerorum hominum vultus inſcribebantur, ſuſtulit: Chriſtianos exules & ad metalla damnatos, Licinio devicto, revocavit, de gradu dejectos, boniſque omnibus ſpoliatos reſtituit, quaque leges Juliam & Papiam adverſus turpem, fictum & ſterilem cælibatum olim ſancitas, & contra verum, ſanctum atque fecundum Chriſtianorum cælibatum converſas, abrogavit: denique qua ad Maximum præfectum urbis de aruſpicibus, ne privatas domos adirent, reſcripſit; quippe qui ea occaſione clandeſtinæ idololatriæ venena inſtillarent. Verum cum hoc ſuo decreto multorum animos graviter exacerbari, ac fere ſeditionem concitari videret, ſpecie mitigandæ ſeditionis, ad eumdem Maximum reſcriptum priori contrarium edidit, quo aruſpices, ſi fulgur tectum aliquod tetigiſſet, conſulendos, ſibique quod reſpondiſſent, renunciandum eſſe decrevit. Quamobrem, uti & ipſe imperator diſceret, alioſque ſuo exemplo doceret, quanta cum Dei offenſa conjunctum ſit, religionem temporalis commodi cauſa diſſimulare, Deo vindice permiſſum eſt, ut imperium ejus ante feliciſſimum, in ſummam infelicitatem relaberetur, ipſaque Neroniana ſæcula quibuſdam recrudeſcere viderentur. Cum enim Licinium juniorem de rebellione ſuſpectum occidiſſet, optimum deinde Criſpum Cæſarem Chriſtianum, præclaris victoriis auctum, rebus fortiter geſtis vere magnum, caſtitate, ceteriſque moribus inſignem, quaſi novercæ ſtuprum intentaſſet, una cum Fauſta conjuge ſua, multiſque præterea ſpectatæ virtutis viris, crudeliſſime interfecit. Ob hæc ſcelera imperator a Deo lepra percuſſus, cum ab aruſpicum reſponſis, quibus ad lepram curandam, innocentium ſanguinem ſanguini innocenter effuſo addere monebatur, matrum & infantulorum ejulatu deterritus eſſet; ad mentem rediit, factum deteſtatur, & criminis ſimul ac pœnæ expiationem quærit. Ab Oſio Cordubenſi epiſcopo, ſanctorumque apoſtolorum Petri & Pauli apparitione didicit, Silveſtrum e latebris ab exilio revocandum, ab eoque lavacrum, baptiſmatis eſſe expetendum: quod ſi faceret, futurum eſſe iidem imperatori promiſerunt, ut ab animi ſimul & corporis contagione emundetur. Obtemperat apoſtolorum & epiſcopi monitis, Silveſtrum ab exilio revocat, & poſtquam aliquot diebus per eumdem in fide inſtitutus fuiſſet, baptizatus, & ſubito a lepra mundatus eſt. Hujus ille accepti beneficii memor, ut ſuum erga Deum & eccleſiam affectum notum faceret, ſubito deorum gentilium fana diruit, plurimas divino cultui conſecrandas eccleſias extruxit, eaſque ampliſſimis donis munificentiſſime exornavit. Et cum indignum eſſe judicaret, eam urbem, in qua monarcha totius eccleſiæ Chriſtique in terris vicarius reſidebat, ſæcularis principis imperio ſubjectam eſſe: non urbis Romæ dumtaxat, ſed totius fere Italiæ aliarumque provinciarum dominium & juriſdictionem temporalem Silveſtro, ejuſque legitimis i. cathedra Petri ſucceſſoribus munificentiſſime donavit. Qua ratione crucem dominicam tribus integris ſæculis in terra latentem ac reconditam exaltarit; quibus miraculis a latronum crucibus eamdem diſcreverit, quæ templa in honorem Dei ædificarit, quaſve res alias præclare geſſerit, partim ſupra in notis ad tertiam epiſtolam Euſebii diximus, partim infra recenſebimus.

Concilia plurima habita ſub Silveſtro.

Quas leges tulerit Conſtant.

Qua occaſione parricidium commiſerit?

Pœnitentiam criminis agit. Petrus & Paulus apoſtoli Conſtantino apparuerunt.

Munificentia Conſtantini.

Donatio Conſtantini

Sedis tempus Silveſtri

*b Sedit annis 23. menſibus decem, diebus 11.* Silveſter cum ſediſſet annis viginti uno, menſibus undecim minus uno die, migravit e vita pridie Kalendarum Januarii, anno Chriſti nati 335. Alii quidem aliter, ſed cum in lib. de Roman. pontif. ejus ingreſſus ponatur ſub conſulatu Voluſiani, tempore Conſtantini (ſic enim hic legendum eſt) rurſum vero Marci ſucceſſoris illius ſubrogatio ponatur ſub conſulatu Nepotiani atque Facundi, qui incidit in annum Chriſti 336. ſane ann. 335. Silveſter exceſſiſſe nequaquam potuit. Baronius in appendice decimi tomi ad annum 324. numero 8.

*c Hic in exilio fuit in monte Soracte.*) Silveſtrum crudelitatem imperatoris metuentem ab urbe exulaſſe, præter acta ſpſius, probabiliter indicant Zoſimus libro ſecundo, Sozom. libri primi cap. 5. ex eo quod Conſtantinus criminis ſui expiationem quærens, non Romanum antiſtitem, ſed peregrinum hominem, Oſium nimirum Cordubenſem epiſcopum conſuluiſſet. *Horum*, inquit Zoſimus, *ipſe ſibi conſcius, & propterea, contemptæ ſacramentorum religionis ad flamines accedens, admiſſorum luſtrationes poſcebat. Illis reſpondentibus, non eſſe traditum luſtrationis modum, qui tam fœda piacula poſſet eluere, quidam Hiſpanus genere cui nomen eſſet Ægyptius*, (ita Oſium epiſcopum Cordubenſem appellat, tum quod a ſuſcepta legatione ex Ægypto rediiſſet, tum etiam quod quales erant pene omnes Ægyptii, omneſque gentilium opinione Chriſtiani ſacerdotes, magum eſſe putaverit) *Romam delatus, & ad Conſtantini colloquium admiſſus, ſententiam doctrinæ Chriſtianorum habere vim abolendi quodcumque peccatum confirmavit, &c.* Baron. ann. 324. num. 17. & 27.

*d Rediens cum gloria.*) quippe qui juſſu beatorum Petri & Pauli, noctu per quietem & ſomnum imperatori apparentium, ab exilio, revocatus in urbem rediit. Acta Silveſtri, quæ recitantur ab Hadriano papa, concil. Nicæno II. act. 1. Item tomo ſecundo epiſtolarum decretalium.

*e Baptizavit Conſtantinum Auguſtum*) Conſtantinum anno Chriſti 324. Criſpo & Conſtantino tertium conſulibus baptizatum eſſe, Romanum concilium prædictis conſulibus celebratum, apertiſſime probat. In exordio enim illius concilii hæc narrantur. *Eodem tempore*, (Criſpo nimirum & Conſtantino tertium conſulibus, ut ex ſubſciptione conſtat) *cum multi nobiles gauderent, quod Conſtantinus baptizatus a Silveſtro epiſcopo urbis Romæ, & mundatus fuiſſet a lepra; pro hoc beneficio, quod accepit a domino noſtro Jeſu Chriſto, per Silveſtrum epiſcopum, cœpit integre prædicare dominum Jeſum Chriſtum, & confiteri ejus beneficia*, &c. Auctoritate ejuſdem concilii Anaſtaſius bibliothecaricus in chronico perbrevi, quod ſcripſit, recenſet Conſtantini baptiſmum Romæ habitum anno imperii illius decimo octavo, nimirum 324. Chriſti nati, quo 18. Conſtantini finitur, & 19. inchoatur. Hæc eadem teſtimonio Zoſimi libro 2. aliorumque Gentilium, quorum Sozomenus lib. 1. c. 5. meminit, confirmantur: Horum enim omnium una eademque eſt ſententia, Conſtantinum poſt Criſpi filii necem, de crimine admiſſo pœnitentiam agentem, ejuſque expiationem ſolicite quærentem, Gentilibus & Chriſtianis auctoribus didiciſſe, veniam parricidii non niſi per baptiſmum recte, ac legitime adminiſtratum obtineri poſſe, ideoque baptiſmate Chriſtianorum ſuſcepto, ab omni corporis & animi contagione abluendum fore. Accedit, quod hiſtoricorum fere omnium conſenſu communi receptum ſit, imperatorem concilio Nicæno univerſali, quo non tantum de moribus, verum etiam de fide diſputabatur, interfuiſſe, adeoque ante baptiſmate initiatum fuiſſe: cum, teſte Severo libro ſecundo, Conſtantio adhuc catechumeno Mediolanenſi concilio intereſſe non fuerit permiſſum, Baronius anno prædicto numero 17. & ſequentibus uſque ad trigeſimum. Item anno 355. n. undecimo. Quod Euſebius Pamphili epiſcopus Cæſareæ Palæſtinæ, libro 4. in vita Conſtant. cap. 61. & 62. aſſirmat Conſtantinum in extremo vitæ curſu multis annis, poſt celebratum Nicænum concilium in ſuburbiis Nicomediæ ab Euſebio Nicomedienſi Arianorum anteſignano baptizatum, impium & ab eccleſia catholica penitus alienum ex hac vita migraſſe, figmentum eſt in gratiam Conſtantii imperatoris Ariani, ab Arianorum ſignifero (ita eum Hieronymus appellat in chron.) excogitatum. Græci in ſuo Menologio Conſtantinum inter ſanctos retulerunt: univerſa eccleſia nomen piiſſimi imperatoris, teſte Nicolao epiſtola ad Michaelem imperatorem, ex Diptychis recitare conſuevit. Patres concilii Chalcedon. Marcianum virum

Conſtantinum anno 324 baptizatum eſſe, probatur conciliis.

Anaſtaſii. Zoſimi aliorumque gentilium teſtimonio.

probatur rationibus

Refellitur ſententia Euſebii, de baptiſmo Conſtantini

rum piiſſimum ac religioſiſſimum, Novum Conſtantinum acclamarunt; quomodo, ſi quem Euſebius doloſe ſcribit ab Ariano baptizatum, impie deceſſiſſe, eccleſia catholica tantopere commendabit? Tuo ipſius, Euſebi, teſtimonio conſtat, imperatorem ipſo ſacratiſſimo paſchatis tempore ſacris myſteriis interſuiſſe, & in ſacro Nicæno conventu ſedem inter epiſcopos habuiſſe; quomodo hæc omnibus aliis catechumenis & peccatoribus interdicta imperatori multis peccatis obnoxio, & adhuc catechumeno concesſa fuiſſe opinaris? Præterea lib. 3. cap. 3. ais imperatorem multis annis ante finem vitæ ſe in tabula depicta omnium oculis contemplandum propoſuiſſe, ſalutareque paſſionis inſigne ſupra caput imaginis locatum in pictura expreſſiſſe, inimicam autem illam & hoſtilem belluam, quæ eccleſiam Dei impiorum tyrannide oppugnaſſet, in altum demerſam, draconis ſpecie, & figura deſcribendam curaſſe. Hæc quo pacto Conſtantino applicari poſſunt, ſi nondum baptizatus erat? ſiquidem omnis catechumenus & energumenus, tantumque abeſt ut ipſum ſerpentem occidat, ut potius ab eo poſſideatur: nam aliter a catechumeno non expellitur, quam per baptiſmum, qui eſt mare illud in quod ſerpens enecatus demergitur. Sed dices, In extremo vitæ fine baptizatum fuiſſe, teſtatur ſanctus Ambroſius in oratione habita in funere Theod. ubi hæc ait. *Cui licet baptiſmi gratia in ultimis conſtituto omnia peccata dimiſerit; tamen, quod primus imperatorum credit, & poſt ſe hereditatem fidei principibus dereliquit, magni meriti locum reperit.* Reſpondeo, niſi hæc de illa ægritudine, a qua omnium medicorum auxilio deſtitutus, per Silveſtrum liberatus eſt, intelligas; ipſe eodem verborum contextu ſibi contraria locutus erit: nam quomodo magni, ut ait, meriti Conſtantinus eſt, ſi ab Arianis baptizatus deceſſit? Quod autem in chronicis Hieronymi ſcribitur, Conſtantinum extremo vitæ ſuæ tempore ab Euſebio Nicomedienſi epiſcopo baptizatum, in Arianum dogma declinaſſe, ſurreptitium eſt, & ab alio potius, quam a ſancto Hieronymo ſuppoſitum. Demum, quod objicitur ſynodicam Ariminenſis concilii epiſtolam ad Conſtantium ſcriptam, quam Theod. libri ſecundi cap. 29. Socrates libri ſecundi cap. 29. Sozomenus libri quarti cap. 17. recitant, evidenter atteſtari, Conſtantino imperatori paulo ante mortem baptiſmatis ſacramentum adminiſtratum fuiſſe; non tam mendoſe, quam falſo ibidem auctorum vel librariorum culpa ſcriptum eſt. Sanctus enim Athanaſius in commentario illo, quem de ſynodo ſcripſit, eandem ipſam epiſcoporum epiſtolam ad Conſtantium ſcriptam recitat, in qua loco Conſtantini, Conſtantem habet: hæc enim ibidem ſcribit: *Fuitque nobis perſuaſiſſimum, iniquum eſſe, cum imperator Conſtans ab obitu ſuo dignus omni memoria, hanc fidem omni cura & diligentia conſcriptam promulgarit, tunc demum ex quo ille baptizatus ex hominibus in requiem ſibi debitam translatus eſt,* (nimirum, paulo poſt ſuſceptum baptiſmum a Magnentio tyranno necatus) Baronius anno domini 324. num. 18. 27. & ſequentibus, uſque ad num. 55. Vide epiſtolam I. concilii Ariminenſis ſub Liberio infra.

Refellitur objectio ex Ambroſ.

Refellitur objectio ex chronic Hieronymi. Refellitur objectio ex concilii Ariminenſ epiſt.

De ſuſcepto baptiſmate acta emendatiora hiſtoriam hanc referunt: quod cum ad mandatum Silveſtri pontificis ſeptem diebus regia corona depoſita, in pœnitentia, ſolitarium egiſſet, & fideles publicas preces atque jejunium hanc ob cauſam indictum celebraſſent, ſabbato adveniente & fonte ex more precibus benedicto, in eumque Conſtantino ſimul ingreſſo & baptizato, cœlitus divinum ſplendorem aſſulſiſſe, & quod a lepra animi & corporis mundatus eſſet, Chriſtum eidem illo fulgore apparentem, manu porrecta congratulatum eſſe. Hæc ex actis probatiſſimis Silveſtri, quæ ab Hadriano epiſtola quadam decretali, & concilio Nicæno II act. prima citantur. Baronius numero 41. anno præcedenti.

Quid in hoc baptiſmate Conſtantini acciderit?

*f Quem curavit dominus a lepra*) Conſtantius filius Conſtantini eam hiſtoriam, qua parens ob ſcelera a ſe atrociſſima commiſſa, lepra percuſſus fuerat, ſummo ſtudio obliteratam eſſe cupivit; ideoque accidiſſe opinor, ut adulatoris potius quam hiſtorici officio perfunctus Euſebius, ſicut baptiſmum imperatoris in fine vitæ ſuſceptum falſo & doloſe narravit; ita hiſtoriam lepræ, ut ſcilicet filio placerent quas ſcripſerat fabulas, ſtudioſe ſuppreſſerit. Quod vero Liberius actis quibuſdam a ſe conſcriptis in vulgus ſparſiſſet, Conſtantinum per Silveſtrum a lepra mundatum fuiſſe, Conſtantius imperator ob eam cauſam non modo graviter in eum commotus

Conſtantius imperator hiſtoriam patris a lepra curati ſupprimi curavit

A eſt. ſed etiam eidem gravia comminatus eſt, de quibus infra ſuo loco. Ne putes acta Silveſtri multis erroribus referta; hac in re vacillare & fide deſtrui; ſcias idem a patribus Romani concilii ſub Silveſtro habiti, ſtatim in principio ſynodalium actorum confirmari: hæc enim ibidem leguntur: *cum multi nobiles gauderent, quod Conſtantinus baptizatus a Silveſtro urbis Romæ epiſcopo, & mundatus fuiſſet a lepra; pro hoc beneficio &c.*

*Quem curavit dominus a lepra.*) De Conſtantini lepra, & per baptiſmum curatione facta, futuris ſæculis eadem credita, atque abſque ambiguitate recepta eſſe, Gregorius Turonenſis, cum agit de baptiſmo Clodovei Francorum regis, teſtatur his verbis: *procedit novus Conſtantinus ad lavacrum, deleturus lepræ veteris morbum, ſordenteſque maculas geſtorum antiquorum recenti latice deleturus.* Eadem in vita ſancti Remigii, quam Hincmarus deſcripſit. B Quid, quod nec gentiles hiſtorici hujus rei admirabilem hiſtoriam tacuerint? Inter alios * Michael Glycas in ſuis annalibus libro quarto, hæc de Conſtantino ſcripſit: *ſecundum hæc denuo per uxorem Fauſtam ad deaſtrorum cultum exorbitantem, Deus per lepram retraxit,* &c. Chriſtianorum igitur ac gentilium ſcriptorum teſtimonio firmata vera ſunt, quæ de lepra Conſtantini in actis Silveſtri narrantur; quod nimirum Conſtantinus imperator adhuc avita ſectatus, adverſus Dei eccleſiam perſecutionem concitaverit; ad quam evitandam, Silveſter una cum aliquibus ſuis ſecreta montis Soractis petierit: quodque Conſtantinus ob admiſſa flagitia Deo lepra percuſſus, juxta reſponſum quod ab aruſpicibus acceperat, e vilioribus perſonis infantes, quorum ſanguine curaretur, ad necem quæri mandaverit quidem, verum matrum planctu ad miſerendum commotus, a nece abſtineri, matreſque cum ſuis C infantulis muneribus donatas dimitti præceperit: quod demum illi cubanti ideo beati apoſtoli Petrus & Paulus, apparuerint, & ut Silveſtrum in monte latentem accerſat, & ab eo baptizetur, admonuerint: quo ſuſcepto, a lepra corporis ſubito mundatus ac curatus fuerit. Vide acta Silveſtri, quorum fragmenta in concilio Nicæno recitata, & ab Hadriano contra Iconoclaſtas producta reperiuntur. epiſtola prima Hadriani papæ I. ad Conſtantinum & Irenem: item epiſtola tertia ad Carolum regem Francorum: item actione prima concilii Nicæni II. ſtem a Baronio anno domini 324. num. 32. & ſequentibus confirmata.

Hiſtoria Conſtantini a lepra curati defenditur

* Chriſtianus hic fuit quem nos G. & L. nuper edidimus.

*g Ubi & hæc dona contulit: patenam argenteam,* &c.) Hæc quæ ſequuntur confirmant ea quæ ſupra diximus non eſſe illicitum eccleſiæ bona ad cultum & honorem Dei, ad miniſtrorum ſuſtentationem collata, poſſidere: de quibus vide quæ ſupra dixi- D mus in notis ad epiſtolam ſecundam Pii I. verbis, *ne prædia*, item in vita Zephirini, verbis, *ut patenas*, & ad vitam Urbani, verbis, *Hic fecit miniſteria*, &c. & notas ejuſdem Urbani epiſtolæ, verbis, *Scimus vos non ignorare.*

Bona temporalia poſſidere eccleſiæ licet.

*h Hujus temporibus factum eſt concilium.*) De quo vide infra.

*i Et in urbe Roma.*) Vide notas ad concilium Romanum III. ſub Silveſtro infra.

*k Conſtituit & chriſma ab epiſcopo confici.*) Chriſti inſtitutione conſtitutum eſt, ut chriſmatis benedicendi ſolus epiſcopus miniſter ſit, ut diximus in notis ad epiſtolam Urbani, & Fabiani II. Unde quomodo hæc intelligenda ſint patebit.

Chriſma a ſolo epiſcopo quando conſecrari debet. Sacramentalis unctio chriſmatis in fronte presbyteris interdicta.

*l Hic & hoc conſtituit, ut baptizatum liniat presbyter.*) Hæc non de ſacramentali unctione chriſmatis in frontibus, ſed de ea ceremoniali unctione, quæ in ſolenni baptiſmo fit in vertice baptizandi, intel- E ligenda eſſe, teſtatur Hugo Victorinus libro ſecundo de ſacramentis, pagina ſeptima, capite tertio: ubi hanc conſtitutionem Silveſtri referens dicit: *Primis temporibus omnis unctio chriſmatis per ſolos pontifices fiebat: ſed poſtquam conſtitutum eſt, ut baptizatum ſacerdos in vertice liniat, conſignatio tamen frontis ſolis pontificibus reſervatur.* Unde patet hanc ceremoniam olim presbyteris interdictam, & non niſi cum licentia epiſcopi ab iiſdem uſurpatam fuiſſe. Quod idem confirmatum eſt concilii Toletani I. capite vigeſimo, ubi dicitur: *Statutum eſt diaconum non chriſmare, ſed presbyterum, abſente epiſcopo; præſente vero non, niſi ab ipſo fuerit præceptum,* &c. Vide Suarez de ſacramento confirmationis diſputatione trigeſima ſexta, ſectione ſecunda, & notas ad canonem 20. concilii Toletani I.

m Ut

Uſus dalmaticæ.

*m Ut diaconi dalmaticis.*) Quid dalmatica, ſupra in Eutychiano diximus. Uſus dalmaticæ olim epiſcopis duntaxat conceſſus, auctore Silveſtro, & concilii Romani can. 6. eſt præceptus. Nunc autem illis diaconi & ſubdiaconi utuntur. Suarez tomo 3. diſput. 82. ſection. 2.

Corporale ſuper quo fit conſecratio, lineum eſſe debet.

*n Ut ſacrificium altaris non in ſerico.*) Confirmatur hac conſtitutione Silveſtri pontificis, quod ab Euſebio prædeceſſore ſtatutum fuerat; ut conſecratio corporis domini fiat ſuper palla quadam conſecrata, linea non ſerica. Idque communi conſenſu & conſuetdine, Beda & Burchardo teſtibus, in eccleſia receptum eſt, & ex concilio Rhemenſi capite tertio confirmatum,

Cur dictum ſit corporale

can. ſacratas diſtinctione 24. appellatur palla ſacra, quia eſt veluti pallium & indumentum Chriſti in altari. Communiter vero appellatur corporale: quia ſindonem repræſentat, qua corpus Chriſti involutum fuit; vel quia in eo corpus domini ſuperponitur. Vide Alcuinum, Durandum, aliosque plures, qui de divinis officiis ſcripſerunt. Suarez tom. 3. diſput. 81. ſect. 6.

Libellus de munificentia Conſtantini.

*o Hujus temporibus fecit.*) Hæc, quæ deinceps ſequuntur, huc translata ſunt ex libello de munificentia Conſtantini, quem Anaſtaſius bibliothecarius ex archivis ſacræ Romanæ eccleſiæ in lucem edidit. Baron, an. 324. nu. 51. & 63. & 67.

Baſilica Lateranenſis.

*p Baſilicam Conſtantinianam.*) Hæc alias Lateranenſis appellatur, ideo quod Conſtantino fundatore in monte Cælio in ampliſſimis ædibus Laterani ædificata ſit: quas ædes Conſtantinus primum Fauſtæ Auguſtæ, ac deinde Melchiadi papæ ceſſerat. Nam concilium illud, quod in cauſa Cæciliani ſub Melchiade celebratum eſſe ſupra diximus, in Laterano in domo Fauſtæ habitum fuit. Vide Baronium anno 312. numero octavo & ſequentibus. Item anno 324.

Baſilica Salvatoris cur ſic dicta?

*q Salvatorem ſedentem.*) Salvatoris imaginem 5. pedes altam, a qua celebri Salvatoris imagine, cui baſilica etiam dicata fuit, dicta fuit baſilica Salvatoris potius quam Conſtantiniana; ad differentiam alterius baſilicæ ejuſdem nominis, publicis negotiis mancipatæ quæ poſita erat in regione tertia apud templum pacis ut habent Sixtus Rufus, & Publius Victor. Baronius anno prædicto, num. 68.

Balſamum Heliogabalus profudit.

*r Ubi ardent Balſami libræ*, &c.) Balſamum ſummi pretii oleum, quod profuſiſſimus principum Heliogabalus (ut ſcribit Lampridius in Heliogabalo) in lucernis exhibuit, quod Conſtantinus cultui ſacræ religionis applicaſſe invenitur. Baronius numero 56.

S. Paulin. de eccleſ. B. Petri quid?

*s Baſilicam B. Petro* &c.) S. Paulinus, qui hoc eodem quarto ſæculo vixit, ad Alethium ſcribens, epi. 31. baſilicæ & S. Petri meminit his verbis: *Quanto ipſum apoſtolum attollebas gaudio, cum totam ejus baſilicam denſis inopum cœtibus ſtipaviſſes, vel qua ſub alto ſui culminis mediis ampla laquearibus in longum patet, & apoſtolico eminus ſolio coruſcans ingredientium lumina ſtringit, & corda lætificat*, &c.

Miraculum de ſepulcro S. Petri.

*t Cujus loculum cum corpus S. Petri*) De Petri apoſtoli ſepultura S. Gregorius papa in epiſt. 30. lib. 3. ad Conſtantiam Auguſtam tradit, ad 15. pedes extra Petri ſepulcrum fuiſſe deſuper locum illum argento contectum: quod cum ipſius deceſſor mutare voluiſſet, apparente ſigno quodam, non parvo terrore abſterritum, ab hujuſmodi conſilio deſtitiſſe. Baronius præd. ann. num. 63.

Vaſa & ornamenta eccleſiæ a ſacrilegio defenſa.

*u Calices aureos tres*, &c.) Hæc quæ ſequuntur vaſa & ornamenta baſilicæ S. Petri collata, ſunt eadem illa, quæ poſt 86. annos, cum ab Alarico urbs capta eſt, occultata apud ſacram virginem, & inventa, A ut tradit Oroſ. lib. 7. cap. 39. præ magnitudine, pulchritudine, pondere & diverſitate, Gothos attonitos redidderunt, & ab iiſdem, divino numine ſic diſponente, cum honore eidem baſilicæ reſtituta ſunt. Baron. num. 64.

Baſilica Pauli a Conſtantino cœpta, a Valentiniano aucta.

*x Fecit baſilicam B. Paulo apoſtolo.*) Baſilica Pauli, quæ cum eſſet ædificata, ubi corpus ejus poſitum erat, inter viam Oſtienſem & Tiberim, anguſtia loci interjacentis non potuit, ut par erat, amplioribus ſpatiis ædificari, Valentinianus autem junior imperator, prætergreſſus viam illam, ampliſſimam reddidit. Vide Baron. ann. 324 num. 66.

Cur hæc baſilica apud templum Veneris extructa.

*y Eodem tempore fecit baſilicam in palatio Seſſoriano.*) Hanc baſilicam poſt crucem ann. Chriſti 326. inventam, ædificatam eſſe, crucis particula in eadem religoſiſſimo cultu collocata, evidenter oſtendit: ſed cur quæſo in atrio Seſſoriano, apud Veneris & Cupidinis templum? Ut ſcilicet juſte ulciſceretur B immane ſcelus, quod a gentilibus in odium crucis fuerat perpetratum: dum in ſancto Golgotha in crucis rupe (quod teſtatur S. Hieronym. epiſt. 13.) impudica Veneris ſtatua fuerat collocata, & locus ipſe crucis titulo adeo illuſtratus, ab iiſdem Venerarium appellatum. Quamobem templum Veneris, quod Romæ præ aliis celebre erat, dignum viſum eſt, ut cum ignominia everſum, ſanctiſſimæ cruci cederet, quæ, proculcatis impudicitiis, virtutum omnium ſplendore niteſceret. Baron. ann. 324. num. 105.

Conſtantia filia Conſtantini.

Conſtantia ſoror Conſtantini imaginem Chriſti videre deſiderat.

*z Eodem tempore fecit baſilicam Agnetis.*) Rogatu filiæ Conſtantiæ hanc baſilicam extruxiſſe certum eſt; quo tempore, incertum eſt. Nam quo tempore, & ſoror & filia imp. baptizatæ ſunt, non conſtat. Qua autem viſione admonita filia Conſtantia fuerit, apud Ambroſium ſerm. de paſſ. Agnetis, res geſta ab incerto auctore narratur. Verba illius C vide apud Baron. num. 107. Conſtantia altera, cujus hic fit mentio, ſoror Conſtantini, & relicta Licinii uxor, illa, quæ aliquando Nicomediæ cum ageret titulo Auguſtæ cariſſima, miro ardore ſuccenſa videndi Chriſti humani generis redemptoris, quem Deum colebat, imaginem, ut voti compos fieret, ad Euſebium Pamphili Cæſareæ totius Palæſtinæ, in qua Chriſtus verſatus erat, metropolitanum epiſcopum literas dedit, ut patet ex epiſt. reſponſoria, qua idem Euſeb. prædictæ Conſtantiæ reſpondit: extat act. 6. in concil. Nicæn. *II. Vide Baronium num. 109.

Sepulcra martyrum olim confeſſiones appellata.

Cultus reliquiarum.

*aa Baſilicam B. Laurentio.*) Hic notat Baronius loca ubi corpora martyrum ponebantur, uſu priſco confeſſiones appellata, & ſumptuoſiſſime exornata eſſe: ipſas vero corporum reliquias olim in cœmeteriis & receſſibus ſubterraneis, nunc erectis deſuper baſilicis, iiſque auro & argento exornatis, coli ac D venerari cœpiſſe.

*bb In urbe Neapoli.*) In honorem apoſtolorum & martyrum, teſte Adone in chron. Vide Baronium anno 324. num. 115. &c.

Epiſtola Silveſtri papæ de confirmatione concilii Nicæni extat infra in notis ad concilium Nicænum.

Acta Silveſtri papæ germana & authentica, a Græcorum corruptelis expurgata, ſummatim deſcripta, vide in epiſtola prima Hadriani papæ I. ad Conſtantinum & Irenem imperatores, & epiſtola tertia ejuſdem Hadriani, ad Carolum regem Francorum. Quibus locis, quibuſque temporibus eadem acta per impoſtores Græcos corrupta fuerint, vide infra in notis ad edictum Conſtantini imperatoris; cui eadem acta inſerta leguntur

AP-

## APPENDIX AD EPISTOLAS S. SILVESTRI PAPÆ.

*In ſequentis fœderis tabulas Præmonitio Collectoris.*

Manſi Suppl. tom. I p. 135.

INter multas apocryphas ſcripturas, quibus nomen venerabile primorum eccleſiæ pontificum authoritatem canonicam apud rudes poſteros conciliavit, ſuum ſibi locum merentur tabulæ illæ mutui fœderis & amoris quibus Latini Armenique, conciliantibus S. Gregorio Armenorum Patriarcha, & S. Silveſtro Romano pontifice ſe invicem obſtrinxerunt. Armeni, quos confinxiſſe eas tabulas non dubito, ubique illas obtruſerunt, indeque ſibi decus plurimum, & gloriam partam recognoſcunt. Qua ſcriptæ fuerint cauſam hanc narrant. Conſtantini, qui forte primus inter Romanos imperatores Chriſtianam religionem profeſſus eſt, nomen & pietas in Armeniam uſque penetravit; eademque Principis fama exciti Tiridates Armeniæ rex, & Gregorius Armenorum patriarcha Chriſtiani, Romam proficiſci ſtatuerunt, ut fœdus & amicitiam religioſam ac politicam ſtringerent. Res illis pro voto ſucceſſit; fœderiſque juncti ſequentes tabulas ſcripſiſſe feruntur. Eas vero ego nullibi integras nactus, hinc inde excerptas, ut extant apud Galanum in Conciliat. Eccl. Armenæ cum Roman. t. I. cap. II. pag. 31. refero.

## AUTOGRAPHUM AMORIS ET CONCORDIÆ FOEDUS

*Inter magnum Imperatorem Conſtantinum, ſanctumque Silveſtrum Papam, & Tiridatem regem Armeniæ, divumque Gregorium Armeniorum illuminatorem.*

VOluntate atque potentia conſubſtantialis ſanctæ Trinitatis, Patris incomprehenſibilis, & unigeniti Filii ejus Domini ac Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti, & vivificatoris ac liberatoris ſpiritus Sancti, noſtrum hoc Cæſareum in Deo firmum, atque immutabile teſtamentum literarum monumentis relictum eſt potenti, ac independenti mandato noſtro ſemper Victoris, & gloria Auguſti, Conſtantini Magni Regis Regum, atque Romanorum œcumenici quocumque terrarum Orbis extenti, & inſuperabilis principatus Imperatoris, qui potentia veri Dei & glorioſæ Crucis Chriſti virtute, a finibus vaſti Oceani uſque ad ſolis ortum Victores univerſo dominamur in orbe; nec non juſſu noſtro Maximi Romanorum Pontificis Silveſtri, Petri & Pauli principum Apoſtolorum ſucceſſoris, qui clavibus regni cœlorum ſuper omnes Chriſtianorum nationes ab occaſu ad ortum ligandi, atque ſolvendi in Cœlo & in terra poteſtatem habemus, univerſæque Chriſti eccleſiæ præſidemus. His igitur tabulis teſtatum apud omnes relinquimus quod a Spiritu Sancto vocati, magnus Armeniorum Rex Joannes, qui & Tiridates, atque vivus Chriſti martyr ac ſtrenuus confeſſor Domnus Gregorius Orientalium & Septentrionalium Illuminator, noſtri in Chriſto fratres dilectiſſimi, præcipuique ſublimis hujus noſtri principatus amici & fideliſſimi Duces, conſiliorum noſtrorum participes, ad nos huc pervenerunt, viſendi ſtudio Urbem hanc occidentis & orientis dominatricem, ſanctorumque principum Apoſtolorum hæredem, illorum præterea ſucceſſorem, venerabilem Papam atque glorioſum Chriſtianæ recens fidei dicatum Imperatorem, magnamque potentiſſimam imperatricem Helenam. Qua de cauſa toto hoc noſtro in Deo confirmato imperio exultante, ſummaque perfuſo lætitia, obviam tantis viris nobiliſſimo proceſſimus comitatu: atque ultro citroque conſalutati & debito nos ipſos honore invicem proſequuti adorationem obtulimus noſtro immortali Regi Jeſu Chriſto; mox vero eccleſiam ſanctorum Apoſtolorum ingreſſi, ſacras ipſorum reliquias venerati ſumus, Chriſtum ſanctorum ſuorum glorificatorem benedicentes. *Tum poſt alia perplura hæc ſequuntur.* Voluntate divina, mediantibus Dei genitrice, ſanctis Apoſtolis & omnibus Sanctis. Nos ſtrenuiſſimi latini, & inſuperabiles Turcomanni; videlicet uterque rex, uterque Pontifex, & utraque Romanorum & Armeniorum natio, in fraternam unionem, concordiamque unanimiter conjuravimus: hoc amicitiæ votum, ac fœdus inter nos ſempiternum coram glorioſo Crucis Chriſti vexillo firmavimus; atque in fidem ejuſdem fœderis noſtri firmi & indelebilis, hanc utriuſque occidentalis & orientalis nationis fraternitatem tremendo ac pretioſiſſimo Jeſu Chriſti ſanguine conſcripſimus; quatenus fidem, amorem & concordiam ita nobis ipſis invicem debeamus, quemadmodum & illi, qui frater noſter effectus eſt Chriſto Deo; alterutros defendentes uſque ad mortem, & ſuper alterutros libentiſſime morientes; alterutrorum amicorum exiſtentes amici, & inimicorum inimici: nullique ex duabus hiſce nationibus audeant enſem adverſus alterutrum ſtringere: quique hoc violabunt, gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur. Hoc autem fœdus inter has duas initum nationes, firmum uſque ad ſeculi conſummationem permaneat; quicumque vero ab illo ſe ſubtraxerit, a Chriſtiana ſit ſancta fide diſciſſus, Cainique, Judæ & Chriſticidarum Sacerdotum maledictionem incurrat; dicant Angeli & homines fiat fiat. *Deinde hæc iterum habet*: Nos autem Silveſter ſupremus Romæ & totius mundi pontifex, poſtquam vidimus quod ornatiſſimus filius noſter Conſtantinus imperator coronatum Armeniæ regem Tiridatem totamque Armeniorum gentem & regionem pro viribus ſuis magnificavit, ſummiſque affecit honoribus: & ipſi pariter animo lubentiſſimo inclinavimus ad honorem ſtrenui confeſſoris Jeſu Chriſti & Coepiſcopi noſtri Gregorii amplificandum. *Et poſt alia ſubdit*: Unde ipſum in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis, benediximus imponentes capiti ejus venerando dexteram Divi Petri Apoſtoli, & ſacrum linteum Jeſu Chriſti; atque conſtituimus eum unaque

cum

cum illo ſuos etiam ſucceſſores ſummum Armenorum omnium Patriarcham: volumuſque ut in poſterum Pontifex Armeniæ ordinet Patriarcham Georgianorum, & poteſtatem habeat alios inſtituendi epiſcopos ſuper illos Armenios, qui inter alias Chriſtianorum nationes ubique diſperſi reperiuntur: Tum quod Albanenſium regio ſub peculiaris Patriarchæ obedientiam redigatur, qui ex Albanenſi rege promotus, ab eodem Armeniorum pontifice conſecretur. Præterea quando tres Patriarchæ, nimirum Alexandrinus, Antiochenus & Hieroſolymitanus novum Patriarcham initiabunt, id fiat voluntate & concurſu pontificis Armeniæ; fideique profeſſionem, quam noviter electus Patriarcha nobis ſignificare deberet, pontifici Armeniorum ſignificet; illum etenim in Aſiæ media regione illa noſtrum Vicarium inſtituimus. *Poſt alia tandem bis concluqait idem S. Silveſter*: Quamobrem ex hoc ſublimi noſtro mandato poteſtas pontifici Armeniorum tribuitur ligandi, atque ſolvendi in Cælo & in Terra quemcumque juxta canones Apoſtolicos ipſe voluerit. Ab eodem igitur Armeniorum pontifice benedicti, ſint etiam a Chriſto Domino, a ſanctis Apoſtolis, cæteriſque ſanctis & a nobis ipſis benedicti: atque ab illo excommunicati, in eadem retineantur excommunicatione, quouſque ad pœnitentiam convertantur.

## CAPITULUM S. SILVESTRI.

*Ex* [illegible] *MS.* [illegible]

SI quis filiam, aut ſororem ex ſacro fonte vel chriſmate in conjugio ſociaverit, dividantur, agant pœnitentiam annis V.

### *EX DECRETIS S. SILVESTRI PAPÆ*

COnſtituimus & Anno 324. præſenti decreto cenſemus ut in primis paternaliter vocentur & per ſeptem dies expectentur, nullius eccleſiaſticæ rei interdicta licentia. Huic vero expectationi iterum addantur dies ſeptem, interdicta licentia eccleſiam intrandi, & omnia divina officia audiendi. Poſt vero adjicientur duo dies a pace & communione ſanctæ eccleſiæ ſuſpenſis; deinde vero aliis duobus diebus ſub eadem expectatione rei deportentur. Quibus uno die ſuperaddito, omni expectatione veluti jam deſperata, reus mox anathematis gladio feriatur. (a)

ANNO CHRISTI 314

# CONCILIUM ARELATENSE I.

## CONSTANTINI MAGNI JUSSU IN CÆCILIANI & Donatiſtarum cauſa *b* celebratum Voluſiano & Anniano coss. anno Chriſti CCCXIV. Silveſtri Papæ primo, Conſtantini ejuſdem Auguſti nono, cum Marinus ejus urbis eſſet epiſcopus.

### *a EPISTOLA CONSTANTINI AUGUSTI ad vicarium a Africæ, ut Arelatem ad concilium ire jubeat partes inter quas erat controverſia*

*Ex* [illegible] *P. Sirmond.* [illegible]

CONSTANTINUS AUGUSTUS *a β* ÆLAFIO. *b*

*b Elafio, vel* [illegible] *Qua de re in Notis* [illegible]

JAM quidem antehac, cum perlatum fuiſſet ad ſcientiam meam, apud Africam noſtram plures *γ* veſano furore vanis criminationibus contra ſe invicem ſuper obſervantia ſanctiſſimæ fidei catholicæ *δ* diſſidere cœpiſſe, dirimendæ diſſenſionis hujuſmodi cauſa placuerat mihi, ut ad urbem Romam tam Cæcilianus Carthaginenſis epiſcopus, contra quem vel maxime univerſi ſæpe me convenerant, quam etiam aliqui ex his, qui ei quædam objicienda crediderant, præſentiam ſui exhiberent. Nam etiam ad ſupradictam urbem noſtram Romam quoſdam epiſcopos ex Galliis ire præceperam; ut tam hi pro integritate vitæ ſuæ, atque laudabili inſtituto, ſed & ſeptem ejuſdem communionis, quam etiam urbis Romæ *ε* epiſcopus, atque illi qui cum iiſdem cognoſcerent, poſſent rei quæ videbatur eſſe commota, finem debitum adhibere. Qui quidem ea quæcumque in præſentia eorum fuerunt geſta, cuncta ad ſcientiam meam etiam actis habitis retulerunt; verbo inſuper affirmantes, quod judicium ſuum pro rerum fuiſſet æquitate depromptum. eoſque potius cauſæ obnoxios eſſe dicentes, qui contra Cæcilianum quædam putaverunt commovere, adeo ut *ς* iſtud poſt judicium habitum Africam ipſos remeaſſe *ζ* perhiberent. Inde propter hæc omnia probabili rerum æſtimatione ſperaveram, quod omnibus omnino ſeditionibus & contentionibus, quæ

(a) In Codice Vaticano Palatino 574. in quo continetur Collectio quædam Conciliorum, legitur etiam ſub hoc titulo: *Con*[illegible] *Apoſtolicæ Sedis*. Sylveſter Epiſcopus univerſis Epiſcopis per Gallias, & ſeptem Provincias. Placuit Apoſtolicæ Sedi, ut ſi quis ex quolibet Eccleſiaſtico gradu &c. & eſt totum primum caput epiſtolæ V. Zoſimi Papæ, ſed pro *Metropolitani Arelatenſis*, ut ibi legitur, ſubſtitutum eſt *Metropolitani Auſtodunenſis*, & pro *Patroclus* legitur *Rețiti*[illegible]. Simili fraude in MS. Floriacenſi eadem Zoſimi epiſtola Sylveſtro tribuitur, & ad Viennenſem Eccleſiam traducitur apud Patrem Couſtant in Append. tom. 1. epiſt. Rom. Pontifi. col. 35. Ita Ballerini fratres in Diſſert. de Antiq. Collect. Canon. par. 2. cap. X. §. 3.

*α* Ex apographo P. Jacobi Sirmondi qui ex MSS. eruit. *Harduinus*, cujus ſunt ſequentes notæ.

*β* Ita MSS. *non Ablavio*.

*γ* Al. *nefario*.

*δ* Al. *legis*.

*ε* Al. *Epiſcopi*.

*ς* Al. *iſtum*.

*ζ* Al. *prohiberent*.

quæ ab iis hominibus videbantur ſubito commotæ, finis debitus fuiſſet impoſitus. Sed cum dictationis tuæ ſcripta legiſſem, quæ ad Nicaſium & ceteros ſuper iiſdem ſimulationibus gravitas tua mittenda crediderat, evidenter agnovi, quod neque reſpectum ſalutis ſuæ, neque, quod eſt majus, Dei omnipotentis venerationem ante oculos ſuos velint ponere. Siquidem ea agere perſiſtant, quæ non modo ad ipſorum dedecus infamiamque pertineant, ſed etiam his hominibus detrahendi dent [a] facultatem, qui longe ab hujuſmodi ſanctiſſima obſervantia ſenſus ſuos noſcuntur avertere. Nam id quoque te ſcire convenit, quod ex iiſdem venerunt, aſſerentes quod minus dignus idem Cæcilianus cultu [b] ſanctiſſimæ religionis habeatur. Et contra id quod iidem reſponderam, fruſtra eos id jactare, quippe cum res fuiſſet apud urbem Romam ab idoneis ac probatiſſimis viris epiſcopis terminata, obnixe ac pertinaciter reſpondendum æſtimaverunt, quod eorum omnis cauſa non fuiſſet audita; ſed potius iidem epiſcopi quodam loco ſe clauſiſſent, & prout ipſis aptum fuerat, judicaſſent. Quare cum hæc tot & tanta nimium obnixas diſſenſiones protrahere pervidérem, ita ut nullo modo finis iiſdem dare poſſe videretur, niſi & Cæcilianus idem, & ex his qui contra eum diſſident, tres aliqui in judicium eorum, qui [α] cum Cæciliano ſentiunt conſenſumque [β] debent, ad Arelatenſe oppidum venerint: injungendum ſolertiæ tuæ duxi, ut mox has literas meas acceperis, cum Cæcilianum ſupradictum, cum aliquibus ex his quos ipſe delegerit; (ſed & de Byzacenæ, Tripolitanæ, Numidiarum, & Mauritaniarum [γ] provinciis, ſinguli quique aliquantos ex ſuis perducere debebunt, quos ipſi putaverint eligendos) ſed etiam aliquos qui contra eumdem Cæcilianum diſſentiunt, data evectione publica, per Africam & Mauritaniam, inde ad Hiſpanias brevi tractu facias navigare. Et inde nihilominus his in ſingulis epiſcopis ſingulas tractorias tribuas, ut ipſi ad ſupradictum locum intra diem Kalendarum Auguſtarum poſſint pervenire: celeriter intimaturus iiſdem, ut antequam proficiſcantur, debeant diſponere, quatenus abſentibus ipſis & diſciplina competens habeatur, & nulla forte ſeditio, vel aliquorum altercatio, quæ ad maximum dedecus ſpectet, oriatur. De cetero plena cognitione ſuſcepta finis adhibeatur. Quia cum præſentiam ſui exhibuerint, univerſa quæ nunc in contentione eſſe noſcuntur, non immerito finem debent accipere maturum; ut protinus poſſint terminari atque componi. Nam cum apud me certum ſit, te quoque Dei ſummi eſſe cultorem, confiteor gravitati tuæ, quod nequaquam fas eſſe ducam, ut ejuſmodi contentiones & altercationes diſſimulentur a nobis, ex quibus forſitan commoveri poſſit ſumma divinitas, non ſolum contra humanum genus, ſed etiam in meipſum, cujus E curæ nutu ſuo cœleſti terrena omnia moderanda commiſit [δ] ut ſecus aliquid hactenus incitata [ε] decernat. Tunc enim revera & pleniſſime potero eſſe ſecurus, & ſemper de promptiſſima benevolentia potentiſſimi Dei proſperrima & optima quæque ſperare, cum univerſos ſenſero

a facultatem

Vide Auguſtini epiſtolas 162. 165 & lib. 1. contra epiſtolam Parmeniani cap. 8.

b ſinceriſſimæ

A debito cultu catholicæ religionis ſanctiſſimum Deum [a] concordis obſervantia fraternitatis venerari.

a concordi obſervantiæ fraternitate.

*Exemplum alterius* [b] *epiſtolæ Conſtantini ad epiſcopum Syracuſanum, ut cum duobus aliis pergat ad Concilium Arelatenſe.*

b Apud Euſebium extat lib. x. hiſt. eccleſ. c. v.

*CONSTANTINUS AUGUSTUS*
*Chreſto epiſcopo Syracuſano.*

JAm quidem & antea [c], cum quidam improbo ac perverſo ſtudio de ſancti cœleſtiſque numinis cultu & fide catholica diſſidere cœpiſſent, ad reſecandas illorum hujuſmodi contentiones ita conſtitueram, ut miſſis aliquot e Gallia epiſcopis, tum advenire juſſis ab Africa iis, qui diverſarum partium erant, atque obnixius inter ſe, pertinaciuſque contendebant, præſente inſuper Romano epiſcopo, poſſet id omne, quod commotum videbatur, præſentibus ipſis accurata diſceptatione componi. Sed quia nonnulli, ut fere fit, ſuæ ipſorum ſalutis, & reverentiæ, quæ ſanctiſſimæ fidei debetur, obliti, privatas adhuc ſimultates exercere non ceſſant, dum prolato jam judicio acquieſcere nolunt, cauſanturque a paucis videlicet dictas ſententias fuiſſe, atque hos ipſos non omnibus quæ inquiri ante oportebat, diligenter examinatis, ad depromendum judicium præpropere feſtinanterque proceſſiſſe. Quo fit, ut & ipſi, quos fraternum & concordem animorum conſenſum retinere par erat, turpi aut nefaria potius diſſenſione diſcrepent, & averſis a ſanctiſſima religione hominibus ludibrii occaſionem præbeant. Propterea mihi ſedulo providendum fuit, ut hæc quæ poſt judicium prolatum ſedari voluntario aſſenſu debuerant, vel nunc tandem multis præſentibus exitum ſortiantur. Quoniam ergo plurimos ex diverſis compluribus locis epiſcopos in Arelatenſium oppido ad Kalendas Auguſti convenire præcepimus, tibi etiam per literas ſignificandum duximus, ut accepto a clariſſimo viro Latroniano [ζ] correctore Siciliæ publico vehiculo, cum duobus aliis ſecundæ ſedis, quos ipſe deligendos judicaveris, tribuſque una famulis, qui vobis in via miniſtrent, adſcitis, deſignatum in locum ad diem prædictam te conferas: ut per gravitatem tuam, & ceterorum qui conventuri ſunt unanimem conſpirantemque prudentiam, diſſidium hoc, quod male hactenus per fœdas quaſdam contentiones perſeverat, omnibus auditis, quæ ab iis qui inter ſe nunc diſſident, quoſque pariter adeſſe juſſimus, in medium proferentur, ad debitam religionem & fidem, fraternamque concordiam, vel ſero tandem revocari queat. Incolumem te Deus omnipotens multis annis cuſtodiat.

c Alia eſt a verſione Chriſtoforſoni.



α Al. *contra Cæcilianum*.
β Lege, *præbent*.
γ Al. *& provinciis ſinguli quique*.
δ Al. *& ſecus*.
ε Al. *decernet*.
ζ Eruta hæc interpretatio ex apographo P. Jacobi Sirmondi.

## EADEM G. ET L.

### Ex Versione Valesii.

*Ἀντίγραφον βασιλικῆς ἐπιστολῆς δι' ἧς προστάττει δευτέραν γενέσθαι σύνοδον ὑπὲρ τοῦ πᾶσαν τῶν ἐπισκόπων περιελεῖν διχοστασίαν.*

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς, Χρήστῳ ἐπισκόπῳ [a] Συρακυσίων. ἤδη μὲν πρότερόν τε ὁ φαύλως καὶ ἐνδιαστρόφως τινὲς περὶ τῆς θρησκείας τῆς ἁγίας καὶ ἐπουρανίου δυνάμεως καὶ τῆς αἱρέσεως τῆς καθολικῆς ἀποδιΐστασθαι ἤρξαντο, ἐπιτέμνεσθαι βουληθεὶς τὰς τοιαύτας αὐτῶν φιλονεικίας, οὕτω διατετυπώκειν, ὥστε ἀποσταλέντων ἀπὸ τῆς Γαλλίας τινῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν κληθέντων ἀπὸ τῆς Ἀφρικῆς τῶν ἐξ ἐναντίας μοίρας [β] κατ' ἀλλήλως ἐνστατικῶς καὶ ἐπιμόνως διαγωνιζομένων. παρόντος τε καὶ τοῦ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου, τοῦτο ὅπερ ἐδόκει κεκινῆσθαι, δυνηθῇ πρὸ τῆς παρουσίας αὐτῶν μετὰ πάσης ἐπιμελοῦς διακρίσεως, κατορθώσεως τυχεῖν. ἀλλ' ἐπειδὴ, ὡς συμβαίνει, ἐπιλαθόμενοί τινες καὶ τῆς σωτηρίας τῆς ἰδίας, καὶ τοῦ σεβάσματος τοῦ ὀφειλομένου τῇ ἁγιωτάτῃ αἱρέσει, ἔτι καὶ νῦν τὰς ἰδίας ἔχθρας παρατείνειν οὐ παύονται, μὴ βουλόμενοι τῇ ἤδη ἐξενεχθείσῃ κρίσει συντίθεσθαι. καὶ διοριζόμενοι ὅτι δὴ ἄρα ὀλίγοι τινὲς τὰς γνώμας καὶ τὰς ἀποφάσεις ἑαυτῶν ἐξενηνόχασιν, ἢ καὶ μὴ πρότερον ἁπάντων τῶν ὀφειλόντων ζητηθῆναι ἀκριβῶς ἐξετασθέντων, πρὸς τὸ τὴν κρίσιν ἐξενέγκαι πάνυ ταχέως καὶ ὀξέως ἔσπευσαν, ἔκ τε τούτων ἁπάντων ἐκεῖνα συμβαίνει γενέσθαι, τὸ καὶ τούτους αὐτοὺς ἀδελφικὴν καὶ ὁμόφρονα ὀφείλοντας ἔχειν ὁμοψυχίαν, αἰσχρῶς, μᾶλλον δὲ μυσερῶς ἀλλήλων ἀποδιεστάναι· καὶ τοῖς ἀνθρώποις τοῖς ἀλλοτρίας ἔχουσι τὰς ψυχὰς ἀπὸ τῆς ἁγιωτάτης θρησκείας, ταύτην πρόφασιν χλεύης διδόναι. ὅθεν προνοητέον μοι ἐγένετο, ὅπως τοῦτο ὅπερ ἐχρῆν μετὰ τὴν ἐξενεχθεῖσαν ἤδη κρίσιν, αὐθαιρέτῳ συγκαταθέσει πεπαῦσθαι, κἂν νῦν ποτὲ δυνηθῇ πολλῶν παρόντων τέλους τυχεῖν. ἐπειδὴ τοίνυν πλείστους ἐκ διαφόρων καὶ ἀμυθήτων τόπων ἐπισκόπους εἰς τὴν [γ] Ἀρελατησίων πόλιν εἴσω Καλανδῶν Αὐγούστων συνελθεῖν ἐκελεύσαμεν. καὶ σοὶ γράψαι ἐνομίσαμεν, ἵνα λαβὼν παρὰ τοῦ λαμπροτάτου Λατρωνιανοῦ τοῦ [δ] κοιτήκτορος Σικελίας δημόσιον ὄχημα, συζεύξας σεαυτῷ καὶ δύο γέ τινας τῶν ἐκ τοῦ δευτέρου θρόνου οὓς ἂν σὺ αὐτὸς ἐπιλέξασθαι κρίνῃς, ἀλλὰ μὴν καὶ τρεῖς παῖδας τοὺς δυνησομένους ὑμῖν κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπηρετήσασθαι παραλαβὼν, εἴσω τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἐπὶ τῷ προειρημένῳ τόπῳ ἀπάντησον· ὡς ἂν διά τε τῆς σῆς στερρότητος, καὶ διὰ τῆς λοιπῆς τῶν συνιόντων ὁμοψύχου καὶ ὁμόφρονος συνέσεως, καὶ τοῦτο ὅπερ ἄχρι τοῦ δεῦρο φαύλως δι' αἰσχράς τινας ζυγομαχίας παραμεμένηκεν, ἀκουσθέντων πάντων τῶν μελλόντων λεχθήσεσθαι παρὰ τῶν νῦν ἀπ' ἀλλήλων διεστώτων, ὥσπερ ὁμοίως παρεῖναι ἐκελεύσαμεν, δυνηθῇ εἰς τὴν ὀφειλομένην θρησκείαν καὶ πίστιν, ἀδελφικήν τε ὁμόνοιαν, κἂν βραδέως ἀνακληθῆναι. ὑγιαίνοντά σε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ διαφυλάξοι ἐπὶ πολλοῖς ἔτεσιν.

*Exemplum epiſtolæ Conſtantini imperatoris, qua alteram epiſcoporum ſynodum fieri jubet, ut omnis epiſcoporum diſſenſio tollatur.*

CONſtantinus Auguſtus Chreſto Syracuſanorum epiſcopo. Jam quidem antea cum nonnulli pravo ac perverſo animo a ſancta religione cœleſtique virtute & ab eccleſiæ catholicæ B ſententia diſſidere cœpiſſent, hujuſmodi eorum contentionem præcidere cupiens ita conſtitueram, ut miſſis e Gallia quibuſdam epiſcopis; accitis etiam ex Africa iis qui duas in partes diviſi, pertinaciter inter ſe atque obſtinate contendunt; præſente quoque Romanæ urbis epiſcopo, id quod commotum fuiſſe videbatur, ſub horum præſentia poſſet diligentiſſima examinatione componi. Sed quoniam nonnulli, ut fere fit, & propriæ ſalutis & venerationis, quæ ſanctiſſimæ fidei debetur, obliti, privatas adhuc ſimultates prorogare non ceſſant: prolatæ jam ſententiæ acquieſcere nolentes, aſſerenteſque paucos admodum epiſcopos ſententiam tuliſſe, qui nec omnibus quæ prius inquiri oportebat dili- C genter excuſſis, ad depromendum judicium properanter acceſſiſſent. Unde ut & ipſi quos concordi ac fraterno inter ſe animo eſſe decuerat, turpi ſeu potius deteſtanda ſeceſſione diſſideant; & iis hominibus qui a ſanctiſſima religione alieno ſunt animo, ſubſannandi occaſio præbeatur. Idcirco mihi ſedulo providendum fuit, ut hæc quæ poſt depromptum judicium voluntaria aſſenſione jam finita eſſe debuerant, nunc tandem multorum interventu finem poſſint accipere. Quoniam igitur plurimos ex diverſis ac prope infinitis locis epiſcopos in urbem Arelatenſem intra Kalendas Auguſti juſſimus convenire: tibi quoque ſcribendum eſſe cenſuimus, ut accepto publico vehiculo a viro clariſsimo Latro- D niano correctore Siciliæ, adjunctis tibi duobus ſecundi ordinis quos tu eligendos putaveris, tribus item ſervulis qui in itinere vobis miniſtrare poſſint, intra eumdem diem ad prædictum locum occurras; quod tum per tuam gravitatem, tum per ceterorum in unum coeuntium unanimem concordemque ſolertiam controverſia hæc, quæ per fœdiſsimam altercationem ad hoc uſque temporis perduravit, auditis omnibus eorum qui nunc inter ſe diſsident, quos etiam adeſſe juſsimus, allegationibus, ad congruam religionis & fidei obſervantiam fraternamque concordiam tandem aliquando poſſit revocari. Incolumem te Deus omnipotens diutiſsime ſervet.

E

[a] pro Συρακουσίων.
[β] Lege, κατ' ἀλλήλων.
[γ] Ἀρελατησίων.
[δ] Lege, Κορρήκτορος.

## [θ] EPISTOLA [α] SYNODI ARELATENSIS ad Silveſtrum papam, de rebus in ea geſtis, & canonibus ab ea conſtitutis.

*Dilectiſſimo Papæ Silveſtro, Marinus, [β] Agræcius, Natalis, Theodorus, Proterius, [γ] Vocius, Verus, [a] Probatius, Cæcilianus, Fauſtinus, Surgentius, Gregorius, Reticius, Ambitauſus, [b] Termatius, Merocles, Pardus, Adelſius, [δ] Hibernius, Fortunatus, [ε] Ariſtaſius, Lampadius, Vitalis, Maternus, Liberius, Gregorius, Creſcens, Avitianus, Daſnus, Orientalis, Quintaſius, Victor, Epictetus, in domino æternam ſalutem.* (a)

a Probatianus, b Terminatius.

COmmuni copula caritatis & unitate matris eccleſiæ catholicæ vinculo inhærentes, ad Arelatenſium civitatem piiſſimi imperatoris voluntate adducti, inde te, [c] glorioſiſſime papa, commerita reverentia ſalutamus. Ubi graves ac pernicioſos legi noſtræ atque traditioni, effrænatæque mentis homines pertulimus: quos & Dei noſtri præſens auctoritas, & traditio ac regula veritatis ita reſpuit, ut nulla in illis aut dicendi ratio ſubſiſteret, aut accuſandi modus ullus, aut probatio conveniret. Ideo judice Deo & matre eccleſia, quæ ſuos novit & comprobat, aut damnati ſunt, aut repulſi. Et utinam, frater dilectiſſime, ad hoc tantum ſpectaculum intereſſe tanti feciſſes; profecto credimus, quia C in eos ſeverior fuiſſet ſententia prolata: & te pariter nobiſcum judicante, cœtus noſter majore lætitia exultaſſet. Sed quoniam recedere a partibus illis minime potuiſti, in quibus & apoſtoli quotidie ſedent, & cruor ipſorum ſine intermiſſione Dei gloriam teſtatur. Non tamen hæc ſola nobis viſa ſunt tractanda, frater cariſſime, ad quæ fueramus invitati. Sed & conſulendum nobiſipſis cenſuimus: & cum diverſæ ſint provinciæ ex quibus advenimus, ita & varia contingunt, quæ nos cenſemus obſervare debere. Placuit ergo, præſente Spiritu ſancto & angelis ejus, ut & his qui ſingulos quos [ς] movebat judicare, proferremus de quiete præſenti. Placuit etiam a te qui majores diœceſes tenes, per te potiſſimum omnibus inſinuari. Quid autem ſit quod ſenſerimus, ſcripto noſtræ mediocritatis ſubjunximus. At id primo in loco de vita noſtra atque utilitate tractandum fuit, ut quia unus pro multis mortuus eſt & reſurrexit, ab omnibus tempus ipſum ita religioſa mente obſervetur, ne diviſiones vel diſſenſiones in tanto obſequio devotionis poſſint exurgere. [d] Cenſemus ergo paſcha domini per orbem to-

c religioſiſſime

d Vetus collectio canonum mon. S. Benigni cap. 13.

A tum una die obſervari. De his quoque qui quibuſcumque locis ordinati fuerint miniſtri, [a] in ipſis locis perſeverent. De his etiam qui arma in pace projiciunt, placuit abſtineri eos a communione. De Circiſſariis agitatoribus qui fideles ſunt, placuit eos quamdiu agunt, a communione ſeparari. De his qui in infirmitate ſunt conſtituti, & [b] credere volunt, placuit eis manum imponi. De præſidibus autem, qui fideles ſunt, & ad præſidatum conſiliunt, ita placuit, ut cum promoti fuerint, literas quidem accipiant eccleſiaſticas communicatorias; ita tamen, ut in quibuſcumque locis geſſerint, ab epiſcopis ejuſdem loci cura de illis agatur; & ſi cœperint contra diſciplinam agere, tunc demum a B communione excludantur. Et de his quidem, qui in repub. agere volunt, ſimiliter. [ζ] De Afris autem, quod propria ſua lege utuntur ut rebaptizent, placuit ut ad eccleſiam ſi aliquis hæreticus venerit, interrogent eum ſymbolum; & ſi perviderint eum in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto eſſe baptizatum, manus tantum ei imponatur. Quod ſi interrogatus ſymbolum, non reſponderit trinitatem hanc, [c] merito baptizetur, &c. Tunc tædians [η] juſſit omnes ad ſuas ſedes redire. Amen.

Item Andegavenſis cap. 11.

a ut

b recedere

c tunc

[ς] *Synodi ejuſdem editio vulgata, ſolos canones & epiſcoporum nomina complectens, cum breviario epiſtolæ ſupraſcriptæ.*

## SYNODUS EPISCOPORUM, QUI IN civitate Arelatenſium apud Marinum epiſcopum eccleſiæ catholicæ, temporibus Conſtantini Auguſti, Voluſiano & Anniano coſs. convenerunt.

### TITULI CANONUM. [θ]

I. *Ut uno die & tempore paſcha celebretur.*
II. *Ut ubi quiſque ordinatur, ibi permaneat.*
III. *Ut qui in* [*] *pace arma projiciunt, excommunicentur.*
IV. *Ut aurigæ, dum agitant, excommunicentur.*
V. *Ut theatrici, quamdiu agunt, excommunicentur.*
D VI. *Ut in infirmitate converſi manus impoſitionem accipiant.*
VII. *De fidelibus, qui præſides fiunt, vel rempublicam agere volunt.*
VIII. *De baptiſmo eorum qui ab hæreſi convertuntur.*
IX. *Ut qui confeſſorum literas afferunt, alias accipiant.*
X. *Ut is cujus uxor adulteraverit, aliam illa vivente non accipiat.*

* bello prælio



[α] Ex editione Jacobi Sirmondi; & ex MSſ. Collegii Pariſienſis Soc. Jeſu. In uno eorum, collectioni, quam Dionyſianam quidam vocant, præfixus Conciliorum indiculus, hæc habet de Arelatenſi, verbis Iſidori ipſius: *Concilium Arelatenſe I. ſexcentorum Epiſcoporum, in quo ſtatuti ſunt Canones XXII. quorum auctor maxime Sylveſter urbis Romæ Papa per Legatos, & S. Marinus Arelatenſis Epiſcopus extiterunt: ſubſcribentibus Rheticio Eduorum, Vocate Lugdunenſi & ceteris. actum temporibus Conſtantini Auguſti, ut quidam aſſerunt.* Quæ verba & in Decreto Gratiani leguntur ex parte, XI. diſt. 16. Contulimus etiam hanc Epiſtolam Sylveſtri cum MS. Colbert. 1951. Canones cum MSS. 5141. in Schedis Pithœanis ſcriptum erat, *Concilium Epiſcoporum Arelate celebratum, & directum Sylveſtro Epiſcopo.* Harduinus qui ſequentia quoque adnotavit.

[β] MS. *Acratius.*

[γ] MS. *Voccius.*

[δ] forte *Eburius.*

[ε] forte *Anaſtaſius.*

[ς] Ita MS. Colbert. qui & Pithœan. ſed locus videtur eſſe mutilus.

[ζ] MS. Colbert. 1951. *De Africa.*

[η] Conſtantinus videlicet juſſit per reſcriptum, quod poſt Arelatenſes Canones ſubjunctum eſt.

[θ] Ex Collectione Iſidori.

(a) In collectione, quæ continetur in MS. Vaticano — Palatino 574. Synodo huic titulus iſte præfigitur: *Synodus Arelatenſis ſexcentorum Epiſcoporum. Domino ſanctiſſimo Fratri Sylveſtro cœtus Epiſcoporum ſexcentorum, qui adunati fuerunt in Oppido Arelatenſi, quid decreverimus communi conſilio caritati tuæ ſignificavimus.* Tum ſubduntur Canones XX. Hæc Ballerini Fratres in Diſſert. de Antiq. collect. Canon. par. 2. cap. X. §. 2. præfixa tom. 3. Operum S. Leonis edit. Venetæ anni 1757.

XI. *De puellis quæ gentilibus junguntur.*
XII. *Ut clerici fœneratores excommunicentur.*
XIII. *De iis qui ſcripturas ſacras, vaſa dominica, vel nomina fratrum tradidiſſe dicuntur.*
XIV. *Ut qui falſo accuſant fratres ſuos, uſque ad exitum excommunicentur.*
XV. *Ut diacones non offerant.*
XVI. *Ut ubi quiſque fuit excommunicatus, ibi communionem conſequatur.*
XVII. *Ut nullus epiſcopus alium conculcet epiſcopum.*
XVIII. *De diaconibus urbicis, ut ſine presbyterorum conſcientia nihil agant.*
XIX. *Ut peregrinis locus ſacrificandi detur.*
XX. *Ut ſine tribus epiſcopis nullus epiſcopus ordinetur.*
XXI. *Ut presbyteri, aut diacones, qui ad alia loca ſe transferunt, deponantur.*
XXII. *De apoſtatis, qui in infirmitate communionem petunt.*

## BREVIARIUM EPISTOLÆ.

*Domino ſanctiſſimo fratri Silveſtro Marinus, vel cœtus epiſcoporum qui adunati fuerunt in oppido Arelatenſi.*

*caritative* ᵅ QUid decreverimus communi conſilio * caritati tuæ ſignificavimus, ut omnes ſciant quid in futurum obſervare debeant.

# CANONES.

### I.

*De conſecr. diſt. 3. De obſervatione paſchæ.*

PRimo loco *d* de obſervatione *ε* paſchæ *β* dominici, ut uno die & uno tempore per omnem orbem a nobis obſervetur, & juxta conſuetudinem literas ad omnes tu dirigas.

### II.

De his qui in quibuſcumque locis ordinati fuerint miniſtri, in ipſis locis perſeverent.

### III.

*Ivo part. x. cap. 22.*

*a prælio. Surius, quem tacito ejus nomine exſcripſit Binius, notat in cod. MS. pervetuſt. legi in bello, videri que magis conſentaneum tales puniri tanquam deſertores.*

De his qui arma projiciunt in ᵃ pace, placuit abſtineri eos a communione.

### IV.

*e* De agitatoribus qui fideles ſunt, placuit eos, quamdiu *γ* agitant, a communione ſeparari.

### V.

*δ* De theatricis, & ipſos placuit quamdiu agunt, a communione ſeparari.

### VI.

*f* De his qui in infirmitate credere volunt, placuit eis debere manum imponi.

### VII.

*g* De præſidibus, qui fideles ad præ- A ſidatum proſiliunt, *ε* placuit ut cum promoti fuerint, literas accipiant eccleſiaſticas communicatorias; ita tamen, ut in quibuſcumque locis geſſerint, ab epiſcopo ejuſdem loci cura de illis agatur, & cum cœperint contra diſciplinam agere, tum demum a communione excludantur. Similiter & de his qui rempublicam agere volunt.

### VIII.

*De conſecr. diſt. 4. De Arianis*

** Binius legit Arianis de hac*

*h* De * Afris, *ς* quod propria lege ſua utuntur ut rebaptizent, placuit ut ſi ad eccleſiam aliquis de * hæreſi venerit, in- B terrogent eum ſymbolum; & ſi perviderint eum in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto eſſe baptizatum, manus ei tantum imponatur, ut accipiat Spiritum ſanctum. Quod ſi interrogatus non reſponderit hanc trinitatem, baptizetur.

*Quidam admodum antiqui codices ſic habent hunc canonem, inquit Surius, quem Nicolinus & Binius exſcripſerunt:* De Afris, quod propria lege ſua utuntur, ut rebaptizent, placuit ut ſi ad eccleſiam, &c.

### IX.

*i* De his qui confeſſorum literas afferunt, placuit, ut ſublatis eis literis ac- C cipiant communicatorias.

### X.

*Ivo P. VIII. cap. 218.*

De his qui conjuges ſuas in adulterio deprehendunt, & iidem ſunt adoleſcentes fideles, & prohibentur nubere, placuit ut inquantum poſſit conſilium eis detur, ne viventibus uxoribus ſuis, licet adulteris, alias accipiant.

### XI.

De puellis fidelibus quæ gentilibus junguntur, placuit ut aliquanto tempore a communione ſeparentur.

### XII.

*14. q. 4. Miniſtri qui fænerant.*

D De miniſtris qui fenerant, placuit eos juxta formam divinitus datam a communione *ζ* abſtineri.

### XIII.

*a his, quos ordinaverint, rationales ſubſiſtant.*

*k* De his qui ſcripturas ſanctas tradidiſſe dicuntur, vel vaſa dominica, vel nomina fratrum ſuorum, placuit nobis, ut quicumque eorum ex actis publicis fuerit detectus, non verbis nudis, ab ordine cleri amoveatur. Nam ſi iidem aliquos ordinaſſe fuerint deprehenſi, & ᵃ de his quos ordinaverint ratio ſubſiſtit, *η* non illis obſit ordinatio. Et quo- E niam multi ſunt qui contra eccleſiaſticam regulam pugnare videntur, & per teſtes

ᵅ Cum tribus MSſ. Pariſienſibus Collegii Soc. Jeſu, in quibus eſt Collectio Iſidori, contulit hos Canones Harduinus, pluresque notulas adjecit. Nos iis omiſſis, quæ e Sirmondi notis infra adferendis decerptæ ſunt, reliquas hic ſubjicimus. *β* MS. *Dominica*: Merlini editio: *Domini*. *γ* MS. *agunt*. *δ* Eliberitanum cap. 62.
*ε* Merlinus, *ita placuit*. *ς* MSſ. noſtri quatuor antiquiſſimi, quippe annorum (ut harum rerum æſtimatores ſentiunt) amplius 800. habent, *de Arriis*. Collectio Canonum vetus MS. in eodem Collegio Pariſ. Soc. Jeſu, & MS. Colbert. n.5141. & Merlini, aliorumque vetuſtæ editiones, quemadmodum Gratianus 109. de Conſecr. diſt. 4. *De Arrianis*. Neque ullum video appellari codicem, præter unum Tilianum, in quo legatur *de Afris*, quemadmodum Surius edidit, quem Binius, & alii ſunt ſecuti. Tamen in Epiſt. ſynodica *de Afris*, vel *de Africa* exhibet Codex MS. Pithœi, qui nunc eſt Colbertinus 1951. *Harduinus*. *ζ* Al. *abſtinere*. *η* Merlin. *non tamen illis ſubſiſtat ordinatio*.

testes redemptos putant se ad accuſatio- A nem admitti debere, omnino non admittantur, niſi ut ſupra diximus, actis publicis docuerint. * [α]

* omni ſe ſuſpicione carere

XIV.

[β] De his qui falſo accuſant fratres ſuos, placuit eos uſque ad exitum non communicare. •

XV.

De diaconibus quos cognovimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere.

XVI.

De his qui pro delicto ſuo a commu- B nione ſeparantur, placuit ut in quibuſcumque locis fuerint excluſi, eodem loco communionem conſequantur.

XVII.

Ut nullus epiſcopus alium epiſcopum * inculcet.

* conculcet. Ivo part. v. cap. 228.

XVIII.

De diaconibus urbicis, ut non [γ] ſibi tantum præſumant; ſed honore presbyteris reſervent, ut ſine conſcientia ipſorum nihil tale faciant.

XIX.

De epiſcopis peregrinis qui in urbe C ſolent venire, [δ] placuit eis locum dari ut offerant.

Ivo part. 5. cap. 216.

XX.

De his qui uſurpant ſibi quod ſoli debeant epiſcopos ordinare, placuit ut nullus hoc ſibi præſumat, niſi aſſumptis ſecum aliis ſeptem epiſcopis. Si tamen non potuerit ſeptem, infra tres non audeat ordinare.

XXI.

De presbyteris, aut diaconibus, qui ſolent dimittere loca ſua in quibus ordinati ſunt, & ad alia loca ſe transſe- D runt, placuit ut eis locis miniſtrent, quibus præfixi ſunt. Quod ſi relictis locis ſuis ad alium ſe locum transferre voluerint, deponantur.

Ivo P. vi. cap. 192.

XXII.

[ε] De his qui apoſtatant, & nunquam ſe ad Eccleſiam repræſentant [ς] ne quidem pœnitentiam agere quærunt, & poſtea infirmitate ᵃ arrepti petunt communionem; placuit eis non dandam communionem niſi revaluerint, & egerint dignos fructus pœnitentiæ. [ζ]

ᵃ correpti. Vide Cypr. ep. lii. ad Antonianum.

*In Cod. Lucenſi 124. reperi concilio huic Arelatenſi adjectos ſex canones, quos ſtatim ſubdo, quamquam mihi perſuaſum eſt ad aliam forte Arelatenſem ſynodum pertinere. Adjunguntur autem continuata numerorum ſerie cum præcedentibus. Admonuiſſe autem lectores juvat ſinceros Arelatenſes canones hic numerari XXIII. cum duo ibidem in unum coaluerint.*

XXIV.

Placuit ut quantum poteſt inhibeatur viro ne dimiſſa uxore vivente liceat, ut aliam ducat ſuper eam. Quicumque autem hoc fecerit alienus erit a catholica communione.

XXV.

Placuit ut mulierem corruptam clericus non ducat uxorem, vel is qui laicus mulierem corruptam duxerit, non admittatur ad clerum.

XXVI.

De aliena eccleſia clericum ordinare alibi nullus epiſcopus uſurpet; quod ſi fecerit; ſciat ſe eſſe judicandum cum inter fratres de hoc fuerit appetitus.

XXVII.

Abſtentum clericum (alia manus ſed antiqua addit *vel abſentem*) alterius eccleſiæ alia non admittat; ſed pacem in eccleſia inter fratres ſimplicem tenere cognoſcat.

XXVIII.

Venientem de Donatiſtis vel de Montenſibus per manus impoſitionis ſuſcipiantur; ex eo quod contra eccleſiaſticum ordinem baptizare videntur.

XXIX.

Præterea, quod dignum, pudicum, & honeſtum eſt, ſuademus fratribus ut ſacerdotes & Levitæ cum uxoribus ſuis non coeant, quia miniſterio quotidiano occupantur. Quicumque contra hanc conſtitutionem fecerit a clericatus honore deponatur.

## TITULI,

*Seu epitome Canonum Arelatenſium ex vetuſta collectione MS. Codicis 490. Lucenſis ſcripti Sæc. VIII.*

*EX CONCILIO ARELATENSE.*

I.

E Uno die uno tempore Paſcha teneatur.

II.

---

α Addunt Merlinus & Crabbe: *ſed falſum teſtem juſta ſcripturam impunitum non licere eſſe.*

β Cum iſto Canone in quibuſdam MS. tanquam membrum ejus ſequens conjungitur: ſed alii cum Burch. & Ivone diſtinguunt. γ Merlinus, ut Crabbe, *ut non aliqui per ſe præſumant.* δ Ivo p. 5. c. 216. & Burch. l. 1. c. 116. hic addunt: *quos veraciter Epiſcopos ſcimus eſſe* ex Concil. Arel. 1. c. 20. ε Eliberitanum c. 46. cui Concilio hunc canonem Arelatenſem tribuit Burchardus l. 19. c. 134. ς Merlinus recte *ne quidem.*

ζ Poſt relatos Canones MSſ. Codices Pariſ. Collegii Soc. Jeſu hæc habent. *Explicitunt Canones Arelatenſes, quos Epiſcopi ſexcenti fecerunt, qui in civitatem Arelatenſium apud Marinum Epiſcopum Eccleſiæ Catholicæ, temporibus Conſtantini Auguſti, Voluſiano, & Anniano Coſſ. convenerunt.* In Cod. Corb. quem in his ſubſcriptionibus ſecutus eſt Sirmondus. *Nomina Epiſcoporum cum Clericis ſuis, vel quanti, ex quibus provinciis ad Arelatenſem Synodum convenerint, ſub Marino Epiſcopo, temporibus Conſtantini, ad dirimenda ſchiſmata, vel pravas omnium intentiones, Voluſiano & Anniano Coſſ.* Hard.

II.

Quis ubi ordinatus fuerat permaneat.

III.

Qui arma projicit in pace excommunicetur.

IV.

Agitatores, dum agitant excommunicentur.

V.

Similiter & Theatrici.

VI.

Qui in infirmitate converti volunt manus impoſitionem accipiant.

VII.

De Priſidebus (ſic) ut cum conſcientia epiſcopi ſui communicet.

VIII.

Ex Arrio veniens in Catholico ſi in Trinitate confeſſus baptizatus fuerit manus impoſitionem accipiat; ſi non, baptizetur.

IX.

Qui confeſſorum literas portant alias recipiant.

X.

Si cujus uxor adulteraverit, non licet aliam accipere.

XI.

Puellæ fideles quæ cum Gentilibus junguntur excommunicentur.

XII.

Clerici qui fœnerant excommunicentur.

XIII.

Si quis Scripturas, vaſa dominica, vel nomina fratrum per ſe aut per alios detexerit cum verberibus deponatur.

XIV.

Qui falſa accuſant fratres uſque in exitum excommunicentur.

XV.

Diaconus non offerat.

XVI.

Pœnitens ubi acceperit orationem ibi & communicet.

XVII.

Nullus epiſcopus nullum epiſcopum conculcet.

XVIII.

Diacones urbicus nihil agat ſine presbytero ſuo.

XIX.

Epiſcopo peregrino detur locus offerre.

XX.

Sine tribus epiſcopis non ordinetur epiſcopus.

XXI.

Si quis clericus dimiſerit locum ſuum & in alio fuerit excommunicetur.

XXII.

De his qui apoſtatant, & tardius revertentur non recipiendis niſi dignam pœnitentiam egerint.

10 *Nomina epiſcoporum cum clericis ſuis, quinam, & ex quibus provinciis ad Arelatenſem ſynodum convenerint.*

m CHreſtus epiſcopus, Florus diaconus, ex civitate Syracuſanorum, provincia Sicilia.

Proterius epiſcopus, Agrippa & Pinus diacones, de civitate Capuenſium, provincia Campania.

Pardus epiſcopus, Creſcens diaconus, de civitate Arpienſium, provincia Apulia.

Theodorus epiſcopus, Agathon diaconus, de civitate Aquilejenſi, provincia Dalmatia.

Claudianus & Vitus presbyteri, Eugenius & α Cyriacus diacones, β ex urbe Roma miſſi a Silveſtro epiſc.

Merocles epiſcopus, Severus diaconus, de civitate Mediolanenſi, provincia Italia.

γ Oreſius epiſcopus, Nazarius lector, de civitate Maſſilienſi, provincia Viennenſi.

Marinus epiſcopus, Salamas presbyter, Nicaſius, Afer, Urſinus, & Petrus, diacones, de civitate Arelatenſium, provincia Viennenſi.

Verus epiſcopus, Bedas exorciſta, de civitate Viennenſi, provincia ſupraſcripta.

Daphnus epiſcopus, Victor exorciſta, de civitate Vaſenſi, provincia Viennenſi.

Fauſtinus presbyter, de civitate Arauſicorum, provincia quæ ſupra.

Innocentius diaconus, Agapius exorciſta, ex portu Nicaenſi.

Romanus presbyter, Victor exorciſta, de civitate Aptenſium.

δ ITEM DE GALLIIS.

ε Imbetauſius epiſcopus, Primigenius diaconus, de civitate Rhemorum.

a Avitianus epiſcopus, Nicetius diaconus, de civitate Rotomagenſium. (a Auſonius ſive Avidanus.)

Reticius epiſcopus, ς Amandus presbyter, Philomatius diaconus, de civitate Auguſtodunenſium.

Vocius epiſcopus, ζ Petulinus exorciſta, de civitate Lugdunenſium.

Maternus epiſcopus, Macrinus diaconus, de civitate Agrippinenſium.

11 Genialis [b] diaconus, de civitate Gabalum, provincia Aquitanica. (b epiſcopus.)

Orientalis epiſcopus, Flavius diaconus, de civitate Burdegalenſi.

Agrœcius epiſcopus, Felix exorciſta, de civitate Treverorum.

Mamertinus epiſcopus, Leontius diaconus, de civitate (*a*) Eloſatium. 12

η Eborius epiſcopus, de civitate (*b*) Eboracenſi, provincia Britannia.

Reſtitutus epiſcopus, de civitate Londinenſi, provincia ſupraſcripta.

Adelfius epiſcopus, de civitate Colonia Londinen-

---

α Al. *Quiriacus*. β Al. *quos Silveſter Epiſcopus miſit*. γ Duo MSS. *Horoſius*. δ MS noſter. *Ex Provincia Gallia*. ε Supra *Ambitauſus*. ς Al. *Amandinus*. ζ Al. *Pitolinus*. η Al. MS. *Eburius*.

(*a*) Colbertinus Codex apud P. Couſtant legit *Toloſa*. (*b*) Idem Tubricentium.

Deſunt hæc in Colbertino.

nenſium ; *exinde ſacerdos presbyter*, *Arminius* A diaconus.

Liberius epiſcopus, Florentius diaconus, de civitate Emerita, provincia Hiſpania.

Sabinus presbyter, de civitate Bætica.

Natalis presbyter, Cytherius diaconus, de civitate Urſolenſium.

Probatius presbyter, Caſtorius diaconus, de civitate Tarracone.

Clementius presbyter, Rufinus exorciſta, de civitate Cæſarauguſta.

α Genefius.

α Termatius presbyter, Victor lector, de civitate Baſtigenſium.

Fortunatus epiſcopus, Deuterius diaconus, de civitate Cæſarienſi, Provincia Mauritania.

Quintaſius epiſcopus, Ammonius presbyter, de B civitate Caralis, provincia Sardinia.

## ITEM PROVINCIA AFRICA,

Cæcilianus epiſcopus, de civitate Carthaginenſi ; cum ipſo Sperantius diaconus.

Lampadius epiſcopus, de civitate Utina.

Victor epiſcopus, de civitate Utica.

Anaſtaſius epiſcopus, de civitate Beneventina.

Fauſtus epiſcopus, de civitate Tuborbitana

Surgentius epiſcopus, de civitate Pocofeltis.

Victor epiſcopus, de civitate Legiſvolumini, provincia Numidia.

Vitalis epiſcopus, de civitate Verenſium.

Gregor. epiſcopus, de loco qui eſt (*a*) in por- C tu Romæ.

Epictetus epiſcopus, a Centumcellis.

Leontius & Mercurius presbyteri ab Oſtiis.

b *Epiſtola imp. Conſtantini, ubi dixit, quia pars Donati, quomodo forenſes ſe litigant, ut denuncient & appellent imperatorem & deſiderent audiri poſt epiſcoporum judicata*: Ex appendice ad Optatum pag. 183 edit. Pariſ.

*Reſcriptum* b *Conſtantini Auguſti poſt ſynodum, ad epiſcopos qui interfuerant, ut ad ſuas provincias revertantur.*

### *CONSTANTINUS AUGUSTUS epiſcopis catholicis cariſſimis fratribus ſalutem.*

ÆTerna & religioſa incomprehenſibilis pietas Dei noſtri nequaquam permittit humanam conditionem diutius in tenebris ober- D rare ; neque patitur exoſas quorumdam voluntates uſque in tantum pervadere, ut non ſuis præclariſſimis luminibus denuo pandens iter ſalutare, eas det ad regulam juſtitiæ converti. Habeo quippe cognitum multis exemplis, hæc eadem ex meipſo metior. Fuerant enim in me primitus, quæ juſtitia carere videbantur ; nec ulla putabam videre ſupernam potentiam, quæ c juxta ſecreta pectoris mei gererem. Equidem hæc, ut dixi, æquam fortunam debuerunt ſortiri, ſcilicet omnibus malis redundantem : ſed Deus omnipotens in cœlis per ſæcula reſidens tribuit quod non merebar. Certo jam neque dici, neque enumerari poſſunt ea, quæ cœleſti ſua in me famulum ſuum benevolentia conceſ- E ſit, ſanctiſſimi antiſtites Chriſti ſalvatoris, fratres cariſſimi. Gaudeo igitur equidem ſpecialiter, gaudeo quod tandem habita juſtiſſima dijudicatione, eos ad meliorem ſpem fortunamque revocaſtis, quos malignitas diaboli videbatur a præclariſſima luce legis catholicæ ſua perſuaſione avertiſſe. O vere victrix providentia Chriſti ſalvatoris, ut etiam his conſuleret, qui jam deſciſcentes a veritate, quodammodo adverſus A ipſam arma a inducentes gentibus ſe copulaverant. Qui ſi vel nunc vera fide voluerint obſequia ſanctiſſimæ legi deferre, intelligere poterunt, quantum ſibi nutu Dei ſit proviſum. Et hoc quidem, ſanctiſſimi fratres, ſperabam etiam in eis quibus ingenita eſt maxima durities animi, poſſe b reprehendi. Sed non profuit apud eos recta dijudicatio, neque in eorum ſenſus ingreſſa eſt divinitas propitia. Re vera enim non immerito ab his procul abſceſſerit Chriſti clementia, in quibus manifeſta luce claret, hujuſmodi eſſe, ut eos etiam a cœleſti proviſione exoſos cernamus ; c quæ in ipſos tanta veſania perſeverat, cum incredibili arrogantia perſuadeant ſibi quæ nec dici nec audiri fas eſt, de- B ſciſcentes a recto judicio dato, quo cœleſti proviſione meum judicium eos comperi poſtulare, quæ vis malignitatis in eorumdem pectoribus perſeverat. Quotiens a me jam ipſo improbiſſimis aditionibus ſuis ſunt condigna reſponſione oppreſſi ? qui utique ſi hoc ante oculos habere voluiſſent, minime hoc ipſum interpoſuiſſent. Meum judicium poſtulant, qui ipſe judicium Chriſti expecto. Dico enim ut ſe veritas habet, ſacerdotum judicium ita debet haberi, ac ſi ipſe d dominus reſidens judicet. Nihil enim licet his aliud ſentire, vel aliud judicare, niſi quod Chriſti magiſterio ſunt edocti. Quid igitur ſentiunt maligni homines, officia ut vere β e dixit diabo- C li ? Perquirunt ſæcularia, relinquentes cœleſtia. O rabida furoris audacia ! ſicut in cauſis gentium fieri ſolet, appellationem interpoſuerunt. Equidem gentes, minora interdum judicia refugientes, ubi juſtitia f deprehendi poteſt, magis ad majora judicia auctoritate interpoſita ad appellationem ſe conferre ſunt ſolitæ. Quid hi detractores legis, qui renuentes cœleſte judicium, meum putaverunt poſtulandum, ſic ſentire de Chriſto ſalvatore : Ecce jam proditores, ecce ſine ulla acriori diſquiſitione, ipſi per ſemet prodiderunt facinora ſua. Quæ ab ipſis ſentitur humanitas, qui γ in ipſo Deo immanes proſilierunt ? Equidem, fratres cariſſimi, licet hæc in ipſis videantur deprehenſa, nihi- D lominus vos, qui domini ſalvatoris ſequimini viam, patientiam adhibete, data his adhuc optione quid putent deligendum ; ac ſi eos in iiſdem videritis perſeverare, protinus cum his quos dominus dignos cultu ſuo judicavit proficiſcimini & redite ad proprias ſedes ; meique mementote, ut mei ſalvator noſter ſemper miſereatur. Ceterum direxi meos homines, qui eoſdem infandos deceptores religionis protinus ad comitatum meum perducant, ut ibi degant, ibi ſibi mortem pervideant. Dedi quoque literas competentes ad eum, qui vicariam præfecturam per Africam tuetur, ut quotquot hujus inſaniæ ſimiles invenerit, ſtatim eos ad comitatum meum dirigat, ne ulterius ſub tanta claritate Dei no- E ſtri ea ab ipſis fiant, quæ maximam iracundiam cœleſtis providentiæ poſſint incitare. Incolumes vos Deus omnipotens tribuat votis meis & veſtris per ſæcula, fratres cariſſimi

a inducentes

b deprehendi longe melius

c quia in ipſis

d Qui vos audit, me audit. Deteſtatio procaciæ Donatiſtarum

e dixi, Optatus lib. 1. contra Parmen.

f reprehendi legendum arbitror Aug. ep. 68. in collat. tertiæ diei ; contra ep. Petiliani l. 2. & l. 4. contra Creſconium cap. 7.

No-

α *Termeſius* in MS. noſtro. β MS. *dixiſti*. γ pro *in ipſum Deum*. (*a*) Colbert. *Ex portu ab Urbe*

A

## NOTÆ R. P. JAC. SIRMONDI S. J.

1 *Epiſtola Conſtantini*. Hanc epiſtolam, cum altera ſynodica ad Silveſtrum, primus ante annos XL. in lucem dedit Petrus Pithœus, & partem eſſe actorum concilii Arelatenſis recte judicavit. Ideo & nos illas ſuis hic locis reddendas curavimus.

2 *Ælafio*.) Ita veteres ſchedæ Pithœanæ, pro quo alii poſtea conjecturæ indulgentes, *Ablavio* ediderunt. Quod vero vicarium Africæ appellavimus noſtra fuit conjectura, quia vicariæ poteſtati congruere videbantur quæ Ælafio præcipit imperator.

Vero Africæ vicario incommodam valetudine detento, ut ex epiſtola ad Probianum anno ſeq. data conſtat, ad Ælafium proconſulem ſcriptam hanc epiſtolam a Conſtantino arbitror, nec multum diſcrepant Ælafio ſive Ælaſio & Ablavio.

3 *Correctore Siciliæ*.) Interpres Euſebii corruptum nactus Græcum exemplar, conductorem reddidit: & corrupte, non etiam in vulgatis κουρίκτορος legitur, pro κορρήκτορος. Siciliam enim, quæ conſulares poſtea judices habuit, correctoribus aliquando paruiſſe confirmat vetus inſcriptio Lilybætana, *Zenofilo v. c. correctori provinciæ Siciliæ*.

B

4 *Epiſtola ſynodi*.) Huic titulus in iiſdem ſchedis: *Concilium epiſcoporum Arelate celebratum, & directum Silveſtro epiſcopo*. Et hanc quoque agnoſcunt antiquæ canonum collectiones, una Andegavenſis, altera S. Benigni Divionenſis, quæ primum hujus concilii canonem iiſdem, quibus infra texitur, verbis proferunt: *Cenſuimus ergo paſcha domini per orbem totum una die celebrare*.

5 *Synodi editio vulgata*) Quæ ſola nimirum hactenus, cum ſubdito epiſcoporum catalogo, concilii hujus, nomine circumferebatur.

6 *Paſchæ dominici*.) Aut legendum *paſchæ domini*, ſicut in epiſtola ſynodica, & apud Ivonem & Gratianum legitur, aut, ut optimi quique codices habent, *paſchæ dominicæ*, uſu apud multos tum recepto, qui in eo caſu ſic enunciabant: ut Gaudentius Brixianus tract. IV. *Judaicæ paſchæ obſervationem*, & *lex celebrandæ paſchæ* apud eumdem tract. VIII. Item *dies futuræ paſchæ* in concilio Maximianiſtarum, quod recitat Auguſtinus in expoſitione pſalmi XXXVI.

C

7 *De Afris*.) Certa lectio, quam afferunt codices antiqui, & epiſtola ſynodica. Male in vulgatis & apud Gratianum legitur *de Arianis*: Ariani ſiquidem exorti hoc tempore nondum erant.

8 *Ut nullus epiſcopus alium epiſcopum inculcet*.) Diſtinctus eſt canon in vulgatis, & apud Burchardum & Ivonem atque in collectione S. Benigni. Rectius autem, mea ſententia, in codice Rhemenſi, Foſſatenſi, & aliis, cum ſuperiore tanquam ejus membrum conjungitur.

9 *De diaconibus urbicis*.) Canonem hunc cum ſequenti, pro tribus qui vulgo male concepti erant, ex veterum librorum fide reſtituimus.

D

10 *Nomina epiſcoporum*.) Secuti ſumus in hoc indice codicem Corbeienſem, in quo epiſcoporum nomina civitatum nominibus præponuntur, cum in aliis contra, ut in Rhemenſi, ſicut in Suriana editione, poſtponantur hoc modo: *Ex provincia Sicilia, civitate Syracuſanorum, Chreſtus epiſcopus, Florus diaconus*, & ita deinceps in ceteris. Verum in Corbeienſi pro Chreſto legitur *Creſcens*, quemadmodum in epiſtola ſynodica, ut jure ambigi queat, utrum nomen fuerit epiſcopi Syracuſani.

11 *Genialis diaconus*.) Ita & in Rhemenſi; in nonnullis tamen, *Genialis epiſcopus*, ſicut in vulgatis.

12 *De civitate Floſatium*.) Quidam *Toloſa*, vel *Toloſatum*, eorum fortaſſe judicio, quibus minus nota erat civitas Eloſatium.

E

13 *Reſcriptum Conſtantini*.) Extat in iiſdem ſchedis Pithœanis, ſeu Tilianis, poſt collationem Donatiſtarum editum cum hoc titulo. *Epiſtola imperatoris Conſtantini, ubi dixit quia pars Donati, quomodo forenſes, ſic litigant, ut denuncient & appellent, & imperatorem deſiderent audire poſt epiſcoporum judicia*. Pertinere autem (quod Pithœum non vidiſſe mirum eſt) ad concilium Arelatenſe, tum aliis argumentis deprehendimus, tum indicio epiſtolæ CLXII. S. Auguſtini, ubi eamdem Conſtantini adverſus Donatiſtas deteſtationem commemorat. Sed epiſtola concilii, cui Conſtantinus reſpondet, hactenus reperta non eſt.

## EJUSDEM SIRMONDI OBSERVATIO.

*Ex præfatione ad lectorem tomi 1. conciliorum Galliæ.*

Aptiſſimum viſum eſt ſynodos noſtras ab eo capite inchoari, unde originem ducunt etiam œcumenicæ, primamque omnium ſtatui Arelatenſem, qua, ſive ſpectentur epiſcopi, qui ad eam convenere: ſive res in ea geſtæ, nulla uſquam poſt œcumenicas habita ſit illuſtrior. In ea quippe & Donatiſtarum pertinax contentio, quæ Africam vexabat, iterum diſcuſſa eſt, ac pro parte compoſita, & de baptiſmo hæreticorum eccleſiæ lex tradita, ejuſque iterandi prava conſuetudo, quæ in eadem Africa inoleverat, penitus repreſſa in poſterum atque interdicta. Epiſcopi vero tam multi, tam diverſis ex Italiæ, Africæ, Hiſpaniæ, Britanniæ, Galliæque provinciis confluxere, ut propterea concilium hoc non dubitarit S. Auguſtinus contra Donatiſtas diſputans, *plenarium & univerſale*, & *univerſæ eccleſiæ concilium* appellare. *Quam in rem extat peculiaris Joannis Launoii diatriba lectori antiquitatis eccleſiaſticæ ſtudioſo non ſine fructu percurrenda.* Lib. 2. de baptiſmo cap. 9. & ep. 162.

## EJUSDEM NOTÆ POSTHUMÆ

Ex Labbei append. tom. I.

*Nunc primum editæ.*

CONCILIUM hoc S. Auguſtinus lib. de baptiſmo contra Donatiſtas, ejus authoritate, tacito licet nomine, illos impugnans, plenarium, (1) univerſale, atque univerſæ eccleſiæ concilium vocat: quod eo nimirum non ex Gallicanis modo, verum etiam ex univerſis propemodum Italiæ, Africæ, Hiſpaniæ, Britanniæ, totiuſque Occidentis provinciis, epiſcopi convenerint. Totum orbem, ſicut univerſam eccleſiam dicere, quæ toto Occidente pateret, tum Auguſtino, tum aliis olim ſacris ſcriptoribus, mos fuit. Quare de hac iſta ſynodo agens concilium II. Arelatenſe can. XVIII. ſic loquitur: *Ad Arelatenſis epiſcopi arbitrium ſynodus congregata: ad quam urbem ex omnibus mundi partibus, ſub S. Marini tempore legimus celebratum fuiſſe concilium atque conventum*.

CÆCILIANI ET DONATISTARUM CAUSA.) De Donatiſtis, qui contra Cæcilianum epiſcopum ſchiſma fecerant in Africa, judicatum ſuperiore anno jam fuerat in concilio Romano, cui præſidens Melchiades papa Cæcilianum, repulſis illorum criminationibus, innocentem pronunciarat. Sed quia Donatiſtæ, de concilii Romani judicio quamvis injuſte conquerebantur, ceſſit illorum pertinaciæ Imperator, decrevitque ut in altero epiſcoporum conſeſſu iterum audirentur. Itaque ſynodum apud Arelatem ea de cauſa congregari juſſit. S. Auguſtinus epiſtola CLXII. *Judices*, inquit, *eccleſiaſticos, tantæ auctoritatis epiſcopos, quorum judicio & Cæciliani innocentia, & eorum improbitas declarata eſt, apud imperatorem accuſare auſi ſunt quod male judicarint. Dedit ille aliud Arelatenſe judicium: aliorum ſcilicet epiſcoporum, non quia jam neceſſe erat, ſed eorum perverſitatibus cedens, & omnimodo cupiens tantam impudentiam cohibere*. Meminit ſynodi ejuſdem & alibi ſæpe, ut in epiſt. LXVIII. CLXV. CLXVI. CLXVII. CLXXI. lib. 1 contra epiſtolam Parmeniani, & aliis locis. Pag. 1445. A

EPISTOLA CONSTANTINI.) Hanc inter ceteras deſignat Auguſt. epiſt. 165. documenta enumerans, quæ ad Donatiſtarum cauſam pertinebant: *Itemque alias*, inquit, *literas, ubi declarat memoratus imperator, eos apud ſe de collegarum ſuorum judicio, id eſt epiſcoporum, quos ad urbem Romam miſerat, fuiſſe conqueſtos: ubi etiam alios epiſcopos voluit apud Arelatum judicare*. Ad judicium Arelatenſe convocari oportuit primum partes ipſas, quæ diffidebant, tum futuros judices epiſcopos. Partes igitur, hoc eſt Cæcilianum & ejus æmulos Donatiſtas, ex Africa venire juſſit hac epiſtola. Judices epiſcopos ex Italia, Gallia, Hiſpania, Britannia, aliis literis evocavit, quarum ſpecimen eſt in ſequenti epiſtola ad Chreſtum Syracuſanum. Tempus autem habendo concilio præfixum, ut ex utriſque epiſtolis patet, dies Kalendarum Auguſtarum. Ibid. B.

SIN-

(1) Neque plenarium, neque univerſale fuiſſe hoc Concilium late probat Pagius ad an. 313. n. 1. & ſeqq.

ſupra 465. C. Singulas tractorias tribuas) Tractoriæ dicebantur A diplomata ſeu codicilli, quibus copia fiebat uſurpandi curſus publici. Gloſſa juris: *Tractoriæ*, κελεύσεις ἐπάρχου. ἢ τὸ κομβῖνον, ἤτοι σύνθημα περὶ τῶν δρομικῶν ζώων. *Juſſio præfecti, ſive combina vel ſynthema de curſualibus animalibus*. Angarialis etiam dicitur in epiſtola præfectorum ad Celſum vicarium Africæ, de Donatiſtis, qui in Gallias Cæcilianum accuſaturi venerant ad Conſtantinum: *Angarialem bis cum annonaria competentia uſque ad Arelatenſem portum ſecundum imperatum clementiſſimi principis dedimus*. Ceterum ut ut ſynodum Arelatenſem venturis hoc loco, ſic ad ſynodum poſtea Nicænam evocatis, conceſſam a Conſtantino evectionem publicam, auctores ſunt Euſebius lib. 3. de ejus vita cap. 6. & Theodoretus lib. 1. cap. 7. Conſtantini vero exemplum alii deinceps, qui ſynodos coegere, principes imitati ſunt.

466. A. Chresto Episcopo Syracusano.) Vera Conſtantini ad Chreſtum epiſtola non extat. Noſtra hæc ad B Græcam ejus interpretationem efficta eſt, quam ex latina Conſtantini expreſſam habet Euſebius lib. 10. hiſtor. cap. 5. Nec vero ad Syracuſanum tantum epiſcopum miſſa eſt, ſed ad alios etiam diverſarum provinciarum antiſtites. Quod genus epiſtolas generales appellabant, quia uno exemplo, paucis mutatis, ad diverſos mittebantur. Cujuſmodi eſt illa, quam ſuo loco reddidimus, Ravennii Arelat. epiſtola generalis, qua epiſcopos ad ſynodum evocat in cauſa inſulæ Lirinenſis.

469. A. Epistola Synodi Arelat.) Synodicæ hujus pars prior Donatiſtas perſtringit, eoſque ſynodi ſententia damnatos ac repulſos docet. Pars altera canones continet, quia ſynodo, diſcuſſa & finita Donatiſtarum cauſa, ſanciti ſunt. Sed in mutilo exemplari, præter canones plurimos, qui deſiderantur, deerat etiam mentio epiſtolæ quam ſynodus de rebus C in ea geſtis ad Conſtantinum ſcripſerat, iiſque reſcribere Imperator *tædians*, ut ait, *juſſit omnes ad ſuas ſedes redire*. Neque enim, quod nonnulli faciunt, ſic accipi debent hæc verba, quaſi Conſtantinus ſynodo interfuerit, quem abfuiſſe docebimus: ſed ad ejus reſcriptum referenda ſunt, quod infra poſt canones editum eſt ſuo loco.

## CANONES.

Can. I. Ut uno die et uno tempore,) Idem poſtea conſtituit ſynodus Nicæna. Conſtantinus in epiſtola de ſynodi decretis apud Euſebium lib. 3. de ejus vita cap. 18. κοινῇ πάντων ἔδοξε κρίσει, τὴν ἁγιωτάτην τοῦ πάσχα ἑορτὴν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ συντελεῖσθαι. *Viſum eſt*, inquit, *communi omnium judicio, ſanctiſſimum Paſchæ feſtum uno eodemque die celebrandum eſſe*. Antea enim, ut Epiphanius de eadem re agens obſervat hæreſi 69. διαφόρως παρὰ πᾶσιν ἐφυλάττετο, καὶ πολλὴ φιλονεικία ἦν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ. *Non eodem omnes tempore obſervabant, & ſumma erat per illud tempus confuſio*.

Juxta consuetudinem.) Moris hujus meminit Innocentius papa epiſtola 10. ad Aurelium epiſcopum Carthaginienſem, cui ſuam de anni, ut reor ccxiv. Paſchali die ſententiam expromens, quid ipſe cum ſuis ſentiat reſcribi poſtulat: *quo deliberatum*, inquit, *Paſchalem diem jam literis ante, ut moris eſt, ſervandam ſuo tempore præſcribamus*. Meminit & Leo magnus epiſtola 9. editionis noſtræ ad Ravennium Arelatenſem, ubi ad ſuam id ſolicitudinem Divina inſtitutione, & paterna traditione, pertinere ſignificat.

Can. II Ordinati fuerint ministri.) Miniſtros hoc loco interpretor ſubdiaconos, & reliquos inferioris ordinis clericos: ut apud Optatum lib. 1. *Certa membra ſua* E *habet eccleſia, epiſcopos, presbyteros, diaconos, miniſtros, & turbam fidelium*, & Concilii Laodicenſis canone xx. & aliis ὑπηρέται *miniſtri* peculiari nomine dicuntur ſubdiaconi. Diaconos ſane hoc loco non comprehendi conjectura eſt, quia de his poſtea præcipitur can. xxi. Alios miniſtros proprie appellari diaconos vox ipſa demonſtrat, & miniſtrare in eccleſia generatim omnes dici, etiam epiſcopos, docet titulus epiſtolæ 215. Auguſtini: *Sanctæ plebi cui miniſtro, membris Chriſti, Auguſtinus*.

Can. III Qui arma proiiciunt in pace) Qui extra bellum infeſtis armis alios petunt, eiſque vim aut necem inferunt, hoc eſt qui effundunt ſanguinem belli in pace, ut de Joabo ſacræ literæ loquuntur, lib. 3. Regum cap. 11. Sicarios enim & homicidas deſignat, quos a ſacra communione paſſim canones excludunt. Quare projicere arma, hoc loco non eſt arma abjicere, ſed in alium conjicere. Quod dum inſolens quibuſdam videtur, canonem non ad homicidas, ſed ad λειποτάκτας & militiæ deſertores, retulerunt, ut Ivo Carnotenſis, qui pro eo quod *in pace* ſcriptum eſt, *in prælio* legit; parte 10. cap. 122.

De agitatoribus.) Circiſſarii agitatores dicti ſunt Can. IV. in Synodica ad Silveſtrum. Aurigæ nimirum Circenſes, ſeu quadrigarii, qui quadrigas agitabant in Circo. De his ſynodus Eliberitana, quæ Arelatenſem paucis annis anteceſſit, canone lxii., eodem modo ſtatuit, ut ſi poſt ſuſceptam fidem ad priſtinam artem reverſi fuerint, ab eccleſia projiciantur.

De theatricis.) Scenicos quoque hiſtriones, ut Tertullianus in libro de Idololatria docet, Dei diſciplina non recipit. Itaque hoc loco excommunicantur Can. V. quamdiu agunt & artem exercent. Et epiſcopi Africæ petendum ad Imperatoribus ſtatuunt ſynodi Africanæ can. xxx. ne hiſtriones, qui Chriſtiani fiebant, ad artem exercendam reduci vel cogi liceat. At S. Cyprianus epiſtola 61. ad Eucratium, etiam hiſtrioni, qui a theatro ipſe ceſſaverat, ſed artem alios docebat, negandam communionem decrevit.

Manum imponi.) Hoc ipſum eſt quod patres Eliberitani canone xxxix, præceperant gentilibus, ſi Can. VI. in infirmitate deſideraverint, manum imponi, & Chriſtianos fieri. Ad fidem Chriſti venientibus primum omnium manus imponebatur, & Chriſtiani exinde credenteſque vocabantur, poſtea catechumeni, ac demum ſuſcepto baptiſmo, fideles. Sulpitius Severus de vita ſancti Martini cap. 10. *Nemo fere ex immani illa multitudine gentilium fuit, qui non impoſitione manus deſiderata, in Dominum Jeſum Chriſtum, relicto impietatis errore, crediderit*. Idem cap. 16. *Quo viſo Tetradius Dominum noſtrum Jeſum credidit, ſtatimque catechumenus factus, nec multo poſt baptizatus*. Denique ſynodus prima Conſtantinopolitana canone vii. de hæreticis quibuſdam, ὡς ἕλληνας, inquit, δεχόμεθα, καὶ τὴν πρώτην ἡμέραν ποιοῦμεν αὐτοὺς χριστιανούς, τὴν δὲ δευτέραν κατηχουμένους, εἶτα βαπτίζομεν. *Velut gentiles admittimus: & primo quidem die eos Chriſtianos facimus, altero catechumenos, deinde baptizamus*. Can. XLV. Eliberitano, catechumeni dicuntur Chriſtiani, & Aug. de Paſtor. cap. 13. Conſtat ergo impoſitionem manus in his canonibus non ad baptiſmum, quod nonnullis placuit, neque ad confirmationem, referri oportere; ſed ad ritum illum quo Chriſtiani fiebant. Aliud enim, ut dixi, Chriſtiani & credentes erant, aliud fideles. Auguſtinus epiſtola LXVII. ad Alypium, *Narrat*, inquit, *gaudia de Gabiniano, quod non ſolum Chriſtianus, ſed etiam fidelis ſit valde bonus per Paſcha proxime baptizatus*. D Gaudentius Brixianus Tract. 5. *Hujus agni carnem tam fideles in myſterio, quam ſimul univerſi credentes, in fide debemus edere*. Chryſologus vero ſermone 52. *Hinc eſt, quod veniens ex gentibus, impoſitione manus & exorciſmis ante a dæmone purgatur, & apertionem aurium percipit, ut fidei capere poſſit auditum*. Et Cod. Theod. lex 2. de apoſtatis, diſtinguit Chriſtianos ac fideles, a Chriſtianis & catechumenis tantum.

De præsidibus qui fideles.) Chriſtiani olim, Can. VII. dum pagani principes fuerunt, a publicis fere adminiſtrationibus abſtinebant, ut docet Tertullianus libro de Idololatria cap. 17. quia propter curam ſacrorum ſpectaculorumque, quam ſuſtinere magiſtratus ſolebant, difficillimum erat, ut omnem idololatriæ labem evaderent. Idcirco qui magiſtratum aliquem capeſſerent, eos, quamdiu in eo verſabantur, a communione prohibebant: Quod Eliberitani canones oſtendunt, præcipue LVI. *Magiſtratum, anno* E *quo agit duumviratum, prohibere placuit, ut ſe ab eccleſia cohibeat*. Nunc vero, quia ſub principe Chriſtiano minus erat periculi, faciliuſque a vetitis abſtinere licebat: res in hac ſynodo ad hunc modum temperata eſt, ut profecturis ad regendas provincias fidelibus literæ quidem communicatoriæ concedantur: ita tamen ut illos obſervent locorum epiſcopi; ac ſi quid contra diſciplinam agere cœperint, tum demum eos a communione prohibeant. Quod ipſum de iis quoque ſtatuit, qui rempublicam in urbe aliqua gerere volunt, ut duumviri in coloniis & municipiis.

Litteras communicatorias.) Præſides aliive rectores provinciarum, ex provinciis ipſis deligi non ſolebant.

lebant, ſed aliunde mittebantur. Proinde literis communicatoriis ſive formatis indigebant, ſine quibus aditus ad communionem peregrinis apud exteros non foret.

Can. VIII. De Afris.) Quidam legunt de Arianis, ut Gratianus de conſecratione diſt. 4. vulgati hactenus libri, errore manifeſto, cum Arianorum, ſynodi hujus tempore, nondum exortum nomen fuerit. Vera igitur veterum codicum lectio *De Afris*. Afros autem eos intelligit, qui Africanæ ſub Cypriano ſynodi de rebaptizandis hæreticis errorem ſectantes, baptiſmum iterare, non dubitabant. Quo ex numero Donatum Carthaginenſem æmulum Cæciliani fuiſſe liquet, in quem proxime, ut Optatus libro 1. tradit, latæ in Concilio Romano hæ ſententiæ fuerant: *Quod confeſſus ſit ſe rebaptizaſſe, & epiſcopis lapſis manum impoſuiſſe*. Eumdem errorem poſteri Donatiſtæ pertinaciſſimis animis tenuerunt: non in his ſolum qui ab hæreſi veniebant, ſed in iis etiam, qui in catholica baptizati fuerant baptiſmum peſſimo exemplo repetentes.

Ibid. Manus ei tantum imponatur.) Ad confirmationem nimirum. Leo magnus epiſtola 85. ad Nicetam cap. 7. *Qui baptiſmum ab hæreticis receperunt, ſola ſancti Spiritus invocatione per impoſitionem manuum confirmandi ſunt*. Synodi hæc eſt ſententia. Qui ad Eccleſiam veniunt ab hæreſi, aut juxta formulam baptizati ſunt in Trinitate; & cum rite baptizati ſint, rebaptizandi non ſunt: aut baptiſmi formam non ſuſceperunt; & baptizandi ſunt, quia baptizati non ſunt. Ita omnem iterandi baptiſmatis anſam excludit ac penitus interdicit. Quare concilii hujus auctoritate adverſus Donatiſtas magnopere pugnat Auguſtinus, & Cypriani ſynodo, cujus illi auctoritate ſe rebaptizare jactitabant, anteponendam docet lib. 11. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 9. *Poſtea tamen*, inquit, *dum inter multos ex utraque parte tractatur & quæritur, non ſolum inventa eſt veritas, ſed etiam ad plenarii concilii auctoritatem roburque perducta, poſt Cypriani quidem paſſionem, ſed antequam nos nati eſſemus*. Et poſt alia: *Quapropter illud unum conſiderent, quod omnibus patet. Si auctoritas Cypriani ſequenda eſt, magis eam ſequendam in unitate ſervanda, quam in Eccleſiæ conſuetudine commutanda. Si autem concilium ejus attenditur, huic eſt univerſæ Eccleſiæ poſterius concilium præponendum. Nam & concilia poſteriora prioribus apud poſteros præponuntur, & univerſum partibus ſemper jure optimo præponitur*. Concilium Arelatenſe, quod tranſmarinum & univerſale jam dixerat, hic rurſum plenarium & univerſæ Eccleſiæ concilium vocat, quia ex univerſa Occidentis Eccleſia eo convenerant, ut dictum eſt.

Can. IX. Qui confeſſorum literas.) Per quas pacem & jus communicationis, quo exciderant, lapſis impetrabant, vel ipſi dabant. Quo ſpectans Tertullianus ad Martyres, *Pacem*, ait, *quidam in eccleſia non habentes, a martyribus in carcere exorare conſueverunt*. Harum literarum quædam interceſſoriæ tantum fuerunt, quibus epiſcopos rogabant, ut lapſis pacem impertirent: cujuſmodi erant illæ, ad quas Cyprianus epiſtola 11. reſpondet. *Cum vos ad me* (Martyres ac Confeſſores alloquitur) *literas dirigitis, quibus examinari deſideria veſtra, & quibuſdam lapſis dari pacem poſtulatis*. Aliæ de quibus hic ſermo, libellis continebantur, per quos pacem ipſi & euchariſtiam dabant, danique mandabant, quarum item ſpecimen in eadem epiſtola Cypriani: *Audio quibuſdam*, inquit, *ſic libellos fieri, ut dicatur, communicet ille cum ſuis*. Et in epiſtola 17. quæ eſt confeſſorum ad Cyprianum: *Scias nos illis dediſſe pacem, & hanc formam per te & aliis epiſcopis innoteſcere volumus*. De hujuſmodi ergo confeſſorum literis præcipit ſynodus, ut his qui eas afferunt iis ſublatis, aliæ dentur ab epiſcopis communicatoriæ. Quod ipſum jam ſtatuerat concilium Eliberitanum, cauſa indita cur ita ſtatueret canone xxv. *Omnis qui attulerit literas confeſſorum, ſublato nomine confeſſoris, eo quod omnes ſub hac nominis gloria pacem concutiant ſimplices, communicatoriæ ei dandæ ſunt literæ*.

Can. XI. Quæ gentilibus junguntur.) Concilium Eliberitanum canone xv. *Propter copiam puellarum, gentilibus minime in matrimonium dandæ ſunt virgines Chriſtianæ, ne ætas in flore tumens in adulterio animæ reſolvatur*. Hic levi pœna percelluntur, quæ gentilibus nupſerint, ut aliquo tempore communione careant. Nam varium plane olim fuit de hujuſmodi copulationibus judicium, ut videre eſt apud ſanctum Auguſtinum libro de fide & operibus cap. 19. *Cyprianus*, inquit, *ad malos mores pertinere confirmat jungere cum infidelibus vincula matrimonii nihil aliud eſſe aſſerens, quam proſtituere gentibus membra Chriſti. Quæ noſtris temporibus jam non putantur peccata, quoniam revera in novo teſtamento nihil inde præceptum: & ideo aut licere creditum eſt, aut velut dubium derelictum*. Hieronymus tamen Tertulliani lib. 11. ad uxorem veſtigiis inſiſtens, ejuſmodi nuptias, ut ab Apoſtolo vetitas, reprehendit lib. 1. in Jovinianum. *At nunc*, inquit, *contemnentes Apoſtoli juſſionem, junguntur gentilibus, & templa Chriſti idolis proſtituunt. Ignoſcit Apoſtolus infidelium conjunctioni, quæ habentes maritos, in Chriſtum poſtea crediderunt, non iis, quæ cum Chriſtianæ eſſent, nupſerunt gentilibus*. Tandemque omnis fidelium cum infidelibus conjunctio, eccleſiæ legibus interdicta penitus & abrogata eſt, cultuſque diſparitate dirimi matrimonia cœperunt.

Can. XII. De miniſtris qui fœnerant.) Miniſtros dicit, de quibus canone 11. clericos inferiores: non quod his ſolis fœnerare ſit vetitum, ſed quia de his loco præcipi res poſtulabat. Clericos ergo fœnerantes hic canon excommunicari jubet; Nicænus xvii. gradu eccleſiaſtico dejici; Eliberinus xx. utrumque. *Si quis clericus*, inquit, *detectus fuerit uſuras accipere, placuit degradari & abſtinere*.

Can. XIII. Tradidiſſe dicuntur) Inde traditores eo ſæculo appellati, qui in perſecutione Diocletiani codices ſacros exurendos tradiderant, aut qui vaſa & inſtrumenta Eccleſiæ, vel latentium fratrum nomina prodiderant. Quo ſpectant illa, quæ in geſtis Cirtenſibus a Pithœo editis leguntur: *Proferte ſcripturas legis, & ſi aliquid aliud hic habetis*: & prolati ſunt, *calices duo aurei, calices ſex argentei, urceola ſex argentea, cucumellum argenteum, lucernæ argenteæ ſeptem, &c.* Item de aliis: *Protulit codices quinque, protulit codices octo*. Et rurſus, *Monſtrate nobis lectores: ſi ubi manent non noſtis, nomina eorum dicite*.

Placuit nobis.) Poſt ſynodum Romanam, qua Cæcilianus purgatus eſt, Felicem Aptungenſium epiſcopum, Cæciliani ordinatorem, apud Conſtantinum accuſaverunt Donatiſtæ; *dicentes*, ut ſanctus Auguſtinus epiſtola 166. ſcribit, *eum eſſe traditorem, & ideo Cæcilianum epiſcopum eſſe non poſſe, quod a traditore fuerit ordinatus*. Ceterum cauſa juſſu Imperatoris per Ælianum proconſulem Africæ cognita, Felix a Divinarum ſcripturarum proditione, quæ illi objiciebatur, innocens probatus eſt: quod & S. Auguſtinus ibidem atque aliis in locis teſtatur, & ipſa quæ reſtant Æliani acta proconſularia declarant, quorum partem recitat Optatus lib. 1 ſub finem. His igitur de cauſis ſancitum eſt hoc canone, primum quidem traditores, quorum crimen non nudis verbis ab accuſatoribus jactatum ut in cauſa Felicis, ſed ex actis publicis compertum fuerit, ex clericorum albo expungendos eſſe. Deinde ſi quis a traditore ordinatus ſit, quod in Cæcilianum falſo dixerant Donatiſtæ, huic, ſi aliud nihil obſiſtat, id fraudi eſſe non poſſe, quo minus legitima ſit ordinatio. Poſtremo propter eos qui redemptis teſtibus utebantur, accuſatorem deinceps, niſi qui actis publicis crimen doceat, recipi nullum debere. Quod propter Ingentium adjectum videtur, qui, ut Æliani acta docent, ſubornatus fuerat, ut traditionis crimen Felici per mendacium atlingeret.

Can. XIV. Qui falſo accuſant fratres.) Ut Donatiſtæ Cæcilianum & Felicem. De his ſeverius ſtatuens ſynodus Eliberitana can. lxxv. nec in fine dandam illis eſſe communionem decreverat. Quod decretum noſtra ſic temperat, ut non ante finem, ſed in fine tamen dari permittat. Mitior poſthac rurſum Arelatenſis II. quæ exceptionem adjecit can. xxiv. *Hi*, inquit, *qui falſo fratribus ſuis capitalia objeciſſe convicti fuerint, placuit uſque ad exitum non communicare, ſicut magna ſynodus ante conſtituit niſi digna ſatisfactione pœnituerint*.

Can. XV. De diaconibus. Quod diaconibus offerre, id eſt ſacrificare vel Euchariſtiam conſecrare non liceat; fidem facit canon xviii. ſynodi Nicænæ; qui affirmat diaconos [illegible] offerendi poteſtatem non habere. Hinc ſcite Hieronymus adverſus Luciferianos de Hilario illorum diacono. *Hilarius*, ait, *cum diaconus de eccleſia receſſerit, ſoluſque, ut putat turba ſit mundi, neque euchariſtiam conficere poteſt, epiſcopos & presbyteros non habens, neque baptiſma ſine euchariſtia tradere*. Epiphanius item univerſe pronun

nunciens hæreſi 89. Collyridianorum diaconis in ecclesia conceſſum ſcribit, non ut myſteria ipſi perficiant, ſed ut eorum quæ perficiuntur miniſtri ſint. Καὶ γὰρ εἰ καὶ διάκονοι ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ τάξει ὑπάρχουσιν, οὐχ εἰς ἱερατεύειν ... ἀλλ' εἰς τὸ διακονεῖν τὰ ἐπιτελούμενα. Quæ cum ita ſint, merito Urbanus III. in diaconum Legionenſem, qui Miſſam celebrare auſus eſſet, ſevere animadvertit cap., *Ex literis. De non ordinato miniſtrante.*

Can. XVI. QUI PRO SUO DELICTO.) Burchardus lib. 1. Ivo parte v. & libri excuſi, ac veteres etiam nonnulli, hoc membrum a ſuperioribus ſejungunt, & canonem numerant XVII. Alii optimæ notæ antiquiſſimi codices, cum proximo velut partem ejus connectunt, quibus ego libenter aſſentior: tum quia unum idemque omnibus concilii hujus canonibus eſt exordium, a quo hic ſolus diſcreparet: tum quia cum præcedentibus hæc revera cohærent, cauſamque continent, cur alterius excommunicatum nefas ſit recipere; ne videlicet epiſcopus in epiſcopum incurrat, reuſque fraternitatis, rationem in concilio reddere cogatur, ut eſt in eodem Eliberino, canone LIII. & in ſynodi Arelatenſis II. canone VIII.

Can. XVII. DE DIACONIBUS URBICIS.) Cujuſmodi ea fuerint, quæ adverſus presbyteros hac ætate ſibi arrogabant eccleſiæ Romanæ diaconi, non liquet. Hoc certum eſt, urbicorum diaconorum faſtum non ſatis hoc canone repreſſum, poſterioribus etiam ſæculis notatum atque exagitatum fuiſſe. Nam & illorum ſupercilium, ex diaconorum, ut putat, paucitate, presbyterorumque turba natum, perſtringit Hieronymus in epiſtola 85. ad Evagrium. Et quæſtionum ex utroque mixtim teſtamento, quæ apud Auguſtinum leguntur, auctor ſane vetus, & Auguſtino ipſo antiquior, quæſtione 102. Falcidium quemdam refellit, qui diaconos urbis Romæ presbyteris æquandos, aut etiam præferendos contendebat. Quamquam non in Romana tantum eccleſia, ſed in aliis ubique gentium admonendos menſuræ ſuæ, atque officii & obſervantiæ erga presbyteros, fuiſſe diaconos, docent canones ea de re paſſim editi.

Can. XIX. DE EPISCOPIS PEREGRINIS.) Polycarpo Epiſcopo Smyrnæ, cum Romam veniſſet, offerendi factam ab Aniceto Papa poteſtatem, Irenæi verbis docemur apud Euſebium lib. 5. hiſtoriæ cap. 24. ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρεχώρησεν ὁ Ἀνίκητος τὴν εὐχαριστίαν τῷ Πολυκάρπῳ, κατ' ἐντροπὴν δηλονότι. *Communicarunt*, inquit, *inter ſe mutuo, & in eccleſia Anicetus Polycarpo conſecrandæ eucharistiæ poteſtatem conceſſit, ob reverentiam ſcilicet qua eum proſequebatur.* Quod Polycarpi reverentiæ id tributum ait, argumento eſt aliis concedi non conſueſſe. Quare ut omnibus deinceps peregrinis epiſcopis offerre in urbe liceat, ſanciendum patres hoc canone cenſuerunt. Concil. vero Carthag. IV. c. 33. ſtatuit ut epiſcopi vel presbyteri, ſi cauſa viſitandæ eccleſiæ ad alteram eccleſiam venerint, in gradu ſuo ſuſcipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem conſecrandam, invitentur.

Can. XX. INFRA TRES NON AUDEANT EPISCOPOS ORDINARE.) Ne a paucioribus quam a tribus epiſcopis ordinetur epiſcopus, poſtmodum etiam ſynodus Nicæna conſtituit can. IV. Statuit enim, ut ad ordinandum epiſcopum, epiſcopi omnes provinciæ, ſi fieri poteſt, ſin minus tres ſaltem, conveniant ceteris per literas conſentientibus, τότε τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι, *& ita ordinationem fieri.* Quam exinde legem & formam, eccleſiæ omnes amplexæ ſunt: in Gallia quidem adeo religioſe, ut in concilio Regenſi Armentarii cujuſdam, qui in eccleſia Ebredunenſi abſque trium epiſcoporum præſentia temere a duobus fuerat ordinatus, irrita atque inanis habita ſit ordinatio; ordinatoreſque ejus ab omnibus deinceps epiſcoporum ordinationibus conciliiſque excluſi. Arauſicani vero concilii patres, can. XXI. depoſitionis pœnam in præſumptores irrogant, ſi duo ſoli epiſcopum uſpiam facere auſi eſſent.

Can. XXI. DE PRESBYTERIS ET DIACONIBUS.) Quod de inferioribus clericis ſtatutum eſt canone II. idem nunc de presbyteris & diaconibus præcipitur, ne loca dimittant in quibus ordinati ſunt: ac deponi jubentur, qui ad alia migrarint. Quod ita nimirum intelligendum eſt, ſi nolente migrent epiſcopo: nam cum ejus permiſſu licet. Statuta eccleſiæ antiqua in concilio IV. Carthaginenſi, can. XXVII. *Inferioris gradus ſacerdotes, vel alii clerici, conceſſione ſuorum epiſcoporum poſſunt ad alias eccleſias transmigrare.* De iis vero, qui præter epiſcopi ſui conceſſionem in aliis locis conſiſtunt, & revocati redire nolunt, ſynodus Antiochena can. III. ſic ſtatuit: Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τῶν τοῦ κλήρου τις, καταλείψας τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, εἰς ἑτέραν ἀπέλθοι. ἔπειτα παντελῶς μεταστὰς, διατρίβειν ἐν ἄλλῃ παροικίᾳ πειρᾶται ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ· μηκέτι λειτουργεῖν, εἰ μάλιστα καλοῦντι τῷ ἐπισκόπῳ τῷ ἰδίῳ, καὶ ἐπανελθεῖν εἰς τὴν παροικίαν τὴν ἑαυτοῦ παρακαλοῦντι μὴ ὑπακούοι. εἰ δὲ καὶ ἐπιμένοι τῇ ἀταξίᾳ, παντελῶς αὐτὸν καθαιρεῖσθαι τῆς λειτουργίας, ὡς μηκέτι χώραν ἔχειν ἀποκαταστάσεως. *Si quis*, inquit, *presbyter aut diaconus, & omnino quilibet ex clero, parœciam propriam deſerens ad aliam ſe tranſtulerit, ibique tentet quo migravit longo tempore manere, ulterius non miniſtret, maxime ſi vocanti epiſcopo ſuo, & regredi ad propriam parœciam commonenti, obedire contempſerit. Quod ſi in hac perverſitate perdurat, ab officio modis omnibus deponatur, ita ut reſtitutionis locum non habeat.*

DE HIS QUI APOSTATANT.) Apoſtatis, id eſt, fidei Chriſtianæ deſertoribus, communionem in mortis periculo negandam ſtatuit, ſi ante id tempus converti & pœnitentiam agere neglexerint. Quomodo & de lapſis, qui in perſecutionis infeſtatione ſacrificiis ſe illicitis maculaſſent, in Africa ſuo tempore conſtitutum, docet ſanctus Cyprianus; epiſtola LII. ad Antonianum, *Et idcirco*, inquit, *frater cariſſime, pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum ſuorum toto corde, & manifeſta lamentationis ſuæ profeſſione teſtantes, prohibendos omnino cenſuimus a ſpe communicationis & pacis, ſi in infirmitate atque in periculo cœperint deprecari: quia rogare illos, non delicti pœnitentia, ſed mortis urgentis admonitio compellit, nec dignus eſt in morte accipere ſolatium, qui ſe non cogitavit eſſe moriturum.* Propterea igitur communionem morientibus non dabant: quia hæc illorum pœnitentia pœnitentiæ potius ſimulatio videbatur. Sed hoc nimirum de apoſtatis, qui ante mortis periculum non convertuntur. Nam ſi ante reſipuerint: pœnitentiam, quamdiu vivunt, agere jubentur, & in ultimo fine ſuo reconciliationis gratiam conſequuntur, Siricii Papæ decreto in epiſtola ad Himerium cap. III. Can. XXII.

## NOMINA EPISCOPORUM.

DE numero eorum qui ad ſynodum Arelatenſe convenere, incertum eſt. Ado enim Viennenſis in chronico, ſexcentorum epiſcoporum concilium vocat: qui numerus incredibilis videtur, tametſi expreſſus idem extat in codicibus nonnullis. Cod. Lug. *Expliciunt canones quos fecerunt epiſcopi ſexcenti in civitate Arelatenſi.* Item Corb. S. Auguſtinus ducentos numerat lib. 1. contra epiſtolam Parmeniani cap. 5. *Uſque adeo*, inquit, *dementes ſunt homines, ut ducentos judices, apud quos victi ſunt, victis litigatoribus credant eſſe poſtponendos.* Nam de ſynodi Arelatenſis judicio, quod Romano ſucceſſit, illic agi, aſſentior Cardinali Baronio. Ducentos porro interfuiſſe minus abſurdum eſt. (1) In libris tamen antiquis, quibus uſi ſumus non paucis, nuſquam plures leguntur, quam hic a nobis repræſentati ſunt, in univerſum XXCV. epiſcopi nimirum XXXIII. presbyteri XVI. diaconi XXVI. lectores II. Exorciſtæ V. in quibus digerendis ſecutus ſum ordinem & formam optimi antiquiſſimique codicis Corbejenſis, in quo epiſcoporum nomina, provinciarum & civitatum nominibus præponuntur, cum in aliis, ſicut in Suriana editione, poſtponantur hoc modo: *Ex provincia Sicilia civitate Syracuſanorum, Chreſtus epiſcopus, Florus Diaconus:* & ita deinceps in ceteris. Pag. ... A

CHRESTUS EPISCOPUS.) Chreſtum vocant codices Remenſis & Metenſis, quomodo & in ſuperiori Conſtantini epiſtola legitur apud Euſebium Χρήστῳ ἐπισκόπῳ Συρακουσίων. Chreſto epiſcopo Syracuſanorum. At in codice Corbejenſi Creſcens appellatur, eodemque modo in epiſtola ſynodi ad Silveſtrum: ut verum nomen utrum fuerit, ambigi merito queat. Ibid.

MARINUS AREL.) Qui ſuperiore anno cum aliis duobus e Gallia interfuerat ſynodo Romanæ. Nam cum a Conſtantino judices e Gallia ſibi dari precibus oblatis poſtulaſſent Donatiſtæ: *dati ſunt*, ait Optatus lib. 1. *judices, Maternus ex Agrippina civitate,* Ibid. B



(1) Baronii ſententiam aſſerentis ducentos epiſcopos huic Concilio interfuiſſe tuetur, & confirmat Pagius ad an. 313. num. 22. 23.

*vitate, Rheticius ab Auguſtoduno, Marinus Arelatenſis*. Et mox ſynodi iſtius acta recitans: *Cum conſediſſent*, inquit, *Miltiades epiſcopus urbis Romæ, & Rheticius, & Maternus & Marinus, epiſcopi Gallicani, & Merocles a Mediolano, &c.* Sed Marini præterea ſit mentio in ſynodo II. Arelatenſi can. XVIII.

Pag. 476. C. FAUSTINUS PRESBYTER.) Fauſtini hujus nomen ſupra poſitum inter epiſcopos qui ſynodicam ſcripſerunt ad Silveſtrum, quia vices nimirum gerebat epiſcopi Arauſicani. Eamdemque ob cauſam in eadem epiſtola nominantur etiam Natalis, Probatius, & Termatius, presbyteri, qui pro epiſcopis ſuis venerant ex Hiſpania. Duo enim ad concilia venire ſolebant genera presbyterorum. Quidam cum epiſcopis ſuis, alii pro epiſcopis, eorum loco ac vice, cum epiſcopi ipſi non aderant. Illi jus ſuffragii nullum habebant: hi cum epiſcopis ſententiam dicebant, & cum iiſdem ſubſcribebant.

Pag. 475. D. IMBETAUSIUS EPISCOPUS.) Sic habent codices plerique: ſed in his nonnulli primam ſyllabam expungendam notant, ut verum epiſcopi nomen intelligatur fuiſſe Betauſius: quo ſcilicet modo in antiquis catalogis, & apud Flodoardum legitur lib. 1. Hiſtoriæ Remenſis cap. 5.

Ibid. RETICIUS EPISCOPUS.) Judex fuit, ut dictum eſt, cum Materno & Marino in cauſa Donatiſtarum. Et quidem primo inter hos loco numeratur etiam in epiſtola Conſtantini ad Melchiadem quam recitat Euſebius lib. 10. Hiſtoriæ c. 5. S. Auguſtinus hominem Dei vocat, & magnæ fuiſſe auctoritatis in eccleſia, ſcribit in libris contra Julianum. S. Hieronymus item & beatum Rheticium appellat epiſtola 6. ad Florentium, & celeberrimæ famæ habitum in Gallia teſtatur, de ſcriptoribus eccleſiaſticis cap. 82. ubi ejus lucubrationes commemorat, commentarios in Canticum Canticorum; & grande volumen adverſus Novatianum. Quo quidem ex volumine deprompta videri ea poſſunt, quæ Rheticii verbis laudat Auguſtinus lib. 1. contra Julianum cap. 11. Ex Commentariis vero in Cantica illuſtris eſt locus apud Beringerum ſcolaſticum in Apologetico.

Ibid. VOCIUS EPISCOPUS.) Pro Vocio Lugdunenſium, in vulgatis hactenus libris editus eſt, *Evotius Epiſcopus ex civitate Niveduno*. Fuit autem Nivedunus caput olim civitatis Equeſtrium ad lacum Lemanum, ubi nunc etiam Nionum oppidum priſci nominis veſtigia refert. At Nivernenſes noſtri, quia Nivedunum alterum Julii Cæſaris ſuum eſſe contendunt, Evotium quoque in epiſcoporum ſuorum elencho ſibi adſciverunt, mendoſa hujus loci lectione fruſtra deluſi. Nam Evotius in hac ſynodo nullus fuit, cum optima quæque exemplaria Vocium exhibeant; qui nono inter epiſcopos Lugdunenſes loco cathedram tenuit.

Ibidem E. MAMERTINUS DE CIV. ELOSATIUM.) In Mamertini nomine conſentiunt manuſcripti, non item in nomine civitatis. Quidam enim non *Eloſatium*, ſed *Toloſatium* legunt. Nos Corbeienſem in primis codicem ſecuti ſumus, hac inter cetera conjectura nixi, quod cum Eluſa civitas ſit Aquitaniæ, Toloſa provinciæ Narbonenſis, nihil cauſæ erat cur Toloſam in hunc locum rejiceret inter civitates Galliarum, quæ diſtingui ſolebant a provincia Narbonenſi, reque ipſa hoc loco diſtinctæ ſejunctæque ſunt.

## *RESCRIPTUM CONSTANTINI.*

Pag. 477. C. VIctis iterum damnatiſque in ſynodo Arelatenſi Donatiſtis, multi eorum ſchiſmate relicto cum Cæciliano in gratiam redierunt, alii obfirmata pertinacia ſynodi judicium reſpuentes, ad Imperatorem appellarunt. Auguſtinus epiſtola 68. *Unde ille*, inquit, *alterum epiſcopale judicium dedit habendum in Arelatenſi Galliæ civitate, ubi multi veſtri, varia & diabolica diſſenſione damnata, cum Cæciliano in concordiam redierunt: alii pertinaciſſimi & litigioſiſſimi, ad eundem Imperatorem appellarunt*. Qua de re cum relationem epiſcopi ad Conſtantinum miſiſſent, exſpectarentque quid iis auditis fieri juberet: reſcribit Imperator, ut ad proprias ſedes redeant, ſibi curæ futurum, ut cetera exſequatur. Cum igitur ad Conſtantinum Imperatorem appellatum fuiſſe conſtet ex ſynodo; atque ab epiſcopis ad eum abſentem litteras datas, ab eodemque redditas, errare fallique eos neceſſe eſt, qui Conſtantinum huic ſynodo putant interfuiſſe.

O RABIDA FURORIS AUDACIA.) Hæc illa eſt Conſtantini adverſus Donatiſtarum appellationem, deteſtatio, quam innuit Auguſtinus epiſt. 162. *Alios*, inquit, apud Arelatem judices *epiſcopos dedit, a quibus tamen illi ad ipſum rurſum Imperatorem provocare maluerunt. Qua in re illos quemadmodum deteſtetur audiſtis*. Eamdem verbis ipſis commemorat Optatus lib. 1. Sed mutilus Optati locus, in quo nulla ſynodi Arelatenſis ſit mentio, nonnullos in fraudem induxit, ut appellationem Donatiſtarum ad ſynodum Romanam referendam crederent, quæ tribuenda erat Arelatenſi. De ſynodo Romana murmuraſſe victos Donatiſtas, illam accuſaſſe ac reprehendiſſe, de illa queſtos eſſe, multis locis docet Auguſtinus: ab ea provocaſſe nuſquam proditum eſt ſed ab Arelatenſi. Pag. 478. C.

AD COMITATUM MEUM.) In comitatu deinceps cum ad Imperatoris ſententiam provocatum eſſet, auditæ ſunt partes convenire juſſæ, primum Romam, tum poſtea Mediolanum, ubi cauſa cognita, Cæcilianum innocentiſſimum, Donatiſtas improbiſſimos judicavit: ac primus in eos legem conſtituit, ut illorum loca fiſco vindicarentur, ut eſt apud ſanctum Auguſtinum epiſtola 68. 164. & aliis locis. Itaque triplici judicio Conſtantini temporibus diſcuſſa eſt cauſa Donatiſtarum: Romæ primum apud Melchiadem, deinde in ſynodo Arelatenſi, poſtremo apud Conſtantinum ipſum, a quo finita demum & terminata eſt. Quam verecunde autem cunctanterque ad eccleſiaſticum judicium deſcenderit Chriſtianus Imperator, & tota epiſtolæ hujus oratio declarat, & præclare in eadem epiſtola 162. obſervat Auguſtinus: quippe qui nec delata primum ad ſe cauſa ex Africa, ejus cognitionem ſibi arrogavit, ſed eccleſiaſticos judices epiſcopos dedit: & poſtea, cum ab his male judicatum calumniarentur Donatiſtæ, non auſus eſt ipſe de judicio epiſcoporum judicaſſe ſed alios rurſus epiſcopos judices dedit: tum denique cum ab his etiam ad ipſum provocaſſent, ita illorum ceſſit inſaniæ, cauſæque poſt epiſcopos judicium ſuſcepit, ut ab epiſcopis poſtea veniam poſtularit. Ibidem D.

## NOTÆ SEVERINI BINII.

*a Concilium Arelatenſe*,) Hujus concilii celebrati cauſa hæc eſt. Donatiſtæ Romæ concilio ſub Melchiade habito condemnati, a ſententia epiſcoporum ad imperatorem appellarant, ideo quod de Felicis Aptungitani epiſcopi traditoris, Cæcilianum, ut calumniabantur, traditorem ordinantis cauſa & controverſia nihil definitum eſſet. Conſtantinus imperator antequam appellantium ſententiæ deferat, appellationem, qua ab eccleſiaſtico judicio ad ſæculare tribunal provocabant; impiam & injuſtam eſſe oſtendit, eo fine, ut temere appellantes ad parendum & acquieſcendum inducat. Verum cum id, obſtante eorum contumacia & ſeditione, fruſtra conatus eſſet, tandem ne qua illis denegatæ juſtitiæ prætextus aut excuſatio competeret novum judicium decernit. Antequam tamen illius initium fieret, ſimulque ea omnia, quæ in cauſa Felicis epiſcopi Aptungitani controvertebantur, (hunc enim ſicut & Cæcilianum de ſacris voluminibus perſecutori traditis Donatiſtæ accuſarant) uno judicio finirentur, proconſuli Africano imperator demandat, ut de facto & traditione Felicis epiſcopi diligenter inquirat quidve inter ceteros teſtes Ingentius ſcriba a Donatiſtis productus deponeret, ſedulo examinet. Quibus peractis, proconſul Felicis innocentiam & Donatiſtarum calumniam multis teſtimoniis confirmatam cognovit. Ipſe enim Ingentius ſcriba ad calumniandum, mentiendum, & Cæciliani epiſtolam ad Felicem epiſcopum ſcriptam (quam infra hic nunc recens excudimus) falſandam mercede conductus, metu tormentorum imminentium crimen falſi ſuapte ſponte confeſſus eſt. Unde, quod erat juſti judicis officium, Felicem a calumnia Donatiſtarum abſolvit. A qua ſententia Æliani proconſulis cum homines factioſi viciſſim ad imperatorem in Galliis morantem appellarent, proconſul per literas & acta proconſularia transmiſſa de tota cauſa eumdem imperatorem informat: ipſum vero Ingentium ſcribam carceribus mancipatum detinet, ut confeſſionem ante ſemel in Africa editam, in Gallia, ſi neceſſum fuerit, coram impe-

Cauſa concilii Arelatenſis.

Ad imperatorem appellare hæreticorum eſt.

Ingentii teſtimonium.

Felix proconſulari ſententia abſolvitur.

imperatore & epiſcopis eccleſiæ viciſſim emittat & repetat. Conſtantinus poſtquam tertia appellatio Donatiſtarum apud ſe interpoſita eſſet, literaſque de rebus in Africa geſtis accepiſſet, a Probiano Æliani defuncti ſucceſſore per literas (quas nos infra ſubjungimus) petit Ingentium in Galliam tranſmitti, ut temere appellantes in omnium conſpectu refutari poſſent. Et quia negotium eccleſiaſticum erat: neque per ſe, neque per ſuos magiſtratus, ſed per epiſcopos judices illud definiri voluit: ideoque cum in Galliis moraretur, Arelate quæ eſt civitas Galliæ, concilium in cauſa Cæciliani habendum indixit, & ad illud plurimos epiſcopos per literas ejuſdem argumenti, (quarum exemplar eſt epiſtola Conſtantini ad Chreſtum ſupra poſita) ad ſingulos metropolitanos ſcriptas convocavit. Et, ne qui ſumptuum difficultate territi venire recuſarent, pro publico viatico aſſequendo a præſidibus provinciarum tractorias literas iiſdem dari ſcripto mandavit: de quo vide epiſtolam Conſtantini ad Ælafium ſupra.

*Locus habiti concilii Arelatenſis.*

Ad petitionem igitur imperatoris Conſtantini Arelate comparuerunt epiſcopi, non ut ſcribit Ado in chronico, ſexcenti, ſed ducenti dumtaxat illi, quos magna ex parte ſubſcriptos habes; e quorum numero Claudius & Vitus presbyteri, Eugenius & Cyriacus diaconi, nomine pontificis Silveſtri legationis munere fungentes, interfuerunt, & concilio præſederunt. Quod autem præter morem Conſtantinus imperator adhuc catechumenus eidem interfuerit, id ipſum propter Donatiſtarum turbas ac ſeditiones arcendas petiviſſe: patres vero propter cauſam concilii, qua non agebatur de fide, ſed de judicio Cæciliani, quod facti erat, conceſſiſſe videntur.

*Tractoriæ literæ epiſcopis datæ. De earum forma vide Baron. 314. n. 48. Numerus epiſcoporum. Silveſter per legatos interfuit.*

Hi omnes prædicto loco congregati, dum ex actis proconſularibus, quid in Africa apud Ælianum proconſulem in hac cauſa definitum fuerat, cognoviſſent, quidve Ingentius ſcriba de ſua & adverſariorum impoſtura confitebatur, coram ſinguli audiviſſent, Cæcilianum innocenter ſecundo accuſatum a calumnia adverſariorum ſchiſmaticorum eccleſiaſtico judicio ſecundo abſolvunt. Si autem judicium in Africa ſub Æliano proconſule habitum annumeretur, triplici ſententia condemnati, nequaquam fuerant audiendi; quia tamen imperator futurum ſperabat, ut imperatoriam majeſtatem veriti, ſuo judicio acquieſcerent & obtemperarent, ad ſchiſma Africanæ eccleſiæ evitandum, quartæ eorum appellationi contra jus & æquitatem deferens, cauſæ cognitionem ſuſcepit, & tandem poſt longam facti inquiſitionem, hoc quod ſupra definitum, eſt, confirmavit: quo eventu, videre eſt apud Baronium anno Chriſti 316. num. 61. & ſeqq.

*Qua ratione Conſtantinus adhuc catechumenus concilio huic interfuit. Acta hujus ſynodi quæ. Donatiſtæ ter condemnati appellant ad imperatorem.*

Cauſa Cæciliani abſoluta, quæ ad optimum eccleſiæ regimen pertinere videbantur, patres concilii canonibus ſupra poſitis decreverunt: quibus omnibus abſolutis, epiſcopi eadem munificentia ab imperatore dimiſſi ſunt, qua ad concilium convocati fuerant. Hæc ex S. Auguſtino epiſtola 68. Euſeb. lib. 10. cap. 5. & ex Optato Milevit., lib. contra Parmen. Baron. ann. 314. num. 21. & ſeqq. uſque ad num. 72. excluſive: item anno 316. num. 57. & ſeqq.

*Canones concilii quales.*

Hoc concilium a Donatiſtis depravatum & mutilatum fuiſſe, ex duplici cauſa colligimus; quarum prima eſt, quod Cæcilianus Carthaginenſis epiſcopus in hac ſynodo abſolutus, presbyter dumtaxat appelletur in ſubſcriptionibus. Secunda eſt quod octavo canone rebapatizantes Donatiſtæ condemnati, id de Arianis ſtatutum fuiſſe indicare voluerint. Baron. ann. 314. num 52.

*Hoc concilium a Donatiſtis depravatum.*

*b Celebratum.*) Hoc concilium in Gallia conſulibus Voluſiano & Anniano celebratum, anno Chriſti 314. qui eſt Silveſtri pontificis primus, & Conſtantini imperatoris nonus, habitum eſſe, ex faſtis conſularibus conſtat: quia cum conſulatu Voluſiani & Anniani, ſecundum veriorem temporis computationem, prædicti anni pontificis & imperatoris coincidunt. Unde quod paulo poſt " ſubjungitur, *circa annum domini trecenteſimum vigeſimum ſextum*, ab aliquo ſuperadditum fuiſſe certum eſt, cum exploratum ſit, acta etiam eccleſiaſtica non niſi conſulibus conſignari conſueviſſe. Nam ut anni a Chriſti adventu notarentur, a Dionyſio Exiguo primo factum eſſe, Beda de ratione temporum cap. 45. teſtatur.

*Tempus celebrati concilii Arelatenſis. " In editione Binii.*

*c Domino & ſanctiſſimo fratri Silveſtro.*) His verbis continetur inſcriptio & procemium illius ſinodalis epiſtolæ, quam epiſcopi, una cum canonibus a ſe ſtatutis ad Silveſtrum miſerunt, ut ea quæ ſtatuiſſent, ipſe auctoritate pontificia confirmaret, totique orbi obſervanda promulgaret, Integram vero ſynodicam epiſtolam vide ſupra.

*Quoto anno Chriſti nati celebratum ſit*

*d De obſervatione paſchæ.*) Hoc canone patres id quod hactenus per Romanæ eccleſiæ epiſcopos fieri conſuevit, denuo confirmarunt, nimirum, ut per Romanum pontificem definiretur, ejuſque literis ad univerſos Chriſtianos ſcriptis promulgaretur, quo potiſſimum tempore paſcha quolibet anno celebrandum foret, ne ex privatis diverſorum ſupputationibus illud diverſis temporibus celebratum, ſuſpicionem ſchiſmatis in eccleſia exorti præbere poſſet. Baron. n. 59. Dum autem Nicæni concilii tempore apud fideles diverſa ſupputatione deceptos, non iiſdem dominicis Paſcha celebrari contingeret, Ægyptiique peculiarem ſcientiam aſtrologiæ ſibi vindicarent, placuit ſanctæ ſynodo Nicænæ Alexandrino epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus imponere, ut illi ex officio, quo potiſſimum die ſingulis annis paſcha celebrandum foret, Romanæ eccleſiæ certiores redderentur. Hæc, quamdiu catholicæ communionis in eccleſia Alexandrina epiſcopi ſederunt, obſervata fuiſſe S. Leo epiſt. 64. teſtatur. Vide Baron. ann. 325. num. 110. & 111.

*Tempus celebrandi paſchatis Alexandrinus Romano pontifici ſcribebat: pontifex vero per totum orbem promulgabat*

*e De agitatoribus qui fideles ſunt*) Cum frequenter accideret, ut Chriſtiani qui in circenſibus ſpectaculis aurigæ & agitatores erant diverſarum factionum, in legem eccleſiaſticam peccantes, a communione catholica exciderent, eorumque quibus inſerviebant, factionibus ſeſe implicarent, ac demum inter ipſos fideles, pro diverſo affectu erga aurigas diverſæ factiones & ſtudia orirentur, ut conſtat ex iis quæ S. Hieronymus tradit in rebus geſtis S. Hilarionis: ad hæc omnia incommoda & pericula evitanda, S. Synodus noluit Chriſtianos in circo agitatores agere. Baron. nu. 6.

*Can. 4. Agitatores eſſe in ſpectaculis circenſib. Chriſtianis cur ſit interdictum.*

*f De his qui in infirmitate credere volunt*) Hic canon intelligendus eſt de manuum impoſitione ceremoniali illa, quæ in baptiſmo adhiberi ſolet. De qua Auguſtinus lib. 3. de unico baptiſmo c. 10. loquens ait. *Quid enim eſt aliud manus impoſitio, niſi oratio ſuper hominem*; Item illud ejuſdem Auguſt. lib. 2. de pecc. meritis & remiſſ. cap. 26. ubi ait: Catechumenos ſecundum quemdam modum ſuum per ſignum Chriſti, & orationem manus impoſitionis ſanctificari: Ut iiſdem manus impoſitio reconciliativa imponatur nefas eſt & plane illicitum.

*Can. 6. Catechumeni non per reconciliativam ſed per ceremonialem baptiſmi recipiendi*

*g De præſidibus qui fideles*) Hanc legem optimo rep. ſtatui utilem, qua ſchiſmatici atque hæretici a præfecturis, ceteriſque magiſtratibus penitus excludendi forent, ipſo Conſtantino imperatore auctore promulgatam eſſe, inde colligere licet, quod huic ſacro conventui imperator ipſe interfuerit, nihilque contradixerit. Vide Baron. præd. loco.

*Can. 7. Schiſmatici & hæretici a magiſtratibus arcentur.*

*h De Arianis qui pro lege ſua*) Occaſione Donatiſtarum, quoſvis ad ſe transfugas baptizatos, velut immundos & traditione pollutos rebaptizantium, hac ſynodo confirmatur id, quod ante ſtatutum fuit; nimirum eorum dumtaxat baptiſmum iterandum eſſe, qui non ea forma, qua ſolet uti eccleſia, per expreſſam ſcilicet ſacroſanctæ Trinitatis invocationem baptizati eſſent. Vide notas ad can. apoſt. 58.

*Can. 8. Donatiſtæ rebaptizabant*

*i De his qui confeſſorum literas*) De literis confeſſoriis & communicatoriis vide notas noſtras in vitam Sixti I. & ad concil. Eliberit.

*Can. 9.*

*k De his qui ſcripturas*) Optat. Milevit. lib. 1. contra Parm. ſcribit Donatum a Caſis nigris duplici de cauſa condemnatum fuiſſe; tum quod rebaptizaſſet, tum, quod epiſcopis lapſis manum impoſuiſſet, ſic ut in eccleſiæ communionem recepti, in functione & munere epiſcopali adhuc perſeverarent Quod cum Donatus ſchiſmaticus contra diſciplinam eccleſiaſticam facere præſumpſit, ne præſumptum ſcelus latius ſerperet, hanc regulam ſtatuerunt. Baron. præd. ann. num. 62.

*Can. 13. Donatus lapſos ad pœnitentiam & functionem epiſcopalem recipiens condemnatur.*

*l De his qui falſo accuſant.*) Cum patres concilii Cæcilianum & Felicem Aptungitanum calumniis circumventos fuiſſe, ex actis cauſæ coram ſe ventilatæ probe cognoviſſent, adverſus falſos accuſatores hoc decretum ediderunt.

*Canon. 14. Decretum adverſus falſos accuſatores epiſcoporum. Acta eccleſiaſtica chronologiæ nativitatis Chriſti a Dionyſio notari cœpta. Subſcriptiones Epiſcoporum tranſpoſitæ.*

*m Chreſtus epiſcopus.*) Ducentorum epiſcoporum, qui huic concilio, teſte Auguſt. adverſus Parmen. lib. 1.

lib. 1. cap. 5. interfuerant, nomina quædam hic ſubſcribuntur. Eadem vero prioribus editionibus conciliorum, ſecundæ Arelatenſi ſynodo præfixa fuerunt, ſed mendoſe & cum gravi errore. Nemo enim fere omnium epiſcoporum hic ſubſcriptorum ea tempora attigit, quibus Arelatenſe concilium ſecundum celebratum eſt. Canones in eo poſiti evidentiſſime oſtendunt, illud non modo poſt concilium Nicænum, verum etiam poſt hæreſim Photini emergentem, poſtque Vaſenſe concilium, celebratum eſſe; quo tempore epiſcopos omnes hic ſubſcriptos non ſupervixiſſe, certum eſt. Maternum Agrippinenſem annum Chriſti 346. Verum epiſcopum Viennenſem 337. non exceſſiſſe, ſucceſſorum tempora indicant: accedit, quod non tantum Maternus Colonienſis, ſed etiam Marinus Arelatenſis, Merocles Mediolanenſis, Probus Capuanus, Rheticius Auguſtodunenſis epiſcopi, Romano concilio ſub Melchiade habito anno 313. auctore Optato Milevitano libro primo contra Parmen. interfuiſſe conſcribuntur: ut ergo iidem Vaſenſi concilio interfuerint, credibile non eſt. Hæc eadem inſcriptione ibidem poſita confirmantur, quæ ſic habet; *Celebratum eſt idem concilium tempore beati Silveſtri*, &c. *Voluſiano & Anniano viris clariſſimis conſulibus*, anno nimirum undecimo ante Nicænum concilium.

Nominum ſubſcriptorum plurima mendoſa ſunt.

Nomina epiſcoporum mendoſe admodum ſubſcripta reperiuntur. Nam loco Meroclis epiſcopi Mediolanenſis, Oroſius; loco Probi epiſcopi Capuani, qui ſimul ambo Romano concilio ſub Melchiade, ut ex Optato Milevitano conſtat, interfuerunt, Proterius legitur. Et qui graviſſimus eſt error, loco Chreſti, habent Sixtum Syracuſanum epiſcopum, ut ex Luciano in Philop. patet: quaſi nimirum indecorum fuerit, proprio nomine, quod gentilibus æque uſitatum erat, aliquem Chriſtianum appellari: & pro Amanſio Rhemenſi epiſcopo, ac primogenito diacono, corrupte (ut apud Flodoardum lib. 1. c. 1. patet) habent Ibethanium ſeu Betauſium. Vide Baron. ann. 314. n. 51. Quod ſcribit Ado in chron. cum Mariano Arelatenſi Claudium Viennenſem huic concilio interfuiſſe, erroneum eſſe oſtenditur; quia Verus illius anteceſſor hic ſubſcriptus, legitur. Cauſam errandi error in tempore habiti concilii ſuppeditavit: putant enim tempore Niceni concilii primam Arelatenſem ſynodum celebratam fuiſſe. Vide Baron. num. 19.

## Notæ Frontonis Ducæi S. J.

In editione conciliorum Binii G. & L. anno 1618. publicata extant nonnullæ obſervationes ſeu potius variantes lectiones ex codicibus MSS. Tilianis Fabrianiſque, ſtudio atque opera R. P. Frontonis Ducæi, quas prætermiſit collector regius, quod pleraſque earum R. P. Jacobus Sirmondus in ſuam editionem tranſtuliſſet, iiſdem uſus ac longe pluribus libris calamo exaratis tota Gallia maximo ac pertinaci multorum annorum ſtudio conquiſitis. Verum omitti non debuerat ſequens obſervatio.

c. 21. *Si tamen non potuerint ſeptem*.) Non potuerint, intra tres non audeant ordinare. Ita Til. Fab. Hoc nimirum eſt quod in tertio canone apoſtolorum legitur: [illegible] *epiſcopus a duobus aut tribus epiſcopis ordinetur*; in quem locum Zonaras admonet quartam canonem primæ ſynodi Nicææ coactæ definire; [illegible] *creandum eſſe epiſcopum ab omnibus epiſcopis provinciæ, vel ſaltem tribus, ceteris etiam per ſcripta conſentientibus*. Itaque videtur Nicænum canonem de ſola electione accipere, quemadmodum & Theodorus Balſamon; ſed vetus tamen interpres [illegible] *ordinationem* in illo quarto canone concilii Nicæni, & Epiphanius Scholaſticus lib. 9. c. 16. hiſt. Tripartitæ [illegible], *ut celebrent ordinationes*, ex libro 5. c. 9. Theodoreti, apud quem citatur a patribus Conſtantinopolitanis idem canon. Gratianus diſt. 65. conjungit illum cum altero pari concilii Carthaginenſis ſecundi c. 12. Tres epiſcopi cum primatis præcepto ordinare debeant epiſcopum. Vide canonem 5. Arelatenſis ſecundi. *Hæc ille, quæ viſa ſunt non omittenda.*

## Notæ Gabr. Albaſpinæi Ep. Aur.

### *AD CANON. III. CONCILII ARELATENSIS I.*

Metaphoricos, ſeu tranſlatione quadam ſumpta non exiſtimarim, ut quibuſdam placet interpretibus verbum hoc *arma* poni, ſed ut imperatoria Conſtantini benevolentia conciliaretur, qui forte conquerebatur plurimos ſpecie, ſeu obtentu religionis militiam ſubterfugere, & ab armis capiendis revocari. Nam non pauci difficillimis illis ante Conſtantinum temporibus, quibus eccleſia divexaretur, militiam deſerebant, eamque ut odioſam averſabantur, & detrectabant; quod pene impoſſibile eſſet extra noxam militare, & militibus ſatis unquam cavere, quin aliquam in idololatriæ ſpeciem impingerent, cum militiæ munia & officia fungerentur: Ut igitur a contemptu belli armiſque fugiendis reddita eccleſiæ pace adducerentur Chriſtiani, patres proſpexerunt tempore pacis eccleſiæ & imperatorum Chriſtianorum ne militare deſinerent: quando illæſa fide ſtipendia in caſtris Chriſtianorum imperatorum merere poſſent. Idem etiam ſtatuerunt patres ut inde intelligerent, & conjecturam facerent imperatores fore, ut ſi crudelius in eccleſiam ſævirent ipſorum edicto, in bellis gerendis milites non obtemperaturos. Itaque patres hoc canone, ut imperatori Chriſtiano obſequerentur, & non ſolum ab eccleſia, ea quæ ad animi ſalutem, ſed etiam ad imperium ſtabiliendum attinerent, conſequeretur, omnia illa reſciderunt decreta, quibus Chriſtiani a militia revocabantur.

*In pace.*) Eccleſiæ ſcilicet, & poſitis perſecutionum procellis.

*Abſtinere a communione.*) Pauco tempore a ſocietate fidelium abſtineant: levis caſtigatio intelligitur, cum ejus modus & tempus non apponuntur.

### *AD CANON. VI. EJUSDEM CONC.*

Baptizati in infirmitate confirmandi ſunt: de hujus canonis explicatione plura dicuntur in canone trigeſimo nono concilii Elibertini.

### *AD CANON. VII. EJUSDEM.*

Nonnulli hunc canonem de ſchiſmaticis & hæreticis interpretantur, eoque ſtatutum putant, ut a reipublicæ adminiſtratione excludantur: quorum explicationi, etſi auctoritate ſua plurimum apud me valeant, ſubſcribere nequeo; quod ne verbo quidem de ſchiſmaticis & hæreticis illo in canone agatur, aut quidquam aliud quod probabilem hujuſce ſenſus inducat ſuſpicionem reperiatur. Deinde ſi quis ea tempora velit conſulere, atque animo repetere, quo anno Conſtantini, quibuſve conſulibus hæc lex ſit lata, nondum annos quinque aut ſex fuiſſe, cum ipſe Conſtantinus a falſa deorum religione receſſiſſet: ab ethnicis & gentilibus præſidibus, non ſolum ſub Conſtantino; ſed etiam multo poſt eundem Conſtantinum a proconſulibus Ethnicis rempublicam, & provincias ipſas eſſe adminiſtratas, ſatis erit, ut ab ejuſmodi explicatione deſciſcat. Poſtremo quæro, quam veriſimile ſit patres, qui in illa aderant provinciali ſynodo, ſuffragiis ſuis aliquid ſanxiſſe, cujus obſervatio in eorum non eſſet, ſed in principis poteſtate. Ne quis ſchiſmaticus, aut hæreticus quamvis eſſet provinciæ præſes ceterorum communioni ſociaretur, decernere quidem & merito poterant; ſed eo quod quiſpiam eſſet hæreticus ut a reipublicæ adminiſtratione removeretur, principis non eccleſiæ erat judicium: illius profecto erat imperium præſidibus abrogare, non eccleſiæ.

Quod vero rem cauſamque hujuſce canonis continet, eſt quod eccleſiam noſtri majores tam prudenti conſilio temperabant, ut nullus omnino proficiſci poſſet extra ſuam diœceſim ſine literis communicatoriis, ne fieret communio paſſiva, & qui in una diœceſi eſſent excommunicati, in alia communionem adſecuti, Chriſti corpus & gregem inficerent, *Statuat gravitas veſtra, ut unuſquiſque clericus vel laicus, non communicet in aliena plebe, ſine literis epiſcopi ſui. Gratus epiſcopus dixit, niſi hoc obſervatum fuerit communio fiet paſſiva.* Canone 41. concilii Laodicenſis, *Non oportet miniſtrum altaris, vel etiam laicum*

*cum ſine canonicis literis, id eſt formata, alicubi proficiſci*. Canone ſeptimo Antiocheni, can. 52. Agathenſis, can. 58. concilii Eliberini. Quod cum ita ſit, ſuſpicari neceſſe eſt nobiles & potentes viros, poſtquam alicui provinciæ præfecti (nam patriæ ſuæ præeſſe præfecturamque adſequi nemini concedebatur) eamque adepti eſſent, non ſolum hanc de communicatoriis literis legem, ſed etiam epiſcoporum, in quorum diœceſi ſita eſſet urbs præcipua provinciæ, authoritatem ſpreviſſe. In quos hoc canone animadvertitur, jubenturque cum ejuſmodi literis in provinciam proficiſci, & epiſcopo provinciæ morem gerere: ſed hæc hujuſce canonis verba brevi illuſtratione lubet perſtringere.

*Qui ad præſidatum impetu proſiliunt*) Chriſtiani quamvis genere inſignes & optimis eſſent familiis nati, a cujuslibet magiſtratus, aut muneris publici petitione abhorrebant, credo propterea quod provinciæ ſibi impoſitæ, atque officio ſatisfacere vix potuiſſent illis temporibus, quin ſeſe idolorum ritibus paganorumque ceremoniis inquinaſſent, aut in aliquod idololatriæ negotium impegiſſent. Quomodo enim fidem per deos, perque Cæſarum ſalutem, ipſis Cæſaribus obſtringere, ſacris deorum intereſſe, ludos dare, ſpectacula edere, militiæ præeſſe & ceteris, quibus ne provinciæ & muneri deeſſe viderentur defungi tenebantur, inviolata & incorrupta fide & religione Chriſtiana potuiſſent? Tertullianus de idololat. cap. 17. *Hinc proxime diſputatio ſuborta eſt, an ſervus Dei, alicujus dignitatis aut poteſtatis, adminiſtrationem capiat, ſi ab omni ſpecie idololatriæ intactum ſe, aut gratia, aut aſtutia etiam præſtare poſſit: ſecundum quod & Joſeph & Daniel mundi ab idololatria, & dignitatem & poteſtatem adminiſtraverunt, in ornamento & purpura extitere totius Ægypti, ſive Babyloniæ. Credamus itaque ſuccedere alicui poſſe, ut in quoquo honore, ut in ſolo honoris nomine incedat, neque ſacrificet, neque ſacrificiis authoritatem ſuam accommodet, non hoſtias litet, non curas templorum deleget, non vectigalia eorum procuret, non ſpectacula edat de ſuo, aut de publico, aut edendis præſit: nihil ſolemne pronunciet vel edicat, ne juret quidem. Jam vero quæ ſunt poteſtatis, neque judicet de capite alicujus vel pudore (feras enim de pecunia) neque damnet, neque prædamnet, neminem vinciat, neminem recludat aut torqueat: ſi hæc credibile eſt fieri poſſe*. Item, *Nam dæmonia magiſtratus ſunt ſæculi hujus; unius collegii inſignia faſces & purpuras geſtans*. Item, *Tu ſi diaboli pompam ejeraſti, quicquid ex ea attigeris, id ſcias eſſe idolo' & iam, vel hoc te commonefaciat, omnes hujus ſæculi poteſtates dignitates non ſolum alienas, verum & inimicas Dei eſſe, quod per illas adverſus Dei ſervos ſupplicia conſulta ſunt, per illas & pœnæ ad impios paratæ irrogantur*. Eodem concilii Eliberini canones referendi 2. 3. 4. 55. 56. *Magiſtratum vero anno quo agit duumviratum prohibere placet, ut ſe ab eccleſia prohibeat*, quia ſcilicet Chriſtiani præſides vel ſacerdotes, etſi ſub imperio Conſtantini a ſacrificiis & ſolennitatibus publicis ſeſe abſtinere poſſent, nihilominus officium ſuum nequaquam adimplere poterant, quin idololatriæ inſervirent aut faverent: Innocentius primus epiſtola 3. canone 11. *Præterea frequenter quidam ex fratribus noſtris curiales, vel quibuslibet publicis functionibus occupatos, clericos facere contendunt, quibus poſtea major triſtitia, quum de revocandis eis aliquid ab imperatore præcipitur, quam gratia naſcitur de accito. Conſtat enim eos in ipſis muniis etiam voluptates exhibere quas a diabolo inventas eſſe non dubium eſt, & ludorum vel munerum apparatibus, aut præeſſe, aut forſitan intereſſe. Sit certe in exemplum & ſolicitudo & triſtitia fratrum, quam ſæpe protulimus, imperatore præſente, cum pro his ſæpius rogaremus, quam ipſe nobiſcum poſitus cognoviſti, ex quibus non ſolum inferiores clerici ex curialibus: verum etiam in ſacerdotio conſtituti ingens moleſtia, ut redderentur, inſtabat*. Ob hanc cauſſam, in illos conſtitutum eſt hoc judicium canonis 56. Quæ cum perſpicua facta ſint, redeo nunc ad explicationem canonis noſtri. Quidam igitur ambitione adducti, aut imperitandi gloria obcæcati, nulla religionis habita ratione magiſtratum petebant & prenſabant; hunc eſſe ſenſum horum *ad præſidatum impetu proſilire*, præter ea quæ adduximus, quæ ſequuntur plurimum ut credam efficiunt, *ut cum cœperint contra diſciplinam publicam agere*, quaſi velit dicere eos impetu, & contra diſciplinam Chriſtianam provinciam petiiſſe, quod A in ejus adminiſtratione, ita ſeſe gerere non poſſent quod adverſus diſciplinam publicam aliquid facerent: ita tamen qui peregrinabantur ſi literis communicatoriis, quaſi fidei teſſeram & ſymbolum oſtenderent, ut fratres & fideles quocumque tranſirent, excipiebantur, nihilominus a nullo poterant corrigi, aut abſolvi, & ſi in peregrinatione quicquam animadverſione dignum commiſerant, ad proprium remittebantur epiſcopum; propterea ajunt patres hoc canone *ita tamen*, id eſt, ſi litteras deferant communicatorias: tamen quia diutius in provincia remanere debent, epiſcopis locorum ſubjecti ſunto.

Verum aliam inſtitui apud me horum verborum, *de præſidibus qui fideles ad præſidatum impetu proſiliunt*, ſententiam quærere: quia hæc non ſatis mihi commoda videbatur. Hæc igitur verba ad canonis titulum, non ad ipſum canonem, pertinent; atque hunc, uti opinor, ſenſum habere deprehen- B duntur, de præſidibus qui contra regulam eccleſiaſticam, non acceptis a ſuo epiſcopo, ut mos erat, literis communicatoriis, impetu quodam ad præfecturas proficiſcuntur. Hæc enim verba *impetu proſiliunt*, ſic intelligo per ſaltum, non habita diſciplinæ eccleſiaſticæ ratione; quemadmodum hodie dicimus eos per ſaltum ad ordines promotos eſſe, qui omiſſa tonſura quam vocant, ad ſuperiores gradus adlecti ſunt.

*Qui fideles*, hoc eſt, ſi ſunt fideles, quia ſi eſſent catechumeni, aliter erant puniendi:

## AD CANON. XIII. EJUSDEM CONC.

Canon hic tripartito dividendus eſt, ut ejus ſententia perſpiciatur, & quid eo tandem ſtatuatur expiſcari poſſimus. Prima parte docent patres qui perſecutionum temporibus vaſa ſacra aut ſcripturas C ſanctas tradiderant, vel Chriſtianos traduxerant, ut ait Tertullianus, & ad magiſtratus & præſides detulerant, a gradu & eccleſia deturbandos eſſe; ſi actis publicis non teſtimoniis ad eoſdem hæc ipſa crimina pertinere dignoſcantur. Altera a traditoribus ejuſmodi epiſcopis, etſi quidam eſſent ordinati, ordinationem tamen valere, ſi nihil aliud commeruiſſent. Tertio, admittendum eſſe neminem ad aliquem accuſandum, niſi actis publicis non teſtibus doceret vera eſſe quæ intentaret, quomodo autem docere poſſet actis publicis, accuſationem ſuam omni ſuſpicione vacare, dicetur poſtea.

Omnis Africa duplici malo & calamitate eodem pene tempor puncto pervaſtata & dilacerata fuit: vix enim perſecutiones deſierant, redditaque pace fruebatur, cum repente ſchiſmatis rabies & diſcordia ſucceſſit, quæ eam non minus quam lapſorum & proſtratorum acervi afflictavit & oppreſſit: Op- D tatus lib. 1. *& quoniam traditionis reos principes veſtros fuiſſe monſtratum eſt, conſequens eſt eoſdem fuiſſe authores ſchiſmatis*: ita Africæ eccleſia in duas factiones diſceſſit, & quoniam tanta contentione & partium libidine in ſeſe invicem inveherentur, ſtatuerunt patres Arelatenſes, ut nemo deponeretur ob ea crimina, quæ dum agitaretur eccleſia, & in eam ſævirent imperatores, facta dicebantur, niſi ea actis publicis (ne ſcilicet falſis teſtibus locus daretur) probarentur.

*Scripturas ſanctas*, Optatus, *inſtrumenta divinæ legis impie tradiderunt ex actis publicis*, delationes libellis & actis publicis præſidum inſerebantur: ex quibus patres probationem eorum quæ objiciebantur petendam eſſe volunt; non vero ex teſtibus: vel acta publica ea poſſunt intelligi, non ſolum quæ a judicibus, ſed etiam quæ ab eccleſia componebantur: de quibus loquitur Optatus. *Sicut ſcripta Nun-* E *dinarii tunc diaconi teſtantur, & vetuſtas membranarum teſtimonium perhibet, quas dubitantibus proferre poterimus*.

*Non verbis nudis*, non nudis teſtimoniis.

*Si iidem*, epiſcopi qui perſecutionum tempore fratres tradiderant.

*Ratio ſubſiſtit*, nihil aliud contra eos qui ordinati ſunt afferatur, quam ordinantis peccatum.

*Non obſit illis ordinatio*, non illis obſit, quod a traditore aut lapſo ordinati ſunt, maneant in gradu & officio.

*Contra regulam eccleſiaſticam*, teſtes ſubornant, quod prohibitum eſſet.

*Actis publicis docuerint omni ſe ſuſpicione carere*. Hoc eſt, probaverint per acta publica, eum quem accu-

accuſarent crimen admiſiſſe, quod objiceretur, puta A vaſa dominica, ſcripturas aut fratres tradidiſſe (ad ea enim quæ in perſecutionibus evenerant totus canon eſt referendus) non enim aliter is qui accuſaret actis publicis a ſuſpicione ſe procul eſſe poterat docere, niſi iiſdem actis reum eum faceret, quem criminaretur, puta proferendo ipſa acta publica eccleſiæ aut præſidum, quæ teſtarentur, criminis poſtulatum fratres olim tradidiſſe & detuliſſe.

### *AD CANON. XVII. EJUSDEM CONC.*

Conculcare in hoc canone meo quidem judicio idem plane eſt atque id quod dicitur, can. 10. concil. Carthag. primi, *Ne quis tranſcendat epiſcopum collegam ſuum*, hoc eſt involare in vicini ſui diœceſim, eique parœcias præripere, quod undecimo canone Carthag. ſecundi, *Pulſare diœceſim & plebes alterius*. Et can. 20. tertii Carthag. *Supergrediatur* B *in diœceſi collegam ſuum*.

### *AD CANON. XXIII. EJUSDEM CONC.*

Apoſtatæ qui nullo metu mortis ad eccleſiam revertuntur, poſt decem annos ea ætate ad communionem admittebantur, can. 46. concilii Eliberini: qui vero futuri judicii timore potius quam peccatorum dolore eam peterent, ne quidem in morte ex hoc canone reconciliabantur.

*Epiſtolæ quarum ſupra verbo, concilium, meminimus.* [a]

## EPISTOLA CÆCILIANI AD FELICEM.

*Cæcilianus parenti Felici ſalutem.*

CUM Ingentius collega meus Augentianum amicum ſuum conveniret, & inquiſiſſet anno duoviratus mei, an aliquæ ſcripturæ legis veſtræ ſecundum ſacram legem adustæ ſunt, quam Galatius unus ex lege veſtra publice epiſtolas ſalutatorias de baſilica protulerit. Opto te, parens cariſſime, bene valere.

a inquit Binius. Extat apud Baron. ann 314. n. 22

## EPISTOLA CONSTANTINI AD [b] Probianum, qua petit Ingentium ad ſe tranſmitti.

*Imperatores Cæſares, Flavius Conſtantinus Maxi-* D *mus & Valerius Licinius, ad Probianum proconſulem [c] Africæ.*

ÆLianus prædeceſſor tuus merito, dum vir perfectiſſimus Verus vicarius præfectorum tunc per Africam veſtram incommoda valetudine teneretur, ejuſdem partibus functus, inter cetera etiam id negotium, vel invidiam, quæ de Cæciliano epiſcopo eccleſiæ catholicæ videtur eſſe commota, ad examen ſuum atque juſſionem credidit eſſe revocandam. Etenim cum jam Superium centurionem, & Cæcilianum magiſtratum Aptungitanorum, & [d] Saturninum excuratorem, & [e] Calibium juniorem ejuſdem civitatis curatorem, atque Solonem ſervum pu- E blicum ſupraſcriptæ civitatis, præſentes eſſe feciſſet, audientiam præbuit competentem: adeo ut cum Cæciliano fuiſſet objectum, quod a Felice eidem epiſcopatus videretur eſſe delatus, cui divinarum ſcripturarum proditio atque exuſtio videretur objecta; innocentem de eo Felicem fuiſſe conſtiterit. Denique cum Maximus Vigentium *, decurionem Ziquenſium civitatis, epiſtolam Cæciliani ex divino jure falſaſſe contenderet: eumdem ipſum Vigentium ſuſpenſum actis quæ ſuberant pervidimus, & ideo minime tortum, quod ſe decurionem Ziquenſium civitatis aſſeveraverit. Unde volumus, ut eumdem ipſum Vigentium ſub idonea proſecutione ad comitatum meum Conſtantini Auguſti mittas; ut illis qui impræſentiarum agunt, atque diuturnis diebus interpellare non deſinunt, audientibus, & coram aſſiſtentibus apparere & intimari poſſit, fruſtra eos Cæciliano epiſcopo invidiam comparare, atque adverſus eum violenter inſurgere voluiſſe. Ita enim fiet, ut omiſſis, ſicut oportet, ejuſmodi contentionibus, populus ſine diſſenſione aliqua religioni propriæ cum debita veneratione deſerviat.

b is eſt Petronius Probianus de quo in C. Theod. tit. de appellationibus.
c anno Chriſti 315.
Extat apud Auguſt. ep 68. & Baron. ann 314. n. 30. videndus quoque Optatus lib. 1 & lib 3 S Aug adv. Creſconium.
d Stationarium. alias dicitur Claudius ſeu Calidus Saturnianus Calidium Gratianum
* Ingentium

*Quinque aliæ epiſtolæ eodem ſpectantes, ex appendice ad 7. libros Optati Milevitani ep. contra Parmenianum.*

### I.

*Epiſtola Conſtantini ad epiſcopos partis Donati deſuper nomine Cæciliani.*

## CONSTANTINUS AUGUSTUS EPISCOPIS.

ANte paucos quidem dies juxta poſtulatum veſtrum hoc mihi placuerat, ut ad Africam [a] reverteremini, ut illic omnis cauſa, quæ vobis adverſus Cæcilianum competere videtur, ab amicis meis quos elegiſſem, cognoſceretur, C atque finem debitum reciperet, &c. ſupra pag. 441. A.

a Hanc epiſtolam ſub Melchiade collocat Binius, verum poſt concilium Arelatenſe ſub Silveſtro ſcriptam longe probabilius eſt anno 315.

### II.

*Ubi promittit Conſtantinus ad Africam ſe venturum, ut inter Cæcilianum & Donatum de ſchiſmate in Africa facto judicet.*

## CELSO VICARIO [b] AFRICÆ.

PErſeverare Menalium [c] eum quam jamdudum ſuſceperat inſania ceteroſque qui a veritate Dei digreſſi errori ſe praviſſimo [d] dederunt, proxima etiam tuæ gravitatis ſcripta teſtata ſunt, quibus inhærentem te juſſioni noſtræ [e] de merito ſeditionis ipſorum, eoque tumultu quem apparabant, inhibitum eſſe memoraſti, frater cariſſime. Unde quoniam ex eo patuit ipſos nefarias res cogitaſſe, quod cum ſtatuiſſem inter ipſos & Cæcilianum pleniſſime ſuper allegationibus diverſis requirere, præſentiæ meæ [f] ſuſceptam fugam ſubtrahere laboraverunt, hoc ipſo turpiſſimo facto confeſſi ad ea ſe redire properare, quæ & antea fecerant & nunc agere perſeverant: at cum conſtet minime unumquemque propria penitus delicta lucrari, etiamſi pauliſper eorum fuerit coercitio dilata, mandandum gravitati tuæ duxi, ut interim quidem eoſdem omittas, & diſſimulandum ſuper ipſos eſſe cognoſcas. Verum lecta hac epiſtola, tam Cæciliano quam iiſdem palam facias, quod cum favente pietate divina Africam venero, pleniſſime univerſis tam Cæciliano, quam his qui contra eum agere videntur lecto dilucido judicio demonſtraturus ſum, quæ & qualis ſummæ divinitati ſit adhibenda veneratio & cujuſmodi cultu delectari videatur adhibito etiam diligenti examine ea quæ nunc aliqui exinde [g] inlecebris mentis ignorantiæque occultare ſe putant: pleniſſime ſum repertурus atque in lucem facturus venire. Eaſdem perſo-

b anno Chriſti 316.
c in ea
d dediderant.
e temeritate
f ſe ſuſcepta fuga.
g in tenebris,

perſonas quæ res iſtiuſmodi concitant, faciuntque, ut non cum ea qua oportet veneratione ſummus Deus colatur, perdam atque diſcutiam. Cumque ſatis clareat neminem poſſe beatitudines martyris eo genere conquirere quod alienum a veritate religionis & incongruum eſſe videatur eos quos contra fas & religionem ipſam recognovero reoſque violentes competentis venerationis deprehendero ſine ulla dubitatione inſaniæ obſtinationiſque temerariæ faciam merita exitia perſolvere. Scire itaque pro certo quæ habere debeant, ad pleniſſimam fidem ſalute etiam teſte invocata, quod tam ſuper plebe quam ſuper clericis his qui primi ſunt, ſum diligentiſſime quæſiturus, idque judicaturus quod veriſſimum & religioſiſſimum eſſe manifeſtum B ſit: demonſtraturus etiam iiſdem, qui & qualis divinitati cultus adhibendus ſit. Nam nequaquam me aliter maximum reatum effugere poſſe credo, quam ut hoc, quod improbe ſit, minime exiſtimem diſſimulandum: cum nihil potius a me agi pro inſtituto meo ipſiuſque principis munere oporteat, quam ut diſcuſſis erroribus omnibuſque temeritatibus amputatis, veram religionem univerſos concordemque ſimplicitatem atque meritam omnipotenti Deo culturam præſentare perficiam.

III.

C *Exemplum epiſtolæ præfectorum palatio ad Celſum Vicarium.*

PETRONIUS, ANNIANUS ET JULIANUS

*Domitio Celſo vicario Africæ.*

QUoniam Lucianum, Capitonem, Fidentium & Naſutium epiſcopos & Mammarium presbyterum, qui ſecundum cæleſte preceptum domini Conſtantini maximi, invicti ſemper Auguſti, ad Gallias cum aliis legis ejus hominibus venerant, dignitas ejus ad lares proprios venire præcepit, angarialem his cum annonaria competentia uſque ad Arelatenſem portum, ſecundum imperatum æternitatis ejuſdem clementiſ- D ſimi principis dedimus, frater, qua inde Africam navigent. Quod ſolertiam tuam literis noſtris ſcire conveniat. Optamus te, frater, feliciſſimum bene valere. Hilarius princeps obtulit IV. Kalendas Maias. Triberis.

IV.

*Exemplum epiſtolæ Conſtantini ad Catbolicam.*

*CONSTANTINUS AUGUSTUS UNIVERSIS epiſcopis per Africam, & plebi eccleſiæ catbolicæ.*

QUod fides debuit, quantum prudentia valuit, prout puritas potuit, tentaſſe me per E omnia humanitatis & moderationis officia optime ſcitis, ut, juxta magiſteria legis noſtræ, pax illa ſanctiſſimæ fraternitatis, cujus gratiam Deus ſummus famulorum ſuorum pectoribus immiſcuit, ſtabilita per omnem concordiam teneretur. Sed quia vim illam ſceleris infuſi, paucorum licet, ſenſibus pervicaciter inhærentem, intentionis noſtræ ratio non potuit edomare, favente adhuc ſibi huic nequitiæ patrocinio, ut extorqueri ſibi omnia non ſinerent, in quo ſe deliquiſſe gauderent. Spectandum nobis A eſt, dum totum hoc per paucos ſedit, in populum omnipotentis Dei miſericordia mitigetur. Inde enim remedium ſperare debemus, cum omnia bona vota, & facta referuntur. Verum dum cœleſtis medicina procedat, hactenus ſunt conſilia noſtra moderanda, ut patientiam percolamus, & quidquid inſolentia illorum pro conſuetudine intemperantiæ tentat aut facit, id totum tranquillitatis virtute toleremus. Nihil ex reciproco reponatur injuriæ: vindictam enim, quam Deo ſervare debemus, inſipientis eſt manibus uſurpare: maxime cum debeat fides noſtra confidere, quidquid ab hujuſmodi hominum furore patietur, martyrii gratia apud Deum eſſe valiturum. Quid eſt enim aliud in hoc ſæculo in B nomine Dei vincere, quam inconditos hominum impetus quietæ legis populum laceſſentes, conſtanti pectore ſubſtinere? Quod ſi obſervaverit veſtra ſinceritas, cito videbitis per gratiam ſummæ divinitatis, ut langueſcentibus eorum inſtitutis vel moribus, qui ſe miſerrimæ contentionis vexillarios præbent, ſciant omnes non debere ſe paucorum perſuaſione pereuntes ſempiterno letho dare, quo poſſint pœnitentiæ gratia, ſemper vitæ æternæ, correctis erroribus ſuis, integrati. Valete voto communi per ſæcula jubente Deo, fratres cariſſimi.

V.

*Exemplum epiſtolæ Conſtantini, cum ſcripto epiſcoporum Numidarum: ubi heretici tulerunt baſilicas, ut ad aliam baſilicam faciendam ſibi locum, vel domum eis dent.*

*CONSTANTINUS VICTOR MAXIMUS ac triumphator ſemper Auguſtus, Zeuzio, Gallico, Victorino, Sperantio, Januario, Felici, Creſcentio, Pantio, Victori, Babbutio, Donato epiſcopis.*

CUM ſummi Dei, qui hujus mundi auctor & pater eſt, cujus beneficio vitam carpimus, cœlum ſuſpicimus, humana etiam ſocietate gaudemus, hanc voluntatem eſſe conſtet, ut omne humanum genus in commune conſentiat, & quodam ſocietatis affectu quaſi mutuis amplexibus glutinetur: non dubium eſt hæreſes & ſchiſma a diabolo, qui caput eſt malitiæ, proceſſiſſe. Et ideo quidquid ab hæreticis geritur, ejus inſtinctu fieret, qui eorum ſenſus, mentes, cogitationeſque poſſidet, nulla dubitatio eſt. Nam cum ejuſmodi homines in ſua poteſtate redegerit, iiſdem uſquequaque dominatur. Quid autem boni efficere inſanus, perfidus, inreligioſus, profanus, Deo contrarius, eccleſiæ ſanctæ inimicus poteſt, qui a Deo ſancto, vero, juſto, ſummo, atque omnium domino recedens qui nos conſtituit & in hac luce produxit, qui ſpiritum ad vitam, quam carpimus, dedit, & qui nos id quod ſuum eſſe voluit, & omnia ſua voluntate perfecit, ad diaboli partem prono errore decurrit? Sed quia ſemel poſſeſſus animus a malo, neceſſe eſt doctoris ſui operibus inſtare, ea perficiat quæ æquitati & juſtitiæ contraria videantur, idcirco, hi qui a diabolo poſſeſſi ſunt, ejus falſitati & nequitiæ obſequuntur. Non autem miratum eſt a bonis improbos, diſcedere. Nam ſic recte proverbio ſignatum eſt, pares cum paribus congregari: qui malo impiæ mentis infecti ſunt, neceſſe eſt a noſtra ſocietate diſſideant. Homo ſiquidem malus ut ſcriptura loquitur, de malo theſauro pro-

fert mala: bonus vero ex bono profert bonum. Sed quia, ut dictum eſt, hæretici & ſchiſmatici, qui bonum relinquentes & malum ſectantes, ea perficiunt quæ Deo diſpliceant, diabolo, qui eorum pater eſt, adprobantur adhærere, rectiſſime & ſapienter gravitas veſtra facit, & ſecundum ſanctum fidei præceptum, ab eorum perverſis contentionibus temperando, & iiſdem remittendo quod idem ſibi indebitum atque alienum uſurpare contendunt: ne, ſicuti eſt eorum perverſitas maligna & perfida, ad ſeditiones uſque prorumperent, & inter turbas atque concentus ſui ſimiles incitarent, atque ita aliquid exiſteret, quod ſedari non oporteret. Sceleratum quippe eorum propoſitum ſemper requirit diaboli opera perficere. Et ideo cum a ſacerdotibus Dei per patientiam cum ipſo ſuo patre * ſuperant: ſibi hi qui cultores Dei ſummi gloriam; illi vero damnationem comparant, & condigna ſupplicia. Ex hoc quippe majus Dei ſummi exiſtat juſtiuſque judicium, quod eos æquo animo tolerat, & patientia condemnat, his omnia quæ ab ipſis proceſſerunt, ſuſtinendo. Deus ſiquidem ſe omnium vindicem promiſit. Et ideo cum vindicta Deo permittitur, acrius de inimicis ſupplicium ſumitur. Quod vos nunc famulos & ſacerdotes Dei libenter feciſſe cognovi, & ſatis gratulatus ſum, quo de impiis & ſceleratis, ſacrilegis & profanis, perfidis & irreligioſis, & Deo ingratis, & eccleſiæ inimicis nullam vindictam poſcitis, & ut idem potius ad veniam pertineant, poſtulatis. Hoc eſt vere ac penitus Deum noſſe, hoc eſt præceptis inſiſtere, hoc eſt feliciter credere, hoc eſt vere ſentire, hoc eſt ſcire, quod major vindicta in contrarios eccleſiæ provocetur, cum iiſdem in ſæculo parcitur. Accepta igitur epiſtola ſapientiæ & gravitatis veſtræ, comperi hæreticos ſive ſchiſmaticos eam baſilicam eccleſiæ catholicæ, quam in Conſtantina civitate juſſeram fabricari, ſolita improbitate invadendam putaſſe, & frequenter tam a nobis quam a judicibus ex noſtra juſſione commonitos, & reddere, quod ſuum non erat, noluiſſe, vos autem imitatores patientiæ Dei ſummi, eorum malitiæ placida mente, ea quæ veſtra ſunt, relinquentes, & potius locum vobis invicem alium fiſcalem ſcilicet poſcere. Quam petitionem, more inſtituti mei, libenter amplexus ſum, & ſtatim ad rationalem competentes dedit, ut domum bonorum noſtrorum tranſgredi faciat, cum omni jure ſuo, ad domum eccleſiæ catholicæ, quam prompta liberalitate donavi, ac vobis tradi protinus juſſi. In quo tamen loco ſumptu fiſcali baſilicam erigi præcepi, ad conſularem quoque ſcribi mandavi Numidiæ, ut ipſe in ejuſdem eccleſiæ fabricatione in omnibus ſanctimoniam veſtram juvaret. Lectores etiam eccleſiæ catholicæ, & hypodiacones, reliquos quoque inſtinctu memoratorum quibuſdam pro moribus ad munera, vel ad decurionatum vocati ſunt, juxta ſtatutum legis meæ ad nullum munus ſtatui evocandos. Sed & eos, qui ducti ſunt hæreticorum inſtinctu, juſſimus protinus moleſtis perſunctionibus abſolvi. De cetero etiam legem meam ſuper eccleſiaſticos catholicos datam cuſtodiri, mandavi: quæ omnia ut veſtræ patientiæ palam fierent, harum literarum teſtificatione perſcripta ſunt. Et utinam quidem hæretici vel ſchiſmatici aliquando ſuæ ſaluti providerent, & deterſis eorum tenebris ad viſionem veræ lucis oculos aperirent, & a diabolo ſecederent & ad Deum qui unus & verus, qui omnium judex eſt, vel ſero confugerent. Sed quia conſtat eos in ſua malitia manere, & in ſuis facinoribus mori velle, ſufficit iiſdem commonitio noſtra, & præcedens aſſidua cohortatio. Si enim juſſionibus noſtris obtemperare voluiſſent, ab omni malo liberarentur. Nos tamen, fratres, ſequamur quæ noſtra ſunt, mandatis inſtemus, cuſtodiamus divina præcepta, ex bonis actibus vitam noſtram ab erroribus vindicantes; favente Dei miſericordia, per rectum limitem dirigamus.

---

## INCIPIUNT GESTA, QUIBUS [a] conſtat traditorem Silvanum, qui cum ceteris ordinavit Majorinum, cui Donatus ſucceſſit.

[a] Ex eadem appendice ad Optati libros

CONſtantino maximo Auguſto & Conſtantino juniore nobiliſſimis Cæſarib. [b] conſſ. Idibus Decembribus. Sexto Thamugudienſi inducto, & applicito Victore grammatico, adſiſtente etiam Nundinario diacono, Zenofilus vir clariſſimus conſularis dixit, Quis vocaris? Reſpondit, Victor. Zenofilus V. C. conſularis dixit. Cujus conditionis es? Victor dixit, Profeſſor ſum literarum Romanarum, grammaticus Latinus. Zenofilus V. C. conſul. dixit: Cujus dignitatis es? Victor dixit, Patre decurione Conſtantinienſium, avo milite, in comitatu militaverat. Nam origo noſtra de ſanguine Mauro deſcendit. Zenofilus V. C. conſul. dixit: Memor fidei & honeſtatis tuæ ſimpliciter deſigna, quæ cauſa fuerit diſſenſionis inter Chriſtianos Victor dixit, Ego diſſenſionis originem neſcio: unus ſum de populo Chriſtianorum. Siquidem cum eſſem apud Carthaginem, Secundus epiſcopus cum Carthaginem tandem aliquando veniſſet, dicuntur inveniſſe Cæcilianum epiſcopum, neſcio quibus non recte conſtitutum: illi contra alium inſtituerunt. Inde illic apud Carthaginem cœpta diſſenſio eſt: & inde originem ſcire diſſenſionis plene non poſſum, quoniam ſemper civitas noſtra unam eccleſiam habet, & ſi habuit diſſenſionem, neſcimus omnino. Zenofilus V. C. conſul. dixit: Silvano communicas. Victor reſpondit, Ipſi. Zenofilus V. C. conſul. dixit, Cur ergo intermiſſo eo, cujus innocentia probata eſt? & adjecit, Adſeveratur præterea te aliud certiſſime ſcire, quod Silvanus traditor ſit: de eo confitere. Victor reſpondit, Hoc neſcio. Zenofilus vicarius conſularis Nundinario diacono dixit: Negat Victor ſcire, quod Sylvanus traditor ſit. Nundinarius diaconus dixit: Scit ipſe, nam tradidit codices Victor reſpondit, Eugeram hanc tempeſtatem: &, ſi mentior peream. Cum incurſum pateremur repentinæ perſecutionis, fugimus in montem Bellonæ. Ego ſedebam cum Marte diacono, & Victor presbyter, cum ab eodem Marte quærerentur codices omnes, negavit ſe habere. Tunc Victor dedit nomina omnium lectorum: Ventum eſt ad domum meam: cum abſens eſſem aſcenſum eſt a magiſtratibus, & ſublati ſunt codices mei. Cum ego veniſſem, inveni codices ſublatos. Nundinarius diaconus dixit: Tu ergo reſpondiſti apud acta, quoniam dediſti codices: quare negantur hæc quæ prodi poſſunt? Zenofilus V. C. conſul. Vi-

[b] Anno eræ Chriſtianæ 320. (1) iſta contigerunt, non anno 306. ut cenſuit Baronius.

(1) Ut late probat Valeſius in Diſſertat. de Schiſmate Donatiſt. & ex eo Pagius ad ann. Chriſti 306. n. 27 & ſeqq.

Victori dixit: Simpliciter confitere, ne ſtrictius
interrogeris. Nundinarius diaconus dixit; Le-
gantur acta. Zenofilus V.C. conſul dixit; Le-
gantur. Et dedit Nundinarius, & exceptor re-
citavit, Diocletiano VIII. & Maximiano VII.
conſulib. XIV. Kalendas Junias, ex actis Muna-
tii Felicis F. P. P. curatoris coloniæ Cirthen-
ſium. Cum ventum eſſet ad domum in qua
Chriſtiani conveniebant, Felix F. P. P. cura-
tor Paulo epiſcopo dixit: Proferte Scripturas
legis, & ſi quid aliud hic habetis, ut præce-
ptum eſt, ut juſſioni parere poſſitis. Paulus epi-
ſcopus dixit: Scripturas lectores habent, ſed
nos quod hic habemus, damus. Felix F.P.P.
curator Paulo epiſcopo dixit; Oſtende lectores,
aut mitte ad illos. Paulus epiſcopus dixit: Om-
nes cognoſcitis. Felix F. P. P. curator reipu-
blicæ dixit: Non eos novimus. Paulus epiſco-
pus dixit: Novit eos officium publicum, id eſt,
Edeſius, & Junius exceptores. Felix F. P. P.
curator reipublicæ dixit: Manente ratione de
lectoribus quos demonſtrabit officium, vos quod
habetis date. Sedente Paulo epiſcopo, Monta-
no & Victore, Deuſatelio & Memorio presby
teris, adſtante Marte cum Helio diacono, Mar-
cuclio, Catullino, Silvano & Caroſo ſubdia-
conis, Januario Meraclo, Fructuoſo, Miggine,
Saturnino, Victore & ceteris foſſoribus contra
ſcribente Victore Aufidii, in brevi ſic: Calices
duo aurei: item calices ſex argentei: urceola
ſex argentea: cucumellum argenteum: lucer-
næ argenteæ ſeptem: cereoſala duo: candelæ
breves æneæ cum lucernis ſuis ſeptem: item
lucernæ æneæ undecim, cum catenis ſuis: tu-
nicæ muliebres LXXXII. maſortea XXXVIII. tu-
nicæ viriles XVI. caligæ viriles paria XIII. ca-
ligæ muliebres paria XLVII. coplæ ruſticanæ
XIX. Felix F. P. P. curator reipublicæ Mar-
cuclio, Silvano, & Caroſo foſſoribus dixit:
Proferte hoc quod habetis. Silvanus, & Caro-
ſus dixerunt: Quod hic fuit, totum hoc eje-
cimus. Felix F. P. P. curator reipublicæ Acu-
clio, Silvano, & Caroſo dixit: Reſponſio ve-
ſtra actis hæret. Poſteaquam perventum eſt in
bibliothecam, inventa ſunt armaria inania: ibi
protulit Silvanus capitula argentea, & lucernas
argenteas, quod diceret ſe poſt orcam eas in-
veniſſe. Victor Aufidi Silvano dixit. Mortuus
fueras ſi non illas inveniſſes. Felix F.P.P. cu-
rator reipublicæ Silvano dixit; quære diligen-
tius ne quid hic remanſerit. Silvanus dixit:
Nihil remanſit, totum hoc ejecimus. Et cum
apertum eſſet triclinium, inventa ſunt ibi dolia
IV. & orcæ ſex. Felix F.P.P. curator reipublicæ
dixit: Proferte ſcripturas quas habetis, ut præce
ptis imperatorum & juſſioni parere poſſimus. Ca-
tulinus protulit codicem unum perniminum majo-
rem. Felix F.P.P. curator reipublicæ Marcuclio
& Silvano dixit. Quare unum tantummodo co-
dicem dediſtis? Proferte ſcripturas quas habe-
tis. Catulinus & Marcuclius dixerunt: Plus non
habemus, quia ſubdiacones ſumus: ſed lectores
habent codices. Felix F. P P. curator reipublicæ
Marcuclio & Catulino dixit: Monſtrate nobis le-
ctores. Marcuclius & Catulinus dixerunt, Non
ſcimus ubi maneant. Felix F. P. P. reipublicæ
Catulino & Marcuclio dixit: Si ubi manent
non noſtis, nomina eorum dicite. Catulinus &
Marcuclius dixerunt; Nos non ſumus prodito-
res: ecce ſumus: jube nos occidi. Felix F.P.P.
curator reipublicæ dixit: Recipiantur. Et cum
ventum eſſet ad domum Eugeni, Felix F. P. P.

S. Auguſtin. lib. III contra Creſc. cap. 28. & ep. 162 & 165

item Aug. lib. cap. 16.

A curator reipublicæ dixit Eugenio: Profer ſcri-
pturas quas habes, ut præcepto parere poſſis:
& protulit codices quatuor. Felix F. P.P. cu-
rator reipublicæ Silvano, & Caroſo dixit. De-
monſtrate ceteros lectores. Silvanus & Caroſus
dixerunt. Jam dixit epiſcopus, quia Eduſius &
Junius exceptores omnes noverunt. Ipſi tibi de-
monſtrent ad domos eorum. Edunius & Ju-
nius exceptores dixerunt: Nos eos demonſtra-
mus, domine. Et dum ventum fuiſſet ad do-
mum Felicis ſarſoris, protulit codices quinque.
Et cum ventum eſſet ad domum Victorini,
protulit codices octo. Et cum ventum fuiſſet
ad domum Projecti, protulit codices V. majores,
& minores II. Et cum ad grammatici domum
B ventum fuiſſet, Felix F. P. P. curator Victo-
ri grammatico dixit: profer ſcripturas quas
habes, ut præcepto parere poſſis. Victor gram-
maticus obtulit codices II. & quiniones qua-
tuor. Felix F P.P. curator Victori dixit: Pro-
fer ſcripturas, plus habes. Victor grammaticus
dixit, Si plus habuiſſem, dediſſem. Et cum
ventum fuiſſet ad domum Eutici Ceſarienſis,
Felix F. P. P. curator Euticio dixit: Profer ſcri-
pturas quas habes, ut præcepto parere poſſis,
Euticius dixit; Non habeo. Felix F. P. P. cu-
rator Euticio dixit: Profeſſio tua actis hæret.
Et cum ventum fuiſſet ad domum Coddeonis,
protulit uxor ejus codices ſex. Felix F. P P
curator reipublicæ dixit: Quære, ne plus ha-
C beatis: profer. Mulier reſpondit; Non habeo.
Felix F. P. P. curator reipublicæ, Bovi ſervo
publico dixit: intra & quære, ne plus habeat.
Servus publicus dixit; Quæſivi, & non inveni.
Felix F. P. P. curator reipublicæ Victorino,
Silvano, & Caroſo dixit: Si quid minus fa-
ctum fuerit, vos contingit periculum. Quibus
lectis, Zenofilus V. C. conſul. Victori dixit.
Confitere ſimpliciter. Victor reſpondit, Non fui
præſens. Nundinarius diaconus dixit: Legimus
epiſtolas epiſcoporum factas a Forte: & legit
exemplar libelli traditi epiſcopis a Nundinario
diacono. Teſtis eſt Chriſtus & angeli ejus,
quoniam tradiderunt quibus communicaſtis, id
eſt; Silvanus a Cirtha traditor eſt & fur rerum
D pauperum. Quod omnes vos epiſcopi, presby-
teri, diacones, ſeniores ſcitis de quadringentis
follibus Lucillæ clariſſimæ feminæ, pro quo
vobis conjuraſtis ut fieret Majorinus epiſcopus:
& inde factum eſt ſchiſma. Nam & Victor Ful-
lo, veſtri præſentia & populi, dedit folles vi-
ginti, ut factus eſſet presbyter, quod ſcit Chri-
ſtus & angeli ejus: & recitatum eſt exemplum
epiſtolæ. Purpurius epiſcopus Silvano coepiſco-
po in domino ſalutem. Venit ad me Nundi-
narius diaconus filius noſter, & petiit has lite-
ras deprecatorias a me, ad te, ſanctiſſime, di-
rigerem, ut ſi fieri poſſet, pax inter te & ipſum
ſit. hoc enim volo fieri, ut nemo ſciat, quid
inter nos agatur. Si volueris ſcripto tuo ut
E & ego ſolus ibi in re præſenti veniam, & diſ-
ſenſionem ipſam de inter vos amputem. Manu
ſua enim mihi tradidit libellum rei geſtæ, pro
qua cauſa fuerit tuo præcepto lapidatus. Non
eſt verum, ut pater caſtiget filium contra ve-
ritatem, & ſcio quia vera ſunt, quæ in libello mihi
tradito ſunt conſcripta. Quære remedium, quo-
modo poterit ibi malignitas iſta extingui, ante
quam flamma exurgat, quæ poſt demum extin-
gui non poterit ſine ſanguine ſpiritali. Adhibete
conclericos & ſeniores plebis eccleſiaſticos viros,
& inquirant diligenter, quæ ſunt iſtæ diſſenſio-

nes, ut ea quæ ſunt ſecundum fidei præcepta, ſtant. Non declinabis ad dexteram vel ad ſiniſtram. Libenter autem commodare nolis manibus inſtructoribus qui nolunt pacem. Omnes nos occidiſtis: & alia manu, vale. Item & exemplum epiſtolæ * clericis & ſenioribus Cirthenſium in domino æternam ſalutem. Clamat Moyſes ad omnem ſenatum filiorum Iſrael, dixitque illis, quæ dominus jubeat fieri; ſine conſilio ſeniorum nihil agebatur. Ita ne & vos cariſſimi, quos ſcio omnem ſapientiam cœleſtem & ſpiritalem habere, omni veſtra virtute cognoſcite quæ ſit diſſenſio hæc, & perducite ad pacem. Dicit enim Nundinarius diaconus, quod nihil vos lateat, unde hæc diſſenſio eſt inter cariſſimum noſtrum Silvanum & ipſum. Tradidit enim mihi libellum, in quo omnia ſunt conſcripta. Dixit enim & vos non latere. Ego ſcio quia auris non eſt bonum. Quærite remedium quomodo extinguatur hæc res ſine periculo animæ veſtræ, ne ſubito cum perſonam accipitis in judicio, ruatis. Juſtum judicium inter partes judicate ſecundum gravitatem veſtram & juſtitiam. Cavete vobis ne declinetis in dexteram, neque in ſiniſtram. Dei res agitur, qui ſcrutatur cogitationes ſingulorum: elaborate, nemo ſciat, quæ ſit conjuratio hæc: veſtra ſunt, quæ libello continentur, non eſt bonum. Dicit enim dominus; Ex ore tuo condemnaberis, & ex ore tuo juſtificaberis. Item alia recitata. * fratri cariſſimo Fortis in domino æternam ſalutem. Venit ad me filius noſter Nundinarius diaconus, & retulit ea, quæ inter te & illum contigerint, ut præ malivoli interceſſu, qui vult animas veſtrorum a via veritatis avertere. Cum audirem mente defectus ſum, quod talis diſſenſio inter nos venit. Dei enim ſacerdos ut ad hoc veniat quod non nobis expediat * fiat. Nunc ergo petite eum, ut quod poteſt, cum ipſo pax domini ſalvatoris Chriſti ſit. Non ad publicum veniamus, & a gentibus damnemur. Scriptum eſt enim: Videte ne dum mordetis, & cauſamini inimicitiam, ab invicem conſumamini. Ergo peto dominum, ut tollatur de medio noſtrum hoc ſcandalum, ut poſſit res Dei cum gratiarum actione celebrari, domino dicente: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Quæ pax poterit eſſe, ubi diſſenſio eſt? æmulationes ſunt. Nam cum ego a milite eſſem aſſ' ſeparatus & in illo veniſſem, cum injuria tali, Deo commendavi animam meam, & remiſi tibi, quia Deus videt mentes hominum & eorum ſive a te ad illos perductus ſum: ſed Deus nos liberavit, & tecum ſervimus. Ergo, ſicuti d[illegible]iſſum eſt nobis, & vos reconciliamini paci, ut in nomine Chriſti poſſimus cum gaudio pacem celebrare. Nemo ſciat. Fratribus, & filiis, clero & ſenioribus, Fortis in domino æternam ſalutem. Venit ad me filius meus Nundinarius diaconus veſter, & retulit ea quæ contra vos ſunt geſta, nec non utique debuit a vobis componi, ne ventum eſſet ut talem inſaniam paſſi, a quibus lapidarentur pro veritate, quod & vos & nos ſcimus, ſicuti nobis retuliſtis, & ſcriptum eſt. Non eſt ſapiens quiſquam inter vos, qui poſſit judicare inter fratres? ſed frater cum fratre judicio contendit, & hoc apud infideles, ſicuti vos nunc in judicio contenditis. Sic ad hoc exilitum eſt ut gentibus demus tale exemplum, ut qui per nos Deo credebant, ipſi nobis maledicant, cum ad publicum pervenimus? Ergo, ne ad hoc veniatur, vos qui

A ſpiritales eſtis, facite ut nemo ſciat, ut cum pace paſcha celebremus, & hortemini eos paci reconciliari, & diſſenſio non ſit, ne cum ad publicum ventum fuerit, incipiatis & vos periclitari ſi hoc factum fuerit, & poſtea vobis imputetis. Dabitis quam plurime, tu poſſeſſor Donati preſbyter, ſinguli Valeri, & Victor qui omnia, ſcitis acturum date operam ut pax ſit vobiſcum. Item alia recitata * In domino æternam ſalutem. Pervenit ad nos Nundinarius filius tuus non tantum ad me, ſed & ad fratrem noſtrum Fortem, & gravem querelam referens. Miror gravitati tuæ, ſic te egiſſe cum filio, quem tu nutriſti & ordinaſti. Si enim ædificium terræ ſtructum ſit, non additur quid cœleſte, quod per manum ſacerdo- B tis ædificatur. Sed non eſt tibi mirandum, ſcriptura dicente, Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Et iterum dicit: Potius dilexerunt homines tenebras magis quam lucem, ſicuti & tu facis. Sufficiat vobis, omnia ſcire: ſuper quod & pater noſter Fortis tibi ſcripſit. Nunc petierim de caritate tua, frater benigniſſime, ut ſuppleas dictum Iſaiæ prophetæ, Expellite malignitatem de animis veſtris, & venite, diſputemus, dicit dominus. Et iterum: Projicite malum de medio veſtrum. Sic & tu fac. Subjuga & averte ſeditiones, quæ noluerunt eſſe pacem inter te & filium tuum: ſed filius tuus Nundinarius in pace tecum paſcha celebret, ne res ad publicum veniat præterea C jam omnibus nobis nota. Rogaverim te frater benigniſſime, mediocritatis meæ compleas petitionem. Nemo ſciat. Item alia recitata. Fratri Forti Sabinus in domino æternam ſalutem. Quæ ſit caritas juxta omnes collegas, certus ſum peculiariter, tamen ſecundum Dei voluntatem qui dixit, Quoſdam diligo ſuper animam meam, Silvanum te coluiſſe certus ſum. Quare non dubitavi hæc ſcripta ad te dare, quia ſcripta tua ad eum facta dari feci propter nomen Nundinarii, & qui impigre agit, ſemper res Dei impetu procedit. Ne prætendas excuſationem. Occupatio namque nos diebus iſtis ſtringet, incunctanter commovet circa hæc uſque ante diem ſolemniſſimum paſchæ, ut per te fiat pinguiſſima pax, ut di- D gni cohæredes Chriſti inveniamur, qui dixit: pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Et iterum, Peto ut facias: & alia manu, Opto te in domino bene valere, & noſtri memorem eſſe. Vale. Sed rogo te, Nemo ſciat. Quibus lectis Zenofilus V.C. conſularis dixit & actis & literis quæ recitatæ ſunt, traditorem conſtat eſſe Silvanum, & Victori dixit: Simpliciter confitere, utrum ſcias eum aliquid tradidiſſe. Victor dixit, Tradidit, ſed non me præſente. Zenofilus V.C. conſul. dixit; Quid adminiſtrabat tunc Silvanus in clero? Victor reſpondit, Sub Paulo epiſcopo orta eſt perſecutio, & Silvanus E ſubdiaconus fuit. Nundinarius diaconus reſpondit: Quando ventum eſt illic, ait, ut factus eſſet epiſcopus, reſpondit populus; Alius fiat, exaudi Deus. Zenofilus V.C. conſul. Victori dixit: Dictum eſt a populo, Silvanus traditor? Victor dixit, Ego ipſe luctatus ſum. Epiſcopus. Zenofilus V. C. conſul. Victori dixit: Ergo ſciebas traditorem? de hoc confitere. Victor reſpondit, Traditor fuit. Nundinarius diaconus dixit, Vos ſeniores clamabatis: Exaudi Deus civem noſtrum, ille traditor eſt. Zenofilus V.C conſul. Victori dixit; Clamaſti ergo populo, quod traditor eſſet Silvanus, & non deberet fieri epiſcopus? Victor dixit: Clamavi & ego, & populus

* Silvano epiſcopo.

pulus. Nos enim civem noſtrum petebamus integrum virum. Zenofilus V.C. conſul. dixit, Quia cauſa putabatis eum non mereri? Victor dixit: Integrum petebamus, & civem noſtrum: ſciebam enim cauſam imperatorum ad hoc nos eſſe venturos: dum enim talibus committitur. * Item inductis & adplicitis Victore Samſurici, & Saturnino foſſorib. Zenofilus V.C. conſul. dixit; Quis vocaris? Reſpondit, Saturninus. Zenofilus vicarius dixit; Cujus conditionis es? Saturninus reſpondit, Foſſor. Zenofilus V.C. conſul. dixit, Silvanum ſcis eſſe traditorem? Saturninus dixit, Scio lucernam tradidiſſe argenteam. Zenofilus V. C. conſul. Saturnino dixit, Quid aliud? Saturninus reſpondit, Aliud neſcio, niſi quia depoſt orcam eam ejecit. Et remoto Saturnino Zenofilus V.C. conſul. dixit adſtanti: Et tu, quis vocaris? Reſpondit, Victor Samſurici. Zenofilus V.C. conſul. dixit, Cujus conditionis es? Victor dixit, Artifex ſum. Zenofilus V.C. dixit: Tabulam argenteam quis tradidit? Victor reſpondit, Non vidi: quod ſcio, hoc dico. Zenofilus V.C. conſul. dixit Victori, Licet jam conſtiterit ex reſponſione eorum qui ſupra ſunt interrogati, tamen tu confitere, utrum Silvanus traditor ſit. Victor dixit, Secundo petito: quomodo hoc dimiſit ut duceremur ad Carthaginem, ore ipſius epiſcopi audivi. Data eſt mihi lucerna argentea, & capitulata argentea, & has tradidi. Zenofilus V.C. dixit Victori Samſurici: A quo audiſti? Victor dixit, A Silvano epiſcopo. Zenofilus V.C. conſul. Victori dixit, Ab ipſo audiſti quod tradidiſſet? Victor dixit, Ab ipſo audivi quod ſuis manibus tradidiſſet illas. Zenofilus V. C. dixit, Ubi audiſti? Victor dixit, In baſilica. Zenofilus V. C. conſul. dixit, Apud Conſtantinam? Victor dixit: Ibi cœpit alloqui populum dicens, De quo dicunt me traditorem eſſe? de lucerna & capitulata. Zenofilus vicarius conſul. Nundinario dixit: Quid aliud putas ex his eſſe quærendum? Nundinarius dixit: De cupis fiſci, quis illas tulit. Zenofilus vicarius conſul. Nundinario dixit: In templo Serapis fuerunt, & tulit illas Purpurius epiſcopus: acetum quod habuerunt, tulit illud Silvanus epiſcopus, Donatius presbyter, & Lucianus. Zenofilus V.C. conſul. Nundinario dixit: Sciunt id factum qui adſiſtunt? Nundinarius reſpondit, Sciunt. Diaconus Saturninus dixit: Dicebant majores noſtri quia ſublatæ ſunt. Zenofilus V.C. conſul. dixit, A quo ſublatæ dicuntur? Saturninus dixit, A Purpurio epiſcopo, & acetum a Silvano & Donatio & Luciano presbyteris, & Luciano diacono. Nundinarius dixit: Viginti folles dedit, & factus eſt presbyter Victor. Saturninus dixit, * & cum diceret, Zenofilus V.C. conſul. Saturnino dixit; Cui dedit? Saturninus dixit, Silvano epiſcopo. Zenofilus V.C. conſul. Saturnino dixit; Ergo ut fieret presbyter, Silvano epiſcopo viginti folles præmium dedit? Saturninus dixit. Dedit. Zenofilus V.C. conſul. Saturnino dixit. Ante Silvanum poſitum eſt? Saturninus dixit, Ante cathedram epiſcoporum. Zenofilus V.C. conſul. Nundinario dixit: A quo pecunia ſublata eſt? Nundinarius dixit, Ipſi epiſcopi diviſerunt eam inter ſe. Zenofilus V.C. conſularis Nundinario dixit: Donatum deſideras exhiberi? Nundinarius dixit; Utique veniat, de quo clamavit populus biduo poſt * pare: Exaudi Deus, civem noſtrum volumus. Zenofilus V.C. conſul. Nundinario dixit; Certe clamavit hoc populus? Reſpondit, Clamavit.

Zenofilus V.C. conſul. Saturnino dixit: Traditorem clamavit Silvanum? Saturninus dixit: Utique. Nundinarius dixit: Quando factus eſt epiſcopus non illi communicavimus, quia dicebatur proditor eſſe. Saturninus dixit, quod dicit verum eſt. Nundinarius dixit: Vidi quia Mutus harenarius tulit in collo. Zenofilus V.C. conſul. Saturnino dixit: Sic factum eſt? Saturninus dixit, Sic. Zenofilus V.C. conſul. dixit: Vera ſunt omnia quæ dicit Nundinarius, quia ab harenariis factus eſt epiſcopus Silvanus? Saturninus dixit, Vera. Nundinarius dixit: proſtibulæ illic fuerunt. Zenofilus V.C. conſul. Saturnino dixit: Harenarii illum geſtaverunt? Saturninus dixit, Ipſi eum tulerunt, & populus. Nam cives in area martyrum fuerunt incluſi. Nundinarius diaconus dixit: Nunquid populus Dei ibi fuit? Saturninus dixit, In caſa majore fuit incluſus. Zenofilus V.C. conſul. dixit, Certe omnia quæ dicit Nundinarius vera ſunt. Saturninus dixit, Vera. Zenofilus V.C. conſul. dixit: Tu quid dicis? Victor dixit, Vera ſunt omnia domine. Nundinarius dixit: Purpurius epiſcopus tulit centum folles: Zenofilus V.C. conſul. dixit Nundinario: De quadringentis follibus, quos putas interrogandos? Nundinarius dixit; Lucianus diaconus exhibeatur, quia ipſe totum ſcit. Zenofilus V.C. conſul. Nundinario dixit: Hi ſciunt? Nundinarius dixit, Non ſciunt. Zenofilus V.C. conſul. dixit; Exhibeatur Lucianus. Nundinarius dixit, Sciunt iſti acceptos eſſe quadringentos folles: quia epiſcopi eos diviſerunt, neſciunt. Zenofilus V.C. conſul. Nundinario, & Victori dixit: Scitis acceptos eſſe folles a Lucilla? Saturninus & Victor dixerunt, Scimus. Zenofilus V. C. conſul. dixit: Pauperes non acceperunt? Dixerunt. Nemo nihil accepit. Zenofilus V.C. conſul. Saturnino, & Victori dixit: Nihil de fano Serapis ſublatum eſt? Saturninus & Victor dixerunt, Purpurius tulit cupas, & Silvanus epiſcopus, & Donatus & Superius presbyteri, & Lucianus diaconus tulerunt acetum. Zenofilus V.C. conſul. dixit: Reſponſione Victoris grammatici, & Victoris Samſurici, & Saturnini claruit vera eſſe omnia, quæ ſuggeſſerit Nundinarius: ſubmoveantur & exeant. Zenofilus V.C. conſul. dixit, Quos alios putas interrogandos? Nundinarius dixit, Caſtum diaconum, ut dicat ſi non eſt traditor. Ipſe illum ordinavit. Et inducto, & applicito Caſto diacone, Zenofilus V. C. conſul. dixit. Quis vocaris? Reſpondit, Caſtus. Zenofilus V. C. conſularis Caſto dixit: Cujus conditionis es? Caſtus dixit, Nullam dignitatem habeo. Zenofilus V.C. conſul. Caſto dixit: Licet nunc per Victorem grammaticum, quam etiam per Victorem Samſurici & Saturninum venerunt, in confeſſionem quæ Nundinarius objecit: tamen etiam tu confitere, utrum traditor ſit Silvanus. Caſtus reſpondit. Dicebat quod invenerint lucernam poſt orcam. Zenofilus V.C. conſul. dixit Caſto: Etiam de cupis de fano Serapis ſublatis & aceto confitere. Caſtus reſpondit, Purpurius epiſcopus tulit cupas. Zenofilus V.C. conſul. dixit: Acetum quis? Reſpondit Caſtus, Quod tulerunt inde acetum Silvanus epiſcopus, Donatus & Superius presbyteri. Zenofilus V.C. conſul. Caſto dixit: Confitere, quot folles dedit Victor, ut presbyter fieret? Caſtus dixit, Obtulit domine ſaccellum, & quid habuerit, neſcio. Zenofilus V.C. conſul. Caſto dixit: Cui datum eſt ſaccellum? Caſtus dixit, Ille tulit eum in caſa majore. Zenofilus V.C. conſul. dixit

xit Caſto: Populo non eſt diviſa pecunia? Caſtus reſpondit, Non eſt data, nec vidi. Zenofilus V. C. conſul. Caſto dixit: De follibus, quos Lucilla dedit, populus minutus nihil accepit? Caſtus dixit, non vidi accipere neminem. Zenofilus V. C. conſul. Caſto dixit: Quo ergo pervenerunt? Caſtus dixit, Neſcio. Nundinarius dixit, Utique vel audiſti, vel vidiſti: ſi dictum eſt pauperibus, Dat & vobis de re ſua Lucilla. Caſtus dixit: Non vidi aliquem accipere. Zenofilus V. C. conſul. dixit; Manifeſta eſt Caſti confeſſio, quod folles quos Lucilla donavit, populo diviſos eſſe neſciret, & ideo amoveatur. Et applicito Creſcentiano ſubdiacono, Zenofilus V. C. conſul. dixit: Quis vocaris? Reſpondit, Creſcentianus. Zenofilus V. C. conſul. Creſcentiano dixit, Simpliciter ſicut & ceteri confitere, utrum ſcias traditorem Silvanum. Creſcentianus dixit: Priores qui fuerunt clerici, ipſi retulerunt ſingulis. Zenofilus vir clariſſimus conſularis Creſcentiano dixit, Quid retulerunt? Creſcentianus dixit; Referebant quod traditor eſſet. Zenofilus V. C. conſularis Creſcentiano dixit; Dixerunt illum traditorem? & adjecit, Qui dicebant? Creſcentianus dixit; Qui cum illo converſabantur in plebe, dixerunt quod aliquando tradidiſſet. Zenofilus V. C. conſul. Creſcentiano dixit; De Silvano dicebant? Creſcentianus dixit, Utique. Zenofilus V C. conſul Creſcentiano dixit, Cum factus fuiſſet epiſcopus, præſto fuiſti? Creſcentianus dixit. Præſens cum populo fui, incluſus in caſa majore. Nundinarius diaconus dixit, Campenſes & harenarii fecerunt illum epiſcopum. Zenofilus V C. conſul. Creſcentiano dixit, Mutus harenarius certe eum ſuſtulit. Dixit, Manifeſte. Zenofilus V. C. conſul. Creſcentiano dixit, Cupas de fano Sarapis ſcis eſſe ſublatas? Creſcentianus dixit; Plures dicebant quod Purpurius epiſcopus ipſe ſuſtulerit cupas, & acetum quod ad ſenem noſtrum Silvanum perveniſſet & filii Ælionis dicebant. Zenofilus V. C. conſul. Creſcentiano dixit, Quid audiſti? Creſcentianus dixit, Acetum ſublatum a ſene Silvano, & Donato, & Superio presbyteris, & Luciano diacono. Zenofilus V. C. conſularis Creſcentiano dixit: Et quadringentis follibus, quos Lucilla donavit, populus aliquid accepit? Creſcentianus dixit, Nihil inde nemo accepit, neſcio, nec quis illos erogaverit. Nundinarius dixit. Aniculæ nunquam inde aliquid acceperunt? Creſcentianus dixit, Nihil. Zenofilus V. C. conſul. dixit. Certe quotiens aliquid tale donatur, omnes inde populare publice accipiunt. Creſcentianus dixit, Non audivi, vel vidi dediſſe illum aliquos. Zenofilus V C. conſul. Creſcentiano dixit: Nihil ergo datum eſt de cccc. follibus populo? Creſcentianus dixit, Nihil, utique perveniſſet aliqua portiuncula ad nos. Zenofilus V. C. conſul. dixit, Quo ergo ſublati ſunt? Creſcentianus dixit, Neſcio, Nemo nihil accepit. Nundinarius dixit, Victor quot folles dedit, ut fieret presbyter? Creſcentianus dixit: Vidi allatos cophinos cum pecunia. Zenofilus V. C. conſul. dixit Creſcentiano, Cui dati ſunt cophini? Creſcentianus dixit, epiſcopo Silvano. Zenofilus V. C. Conſul. dixit, Silvano dati ſunt? Creſcentianus dixit, Silvano. Zenofilus V. C. conſul. dixit, Populo nihil datum eſt. Reſpondit, Nihil. Neceſſe eſt ut & nos aliud acciperemus, ſi diſtribuerentur ſicut ſolet. Zenofilus V. C. conſularis Nundinario dixit, Quid aliud de Creſcentiano putas eſſe requirendum? Nundinarius dixit, Ipſum eſt. Zenofilus V. C. conſul. dixit, Quoniam de omnibus Creſcentianus ſubdiaconus ſimpliciter confeſſus eſt, ſubmoveatur. Item inducto & applicito Januario ſubdiacono, Zenofilus V. C. conſul. dixit, Quis vocaris? Reſpondit.

* * * * * * * * *

*Vide Optat. Milevit lib. 1. Auguſtin. in brevicul. collat. 3. c. 23. & 24. Ad Donatiſt. poſt collat. c. 33 Contra Creſconium lib. 7. c. 28. & 70. lib. 4 c. 56. De unitate eccleſiæ cap. 18. epiſt. 68. 152. 162. 165*

## PURGATIO CÆCILIANI CORAM Æliano proconſule

IN municipio Autumnitanorum. Gallienus duumvir dixit, Quoniam præſens es Cæciliane, audi literas domini mei Æli Paulini * agentis vicariam præfecturam, quid jubere ſit dignatus ſecundum epiſtolam ad nos datam, quæ declarare te compellit, & ſcribam quem habuiſti tunc temporis adminiſtrationis tuæ, & tabularium. Sed quoniam tabularius ejus temporis vita functus eſt, & omnes actus adminiſtrationis tuæ, ſecundum fidem literarum ejuſdem mei domini, tecum perferre debebis, & ad coloniam Carthaginienſem, cum ſcriba tuo proficiſci neceſſe eſt. Præſens eſt curator, ſub cujus præſentia vos compellimus: quid ad hoc reſpondes? Cæcilianus dixit, Mox ad me epiſtolam Æli Paulini * agentis vicariam præfecturam pertuliſtis, ſtatim ad ſcribam Miccium miſi, venit, ut acta ipſius temporis confecta mihi obtuliſſet, & uſque adhuc inquirit: & quoniam non modicum tempus eſt, ex quo duoviratum adminiſtravi: anni ſunt XI. Itaque cum invenerit, parebo tanto præcepto, Gallienus duovir dixit. Tua intereſt, juſſioni parere: Vides enim juſſionem eſſe ſacram. Cæcilianus dixit, Devotus ſum tanto præcepto. Item, cum paulo poſt ſcriba Miccius ſuperveniſſet, Fuſcius duovir dixit, Audiſti & tu Micci, quod & tu una cum Cæciliano neceſſarius es ire ad officium * vicarium, inſtructionem ejus temporis ut vobiſcum perferatis. Ad hæc quid dicis? Miccius reſpondit, Magiſtratus ſuppleto anno omnes actus ſuos domum ſuam tulit: ſi in ei in cera poſſit inveniri inquiro. & cum quæreret, Quintus Sicenna duumvir dixit, Quod cognovit officium? reſpondit, * Apronianus dixit. Si omnes actus ſuos tulerat magiſtratus, unde acta, quæ tunc emiſſa erant, vel confecta tanto tempore? Et cum diceret, Ælianus proconſul dixit, Et mea interogatio, & ſingularum perſonarum reſponſio actis continetur. Ageſilaus dixit, Sunt præterea & aliæ epiſtolæ huic rei neceſſariæ: intereſt ut legantur. Ælianus proconſul dixit, Lege Cæciliano audiente, ut agnoſcat an ipſe dictaverit. Ageſilaus recitavit ** & Anniano conſulibus XIII. Kal. Septembr. in jure apud Aurelium, Didymum, Sperecium ſacerdotem Jovis optimi maximi duovir recitavit. Splendidæ coloniæ Carthaginienſium Maximus dixit, Loquor nomine ſeniorum Chriſtiani populi catholicæ legis. Apud maximos imperatores cauſa agenda erit contra Cæcilianum & Felicem, qui principatum ejuſdem legis omnia conatur invadere. Contra ipſos documenta criminum ejus conquiruntur. Nam cum perſecutio eſſet indicta Chriſtianis, id eſt, ut ſacrificarent, aut quaſcumque ſcripturas haberent incendio traderent, Felix qui tunc epiſcopus fuit * Authumnis, conſenſum adtulerat, ut de ma-

* Hæc contigerunt anno 314. æræ Chriſtianæ, Voluſiano & Anniano conſulibus

** Voluſiano

* Aptungis

de manu Galatis ſcripturæ traderentur, ut igni concremari poſſent, & erat tunc temporis magiſtratus Alfius Cæcilianus quem præſentem videre dignaris. Et quoniam ejus temporis officium incumbebat, ut ex juſſione proconſulari omnes ſacrificarent, & ſi quas ſcripturas haberent, offerrent ſecundum ſacram legem: quæſo, Secundus ſenex eſt & ſenem vides, & non poteſt ad comitatum ſacrum pergere: apud acta deponat, utrumne jam de pactione ſecundum ab eodem habita, literas dedit, & utrum ea quæ in literis contulerit, vera ſint; ut horum actus & fides in judicio ſacro detegi poſſit. Adſtanti Cæciliano Speretius duumvir dixit: Audis quæ apud acta ſint depoſita Alfius Cæcilianus dixit, Zamæ eram propter lineas comparandas cum Saturnino. Et cum veniremus illo, mittunt ad me in prætorio ipſi Chriſtiani, ut dicerent, Sacrum præceptum ad te pervenit? Ego dixi, Non, ſed vidi jam exempla. Et Zama, & Furnis dirui baſilicas, & uri ſcripturas vidi. Itaque proferte ſi quas ſcripturas habetis, ut juſſioni ſacræ pareatur. Tunc mittunt in domum epiſcopi Felicis, ut tollerent inde ſcripturas, ut exuri poſſent ſecundum ſacrum præceptum. Sic Galatius nobiſcum perrexit ad locum, ubi orationes celebrare conſueti fuerant. Inde cathedram tulimus, & epiſtolas ſalutatorias, & oſtia omnia combuſta ſunt ſecundum ſacrum præceptum. Et cum ad domum ejuſdem Felicis epiſcopi mitteremus, renunciaverunt officiales publici, illum abſentem eſſe. Nam cum poſteriori tempore adveniret Ingentius ſcriba Augenti, cum quo Ædilitatem adminiſtravi, dictavi epiſtolam eidem collegæ, quam feci ad eumdem epiſcopum Felicem. Maximus, dixit, Præſens eſt: eadem epiſtola ei offeratur ut eam recognoſcat. Reſpondit, Ipſa eſt. Maximus dixit. Quoniam recognovit epiſtolam ſuam, hanc lego, & oro, plena actis inſeratur. Et recitavit Cæcilianus: Parenti Felici ſalutem. Cum Ingentius collega meus Augentianum amicum ſuum conveniret, & inquiſiſſet anno duoviratus mei, an aliquæ ſcripturæ legis veſtræ ſecundum ſacram legem aduſtæ ſint, * quam Galatius unus ex lege veſtra publice epiſtolas ſalutatorias de baſilica protulerit. Opto te bene valere. Hoc ſignum quod deprecatorium ad me miſerant Chriſtiani & ipſe cujus eſt prætorium: & dixiſti, Tolle clavem & quos inveneris in cathedra libros, & ſuper lapide codices, tolles illos. Sane vide officiales ne tollant oleum & triticum. Et ego dixi tibi, Tu neſcis quia ubi ſcripturæ inveniuntur, ipſa domus diruitur? Et dixiſti, Quid ergo facimus? & dixi ego vobis, Tollat aliquis de veſtris in area ubi orationes facitis, & illic ponantur: & ego venio cum officialibus, & tollo, & nos illo venimus, & omnia tulimus ſecundum ſacrum præceptum. Maximus dixit, Quoniam ejus epiſtolæ lectio apud acta recitata eſt, quam ipſe agnovit ſe miſiſſe, quæ dixit, quæſumus actis hæreat. Speretius duovir dixit, Quæ dixiſti ſcripta ſunt. Ageſilaus dixit; Adpræſente epiſtola recognovit, reſiduam partem quam nunc legit falſam eſſe dicit. Cæcilianus dixit, Domine, uſque ad hoc dictavi uſquequo habet, Opto te, parens cariſſime, bene valere. Apronianus dixit, Semper ſic falſum, per terrorem, per ſcenam, per inreligioſam mentem actum eſt ab his qui catholicæ eccleſiæ conſentire noluerunt Nam Paulino hic adminiſtrante vices præfectorum, ſubornatus eſt quidam privatus homo,

A qui modicum curſoris haberet, qui ad catholicæ unitatis veniret, atque eos indiceret, & terreret. Detecta igitur factio eſt. Nam componebatur Felici religioſiſſimo epiſcopo per mendacium, ut videretur ſcripturas prodidiſſe & exuſſiſſe. Ingentius quidem cum hoc totum quicquid agebat, obeſſet ſanctitati & religioni Cæciliani, ſubornatus eſt, ut veniret cum literis Felicis epiſcopi ad Cæcilianum duovirum, & ei confingeret a Felice ſe eſſe mandatum. Dicat ipſa verba quibus hoc eſt confictum. Ælianus proconſul dixit, Dic. Apronianus dixit, Dic, inquit, amico meo Cæciliano, quod codices accepi pretioſos deificos xi. quiaque me nunc convenit ut illos reſtituam, dic quod anno B magiſtratus tui eos exuſſeris, ne reddam illos. Qua de re igitur de Ingentio quærendum eſt, quatenus hæc machinata ſint ac fabricata, & quatenus voluerit circumſcribere magiſtratum ad mendacium, ut Felicem aſpergeret infamia: dicat a quo miſſus ſit: veruntamen ſimulationem iſtam in conſcientiam Felicis, quo Cæciliani pudori & initio derogaret. Eſt enim quidam qui per Mauritaniam & Numidiam legatus miſſus ſit ex adverſa parte: & adſtante Ingentio Ælianus proconſul dixit, Cujus præcepto ea ſuſcepiſti agenda, quæ tibi objiciuntur? Ingentius dixit, Ubi? Ælianus proconſul dixit, Quoniam fingis te non intelligere quod interrogaris, dicam apertius: quis te ad magiſtratum C Cæcilianum miſit? Ingentius dixit, nemo me miſit. Ælianus proconſul dixit, Quomodo ergo veniſti ad Magiſtratum Cæcilianum? Ingentius dixit. Cum veniſſemus, & ageretur cauſa Mauri ab Utica epiſcopi, qui epiſcopatum ſibi redemit, ad urbem aſcendit Autumnitanus epiſcopus Felix, ut tractaret, & dixit, Nemo communicet, quia falſum admiſit. Et dixi illi ego & contra, Nec tibi, nec illi, qui traditor es. Dolui enim cauſam Mauri hoſpitis mei, quia communicaveram cum illo in peregre, quia evaſi perſecutionem. Exinde ibi in patria ipſius Felicis, duxi mecum tres ſeniores, ut viderent an verum tradidiſſet, an non. Apronianus dixit, Non ita venit ad Cæcilianum quærere de D Cæciliano. Ælianus proconſul Cæciliano dixit, Quomodo ad te venit Ingentius? Cæcilianus reſpondit, Domi ad me venit: prandebam cum operariis: venit illuc: ſtetit in janua. Cæcilianus ubi eſt, dixit: reſpondi, hic. Ego dico ei, quid eſt? Omnia recte? Omnia, dicit. Reſpondi illi, Si non faſtidis prandere, veni, prande. Dicit mihi, Revertor huc venit illuc ſolus: dicere mihi cœpit, Ecce ſ[illegible] mihi curare & inquirere an aduſta fuerit ſcriptura anno duoviratus mei. Dico illi ego, Moleſtus es mihi, tu homo immiſſus es. laxa hinc te a me. Et ſprevi illum a me. Et venit illo iterato cum collega meo, E cum quo fui ædilis. Ait mihi collega meus, Felix noſter epiſcopus miſit huc hominem, ut facias illi literas, quia accepit codices pretioſos, & noluit revocare illos: ſcribas illo, quod anno duoviratus tui combuſti ſunt. Et dixi ego. Hæc eſt fides Chriſtianorum: Ingentius dixit, Domine veniat & Auxentius. Et ego honorificus ſum & honor meus pereat, & ejus literas habemus. Ælianus proconſul Ingentio dixit, Revinceris alio titulo. Ælianus proconſul dixit ad officium. Apta illum. Cumque aptaretur, Ælianus proconſul dixit, Suſpendatur, Cumque ſuſpenderetur, Ælianus proconſul Cæciliano dixit, Quomodo ad te Ingentius venit? Reſ-

Reſpondit Miſit huc me Felix, dixit, noſter, A ut ſcribas illo, quia eſt unus perditus neſcio qui habens penes me codices pretioſos, & nolo illos reſtituere. Itaque fac literas, quia adulti ſunt, ne revocem illos. Et ego dixi, Chriſtiani fides hæc eſt? Et cœpi illum corripere. Et ait collega meus. Scribe illo Felici noſtro. Et ſic ego epiſtolam dictavi, quæ paret uſquequo dictavi. Ælianus proconſul dixit, Audi ſine metu recitationem epiſtolæ tuæ. Recognoſce quouſque dictaveris. Ageſilaus recitavit. Opto te, parens cariſſime, multos annos bene valere. Ælianus proconſul Cæciliano dixit, Hucuſque dictaſti? Reſpondit Hucuſque: reliquum falſum eſt. Ageſilaus recitavit. Hoc ſigno quod de prætorium ad me miſiſti niſi ego & tu & cu- B jus eſt prætorium: & dixit, Tolle clavem, & quos invenies in cathedra libros, & ſuper lapide codices, tolle illos: ſane vide, officiales ne tollant oleum & triticum. Et ego dixi. Tu neſcis, quia ubi ſcripturæ inveniuntur. Et dixiſti, Quid ergo faciemus? Et dixi ego vobis, Tollat aliquis de vobis in areis ubi orationes facitis, & illic ponantur. Et ego venio cum officialibus & tollo, & nos illo venimus & omnia tulimus ſecundum placitum, & aduſſimus ſecundum ſacrum præceptum. Maximus dixit, Quoniam ejus epiſtolæ tenor etiam apud acta recitatus eſt, quam ipſe agnoviſſe ac miſiſſe dixit, quæſumus hoc actis tuis hæreat. Sperecius dixit, Quæ dixiſtis ſcripta ſunt. Cæcilianus reſ- C pondit, Cillo eſt falſum, quouſque eſt epiſtola mea, quouſque dixi, Bene vale parens cariſſime. Ælianus proconſul dixit, Quem dicis addidiſſe ad epiſtolam? Cæcilianus dixit, Ingentium. Ælianus proconſul dixit, Profeſſio tua actis hæret. Ælianus proconſul Ingentio dixit, Torqueris, ne mentiaris. Ingentius dixit, Erravi, huic epiſtolæ ego addidi, dolens cauſa Mauri hoſpitis mei. Ælianus proconſul dixit. [a] Maximus ſemper Auguſtus & Licinius Cæſar ita pietatem Chriſtianis exhibere dignantur, ut diſciplinam corrumpi nolint, ſed potius obſervari religionem iſtam, & coli velint. Noli itaque tibi blandiri, quod cum mihi dicas, Dei cultorem te eſſe, ac propterea non poſſis tor- D queri. Torqueris, ne mentiaris, quod alienum Chriſtianis eſſe videtur: & ideo dic ſimpliciter ne torquearis. Ingentius dixit, Jam confeſſus ſum ſine tormento. Apronianus dixit, Dignare de eo quærere, qua auctoritate, quo dolo, qua inſania circuierit Mauritanias omnes, Numidias etiam: qua ratione ſeditionem commoverit catholicæ eccleſiæ. Ælianus proconſul, Ad Numidias fuiſti? Reſpondit, Non, domine: ſit qui probet. Ælianus proconſul dixit, Nec in Mauritania? Reſpondit, Negotiari illo fui. Apronianus dixit, Et in hoc mentitur, domine. Nam ad Mauritaniæ ſitum non niſi per Numidias pergitur: quatenus dicit ſe in Mauritania fuiſſe, non fuiſſe in Numidia. Ælia- E nus proconſul dixit, Cujus conditionis es? Ingentius reſpondit, decurio ſum Ziguenſium.

[a] Conſtantinus.

A Ælianus proconſul dixit ad officium, Submitte illum: quo ſubmiſſo, Ælianus proconſul Cæciliano dixit, Falſa dicis quæ dixiſti. Cecilianus reſpondit, Non domine. Is qui ſcripſit epiſtolam, jube veniat. Amicus ipſius eſt. Ipſe dicet, quouſque dictavi epiſtolam. Ælianus proconſul dixit, Quis eſt ille, quem venire deſideras? Cæcilianus dixit, Augentium, cum quo fui ædilis. Non poſſum probare niſi per ipſum Augentium qui ſcripſit epiſtolam: quouſque dictavi illi, ipſe dicere poteſt. Ælianus proconſul dixit, Conſtat ergo falſam eſſe epiſtolam. Cæcilianus reſpondit, Conſtat domine, non mentior in ſanguine meo. Ælianus proconſul dixit, Cum duoviratum egeris in patria tua, B oportet fidem verbis tuis habere. Apronianus dixit, Nec novum eſt illius, hoc facere. Ceterum & actis addiderunt quod voluerunt. Jam artificium eſt illis. Ælianus proconſul dixit, Ex profeſſione Cæciliani, qui acta falſata eſſe dicit, atque epiſtolæ plurima addita manifeſtum eſt qua voluntate hæc geſſerit Ingentius: & ideo recipiatur in carcerem. Eſt enim arctiori interrogationi neceſſarius. Felicem autem religioſum epiſcopum liberum eſſe ab exuſtione inſtrumentorum deificorum manifeſtum eſt, cum nemo in eum aliquid probare potuerit, quod religioſiſſimas ſcripturas tradiderit, vel exuſſerit. Omnium enim interrogatio ſupra ſcripta manifeſta eſt, nullas ſcripturas deificas C vel inventas, vel corruptas, vel incenſas fuiſſe: hoc actis continetur, Quod Felix epiſcopus religioſus, illis temporibus, neque præſens fuerit, neque conſcientiam accommodaverit, neque tale aliquid fieri juſſerit. Ageſilaus dixit, De his, qui ad poteſtatem veſtram inſtruendam venerunt, quid jubet poteſtas tua? Ælianus proconſul dixit, Revertantur ad ſedes ſuas.

August. lib. 3 contra Creſc. c. 70.

Optatus lib. 1 p. 33. edit Parrhiſienſis it folio

*Expliciunt geſta purgationis Felicis epiſcopi [a] Autumnitani ordinatoris Cæciliani Carthaginenſis.*

[a] Aptungitani

Sententiam vero ab Æliano proconſule prolatam dedit Optatus libro 1. quem conſule ſis, D aut adi ſupra pag. 1428. C.

## ARELATENSIS SYNODUS [b] CHRESTI

[b] Imo Marini potius Arel. ep. qui primus ſynodica ſubſcripſit.

*Ex libello ſynodico.*

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ἀρελάτῳ, ὑπὸ Χρήστου συναθροισθεῖσα τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Συρακουσίων τῆς Σικελίας, καὶ τοῦ προειρημένου Κικιλλιανοῦ ἐπισκόπου, ἐπὶ τῇ ἑνώσει τῶν ἐπισκόπων.

Synodus divina & ſacra provincialis, in urbe Arelatenſi, a Chreſto ſanctiſſimo Syracuſiorum Siciliæ, & prænominato Cæciliano, E epiſcopis congregata, pro unione epiſcoporum.

# ᵃ ANCYRANUM CONCILIUM, TEMPORE ᵇ SILVESTRI PAPÆ CELEBRATUM.

*Probatum a Leone IV. d. 20. c. de libellis.*

## ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΕΝ ΑΓΚΥΡΑ ΣΥΝΕΛΘΟΝΤΩΝ

*μακαρίων πατέρων· οἵτινες προγενέστεροι μέν εἰσι τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθέντων κανόνων, δεύτεροι δὲ διὰ τὴν τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου αὐθεντίαν,*

## REGULÆ ᵃ SANCTORUM PATRUM, QUI ANCYRÆ convenerunt: quæ quidem canonibus Nicænis priores ſunt, ſed propter ᵇ œcumenicæ ſynodi auctoritatem poſtponuntur.

a conſtituta.

b Sancti & magni concilii

In codicibus canonum C. & L.

GENTIANO HERVETO INTERPRETE.

A

α´.

ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥΣ τοὺς ἐπιθύσαντας, εἶτα ἐπαναπαλαίσαντας, μήτε ἐκ μεθόδου τινός, ἀλλ' ἐξ ἀληθείας, μήτε προκατασκευάσαντας καὶ ἐπιτηδεύσαντας καὶ πείσαντας, ἵνα δόξωσι μὲν βασάνοις ὑποβάλλεσθαι, ταύτας δὲ τῷ δοκεῖν καὶ τῷ σχήματι προσαχθῆναι· τούτους ἔδοξε τῆς μὲν τιμῆς τῆς κατὰ τὴν καθέδραν μετέχειν, προσφέρειν δὲ αὐτούς, ἢ ὁμιλεῖν, ἢ ὅλως λειτουργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν λειτουργιῶν, μὴ ἐξεῖναι.

I.

ᶜ PRESBYTEROS, qui ſacrificarunt, deinde contra reluctati ſunt, non fraudulenter & inſidioſe, ſed vere, nec hoc prius machinati ſunt, nec conſulto ac de induſtria id fecerunt, & perſuaſerunt, ut tormentis ſubjici viderentur, cum ea ſpecie & opinione tantum inferrentur: viſum eſt eos cathedræ quidem honoris eſſe participes, non licere autem ipſis offerre, ſeu ſermonem conferre, vel omnino ſacerdotale aliquod munus obire.

B

β´.

Διακόνους ὁμοίως θύσαντας, μετὰ δὲ ταῦτα ἀναπαλαίσαντας, τὴν μὲν ἄλλην τιμὴν ἔχειν, πεπαῦσθαι δὲ αὐτοὺς πάσης ᶜ τῆς ἱερᾶς λειτουργίας, τοῦ τε τὸν ἄρτον ἢ ποτήριον ἀναφέρειν, ἢ κηρύσσειν. Εἰ μέντοι τινὲς τῶν ἐπισκόπων τούτοις συνίδοιεν κάματόν τινα ἢ ταπείνωσιν πραότητος, καὶ ἐθέλοιεν πλεῖόν τι διδόναι ἢ ἀφαιρεῖν, ἐπ' αὐτοῖς εἶναι τὴν ἐξουσίαν.

II.

Diaconos ſimiliter qui ſacrificarunt, poſtea autem reluctati ſunt, alium quidem honorem habere, ipſos autem ab omni ᶜ ſacerdotali miniſterio ceſſare, & panem vel calicem offerendi, vel prædicandi: ſed ſi ex epiſcopis aliqui in iis vel afflictionem aliquam, vel humilitatem ac manſuetudinem viderint, & aliquid amplius dare vel offerre voluerint, in eorum poteſtate id eſſe.

c Sacro aptius reddidit Dionyſius, habeturque in veteri interpretatione.

C

γ´.

Τοὺς φεύγοντας καὶ συλληφθέντας, ἢ ὑπὸ οἰκείων παραδοθέντας. ἢ ἄλλως τὰ ὑπάρχοντα ἀφαιρεθέντας, ἢ ὑπομείναντας βασάνους, ἢ εἰς δεσμωτήριον ἐμβληθέντας, βοῶντάς τε ὅτι εἰσὶ χριστιανοί, καὶ ¹ περισχισθέντας, ἤτοι εἰς τὰς χεῖρας πρὸς βίαν ἐμβαλλόντων τῶν βιαζομένων, ἢ βρῶμά τι πρὸς ἀνάγκην δεξαμένους, ὁμολογοῦντας δὲ διόλου ὅτι εἰσὶ χριστιανοί, καὶ τὸ πένθος τοῦ συμβάντος ἀεὶ ἐπιδεικνυμένους τῇ πάσῃ καταστολῇ, καὶ τῷ σχήματι, καὶ τῇ τοῦ βίου ταπεινότητι· τούτους ὡς ἔξω ἁμαρτήματος ὄντας, τῆς κοινωνίας μὴ κωλύεσθαι. εἰ δὲ καὶ ἐκωλύθησαν ὑπό τινος, περισσοτέρας ἀκριβείας ἕνεκεν, εἰ καί τινων ἀγνοίᾳ, εὐθὺς προσδεχθῆναι. Τοῦτο δὲ ὁμοίως ἐπί τε τῶν ἐκ τοῦ κλήρου καὶ τῶν ἄλλων λαϊκῶν· Προσεξητάσθη δὲ κἀκεῖνο, εἰ δύνανται καὶ λαϊκοὶ τῇ αὐτῇ ἀνάγκῃ ὑποπεσόντες * προσάγεσθαι εἰς τάξιν.

al. περισχεθέντες.

προάγεσθαι

III.

Eos qui fugientes comprehenſi ſunt, vel ſunt a ſuis traditi, vel ſuis alioqui facultatibus privati, vel tormenta perpeſſi, vel in carcerem conjecti ſunt, clamantes ſe eſſe Chriſtianos, & divulſi ac diſtracti ſunt, vel iis qui vim afferebant thus in manus immittentibus, vel cibo aliquo per neceſſitatem ſuſcepto, ſe tamen eſſe Chriſtianos perpetuo fatentes, & ejus quod accidit dolorem & amictu, & habitu, & vitæ humilitate præ ſe ferentes, a communione non arceri. Sin autem etiam ab aliquo ſunt prohibiti, majoris cautionis gratia, vel etiam propter aliquorum ignorantiam, ſtatim admittantur. Hoc autem ſimiliter in clericis & aliis laicis. Hoc quoque eſt examinatum, an poſſint etiam laici, qui in eamdem neceſſitatem inci-



1 al. [illegible]

derunt, ad ordinem promoveri. Viſum A eſt ergo, & eos ut qui nihil peccaſſent, ſi etiam præcedens eorum vitæ inſtituendæ ratio recta inveniatur, promoveri.

IV.

De iis qui vi ſacrificarunt, & prætere ad idola pranſi ſunt, quicumque abducti, quidem, & lætiore habitu acceſſerunt, & veſte ſumptuoſiore uſi ſunt, & parati prandii, non ægre id ferentes, participes fuerunt, *d* viſum eſt anno audire, tribus autem annis ſubſterni ac ſupplices eſſe, ſoli autem *e* orationi duobus annis communicare, & tunc ad id quod eſt *f* perfectum accedere. B

V.

*In codice ecclesiæ Romanæ editionis Moguntiæ hic canon Græcorum 5 non ſejungitur a quarto ſuperiore.*

Quicumque autem cum veſte lugubri acceſſerunt, & accumbentes comederunt, interea toto accubitus tempore lacrymas fundentes, ſi triennale ſubſtrationis tempus impleverunt, ſine oblatione recipiantur. Si autem non comederunt, cum duobus annis ſupplices ſubſtratique fuerint, tertio anno communicent ſine oblatione, ut id quod perfectum eſt, triennio accipiant. Statuimus autem ut epiſcopi, modo * converſationis examinato, poteſtatem habeant vel utendi clementia, vel plus temporis adjiciendi. Ante omnia autem & præcedens vita, & quæ conſecuta eſt, examinetur, & ſic eis clementia impertiatur. C

* converſionis

VI.

De iis, qui ſupplicii minis, & bonorum ablationis, vel exterminationis tantum ceſſerunt, & ſacrificaverunt, & ad præſens uſque tempus pœnitentiam non egerunt, nec converſi ſunt; nunc autem circa tempus ſynodi proceſſerunt, & converſionis cogitationem induerunt: viſum eſt ad magnum uſque diem eos ad auditionem admitti, & poſt magnum diem tribus annis eſſe ſupplices & ſubſterni, & poſt alios duos annos communicare *h* ſine oblatione, & ſic ad id quod perfectum eſt venire, ut totum ſexennium impleant: ſi qui autem ante hanc ſynodum ad pœnitentiam admiſſi ſunt, ab illo tempore eis ſexennium reputari. Sed ſi periculum, mortiſque expectatio ex morbo, vel aliqua alia occaſione evenerit, ii ſub definitione recipiantur. D

VII.

De iis qui in feſto ethnico, in loco gentilibus deputato, convivati ſunt, & proprios cibos attulerunt, & comederunt: viſum eſt, cum biennio ſubſtrati fuerint, eſſe recipiendos. *i* An unumquemque autem cum oblatione recipere oporteat, eſt epiſcoporum examinare, & aliam vitam in unoquoque inquirere. E

Ἔδοξεν οὖν καὶ τούτους, ὡς μηδὲν ἡμαρτηκότας, εἰ καὶ ἡ προλαβοῦσα εὑρίσκοιτο ὀρθὴ τοῦ βίου πολιτεία, προχειρίζεσθαι.

δ'.

Περὶ τῶν πρὸς βίαν θυσάντων, ἐπὶ δὲ τούτοις * καὶ τῶν δειπνησάντων εἰς τὰ εἴδωλα, ὅσοι μὲν ἀπαγόμενοι, καὶ σχήματι * φαιδροτέρῳ ἀνῆλθον, καὶ ἐσθῆτι ἐχρήσαντο πολυτελεστέρᾳ, καὶ μετέσχον τοῦ παρασκευασθέντος δείπνου ἀδιαφόρως· ἔδοξεν ἐνιαυτὸν ἀκροᾶσθαι, ὑποπεσεῖν δὲ τρία ἔτη, εὐχῆς δὲ μόνης κοινωνῆσαι ἔτη δύο, καὶ τότε ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον.

* al. καὶ ἔτι
* al. συνεσθῆτι

ε'.

Ὅσοι δὲ ἀνῆλθον μετὰ ἐσθῆτος πενθικῆς, καὶ ἀναπεσόντες ἔφαγον μεταξὺ δι' ὅλης τῆς ἀνακλίσεως δακρύοντες, εἰ ἐπλήρωσαν τὸν τῆς ὑποπτώσεως τριετῆ χρόνον, χωρὶς προσφορᾶς δεχθήτωσαν. εἰ δὲ μὴ ἔφαγον, δύο ὑποπεσόντες ἔτη, τῷ τρίτῳ κοινωνησάτωσαν χωρὶς προσφορᾶς, ἵνα τὸ τέλειον [1] τῇ * τριετίᾳ λάβωσι· τοὺς δὲ ἐπισκόπους ἐξουσίαν ἔχειν τὸν τρόπον τῆς ἐπιστροφῆς δοκιμάσαντας φιλανθρωπεύεσθαι, ἢ πλείονα προστιθέναι χρόνον, πρὸ πάντων δὲ καὶ ὁ προάγων βίος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα, ἐξεταζέσθω· καὶ οὕτως ἡ φιλανθρωπία ἐπιμετρείσθω.

* al. τετάρτῃ

ς'.

Περὶ τῶν ἀπειλῇ μόνον εἰξάντων κολάσεως, καὶ ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων, ἢ μετοικίας, καὶ θυσάντων, καὶ μέχρι τοῦ παρόντος καιροῦ μὴ μετανοησάντων, μηδὲ ἐπιστρεψάντων, νῦν δὲ παρὰ τὸν καιρὸν τῆς συνόδου προσελθόντων, καὶ εἰς διάνοιαν τῆς ἐπιστροφῆς γενομένων· ἔδοξε μέχρι τῆς μεγάλης ἡμέρας εἰς ἀκρόασιν δεχθῆναι, καὶ μετὰ τὴν μεγάλην ἡμέραν ὑποπεσεῖν τρία ἔτη, καὶ μετὰ ἄλλα δύο ἔτη, κοινωνῆσαι χωρὶς προσφορᾶς, καὶ οὕτως ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον, ὥστε τὴν πᾶσαν ἑξαετίαν πληρῶσαι· εἰ δέ τινες πρὸ τῆς συνόδου ταύτης ἐδέχθησαν εἰς μετάνοιαν, ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου λελογίσθαι αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν τῆς ἑξαετίας. εἰ μέντοι κίνδυνος καὶ θανάτου προσδοκία ἐκ νόσου ἢ ἄλλης τινὸς προφάσεως συμβαίη, τούτους ἐπὶ ὅρῳ δεχθῆναι.

ζ'.

Περὶ τῶν συνεστιαθέντων ἐν ἑορτῇ ἐθνικῇ ἐν τόπῳ ἀφωρισμένῳ τοῖς ἐθνικοῖς, ἴδια βρώματα ἐπικομισαμένων καὶ φαγόντων· ἔδοξε διετίαν ὑποπεσόντας δεχθῆναι. Τὸ δὲ εἰ χρὴ μετὰ τῆς προσφορᾶς, ἕκαστον τῶν ἐπισκόπων δοκιμάσαι, καὶ τὸν ἄλλον βίον ἐφ' ἑκάστου * ἀξιῶσαι.

* al. ἐξετάσαι

Οἱ

1 Zonaras πληρουμένης τῆς τριετίας, poſt exactum triennium. *Harduinus*.

η'.

Οἱ δὲ δεύτερον καὶ τρίτον θύσαντες μετὰ βίας, τετραετίαν ὑποπιπτέτωσαν, δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνησάτωσαν, καὶ τῷ ἑβδόμῳ τελείως δεχθήτωσαν.

θ'.

Ὅσοι δὲ μὴ μόνον ἀπέστησαν, ἀλλὰ καὶ ἐπανέστησαν καὶ ἠνάγκασαν ἀδελφοὺς, καὶ αἴτιοι ἐγένοντο τοῦ ἀναγκασθῆναι. οὗτοι ἔτη μὲν τρία τὸν τῆς ἀκροάσεως δεξάσθωσαν τόπον, ἐν δὲ ἄλλῃ ἑξαετίᾳ τὸν τῆς ὑποπτώσεως. ἄλλον δὲ ἐνιαυτὸν κοινωνησάτωσαν χωρὶς προσφορᾶς. ἵνα τὴν δεκαετίαν πληρώσαντες, τοῦ τελείου μετάσχωσιν. Ἐν μέντοι τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ τὸν ἄλλον αὐτῶν ἐπιτηρεῖσθαι βίον.

ι'.

Διάκονοι, ὅσοι καθίστανται, παρ' αὐτὴν τὴν κατάστασιν εἰ ἐμαρτύραντο καὶ ἔφασαν χρῆναι γαμῆσαι, μὴ δυνάμενοι οὕτως μένειν· οὗτοι μετὰ ταῦτα γαμήσαντες, ἔστωσαν ἐν τῇ ὑπηρεσίᾳ, διὰ τὸ ἐπιτραπῆναι αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου. τοῦτο δὲ εἴτινες σιωπήσαντες, καὶ καταδεξάμενοι ἐν τῇ χειροτονίᾳ μένειν οὕτως, μετὰ ταῦτα ἦλθον ἐπὶ γάμον, πεπαῦσθαι αὐτοὺς τῆς διακονίας.

ια'.

Τὰς μνηστευθείσας κόρας, καὶ μετὰ ταῦτα ὑπ' ἄλλων ἁρπαγείσας, ἔδοξεν ἀποδίδοσθαι τοῖς προμνηστευσαμένοις. εἰ καὶ βίαν ὑπ' αὐτῶν πάθοιεν.

ιβ'.

Τοὺς πρὸ τοῦ βαπτίσματος τεθυκότας, καὶ μετὰ ταῦτα βαπτισθέντας, ἔδοξεν εἰς τάξιν προάγεσθαι, ὡς ἀπολουσαμένους.

ιγ'.

Χωρεπισκόπους μὴ ἐξεῖναι πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν, ἀλλὰ μηδὲ [1] πρεσβυτέρους πόλεως, χωρὶς τοῦ ἐπιτραπῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου μετὰ γραμμάτων [2] ἐν ἑτέρᾳ παροικίᾳ.

ιδ'.

Τοὺς ἐν κλήρῳ πρεσβυτέρους ἢ διακόνους ὄντας, καὶ ἀπεχομένους κρεῶν, ἔδοξεν ἐφάπτεσθαι, καὶ οὕτως, εἰ βούλοιντο, κρατεῖν ἑαυτῶν. εἰ δὲ βούλοιντο, ὡς μηδὲ τὰ μετὰ κρεῶν βαλλόμενα λάχανα ἐσθίειν, καὶ εἰ μὴ ὑπείκοιεν τῷ κανόνι, πεπαῦσθαι αὐτοὺς τῆς τάξεως.

ιε'.

Περὶ τῶν διαφερόντων τῷ [3] κυριακῷ, ὅσα ἐπισκόπου μὴ ὄντος πρεσβύτεροι ἐπώλησαν, * ἀναβαλεῖσθαι τὸ κυριακόν· ἐν δὲ τῇ κρίσει τοῦ ἐπισκόπου εἶναι, εἴπερ προσήκει ἀπολαβεῖν τὴν τιμὴν, εἴτε καὶ μή· διὰ τὸ πολλάκις τὴν πρόσοδον τῶν πεπραμένων ἀποδεδωκέναι αὐτοῖς τούτοις πλείονα τὴν τιμήν.

* ἰσ. ἀνακαλεῖσθαι.

ιϛ'.

Περὶ τῶν ἀλογευσαμένων, ἢ καὶ ἀλογευομένων.

Ὅσοι πρὶν εἰκοσαετεῖς γενέσθαι, ἥμαρτον, πέντε καὶ δέκα ἔτεσιν ὑποπεσόντες, κοινωνίας τυγχανέτωσαν τῆς εἰς τὰς προσευχάς. εἶτα ἐν τῇ

VIII.

Qui autem bis vel ter ſacrificarunt per vim, triennio ſubſternantur, duobus autem annis ſine oblatione communicent, & ſeptimo perfecte ſuſcipiantur.

IX.

Quicumque autem non ſolum deſciverunt, ſed etiam inſurrexerunt, & fratres ſuos coegerunt, & cauſæ fuerunt ut cogerentur, ii annis quidem tribus auditionis locum ſuſcipiant, ſex ſubſtrationis, alio autem anno ſine oblatione communicent, ut decennio expleto, ejus quod eſt perfectum, ſint participes. Eorum autem in eo quoque tempore vitam examinare oportet.

X.

*k* Quicumque diaconi conſtituti, in ipſa conſtitutione teſtificati ſunt & dixerunt, oportere ſe uxores ducere, cum non poſſint ſic manere, ii ſi uxorem poſtea duxerint, ſint in miniſterio, eo quod hoc ſit illis ab epiſcopo conceſſum. Si qui autem hoc ſilentio prætérito, & in ordinatione, ut ita manerent, ſuſcepti ſunt, poſtea autem ad matrimonium venerunt, ii a diaconatu ceſſent.

XI.

Deſponſas aliis puellas, & ab aliis poſtea raptas, viſum eſt iis, quibus deſponſæ erant, reddi, etiam ſi vim paſſæ ſunt.

XII.

Eos qui ante baptiſmum ſacrificarunt, & poſtea baptizati ſunt, viſum eſt ad ordinem promoveri, ut qui abluti ſunt.

XIII.

Choreſpiſcopos non licere presbyteros vel diaconos ordinare, ſed neque urbis presbyteros, niſi cum literis ab epiſcopo permiſſum fuerit, in aliena parochia.

XIV.

*l* Qui in clero ſunt, presbyteros vel diaconos a carnibus abſtinentes, viſum eſt eas attingere, & ſic, ut velint, ab eis abſtinere. Si autem nolint olera, quæ cum carnibus apponuntur, comedere, & canoni non cedant, ab ordine ceſſare.

XV.

Ex iis quæ pertinent ad dominicum, quæcumque dum non eſſet epiſcopus, presbyteri vendiderunt, revocare dominicum: epiſcopi autem judicio relinqui, an oporteat pretium recipere, an non: utpote quod eorum quæ ſunt vendita, eis ipſis majus pretium reddiderit.

XVI.

De iis, qui rationis expertia animalia inierunt, vel ineunt.

Quicumque prius quam viginti quidem annos nati eſſent, peccarunt, poſtquam quindecim annis ſubſtrati ac ſupplices fuerint, com-

Hoc intelligi poteſt de his qui vel cum pecoribus, vel more pecudum cum propinquo ſanguine mixti ſunt.



1 Ita Balſamon & Zonaras: at Joannes Antiochenus tit. 21. & Ferrandus in Brev. & codex Eccl. Rom. & Latini Interpretes legunt πρεσβυτέρους, quia & prius χωρεπισκόπους. *Harduinus.* 2 Omnes Latini Interpretes cum Joanne Antiocheno tit. 21. hic legunt ἐν ἑκάστῃ παροικίᾳ. *Harduinus.* 3 Κυριακὸν eſt ſacra Deo ædes: *Dominicum* appellat Idatius in faſtis. *Harduinus.*

communionem ad preces aſſequantur. Deinde & cum in communione quinque annis perſeveraverint, oblationem attingant. Examinetur autem & eorum in ſubſtratione vita, & ita humanitatem conſequantur. Si qui autem improbe ac maligne in peccatis fuerunt, longe ſubſtrationem habeant. Quicumque autem hanc ætatem tranſgreſſi, & habentes uxores, in hoc peccatum inciderunt, viginti annis ſubſtrati, communionem ad preces aſſequantur. Deinde cum in precum communione quinque annos peregerint, oblationem aſſequantur Si qui autem & mulieres habentes, & quinquageſimum annum tranſgreſſi, peccaverunt, in vitæ exitu communionem aſſequantur.

A κοινωνίᾳ διαπλέσαντες ἔτη πέντε, τότε καὶ τῆς προσφορᾶς ἐφαπτέσθωσαν. Ἐξεταζέσθω δὲ αὐτῶν καὶ ὁ ἐν τῇ ὑποπτώσει βίος, καὶ οὕτως τυγχανέτωσαν τῆς φιλανθρωπίας. Εἰ δέ τινες κατακόρως ἐν τοῖς ἁμαρτήμασι γεγόνασι, τὴν μακρὰν ἐχέτωσαν ὑπόπτωσιν. Ὅσοι δὲ ὑπερβάντες τὴν ἡλικίαν ταύτην, καὶ γυναῖκας ἔχοντες, περιπεπτώκασι τῷ ἁμαρτήματι, πέντε καὶ εἴκοσι ἔτη ὑποπεσέτωσαν καὶ κοινωνίας τυγχανέτωσαν τῆς εἰς τὰς προσευχάς· εἶτα ἐκτελέσαντες πέντε ἔτη ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν εὐχῶν, τυγχανέτωσαν τῆς προσφορᾶς. Εἰ δέ τινες καὶ γυναῖκας ἔχοντες, καὶ ὑπερβάντες τὸν πεντηκον-B ταετῆ χρόνον, ἥμαρτον, ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ τοῦ βίου τυγχανέτωσαν τῆς κοινωνίας.

XVII.

Eos qui rationis expertia animantia inierunt, & qui leproſi ſunt vel fuerunt, juſſit ſancta ſynodus inter hiemantes orare.

ιζ'.

Τοὺς ἀλογευσαμένους καὶ λεπροὺς ὄντας, ἤτοι λεπρώσαντας, τούτους προσέταξεν ἡ ἁγία σύνοδος εἰς τοὺς χειμαζομένους εὔχεσθαι.

XVIII.

Si qui conſtituti epiſcopi, & ab illa parochia, in quam nominati fuerunt, non ſuſcepti, alias velint parochias invadere, & iis qui conſtituti ſunt, vim afferre, & ſeditiones adverſus illos excitare, eos ſegregari. Sin autem velint in presbyterio reſidere, in quo prius erant presbyteri, ipſos honore non moveri. Quod ſi adverſus eos, qui illic conſtituti ſunt, epiſcopos ſeditiones excitaverint, honorem quoque presbyterii ab eis auferri: & illos abdicatos effici.

ιη'.

Εἴ τινες ἐπίσκοποι κατασταθέντες, καὶ μὴ δεχθέντες ὑπὸ τῆς παροικίας ἐκείνης, εἰς ἣν ὠνομάσθησαν, ἑτέραις βούλοιντο παροικίαις ἐπιέναι, καὶ βιάζεσθαι τοὺς καθεστῶτας, καὶ στάσεις κι-C νεῖν κατ' αὐτῶν, τούτους ἀφορίζεσθαι. Ἐὰν μέντοι βούλοιντο εἰς τὸ πρεσβυτέριον καθέζεσθαι, ἔνθα ἦσαν πρότερον πρεσβύτεροι, μὴ ἀποβάλλεσθαι αὐτοὺς τῆς τιμῆς. Ἐὰν δὲ διαστασιάζωσι πρὸς τοὺς καθεστῶτας ἐκεῖ ἐπισκόπους, ἀφαιρεῖσθαι αὐτοὺς καὶ τὴν τιμὴν τοῦ πρεσβυτερίου, καὶ γίνεσθαι αὐτοὺς ἐκκηρύκτους.

XIX.

Quicumque virginitatem profitentes, profeſſionem ſuam irritam reddunt, ii bigamorum definitionem impleant. Virgines quidem certe, quæ cum quibuſdam tanquam cum fratribus congrediuntur prohibuimus.

ιθ'.

Ὅσοι παρθενίαν ἐπαγγελλόμενοι, ἀθετοῦσι τὴν ἐπαγγελίαν, τὸν τῶν διγάμων ὅρον ἐκπληρούτωσαν. τὰς μέντοι συνερχομένας παρθένους τισὶν[1], ὡς ἀδελφὰς, ἐκωλύσαμεν.

D

XX.

Si alicujus uxor adulterata fuerit, vel quis eam adulteraverit, oportet eum in ſeptem annis quod perfectum eſt aſſequi, per gradus qui eo deducunt.

κ'.

Ἐάν τινος γυνὴ μοιχευθῇ, ἢ μοιχεύσῃ τις, ἐν ἑπτὰ ἔτεσι δοκεῖ αὐτὸν τοῦ τελείου τυχεῖν, κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς προάγοντας.

XXI.

De mulieribus, quæ ſunt fornicatæ, & fœtus in utero perimunt, & fœtuum necatoriis medicamentis faciendis dant operam, prior quidem definitio uſque ad vitæ exitum prohibebat, & ei quidam aſſentiuntur. Sed humanitate tamen utentes, decrevimus, ut decennium per gradus præfinitos impleant.

κα'.

Περὶ τῶν γυναικῶν τῶν ἐκπορνευουσῶν, καὶ ἀναιρουσῶν τὰ γεννώμενα, καὶ σπουδαζουσῶν φθόρια ποιεῖν, ὁ μὲν πρότερος ὅρος μέχρις ἐξόδου ἐκώλυσεν. καὶ τούτῳ συντίθενται. Φιλανθρωπότερον δέ τι εὑρόντες, ὡρισάμεθα δεκαετῆ χρόνον κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς ὡρισμέ-E νους.

XXII.

De voluntariis cædibus, ſupplices quidem ſubſternantur: eo autem quod perfectum eſt, in fine vitæ digni habeantur.

κβ'.

Περὶ ἑκουσίων φόνων, ὑποπιπτέτωσαν μὲν, τοῦ δὲ τελείου ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου καταξιούσθωσαν.

XXIII.

De involuntariis cædibus, prior quidem conſtitutio jubet in ſeptennio per præfinitos

κγ'.

Ἐπὶ ἀκουσίων φόνων, ὁ μὲν πρότερος ὅρος ἐν ἑπταετίᾳ κελεύει τοῦ τελείου μετασχεῖν, κατὰ τοὺς

1 Ita Zonaras, & ante eum Joannes Antiochenus tit. 24. Alii ὡς ἀδελφαῖς Harduinus.

τοὺς ὡρισμένους βαθμούς. ὁ δὲ δεύτερος, τὴν A πενταετῆ χρόνον πληρώσει.

κδ.

Οἱ καταμαντευόμενοι, καὶ ταῖς συνηθείαις τῶν * χρόνων ἐξακολουθοῦντες, ἢ εἰσάγοντές τινας εἰς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακειῶν, ἢ καὶ καθάρσει, ὑπὸ τὸν κανόνα πιπτέτωσαν τῆς πενταετίας κατὰ τοὺς βαθμοὺς ὡρισμένους, τρία ἔτη ὑποπτώσεως, καὶ δύο ἔτη εὐχῆς χωρὶς προσφορᾶς.

κε.

Μνηστευσάμενός τις κόρην, προσέφθαρη τῇ ἀδελφῇ αὐτῆς, ὡς καὶ ἐπιφορέσαι αὐτήν. ἔγημε δὲ τὴν μνηστὴν μετὰ ταῦτα. ἡ δὲ φθαρεῖσα ἀπήγξατο. οἱ συνειδότες ἐκελεύσθησαν ἐν δεκαετίᾳ δεχθῆναι εἰς τοὺς συνεστῶτας, κατὰ τοὺς ὡρισμένους βαθμούς.

gradus eſſe perfecti participes: ſecunda vero, quinquennium implere.

XXIV.

Qui vaticinantur, & gentium conſuetudidines ſequuntur, vel in ſuas ædes aliquos introducunt ad medicamentorum inventionem, vel luſtrationem, in quinquennii canonem incidant, ſecundum gradus præfinitos, tres annos ſubſtrationis, & duos annos orationis ſine oblatione.

XXV.

Quidam cui erat puella deſponſa, ejus ſorori vitium attulit, ita ut ea etiam conciperet. Sponſam autem poſtea uxorem duxit. Ea B autem cui vitium erat allatum, ſe ſuffocavit. Qui conſcii fuerant, juſſi ſunt decennio in eos qui conſiſtunt, recipi per gradus definitos.

# CANONES

## CONCILII ANCYRANI.

### Ex interpretatione Dionyſii Exigui. [1] (a)

Addimus hic variantes ex codice vetuſto Lucenſi Sæculo XI ſcripto.

TITULI CANONUM.

I. *De presbyteris qui immolaverunt tempore perſecutionis.*

II. *De diaconis qui immolaverunt.*

III. *De iis qui ex fuga comprehenſi ſunt, & per vim pagani ritus aliquid pertulerunt.*

IV. *De his, qui diverſis cauſis gentilitatis ritus aliquid peregerunt.*

V. *De his qui timore ritus gentilium peregerunt.*

VI. *De his, qui in locis idolorum manducaverunt.*

VII. *De his, qui frequenter idolis immolaverunt.*

VIII. *De his, qui & aliis ſacrificandi cauſas attulerunt.*

IX. *De diaconis, qui tempore ordinationis de nuptiis atteſtati ſunt.*

X. *De deſponſatis puellis, & ab aliis corruptis.*

XI. *De his, qui cum eſſent catechumeni, idolis immolaverunt.*

XII. *Quod non oporteat chorepiſcopos ordinare clericum, niſi in agris &* [a] *villis.* — a villulis.

XIII. *De his, qui eſum carnium, in clero conſtituti,* (b) *diffugiunt:*

XIV. *De rebus eccleſiaſticis, eo tempore diſtractis,* (c) *quo ipſæ eccleſiæ viduantur epiſcopis*

XV. *De his, qui fornicantur irrationabiliter. id eſt, qui miſcentur pecoribus, aut cum maſculis polluuntur.*

A XVI. *De his, qui in pecudes vel in maſculos, aut olim polluti ſunt, aut hactenus hoc vitio tabeſcunt.*

XVII. *De his, qui ad epiſcopatum promoti ſunt, nec recepti.*

XVIII. *De his, qui virginitatem profeſſi ſunt,* & (d) *quæ ſub ſororis habitu cum aliquibus commorantur.*

XIX. *De his qui adulteras habent uxores, vel ſi ipſi adulteri comprobentur.*

XX. *De his, quæ partus ſuos ex fornicatione diverſis modis interimunt.*

XXI. *De homicidiis.*

XXII. *De his, qui* (e) [a] *ſponte homicidium commiſerunt.* — a non

B XXIII. *De his, qui divinationes expetunt.*

XXIV. *De his, qui virginum corruptionibus* [b] *conſentiunt.* — b conſcii ſunt.

# CANONES.

## I.

[2] PResbyteros immolantes, & iterum luctamen adeuntes, ſi hoc non per illuſionem aliquam, ſed ex veritate fecerint, (f) [c] ut iterum teneri viderentur, aut tormentis ſubjici, quo facinus pati vide-

Diſt. 50. Presbyteros qui,

c Nic. 10. Neoc. 9. 10.

---

1 In Codicibus MSS. quatuor Bibliothecæ Pariſ. Soc. Jeſu, quibuſcum hanc interpretationem contulit Harduinus, hæc legitur præfatio. *Incipiunt regulæ Ancyrani Concilii. Iſtæ regulæ priores quidem ſunt Nicænis: ſed ideo Nicæna prius ſcripta ſunt, propter auctoritatem ejuſdem magni, ſanctique Concilii congregati apud Nicæam.* Scilicet in antiquis canonum collectionibus Nicæni ceteris præfeguntur.

(a) In MS. Corbejenſi ſæculi VI. poſt titulum hæc interlocutio, teſte P. Couſtantio ſubjungitur. *Oſius Epiſcopus dixit: Quoniam multa prætermiſſa (f. præmiſſa) ſunt, quæ ad robur Eccleſiaſticum pertinent, quæ jam priori ſynodo Anquiritana, Cæſarienſi, Granienſi (Gangrenſi) conſtituta ſunt. & nunc præ manibus habentur, præcipiat beatitudo veſtra, ut lectione pandantur, quo omnes (f. omnibus) acta modo innoteſcant; quæ a prioribus noſtris acta ſunt recitentur. Et recitata ſunt.* Interlocutionem hanc ad Nicænam ſynodum pertinere, putat Couſtantius; ſed prætorquamquod ad Sardicenſe Concilium potius pertinere videtur, ſuſpicioſam efficit omnium aliorum MSS. ſilentium. Manſi. (b) *Luc.* deſungiunt (c) *Luc.* quod (d) *Luc.* de his quæ (e) Luc. inſerit *non*

2 Eſt hic Canon in MSS. noſtris emendatior hoc modo: *Presbyteros immolantes, & iterum luctamen adeuntes, ſi hoc non per illuſionem aliquam, ſed ex veritate fecerint, nec ante parantes & affectantes, atque ſuadentes, ut æſtimentur quidem tormentis aptari, ſed hi viſu tantum & habitu ſubjici: hos placuit honorem quidem retinere propriæ ſedis: offerre vero aut alloqui populum, aut omnino ſacerdotalibus fungi officiis, non licere.* Harduinus, cui debemus ſequentes notas. (f) *Luc. poſt hæc verba addit* non ante parantes, & affectantes, atque ſuadentes, ut exiſtimentur quidem per tormenta aptari, ſed his viſi ſantum ex habitu ſubjici, hos placuit honorem &c. *ut in codice Hard.*

viderentur inviti; hos ergo placuit honorem quidem ſedis retinere; offerre autem illis, & ſermonem ad populum facere, aut aliquibus ſacerdotalibus officiis ſungi, non liceat.

II.

Dist. 50. Presbyteros qui immola. V. 10 Neoc. c. 10.

Diaconi ſimiliter qui immolaverunt, honorem quidem habeant: [1] ceſſare vero ab omni ſacro miniſterio, ſive a pane, ſive a calice offerendo, vel prædicando. Quod ſi quidam epiſcoporum conſcii ſunt laboris eorum, & humilitatis, & manſuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, [a] penes ipſos erit poteſtas.

a vel adimere, ita & Luc.

III.

Dist. 50. Presbyteros.

Qui fugientes comprehenſi ſunt, vel a domeſticis traditi, vel ademptis facultatibus ſuſtinuere tormenta, aut in cuſtodiam truſi, proclamaverunt ſe Chriſtianos eſſe, & eo uſque aſtricti ſunt, ut manus eorum comprehendentes, violenter attraherent, & funeſtis ſacrificiis admoverent, aut aliquid polluti cibi per neceſſitatem ſumere cogerentur; confitentes jugiter ſe Chriſtianos eſſe, & luctum rei, quæ contigit, inceſſabiliter oſtendentes omni dejectione & habitu & humilitate vitæ: [b] hos velut extra delictum conſtitutos, a communionis gratia non [2] vetamus. Si vero prohibiti ſunt, ab aliquibus, propter ampliorem cautelam, vel propter quorumdam ignorantiam, ſtatim recipiantur. Hoc autem ſimiliter & de clericis, & de laicis ceteris obſervari conveniet. Perquiſitum eſt autem & illud, ſi poſſunt etiam laici, qui in has neceſſitatis anguſtias inciderunt, ad clericatus ordinem promoveri: placuit ergo, & hos, tanquam qui nihil peccaverunt, ſi & præcedens eorum vita probabilis ſit, ad hoc officium provehi.

b nos

IV.

De his qui ſacrificare coacti ſunt, inſuper & cœnaverunt in idolio, quicumque eorum, cum ducerentur, [3] lætiore habitu fuerunt, & veſtimentis pretioſioribus uſi ſunt, & præparatæ cœnæ [4] indifferenter participes extiterunt: placuit, eos inter audientes uno anno conſtitui, ſuccumbere vero tribus annis, in oratione autem communicare biennio, & tunc ad perfectionis gratiam pervenire. [c] Quotquot autem aſcenderunt templa veſte lugubri, & recumbentes per omne tempus flevere diſcubitus, ſi compleverunt pœnitentiam triennii temporis, ſine oblatione ſuſcipiantur. Si autem non manducaverunt, biennio ſubjecti pœnitentiæ, tertio anno ſine oblatione communicent, ut perfectionem (a) quadriennio conſequantur. Penes autem epiſcopos erat poteſtas, modum [a] converſationis eorum probantes, vel humanius erga eos agere, vel amplius tempus [b] adjicere. Ante omnia vero præcedens eorum vita, & poſterior inquiratur, & ita eis impertiatur humanitas.

c Græcis hic incipit canon quintus

a converſionis ita & Luc.

b addicere

V.

[c] De his, qui minis tantum ceſſere pœnarum, aut privatione facultatum territi, aut demigratione, ſacrificaverunt, & hactenus pœnitudinis negligentes, neque converſi, nunc hujus concilii tempore ſemet obtulerunt, converſionis ſuæ conſilia capientes: placuit uſque [5] ad magnum diem eos inter audientes ſuſcipi, & poſt magnum diem triennio (b) pœnitentiam agere, & poſtmodum duobus [d] diebus ſine oblatione communicare, & tunc demum ſex annis completis, ad (c) perfectionis gratiam pervenire. Si vero quidam ante hanc ſynodum ſuſcepti ſunt ad pœnitentiam, ex illo tempore initium eis ſexennii computetur. Si quod autem periculum, vel mortis expectatio, aut ex infirmitate, aut ex aliqua occaſione contigerit his ſub definitione ſtatuta communio non negetur.

c Hic canon Græcis ſextus, & ſic deinceps. Nic. 11.

d annis, ita & Luc.

VI.

De his qui feſtis diebus gentilium, in remotis eorum locis convivia celebrarunt, ciboſque proprios deferentes, ibidem comederunt: placuit, poſt pœnitentiam biennii eos ſuſcipi: utrum vero cum oblatione, ſinguli epiſcoporum, probantes vitam eorum & ſingulos actus, examinent.

Leonis 30.

VII.

(d) Hi, qui ſecundo & tertio ſacrificaverunt, coacti, quatuor annis pœnitentiæ ſubjiciantur; duobus autem (e) aliis ſine oblatione communicent, & ſeptimo anno perfecte recipiantur.

VIII.

Nic. 11.

Quotquot autem non ſolum ipſi deviarunt, ſed etiam inſurrexerunt, & compulerunt fratres, & cauſas præbuerunt ut cogerentur: hi per triennium quidem locum inter audientes accipiant, per aliud vero ſexennium pœnitentiæ ſubjiciantur acriori, & alio anno communionem ſine oblatione percipiant, ut perfectionem (expleto decennio) conſequantur. Inter hæc autem & eorum vita penſanda eſt.

IX.

1 MS. *ceſſent*, ita & Luc. 2 MS. *vetari*, ita & Luc. 3 MS. *lætiores*. 4 Gloſſæ M. Bibl. Regiæ, & Collegii Pariſ. Soc. Jeſu ad hunc Canonem: *Indifferenter*, *indiſtanter*. 5 Hoc eſt, uſque ad diem Paſchæ.

(a) *Luc.* perfectiorem (b) *Luc.* triennium (c) *Luc.* provectioris.

(d) *Luc.* Si qui (e) deeſt in *Luc.*

IX.

Diſt. 28. Diaconi quicumque.

Nota tacitam continentiæ profeſſionem in ſuſceptione diaconii.

Diaconi, quicumque ordinantur, ſi in ipſa ordinatione proteſtati ſunt, & dixerunt velle ſe conjugio copulari, quia ſic manere non poſſunt: hi, ſi poſtmodum uxores duxerint, in miniſterio maneant, propterea quod eis epiſcopus licentiam dederit. Quicumque ſane tacuerint, & ſuſceperint manus impoſitionem, profeſſi continentiam, & poſtea nuptiis obligati ſunt, a miniſterio ceſſare debebunt.

X.

27. q. 2. Deſponſatas puellas. Chalc. 27. Siric. 4. a vis illata, ita & Luc.

Deſponſatas puellas, & poſt ab aliis raptas, placuit erui, & eis reddi, quibus ante fuerant deſponſatæ, etiam ſi eis a raptoribus [a] vim illatam conſtiterit.

XI.

Nic. 13. Neocæſ. 7.

Eos, qui ante bàptiſma ſacrificaverunt idolis, & poſtea baptiſma conſecuti ſunt, placuit ad ordinem provehi, eo quod probentur abluti.

XII.

Antioch. 8. 10. Neocæſ. 14.

b Quæ ſequuntur abſunt a codice eccleſiæ Romanæ, ita & Lu.

Chorepiſcopis non licere presbyteros aut diaconos ordinare: ſed nec presbyteris civitatis, ſine præcepto epiſcopi, vel literis, in unaquaque parochia [b] aliquid imperare, nec ſine auctoritate literarum ejus, in unaquaque parochia aliquid agere.

XIII.

Gangr. 2.

Hi qui in clero ſunt presbyteri & diaconi, & a carnibus abſtinent, placuit eas quidem contingere, & ita, ſi voluerint, continere. Quod ſi in tantum eas abominantur, ut nec olera, quæ cum eis coquuntur, exiſtiment comedenda, tanquam non conſentientes regulæ, ab ordine ceſſare debebunt.

XIV.

12. q. 2. c. ſi quæ de rebus.

[1] De his quæ pertinent ad eccleſiam, quæcumque, cum non eſſet epiſcopus, presbyteri vendiderunt, placuit reſciſſo contractu, ad jura eccleſiaſtica revocari. In judicio autem erit epiſcopi, ſi pretium debeat recipi, (a) necne: (b) quia plerumque rerum diſtractarum reditus ampliorem ſummam pro pretio dato reddiderit.

XV.

De his qui irrationabiliter verſati ſunt, ſive verſantur, quotquot &c. ita & Luc. Greg. Thau. 22. 23. Baſilii 22. 27. 28. d qualis extiterit, ita & Luc.

[c] Quotquot ante viceſimum annum tale crimen commiſerint, quindecim annis exactis in pœnitentia, communionem mereantur orationum. Deinde quinquennio in hac communione durantes, tunc demum oblationis ſacramenta contingant. Diſcutiatur autem & vita eorum, [d] quales tempore pœnitudinis extiterint, & ita miſericordiam conſequan-

A tur. Quod ſi inexplebiliter his hæſere criminibus, ad agendam pœnitentiam prolixius tempus inſumant. Quotquot autem peracta viginti annorum ætate, & uxores habentes, hoc peccato prolapſi ſunt, vigintiquinque annis pœnitudinem gerentes, in communionem ſuſcipiantur orationum. In qua quinquennio perdurantes, tunc demum oblationis ſacramenta percipiant. Quod ſi qui & uxores habentes, & tranſcendentes quinquageſimum annum ætatis, ita deliquerint, ad exitum vitæ communionis gra-

B tiam conſequantur.

XVI.

Eos qui irrationabiliter vixerint, & lepra [a] injuſti criminis alios polluerint, præcepit ſancta ſynodus inter eos orare, qui ſpiritu periclitantur immundo.

a injuſti.

XVII.

Diſt. 92. Si qui epiſcopi ordinati ſunt. Apoſt. 37. Antioch. 17. 18.

Si qui epiſcopi ordinati ſunt, nec recepti ab illa parochia, in qua fuerant denominati, voluerintque alias occupare parochias, & vim præſulibus earum inferre, ſeditiones adverſus eos excitan-

C do, hos abjici placuit. Quod ſi voluerint in presbyterii ordine, ubi prius fuerant (c) ut presbyteri reſidere, non abjiciantur propria dignitate. Si autem ſeditiones commovent ibidem conſtitutis epiſcopis, presbyterii quoque honor talibus auferatur, fiantque damnatione notabiles.

XVIII.

27. q. 1. Quotquot virginitatem polliciti.

Quotquot virginitatem promittentes, irritam faciunt ſponſionem, inter bigamos cenſeantur. Virgines autem quæ conveniunt cum aliquibus, tanquam ſo-

D rores, habitare prohibemus.

XIX.

b adulterata. Neoc. 8. Innoc. 24. ita & in Lu.

Si cujus uxor [b] adultera fuerit, vel ſi ipſe adulterium commiſerit, ſeptem annorum pœnitentia oportet eum perfectionem conſequi, ſecundum priſtinos gradus.

XX.

Gregor. Thaum. 14. 15. 16. 18. 19.

De mulieribus quæ fornicantur, & partus ſuos necant, vel quæ agunt ſecum, ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio uſque ad exitum vitæ eas ab eccleſia removet. Humanius

E autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus ſecundum præfixos gradus pœnitentiæ largiamur.

XXI.

Greg. 22. 23. 24. 25. 26.

Qui voluntarie homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem jugiter ſe ſubmittant: perfectionem vero circa vitæ exitum conſequantur.

XXII.

1 In MS. altero noſtro, *De his, quæ ad jus Eccleſiæ pertinent.*
(a) deeſt in *Luc.* (b) *Luc.* ne quia (c) *in Luc.* deeſt ut.

XXII.

Baſilii 63. 64 65. 67.

De homicidiis non ſponte commiſſis, prior quidem definitio poſt ſeptennem pœnitentiam perfectionem conſequi præcipit; ſecunda vero quinquennii tempus explere. (Modus autem hujus pœnitentiæ in epiſcoporum ſit arbitrio, ut ſecundum converſationem pœnitentium poſſint & extendere tardantibus, & minuere ſtudioſe feſtinantibus.)

XXIII.

Gregorii 12 Laodic. 36 Valent 83

Qui divinationes expetunt, & morem gentilium ſubſequuntur, aut in domos A ſuas hujuſcemodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi cauſa, ſub regula quinquennii jaceant, ſecundum gradus pœnitentiæ definitos.

XXIV.

Quidam ſponſam habens, ſororem ejus violavit, & gravidam reddidit; poſtmodum deſponſatam ſibi duxit uxorem: illa vero quæ corrupta eſt, laqueo ſe peremit. Hi qui fuerunt conſcii, poſt decennem ſatisfactionem juſſi ſunt ſuſcipi, ſecundum gradus pœnitentiæ conſtitutos. [1] (a)

* Collati ſunt cum MS Codice 58 Eccleſiæ Major. Lucenſis ſcripto ſæc. VIII

# CANONES (b)

## CONCILII ANCYRANI. (c)

Ex interpretatione [a] Iſidori Mercatoris. *

a veteri quæ legitur in compilatione

### TITULI CANONUM.


I. *De presbyteris lapſis in perſecutione.*

II. *De diaconibus qui immolaverunt.*

III. *De* [b] *clericis ſive laicis, quorum manus alii cum injuria ſuper idolorum ſacrificia poſuerunt.*

b his qui inviti ad immolandum ducti ſunt.

IV. *De his qui in templis idolorum cœnaverunt.*

V. *De his* [c] *qui timore ritus gentilium peregerunt.*

c aſcenderunt templa cum veſte lugubri

VI. *De his, qui in locis idolorum manducaverunt.*

VII. *De his, qui frequenter idolis immolaverunt.*

VIII. *De his qui coacti vi idolis immolaverunt.*

IX. *De his qui* [d] *aliis ſacrificandi cauſam attulerunt.*

d receſſerunt a fide fratreſque compulerunt.

X. *De diaconibus proteſtantibus, cum ordinantur,* &c.

XI. *De deſponſatis puellis, & ab aliis corruptis.*

XII. *De his qui ante baptiſmum ſacrificaverunt idolis.*

XIII. *De chorepiſcopis, & eorum poteſtate & auctoritate.*

XIV. *De presbyteris a carnibus ſe abſtinentibus.*

XV. *Non debere presbyteros eccleſiaſtica jura vendere: vel de rebus eccleſiaſticis eo tempore diſtractis, quo ipſæ eccleſiæ viduantur epiſcopis.*

XVI. *De his qui irrationabiliter vixerint, aut qui cum pecudibus verſantur.* [e]

e aut de his qui cum pecoribus commixti ſunt, aut more pecorum inceſta cum propinquis ſanguine commiſerunt, aut cum maſculis concubuerunt.

B XVII. *De his qui alios ad antedicta peccata induxerint.*

XVIII. *De epiſcopis qui ordinati non ſuſcipiuntur, vel qui ad epiſcopatum promoti ſunt, nec recepti.*

XIX. *De his qui virginitatem profitentur; & quæ ſub ſororis habitu cum aliquibus commorantur.*

XX. *De adulteris & eorum pœnitentia, ſive vir ſit an mulier.*

XXI. *De mulieribus quæ fornicatæ, partus ſuos necant.*

XXII. *De his qui volentes homicidium fecerunt.*

XXIII. *De his qui more gentilium vivunt.*

XXIV. *De eo qui ſororem ſponſæ ſuæ vitiavit, vel virginum corruptionibus conſcii ſunt.*


C

# CANONES.

## I.

3 PResbyteros qui immolaverunt, & poſtea [a] certamen iterum inierunt, ſi hoc ipſum ex fide, & non aliquo argumento ſibimet præparantes, egerunt, ut iterum teneri viderentur, (aut tormentis ſubjici putarentur, tanquam inviti:) ſi ex fide ergo luctati ſunt, & non ex [b] compacto, ad oſtentationem,

a reſipuerunt.

anſulis incluſa deſunt in *Luc.*

b confiſto, *Luc.* conſenſu.

---

1 Poſt relatos Canones hæc habetur in M. Pariſ. Coll. Soc. Jeſu Dionyſii adnotatio. *Et ſubſcripſerunt XVIII Epiſcopi qui in eodem Concilio convenerunt.*
Vitalis Antiochenus. (*ita MS.*) Marcellus Anquiranus. (*ita MS.*) Agricolaus Cæſarienſis. Lupus de Tarſo. Baſilius Abnenſis. (*ita MS.*) Philadelphius Heliopolitanus. Euſtolius Nicomedienſis. Heraclius Zelonenſis. Petrus Iconienſis. Nunechius Laudicenſis. Sergianus Antiocenſis. (*ita MS.*) Epidaurus Piſidienſis. Narciſſus Pergenſis. Leontius Neronianenſis. Longinus Dicaſionenſis. Amphion . . . Selaus . . . Germanus . . . (Nomina hæc Epiſcoporum deeſſe in non interpolatis Dionyſii Codicibus MSS. admonent Ballerini in Differt. de Collection. Canon. tom. 3. Oper. S. Leon. pag. XXII. *P. Manſi.*) 2 Hanc pariter interpretationem contulit Harduinus cum multis MSſ. codicibus Bibl. Pariſ. Soc. Jeſu, in quorum uno hæc eſt adnotatio Iſidori ipſius, relata ex parte in Gratiani decretum XI. diſt. XVI. *Primo adnotatio Ancyranæ Synodi eſt . . . . . in qua Patres decem & octo ſtatuerunt Canones viginti quatuor: quorum auctor maxime Vitalis Antiochenus Epiſcopus exſtitit, ſubſcribentibus Marcello Ancyrano, Atricolao Cæſarienſi, Lupo de Tarſo, Baſilio Amaſenſi, & ceteris.* 3 32. Diſt. 50. *Presbyteros qui*, ex alia verſione. Verſionem tamen Dionyſii Burchardus & Ivo: verſionem Iſidori magis ſecutus eſt Gratianus: Græcum ſermonem nunc uterque, Dionyſius, & Iſidorus; nunc alter eorum optime expreſſit. *Hard.*

(a) Codex Lucenſis ſubſcriptiones affert eaſdem, quas codex Harduini additis hiſce variantibus. *Atricolaus Cæſarienſis. Baſilius Amaſenſis. Philodelphius Heliopolitanus. Euſtolus Nicomedienſis. Perſianus Antiochenſis. Leontius Nerodienſis. Amphion Alphies. Selaus Germanus.* (b) *Luc.* Canones Anquirenſium.

(c) Iſti Canones priores quidem ſunt Nicænis canonibus expoſitis, ſed tamen Nicæni primo accepti ſunt propter auctoritatem S. & magni Concilii quod factum eſt in Nicæa. Cum apud Urbem Anquiritanam ventum fuiſſet. Hic exprimuntur. Nomina quæ inferius leguntur; in edito &c. ſtatuta ſunt ab eis quæ infra ſcripta ſunt.

nem, ut caperentur, ipſi fecerunt, hos placuit honorem quidem [a] ſedis propriæ retinere: offerre autem illis, & ſermonem ad populum facere, aut aliquibus ſacerdotalibus officiis fungi, non liceat.

a ſecundam cathedram

II.

32. Diſt. 50 Presbyteros qui §. Diaconi ſimiliter.

Diaconos ſimiliter qui immolaverunt, poſtea autem iterum reluctati ſunt, illum quidem habere oportet: ceſſare vero debent ab omni ſacro miniſterio [b], ita ut nec panem, nec calicem offerant, nec pronuncient: niſi forte aliqui epiſcoporum conſcii ſint laboris eorum, & humilitatis, manſuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, vel adimere. Penes ipſos ergo de his erit poteſtas.

b panis & calicis, non portare neque miniſtrare.

III.

32. Diſt 50. § Qui autem a tempore, ita & Luc.

d tenti

e ſubſtantias ſuas perdiderunt.

Qui fugientes [c] timore perſecutionis [d] comprehenſi ſunt, vel a familiaribus, ſeu a domeſticis traditi, vel [e] bona propria amiſerunt, vel ſuſtinuerunt tormenta, vel etiam carceribus incluſi ſunt, & tamen proclamaverunt ſe eſſe Chriſtianos; quin etiam, perſeverante violentia, ad id uſque perducti ſunt, ut manus eorum apprehenſas & violenter attractas ſuper ſacrificia imponerent, illis ſcilicet perſeverantibus in fide, & Chriſtianos ſe eſſe vociferantibus: hoc ergo quod eis invitis, aliis cogentibus, contigit, ſi luctu & mœrore animi (a) acerbe ſe ferre demonſtrent, ipſique humili per bonam converſationem habitu incedentes, dolere ſe id quod inviti coacti ſunt, doceant, hos tanquam (b) inculpatos a communione non vetari. Si autem jam prohibiti ſunt ab aliquibus a communione, majoris diligentiæ & inquiſitionis cauſa, aut per aliquorum ignorantiam, ſtatim recipi oportet. Hoc autem obſervari convenit & de clericis, & de laicis omnibus. Laicos ſane, qui in ſimiles neceſſitatis cauſas inciderunt, tanquam nihil peccaverint, maxime ſi eos probabilis vita commendet, ad ordinationem recipi placuit,

IV.

De his qui ſacrificare coacti ſunt, (c) inſuper in templis idolorum cœnaverunt, ſi qui eorum cum habitu cultiore ad templa perducti ſunt, atque ibi, pretioſiori veſte adhuc mutata, cœnæ participes facti ſunt idolorum, indifferenter ſumentes omnia quæ fuerant appoſita: placuit eos inter audientes uno anno conſtitui, tribus autem aliis annis agere pœnitentiam: ſed ex ipſo triennio per biennium tantummodo o. tioni com-

A municare, tertio autem anno reconciliari ſacramentis.

V.

a Sequitur feriem atque ordinem codicum Græcorum qui hunc a ſuperiori ſeparant non ſecus ac Parrandus c. 148 &c.

anſulis incluſa deſunt in Luc.

[a] (d) Quotquot autem aſcenderunt templa cum veſte lugubri, & recumbentes inter alios manducaverunt, flentes; ſi compleverint pœnitentiam triennii temporis, ſine oblatione (e) ſuſcipiantur ad communionem, (, id eſt, ut ipſi oblationem non offerant.) Si autem perducti ad templa, non manducaverunt, biennio maneant in pœnitentia. Tertio vero anno communicent, ſed ſine oblatione, ut dictum eſt. (In quarto autem anno perfectionem ſuam recipiant.) Epiſcopum autem hanc habere licentiam oportet, ut perſpecta ſingulorum converſatione, normam regulamque converſationis attribuat: id eſt, aut humanius agens, ſecundum vitæ modum, tempus alicui (pœnitentiæ) breviet, aut etiam prolixius, quod correctione neceſſarium viderit, addat. Diſcutiatur autem omnium horum & præcedens vita, & poſterior; & ita circa eos ſacerdotalis ſe humanitas moderetur.

B anſulis incluſa deſunt in Luc.

deeſt in Luc.

C

VI.

De his qui minis tantum ceſſerunt, aut bonorum ablatione, aut tranſportationis pœna deterriti * ſacrificaverunt, [b] & nunc uſque non pœnituerunt, neque converſi ſunt: modo autem, (id eſt), tempore hujus ſynodi, ſe obtulerunt, converſionis ſuæ conſilium capientes: placuit eos uſque ad magnam diem inter audientes ſuſcipi, ac pœnitentiam agere triennio, & poſt duos alios annos ſine oblatione communicare, & ita demum ſex annis (f) peractis, ad perfectum pervenire. Quod ſi aliqui ante hoc concilium ſuſcepti ſint ad pœnitentiam, ex illo tempore imputabitur eis initium ſexennii conſtituti. Quod ſi alicui horum quodlibet mortis periculum aut ex ægritudine, aut ex qualibet cauſa immineat, his communio propter viaticum ſuum non negabitur.

* a fide erraverunt, ita in Luc.

b paganizaverunt

deeſt in Luc.

D

VII.

E

De his qui (g) feſtis diebus paganorum, in [c] remotis locis eorum conviviis interfuerunt, & ſuas nihilominus epulas ibidem portaverunt & comederunt, placuit, ut poſt biennii pœnitentiam ſuſcipiantur, ita tamen, ut utrum cum oblatione recipiendi ſint, an ad ſolam communionem admitti debeant, unuſquiſque epiſcoporum examinet, vitæ eorum præteritæ ac præſentis habita conſideratione.

c abominandis.



(a) *Luc.* acerba eſſe & (b) *Luc.* inculcatos (c) *Luc. inſerit* ſed etiam & de his qui in &c.
(d) Canon iſte cum priori conjungitur in *Luc.* & deinceps unitate deficit ab editis. (e) *Luc.* percipiantur
(f) *Luc.* perfectis (g) *Luc.* addit *cum*.

VIII.

Hi autem qui ſecundo & tertio ſacrificaverunt, (a) vi coacti, quatuor annis ſeſe ad pœnitentiam ſubmittant, duobus autem aliis ſine oblatione communicent, ſeptimo anno perfectionem recepturi communionis.

IX.

Quotquot autem non ſolum [a] a fide dominica deviarunt, ſed etiam inſurrexerunt in alios, & fratribus perſuaſerunt, & rei facti ſunt [b] perſuaſionis: hi per triennium quidem [c] inter catechumenos habeantur, per aliud autem ſexennium pœnitentiæ recipiant locum, alio vero anno, id eſt decimo, communionem (b) ſine oblatione recipiant, ut completo decennio, perfectione fruantur. In eo autem ipſo tempore etiam vita eorum & converſatio conſideranda eſt.

a apoſtataſunt.

b pro hoc quia ſollicitati ſunt

c locum audientiæ ſuſcipiant.

X.

Diaconi [d] quicumque, cum ordinantur, ſi in ipſa ordinatione proteſtati ſunt, dicentes, velle ſe habere uxores, nec poſſe ſe continere; hi poſtea ſi ad nuptias venerint, maneant in miniſterio, propterea quod his epiſcopus licentiam dederit. Quicumque ſane tacuerunt, & ſuſceperunt manus impoſitionem, profeſſi continentiam, ſi poſtea ad nuptias venerint, a miniſterio vel clero ceſſare debebunt, (c) (laicam tantum recipientes communionem.)

d Diſt. 28. Diaconi quicumque ordinandi ſi conteſtati ſunt ante ordinationem & dixerunt oportere ſe nubere.

Vide Can. Apoſt. XXV.

XI.

Deſponſatas puellas, & poſtea ab aliis raptas, placuit erui & his reddi, quibus fuerant ante deſponſatæ, etiamſi a raptoribus florem pudoris ſui amiſiſſe conſtiterit.

36. q. 2. Deſponſatas

XII.

Eos qui ante baptiſmum [e] ſacrificaverunt, & poſtea baptiſmum conſecuti ſunt, placuit ad ordinem promoveri, tanquam ab omni crimine, lavacri ſalutaris ſanctificatione purgatos.

e immolaverunt

XIII.

Vicariis epiſcoporum, quos Græci * chorepiſcopos (d) vocant, non licere [f] vel diaconos ordinare: ſed nec presbyteros civitatis, ſine epiſcopi præcepto, amplius aliquid imperare, vel ſine auctoritate literarum ejus in unaquaque parochia aliquid agere.

* id eſt epiſcopos rurales ...

f vel presbyteros, ita Luc.

XIV.

De his qui in clero ſunt presbyteri vel diaconi, & abſtinent a carnibus, (hoc placuit ſtatui,) ut (c) non eas tanquam immundas contemnant, ſed contingant. A quibus quidem ſi ſe abſtinere volunt, habeant poteſtatem; (f) ita tamen; ut ſi quando cum oleribus coquuntur, eadem tanquam carnibus polluta non judicent, ſed ex his ad cibum aſſumant, quamvis a carnibus ſe abſtineant. Quod ſi in tantum (g) immundas & abominabiles judicaverint, ut nec olera, quæ cum carnibus coquuntur, æſtiment comedenda, tanquam non (b) conſentientes huic regulæ, ceſſare eos oportet & a miniſterio & ordine ſuo. (i) Si quis autem huic regulæ monitus non obedierit; ſed carnes, ut dictum eſt, immundas & abominandas exiſtimaverit, ceſſare debebit ab ordine ſuo.

anſulis incluſa deſunt in Luc.

XV.

Si [a] qua de rebus eccleſiæ, cum epiſcopus non eſt, presbyteri vendiderint placuit, reſciſſo contractu, ad jus eccleſiaſticum revocari. In judicio autem erit epiſcopi, ſi conſtitutum pretium debeat recipi, necne: propter quod ſæpe contingit, diſtractarum rerum reditus ampliorem ſummam pro dato pretio reddidiſſe.

12. XII. q. 2. ſi qua.

a quæ adpertinent dominico.

XVI.

[b] (k) Quotquot igitur ante vigeſimum ætatis ſuæ annum tale crimen admiſerint, (l) quindecim annis in pœnitentia (m) peractis, orationi tantum incipiant communicare: (& quinquennium alterum in communione orationis ſolius perdurantes,) poſt vigeſimum cum oblatione ad communionem ſuſcipiantur. Diſcutiatur autem & vita eorum, qualis fuerit tempore pœnitentiæ: & juxta hanc, humanitatem conſequantur. Quod ſi quis perſeverantius abuſus fuerit hoc crimine, hic prolixius tempus, viginti annorum pœnitentiam ſuſcipiat. (n) Qui vero exacta viginti annorum ætate, & uxores habentes, in hoc crimen inciderint, poſt viginti & quinque annos pœnitentia acta, ad communionem orationum admittantur: in qua communione orationum altero quinquennio perdurantes, ad plenam communionem cum oblatione ſuſcipiantur. Quod ſi aliqui & uxores habentes, & excedentes quinquageſimum æta-

b qui animaliter in animalibus tale aliquid committunt.

anſulis incluſa deſunt in Luc.

(a) *Luc.* per vim (b) deeſt in *Luc.* (c) deeſt in *Luc.* (d) *Luc.* dicunt (e) in *Luc.* deeſt *non*
(f) *Luc.* legit ut eas contingant quidem, & ſi ſic voluerint ab his comedendis abſtineant quod &c.
(g) deeſt in *Luc.* *immundas &c.* (h) *Luc.* ſentientes. (i) *Luc. legit* ordine ſuo. Ut non eas tanquam immundas contemnant, contingant tamen, quibus quidem ſi abſtinere volunt habeant poteſtatem, ita tamen, ut ſi quando cum oleribus coquuntur eadem tanquam carnibus polluta non judicent, ſed ex his ad cibum adſumant, quamvis a carnibus temperent. Si quis &c. (k) Lucenſis ſcriptor ponit hic græca verba latinis literis, ſed imperite expreſſa, ita enim habet. *græca verba hæc ſunt Peri ton allogeus allenontonde, quod nos latine poſſumus dicere, de his qui irrationabiliter verſati ſunt, ſive verſantur; ſenſus autem in hac ſententia duplicem eſſe oportet, qui ex ſubrectis conjicitur: aut de his qui cum pecoribus coitum mixti ſunt, aut more pecorum inceſta cum propinquis ſanguine commixti ſunt. Quotquot igitur ante vigeſimum &c.* ut in edit. (l) *Luc.* his decem (m) exactis.
(n) *Luc. legit* ut uxores habentes in hoc crimine &c.

ætatis ſuæ annum, in hoc prolapſi ſunt (a) ſcelere, ad exitum tantum vitæ communionem mereantur.

### XVII.

Hos eoſdem ſane non ſolum leproſos crimine hujuſmodi factos, ſed & alios iſto ſuo morbo replentes, placuit inter eos orare, qui tempeſtate (b) jactantur, qui a nobis [a] energumeni appellantur.

a furioſi ſive energumeni intelliguntur.

*MS. Juſtelli codex ſic habet:* pro his qui in animalibus ut animalia [*] fraciſcunt, vel in maſculis leproſi efficiuntur, de his præceptum eſt, ut cum eis qui tempeſtatem patiuntur, orare. *Alii quoque codices MSS. tantam patiuntur lectionis diverſitatem in hoc præſertim canone XVII. qui nonnunquam XVI. numeratur, ut vix duo inter ſe perfecte conſentiant. Et in eam rem diſſertationem paraverat vir illuſtriſſimus ac ſcientiæ canonicæ conſultiſſimus inveſtigator Petrus de Marca archiepiſcopus Toloſanus ad Pariſienſem cathedram a rege nominatus & ab apoſtolica ſede probatus.*

* fraceſcunt.

### XVIII.

Si qui epiſcopi ſuſcepti non ſunt a ſua diœceſi, in quia fuerant denominati, & voluerint alias eccleſias occupare, & vim facere epiſcopis quos ibi invenerint, ſeditiones excitando adverſus eos, hos ſegregari oportet. Quod ſi volunt in presbyterii honore (c) *in eccleſia, ubi prius fuerant*, reſidere, non repellantur a propria dignitate. Quod ſi etiam ibi ſeditiones concitare probantur epiſcopis ibidem conſtitutis, [b] ſegregari eos neceſſe eſt, & nihilominus presbyterii dignitate privari.

b expelli eos cenſemus de ordine presbyterorum & fieri exprædicatores. 24. XXVII q. 1. quotquot.

### XIX.

Quotquot virginitatem [c] pollicitam prævaricati ſunt, profeſſione contempta, inter digamos, (d) id eſt, qui ad ſecundas nuptias tranſierunt, haberi debebunt. Virgines autem puellas, quæ tanquam ſorores cum nonnullis viris habitare volunt, ab eorum conſortio prohibemus.

c polliciti.

### XX.

[1] [d] Si quis adulterium commiſerit, ſeptem annis in pœnitentia completis, perfectioni reddatur ſecundum priſtinos gradus.

d ſi alicujus uxor adulterata fuerit, aut adulterium vir ſuus commiſerit, &c.

### XXI.

De mulieribus quæ fornicantur, & partus ſuos necant; ſed & de his quæ [e] agunt ſecum, ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem [f] definitio eſt, uſque ad exitum vitæ eas ab eccleſia removeri. Humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus pœnitentiæ tribuatur.

e feſtinans abortivum facere.
f primum conſtitutum

### XXII.

Qui voluntarie homicidium fecerint, ad pœnitentiam quidem jugiter ſe ſubmittant. Circa exitum autem vitæ, communione digni habeantur. [a] Eos vero qui non voluntate, ſed caſu homicidium fecerint, prior quidem regula poſt ſeptem annorum pœnitentiam communioni ſociavit ſecundum gradus conſtitutos. Hæc vero humanior definitio quinquennii tempus tribuit.

a Græcis & Dionyſio a luſque hinc novus incipit canon. Græcis quidem 23. Dion 22. ita & Luc.

### XXIII.

Qui auguria vel auſpicia, ſive ſomnia vel divinationes quaslibet, ſecundum morem Gentilium obſervant, aut in domos ſuas hujuſmodi homines introducunt [b] in exquirendis aliquibus arte malefica, aut ut domos ſuas luſtrent; confeſſi, quinquennio pœnitentiam agant, ſecundum regulas antiquitus conſtitutas.

b qualibet cauſa maleficiorum aut incantantium.

### XXIV.

Si quis ſponſam habens, ſorori ejus forſitan intulerit [*] vitium eique inhæſerit tanquam ſuæ: hac autem decepta, poſtea uxorem duxerit deſponſatam: illa vero quæ vitium paſſa eſt, ſi forte [c] necem ſibi intulerit; omnes hi qui facti hujus ſunt conſcii, decem annis in pœnitentiam redigantur, ſecundum [d] canones conſtitutos.

* violentiam. ita & Luc.
c laqueo ſe ſuſpendit.
d gradus qui jam ordinati ſunt

*[m] Nomina epiſcoporum qui ad Ancyranam ſynodum convenerunt, & ſubſcripſerunt.*

(e) Vitalis Antiochenus Syriæ Cœles.
Agricolaus Cæſareæ Palæſtinæ.
Marcellus Ancyræ Galatiæ primæ.
Lupus Tarſenſis Ciliciæ.
Baſilius Amaſenus [*] Helleſponti.
[e] Philadelphius [2] Juliopolis Galatiæ primæ.
[f] Euſtolius Nicomediæ Bithyniæ.
Heracliuſ [*] [3] Zelenſis Armeniæ majoris.
Petrus Iconienſis [*] Lycaoniæ.
Nunechius Laodiceæ Phrygiæ Pacatianæ.
Sergianus Antiochiæ Piſidiæ, ſive Cariæ.
Epidaurus [g] Piſidenſis Pamphiliæ.
Narciſſus Neroniadis Ciliciæ.
[4] Leontius Cæſareenſis Cappadociæ primæ.
Longinus Neocæſareenſis Ponti Polemoniaci.
Amphion Epiphaniæ Ciliciæ ſecundæ.
[h] Salamenus Germaniciæ Cœles Syriæ.
Germanus Neapolis Palæſtinæ.

* Armeniæ majoris.
e Philadelphus.
f Euſtolus.
* Zelenenſis.
* Piſidia.
g Perges, alias Pergamenus.
h Selaus.



1 MS. noſter, *ſi quis vel qua*. Hard. 2 Forte, *Heliopolis*, in Galatia. *Harduinus*. 3 Ζήλω, in Heleſponto. *Hard.* 4 Abſunt hi a cod. MS. Juſtelli, & noſtris. *Hard.*
(a) deeſt in *Luc.* (b) *Luc.* jactabantur (c) deſunt in *Luc.* (d) deeſt in *Luc.*
(e) *In Luc.* hoc ordine recenſentur epiſcopi qui tamen in principio tantummodo deſcribuntur.

| | |
|---|---|
| Marcellus Anquiritanus. | Baſilius Ammaſenus. |
| Vitalis Antiochenus. | Eutolus Nicomedienſis. |
| Philadelfus Juliopolitanus | Petrus Iconienſis. |
| Heraclius Zalonenſis. | Agricolaus Caſarienſis. |
| Munetius Laudicenus | Epidaurus Pergamenus. |
| Narciſſus Nerodienſis | Sergianus Antiochia Piſidia. |
| Lupus Tarſenſis. | |

## CAPITULA DUO ANCYRANI concilii, ex quodam libello ſexdecim librorum partialium deſumpta l. 6. cap. 6.

*De illo qui domino ſuo jubente homicidium fecerit*

SI quis liber (jubente domino ſuo) ſervum ejus occiderit, ut homicidium ſponte commiſſum, pœniteat. (a)

## EX EODEM CONCILIO JUXTA exemplar prædictum, lib. 6. cap. 7.

*Ut epiſcopi de parochiis ſuis ſortilegos & maleficos expellant.*

26. q. 5. [illegible]

UT epiſcopi eorumque miniſtri omnibus viribus elaborare ſtudeant, ut pernicioſam & a diabolo inventam, ſortilegam & maleficam artem penitus ex parochiis ſuis eradicent. Et ſi aliquem virum aut fœminam hujuſmodi ſceleris ſectatorem invenerint, turpiter dehoneſtatum, de parochiis ſuis ejiciant. Ait enim apoſtolus: *Hæreticum hominem poſt ſecundam & tertiam correptionem devita, ſciens quia ſubverſus eſt, qui ejuſmodi eſt.* (Tit. 3.) Subverſi ſunt, & a diabolo capti tenentur, qui derelicto creatore ſuo, a diabolo ſuffragia quærunt. Et ideo a tali peſte mundari decet ſanctam eccleſiam. Illud etiam non eſt omittendum, quod quædam ſceleratæ mulieres, retro poſt ſatanam converſæ, dæmonum illuſionibus, & phantaſmatibus ſeductæ, credunt & profitentur ſe nocturnis horis cum Diana paganorum dea, vel cum Herodiade & innumera multitudine mulierum, equitare ſuper quaſdam beſtias, & multa terrarum ſpatia intempeſtæ noctis ſpatio pertranſire, ejuſque juſſionibus velut dominæ obedire, & certis noctibus ad ejus ſervitium evocari. Sed utinam hæ ſolæ in ſua perfidia periiſſent, & non multos ſecum in infidelitatis interitum pertraxiſſent. Nam innumera multitudo, hac falſa opinione decepta, hæc vera eſſe credit, & credendo a recta fide deviat, & in errores paganorum revolvitur, cum aliquid divinitatis aut numinis extra unum Deum arbitratur. Quapropter ſacerdotes per eccleſias ſibi commiſſas populo omni inſtantia prædicare debent, ut noverint hæc omnimodis eſſe falſa, & non a divino, ſed a maligno ſpiritu talia phantaſmata mentibus fidelium irrogari. Siquidem ipſe ſatanas, (2. Cor. 11.) qui transfigurat ſe in angelum lucis, cum mentem cujuſque mulierculæ ceperit, & hanc ſibi per infidelitatem ſubjugaverit, illico transformat ſe in diverſarum perſonarum ſpecies atque ſimilitudines, & mentem quam captivam tenet, in ſomnis deludens, modo læta, modo triſtia; modo cognitas, modo incognitas perſonas oſtendens, per devia quæque deducit. Et cum ſolus ſpiritus hoc patitur, infidelis mens hæc non in animo, ſed in corpore opinatur evenire. Quis enim non in ſomnis & nocturnis viſionibus extra ſe educitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam viderat vigilando? Quis vero tam ſtultus & hebes eſt, qui hæc omnia, quæ in ſolo ſpiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur; cum Ezechiel propheta viſiones domini in ſpiritu, non in corpore vidit? (Ezechiel in multis capitibus.) Et Joannes apoſtolus Apocalypſis ſacramentum in ſpiritu, non in corpore, vidit & audivit, ſicut (Apoc. 1.) ipſe dicit: *Statim*, inquit, *fui in ſpiritu*. Et (2. Cor. 12.) Paulus non audet dicere ſe raptum in corpore. Omnibus itaque publice annunciandum eſt, quod qui talia & his ſimilia credit, fidem perdit. Et qui fidem rectam in domino non habet, hic non eſt ejus, ſed illius in quem credit, id eſt, diaboli. Nam de domino noſtro ſcriptum eſt: *Omnia per ipſum facta ſunt* (Joan. 1.) Quiſquis ergo credit poſſe fieri, aliquam creaturam aut in melius aut in deterius immutari, aut transformari in aliam ſpeciem vel ſimilitudinem, niſi ab ipſo creatore qui omnia fecit, & per quem omnia facta ſunt, proculdubio infidelis eſt, & pagano deterior. (b)

### NOTÆ SEVERINI BINII.

*a Ancyranum concilium.* (Cauſa concilii) Poſtquam per obitum Maximini perſecutoris, ab eccleſia omnis metus tyrannidis propulſatus eſſet, orientales epiſcopi hac pacis occaſione freti, ad inſtantiam lapſorum in eccleſiæ communionem, a qua tormentorum metu exciderant, recipi petentium; auctore Vitali Antiocheno epiſcopo, ut probabile eſt, convocati Ancyræ convenerunt, ideo quod ad eam urbem in meditullio regionis ſitam, (Locus concilii) minoris Aſiæ epiſcopi, Cappadoces, Pontici, Armeni, & Cilices, & Syri facilius convenire poſſent. (Numerus epiſcoporum.) Octodecim epiſcopi, qui fere omnes & ſinguli etiam Nicæno concilio interfuerunt, congregati in cauſa lapſorum, afflatu Spiritus ſancti edocti, illud idem conſtituerunt, quod ſub Deciana perſecutione Romæ Cornelius, Carthagine Cyprianus, in Ponto Gregorius, & demum ſub Diocletiani tyrannide Petrus Alexandrinus epiſcopus in Ægypto, epiſcopi Hiſpaniæ Eliberini, unanimi conſenſu, (Quid hoc concilio ſtatutum ſit.) quantumvis loco ac tempore ſeparati fuerint, pie ac ſancte decreverunt: ne ſcilicet quiſquam lapſorum ad eccleſiæ communionem admittatur, qui non ante pœnitentiam delicto convenientem egerit, & pro crimine debite ſatisfecerit. In quem finem viginti quatuor canones ediderunt, unde quam quiſque pœnitentiam agere debeat, facile cognoſcere poteſt. Duos reliquos, qui ad finem adjecti ſunt, (Quot canones ſtatuti.) veriſimilius eſt a Damaſo pontifice, non a patribus hujus concilii conſtitutos eſſe. Exſtat autem canonum triplex editio, quarum primam quæ eſt Dionyſii Exigui, jure meritoque ſequimur. Hoc concilium a Nicæna ſynodo univerſali approbatum eſſe (Concilium approbatum eſt.) conſtat act. 4. concilii Florentini.

Ancyra autem, teſte Plinio lib. 5. cap. ult. dicta eſt ab ancoris navium captarum a Mithridate, quas Ptolemæus Ægypti rex ſuppetias Galatis, ſeu Gallogræcis miſerat. Hujus meminit Ptolemæus lib. 5. cap. 4. Concilium Ancyranum celebratum in civitate Ancyra in provincia Galatiæ, antiquius eſt Nicæno.

*b Tempore Silveſtri.*) (Tempus habiti concilii.) Anno pontificatus Silveſtri primo, Conſtantini imperatoris nono, qui eſt Chriſti nati 314. Hoc anno paulo poſt feſtum paſchæ, hanc ſacram ſynodum celebratam eſſe, ita probatur. Anno 316. in perſecutione Licinii tunc cœpta, Baſilius Amaſenus epiſcopus, quem huic concilio interfuiſſe ſubſcriptio indicat, martyrium ſubiit. Initio anni 314. Maximinus, peſtis eccleſiæ, peſtifero morbo, ut ſcribit Euſebius, extinctus eſt. Ut cauſam lapſorum celeritate indigentem ultra annum, in ſequentem annum 315. patres ſanctiſſimi diſtulerint, veriſimile non eſt.

*c Preſbyteros.*) (Can. 1. Semel lapſi a munere clericali abſtinere debent, etiam ſi deinceps in perſecutione fidem profeſſi fuerint.) Hoc idem tempore Decianæ perſecutionis conſtitutum fuiſſe, conſtat ex Cypriano de lapſis, ubi dicit; eccleſiam tanto candore conſpicuos miniſtros ſuos eſſe voluiſſe, ubi licet hoſtem priore victoria elatum, ſecundo certamine ſuperaſſent, ac proinde labe negationis ſe emaculaſſent; non tamen idoneos amplius exiſtimaverit, qui ſacris functionibus miniſtrarent. Vide Baron. ann. 314. num. 81.

*d Viſum eſt anno audire.*) (Can. 4. Catechumeni cur audientes dicti?) Id eſt, catechumenos; qui ad prædicationem evangelii audiendam admiſſi, dum miſſa fidelium & publicæ orationes incipiebantur, ab eccleſia expellebantur.

*Tribus annis ſubſterni.*) (Quid ſit communicare in oratione?) Pœnitentiæ nimirum; quam dum agerent, inſtar catechumenorum, a precibus publicis & euchariſtiæ perceptione excludebantur.

*e Orationi duobus annis.*) Qui injunctam pœnitentiam peregerant, ad publicas quidem preces non autem ad corporis & ſanguinis Chriſti ſumptionem admittebantur, donec reliquum tempus pœnitentiæ abſolviſſent. Et

(a) Duo hæc ex Burchardo accepta ſunt. (b) *Verſionem quam Priſcam vocant, horum Canonum, dabimus in Appendice ad tomum tertium hujus Collectionis.*

Quid communicare ſine oblatione. Perfectio gratiæ & plena communio hic quid ſignificent.

Et quod eſt hoc loco *communicare in oratione*, hoc idem ſignificant verba quæ frequenter ſequentibus canonibus uſurpantur, *communicare ſine oblatione*.

*f Perfectum.* ) Sumptio corporis & ſanguinis Chriſti, in hujus concilii canonibus quibuſdam, perfectio gratiæ; in quibuſdam plena communio appellatur. Unde qui peracta pœnitentia, vel ad perfectiorem gratiam vel ad communicandum cum oblatione admittuntur; iidem non tantum ad publicas preces, verumetiam ad participationem ſacramentalem corporis & ſanguinis Chriſti in eccleſia recipiuntur: ut dum ceteris fidelibus nihil minus conſequuntur, ad perfectam gratiam, plenamque communionem ſe admiſſos ipſi intelligant. Baron. ann. præd. num. 87.

Can. 5. Paſchatis dies cur magnus dies appellatus ſit?

*g Viſum eſt ad magnum.* ) Id eſt, ſanctum paſcha quo die cum dominus reſurgendo nobis vitam reparaverit, adeoque maximum beneficium contulerit, in maximi beneficii memoriam ac gratiarum actionem; a patribus hujus concilii magnus dies merito eſt appellatus quem apoſtolus in Apocal. Ignatius, aliique plures dominicum appellaverunt.

*h Sine oblatione communicare.* ) Id eſt, ad communicandum dumtaxat in orationibus publicis, non ad ſacramentum corporis & ſanguinis domini participandum, admittere placuit. Pro eodem enim *communicare cum oratione*; & *communicare ſine oblatione*, hic accipi, ſupra, diximus.

Can. 6. Communicare cum oblatione, quid ſignificet?

*i An unumquemque.* ) Hinc patet a patribus hujus concilii eodem ſignificatu uſurpari hæc: *communicare cum oblatione: ad perfectiorem gratiam pervenire: perfecte recipi*, &, *perfectionem conſequi*. Qui enim poſt expletum pœnitentiæ tempus ad corporis & ſanguinis domini, quod perfectionis gratia ſive plena communio dicebatur, ſumptionem & participationem admittebantur, perfecte recipi dicebantur. Vide ea quæ ſupra diximus ad can. 4. verbis, *ad perfectiorem gratiam*.

Can. 9. Cœlibatus clericorum jure apoſtolico introductus.

*k Quicumque diaconi.* ) Quod apoſtolica lege non ſacerdotes tantum, ſed etiam diaconi abſque uxore cælibem vitam ducere ab exordio naſcentis eccleſiæ obligati fuerint, hic canon poſt alios apoſtolorum & Elibertini concilii plures, ſolidiſſime confirmat. Quod vero patres concilii permiſerint, ut diaconi illi, qui cum ordinarentur inviti, conteſtatique fuiſſent ſe non poſſe continentes vivere, poſt ſacrum diaconatus ordinem ſuſceptum uxorem ducant; non aliter ſane conceſſum eſt, quam quod a ſacri muneris exercitio abſtinentes, non amplius cum ſacris miniſtris, ſed cum populo extra cancellos laica communione communicarent. Quod expreſſius in ſecunda, quam in reliquis duabus editionibus, hic aſſeritur. Baron. ann. 314. numer. 88. Vide eumdem ann. 58. num. 21.

Canon. 19. Violatores voti caſtitatis ſi matrimonium contrahant, bigami ſunt interpretative. Epiſcopi fere omnes hic poſiti Nicæno ſubſcripſerunt.

*l Qui in clero ſunt.* ) Hoc canone quo in ordinem bigamorum rediguntur illi qui virginitatem ſervare promiſerunt, & votum irritum fecerunt, confirmantur ea quæ diximus ſupra in notis ad canones apoſtolorum.

*m Nomina epiſcoporum qui ad.* ) Hi qui ſubſcripſerunt, fere omnes concilio Nicæno interfuerunt. Vitalis Antiochenus, eo quod primo loco poſitus ſit, concilium hoc indixiſſe videtur. Agricolaus Euſebii Cæſareenſis anteceſſor fuit. Marcellus Ancyranus epiſcopus, poſtquam adverſus Arium in magno concilio egregie operam navaſſet, ab Arianis magnopere exagitatus, ab orientalibus Sabellianiſmo notatus, a Julio Romano pontifice, & a concilio Sardicenſi abſolutus, vixit ad annum domini 376. qui eſt Valentiniani & Valentis annus imperii decimus. Epiphan. hæreſi 48. & 77. Lupus Tarſenſis epiſcopus inter egregios catholicæ fidei propugnatores ab Athanaſio lib. 1. contra Arianos recenſetur. Baſilius epiſcopus Amaſenus ſub Licinio Chriſtianorum perſecutore anno Chriſti 316. illuſtre martyrium ſubiit. Hujus præd. loco Athanaſius magna cum gloria & honore propugnatæ fidei meminit. Euſtolius Nicomedienſis epiſcopus Anthimi illius ſucceſſor, quem Galerius ob Chriſti fidem necaverat atque igni tradiderat. Heraclius Zelenenſis majoris Armeniæ epiſcopus. Narciſſus Neroniadis poſtea defecit ad Arianos. Leontius Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus eſt ille inſignis, qui veniens ad Nicænum concilium, Nazianzum cum perveniſſet, inviſit & baptizavit Gregorium patrem Gregorii Nazianzeni. Qui hic Longinus dicitur, inter coryphæos ortodoxæ fidei Nicænæ ab Athanaſio numeratur, & ab eodem Longianus nominatur.

Duo poſteriora capitula hujus ſynodi ſurreptitia ſunt

*n Capitula duo Ancyrani concilii.* ) Hanc appendicem duorum capitulorum ad ſynodum Ancyranam, neque Creſconiana, neque alia editio habet: ideoque huic ſynodo perperam adſcribuntur, quæ Damaſo potius attribuenda eſſe infra ſuo loco patebit. Baron. anno prædicto num. 89.

## NOTÆ GABR. ALBASPINÆI EP. AUR.

### AD CANON. XVII. CONCILII ANCYRANI

Quid eſt in hoc Ancyrano concilio & canone *inter hyemantes orare*? ita enim in vulgari verſione legitur? non enim ut opinor eos intelligit qui ſpiritu immundo afflati, aut correpti, neque eos qui imminuta mente furioſi eſſent: nam utriſque ut recte interpretes animadverterunt, ſi lucidis gauderent intervallis euchariſtia præberi poterat ex Timothei Alexandrini can. 3. Hos vero de quibus in hoc canone eſt mentio, in alicujus rei puta euchariſtiæ, aut orationum participationem admittere nefas erat, nam proximo canone & præcedenti in eoſdem graves pœnæ inſtitutæ ſunt. Neque propterea Balſamonis mihi probatur ſententia, qui hyemantes eos eſſe dicit, qui ſub ferula divinas literas audiebant, id eſt pœnitentes qui de integro, tanquam rudes & catechumeni erudiendi tradebantur. Nam ex ejus explicatione quid gravius ſtatuitur in hos peccatores quam in eos de quibus præcedenti canone refertur? Nihilominus manifeſtum eſt ſynodum graviorem in hos, quam in alios pœnam inſtituere voluiſſe. At vero ſi nihil aliud hoc canone jubetur, quam utroſque divinis concionibus intereſſe poſſe, quomodo horum delictorum genera diſtincta, aut diſpares pœnas eſſe reperies? Deinde omnes omnino pœnitentes ante ſubſtrationem, ſcripturas cum catechumenis audiebant; auditio enim ſecundus erat gradus pœnitentiæ, quem decurrere, & per quem ad exitum pœnitentiæ pervenire omnes omnino tenerentur pœnitentes, can. 22. epiſt. 3. D. Baſilii. *Deflere ad fores eccleſiæ ſecundo autem ad auditionem admitti: tertio ad pœnitentiam: quarto ad congregationem; deinde ad boni communionem*: can. 11. D. Gregor. Thaum. *auditio, ſubſtratio, conſiſtentia, participatio*: can. 11. conc Nicæni: canonibus 4. 5. 6. 7. 8. 9. conc. Ancyrani: quare nihil opus erat ab hac ſynodo decerni ut inter audientes remanerent, quia pœnitentiam, ut dixi, nequaquam explere potuiſſent ejuſmodi impudici, quin denuo ſcripturas ſacras audiſſent. Ceterum non magis rationi conſentaneum eſt audientes vocari hyemantes, quam flentes, aut ſubſtratos: imo hoc nomine citius flentes intelligerentur quam audientes, quod pro foribus templi manerent, ibique continuis lacrymis veniam deprecarentur: audientibus vero fores eccleſiæ paterent cum ſcripturæ legerentur. Denique veriſimile eſt his verbis, *inter hyemantes orare*, judicium ſynodi pœnamque integram, non vero partem pœnæ contineri: at auditio erat pars pœnæ & judicii, quod pœnitentes ſubirent. Quid? concilii Eliberini cap. 71. perpetua pœnitentia puniuntur ſtupratores puerorum, quanto graviori digni ſunt animadverſione qui hoc canone recenſentur. Melius certe & magis ingenue reſpondet Joan. Zonaras cum fatetur ſe non percipere quid ſit inter hyemantes orare.

Quamobrem aliud quidpiam excogitandum eſt ut horum ſenſus enucleetur. Qui ob gravia delicta verbi gratia fornicationis aut adulterii pœnitentiam agebant, aut eam petebant; certum eſt ſub quodam tectulo pro templi foribus eos ritus pœnitentiæ, & exomologeſim peregiſſe, id eſt presbyteris advolutos, caris Dei & martyribus adgeniculatos, veniam deprecatos eſſe, ceteros denique fratres, ut ſibi deprecatores eſſent, oraſſe: verum qui graviora delicta, ut ſunt ea quæ hiſce canonibus commemorantur, commiſerant, quique perpetuam agerent pœnitentiam, non ſolum ab eccleſia, ſed ab illo tectulo arcebantur, quos hic hyemantes vocari exiſtimo, & inter eos, hos impudicos leproſos orare juberi: hyemantes autem dici videntur, vel quia ab hoc tectulo ſemoti, ſub dio orare, & pœnitentiam agere cogerentur, vel certe quia in eccleſiæ portum nunquam reciperentur, ut ait Balſamo. Tertulliani verba de pudicitia totam hanc rem & locum illuſtrant: *Reliquas autem libidinum furias impias & in corpora & in ſexus, ultra jus naturæ non modo limine, verum omni eccleſiæ tecto ſubmovemus, quia non ſunt delicta, ſed monſtra.* Quid ſit cauſæ quamobrem hi leproſi gravius puniantur quam alii non invenio, niſi quod hi pecudes & cetera animalia, quæ ad victum mactantur, contagione inficere poterant.

Eſt & alia explicatio ſi quis hanc faſtidiat, quæ a Martino Bracarenſi affertur, *quod ſi & hanc menſuram aliquis tranſgreſſus fuerit, ſacramentum nec in exitu conſequatur, oportet enim tales inter dæmonioſos ordinare.* Hyemantes intelligit eos qui immundis ſpiritibus agitantur, quibus cum quidam in eccleſia locus, a fidelibus, catechumenis, pœnitentibus procul ſemotus adſignaretur, in quo cum non vexarentur orare poſſent: hoc canone inter eoſdem ejuſmodi ſcelerati & perditi homines tanquam impuriſſimi relegantur, & idem in eccleſia locus, ſi precibus Dei iram mollire cuperent, præſcribitur: inter hyemantes igitur orare eſt inter energumenos & eodem loco orare poſſe quemadmodum pœnitentes inter catechumenos orare, quæ loquendi formula frequentius occurrit in canonibus, quaque nihil aliud ſignificatur, quam pœnitentibus poteſtatem fieri ſtandi in eccleſia cum catechumenis, atque eodem loco & tempore orare poſſe; ita hos ordinari & orare inter energumenos, nihil aliud eſt quam eis licere eodem loco preces ſuas offerre & orare.

## ANCYRANA SYNODUS MARCELLI.

### Ex libello ſynodico.

A Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, δύο καὶ δέκα ἐπισκόπων, συναθροισθεῖσα ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας, ἧς ἐξῆρχε Μάρκελλος τῆς αὐτῆς ἐπίσκοπος, καὶ Ἀγρικόλαος Καισαρείας Καππαδοκίας· κανονικῶς τυπώσασα τὴν διόρθωσιν τῶν ἐν τῷ διωγμῷ παραπεσόντων.

SYnodus divina & ſacra provincialis duodecim epiſcoporum, collecta Ancyræ Galatiæ, cui præfuit [1] Marcellus ibidem epiſcopus, & Agricolaus, Cæſareæ Cappadociæ: quæ canonicam præſcripſit emendationem eorum, qui in perſecutione ceciderant.

# NEOCÆSAREENSE CONCILIUM

## b SUB SILVESTRO IN QUO XIV. CANONES EDITI.

*c Probatum a Leone IV. d. 20. c. de libellis.*

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΕΝ ΝΕΟΚΑΙΣΑΡΕΙᾼ Συνελθόντων ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων· οἵτινες δεύτεροι μέν εἰσι τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ, τῶν δὲ ἐν Νικαίᾳ πρεσβύτεροι. διὰ δὲ σεβασμιότητα προτέτακται αὐτῶν * ἐν Νικαίᾳ.

* al. οἱ ἐν

B CANONES SS. ET BEATORUM Patrum, qui convenerunt Neocæſareæ: qui quidem poſteriores ſunt Ancyranis, priores vero Nicænis, ſed propter dignitatem Nicæni eiſdem præponuntur.

GENTIANO HERVETO INTERPRETE.

C

α.

ΠΡεσβύτερος ἐὰν γήμῃ, τῆς τάξεως αὐτὸν μετατίθεσθαι. ἐὰν δὲ πορνεύσῃ ἢ μοιχεύσῃ, ἐξωθεῖσθαι αὐτὸν τέλεον, καὶ ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς μετάνοιαν.

β.

Γυνὴ ἐὰν γήμηται δύο ἀδελφοῖς, ἐξωθείσθω μέχρι θανάτου. πλὴν ἐν θανάτῳ, διὰ τὴν φιλανθρωπίαν, εἰποῦσα, ὡς ὑγιάνασα λύσει τὸν γάμον, ἕξει τὴν μετάνοιαν. Ἐὰν δὲ τελευτήσῃ ἡ γυνὴ ἐν τοιούτῳ γάμῳ οὖσα, ἤτοι ὁ ἀνὴρ, δυσχερὴς τῷ μείναντι ἡ μετάνοια.

γ.

Περὶ τῶν πλείστοις γάμοις περιπιπτόντων, ὁ μὲν χρόνος σαφὴς ὁ ὡρισμένος. ἡ δὲ ἀναστροφὴ καὶ ἡ πίστις αὐτῶν συντέμνει τὸν χρόνον.

δ.

Ἐὰν πρόθηταί τις ἐπιθυμῆσαι γυναικὸς, * συγκαθευδῆσαι μετ' αὐτῆς, μὴ ἔλθῃ δὲ εἰς ἔργον αὐτοῦ ἡ ἐνθύμησις, [3] φαίνεται ὅτι ὑπὸ τῆς χάριτος ἐῤῥύσθη.

* ἄλλ. καθευδῆσαι.

ε.

Κατηχούμενος ἐὰν εἰσερχόμενος εἰς κυριακὸν

I.

d PResbyter ſi uxorem duxerit, ordine ſuo moveatur. Si autem fornicatus fuerit, vel adulterium commiſerit, penitus extrudatur, & ad pœnitentiam deducatur.

II.

Fœmina ſi duobus fratribus nupſerit, extrudatur uſque ad mortem. Sed in morte, propter humanitatem, ſi dixerit, quod ubi convalueri, ſolvet matrimonium, habebit pœnitentiam. Sed ſi mortua fuerit mulier exiſtens, vel ejus mari- D tus, in tali conjugio, difficilis eſt pœnitentia.

III.

De iis qui in plurima matrimonia incidunt, tempus quidem præſtitutum eſſe manifeſtum eſt. Sed converſio & pœnitentia eorum tempus contrahit.

IV.

Si quis propoſuerit concupiſcere mulierem ad dormiendum cum ipſa, ejus autem deſiderium ad opus non venerit, videtur eſſe a gratia liberatus.

V.

e Catechumenus ſi in dominicum ingre-

1 Tamen primus ſubſcribit Vitalis Antiochenus. 2 Titulus hic eſt in recenti Nomocanone, quem edidit Cotelerius tom. 1. Monum. Eccleſ. Græcæ. p. 78. *Harduinus.*
3 Vide Auguſtinum ſerm. 43. de verbis Dom. cap. 12. *Hard.*

A grediens, in catechumenorum ordine ſteterit, is autem peccat: ſi genu quidem flectens, audiat, non amplius peccans. Sin autem etiam audiens adhuc peccet, extrudatur.

ἐν τῇ τῶν κατηχουμένων τάξει στήκῃ, * οὗτος δὲ ἁμαρτάνων· ἐὰν μὲν γόνυ κλίνων, ἀκροάσθω μηκέτι ἁμαρτάνων. ἐὰν δὲ καὶ ἀκροώμενος ἔτι ἁμαρτάνῃ, ἐξωθείσθω.

VI.

De ea quæ uterum gerit, quod eam oporteat illuminari quando velit: neque enim ea quæ parit, cum fœtu qui paritur, ea in re habet aliquid commune, quod proprium uniuſcujuſque inſtitutum ac propoſitum in confeſſione oſtendatur.

ϛ´.

Περὶ κυοφορούσης, ὅτι δεῖ φωτίζεσθαι ὁπότε βούλεται. οὐδὲν γὰρ ἐν τούτῳ κοινωνεῖ ἡ τίκτουσα τῷ τικτομένῳ, διὰ τὸ ἑκάστου ἰδίαν τὴν προαίρεσιν τὴν ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ δείκνυσθαι.

VII.

B [5] Presbyter in nuptiis ejus qui duas uxores ducit, ſeu digamus efficitur, ne convivetur. Cum enim requirat pœnitentiam digamus, qui erit presbyter; qui eo quod

a ima, accipiendus. fit convivio [a] acceptus, nuptiis aſſentiatur?

ζ.

Πρεσβύτερον εἰς γάμους διγαμούντων μὴ ἑστιᾶσθαι· ἐπεὶ μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ διγάμου, τίς ἔσται ὁ πρεσβύτερος, ὁ διὰ τῆς ἑστιάσεως συγκατατιθέμενος τοῖς γάμοις;

VIII.

Si alicujus uxor, cum eſſet laicus, adulterata fuiſſe convicta fuerit, is non poteſt ad miniſterium accedere. Sin autem etiam poſt ordinationem adulterata fuerit, debet eam dimittere. Quod ſi cohabitet, non poteſt ſibi commiſſum miniſterium exequi.

η.

[3] Γυνή τινος μοιχευθεῖσα λαϊκοῦ ὄντος, ἐὰν ἐλεγχθῇ φανερῶς, ὁ τοιοῦτος εἰς ὑπηρεσίαν ἐλθεῖν οὐ δύναται. Ἐὰν δὲ καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν μοιχευθῇ, ὀφείλει ἀπολῦσαι αὐτήν. ἐὰν δὲ συζῇ, οὐ δύναται ἔχεσθαι τῆς ἐγχειρισθείσης αὐτῷ ὑπηρεσίας.

IX.

Ift. quæſt. 8. Qui admiſit corporale. Et in decr. Ivo lib. 3.

C Si presbyter, qui corpore prius peccaverat, promotus fuerit, & ſi ante ordinationem peccaſſe confeſſus fuerit, ne offerat, manens in aliis, propter aliud ejus bonæ vitæ ſtudium. Reliqua enim peccata dicunt multi manuum impoſitione tolli. Quod ſi ipſa non confiteatur, aperte autem convinci non potuerit, illius quoque ei fiat poteſtas.

θ.

Πρεσβύτερος, ἐὰν προημαρτηκὼς σώματι προαχθῇ, καὶ ὁμολογήσῃ, ὅτι ἥμαρτε πρὸ τῆς χειροτονίας, μὴ προσφερέτω, μένων ἐν τοῖς λοιποῖς, διὰ τὴν ἄλλην σπουδήν. Τὰ γὰρ λοιπὰ ἁμαρτήματα ἔφασαν οἱ πολλοὶ καὶ τὴν χειροθεσίαν ἀφιέναι. Ἐὰν δὲ αὐτὸς μὴ ὁμολογῇ, ἐλεγχθῆναι δὲ φανερῶς μὴ δυνηθῇ, ἐπ᾽ αὐτῷ ἐκείνῳ ποιεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν.

X.

Ubi ſupra 15 q 8. * hypodiaconi vel lectoris, ut exponit Balſamon.

Similiter & diaconus, [1] ſi in idem peccatum inciderit, * miniſtri ordinem habeat.

ι.

Ὁμοίως καὶ διάκονος ἐὰν ἐν τῷ αὐτῷ ἁμαρτήματι περιπέσῃ, τὴν τοῦ ὑπηρέτου τάξιν ἐχέτω.

XI.

Diſtin. 78. Presbyter ante 30. Lat. 3.

D Presbyter ante triginta annos non ordinetur, etiam ſi fuerit homo valde dignus, ſed reſervetur. Dominus enim Jeſus Chriſtus in trigeſimo anno baptizatus eſt, & cœpit docere.

ια.

Πρεσβύτερος πρὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν μὴ χειροτονείσθω, ἐὰν καὶ πάνυ ᾖ ὁ ἄνθρωπος ἄξιος, ἀλλὰ ἀποτηρείσθω. Ὁ γὰρ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει ἐφωτίσθη, καὶ ἤρξατο διδάσκειν.

XII. [4]

Diſtin. 77. Si quis in ægritudine.

[g] Si quis ægrotans fuerit illuminatus, non poteſt in presbyterum evehi. Fides enim ejus non eſt ex inſtituto, ſed ex neceſſitate niſi forte propter conſequens ejus ſtudium & fidem, hominumque raritatem.

ιβ.

Ἐὰν νοσῶν τις φωτισθῇ, εἰς πρεσβύτερον ἄγεσθαι οὐ δύναται. Οὐκ ἐκ προαιρέσεως γὰρ ἡ πίστις αὐτοῦ, ἀλλ᾽ ἐξ ἀνάγκης· εἰ μὴ τάχα διὰ τὴν μετὰ ταῦτα αὐτοῦ σπουδὴν καὶ πίστιν, καὶ διὰ σπάνιν ἀνθρώπων.

XIII.

E Vicani autem presbyteri non poſſunt in dominico offerre præſente epiſcopo, vel urbis presbyteris: neque panem dare precationis, neque calicem. Sin autem abſint, & ſolus ad precationem vocatus fuerit, dat.

ιγ.

[4] Ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι ἐν τῷ κυριακῷ τῆς πόλεως προσφέρειν οὐ δύνανται, παρόντος ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρων πόλεως, οὔτε μὴν ἄρτον διδόναι [5] ἐν εὐχῇ, οὐδὲ ποτήριον. Ἐὰν δὲ ἀπῶσι, καὶ εἰς εὐχὴν κληθῇ μόνος, δίδωσιν.

XIV.

Chorepiſcopi qui

Chorepiſcopi autem ſunt quidem in figu-

ιδ.

Οἱ δὲ χωρεπίσκοποι, εἰσὶ μὲν εἰς τύπον τῶν * In Photii

1 Joannes Antiochenus tit. 35. [illegible]. Ἁμάρτημα de peccato carnis intelligitur. Nicæn. 2. IX. XIV. & ſic ab omnibus interpretibus. *Hard.* 2 Jo: Antioch. tit. 36. [illegible]. *Hard.*
3 Sic etiam Joannes Antioch. tit. XLI. *Hard.* 4 Joan. Antioch. tit. 21. legit [illegible], & mox: [illegible]. *Hard.* 5 Zonaras, [illegible], dum res ſacra peragitur. *Harduinus.*

nomoca none & in editionibus Latinis hic canon non sejungitur a priore 13.

τῶν ἑβδομήκοντα· ὡς δὲ συλλειτουργοὶ, διὰ τὴν σπουδὴν εἰς τοὺς πτωχοὺς, προσφέρουσι τιμώμενοι.

ιε.

Διάκονοι ἑπτὰ ὀφείλουσιν εἶναι κατὰ τὸν κανόνα, κἂν πάνυ μεγάλη εἴη ἡ πόλις. πεισθήσῃ δὲ ἀπὸ τῆς βίβλου τῶν πράξεων.

A ta septuaginta: ut autem comminiſtri, propter ſtudium in pauperes, offerunt honorati.

XV.

Diaconi ſeptem eſſe debent ex canone, etiam ſi ſit magna civitas. Ejus autem rei fidem faciet liber actorum. Diſt. 93 Diaconi ſeptem deb.

Addimus variantes ex codice Lucenſi ſæculo II. ſcripto.

# CANONES
## CONCILII NEOCÆSAREENSIS,
### Ex interpretatione Dionyſii Exigui. [1] (a)

## TITULI CANONUM. A

I. *De presbyteris qui uxores acceperunt, vel fornicati ſunt.*
II. *De his quæ duobus fratribus nupſerint, vel qui duas ſorores acceperint uxores.*
III. *De multinubis.*
IV. *De his qui proponentes fornicari, vetantur.*
V. *De catechumenis peccantibus.*
VI. *De catechumena prægnante.*
VII. *Quod non oporteat in (b) bigami nuptiis orare presbyterum.*
VIII. *De his qui mulieribus adulteris juncti ſunt.*
IX. *De his qui ad presbyterium promoventur, & ante ordinationem ſunt ſibi peccatorum conſcii.*
X. *De diaconibus ſimiliter.*
XI. *Quo tempore conveniat presbyterum ordinare.* B
XII. *De his qui in ægritudine baptiſma conſequuntur.*
XIII. *De presbyteris agrorum.*
XIV. *De numero certo diaconorum.*

## CANONES.

I.

Diſt. 28 c. Presbyter. Et in decr. Ivo lib. 3

PResbyter ſi uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si vero fornicatus fuerit, vel adulterium perpetraverit, amplius pelli debet, & ad pœnitentiam redigi.

II.

Mulier ſi duobus fratribus nupſerit, abjiciatur uſque ad mortem. Verumtamen in exitu, propter miſericordiam, ſi promiſerit, quod facta incolumis hujus conjunctionis vincula diſſolvat, fructum pœnitentiæ conſequatur. Quod ſi defecerit, mulier aut vir in talibus nuptiis, difficilis erit pœnitentia in vita permanenti.

III.

31 q. 1 De his qui frequent. Apoſt. 17. Nic. 11. Siricii 5.

De his qui in plurimas nuptias inciderunt, tempus quidem præfinitum ma- D nifeſtum eſt: ſed converſatio eorum & fides tempus (c) abbreviat.

IV.

Si quis mulierem concupiſcens, propoſuerit cum ea concumbere, & cogitatio ejus non perveniat ad effectum, apparet quod gratia Dei liberatus eſt.

V.

Catechumenus ſi ingrediatur eccleſiam, & in ordine eorum qui inſtruuntur, aſſiſtat; his autem deprehenſus fuerit peccans: ſi quidem genu flectit, audiat, ut non delinquat ulterius: ſi vero & audiens peccaverit expellatur [a] ... Nic. 14 Ancyr. 11.

VI.

a Hæc vocula deeſt in cod. eccleſiæ Romanæ & videtur ex ſeq numero huc tranſlata, ita etiam in *Luc.*

Gravidam oportet baptizari quando voluerit. Nihil enim in hoc quæ parit naſcenti communicat, propterea quod uniuſcujuſque ſuum propoſitum in confeſſione declaretur.

VII.

31 q. 1. De his qui frequent. Et in decr. Ivo lib 6 Siricii 11. & 15.

Presbyteris in nuptiis bigami prandere non convenit: quia cum pœnitentia bigamus egeat, quis erit presbyter, qui propter convivium talibus nuptiis [b] poſſit præbere conſenſum?

b velit vel audeat, ex conjectura *Latinii.*

VIII.

34. Diſt. Si cujus uxorem. Ancyr. 19. Innoc. 24.

Mulier cujuſdam adulterata laici conſtituti, ſi evidenter arguatur, talis ad C miniſterium cleri venire non poterit. Si vero poſt ordinationem adulterata fuerit, dimittere eam convenit. Quod ſi cum illa convixerit, miniſterium ſibi commiſſum obtinere non poterit.

IX.

Nicæni 9 Ancyr. 1. 2. 15 q. 8 c. qui admiſit.

Presbyter ſi præoccupatus corporali peccato provehatur, & confeſſus fuerit de ſe, quod ante ordinationem deliquerit, oblata non conſecret, manens in reliquis officiis, propter ſtudium bonum. Nam peccata reliqua plerique dixerunt per manus impoſitionem poſſe dimitti. Quod ſi de ſe non fuerit ipſe confeſſus, & ar- Innoc. 54

1 Qui hanc præmittit adnotationem. *Incipiunt regulæ prolatæ in Synodo Neocæſarienſi, numero XIII. & hæ regulæ poſt eas quidem probantur eſſe, quæ apud Ancyram vel Cæſaream* (ita MS.) *expoſitæ ſunt, ſed Nicænis anteriores reperiuntur.* Harduinus. (a) In Lucenſi leguntur, pariter illa, quæ in Cod. Harduini in hæc verba: *Incipiunt regulæ prolatæ in Synodo Neocæſarienſi num. XIV. & hæ regulæ poſtea quidem probantur eſſe quæ apud Anquiram vel Cæſaream expoſitæ ſunt ſed Nicænis anteriores reperiuntur.* (b) *Luc.* bigamis (c) *Luc.* abbreviet.

& argui manifeſte nequiverit, poteſtatis ſuæ judicio relinquatur.

### X.

Nicæni 9. Ancyr. 9.

Simili modo etiam diaconus ſi eodem peccato ſuccubuerit, ab ordine miniſterii ſubtrahatur.

### XI.

Diſt. 78 c. 1 presbyter.

Presbyter ante triceſimum ætatis ſuæ annum nullatenus ordinetur, licet valde ſit dignus, ſed hoc tempus obſervet. Nam dominus noſter triceſimo ætatis ſuæ anno baptizatus eſt, & ſic cœpit docere.

### XII.

Laod. 47. Leonis 12. Diſt. 57 c. ſi quis

Si quis in ægritudine fuerit baptizatus, ad honorem presbyterii non poteſt promoveri, quod non ex propoſito fides ejus, ſed ex neceſſitate deſcendit: niſi forte propter ſequens ſtudium ejus & fi-A dem, atque hominum (a) raritatem, talis poſſit admitti.

### XIII.

Ancyr. 13. Antioch. 10.

Presbyteri ruris in eccleſia civitatis, epiſcopo præſente vel presbyteris urbis (b) ipſius, offerre non poſſunt, nec panem ſanctificatum dare, calicemque porrigere. Si vero abſentes hi fuerint, & ad dandam orationem vocentur, ſoli dare (c) debebunt. Chorepiſcopi quoque ad exemplum quidem (d) & formam Septuaginta videntur eſſe: ut comminiſtri autem, propter ſtudium quod erga B pauperes exhibent, honorentur.

### XIV.

Diſt. 93 c. Diaconi 48.

b Diaconi ſeptem debent eſſe juxta regulam, licet & valde magna ſit civitas. Idipſum autem & actuum apoſtolorum liber inſinuat. [1] (e)

a capitula.

# CANONES

## CONCILII NEOCÆSAREENSIS,

Ex interpretatione [b] Iſidori Mercatoris. [a] (f)

b veteri quæ habetur in collectione 2

### TITULI CANONUM.


I. *De presbyteris, quod uxorem ducere non debeant.*
II. *De muliere, duobus fratribus nubere non licere.*
III. *De his qui multis nuptiis communicaverunt.*
IV. *De concupiſcentia non conſummata.*
V. *De catechumenis peccantibus.*
VI. *De prægnantibus baptizandis.*
VII. *Presbyteros in ſecundis nuptiis non debere orare.*
VIII. *Uxoris adulteræ virum, clericum fieri non debere.*
IX. *De presbyteris corporali peccato præoccupatis.*
X. *De diaconibus corporali peccato præoccupatis.*
XI. *De presbytero minus triginta annorum minime ordinando.*
XII. *De his qui in ægritudine ſunt baptizati.*
XIII. *De presbyteris [c] alterius regionis.*
XIV. *De diaconibus ſeptem.*


c qui conregionales non ſunt ruralibus

# CANONES.

### I.

PResbyter ſi uxorem duxerit, ab ordine ſuo illum deponi debere. Quod C ſi fornicatus fuerit, vel adulterium commiſerit, extra eccleſiam abjiciatur, & pœnitentiam (g) inter laicos redactus agat.

### II.

Mulier ſi duobus nupſerit fratribus, abjiciatur uſque ad diem mortis. Sed propter humanitatem [a] in extremis ſuis ſacramentis reconciliari oportet; ita tamen, ut ſi forte ſanitatem recuperaverit, matrimonio ſoluto, ad pœnitentiam admittatur. Quod ſi defuncta fuerit mulier in hujuſmodi conſortio conſtituta, difficilis erit pœnitentia remanenti. Qua ſenten-D tia tam viri quam mulieres teneri debebunt.

a in hora mortis ſuæ viaticum accipiat.

### III.

De his qui frequenter uxores ducunt, & de his (h) quæ ſæpius nubunt, tempus quidem (i) pœnitentiæ, quod his conſtitutum, obſervabunt: ſed converſatio & fides eorum tempus abbreviabit.



1 Adnotat deinde Dionyſius Exiguus ſequentia: *Qui convenerunt autem in unum ſancti, & venerabiles Epiſcopi in urbe Neocæſarea, hi ſunt. Vitalis, Salaminus, Germanus, Redus, Gregorius, Diccaſius, Alphius, Heraclius, Baſilius, Leontius, Amphion, Stephanus, Heretrius, Lupus, Valentinus, Gerontius, Narciſſus, Longinus, Sanctus: & ceteri qui ſtatuerunt ſuperius ſcripta.* Hard. (Sed hæc deſunt in puris Dionyſianis, ut monent Ballerini in Differt. de Canon. Collect. in III. tom. Oper S. Leonis pag. XXII. *P. Manſi.*) 2 In cunis uno cod. MſC. Bibl. Pariſ. Soc. Jeſu eſt illa Iſidori ipſius adnotatio, relata ex parte a Gratiano XI. diſt. XVI. quæ dicuntur in hac ſynodo *Patres ſexdecim ſtatuiſſe Canones XIV. quorum auctor maxime Vitalis Salaminus extitit, ſubſcribentibus Germano, Gregorio, Baſilio, Leontio, & ceteris.* Harduinus.

(a) *Luc.* caritatem. (b) *Luc.* ipſi. (c) *Luc.* debentur. (d) ex forma *Luc.* (e) *Lucenſis Dionyſianus in fine habet*: convenerunt autem in unum Sancti & Venerabiles Epiſcopi in urbe Cæſarea, Ideſt: Vitulis, Germanus, Gregorius, Alſius, Baſilius, Anſion, Stephanus, Salaminus, Redus, Dicaſius, Heraclius, Leonſius, Geranſius, Narciſſus, Peretius, Lupus, Valentinus Sanctus. Et cæteri ſtatuerunt ſupraſcripta.

(f) Luc. codex vetuſtiſſimus ita exorditur: *Incipit ſynodus Neocaſarienſis. Iſti canones ſecundi ſunt Ancirenſium, qui in Neocaſarin ſunt expoſiti, & hi priores ſunt Nicanis*, tituli XIV.

*Conventientibus Sanctis ac Venerabilibus epiſcopis in urbe Caſarea, Vitalis, Germanus, Gregorius, Alſius, Baſilius, Salaminus, Sedus, Dicaſius, Heraclius, Leontius, Alpion, Stefanus, Eritius, Lupus, Valentinus, Gerontius, Narciſus, Longinus, Sanctus ſtatuerunt hac qua infra ſcripta ſunt.*

(g) Luc. legit, *vero inter laicos redigi oportet.* (h) *Luc.* qui. (i) *Luc.* deeſt.

IV.

Si quis concupita muliere, etiam concubitus ejus deſiderium habeat, non autem ſubſequatur effectus: [a] manifeſtum eſt, hunc fuiſſe per divinam gratiam liberatum.

a apparet quia gratia Dei liberatus eſt.

V.

Catechumenus, id eſt, audiens qui ingreditur [b] eccleſiam, & ſtat cum catechumenis, ſi peccare fuerit viſus, figens genua audiat verbum, (a) ut ſe abſtineat ab illo peccato, (b) quod fecit: quod ſi in eo perdurat, abjici omnino debet.

b dominicum.

VI.

De prægnantibus, quod oportet eas baptizari quando volunt. Nihil enim in hoc ſacramento commune eſt parituræ, & illi qui de ejus utero fuerit editus; quia uniuſcujuſque in illa confeſſione libertas arbitrii declaratur.

VII.

Presbyterum [c] convivio ſecundarum nuptiarum intereſſe non debere, maxime cum (c) præcipiatur, ſecundis nuptiis pœnitentiam tribuere. Quis ergo erit presbyter, qui propter convivium illis conſentiat nuptiis?

c ad nuptias bigami ... convivium.

VIII.

(d) Si cujus uxorem adulterium commiſiſſe, cum eſſet laicus, fuerit comprobatum, hic ad miniſterium eccleſiaſticum admitti penitus non debet. Quod ſi in (e) clericatu jam conſtituto eo, adulteravit, dato repudio dimittere eam debet. Si vero retinere ejus conſortium velit, non poteſt ſuſcepto miniſterio perfrui.

IX.

Qui [d] admiſerit corporale peccatum & hic poſtea presbyter ordinatus eſt, ſi confeſſus fuerit quod ante ordinationem ſuam peccaverit, non quidem offerat; maneat tamen in aliis officiis, propter ejus ſtudii utilitatem. [e] Nam cetera peccata cenſuerunt plurimi etiam in ordinatione [f] privari. Quod ſi de his non fuerit confeſſus, nec ab aliquo (f) poteſt manifeſte convinci; [g] huic ipſi de ſe poteſtas eſt permittenda.

X.

Similiter & diaconus, ſi in eodem (g) culpæ genere fuerit involutus, ſeſe a miniſterio cohibeat.

XI.

Presbyter ante triginta annorum ætatem non ordinetur, quamvis ſit probabilis vitæ, ſed obſervet uſque ad præfinitum tempus. Dominus enim noſter Jeſus Chriſtus trigeſimo anno baptizatus eſt, & tunc prædicavit.

XII.

Si quis in ægritudine conſtitutus fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius (b) voluntaria, ſed ex neceſſitate eſt: niſi forte [a] poſtea ipſius ſtudium & fides probabilis fuerit, aut hominum [b] raritas cogat.

a propter ferventiam fidei aut hoſpitalitatem hominum.

b caritas.

XIII.

B Presbyteri qui conregionales [c] ſunt, [1] in eccleſia præſentibus epiſcopis vel presbyteris [d] civitatis, offerre non poſſunt, (i) [e] nec dare panem ſanctificatum, (k) nec calicem porrigere. Quod ſi abſentes ſint civitatis ſacerdotes, & fuerint invitati ad dandam orationem, ſoli poterunt dare. (Vicarii autem epiſoporum, quos Græci chorepiſcopos vocant, conſtituti ſunt quidem ad exemplum ſeptuaginta ſeniorum; ſed, [f] tanquam conſacerdotes propter [g] ſolicitudinem & ſtudium, quod in pauperes agunt, offerant, & honorabiles habeantur.)

c Non: *ita editio Merlini minus recte. Juſtelli MS.* vocat presbyteros dioceſanium, *id eſt ut emendo* diœceſium *ſive* presbyteros de aliquibus locis.

d dominico civitatis.

e in oratione

f ſicut commiſtrantes.

g curam pauperum

antulis incluſa deſunt in *Luc.*

XIV.

C Diaconi ſeptem eſſe debent ſecundum regulam, quamvis magna ſi civitas: cui regulæ auctoritas erit liber actuum apoſtolorum. (l)

*Convenerunt autem in unum [1] ſancti & venerabiles epiſcopi hi qui infra ſcripti ſunt: & cum ceteris, qui ſtatuerunt ſuperius ſcripta, ſubſcripſerunt.*

1 Diſt. 16. Prima adnotatio.

Vitalis [*] Antiochenus Cœles Syriæ.
Germanus Neapolis Palæſtinæ.
D Gregorius [*] [2] Cynnenſis Galatiæ primæ.
[h] Alphius Apameæ Cœles Syriæ.
Heraclius [*] [3] Zelonenſis Armeniæ majoris.
Baſilius Amaſeæ Helleſponti vel Armeniæ majoris
Leontius Cæſareæ Cappadociæ primæ.
[i] Amphion Epiphaniæ Ciliciæ ſecundæ.
Stephanus chorepiſcopus Cappadociæ.
[*] Eretius [k] [4] Placianenſis Galatiæ primæ.
Lupus Tarſenſis, Ciliciæ primæ.
Gerontius Lariſſæ Cœles Syriæ.
Narciſſus Neroniadis Ciliciæ ſecundæ.
Longinus Neoceſarenſis Ponti Polemoniaci.
Salaminus Germaniciæ [5] Cœles Syriæ.
[*] Rudus chorepiſcopus Cappadociæ.
[*] Dicaſius [*] [6] Tavienſis Galatiæ.
E [l] Valentinianus.
Leontius.

* Zelamitanus
* Cinonenſis
h Alphion
* Zelenus
i Amphitrion ſive Amphition
k Hiſtricus Timoniacenſis Cappadociæ Polemoniacenſis. Erytrius.
* Rodus. Rodon.
* Decaſius
* Tabienſis
l Valentinus.

In Codd. MSS. adduntur Paulus, Sebius, Xantulus, ſeu Sanctus, Alphion, Phalminon, & forte alii, ſed in iis multa ab amanuenſibus imperitis inſerta atque corrupta.

TI-

1 Mſſ. omnes, *conregionales non ſunt*, ut & editio Merlini: recte. Ferrandus in Breviat. Canonum tit. 103. *Ut Presbyteri alterius regionis, præſentibus presbyteris, non ſacrificent*. Harduinus. 2 *Kinna* Galatiæ *Hard.* 3 *Σαταλ* in Helenoponto. *Hard.* 4 Forte *Polemonienſis*. Hard. 5 Euphrateſiæ. *Hard.* 6 *Ταβία* Galatiæ. *Hard.*

(a) *Luc.* ſed ut (b) deeſt in *Luc.* (c) *Luc.* petatur (d) Luc. legit. *ſi cujus uxor adulterium commiſiſſet laicus fuerit comprobatum &c.* (e) *Luc.* clericum (f) poterit (g) culpa fuerit (h) addit *eſt* (i) deeſt in *Luc.* ſed ponit *in Oratione*. (k) *Luc.* aut calicem dabunt.

(l) *Luc.* addit *& ceteri ſcripti qui convenerant in Synodo Neocæſarienſi.* Addit etiam in fine admonitionem, quam in principio appoſuerat *Iſti canones &c.*

# TITULI CONCILII NEOCÆSARIENSIS

Ex veteri collectione in Codice Lucenſi Sæc. VIII. ſcripto.

## EX CONCILIO NEOCÆSARIÆ.

I.

Presbyter ſi uxorem duxerit aut adulteravit deponatur in clero.

II.

Mulier ſi duos fratres maritos habuerit in exitu communicet.

III.

Cathechuminus ſi peccaverit pœniteat; ſi poſt pœnitentiam peccaverit non recipiatur.

IV.

Prægnans baptizetur & poſtea infans.

V.

Presbyter in ſecundas nuptias intereſſe non debet.

VI.

Maritus adulter in clero non promoveatur.

VII.

Clerici uxor ſi fornicata fuerit & non eam dimiſerit non promoveatur in honore.

VIII.

Poſt ordinationem presbyter, diaconus ſi detexerint non habeant tantum (ſic).

IX.

Si ab aliis nec hoc ipſum.

X.

Presbyter ante viginti quinque annos ætate non ordinetur.

XI.

In infirmitate baptizatus presbyter non fiat.

XII.

Presbyteri peregrini non offerant.

XIII.

Corepiſcopi in honore Sacerdotes habeant.

XIV.

In eccleſia ſeniore VII. diacones fiant.

*Addenda hic eſſet alia Concilii hujus interpretatio vetuſta ex Codice, olim vulgato a Juſtello; ſed cum integram illam collectionem canonum, dare conſtituerim in appendice ad Tomum Tertium Conciliorum ideo hic omittendam illam cenſui.*

## NOTÆ SEVERINI BINII.

Concilii cauſa. Quot epiſcopi interfuerint. Locus concilii.

*a Neocæſarienſe concilium.* ) Cum Ancyrano concilio ea quæ ad mores eccleſiæ orientalis, ac præcipue eccleſiaſticorum miniſtrorum, reformandos requirebantur, nondum plane ac perfecte conſtituta fuiſſent; epiſcopi tredecim, iidem fere omnes qui Ancyrano interfuerant, Neocæſareæ, quæ teſte Plinio lib. 6. cap. 3. & Ptolemæo in prima tabula Aſiæ, eſt urbs Cappadociæ, quam Lycus amnis præterfluit, congregati hanc ſynodum celebrarunt. In qua patres ad œconomiam eccleſiaſticam recte inſtituendam, omniumque fidelium mores pie & ſancte componendos, ſequentes quatuordecim canones ediderunt. Baron. anno 314. num. 90.



Canones & conſtitutiones concilii. Tempus habiti concilii.

*b Sub Silveſtro.* ) Cum Baſilius Amaſenus anno Chriſti 316. juſſu Licinii martyrio affectus, huic concilio præſens interfuerit, ut infra ex ſubſcriptionibus patet, illud poſt prædictum annum 316. celebratum fuiſſe dici non poteſt: ut ante 314. annum Chriſti nati habitum fuerit, Maximini tunc adhuc viventis & eccleſiam orientalem perſequentis ſævitia & crudelitas non patiebatur. Illo igitur tempore, quod inter obitum Maximini, & initium perſecutionis Licinianæ intercedit, anno nimirum Chriſti 314. qui eſt Silveſtri primus, & Conſtantini imperatoris 9. vel ſaltem initio anni ſequentis, epiſcopos prædictos loco ſupra nominato conveniſſe, ac ſequentes canones conſtituiſſe, maxima cum probabilitate ſuſtineri poteſt. Hæc confirmantur præſentia & ſubſcriptione Vitalis Antiocheni epiſcopi, quem ante Licinianæ perſecutionis initium vita defunctum, atque ita hanc ſynodum jam ante abſolutam fuiſſe, Philogonii ſucceſſoris illius tempora evidenter indicant. Hunc ſub Licinio Antiochenæ eccleſiæ præfuiſſe Theodoret. lib. 1. cap. 3. affirmat. Paulo poſt ſedatam Maximini perſecutionem illo tempore, quo adhuc reliquiæ ejuſdem ſupererant, eumdem Philogonium epiſcopatum cathedræ Antiochenæ ingreſſum eſſe, Chriſoſt. orat. de B. Philogonio circa medium tom. 3. in fine, teſtatur. Horum igitur teſtimonio certum eſt Neocæſarienſe concilium, cui Vitalis Philogonii deceſſor interfuit poſt ſedatam Maximini, & ante initium Licinianæ perſecutionis, circa primum aut ſecundum annum Silveſtri, qui cum anno Chriſti 314. & 315. coincidunt, celebratum fuiſſe. Vide Baron. anno 314. num. 90. & 92.

Philogonius hoc tempore Vitali Antiochia ſuccedit.

*c Probatum.* ) Hoc concilium ſicut & Ancyranum a patribus Nicæni concilii approbatum fuiſſe, patet ſeſſ. 7. act. 4. concilii Florentini. Bell. lib. 2. de conc. cap. 8.

Concilium hoc approbatum eſt. Canon. 1. Decretum de cœlibatu clericorum.

*d Presbyter.* ) Hoc conſtituitur hic, quod ſupra concilio Elib. cap. 33. & Ancyrano can. 9. conſtitutum eſt, nimirum ut clerici vitam cœlibem vivant; vel ſi nolint, ad laicam communionem redigantur.

Canon 5.

*e Catechumenus ſi in dominicum.* ) Vide Baron. ann. 324. num. 49. ubi per hunc canonem Euſebium acriter perſtringit.

Canon 7. Triplex interpretatio hujus canonis. Prima Secunda Tertia.

*f Presbyteris in nuptiis.* ) Hunc canonem gloſſæ 31. q. 1. can. de his, nonnulli de iis, qui ſimul plures uxores habere volunt, explicant. Alii eumdem intelligunt de iis, qui ſæpius nuptias contrahunt ſucceſſive, eoſque peccare ajunt, non contrahendo, ſed eam celebritatem adhibendo, quæ ſolum in primis nuptiis adhiberi ſolet: ideoque pœnitentiam injungi, non quod ſecundas nuptias tanquam illicitas & diſſolvendas eſſe judicent, ſed quod indebitam ſolennitatem & celebritatem ſuis nuptiis licite contractis adhiberi importune ſollicitarint. Rectius vero dicitur, quod ſicut Laodicenum canon. 1. Nicænum canon. 8. ſecundas nuptias approbant, ipſis tamen contrahentibus per Laodiceni concilii canonem allegatum, propter emiſſum incontinentiæ ſignum certi temporis pœnitentiam injungunt: ita hoc conc. a bigamis pœnitentiam requiri, non quod ſecundum matrimonium contrahendo peccent; ſed quod ſuam ipſius incontinentiam manifeſtent, & bigamiam, quæ in humanæ imbecillitatis remedium, 1. Cor. cap. 7. inſtituta eſt, licentius uſurpent. Ita Baron. ann. 314. num. 91. Bell. lib 1. de ſacram. matr. cap. 9. Quæ fuerit iſta ſolemnitas, ex Iſidoro & Ambroſ. ſcribit Bell. lib. de conc. cap. 8.

Canon. 12. Antiqua lege clerici irregulares fuere.

*g Si quis ægrotans fuerit illuminatus.* ) Hunc canonem a patribus hujus concilii editum, antiquo uſu eccleſiæ ſancitum fuiſſe, patet ex epiſt. Cornelii ad Fabium Antiochenum, qua docet Novatianum in ſchiſmate epiſcopum creatum & ordinatum, illegitime & nequaquam canonice electum & conſecratum fuiſſe; ideo quod contra illum antiquiſſimum eccleſiæ canonem in clerum aſſumptus ſit clinicus, propter morbum in lecto baptizatus; qui jure meritoque ab omni ordinum ſuſceptione arcendus fuerat. Verba epiſtolæ hæc ſunt: *qui quidem epiſcopus non modo ab univerſo clero, ſed etiam a multis laicis vetitus, quoniam minime licebat quemquam in lecto propter morbum baptizatum (ſicut huic contigerat) in clerum aſſumi*, &c.

Vide notas epiſtolæ Cornelii ad Fabium Antiochenum.

*h Diaconi.* ) Præter hunc canonem, a Nicæna ſynodo omnes alios receptos eſſe, patet ſeſſ. 7. conc. Florentini.

Qui & quales epiſcopi huic ſynodo interfuerint.

*i Sancti & venerabiles epiſcopi.* ) Præter numeratos ſuperius, qui huic & Ancyranæ ſynodo interfuerunt, ponitur Gregorius, alias Gorgonius Cyrenenſis epiſcopus, qui etiam inter Galatiæ antiſtites ſubſcriptus habetur magno illi Nicæno concilio: pariterque Gerontius, alias Leontius, Lariſſæ Cœleſyriæ civitatis epiſcopus, qui itidem Nicænæ ſynodo ſubſcripſit, ſicut & Alphius Apameæ epiſcopus. Vide Baron. ann. 314 num. 90.

A

## NOTÆ GABR. ALBASPINÆI EP. AUR.

### *AD CANONEM VI. NEOCÆSARIENSEM.*

Quia *proprium uniuſcujuſque propoſitum*, de fide interrogabantur catechumeni antequam baptizarentur: neque aliter ad fontem lavari admiſſos reperies, niſi ejus rationem aliquam reddidiſſent, *interrogant eos noſtræ fidei ſacerdotes, & ſi praviderint in Patre & Filio, & Spiritu ſancto eos baptizatos*. Arelatenſe primum can. 8. Propterea paulo antequam mergeretur, baptiſmum ſe optare, ſe baptizari velle magna voce conteſtabantur: quæ cum ab iis qui parentum utero includerentur non poſſent fieri, ad eoſdem baptiſmi vis & gratia pervenire & penetrare non poterat: hunc ipſum canonem ita interpretatur Martinus Bracarenſis, *nam nihil in hoc participat mater infanti qui naſcitur, propterea quod unicuique propria voluntas in confeſſione monſtretur*.

### *AD CANONEM XII. CONC. EJUSDEM.*

De hujus canonis ſententia dubitari video, & eam aliter a quibuſdam accipi, quam a patribus concepta ſit. nimirum hoc canone a ſacerdotio eos penitus arcere, qui in obitum uſque baptiſmum prorogaſſent, quod infamia quadam notarentur; verum hallucinantur egregie; nam in hoc canone non agitur de his qui in mortem baptiſmum diſtuliſſent, ſed de his, quos mors in ipſo catechumenatu & antequam ad ejus temporis exitum potuiſſent pervenire, occupaſſet. Neque ſacerdotio propterea arcentur, quod ea de cauſſa eſſent infames, aut male audirent, ſed ordinari nequaquam poterant, (ut in quodam canone habetur) quod docere, fidei arcana tradere, exponere, & cetera ſacerdotii officia implere non poſſe, viderentur, quos valetudo prima fidei elementa non ſiviſſet ediſcere, & rerum omnium ignaros & rudes baptizari coegiſſet. Hæc eſt ratio quamobrem ad ordines non adlegerentur.

*Fides enim ejus non eſt ex propoſito*, metu mortis potius, quamquod fidei ſuæ rationem reddere poſſit, profitetur ſe in Deum & Chriſtum credere.

# CÆSARIENSIS PONTICA, VITALIS.

## Ex libello ſynodico.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, εἴκοσι καὶ τριῶν ἐπισκόπων, ὧν ἐξῆρχε Βιτάλιος, συναθροισθεῖσα ἐν Καισαρείᾳ τοῦ Πόντου, περὶ τῶν ἐν B τῷ διωγμῷ ἐπιθυσάντων, ἢ ἐξομοσαμένων, ἢ εἰδωλοθύτων γευσαμένων· ἢ καὶ πρὸς τὴν διαφορὰν τῆς παραβάσεως, ἀνάλογον καὶ τὴν διόρθωσιν κανονικῶς διετύπωσεν.

Synodus divina & ſancta provincialis, viginti trium epiſcoporum, quorum præſes fuit Vitalius, collecta Cæſareæ Ponti: de iis, qui in perſecutione ſacrificaſſent aut abjuraſſent, aut idolothyta guſtaſſent: quæ etiam ſecundum differentiam tranſgreſſionis, rationabilem emendationem canonice præſcripſit.

ANNO CHRISTI 315.

# CONCILIUM ROMANUM I.

## b SUB SILVESTRO.[2]

Locus & cauſa concilii.

a Concilium.) Hoc concilio Romæ in præſentia Conſtantini imperatoris celeberrima illa diſputatio inter Judæos & Silveſtrum habita eſt, qua ad inſtantiam imperatoris ac matris illius Helenæ, utrimque viri doctiſſimi convenerunt eo fine, ut ſcripturis ſimul & miraculis ſingularum partium defenſores ſuæ religionis veritatem probarent ac manifeſtarent. De cujus eventu acta Silveſtri, quæ ab Hadriano Romano Pontifice ad Carolum Magnum ſcribuntur 3. epiſt. his verbis citata reperiuntur. *In ipſis exordiis Chriſtianorum, cum ad fidem converteretur imperator Conſtantinus mater ſua Helena Auguſta ad eum cum duodecim ſcribis, & pharisæis, ac magiſtris & principibus Judæorum in urbem Romam venit, & ipſa una cum* D *filio ſuo Conſtantino Auguſto, concilium Judæos cum Chriſtianis facere cenſuerunt. In quo præſidens ſanctus Papa Silveſter cum plurimis ſanctiſſimis epiſcopis, in ampliorem ſtatum dilatantes Chriſtianorum fidem, tam per ſacram ſcripturam quam per* C *miracula domino protegente*, (Cratonis philoſophi, & Zenophili v. c. quos ad id elegerant, arbitrio) *victores effecti ſunt*. Hæc prolixius acta Silveſtri, quorum ante Gelaſium tanta fuit auctoritas, ut & Romæ & in multis aliis eccleſiis legerentur, imo etiam poſt Gelaſium ab Hadriano pontifice præd. epiſt. 3. ad Carolum Magnum, velut authentica citata fuerint. Prout vero eadem hodie extant, pluribus mendaciis quæ aliunde irrepſerant, ſcatent. Nam quod referunt, Conſtantinum ante Helenam Chriſtianum fuiſſe: Conſtantium & Conſtantem Cæſares Auguſtos hoc tempore in oriente degiſſe: Iſaac apud Judæos ſummum pontificatum adminiſtraſſe: Helenam ex Bithynia oriundam fuiſſe: jejunium ſabbati per Silveſtrum abrogatum: diem dominicum per eumdem inſtitutum; ipſumque Silveſtrum pontificem a Melchiade ordinatum fuiſſe; aliaque plura a veritate omnino aliena eſſe, præterquam quod id pulchre oſtendat Baron. anno 315. num. 12. & ſe-

Diſputatione habita, Judæi ſcriptura & miraculis convicti.

Acta Silveſtri cujus auctoritatis.

Acta Silveſtri erronea.

1 Neocæſarienſis dici oportuit, ſed de idolothytis, aut iis qui in perſecutione ſacrificaſſent, nulla in Canonibus mentio eſt. Accepiſſe hæc iſte videtur ex epiſtola Canonica Gregorii Neocæſarienſis. *Hard.* Couſtant vero in præfatione ad Epiſt. Roman. Pontificum notat in antiquiſſimo ſexti ſæculi Canonum MS. Corbeienſi Codice, aliiſque Mſſ. Codicis a Queſnello vulgati conſtanter legi: *Cæſarienſes Canones*, nunquam *Neocæſarienſes*.

2 Narrant Acta S. Silveſtri factam Romæ Synodum, cui diverſarum Provinciarum Epiſcopi n. 75. interfuerint, & Helenam tunc adhuc gentilem, ſed a Judæis pene Judæam effectam Conſtantinum filium ad Judæorum religionem amplectendam invitaſſe, Quæ, ſimiliave narraſſe, confutaſſe eſt. Quis enim ſibi perſuadeat, in unum Concilium conveniſſe Chriſtianorum Antiſtites, & Judæorum Sacerdotes ad diſputationem de religione ineundam? Quis duodecim Rabbinos ab Iſachar ſummo Sacerdote delectos ſibi fingat, qui contra Chriſtianam fidem diſputarent, cum a tempore excidii Hieroſolymitani deſierint creari ſummi Pontifices? Quare hanc Synodum, æque ac S. Sylveſtri acta plane ſuppoſititia, licet antiqua, eſſe minime dubitandum eſt. *Pagius ad an. Chriſti 315.*

& ſequentibus, etiam ipſi canones apoſtolorum, & notæ quas ibi conſcripſimus, aperte demonſtrant.

Tempus hujus concilii & diſputationis habitæ.

*b Sub Silveſtro.*) Conſtantino & Licinio quartum conſulatum agentibus, anno nimirum Chriſti 315. qui eſt Silveſtri ſecundus, & Conſtantini decimus, hunc conventum celebratum fuiſſe, acta Silveſtri, & lex 1. de Judæis, C. Theodoſ. his conſulibus conſignata teſtantur. Cum enim hac diſputatione confuſi, non tantum Chriſtianis contumelias & graves injurias inferrent, verum in ipſum etiam imperatorem A ſeditionem concitarent, ad injuriam a Chriſtianorum capitibus propulſandam, allegata lege adverſus illos promulgata conſtituit, ut ſi cui ſuæ ſectæ deſertori Chriſtiano lapidibus, aut alio immani ſupplicio moleſti eſſent, ſtatim flammis dederentur. Ut vero rebellionem & ſeditionem eorum compeſceret, ſeditioſos, auriculis eorum amputatis, corporique illorum ſigno impreſſo, velut mancipia fugitiva & verberones per omnia loca circumducebat. Chryſoſtomus orat. adverſus Judæos hom. 2. Baron. prædicto anno num. 9. & 10.

Judæorum inſolentia & ſeditio compeſcitur.

# [1] CONCILIUM ALEXANDRINUM I.

## *b* SUB SILVESTRO.

Cauſa & locus concilii

Acta concilii.

*a* C*Oncilium Alexandrinum.*) Cauſam huic concilio ab Alexandro Alexandrino epiſcopo indicto, & Alexandriæ centum fere epiſcopis præſentibus celebrato, dedit Arius ejuſdem eccleſiæ presbyter ambitioſus, qui cum hactenus velut Proteus, modo catholicis, modo ſchiſmaticis adhæreſcens, ſub diverſis formis latuiſſet, hoc demum tempore (ut infra oſtendemus) virulentam impietatem ac blaſphemiam ſuam, quam hactenus in pectore occultam circumgeſtavit, (hanc nimirum: Filium Dei non ſine principio a patre genitum, ſed in tempore creatum eſſe,) turpiter evomuit. Ad quam revocandam, dum illum Alexander epiſcopus frequenter admonuiſſet; ille vero cum ſociis impietatis duodecim, quos ſeduxerat, perſeverans hæreſim ſuam pertinaciter defenderet: convocato centum fere, ut ſupra dixi, epiſcoporum concilio, perverſi atque hæretici dogmatis tenaciſſimus condemnatur, a communione catholica ejicitur, & presbyteratus ordine exuitur. Baron. anno 315. n. 19. & 318. n. 42.

Numerus epiſcoporum.

Ante initium Licinianæ perſecutionis hoc concilium habitum fuiſſe teſtatur Oroſius.

*b Sub Silveſtro.*) Anno Chriſti nati 315. Silveſtri Pontificis II. Conſtantini imperatoris 10. hanc ſynodum celebratam fuiſſe, tradit Oroſius lib. 7. cap. 28. dum ait, eo tempore Arium ſuam hæreſim in vulgus ſparſiſſe, quo Criſpus & Conſtantinus Cæſares creati ſunt, anno nimirum 315. Idem evidentius aſſerit Lactantius, quando lib. 4. cap. ult. ad Conſtantinum, Arianam hæreſim inter alias olim damnatas & judicio eccleſiæ proſcriptas recenſens, in præfat. eorumdem librorum indicat ſe eoſdem libros ſcripſiſſe, quando Licinius eccleſiam perſequebatur, nimirum circiter annum Chriſti 316. ante quæ tempora Arium ejuſque hæreſim eccleſiæ cognitam eſſe oportuit. Demum ex actis Baſilii Amaſeni epiſcopi certum eſt, quod cum ipſe paulo poſt martyrium ſubiturus in carcere detineretur, eum Elpidiphorus Joannes presbyter Nicomedienſis adierit, petens ab eo inſtrui, quænam vera eſſet catholicæ fidei aſſertio: num ſcilicet aliorum dicentium; Dei filium ſine principio a patre genitum eſſe: an potius eorum qui cum Ario aſſererent, ipſum in tempore creatum eſſe. Quæ cum anno 316. contigerit, ut ex actis ejuſdem Baſilii epiſcopi & martyris conſtat, nullum dubium amplius eſſe poteſt, quin ante exortam Licinii perſecutionem, B circiter annum ſcilicet Chriſti 316. Ariana hæreſis vulgata, diſſeminata, ac concilio deſuper habito condemnata fuerit. Sed dices: ſeptuaginta illas Alexandri epiſcopi encyclicas literas (harum duo exemplaria extant, & infra ſubjunguntur:) de Arii dogmatibus ad Silveſtrum Romanum pontificem, alioſque orbis catholici epiſcopos ſcriptas & tranſmiſſas, anno Chriſti 318. qui eſt Silveſtri 5. certiſſimo indicio ſcriptas videri; ideoque non ante prædictum 318. annum Chriſti hanc ſynodum haberi potuiſſe. Et quod amplius eſt, apertiſſime conſtat, vix ante 319. annum Chriſti nati, Oſium Cordubenſem cum literis Conſtantini ad epiſcopos orientales de Ariani incendii flamma extinguenda ſcriptis, C in orientem perveniſſe. Igitur vel pontifex negotium tanti momenti tanto tempore, quod nulla ratione veriſimile apparet, diſtulit; vel, quod probabilius eſt, ante hæc tempora Ariana hæreſis nondum cognita, multo minus judicio eccleſiæ proſcripta fuit. Rationes objectæ difficultatem haberent, ſi poſt latam in Arium depoſitionis & excommunicationis ſententiam, prædictas encyclicas literas Alexander ſtatim ſcripſiſſet: verum cum manifeſtum ſit, eum haſce tum demum ſcripſiſſe, quando poſt debellatum Licinium & pacem eccleſiæ redditam, Arius urbe ejectus, Euſebii in primis Nicomedienſis auxilium & concilium pro ſe ſolicitavit, literaſque illius encyclicas ad defectio- D nem alios epiſcopos ſolicitantes obtinuiſſet: quibus cum Arius defenderetur, Alexander autem de calumnia ubique locorum falſo accuſaretur: ille, ut malo contrario remedio ſuccurreret, contra multas hæreticorum circulares, ad Silſtrum alioſque catholicos epiſcopos ſeptuaginta encyclicas vel circulares literas Ariana dogmata concernentes & refutantes ſcripſit & tranſmiſit. Quas cum Silveſter pontifex accepiſſet, Oſium Cordubenſem epiſcopum in orientem ablegavit, dans illi mandatum, ut ad incendium faciliius extinguendum, a Conſtantino imperatore in Bithynia agente literas ad epiſcopos Ægypti exaratas ſibi communicari petat. Imperator officium imploratum non denegavit, E & de mutua reconciliatione ad Alexandrum literas, infra poſt ſecundum Alexandrinum concilium ſubjunctas, ſcripſit quidem; ſed reſponſorias ab Ario ſatis inurbanas recepit. Incivilitate

Refellitur objectio.

Encyclicæ Alexandri quando ſcriptæ.

Cur ſcriptæ fuerint.

Oſius legatus pontificis.

Acta Baſilii martyris.

Lactantius.

[1] Hoc Concilium Alexandrinum, in quo Arius damnatus, in annum Chriſti 315. rejicit cum Baronio Labbeus; verum nonniſi anno 321. habitum fuiſſe probat Pagius in obſervatione allata, quem ſequitur *Hard.*

tate vel potius inſania hæreſiarchæ pertinaciſſimi Conſtantinus vir humaniſſimus inciviliter provocatus, tales viciſſim ſecundas ad eum literas reddidit, quales inſanum hæreſiarcham accipere decebat. Baron. anno 315. num. 20. & ſequentibus. Item anno 318. num. 42. & ſequentibus. Exemplaria epiſtolarum Alexandri ſupra memoratarum vide inferius in concilio Nicæno. [1]

## Observatio P. Antonii Pagi.

Ad An. Chriſti 313. n. 6. & ſeqq.

*Ariana* Hæreſis initio quidem Alexandri Alexandrini Epiſcopi innoteſcere cœpit, ſed ante annum trecenteſimum viceſimum primum in Concilio Alexandrino, in quo fere centum Epiſcopi Ægypti ſederunt, a Deo non damnata. Ex epiſtola enim S. Athanaſii ad Epiſcopos Ægypti & Lybiæ, quæ titulo primæ Orationis contra Arianos haud recte inſignitur, ubi aſſerit, quod Ariani *ante annum triceſimum ſextum Hæretici declarati atque ab Eccleſia ſubmot.*, ſunt, manifeſte deducitur Synodum Alexandrinam adverſus Arium congregatam eſſe anno trecenteſimo viceſimo, aut inſequenti, ſi Athanaſius annos incompletos, ut plerumque fit, pro completis numerarit, cum, ut ſuo loco videbimus, anno CCCLVI. ſcripta fuerit. Nam quod *de judicio totius Synodi Oecumenicæ* ſubjungit Athanaſius, aliter intelligi non poteſt, quam quod Synodus eo anno celebrata Alexandrinæ ſententiam confirmarit. Porro Papebrocius die ſecunda Maii in Vita S. Athanaſii recte obſervat, epiſtolam quæ ante illam Synodum ab Alexandro Epiſcopo Alexandrino in alia Synodo Alexandrina, de qua mox agam, ad Alexandrum Epiſcopum Conſtantinopolitanum data eſt contra Arium, quæque refertur a Theodoreto lib. 1. cap. 4. in eo notabilem eſſe, quod in Hiſtoria Concilii Nicæni Gelaſio Cyziceno adſcripta addantur eidem ſubſcriptiones Presbyterorum & Diaconorum Alexandriæ & Mareotidos *conſentientium dejectioni Arii*; ubi inter Alexandrinos Diaconos quarto loco invenitur *Athanaſius Diaconus ſimiliter*.

Concilium itaque Alexandrinum II. perperam anno 315. tam in Annalibus quam in editione Labbeana Conciliorum conſignatum. Male etiam ab Henſchenio die 26. Februarii in Vita S. Alexandri Epiſcopi Alexandrini in annum CCCXXVII. collatum quod Oroſius lib. 7 cap. 8. poſtquam de Cæſarum nuncupatione eo anno facta locutus eſt, de *Arii* ejectione ab Eccleſia ſermonem inſtituat. Hæc enim diverſis annis acta. Baronius, ut oſtenderet Arianam hæreſim ante Licinianam perſecutionem diffamatam fuiſſe, dixit, hanc perſecutionem anno CCCXIII. exortam, & Lactantium lib. 4. Divinarum Inſtitutionum cap. 30. inter alios Hæreticos quos enumerat, *Arianos* nominare; apparere autem ex ejuſdem libri Præfatione, eum ſcriptum eſſe graſſante perſecutione Liciniana. At præterquam quod hæc perſecutio anno tantum trecenteſimo decimo nono excitata, ut certis argumentis infra adſtruam, Lactantius illam non mox orituram, ut explicat Baronius, ſed potius jam ortam indicat, quemadmodum advertit Hankius libro de Byzantinarum rerum Scriptoribus Græcis parte 1 cap. 1 num. 64. & ſeqq. Hæc enim Lactantii ad Conſtantinum verba: *Mali, qui adhuc adverſus juſtos in aliis terrarum partibus ſæviunt, quanto ſerius, tanto vehementius eidem Omnipotenti mercedem ſceleris exolvet*. Sæviebat itaque tunc Licinii perſecutio, quando Lactantius opus illud Conſtantino dicavit, ideoque non anno A CCCXVI. ut credidit Baronius, ſed poſt annum CCCXIX. in lucem emiſſum. Nec alterum Baronii argumentum a martyrio S. Baſilei Epiſcopi Amaſeni petitum urget. Is enim anno trecenteſimo viceſimo, orta jam Licinii perſecutione, martyrio coronatus eſt, ut anno 316. oſtendam. Poſtquam hæc ſcripſeram legi Hermannum Contractum, qui damnationem Arii conſignat anno CCCXXI. & Proſperum in Chronico, ubi idem ſcribit. Quare gaviſus ſum antiquos hujus ſententiæ patronos inveniſſe.

Verum Arianæ hæreſis initium magis explicandum, advertendumque cum Valeſio in Notis ad lib. 1. Theodoreti cap. 4. duas Synodos vario tempore adverſus Arium & ſocios collegiſſe Alexandrum: in priore decem dumtaxat damnatos eſſe Clericos Alexandrinos, & notatos tres Epiſcopos Syriæ, & epiſtolam Synodicam ab Alexandro ſcriptam eſſe ad Alexandrum Byzantii Epiſcopum, quam recitat Theodoretus lib. 1. cap. 4. in ſecunda autem Synodo, in qua centum fere Epiſcopi Ægypti ſederunt, damnatos eſſe duodecim Clericos B Alexandrinos, ac duos præterea Epiſcopos, *Secundum* ſc. & *Theonam*; & notatum eſſe *Euſebium Nicomedienſem* Epiſcopum; ac denique ſcriptam Synodicam ad omnes ubique terrarum Collegas, quam nobis conſervavit Socrates lib. 1. cap. 10. Baronius in Annalibus hanc ſecundam Synodicam, in qua mentio Euſebii Nicomedienſis, ſcriptam putavit ante alteram Synodicam ad Alexandrum Byzantii Epiſcopum directam. Sed ex hac ad Alexandrum Byzantinum epiſtola liquet, eam ante Epiſtolam ad omnes Epiſcopos datam eſſe. In illa enim Alexander non ſolum Presbyteros ac Diaconos notat, qui Ario favebant, ſed & Epiſcopos illos tres Provinciæ Syriæ indicat, qui Arii opinionem defendebant, de quibus antea in eadem epiſtola locutus fuerat his verbis: *Ac neſcio quomodo ordinati in Syria tres Epiſcopi, illis conſentiendo, eos ad pejora incitant*. Quare de omnibus ſimul poſtea in eadem epiſtola loquitur Alexander, quando ait: *Quibus* (ſc. Apoſtolicis Eccleſiæ dogmatibus) *adverſantes Arius & Achillas, & qui cum illis ſunt hoſtes veritatis Eccleſia expulſi ſunt*. Non C igitur ſine cauſa Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus, Paulinus Tyrius, & Theodotus Laodicenus anathematizatos ſe eſſe ab Alexandro querebantur, ut ſcribit Arius in epiſtola ad Euſebium Nicomedienſem, quam refert Theodoretus lib. 1. cap. 5. Laudato enim loco, licet ſuppreſſo eorum nomine anathematizantur ab Alexandro qui de Euſebio Nicomedienſi in hac epiſtola Synodica ad Alexandrum CP. nihil dicit; nec *Arius* inter Epiſcopos, qui anathematizati fuerant ab Alexandro, Euſebium Nicomedienſem nominat: non omiſſurus utique, ſi ab Alexandro id factum fuiſſet. Ex quo recte deducit Valeſius citatus, epiſtolam Synodicam ad Alexandrum CP. ſcriptam eſſe ab *Alexandro* Alexandriæ Epiſcopo ante epiſtolam illam ejuſdem *Alexandri* ad omnes Eccleſias. In hac enim poſteriori *Euſebius Nicomedienſis* denotatur ab Alexandro ut patronus & ſignifer D Arianorum. Unde apparet, epiſtolam iſtam poſteriore loco ſcriptam eſſe, cum ſc. *Euſebius Nicomedienſis* patrocinium Ariani dogmatis ſuſcepiſſet. Porro utraque Synodica epiſtola ab Alexandro ſcripta, priuſquam *Conſtantinus* epiſtolam ſcripſiſſet ad Alexandrum & Arium, quod factum poſt victum anno CCCXXIV. Licinium, nunc minime in dubium revocandum. Sed duæ memoratæ Synodicæ diu antea ſcriptæ, eodemque, ut conjectura eſt, circiter anno. Ex verbis autem Athanaſii in epiſtola ad Epiſcopos Ægypti & Lybiæ ſupra laudata apparet, eum intelligendum de ſecundo Concilio Alexandrino, in quo centum fere Epiſcopos Ægypti ſediſſe diximus; nam Synodum paucorum Epiſcoporum *Synodi Oecumenicæ* nomine Athanaſius non appellaret. Denique quæcunque de Hæreſi Ariana ante annum CCCXX. in Annalibus habentur, poſt eum annum contigere.

SY-

[1] Synodica ad Alexandrum Byzantinum Epiſcopum ſcripta habetur in hoc tomo, prima inter Epiſtolas, quæ Concilium Nicænum anteceſſerunt; altera ad omnes Epiſcopos ſcripta habetur pariter in eodem hoc tomo in Gelaſio Cyziceno adſcriptæ Nicæni Concilii hiſtoriæ lib. 2. cap. 5.

ANNO CHRISTI 321.

# SYNODUS ALEXANDRINA.

ANNO CHRISTI 321.

Poſt Concilium Alexandrinum ſuperius memoratum, peculiari indicta Synodo presbyterorum Alexandriæ & Mareotæ, Alexander Epiſcopus Alexandrinus hanc ad ipſos adlocutionem habuit, quam ex codice Mſ. Regio 2417. hic repræſentamus.

## ΚΑΘΑΙ'ΡΕΣΙΣ Α'ΡΕΙ'ΟΥ, Α Depositio Arii,

καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

Ἀλέξανδρος πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις Ἀλεξανδρείας καὶ Μαρεώτου, παρὼν παροῦσιν, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, ἐν κυρίῳ χαίρειν. Εἰ καὶ φθάσαντες ὑπεγράψατε οἷς ἐπέστειλα τοῖς περὶ Ἄρειον, προτρέπων* αὐτοῖς ἀρνήσασθαι μὲν τὴν ἀσέβειαν, πεισθῆναι δὲ τῇ ὑγιαινούσῃ καὶ καθολικῇ πίστει. καὶ ἐδείξατε ἑαυτῶν ὀρθὴν τὴν προαίρεσιν, καὶ τὴν ἐν τοῖς δόγμασι συμφωνίαν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας· ὅμως ἐπειδὴ καὶ πρὸς τοὺς B ἁπανταχοῦ συλλειτουργοὺς ἐπέστειλα περὶ τῶν περὶ Ἄρειον, ἀναγκαῖον ἡγησάμην, ὑμᾶς μὲν τοὺς τῆς πόλεως κληρικοὺς συναγαγεῖν, ὑμᾶς δὲ τοὺς ἀπὸ τοῦ Μαρεώτου μεταπέμψασθαι, μάλιστα ὅτι καὶ ἀφ' ὑμῶν Χάρης καὶ Πιστὸς πρεσβύτεροι, καὶ Σαραπίων, καὶ Παράμμων, καὶ Ζώσιμος, καὶ Εἰρηναῖος διάκονοι, ἀπηκολούθησαν τοῖς περὶ Ἄρειον, καὶ ἠγάπησαν σὺν αὐτοῖς καθαιρεθῆναι. ἵνα καὶ τὰ νῦν γραφόμενα γνῶτε, τήν τε ἐν τούτοις συμφωνίαν ἑαυτῶν ἐπιδείξησθε, καὶ τῇ καθαιρέσει τῶν περὶ Ἄρειον, καὶ τῶν περὶ Πιστὸν σύμψηφοι γένησθε. Πρέπει γὰρ τὰ παρ' ἐμοῦ γραφόμενα γινώσ- C κειν ὑμᾶς, καὶ ἕκαστον ὡς παρ' αὐτοῦ γραφόμενα, ἐν τῇ καρδίᾳ κατέχειν.

Porro αὐτοῖς

Ex Harduini tom. 1. pag. 309.

& eorum qui cum illo ſunt, per Alexandrum Archiepiſcopum Alexandriæ.

Alexander presbyteris & diaconis Alexandriæ & Mareotæ, præſens præſentibus, dilectis fratribus, in Domino ſalutem. Tametſi jam ſubſcripſiſtis his, quæ miſi ad Arium, adhortans eum ad abnegandam impietatem, & ad aſſentiendum ſanæ & catholicæ fidei; rectumque oſtenderitis propoſitum veſtrum, & in dogmatibus conſenſum Eccleſiæ Catholicæ: tamen quoniam & ad omnes ubique comminiſtros literas miſi de Ario, neceſſarium duxi, vos quidem civitatis clericos congregare, vos autem qui de Mareote eſtis accerſere: præſertim cum ex vobis Chares & Piſtus presbyteri, & Sarapion, & Parammon, & Zoſimus, & Irenæus diaconi, ſecuti ſint Arium, & voluerint cum illo deponi: ut & ea quæ nunc ſcribuntur noveritis, veſtrumque in his conſenſum oſtendatis, & depoſitioni Arii & Piſti adſtipulatores ſitis. Decet enimvero noſſe vos ea quæ a me perſcribuntur; & unumquemque eadem, tanquam a ſe perſcripta, corde retinere.

*Subſcriptiones horum presbyterorum ac diaconorum, qui conſenſerunt depoſitioni Arii, leguntur apud Gelaſium Cyzic. lib. 2. cap. 3. in fine epiſtolæ Alexandri Alex. Ep. ad omnes ubique epiſcopos.*

C. ANNUM CHRISTI 322.

# CONCILIUM PALÆSTINUM

C. ANNUM CHRISTI 322.

## Habitum anno CCCXVIII. [1]

Ex Baluzii nova Collectione.

*Damnatus ab Alexandro Archiepiſcopo Alexandrino Arius, ejectus ex Eccleſia, ac tota civitate proſcriptus, Alexandria fugiens, ut Epiphanius ſcribit, in Palæſtinam abiit, ibique ſingulos Epiſcopos adire ac prenſare adulari que cœpit ut eos in partes ſuas traheret. Sed Sozomenus lib. 1. cap. xv. id per legatos factum ſcribit ab Ario miſſos ad Paulinum Epiſcopum Tyri, & ad Euſebium Pamphili, qui Cæſarienſem in Palæſtina regebat Eccleſiam, & ad Patrophilum Scythopolitanum antiſtitem, petiiſſeque ab eis ut ſibi una cum ſuis concederetur plebem ipſis adhærentem in Eccle-* D *ſia colligere, eundem quem prius Presbyterorum obtinentibus gradum: hunc enim morem eſſe Alexandriæ, ut ſub uno Epiſcopo, qui omnibus præeſt, Presbyteri ſeparatim Eccleſias obtineant & populum ad illas convenire ſolitum colligant. Illi vero una cum aliis Epiſcopis in Palæſtina congregati, Arii petitioni ſubſcripſerunt, hortantes ut plebem quidem colligerent, ſicuti antea facere conſueverant, Alexandro tamen Archiepiſcopo ſubjecti eſſent, ac ſine intermiſſione ei ſupplicarent ut ejus pace & communione fruerentur. Meminit iſtius rei, licet ſubobſcure, auctor libelli ſynodici.*

CON-

1 Ita Baluzius; at ſi Arius nonniſi anno 321. fuerit damnatus in Concilio Alexandrino ſupra relato, non potuit hoc Palæſtinum Concilium ante eumdem annum haberi.

ANNO CHRISTI 319. | ANNO CHRISTI 318.

# [a] CONCILIUM ALEXANDRINUM II.

## SUB SILVESTRO. [1]

Tempus & locus concilii.

Numerus epiſcoporum.

Cur generale dictum fuerit.

Cauſa habiti concilii.

a CONcilium Alexandrinum.) Hoc concilium A anno domini 319. qui eſt Silveſtri 6. & Conſtantini imperatoris 14. ann. Alexandriæ in Ægypto habitum eſt, cui omnes epiſcopi, qui Alexandrino primati parebant, una cum Oſio Cordubenſe epiſcopo, qui legationis pontificiæ munere fungebatur, atque ideo huic ſynodo præſidebat, interfuere. Ob quam cauſam Athanaſius apologia 2, hanc ſynodum generale concilium appellavit; quod nimirum illi per legatum pontifex una cum prædicto numero epiſcoporum interfuerit. Cauſa primaria hujus concilii hæc eſt. Cum Silveſter pontifex per encyclicas ab Alexandro ſcriptas, Arianorum turbas ibi excitatas cognoviſſet, Oſium Cordubenſem epiſcopum legatum ſuum iſthuc ablegavit, B qui ſumptis a Conſtantino imperatore literis quas illi communicavit, extantque infra apud Gelaſium lib. 2. cap. 4. pacis & concordiæ ſuaſoriis, in Ægyptum veniens, ad Arianorum motus componendos ſynodum indicit, eorumque cauſam in judicium prædictorum epiſcoporum deducit. Quid autem illo concilio actum ſit, penuria actorum, quæ interierunt, non conſtat. Auctor Athanaſio apol. 2. & Socrate lib. 3. cap. 5. conſtat, quod non modo Arianorum, ſed etiam Meletianorum ac Colluthianorum ſchiſmaticorum cauſa, impiaque Sabellii de ſacroſancta trinitate dogmata, hoc concilio cognita & dijudicata fuerint. Colluthum presbyterum Alexandrinum, quod qui non erat epiſcopus epiſcopale munus obiiſſet, multoſque ordinare tentaſſet, ab Oſio in ordinem redactum eſſe ſcribit Athanaſius apolog. 2. & merito; præterquam enim quod munus indebitum uſurpare conatus fuerit, docebat Deum malorum conditorem non eſſe, fuitque origo Colluthianorum ſchiſmaticorum, eorum qui contra catholicos poſt Nicænum concilium ſe cum Meletianis & Arianis conjunxerunt. Vide Baron ann. 315. num. 28. Perverſiſſimum de glorioſiſſima trinitate Sabellianum dogma ex Alexandrina eccleſia, teſte Socrate lib. 3. cap. 5. ab eodem prorſus exploſum eſt. Vide Baron. ann. 319. num. 22. & ſeqq.

Colluthus ſchiſmaticus

## EX LIBELLO SYNODICO.

Πατρικίȣ Ἀραρσίȣ τȣ͂ μάκαρος, ἐκ τȣ͂ λόγου αὐτȣ͂, τȣ͂ ἐπιλεγομένȣ Ὠκεανȣ͂.

Μελέτιον τοίνυν ἐπίσκοπον Θηβαΐδος, ἐν τῷ διωγμῷ θύσαντι, καὶ ἐπὶ μυρίοις ἑτέροις φωραθέντι ἐγκλήμασιν, ὁ μακαριώτατος Πέτρος Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, πρὶν ἢ τὸν τοῦ μαρτυρίȣ στέφανον ἀναδήσασθαι, καθεῖλε, καὶ τῆς Χριστȣ͂ ἐκκλησίας ἐξῶσε· καὶ Ἄρειον διάκονον, ὡς τὸ ἑτεροȣ́σιον προσβάλλοντα ἐπὶ τȣ͂ Θεȣ͂ λόγȣ, καὶ τὸ, ἐξ ȣ̓κ ὄντων, καὶ τὸ, ἦν ποτὲ, ὅτε ȣ̓κ ἦν ὁ υἱὸς τȣ͂ Θεȣ͂ καὶ πατρὸς, διακονεῖν καθάπαξ κεκώλυκε. Πέτρȣ δὲ ἐν κυρίῳ τελειωθέντος, Ἀχιλλᾶς διαδέχεται, καὶ Ἄρειον τῇ αἱρέσει καὶ φιλαρχίᾳ κρατȣ́μενον, καὶ τοῖς Μελετίȣ τολμήμασιν ἀντιθέως συμπράττοντα, δελεασθεὶς χειροτονεῖ πρεσβύτερον, καὶ τȣ͂ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διδασκαλείου προΐστησιν. Ἀχιλλᾶ δὲ ȣ̓ μετὰ πολὺ ὁσίως τελειωθέντι, ὁ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ὑπέρμαχος Ἀλέξανδρος διαδέχεται. Ἄρειος ȣ̓͂ν, ὡς μὴ προκριθεὶς Ἀλεξάνδρȣ, μειζόνως τῇ φιλαρχίᾳ ἀλαζονεύεται, καὶ ἀποσπάσας τῆς ἐκκλησίας Εὐζώιον τὸν διάκονον, Ἀειθαλᾶν, καὶ ἑτέρȣς τινὰς, κατὰ τῆς ἐκκλησίας καὶ Ἀλεξάνδρȣ, φατριάζειν ἀπήρξατο, κρατῦναι πειρώμενος τὸ ἑτεροȣ́σιον. ὁ δὲ μακαριώτατος Ἀλέξανδρος πολλαῖς νȣθεσίαις χρησάμενος, ἐπὶ τὴν ἀποστολικὴν διάταξιν ἔρχεται F τὴν λέγȣσαν, αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νȣθεσίαν παραιτȣ͂. ἰδὼν ἐκείνȣς καθόλȣ τὸ ἀνεπίγραφον.

C Patricii Ararſii ſancti, ex oratione ipſius, quæ Oceanus cognominatur.

MEletium igitur epiſcopum Thebaidos, qui in perſecutione ſacrificaverat, & infinitorum aliorum criminum reus fuerat deprehenſus, ſanctiſſimus Alexandriæ epiſcopus Petrus, ante acceptam martyrii coronam depoſuerat, Chriſtique eccleſia ejecerat: itemque Arium diaconum, tanquam qui diverſam ſubſtantiam de DEO Verbo, atque etiam iſta, ex non entibus, &, erat aliquando, cum non eſſet filius DEI & Patris aſſereret, diaconi munere fungi omnino prohibuerat. Petro autem in domino defuncto, Achillas ſucceſſit: qui Arium ipſa hæreſi & dominandi cupiditate victum, D & Meletii auſis nefarie cooperantem, deceptus presbyterum conſtituit, & ſcholæ Alexandrinæ præfecit. Achilla vero non ita multo poſt ſancte defuncto, ille apoſtolicorum dogmatum propugnator Alexander ſucceſſit. Arius igitur, quod Alexandro prælatus non eſſet, magis jam dominandi cupiditate inſoleſcere, & abſtractis ab eccleſia, Euzoio diacono, Æithale, & aliis quibuſdam, contra eccleſiam & Alexandrum, conventicula cœpit cogere: Heteruſii doctrinam confirmare conatus. Beatiſſimus autem Alexander, cum multis ante admonitionibus uſus eſſet, ad illud tandem apoſtolicum præceptum ſive conſtitutionem devenit, quæ jubet hæreticum hominem poſt unam & alteram admonitionem vitari: cum quidem videret illos ſcripturarum teſtimoniis omnino deſtitui.

ALE-

1 Hoc ſecundum in Arii cauſa Concilium Antiochenum, cui Oſius præſedit, habitum hic auctor autumat cum Baronio anno Chriſti 319. Verum cum Conſtantinus Orientis Imperio potitus tantum ſit anno 324. non potuit

# ALEXANDRINA ALEXANDRI.

## Ex eodem libello ſynodico.

ΣΥνοδος θεία καὶ ἱερά, μερικὴ δέ, ὡς φέρε εἰπεῖν ἐστί, τῶν προσφάτως εὑρισκομένων καὶ προχείρως ἐπισκόπων συνέλευσις· ἥτις συγκληθεῖσα ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ μάκαρος, ἀπεκήρυξε καὶ ἀναθέματι καθυπέβαλεν, ὡς ἐμμένοντας τῇ ἀπειθείᾳ, καὶ σηπεδόνα τῇ ἐκκλησίᾳ προσάγοντας, Ἄρειον, Εὐζώϊον, Ἀχιλλᾶν, Ἀειθαλᾶν, Λούκιον, Σαρμάτιον, Ἰούλιον, Μηνᾶν, Ἄρειον ἕτερον, καὶ Ἑλλάδιον. καὶ τὴν αὐτῶν καθαίρεσιν πανταχοῦ ἐξαπέστειλεν. εἰς ἣν ὑπογράφουσιν ἐπίσκοποι Λιβύης, καὶ Πενταπόλεως, Συρίας, καὶ Λυκίας, Καππαδοκίας, καὶ Ἀσίας, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Κωνσταντινουπόλεως. γράφει δὲ Ἄρειος τὰ συμβάντα πρὸς τὸν Νικομηδείας Εὐσέβιον, καὶ τὸν ἐκείνου Παλαιστίνης ὁμόφρονα καὶ συνώνυμον· οἱ ὁμονοήσαντες τῇ ἀσεβείᾳ, κατὰ Ἀλεξάνδρου, καὶ τῆς Χριστοῦ ἐκκλησίας δυνάμει καὶ κακουργίᾳ πολλῇ παρατάττονται. ὅθεν ὁ φιλόχριστος βασιλεὺς Κωνσταντῖνος συγκροτηθῆναι θεσπίζει τὴν σύνοδον.

A SYnodus divina & ſancta, ſed particularis, (ſi ita dicendus eſt eorum, qui nuper & facile reperiebantur epiſcoporum conventus,) quæ Alexandriæ a beato Alexandro collecta abdicavit, & anathemati ſubjecit, tanquam in infidelitate perſeverantes, & putredinem ſive ulcus eccleſiæ afferentes, Arium, Euzoium, Achillam, Æithalem, Lucium, Sarmatium, Julium, Menam, Arium alium, & Helladium: ipſorumque depoſitionem ubique emiſit: cui ſubſcripſerunt epiſcopi Libyæ, & Pentapolis, Syriæ & Lyciæ, Cappadociæ & Aſiæ, atque etiam Alexander Conſtantinopolis. Quæ vero acciderant, ea Arius ad Euſebium Nicomediæ & alterum Palæſtinæ, huic & conſen- B tientem & cognominem perſcribit: qui cum in impietate idem ſentirent, contra Alexandrum & Chriſti eccleſiam, multa vi & verſutia aciem inſtruunt: unde Chriſti amans imperator Conſtantinus ſynodum congregari præcepit.

---

Oſius, ſive a Silveſtro Pontifice, ut hic aſſerit auctor, ſive a Conſtantino, ut plerique affirmant, miſſus Legatus cum ejuſdem Conſtantini literis Alexandriam ante eum annum pervenire, & cogere prædictum Concilium. Anno igitur 324. aut initio 325. conſignandum. Hujus mentio in libellis Clericorum Mareoticorum allatis in hoc tomo ad an. 335. poſt Concilium Tyrium.

ANNO CHRISTI

# a CONCILIUM b LADDICENUM

## c SUB a SILVESTRO.

a Alii quippe rectius sub Imperio circa ann. 364. (ut pluribus explicabimus in notis) aut 367. Alii denique sub Damaso 366. &c.

1 ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΕΝ ΛΑΟΔΙΚΕΙΑ, τῆς Φρυγίας συνελθόντων ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων.

d CANONES SS. ET BEATORUM Patrum, qui Laodiceæ Phrygiæ convenerunt. 3

GENTIANO HERVETO INTERPRETE.

PRÆFATIUNCULA.

Ἡ Ἁγία σύνοδος, ἡ κατὰ Λαοδίκειαν τῆς Φρυγίας 2 Πακατιανῆς συγκροτηθεῖσα ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν τῆς Ἀσιανῆς, ὅρους ἐξέθετο ἐκκλησιαστικοὺς, * ὡς ὑποτέτακται.

* alias οἱ.

A e Sancta ſynodus, quæ Laodiceæ, quæ eſt urbs Phrygiæ Pacatianæ, ex diverſis Aſiæ provinciis congregata eſt, conſtitutiones eccleſiaſticas edidit, ut hic ſubjectum eſt.

α'.

Περὶ τοῦ, δεῖν κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα τοὺς ἐλευθέρως καὶ νομίμως συναφθέντας δευτέροις γάμοις, μὴ λαθρογαμίαν ποιήσαντας, ὀλίγου χρόνου παρελθόντος, καὶ σχολάσαντας ταῖς προσευχαῖς καὶ νηστείαις, κατὰ συγγνώμην ἀποδίδοσθαι αὐτοῖς τὴν κοινωνίαν ὡρίσαμεν.

I.

f Oportere ex eccleſiaſtico canone eos, qui libere & legitime ſecundo matrimonio conjuncti ſunt, & non clam uxores duxerunt cum exiguum tempus præterierit, & orationibus & jejuniis vacaverint, eis ex venia dari communionem.

β'.

Περὶ τοῦ, τοὺς ἐξαμαρτάνοντας ἐν διαφόροις πταίσμασι, καὶ προσκαρτεροῦντας τῇ προσευχῇ τῆς B ἐξομολογήσεως καὶ μετανοίας, καὶ τὴν ἀποστροφὴν τῶν κακῶν τελείαν ποιουμένους, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ πταίσματος, καιροῦ μετανοίας δοθέντος τοῖς τοιούτοις, διὰ τοὺς οἰκτιρμοὺς καὶ τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ προσάγεσθαι τῇ κοινωνίᾳ.

II.

Eos qui in diverſis delictis peccant, & in oratione g confeſſioneque & pœnitentia fortiter perſeverant, & ſe a malis perfecte convertunt, tempore pœnitentiæ eis pro delicti proportione dato, propter Dei miſerationes & bonitatem, offerri communioni.

γ'.

Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν προσφάτους φωτισθέντας προσάγεσθαι ἐν τάγματι ἱερατικῷ.

III.

Non oportere eos qui ſunt recens illuminati, in ordinem ſacerdotalem promoveri.

δ'.

Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν ἱερατικοὺς δανείζειν, καὶ

IV.

Non oportere hominem ſacratum fœnera-

1 His canonibus hic titulus apud Zonaram, & Balſamonem præfixus eſt. In omnibus autem collectionibus Canonum Laodiceni poſt Gangrenſes, & Antiochenos collocantur. Poſt Sardicenſe Concilium a Mattheo Blaſtare, & alias antiquis ab Alexio Ariſteno in ſcholiis ad Can. VI. poſt an. 371. quo Baſilius Magnus in communionem admiſſus Valentem Aug. ab eruditis pleriſque proditur. A Joanne Antiocheno, proxime ante Conſtantinopolitanum Oecumenicam. Sic etiam a Synodo Trullana, Photio, aliiſque. *Harduinus*.

2 Epocha hujus Concilii incerta. In plena certe Eccleſiæ pace ejus canones conditos, perſpicuum eſt; ac Nicæno poſtponendum, ut recte cenſet Petrus de Marca, Tillemontius, Pagius, Beveregius, Harduinus, aliique poſt annum 360. vel 370. illud collocantes, licet in anno ipſo differant. Verum placet hic afferre, quæ de hujus ſynodi Epocha differat Pagius ad annum Chriſti 314. n. 25. Marca lib. 3. de Concord. Sacerd. & Imp. cap. 3. ſecunt illis Synodum Laodicenam poſt Nicænam celebratam oſtendit. Primo, quia Canone ſeptimo damnantur *Photiniani* Hæretici, qui aliquot annis poſt Synodum Nicænam emerſere. Secundo, in antiqua Collectione Laodicena locum ſuum obtinet poſt Antiochenam anno CCCXLI coactam. Exiſtimat itaque Marca, eam Synodum anno trecenteſimo ſexageſimo quinto congregatam, quod eo anno Synodus *Illyriciana* celebrata fuerit ab Epiſcopis Aſianæ Diœceſeos. *Laodicena* vero e diverſis Provinciis Aſianæ Diœceſeos habita ſit *Laodiceæ*, quæ eſt Metropolis Phrygiæ Pacatianæ. Sed hæc Præſulis doctiſſimi conjectura ſubſiſtere non poteſt, cum Synodus Illyriciana ad annum CCCLXXV. pertineat, quo tempore *Damaſus* Eccleſiam Romanam adminiſtrabat. Gothofredus in Notis ad Philoſtorgium lib. 8. cap. 3. & 4. ubi Philoſtorgius ait, *Theodoſium* Lydiæ Epiſcopum in ſocietatem & communionem adſcitis *Phœbe & Aureliano* Lydiæ Epiſcopis Synodum coegiſſe, & communi calculo literas ſcripſiſſe ad *Eudoxium & Marin* adverſus *Aetii*, *Candidi*, *Arriani*, & aliorum ordinationes tanquam injuſte & illegitime factas. Gothofredus, in quantis his perverſis, exiſtimat *Theodoſium* illum, qui Philadelphiæ in Lydia Epiſcopus fuit, teſte Epiphanio hæreſi LXXIII., illum ipſum omnino Theodoſium videri qui *Canonum Laodicenorum* maxime Auctor exstitit, ut refertur apud Gratianum diſtinctione 15. cap. 11. Quod confirmat ex Philoſtorgio, qui ait *Theodoſium* a muliebribus voluptatibus prorſus abhorruiſſe, & in Canonibus Laodicenis I, X, XXX, XXXI, XLIV, LII, LIII, & LIV, illis voluptatibus, nuptiiſque varie fibula imponatur. Præterea ait Philoſtrogius, damnatas eſſe *Aetii* & aliorum ordinationes tanquam illegitime factas, cujus damnationis veſtigium aliquod intermicat inter Canones Laodicenos, quorum IV, V, XII & XIII lati ſunt adverſus illegitimas ordinationum ſeu ordinandorum formas. Quæ conjecturæ valde veroſimiles; ideoque videtur Synodus Laodicena ad annum trecenteſimum ſexageſimum tertium pertinere. Loco enim laudato Philoſtorgius de iis agit, quæ Joviano imperante geſta ſunt. Porro Laodicena Synodus, non *Laodicea* in Syria, ſeu *Laodicea* in Lydia ſeu Phrygia, & quidem Pacatiana, ſub qua *Lydia*, ut præferunt Canones Laodiceni apud Balſamonem, celebrata fuit. Nec mirum, Concilium ab Hæreticis habitum Codicis Canonum Eccleſiæ univerſæ partem facere, cum ab Eccleſia receptum fuerit, & nihil ejus moribus contrarium contineat. Ex quibus Baronii conjecturis facile eſt reſpondere. *Hactenus Pagius loco citato*.

3 In MS. Bibl. Cæſareæ teſte Lambecio lib. 8. Harduinus, ut & in pervetuſto codice Canonum Eccleſiæ Græcæ e Bibl. Collegii Pariſ. Societ. Jeſu. *Harduinus*.

nerari, & uſuras, & quæ dicuntur ſeſquialteras accipere.

A τόκυ, καὶ τὰς λεγομένας ἡμιολίας λαμβάνειν.

V.

Non oportere ordinationes fieri in præſentia eorum qui audiunt.

έ.

έ. Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν τὰς χειροτονίας ἐπὶ παρουσίᾳ ἀκροωμένων γίνεσθαι.

VI.

Non permittere hæreticis, ut in domum domini ingrediantur, ſi in hæreſi permaneant.

ς'.

Περὶ τοῦ, μὴ συγχωρεῖν τοῖς αἱρετικοῖς εἰσιέναι εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, ἐπιμένοντας τῇ αἱρέσει.

VII.

Eos qui ex hæreſibus, hoc eſt, Novatianis *b* ſive Photinianis, vel Teſſaradecatitis convertuntur, ſive catechumenos, ſive qui apud illos fideles dicuntur, non admitti priuſquam omnem hæreſim anathematizaverint, & præcipue eam in qua detinebantur; & tunc deinceps eos, qui apud illos fideles dicebantur, fidei ſymbola diſcentes, & ſancto chriſmate inunctos, ſic ſancto myſterio communicare.

ζ'.*

Περὶ τοῦ, τοὺς ἐκ τῶν αἱρέσεων, τουτέστι, Ναυατιανῶν, ἤτοι Φωτεινιανῶν, ἢ Τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν, ἐπιστρεφομένους, * εἴτε κατηχουμένους,[1] εἴτε πιστοὺς * al. ἄτε.

B τοὺς παρ' ἐκείνοις, μὴ προσδέχεσθαι, πρὶν ἀναθεματίσωσι πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ ἐν ᾗ κατείχοντο· καὶ τότε λοιπὸν τοὺς λεγομένους παρ' αὐτοῖς πιστοὺς, ἐκμανθάνοντας τὰ τῆς πίστεως σύμβολα, χρισθέντας τε τῷ ἁγίῳ χρίσματι, οὕτω κοινωνεῖν * τῷ μυστηρίῳ τῷ ἁγίῳ. * al. τῶν αε.

VIII.

*i* Eos qui ab eorum hæreſi qui Phryges dicuntur, convertuntur, ſive ſint in clero qui apud illos exiſtimatur, ſive maximi dicantur; omnes eos cum omni ſtudio catechizari ſeu initiari & baptizari ab eccleſiæ epiſcopis & presbyteris.

ή.

Περὶ τοῦ, τοὺς ἀπὸ τῆς αἱρέσεως τῶν λεγομένων Φρυγῶν ἐπιστρέφοντας, εἰ καὶ ἐν κλήρῳ νομιζομένῳ παρ' αὐτοῖς τυγχάνοιεν, εἰ καὶ μέγιστοι λέγοιντο· τοὺς τοιούτους μετὰ πάσης ἐπιμελείας κατηχεῖσθαί τε καὶ βαπτίζεσθαι ὑπὸ τῶν τῆς ἐκκλη-

C σίας ἐπισκόπων τε καὶ πρεσβυτέρων.

IX.

Non concedendum eſſe, ut in cœmeteria, vel in ea quæ dicuntur martyria quorumvis hæreticorum, abeant ii qui ſunt eccleſiæ, orationis vel venerationis gratia. Sed tales ſi ſint fideles, eſſe aliquantiſper excommunicatos: ſin autem pœnitentia ducantur, & ſe deliquiſſe confiteantur, ſuſcipi.

θ'.

Περὶ τοῦ, μὴ συγχωρεῖν εἰς τὰ κοιμητήρια, ἢ εἰς τὰ λεγόμενα μαρτύρια πάντων τῶν αἱρετικῶν, ἀπιέναι τοὺς τῆς ἐκκλησίας, εὐχῆς ἢ θεραπείας ἕνεκα· ἀλλὰ τοὺς τοιούτους, ἐὰν ὦσι πιστοὶ, ἀκοινωνήτους γίνεσθαι μέχρι τινός· μετανοοῦντας δὲ, καὶ ἐξομολογουμένους ἐσφάλθαι, παραδέχεσθαι.

X.

Non oportere eos qui ſunt eccleſiæ, indiſcriminatim ſuos filios hæreticis matrimonio conjungere.

ί.

Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν τοὺς τῆς ἐκκλησίας ἀδιαφόρως πρὸς γάμου κοινωνίαν συνάπτειν τὰ ἑαυ-

D τῶν παιδία αἱρετικοῖς.

XI.

Non oportere eas, *k* quæ dicuntur preſbyteræ & præſidentes, in eccleſiis conſtitui.

ιά.

* Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν τὰς λεγομένας πρεσβύτιδας, ἤτοι προκαθημένας, ἐν ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι.

XII.

Ut epiſcopi metropolitanorum & eorum, qui ſunt circumcirca, epiſcoporum judicio, in eccleſiaſtico magiſtratu conſtituantur, diu examinati, & in ratione fidei, & in rectæ rationis diſpenſatione.

ιβ'.

Περὶ τοῦ, τοὺς ἐπισκόπους κρίσει τῶν μητροπολιτῶν, καὶ τῶν πέριξ ἐπισκόπων, καθίστασθαι εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἀρχὴν, ὄντας ἐκ πολλοῦ δεδοκιμασμένους, ἔν τε τῷ λόγῳ τῆς πίστεως, καὶ τῇ τοῦ εὐθέος λόγου πολιτείᾳ.

XIII.

Turbis non eſſe permittendum, eorum qui ſunt in ſacerdotio conſtituendi, electionem facere.

ιγ'.

Περὶ τοῦ, μὴ τοῖς ὄχλοις ἐπιτρέπειν τὰς ἐκ-

E λογὰς ποιεῖσθαι τῶν μελλόντων καθίστασθαι εἰς [3] ἱερατεῖον.

XIV.

*m* Ne ſancta inſtar benedictionum, in feſto paſchæ, in alias parochias tranſmittantur.

ιδ'.

Περὶ τοῦ, μὴ τὰ ἅγια εἰς λόγον εὐλογιῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα, εἰς ἑτέρας παροικίας διαπέμπεσθαι.



1 Apud Zonaram εἴτε πιστούς. Balſam. εἴτε κατηχουμένους, εἴτε πιστούς. *Hard.* 2 Jo. Antiochenus Περὶ τοῦ μὴ δεῖν χειροτονεῖσθαι πρεσβύτιδας. *Quod non oporteat presbyteras ordinari.* Vide Athonem Vercel. tom. 8. ſpicil. pag. 124. *Harduinus.* 3. Zonar. & Balſamon. *in presbyteratu*, Ariſtinus, *in Epiſcopatu*. Hard.

ιε´.

Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν πλέον τῶν κανονικῶν ψαλτῶν τῶν ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων, καὶ ἀπὸ διφθέρας ψαλλόντων, ἑτέρους τινὰς ψάλλειν ἐν ἐκκλησίᾳ.

ιϛ´.

Περὶ τοῦ, ἐν σαββάτῳ εὐαγγέλια μετὰ ἑτέρων γραφῶν ἀναγινώσκεσθαι.

ιζ´.

Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν ἐπισυνάπτειν ἐν ταῖς συνάξεσι τοὺς ψαλμοὺς, ἀλλὰ διὰ μέσου καθ' ἕκαστον ψαλμὸν γίνεσθαι ἀνάγνωσιν.

ιη´.

Περὶ τοῦ, τὴν αὐτὴν λειτουργίαν τῶν εὐχῶν πάντοτε καὶ ἐν ταῖς ἐννάταις, καὶ ἐν ταῖς ἑσπέραις ὀφείλειν γίνεσθαι.

ιθ´.

Περὶ τοῦ, δεῖν ἰδίᾳ πρῶτον μετὰ τὰς ὁμιλίας τῶν ἐπισκόπων, καὶ τῶν κατηχουμένων εὐχὴν ἐπιτελεῖσθαι. καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τοὺς κατηχουμένους, τῶν ἐν μετανοίᾳ τὴν εὐχὴν γίνεσθαι· καὶ τούτων προσελθόντων ὑπὸ χεῖρα, καὶ ὑποχωρησάντων, οὕτως τῶν πιστῶν τὰς εὐχὰς γίνεσθαι τρεῖς· μίαν μὲν τὴν πρώτην διὰ σιωπῆς, τὴν δὲ δευτέραν καὶ τρίτην διὰ προσφωνήσεως πληροῦσθαι, εἶθ' οὕτως τὴν εἰρήνην δίδοσθαι. Καὶ μετὰ τὸ πρεσβυτέρους δοῦναι τῷ ἐπισκόπῳ τὴν εἰρήνην, τότε τοὺς λαϊκοὺς τὴν εἰρήνην διδόναι· καὶ οὕτω τὴν ἁγίαν προσφορὰν ἐπιτελεῖσθαι, καὶ μόνοις ἐξὸν εἶναι τοῖς ἱερατικοῖς εἰσιέναι εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ κοινωνεῖν.

κ´.

Ὅτι οὐ δεῖ διάκονον ἔμπροσθεν πρεσβυτέρου καθέζεσθαι, ἀλλὰ μετὰ κελεύσεως τοῦ πρεσβυτέρου καθέζεσθαι. ὁμοίως δὲ ἔχειν τιμὴν καὶ τοὺς διακόνους ὑπὸ τῶν ὑπηρετῶν, καὶ πάντων τῶν κληρικῶν.

κα´.

Ὅτι οὐ δεῖ [1] ὑπηρέτας ἔχειν χώραν ἐν τῷ διακονικῷ, καὶ ἅπτεσθαι δεσποτικῶν σκευῶν.

κβ´.

Ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτην ὠράριον φορεῖν, οὐδὲ τὰς θύρας ἐγκαταλιμπάνειν.

κγ´.

Ὅτι οὐ δεῖ ἀναγνώστας ἢ ψάλτας ὠράριον φορεῖν, καὶ οὕτως ἀναγινώσκειν ἢ ψάλλειν.

κδ´.

Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἀπὸ πρεσβυτέρων ἕως διακόνων, καὶ ἑξῆς τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως ἕως ὑπηρετῶν, ἢ ἀναγνωστῶν, ἢ [2] ψαλτῶν, ἢ ἐπορκιστῶν, ἢ θυρωρῶν, ἢ τοῦ τάγματος τῶν ἀσκητῶν, εἰς καπηλεῖον εἰσιέναι.

κε´.

Ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτας ἄρτον διδόναι, οὐδὲ ποτήριον εὐλογεῖν.

κϛ´.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐπορκίζειν τοὺς μὴ προαχθέντας ὑπὸ ἐπισκόπων, μήτε ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, μήτε ἐν ταῖς οἰκίαις.

XV.

*n* Non oportere præter canonicos cantores, qui ſuggeſtum aſcendunt, & ex membrana legunt, aliquos alios canere in eccleſia.

XVI.

Ut evangelium cum aliis ſcripturis ſabbato legatur.

XVII.

*o* Non oportere pſalmos in conventibus contexere, ſed in unoquoque pſalmo interjecto ſpatio, lectionem fieri.

XVIII.

Idem precum miniſterium omnino debere fieri in nonis & veſperis.

XIX.

*p* Oportere ſeorſum primum, poſt epiſcoporum ſermones, catechumenorum orationem peragi; & poſtquam exierint catechumeni, eorum qui pœnitentiam agunt, fieri orationem: & cum ii ſub manum acceſſerint, & receſſerint, fidelium preces ſic ter fieri: unam quidem, ſcilicet primam, ſilentio: ſecundam autem & tertiam per pronunciationem impleri, deinde ſic pacem dari. Et poſtquam presbyteri pacem epiſcopo dederint, tunc laicos etiam pacem dare: & ſic ſanctam oblationem perfici, *q* & ſolis licere ſacratis ad altare accedere, & communicare.

XX

Quod non oportet diaconum ante presbyterum ſedere, ſed ſedere cum juſſu presbyteri. Similiter autem etiam haberi honorem diaconis a miniſtris & omnibus clericis oportet.

XXI.

Quod non oportet miniſtros locum habere in *r* diaconis, & ſacra vaſa tangere.

XXII.

*s* Quod non oportet miniſtrum ferre orarium, neque fores relinquere.

XXIII.

Quod non oportet lectores vel cantores ferre orarium, & ſic legere vel canere

XXIV.

Quod non oportet ſacratos, a presbyteris uſque ad diaconos, & deinceps quemlibet eccleſiaſtici ordinis uſque ad miniſtros. vel lectores, vel cantores, vel exercitatorum ordinis, in cauponam ingredi.

XXV.

Quod non oportet miniſtros panem dare, vel calicem benedicere.

XXVI.

Quod eos adjuvare non oportet, qui ab epiſcopis promoti non ſunt, neque in eccleſiis, neque in ædibus.

XXVII.

1 Zonaras & Balſamon [illegible]. *Harduinus.* 2 Balſamoni, & Harmenopulo in hunc Canonem & in Antioch. X. [illegible] ſunt. *Harduinus.*

A

XXVII.

Quod non oportet eos qui ſacrati ſunt ordinis, vel clericos vel laicos, *a* ad agapas vocatos, partes tollere, eo quod ignominia inuratur ordini ſacerdotali.

XXVIII.

Quod non oportet *a* in locis dominicis, vel in eccleſiis, eas quæ dicuntur agapas facere, & in domo Dei comedere, & accubitus ſternere.

XXIX.

Quod non oportet Chriſtianos judaizare, & *x* in ſabbato otiari, ſed ipſos eo die operari: diem autem dominicum præferentes otiari, ſi modo poſſint, ut Chriſtianos. Quod ſi inventi fuerint judaizantes, ſint anathema apud Chriſtum.

B

XXX.

Quod non oportet eum qui eſt ſacratus, vel clericus, vel exercitator, in balneo cum mulieribus lavari, neque omnem penitus Chriſtianum vel laicum. Hæc eſt enim prima apud gentes condemnatio.

XXXI.

Quod non oportet cum omni hæretico matrimonium contrahere, vel dare filios aut filias: ſed magis accipere, ſi ſe Chriſtianos futuros profiteantur.

C

XXXII.

Quod non oportet *y* hæreticorum benedictiones accipere, quæ ſunt potius maledictiones, quam benedictiones.

XXXIII.

Quod non oportet una cum hæreticis vel ſchiſmaticis orare.

XXXIV.

Quod non oportet omnem Chriſtianum Chriſti *z* martyres relinquere, & ad falſos martyres, hoc eſt, hæreticos abire, vel eos qui prius hæretici fuere. Hi enim ſunt a Deo alieni. Sint ergo anathema, qui ad eos abeunt.

D

XXXV.

*aa* Quod non oportet Chriſtianos, relicta Dei eccleſia, abire, & angelos nominare, vel congregationes facere; quod eſt prohibitum. Si quis ergo inventus fuerit huic occultæ idololatriæ vacare, ſit anathema, quia reliquit dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & acceſſit ad idololatriam.

XXXVI.

Quod non oportet eos qui ſunt ſacrati, vel clerici, eſſe magos, vel incantatores, vel mathematicos, vel aſtrologos, vel facere ea quæ dicuntur amuleta, quæ quidem ſunt ipſarum animarum vincula: eos autem qui ferunt, ejici ex eccleſia juſſimus.

E

XXXVII.

Quod non oportet quæ a Judæis vel hæreticis mittuntur feſtiva accipere, neque una cum eis feſtum agere.

κζ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς, ἢ κληρικοὺς, ἢ λαϊκοὺς καλουμένους εἰς ἀγάπην, μέρη αἴρειν, διὰ τὸ τὴν ὕβριν τῇ τάξει προστρίβεσθαι τῇ ἐκκλησιαστικῇ.

κη'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς, ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ ἐσθίειν, καὶ ἀκκούβιτα στρωννύειν.

κθ'.

Ὅτι οὐ δεῖ χριστιανοὺς ἰουδαΐζειν, καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ σχολάζειν, ἀλλὰ ἐργάζεσθαι αὐτοὺς ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ· τὴν δὲ κυριακὴν προτιμῶντας, εἴγε δύναιντο, σχολάζειν ὡς χριστιανοί. Εἰ δὲ εὑρεθεῖεν ἰουδαϊσταὶ, ἔστωσαν ἀνάθεμα παρὰ Χριστῷ.

λ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς, ἢ κληρικοὺς, ἢ ἀσκητὰς, ἐν βαλανείῳ μετὰ γυναικῶν ἀπολούεσθαι, μηδὲ πάντα χριστιανὸν, ἢ λαϊκόν. Αὕτη γὰρ πρώτη κατάγνωσις παρὰ τοῖς ἔθνεσιν.

λα'.

Ὅτι οὐ δεῖ πρὸς πάντας αἱρετικοὺς ἐπιγαμίας ποιεῖν, ἢ διδόναι υἱοὺς, ἢ θυγατέρας, ἀλλὰ μᾶλλον λαμβάνειν, εἴγε ἐπαγγέλλοιντο χριστιανοὶ γίνεσθαι.

λβ'.

Ὅτι οὐ δεῖ αἱρετικῶν εὐλογίας λαμβάνειν, αἵ τινές εἰσιν ἀλογίαι μᾶλλον, ἢ εὐλογίαι.

λγ'.

Ὅτι οὐ δεῖ αἱρετικοῖς ἢ σχισματικοῖς συνεύχεσθαι.

λδ'.

Ὅτι οὐ δεῖ πάντα χριστιανὸν ἐγκαταλείπειν μάρτυρας Χριστοῦ, καὶ ἀπιέναι πρὸς τοὺς ψευδομάρτυρας, τοῦτ' ἔστιν αἱρετικῶν, ἢ αὐτοὺς πρὸς τοὺς προειρημένους αἱρετικοὺς γενομένους· οὗτοι γὰρ ἀλλότριοι τοῦ Θεοῦ τυγχάνουσιν. Ἔστωσαν οὖν ἀνάθεμα οἱ ἀπερχόμενοι πρὸς αὐτούς.

λε'.

Ὅτι οὐ δεῖ χριστιανοὺς ἐγκαταλείπειν [1] τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀπιέναι, καὶ ἀγγέλους ὀνομάζειν, καὶ συνάξεις ποιεῖν. ἅπερ ἀπηγόρευται, Εἴ τις οὖν εὑρεθῇ ταύτῃ τῇ κεκρυμμένῃ εἰδωλολατρείᾳ σχολάζων, ἔστω ἀνάθεμα, ὅτι ἐγκατέλιπε τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰδωλολατρείᾳ προσῆλθεν.

λϛ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικοὺς, μάγους ἢ ἐπαοιδοὺς εἶναι, ἢ μαθηματικοὺς ἢ ἀστρολόγους, ἢ ποιεῖν τὰ λεγόμενα φυλακτήρια, ἅ τινά ἐστι δεσμωτήρια τῶν ψυχῶν αὐτῶν· τοὺς δὲ φοροῦντας ῥίπτεσθαι ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐκελεύσαμεν.

λζ'.

Ὅτι οὐ δεῖ παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἢ αἱρετικῶν τὰ πεμπόμενα ἑορταστικὰ λαμβάνειν, μηδὲ συνεορτάζειν αὐτοῖς.



1 Jot Antiochen. tit. 37. legit τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ. Hard.

λη.

Ὅτι οὐ δεῖ παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἄζυμα λαμβάνειν, ἢ κοινωνεῖν ταῖς ἀσεβείαις αὐτῶν.

λθ.

Ὅτι οὐ δεῖ τοῖς ἔθνεσι συνεορτάζειν, καὶ κοινωνεῖν τῇ ἀθεότητι αὐτῶν.

μ.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐπισκόπους καλουμένους εἰς σύνοδον καταφρονεῖν, ἀλλ' ἀπιέναι καὶ διδάσκειν ἢ διδάσκεσθαι, εἰς κατόρθωσιν τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν λοιπῶν. Εἰ δὲ καταφρονήσειεν ὁ τοιοῦτος, ἑαυτὸν αἰτιάσεται· παρεκτὸς εἰ μὴ δι' ἀνωμαλίαν ἀπολιμπάνοιτο.

μα.

Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὸν ἢ κληρικὸν ἄνευ κανονικῶν γραμμάτων ὁδεύειν.

μβ.

Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὸν ἢ κληρικὸν ἄνευ κελεύσεως ἐπισκόπου ὁδεύειν.

μγ.

Ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτας, * κἂν βραχὺ, τὰς θύρας ἐγκαταλείπειν, καὶ τῇ εὐχῇ σχολάζειν.

* al. οὐδὲ πρὸς βρ.

μδ.

Ὅτι οὐ δεῖ γυναῖκας ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ εἰσέρχεσθαι.

με.

Ὅτι, οὐ δεῖ μετὰ δύο ἑβδομάδας τῆς τεσσαρακοστῆς δέχεσθαι εἰς τὸ φώτισμα.

μς.

Ὅτι δεῖ τοὺς φωτιζομένους τὴν πίστιν ἐκμανθάνειν, καὶ τῇ πέμπτῃ τῆς ἑβδομάδος ἀπαγγέλλειν τῷ ἐπισκόπῳ, ἢ τοῖς πρεσβυτέροις.

μζ.

Ὅτι δεῖ τοὺς ἐν νόσῳ παραλαμβάνοντας τὸ φώτισμα, καὶ εἶτα ἀναστάντας, ἐκμανθάνειν τὴν πίστιν, καὶ γινώσκειν ὅτι θείας δωρεᾶς κατηξιώθησαν.

μη.

Ὅτι δεῖ τοὺς φωτιζομένους μετὰ τὸ βάπτισμα χρίεσθαι χρίσματι ἐπουρανίῳ, καὶ μετόχους εἶναι τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ.

μθ.

Ὅτι οὐ δεῖ τῇ τεσσαρακοστῇ ἄρτον προσφέρειν, εἰ μὴ ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ μόνον.

ν.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ τῇ ὑστέρᾳ ἑβδομάδι τὴν πέμπτην λύειν, καὶ ὅλην τὴν τεσσαρακοστὴν ἀτιμάζειν. ἀλλὰ δεῖ πᾶσαν τὴν τεσσαρακοστὴν νηστεύειν ξηροφαγοῦντας.

να.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ μαρτύρων γενέθλιον ἐπιτελεῖν, ἀλλὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων μνείαν ποιεῖν ἐν τοῖς σαββάτοις καὶ κυριακαῖς.

νβ.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ γάμους ἢ γενέθλια ἐπιτελεῖν.

νγ.

Ὅτι οὐ δεῖ χριστιανοὺς εἰς γάμους ἀπερχο-

A

XXXVIII.

Quod non oportet a Judæis azyma accipere, vel eorum impietatibus communicare.

XXXIX.

Quod non oportet cum gentibus feſtum agere, & eorum impietati communicare.

XL.

Quod non oportet epiſcopos qui vocantur ad ſynodum, negligere, ſed abire, & docere vel doceri, ad correctionem eccleſiæ & reliquorum. Si quis autem neglexerit, is ſeipſum accuſabit; præterquam ſi propter

B intemperiem & ægritudinem non veniat.

XLI.

Quod non oportet eum qui eſt ſacratus vel clericus, *bb* ſine canonicis literis iter ingredi.

XLII.

Quod non oportet eos qui ſunt ſacrati vel clerici, ſine juſſu epiſcopi iter ingredi.

XLIII.

Quod non oportet miniſtros vel brevi tempore fores relinquere, & orationi vacare.

XLIV.

Quod non oportet mulierem ad altare

C ingredi.

XLV.

Quod non oportet poſt duas hebdomadas quadrageſimæ ad illuminationem admitti.

XLVI.

Quod oportet eos qui illuminantur, fidem diſcere, & quinta hebdomadis feria epiſcopo renunciare vel presbyteris.

XLVII.

Quod oportet eos, qui in morbo baptiſmum accipiunt, & deinde reſurgunt, fidem ediſcere, & noſſe quod divino munere digni habiti ſunt.

D

XLVIII.

Quod *cc* oportet eos qui illuminantur, poſt baptiſma inungi ſuper cœleſti chriſmate, & eſſe regni Chriſti participes.

XLIX.

Quod non oportet *dd* in quadrageſima panem offerre, niſi ſabbato & ſolis dominicis.

L.

Quod non oportet in quadrageſimæ poſtrema ſeptimana * jejunium ſolvere, & totam quadrageſimam injuria afficere: ſed oportet totam quadrageſimam jejunare aridis veſcentes.

* quinta feria

E

LI.

*ee* Quod non oportet in quadrageſima martyrum natales peragere, ſed ſanctorum martyrum facere commemorationes in ſabbatis & dominicis.

LII.

Quod non oportet in quadrageſima nuptias vel natalitia celebrare.

LIII.

Quod non oportet Chriſtianos ad nuptias

ve

venientes, ſe turpiter & indecore gerere vel ſaltare; ſed modeſte cœnare, & prandere, ut decet Chriſtianos.

LIV.

Quod non oportet ſacratos & clericos in nuptiis vel conviviis aliqua ſpectacula contemplari, ſed priuſquam ingrediantur thymelici, ſurgere & ſecedere.

LV.

Quod non oportet ſacratos & clericos ex collatione convivia peragere, ſed neque laicos.

LVI.

Quod non oportet presbyteros ante epiſcopi introitum ſacrum tribunal ingredi, & ſedere in tribunali: ſed cum epiſcopo ingredi, præterquam ſi epiſcopus ſit mala valetudine, vel profectus ſit peregre.

LVII.

Quod non oportet in vicis & pagis epiſcopos conſtitui, ſed periodeutas, hoc eſt, circumcurſatores: eos autem qui prius conſtituti fuerunt, nihil agere ſine mente epiſcopi qui eſt in civitate. Similiter autem & presbyteros nihil agere ſine mente epiſcopi.

LVIII.

Quod non oportet in domibus fieri oblationes ab epiſcopis vel presbyteris.

LIX.

Quod non oportet privatos & vulgares aliquos pſalmos dici in eccleſia, nec libros non canonicos, ſed ſolos canonicos veteris & novi teſtamenti.

LX.

Hæc ſunt quæ legi oportet ex veteri teſtamento: I. Geneſis. II. Exodus, id eſt, exitus ex Ægypto. III. Leviticum. IV Numeri. V. Deuteronomium. VI. Jeſus Nave. VII. Judices. Ruth. VIII. Heſter. IX. Regnorum I. & II. X. Regnorum III. & IV. XI. Paralipomenon I. & II. XII. Eſdræ I. & II. XIII. Liber pſalmorum CL. XIV. Proverbia Salomonis. XV. Eccleſiaſtes. XVI. Cantica canticorum. XVII. Job. XVIII. Duodecim prophetæ. XIX. Eſaias. XX. Jeremias & Baruch, lamentationes & epiſtolæ. XXI. Ezechiel. XXII. Daniel. Novi autem teſtamenti hæc; Evangelia quatuor, ſecundum Matthæum, ſecundum Marcum, ſecundum Lucam, ſecundum Joannem. Actus Apoſtolorum. Epiſtolæ catholicæ ſeptem, videlicet Jacobi una, Petri duæ, Joannis tres, Judæ una. Epiſtolæ Pauli quatuordecim: Ad Romanos una, ad Corinthios duæ, ad Galatas una, ad Epheſios una, ad Philippenſes una, ad Coloſſenſes una, ad Theſſalonicenſes duæ, ad Hebræos una, ad Timotheum duæ, ad Titum una, ad Philemonem una.

A μήμους [1] βαλλίζειν ἢ ὀρχεῖσθαι, ἀλλὰ σεμνῶς δειπνεῖν ἢ ἀριστᾶν, ὡς πρέπει χριστιανοῖς.

νδ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικούς τινας θεωρίας θεωρεῖν ἐν γάμοις ἢ δείπνοις, ἀλλὰ πρὸ τοῦ εἰσέρχεσθαι τοὺς θυμελικοὺς, ἐγείρεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἀναχωρεῖν.

νε'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικοὺς ἐκ συμβολῆς συμπόσια ἐπιτελεῖν, ἀλλ' οὐδὲ λαϊκούς.

νς'.

B Ὅτι οὐ δεῖ πρεσβυτέρους πρὸ τῆς εἰσόδου τοῦ ἐπισκόπου εἰσιέναι καὶ καθέζεσθαι ἐν τῷ βήματι, ἀλλὰ μετὰ τοῦ ἐπισκόπου εἰσιέναι, πλὴν εἰ μὴ ἀνωμαλοίη ἢ ἀποδημοῖ ὁ ἐπίσκοπος.

νζ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐν ταῖς κώμαις, καὶ ἐν ταῖς χώραις καθίστασθαι ἐπισκόπους. [2] ἀλλὰ περιοδευτάς. τοὺς μέντοι ἤδη προκαταστάθεντας μηδὲν πράττειν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐν τῇ πόλει. ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς πρεσβυτέρους μηδὲν πράττειν ἄνευ τῆς γνώμης τοῦ ἐπισκόπου

νη'.

C Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς οἴκοις προσφορὰς γίνεσθαι παρὰ ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων.

νθ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἰδιωτικοὺς ψαλμοὺς λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, οὐδὲ ἀκανόνιστα βιβλία, ἀλλὰ μόνα τὰ κανονικὰ τῆς καινῆς καὶ παλαιᾶς διαθήκης.

ξ'.

Ὅσα δεῖ βιβλία ἀναγινώσκεσθαι τῆς παλαιᾶς διαθήκης. α'. Γένεσις κόσμου. β'. Ἔξοδος ἐξ Αἰγύπτου. γ'. Λευιτικόν. δ'. Ἀριθμοί. ε'. Δευτερονόμιον. ς'. Ἰησοῦς Ναυῆ. ζ'. Κριταί. Ῥούθ. η'. Ἐσθήρ. θ'. Βασιλειῶν, α'. β'. ι'. Βασιλειῶν, γ'. δ'. ια'. D Παραλειπόμενα, α'. β'. ιβ'. Ἔσδρας, α'. β'. ιγ'. Βίβλος ψαλμῶν ρν'. ιδ'. Παροιμίαι Σολομῶντος. ιε'. Ἐκκλησιαστής. ις'. Ἆσμα ᾀσμάτων. ιζ'. Ἰώβ. ιη'. Δώδεκα προφῆται. ιθ'. Ἡσαΐας. κ'. Ἱερεμίας καὶ Βαροὺχ, θρῆνοι [3] καὶ ἐπιστολαί. κα'. Ἰεζεκιήλ. κβ'. Δανιήλ. Τὰ δὲ τῆς καινῆς διαθήκης, ταῦτα. Εὐαγγέλια τέσσαρα, κατὰ Ματθαῖον, κατὰ Μάρκον, κατὰ Λουκᾶν, κατὰ Ἰωάννην. Πράξεις ἀποστόλων. Ἐπιστολαὶ καθολικαὶ ἑπτὰ, οὕτως· Ἰακώβου μία, E Πέτρου δύο, Ἰωάννου τρεῖς, Ἰούδα μία. Ἐπιστολαὶ Παύλου δεκατέσσαρες· πρὸς Ῥωμαίους μία, πρὸς Κορινθίους δύο, πρὸς Γαλάτας μία, πρὸς Ἐφεσίους μία, πρὸς Φιλιππησίους μία, πρὸς Κολοσσαεῖς μία, πρὸς Θεσσαλονικεῖς δύο, πρὸς Ἑβραίους μία, πρὸς Τιμόθεον δύο, πρὸς Τίτον μία, πρὸς Φιλήμονα μία.

CA-

1 Simeon Mag. in Synopſi, αὐλίζειν, Zonar. & Balſam. ἢ κύμβαλα κτυπεῖν, Hard.
2 In MS. ἢ περιοδευτάς. Harduinus.
3 Ita etiam MS. & Balſamon. At Zonaras habet ἐπιστολή. Eſt caput vi. libri Baruch. Hard.

# CANONES
## CONCILII LAODICENI. (a)
### Ex interpretatione Dionyſii Exigui.

* Contuli nunc primum cum MS. Codice Luc. ſæc. XI. ſcripto.

TITULI CANONUM.

(b) I. *De bigamis.*

II. *De his qui (c) pro diverſis erratis pœnitudinem ferventius exegerunt.*

III. *Quod non oporteat ad clerum ſtatim poſt baptiſma promoveri.*

IV. *De tempore ordinationum.*

V. *Ut hi qui ſacrario ſerviunt, uſuras non exigant.*

VI. *De hæreticis intrantibus in eccleſias, vel baſilicas martyrum.*

VII. *De his qui ad eccleſias ab hæreticis veniunt.*

VIII. *De his qui veniunt ab hæreſi Cataphrygarum.*

IX. *De his qui ad hæreticorum ſpeluncas cauſa orationis accedunt.*

X. *De his qui cum hæreticis nuptiarum copula junguntur.*

XI. *Non congruere, presbyteras in mulieribus * ordinare.* (* ordinari)

XII. *De epiſcopalibus ordinationibus.*

XIII. *Judicio multitudinis ordinationes fieri non debere.*

XIV. *Ad alias parochias eulogias, quæ oblatæ ſunt, minime deſtinandas.*

XV. *De his qui debeant in ambone, id eſt, in pulpito pſallere.*

XVI. *De lectionibus, (d) quæ debeant ſabbatis recenſeri.*

XVII. *Quod interſtitium pſalmorum debeat in a ſabbatis fieri.* (a congregationibus, ita & Luc.)

XVIII. *De precibus nona & b veſpera celebrandis.* (b veſpere, ita & Luc.)

XIX. *De precibus poſt homilias, id eſt, poſt ſermones habitos ad populum, proferendis. Et de his quos intra ſacrarium communicare conveniat.*

XX. *De honore quem presbyteris diaconi, & diaconis hi qui ſunt ipſis inferiores, debeant exhibere.*

XXI. *Quod ſubdiaconi a c diaconio, id eſt, a d ſecretario ſint remoti.* (c diacono; d ſacrario)

XXII. *Subdiaconos cum orariis aſſiſtere non debere.*

XXIII. *Lectores cantoreſque cum orariis agere ſuum officium non debere.*

XXIV. *Quod nullus eccleſiaſticorum in tabernis (e) comedere debeat.*

XXV. *Quod ſubdiaconi non debeant benedicere, vel benedictionem tribuere.*

XXVI. *De exorciſtis, qui non ſunt ab epiſcopis ordinati.*

XXVII. *Quod de conviviis, quæ ex agape fiunt, eſcarum partes accipi non debeant.*

XXVIII. *In eccleſiis prandia fieri non debere.*

XXIX. *De Chriſtianis, qui ſabbatizare, vel juxta quemdam modum judaizare noſcuntur.*

XXX. *De viris cum mulieribus lavacra celebrantibus.*

XXXI. *De his a qui cum hæreticis jungunt fœdera nuptiarum.* (a quæ hæreticis,)

XXXII. *Ab hæreticis eulogias accipere non debere (f).*

XXXIII. *De ſchiſmaticis.*

XXXIV. *De martyribus hæreticorum.*

XXXV. *De his qui angelos colunt.*

XXXVI. *De his qui incantationibus vel phylacteriis utuntur.*

XXXVII. *De his qui ab hæreticis vel Judæis feſtivitatis eorum dona ſuſcipiunt.*

XXXVIII. *De Chriſtianis, qui Judæorum azyma comedunt.*

XXXIX. *De Chriſtianis celebrantibus feſta gentilium.*

XL. *De epiſcopis, qui eas quæ fiunt, evocationes ad ſynodum * vitant,* (* vetant.)

XLI. *Quod ſine literis miniſterio ſacro ſervientes proficiſci non debeant.*

XLII. *Quod præter epiſcopum clericus proficiſci non debeat.*

XLIII. *Ut ſubdiaconi ad oſtia perſeverent.*

XLIV. *Ut ad ſacrarium mulieres non introeant.*

XLV. *De his qui circa mediam ſeptimanam ad baptiſma veniunt.*

XLVI. *De reditione (g) fidei baptizandorum.*

XLVII. *De his qui in ægritudine baptizantur.*

XLVIII. *Ut poſt baptiſma chriſma detur.*

XLIX. *Oblationes offerri in quadrageſima non oportere.*

L. *Non debere jejunium ſolvi in quinta feria majoris * ſeptimanæ.* (* hebdomadæ.)

LI. *Non debere in diebus jejuniorum commemorationes martyrum fieri.*

LII. *Ut natalitia vel nuptiæ in quadrageſima non fiant.*

LIII. *Ut in Chriſtianorum non ſaltetur nuptiis.*

LIV. *Non licere clericis ludicris (h) ſpectaculis intereſſe.*

LV. (i) *Non congruere penitus Chriſtianis, comeſſationibus intereſſe.*

LVI. *Non licere presbyteris introire ad altare priuſquam ingrediatur b epiſcopus.* (b tempus)

LVII. *Qui in agris vel poſſeſſionibus debeant ordinari.*

LVIII. *Oblationes offerri in domibus non oportere.*

LIX. *Quæ pſallere vel legere in c eccleſia conveniat* (c eccleſiis, ita & Luc.)

CA-

---

1 Cum tribus præſertim MSſ. collectionibus Dionyſii Exigui Bibl. Pariſ. Soc. Jeſ. hanc Laodiceni Concilii verſionem contulit Harduinus, in quibus poſt titulos Canonum hæc habetur Dionyſii Exigui adnotatio. *Incipit textus Canonum Concilii Laudicenſis expoſiti apud Laudiciam Phrygia numero quinquaginta octo*, ( in Luc. adeſt iſte titulus, ſed regulæ ſunt LIX. ) Sequentes notæ arabicis numeris diſtinctæ, ab Harduino depromptæ ſunt.

(a) In codice Lucen titulus eſt: *Incipiunt tituli Canonum apud Laudiciam Frigiæ congregati num. LIX.*
(b) *Luc.* de Digamis. (c) *Luc.* addit *de multis.* (d) *Luc.* quæ ... Sabbati (e) *Luc* ingredere.
(f) *Luc.* addit *& ſchiſmaticis*, & deeſt titulus ſingularis *de ſchiſmaticis.* (g) *in Luc.* deeſt *fidei*
(h) *Luc. expectaculis*, & ita ſemper (i) Iſte titulus deeſt.

# CANONES.

SAncta ſynodus, quæ apud Laodiceam Phrygiæ [1] (*a*) Pacatianæ convenit ex diverſis regionibus Aſiæ, definitiones expoſuit eccleſiaſticas, quæ ſubter annexæ ſunt.

I.

[2] De his qui ſecundum eccleſiaſticam regulam libere ac legitime ſecundis nuptiis juncti ſunt, nec occulte nuptiarum copulam fecerunt, oportet, ut parvo tempore tranſacto, vacent orationibus & jejuniis; quibus etiam, juxta indulgentiam, communionem reddi decrevimus.

II.

De his qui diverſis facinoribus peccaverunt, & perſeverantes in oratione confeſſionis & pœnitentiæ, converſionem a malis habuere perfectam, pro qualitate delicti, talibus pœnitentiæ tempus impenſum, propter clementiam & bonitatem Dei communio concedatur.

III.

De his qui nuper ſunt illuminati baptiſmate, quod eos in ſacerdotali non conveniat ordine promoveri.

IV.

Quod non oporteat ordinationes ſub conſpectu audientium celebrari.

V.

Diſt. 46. Non licet fœner. * al. ſeſquipla.

Quod non oporteat ſacerdotes & clericos fœnerantes, uſuras, vel quæ dicuntur * ſeſcupla, id eſt, ſummam capitis, & dimidium ſummæ percipere.

VI.

Quod hæretici non permittendi ſint ingredi in domum (*b*), in hæreſi permanentes.

VII.

a Teſſareſcædecatitis, ita & Luc.

De his qui ab hæreticis convertuntur, id eſt, Novatianis, aut [3] Photinianis, aut a Teſſaradecatitis, ſive baptizati ſint illi, ſeu catechumeni, non ante ſuſcipiantur, quam omnes hæreſes anathematizent, & præcipue illam qua detinebantur. Et tunc demum hi, qui apud eos dicebantur fideles, noſtræ doceantur fidei ſymbolum: [4] & uncti ſancto chriſmate, ſic myſteriis communicent ſacroſanctis.

VIII.

De his qui convertuntur ab hæreſi, quæ dicitur Cataphrygarum, & ſi in clero, qui apud eos eſſe creditur, fuerint, & ſi maximi nominentur, hos ſub omni diligentia ab epiſcopis eccleſiæ vel presbyteris inſtrui & baptizari conveniet.

IX.

Quod non permittantur eccleſiaſtici ad hæreticorum cœmeteria, vel ad ea quæ ab eis martyria appellantur, orationis cauſa vel ſanitatis accedere: ſed hujuſmodi, (*c*) ſi fideles fuerint, certo tempore communione privari: pœnitentes autem, & confitentes ſe deliquiſſe, convenit ſuſcipi.

X.

Quod non oporteat [5] indifferenter eccleſiaſticos fœdere nuptiarum hæreticis ſuos filios filiaſque conjungere.

XI.

Diſt. 32. c. fin. a præſentes

Quod non oporteat eas, quæ dicuntur presbyteræ vel a præſidentes, in eccleſiis ordinari.

XII.

Diſt. 24. c. epiſcopi

Ut epiſcopi judicio metropolitanorum & eorum epiſcoporum, qui circumcirca ſunt, provehantur ad eccleſiaſticam poteſtatem, hi videlicet, qui plurimo tempore probantur tam verbo fidei, quam rectæ converſationis exemplo.

XIII.

Diſt. 63. c. Non eſt perm.

Quod non ſit permittendum turbis electiones eorum facere, qui ſunt ad ſacerdotium provehendi.

XIV.

[6] Quod ſancta nullo modo, cauſa eulogiarum tempore paſchalis feſti, ad alias parochias debeant deſtinari.

XV.

Quod non oporteat amplius, præter eos qui regulariter cantores exiſtunt, qui & de codice canunt, alios in pulpitum conſcendere, & in eccleſia pſallere.

XVI.

Quod in ſabbatis evangelia cum aliis ſcripturis legi conveniat.

XVII.

Quod in conventu fidelium nequaquam pſalmos continuare conveniat, ſed per intervallum, id eſt, per pſalmos ſingulos recenſeri debeant lectiones.

XVIII.

Quod idipſum (*d*) officium precum & nona & veſpera ſemper debeat exhiberi.

XIX.

Quod oporteat ſeorſum primum poſt allocutiones epiſcoporum, orationes ſuper catechumenos (*e*) celebrari: & poſtquam



1 MS. *Phagatiana*. 2 Eccleſiaſticam regulam de nuptiis accipit: Iſidorus, & Græca oratio de pœnitentia ſecundum Eccleſiaſticam regulam obeunda. *Hard.* 3 Photinianos Ferrandus omiſit in collectione Canonum Can. 177. qui Dionyſium anteceſſit. *Hard.* 4 Confer Theodoretum lib. 3. hæret. fab. cap. de Novatianis, *quos*, inquit, *laudatiſſimi Patres ungi præceperunt, cum eccleſiæ corpori adjungerentur*. Harduinus. 5 Gloſſa MSſ. tum in Bibl. Regis Chriſtianiſſ. tum in noſtra Pariſ. Soc. Jeſu ad hunc Canonem X. Concil. Laodiceni: *Indifferenter*, *ſine dilatione*, id eſt, *ſine prolongatione*: Gloſſa obſcura. *Hard.* 6 Confer Epiſt. Innocentii I. ad Decent. c. 5. & de pane mitti ſolito ad amicos Eulogiæ ſeu benedictionis nomine vide inter epiſt. Auguſt. 31. 34. 35. & 36. *Hard.*

(*a*) Codex Luc. legit *Capatinæ* (*b*) Luc. addit *Dei*. (*c*) Luc. *niſi* (*d*) Luc. addit *per* (*e*) Luc. *celebreſ*.

quam catechumeni egreſſi fuerint, ſuper eos qui ſunt in pœnitentia precem fieri. His etiam accedentibus ad manum ſacerdotis, & ᵃ diſcedentibus, tres orationes (*a*) conſummari fidelium: ita ut prima quidem ſub ſilentio, ſecunda vero & tertia per exclamationes ſolitas expleantur: & ita demum pacem ſibi invicem dabunt. Et poſteaquam dederit epiſcopus presbyteris oſculum pacis, tunc laici (*b*) ſibi tribuerit: & ita ſancta celebrabitur oblatio. Solis autem miniſterio ſacro deditis ad altare ingredi, & communicare ibidem liceat.

ᵃ deſcendentibus 9.

XX.

Dist. 93. c. Non. oport. Et in concil. Agath. c. 66.

Quod non oporteat diaconum coram presbytero ſedere, ſed juſſione presbyteri ſedeat. Similiter autem & diaconis honor habeatur ab obſequentibus, id eſt, a ſubdiaconis & omnibus clericis.

XXI.

Diſt. 23. c. Non oport. Et in conc. Agath. c. 66.

Quod non oporteat ſubdiaconos habere locum in diaconico, & dominica vaſa contingere.

XXII.

Diſt. 23. c. Miniſtrum non oport.

Quod non oporteat ſubdiaconum uti orario, nec oſtia derelinquere.

XXIII.

Ibidem c. non oportet lectores.

Quod non oporteat lectores aut cantores orariis uti, & ita legere vel pſallere.

XXIV.

Diſt. 44. c. Non oportet cl.

Quod non oporteat ſacro miniſterio deditos, a presbyteris uſque ad diaconos, & reliquum eccleſiaſticum ordinem, id eſt, uſque ad ſubdiaconos, lectores, cantores, exorciſtas, & oſtiarios, & ex numero continentium & monachorum, ingredi tabernas.

XXV.

Diſt 93. c. Non oport diaconos.

Quod non oporteat ſubdiaconos panem dare, vel calicem benedicere.

XXVI.

Diſt 69. c. Non oport. exorcizare.

Quod hi qui non ſunt ab epiſcopis ordinati, tam in eccleſiis quam in domibus exorcizare non poſſint.

XXVII.

Diſt 41. c. Non oportet miniſtros alt.

[1] Quod non oporteat (*c*) miniſterio deditos, clericos, aut laicos ad agapen vocatos, ciborum partes accipere, propterea quod hinc eccleſiaſtico ordini fiat injuria.

XXVIII.

Diſt. 42. c. Non oport in baſilicis.

Quod non oporteat in (*d*) domiciliis divinis, id eſt, in eccleſiis convivia, quæ vocantur agapæ, fieri, nec intra domum Dei comedere, vel accubitus ſternere.

XXIX.

Quod non oporteat Chriſtianos judaizare, & otiari in ſabbato, ſed operari eos in eodem die. Præferentes autem in veneratione dominicum diem ([2] ſi vacare voluerint) ut Chriſtiani hoc faciant. Quod ſi reperti fuerint judaizare, anathema ſint a Chriſto.

XXX.

Diſt. 81. c. Non oport. miniſtros. Et in Agathen. conc. c. 67.

Quod non oporteat ſacris officiis deditos, aut clericos, aut continentes, vel omnem laicum Chriſtianum, lavacra cum mulieribus celebrare, quia (*e*) hæc apud gentes reprehenſio prima (*f*) eſt.

XXXI.

Quod non oporteat cum hæreticis univerſis nuptiarum fœdera celebrare, nec eis filios dare vel filias, ſed magis accipere, ſi tamen Chriſtianos ſe fieri promittant.

XXXII.

1. q. 1. Non oportet hæreticorum bened.

Quod non oporteat ab hæreticis eulogias accipere, [3] quia ſunt maledictiones potius quam benedictiones.

XXXIII.

Quod non oporteat cum hæreticis aut ſchiſmaticis pariter orare.

XXXIV.

ᵃ martyres, ita & *Luc.*

Quod omnem Chriſtianum non oporteat deſerere ᵃ martyrem Chriſti, & ire ad pſeudomartyres, id eſt, hæreticorum, & quos ipſos conſtet hæreticos extitiſſe. Hi namque ſunt alienati a Deo. Sint igitur anathema, qui ad tales acceſſerint.

XXXV.

* angulos

Quod non oporteat eccleſiam Dei relinquere, & (*g*) abire, atque * angelos nominare, & congregationes facere; quæ interdicta noſcuntur. Si quis igitur inventus fuerit huic occultæ idololatriæ ſerviens, ſit anathema, quia derelinquit dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium Dei, & ſe idololatriæ tradidit.

XXXVI.

26. quæſt. 5. Non oportet ſac. & in Agathen. Concilio c. 68.

Quod non oporteat ſacris officiis deditos vel clericos, magos aut incantatores exiſtere, aut facere phylacteria, quæ animarum ſuarum vincula comprobantur. Eos autem qui his utuntur, ab eccleſia (*h*) pelli præcipimus.

XXXVII.

Quod non oporteat a Judæis vel hæreticis quæ mittuntur munera feſtiva ſuſcipere, nec cum eis feſta celebrare.

XXXVIII.

Quod non oporteat azyma a Judæis acci-

1 Confer Conſtit. Apoſt. lib. 2. c. 28. & Tertullianum lib. de jejunio cap ult *Hard.*
2 Græce, *ſi quidem poſſint*. Photius in Nomocan. tit. XIII. cap. 15. *ειπερ δύναιντο*.
3 MS. (ita & *Luc.*) *quæ*. Græce *ἀλογία ſtultitia* non *maledictio* eſt. *Hard.*
(*a*) *Luc.* conſummare (*b*) Luc. addit *pacem* (*c*) Luc. addit *ſacro* (*d*) *Luc.* in dominicis, id eſt in Domini eccleſiis. (*e*) *Luc.* hæc eſt (*f*) in Luc. deeſt *eſt* (*g*) *Luc.* ire (*h*) repelli.

accipere, & communicare impietatibus A eorum.

XXXIX.

Quod non oporteat cum gentilibus feſta celebrare, & communicare pravitatibus eorum qui ſine Deo ſunt.

XL.

Diſt. 18. Non oportet vocatos.

Quod non oporteat epiſcopos ad ſynodum vocatos omnino contemnere, ſed protinus ire, & docere vel diſcere ea quæ ad correctionem eccleſiæ vel reliquarum pertinent rerum. Seipſum vero, qui contempſerit, accuſavit: niſi forte per ægritudinem ire non poſſit. B

XLI.

Quod non oporteat ſacerdotem vel clericum ſine literis proficiſci canonicis.

XLII.

De conſec. diſt. 5. Non oportet min.

Quod non oporteat ſacerdotem vel clericum præter juſſionem ſui proficiſci pontificis.

XLIII.

Quod non oporteat ſubdiaconos, ſaltem paululum, januas deſerere, & orationi vacare.

XLIV.

a abſunt a cod eccleſiæ Romanæ, & a Luc.

Quod non oporteat mulieres ingredi C ad altare [a] [1] nec ea contingere, quæ virorum officiis deputata ſunt.

XLV.

Quod non oporteat ad baptiſma quemquam poſt duas quadrageſimæ hebdomadas admitti.

XLVI.

De conſec diſtinct. 4. Baptizandos.

Quod oporteat eos qui ab baptiſma veniunt, fidem diſcere, & quinta feria ſeptimanæ majoris epiſcopo aut presbyteris reddere.

XLVII.

Quod oporteat eos qui in ægritudine D percipiunt baptiſma, poſtquam convaluerint, fidem perdiſcere, & ſcire cujus muneris participes facti ſint.

XLVIII.

b cæleſte, ſic & Luc.

Quod oporteat eos qui baptizantur, poſt lavacrum chriſma [b] eccleſiæ accipere, & regni Chriſti participes inveniri.

(a) XLIX.

c benedictionis.

Quod non oporteat in quadrageſima panem benedictum [c] offerri, niſi in ſabbato & dominica.

L.

De conſecr. diſt. 5. Non oport. in quad.

Quod non oporteat in quadrageſima, E in [a] ultimæ ſeptimanæ quinta feria jejunium ſolvere, totamque quadrageſimam ſine veneratione tranſire; magiſque conveniat omnem quadrageſimam diſtricto venerari jejunio.

a ultima ſeptimana, quinta feria jej. ſ.

LI.

33. quæſt. 4. Non licet in quadr. Sed non ſub nomine Concilii Laodiceni, ſed Martini Papæ.

Quod non oporteat in quadrageſima martyrum natalitia celebrari, ſed eorum ſancta commemoratio in diebus ſabbatorum & dominicarum fieri conveniat.

LII.

33. quæſt. 4. Non oportet in 40. aut

Quod non oporteat in quadrageſima aut nuptias aut natalitia celebrari.

LIII.

De conſec. diſt. 5. c. Non oportet miniſtros a

Quod non oporteat Chriſtianos euntes ad nuptias, plaudere vel ſaltare, ſed venerabiliter cœnare vel prandere, ſicut Chriſtianos decet.

LIV.

[2] Quod non oporteat ſacerdotes aut clericos quibuſcumque ſpectaculis in [b] ſcenis aut in nuptiis intereſſe, ſed antequam [*] thymelici ingrediantur, exurgere eos convenit, atque inde diſcedere.

b cænis, omnino legi debet: Gr. δείπνοις & ita habetur in cod eccl. Romanæ.

* Id eſt, tibicines

LV.

Diſt. 44. Non opor. mi. ita & in Luc.

Quod non oporteat ſacerdotes aut clericos [c] ex collatis vel commiſſaliis convivia celebrare. Hoc autem nec laicis poſſe congruere.

c aut collatis vel commeſſationibus.

LVI.

Diſt. 93. Non oportet preſbyteros ante.

Quod non oporteat presbyteros ante proceſſionem epiſcopi introire ſacrarium & ſedere, ſed cum epiſcopo debent ingredi, vel in ſubſelliis ſedere: niſi forſitan infirmitate detineatur aut proficiſcatur epiſcopus.

LVII.

Quod non oporteat in villulis vel in agris epiſcopos conſtitui, ſed viſitatores. Verumtamen jampridem conſtituti nihil faciant præter conſcientiam epiſcopi civitatis. Similiter & presbyteri præter conſilium epiſcopi nihil agant.

LVIII.

Diſt. 80. Non debere in vicis & in.

Quod non oporteat in domibus oblationes celebrari ab epiſcopis vel presbyteris.

LIX.

[3] Quod non oportet [3] plebejos pſalmos in eccleſia cantare, nec libros præter canonem legi, ſed [d] ſolum ſacra volumina novi teſtamenti vel veteris.

d ſola



1 *Nec ea contingere, quæ virorum officiis deputata ſunt* abſunt a collectione Mſ. Dionyſiana una. *Hard.*

2 Hunc Canonem Collectiones quædam Dionyſianæ prætermittunt, ex quo fit, ut Canones ille numeret tantum LVIII. *Harduinus*. (Deeſt etiam in *Luc.* unde ſequens canon numeratur LIIII.)

3 Gloſſæ Mſſ. perveruſtæ in Canones Laodicenos ex verſione Dionyſii Exigui, quæ ſunt in Bibl. Pariſ. Soc. Jeſu: *plebejos, Pſalmos, ſæculares, cantilenas* Hard.

(a) Duo iſti Canones ita efferuntur in Luc. XLIX. *Quod non oporteat in quadrageſima, in ultima ſeptimana, quinta feria jejunium ſolvere tot.* L. *Quod non oporteat in quadrageſima in ultima ſeptimana quinta feria jejunium ſolvere, totamque quadrageſimam ſine veneratione tranſire, magiſque conveniat omnem quadrageſimam ſtricto venerari jejunio.* Deeſt autem in Codice Luc. Canon. XLIX. editus.

# CANONES
## CONCILII LAODICENI,
### Ex interpretatione [a] Iſidori Mercatoris. [ı]

a veteri quæ legitur in compilatione.

TITULI CANONUM.

I. *De bigamis.*
II. *De his qui diverſorum peccatorum lapſus incurrant.*
III. *De neophytis non promovendis ad ſacerdotium.*
IV. *Non licere coram catechumenis clericos fieri.*
V. *Non licere clericis uſuram* (*a*) *vel ſeſcupla accipere.*
VI. *Non debere hæreticos, in hæreſi permanentes, in eccleſiam ingredi.*
VII. *De Novatianis, & Quartodecimanis.*
VIII. *De Cataphrygis ad eccleſiam venientibus.*
IX. *Non debere Catholicos in ea quæ martyria ſua hæretici dicunt, intrare.*
X. *Non debere catholicam hæreticorum matrimonio ſociari.*
XI. (*b*) *De catechumenis eccleſiæ.*
XII. *De ordinandis epiſcopis cum conſilio metropolitani & finitimorum epiſcoporum.*
XIII. *Non licere populo miniſtros altaris eligere.*
XIV. *Sanctas oblationes pro eulogiis* (*in feſtivitate paſchali*) *ad alias parochias non debere tranſmitti.*

A vulg. [illegible] deſunt in Luc.

XV. (*c*) *De pſalmiſtis.*
XVI. *Ut ſanctum evangelium ſabbatis legatur.*
XVII. *Pſalmos ſparſim non licere confundi.*
XVIII. (*d*) *De orationibus quotidianis.*
XIX. *De ordine orationum catechumenorum* (*e*) *atque fidelium, & communione.*
XX. *De diſciplina atque modeſtia clericorum.*
XXI. *De miniſterio ſubdiaconorum.*
XXII. (*f*) *De miniſtris, ut orario non utantur.*
XXIII. *Quoniam non oportet lectores* (*g*) *vel pſalmiſtas orario uti, & ſic legere.*
XXIV. (*h*) *De lectoribus & pſalmiſtis, ut tabernas non intrent.*
XXV. *Non licet miniſtris panem dare.* (*aut calicem benedicere.*)

Analist. [illegible] deſunt in Luc.

XXVI. *De exorciſtis.*
XXVII. *Non debere clericos ſive laicos ad agapen vocatos partes tollere.*
XXVIII. *Non licere in eccleſiis accubitus ſternere, vel agapen facere.*
XXIX. *Non debere Chriſtianos ſabbatizare.*
XXX. *Nulli Chriſtiano licere, cum mulieribus lavacra exercere.*
XXXI. *De cavendis hæreticorum connubiis.*
XXXII. *Non licere ab hæreticis eulogias accipere.*
XXXIII. *Non debere cum hæreticis aut ſchiſmaticis orare.*
XXXIV. *Non eundum ad falſos martyres.*
XXXV. *Non licere Chriſtianis, derelicta eccleſia, ad angulorum congregationes colligi.*
XXXVI. *Non licere clericos magos vel incantatores eſſe, aut phylacteria facere.*
XXXVII. *Non licere ab hæreticis vel Judæis feriatica, quæ mittuntur, accipere.*
XXXVIII. *Non licere a Judæis azyma accipere.*
XXXIX. *Non licere cum paganis feſta celebrare.*
XL. *Epiſcopos ad ſynodum vocatos non debere contemnere.*
XLI. *Non debere clericum vel laicum ſine* (*i*) *epiſtolis peregrinari.*
XLII. *Nullum clericum debere ſine epiſcopi ſui juſſione peregrinari.*
XLIII. *Miniſtros non debere ab oſtiis recedere.*
XLIV. *Non debere mulierem ingredi ad altare.*
XLV. *Non oportere per duas ſeptimanas quadrageſimæ aliquem ad baptiſmum ſuſcipere.*
XLVI. *Baptizandos debere ſymbolum fidei & diſcere & docere.*
XLVII. *De his qui in ægritudine baptizantur.*
XLVIII. *Quia poſt baptiſmum chriſmandum eſt.*
XLIX. *In quadrageſima ſabbato tantum & dominica offerendum eſt.*
L. *Non licere quinta feria ſeptimanæ majoris jejunium ſolvi.*
LI. *Non debere in quadrageſima, niſi ſabbato & dominica, natalitia martyrum celebrari.*
LII. *Non licere nuptias fieri in quadrageſima.*
LIII. *Non licere Chriſtianos ad nuptias euntes, cantare, aut ballare.*
LIV. *Non licere miniſtros altaris vel ceteros quoslibet, ſpectaculis quæ in nuptiis aut in* [a] *ſcenis exhibentur, intereſſe.* a cœnis et in fra.
LV. *Non debere clericum vel laicum Chriſtianum ex ſymbolis convivia celebrare.*
LVI. *Non oportere presbyteros ante ingreſſum epiſcopi ingredi, aut* (*k*) *ſedere in tribunalibus.*
LVII. *Non debere in vicis & villis epiſcopos ordinari, neque presbyteros ſine præcepto vel conſilio epiſcopi aliquid agere.*
LVIII. *Non oportere in domibus ab epiſcopis vel presbyteris oblationem fieri.*
LIX. *Non licere pſalmos ab idiotis compoſitos, in eccleſia dici, nec libros, qui non ſunt canonici, legere.*

CA-

ı Hæc quoque Iſidori verſio collata eſt ab Harduino cum tergemina collectione Mſ. Iſidori Mercatoris Bibl. Pariſ. Soc. Jeſu, quarum in una hæc eſt Iſidori adnotatio, relata ex parte in Decretum a Gratiano XI. Diſtinct. XVI. *Laodicenſis Synodus, in qua Patres viginti duo ſtatuerunt Canones LIX. quorum auctor maxime Theodoſius Epiſcopus exſtitit, ſubſcribentibus Niceta, Macedonio, Anatolio, & ceteris.* Ejuſdem Hard. ſunt ſequentes notulæ.
(*a*) In *Luc.* deeſt vel ſeſcupla. (*b*) *In Luc.* tit. XI. eſt de presbiteras, & deeſt de catechumenis. (*c*) *Luc.* addit, pœnitentium, & *deeſt* atque comunione. (*d*) *Luc.* de ordine orationum. (*e*) *Luc* de pſalmis Eccleſiæ. (*f*) *Luc.* habet, de quibus ſupra. (*g*) In *Luc.* deeſt vel pſalmiſtas. (*h*) *Luc.* non licere clericos tabernas intrare. (*i*) *Luc.* epiſtolio. (*k*) *Luc.* procedere ad eccleſiam.

## (a) CANONES

SAncta ſynodus [1] apud Laodiceam Phrygiæ Pacatianæ convocata ex diverſis provinciis Aſiæ, regulas expoſuit eccleſiaſticas, ſicut infra ſcriptum eſt.

I.

De eo quod oportet ſecundum eccleſiaſticum canonem, eos qui libere & legitime ſecundo nuptiis (b) connexi ſunt, nec occultam permixtionem operati ſunt, pauco tempore (c) exempto, vacare orationibus & jejuniis, & ſecundum veniam reddi eis communionem.

II.

36 q. 7. c. His qui — His qui diverſorum peccatorum lapſus incurrunt, & inſtant orationi, confeſſioni ac pœnitentiæ, malorum ſuorum perfectam converſionem demonſtrantes; pro qualitate peccati, pœnitentiæ tempus tribuendum eſt: propter miſericordiam & bonitatem Dei, qui hujuſmodi ſunt, revocandi & ad communionem ſunt applicandi.

III.

Non oportet neophytum promoveri ad ordinem ſacerdotalem.

IV.

D. ſt. 46. c. Non licere — Non (d) licere manus impoſitionem ſuper ordinandos præſentibus catechumenis fieri.

V.

Non licere fœnerari miniſtris altaris, vel in ſacerdotali ordine conſtitutis, vel uſuras vel lucra, quæ [a] ſeſcupla dicuntur, accipere.

a ſeſquipla.

VI.

Non concedendum hæreticis ingreſſum domus Dei, in hæreſi permanentibus.

VII.

Novatianos, vel etiam Quartodecimanos, quos Græci Teſſaradecatites appellant, id eſt, qui quartadecima luna primi menſis cum Judæis paſcha celebrant, ſe & catechumenos eorum vel fideles non recipi, priuſquam condemnent omnem hæreſim pleniſſime; ante omnia autem, in qua detinebantur. Et nunc qui apud eos fideles dicuntur, ſymbolum fidei doceantur: atque ita unctos ſancto chriſmate, divino ſacramento communicare conveniet.

VIII.

Eos qui convertuntur ab hæreſi, quæ dicitur [b] Cataphrygarum, ſeque in clero conſtitutos exiſtimant, quamvis (e) magni dicantur, hujuſmodi cum omni diligentia catechizari oportet, & baptizari ab eccleſiæ catholicæ epiſcopis & presbyteris.

b ſecundum Phrygas, ita & in Luc.

IX.

Non concedendum in cœmeteria & quæ martyria hæreticorum dicuntur, catholicos orationis gratia & petendæ curationis intrare. Sed & qui ierint, ſi ſunt fideles, incommunicabiles factos, ad pœnitentiam uſque ad aliquod tempus redigi: pœnitentes autem eos, & erraſſe (f) ſe confitentes, ſuſcipi oportere.

X.

Eos qui ad eccleſiam pertinent, indiſſerenter filios proprios hæreticorum nuptiis minime ſociare debere.

XI.

Mulieres quæ apud Græcos presbyteræ appellantur, apud nos autem viduæ ſeniores, [2] univiræ & matriculariæ nominantur, in eccleſia, tanquam ordinatas, conſtitui [3] non debere.

XII.

Epiſcopos non oportet præter judicium Metropolitanorum & finitimorum epiſcoporum conſtitui ad eccleſiæ principatum. Nec eligantur niſi hi, quos multo ante nota probabiliſque vita commendat; & nihilominus in ſermone fidei & recta operatione per ſuam converſationem fuerint probati.

XIII.

De eo quod non ſit populis concedendum, electionem facere eorum qui altaris miniſterio ſunt (g) applicandi.

XIV.

Sanctas oblationes, ad vicem eulogiarum, per feſtivitatem paſchalem ad alias parochias mitti minime oportere.

XV.

[4] Non licere præter canonicos pſaltes, (id eſt, qui regulariter cantores exiſtunt, quique) pulpitum aſcendunt, & de codice legunt, alium quemlibet in eccleſia pſallere.

In Luc. Anſulis incluſa deſunt, ſed poſt pſaltes habet, hi, qui &c.

XVI.

Sabbatis evangelia cum aliis ſcripturis legenda eſſe.

XVII.

In proceſſionibus non connectere, id eſt, ex diverſis verſibus & ſenſibus libri unum canticum minime conjungere, ſed ſingulorum pſalmorum ordinabiliter de medio debere fieri lectionem

XVIII.

1 In Mſſ. noſtris, *ſecundum Laodiciam Phrygiæ Pagatinæ*. In altero, *Pagatia*. Hard

2 Mſſ. *univira & Matricolaria*. 3 Mſſ. *non licebit*. 4 Mſ. *Non liceat*.

(a) Ego vero in hac editione primum contuli cum MS. Cod. Lucenſi, in quo præter verſionem Dionyſii hæc quoque apparet ad finem voluminis rejecta. Eſt autem Codex ille, ex quo variantes ad verſionem Dionyſianam dedi, ſcriptus ſæculo ſaltem XI. (b) *Luc.* conjuncti ſunt, nec conculcatam (c) *Luc.* excepto. (d) *Luc.* liceat ordinationem Clerici ullius. (e) *Luc.* magnificantur. (f) *Luc.* confeſſos. (g) *Luc.* eligendi.

XVIII.

De eo quod ſemper (*a*) eaſdem ſupplicationes orationum, & ad horam nonam & veſperam, oportet celebrari.

XIX.

Quoniam catechumenorum orationem ſeparatim, & prius poſt tractatum epiſcoporum oporteat celebrari. Quibus egreſſis, orent etiam hi qui in pœnitentia ſunt conſtituti; & poſt manus impoſitionem his quoque abſcedentibus, tunc fideles orare debebunt. Quorum tres orationes fiant, una quidem, (id eſt, prima) per ſilentium, ſecunda vero & tertia per vocis pronunciationem. Et tunc demum (*b*) oſculo pacem dari debere. Et poſteaquam presbyteri epiſcopo pacem dederint, tunc etiam laicos (*c*) dare. Et ſic oblatio offeratur. Solis autem miniſtris altaris liceat ingredi ad altare, & (*d*) ibidem communicare.

XX.

Quoniam non oportet diaconum ſedere præſente presbytero, ſed ex juſſione presbyteri ſedeat. Similiter autem honorificetur & diaconus a miniſtris inferioribus, & omnibus clericis.

XXI.

Quoniam non oportet ᵃ ſubdiaconos licentiam habere in ſecretarium, (*e*) quod Græci * diaconicon appellant, ingredi, & contingere vaſa dominica.

ᵃ miniſtros, ſic & in *Luc.*
* diaconium.

XXII.

Miniſtrum non oportet orario uti, nec oſtia derelinquere.

XXIII.

Quoniam non oportet lectores aut pſaltes orario uti, & ſic legere aut pſallere.

XXIV.

Quoniam non oportet altari deſervientes a presbyteris uſque ad diaconos, & deinceps ordinis eccleſiaſtici omnes uſque ad miniſtros, aut lectores, aut ᵇ pſaltes, aut exorciſtas, aut oſtiarios, aut etiam eos qui in propoſito continentiæ ſunt, tabernas intrare.

ᵇ pſalmiſtas

XXV.

[1] Non oportet miniſtros panem dare, nec calicem benedicere.

XXVI.

Non oportet exorcizare eos, qui necdum ab epiſcopis ſunt provecti, neque in eccleſiis, neque intra domos.

XXVII.

Non oportet miniſtros altaris, vel quoslibet clericos, aut etiam laicos, ad agapen vocatos, partes tollere, propter injuriam quæ ex hac occaſione eccleſiaſtico ordini (*f*) poſſit deputari.

XXVIII.

Non oportet in dominicis ſeu eccleſiis agapen facere, ᵃ & intus manducare vel accubitus ſternere.

ᵃ In domo Dei non licet convivia celebrare, &

XXIX.

Non oportet Chriſtianos judaizare, & in ſabbato vacare, ſed operari eos in eadem die, dominicam præponendo eidem diei. Si hoc eis placet, vacent tanquam Chriſtiani. Quod ſi inventi fuerint judaizare, anathema ſint.

XXX.

Quoniam non oportet miniſtros altaris, vel etiam clericos quoslibet, aut continentes ᵇ ſe, aut omnem omnino Chriſtianum, cum mulieribus lavacra habere communia. Hæc eſt enim prima apud gentiles reprehenſio.

ᵇ ſedet

XXXI.

Quoniam non oportet cum omnibus hæreticis miſcere (*g*) connubia, & vel filios vel filias dare, ſed potius accipere; ſi tamen profiteantur, Chriſtianos ſe futuros eſſe catholicos.

XXXII.

Non oportet hæreticorum benedictiones accipere, quoniam iſtæ maledictiones magis ſunt, quam benedictiones.

XXXIII.

Non oportet cum hæreticis vel ſchiſmaticis orare.

XXXIV.

Non oportet Chriſtianum derelictis martyribus Chriſti, abire ad falſos [2] martyres. Hi enim alieni a Deo ſunt. Quicumque autem abire voluerint anathema ſint.

XXXV.

Non oportet Chriſtianos derelicta eccleſia Dei abire, ᶜ & [3] angelos idololatriæ abominandæ (*h*) congregationes facere, quæ omnia interdicta ſunt. Quicumque autem inventus fuerit occulte huic idololatriæ vacans, anathema ſit: quoniam derelinquens dominum noſtrum Chriſtum filium Dei, acceſſit ad idola.

ᶜ ad angelos nominantem ſic & in *Luc.*

XXXVI.

Quoniam non oportet miniſtros altaris aut clericos magos & incantatores eſſe, aut facere quæ dicuntur phylacteria,

1 Zonaras, & Ariſtinus, *nec panem vel calicem populo tradunt* ſubdiaconi, *quod eſt Diaconorum, vel presbyterorum*.
2 Mſſ. noſtri duo. *ad falſos martyres falſos*. 3 Mſſ. noſtri tres: *ad Angelos nominantem congregationes facere, quæ &c.* Editio Merlini, *ad angelos*.
(*a*) Deeſt eaſdem in *Luc.* (*b*) *Luc.* oſculum pacis. (*c*) *Luc.* addit, pacem. (*d*) *In Luc.* deeſt, ibidem.
(*e*) *Luc.* addit, ſive ſacrarium. (*f*) *Luc.* poterit. (*g*) *Luc.* convivia (*h*) *Luc.* congregationem facere.

ria, quæ ſunt magna obligamenta animarum: hos autem qui talibus rebus utuntur, projici ab eccleſia juſſimus.

XXXVII.

Non oportet a Judæis vel hæreticis feriatica, quæ mittuntur, accipere, (nec cum eis dies agere [a] feſtos.)

Anſulis incluſa deſunt in Luc.
a feſtiviores.

XXXVIII.

Non oportet a Judæis azyma accipere, aut communicare impietatibus eorum.

XXXIX.

Non oportet cum paganis feſta celebrare, & impietatis eorum habere ſocietatem.

XL.

Non oportet vocatos epiſcopos ad ſynodum contemnere, [1] ſed abire debere a & aut docere, aut doceri quæ ſunt ad eccleſiæ ceterorumque correctionem. Quod ſi [2] contempſerit, ſeipſum videbitur accuſaſſe: niſi forte per infirmitatem ire non poſſit.

XLI.

Non oportet miniſtrum altaris, vel etiam laicum, ſine canonicis literi id eſt, formata, aliquo proficiſci.

XLII.

Non oportet miniſtrum altaris vel quemlibet clericum præter juſſionem epiſcopi ad (*a*) peregrina proficiſci.

XLIII.

Non oportet miniſtros [b] vel brevi tempore ab oſtiis deeſſe, & orationi vacare.

b vel oſtiarii.

XLIV.

Non oportet mulieres [3] ingredi ad altare.

XLV.

Non oportet poſt duas hebdomadas quadrageſimæ quemquam ad baptiſmum ſuſcipi.

XLVI.

Baptizandos oportet & fidei ſymbolum diſcere, & quinta feria ultimæ ſeptimanæ vel epiſcopo vel presbyteris reddere.

XLVII.

Qui in ægritudine conſtituti baptiſmum perceperunt, facti ſani, fidei ſymbolum edoceantur, ut noverint qua donatione digni ſunt habiti.

XLVII.

Oportet baptizatos poſt baptiſmum chriſmatis quoque cœleſtis, & regni Chriſti participes fieri;

XLIX.

Non oportet in quadrageſima panem offerri, niſi (*b*) ſabbato & dominica tantum.

L.

Non oportet in quadrageſima quinta feria ultimæ hebdomadæ jejunium diſſolvi, & totam quadrageſimam inhonorari, ſed per totos hos dies jejunare, & eſcis abſtinentiæ convenientibus, id eſt, aridioribus uti.

LI.

Non oportet in quadrageſima [4] martyrum natalia celebrari, ſed eorum in ſabbato & dominica tantum memoriam fieri.

LII.

Non oportet in quadrageſima aut nuptias aut quælibet natalitia celebrare.

LIII.

Non oportet Chriſtianos ad nuptias euntes, vel ballare, vel ſaltare, ſed caſte (*c*) cœnare, vel prandere, ſicut competit Chriſtianis.

LIV.

Non oportet miniſtros altaris, vel quoslibet clericos ſpectaculis aliquibus, quæ aut in nuptiis, aut in [a] ſcenis exhibentur, intereſſe; ſed antequam thymelici ingrediantur ſurgere eos, & de convivio abire.

a cœnis omnino legendum eſt, ut jam ſupra notavimus p. 58. B

LV.

Non oportet miniſtros altaris, vel quoslibet clericos, vel etiam laicos Chriſtianos, ex ſymbolis (quæ vulgus [b] commenſalia appellat) convivia celebrare.

b commiſſaria ſeu commiſſalia.

LVI.

Non oportet presbyteros ante ingreſſum epiſcopi ingredi, & ſedere in tribunalibus, ſed cum epiſcopo ingredi: niſi forte aut, ægrotet epiſcopus, aut in peregrinis eum eſſe conſtiterit.

LVII.

Non oportet in villis & vicis epiſcopos ordinari, (*d*) ſed viſitatores, id eſt qui circumeant, conſtitui: hos autem qui antehac ordinati ſunt, nihil agere ſine conſcientia epiſcopi civitatis. Similiter etiam presbyteri nihil ſine præcepto & conſilio (*e*) epiſcopi agant.

LVIII.

Non oportet in domibus oblationes ab epiſopis ſive presbyteris fieri.

LIX.

Non oportet [5] ab idiotis pſalmos compoſitos & vulgares in eccleſiis dici, neque libros qui ſunt extra canonem legere, niſi ſolos canonicos novi & veteris teſtamenti.

LX.

1 Al. Mſ. *ſed protinus abire.* 2 Gratianus, *contempſerint.* 3 Mſ. *ingredi altare.* 4 Auctor Micrologi cap. 48. *Quod hic ſoli martyres nominantur, hoc ideo quia nondum apud antiquos memoria Confeſſorum adeo celebris fuit.* 5 Pſalmos Salomoni adſcriptos Zonaras, & Balſamon hoc loco intelligunt. Alii Pſalmos, a privatis hominibus compoſitos, nec ab Eccleſia approbatos.

(*a*) *Luc.* peregrinationem. (*b*) *Luc.* Sabbatorum, & Dominicum tantum. (*c*) *Luc.* canere.
(*d*) In *Luc.* deeſt, viſitatores, ſed habet, ſed eos, qui &c. (*e*) In *Luc.* deeſt Epiſcopi

LX. A

Anſalis incluſa deſunt in Luc.

(Quæ autem oporteat legi, & in auctoritatem recipi) hæc ſunt: Geneſis mundi, Exodus Ægypti, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Jeſus Nave, Judices, Ruth, Regnorum, libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Eſdræ (a) duo, Liber pſalmorum 150. (b) Proverbia Salomonis, Eccleſiaſtes, Cantica canticorum, Job, Heſter, (c) duodecim prophetæ, id eſt, Oſee, Amos, Johel, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. Item Iſaias, Jeremias, Ezechiel, Daniel. Novi autem teſtamenti: Evangelia quatuor, ſecundum Matthæum, ſecundum Marcum, ſecundum Lucam, ſecundum Joannem; Actus apoſtolorum: Epiſtolæ catholicæ ſeptem; Jacobi una, Petri duæ, prima & ſecunda; Joannis tres, prima, ſecunda, & tertia; Judæ una: Epiſtolæ Pauli apoſtoli quatuordecim: ad Romanos, ad Corinthios prima & ſecunda: ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, ad Theſſalonicenſes, prima & ſecunda: (d) ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos. B C

a Evangelia

## TITULI

Veteres ex collectione vetuſtiſſima prout exſtant in Cod. MS. ſæc. VIII. Lucenſi.

*EX CONCILIO LAODICIÆ PHRIGIÆ.*

I.

Qui venerit in ſecundas nuptias pœnitentiam agat.

II.

Pœnitentes ſecundum pœnitentiam ſic recipiantur. D

III.

Neophytus non promoveatur in ſacerdotio.

IV.

Uſuras & negocia non agant clerici.

V.

Nullus manus impoſitionem accipiat præſente Cathecumino.

VI.

Hæreticus non egrediatur in eccleſiam.

VII.

Novatiani, vel Quartadecimati non recipiantur niſi anathematizaverint fidem propriam & ſymbolum catholicum diſcant, & poſtea chriſmati communicent. E

VIII.

Secundum Phrigas ſi converſus fuerit baptizetur.

IX.

Si quis Hæreticorum in oratorio oraverit pœnitentiam agat.

X.

Fideles filios vel filias Hæreticis non conjungere debet.

XI.

Vidua religioſitatis cauſa non ordinetur.

XII.

Epiſcopus non ordinetur abſque Metropolitani, & reliquorum epiſcoporum conſenſu.

XIII.

Populus non eligat Sacerdos ſacras oblationes per diœceſes ad vicem eulogiarum non dirigere.

XIV.

Non liceat niſi lectori ſubire in pulpitum.

XV.

Omni ſabatho evangelia legantur in eccleſia.

XVI.

Non liceat de alio & alio libro conecta (connexa) niſi pſalmos ad ordinem dicere.

XVII.

Ad nonam & veſperas, ſemper non ipſas dicantur ſupplicationes. (ſic)

XVIII.

Poſt ordinationem Cathecuminorum & manus pœnitentium impoſitionem ſic ſacerdos immolet, laici tunc tradant ſibi pacem.

XIX.

Miniſtri tantum in Altario communicent.

XX.

Ut diaconus non juſſus non ſedeat ante presbyterum & reliqui clerici ante diaconum.

XXI.

Clerici non ingrediantur in ſacrarium, & contingant vaſa Dominica.

XXII.

Lectores ſine oriario pſallant.

XXIII.

Nullus clericus in tabernam ingrediatur.

XXIV.

Panem & calicem miniſtri non benedicant.

XXV.

Nullus exorcizet, niſi qui ordinati fuerint.

XXVI.

Nulli liceat de agape partes tollere.

XXVII.

In eccleſia nullus manducet.

XXVIII.

(a) *Luc.* Eſdras, & deeſt duo. (b) *Luc.* proverbiorum, cantica canticorum, Eccleſiaſtes.
(c) In *Luc.* deeſt duodecim, & id eſt. (d) *Luc.* addit ad Timotheum II.

XXVIII.

Si quis ſabathum colat, anathema ſit.

XXIX.

Nullus religioſus vel laicus fidelis cum muliere lavet.

XXX.

Nullus filiam ſuam det Hæretico; accipere vero ſi profeſſus fuerit catholicum ſe eſſe (liceat)

XXXI.

Non oportet hæreticorum eulogias accipere.

XXXII.

Cum hæreticis & ſchiſmaticis nulli liceat orare.

XXXIII.

Nullus chriſtianus ad falſos martyres oret.

XXXIV.

Nullus catholicus eccleſiam dimittat, quaſi angelos adoret.

XXXV.

Nullus clericus per cantaturas vel filacterias faciat, ſi fecerit deponatur.

XXXVI.

Non liceat Catholicum hæreticorum vel judæorum dies obſervare.

XXXVII.

Azima Judæorum nullus chriſtianus accipiat.

XXXVIII.

Nullus cum Paganis feſta celebret; Epiſcopus in ſynodo non excuſet ire ſine neceſſitate.

XXXIX.

Nullus clericorum vel laicorum ſine formata Epiſcopi ambulet.

XL.

Nullus clericorum ſine conſcientia Epiſcopi peregrinet.

XLI.

Non oportere miniſtros vel oſtiarios diu peregrinare.

XLII.

Non oportet poſt duas hebdomadas Quadrageſimæ quemquam ad Baptiſmum ſuſcipi.

XLIII.

Non oportet mulieres ingredi ad altare.

XLIV.

Et Cathecumeni ſymbolum diſcant, & quinta feria conſignent.

XLV.

Baptizati chriſmentur.

XLVI.

Nullus quinta feria Paſchæ manducandi ſolvant (ſic) nec totam Quadrageſimam.

XLVII.

Non oporteat in Quadrageſima natalitia Sanctorum celebrare, niſi Sabbato, & Dominico.

XLVIII.

Non oportet nuptias in Quadrageſima facere, nec in nuptias chriſmatos ballare.

XLIII.

Nullus clericorum in eſpectacula ambulet, nec in nuptias.

L.

....... rtimelici ingreſſi fuerint Clerici ambulent.

LI.

Miniſtri ſeu laici fideles quæ vulgus cumiſeriam (forte commeſſationem) appellat convivia non celebrent.

LII.

Presbyter ante Epiſcopum non ingrediatur & ſedeat.

LIII.

In viciis & in villis Epiſcopus non ordinetur; & Presbyteri ſine conſcientia Epiſcopi nihil agant.

Cæteri tituli ibi non leguntur.

NOTÆ SEVERINI BINII.

*a Concilium.*) Hoc concilium antiqua nobilitate celeberrimum, Græcorum atque Latinorum ſcriptis celebri memoria commendatum fuit. In quo ad collapſam eccleſiæ diſciplinam reſtaurandam, auctore Nunechio Phrygiæ Metropolitano, congregati fuerunt triginta duo epiſcopi, & hoſce quinquaginta novem canones, ad mores ſingulorum fidelium reformandos ediderunt, ut conſtat apud Gratianum canone undecimo, diſt. 16. Item ex compendio Baronii. Quod prædictum concilium in Syria ſub Theodoto, vel Theodoſio epiſcopo celebratum fuiſſe ſcribitur, plane falſum eſt. Hæc enim ſynodus, ut infra patebit, habita eſt in Phrygia Pacatiana. Cum ergo Theodotus, ſive Theodoſius fuerit epiſcopus Laodiceæ Syriæ, Stephani, ut teſtatur Euſebius lib. 7. cap. ultimo, ſucceſſor, habeaturque tertio loco ſubſcriptus inter eos epiſcopos, qui ex Cœleſyria magno Nicæno concilio interfuerunt & ſubſcripſerunt, verum eſſe non poteſt, ſynodum hanc in Phrygia celebratam, illius auctoritate indictam & convocatam fuiſſe: ſed potius ex errore accidiſſe, ut cui vere Nunechius Laodicenſis epiſcopus ac metropolitanus præſedit, Theodotus Laodiceæ in Syria epiſcopus præſediſſe dicatur: propterea nimirum, quod Theodori celebrius nomen eſſet, quam Nunechii. Vide Baron. in appendic. 4. tomi. Cauſa concilii. Epiſcopi quot. Auctor quis fuerit.

*b Laodicenum.*) Sic dictum a Laodicea urbe in qua celebratum fuit. Sciendum autem eſt, quod Strabone lib. 11. & 13. Plinio lib. 5. cap. 20. & 26. Ptolemæo lib. 5. cap. 15. &c. teſtantibus, triplex fuerit Laodicea. Una in Syria, quæ dicta eſt Selucia Tetrapolis, eo quod a Seleuco rege condita fuerit: diſtat vero eadem non procul a ponte Orontis fluvii, eſtque Chalcidis contermina. Altera fuit in Media a Macedonibus condita, cujus memoria apud unicum Strabonem lib. 11. reperitur. Tertia demum Laodicea ad Lycum fluvium ſita, quæ præterquam quod alias Hierapolis diceretur, a fluvii prædicti alluvione Laodicea ad Lycum ſita cognominata eſt. Civitas illa quidem per ſe nobilis exſtitit, ſed elogia divinæ ſcripturæ apocal. cap. 3. epiſt. Pauli ad Coloſſenſ. cap. ult. magna cum laude & celebri memoria prædicata, multo nobilior eſt facta. Hoc, de quo nunc agimus, concilium, non Laodiceæ in Syria, ſed potius Laodiceæ in Phrygia Pacatiana celebratum fuiſſe, ipſius Synodi titulus diſertis verbis hiſce aſſerit: *Sancta ſynodus, quæ apud Laodiceam Phrygiæ Pacatianæ convenit ex diverſis regionibus Aſiæ*, &c. Unde erroneum & diligenter corrigendum eſt, quod prioribus editionibus conciliorum omnibus dicitur in principio; hoc concilium habitum eſſe Laodiceæ quæ eſt in Syria; & qui gravior eſt error, duas Laodiceas in unam conflari, dum aſſeritur eamdem eſſe in Syria, quæ eſt ad Lycum flumen. Nihil enim commune habent Syria & Lycus flumen, ut ex prædicto coſmographorum teſtimonio conſtat. Quod igitur verba hæc; *Laodicea urbs vini fertilitate & civium felicitate celeberrima Syriæ Tetrapolis, Lyco flumini impoſita*, &c. hinc ſuſtulerimus, lector amice, iniquo animo non feras. Locus habiti concilii.

Quo tempore habitum fuerit.

*c Sub Silveſtro.* ) Medio tempore inter Neocæſareenſem & Nicænam ſynodum univerſalem, quando Silveſter pontificatum eccleſiæ catholicæ adminiſtraret, ſub præſidio Nunechii metropolitani hoc concilium celebratum fuiſſe, hæ rationes perſuadere videntur. Prima: 

Ratio 1.

Laodiceno concilio canon primus, quo bigamis pœnitentia aliqua injungitur, implicite allegatur, quem Neocæſareenſe concilium tertio loco & ordine editum conſtituit: proinde hanc ſynodum ante Ancyranam & Neocæſareenſem habitam fuiſſe, dici non debet. Secunda: 

Ratio 2.

liber Judith auctoritate hujus provincialis concilii inter apocryphos rejicitur, quem teſte ſancto Hieronymo epiſt. 3. patres Nicæni concilii, velut ſacroſanctum, in canonem ſcripturæ receperunt. Oportet igitur concedere Laodicenſe concilium hoc ante Nicænum celebratum fuiſſe, vel ſaltem, quod dictu inconvenientius eſt, Catholicæ eccleſiæ epiſcopos ea quæ de canonicis libris in magno œcumenico concilio magna conſideratione decreta erant, convellere & retractare auſos fuiſſe. Tertia: 

Ratio 3.

quod quinque canonibus Nicæni concilii hiſce 2. 4. 14. 18. & 10. conſtitutum eſt, hoc idem a patribus Laodicenæ ſynodi 3. 5. & 8. ſine ulla commemoratione & allegatione priorum conſtitutionum decretum eſſe conſtat. Quorum ſane epiſcopi in hac ſynodo Laodiceæ jure meritoque magna cum reverentia meminiſſent, ſicut & Neocæſareenſis, bigamis pœnitentiam canone deſuper edito imponentis, honorificam in principio primi canonis Laodiceni mentionem fecerunt. Itaque hanc ſynodum medio illo tempore, quod eſt inter Neocæſareenſe & Nicænum concilium, celebratam fuiſſe, certum eſt: quo autem anno, incertum. Quod apud Gratianum prædicto canone 11 ſexta numeretur poſt Nicænam, &c. erroneum eſt. 

Refellitur objectio.

Quod Photinianorum hæreticorum longe poſt Nicænam ſynodum exortorum ſeptimo canone mentio habeatur, nihil noſtræ ſententiæ de tempore Laodiceni concilii obſtare, infra patebit in notis ad eumdem canonem.

Quot canones editi.

*d Canones ſanctorum.* ) Canones quinquaginta novem conſtitutos eſſe hac ſynodo juxta numerum titulorum, aſſerit Baronii compendium. Gratianus vero prædicto canone 11. diſtinct. 16. a patribus triginta duobus, ſexaginta canones & unum decretos fuiſſe.

Anſelmi apud Gratianum error.

*e Sancta ſynodus quæ apud Laodicæam Phrygiæ Pacatianæ.* ) Hinc Anſelmus apud Gratianum cap. 11. diſtinct. 11. qui putavit hanc ſynodum Laodiceæ Syriæ celebratam fuiſſe, redarguitur. Vide quæ ſupra notavimus verbo, *Laodicenum*.

Canon 1. Bigamia an re. licita

*f Oportet ex eccleſiaſtico canone.* ) Nempe ſecundum Neocæſareenſis concilii canonem tertio loco poſitum: cum enim Cataphrygæ in orientali eccleſia diu magno cum detrimento verſati ſecundas nuptias prorſus rejecerent, ab epiſcopis ejuſdem eccleſiæ optime eadem receptæ fuerunt; ſic tamen, ut bigami non abſque pœnitentia ad communionem admitterentur. Baſilius vero epiſtola canonica ad Amphilochium cap. 4. eumdem ad trigamos & polygamos ex cauſa ampliavit. Cur vero iiſdem pœnitentia injungenda fuerit, vide ſupra ea quæ notavimus ad concilium Neocæſ. can. 7.

Canon 2. Confeſſionis ſacramentalis uſus.

*g Confeſſionique & pœnitentia.* ) Nota quod lege Chriſti, Joann. 20. his verbis: *Quorum retinueritis peccata, retenta ſunt*: id eſt, non remiſeritis, non ſunt remiſſa: inſtitutum eſt, ut peccatorum confeſſio in ſpecie coram ſacerdote juriſdictionem habente emittatur, id antiquo uſu in eccleſia receptum fuiſſe, atque etiamnum recte uſurpari.

Canon 7. Canon ſeptimus corruptus eſſe probatur Primo.

*h Sive Photiniani.* ) Hoc canone decernitur, ut hæretici Novatiani & Quartadecimani ad eccleſiam redeuntes, quod nimirum legitima forma baptiſmatis a miniſtris obſervata legitime baptizati ſint, non per baptiſmum, ſed per catechizationem, manuum impoſitionem, & ſacri chriſmatis unctionem, ad ſacram eccleſiæ communionem recipiantur. Quod an etiam de Photinianis conſtitutum fuerit, adeoque hæc verba, *aut Photinianis*, quæ in duabus dumtaxat editionibus, non in tertia habentur, inſerenda vel omnino expungenda ſint, merito dubitatur. Sed quia auctoritate concilii Arelatenſis ſecundi canone 16. decretum eſt, baptiſmum Photinianorum, quod filium Dei dumtaxat hominem fuiſſe aſſererent, nullum eſſe: veriorem & magis germanam editionem putamus illam, a qua prædicta verba, *aut Photinianis*, abſunt: atque ita eadem a reliquis duabus editionibus eſſe vel expungenda, vel ſaltem velut ſubreptitia diligenter notanda. 

Secundo.

Accedit quod Theod. lib. 2. hæret. fab. affirmat, Photinum cum Paulo Samoſateno de ſanctiſſima trinitate eadem ſentiſſe, eadem docuiſſe. Sicut igitur ex decreto conc. Nicæn. can. 19. ſtatutum eſt, ut Pauliniſtæ ad eccleſiam venientes baptizentur, ita & de Photinianis ſervatum oportuit eſſe. Et licet ſancti Hieronymi contra Luciferum, aliorumque auctoritate conſtet ) Arianorum baptiſmum eccleſiam catholicam recipere conſueviſſe: baptiſmus tamen Photinianorum nunquam ab ea receptus fuit: nam eorum in impugnanda Chriſti divinitate tanta impietas erat, ut ipſi Ariani eos, ut maxime impios, ab eccleſia ejecerint. Vide Baronium in appendice 4. tomi

Canon 8. Baptiſmus hæreticorum quando validus ſit.

A *i Per qui, &c.* ) Hic canon neque præcedenti, neque traditioni apoſtolicæ, de qua ſupra in notis ad concilia Africana ſub Stephano egimus, eſt contrarius: Cataphrygarum baptiſmus iterari jubetur, quia non ea forma, qua eccleſia utitur, collatus fuerit: reliquorum hæreticorum vero, qui hanc baptizandi formam rite obſervabant, baptiſma ratum ac validum eſſe, ideoque nequaquam iterandum, eccleſia recte dijudicavit. Vide quæ diximus in notis ad can. apoſt. 46. 47. & 48.

Canon 11. Presbyteræ quæ

*k Quæ dicuntur preſbyteræ.* ) Presbyteræ hoc loco appellantur viduæ ſeniores, ut poſterior editio declarat. Frequentiſſime tamen presbyteræ in conciliis nominantur mulieres cœlibem vitam agentes illæ, quarum viri presbyteratus ordine initiati vel erant, vel fuerant. Ita intelligendus eſt can. 21. concilii Antiſiodorenſis, quo inhibetur ne presbytera cum ſuo presbytero dormiat. 

Diaconiſſa quæ, epiſcopa quæ fuerit dicta.

Obſervandum eſt, quod ſicut presbyterarum, ita etiam diaconiſſarum & epiſcoparum mentio ſatis frequens apud ſcriptores reperiatur eadem fere ſignificatione. De diaconiſſis vide quæ notavimus ſupra in ſecun-
B do concilio apoſt. item quæ dicemus in concilio Turonenſi: ubi can. 13. 14. & 20. hæc nomina ſæpe prædicta acceptione uſurpantur. Item Baron. Vide ann. 34. num. 288.

Can. 13.

*l Eorum qui ſunt in.* ) Vide quæ notavimus ſupra ad primum & ſecundum concilium apoſt.

Can. 14 Eulogia quid Eulogiæ uſus quis.

*m Ne ſancta inſtar benedictionum.* ) Paſchalibus diebus fidelibus interdictum eſt eulogiis communicare, quia iiſdem temporibus ad euchariſticam communionem ſumendam obligati erant. Eulogia autem eſt panis fermentatus a populo oblatus, & ab epiſcopo benedictus eo fine, ut presbyteri ſingularum parochiarum eumdem ad epiſc. acceptum in ſignum catholicæ communionis fidelibus ſuis ſub ſe conſtitutis diſtribuerent & impertirentur. 

Quomodo alias appellata. Eulogiæ duplices

A materia ex qua panis fiebat, dicebatur fermentum, ad diſtinctionem panis azymi, ex quo euchariſtia confici ſoleret: ob ſacræ rei, catholicæ nimirum communionis ſignum, ſacerdotalemque benedictionem ei impertitam, eulogiæ, id eſt benedictiones appellaban-
C tur. Harum aliæ publicæ erant, aliæ privatæ. Publicæ ad id conſecrabantur & diſtribuebantur, ut eſſent communionis catholicæ ſigna & indicia. De quibus ſupra. Privatæ vero erant, quas amici inter ſe ultro citroque dare & accipere conſueverant. Cujus quidem antiqui uſus exempla complura ſuppetunt, & inter alia ſancti Pauli Nolani epiſc. ad Severum ſcribentis, epiſt. 1. in fine his verbis: *Panem Campanum de cellula noſtra tibi pro eulogia miſimus*. Et ad S. Aug. epiſt. 31. *Panem unum, quem unanimitatis indicio miſimus caritati tuæ, rogamus accipiendo benedicas*. Et epiſt. 35. ad Alypium; *Panem unum ſanctitati tuæ unitatis gratia miſimus, quo etiam trinitatis ſoliditas continetur; hunc panem eulogiam eſſe tu facies dignitate ſumendi*. Auguſt. etiam ad eumdem Paulin. epiſt. 34. eaſdem eulogias mittens ait: *Panis, quem miſimus, uberior benedictio fiet dilectione accipientis veſtræ benignitatis*. Vide quæ notavimus in Melchiadis vita, verbis, *Hic fecit & oblationes*.

Can. 15.

*n Non oportere præter.* ) Nihil hic canon de cantu
D eccleſiaſt. apoſt. traditioni contrarium præcipit. Ut fideles in ſuis conventibus pſalmis & hymnis alternatim corde ſimul & ore decantatis Deum laudent, & Paulo ad Col. c. 3. & ad Eph. cap. 5. præceptum eſſe fatemur: 

Cantus eccleſiaſtici auctor quis. Cur laicis cantare in eccleſia interdictum ſit.

ſed dum olim una cum clericis etiam populus promiſcue cantaret, ſacerdotique orationem concludenti magno cum boatu ad ſimilitudinem cœleſtis tonitru ( ita Hier. in præf. ep. ad Gal. lib. 2. ) reſpondere ſoleret, imperitia canentium aliquando accidebat, ut ii, quorum vox inculta erat, aut abſona, harmonicum illum eccleſiaſt. dignitati congruentem concentum ( in quos Chryſ. in cap. 8. Iſa. hom. 2. acerbe invehitur ) plane corrumperent. Ad hoc ergo incommodum a cantu religioſo tollendum, eccleſiaſt. inſtit. hiſce optime proviſum eſt, ne præter certos ad hoc opus adſcriptos, alii in eccleſia pſallerent. 

Cant. eccleſiaſt. qualis eſſe debeat.

Nam ut cantus eccl. prout convenit, pie, religioſe, ac modeſte concinatur, ſtudioſiſſime patres hujus concilii cum Ignatio, Juſtino, Tertulliano, Cypriano, Hieronymo, Auguſtino, Chryſoſtomo, aliiſque
E pluribus, quorum verba prolixe recitat Baron. anno Chriſti 60. num. 24. & ſeq. in eccleſia ſemper curaverunt.

Can. 17. Proceſſionum uſus antiquus. Cur Litaniæ dicuntur

*o Non oportet.* ) Hoc can. docemur, his & anterioribus temporibus fideles aliquando procedentes, publico conventu preces ſuas ad Deum fundere conſueviſſe: quod etiamnum eccleſia recte facit. De horum ritu prædicandi, & de proceſſionibus eſt intelligendum illud Tertull. ad uxorem lib. 2. cap. 4. *Si procedendum erit, nunquam magis familiæ occupatio adveniat*. Has, quod expiationis cauſa publice indicantur, Litanias nominatas fuiſſe, multa exempla declarant. Tempore Greg. Thaumaturgi Neocæſ. habitas eſſe, teſtatur Baſil. epi. 63. De his aliiſque precandi ritibus plura vide apud Baron. in not. ad mart. Rom. item in annal. an. Chriſti 58. num. 108

Can. 19.

*p Oportere ſeorſum.* ) Hoc canone confirmantur ea quæ ſupra

Quibus & quamdiu miſſæ intereſſe licuerit.

ſupra in notis ad conc. Ancyranum diximus can. 4. & ſeq. nimirum, quod pœnitentium alii inſtar catechumenorum a communione orationum ſimul & ſacramentorum: alii tantum a ſola corporis & ſanguinis participatione prohibiti fuerint, donec injunctum pœnitentiæ tempus complerent.

Laica communio quæ dicatur.

q *Et ſolis licere* . ) Hinc quid laica communio ſit, evidenter intelligitur: nimirum eam corporis & ſanguinis dominici participationem, quæ non apud altare cum ſacris miniſtris, ſed extra cancellos eo loco, ubi populus conſiſtebat, fieri ac diſpenſari ſolebat, laicam communionem appellatam eſſe. Hæc clericis impoſita, ut ex notis ad 9. can. Arelat. concilii ſupra conſtat, loco pœnæ erat. Quod autem ſicut olim, ita in eccleſia primitiva orientali ſimul & in occidentali ſacerdotes a populo, viri a mulieribus, & virgines a nuptis, loco diſtincti fuerint, ſic ut in gremio eccleſiæ epiſcopus una cum clero ad utrumque latus poſito ſederit: viri autem ſiniſtram partem templi, & fœminæ dextram occuparint, patet ex Clem. conſtit. lib. 2. cap. 61. & Amb. ad virg. lapſam.

Clerus a populo, viri a mulieribus in eccleſia ſeparati fuerunt.

Can. 21. Secretarium quid

r *In diaconis* . ) Loca eccleſiæ apud apſidem poſita, quæ hic & a Paulino epiſt. 12. Secretaria nominantur, eadem a Clem. lib. 2. conſtit. cap. 62. paſtophoria, id eſt, ut explicat Hier. in Ezech. cap. 42. duo thalami ſeu interiora cubicula, appellantur: ubi dicit, in omnibus eccleſiis duo paſtophoria extrui conſueviſſe; eaque hinc inde apud apſidem poſita fuiſſe aſſerit præd. loco Paulinus. Quorum quis eſſet uſus, duo hæc diſticha ab eodem deſuper inſcripta declarant: a dextra apſidis.

Uſus Secretarii

*Hic locus eſt veneranda penus, qua conditur, & qua*
*Promitur alma ſacri pompa miniſterii.*

A ſiniſtra ejuſdem.

*Si quem ſancta tenet meditandi in lege voluntas,*
*Hic poterit reſidens ſacris intendere libris.*

Vide Durantum de ritibus cap. 14.

Can. 22. & 23. Orarium ſignificat ſtolam qua utuntur preſbyteri & diaconi.

ſ *Quod non oportet miniſtrum ferre orarium.* ) Orarium idem eſt in antiquis patribus, quod ſtola; quæ eſt veſtis ſacra, longa, non lata, cujus uſus ſacerdotibus ac diaconis conceſſus, ſubdiaconis interdictus eſt. Significat autem myſtice jugum Chriſti. Unde in ordinatione ſacerdotis, cum ei ſtola imponitur, dicitur: *Accipe jugum domini*, &c. Hac ſignificatione vox iſta ſumitur conc. Bracar. 1. cap. 27. Ubi diaconi præcipiuntur ferre orarium ſuper ſcapulas. Item conc. Brac. 3. cap. 3. ubi ſacerdoti præcipitur, *ut ſacrificium oblaturus, aut ſacramentum corporis & ſanguinis domini noſtri Jeſu Chriſti ſumpturus, non aliter accedat, quam orario utroque humero circumſeptus; ita ut de uno eodemque orario cervicem pariter & utrumque humerum premens, ſignum in ſuo pectore præparet crucis*. Simili ſignificatione accipitur his canonibus, quibus uſus orarii ſubdiaconis interdicitur. Et conc. Tolet. 4. ubi dicitur, *unum orarium oportet Levitam geſtare in ſiniſtro humero, propterea quod orat, id eſt prædicat: dexteram autem partem oportet habere liberam, ut expeditius ad miniſterium ſacerdotale diſcurrat*. Unde Alcuinus lib. de divin. off. cap. de veſtibus ſacris. Rabanus lib. 1. de inſtit. cleri. cap. 10. Durant. de ritibus eccleſiæ putant orarium eſſe dictum, quod oratoribus ſeu prædicatoribus evangelii concedatur.

Orarium accipitur aliquando pro veſte ſacerdotali.

Secundo etiam non raro hæc vox orarium accipitur pro ſacerdotali veſte honeſta & talari: ita enim ſumitur in concil. Mogunt. ſub Carolo cap. 27. ubi monentur presbyteri, ut ſine intermiſſione orariis utantur, propter differentiam ſacerdotalis dignitatis: ſimiliter accipitur cap. nullus, 21. quæſt. 4. Vide Suarez tom. 3. diſput. 82. ſect. 2. Durant. de ritibus eccl. cath. lib. 2. cap. 9.

Can. 27. & 28. Agape quid.

t *Ad Agapen vocatos*. ) Agape eſt convivium publicum, quod olim in eccleſia in ſanctorum martyrum natalitiis celebrari conſuevit: ſicut & duo alia, funebre nimirum & connubiale convivium; de quibus hæc Gregorius Nazianzenus de vita differ. *Non inſuper ad ſacrum aliquod epulum vel natalitium funebre vel connubiale cum pluribus currens*. Solitas eſſe quoque exhiberi agapes in eccleſiarum dedicationibus, ſatis demonſtrant quæ Gregorius papa lib. 1. epiſt. 14. dedicaturus oratorium beatæ Mariæ pro agape parari mandat, ſic ſcribens ad Petrum ſubdiaconum. *Sed quia cellæ ipſius tenuitas exigit, debere nos in ipſa diei feſtivitate concurrere, propterea volumus, ut ad celebrandam dedicationem dare debeas ad erogandum pauperibus in auro ſolidos decem, vini amphoras triginta, annonæ modios ducentos*, &c. Quæ igitur convivia publica optima ratione in eccleſiam introducta, & hactenus frequentata reperiuntur, a patribus orientalis eccleſiæ in hoc concilio præſentibus temperata ſunt, ut deinceps in eccleſia non celebrentur. Hæc enim agapes circumſtantia Ambroſio, Auguſtino, & ſancto Paulino diſplicuit, de qua ipſe hæc ſcribit.

Quibus temporibus celebratæ fuerint.

*Verum utinam ſacris agerent hæc gaudia votis.*
*Nec ſua liminibus miſcerent gaudia ſanctis.*

Ideoque recte concilio Carthaginenſi tertio, can. 30. eadem circumſtantia loci interdicta eſt. Baronium vide, anno 57. num. 137. & ſequentibus

Nomina loci ſacri ubi fiebat conventus fidelium.

u *In locis dominicis*. ) Sicut locus iſte, in quem ad ſacros conventus celebrandos fideles convenire ſolebant, hic dominicum appellatur, ita idem alibi eccleſia, alibi domus oratoria, baſilica, memoria, martyrium, concilium ſanctorum, titulus ac templum nominari conſuevit. Delubrum vel fanum, quæ gentilium templis magis conveniunt, a patribus nuſquam uſurpata reperiuntur: quibus recentiores nonnulli improprie ſaltem, ſi non improbe, utuntur. Rationes ſingulorum vocabulorum vide apud Baronium in notis ad martyrol. Romanum, die 5. Auguſti; item in annalibus ann. 57. n. 127.

Can. 29. Quæ feriatio prohibita ſit

x *In ſabbato otiari*. ) Prohibetur Judaica feriatio diei dominici ac ſabbati. Ebionæi enim, ut ſcribit Euſebius lib. 3. cap. 21. Judaice dominicum inſtar ſabbati colebant: pie autem & religioſe utroque die jejunare aut feſtum agere (quod in orientali eccleſia ad hæreſes diverſorum verbo & opere ſimul impugnandas, obſervatum eſſe Clemens lib. 7. cap. 24. Socrates lib. 6. cap. 8. Anaſtaſius Nicænus lib. quæſt. q. 77. aperte teſtantur) nulla lege prohibitum fuit. Vide quæ diximus in notis ad canonem apoſt. 55. Item Baronium anno 57. num. 202. & 203. item anno 58. num. 90. ubi longiſſimam Auguſtini invectivam recitat illam, qua vehementer invehitur in illos, qui feria quinta in honorem Jovis ſuperſtitioſe feriabantur.

Can. 32.

y *Hæreticorum benedictiones*. ) Benedictiones & eulogiæ, ut ſupra diximus, erant ſymbola communionis catholicæ. Itaque illæ ab hæreticis, qui ab eccleſiæ communione exciderant, ideoque ut plurimum vitandi erant, periculoſe accipiebantur.

Cum hæreticis non eſt communicandum aut converſandum.

z *Chriſti martyres relinquere, & ad falſos martyres hæreticorum*. ) Prohibetur hoc canone, ne ſub pœna excommunicationis hæreticorum martyribus aliquis religioſus cultus deferatur: ideo quod extra communionem eccleſiæ ſine fide & caritate Dei decedentes, perpetua Dei amicitia ſpoliati, omni religioſo cultu & honore indigni, ab aditu regni cœleſtis præcluſi ſint. Contra vero convenientiſſimum ac maxime religioſum eſſe decernitur, ut quos univerſa eccleſia incolas regni cœleſtis, ſanctos atque amicos Dei eſſe profitetur, non quidem ut auctores & largitores bonorum, (hoc enim ſoli Deo debitum eſt) ſed tantum ut amici Dei, & hæredes regni cœleſtis, & cohæredes Chriſti, cultu dumtaxat duliæ, ut loquuntur theologi, colantur & obſerventur. Huc facit, quod infra canone 51. ſanctorum feſta celebrari, eorumque commemoratio certis diebus haberi concedatur. Ex quibus quid de ſanctorum cultu ac veneratione in eccleſia primitiva creditum fuerit, ſatis manifeſte conſtat.

Can. 34.

Can. 36. Prima expoſitio canonis.

aa *Quod non oportet ad angelos idololatria abominanda*. ) Variæ ſunt hujus canonis interpretationes. Una Theod. ad Coloſſ. cap. 2. dicentis hoc canone damnari illos hæreticos, qui docebant, angelos eſſe colendos. Quod ſi de cultu latriæ intelligi voluerit, ſuſtineri poteſt ac debet. Nam Bellarminus lib. 1. de SS. beat. c. 20. hanc expoſitionem ejuſdem Theodoreti ſic expoſitam approbat dicens, per hunc canonem concilii non piam quamlibet angelorum venerationem, ſed eam dumtaxat quæ Deo propria eſt, prohiberi: Theodoretum autem ab hæreticorum calumnia defendit, & merito. Nam eumdem de angelorum cultu & veneratione recte & orthodoxe ſenſiſſe, dubium nullum eſt, qui ipſos angelos non tantum veneratur, ſed eoſdem æternæ ſalutis adminiſtros nobis a Deo conceſſos, noſtros apud Deum interceſſores & patronos eſſe, conſtanter affirmat, ut videre eſt lib. ejuſdem Theodoreti divin. decret. 5. de angelis, & in Dan. cap. 4. Quia tamen, quod ſupra in notis ad ſecundam epiſtolam Pii, verbis, *nemo vos ſeducat in religione angelorum*: ex Baronio diximus, neque Simon Magus, neque Cerinthus, neque quiſquam Judæorum hæreticorum angelos adorandos eſſe docuit, ipſe vero Theod. ad Coloſſenſ. cap. 2. hæc contra hæreticos legem Judaicam defendentes decreta ac conſtituta fuiſſe ſcripſit, juſtam illuſtriſſimi Cardinalis Baronii cenſuram hac in re non evadit. Poſſet alioquin pro hac ſententia dici, [illegible] canonem editum fuiſſe contra hæreticos angelicos [illegible]dictos, ideo quod teſte Epiphanio hæreſi 60. & Auguſt. hæreſi 39. angelos adorandos, cultuque latriæ ſoli Deo debito colendos eſſe docerent. Altera quæ magis placet expoſitio, eſt Baronii, qui ait, hoc canone piam ac religioſam venerationem falſorum deorum, illorum nempe, quos idololatræ, gentiles & magi venerabantur, Chriſtianis interdictam eſſe; idque ſic probat: primo, præcedente canone 34. veri martyris cultus religioſus recipitur; falſorum vero martyrum ſuperſtitioſa veneratio prohibetur: dum ergo ſequente canone ſubjungitur decretum ad cultum angelorum reformandum pertinens, expreſſe patet, ſacroſanctam ſynodum voluiſſe, ut veri angeli, qui æternam ſalutem adepti ſunt, ſicut veri martyres colantur: falſorum autem angelorum, ſicut & pſeudomartyrum, cultus ac veneratio ſub pœna anathematis evitetur. Angeli naturæ & gratiæ donis omnes fere ſanctos excellunt: quis ergo credat patres hujuſmodi, martyribus ob ſanctitatem qua donati ſunt, cultum ac venerationem adjudicaſ-

De cultu angelorum.

Theod. de cultu angelorum quid ſenſerit.

Secunda expoſitio verior.

Angeli quo cultu colendi.

judicaſſe angelicæ autem creaturæ excellentiori & ſanctiori omnem honorem ac piam obſervantiam ademiſſe? Falſos autem angelos, quos gentiles & magi religioſe colebant, genios fuiſſe ait Baronius: quorum gratia ipſi, ut ex Cenſorino de die natali, & Macrobio in Saturnalibus conſtat, diem natalitium celebrantes, affines & amicos ſuos convocabant, & quod ait canon, *ad angelos idololatriæ abominandæ congregationis faciebant*. Quamquam probabilius eſſe judicet, per falſos angelos intelligi debere dæmones, quos cum illi ad magias ſuas perficiendas occulte invocarant, a patribus hujus concilii idololatræ nominati ſunt: cum vero ad impoſturas ſuas honeſto nomine velandas, profiterentur ſe angelos invocare, ut ait Tertullianus in apologet. cap. 23. idololatræ occulti appellantur, quod nimirum idololatriam honeſtiſſimo nomine angelorum velatam & occultatam committerent. Vide Baron. anno Chriſti nati 60. num. 20. & ſequentibus.

*Falſi angeli qui dicantur.*

*Canon 41. Canonicæ literæ quæ*

*b Sine canonicis literis.*) Literæ quæ hic canonicæ dicuntur, alibi formatæ ac communicatoriæ, aliiſve nominibus appellantur. Vide quæ diximus in notis ad vitam Sixti.

*Canon 48. Sacramentum confirmationis ex neceſſitate præcepti ſit ſuſcipiendum*

*c Oportet eos qui illuminantur.*) Ex præcepto Chriſti, vel ſaltem eccleſiæ, baptizatos ſub peccato ad ſacramentum confirmationis ſuſcipiendum, dum commode poſſunt obligari, colligunt nonnulli ex hoc canone, ſicut & ex epiſtola Melchiadis, ubi dicit: *Quamvis continuo morituris ſufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen neceſſaria eſſe confirmationis auxilia*. &c. Hæc cum theologorum ſcholaſticorum & ſummiſtarum alii affirment, alii negent; ego ſententiæ neganti potius ſubſcribendum eſſe putarem.

*Canon 49. Quadrageſimali tempore ab eulogiis abſtinendum eſt*

*d In quadrageſima.* Cauſa prohibitionis ſequenti canone ſubjungitur: quia ſcilicet quadrageſimalibus diebus integris jejunandum erat. Ne igitur ſumptione eulogiarum ſive panis benedicti, qui alias fermentum dicebatur, jejunium violaretur, conſtituitur hoc canone, ut neque populus panem in hunc finem offerat, neque epiſcopus eumdem in ſymbolum communionis catholicæ ſe conſecraturum, quadrageſimali tempore diſtribui patiatur.

*Cur in quadrageſima tantorum martyrum feſta, item nuptias celebrare non liceat.*

*e Quod non oportet in quadrageſima martyrum natalitia, &c. aut nuptias celebrari.*) Opinor, ne agapico & nuptiali conviviis, quorum illud in natalitiis martyrum, hoc in ſolennitatione nuptiarum exhiberi ſolebat, ut ſupra in notis ad canonem 27. & 28. diximus, jejunium violaretur.

## NOTÆ GABR. ALBASPINÆI EP. AUR.

### AD CANONEM II. LAODICENUM.

Ex hoc canone nonnihil probationis pro ſacramentali confeſſione elici poſſe inficias non iverim. Quo enim modo præſcribi potuiſſet pœnitentia adæquata peccatis, niſi peccata perſpecta fuiſſent ei qui pœnitentiam imponebat. Quapropter ſectarios deficere debet obtrectatio; fateri ſiquidem coguntur tempore hujuſce canonis confeſſionem in uſu fuiſſe. Non tamen abnuerim hæc verba, *perſeverantes in oratione confeſſionis & pœnitentiæ*, ad confeſſionem ſacramentalem non pertinere, adductus rationibus quæ ſequuntur, ubi quæ ad intelligentiam hujus canonis faciunt expoſuero. Si quis ſit ponendi calidiſſimus, hujus canonis hypotheſin eſſe fatebitur, conſtare debere utrum pœnitentia & communio dandæ ſint eis qui permulta capitalia ſcelera admiſerint. Ratio dubitandi hæc erat: quod qui plurimis criminibus urgeretur, indignus erat omnino gratia & pœnitentia: cum videlicet, qui ſolum crimen conceperat, & fecerat per viginti quinque aut triginta annos in pœnitentia delitеſcere cogeretur, ſi illud eſſet capitale, ut patet in concilio Eliberino. Qui peccatum maximum admiſit, irrogatur pœnitentia: ſi plura, denegatur. Decimo tamen patrum vult, quod ſi in efflagitanda pœnitentia perſeverent, afflictationibuſque corporis teſtentur, ingenti dolore Deum offendiſſe remorderi, indulgeatur illis pœnitentia, tum demum communio.

Amplius notandum ut perſpectior ſit ſenſus canonis, quod qui confiterentur, aut ſtatim abſolutos fuiſſe, aut eis ſtatim conceſſam fuiſſe pœnitentiam ſi meruiſſent: aut excommunicatos, ſi reatus eorum excommunicationem merebatur. Ad hæc tria genera confeſſiones, & non ultra uſurpabantur. Qui poſt confeſſionem excommunicabantur, ſi cura ſuæ ſalutis eos tangeret, in ſqualore & miſeriis limina eccleſiarum penetrabant, cum lacrymis & ſingultibus conabantur a prætereuntibus miſericordiam extorquere, oſtentantes quanta ægritudine, quantis ærumnis diſcruciarentur propter commiſſa, proſternebant ſe humi ante epiſcopos, advolvebant ſe genibus presbyterorum, veſtigia fidelium adorabant. Quibus frequenter repetitis miſericordiam alliciebant, & tum demum pœnitentia eis concedebatur. De his canon, ut mea fert ſententia, eſt intelligendus. Nam de iis non loquitur qui abſolutionem conſecuti erant; excommunicati enim non erant, neque pœnitentia indigebant. Penitentia enim antiquitus ante abſolutionem peragebatur. Nec etiam loquitur de iis qui in inſtanti veſtigio confeſſionis ſuæ ad pœnitentiam admiſſi fuerant. Non enim obſcurum eſt loqui de iis qui pœnitentiam exuta malignitate evigebant, ſed nondum erant adepti. Non poteſt ergo accipi, niſi de viris confitentibus atrocia ſcelera, & ob ea excommunicatis: & ſane omnia canonis verba huic explicationi mirifice congruunt. Nam per hæc, *Perſeverantes in oratione confeſſionis & pœnitentiæ*, intelligendæ veniunt lacrymæ & afflictationes, quas longo tempore ſufferre & perpeti debebant, ut tandem pœnitentiæ gratiam mererentur. Hæc namque conditio neceſſaria apponitur a patribus in ſuis deciſionibus, quæ convenire non poteſt in abſolutionem conſecutos, aut eos quibus conceſſa erat pœnitentia. Ad extremum nullus mihi videtur dubitandi locus, cum canon apertiſſime dicat, eos petiiſſe pœnitentiam & excommunicatos fuiſſe, non ergo abſolutionem conſecuti erant, nec erat eis conceſſa pœnitentia. Si ergo intelligendus venit canon de excommunicatis, & ſi in eo quæritur utrum danda ſit pœnitentia iis quorum animus in nequitia peregrinatus non eſt, ſed habitavit, unde anathemate icti ſunt, & qui perſeverant in omni humilitate & auſteritate, ut mereantur pœnitentiæ gratiam, proculdubio hæc verba, *perſeverantes in oratione confeſſionis & pœnitentiæ*, referri non poſſunt ad confeſſionem ſacramentalem, utpote quæ excommunicationem præcederet. Adde quod quorum hic mentio fit, confeſſi fuerant cum excommunicati ſunt, & quanto tempore in limina eccleſiarum volutabantur, ut lacrymis pœnitentiæ gratiam promererentur non confitebantur. Demum hæc verba, *perſeverantes in oratione confeſſionis*, conditio eſt qua voluerunt patres pœnitentiam eis concedi. At qui tamen eam efflagitabat inſuper habuiſſet confeſſionem detrectare. Sed quoniam plurimi qui pœnitentiam poſtulabant non ſat evidenter probabant ſe vere & ex animo dolere, & angi quod Deum offendiſſent: idcirco conditio quæ ſub horum verborum involucris latet, confeſſio non eſt, ſed actus externi pœnitentiæ, quod veteres exomologeſim appellabant. Denique nunquam patres confeſſionem ſacramentalem orationem appellaverunt, neque pœnitentem in confeſſione perſeverare debere reperiemus, ſufficit ſemel confiteri: Hoc tamen frequenter occurrit, pœnitentes teſtari debere actibus externis quam acriter commiſſorum dolore angantur, quod vocatur exomologeſis. Hinc Tertullianus ſcribit, *Daniel jejunus in ſacco & cinere exomologeſim Deo ageret*. Similiter D. Cyprianus: *Azarias aperuit os ſuum, & exomologeſim faciebat Deo ſuo: Daniel exomologeſim faciens dolenter, ac dicens: Domine Deus magnus peccavimus, facinus admiſimus, impii ſumus, tranſgreſſi ſumus, ac deſeruimus præcepta tua*. Eadem ratione patres orationem exomologeſeos appellant, quando pœnitens in limine eccleſiæ proſtratus ſuſpiriis, & gemitibus fatebatur ſeſe peccatorum omnium miſerrimum, nec pœnam deprecari. Omnis enim actus externus, ſive verba, ſive jejunium, ſive lacrymæ, ſive quid tandem quo teſtamur nos Deum offendiſſe, appellatur exomologeſis. Finem faciam, ubi monuero lectorem in hoc canone hoc verbum, *Pœnitentia* repeti: Primo enim ponitur pro morſu interiori, quo quis dolet Deum offendiſſe; deinde pro afflictatione quæ ab eccleſia præſcribebatur ad ſatiſfactionem.

---

## a EPISTOLA

### DE PRIMITIVA ECCLESIA, ET munificentia Conſtantini magni imperatoris erga eamdem, b Melchiadi falſo adſcripta.

NEmo, qui divinas ſcripturas legit, ignorat, quod in principio naſcentis eccleſiæ diſcipuli in unum congregati ſunt cum multitudine credentium, in quibus erat cor unum & anima una, quique vendentes prædia & poſſeſſiones ſuas, afferebant (a) pretia, & dividebatur ſingulis, prout cuique opus erat. Futuram namque eccleſiam in gentibus apoſtoli prævidebant, maximeque quia dominus prædixerat: *Euntes in mundum univerſum, prædicate evangelium*. Vel quia (b) expellendos ſe noverant a Ju-

*Actuum 2. Actuum 4.*

*12. q. 1. Futuram eccleſiam apoſtoli.*

*Matth. 16.*

---

(a) in *Luc.* deeſt *pretia* (b) *Luc.* expellendi erant.

a Hincmarus dial. de ſtatu eccleſiæ.

a Judæa [a], & in gentibus diſpergendos, eccleſiamque congregandam ex rudi populo; idcirco prædia in Judæa minime ſunt adepti, ſed pretia tantummodo ad fovendos egentes. At vero cum inter turbines & adverſa mundi ſuccreſceret eccleſia, (a) eouſque pervenit, ut non ſolum gentes, ſed etiam [b] Romani principes, qui pene totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Chriſti & baptiſmi ſacramenta concurrerent. E quibus vir religioſiſſimus Conſtantinus, primus fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit per univerſum orbem ſub ſuo degentes imperio, non ſolum fieri Chriſtianos, ſed etiam fabricare eccleſias, & prædia tribuere [c] poſſe conſtituit. Denique idem præfatus princeps donaria immenſa contulit, & fabricam templi primæ ſedis beati Petri principis apoſtolorum inſtituit: adeo ut ſedem imperialem, quam Romani principes poſſederant, relinqueret, & beato Petro, ſuiſque [*] præſulibus profuturam concederet. Idem vero præſidens (b) in ſancta ſynodo, quæ apud [d] Nicæam congregata erat, cum querelam quorumdam conſpiceret coram ſe delatam, ait [e]: *Vos a nemine dijudicari poteſtis, quia ſolius Dei judicio reſervamini. Dii etenim vocati eſtis, idcirco non poteſtis ab hominibus judicari.* Ab illo etenim tempore, & deinceps, viri religioſiſſimi non ſolum poſſeſſiones & prædia quæ poſſederant, ſed etiam ſemetipſos domino conſecrarunt, ædificantes baſilicas in ſuis fundis in honorem ſanctorum martyrum per civitates, ac monaſteria innumera, in quibus cœtus domino ſervientium conveniret. Denique reges & præſides ac magiſtratus, non ſolum hanc licentiam tribuere, ſed etiam ipſi propria largiti ſunt per univerſa regna terrarum, unde alerentur egentes, qui nihil in mundo poſſidebant, eccleſiæque (c) Dei fabricarentur atque reſtaurarentur, Deoque & eccleſiæ ejus rite famulantibus, ſervitque illius ſupplementa (d) (ut abſque neceſſitate eſſent) tribuerentur: ut hæc accipientes, poſſent (ſecundum monita apoſtoli) orationes, poſtulationes, obſecrationes, gratiarumque actiones facere pro omnibus hominibus, pro regibus, & qui in ſublimitate ſunt, ut quietam & tranquillam vitam habeant. Et hoc bonum & acceptum eſſe coram Deo, idem magiſter gentium proteſtatur, cui ſolicitudo omnium eccleſiarum incumbit, quique epiſcopos regere per Spiritum ſanctum conſtituit eccleſiam Dei. Quibus ait: *Paſcite qui in vobis eſt, gregem [*] Dei, providentes non coacte, ſed ſponte ſecundum Deum: neque turpis lucri gratia, ſed voluntarie.* (e) Quibus & dicebat; *Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus.* Quæ autem ſint negotia ſæcularia, ſancti canones manifeſtant & inhibent, dum perſpicue docent, quod [f] quidam qui in clero videntur electi, propter lucra turpia conductores alienarum poſſeſſionum fiant, & ſæcularia negotia ſub cura ſua accipiant, [*] domini quidem miniſterium parvi pendentes, per ſæcularium vero domos diſcurrentes, & propter avaritiam, patrimoniorum ſolicitudinem ſumentes. Decrevit namque ſupradicta [g] ſancta ſynodus, nullum deinceps clericum aut poſſeſſiones conducere, aut negotiis ſæcularibus ſe miſcere, niſi propter curam pupillorum & orphanorum ac viduarum, aut ſi forte epiſcopus civitatis eccleſiaſticarum rerum ſolicitudinem habere præcipiat. Ubi liquido patet, quia alia ſunt negotia ſæcularia, alia eccleſiaſtica. Nonne Moyſes in ſæculo erat, cum crebro tabernaculum intraret [a] & exiret? qui intus contemplatione raptus, foris infirmantium negotiis urgebatur: intus Dei arcana conſiderans, foris onera carnalium portabat. Cujus typum ſacerdotes in eccleſia agere debent, ut dum foras exeunt ad exercenda negotia pro neceſſitatibus ſubditorum, intus ad ſe redeant per contemplationem mandatorum: ſicut Paulus, qui cœleſtibus ſecretis inſeritur, & tamen per condeſcenſionis viſcera, carnalium cubile perſcrutatur. Sic & Jacob aſcendentes & deſcendentes angelos vidit, quia videlicet rectores eccleſiæ non ſolum Deum contemplando (f) ſuperna appetunt, ſed deorſum quoque ad membra illius miſerando (g) condeſcendunt. (b) Et domini ſacerdotes horum facta imitantur, & ſe cuſtodiunt, & ſubditorum onera portant, & videntur tales eſſe, quales idem egregius (i) prædicator præcepit: *ut qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non poſſidentes.*

b Authorem hæc notant Conſtantino M. ejuſque ſucceſſoribus poſteriorem, imo anno 451. quo celebratum eſt, Concilium Chalcedonenſe, & anno 590. quo electus eſt S. Greg. papa I.

c tribuenda

* ſucceſſoribus.

d anno Chriſti 325.

e Ruff. c. 2. l. 1. Theod. l. 1. c. 11. Soz. l. 1. c. 16 Pſal. 81

In decret. Ivo. lib. 2.

1. Tim. 2.

1. Cor. 11.
1. Petr. 5.

2. Tim. 2

f Concil. Chalcedonenſ. canone tertio.

* Dei.

Diſt. 88. Decrevit ſancta ſynodus

g Hinc liquido patet plagiarii impoſtoris audacia intolerabilis, ſi quis unquam hoc

Melchiadi tribuere mo litus eſt.

Exod. 33

a S. Gregor. ep. 24. lib. 1. & Paſt. lib. 2. cap. 5.

2. Cor. 12.
1. Cor. 7.
Geneſ. 28.

1. Cor.

## NOTÆ SEVERINI BINII.

*a Epiſtola.*) Quæ hac epiſtola de Conſtantini donatione Melchiadi & Silveſtro collata ſcribuntur, vera eſſe, non hinc tantum, ſed etiam auctoritate Optati Milevitani probatiſſimi ſcriptoris firmiſſime confirmantur. Hic enim, lib. 1. contra Parm. ſcribit, Conſtantino & Licinio 3. coſſ. anno nimirum Chriſti 313. Romæ in cauſa Cæciliani & Donatiſtarum ſynodum novemdecim epiſcoporum in Laterano in domo Fauſtæ, quæ Romani pontificis ſedes erat, celebratam fuiſſe. Eam domum Melchiadi ab imperatore donatam eſſe, ille quidem non expreſſe ſcribit: ſed cum nulla ratio appareat, ob quam neceſſum fuerit, ut conventus 19. dumtaxat epiſcoporum extra domum Melchiadis ampliora ædium ſpatia requireret, illam in qua ſynodus prædicta congregata fuit, domum Lateranenſem ſive Fauſtæ (ſic dictam, quod quæ ante palatii Laterani hominis prædivitis fuerat, fiſci inſcriptione ſub Nerone publicatam, Fauſta Maximiani filia Romæ agens eam inhabitarit) Melchiadi Romano pontifici ab imperatore donatam eſſe, nemo prudens amplius dubitare poteſt: maxime cum prædictarum ædium hucuſque per 13. ſæcula continuata poſſeſſio nihil aliud indicet, aut præſumi concedat. Cum igitur hinc evidenter probatum ſit, auguſtiſſimas Lateranenſes ædes Melchiadi ejuſque ſucceſſoribus Romanis pontificibus ad inhabitandum ab imperatore conceſſas eſſe, certiſſimo indicio colligere licet, eumdem Chriſtianæ religionis antiſtitem munificentia imperatoris, inſtar gentilitiæ ſuperſtitionis pontificis maximi publicas domos inhabitantis, in imperatorias ædes tranſlatum, pari honore & gloria, quam haberent diverſorum collegiorum antiſtites, a ſe donatum ac condecoratum voluiſſe. Quando autem id contigerit, infra in notis ad edictum Conſtantini dicemus.

*b Melchiadi falſo adſcripta.*) Hanc epiſtolam Melchiadi adſcriptam fuiſſe patet canon. futuram 12. quæſt. 1. Item can. decrevit, diſtinct. 88. qui Melchiadis nomen præ ſe ferentes, ea quæ hic ſcribuntur, magna ex parte habent: & ex eo quod communiter hactenus poſt decreta Melchiadis papæ in conciliorum editionibus anterioribus ſubjuncta fuerit. Falſo autem titulo ac nomine Melchiadis prænotatam fuiſſe, inde conſtat, quia mentionem faciant Nicæni concilii, quod omnium conſenſu poſt obitum Melchiadis papæ, poſtque baptizatum imperatorem, non ſub Melchiade, ſed ſub Silveſtro pontifice, anno Chriſti 325. qui eſt Conſtantini vigeſimus, celebratum eſſe, omnes fere, ut infra patebit, hiſtorici conſentiunt. Verius igitur fortaſſe fuerit, ipſum Iſidorum compilatorem potius, quam collectorem, auctorem eſſe hujus epiſtolæ, quam ex 3. canone concilii Chalcedonenſis, & fragmento quodam epiſtolæ 24. lib. 1. Gregorii papæ, & Nicæni concilii hiſtoria compilatam eſſe conſtat. Baron. anno 312. num. 60.

Palatium Lateranenſe Melchiadi vere donatum fuit

Cur Lateranenſe appellatum fuerit.

Hanc epiſtolam Melchiadi falſo adſcriptam eſſe probatur.

Nicænum concilium quo tempore celebratum fuerit.

Iſidorus videtur auctor hujus epiſtolæ quæ legitur in ejus compilatione poſt epiſtolam Melchiadis papæ.

EDI-

(a) *Luc.* adeouſque (b) *Luc.* ſancta (c) in *Luc.* deeſt *Dei*. (d) *Luc.* legit *abſque neceſſitate tribuerentur*. (e) *Luc.* cum enim dicat (f) *Luc.* deeſt *ſuperna*. (g) *Luc.* deſcendunt (b) *Luc.* & dum (i) *Luc.* deeſt prædicator.

# EDICTUM [a] DOMINI CONSTANTINI IMPERATORIS.[1]

a In cod. MS. Juſtelli ſic: Incipit exemplar conſtituti domni Conſt. imp. Græcis Θεσπισμα Κωνσταντινου dicitur.

*In nomine ſanctæ & individuæ trinitatis, Patris ſcilicet, & Filii, & Spiritus ſancti: imperator Cæſar Flavius Conſtantinus, in Chriſto Jeſu, uno ex eadem trinitate ſancta, ſalvatore domino Deo noſtro, fidelis, manſuetus, [b] beneficus, Alemanicus, Gothicus, Sarmaticus, Germanicus, Britannicus, Hunnicus, pius, felix, victor ac triumphator, ſemper Auguſtus, ſanctiſſimo ac beatiſſimo patri patrum Silveſtro urbis [*] Romanæ epiſcopo & papæ, atque omnibus ejus ſucceſſoribus, qui in* B *ſede beati Petri uſque in finem ſæculi ſeſſuri ſunt, pontificibus, nec non & omnibus reverendiſſimis & Deo amabilibus catholicis epiſcopis, eidem ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ per hanc noſtram imperialem conſtitutionem ſubjectis in univerſo orbe terrarum, nunc & in poſterum cunctis retro temporibus conſtitutis, gratia, pax, caritas, gaudium, longanimitas, miſericordia a Deo patre omnipotente, & Jeſu Chriſto filio ejus, & Spiritu ſancto, cum omnibus vobis.*

b Maximus ita & in Lu.

* Roma

Galat. 5. 1 Tim. 1.

EA [c] quæ ſalvator & redemptor noſter dominus Jeſus Chriſtus, altiſſimi patris filius, per ſuos ſanctos apoſtolos Petrum & Paulum, interveniente patre noſtro Silveſtro ſummo pon- C tifice & univerſali papa, mirabiliter dignatus eſt operari, liquida enarratione per hujus noſtræ imperialis inſtitutionis paginam, ad cognitionem omnium populorum in univerſo orbe terrarum (a) ſtuduit [*] propalare noſtra manſuetiſſima ſerenitas. Primum quidem noſtram fidem, quam a prælibato beatiſſimo patre & oratore noſtro Silveſtro univerſali pontifice docti ſumus, intima cordis confeſſione ad inſtruendas omnium veſtrum mentes proferentes, & ita demum Dei miſericordiam ſuper nos diffuſam annunciantes, noſſe vos volumus, ſicut per anteriorem noſtram ſacram pragmaticam juſſionem ſignificavimus, nos a culturis idolorum, ſimulacris mutis & ſurdis, manufactis, diabolicis compoſitio- D nibus, atque ab omnibus ſatanæ pompis receſſiſſe, & ad integram Chriſtianorum fidem, quæ eſt vera lux & vita perpetua, perveniſſe; credentes, juxta id quod nos idem almificus & ſummus pater & doctor noſter Silveſter pontifex [d] inſtruit; in Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium; & in Jeſum Chriſtum, filium ejus [*] unigenitum, dominum noſtrum, per quem creata ſunt omnia: & in Spiritum ſanctum, dominum & vivificatorem univerſæ creaturæ. (b) Hos, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, confitemur ita, ut in trinitate perfecta & plenitudo ſit divinitatis, & unitas poteſtatis. Pa- E ter Deus, Filius Deus, & Spiritus ſanctus Deus, & tres unum ſunt in Jeſu Chriſto. Tres itaque formæ, ſed una poteſtas. Nam ſapiens retro ſemper Deus edidit ex ſe, per quod ſemper erant gignenda ſæcula, verbum. Et quando eodem ſolo ſuæ ſapientiæ verbo univerſam ex nihilo formavit creaturam, cum eo erat, cuncta ſuo arcano componens (c) myſterio. Igitur per-

c Abſunt hæc a quibuſdam codicibus, nec ea habent Leo IX. papa ep. ad Leonem Acridanum cap. 12. 13 & 14. Ivo p. 5. decreti cap. 40. Gratianus diſt. 96. ſub titulo Paleæ, Balſamon, aliique. Verum integra exſtant in collectione Iſidori Mercatoris quæ circa annum Chriſti 800. aut circiter prodiiſſe fertur, edideruntque Merlinus, Crabbus, Surius, Nicolinus, Binius, aliique.

* propagare

d inſtruxit

* unicum ... Luc.

Geneſ. 1.

A fectis cœlorum virtutibus, & univerſæ terræ materiis, pio ſapientiæ ſuæ nutu, ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, primum de limo terræ fingens hominem, hunc in paradiſo poſuit voluptatis. [*] Quem antiquus ſerpens & hoſtis invidens diabolus, per amariſſimum ligni vetiti guſtum exulem ab eiſdem fecit gaudiis: eoque expulſo, non [a] deſivit ſua venenoſa multis modis protelare jacula, ut a via veritatis humanum abſtrahens genus, idolorum culturæ, videlicet creaturæ, & non creatori deſervire ſuadeat: quatenus per hoc eos, quos ſuis valuerit irretire inſidiis, ſecum æterno efficiat concremandos ſupplicio. Sed Deus noſter miſertus (d) [b] plaſmatis ſui, dirigens ſanctos ſuos prophetas, B [c] per hos lumen futuræ vitæ, adventum videlicet filii ſui, domini Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, annuncians, miſit eumdem unigenitum filium ſuum & ſapientiæ verbum. Qui deſcendens de cœlis propter noſtram ſalutem, natus de Spiritu ſancto ex Maria virgine, verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. Non amiſit quod fuerat, ſed cœpit eſſe quod non erat. Deum perfectum, & hominem perfectum; ut Deus mirabilia perficiens, & ut homo humanas paſſiones ſuſtinens: ita verbum hominem, & verbum Deum, prædicante patre noſtro Silveſtro ſummo pontefice, intelligimus, ut verum Deum, verum hominem fuiſſe, nullo modo ambigamus. Electiſque duodecim apo- C ſtolis, miraculis coram eis & innumerabilis populi multitudine coruſcavit. Confitemur eumdem dominum Jeſum Chriſtum adimpleſſe legem & prophetas, paſſum, crucifixum ſecundum ſcripturas, tertia die a mortuis reſurrexiſſe, aſſumptum in cœlos, atque ſedentem ad dexteram patris, inde venturum judicare vivos & mortuos, cujus imperii non erit finis. Hæc eſt enim fides noſtra (e) catholica orthodoxa, a beatiſſimo patre noſtro Silveſtro ſummo pontifice nobis prolata. (f) Exhortamur idcirco omnem populum, & diverſas gentium nationes, hanc fidem tenere, colere & prædicare, & in ſanctæ trinitatis nomine baptiſmi gratiam conſequi, & dominum noſtrum Jeſum Chriſtum D ſalvatorem noſtrum, qui cum Patre & Spiritu ſancto per infinita ſæcula vivit & regnat, quem Silveſter beatiſſimus pater noſter univerſalis prædicat pontifex, corde devoto adorare. Ipſe enim [d] dominus noſter, miſertus mihi peccatori, miſit ſanctos ſuos apoſtolos [e] ad viſitandum nos, & lumen ſui ſplendoris infulſit nobis, ut abſtractum a tenebris, ad veram lucem & agnitionem veritatis me (g) veniſſe gratulemini. Nam dum valida ſqualoris [f] lepra totam mei corporis invaſiſſet carnem, & multorum medicorum convenientium cura adhiberetur, nec (h) ullius quidem cura promeruiſſemus ſalutem, ad hoc [g] venerunt ſacerdotes Capitolii, dicentes mihi debere fieri fontem in Capi- E tolio, & compleri hunc innocentium ſanguine & (i) eo [h] calente [*] loto me, poſſe mundari. Et ſecundum eorum dicta, aggregatis plurimis innocentibus infantibus, dum vellent ſacrilegi paganorum ſacerdotes eos mactare, & ex eorum ſanguine fontem [*] repleri, cernens ſerenitas noſtra lacrymas matrum eorum, illico exhorrui facinus: [i] miſeratuſque eas, proprios illis

Geneſ. 1.

* Cui

a deſinat

b plaſma ſuum diligens

c per quos &c.

2. Cor. 12.

d Hier. in pſal. 138 & ep. ad Euſtochium virginem.

e Hadr. I. in ep. ad Conſtantinum & Irenem impp. quæ habetur in ſeptima ſynodo, eoque allegat Gregor. Tur. lib. 11 Hiſt. Francorum cap. 31.

f nec unius quidem pervenit ad ſalutem

g Ad hæc advenerunt

h calentem in eo loco.

* lotum

* repleri,

i miſertique earum protinus.

1 Suppoſititium eſſe hoc Edictum fere convenit inter Eruditos. Vide Pagium ad ann. Chr. 324. num. 16.
(a) Luc. inſtituit propagare. (b) Luc. Nos. (c) Luc. myſteria. (d) Luc. plaſmæ (e) in Luc. deeſt catholica (f) Luc. Exhortantes. (g) Luc. perveniſſe gratulamini (h) Luc. nec unius quidem promeruit ad ſalutem, et hæc &c. (i) Luc. & calente in eo loco me

lis reſtitui præcepimus filios ſuos, datiſque vehiculis & donis conceſſis, gaudentes ad propria relaxavimus. Eadem igitur tranſacta die, nocturno nobis facto ſilentio, dum ſomni tempus adveniſſet, adſunt apoſtoli SS. Petrus & Paulus, dicentes mihi: quoniam flagitiis poſuiſti terminum, & effuſionem ſanguinis innocentis horruiſti, miſſi ſumus a Chriſto domino Deo noſtro, dare tibi ſanitatis recuperandæ conſilium. Audi ergo monita noſtra, & fac quodcumque indicamus tibi. Silveſter epiſcopus hujus civitatis ad montem (a) Soracte perſecutiones tuas fugiens, in cavernis petrarum cum ſuis clericis latebram fovet. Hunc ad te cum adduxeris, ipſe tibi piſcinam pietatis oſtendet, in qua dum tertio te merſerit, omnis te valetudo iſta deſeret lepræ. Quod dum factum fuerit, hanc viciſſitudinem tuo ſalvatori compenſa, ut omnes juſſu tuo per totum orbem reſtaurentur eccleſiæ. Te autem ipſum in hac parte purifica, ut relicta omni ſuperſtitione idolorum, Deum vivum & verum, qui ſolus eſt verus, adores & excolas, ut ad ejus voluntatem attingas. Exurgens igitur a ſomno, protinus juxta id quod a ſanctis apoſtolis admonitus ſum, peregi. advocatoque eodem præcipuo & magnifico patre & illuminatore noſtro Silveſtro univerſali papa, omnia a ſanctis apoſtolis mihi præcepta dixi verba: percontatique ſumus ab eo, qui iſti eſſent e Petrus & Paulus. Ille vero, non eos deos vere dici, ſed apoſtolos ſalvatoris noſtri Domini Dei Jeſu Chriſti, reſpondit. Et rurſum interrogare cœpimus eumdem beatiſſimum papam, utrum iſtorum apoſtolorum imagines expreſſas haberet, ut ex pictura diſceremus hos eſſe, quos revelatio docuerat. Tunc idem d venerabilis pater imagines eorumdem apoſtolorum per diaconum ſuum exhiberi præcepit: quas dum aſpicerem, & eorum quos in ſomno videram, figuratos in ipſis imaginibus cognoviſſem vultus, ingenti clamore coram omnibus (b) ſatrapis meis confeſſus ſum eos eſſe, quos in ſomno videram. Ad hæc beatiſſimus idem Silveſter pater noſter, urbis Romæ epiſcopus, indixit nobis pœnitentiæ tempus intra palatium noſtrum Lateranenſe, in uno cilicio, ut de omnibus quæ a nobis impie peracta, atque injuſte diſpoſita fuerant, vigiliis, jejuniis, atque lacrymis & orationibus, apud dominum Deum noſtrum Jeſum Chriſtum ſalvatorem (c) veniam impetraremus. Deinde per manus impoſitionem clericorum, uſque ad ipſum præſulem veni. Ibique renuncians ſatanæ, pompis & operibus ejus, vel univerſis idolis manufactis, credere me in Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium, & in Jeſum Chriſtum filium ejus unicum dominum noſtrum, qui (d) conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine, ſpontanea voluntate coram omni populo profeſſus ſum. Benedictoque e fonte, illic me trina merſione [a] unda ſalutis purificavit. Poſitoque me in [b] fontis [c] gremio, manum de cœlo me contingentem propriis oculis vidi. De qua mundus exurgens, ab omni me lepræ ſqualore mundatum [d] agnoſcite: levatoque me de venerabili fonte, induto veſtibus candidis, ſeptiformis gratiæ ſancti Spiritus (e) conſignationem adhibuit beati chriſmatis unctione, & vexillum ſanctæ

[a] vero baptiſterio ſeu lavacro, ut alii vocant Conſtantiniano
[c] medio
[d] agnovi

A crucis in mea fronte linivit, dicens: *Signet te Deus ſigillo fidei ſuæ, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, in conſignatione fidei.* Cunctuſque clerus reſpondit, amen. Et adjecit præſul, Pax tibi. Prima itaque die poſt perceptum ſacri baptiſmatis myſterium, & poſt curationem corporis mei a lepræ ſqualore, agnovi non eſſe alium Deum, niſi Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, quem beatus Silveſter papa prædicat, trinitatem in unitate, & unitatem in trinitate. Nam omnes dii gentium, quos uſque hactenus colui, dæmonia, opera hominum manufacta comprobantur. Etenim quantam poteſtatem idem ſalvator noſter ſuo apoſtolo B. Petro contulerit in cœlo ac terra, B luciditſime nobis idem venerabilis pater edixit; dum fidelem eum in ſua interrogatione inveniens, ait: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam* (f) Advertite potentes, & aure cordis intendite, quid bonus magiſter & dominus ſuo diſcipulo adjunxit, inquiens (g) *Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis.* (h) Mirum eſt hoc valde & glorioſum, in terra ligare & ſolvere, & in cœlo ligatum & ſolutum eſſe. Et dum hæc, prædicante beato Silveſtro, agnoſcerem, & beneficiis ipſius Petri (i) integerrime ſanitati me comperirireſtitutum.

Pſal. 113
Matth. 16.
Ibidem.
Diſt. 96. Conſtantinus imperator quarta diſt. &c.

C Δέον * ἐκρίναμεν μετὰ πάντων τῶν σατραπῶν ἡμῶν, καὶ πάσης τῆς συγκλήτου, καὶ τῶν ἀρχόντων, καὶ μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ τοῦ ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τῆς Ῥωμαϊκῆς δόξης, ἵνα ὡς ὁ ἅγιος Πέτρος ἐκ προσώπου τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐστὶν εἰς τὴν γῆν, οὕτω καὶ οἱ ἐπίσκοποι οἱ διάδοχοι τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, ἀρχικὴν ἐξουσίαν εἰς τὴν γῆν ἔχωσι, πλέον παρ' ὃ ἔχει ἡ βασιλεία τῆς δόξης ἡμῶν, καὶ τοῦτο, παρεχωρήθη ἀφ' ἡμῶν, καὶ ἀπὸ τῆς βασιλείας ἡμῶν. καὶ θέλομεν ἡμεῖς αὐτὸν τὸν κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων, καὶ τοὺς διαδόχους αὐτοῦ ἐκ προσώπου αὐτοῦ πρώτους πρὸς τὸν Θεὸν πατέρας εἶναι καὶ δεφένσωρας. καὶ ὥσπερ ἡ βασιλικὴ ἐξουσία D ἡμῶν εἰς τὴν γῆν σέβεται καὶ τιμᾶται, οὕτω θεσπίζομεν σέβεσθαι καὶ τιμᾶσθαι τὴν ἁγίαν τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν, καὶ πλέον παρὰ τὴν βασιλείαν ἡμῶν, καὶ τὸν γήϊνον θρόνον, τὴν ἁγίαν καθέδραν τοῦ ἁγίου Πέτρου δοξάζεσθαι καὶ ὑψοῦσθαι. διδόντες αὐτῇ δύναμιν καὶ δόξης ἀξίωμα, καὶ διαχέροντες θεσπίζομεν, ἵνα ἔχῃ ἐξουσίαν ἀρχικὴν, καὶ εἶναι ταύτην κεφαλὴν τῶν τεσσάρων θρόνων, ἤτοι τοῦ θρόνου τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἀντιοχείας, τῶν Ἱεροσολύμων, καὶ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἁπλῶς εἰς ὅλας τὰς ἐκκλησίας ἁπάσης τῆς οἰκουμένης. καὶ ὁ ἐπίσκοπος ὁ μέλλων εἶναι εἰς τὴν ἁγίαν τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν, ὀφείλει E εἶναι ἔνδοξος καὶ ὑψηλότερος παρὰ πάντας τοὺς ἱερεῖς τοῦ κόσμου. καὶ εἴτι ἐστὶ πρὸς θεραπείαν τοῦ Θεοῦ καὶ πρὸς διόρθωσιν καὶ στερέωσιν τῆς πίστεως τῶν Χριστιανῶν, ἵνα κρίνηται παρ' αὐτοῦ. δίκαιον γάρ ἐστιν, ἵνα ἐκεῖσε ὁ ἅγιος νόμος ἔχῃ τὴν κεφαλὴν καὶ ἀρχὴν, ὅπου ὁ ἅγιος νομοθέτης, ὁ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, τὸν μακάριον ἀπόστολον Πέτρον ἐκέλευσε κρατεῖν τὴν καθέδραν,

καὶ

[*] Græca iſta fragmenta Theodoro Balſamone accepta referimus in ſcholiis ad caput 1. Tituli 8 Nomocanonis Photiani pag. 919 bibl. juris canonici.

(a) *Luc.* Sareptem (b) *Luc.* ſatrapibus (c) in *Luc.* deeſt *veniam* (d) *Luc.* natus (e) *Luc.* inſerit *in me* (f) *Luc.* ad veritatem (g) Luc. inſerit, *& tibi dabo claves regni cælorum quodcumque.* (h) *Luc.* inſerit *& quodcumque ſolveris ſuper terram erit ſolutum & in cælis &c.* (i) *Luc.* integre.

καὶ ὅπου τὸ πάθος τοῦ σταυροῦ ἔπαθε, καὶ μακαρίου θανάτου ποτήριον ἔπιε, καὶ ἐγένετο ἀκόλουθος τοῦ μαΐστωρος καὶ κυρίου αὐτοῦ. καὶ ἐκεῖ τὰ ἔθνη ἵνα κλίνωσι τοὺς κεφαλὰς αὐτῶν, διὰ τὴν ἐξομολόγησιν τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ, ὅπου ὁ διδάσκαλος αὐτῶν ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλος, διὰ τὸν Χριστὸν ἐκτείνας τὸν τράχηλον, στέφανον τοῦ μαρτυρίου ἐδέξατο. καὶ ἕως τὸ τέλος τοῦ κόσμου, ἵνα ἀναζητῶσι τὸν διδάσκαλον, ὅπου τὰ τῶν ἁγίων λείψανα ἀναπαύονται· καὶ ἐκεῖ ὕπτιοι καὶ εἰς τὴν γῆν ἡπλωμένοι, τοῦ οὐρανίου βασιλέως καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δουλεύωμεν ὀφφίκια, ὅπου ἐδουλεύσαμεν τῷ ὑπερηφάνῳ ἐκείνῳ βασιλεῖ.

[a] Utile *ſ* judicavimus, una cum omnibus noſtris ſatrapis, & univerſo ſenatu, optimatibuſque meis, etiam & cuncto populo Romanæ gloriæ imperio ſubjacenti, ut ſicut in terris ſanctus Petrus vicarius filii Dei eſſe videtur conſtitutus, etiam & pontifices, qui [b] ſucceſſores ſunt ipſius principis apoſtolorum, principatus poteſtatem, amplius quam terrena imperialis noſtræ ſerenitatis manſuetudo habere videtur, conceſſam a nobis noſtroque [c] imperio obtineant, eligentes nobis ipſum principem apoſtolorum, & ejus ſucceſſores, firmos apud Deum eſſe patronos. Et ſicut noſtram [d] terrenam imperialem potentiam, ſic ejus ſacroſanctam Romanam eccleſiam decrevimus veneranter honorari, & amplius quam noſtrum imperium & terrenum thronum, ſedem ſacratiſſimam beati Petri glorioſe exaltari, tribuentes ei poteſtatem & gloriæ dignitatem atque vigorem & honorificentiam imperialem: atque decernentes *g* ſancimus, ut principatum teneat tam ſuper quatuor præcipuas ſedes, Antiochenam, Alexandrinam, Hieroſolymitanam, & [e] Conſtantinopolitanam quamque etiam ſuper omnes in univerſo orbe terrarum Dei eccleſias. Et pontifex, qui pro tempore ipſius ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ extiterit, celſior & princeps cunctis ſacerdotibus totius mundi exiſtat, & ejus judicio, quæque ad cultum Dei, vel fidei Chriſtianorum ſtabilitatem procuranda fuerint, diſponantur. Juſtum quippe eſt, ut ibi lex ſancta caput teneat principatus, ubi ſanctarum legum inſtitutor, ſalvator noſter, beatum Petrum apoſtolatus obtinere præcepit cathedram: ubi & crucis patibulum ſuſtinens, beatæ mortis ſumpſit poculum, ſuique magiſtri & domini imitator apparuit. Et ibi gentes pro Chriſti nominis confeſſione colla flectant, ubi eorum doctor beatus Paulus apoſtolus pro Chriſto, extenſo collo, martyrio coronatus eſt. Illic uſque in finem quærant doctorem, ubi ſanctum doctoris quieſcit corpus. & ibi proni ac humiliati, cœleſtis regis Dei ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti famulentur officio, ubi [f] ſuperbi terreni regis ſerviebant imperio.

Interea noſſe volumus omnem populum univerſarum gentium ac nationum per totum orbem terrarum, conſtruxiſſe *h* nos intra palatium noſtrum Lateranenſe eidem ſalvatori noſtro domino Deo Jeſu Chriſto eccleſiam a fundamentis cum baptiſterio, & duodecim nos ſciatis de ejus fundamentis, ſecundum numerum duodecim apoſtolorum, cophinos terræ onuſtatos propriis aſportaſſe humeris: quam ſacroſanctam eccleſiam, caput & verticem omnium eccleſiarum in univerſo orbe terrarum dici, coli, venerari, ac prædicari ſancimus, ſicut per alia noſtra imperialia decreta conſtituimus. Conſtruximus quoque eccleſias beatorum Petri & Pauli [*] primorum apoſtolorum, quas auro & argento locupletavimus, ubi & ſacratiſſima eorum corpora cum magno honore recondentes, thecas ipſorum ex [a] electro (cui nulla fortitudo prævalet elementorum) conſtruximus, & crucem ex auro puriſſimo, & gemmis pretioſiſſimis, per ſingulas eorum thecas poſuimus, & clavis aureis confiximus. Quibus eccleſiis pro concinnatione luminariorum, poſſeſſionum prædia contulimus, & rebus diverſis eas [b] ditavimus, & per noſtram imperialem juſſionem ſacram, tam in oriente, quam in occidente, vel etiam ſeptemtrionali & meridiana plaga, videlicet in Judæa, Græcia, Aſia, Thracia, Africa & Italia, vel diverſis inſulis, noſtra largitate eis libertatem conceſſimus, ea prorſus ratione, ut per manus beatiſſimi patris noſtri Silveſtri pontificis ſucceſſorumque ejus omnia diſponantur. Gaudeat ergo una nobiſcum omnis populus, & gentium nationes in univerſo orbe terrarum; & exhortantes, monemus omnes, ut Deo noſtro & ſalvatori Jeſu Chriſto immenſas una nobiſcum referant gratias; quoniam ipſe Deus in cœlis deſuper, & in terra deorſum, nos per ſuos ſanctos apoſtolos viſitans, ſanctum baptiſmatis ſacramentum percipere & corporis ſanitatem, dignos effecit.

[*] Παραδιδόαμεν οὖν αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, τοῖς μακαρίοις κυρίοις μου, τῷ Πέτρῳ καὶ Παύλῳ, καὶ μετ' αὐτοὺς τῷ μακαρίῳ Σιλβέστρῳ τῷ πατρὶ ἡμῶν, τῷ μεγάλῳ ἐπισκόπῳ, καὶ καθολικῷ πάπᾳ τῆς πόλεως Ῥώμης, καὶ πᾶσι τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ, οἵτινες ἕως τοῦ τέλους τοῦ κόσμου μέλλουσι προκαθέζεσθαι εἰς τὸν θρόνον τοῦ μακαρίου Πέτρου ἀπὸ τῆς σήμερον, τὸ ἡμέτερον βασιλικὸν παλάτιον τὸ Λατερανέσιον, τὸ ὑπερβαῖνον καὶ ὑπερνικοῦν τὰ τοῦ ὅλου κόσμου παλάτια· ἐπέκεινα δὲ καὶ τὸ διάδημα ἤτοι τὸν στέφανον τῆς κεφαλῆς ἡμῶν· ἅμα καὶ τὸν λῶρον, καὶ τὸ ὠμοφόριον, ὅπερ κυκλοῖ τὸν βασιλικὸν τράχηλον· ἅμα δὲ καὶ τὴν πορφυρᾶν χλαμύδα, καὶ χιτῶνα κόκκινον, καὶ πάντα τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα, καὶ τὰ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων· ὁμοίως καὶ τὰ βασιλικὰ σκῆπτρα, καὶ πάντα τὰ σίγνα καὶ τὰ [*] βάντα, καὶ τὰ λοιπὰ κοσμήματα τῆς βασιλικῆς μεγαλειότητος, καὶ τὴν δόξαν τῆς ἡμῶν ἐξουσίας. ἄνδρας τε εὐσεβεστάτους κληρικοὺς πολλῶν τάξεων τῇ αὐτῇ ἁγίᾳ Ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ δουλεύοντας, θεσπίζομεν κοσμεῖσθαι, καὶ ἔχειν ἐκείνην τὴν ὑψηλότητα καὶ μεγαλωσύνην, ἣν κεκόσμηται ἡ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν, ἤτοι οἱ πατρίκιοι, καὶ οἱ κωνσοῦλοι, ἤτοι οἱ ὕπατοι, καὶ τὰ λοιπὰ ἀξιώματα. καὶ ἡ βασιλικὴ στρατιὰ κεκόσμηται, οὕτω θεσπίζομεν κοσμεῖσθαι, καὶ τὸν κλῆρον τῆς ἁγίας Ῥώμης ἐκκλησίας, καὶ οἷον τρόπον ἡ βασιλικὴ δύναμις διὰ πολλῶν ὀφφικίων κεκόσμηται, ἤτοι κουβουκλαρίων, πορτιερίων ἐξκουβίτων, οὕτως καὶ τὴν ἁγίαν τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν κοσμεῖσθαι θέλομεν. καὶ ἵνα κατὰ πλάτος τὸ ἐπισκοπικὸν, φῶς ὑπερλάμπῃ, θεσπίζομεν καὶ τοῦτο, ἵνα οἱ κληρικοὶ τῆς ἁγίας Ῥωμαίων ἐκκλησίας καβαλλικεύωσιν ἄλογα, κεκοσμημένα διὰ ὀθονίων λευκῶν. καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φέρει ὑποδήματα, ἤτοι σανδάλια λευκὰ διὰ ὀθονίων, οὕτως καὶ τὰ οὐράνια, ὡς καὶ τὰ γήϊνα, πρὸς αἰνε-

a Quidam codices poſt titulum ſic incipiunt: Poſtquam docente B. Silveſtro trina merſione verbi ſalutis purificatum, & ab omni lepræ ſqualore mundatum beneficio BB. Petri, & Pauli apoſtolorum cognovi, utile &c.

b qui ipſius P. A. gerunt vices

c Auguſtam conjugem minus recte vertit Henr. Agylæus, ut dicemus in notis cum aliis ejuſdem generis.

d noſtra eſt & potentia,

e in c. MS Luſelli hæc præponitur præcedenti & tertio loco numeratur ſecus atque apud Juſtinianum Novella 131 in principio & in concilio Chalcedonenſi can. 28 & alibi ubi poſt Romanam cæteris præmittitur

f ſuperbo.

* principum.

a æs Cyprium appellat Ado in chronico quinque pedes craſſum. Diſt. 96. Conſtantinus imp. 4. die

b decoravimus

* Ex eodem Balſamone, loco citato.

* Βάνδα

αἴνεσιν τοῦ Θεοῦ. Ὑπέκεινα δὲ πάντων, διδόαμεν ἄδειαν, καὶ παραχωροῦμεν αὐτῷ τῷ ἁγιωτάτῳ πατρὶ ἡμῶν τῷ Σιλβέστρῳ ἐπισκόπῳ καὶ πάπᾳ πόλεως Ῥώμης, καὶ πᾶσι τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ μακαρίοις ἐπισκόποις εἰς τιμὴν καὶ δόξαν τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς τὴν αὐτὴν μεγάλην καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν, ἵνα ἐάν τις τῆς συγκλήτου βουληθῇ μετ' ἰδίου θελήματος ἐπιστρέψει γίνεσθαι κληρικὸς, καὶ ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ἁγίων κληρικῶν συναριθμεῖσθαι, μή τις τολμᾷ ἀπὸ πάντων ἐμποδίζειν τοῦτο. ἐθεσπίσαμεν δὲ πρὸς τούτοις, ἵνα καὶ ὁ αὐτὸς θεοσεβὴς πατὴρ ἡμῶν Σίλβεστρος, μέγας ἐπίσκοπος, καὶ πάντες οἱ διάδοχοι αὐτοῦ καὶ ἐπίσκοποι, ἵνα φορῶσι τὸ διάδημα, ἤτοι τὴν στεφάνην, ἣν παρεδώκαμεν αὐτῷ ἐκ τῆς κεφαλῆς ἡμῶν, ἐκ χρυσίου καθαροῦ καὶ μαργαριταρίων ἀτιμήτων. καὶ ἵνα αὐτοὶ χρήσωνται εἰς τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, εἰς τιμὴν τοῦ ἁγίου κορυφαίου καὶ ἀποστόλου. αὐτὸς δὲ ὁ μακαριώτατος πάπας Σίλβεστρος ὑπὲρ τὴν στεφάνην, ἤτοι τὴν παπαλήθραν, ἣν εἶχε πρὸς δόξαν τοῦ ἁγίου Πέτρου, οὐκ ἤθελε βαστάζειν στεφάνην ἐκ χρυσίου, ἢ μαργαριταρίων. ἡμεῖς δὲ, διότι οὐκ ἤθελεν ὁ ἅγιος Σίλβεστρος ἐκ χρυσίου στεφάνην, τὸν ὑπέρλαμπρον λῶρον, σημαίνοντα τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν, τῇ ἁγίᾳ κεφαλῇ αὐτοῦ ἰδίαις χερσὶν ἐπεθήκαμεν. καὶ κρατοῦντες τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου αὐτοῦ διὰ τὴν προσκύνησιν καὶ τὸν φόβον τοῦ ἁγίου Πέτρου, στράτορος ὀφφίκιον ἐποιήσαμεν, θεσπίζοντες, ἵνα πάντες οἱ διάδοχοι αὐτοῦ τῷ λώρῳ χρήσωνται εἰς τὰς προελεύσεις, πρὸς μίμησιν τῆς βασιλείας. Διὰ τοῦτο δὲ, ἵνα μὴ τὸ ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς καταφρονῆται, ἀλλὰ πλέον παρὰ τὴν βασιλείαν ἡμῶν τὴν γηΐνην, καὶ κράτους δόξῃ κοσμῆται. ἰδοὺ τὸ παλάτιον ἡμῶν, ὡς προείπομεν, καὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν, καὶ πάσης τῆς Ἰταλίας ἢ δυσμῶν χωρῶν ἐπαρχίας, τόπους, καὶ κάστρα τῷ προγεγραμμένῳ μακαριωτάτῳ ἐπισκόπῳ, καὶ πατρὶ ἡμῶν, Σιλβέστρῳ, καθολικῷ πάπᾳ, παραδιδόαμεν, καὶ ἀφήκαμεν αὐτῷ, καὶ τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ ἐξουσίαν καὶ δύναμιν στερεὰν βασιλικὴν τοῦ προστάγματος, διὰ ταύτης τῆς θείας κελεύσεως, καὶ πραγματικὸν σύστημα, ἐθεσπίσαμεν διαμένειν καὶ * τοῖς ἀνδράσι τῆς ἁγίας τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας εἰς τὸν αἰῶνα παρεχωρήσαμεν. διὰ τοῦτο δὲ χρήσιμον ἐνοήσαμεν τὴν βασιλείαν ἡμῶν, καὶ τὸ κράτος τῆς βασιλείας, εἰς τὰς ἀνατολικὰς χώρας μεταφέρειν, καὶ ἐν τῇ Βυζαντίᾳ χώρᾳ, τόπῳ χρησίμῳ τὴν πόλιν ἐπὶ τῷ ὀνόματι ἡμῶν ἱδρυθῆναι, καὶ τὴν ἡμῶν βασιλείαν ἐκεῖ συστῆναι. διότι ὅπου ἐστὶν ἀρχικὴ ἱερατεία, καὶ ἡ κεφαλὴ τῆς χριστιανικῆς θρησκείας, ἀπὸ τῶν οὐρανῶν διδομένη. ἄδικόν ἐστιν, ἵνα ἐκεῖ ὁ γήϊνος βασιλεὺς ἔχῃ τὴν ἐξουσίαν.

* viris videtur legiſſe Balſamon, aut quis alius hujus edicti interpres, cum Lat. habeat textus juri vel injuræ.

Pro quo concedimus ipſis ſanctis apoſtolis, dominis meis beatiſſimis Petro & Paulo, & per eos etiam beato Silveſtro patri noſtro, ſummo pontifici, & [b] univerſalis urbis Romæ papæ, & omnibus ejus ſucceſſoribus pontificibus, qui uſque in finem mundi in ſede beati Petri erunt ſeſſuri, atque de præſenti contradimus palatium imperii *i* noſtri Lateranenſe, quod omnibus in toto orbe terrarum præfertur atque præcellit

b univerſali Diſt. 95. Conſtantinus Imp. 4. dic.

A palatiis: deinde diadema, videlicet coronam capitis noſtri, ſimulque [a] phrygium, id eſt, mitram, necnon & ſuperhumeralem, videlicet lorum, quod imperiale circumdare aſſolet collum: verum etiam & chlamydem purpuream atque tunicam coccineam, & omnia imperialia indumenta, ſed & dignitatem imperialium præſidentium equitum; conferentes etiam & imperialia ſceptra, ſimulque & [b] cuncta ſigna, atque banta etiam, & diverſa ornamenta imperialia, & omnem proceſſionem imperialis culminis, & gloriam poteſtatis noſtræ. Viris autem reverendiſſimis clericis in diverſis ordinibus eidem ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſervientibus, illud culmen ſingularitate, potentia & præcellentia ha-
B bere ſancimus, cujus ampliſſimus noſter ſenatus videtur gloria [c] adorari, id eſt, patricios atque [d] conſules effici, necnon & ceteris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorari. Et ſicut imperialis militia ornatur, ita & clerum ſanctæ Romanæ eccleſiæ ornari decernimus. Et quemadmodum imperialis potentia officiis diverſis, cubiculariorum nempe & oſtiariorum, atque omnium [e] excubitorum, ornatur; ita & ſanctam Romanam eccleſiam decorari volumus. Et ut ampliſſime pontificale decus præfulgeat, decernimus & hoc, clericorum ejuſdem ſanctæ Romanæ eccleſiæ [f] manipulis & linteaminibus, id eſt, candidiſſimo colore [g] decorari equos, & ita equitare. Et ſicut noſter
C ſenatus calceamentis utitur cum udonibus, id eſt, candido linteamine illuſtratis, ſic utantur & clerici; & ſic cœleſtia ſicut terrena ad laudem Dei decorentur. Præ omnibus autem licentiam tribuimus ipſi ſanctiſſimo patri noſtro Silveſtro urbis Romæ epiſcopo & papæ, & omnibus qui poſt eum in ſucceſſum, & perpetuis temporibus advenerint, beatiſſimis pontificibus, pro honore & gloria Chriſti Dei noſtri, in eadem Dei magna catholica & apoſtolica eccleſia, ex noſtro [h] indicto, ut quem placatus proprio conſilio * clericali voluerit, & in numero religioſorum clericorum connumerare, nullum ex omnibus præſumentem ſuperbe agere. Decrevimus itaque & hoc, ut idem vene-
D rabilis pater noſter Silveſter ſummus pontifex, & omnes ejus ſucceſſores pontifices, diademate (videlicet corona, quam ex capite noſtro illi conceſſimus) ex auro puriſſimo & gemmis precioſis uti debeant, & in capite ad laudem Dei & pro honore beati Petri geſtare. Ipſe vero beatiſſimus papa, quia ſuper [i] coronam clericatus, quam gerit ad gloriam beati Petri, omnino ipſa ex auro non eſt paſſus uti corona: nos [k] phrygium quoque candidi nitoris, ſplendidam reſurrectionem dominicam deſignans, ejus ſacratiſſimo vertici manibus noſtris impoſuimus. & tenentes frænum equi illius, pro reverentia beati Petri, ſtratoris officium illi exhibuimus; ſtatuentes, eodem phrygio omnes
E ejus ſucceſſores ſingulariter uti in proceſſionibus ad imitationem imperii noſtri. Unde ut pontificalis apex non vileſcat, ſed amplius etiam quam terreni imperii dignitas, & gloriæ potentia decoretur: ecce tam palatium noſtrum, ut prædictum eſt, quamque urbem Romam & omnes totius Italiæ & occidentalium regionum provincias, loca & civitates, [l] præfato beatiſſimo pontifici noſtro Silveſtro univerſali papæ * concedimus atque relinquimus, & ſucceſſorum ipſius pontificum poteſtati & ditioni, firma imperiali cenſura, per hanc divalem noſtram & prag-

a frigium. Nota phrygium ex pennis pavonum factum.

b conta atque ſigna, banda etiam &c. *apud Albericum de Roſate* baltheum *legis*.

c adornari

d *in Gr. verſ.* καὶ οἱ πατρίκιοι ὕπατοι.

e excubiarum

f *mappulis omnino legendum eſt*

g eorum

h ſynclitu

* clericale, ita & MSS. codices & qq. editiones.

i tonſuram clericalem, στέφανον παπαλήθρας.

k Phrygium candido nitore ſplendidum, *vel, ut habet MS. Juſtelli*, frigium vero candido ſplendore nitidum, *alii* aurifrygium.

l ſeprafato

* contradentes atque relinquentes

pragmaticum conſtitutum, decernimus diſponen- A dum, atque [a] juri ſanctæ Romanæ eccleſiæ concedimus [b] permanſurum. Unde congruum proſpeximus, noſtrum imperium & regni poteſtatem in orientalibus transferri ac tranſmutari regionibus, & in [c] Byzantiæ *k.* provinciæ optimo loco, nomini noſtro civitatem ædificari, & noſtrum illic conſtitui imperium: quoniam ubi principatus ſacerdotum & Chriſtianæ religionis caput ab imperatore cœleſti conſtitutum eſt, juſtum non eſt ut illic imperator terrenus habeat poteſtatem.

a in jure
b permanendum ſeu permanenda.

Byzantia provincia

Hæc vero omnia, [d] & per alia divalia decreta ſtatuimus atque confirmavimus, uſque in finem mundi illibata & inconcuſſa [*] permanere decernimus. Unde coram Deo vivo, qui nos B regnare præcepit, & coram terribili ejus judicio obteſtamur, per hoc noſtrum imperiale conſtitutum, omnes noſtros ſucceſſores imperatores, vel cunctos optimates, ſatrapas, etiam ampliſſimum ſenatum, & univerſum populum, in toto orbe terrarum, nunc & in poſterum cunctis retro temporibus imperio noſtro ſubjacentem, nulli eorum quoquo modo licere, hæc quæ a nobis imperiali ſanctione ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, vel ejus omnibus pontificibus conceſſa ſunt, refragari aut confringere, vel in quoquam [*] convellere. Si quis autem (quod non credimus) in hoc temerator, aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus ſubjaceat innodatus, & ſanctos Dei principes apoſtolorum C Petrum & Paulum ſibi in præſenti & futura vita ſentiat contrarios, atque in inferno inferiori concrematus, cum diabolo & omnibus deficiat impiis.

d quæ per hanc noſtram imperialem ſacram & per a. a.
* permanſura
* convel.

Τοῦτο δὲ τὸ ὕφος τῆς βασιλείας ἡμῶν ἰδίαις χερσὶ κατηστρώσαντες εἰς τὰ τίμια λείψανα τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ κορυφαίου Πέτρου ἐθήκαμεν, καὶ ἐκεῖ ὠμόσαμεν, πάντα ταῦτα ἀπαρασάλευτα διαφυλάττειν. καὶ τοὺς διαδόχους ἡμῶν βασιλεῖς ἐντολαῖς ὡρισμέναις ἡμῶν ταῦτα φυλάττειν παραδεδώκαμεν. τῷ πατρὶ ἡμῶν τῷ ἁγίῳ καὶ καθολικῷ ἐπισκόπῳ καὶ πάπᾳ νῦν δι' αὐτοῦ πᾶσι τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ ἐπισκόποις, τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ προσνεύοντος, παραδεδώκαμεν ὅλα τὰ προγεγραμμένα καλῶς εἰς τὸν αἰῶνα διαφυλάττεσθαι.

Hujus vero imperialis decreti noſtri paginam propriis manibus roborantes, ſuper venerandum corpus beati Petri principis apoſtolorum poſuimus, ibi eidem Dei apoſtolo ſpondens, nos cuncta inviolabiliter conſervare, & noſtris ſucceſſoribus imperatoribus conſervanda in mandatis relinquere, ac beato patri noſtro Silveſtro ſummo pontifici & univerſali papæ, ejuſque cunctis ſucceſſoribus pontificibus, domino Deo & ſalvatore noſtro Jeſu Chriſto annuente, tradimus [e] perenniter atque feliciter poſſidenda.

e tradidi

Et ſubſcriptio imperialis: Divinitas vos conſervet per multos annos ſanctiſſimi ac beatiſſimi patres. Datum Romæ, ſub tertio die Kalendarum Aprilium, domino noſtro Flavio Conſtantino Auguſto quater & Gallicano viris clariſſimis conſulibus.

## Notæ Severini Binii.

[a] *Edictum.*) Ea quæ de dominio & temporali regno Romanæ ſedi collato hic enarrantur, veriſimilia eſſe, præter illa quæ ſupra in notis præcedentis epiſtolæ diximus, ipſius imperatoris nunquam ſatis laudata munificentia, in religionem Chriſtianam pietas, ſuperſtitionis gentilitiæ juſta æmulatio, ſatis aperte teſtantur. Quod Francorum Chriſtianiſſimi principes ſuis ipſorum diplomatibus, ea a Longobardis ablata, ſe Romanæ eccleſiæ reſtituere profeſſi ſunt, magnum ſane de collatis a Conſtantino Romanæ eccleſiæ muneribus argumentum eſt. Nam ſi jam ante collata illa a Francorum regibus privilegia, dominio rerum Romana eccleſia potiebatur, non aliunde ſane, quam jure ſibi illud vendicaſſe potuit: certiſſimum enim eſt, nulla vi armorum, aut violenta graſſatione id factum eſſe, cui imperatores orientales, (qui Romanæ eccleſiæ, quam ſub tributo redigere tentarunt, non parum infenſi erant,) non quidem non reclamarunt, aut contradixerunt, ſed potius ampliſſimis privilegiis ratum habuerunt. Hoc edictum a Græcis perfida donatione, quo juxta illud Virg. 2. Æneid. *Timeo Danaos & dona ferentes*, donare ſolent acceptum, mutilatum eſſe, ac doloſe depravatum, hæ rationes evidenter demonſtrant. Principio enim primatum eccleſiæ Romanæ Conſtantino imperatori homini laico acceptum refert, quem ab ipſo Deo & domino noſtro Jeſu Chriſto eidem in Petro collatum eſſe, ex iis quæ ſupra in notis ad vitam Petri, & alibi ſæpe diximus aperiſſime conſtat. Petro enim & Petri ſucceſſoribus dictum eſt illud Matth. 16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis*, &c. *Hic eſt*, ait Epiph. in Ancorato, *qui audivit, paſce oves meas, cui concreditum eſt ovile.* Oves ergo ſuas non unius civitatis, aut regni, ſed totius orbis terrarum, non unius ſæculi, ſed eas etiam, quæ uſque ad mundi conſummationem futuræ erunt, Petro ac Petri ſucceſſoribus Chriſtus dominus paſcendas, & gubernandas ipſe tradidit. Itaque non ſine dolo & fraude homini attribuitur, quod Deo auctori eſt attribuendum. Secundo, hoc eodem edicto idem imperator Conſtantinopolitanæ eccleſiæ patriarchalem dignitatem contuliſſe narratur. Quod ſi verum eſt, quomodo Anatolius Conſtantinopolitanus epiſcopus, poſt Chalcedonenſe concilium abſolutum, hanc dignitatem patriarchalem, Leone, Gelaſio, aliiſque Romanis pontificibus reclamantibus, ſibi vendicaſſe ſcribitur? Quomodo Conſtantinopolitana eccleſia patriarchalis eſſe potuit hoc tempore, quo nomen Conſtantinopolis Byzantio nondum impoſitum fuit? Quare eadem fide Conſtantinopolitanam, patriarchatus, Romanam, primatus honore ac dignitate ab imperatore donatam eſſe, credere licet. Vide quæ diximus ſupra in notis ad epiſt. 3. Anacleti.

Edictum donationis a Græcis corruptum eſſe, probatur duplici ratione.

* Potuit æque a Latinis id fieri hiſtoriæ ignaris, ut quædam alia. Prima ratio.

Secunda ratio.

Hoc edictum de Conſtantini donatione, ex actis Silveſtri papæ, ſub Euſebii Cæſareenſis nomine falſo Græce ſcriptis, primum [*] edidit Theodorus Balſamon, non ut rem gratam faceret Romanæ eccleſiæ; ſed ut Conſtantinopolitanum patriarchatum oſtenderet antiquiſſimum. Conſtat enim duplicia reperiri acta Silveſtri, Latina primum, quæ & ad Græcos ſunt derivata, ut quæ habentur in pleriſque antiquis codicibus, & ex Latinis accepta, quæque a Metaphraſte, Zonara, Cedreno, ab Hadriano I. in epiſt. 1. ad Conſtantinum & Irenem imperatores, & epiſt. 3. ad Carolum regem Francorum D ſummatim recitantur. Alia quæ poſt hæc non ante milleſimum Chriſti annum cognita ab aliquo Græcorum commenta fuerunt, & ſub Euſebii nomine ex libro de martyribus prodierunt, & hoc Conſtantini edicto a Græcis [*] Græce ſcripto, a Theodoro Balſamone in commentariis ſuper nomocanone Photii recitato, aucta fuiſſe noſcuntur, in Romanæ eccleſiæ odium & ſui utilitatem. In odium, inquam, Romanæ eccleſiæ, ut quæ ipſa poſſidet, non a Chriſto (quod ſanctiſſimos Romanos pontifices Gelaſium, Nicolaum, alioſque adverſus Græcos agentes ſæpius proteſtatos eſſe infra videbitur) ſed a Conſtantino imperatore ea accepiſſe diceretur: in ſui vero utilitatem, eo quod in hoc edicto affirmatur, jam antiquitus ſub Conſtantino eccleſiam Conſtantinopolitanam patriarchalem eſſe: quod a S. Leone, Gelaſio, aliiſque pontificibus impugnatum fuiſſe, ſub ſequentibus pontificibus cognoſcemus.

* falſum. cum longe ante tempora Balſamonis ſive annum 1194. donationem integram, aut ſaltem ejus maximam partem ſuis operibus intexuerint Iſidorus Mercator, Leo IX. Damianus. Ivo, Gratianus &c. ut Othonis III. diploma, & alia omittam de quibus in notis.

* videtur potius e Latina lingua in Græcam fuiſſe tranſlatam. idque probant vel ipſa fragmenta a Balſamone exhibita.

Novatores hæretici magno conatu, ſtudioque inani hoc Conſtantini edictum e Græco in Latinum tranſlatum impugnantes, ſciant ſe in his potius noſtram cauſam agere, quam contra nos pugnare, qui profitemur E cum Irenæo, Cypriano, aliiſque ſanctis patribus tam Græcis quam Latinis, Romanæ eccleſiæ privilegia non ab hominibus, ſed a Chriſto in Petrum, a Petro in ſucceſſores eſſe collata & tranſfuſa.

A ſuis quoque Græcis id facinus amolitur Leo Allatius pag. 216. Concordiæ. & Baronium tacito nomine refellit.

Dominia rerum temporalium eccleſiæ collatarum, ipſorum impp. donantium diplomatibus in originali extantibus, ipſa probat & quiete poſſidet. Jura autem eidem Romanæ eccleſiæ conceſſa S. Leo, Felix, Romanus, Gelaſius, Hormiſda, Gregorius, aliique ſucceſſores pontifices, qui a Conſtantini temporibus claruerunt, non hujus edicti Conſtantiniani, ſed potius divina & evangelica auctoritate contra earumdem impugnatores ſemper defenderunt. Nemo omnium eorum qui ante annum [*] milleſimum eccleſiæ præſederunt, quorum plures germana acta Silveſtri, de quibus ſupra, viderunt, & recitarunt, hujus

* Iſidorus Mercator vixiſſe creditur anno circiter Chriſti 800.

Donatio Conſtantini defenditur.

jus edicti ullam mentionem feciſſe legitur : ſutpore quod ipſis actis commentitium edictum a Græcis impoſtoribus necdum ſuperadditum fuerit . Inter eos qui acta Sylveſtri hujus commentitii edicti additamento mala arte, mala fide Græcorum corrupta, ex oriente in occidentem tranſlata bona fide acceperunt, eaque tanquam germana ac legitima & ab omni impoſtura & fraude pura defenderunt, primus reperitur fuiſſe Leo papa IX. qui in epiſtola ad Michaelem Conſtantinopolitanum, & Leonem Acridanum epiſcopos anno redemptoris 1054. hujus edicti Conſtantiniani de donatione Silveſtro facta meminit. Ex quo cum eidem multum fidei & auctoritatis acceſſerit, factum eſſe credo, quod poſterorum etiam graviſſimorum & doctiſſimorum plurimi abſque aliqua ſuſpicione fraudis & impoſturæ, idem bona fide legerint & receperint. Tempore Benedicti papæ XII. anno nimirum Chriſti 1339. ſub nomine Othon. III. imp. diploma quodam apud Baron. tom. 12. integre excuſum in lucem merſit, " quo hoc idem de donatione facta edictum Conſtantinianum ab auctore Joanne diacono effictum & excogitatum eſſe ſcribitur : ſed cum illud diploma multis iiſdemque firmiſſimis argumentis a Baron. ibidem impugnetur, iiſque ejuſdem auctoritas enervetur ; ad profligandum latius ſæpe nominatum Conſtantini edictum, relicto illo Othonis ſuppoſititio diplomate, addo quod Gregor. VII. Alexander III. aliique poſteri pontifices jurium eccleſiæ acerrimi defenſores, hujus edicti velut rei vere geſtæ non meminerunt ; quodque Pipinus & Carolus Othone anteriores, Henricus, aliique impp. in ſuis diplomatibus, quibus S. Petro urbes & regiones donarunt, munificentiſſimi donatores, hoc Conſtantinianum edictum ne verbo quidem attigerint ; eaque de cauſa pontifices donatarii nullam querelam interpoſuerint, ſuſpectiſſimam reddunt fidem hujus edicti, quod juribus ac privilegiis eccleſiæ ſupra firmam petram fundatæ, certioribus nequaquam derogat, aut derogare poteſt.

" Illud etiam ſuo tempore lectori exhibebimus & de ejus ſuppoſitione noſtras quoque conjecturas apetiemus.

*b Ipſe enim.* ) Hadrianus pontifex epiſt. ad Conſtant. & Iren. quæ ſecundo concilio inſerta extat, hanc totam hiſtoriam eodem fere modo recenſet, adeoque veritatem hujus edicti confirmat. Vide quæ diximus ſupra in notis ad vitam Silveſtri.

Donatio Conſtantini Confirmatur.

*c Qui iſti dii eſſent Petrus & Paulus.* ) Sicut Manue pater Samſonis Jud. 13. cum angelum domini vidiſſet, uxori ſuæ dixit : *Moriemur, quia vidimus dominum* : & mulier de anima Samuelis 1. regum 28. *Deos vidi aſcendentes de terra* ; ita imperator apoſtolorum principes, quos homines eſſe noverat, deos appellat : vel quia de ipſis ſic apparentibus aliquid ſuper humanum mente concepit, vel demum tales eſſe deos cenſuit, de quibus ſcriptura pſal. 81. ait : *Ego dixi dii eſtis, & filii excelſi omnes.* Quo ſenſu idem imperator Conſtantinus ipſos epiſcopos, qui Nicææ ad concilium convenerant, deos nominavit. Vide Baron. ann. 324. num. 39.

Petrus & Paulus qua ratione dii appellentur.

*d Tunc idem venerabilis pater imagines apoſtolorum.* ) Venerandas imagines Petri & Pauli, atque in primis ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ad ſua quoque tempora in eccleſia conſervatas eſſe, ſeque eas aſpexiſſe, teſtatur Euſebius lib. 7. cap. 14. in fine his verbis : *Cum & nos Petri & Pauli apoſtolorum, & Chriſti etiam ipſius imagines in picturis colorum varietate expreſſas conſervataſque aſpexerimus*, &c. Quæ ſi in Palæſtina tot præliis devaſtata extabant, & viſebantur ; quanto magis Romæ eædem integræ atque ſinceræ eorumdem vultus accuratius exprimentes aſſervari potuerunt, ubi iidem apoſtoli diutius vixerunt, & tandem martyrio affecti fuerunt ?

Imagines Petri & Pauli in eccleſia primitiva ſervatæ.

*e Benedictoque fonte.* ) Baptiſterii nimirum, qui adhuc extat, & a Marcellino ejus ætatis ſcriptore ethnico lib. 27. hiſt. appellatur Conſtantinianum lavacrum : quibus verbis ipſe imperatoris baptiſmo, præter multorum aliorum ſcriptorum fidem, teſtimonium non contemnendum præbet.

Baptiſterium Conſtantini quomodo a Marcellino nominatum.

*f Utile judicamus una cum omnibus.* ) Hæc Græce & Latine habentur in nomocanone Photii epiſcopi Conſtantinopolitani. Vide quæ ſupra diximus, & notas, quæ juſſu Gregorii decimitertii additæ ſunt ad can. Conſtantinus diſt. 96. alioſque plures. Patrimonii S. Petri S. Gregorius I. in ſuis epiſtolis frequenter meminit.

*g Decernentes ſancimus.* ) Hæc quæ de primatu Romanæ, & patriarchali honore Conſtantinopolitanæ eccleſiæ collato ſubjunguntur, falſa ac ſurreptitia eſſe, ſupra diximus in principio.

*h Conſtruxiſſe nos intra palatium noſtrum.* ) De eccleſiis ab imperatore conſtructis, vide libellum de munificentia Conſtantini, & notas in eum conſcriptas ſupra.

*i Palatium imperii noſtri Lateranenſe.* ) Vide quæ diximus ſupra in notis ad epiſtolam de primitiva eccleſia.

*k In Byzantia provincia.* ) Conſtantinus paulo poſt baptiſmum novam Romam omnis idololatriæ expertem ædificare propoſuit : ideoque anno 324. Chriſti nati ab illius reſtauratione divino numine prohibitus, Byzantium profectus, eam urbem mirifice exornavit, ſuoque nomine & imperiali ſede condecoravit. Et ſane non ſine magna Dei providentia factum eſſe videtur, ut poſt tranſlatam imperii ſedem Conſtantinopolim, nullus unquam imperatorum orientalium vel etiam occidentalium ſedem Romam tranſtulerit. Zonaras de Conſtante Heraclii nepote ait, eum de imperio in urbem Romam transferendo cogitaſſe quidem, ſed nequaquam ſucceſſiſſe : ut intelligamus non ſine nutu divinæ voluntatis Romam urbium principem ſummo eccleſiæ principi deſtinatam eſſe. Vide quæ dicemus infra ad concil. Conſtant. 1.

Conſtantinopolis quando ædificari cœpta.

*l Conſtantino Auguſto quater, & Gallicano coſſ.* ) Duplex error in horum conſulum chronologia. Primo enim mendoſum eſt, Conſtantinum quartum conſulem, Gallicanum non Licinium habuiſſe collegam. Secundo erroneum eſt, res ſupra geſtas hoc conſulatu notari, qui in annum 315. Chriſti incidit : cum certum ſit ex præcedentibus, Conſtantinum non ante 324. annum Chriſti nati baptiſmate initiatum eſſe.

## OBSERVATIO PHILIPPI LABBE S. I.

Bartholomæus quidam Picernas de Monte-arduo e Græco quodam exemplari aſſeveravit ſe in Latinum vertiſſe ſermonem famoſæ hujus donationis edictum, & ea de re ad Julium II. Romanum pontificem epiſtolam dedit in hæc verba : *Cum inter legendum in hac tua celeberrima bibliotheca* ( Vaticanam, opinor, intelligit ) *beatiſſime pater, occurriſſet mihi libellus quidam Græcus, qui donationem Conſtantini continebat : æquum mihi viſum eſt illum e Græco in Latinum convertere, & eum tibi, ſanctiſſime pater, inſcribere debere, qui vicarius Chriſti & Petri ac Silveſtri ſucceſſor exiſtis. Quippe cum multi ſint, qui falſam Conſtantini donationem eſſe aſſeruerint : inter quos eſt Laurentius Vallenſis, vir haud ſane ineruditus, qui librum de falſa donatione Conſtantini ſcribere auſus ſit. Cujus opinionibus optime refragatur reverendiſſimus Cardinalis Alexandrinus juris utriuſque conſultiſſimus, & illius objecta diligentiſſime confutat. Exiſtimabat vir ille fortaſſe, ut quod ipſe non legerat, non poſſet apud alios reperiri. Nec mirum, quum tantæ mordacitatis extiterit, ut Ariſtotelem philoſophorum principem carpere non dubitarit & omnes linguæ Latinæ auctores ita vexare, ut nemini pepercerit. Sed ne longior ſim, Conſtantinum ipſum audiamus.* Hæc ille : tum ſubjicit ipſius edicti elaboratam a ſe, ut glorjatur, verſionem, vel ut alii ſentiunt, dumtaxat interpolatam, veteri in quibuſdam Latinitate commutata. Interpretationem hujus Picernatis recudit Coloniæ Agrippinæ Ortuvinus a Graes Daventrienſis presbyter anno 1535. Nos quæ reperimus Græca fragmenta apud Balſamonem, quorum duplex habetur verſio Henrici Agylæi altera, altera Gentiani Herveti, bona fide repræſentavimus, reliqua etiam addituri, cum in manus noſtras pervenerint. Et quidem Auguſtinus Steuchus, qui & ipſe in hoc ſcammate certare voluit, quatuor ſe Græca vidiſſe exemplaria in eadem ſummi pontificis bibliotheca affirmat ; cumque hæc jam ſub prælo eſſent, accepimus literis R. P. PETRI POSSINI ſoc. noſtræ theologi eruditiſſimi nobiſque amiciſſimi Romæ datis 4. Junii, etiamnum integram aſſervari in Vaticanis codicibus 624. folio 76. 789. fol. 185. 973. fol. 39. 1416. fol. 127. & forte etiam pluribus. Quod volui neſcius ne eſſes.

Contuli cum MS. Cod. Luc. Sæc. VIII.

# [a] CONCILIUM [b] ROMANUM II.

## SUB SILVESTRO PAPA PRIMO. [1]

[2] (*a*) *EPILOGUS* [c] *BREVIS SEQUENTIS concilii* [a] *Romani*. [3]

a *In collectione Iſidori Mercatoris hic habetur titulus:* Incipiunt excerpta quædam ex ſynodalibus geſtis ſancti Silveſtri papæ.
• *ab imperito digeſta dacet qui inſeritur Photinus.*

TEmporibus ſancti Silveſtri papæ, & Conſtantini piiſſimi Auguſti, factum eſt magnum concilium in Nicæa Bithyniæ, & congregati ſunt regulariter ejuſdem Silveſtri papæ vocatione in idipſum trecenti decem & octo epiſcopi catholici, qui expoſuerunt fidem integram, catholicam, immaculatam, & damnaverunt Arium, • *d* Photinum, Sabelliumque, atque ſequaces eorum. Eodem quoque tempore, & 13. Kal. Juliarum die, quando memoratum concilium magnum in Nicæa congregatum eſt, canonica jam • facta papæ vocatione in urbem Romam congregavit & ipſe, cum conſilio præ- B fati Conſtantini Auguſti, ducentos • ſexaginta ſeptem epiſcopos, & damnavit iterum tam Calliſtum, quam Arium, & Photinum, atque Sabellium, & conſtituit ut presbyterum Arianum reſipiſcentem nemo ſuſciperet, niſi epiſcopus ejuſdem loci eum reconciliaret, & ſacroſancto chriſmate, per epiſcopalis manus impoſitionem, ſancti Spiritus gratia, quæ ab hæreticis dari non poteſt, confirmaret. In qua & conſenſu & ſubſcriptione omnium conſtitutum eſt, ut nullus laicus crimen clerico audeat inferre. Et ut presbyter non adverſus epiſcopum, non diaconus adverſus presbyterum, non ſubdiaconus adverſus diaconum, non acolythus adverſus ſubdiaconum, non exorciſta adverſus acolythum, C non lector adverſus exorciſtam, non oſtiarius adverſus lectorem det accuſationem aliquam. Et non damnabitur præſul, niſi in 72. teſtibus Neque præſul ſummus a quoquam judicabitur, quoniam ſcriptum eſt: *Non eſt diſcipulus ſuper* A *magiſtrum*. Presbyter autem cardinalis, niſi quadraginta quatuor (*b*) teſtibus non damnabitur Diaconus cardinarius conſtitutus urbis Romæ, niſi in • 4 26. non damnabitur. Subdiaconus, • acolythus, exorciſta, lector, oſtiarius, niſi (ſicut ſcriptum eſt) in ſeptem teſtibus non damnabitur. Teſtes autem & accuſatores ſine aliqua ſint infamia, uxores & filios habentes, & omnino Chriſtum prædicantes. Teſtimonium • laici adverſus clericum nemo recipiat. Nemo a enim clericum quemlibet in publico examinare præſumat, niſi in eccleſia. Nemo enim clericus, vel diaconus, aut presbyter, propter quamlibet cauſam intret in curiam, nec ante judicem cinctum cauſam dicere præſumat: quoniam omnis curia a cruore dicitur, & • immolatione ſimulacrorum. Et ſi quis clericus, accuſans clericum, in curiam introiverit, anathema ſuſcipiat. Hic inter cetera prædicta omnium • conſultu conſtituit (*c*) in ſynodo ut ſacrificium altaris non in ſerico panno aut (*d*) tincto quiſpiam celebrare præſumeret, ſed in puro lineo ab epiſcopo conſecrato, terreno ſcilicet lino procreato atque contexto, ſicut corpus domini noſtri Jeſu Chriſti in ſindone b munda ſepultum fuit. Et ſi quis deſideraret in eccleſia militare, aut proficere; ut eſſet prius oſtiarius, deinde lector, & poſtea exorciſta, per tempora quæ epiſcopus conſtituerit, deinde acolythus annis quinque, ſubdiaconus quinque annis, cuſtos martyrum annis quinque, diaconus annis quinque, presbyter annis tribus, probatus ex omni parte in tantum, ut etiam ab his, qui foris ſunt, teſtimonium habeat bonum, unius videlicet uxoris vir, quæ tamen a ſacerdote ſit benedicta. Et ſi probatus fuerit dignus, & vota popu-

Marginal notes: • fatus papa. — • 84. • 77. ita & Luc. — 3. quæſt. 7. Nullus laicus. — Item 2. q. 7. Clericus adverſus exorciſtam. — 2. quæſt. 4. Præſul. — Luc. 6 — • 31 — • clerici adverſus laicum ita in Luc. — q. 1 Teſtimon. clerici adv. — a etiam — • immolatio ſimulacrorum eſt. — • conſultu omnium. — b De conſecr. diſt. 1 apud Gratianum ubi ſindon linea dicitur. *Matth.* 27. — 1. *Tim.* 3.

1 Hoc Concilium ſuppoſititium eſt, Hincmaro Rhemenſi, Petro de Marca, Labbeo, Lupo, aliiſque viris eruditis teſtibus. Quomodo enim die 30. Menſis Maii an. 324. ea Synodus Romæ præſente Conſtantino celebrari potuit, qui toto hoc anno, & aliquot menſibus præcedentis bello Liciniano occupatus in Oriente verſatus eſt; qui VIII. Idus Martias Theſſalonicæ legem 4. Cod. Theodoſ. *de Naviculariis*; & VI. Id. April. legem ejuſdem Cod. *De his qui veniam ætatis* in eadem urbe emiſit? Schelſtratius in par. 2. Antiq. illuſtr. diſſert. 3. cap. 8. alia refert ſuppoſitionum capita. In brevi enim epilogo de geſtis S. Silveſtri excerpto, & huic Concilio præfixo habetur, per Concilium Nicænum damnatos Arium, Photinum & Sabellium; & tamen ex Actis Sirmienſis Concilii Photinum longe poſt hæc tempora damnatum conſtat. Secundo, Canone tertio ſtatuitur, majorem a minori accuſari non poſſe, quod adeo cunctis canonibus adverſatur, ut Hincmarus Metropolita Rhemenſis Nicolai primi tempore ſuppoſitionem olfecerit: *Ceterum*, inquit epiſtola VII. *quoniam quidam quaſi in auctoritatem referunt, S. Silveſtrum Papam decreviſſe talia, quæ Catholica Eccleſia inter Synodalia decreta non computat, quæ majores noſtri inde nec tenenda ſuis poſteris reliquerunt, hic neceſſarium ponere duximus: ſcriptum namque eſt in quodam Sermone ſine Exceptoris nomine de geſtis S. Silveſtri excerpto, quem Iſidorus Epiſcopus Hiſpalenſis collegit, cum epiſtolis Romanæ Sedis Pontificum a S. Clemente uſque ad B. Gregorium, eum S. Silveſtrum decreviſſe, ut nullus Laicus crimen Clerico audeat inferre, &c. quæ dicta quam averſa a ſanctis Canonibus, a ſacris legibus ſint, nemo eſt qui dubitat, qui hæc dicta cum ratione attenderit, & ſacras regulas ac leges diligentius legit*. Pluribus id probat Hincmarus Antiquorum teſtimoniis, & majorem a minore accuſari poſſe res ipſa clamat. Tertio, canone vigeſimo ſtatuitur, neque a Regibus judicem ſupremum judicari; cum tamen Reges tunc in Orbe Romano nulli fuerint. Unde Marca lib. 1. cap. 11. ait Ariolos oportuit eſſe Epiſcopos, qui non ſolum ab Auguſtorum conſiſtorio, qui Romæ tempore Silveſtri imperabant, ſed a Regum judiciis Romanum Pontificem immunem eſſe decreverunt, cum Reges Romam non tenuerint, niſi ducentis fere poſt hæc annis. Denique hoc Concilium ſuppoſitum eſſe liquet, quod non ſolum Dionyſius Exiguus viginti ejus canones omiſerit, falſam Conſulum citationem, ac *Helenæ* ſubſcriptionem, contra omnium ſæculorum praxim, quæ mulieres ab Epiſcoporum Conciliis, & multo magis ab eorum ſubſcriptionibus excludit, præferat; ſed etiam varia alia falſa contineat. *Pagius ad an. Ch.* 324. *n.* 17. & 18.

2 Hanc præfationem *Epilogum Concilii Romani* Gratianus vocat: Hincmarus in Opuſc. pag. 793. tom. 2. *Sermonem ſine exceptoris nomine, de geſtis S. Silveſtri excerptum, quem Iſidorus Epiſcopus Hiſpalenſis collegit*. Harduinus.

3 *Generale Concilium Silveſtri Papæ* Gratianus appellat. *Harduinus*.

4 Ita etiam Hincmarus; & infra cap. 3. 36. *Harduinus*.

(*a*) Luc. ſic legit. *Incipiunt excerpta quædam ex ſynodalibus geſtis S. Silveſtri Papæ de magno concilio Nicæno, & de Arrio, & Fotino, Sabellioque ac ſequacibus eorum damnatis, & de ſynodo Romæ habita, ubi damnati ſunt Calliſtus, Arius, Fotinus, atque Sabellius*.

(*b*) in *Luc.* deeſt teſtibus. (*c*) deeſt in Luc. *in*. (*d*) *Luc.* intincto.

populi & cleri concurrerint, canonice epiſcopus A conſecretur, quem poſtea nec clericus, nec populus perturbare debet: quia epiſcopi, qui throni Dei vocantur, non ſunt lacerandi, ſed magis portandi & venerandi. De quibus ait B. Paulus apoſtolus: *Seniorem ne increpaveris, ſed ut patrem obſecra.* Legimus namque, ipſo domino dicente, non eſſe diſcipulum ſuper magiſtrum, hoc eſt non ſibi debere quemquam, ad injuriam doctorum vindicare doctrinam, nec aliqua machinatione domini diſcipulis, id eſt, apoſtolorum ſucceſſoribus detrahere, aut eos infamare; quia injuria doctorum ad Chriſtum pertinet, cujus vice legatione funguntur. Qualiter enim dominum contriſtent, qui hoc agere præſumunt, * dominus in evangelio teſtatur. Ait B enim ipſe ſalvator, quod expediat ſcandalizanti unum de puſillis iſtis, in maris profunda demergi, & molam aſinariam collo ejus ſuſpendi. Si talis ergo pœna domini diſcipulos ſcandalizantibus hic promittitur, quid in futuro eis provenire debeat, ſummopere penſandum eſt; quoniam non parum periculi illis manere poterit ante Deum, qui hæc detrectant ſuis exhibere miniſtris. Quod ita demum probari poterit, ſi Deum timeant, qui talia exercere minime formidant, ſi impoſito ſibimet improbo ſilentio, a talibus ſe deinceps cuſtodiant: quia nihil prodeſt homini reliqua bona agere, niſi mens ab iniquitate revocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Unde ait propheta: *Cobibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur* C *dolum. Diverte a malo, & fac bonum.* Nemo enim bonum faciens alteri verbo aut facto nocere vult. Et reliqua. Hic in memorata ſynodo conſtituit omnium cum conſenſu, ut nullus presbyter miſſas celebrare præſumat, niſi in ſacratis ab epiſcopo locis, qui ſui particeps de cetero voluerit eſſe ſacerdotii. Et pietatis affectu hic ſanctiſſimus papa ſub geſta ſynodica revocavit apoſtolica auctoritate multos ab aliis epiſcopis excommunicatos, & a tyrannis ejectos, ad communionem, & reſtituit eos in eccleſiis, quibus fuerant olim inſtituti, ſub ſatisfactione libelli, atque (*a*) purgatos eos recepit, dans exempla futuris eruendi ſacerdotes de perſequen- D tium manibus. Conſtituit etiam, nulla ratione tranſmarinum hominem penes nos in clericatus gradu ſuſcipi, niſi * quinque epiſcoporum deſignatus ſit chirographis.

[Margin: 1. Tim. 5. Luc. 6.]

[Margin: * Dominicus ſermo, ſ. Matth. 18. ita in Luc.]

[Margin: Pſal. 33.]

[Margin: De conſecr. diſt. 1. Nullus presbyter miſſas]

[Margin: 98. diſtinct. Nullus aliqua ratione]

[Margin: * quinque & eo amplius.]

*Præmonitio* ª *ad lectorem, in ſequentem ſynodum.*

Ex duobus vetuſtis exemplaribus canones ſequentes deſcripti ſunt ad verbum, qui multis in locis ob exemplarium depravationem aut vix, aut omnino non poſſunt intelligi. Lector boni conſulat, & ſi quid poteſt habere certius, communicet.

[Margin: a ex Surio Nicolinus ac Binius deſcripſerunt. Crabbus enim, ex quo Surius hauſit, prolixiorem exhibuit præmonitionem & tertiam editionem ex duabus aliis conflavit, quam ceteri omiſerunt.]

A *Idem Surius hæc addidit.* Quod paulo ante de duabus epiſtolis proximis (*Intelligit epiſtolam a Nicæna ſynodo ad Silveſtrum papam directam & reſcriptum Silveſtri ejuſdem ad eamdem ſynodum quæ extant inferius in Concilio Nicæno*) præmonitum eſt, idem hic fere præmonendum, vetuſtatis honore & diverſitatis exemplarium gratia nullo propemodum in his licet obſcurioribus charactere mutato. *Quod vero ad eaſdem epiſtolas ſpectat, corrigendus eſt in anteceſſum error Binii, qui a Surio primum fuiſſe editas tradit, cum tamen ipſiſſima verba Petri Crabbi, ut in ceteris fere omnibus dumtaxat exſcripſerit, qui eas ſe aſſerit reperiſſe in vetuſto bibliotheca Prædicatorum Colonienſium exemplari, eaſque de verbo ad verbum publicaſſe, nullo addito decerptove.*

# CANON
## VEL
## B (*b*) CONSTITUTIO ª SILVESTRI Epiſcopi urbis Romæ,
## ET DOMINI CONSTANTINI AUGUSTI, Qualiter eccleſiaſtici gradus cuſtodiantur, vel religio.

[Margin: ª Suppoſita videntur Hincmaro ac pleriſque viris eruditis xx. iſta capita, quæ Iſidorus ſuæ collectioni intexuit.]

## TITULI CANONUM.

I. *De congregatione epiſcoporum, vel diaconorum.*
II. *De condemnatione Calliſti, Victorini, Hippolyti.*
III. *Per ſingulos gradus, ut nullus crimen objiciat.*
IV. *Ut de reditibus eccleſiæ quatuor partes fiant.*
C V. *Ut nullus presbyter chriſma conficiat.*
VI. *De Diaconis parœciarum, & diaconis cardinalibus urbis Romæ.*
VII. *Ut a ſubdiacono uſque ad lectorem, omnes ſubditi ſint diacono cardinali urbis Romæ.*
VIII. *Ut nullus ſubdiaconus ad nuptias tranſeat.*
IX. *Nullus lector, nullus acolythus vaſa ſacrata contingat.*
X. *Nullus epiſcopus virginem ſacratam maritali conſortio benedicat.*
XI. *Ut nullus ex laica perſona ab honore acolythi uſque ad epiſcopatum elevetur, niſi per ſingulos gradus*
XII. *Nemo det pœnitentiam, niſi quadraginta annorum.*
D XIII. *De myſterio quodam.*
XIV. *Teſtimonium clerici adverſus laicum nemo recipiat.*
XV. *Nemo clericum in publico examinet.*
XVI. *Ut nullus clericus vel diaconus aut presbyter, propter cauſam ſuam intret curiam.*
XVII. *Ut nullus peccantem clericum cæde attingat.*
XVIII. *Ut nullus diaconus adverſus presbyterum crimen afferat.*
XIX. *Ut nullus presbyter a die presbyterii ſumat conjugium.*
XX. *Ut nullus dijudicet primam ſedem juſtitiæ.*

ACTIO

(*a*) *Luc. perlegatos*, ſed antiqua manus emendat *purgatos*. (*b*) *Luc.* ſic legit: *Incipiunt canones Silveſtri epiſcopi Domino Conſtantino Auguſto*, & deeſt *qualiter* uſque ad *religio*.

# ACTIO PRIMA.

## EDITIO I. | EDITIO II. (*b*)

### Caput I.

*Dantur variantes hujus lectionis ex MS. Lucenſi ſæc. XI.*

CAnonum conſtitutio, gradus vel religio qualiter cuſtodiatur, a Silveſtro epiſcopo urbis Romæ, domino Conſtantino. Eodem tempore cum multi nobiles gauderent, quod Conſtantinus baptizatus a Silveſtro epiſcopo urbis Romæ, & mundatus fuiſſet a lepra, pro beneficio quod accepit a domino noſtro Jeſu Chriſto, per Silveſtrum epiſcopum, cœpit integre prædicare dominum Jeſum Chriſtum; & confiteri ejus beneficia. Silveſter igitur epiſcopus urbis Romæ congregans fratres compresbyteros & coepiſcopos vel diaconos ſuos, cives Romanos, & (*a*) quoniam mater eccleſia genuerat filium Conſtantinum cariſſimum. Integre igitur Silveſter epiſcopus (*b*) urbis Romæ ſuis cum ordinare (*c*) deſiderat, & filios ejus frequenter lactare, & gradus ejus ordinis & conſuetudinis (*d*) conſternere. Collegit autem univerſam ſynodum epiſcoporum cum concilio Auguſti vel matris ejus, & fecit parare in urbe Roma in thermas Domitianas, quæ nunc cognominantur Trajanæ. Collegit autem in gremio ſedis ſuæ 284. epiſcopos, quibus Auguſtus Conſtantinus vehicula vel annonas omni loco præſtari præcepit, & alii 57. epiſcopi partis Rinocororis, quorum cyrographus in eorum concilio declaratur; & (*e*) 62. (*f*) presbyteri urbis Romæ, & diacones (*g*) acolythi ejus conſilio facti, exorciſtæ 22. lectores urbis Romæ 90. quorum præſentes audiebantur. Notarii eccleſiæ 14. qui geſta diverſorum martyrum ſuſcipientes, ordine [a] renarrabant. Hos omnes etiam dum uno examen articulo ſanctitatis colligeret in thermas ſupradictas, ita vero, ut nemo laicorum præeſſe videretur.

*a Rem narrabant ex conjectura Latini.*

### Caput I.

*Collatum est cum MS. codice Lucenſi ſæc. VIII.*

EOdem tempore cum multi nobiles gauderent quod Conſtantinus baptizatus a Silveſtro urbis Romæ, & mundatus fuiſſet a lepra, per hoc beneficium quod accepit a domino Jeſu Chriſto per Silveſtrum epiſcopum, cœpit integre prædicare dominum Jeſum Chriſtum, & confiteri ejus beneficia. Silveſter igitur epiſcopus urbis Romæ congregans fra-
B tres compresbyteros & coepiſcopos, vel diaconos ſuos cives Romanos. Et quoniam mater eccleſia genuerat filium cariſſimum Conſtantinum, (*i*) igitur Silveſter epiſcopus urbis Romæ cum ſuis eam ordinare deſideravit, & filios ejus frequenter lactare, & gradus ejus ordinis & conſuetudines conſternere. Collegit autem univerſam ſynodum epiſcoporum cum conſilio Auguſti vel matris ejus, & fecit parari in urbe Roma intra thermas Domitianas, quæ nunc cognominantur Trajanæ. Collegit autem
C in gremio ſedis ſuæ ducentos octoginta quatuor epiſcopos, quibus Auguſtus Conſtantinus vehicula & annonas (*k*) præſtari præcepit, & alii 57. epiſcopi partis Rinocoruris, quorum cirographus in eorum concilio declaratur, centum quadragintaduo presbyteri urbis Romæ, & diacones 6. ſubdiacones 6. acolythi ejus concilio facti (*l*) quadragintaquinque, exorciſtæ 22. lectores urbis Romæ nonaginta, quorum præſentes (*m*) parentes audiebant. Notarii eccleſiæ 14. qui geſta diverſorum martyrum ſuſcipientes
D ordinare narrabant. Hos omnes etiam dum uno examen articulo ſanctitatis colligeret in thermas ſupradictas, ita vero, ut nullus laicorum præſens videretur.

(*n*) *Sequuntur 139. epiſcopi ex urbe Roma, vel non longe ab illa.*

Caſtus, Cyprus, Petrus, Abundius, Severinus, Lucianus, Capax, Herculanus, Joannes, Himilus, Andreas, Petrus, Renovatus, Creſconius, Ambroſius, Lucas, Hermogenianus, Auguſtus, Felix, Barbarus, Secundinus, Citonatus, Reparatus, Gaudentius, Sebaſtianus, Græces, *alias* Creſces; Renatus, Hirenæus, Laurentius, Valerianus, Botudorus, Leo, Abundantius, Almachius, Honeſtoſus, Victor, Plenus, Delphinus, Amabilis, Paulus, Conſtantius, Sixtus, Concor-

(*a*) *Luc.* quem. (*b*) *Luc.* Urbem ſuam. (*c*) *Luc.* deſiderans. (*d*) Conſtituere. (*e*) XLV. (*f*) Presbyteros. (*g*) *Luc.* addit VI. & Subdiaconos VI. acolythos ejus conſilio factos 45. (*h*) Hanc ſecundam editionem reperi in vetuſtiſſ. cod. eccleſiæ Majoris Lucenſis ex quo variantes dedi, incipit vero eodem exordio quo prima editio. *Canonem conſtitutum* (Sic) *gradus vel religio qualiter cuſtodiatur a Silveſtro epiſcopo urbis Roma Domino Conſtantino eodem tempore.* (*i*) *Luc.* Integre. (*k*) *Luc.* inſerit omni loco. (*l*) in *Luc.* deeſt *quadragintaquinque*. (*m*) in *Luc.* deeſt. (*n*) in *Luc.* deſunt nomina epiſcoporum, ſed eorum loco legitur, *Nomina autem epiſcoporum hæc ſunt.* Adeſt locus ea ſcribendi, ſed ipſa non leguntur.

cordius, Nepotianus, Bodandulus, Deutherius, Amabilis, Syrus, Quadratus, Mirabilis, Audacius, Turcilianus, Joannes, Marcus, Fidelis, Symmachus, Probianus, Afellus, Criſpinus, Ruſticus, Fauſtus, Turdus, Majorianus, Jobianus, Bonoſus, Sanctulus, Coricoſus, Nepus, Tiburtius, Petrus, Sylveſtrianus, Turturanus, Leontius, Anaſtaſius, Agapitus, Veruſtimilus, Afellus, Jacobus, Feliciſſimus, Quadratus, Alexander, Philippus, Exuperantius, [a] Hypolitus, Jordianus, Archidamus, Lollius, Martialis, Caritoſus, Concordius, Januarius, Felicianus, Redus, Auxibus, Timotheus, Bonifacius, Tranquillinus, Calbulus, Sixtus, Catellus, Epiphanes, Victor, Habet Deum, Contentus, Apronianus, Probus, Repoſtibus, Paulus, Fideliſſimus, Homobonus, Luminoſus, Vitalis, Carpilio, Voluſianus, Petrus, Probinus, Honeſtoſus, Ariſton; Bacanda, Petrus, Marinus, Priſcillianus, Carito, Gattus, Januarius, Cæcilius, Epiphanius, Laurentius, Humanianus, Urbanus, Micinus, Cæcilius. Priſcus, Tiburtius, Nonnonus, Anthimus, Agapitus, Vindemius.

[a] Hippolytus.

*Ex Græcia autem iſti ſunt.*

Petrus, Anaſtaſius, Hermes, Nicoſtratus, Quod vult Deus, Vitalis, Renatus, Vinulus, Andriphorus, Hirenæus, Olympius, Demeter, Theodolus, Anaſtaſius, Theſpias, Firminus, Cleopatris, Honorius, Simplex, Exitioſus, Joannes, Timotheus, Hermes, Paulus, Metronius, Stephanus, Alexander, Conſtantinus, Andreas, Exuperantius, Firmus, Quirillianus, Anaſtaſius, Hermogenius, Severus, Aconctus, Thomas, Joannes, Cæcilianus, Theodolus, Theophilus, Priſpilius, Feſtus, Almacus, Andecius, Concordius, Deutherinnus, Thomas, Quadratus, Timotheus, Poteſtas, Andreas, Philippus, Thomas, Victorinus, Severianus, Domanicus, Eulogius, Demeter, Nepotianus, Albinus, Petrus, Joannes, Exuperius, Theodolus, Joannes, Exuperantius, Sebaſtianus, Theodorus, Claudius, Demetrianus, Rufinus, Spes in Deo, Reparatus, Petrus, Aſellus, Archanus, Euſemius, Criſolatus, Lazarus, Leo, Anthimus, Andreas, Catharon, Vultibus, Anaſtaſius, Hermes, Sempervivus, Titus, Oriſenſis, Epiphanius, Anaſtaſius, Leo, Ultius, Fortunatus, Cæcilianus, Nicoſtratus, Audax, Joannes, Rufinus, Honorius, Felix, Petronius, Andreas, Requiſitus, Bacauda, Terfilius, Zenon, Caritoſus, Majoranus, Leo, Hermes, Demeter, Andreas, Spes in Deo, Timotheus, Jacobus, Zenon, Quadratus, Fuſilis, Marcus, Paulinus, Oyſenſis, Concordius, Priſcus, Herculanus, Leontinus, Androtilus, Euſimius, Squiro, Martiſius, Anaſtaſius

Dum hi omnes veniſſent in ſynodum, A & alii, quorum cyrographus cucurrit, & opinio ſanctitatis, ſederunt in eaſdem aſpectu thermarum ſupradictarum. Presbyteri autem Romani omnes, & diaconi; clerusquè vel gradus ſequentes ad terga epiſcoporum ſteterunt. Nemo enim ſedit in eodem loco, niſi tantum epiſcopi, & Silveſter epiſcopus, pontifex urbis Romæ. Erat enim ibi & Calphurnius, qui primo gentilis, & poſtea Chriſtianus, præfectus urbis. Dicit autem Silveſter epiſcopus urbis Romæ rationem hanc: Audite me fratres & coe- B piſcopi, & univerſus ordo eccleſiæ Romanæ, quoniam bonum eſt, ut fixas cortinas habeat eccleſia, ut regiæ eccleſiæ non vaticinentur, ſed ſit firma, & claudat oſtium propter perſecutorem, & habeat firmum murum, unde (a) expugnet (b) adverſarios.

CAPUT II.

Cognitum loquor, & probo Caliſtum & Victorinum, qui arbitrio ſuo fecerunt creaturam, & Jobinianum, qui in ſua extollentia dicebat, non paſcha venire die ſuo, nec menſem, ſed decimo Kalen- C das Maji cuſtodire. Ego enim (ſicut lex memorat) in veſtro judicio commendo ſermonem, ut introducantur hi tres quidem primo arbitrio Caliſti damnari corroboretur examen, qui ſe Caliſtus ita docuit Sabellianum, ut arbitrio ſuo

(Dum hi omnes veniſſent in ſynodum, & aliquorum cirographus cucurrit, & opinio ſanctitatis, & ſederunt in eodem aſpectu thermarum ſupradictarum). Presbyteri autem Romani omnes, diaconi, clerusque vel gradus ſequentes, a tergo epiſcoporum ſteterunt. Nemo enim ſedit in eodem loco, niſi tantum epiſcopi, & Silveſter epiſcopus, pontifex urbis Romæ. Erat enim ibi & Calphurnius, qui primo gentilis, & poſtea Chriſtianus, & præfectus urbis. Dicit autem Silveſter epiſcopus urbis Romæ rationem hanc: Audite me fratres & coepiſcopi, & univerſus ordo eccleſiæ Romanæ quoniam bonum eſt, ut fixas cortinas habeat eccleſia, ut regia eccleſia non vacilletur, ſed ſit firma, & claudat oſtium propter perſecutorem, & habeat firmum murum, unde expugnet adverſarios.

Anſulis incluſa deſunt in Luc.

CAPUT II.

Cognitum loquor, & probo Caliſtum & Victorinum, qui arbitrio ſuo fecerunt creaturam (c), & Jovianum, qui in ſua extollentia dicebat, non paſcha venire die ſuo, nec menſe, ſed 10. Kal. Maji cuſtodire. Ego enim ſicut lex memorat, in veſtro judicio commendo ſermonem ut introducantur, hi tres quidem primo arbitrio Caliſtus damnari (d) corroboretur examen, qui ſe Caliſtum ita docuit Sabellianum, ut arbitrio ſuo ſumat unam ſu-

(a) *Luc.* propter adverſarios. (b) In *Luc.* deeſt. (c) *Luc.* addit Creatorem. (d) addit *noſtro ſermone.*

ſumat unam perſonam eſſe trinitatis. A Non enim coæquante Patre & Filio & Spiritu ſancto Victorinum ità præcipue religionis antiſtitis, qui in ſua ferocitate, quidquid vellet, affirmabat hominibus, & cyclos paſchæ pronunciabat fallaces, ut hoc quod conſtituit decimo Kalendas Maii cuſtodiri, veſtro ſermone, ſicut veritas habet, (a) ceſſetur, & veſtro (b) indicio condemnetur, & filiorum (c) noſtrum Auguſtorum præcurrat auctoritas ad condemnandum Victorinum epiſcopum (d) Damnavit autem Hippolytum diaconum Valentinianiſtam, & Caliſtum, qui B in ſua extollentia ſeparabat trinitatem & Victorinum epiſcopum, qui ignorans lunæ rationem, ſub [a] arbitrio ſui tenacitate derumpebat veritatem, & præſentiæ epiſcoporum ſupradictorum & presbyterorum (e) damnabit Hippolytum, Victorinum, Calixtum, & dedit eis anathema, & damnavit eos extra urbes ſuas. (f).

a arbitrii ex conj. Latinii.

## Caput III.

Poſtea autem fecit gradus in gremio ſynodi, ut non presbyter adverſus epi- C ſcopum, non diaconus adverſus presbyterum, non ſubdiaconus adverſus diaconum (m) non exorciſta adverſus acolythum, non lector adverſus exorciſtam, non oſtiarius adverſus lectorem det accuſationem aliquam, & non damnabitur præſul, niſi in ſeptuaginta duobus (n), neque præſul ſummus a quoquam judicabitur, quoniam his ſcriptum eſt: *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum*. Presbyter autem niſi in quadraginta quatuor teſtimonia non damnabitur. Diaconus autem (o) cardine conſtrictus urbis Ro- D mæ, niſi in triginta ſex, non condemnabitur. Subdiaconus, acolythus, exorciſta, lector, niſi (ſicut ſcriptum eſt) in ſeptem teſtimonia filios & uxorem habentes, omnino Chriſtum prædicantes ſicut datur myſtica veritas.

Matth. 10

## Caput IV.

Commoneo autem veſtrum conſortes [1] monimentum de reditibus eccleſiæ quatuor partes fiant, (r) & quod primam partem exigat eccleſia, unam partem pontifici cum fratribus relevandis, dimidiam eccleſiam, dimidiam

perſonam eſſe trinitatis. Non enim coæquante Patrem & Filium & Spiritu ſancto. Victorino itaque præcipue præſul (g) regionis antiſtes, qui in ſua ferocitate quidquid vellet hominibus, & cyclos paſchæ pronunciabat fallaces, ut hoc quod conſtituit 10. Kal. Maii cuſtodiri, veſtro ſermone, ſicut veritas habet, caſſetur, & (b) veſtro judicio condemnetur, & filiorum noſtrorum præcurret auctoritas condemnandum Victorinum epiſcopum. Et introjerunt (i) omnes, ut ſuo ſermone damnarentur in judicio. Damnavit autem Hippolytum diaconum Valentinianiſtam, & Caliſtum qui in ſua extollentia ſeparabat trinitatem, & Victorinum epiſcopum, qui ignorans lunæ rationem ſub (k) arbitrio ſui tenacitate diſrumpebat veritatem. Et præſentia epiſcoporum ſupradictorum & presbyterorum, (l) aliorumque graduum, damnavit Hippolytum, Victorinum & Caliſtum. Et dedit eis anathema, & damnavit eos extra urbes ſuas.

## Caput III.

Poſtea autem fecit gradus in medio ſynodi, ut non presbyter adverſus (p) epiſcopum, non diaconus adverſus presbyterum, non ſubdiaconus adverſus diaconum, non acolythus adverſus ſubdiaconum, non exorciſta adverſus acolythum, non lector adverſus exorciſtam, non oſtiarius adverſus lectorem, non laicus det accuſationem aliquam. Et non damnabitur præſul niſi in ſeptuaginta duobus, neque præſul ſummus a quoquam judicabitur, quoniam ſcriptum eſt: *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum*. Presbyter autem, niſi in quadraginta quatuor teſtimoniis non damnabitur. [2] Diaconus autem cardine conſtructus urbis, niſi in 36. non condemnabitur. Subdiaconus, (q) acolythus, exorciſta, lector, niſi (ſicut ſcriptum eſt) in ſeptem teſtimoniis, filios & uxores habentes, & omnino Chriſtum prædicantes. Sic datur myſtica veritas.

## Caput IV.

Commoneo autem veſtrum conſortes munimen, (s) & de reditibus eccleſiæ quatuor partes fieri, & (t) quarta pars exigatur ab eccleſia, unam partem pontificum, (u) fratribus dimidiam ad eccleſias relevandas, dimidiam presbyteris & pres-

1 Forte *ut minimum*. Harduinus. 2 Æneas Pariſ. in lib. adverſ. Græcos tom. 7. Spicileg. pag 101 hunc locum citat, ut hic edimus: niſi quod pro *cardine conſtructus* habet *cardine conſtitutus*. Harduinus

(a) *Luc.* caſſetur. (b) *Luc.* judicio. (c) *Luc.* noſtrorum. (d) *Luc. infert*, & introjerunt omnes ut ſuo ſermone damnarentur judicio. (e) *Luc.* addit cleroque gradorum damnavit. (f) *Luc.* addit in civit. per ſingulos gradus ut a nulli crimen obiiciat. (g) *Luc.* religionis. (h) *Luc.* noſtro.
(i) *Luc.* hi tres. (k) *Luc.* arbitrii. (l) *Luc.* clericorumque univerſorum graduum.
(m) Addit non acolytus adverſus ſubdiaconum. (n) addit *teſtibus*.
(o) cardinalis urbis. (p) *Luc.* gremio. (q) *Luc. addit* Romæ. (r) addit: *quota pars exigatur, habeat autem Eccleſia una partem ad elevandam Eccleſiam, Pontifex unam & aliam pauperibus & quartam Presbiteris Diaconibus cum reſiduo Clero*. (s) *Luc.* ut. (t) *Luc.* quoda. (u) *Luc. addit* cum.

presbyteris & diaconibus cum omni cle- A
ro, vel peregrinis conſtituit hunc ordinem; ut ſi quis de clero vel presbyteris univerſi loci, quod commune eſt, tranſire de hoc mundo, & ſi neminem de ſua generoſitate haberet conſortem, quidquid paupertas ejus haberet, conferret eccleſiæ, & exinde quatuor partes fierent, ſicut dictum eſt.

CAPUT V.

Conſtituit etiam voce clara Silveſter epiſcopus urbis Romæ, ut nemo presbyter chriſma conficeret, dicens quoniam Chriſtus a chriſmate vocabitur. B

CAPUT VI.

Ut diaconi non eſſent plus, vel amplius (b) per parochiarum examen, niſi duo, & diaconi ſ cardinales urbis Romæ ſeptem: ita tamen, ut dalmaticis uterentur, & pallia [a] linoſtmia lævam eorum tegerent.

a linoſtima

CAPUT VII.

Ita autem Silveſter clara voce dicebat ad coepiſcopos, ut a ſubdiacono uſque ad lectorem omnes ſubditi eſſent diacono cardinali urbis Romæ, in eccleſia honorem (c) repræſentans tantum, pontifici vero presbyteri, ſubdiaconi, diaco- C
ni, acolythi, exorciſta (d) lectori in omni loco repræſentans obſequium, ſive in publico, ſive in gremio eccleſiæ, tantum pontifici.

CAPUT VIII.

Nullum autem ſubdiaconorum ad nuptias tranſire præcipimus, [2] ne aliqua prævaricatione præſumpſerit.

CAPUT IX.

Nullus lector vel oſtiarius vaſa ſacrata contingeret, nullus acolythus rem ſacratam a presbytero jam alio porrigeret, niſi tantum ſupportaret, quod ei ſa- D
cerdos imponet ſuo ore benedictum.

CAPUT X.

Nullus etiam epiſcoporum virginem ſacratam maritali expeteret benedici, niſi eam probaverit ſeptuaginta duorum annorum eſſe conſtitutam, ubi probabitur judicium, pudicitia (i) vero, ut in ſeptuaginta duos annos, requirens verum Chriſtum, pudicitia cuſtodita uncta vertice introducatur ad nuptias Chriſti, velamen captis ferens, non cordis. Et ſubſcripſerunt ſupradicti epiſcopi in iſtud, prædicante Silveſtro epiſco- E
po urbis Romæ. Et ſubſcripſit autem & noviſſimus Calpurnus præfectus urbis. Subſcripſit autem Auguſtus Conſtantinus, matre Helena Auguſta. Tunc dedit orationem, ſedens in eodem loco, & diſceſſerunt.

(a) diaconibus cum omni clero, & peregrinis. Conſtituit hunc ordinem, ut ſi quis de clero vel presbyteris univerſi loci, quod commune eſt, tranſiret de hoc mundo, ſi neminem de ſua generoſitate haberet conſortem, quidquid paupertas ejus haberet, conferret eccleſiæ, & exinde quatuor partes fierent; ſicut ſupra dictum eſt.

CAPUT V.

Conſtituit enim clara voce Silveſter epiſcopus urbis Romæ, ut nemo presbyter chriſma conficeret, [1] diceret, quoniam Chriſtus a chriſmate vocatur.

CAPUT VI.

Et diaconi non eſſent plus nec amplius per parochiarum examen, niſi duo, & diacones cardinales urbis Romæ ſeptem.

CAPUT VII.

Ita tamen Silveſter clara voce dicebat ad coepiſcopos, ſubdiacono uſque ad lectorem omnes ſubditi eſſent diacono cardinali urbis Romæ, in eccleſia (e) repræſentantes tantum. Pontifici vero presbyteri, diaconi, ſubdiacones, acolythi, (f) exorciſtas lectori in omni loco repræſentantes obſequium, ſive in publico, ſive in gremio, eccleſiæ tantum pontifici.

CAPUT VIII.

Nullum autem ſubdiaconorum ad nuptias tranſire præcipimus, ne aliquam prævaricationem ſumpſerit.

CAPUT IX.

Nullus lector vel oſtiarius vaſa ſacrata contigerit, nullus acolythus (g) rem ſacratam a presbytero jam alio porrigeret, (h) niſi tantum ſupportaret, quod ei ſacerdos imponeret ſuo ore benedictum.

CAPUT X.

Nullus etiam epiſcoporum virginem ſacratam maritali conſortio expetierit benedicere, niſi eam probaverit ſeptuaginta duorum annorum eſſe conſtitutam. Ibi probabitur (k) judici a pudicitia vera, (l) aut in ſeptuaginta annis requirens virum Chriſtum, pudicitia cuſtodita, uncta vertice introducatur ad nuptias Chriſti; velamen capitis ferens, non cordis. (Et ſubſcripſerunt ſupradicti epiſcopi in iſtud, prædicante Silveſtro epiſcopo urbis Romæ. Subſcripſit autem & noviſſimus Calphurnius præfectus urbis. Subſcripſit Auguſtus Conſtantinus cum matre Helena Auguſta. Tunc dedit orationem, ſedens in eodem loco, & diſceſſerunt.)

Aſſuta incluſa deſunt in Luc. ſeu potius tranſpoſita ſunt poſt ſequentem canonem, ut deeſt in editis



1 Lege, *diceni*. Harduinus. ita *Luc.* 2 fort, *nec*. Hard

(a) *Luc. inſerit* duas. (b) parochiani niſi &c. (c) repræſentantes tantum. (d) lector Abbas Monacus in omni &c. (e) *Luc. addit* honorem. (f) *Luc.* exorciſta lector. (g) *Luc.* Addit vel Subdiaconus. (h) *Luc.* addit quia aliud Miniſter aliud aſſiſtens. (i) *Luc.* vera. (k) *Luc.* judicium.
(l) *Luc.* cum.

*In Lucenſi recentiori additur canon iſte*

## CAPUT XI.

Nulla ſciſmata (ſchiſmata) monacharum oportet fieri niſi XXV. ætatis annos propter ſcandala ut XXV. annos jam evacuata omnia fervora diaboli inveniat ſibi mundum vas ſpiritus ſanctus.

# ACTIO SECUNDA.

ALIA autem die venerunt omnes pres- A byteri urbis Romæ, & diaconi omnes ducenti octoginta quatuor in thermas Domitianas, quæ nunc Trajanas, & ſedit ſedem ſuam in eodem loco. Ubi autem fecit ſeptem regiones & dividit diaconibus. Erat autem diacones iſti, Fabianus, Marcus, Liverius, Archidamus, Julius. Ordinavit autem alios duos, Priſcum & Theodorum, univerſus ſexus, presbyteri & diacones & clerus hoc popoſcerunt Silveſtrum epiſcopum, ut eos ordinaret. Ibi autem in thermas hos duos Priſcum & Theodorum ſubordinavit, non ordina- B vit aut conſecravit eos, niſi in gremio baſilicæ conſecravit, & præter ſynodi conſtituit.

## CAPUT XI.

Ut nullus ex laica perſona ad honorem acolythi uſque ad epiſcopatum ſublevaretur, niſi prius fuiſſet lector annis triginta. Deinde una die exorciſta, & poſtea caperet onus acolythi, & faceret in eodem ordine acolythus annis decem, ut acciperet onus ſubdiaconi, & in ſubdiaconatu eſſet annis quinque, deinde ad diaconatus honorem pertingeret fixus, ro C gantibus triginta presbyteris examen, ut eſſet diaconus cardinalis, quia a prima ſede erat conſtitutum, ut ferviret annis ſeptem. Hoc enim quod ſi quis deſideraretur ordinem presbyterii, ita exigeretur, ut in ſeptem annos cuncto clero Romano privaretur doctrinæ, nativitatis, generoſitatis, & conſilio, non expetens prædam a quaquam opinione clara firma omnes presbyteri declararent & firmarent, & ſic ad ordinem presbyterii accederunt, & facerent in eodem D ordine annos tres. Et ſi exigit ordo, vel diſpoſitio, vel cura pietatis, aut ſanctitatis, ad onus epiſcopatus accedere, ut omnis clerus peteret ordinari ex uno voto perenni. Quod ita geſtum ſit, & ſermonibus Silveſtri epiſcopi nil opponebat, (*d*) ſed magis ſirmabant, prece. Dixit autem & hoc Silveſter epiſcopus urbis Romæ: Audite ſancti & coepiſcopi. Ne-

ALIA autem die venerunt omnes presbyteri urbis Romæ, & diacones & epiſcopi omnes (*a*) ducenti octoginta quatuor, intra thermas Domitianas, quæ nunc Trajanas, & ſedit in ſede ſua in eodem loco. Ibi autem fecit ſeptem regiones, & diviſit diaconibus. Erant autem diacones iſti, Fabianus, (*b*) Marcus, Liberius, Archidamus, Julius. Ordinavit autem & alios duos, Priſcum & Theodorum. Univerſus ſexus presbyteri & diacones & clericus hoc popoſcerunt a Silveſtro epiſcopo, ut eos ordinaret. Ibi autem in thermis hos duos, Priſcum & Theodorum ſubordinavit, non ordinavit & conſecravit eos niſi in gremio baſilicæ (*c*) conſecravit, & præter ſynodum conſtituit.

## CAPUT XI.

Ut nullus ex laica perſona ad honorem acolythus uſque ad epiſcopatum ſublevaretur, niſi prius fuiſſet lector annis triginta, deinde uno die exorciſta, & poſtea caperet onus acolythi, & faceret in eodem ordine acolythi annos decem, ut acciperet onus ſubdiaconi, & in ſubdiaconatu eſſet annos quinque. Deinde ad diaconatus honorem pertingeret fixus rogantibus triginta presbyteris examen, ut eſſet ſubdiaconus (*e*) cardinalis, quia a prima ſede conſtitutum, ut ſerviret annos ſeptem. Hoc enim quod ſi quis deſideraret ordinem presbyteri, ita exigeretur ut in ſeptem annis a cuncto clero Romano probaretur doctrinæ, nativitatis, generoſitatis, & conſilio non expetens prædam a quoquam opinione clara (*f*) firmarent omnes presbyteri declararent & firmarent, & ſic ad ordinem presbyterii accederet, & faceret in eodem ordine annos tres. Et ſi exigat ordo vel diſpoſitio vel cura pietatis aut ſanctitatis, ad onus epiſcopatus accederet, ut omnis clerus peteret ordinare ex uno voto perenni, quod ita geſtum ſit, quod & ſermonibus Silveſtri epiſcopi nil opponebat ſynodus, ſed magis ſirmabat prece. Dixit autem & hoc Silveſter urbis Romæ epiſcopus: Audite ſancti & coepiſcopi. Nemo

(*a*) *Luc.* CCLXXIV. (*b*) *Luc. addit* Sabinus. (*c*) *Luc.* Conſecrarentur occulto ſynodo.
(*d*) *Luc.* addit ſynodus (*e*) *Luc.* diaconus. (*f*) *Luc.* firma.

mo abſcondat, quod ei videtur juſtitia A objurgare. Reſponderunt cum omnes epiſcopi, & dixerunt, clamantes univerſis presbyteris clericiſque: (a) In te juſtitia & pietas a te non diſcedat, quoniam a nobis, nihil judicabitur, in opinionem dictorum tuorum, quoniam ſapientia non eſt, niſi in patientia fuerit conſtructa. Dixit autem Silveſter epiſcopus: Quoniam ſi ſapientia non eſt, niſi in patientia, quidquid ſermone fixero, veſtro cyrographo confirmetur.

CAPUT XII.

Nemo enim det pœnitentiam, niſi quadraginta annorum petenti baptiſmum: omnibus enim prædicantes date (c), Matt. ult. B

CAPUT XIII.

Nemo enim niſi velamen cœleſte acceperit, primum conjugi per manus ſacerdotis ad clericatus honorem non accedat (Finctus eſt enim.)

Anſulis incluſa deſunt in Luc.

CAPUT XIV.

Teſtimonium clerici adverſus laicum nemo recipiat.

CAPUT XV.

Nemo enim clericum quemlibet in C publico examinet, niſi in eccleſia.

CAPUT XVI.

Nemo enim clericus, (e) vel diaconus aut presbyter (f) propter cauſam ſuam qualibet intret in curia, quoniam omnis curia a cruore dicitur, & immolatio ſimulacrorum eſt. Quod ſi quis clericus in curia introierit, anathema ſuſcipiat, nunquam rediens ad matrem eccleſiam. A communione autem non privetur propter tempus turbidum.

CAPUT XVII.

Nemo enim quemquam peccantem D clericum cæde attingat, non presbyter; non diaconus, non epiſcopus (g) ſupra clericum vel ſervitorem eccleſiæ ad cædem perducat. Sed ſi ita cauſa exigit clerici, triduo privetur honore, ut pœnitentes redeant ad matrem eccleſiam.

CAPUT XVIII.

Nemo enim diaconus adverſus presbyteros afferat crimen turpitudinis. (i)

CAPUT XIX.

Nemo enim presbyter g a die onus presbyterii ſumat conjugium (k) ut ſi E quis (l) neglecto exierit, duodecim annis eum dicimus privari honore. Quod ſi quis hunc cyrographum (m) præſen-

mo aſcondet quod ei videretur juſtitia objurgare. Reſponderunt omnes epiſcopi, & dixerunt clamantes cum univerſis presbyteris clericiſque. Vincet juſtitia, & pietatis a te non diſcedat. Quoniam a nobis nihil judicabitur in opinione dictorum tuorum, quoniam ſapientia non eſt, niſi in (b) patientia fuerit conſtructa. Dixit autem Silveſter epiſcopus: Quoniam ſi ſapientia non eſt, niſi in patientia, quidquid ſermone fixero, veſtro chyrographo confirmetur.

CAPUT XII.

Nemo enim det pœnitentiam, niſi quadraginta annorum, petenti. Baptiſmum enim omnibus (d) date.

CAPUT XIII.

Nemo enim niſi velamen cœleſte acceperit primum conjugii per manus ſacerdotis, ad clericatus honorem accedat. Teſtimonium clerici adverſus laicum non admitti. Finctus eſt enim.

CAPUT XIV.

Teſtimonium clerici adverſus laicum nemo recipiat.

CAPUT XV.

Nemo enim clericum quemlibet in publico examinet, niſi in eccleſia.

CAPUT XVI.

Nemo enim clericus, vel diaconus, aut presbyter propter cauſam ſuam quamlibet intret in curiam quoniam omnis curia a cruore dicitur, & immolatio ſimulacrorum eſt. Quoniam ſi quis clericus in curiam introierit, anathema ſuſcipiat, nunquam rediens ad matrem eccleſiam. A communione autem non privetur propter tempus turbidum.

CAPUT XVII.

Nemo enim quemquam peccantem clericum cæde attingat, non presbyter, non diaconus, non epiſcopus ſupra clericum vel ſervitorem eccleſiæ ad cædem perducat. Sed ſi ita cauſa exigit clerici, duo priventur honore, ut pœnitentes (h) ad matrem eccleſiam.

CAPUT XVIII.

Nemo enim diaconus adverſus presbyterum offerat crimen turpitudinis.

CAPUT XIX.

Nemo enim presbyter a die onus presbyterii ſumat conjugium, ut (n) & ſi neglecto egerit (o) decem annis eum dicimus privari honore. Quod ſi quis contra hunc chyrographum præſentem ac



(a) vicit juſtitia *Luc.* (b) *Luc.* Sapientia. (c) *Luc.* addit *infirmis; ſanis autem ſicut veritas commonet Paſcha & Pentecoſte*. (d) *Luc.* *inſerit* prædicantes. (e) *Luc.* addit aut ſubdiaconus. (f) *Luc.* addit aut Epiſcopus. (g) deeſt ſupra in *Luc.* (h) *Luc.* addit redeant. (i) *Luc.* additur: *quod ſi quis accuſatur cum grandi examinatione accuſetur, delineatur cum Cyrographo ſue in communione perpetua diſtinguitur. Multi enim livore corrupti crimen exterunt.* (k) *Luc.* & (l) *Luc.* neglector egerit duodecim annos eum jubemus &c (m) *Luc.* presbyter publice egerit dictum ſi ita egerit damnetur &c. (n) *Luc.* ſi quis. (o) *Luc.* duodecim.

tem & publica egerit dictum condemnetur in perpetuum.

### Caput XX.

Nemo enim *b* dijudicet primam ſedem juſtitiæ deſiderant temperari; neque ab Auguſto, neque ab omni clero neque [a] regibus, neque a populo judex judicabitur. Et ſubſcripſerunt ducenti octoginta quatuor epiſcopi, & quadraginta quinque presbyteri, & quinque diaconi, & duo ſequentes, & Auguſtus Conſtantinus, & mater ejus Heléna. Et fixit canonem hunc Silveſter epiſcopus urbis Romæ, & omnibus epiſcopis aſperſit. Actum in Traianas thermas, 3. Kalendas Junii, Donno Conſtantino *i* Auguſto tertio, & [1] Priſco conſule.

a Hancce canonem ſuppoſititiam induit mercem eſſe, aut ſaltem hanc vocem irrepſiſſe nemo dubitaverit qui ſub Conſtantino nullos in imperio Romano fuiſſe reges agnoverit: certe abeſt ea vox ab epiſt. Nicolai papæ ad Michaelem imp. orientis.

A publice (*a*) egerit dictum, condemnetur in perpetuum.

### Caput XX.

[2] Nemo enim judicabit primam ſedem, quoniam omnes ſedes a prima ſede juſtitiam deſiderant temperari. Neque (*b*) ab Auguſto, neque ab omni clero, neque a regibus, neque a populo judex judicabitur. Et ſubſcripſerunt ducenti octoginta quatuor epiſcopi, & quadraginta quinque presbyteri, & quinque diacones, & duo ſequentes & Auguſtus Conſtantinus & mater ejus Helena. Et fixit B canonem hunc Silveſter epiſcopus in urbe Roma, & omnibus epiſcopis aſperſit. Actuum in Trajanas thermas, (*c*) 3. Kal. Junii, Donno Conſtantino Auguſt. (*d*) tertio, & Priſco conſule.

## Notæ Severini Binii.

Auctor Concilii quis. Numerus epiſcoporum. Locus concilii. Tempus.

*a Concilium.* ) Poſtquam imperator jam recens baptizatus eccleſiam donativis munificentiſſime locupletaſſet, hoc concilium a Silveſtro pontifice indictum impenſis neceſſariis piiſſime promovit, eo fine, ut publicam quamdam gratiarum actionem pro accepto beneficio Deo ageret, & Chriſtianæ pietatis encænia primus Chriſtianus imperator ſummo omnium gaudio celebraret. Ducenti octoginta ſex epiſcopi a pontifice convocati, ab imperatore vehiculis adducti, & liberaliſſima annona ſuſtentati, convenerunt Romæ in Thermis Trajani, quem locum Silveſter pontifex nuper in titulum erexit, donisque plurimis imperator exornavit. Accidit id, quod ex ultimo capitulo conſtat, Criſpo & Conſtantino III. conſulibus, anno Chriſti nati 324. qui eſt Silveſtri 11. & Conſtantini imperatoris 19. Unde quod principio epilogi auctor incertus aperte ſcribit, hanc ſynodum poſt abſolutam Nicænam, Romæ in præſentia Conſtantini imperatoris celebratam eſſe, ſurreptitium eſt: quod præallegato canone vigeſimo, Priſcus loco Criſpi collega Conſtantini ponitur mendoſum eſſe, ex Faſtis conſtat.

Cauſa & acta concilii.

Cauſa conveniendi hæc erat, ut eccleſia ab hæreticorum & hoſtium incurſu libera ſervaretur, & quæ ad diſciplinam pacemque eccleſiaſticam conſervandam neceſſaria erant, inſtituerentur. Ideoque primæ actionis exordio Hippolytum diaconum Valentinianæ hæreſis ſectatorem, Calliſtum Sabellii hæreſi maculatum, & Victorinum epiſcopum, qui receptos ab eccleſia paſchales cyclos redarguere præſumpſiſſet, damnarunt. Quæ reliquis canonibus conſtituta ſunt, fere omnia ad hierarchicum clericorum ordinem ſpectant. Quod in hac ſynodo de Ario & Ariana hæreſi, quæ orientalem eccleſiam annis aliquot ante lapus plurimum exagitavit, nulla mentio fiat, ea de cauſa contigiſſe videtur quod pontifex & imperator anno ſequente, majore cum apparatu & numero epiſcoporum totius orbis concilium œcumenicum Nicææ in oriente communi conſenſu congregare decreverint eo fine, ut ubi immortali odio, & obſtinata pertinacia ab Arianis digladiatum eſſet, ibi ſanctorum epiſcoporum cœtus ſacroſancta Dei caſtra, ad impietatem eorum oppugnandam, firmiter collocarent. Vide Baronium anno 324. num. 123. & ſequentibus.

In Cauſa Arii decernitur Nicænum concilium ſequenti anno celebrandum.

*b Romanum.* ) Patres ducentos octoginta quatuor in thermis Trajani, ubi Silveſter titulum a Conſtantino præclare dotatum erexit, conveniſſe ſupra diximus. Roma, quæ jure caput mundi appellata eſt, qualis olim etiamnum noſtro tempore urbs ſit, præclare admodum & erudite reverend. D. Georgius Braunius in celeberrimo & inſigni ſuo theatro urbium his verbis declarat: *Roma domina & regina urbium, totiuſque mundi caput, quem vere univerſum fortiſſimorum virorum rebus præſtantiſſime geſtis ſuo imperio ſubegerat. De primis ejus conditoribus tam multæ & variæ ſententiæ quam diverſi ſcriptores inveniantur.* Et infra. *Communior fere omnium ſententia eſt, Romam a Romulo dici.* Et paulo poſt. *Tota ejus area ad tantam amplitudinem devenit, ut in circuitu collegiſſe dicatur viginti millia paſſuum, quæ quinque fere Germanica milliaria efficiunt. Regionibus quatordecim quondam dividebatur. Portas ſuburbiorum & urbis in univerſum numero viginti quatuor fuiſſe refert* C *Plinius. Livius autem ponit triginta ſeptem. Turres imperio florente circum urbem erant 734. In quibus cum ita res ferret, præſidia collocabantur. Nunc turres ſolummodo 365. Portæ viginti quinque ſuperſunt,* &c. *Fertur de Conſtantino imperatore, quod is campum Martium cum admiratione inſpiciens, ſepulchrum Auguſti Cæſaris, tot æreis atque marmoreis ſimulacris ornatum, forum Romanum, Jovis Tarpeii delubra, thermas, porticus, amphiteatrum, Pantheon mira altitudine ſpatioſis molibus formatum, templum pacis, Pompeii theatrum, Circum maximum, tot arcus triumphales, tot aquaductus, tot ſtatuas per urbem ad ornatum poſitas, obſtupuiſſe ac tandem dixiſſe: Naturam omnes vires in unam urbem effudiſſe. Tiberis fluvius a ſeptemtrione urbem ingreditur, & ex latere meridionali Oſtiam verſus effluit. Sed quid plura de tanta tamque magnifica urbe commemorem? In qua legitimus & ordinarius ſancti Petri ſucceſſor, maximus eccleſiæ catholicæ pontifex reſidet, veneranda ſanctorum apoſtolorum & martyrum cernuntur reliquiæ, ubi jus Chriſtiano orbi præſcribitur. In qua denique ſuaviſſime Muſæ* D *univerſam Græciam deſerentes, ſedem ac domicilium invenerunt: ut veriſſime Cicero de natura deorum lib. 3. tradat: Quemadmodum nihil in univerſa rerum natura mundo, ſic in terra Roma nihil melius, nihil præſtantius inveniri.* Hæc de Roma Georgius Braunius beatæ Mariæ Ub. Colon. ad gradus decanus.

Quot concilia Romæ habita fuerint ſub Silveſtro.

*c Epilogus brevis ſequentis concilii Romani.* ) Sunt qui auctoritate hujus epilogi, duo concilia poſt Nicænum, Romæ ſub Silveſtro habita fuiſſe exiſtiment. verum cum eadem, quæ a ducentis octoginta quatuor patribus canonibus viginti conſtituta ſunt, ab auctore epilogi hujus ſummatim ac breviter recenſeantur & quod de Photinianis hac ſynodo condemnatis ſcribitur, plane falſum ſit, ut ex notis Sirmienſis concilii infra patebit; non alicujus quarti, ſed ſolius ſecundi Romæ ſub Silveſtro habiti res geſtas ab auctore incerto hic deſcriptas contineri, verius eſſe putamus. Baronius anno 325. num. 201.

Photinus hæreſiarca damnatus quando.

*d Photinum.* ) Cum ex actis Sirmienſis concilii Photinum longe poſt hæc tempora damnatum eſſe conſtet, E hujus epilogi initium quod præfationis loco auctor incertus vero Romano concilio II præfixit, ad hæc uſque verba, *& conſtituit ut presbyterum*, de mendacio ſuſpectum redditur. Reliqua quæ ſubjunguntur, ab eodem germano concilio Romano deſumpta ſunt, & in compendium redacta.

Cap. 1 Conſeſſus in ſynodo qualis.

*e Presbyteri autem Romani omnes & diaconi.* ) Quod hic ſoli epiſcopi cum Silveſtro pontifice ſediſſe, presbyteri autem & diaconi cum reliquo univerſo clero a tergo ſedentium epiſcoporum ſtetiſſe narrantur, id modeſtiæ cauſa tunc ſaltem contigiſſe dicendum eſt; cum alioqui, teſte Hieronymo epiſtola 85 ad Evagrium, in Romana eccleſia receptum fuerit, ut coram epiſcopis diaconi tantum ſtent, presbyteri vero ſedeant, nam prædicta epiſtola ſic ait: *Ceterum etiam in eccleſia Romæ presbyteri ſedent, & ſtant diaconi. Licet paulatim increbreſcentibus vitiis, inter presbyteros abſente epiſcopo, ſedere diaconum viderim.* Imo in concilio Carthaginenſi IV. ſancito hac de re canone trigeſimo quarto ſtatutum repe-

1 Non ſunt in faſtis hi Conſules. *Harduinus.* 2 Æneas Pariſienſis loco cit. pag. 99. ſic legit. *Nemo judicabit primam ſedem juſtitiam deſiderantem temperari.* Harduinus.

(*a*) *Luc.* gerit. (*b*) *Luc.* A clero neque a Rege (*c*) *Luc.* XIII. (*d*) *Luc.* IV.

reperitur, ut *epiſcopus in quolibet loco ſedens, ſtare presbyterum non patiatur.*

Cap. 6 Diaconi cardinales & regionarii qui dicantur.

*f Diaconi cardinales.*) Qui hic appellantur diaconi cardinales, quod licet diverſis in locis agerent, unius tamen eccleſiæ, ejuſque primario cardine continerentur; iidem ſupra in vita Fabiani, diaconi regionarii nominantur, quod ex officio ſinguli binis regionibus urbis præeſſe, pauperumque in eis degentium curam habere tenerentur. In quem finem quatuordecim urbis regionibus ſeptem cardinales diaconi præfecti ſunt, ut nimirum ſingulis binas regiones ſollicite curantibus, totius urbis pauperibus bene proſpectum foret. Vide quæ notavimus ad vitam Evariſti & Fabiani.

Cap. 19. Contubernia illius quæ.

*g A die omnes presbyteri ſumas conjugium.*) Per conjugium hoc loco cum fœmina contubernium intellige. Uxorem ducere non tantum presbyteris, verum etiam ſubdiaconis hoc concilio prohibitum eſt. Itaque mulieris ſuſpectæ contubernium vitandum eſſe, ſub pœna ea, quæ additur, ſerio demandatur.

A

Cap. 20. Privilegium ſedis apoſtolicæ.

*h Nemo enim dijudicet.*) Hunc canonem Nicolaus Romanus pontifex citaſſe viſus eſt, cum inter alia quibus temeritatem Michaelis imperatoris redarguit, ſic ait: *Conſonat huic neceſſaria ſententia ſanctus Silveſter & magni Conſtantini baptizator, dicens: Neque ab Auguſto, neque ab omni clero, neque a populo judex judicabitur, haud dubium quin eccleſiaſticus.*

Ordinarius, non ſuffectis conſulibus anni notabantur.

*i Conſtantino Auguſto III. & Priſco conſulibus,*) Hic legendum eſſe, *Criſpo & Conſtantino III. conſulibus*, ipſi Faſti conſulares docent. Textum hoc loco corruptum eſſe, mirum non eſt, cum vix unum integrum verſum invenias, in quem mendum non irrepſerit. Quod initio anni 324. Criſpus a patre occiſus fuerit, hujus ſynodi celebratæ tempori nihil obſtat. Quibus enim conſulibus annus aperiebatur, & denominari incipiebat; iiſdem etiam uſque ad finem denominari perſeverabat, licet defunctis, vel aliter ſe abdicantibus, alii in locum ipſorum ſuffecti fuiſſent.





# Η ΕΝ ΝΙΚΑΙΑ ΠΡΩΤΗ ΑΓΙΑ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗ ΣΥΝΟΔΟΣ.

# SANCTUM CONCILIUM NICÆNUM PRIMUM GENERALE.

## HISTORIA CONCILII NICÆNI.

FLAVII Conſtantini magni imperio Arius presbyter Alexandrinus ambitionis & [a] invidiæ ſtimulis agitatus adverſus Alexandrum, qui poſt Petri & Achillæ obitum Alexandrinam eccleſiam ſanctiſſime regebat, cum ejus vitam non poſſet, doctrinam criminari inſtituit: utque elati animi fœditatem, quam deformi [b] fatebatur aſpectu, ſacrilega fateretur & lingua, novo atque impio dogmate diſſeminato, ad quem honoris gradum nequiverat ingredi per oſtium, veluti fur & latro aliunde aſcendere nitebatur. Itaque de Dei filio illa jactabat in vulgus: Erat [c] aliquando, quando non erat: ex non extantibus factum eſt, non de Patris ſubſtantia genitus: ex tempore, non ab æterno: haudquaquam Deus verus de Deo vero; ſed ex nihilo creatus, minor Patre, voluntate naturaque mutabilis. Quæ aliaque id genus cum impie deliraret, multis ſane calamitatibus omnem afflixit eccleſiam, ut antea Petrus Alexandrinus ſanctitate & martyrio clariſſimus, & magnus Antonius abbas prædixerant, quorum [d] ille cum ad aram noctu ſupplex oraret, Chriſtum dominum vidit diſciſſa veſte, audivitque flebiliter dicentem: Arius veſtem meam, quæ eſt eccleſia, dilaceravit, hic [e] vero

a Theodoret. lib. 1. hiſt. eccl. c. 2.

b Epiphan. Hæreſi 69.

Joan. 10. 1.

c Apud Athanaſ. Rufin. Socratem, Theodoret. Sozomen. paſſim.

d Acta martyrii Petri Alex. apud Sur. tom. 6. die 25. Novemb. & Bedam Martyrolog.

e Athanaſ. in Antonio.

in queſtus & lacrymas effuſus, vidiſſe ſe retulit
A altare Dei multorum impetu, crebriſque calcibus diſturbatum; Arianæ immanitatis oſtentum. Cum itaque Arii impietas ſeptuaginta [f] virgines Deo ſacras, ſeptem presbyteros, & diaconos duodecim peſtilenter infeciſſet, Alexander [g] epiſcopus hominem blandis cohortationibus ab ea mente deducere ſtuduit. Verum nec his Arii furor conquievit: bacchari [h] magis in dies, pellicere quoſcumque poſſet in ſceleris conſortium, turbare privatas domos, ipſos etiam eccleſiarum paſtores ut in lupos verteret, eniti; Euſebium in primis Nicomedienſem epiſcopum: qui cum ſuſcepto Arii patrocinio, reliquos epiſcopos in ejus communionem hortaretur, Alexander periculi
B magnitudine commotus, coacta [i] ex Libya & Ægypto centum epiſcoporum ſynodo, Arium, magnamque hominum illuviem, qui in ejus verba juraverant, anathemate perculſos ab eccleſia [k] expulit, remque totam per circulares, quas appellant, litteras univerſis perſcripſit epiſcopis. Ceterum Arius, qui in Palæſtina, [l] & apud Euſebium Nicomediæ exulabat, Euſebii machinatione Arianorum epiſcoporum concilio apud Bythyniam [m] coacto, in eccleſiæ communionem recipi jubetur. Ad graviſſimum hoc malum, quod longe lateque ſerpebat, opprimendum, Alexander datis ad Conſtantinum imperatorem litteris, [n] pium principem etiam atque etiam obteſtatus eſt, ut Ariani incendii flammas, quæ plus nimio graſſabantur, ſua auctoritate reſtingueret. Qui miſſo in Ægyptum Oſio [o] Cordubenſi epiſcopo,

f Epiph. hæreſ. 69.

g Theodor. lib. 1. cap. 2. Rufin. lib. 1. cap. 1.

h Theodor. & Rufin. ubi ſup. Socrat. lib. 1. cap. 1. Sozom. lib. 1. cap. 14.

i Alex. epiſt. ad omnes epiſc. apud Socrat. lib. 1. cap. 3.

k Epiph. Theodoret. Sozom. Socrat. ubi ſup. & Athan. orat. 1. contra Arian.

l Epiph. hæreſ. 68.

m Sozom. lib. 1. cap. 14.

n Epiph. hæreſ. 68. & 69.

o Euſeb. lib. 2. de vita Conſt. cap. 61. Socrat. lib. 1.

ſcopo, cum res æquiſſime componere conatus eſſet, tantum abeſt ut ex eo pax eccleſiis reddita ſit, ut Ariana in dies hæreſis magis ac magis invaleſceret.

Erat & aliud per id temporis inteſtinum in eccleſia malum auctore Meletio [a] Ægyptio epiſcopo: quem multis convictum criminibus, eo potiſſimum quod idolis ſacrificaſſet, cum Petrus Alexandrinus epiſcopus & martyr in frequenti epiſcoporum ſynodo ab epiſcopatu deturbaſſet, is rem indigniſſime ferens, non modo Petrum ipſum, ejuſque ſucceſſores Achillam & Alexandrum fœdiſſimis probris & criminationibus laceravit, ſed etiam tota fere bacchatus Ægypto, & multis per civitates diaconis, presbyteris, epiſcopis creatis, pernicioſo ſchiſmate diſcindebat eccleſiam. Ad hos Meletii Ariique tumultus accedebat & alia gravis atque inveterata diſſenſio ex Aſianis [b] pleriſque epiſcopis, qui nec dominico die, quo Chriſtus dominus ab inferis reſurrexit, ſed ipſa quartadecima primi menſis luna, in quemcumque incidiſſet diem, Judaico ritu paſcha celebrabant: nec primum menſem eum numerabant, cujus quartadecima luna in ipſum æquinoctii [c] verni diem, proximeve ſequentem recurreret, ſed qui per Judaicos emboliſmos ſeſe primus objiceret. Quem ritum ab apoſtolica traditione penitus abhorrentem ſanctus [d] Victor Romanus pontifex & martyr Romæ, Theophilus Cæſarienſis in Palæſtina, Palma in Ponto, Irenæus in Gallia, Bacchillus Corinthi, & eccleſiæ ad Oſroenam decretis variis damnaverunt. Verum his remediis cum non magis Aſiani, quam Meletius & Arius ad ſaniorem mentem rediiſſent, Conſtantinus imperator ut laboranti ſubveniret eccleſiæ, Silveſtri [e] ſummi pontificis auctoritate, aliorumque [f] ſacerdotum ſententia, ex univerſis orbis terrarum partibus epiſcopos in Nicæam Bithyniæ urbem, ad lacum Aſcanium ab Antigono [g] conditam honorificentiſſimis litteris accerſivit, diſpoſitis [h] ad itinera vehiculis. Convenerant [i] autem, præter innumerabiles diaconos ac presbyteros, epiſcopi numero [k] trecenti & octodecim, viri & vitæ ſanctitate, & miraculis, & divinarum ſcripturarum ſcientia plane admirabiles: de quibus beatus Ambroſius [l] ad Gratianum Auguſtum: *Trecenti*, inquit, *decem & octo ſacerdotes, tanquam Abrahæ electi judicio, conſona fidei virtute victores, velut trophæum, toto orbe ſubactis perfidis, extulerunt: ut mihi videatur hoc eſſe divinum, quod eodem numero in conciliis fidei haberemus oraculum, quo in hiſtoria habemus exemplum.* Inter hos primas obtinebant, ut totius agminis ductores, Oſius [m] epiſcopus Cordubenſis, Vitus & Vincentius, qui a beato Silveſtro miſſi, ut apoſtolicæ ſedis legati ſynodo præerant, & Alexander [n] Alexandrinus. Sequebatur Euſtathius [o] Antiochenus, qui doctrina & ſanctitate [p] conſpicuus, clariſſima (ut ait beatus Hieronymus [q]) tuba in adverſarios bellicum cecinit: & Macarius [r] Hieroſolymitanus epiſcopus, quem Arius ut ſuæ hæreſi acerrime adverſantem, apud Euſebium Nicomedienſem in crimen adduxerat. Ex reliquis item excelluere in primis Potamon [ſ] Heracleenſis, altero orbatus oculo ob teſtimonium Jeſu Chriſti; Paphnutius [t] Thebaidos ſuperioris epiſcopus, apoſtolicis clarus miraculis, cui eadem de cauſa alter effoſſus oculus, & ſiniſtrum genu fuerat ſucciſum: Spiridon [u] Trimithuntis in Cypro epiſcopus mirabilium patrator operum, & ſacrarum propugnator ſcripturarum: Paulus [x] Neocæſarienſis epiſcopus, ob fidei confeſſionem celebris, manu ferro candenti ſemiuſta: Jacobus [a] Niſibenus, vir plane apoſtolicis, & mortuorum ſuſcitator: Leontius [b] Cæſareæ Cappadociæ antiſtes, prophetico ſpiritu commemorabilis; qui dum iter haberet ad ſynodum, Gregorii Nazianzeni patrem & baptiſmo luſtravit, & futurum denunciavit epiſcopum: Amphion [c] confeſſor eximius, Hypatius [d] Gangrenſis, meritis & martyrio clarus: Nicolaus [e] Myræ epiſcopus, cujus ſanctitas in illuſtri excelſoque loco ſemper ſint; aliique complures. Itaque cum ad [f] condictam diem decimam tertiam Kalendas Julii, Paulino & Juliano conſulibus adfuiſſent, adfuit & Conſtantinus religioſiſſimus imperator: qui in omnem pietatis ſignificationem effuſus, dum tot inſignium patrum conſeſſum, veluti Dei caſtra, venerabundus admiratur, amplectitur [g] confeſſores, eorumque exoſculatur cicatrices. Hujus celeberrimi conventus fama permoti complures gentium philoſophi, ad epiſcopos dialecticis caprionibus, & Ariſtotelicis ſubtilitatibus vexandos convenere: quorum unus ceteris inſolentior, verborum inſtructus præſtigiis, cum ab epiſcoporum manibus velut anguis elaberetur; ſenior [h] quidam, ex ſanctis confeſſoribus unus, nihil aliud ſciens [i] *niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum*, loquendi facultate ab epiſcopis impetrata, In nomine, inquit, Jeſu Chriſti, philoſophe, audi quæ vera ſunt. Quibus breviter expoſitis, iterum ad eum pene obmuteſcentem, nec reſpondentem aliud, quam credere ſe: Si hæc, inquit, ita eſſe credis, ſurge & ſequere me, & hujus fidei ſignaculum ſuſcipe. Tum philoſophus ad eos qui aderant converſus: Donec, inquit, verbis mecum geſta res eſt, verba verbis oppoſui: ubi vero pro verbis virtus proceſſit ex ore dicentis, non potuerunt reſiſtere verba virtuti. Adornaverat autem imperator [k] in media regia exedram ſane ampliſſimam, ſedilibus undequaque diſpoſitis, in quibus ſuo ſinguli ordine conſiderent: quo cum epiſcopi conveniſſent, adfuit & imperator ornatu magnificentiſſimo; quem pro ſua in epiſcoporum ordinem reverentia in ſedili aureo infra epiſcopos, nec niſi annuentibus illis ſedentem, Euſtathius [l] Antiochenus nomine totius ſynodi eleganti oratione excepit, qua ejus pietatem ac ſtudium erga labantem jam & miſerabiliter afflictam religionem, luculentiſſimis verbis ornavit. Imperator [m] contra, Latina oratione humanitatis ac religionis plena, ad veram fidem explicandam, & ad ſcandala de regno Dei tollenda epiſcopos cohortatus eſt. Quanta vero fuerit Conſtantini erga epiſcopos obſervantia, vel ex eo colligi poteſt, quod libellos [n] accipiens querelarum plenos, quos ei de privatis injuriis obtulerant epiſcopi, eos ne legendos quidem ſibi eſſe putavit, ſed continuo flammis tradidit, illud prophetæ uſurpans: *Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos dijudicat.* Vos nobis a Deo dati eſtis dii, & indecorum eſt ut homo judicet deos. Ego plane ſi mœchantem epiſcopum viderem, ſcelus obtegerem paludamento. Non ad privatas ergo lites, ſed ad hoſtes fidei profligandos incumbite. Itaque continuo, cum Arius cum ſua ſacrilega manu in [o] ſynodo adeſſet, ipſius dogmata recitantur. Cohorruere [p] epiſcopi, & conſceleratas voces obſtructis etiam auribus execrati ſunt. Leguntur & Euſebii [q] Nicomedienſis, quo præcipuo adjutore nitebatur Arius, peſtilentes litteræ, atque ut blaſphemiarum plenæ tota ſpectante ſynodo conſcinduntur. Proferuntur deinde, reclaman-

cap. 4. Theod. lib. 1. cap. 7. Sozom. lib. 1. cap. 15.

a Athan. apolog. 2. Socrat. lib. 1. cap. 5.

b Euſeb. l. 9. hiſt. eccleſ. cap. 22. & 23. & lib. 3. de vita Conſtant. cap. 5. Socrat. lib. 1. c. 5. Theodor. l. 3. de fab. hæret.

c Ambroſ. de paſcha celebrat. tom. 4.

d Euſeb. lib. 5. hiſt. cap. 22.

e Sexta ſyn. act. 18.

f Rufin. lib. 1. cap. 1.

g Strab. l. 12.

h Euſeb. l. 3. de vita Conſt. c. 6. & ſeq. Theodor. l. 1. c. 7.

i Euſeb. ibid. Socrat. l. 1. c. 5.

k Rufin. l. 1. c. 1. Epiph. hær. 69. Theodor. l. 1. c. 7. & alii.

l Lib. 1. c. 1. de fide ad Gratian.

m Phot. epiſt. ad Michael. c. 1. Socrat. lib. 1. c. 9. Sozom. l. 1. c. 16.

n Socrat. Sozom. ubi ſupra.

o Theod. l. 1. c. 7. Socrat. & Sozom. ubi ſupra.

p Athan. orat. 1. contra Arian. & epiſt. ad ſolit.

q Epiſt. ad Evagr.

r Theod. l. 1. c. 5. Socrat. Sozom. ubi ſupra.

ſ Athanaſ. epiſt. ad ſolit.

t Rufin. lib. 1. c. 4. Socrat. l. 1. c. 5. Sozom. ubi ſupra.

u Rufin. l. 1. c. 5. Socrat. l. 1. c. 8.

x Theod. l. 1. 7.

a Theod. ibid.

b Greg. Naz. in fun. patris.

c Athan. apol. 2. Sozom. l. 1. c. 10. Theod. l. 1. c. 20.

d Menologium Græc.

e Method. in ejus vita.

f Concil. Calched. act. 1.

g Theod. l. 1. c. 11.

h Rufin. l. 1. c. 3. Socrat. l. 1. c. 8. Sozom. l. 1. c. 17.

i 1. Cor. 2.

k Euſeb. l. 3. de vita Conſt. c. 10. Socrat. l. 1. cap. 8. Theod. l. 1. c. 7.

l Theod. ubi ſup.

m Euſeb. l. 3. de vita Conſt. c. 12. Theod. ubi ſup. Sozom. l. 1. c. 18.

n Rufin. l. 1. c. 2. Socrat. l. 1. cap. 8. Theod. l. 1. c. 11. Sozom. l. 1. cap. 16. Greg. l. 4. ep. 75.

Pſalm. 81.

o Rufin. l. 1. c. 5. Theod. l. 1. c. 7. Sozom. l. 1. c. 16. & 18.

p Athan. orat. 1. contra Arian.

q Euſt. apud Theodor. l. 1. c. 6. & 8.

mantibus licet adverſariis, acta Alexandrini[a] concilii, ut inde, quò quæque res ordine geſta eſſet, palam fieret. Tum benigne invitantur a catholicis Ariani, [b] ut ſuas ſententias, earumque rationes (quo facilius his confutatis veritas elucEſceret) adducerent in medium. Illi contra, hærere primum; deinde inter ſe depugnare atque altercari; proferre mox fallacem quamdam & commentitiam [c] fidei formulam; qua ſtatim exploſa atque diſcerpta, cum Conſtantinus maximo ſtudio ac ſolertia [d] ſæpius inſtitiſſet, ut ſedatis tumultibus orthodoxa veritas omnium ſententia & auctoritate conſtaret; plerique patres adverſus hæreticos doctiſſime diſputarunt; inter quos Athanaſius[e] Alexandrinus, adhuc diaconus, ſingulari certamine cum Ario acerrime congreſſus eſt. Rebus itaque in utramque partem jactatis, & ad certam divinarum ſcripturarum normam perpenſis, communi omnium ſuffragio Arius & Euſebius[f] damnantur. Conclamatur unanimi conſenſu Dei Filius, Deus de Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, ὁμοούσιος hoc eſt, conſubſtantialis Patri: pronunciatur & omnium nomine ab Oſio[g] Cordubenſi, ſedis apoſtolicæ legato, concepta fidei formula, non adſcripto tamen die ſeu conſule, ne novum videretur inventum, ſed ab apoſtolorum temporibus atque oraculis accepta traditio. In Arium quoque & Arianos (quos Porphyrianos[h] a Porphyrio, qui Chriſto domino ſimiliter oblatrarat, Conſtantinus appellabat) anathema promulgatur. Imperator autem Arii libros hæreſi a concilio damnata refertos, non ſolum comburi[i] juſſit, verum etiam iis qui Arii Thaliam legerent, aut occultarent, pœnam[k] capitis conſtituit. Scripſerat enim Arius librum, quem Thaliam,[l] hoc eſt, convivium & crapulam vocavit, quo per jocum & laſciviam, ſeu per meretricias choreas & ſaltationes, multorum ſibi animos devincire ſtuduit. Ejecti[m] poſtremo ſunt in exilium Arius, ejuſque ſocii; tametſi Euſebius[n] Nicomedienſis, Theogonius Nicænus, & alii quidam, qui poſtea concilii decretis ſe obtemperaturos ſupplici libello ſpoponderant, ſuis ſedibus reſtituti ſunt. Ceterum ne qua relinqueretur diſſenſionis occaſio, ſancitum[o] eſt etiam, ut paſchatis ſolennitas, de qua non parum ante diſcrepabant eccleſiæ, non Judaico, ſed apoſtolico ritu, hoc eſt, luna plena poſt vernum æquinoctium, die dominico ageretur, inſtituto novemdecim[p] annorum, quaſi circulo quodam, ex quo ea temporis ratio magis eſſet in promptu. De Meletio[q] item, cujus petulantia turbaverat Ægyptum, ſtatutum, ut nudo epiſcopi nomine retento, ſine functionibus ullis Lycum incoleret: qui autem ab eo ſacris fuerant initiati, Alexandrino ſubjacerent epiſcopo, aliis eccleſiarum miniſtris poſtpoſiti. Editi quoque nonnulli canones[r] ad ea quæ dilapſa videbantur, reſtituenda, aut ſancienda firmius quæ ut oportet gerebantur. Tum ſynodo ſubſcripſerunt[s] univerſi; Euſebius[t] etiam Cæſarienſis, qui homouſion ſuis ad Cæſarienſes literis, ut a majoribus traditum, collaudavit; agente Conſtantino[u] immortales Deo gratias, quod cerneret, ſucciſis diſſidiorum zizaniis, omnes orientis & occidentis eccleſias uno fidei vinculo ac ſpiritu copulatas. Eam ob rem literis[x] ad epiſcopos qui abfuerant, conſcriptis, ad ea quæ acta fuerant, amplectenda hortatus eſt; & [y] Ario ſeorſum per epiſtolas impietatem atque amentiam verbis graviſſimis exprobravit. Ipſa etiam ſynodus, [z] ne quæ geſſerat, ab ullo

a Julius papa in epiſt. ad orient. apud Athan. apolog. 2.
b Athan. epiſt. contra hæreſ. Arian.
c Theod. l. 1. c. 7.
d Euſeb. lib. 3. de vita Conſtant. c. 13.
e Athan. Apol. 2. Socrat. lib. 1. c. 5. Rufin. l. 1. c. 16.
f Athan. epiſt. ad Jovian. & epiſt. de Synod. Socr. Sozom. & Theodor. ubi ſupra.
g Athan. epiſt. ad ſolit.
h Socrat. l. 1. c. 6.
i Socrat. ibi. & Sozom. l. 1. c. 20.
k Socrat. & Sozom. ubi ſupra.
l Athan. orat. 2. contra Arian. & de ſen. Dionyſ. contra Arian. Socrat. & Sozom. ubi ſupra.
m Rufin. l. 1. c. 5. Socrat. l. 1. c. 5. Sozom. l. 1. c. 19.
n Hieron. adver. Lucifer. Socrat. l. 1. c. 10. Sozom. lib. 2. c. 15.
o Epiſt. ſynod. & Euſeb. l. 3. de vita Conſtant. c. 16. Sozom. l. 1. c. 6. Theod. l. 1. c. 9.
p Ambr. epiſt. 83.
q Theod. l. 1. c. 9.
r Rufin. l. 1. c. 6. Theod. l. 1. c. 8. Sozom. l. 1. c. 23.
s Julii epiſt. apud Athan. apolog. 2.
t Athan. ep. ad Afros. Socr. l. 1. c. 8. Theod. l. 1. c. 8.
u Euſeb. l. 3. de vita Conſt. c. 14.
x Euſeb. ib. c. 16. Theod. l. 1. c. 10.
y Epiph. hær. 69.
z Socr. l. 1. c. 6. Theod. l. 1. c. 7.

A poſſent ignorari, ea omnia luculenter literis teſtificata eſt. Tandem[a] ad VIII. Kal. Septembris ſoluta ſynodo, ſui Conſtantinus imperii vicennalia[b] cum epiſcopis, quibus & magnificentiſſimum inſtruxit convivium, celebravit: ſeque poſtquam ipſorum piis precibus plurimum commendavit, perhumaniter ſingulos dimiſit, traditis ad provinciarum præſides, ac municipales magiſtratus literis & decretis, ut quotannis frumentarium[c] quoddam vectigal dependeretur eccleſiis. Antequam autem diſſolveretur ſynodus, fidem & canones ad Silveſtrum pont. max.[d] miſit, qui in Romana ducentorum ſeptuagintaquinque epiſcoporum ſynodo eos confirmavit his verbis: Silveſter epiſcopus ſanctæ & apoſtolicæ ſedis, præ-
B ſul urbis Romæ dixit. Quidquid in Nicæa Bithyniæ conſtitutum eſt ad robur ſanctæ matris eccleſiæ catholicæ & apoſtolicæ a ſanctis ſacerdotibus trecentis decem & octo, noſtro ore conformiter confirmamus. Omnes qui auſi fuerint diſſolvere definitionem ſancti & magni concilii, quod apud Nicæam congregatum eſt ſub præſentia piiſſimi ac venerandi principis Conſtantini Auguſti anathematizamus. Et dixerunt omnes: Placet. Deinceps vero aliquot poſt annos, cum Conſtantinus[e] Arium, quem reſipuiſſe falſo audierat, ab exilio revocaſſet, is Alexandriam primum, inde vero ab Athanaſio ejectus, qui Alexandro ſucceſſerat, Conſtantinopolim contendit: cumque[f] pro eo, ut in communionem adſciſceretur, Euſebius Nicomedienſis enixe pugnaret, repugnaret autem conſtantiſſime Alexander Con-
C ſtantinopolitanus epiſcopus, Deumque magna lacrymarum vi obſecraret, ne lupum inter oves verſari pateretur: Arius dum in eccleſiam ducitur, alvo laceſſente ſecedere coactus, teterrimo loco male olentem animam diffuſis viſceribus exhalavit. Longum eſt commemorare quam caſte ac religioſe univerſi patres Nicænam ſynodum, velut oraculum de cœlo editum, venerati ſint. Ad hanc tamquam inviolabilem legem ac tribunal Athanaſius[g] ubicumque cum Ario, cum Aſterio, cum Euſebio pugnat, conſtantiſſime provocat. Hanc Hilarius[h] Pictavienſis epiſcopus Conſtantio fidei paternæ deſertori exprobrat, & reliquarum ſynodorum quaſi lydium lapidem ac normam eſſe contendit. Hanc perinde atque eccle-
D ſiæ fluctuantis anchoram, in panariis & anchorato prædicat Epiphanius. * Ad hanc non aliter quam ad arcem & propugnaculum fidei, Gratianum Auguſtum, a quo in bellum profecturo de fide fuerat interrogatus, deducit[i] Ambroſius. Quid attinet ſingulos recenſere? Ipſæ œcumenicæ ſynodi quidquid acturæ, quidquid diſputaturæ eſſent, principio Nicænæ[k] ſe fidei inhærere velle veſtigiis profeſſæ ſunt univerſæ; ut magni quidam lapides videantur Nicæno ſuperextructi fundamento. Jam vero hujus auguſtiſſimæ ſynodi doctrinam Deus quot inſignium doctorum diſputationibus, quot cœleſtibus miraculorum prodigiis, quot ſanctiſſimorum virorum tolerantia ac martyriis illuſtravit. Gothorum reges in Italia &
E Hiſpania, Vandalorum in Africa, Conſtantius & Valens[l] Romanorum imperatores, toto terrarum orbe prætores, milites, exercitus, ſynodos ad hæc provinciarum, Ariminenſem etiam ac Seleucienſem ex numeroſiſſimo epiſcoporum grege conventum, adverſus Nicænos canones inſtruxerant. Quæ tamen omnia fuerunt illis non tam hoſtiles ad exitium machinæ, quam ad immortalem gloriam trophæa victoriæ, Deo per hæc teſtificante, ſolidiſſima petra nixam ac fundatam

a Atticus Conſtant. apud Creſconium.
b Euſeb. l. 3. de vita Conſtant. c. 14. Theodor. lib. 1. c. 11.
c Theodor. ubi ſupra.
d Dion. Exiguus in præf. conc. Nicæn. quæ extat in corpore canonum & apud Creſcon.
e Soc. l. 1. c. 19. & 25. Sozom. l. 2. c. 26. & 28.
f Athan. orat. 1. contra Arian. Epiph. hæreſ. 68. Socrat. & Sozo. ubi ſupra.
g In orationibus contra Arian. & alibi.
h In libellis exhibitis Conſtantio & l. de ſynodis.
* Extant etiam in hiſt. trip. lib. 2. c. 13. & 14. duæ ſequentes Alexand. epiſt. ex antiqua verſione Epiph. Scholaſt.
i Libris de fide ad Gratianum.
k Paſſim hæc habentur in Rufin. Socr. Sozomen. Theodor.
l Socr. & Theodor. lib. 2. & 4. paſſim Sozom. l. 3. & 6. Victor. Uticen. de perſecut. Vand. & alii.

datam fuiſſe Nicænam fidem, quam tanta flu- A minum, ventorum, procellarum vis labefactare non potuit. Apoſtolica denique ſedes hujus cœleſtis theſauri diligentiſſima cuſtos, ſub Julio,[a] ſub Damaſo, ſub Siricio, & aliis, alterius nullius ſynodi acriorem ſe probavit propugnatricem, ut nihil eorum quæ Nicænis patribus placuere, violari unquam, aut revocari in dubium paſſa ſit. Itaque ſanctiſſimus Leo[b] primus ad Anatolium Conſtantinopolitanum epiſcopum: *Nulla*, inquit, *ſibimet de multiplicatione congregationis ſynodalia concilia blandiantur, neque trecentis illis decem & octo epiſcopis quantumlibet copioſior numerus ſacerdotum, vel comparare ſe audeat, vel præferre, cum tanto divinitus privilegio Nicæna ſit ſynodus conſecrata, ut ſive per pauciores, ſive per* B *plures eccleſiaſtica judicia celebrentur, omni penitus auctoritate ſit vacuum, quidquid ab illorum fuerit conſtitutione diverſum.* Et paulo poſt: *Sancti illi & venerabiles patres, qui in urbe Nicæna, ſacrilego Ario cum ſua impietate damnato, manſuras uſque in finem mundi leges eccleſiaſticorum canonum condiderunt, & apud nos, & in toto orbe terrarum in ſuis conſtitutionibus vivunt, & ſi quid uſquam aliter quam illi ſtatuerant, præſumitur, ſine cunctatione caſſatur, ut quæ ad perpetuam utilitatem generaliter inſtituta ſunt, nulla commutatione varientur.* Et epiſtola ad[a] Pulcheriam: *Quoniam contra ſtatuta paternorum canonum, quæ ante longiſſimæ ætatis annos in urbe Nicæna ſpiritalibus ſunt fundata decretis, nihil quidquam audere conceditur; ita ut ſi quis diverſum aliquid decernere velit, ſe potius minuat, quam illa corrumpat: quæ ſi (ut oportet) a cunctis pontificibus intemerata ſerventur, per univerſas eccleſias tranquilla erit pax, & firma concordia, nullæ de menſuris harum diſſenſiones, nullæ de ordinationibus lites, nullæ de privilegiis ambiguitates, nulla erunt de aliena uſurpatione certamina, ſed ea quæ jure caritatis rationabilis eſt, & morum & officiorum, ſervabitur unanimitas.* Et in epiſtol. LXVI. *Tanta apud me eſt Nicænorum canonum reverentia, ut quæ ea ſunt a ſanctis patribus conſtituta, nec permiſerim, nec patiar aliqua novitate violari*, &c. Sanctus Gregorius[b] ſicut ſancti evangelii quatuor libros, ſic quatuor concilia ſuſcipere & venerari ſe fatetur, Nicænum ſcilicet, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Chalcedonenſe. Et alibi[c] inquit: *Nos generales ſynodos a Nicæna incipientes, cum reliquis quatuor veneramur, quia ipſam ſequentes in cunctis ſententiis unanimes concordant.*

[a] In epiſtolis variis horum pontificum.
[b] Epiſt. 52.
[a] Epiſt. 55.
[b] Epiſt. 24. l. 1.
[c] Epiſt. 53. lib. 7. ind. 2.

ANNO CHRISTI 321.

PARTIS I SECTIO I

# ΑἹ ΠΡῸ ΤΗ͂Σ ἉΓΊΑΣ ἘΝ ΝΙΚΑΊᾼ ΠΡΏΤΗΣ ΣΥΝΌΔΟΥ ἘΠΙΣΤΟΛΑΊ.

# EPISTOLÆ QUÆ ANTECESSERUNT CONCILIUM NICÆNUM.

## ἘΠΙΣΤΟΛῊ ἈΛΕΞΆΝΔΡΟΥ Ἀλεξανδρείας.

Τῷ τιμιωτάτῳ καὶ ὁμοψύχῳ Ἀλεξάνδρῳ, Ἀλέξανδρος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Theod. lib. 1. cap. 4.

Ἡ ΦΙΛΑΡΧΟΣ τῶν μοχθηρῶν ἀνθρώπων καὶ φιλάργυρος πρόθεσις ταῖς δοκούσαις ἀεὶ μείζοσι παροικίαις πέφυκεν ἐπιβουλεύειν, διὰ ποικίλων προφάσεων τῶν τοιούτων ἐπιτιθεμένων τῇ ἐκκλησιαστικῇ εὐσεβείᾳ. οἰστρηλατούμενοι γὰρ ὑπὸ τοῦ ἐνεργοῦντος ἐν αὐτοῖς διαβόλου εἰς τὴν προκειμένην αὐτοῖς ἡδονὴν, πάσης εὐλαβείας ἀποσκιρτήσαντες, πατοῦσι τὸν τῆς κρίσεως τοῦ Θεοῦ φόβον. περὶ ὧν ἀναγκαῖον ἦν μοι τῷ πάσχοντι δηλῶσαι τῇ ὑμετέρᾳ εὐλαβείᾳ, ἵνα φυλάττησθε τοὺς τοιούτους, μήτις αὐτῶν τολμήσῃ καὶ ταῖς ὑμετέραις παροικίαις ἐπιβῆναι. εἴτε δι' ἑαυτῶν, εἴτε δι' ἄλλων· ἱκανοὶ γὰρ ὑποκρίνεσθαι πρὸς ἀπάτην οἱ γόητες· ἢ διὰ γραμμάτων ψευδῶς κεκομψευμένων, καὶ δυναμένων ὑφαρπάσαι τὸν ἁπλῇ πίστει καὶ ἀκεραίῳ προτετεσχηκότα. Ἄρειος γοῦν



## [1] EPISTOLA ALEXANDRI C Epiſcopi Alexandriæ.

*Cariſſimo fratri & unanimi Alexandro, Alexander in domino ſalutem.*

EST quidem propoſitum hominibus improbis, in quorum animis inexplebilis honoris & pecuniæ cupiditas inſita eſt, ut eccleſiis, quæ videntur plus habere dignitatis, ex occulto inſidientur, qui per varias ac multiplices vias ſinceram eccleſiæ pietatem oppugnare non ceſſant. Nam impulſu diaboli, qui vim ſuam in eorum animis exercet, in furorem acti, ad voluptates D quæ forte ſe offerunt, feruntur præcipites: atque ab omni pietate refugientes, timorem divini judicii proterunt. De quibus ego, qui inde non parum acceperim incommodi, neceſſe habui veſtræ pietati ſignificare, ut id generis homines ſedulo devitetis, ne forte quiſquam illorum audacia fretus, vel per ſeipſum, vel per alios, (ſunt enim præſtigiatores ad ſimulandam fraudem, atque adeo inferendam ex ſe apti & comparati) vel per litteras omnis mendacii elegantia & ſuavitate ſic conditas, ut ſimplicis ac ſinceræ fidei hominem facile a verita-

I Ex Theod. lib. 1. cap. 4.



1 Hæc eſt Epiſtola Synodica, quam Alexander Alexandrinus Epiſcopus ad cognominem Alexandrum Byzantinum Epiſcopum ſcripſit ex Alexandrino Concilio habito ann. Chriſti 321. & ſupra a Rev. P. Labbeo relato. Eam nobis ſervavit Theodoretus in lib. 1. hiſt. Eccleſ. cap. 4. Interpretatio eſt Chriſtophorſoni, recognita tamen, qua etiam paucis mutatis, uſus eſt Harduinus, tametſi magis exculta Sirmondiana Theodoreti verſio eidem videatur. Habetur & alia verſio Epiphanii Scholaſt. in hiſt. Tripart. lib. 1. cap. 14. Notulæ ſequentes Harduini ſunt.

A te abſtrahant, in veſtris eccleſiis erroris ſui imprimat veſtigia. Nam Arius & Achillas nuper facta conjuratione, dum Colluthi ambitionem imitari ſtudent, eum in eo vitioſitatis genere longe ſuperarunt. Ille enim hos ipſos accuſans, improbo ſuo propoſito habuit quod prætexeret: hi autem cum illius nundinationem, qua Chriſtum ipſum vendidit, animadverterent, non amplius eccleſiæ legibus ſubjecti eſſe ſuſtinuerunt; ſed ſpeluncis latronum ſibi conſtructis, conventus in illis ſine intermiſſione agere, noctes dieſque Chriſto & nobis maledice obtrectare, omnem apoſtolicam & piam doctrinam criminari, ſimulatione Judaica officinam ad Chriſtum oppugnandum inſtruere, divinitatem ſalvatoris noſtri inficiari, eum ceteris hominibus nihilo præ- B ſtantiorem prædicare, vocibuſque omnibus pro ejus ſalutari in carne œconomia, & abjectione ſui noſtra cauſa ſuſcepta, ex ſacris litteris ſelectis, iiſdem impiam ſuam prædicationem corroborare; & verba, quibus æterna ejus divinitas & gloria una cum Patre ineffabilis confirmatur, averſantes, ſubvertere nituntur. Quippe impiam Gentilium & Judæorum de Chriſto opinionem defendentes, ſuam ipſorum laudem ab iis (quantum fieri poteſt) venari; & in quibus eis ludibrio ſumus, omnia enixe conſectari ſtudent. Seditiones porro in nos quotidie concitare, graves ciere perſecutiones, & interdum lites per mulicrcularum impurarum ſermones, quas ipſi in fraudem impulerunt, intendere: nonnumquam C religionem Chriſtianam, ſuas tenellas e invenculas per ſingulas plateas turpiter circumducendo, graviſſimis contumeliis afficere: quin etiam inconſutilem & indiſſolubilem Chriſti tunicam, quam carnifices noluerunt diſcindere, hi diſcerpere non dubitarunt. Nos igitur (ſicut ſcelerata eorum vita, & conatus execrabilis poſtulat) ſuffragiis omnium tandem, licet ſero propter rei ignorationem illud ſimus aggreſſi, eccleſia, quæ Chriſti divinitatem adorat, illos ejecimus, ut adorationem quæ Chriſti deitati debetur, minuentes. Itaque hi circumcurrere hac illac, quo nobis obtrectent, deflectere ad collegas nobiſcum in eadem fide conſentientes, ſpecie quidem pacem & concordiam ſimulate petere, ſed D revera moliri, ut per ſermonis lenocinia nonnullos eorum in ſui morbi contagionem pertrahant: litteras quoque ab illis blandiores petere, ut coram iis, quos errore implicarint, eas legentes, ſuæ prolapſionis impœnitentes reddant, atque ad impietatem aſſuefaciant, quaſi epiſcopos ſuæ ſententiæ & opinioni conſentientes haberent. Nam nec illis confiteri volunt ea quæ tam nefarie impieque apud nos cum docuerunt, tum fecerunt, quorum gratia eccleſia expulſi ſunt: ſed vel ſilentio tegere, vel partim ſermonibus commentitiis, partim literis veteratorie ſcriptis obſcurare nituntur, quo eos dolo deludant. Quapropter colloquiis tum probabilitate, tum facetiis dicacibus refertis, pernicio- E ſam ſuam doctrinam tamquam velis obtendentes, hominem ſimplicem & fraudi expoſitum in ſuum errorem rapiunt: quin etiam ab obtrectando apud omnes noſtræ ſanctæ piæque religioni haudquaquam ſe abſtinent. Unde fit, ut nonnulli qui eorum literis ſubſcribunt, in eccleſiam eos recipiant: quod factum (mea quidem ſententia) maximam infamiæ notam collegis noſtris, qui illud auſi ſunt, inuſſit; qui non mo-

Joan. c. 19 v. 23

A καὶ [1] Ἀχιλλᾶς συνωμοσίαν ἔναγχος προστησάμενοι, τὴν Κολλούθου φιλαρχίαν πολὺ χεῖρον, ἢ ἐκεῖνος, ἐζήλωσαν. ὁ μὲν γὰρ αὐτοῖς τούτοις ἐγκαλῶν, τῆς ἑαυτοῦ μοχθηρᾶς [2] προθέσεως εὗρε πρόφασιν. οἱ δὲ τὴν ἐκείνου χριστεμπορείαν θεωροῦντες, οὐκ ἔτι τῆς ἐκκλησίας ὑποχείριοι μένειν ἐκαρτέρησαν, ἀλλ' ἑαυτοῖς σπήλαια λῃστῶν οἰκοδομήσαντες. ἀδιαλείπτους ἑαυτοῖς προσποιοῦνται συνόδους. νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐν ταῖς κατὰ Χριστοῦ καὶ ἡμῶν διαβολαῖς ἀσχολούμενοι, οἱ πάσης τῆς ἀποστολικῆς εὐσεβοῦς δόξης κατηγοροῦντες Ἰουδαϊκῷ προσχήματι χριστομάχον συνεκρότησαν ἐργαστήριον, τὴν B θεότητα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀρνούμενοι, καὶ τοῖς πᾶσιν ἴσον εἶναι κηρύσσοντες, πᾶσάν τε αὐτοῦ τῆς σωτηρίου οἰκονομίας καὶ δι' ἡμᾶς ταπεινώσεως φωνὴν ἐκλεξάμενοι, ἐξ αὐτῶν συναγείρειν πειρῶνται τῆς ἀσεβείας ἑαυτῶν τὸ κήρυγμα, τῆς ἀρχῆθεν θεότητος αὐτοῦ, καὶ [3] παρὰ τῷ πατρὶ δόξης [4] ἀλέκτου τοὺς λόγους ἀποστρεφόμενοι. τὴν οὖν Ἑλλήνων τε καὶ Ἰουδαίων ἀσεβῆ περὶ Χριστοῦ δόξαν κρατύνοντες, τὸν παρ' αὐτῶν ἔπαινον ὡς ἐνὶ μάλιστα θηρῶνται, πάντα μὲν, ὅσα καθ' ἡμῶν παρ' αὐτοῖς γελᾶται, πραγματευόμενοι, στάσεις δὲ ἡμῖν καθ' ἡμέραν καὶ διωγμοὺς ἐπεγείροντες· καὶ τοῦτο μὲν δικαστήρια C συγκροτοῦντες δι' ἐντυχίας γυναικαρίων ἀτάκτων, ἃ ἠπάτησαν· τοῦτο δὲ τὸν χριστιανισμὸν διασύροντες, ἐκ τοῦ περιτροχάζειν πᾶσαν ἀγυιὰν ἀσέμνως τὰς παρ' αὐτοῖς νεωτέρας· ἀλλὰ καὶ τὸν ἄρρηκτον τοῦ Χριστοῦ χιτῶνα, ὃν οἱ δήμιοι διελεῖν οὐκ ἐβουλεύσαντο, αὐτοὶ σχίσαι ἐτόλμησαν. ἡμεῖς μὲν οὖν, ἃ καὶ τῷ βίῳ αὐτῶν, καὶ τῇ ἀνοσίῳ ἐπιχειρήσει πρέπει διὰ τὸ λανθάνειν, βραδέως ἐπιστήσαντες, παμψηφεὶ τῆς προσκυνούσης Χριστοῦ τὴν * θεότητα ἐκκλησίας ἐξηλάσαμεν, ὡς τῆς προσκυνήσεως Χριστοῦ τὴν θεότητα σμικρύναντας. ἐπεχείρησαν δὲ περιδρομαῖς χρώμενοι καθ' ἡμῶν, παρεκβαίνειν πρὸς τοὺς ὁμόφρονας D συλλειτουργοὺς, σχήματι μὲν εἰρήνης καὶ ἑνώσεως, ἀξίωσιν ὑποκρινόμενοι, τὸ δ' ἀληθὲς, συναρπάσαι τινὰς αὐτῶν εἰς τὴν ἰδίαν νόσον διὰ χρηστολογίας σπουδάζοντες, καὶ στωμυλώτερα γράμματα παρ' αὐτῶν αἰτοῦντες. ἵνα παραναγινώσκοντες αὐτὰ τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἠπατημένοις, ἀμετανοήτους ἐφ' οἷς ἐσφάλησαν κατασκευάζωσιν, ἐπιτριβομένους εἰς ἀσέβειαν, ὡς ἂν συμψήφους αὐτοῖς καὶ ὁμόφρονας ἔχοντες ἐπισκόπους. οὐχ ἅπερ γοῦν παρ' ἡμῖν πονηρῶς ἐδίδαξάν τε καὶ διεπράξαντο, ὁμολογοῦσιν αὐτοὶ, δι' ἃ καὶ ἐξώσθησαν, ἀλλ' ἢ σιωπῇ ταῦτα παραδιδόασιν, ἢ πεπλασμένοις λόγοις καὶ ἐγγράφοις ἐπισκιάζοντες ἀπατῶσι. πι- E θανωτέραις οὖν καὶ βωμολόχοις ὁμιλίαις τὴν φθοροποιὸν αὐτῶν διδασκαλίαν ἐπικρύπτοντες, συναρπάζουσι τὸν εἰς ἀπάτην ἐκκείμενον, οὐκ ἀπεχόμενοι καὶ τοῦ παρὰ πᾶσι συκοφαντεῖν τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν. ὅθεν καὶ συμβαίνει τινὰς τοῖς γράμμασιν αὐτῶν ὑπογράφοντας, εἰς ἐκκλησίαν εἰς δέχεσθαι· μεγίστης, ὡς οἶμαι, διαβολῆς ἐπικειμένης τοῖς τοῦτο τολμῶσι συλλει-

τουρ-

* ἴσ. θεότητα.

1 Al. Ἀχιλλεὺς, & ita legit Epiphanius Schol. 2 MS. Allatii πρωαιρέσεως, & ita Epiphanius Scholaſt.
3 Edit. Baſil. παρὰ τῷ πατρὶ. 4 al. ἐλεγχει.

τοῦ μήτε τὸν ἀποστολικὸν κανόνα τοῦτο συγχωρεῖν, ἀλλὰ καὶ ὑπεκκαίειν τὴν ἐπ' αὐτοῖς διαβολικὴν κατὰ Χριστοῦ ἐνέργειαν. διὸ δὴ καὶ οὐδὲν μελλήσας, ἀγαπητοὶ, δηλῶσαι ὑμῖν τὴν τῶν τοιούτων ἀπιστίαν, ἐμαυτὸν διανέστησα, λεγόντων, ὅτι ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ γέγονεν ὕστερον ὁ πρότερον μὴ ὑπάρχων, τοιοῦτος γενόμενος ὅτε καί ποτε γέγονεν, [1] οἷα καὶ πᾶσιν εἶναι πέφυκεν ἀνθρώποις· πάντα γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησε· συναναλαμβάνοντες τῇ τῶν ἁπάντων λογικῶν τε καὶ ἀλόγων κτίσει καὶ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ. οἷς ἀκολούθως καὶ φασιν αὐτὸν τρεπτῆς εἶναι φύσεως, ἀρετῆς τε καὶ κακίας ἐπιδεκτικὸν, καὶ τῇ ἐξ οὐκ ὄντων ὑποθέσει καὶ τὰς θείας τοῦ εἶναι αὐτὸν ἀεὶ συναναιροῦντες γραφὰς, αἳ τὸ ἄτρεπτον τοῦ λόγου καὶ τὴν θεότητα τῆς σοφίας τοῦ λόγου σημαίνουσιν, ἅ ἐστιν ὁ Χριστός. δυνάμεθα οὖν καὶ ἡμεῖς, φασὶν οἱ ἀλάστορες, υἱοὶ γενέσθαι Θεοῦ, ὥσπερ κἀκεῖνος· γέγραπται γὰρ, υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα. ἐπιφερομένου δὲ αὐτοῖς τοῦ λέγοντος ἑξῆς τοῦ ῥητοῦ, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν· ὅπερ οὐ φυσικόν ἐστι τῷ σωτῆρι ὄντι τῆς φύσεως ἀτρέπτου· πάσης εὐλαβείας ἑαυτοὺς ἐρημώσαντες, τοῦτό φασι, προγνώσει καὶ προθεωρίᾳ περὶ αὐτοῦ εἰδότα τὸν Θεὸν, ὅτι οὐκ ἀθετήσει, ἐξειλέχθαι αὐτὸν ἀπὸ πάντων. οὐ γὰρ φύσει καὶ κατ' ἐξαίρετον τῶν ἄλλων υἱῶν ἔχοντά τι· οὔτε γὰρ φύσει υἱός τις ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, φασὶν, οὔτε τινὰ ἔχων ἰδιότητα πρὸς αὐτόν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τρεπτῆς τυγχάνοντα φύσεως, διὰ τρόπων ἐπιμέλειαν καὶ ἄσκησιν μὴ τρεπόμενον ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἐξελέξατο· ὡς εἰ καὶ Παῦλος τοῦτο βιάσαιτο καὶ Πέτρος, μηδὲν διαφέρειν τούτων τὴν ἐκείνου υἱότητα, εἰς παράστασιν τῆς φρενοβλαβοῦς ταύτης διδασκαλίας, καὶ ταῖς γραφαῖς ἐμπαροινοῦντες, καὶ παρατιθέμενοι τὸ ἐν ψαλμοῖς περὶ Χριστοῦ ῥητὸν οὕτως ἔχον· ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας * ἀδικίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. περὶ μὲν οὖν ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ οὔτε ἐξ οὐκ ὄντων γεγένηται, οὔτε ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν, αὐτάρκης παιδεῦσαι Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς, γράφων οὕτως περὶ αὐτοῦ. ὁ μονογενὴς υἱὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός. προνοούμενος γὰρ ὁ θεῖος δεικνῦναι * διδάσκαλος ἀλλήλων ἀχώριστα πράγματα δύο, τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, ὄντα αὐτὸν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς ὠνόμασεν· ἀλλὰ γὰρ καὶ ὅτι τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων γενομένοις ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ οὐ συναριθμεῖται, πάντα δι' αὐτοῦ γεγονέναι ὁ αὐτός φησιν Ἰωάννης· τὴν γὰρ ἰδιότροπον αὐτοῦ ὑπόστασιν ἐδήλωσεν εἰπών· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν [2] ὃ γέγονεν. εἰ γὰρ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, πῶς ὁ τοῖς γενομένοις τὸ εἶναι χαρισάμενος, αὐτός ποτε οὐκ ἦν; οὐ γὰρ πῶς ὁ λόγος τὸ ποιοῦν τοῖς γενομένοις τῆς αὐτῆς εἶναι φύσεως διορίζεται. εἴγε αὐτὸς μὲν ἦν ἐν ἀρχῇ, πάντα δὲ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν. ἐναντίον γὰρ δοκεῖ τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων γενομένοις

* ἀνομίαν.

* ἀπόσπαστα.

A do id quod canon *d* apoſtolicus non permittit, faciunt, ſed eorum contra Chriſtum conatum plane diabolicum, qui illis ineſt, vehementiorem efficiunt. Quocirca, fratres cariſſimi, abjecta cunctatione, ingenii mei vires, quo iſtorum vobis infidelitatem ſignificarem, excitavi: qui aſſerunt, tempus aliquando fuiſſe, cum non eſſet filius Dei; poſtea factum, cum non ante extiterit: talem fuiſſe tum, cum factus erat, qualis quiſque homo eſt: omnia enim Deum ex nihilo feciſſe. Qua ſententia Dei filium in creatione omnium rerum, ſive rationis ſunt illæ participes, ſive expertes, concludunt. Quibus etiam conſequenter addunt, eum natura poſſe mutari, virtutis & vitii capacem eſſe. Itaque hoc poſito, eum B ex nihilo factum, literarum ſacrarum, quæ Verbi Dei æternitatem, immutabilitatem, ſapientiæ Verbi divinitatem (atque illa ſunt Chriſtus) docent, prorſus labefactatur auctoritas. Eſt enim in noſtra quoque ſitum poteſtate (illæ eccleſiæ peſtes ajunt) filios Dei fieri, non aliter atque ille factus eſt. Scriptum namque eſſe: *Filios genui, & exaltavi;* (Iſai. 1. v. 2) Ac cum illis objicitur ſententia, quæ deinceps ſequitur: *Et ipſi ſpreverunt me;* quod plane naturæ ſalvatoris, qui eſt natura immutabilis, repugnat: tum omni exuta erga Deum pietate ac reverentia, ajunt, Deum, cum præſcientia & præſentione prænoviſſet, neutiquam ipſum aſpernaturum, idcirco ex omnibus elegiſſe. Non enim eum aut natura, aut præro- C gativa quidquam præter ceteros filios habuiſſe (nullum namque natura filium Dei eſſe affirmant, neque quemquam eſſe qui ulla cum eo proprietate conjunctus ſit) ſed cum eſſet natura mutabilis, & propter ſingularem in vita & moribus rite inſtituendis diligentiam ac ſtudium non ad vitia deflecteret, Deum illum elegiſſe; adeo ut Paulum & Petrum, ſi in hoc & ipſi obnixe incubuiſſent, eodem modo futuros fuiſſe aſſerant filios Dei, quo ille fuit. Ac quo inſanam & peſtiferam ſuam doctrinam confirment, etiam in ipſas ſcripturas vim faciunt, & ſententiam in pſalmis de Chriſto traditam, quæ ita ſe habet: *Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem; propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ parti-* (Pſ. 44. v. 8) D *cipibus tuis;* ad ſuum inſtitutum detorquent. Verum quod filius Dei non creatus fuerit ex nihilo, neque tempus fuiſſe cum non erat, Joannes evangeliſta abunde ſatis docet. Sic enim de illo ſcribit: *Unigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris.* (Joan. 1. v. 18) Cum enim divinus ille magiſter docere inſtituerit Patrem & Filium duas res eſſe quæ ſeparari nequeunt, Filium in ſinu Patris eſſe dixit. Quin etiam, quod filius Dei non ſit rebus ex nihilo creatis annumerandus, idem Joannes oſtendit, cum dicat, *Omnia per ipſum facta eſſe.* (Ibid. 1. v. 3) Nam proprium ejus ſubſiſtentiæ modum declaravit his verbis: *In principio erat Verbum, & Verbum erat* (Ibid. v. 1) *apud Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil quod* E *factum eſt.* Quod ſi omnia per ipſum facta ſunt, qui fieri poteſt, ut is qui rebus creatis eſſentiam indulſerit, quodam tempore non fuerit? Nulla enim ratio vult, ut quod creat, ejuſdem ſit cum creatis naturæ. Quod ſi ipſe fuit in principio, & omnia per ipſum facta ſunt, creataque ex nihilo (nam quod eſt, ac ſubſiſtit, illis quæ fiunt ex nihilo, contrarium eſt, vehementerque repugnat; cum alterum, nullum eſſe intervallum inter Patrem & filium, neque illud ulla animi



1 In MS. Reg. οἷος καὶ τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις. 2 Hæ duæ voces, ὃ γέγονεν, non ſunt in edit. Rob. Steph. & Baſil. ſed ſunt in MS. Allatii, & apud Epiph. Scholaſ.

cogitione poſſe informari ; alterum , mundum A
ex nihilo conditum oſtendat: ) perſpicuum eſt ,
mundum habere nuperam generationem , quip-
pe cum omnia a Patre per Filium talem ſint eſ-
ſentiæ originem conſequuta . Itaque ſanctiſſimus
Joannes , cum illud , *Erat* , quod eſt Verbum Dei
proprium , immenſum eſſe , & longe ſupra mor-
talium captum & cognitionem poſitum animad-
verteret ; ejus generſim , creationemque dicere no-
luit , nec auſus eſt ſyllabis iiſdem auctorem re-
rum & res ipſas nominare : non quod verbum
Dei ingenitum ſit , ( nam ſolus pater eſt ingeni-
tus ) ſed quod ineffabilis unigeniti filii Dei ſub-
ſtantia non modo ſolertem intelligentiam evan-
geliſtarum , verum fortaſſe etiam angelorum com-
prehenſionem longe ſuperat . Itaque meo quidem B
jud[illegible] , [illegible]e in pi[illegible] quidem numerandi ſunt , qui
in iſtarum rerum inquiſitionem intrare non dubi-
Eccleſ. c. 3. v. 22. tant , ſpreta rejectaque illa ſententia : *Altiora ne
te quæras , & ſublimiora te ne ſcruteris* . Quod ſi
cognitio multarum aliarum rerum , quæ non ſunt
ſine dubio his longe imperfectiores , comprehen-
ſionem fugiat humanam ( quales ſunt illæ , de
1 Cor. 2. v. 9. ex Iſa. c. 64. v. 4. quibus Paulus ſic loquitur : *Quæ oculus non vi-
dit , nec auris audivit , nec in cor hominis aſcende-
runt , ea quæ præparavit Deus diligentibus ſe* : qua-
les ſunt præterea ſtellæ , quas Deus Abrahamo
Geneſ. c. 15. v. 5. numerari poſſe negavit ; qualis denique eſt are-
Eccleſ. c. 1. v. 2. na maris & ſtillæ pluviæ ; quas res , inquit ſcri-
ptura , quis enumerare poterit ? ) quid ergo eſt
cur quiſquam , niſi inſanus & plane mente ca- C
ptus ſit , Verbi Dei ſubſtantiam curioſe perveſti-
gare moliatur ? de qua ita ſpiritus loquitur pro-
Iſai. cap. 53. v. 8. pheticus : *Generationem ejus quis enarrabit ?* Per
quam quidem ſententiam ab animis eorum , qui
erant velut columnæ & principes omnium qui
in toto orbe vixerunt , ſalvator noſter , quo il-
lis gratificaretur , iſtarum rerum notitiam tan-
quam onus auferre ſtuduit ; remque ſupra natu-
ram eſſe docuit , ut quiſquam eas cogitatione de-
prehendat : nam ſoli Patri diviniſſimi illius my-
ſterii cogitationem reſervatam eſſe , ſic enim
locutus eſt . *Nemo novit quis ſit Filius , niſi Pa-*
Matth. c. 11. v. 27. *ter ; & Patrem nemo novit , niſi Filius* . De qua
Iſ. 24. c. 16. re arbitror Patrem hoc quoque dixiſſe : *Secretum
meum mihi & meis* . Quod autem extremæ de- D
mentiæ ſit , Filium ex his quæ non ſunt , or-
tum , inque tempore productum exiſtimare , eæ-
dem ipſæ voces , nimirum , *Ex his quæ non ſunt* ,
ſatis declarant , licet iſti ſtupidi ſuarum vocum
inſaniam non intelligant . Nam id quod dici-
tur , *Non erat* , aut in tempore fuiſſe neceſſe eſt ,
aut in aliquo ſæculi intervallo . Proinde ſi ve-
rum eſt , omnia per ipſum facta eſſe , conſtat
etiam omne ſæculum , tempus , intervalla tem-
poris , & illud , *Quando* , in quibus reperitur id
quod dicitur , *Non erat* , per ipſum facta eſſe .
Et quid eſt quamobrem non ſit abſurdum , eum
qui ſæcula , tempora , opportunitates temporum
quibuſcum illud quod dicitur , *Non erat* , per-
mixtum eſt , produxit , quodam tempore non E
fuiſſe aſſerere ; quippe cum inſulſum ſit , & ple-
num cujuſque inſcitiæ , eum qui alicujus rei pro-
creator extiterit , poſt rei illius procreationem
ipſum procreatum eſſe . Nam , ut juſtorum fert
opinio non ſolum illud intervallum temporis ,
in quo Filium a Patre generatum non fuiſſe aſ-
ſeverant , prius erat quam Dei ſapientia , quæ
hanc univerſitatem conſtruxit ; verum etiam ſcri-

A τὸ ὄν, καὶ ἀφεστηκὸς σφόδρα. τὸ μὲν γὰρ μεταξὺ
πατρὸς καὶ υἱοῦ οὐδὲν δείκνυσιν εἶναι διάστημα, οὐδ'
ἄχρι τινὸς ἐννοίας τοῦτο φαντασιῶσαι τῆς ψυχῆς
δυναμένης. τὸ δὲ ἐξ οὐκ ὄντων δημιουργεῖσθαι τὸν
κόσμον, νεωτέραν ἔχει τῆς ὑποστάσεως καὶ πρόσφα-
τον τὴν γένεσιν, ὑπὸ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ πάν-
των εἰληφότων τὴν τοιαύτην οὐσίωσιν. μακρὸν
οὖν θεωρήσας τοῦ Θεοῦ λόγου, τὸ ἦν, καὶ ὑπε-
ραῖρον τῆς τῶν [1] γεννητῶν διανοίας, ὁ εὐλαβέ-
στατος Ἰωάννης, γένεσιν αὐτοῦ καὶ ποίησιν ἀπη-
ξίωσεν εἰπεῖν, οὐδὲ ταῖς ὁμοστοίχοις συλλαβαῖς
τὸ ποιοῦν τοῖς γινομένοις ὀνομάσαι τολμήσας·
οὐχ ὅτι ἀγέννητος ἦν· ἓν γὰρ ἀγέννητον ὁ πα-
B τήρ· ἀλλ' ὅτι διανοίας μὲν τῶν εὐαγγελιστῶν,
τάχα δὲ καὶ ἀγγέλων καταλήψεως ὑπερεπέκεινά
ἐστιν ἡ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἀνεκδιήγητος
ὑπόστασις· εὐσεβεῖς οὐκ οἶμαι * λογιζομένους · λογιστέον.
τοὺς μέχρι τούτων ἐπερωτᾷν τι τολμῶντας, διὰ
τὸ ἀνήκοον τοῦ, χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει, καὶ
ὑψηλότερά σου μὴ ἐξέταζε· εἰ γὰρ ἑτέρων
πολλῶν ἡ γνῶσις, καὶ τούτων ἀσυγκρίτως κο-
λοβωτέρων, κέκρυπται τὴν ἀνθρωπίνην κατά-
ληψιν· οἷά ἐστι παρὰ Παύλῳ· ἃ ὀφθαλμὸς
οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρ-
δίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ
Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· ἀλλὰ καὶ τὰ ἄστρα
C φησὶν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ ἀριθμῆσαι μὴ δύ-
νασθαι· καὶ ἔτι, ἄμμον θαλασσῶν, καὶ στα-
γόνας ὑετοῦ, φησὶ τίς ἐξαριθμήσει; πῶς ἂν
περιεργάσαιτό τις τὴν τοῦ Θεοῦ λόγου ὑπόστασιν,
ἐκτὸς εἰ μὴ μελαγχολικῇ διαθέσει ληφθεὶς
τυγχάνοι; περὶ ἧς τὸ προφητικὸν πνεῦμά φη-
σι· τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; [2] ἣν καὶ
αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, τοὺς πάντων εὐεργετῶν
τῶν ἐν κόσμῳ κίονας, [3] τὴν περὶ τούτων γνῶ-
σιν αὐτῶν, ἀποφορτίσασθαι ἐσπούδασε· πᾶσι
μὲν οὖν αὐτοῖς ἀφύσικον εἶναι λέγων εἰς κατά-
ληψιν, μόνῳ δὲ τῷ πατρὶ ἀνακεῖσθαι τὴν τοῦ
θειοτάτου μυστηρίου εἴδησιν· οὐδεὶς γὰρ ἔγνω τίς
D ἐστιν ὁ υἱός, λέγων, εἰ μὴ ὁ πατήρ· καὶ τὸν
πατέρα οὐδεὶς ἔγνω, εἰ μὴ ὁ υἱός· περὶ οὗ καὶ
τὸν πατέρα οἶμαι λέγειν· τὸ μυστήριόν μου ἐμοὶ
[4] καὶ τοῖς ἐμοῖς· ὅτι δὲ μανιῶδες τὸ ἐξ οὐκ ὄντων
τὸν υἱὸν γεγονέναι φρονεῖν, χρονικὴν ἔχοντα
[5] τὴν προβολήν, αὐτόθεν δείκνυται τό, ἐξ
οὐκ ὄντων, κἂν ἀγνοῶσιν οἱ ἀνόητοι τὴν τῆς
φωνῆς αὐτῶν μανίαν· ἢ γὰρ χρόνοις ἐμπολι-
τεύεσθαι δεῖ τό, οὐκ ἦν, ἢ αἰῶνός τινι διαστή-
ματι· εἰ τοίνυν ἀληθὲς τό, πάντα δι' αὐτοῦ
ἐγένετο, δῆλον ὅτι καὶ πᾶς αἰών, καὶ χρόνος,
καὶ διαστήματα, καὶ τό, ποτέ, ἐν οἷς τό, οὐκ ἦν,
εὑρίσκεται, δι' αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ πῶς οὐκ ἀπί-
E θανον, τὸν καὶ χρόνους, καὶ αἰῶνας, καὶ καιρούς, ἐν
οἷς τό, οὐκ ἦν, συμπέφυρται, ποιήσαντα, αὐ-
τόν ποτε μὴ εἶναι λέγειν; [6] ἀδιανόητον γὰρ καὶ
πάσης ἀμαθίας ἀνάπλεων, τὸν αἴτιον γενόμε-
νόν τινος, αὐτὸν μεταγενέστερον λέγειν τῆς ἐκείνου
γενέσεως· προηγεῖται γὰρ κατ' αὐτοὺς τῆς τὰ
ὅλα δημιουργούσης τοῦ Θεοῦ σοφίας ἐκεῖνο τὸ διά-
στημα,

1 Legit, γενητῶν Epiphanius, qui vertit *creaturarum*. 2 Forte ἦν, vel δι' ἦν. 3 Addit hoc loco Sirmondus, τὰς θεηγόρους ἐκείνας ἀποστόλους, *divinos, inquam, apoſtolos*. 4 Hæc verba, καὶ τοῖς ἐμοῖς, Sirmondus expunxit: nec ſunt ea in MS. Allatii. 5 al. τὴν ἔναρξιν. 6 MS. Allatii, & Epiph. Schol. ἀνόητον, *ſtultam*.

στημα, ἐν ᾧ φασι μὴ γεγεννῆσθαι τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς, ψευδομένης, κατ᾽ αὐτοὺς, καὶ τῆς πρωτότοκον αὐτὸν εἶναι πάσης κτίσεως ἀναγορευούσης γραφῆς· σύμφωνα γοῦν τούτοις βοᾷ καὶ ὁ μεγαλοφωνότατος Παῦλος φάσκων περὶ αὐτοῦ· ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι᾽ οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν· ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τά ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, εἴτε κυριότητες, εἴτε θρόνοι. πάντα δι᾽ αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται, καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων· ἀσεβεστάτης οὖν φανείσης τῆς ἐξ οὐκ ὄντων ὑποθέσεως, ἀνάγκη τὸν πατέρα ἀεὶ εἶναι πατέρα· ἔστι δὲ πατὴρ ἀεὶ παρόντος τοῦ υἱοῦ, * [1] διὸ χρηματίζει πατήρ· ἀεὶ δὲ παρόντος αὐτῷ τοῦ υἱοῦ, ἀεί ἐστιν ὁ πατὴρ τέλειος, ἀνελλιπὴς τυγχάνων ἐν τῷ καλῷ, οὐ χρονικῶς, οὐδὲ ἐκ διαστήματος, οὐδὲ ἐξ οὐκ ὄντων γεννήσας τὸν μονογενῆ υἱόν· τί δὲ οὐκ ἀνόσιον τὸ λέγειν, ποτὲ μὴ εἶναι τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ, τὴν λέγουσαν· ἐγὼ ἤμην παρ᾽ αὐτῷ ἁρμόζουσα, ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρεν; ἢ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ μὴ ὑπάρχειν ποτὲ, ἢ τὸν λόγον αὐτοῦ ἠκρωτηριάσθαί ποτε, ἢ τὰ ἄλλα, ἐξ ὧν ὁ υἱὸς γνωρίζεται; καὶ πατὴρ χαρακτηρίζεται; τὸ γὰρ ἀπαύγασμα τῆς δόξης μὴ εἶναι λέγων. συναναιρεῖ καὶ τὸ πρωτότυπον φῶς, οὗ ἐστιν ἀπαύγασμα· εἰ δὲ καὶ ἡ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ οὐκ ἦν ἀεὶ, δῆλον ὅτι οὐδὲ οὗ ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ, ἔστιν ἀεί· ἀλλὰ καὶ τῷ μὴ εἶναι τὸν τῆς ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ χαρακτῆρα, συναναιρεῖται κἀκεῖνος ὁ πάντως παρ᾽ αὐτοῦ χαρακτηριζόμενος· ἐξ ὧν ἐστιν ἰδεῖν τὴν υἱότητα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, οὐδεμίαν ἔχουσαν κοινωνίαν πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν υἱότητα· ὃν τρόπον γὰρ ἡ ἄρρητος αὐτοῦ ὑπόστασις ἀσυγκρίτῳ ὑπεροχῇ ἐδείχθη ὑπερκειμένη πάντων, οἷς αὐτὸς τὸ εἶναι ἐχαρίσατο· οὕτως καὶ ἡ υἱότης αὐτοῦ κατὰ φύσιν τυγχάνουσα τῆς πατρικῆς θεότητος, ἀλέκτῳ ὑπεροχῇ διαφέρει τῶν δι᾽ αὐτοῦ θέσει υἱοθετηθέντων· ὁ μὲν γὰρ ἀτρέπτου φύσεως τυγχάνει, τέλειος ὢν καὶ διὰ πάντων ἀνενδεής· οἱ δὲ τῇ εἰς ἑκάτερα τροπῇ ὑποκείμενοι, τῆς παρὰ τούτου βοηθείας δέονται· τί γὰρ ἂν καὶ προκόψαι ἔχοι ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία; ἢ τί προσλαβεῖν ἡ αὐτοαλήθεια, ἢ ὁ Θεὸς λόγος; πῶς ἂν ἔχοι βελτιωθῆναι ἡ ζωὴ, τὸ ἀληθινὸν φῶς; εἰ δὲ τοῦτο, πόσῳ πλεῖον ἀφύσικον τυγχάνει, μωρίας ποτὲ δεκτικὴν γενέσθαι τὴν σοφίαν; ἢ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν ἀσθενείᾳ προσπλακῆναι; ἢ ἀλογίᾳ τὸν λόγον ἀμαυρωθῆναι; ἢ τῷ ἀληθινῷ φωτὶ ἐπιμιχθῆναι σκότος; τοῦ μὲν ἀποστόλου αὐτόθεν λέγοντος· τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, ἢ τίς συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαλ; τοῦ δὲ Σολομῶντος, ὅτι ἀδύνατον ἂν εἴη κἂν μέχρι πρὸς ἐννοίας εὑρεθῆναι ὁδὸς ὄφεως ἐπὶ πέτρας, ἥτις κατὰ Παῦλον ἐστιν ὁ Χριστός· οἱ δὲ κτίσματα αὐτοῦ τυγχάνοντες, ἄνθρωποί τε καὶ ἄγγελοι, καὶ εὐλογίας εἰλήφασι προκόπτειν, ἀρεταῖς ἀσκούμενοι καὶ νομίμοις ἐντολαῖς, πρὸς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν· διὸ δὴ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς φύσει τοῦ πατρὸς υἱὸς τυγχάνων, ὑ-

[1] al. MS. & Epiph. Schol. εἰ δ.

Aptura, quæ illum primogenitum omnis creaturæ appellat, mentita eſt. Accedit eodem Paulus, qui de eo his congruentia, voce clariſſima fundit. Sic enim ait: *Quem conſtituit heredem omnium, per quem fecit & ſæcula.* (Hebr. 1. v. 2.) Quin etiam *in eo condita ſunt omnia & quæ in cœlis, & quæ in terra, viſibilia & inviſibilia, ſive principatus, ſive poteſtates, ſive dominationes, ſive throni; omnia per ipſum, & in ipſum condita ſunt, & ipſe eſt ante omnia.* (Coloſſ. 1. v. 16.) Quocirca cum illud, *Ex nihilo*, ſeu, *Ex his quæ non ſunt*, non ſine ſummo ſcelere & impietate poſitum ſit, neceſſario ſequitur, patrem ſemper patrem fuiſſe. Atque eſt pater ſemper, cum habeat filium, ob quem vocatur pater: & cum ſit ei ſemper filius, eſt ſemper pater, per-

B ſectus, atque in ipſo quod vere bonum eſt, expletus omnibus ſuis partibus: qui filium unigenitum neque in tempore, neque ex intervallo temporis, neque ex nihilo genuit. Qui igitur fieri poteſt, ut non ſit impium dicere, quodam tempore ſapientiam Dei non fuiſſe, cum loquatur de ſe: *Ego eram apud illum componens; ego eram cui adgaudebat?* (Prov. 8. v. 30.) aut ad virtutem Dei aliquando non fuiſſe, aut verbum ejus mancum fuiſſe aliquando, aut alia negare, ex quibus & filius cognoſcitur, & pater velut notis quibuſdam diſcernitur? Nam cum quis ſplendorem (Hebr. 1. v. 3.) gloriæ negat eſſe, tollit ſimul & primariam lucem, cujus eſt ſplendor. Quod ſi porro imago Dei non erat ſemper; liquet neque illum, cu-

C jus imago eſt, ſemper fuiſſe. Quin etiam cum (Ibidem.) dicitur formam ſubſtantiæ Dei non eſſe, tollitur una etiam ille qui omnino ab ea figuratur. Unde licet perſpicere ſalvatoris noſtri proprietatem, qua filius eſt, nihil cum aliorum filiorum proprietate habere commune. Nam quemadmodum inexplicabilis ejus ſubſtantia propter eximiam & ſingularem ipſius excellentiam oſtenditur rebus præſtare omnibus, quibus ipſe eſſentiam tribuerit; pari etiam ratione quæ ejuſdem eſt (ut ita dicam) filiatio, quæ eſt ſecundum naturam paternæ divinitatis, ineffabili præſtantia antecellit eorum filiationi, qui per ipſum in filios adoptantur. Nam ille eſt natura plane immutabilis, omnis in ſe perfectionis cumulum

D habens, ullius plane rei indigens: hi autem cum converſioni utrolibet ſubjecti ſint, illius egent auxilio. Qui enim fieri poteſt, ut Dei ſapientia ullos progreſſus faciat, aut ipſa veritas, omninoque ipſum Dei verbum ſibi aliquid acquirat? aut quomodo ipſa vita, lux vera, præſtabilior fiat? Quod ſi ita ſe habet, quanto magis repugnat naturæ, ut ſapientia ſtultitiæ aliquando capax fuerit, aut potentia Dei implicata imbecillitate, aut obſcurata temeritate ratio, aut tenebræ denique cum vera luce commixtæ, præſertim cum & Apoſtolus ſimili cauſa adductus dicat: *Quæ ſocietas luci ad tenebras, aut quæ conventio Chriſto ad Belial?* (2. Cor. 6. v. 14.) Et Salomon quoque, quod fieri nequit, ut vel cogi- (Prov. 30. v. 19.) (1. Cor. 10. v. 4.)

E tatione comprehendatur via ſerpentis ſuper petram, quæ eſt, ut Paulus cenſet, Chriſtus. Qui autem ſunt ejus creaturæ, ut homines angeli, benedictionem accepere ut in dies proficerent, ut virtutibus mandatiſque in lege præſcriptis exculti exercitatique non in vitia dilaberentur. Quapropter Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui eſt patris natura filius, ab omnibus (Rom. 8. v. 15.) adoratur. Illi vero ſpiritu ſervitutis depoſito abjectoque, & ſpiritu adoptionis filiorum ex recte præclareque factis, & ex progreſſione in virtute

tute aſſumpto, beneficio Chriſti, qui eſt natura Dei filius, affecti, fiunt filii adoptivi. Quod vero ad germanam, propriam, naturalem, & eximiam ejus filiationem attinet, Paulus apoſtolus explanat, de Deo loquens his verbis:
Ibid. v. 32. *Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis* (videlicet non natura filiis) *ipſum tradidit*. Nam quo ab aliis filiis, qui non ſunt proprii, diſtingueretur, eum proprium filium nominavit. Porro in evangelio ſic ſcriptum legimus: *Hic*
Matt. 3. v. 17. *eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.*
Pſal. 2. v. 7. Itemque in pſalmo ſalvator ait de ſe: *Dominus dixit ad me, filius meus es tu:* ſuam ipſius demonſtrans veram & naturalem filiationem & nul-
Pſ. 109. v. 3. los alios præter ſe ſui Patris filios eſſe naturales. Quid quæſo illud: *Ex utero ante luciferum genui te?* an non perſpicue oſtendit naturalem quæ in filio eſt, paternæ generationis proprietatem, quam non ſtudio in moribus pie inſtituendis, non in virtute excolenda progreſſu, ſed propria naturæ vi eſt conſecutus? Proinde unigenitus patris filius hanc proprietatem qua filius eſt, firmam & immutabilem tenet. At adoptio filiorum, quæ eſt in iis qui ratione utuntur, quæque non natura ipſis, ſed probitate morum & Dei beneficio ineſt, ex ſacra ſcri-
Gen. 6. v. 2. ptura mutabilis oſtenditur. *Nam videntes*, inquit, *filii Dei filias hominum acceperunt ſibi uxo-*
Iſai. 1. v. 2. *res:* & quæ ſequuntur. Ac rurſus: *filios genui, & exaltavi; ipſi autem ſpreverunt me;* Deum per Iſaiam prophetam dixiſſe cognovimus. Verum quamvis de hac re multa habeam dicere, cariſſimi fratres, tamen ea miſſa propterea facio, quod abſurdum putem doctores fidei doctrina conſentientes pluribus admonere: quippe cum ipſi ſitis docti a Deo, & non ignoretis tum Ebionis & Artemæ doctrinam eſſe, quæ non ita pridem veram eccleſiæ pietatem oppugnare cœpit; tum peſtiferum ſtudium Pauli Samoſateni epiſcopi Antiochiæ, qui conſilio omnium ubique epiſcoporum atque adeo judicio, eccleſia ejectus eſt. Cujus perverſæ doctrinæ [2] Lucianus e ſucceſſor factus, multorum annorum ſpatio, hoc eſt, tantiſper dum [3] tres epiſcopi alius poſt alium eccleſiam illam rexere, excluſus ab eccleſia manſit. Iſtorum hæreticorum impietatis fæces, hi qui nuper exorti, Filium Dei ex nihilo ortum aſſerunt, quippe ſunt velut ſtolones occulti ex illis naſcentes, animis hauſerunt, Arium dico, Achillam, & reliquam improborum illis adhærentium turbam: quin etiam [4] tres epiſcopi in Syria ſ neſcio quomodo ordinati, quoniam iſtorum errores ſuo conſenſu approbarunt, videntur eo .m amentiam velut facibus novis admotis magis incendiſſe: in quos quidem accurate inquirendi poteſtas veſtro judicio permiſſa eſt, qui voces de ſalvatoris paſſione, de abjectione & exinanitione ſui ipſius, & ejus ita vocata paupertate, aliaſque quibus tamquam adventitiis ſe in ſacris litteris noſtra cauſa deſcribi paſſus eſt, afferunt ut de ſuprema ac ſempiterna ipſius divinitate detrahant, eorum verborum penitus obliti, quibus naturalis ejus gloria, nobilitas & majeſtas, & æterna cum patre manſio ſignificantur; cujus generis ſunt illa: *Ego & pater*
Joan. 10. v. 30. *unum ſumus*. Quam ſententiam dum protulit dominus, non ſe patrem appellavit, neque duas ſecundum hypoſtaſim naturas, unam eſſe decla-

A τὸ πάντων προσκυνεῖται· οἱ δὲ ἀποθέμενοι τὸ πνεῦμα τῆς δουλείας, ἐξ ἀνδραγαθημάτων καὶ προκοπῆς τὸ τῆς υἱοθεσίας λαβόντες πνεῦμα, διὰ τοῦ φύσει υἱοῦ εὐεργετούμενοι, γίγνονται αὐτοὶ θέσει υἱοί· τὴν μὲν οὖν γνησίαν αὐτοῦ, καὶ ἰδιότροπον, καὶ φυσικὴν, καὶ κατ' ἐξαίρετον υἱότητα ὁ Παῦλος οὕτως ἀπεφήνατο περὶ Θεοῦ εἰπών. ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν, δηλονότι τῶν μὴ φύσει υἱῶν, παρέδωκεν αὐτόν. πρὸς γὰρ ἀντιδιαστολὴν τῶν οὐκ ἰδίων, αὐτὸν ἴδιον υἱὸν ἔφησεν εἶναι· ἐν δὲ τῷ εὐαγγελίῳ· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα· ἐν δὲ ψαλμοῖς ὁ σωτήρ φησι· κύ-
B ριος εἶπε πρός με, υἱός μου εἶ σύ· γνησιότητα ἐμφανίζων, σημαίνει μὴ εἶναι αὐτοῦ γνησίους υἱοὺς ἄλλους τινὰς παρ' αὐτόν· τί δὲ καὶ τὸ, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε; οὐχὶ ἄντικρυς πατρικῆς [1] γεννήσεως φυσικὴν ἐνδείκνυται υἱότητα. οὐ τρόπων ἐπιμελείᾳ, καὶ προκοπῆς ἀσκήσει, ἀλλὰ φύσεως ἰδιώματι ταύτην λαχόντος; ὅθεν καὶ ἀμετάπτωτον ἔχει τὴν υἱότητα ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ πατρός· τὴν δὲ τῶν λογικῶν υἱοθεσίαν, οὐ κατὰ φύσιν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς, ἀλλὰ τρόπων ἐπιτηδειότητι, καὶ δωρεᾷ Θεοῦ, καὶ μετάπτωτον οἶδεν ὁ λόγος· ἰδόντες γὰρ οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ἔλαβον
C ἑαυτοῖς γυναῖκας, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν, διὰ Ἡσαΐου εἰρηκέναι τὸν Θεὸν ἐδιδάχθημεν· πολλὰ λέγειν ἔχων, ἀγαπητοὶ, παρέρχομαι, φορτικὸν εἶναι νομίσας διὰ πλειόνων διδασκάλους ὁμόφρονας ὑπομιμνήσκειν, αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε, οὐκ ἀγνοοῦντες ὅτι ἡ ἔναγχος ἐπαναστᾶσα τῇ ἐκκλησιαστικῇ εὐσεβείᾳ διδασκαλία, Ἐβίωνός ἐστι καὶ Ἀρτεμᾶ καὶ ζῆλος τοῦ Ἀντιόχειαν Παύλου κατὰ τὸν Σαμοσατέως, συνόδῳ καὶ κρίσει τῶν ἁπανταχοῦ ἐπισκόπων ἀποκηρυχθέντος τῆς ἐκκλησίας· ὃν διαδεξάμενος Λουκιανὸς, ἀποσυνάγωγος ἔμεινε τριῶν ἐπισκό-
D πων πολυετεῖς χρόνους· ὧν τῆς ἀσεβείας τὴν τρύγα ἐῤῥοφηκότες, νῦν ἡμῖν οἱ ἐξ οὐκ ὄντων ἐπιφύντες, τὰ ἐκείνων κεκρυμμένα μοσχεύματα, Ἄρειός τε καὶ Ἀχιλλᾶς, καὶ ἡ τῶν σὺν αὐτοῖς πονηρευομένων σύνοδος· καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως ἐν Συρίᾳ χειροτονηθέντες ἐπίσκοποι τρεῖς, διὰ τοῦ συναινεῖν αὐτοῖς, ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπεκκαίουσι. περὶ ὧν ἡ κρίσις ὑπανακείσθω τῇ ὑμετέρᾳ δοκιμασίᾳ, οἳ τὰς μὲν τοῦ σωτηρίου πάθους, ταπεινώσεώς τε καὶ κενώσεως, καὶ τῆς καλουμένης αὐτοῦ πτωχείας, καὶ ὧν ἐπικτήτους ὁ σωτὴρ δι' ἡμᾶς ἀνεδέξατο φωνὰς, διὰ μνήμης ἔχοντες, παρατίθενται
E ἐπὶ παραγραφῇ τῆς ἀνωτάτω καὶ ἀρχῆθεν αὐτοῦ θεότητος. τῶν δὲ τῆς φυσικῆς αὐτοῦ δόξης τε καὶ εὐγενείας, καὶ παρὰ τῷ πατρὶ μονῆς σημαντικῶν λόγων ἐπιλήσμονες γεγόνασιν. οἷόν ἐστι τὸ, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. ὅπερ φησὶν ὁ κύριος, οὐ πατέρα ἑαυτὸν ἀναγορεύων, οὐδὲ τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις, μίαν εἶναι σαφηνίζων· ἀλλ' ὅτι τὴν πατρι-
κὴν

1 MS. duo, Μαγένεως, & ita edidit Sirmondus. 2 Antiochiæ presbyter: quem alium quidam eſſe putant ab eo, cujus martyrium ponitur anno 311. 3 Domnus, Timæus, Cyrillus, Epiſcopi Antiochiæ. 4 Euſebius Cæſareæ, Theodorus Laodiceæ, Paulinus Tyri, ex Epiſtola Arii ad Euſeb. Nicomed.

κὴν ἐμφέρειαν ἀκριβῶς πέφυκε σώζειν ὁ υἱὸς τοῦ πατρός. τὴν κατὰ πάντα ὁμοιότητα αὐτοῦ ἐκ φύσεως ἀπομαξάμενος, καὶ ἀπαράλλακτος εἰκὼν τοῦ πατρὸς τυγχάνων, καὶ τοῦ πρωτοτύπου ἔκτυπος χαρακτήρ. ὅθεν καὶ τῷ τηνικαῦτα ποθοῦντι ἰδεῖν Φιλίππῳ ἀφθόνως ὁ κύριος ἐμφανίζει πρὸς ὃν λέγοντα, δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα, λέγει· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. ὥσπερ δι' ἐσόπτρου ἀκηλιδώτου καὶ ἐμψύχου, θείας εἰκόνος αὐτοῦ, θεωρουμένου τοῦ πατρὸς, [1] ὃν ὅμοιον ἐν ψαλμοῖς οἱ ἁγιώτατοι φασιν. ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. διὸ δὴ καὶ ὁ τιμῶν τὸν υἱὸν, τιμᾷ τὸν πατέρα· καὶ εἰκότως. πᾶσα γὰρ ἀσεβὴς φωνὴ εἰς τὸν υἱὸν λέγεσθαι τολμωμένη, εἰς τὸν πατέρα τὴν ἀναφορὰν ἔχει. Καὶ τί λοιπόν ἐστι θαυμαστὸν, ὃ μέλλω γράφειν, ἀγαπητοὶ, εἰ τὰς κατ' ἐμοῦ ψευδεῖς διαβολὰς, καὶ τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν λαοῦ, ἐκθήσομαι; οἱ γὰρ κατὰ τῆς θεότητος τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ παραταξάμενοι, οὐδὲ τὰς καθ' ἡμῶν ἀχαρίστους παροινίας παραιτοῦνται λέγειν. οἵγε οὐδὲ τῶν ἀρχαίων τινὰς συγκρίνειν ἑαυτοῖς ἀξιοῦσιν, οὐδὲ οἷς ἡμεῖς ἐκ παίδων ὡμιλήσαμεν διδασκάλοις ἐξισοῦσθαι ἀνέχονται, ἀλλ' οὐδὲ τῶν νῦν πανταχοῦ συλλειτουργῶν τινα εἰς μέτρον σοφίας ἡγοῦνται· μόνοι σοφοὶ καὶ * [3] ἀκτήμονες καὶ δογμάτων εὑρεταὶ λέγοντες εἶναι, καὶ αὐτοῖς ἀποκεκαλύφθαι μόνοις, ἅπερ οὐδενὶ τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον ἑτέρῳ πέφυκεν ἐλθεῖν εἰς ἔννοιαν. ὢ ἀνοσίου τύφου καὶ ἀμέτρου μανίας, καὶ [4] μελαγχολικοῖς ἡρμοσμένης δόξης κενῆς, καὶ σατανικοῦ φρονήματος εἰς τὰς ἀνοσίους αὐτῶν ψυχὰς [5] ἀποσκιῤῥώσαντος. οὐ κατῄδεσεν αὐτοὺς ἡ τῶν ἀρχαίων γραφῶν φιλόθεος σαφήνεια, οὐδὲ ἡ τῶν συλλειτουργῶν σύμφωνος περὶ Χριστοῦ εὐλάβεια τὴν κατ' αὐτοῦ θρασύτητα αὐτῶν [6] ἠμαύρωσεν. ὧν οὐδὲ τὰ δαιμόνια τῆς ἀνοσιουργίας ἀνέξεται, φωνὴν βλάσφημον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ εἰπεῖν φυλαττόμενα. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν κατὰ τὴν παροῦσαν δύναμιν [7] * ἐπιπαρέσθω πρὸς τοὺς ἀπαιδεύτῳ ὑλακῇ κατὰ τοῦ Χριστοῦ κονισαμένους, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν εὐσέβειαν ἡμῶν συκοφαντεῖν προθεμένους. φασὶ γὰρ ἡμᾶς οἱ φληνάφων εὑρεταὶ μύθων, ἀποστρεφομένους τὴν ἐξ οὐκ ὄντων ἀσεβῆ καὶ ἄγραφον κατὰ Χριστοῦ βλασφημίαν, ἀγέννητα διδάσκειν δύο, δυοῖν θάτερον λέγοντες εἶναι οἱ ἀπαίδευτοι, ἢ ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὸν εἶναι φρονεῖν, ἢ πάντως ἀγέννητα λέγειν δύο, ἀγνοοῦντες οἱ ἀνάσκητοι, ὡς * μακρὸν ἂν εἴη μεταξὺ πατρὸς ἀγεννήτου, καὶ τῶν κτισθέντων ὑπ' αὐτοῦ ἐξ οὐκ ὄντων, λογικῶν τε καὶ ἀλόγων· ὧν μεσιτεύουσα φύσις μονογενὴς, δι' ἧς τὰ ὅλα ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν ὁ πατὴρ τοῦ Θεοῦ λόγου, ἡ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὄντος πατρὸς γεγέννηται· ὡς καὶ αὐτός που διεμαρτύρατο λέγων ὁ κύριος· ὁ ἀγαπῶν τὸν πατέρα, ἀγαπᾷ τὸν υἱὸν γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ. περὶ

* Γρ. ἀσκήμονες.

* Γρ. ἐπιτεταθω.

* Γρ. οὐκ ἄμικρον εἴη.

A ravit, ſed quod patris filius ipſam patris effigiem plene atque perfecte retineat & ſervet: quippe cum ejus ſimilitudinem natura in ſe impreſſam habeat, & perfectiſſima ſit patris imago, & expreſſa figura primarii illius exemplaris. Unde dominus Philippo quodam tempore patrem ejus videre cupienti, dicentique: *Oſtende nobis patrem*; aperte commonſtrat: *Qui vidit me, vidit & patrem*: quandoquidem pater per ipſum, velut per ſpeculum puriſſimum, idemque animatum, in quo Dei exprimitur & elucet imago, manifeſte cernitur: Filium porro patri ſimilem, in pſalmis pronunciatum memorant ſanctiſſimi viri, in quibus ſcriptum eſt: *In lumine tuo videbimus lumen*. Quapropter [2] qui Ps. 35. v. 10.
B honorat filium, honorat & patrem: idque plane merito. Nam omnis vox impia, quæ temere contra filium profertur, in patrem quoque recidit. Itaque nemini mirum debet videri, fratres cariſſimi, (hoc enim quoque perſequi animus eſt) ſi falſas confictaſque tum contra me, tum contra populum noſtrum ſanctiſſimum criminationes deinceps expoſuero. Nam qui aciem ad divinitatem filii Dei oppugnandam inſtruxerint, non mirum ſi nos contumelioſis maledictis lacerare non vereantur. g Qui etiam neminem volunt ex antiquis patribus ſibi comparari, neque illis, quibus nos ab ineunte ætate uſi ſumus præceptoribus, ſe pares exiſtimari ſinunt; imo ne unum quidem collegarum noſtrorum ſatis doctum eſſe cenſent; ſed ſe ſolos ſapientes, ſolos * egeſtatem voluntariam ſectantes; ſolos dogmatum inventores; & ſibi ſolis ea doctrinæ patefacta eſſe myſteria, quæ in nullius unquam ſub ſole cogitationem ac mentem venerint, arbitrantur. O impiam arrogantiam! o inſaniam immenſam! inanem gloriam cum furore conjunctam! o ſpiritus plane ſatanicos, qui impiis eorum animis velut callum malitiæ obduxere! Non, Deo grata veterum ſcripturarum explanatio ullum ipſis incuſſit pudorem, non conſentiens collegarum, & pia de Chriſto doctrina eorum audaciam repreſſit: quorum ſcelus nefarium ne dæmones quidem (quippe qui ſedulo caveant, ne ullam
D omnino maledicam & contumelioſam vocem contra Filium Dei eloquantur) omnino tolerabunt. Ita a nobis pro virili noſtra parte in præſentia allata ſunt ad eos coarguendos, qui in tam inepto contra Chriſtum latratu, tanquam in pulvere ſe exercent, & noſtræ erga illum pietati falſo obtrectare nituntur. Nam iſti ridicularum fabularum inventores aſſerunt, nos dum blaſphemiam illam impiam, & a nemine unquam litteris proditam, nimirum quæ Chriſtum filium Dei ex nihilo ortum prædicat, averſamur, duo ingenita tradere: atque, quæ eſt eorum inſcitia, dicunt neceſſe eſſe alterum ex duobus iſtis ſtatuere, nempe vel eum ex nihilo creatum, vel omnino duo eſſe ingenita,
E ſi quidem propter inertiam ignorant prorſus. multum intereſſe inter patrem qui ingenitus eſt, & res ab eo conditas ex nihilo, ſive rationis ſint participes illæ quidem, ſive expertes: quorum quæ media eſt natura unigenita, per quam pater Dei verbi hanc univerſitatem ex nihilo fabricavit, ex ipſo qui pater eſt, genita fuit;

ſicut

Joan. 14. v. 9.

* ad faſtigium ſcientiæ perveniſſe.

1 MS. unus, & Edit. Baſil. ὧν ὅμοιον, hoc eſt, *quibus ſimilia canunt in Pſalmis*: ſed Epiph. Schol. legit, ὃν ὅμοιον. 2 Addit hoc loco Epiphanius; *& qui honorat Patrem, honorat & Filium*: &c. 3 ἴσῃ δαίμονες. 4 MSS. omnes μελαγχολικῶς. & Nicephorus omittit vocem ſequentem. 5 Legit Epiphanius ἀποσκιρτήσαντος, *vehementer inſiliens*. 6 Epiphan. legit, ἡμέρωσεν, *manſuefecit*. 7 Sirmondus edidit, ἐπιπεφάνθω.

ſicut ipſe dominus quodam in loco teſtatur his A
a Joan. 5. v. 1. verbis: *Qui diligit patrem, diligit quoque filium qui ex eo genitus eſt*. De quibus nos ſic credimus, uti apoſtolicæ placet eccleſiæ: In unum nempe ingenitum patrem, qui a nulla cauſa ſuum eſſe habet: qui nec alius eſſe, nec mutari poteſt: qui neque acceſſionis, neque deceſſionis capax eſt: qui legem, prophetas, & evangelia nobis tradidit: qui denique patriarcharum, apoſtolorum & omnium ſanctorum dominus eſt. Et in unum Jeſum Chriſtum filium Dei unigenitum, genitum quidem non ex eo quod non eſt, ſed ex eo qui pater eſt: neque id quidem more corporeo, per inciſionem, aut diviſionum fluxiones, ut Sabellio & Valentino viſum eſt: ſed modo quodam qui verbis explicari, expri- B mive omnino non poteſt, ſecundum illam pro-
Iſai. 53. v. 8. phetæ vocem, quam ſupra poſuimus: *Generationem ejus quis enarrabit?* cum ejus ſubſtantia a nulla natura mortali perveſtigari queat, quemadmodum neque ipſe pater a quoquam indagari, propterea quod rationis particeps natura humana cognitionem divinæ a patre generationis comprehendere nequit. Quas res non par eſt, ut viri ſpiritu veritatis incitati, a me perdiſcant: præſertim cum vox Chriſti de hac re veſtris auribus circumſonet, & doceat, nimirum quod ne-
Luc. 10. v. 22. *mo novit quis ſit pater, niſi filius; & nemo novit quis ſit filius, niſi pater*. Hunc præterea agnoſcimus perinde atque patrem, nec alium atque alium eſſe, nec mutari poſſe, nullius rei indi- C gentem, perfectum filium, ſimilem patri, & eo ſolum quia ingenitus ille ſit, illi cedentem. Nam eſt accurata & expreſſa patris imago. Atque conſtat imaginem plene complecti debere eas omnes res, quibus exemplar ipſum quod majus eſt, perfectius exprimatur; ſicut ipſe do-
Joan. 14. v. 28. Hebr. 1. v. 3. minus docuit: *b pater major me eſt*. Atque hac ratione inducti, filium a patre ſemper exiſtere credimus: eſt enim *ſplendor gloriæ, & character paternæ ſubſtantiæ*. At nemo hanc vocem, *ſemper*, ſic intelligat, ut idem ſignificet quod ingenitum, ſicut ipſi putant qui ſenſus animorum habent plane obcæcatos. Nam neque quod dicitur, *erat*, *ſemper*, *& ante ſæcula*, idem eſt quod ingenitum; imo vero neque D ulla vox, quam humana mens conetur effingere, exprimere poteſt illud, ingenitum. Quod quidem ipſe fretus veſtro recto de omnibus rebus judicio, vos quoque eodem modo accipere confido; quandoquidem hæ voces non ſignificant eſſe ingenitum. Nam hæ tamquam temporum productionem videntur in ſe complecti, divinitatem autem unigeniti, (ut ita dicam) antiquitatem, pro dignitate explanare nequeunt. Unde evenit, ut ſancti viri, cum hoc myſterium explicare ſinguli pro viribus enixe contendant, veniam petant ab auditoribus, & apud illos non ſine cauſa excuſare conentur, his fere verbis: Eatenus in iis rebus inſtitui- E mus, quatenus mentis noſtræ vis conſequi poteſt. Si qui ſunt qui expectent vocem ullam perfectiorem ore humano efferri, quam captus fert humanus, dicantque, ea quæ fuerant ipſis ex parte cognita, jam obſcurari; eſt ſane perſpicuum, quod illud, *erat*, *ſemper*, *& ante ſæcula*, longe abeſt ab eo quod illi expectant: quæ quidem cujuſcumque generis ſint, non ſunt idem cum ingenito: ac propterea & dignitas quæ eſt ingeniti patris propria, ei ſervanda eſt,

A ὧν ἡμεῖς οὕτως πιστεύομεν, ὡς τῇ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ δοκεῖ. εἰς μόνον ἀγέννητον πατέρα, οὐδένα τοῦ εἶναι αὐτῷ τὸν αἴτιον ἔχοντα, ἄτρεπτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον, ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα, οὔτε προκοπὴν, οὔτε μείωσιν ἐπιδεχόμενον· νόμου καὶ προφητῶν καὶ εὐαγγελίων δοτῆρα, πατριαρχῶν καὶ ἀποστόλων καὶ ἁπάντων ἁγίων κύριον. καὶ εἰς ἕνα Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, γεννηθέντα οὐκ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ὄντος πατρὸς, οὐ κατὰ τὰς τῶν σωμάτων ὁμοιότητας ταῖς τομαῖς, ἢ ταῖς ἐκ διαιρέσεων ἀποῤῥοίαις, ὥσπερ Σαβελλίῳ καὶ Βαλεντίνῳ δοκεῖ· ἀλλ' ἀῤῥήτως καὶ ἀνεκ- B διηγήτως κατὰ τὸν εἰπόντα, ὡς ἀνωτέρω παρεθήκαμεν. τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ πάσῃ τῇ [1] γεννητῇ φύσει ἀπεριεργάστου τυγχανούσης, καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ ἀπεριέργαστός ἐστι, διὰ τὸ μὴ χωρεῖν τὴν τῶν λογικῶν φύσιν, τῆς πατρικῆς θεογονίας τὴν εἴδησιν· ἅπερ οὐ παρ' ἐμοῦ δεῖ μαθεῖν ἄνδρας τῷ τῆς ἀληθείας πνεύματι κινουμένους, ὑπηχούσης ὑμᾶς καὶ τῆς φθασάσης Χριστοῦ περὶ τούτου φωνῆς, καὶ διδασκούσης· οὐδεὶς οἶδε τίς ἐστιν ὁ πατὴρ, εἰ μὴ ὁ υἱός· καὶ οὐδεὶς οἶδε τίς ἐστιν ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατήρ. ἄτρεπτον τοῦτον καὶ ἀναλλοίωτον ὡς τὸν πατέρα, ἀπροσδεῆ καὶ τέλειον υἱὸν, ἐμφερῆ τῷ πατρὶ με- C μαθήκαμεν, μόνῳ τῷ ἀγεννήτῳ λειπόμενον ἐκείνου· εἰκὼν γάρ ἐστιν ἀπηκριβωμένη καὶ ἀπαράλλακτος τοῦ πατρὸς, πάντων γὰρ εἶναι [2] τὴν εἰκόνα πλήρη, δι' ὧν ἡ μείζων ἐμφέρεια, δῆλον. ὡς αὐτὸς ἐπαίδευσεν ὁ κύριος, ὁ πατήρ μου, λέγων, μείζων μού ἐστι. καὶ κατὰ τοῦτο καὶ τὸ ἀεὶ εἶναι τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ πατρὸς πιστεύομεν· ἀπαύγασμα γάρ ἐστι τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως. ἀλλὰ μή τις τὸ, ἀεὶ, πρὸς ὑπόνοιαν ἀγεννήτου λαμβανέτω, ὡς οἴονται οἱ τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια πεπηρωμένοι. οὔτε γὰρ τὸ, ἦν, οὔτε τὸ, ἀεὶ, οὔτε τὸ, πρὸ αἰώνων, ταυτόν ἐστι τῷ ἀγεννήτῳ· ἀλλ' οὐδ' ὃ τῶν ἀνθρώ- D πων ἔννοια ὀνοματοποιῆσαι σπουδάζει, δηλοῖ τὸ, ἀγέννητον· ὡς καὶ ὑμᾶς οὕτως ἐκδέχεσθαι πιστεύω, καὶ τεθάῤῥηκα τῇ περὶ πάντων ὑμῶν ὀρθῇ προθέσει, κατὰ μηδένα τρόπον τούτων τῶν ὀνομάτων τὸ ἀγέννητον δηλούντων. ἔοικε γὰρ οἱονεὶ χρόνων εἶναι παρεκτάσεις ταῦτα τὰ ὀνόματα· τὴν μέντοι κατ' ἀξίαν τοῦ μονογενοῦς θεότητα, καὶ οἷον ἀρχαιότητα σημαίνειν μὴ δυνάμενα· τῶν δὲ ἁγίων ἀνδρῶν, ὡς δυνάμεως ἑκάστῳ, ἐμφανίσαι τὸ μυστήριον βιαζομένων, καὶ συγγνώμην αἰτούντων παρὰ τῶν ἀκροατῶν εὐλόγου ἀπολογίας, διὰ τοῦ λέγειν· εἰς ἃ ἐφθάσαμεν. εἰ δέ τι παρὰ τὸ ἀνθρώπινον, διὰ χειλέων φθέγμα μεῖζόν τι E προσδοκῶσιν οἱ ἄνδρες, τὰ ἐκ μέρους αὐτοῖς [3] γνωσθέντα καταργεῖσθαι λέγοντες, δῆλον ὅτι πολὺ τοῦ ἐλπιζομένου λείπεται τὸ, ἦν, καὶ τὸ, ἀεὶ, καὶ τὸ, πρὸ αἰώνων· ἅπερ δ' ἂν ᾖ, [4] οὐκ ἔστι ταυτὰ τῷ ἀγεννήτῳ, οὐκοῦν τῷ μὲν ἀγεννήτῳ πατρὶ οἰκεῖον ἀξίωμα φυλακτέον, μηδένα τοῦ εἶναι αὐτῷ τὸν αἴτιον λέγοντας· τῷ δὲ υἱῷ τὴν ἁρμόζουσαν τιμὴν ἀπονεμητέον, τὴν ἄναρχον αὐτῷ παρὰ τοῦ

1 Melius γεννητῇ creatæ, ut Epiphanius vertit. 2 al. ἐν τίνι, vel ἐν ὧν. 3 al. γνωσθέντα. 4 al. οὐκ ἔστι ταυτὸν τῷ ἀγεννήτῳ.

τοῦ πατρὸς γέννησιν ἀνατιθέντας, καὶ ὡς ἐφθάσαμεν αὐτῷ σέβας ἀπονέμοντες, μόνον εὐσεβῶς καὶ εὐφήμως τὸ, ἦν, καὶ τὸ ἀεὶ, καὶ τὸ, πρὸ αἰώνων, λέγοντες ἐπ' αὐτοῦ. τὴν μέντοι θεότητα αὐτοῦ μὴ παραιτούμενοι, ἀλλὰ τῇ εἰκόνι καὶ τῷ χαρακτῆρι τοῦ πατρὸς ἀπηκριβωμένην ἐμφέρειαν κατὰ πάντα ἀνατιθέντες· τὸ δὲ ἀγέννητον τῷ πατρὶ μόνον ἰδίωμα παρεῖναι δοξάζοντες, ἅτε δὴ καὶ αὐτοῦ φάσκοντος τοῦ σωτῆρος· ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστί. πρὸς δὲ τῇ εὐσεβεῖ ταύτῃ περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ δόξῃ, καθὼς ἡμᾶς αἱ θεῖαι γραφαὶ διδάσκουσιν, ἓν πνεῦμα ἅγιον ὁμολογοῦμεν τὸ καινίσαν τούς τε τῆς παλαιᾶς διαθήκης ἁγίους ἀνθρώπους, καὶ τοὺς τῆς χρηματιζούσης καινῆς παιδευτὰς θείους. μίαν καὶ μόνην καθολικὴν, τὴν ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν, ἀκαθαίρετον μὲν ἀεὶ, κἂν πᾶς ὁ κόσμος αὐτῇ πολεμεῖν βούληται, νικηφόρον δὲ πάσης τῆς τῶν ἑτεροδόξων ἀσεβεστάτης ἐπαναστάσεως· εὐθαρσεῖς ἡμᾶς κατασκευάσαντος τοῦ οἰκοδεσπότου αὐτῆς, διὰ τοῦ βοᾷν. θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. μετὰ τοῦτο ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν οἴδαμεν, ἧς ἀπαρχὴ γέγονεν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, σῶμα φορέσας ἀληθῶς καὶ οὐ δοκήσει ἐκ τῆς θεοτόκου Μαρίας, ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας ἐπιδημήσας τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, σταυρωθεὶς καὶ ἀποθανὼν, ἀλλ' οὐ διὰ ταῦτα τῆς ἑαυτοῦ θεότητος ἧττον γεγενημένος· ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, ἀναληφθεὶς ἐν οὐρανοῖς· καθήμενος ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ. Ταῦτα ἐκ μέρους ἐνεχάραξα τῇ ἐπιστολῇ, τὸ καθ' ἕκαστον ἐπ' ἀκριβείας γράφειν φορτικὸν, ὡς ἔφην, εἶναι νομίσας, διὰ τὸ μηδὲ τὴν ἱερὰν ὑμῶν ταῦτα λεληθέναι σπουδήν. ταῦτα διδάσκομεν, ταῦτα κηρύττομεν, ταῦτα τῆς ἐκκλησίας τὰ ἀποστολικὰ δόγματα, ὑπὲρ ὧν καὶ ἀποθνήσκομεν, τῶν ἐξόμνυσθαι αὐτὰ βιαζομένων ἧττον πεφροντικότες, εἰ καὶ διὰ βασάνων ἀναγκάζουσι, τὴν ἐν αὐτοῖς ἐλπίδα μὴ ἀποστρεφόμενοι. ὧν ἐναντίοι γενόμενοι οἱ ἀμφὶ τὸν Ἄρειον καὶ Ἀχιλλᾶν, καὶ οἱ τῆς ἀληθείας σὺν αὐτοῖς πολέμιοι, ἀπεώθησαν τῆς ἐκκλησίας, ἀλλότριοι γενόμενοι τῆς εὐσεβοῦς ἡμῶν διδασκαλίας, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον λέγοντα· εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω, κἂν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εἶναι προσποιῆται· ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται τοῖς ὑγιαίνουσι λόγοις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ, τετύφωται, μηδὲν ἐπιστάμενος· καὶ τὰ ἑξῆς. τούτους οὖν ἀναθεματισθέντας ἀπὸ τῆς ἀδελφότητος, μηδεὶς ὑμῶν δεχέσθω, μηδὲ ἀνεχέσθω τῶν λεγομένων, ἢ γραφομένων ὑπ' αὐτῶν. πάντα γὰρ οἱ γόητες ψεύδονται, ἀλήθειαν οὐ μὴ λαλήσωσι. περιέρχονται γὰρ τὰς πόλεις, οὐδὲν ἕτερον σπουδάζοντες, ἢ τῷ τῆς φιλίας προσχήματι, καὶ τῷ τῆς εἰρήνης ὀνόματι, δι' ὑποκρίσεως, καὶ κολακείας γράμματα διδόναι καὶ λαμβάνειν, πρὸς τὸ πλανᾶν διὰ τούτων τὰ ὑπ' αὐτῶν ἠπατημένα ὀλίγα γυναικάρια σεσωρευμένα ἁμαρτίαις· καὶ τὰ ἑξῆς. τούτους οὖν τοὺς τοσαῦτα κατὰ Χριστοῦ τολμήσαντας, τοὺς τὸν χριστιανισμὸν τοῦτο μὲν δημοσίᾳ διασύραντας, τοῦτο δὲ ἐπὶ δικαστη-

A dicendumque nullum ipſi eſſe ejus eſſentiæ cauſam; & honor filio debitus ei tribuendus, aſſignandaque illi generatio a patre initio carens. Et more ſolito cultus illi deferendus, dummodo has voces, *erat*, *ſemper*, *& ante ſæcula*, pie & ſancte, cum de eo loquimur, proferamus non tamen ut quidquam de ejus divinitate detrahamus, ſed ut exquiſitam omnino imagini & figuræ patris attribuamus ſimilitudinem, & ingeniti vocabulum patri, utpote ejus ſolum proprium, adſcribendum propterea exiſtimemus, quod ſalvator ipſe dicit: *Pater major me eſt*. *Joan. 14. v. 28.* Ac præter iſtam piam de patre & filio ſententiam, unum præterea Spiritum ſanctum, ſicut nos docent ſacræ litteræ, confitemur; qui B non modo ſanctos homines veteris teſtamenti, ſed etiam divinos novi teſtamenti doctores innovavit. Eccleſiam porro apoſtolicam, unam & ſolam catholicam agnoſcimus; ſicut numquam expugnari poteſt, etiam ſi totus mundus eam oppugnare inſtituat; ſic omnem impiam aliter ſentientium incurſionem evincit ac profligat; quandoquidem ejus paterfamilias nos efficit ſatis ſic animoſos, dum clamat: *Confidite: ego vici mundum*. *Joan. 16. v. 33.* Poſt hæc credimus ex mortuis reſurrectionem, cujus primitiæ fuit dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui corpus non ſpecie adumbratum, ſed verum ex deipara Maria ſumpſit: *1. Cor. 15. v. 20.* in fine ſæculorum deſcendens ad genus humanum ad delenda peccata: qui crucifixus eſt, & C mortuus, ſine ulla ſuæ divinitatis imminutione: qui reſurrexit a mortuis, aſcendit ad cœlos, & ſedet ad dexteram majeſtatis Dei. Iſta quidem ex aliqua parte epiſtola complexus ſum, quandoquidem ſingula accurate litteris proſequi, abſurdum, ut dixi, ideo ſum arbitratus, quod eædem res veſtras pias ac ſtudioſas mentes minime fugiant. Iſta docemus, iſta prædicamus, iſta ſunt apoſtolica eccleſiæ dogmata, pro quibus mortem oppetere non dubitamus. Nec vero moramur eos, qui nos ad hæc ejuranda & retractanda compellere ſtudent, & licet nos tormentis cogere aggrediantur, non tamen ſpem, quæ in hac fide eſt, abjiciemus. Cui doctrinæ Arius, Achillas, & reliqui pariter veritatis hoD ſtes refragati, eccleſia exturbati ſunt; quippe cum ſint a pia noſtra doctrina prorſus averſi, juxta illam beati Pauli ſententiam: *Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepiſtis, anathema eſto, licet angelum e cœlo ſe ſimulet*. *Gal. c. 1. v. 8.* Quin etiam, *ſi quis aliud doceat, & non accedat ſanis ſermonibus domini noſtri Jeſu Chriſti, doctrinæ quæ ſecundum pietatem eſt, is inflatus eſt, nihil ſciens*; *1. Tim. c. 6. v. 3.* & quæ ſequuntur. Iſtos vero a fratribus anathemati addictos nemo veſtrum excipiat, neque eorum verba vel ſcripta audire ſuſtineat: omnia enim præſtigiatores ementiuntur; veritatem loqui neſciunt. Nam per urbes circumcurſant, non alio quidem ſtudio adducti, quam ut amicitiæ obtentu, & pacis nomine, litteras per E ſimulationem aſſentationemque dent, accipiantque: quo per illas in errorem mulierculas paucas peccatis onuſtas, quas dolo deceperint, facilius inducant; & quæ ſequuntur. Quapropter iſtos, qui tot ſcelera contra Chriſtum auſi ſunt, qui religionem Chriſtianam partim maledictis palam concidere, partim in judiciis contumeliæ exponere, qui tempore pacis, quantum in illis eſt, perſecutionem contra nos concitare; qui denique arcanum Chriſti generationis myſterium enervare impenſe laborarunt; iſtos, inquam, fratres cariſſimi, & fide nobiſcum

conſentientes, averſati, una nobiſcum contra inſanam eorum temeritatem adjungite ſuffragia, non aliter atque alii collegæ noſtri, qui rem ægre ferunt, qui epiſtolas contra iſtos ſcriptas ad me miſerunt, qui libello adverſus eos edito ſubſcripſerunt: quæ omnia per filium meum Apionem [3] diaconum ad vos miſi; ac primum epiſtolas collegarum qui ſunt in tota Ægypto & Thebaide, deinde eorum qui Libyam, Pentapolim, Syriam, Lyciam, Pamphyliam, Aſiam, Cappadociam, & alias regiones hiſce finitimas incolunt: quorum exemplum vos imitantes, perſuaſum habeo ad nos itidem daturos litteras. Et cum multæ aliæ curationes ad eos ſanandos qui hoc errore vulnerati ſunt, adhibitæ ſint; tum iſtud etiam remedium ad medicinam populo ab iſtis decepto faciendam inventum eſt, obtemperanti, & cum conſenſum collegarum noſtrorum intelligant, eorum auctoritate ad pœnitentiam ſe ſerio recipienti. Salutate voſipſos mutuo una cum fratribus qui vobiſcum ſunt. Opto, fratres cariſſimi, tum vos in domino valere plurimum, tum fructum ipſe ex veſtro pio in Chriſtum animo percipere. Sunt autem hæretici anathemate damnati, ex numero presbyterorum, Arius; ex diaconorum autem, Achillas, Euzoius, Aithales, Lucius, Sarmata, Julius, Menas, Arius alter, & Helladius.

A ρίων ἐπιδεικτικῶν φιλοτιμουμένους, τοὺς διωγμὸν ἡμῖν ἐν εἰρήνῃ, τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς, ἐπεγείραντας, τοὺς τὸ ἄρρητον μυστήριον τῆς Χριστοῦ γεννήσεως ἐκχυδαΐσαντας, τούτους ἀποστραφέντες, ἀγαπητοὶ καὶ ὁμόψυχοι ἀδελφοὶ, σύμψηφοι γίνεσθε κατὰ τῆς μανιώδους αὐτῶν τόλμης, καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀγανακτησάντων συλλειτουργῶν ἡμῶν, καὶ ἐπιστειλάντων μοι κατ' αὐτῶν, καὶ τῷ τόμῳ συνυπογραψάντων· ἃ καὶ διεπεμψάμην διὰ τοῦ υἱοῦ μου Ἀπίωνος [3] τοῦ διακόνου· τοῦτο μὲν πάσης Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος, τοῦτο δὲ Λιβύης τε καὶ Πενταπόλεως, καὶ Συρίας, καὶ ἔτι Λυκίας, καὶ Παμφυλίας, Ἀσίας, Καππαδοκίας, καὶ τῶν ἄλλων περιχώρων, B ὧν καθ' ὁμοιότητα καὶ παρ' ὑμῶν δέξεσθαι πέποιθα. πολλῶν γάρ μοι βοηθημάτων πρὸς τοὺς βλαβέντας πεπορισμένων, καὶ τοῦτο εὕρηται λυσιφάρμακον τοῦ ὑπ' αὐτῶν ἀπατηθέντος λαοῦ, πειθομένων. καὶ ταῖς τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν συγκαταθέσεσιν εἰς μετάνοιαν διὰ τούτου ἔρχεσθαι σπουδαζόντων. Ἀσπάσασθε ἀλλήλους σὺν τῇ [4] παρ' ὑμῶν ἀδελφότητι. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὔχομαι, ἀγαπητοὶ, ὀναίμην ὑμῶν τῆς φιλοχρίστου ψυχῆς. εἰσὶ δὲ οἱ ἀναθεματισθέντες αἱρεσιῶται, ἀπὸ πρεσβυτέρων μὲν, Ἄρειος. ἀπὸ διακόνων δὲ, Ἀχιλλᾶς, Εὐζώϊος, Ἀιθαλῆς, Λούκιος, Σαρμάτης, Ἰούλιος, Μηνᾶς, Ἄρειος ἕτερος, Ἑλλάδιος,

## NOTÆ SEVERINI BINII.

### In epiſtolam Alexandri epiſcopi Alexandrini ad alterum Alexandrum, prætermiſſæ a collectore regio.

*Occaſio ſcriptæ epiſtolæ ſecundæ.*

*a Epiſtola.* ) Alexander cum a catholicis epiſcopis Ægypti, Thebaidis, Lybiæ, aliarumque plurimarum provinciarum epiſtolas adverſus Arium ſcriptas accepiſſet, iidemque contra Arianos conſcripto libello fidei ſubſcripſiſſent, optans hæc eadem præſtari a reliquis, encyclicam rurſus aliam epiſtolam ſcripſit, cui & exemplaria dictarum epiſtolarum adjunxit, eaſque cum ſubſcriptionibus eorumdem epiſcoporum, libello fidei oppoſitas Appioni diacono perferendas dedit.

*Inſcriptio vitioſa.*

*b Ad Alexandrum Conſtantinopolitanum.* ) Hanc inſcriptionem quam titulus præ ſe fert, non eſſe germanam auctoris, ſed ab alio aliquo ſuperadditam, ipſa epiſtola, epiſtolæ inſcriptio & tempora indicant. In epiſtola plures epiſcopi appellantur: pluribus igitur epiſcopis non uni duntaxat ſcriptam eſſe oportuit. Conſtantinus ſuam hoc anno 318. ad Alexandrum & Arium tranſmiſit. Itaque quod hac epiſtola ante illam Conſtantini ſcripta, Alexander Conſtantinopolitanus epiſcopus inſcribatur, ſurreptitium eſſe, neceſſario dicendum eſt. ideo, quod Byzantium hoc tempore in Conſtantinopolim nondum mutatum fuerit. Erroris occaſionem hanc eſſe puto, quod cum eadem epiſtola (ut dictum eſt) fuerit communis ad omnes epiſcopos, ejuſdem ab ipſo deſcriptæ exemplar, inter Alexandri epiſcopi Conſtantinopolitani monumenta repertum, eo titulo fuerit pariter conſignatum. Bar. præd. ann. num. 49.

*Cur Arius 700. meretriculas circumduxerit.*

*c Suas tenellas meretriculas.* ) Quas hic Alexander tenellas Arianorum meretriculas nominat, erant illæ ſeptingentæ profeſſæ virgines eccleſiæ Alexandrinæ, quas ut teſtatur Epiphanius hæreſi 69. Arius ſeduxit ac circumduxit; eo nimirum fine, ut his deliciarum illecebris perditiſſimus hæreſiarcha quoſvis ſeduceret.

*Canon apoſtolicus.*

*d Quod canon apoſtolicus permittit.* ) Canonem apoſtolicum, quem Alexander hic citat, plane illum eſſe conſtat, quo præcipitur: *Ne clerici a ſuo epiſcopo excommunicati, ab alio epiſcopo recipiantur.* Vide notas in canonem apoſt. 33.

*Lucianus an Arianæ hæreſis auctor.*

*e. Cujus perverſa doctrina Lucianus ſucceſſor factus.* ) Quod hoc loco Lucianus Antiochenæ eccleſiæ presbyter ab Alexandro Sabellianiſmi inſimulatur, accidit ex errore tali: ſicut Dionyſius Sabellium, ita Lucianus Pancratium urgentes. iis qui ſcripta illorum legerant, ſenſum vero ſcriptorum non erant aſſecuti, viſi ſunt in C contrariam partem licentius inclinaſſe. Et ſicut ille ab epiſcopis Libyæ, ita hic a tribus Antiochenis epiſcopis invicem ſibi ſuccedentibus falſo accuſatus eſt, & ſimul ab eccleſia ejectus. Sed dum ſuam Lucianus cauſam agens, ſcriptis ſæpe libellis fidei ſuam integritatem, ſinceramque fidem catholicam, omnibus manifeſtam reddere conatur, perſecutione Maximini, dolo adverſarii Sabelliani hæretici interceptus, ſumma cum laude martyrium conſummans, magnam inde gloriam aſſecutus eſt. Qua abuſi complures illius diſcipuli jam errore lapſi, Arianam hæreſim conſectantes, magiſtri gloria exultantes ſeipſos, ut patet ex litteris Arii, Collucianiſtas nominabant; turpiter mentientes, ea ſe docere, quæ a Luciano accepiſſent. Qua de cauſa Alexander cum res adhuc recens eſſet (noviſſimo enim perſecutionis tempore ille martyrium ſubiit) inexploratis adhuc Luciani elucubrationibus, quæ ferebat fama ore ipſorum Arianorum falſo ubique vulgata, Alexander epiſcopus vehementius in Lucianum juſto zelo commotus, hæc de ipſo ſcripſit. Verum cum is, quem edidit libellum fidei, D exacte cognitus & diſquiſitus eſt, non tantum ſanctus Hieronymus de ſcript. eccleſ. in Luciano, ſed etiam ipſe Athanaſius Alexandri ſucceſſor, Lucianum digno præconio celebrat. Vide Baron. anno 318. num. 77.

*Lucianus martyrium ſubiit.*

*Collucianiſtæ hæretici qui, & cur ſic dicti.*

*Cur Alexander Lucianum Arianiſmi inſimulaverit.*

*Euſebius Cæſarienſis Arianus apoſtata.*

*f Quin etiam tres epiſcopos Syriæ.* ) Baron. præd. loco putat, inter hos tres epiſcopos Ario adhærentes, Euſebium Cæſarienſem Syriæ Paleſtinæ epiſcopum annumeratum eſſe. Veriſimile enim videtur, non niſi malis artibus epiſcopatum tam nobilis eccleſiæ, quæ totius Syriæ Paleſtinæ metropolis erat, arripuiſſe eum, quo tempore perſecutionis ſub Maximino timore pœnæ a fide excidiſſet.

*Hæretici novantes moribus Ariani.*

*g Qui etiam neminem nolunt ex antiquis patribus ſibi comparari, neque illis, &c.* ) Sequentibus verbis, quibus Alexander Arianorum effigiem vivis hiſce coloribus depictam exhibet, omnium plane novantium noſtri temporis hæreticorum veram certamque imaginem repræſentat: ut plane appareat vultu ſimillimos, fratres eſſe germanos, qui eodem patre diabolo geniti ſunt, eiuſ- E que dominio ſolius parere, illius legibus vivere, ejuſque inſigne frontibus ſuis impreſſum geſtare, qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.

*Explicatur locus ſcripturæ.*

*h Pater major me eſt.* ) Hunc locum ſicut Alexander hic, ita eundem Hilarius lib. 9. de trinit. Nazianzenus orat. 4. de theol. Baſilius lib. 1. de Eunom. Cyrillus lib. Theſ. cap. 3. Auguſtin. lib. 2. de trinit. c. 7. de divina generatione quatenus ipſe pater in trinitate principium, fons & origo quadam dicitur, intelligunt: communior tamen ſententia, prædicta verba Chriſti de humana illius generatione accipit & exponit.

ALTE-

1 Confer cum his Sozomenum lib. 1. cap. xv. & Epiph. hær. 69. num. 2. 2 Scripſiſſe Alexandrum ſimilia ad Philogonium Antiochiæ, & ad Euſtachium BerrhϾ addit hoc loco Theodoretus: ad Silveſtrum Papam, Liberius in Epiſt. ad Conſtantium. 3 MS. Allatii, & Nicephorus τῷ ἀρχιδιακόνῳ. 4 Nicephorus παρ' ἡμῶν, nobiſcum

ANNO CHRISTI 325.

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ Ἀλεξανδρείας ἐπιστολή β'.

Τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ τιμιωτάτοις συλλειτουργοῖς, τοῖς ἁπανταχοῦ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, Ἀλέξανδρος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Σωκρ. βιβ. ά. κεφ. ς. ΕΝΟΣ σώματος ὄντος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἐντολῆς τε οὔσης ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς, τηρεῖν τὸν σύνδεσμον τῆς ὁμονοίας καὶ εἰρήνης *.

* ἰδὲ τὰ λοιπὰ κάτωθεν παρὰ Γελασίῳ ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῆς ἐν Νικαίᾳ Συνόδου βιβ. β. κ. γ.

## ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ πρὸς τὴν σύνοδον περὶ εἰρήνης. *

* Εὐσέβ. περὶ βίου Κωνσταν. βιβ. γ. κεφ. ιβ'.

ΕΥΧΗΣ μὲν ἐμοὶ τέλος ἦν, ὦ φίλοι, τῆς ὑμετέρας ἀπολαῦσαι χορείας· τούτου δὲ τυχὼν, εἰδέναι τῷ βασιλεῖ τῶν ὅλων τὴν χάριν ὁμολογῶ, ὅτι μοι πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασι, καὶ τοῦτο κρεῖττον ἀγαθοῦ παντὸς ἰδεῖν ἐδωρήσατο. φημὶ δὴ τὸ συνηγμένους ὁμοῦ πάντας ἀπολαβεῖν, μίαν τε κοινὴν ἁπάντων ὁμόφρονα γνώμην θεάσασθαι. μὴ δὴ οὖν βάσκανός τις ἐχθρὸς τοῖς ἡμετέροις καλοῖς λυμαινέσθω· μηδὲ τῆς τυράννων θεομαχίας ἐκποδὼν ἀρθείσης, Θεοῦ σωτῆρος δυνάμει, ἑτέρως ὁ φιλοπόνηρος δαίμων τὸν θεῖον νόμον βλασφημίαις περιβαλλέτω· ὡς ἔμοιγε παντὸς πολέμου καὶ μάχης δεινῆς καὶ χαλεπωτέρα ἡ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ ἐμφύλιος νενόμισται στάσις· καὶ μᾶλλον ταῦτα τῶν ἔξωθεν λυπηρὰ καταφαίνεται. ὅτε γοῦν τὰς κατὰ τῶν πολεμίων νίκας νεύματι καὶ συνεργίᾳ τοῦ κρείττονος ἠράμην, οὐδὲν ὅτε λείπειν ἐνόμιζον, ἢ Θεῷ μὲν νομίζειν τὴν χάριν, συγχαίρειν δὲ καὶ τοῖς * ὑπὲρ αὐτοῦ δι' ἡμῶν ἠλευθερωμένοις· ἐπειδὴ τὴν ὑμετέραν διάστασιν παρ' ἐλπίδα πᾶσαν ἐπυθόμην, οὐκ ἐν δευτέρῳ τὴν ἀκοὴν ἐθέμην. τυχεῖν δὲ καὶ τοῦτο θεραπείας δι' ἐμῆς εὐξάμενος ὑπηρεσίας, τοὺς πάντας ἀμελλητὶ * συμμετεπεμψάμην. καὶ χαίρω μὲν ὁρῶν τὴν ὑμετέραν ὁμήγυριν, τότε δὲ μάλιστα κρίνω κατ' εὐχὰς ἐμαυτὸν πράξειν, ἐπειδὰν ταῖς ψυχαῖς ἀνακραθέντας ἴδοιμι τοὺς πάντας, μίαν τε κοινὴν βραβεύουσαν τοῖς πᾶσιν εἰρηνικὴν συμφωνίαν, ἣν καὶ ἑτέροις ὑμᾶς πρέπον ἂν εἴη πρεσβεύειν, τοὺς τῷ Θεῷ καθιερωμένους. μὴ δὴ οὖν μέλλετε, ὦ φίλοι, μὴ δὴ, λειτουργοὶ Θεοῦ, καὶ τοῦ κοινοῦ πάντων ἡμῶν δεσπότου τε καὶ σωτῆρος ἀγαθοὶ θεράποντες, τὰ τῆς ἐν ὑμῖν διαστάσεως αἴτια ἐντεῦθεν ἤδη φέρειν εἰς μέσον ἀρξάμενοι, πάντα τε σύνδεσμον ἀμφιλογίας νόμοις εἰρήνης ἐπιλύσασθαι. οὕτω γὰρ καὶ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ τὰ ἀρεστὰ διαπεπραγμένοι εἴητε ἂν, κἀμοὶ τῷ ὑμετέρῳ συνθεράποντι ὑπερβάλλουσαν δώσετε χάριν.

* ἴσ. αὐτοῦ.

* συμμετεσχηκάμεν.

## ALTERA EPISTOLA Alexandri epiſcopi Alexandriæ.

PARTIS I. SECTIO II. ET III.

*Dilectis & honorabilibus, qui ubique ſunt catholicæ eccleſiæ comminiſtris, Alexander in domino ſalutem.*

CUM ſit unum corpus eccleſiæ catholicæ, cumque in divinis ſcripturis præceptum ſit, ut concordiæ ac pacis vinculum ſervemus. *Vide reliquum infra apud Gelaſium in actis concilii Nicæni lib. 2. c. 3.*

II. Ex Socrat. l. 1. c. 3. Eph. 4. c. 3.

## CONSTANTINI IMPER. oratio ad concilium Nicænum de pace.

QUoniam mihi admodum in optatis fuit, amici cariſſimi, iſto veſtro conſeſſu aliquando frui: jam eo potius, regi & moderatori omnium Deo ideo gratias me agere debere fateor, quod mihi præter alia omnia largitus eſt, ut iſtud quod omnibus bonis antecellit, nempe vos in unum convocatos, unamque omnes & conſentientem habituros voluntatem oculis tandem aſpiciam. Nolite igitur pati ut ulla invidiæ tempeſtas, noſtris rebus proſperis inimica, iſtud bonum labefactet: neque cum tyrannorum dimicatio contra Deum ſuſcepta, jam Dei virtute profligata ſit, ut denuo perditus dæmon divinam Chriſti diſciplinam & religionem, malevolorum obtrectationibus lacerandam objiciat: quandoquidem inteſtina ſeditio in eccleſia Dei conflata multo plus moleſtiarum & acerbitatis, quam quodvis bellum pugnave, videtur mihi in ſe complecti: atque hæc longe plus, quam externa, doloris afferre videntur. Cum igitur Dei optimi maximi nutu & auxilio adjutus, victoriam ab hoſtibus reportaſſem, nihilque amplius mihi reliquum putarem, quam ut tum Deo gratias agerem, tum una cum his qui, Deo opem ferente, per me eſſent in libertatem vindicati, communem lætitiam animo perſpicerem: ut primum diſſenſio veſtra ad aures meas præter omnem ſpem pervenit, rumorem illum de ea allatum non plane neglexi; ſed optans in primis, ut huic rei mea opera & ſedulitate remedium inveniretur, omnes vos abſque mora accerſivi. Ac tametſi lætor equidem vehementer, cum jam veſtrum conſeſſum intueor: tunc tamen arbitror me res maxime ex animi ſententia geſturum, ubi omnes vos animorum conjunctione colligatos, & unam eamque communem inter omnes, & tranquillam concordiam (quam quidem vos, cum ſitis Deo conſecrati, aliis etiam a Deo impetrare conſentaneum eſt) vigere florereque intellexero. Itaque ne ulla ſit, quæſo, in vobis mora, o cariſſimi, ac miniſtri, bonique famuli Dei, & communis omnium noſtrum domini & ſalvatoris: ne gravemini, inquam, deinceps cauſas diſſenſionis inter vos graſſantis jam in medium afferre: primoque omnium operam detis, ut omnia vincula, quibus conſtricta tenetur controverſia, pacis legibus omnino diſſolvantur. Sic enim eſtis & Deo omnium gubernatori rem gratam facturi, & mihi veſtro conſervo maximum præſtaturi beneficium.

III. Ex Euſeb. lib. 3. de vita Conſtant. c. 12. Prolixiorem aliam Conſtantini orationem vide infra apud Gelaſium lib. 2. cap. 7.

# ORATIO EUSTATHII EPISCOPI ANTIOCHENI

*in ſynodo Nicæna.*

IV. Extat apud Baron. [illegible]

DEO agimus gratias, o optime imperator, qui terrarum tibi regnum dirigit, qui errorem ſimulacrorum per te abolevit, & in fidelium animis tranquillitatem collocavit. Ceſſavit nidor dæmonum: multiplicis deorum cultus ſoluta eſt falſa religio: expelluntur tenebræ impietatis: luce divinæ cognitionis orbis terrarum illuſtratur: Pater glorificatur, Filius ſimul adoratur, Spiritus ſanctus annunciatur, trinitas conſubſtantialis, una divinitas in tribus perſonis & hypoſtaſibus prædicatur. Per eum, o imperator, tibi munitur tuæ pietatis potentia. Eam nobis A ſerva integram & inviolatam. Nullus hæreticus ſubiens eccleſiam, de trinitate unum aliquid auferat, reliquum quod reſtat affectum ignominia. Arius nobis, qui a furore accepit denominationem, orationis cauſa eſt & conventus: qui neſcio quomodo allectus in presbyteratum eccleſiæ Alexandrinæ nos latuit, eum eſſet alienus a doctrina beatorum apoſtolorum & prophetarum. Unigenitum enim filium & verbum patris non veretur privare eadem & æquali cum patre ſubſtantia, & creatorem cum creatura creaturæ cultor contendit connumerare. Eum autem perſuaſeris, imperator, mutata ſententia, non repugnare doctrinæ apoſtolicæ: aut ſi vanæ opinionis, cujus eſt con- B victus, perſtiterit in impietate, eum de Chriſti & noſtro cœtu funditus ſuſtuleris, ne ſuis turbidis verborum blanditiis venetur animas ſimpliciorum.

## *a Incipit [1] Præfatio Niceni Concilii.*

a Ex collectione Iſidori tum editis a Jac. Merlino, & c, tum MS. Colbert. & c. Deſcribitur magna ex parte ab Ænea Pariſienſi, tomo VII Spicilegii pag 96.

BEATISSIMO Silveſtro in urbe Roma Apoſtolicæ ſedis antiſtite, Conſtantino Auguſto, & Licinio Cæſare Conſulatu Paulini, & Juliani virorum clariſſimorum anno ab Alexandro, milleſimo trigeſimo ſexto, menſe Junio, decimo tertio Kalendas Julii propter inſurgentes hæreſes fides catholica expoſita eſt apud Nicæam Bithyniæ: quam ſancta & reverentiſſima Romana complectitur & veneratur Eccleſia: quippe quam treceni decem & octo Patres, mediantibus Victore atque Vincentio religioſiſſimis Romanæ ſedis presbyteris, inſpirante Deo, *b* pro deſtruendo Arrii veneno protulerunt. Nam & nonnullæ regulæ ſubnexæ ſunt: quas memorata ſuſcipiens confirmavit Eccleſia. Sciendum eſt ſane omnibus catholicis, quoniam *c* ſancta Eccleſia Romana nullis ſynodicis decretis prælata eſt, ſed Evangelica voce Domini & ſalvatoris noſtri JESU Chriſti primatum obtinuit: ubi dixit beato Apoſtolo Petro: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Et tibi dabo claves regni cœlorum: & quæcumque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis. & quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis.* Adhibita eſt etiam ſocietas in eadem urbe Romana beatiſſimi Pauli Apoſtoli, vaſis electionis: qui uno die, unoque tempore, glorioſa morte cum Petro ſub principe Nerone agonizans coronatus eſt: & ambo pariter Eccleſiam ſanctam Romanam Chriſto Domino conſecraverunt, aliiſque omnibus urbibus in univerſo mundo ſua præſentia atque venerando triumpho prætulerunt. Et licet *d* pro omnibus aſſidua apud Dominum omnium ſanctorum fundatur oratio: his tamen verbis Paulus beatiſſimus Apoſtolus Romanis proprio chirographo pollicetur, dicens. *Teſtis enim mihi eſt Deus, cui ſervio in ſpiritu meo, in Evangelio Filii ejus, quod ſine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis.*

b Merlin. ad obſtruenda Arrii venena. Colb propter deſtruenda. & ita Æneas.

c Deinceps quæ ſequuntur eadem fere legas in Decreto Gelaſii Papæ de libris apocryphis

Matth 16 18.

d al. pro omnibus Eccleſiis.

Rom. 1 9.

Prima ergo ſedes eſt cœleſti beneficio Romana, quam beatiſſimi apoſtoli Petrus atque Paulus ſuo martyrio dedicarunt. Secunda autem ſedes, apud Alexandriam, beati Petri nomine a Marco ejus diſcipulo atque Evangeliſta conſecrata eſt: quia & ipſe in Ægypto primus verbum veritatis directus a Petro prædicavit, & glorioſum ſuſcepit martyrium: cui venerabilis ſucceſſit Abilius. Tertia vero *e* ſedes apud Antiochiam ejuſdem beati Petri Apoſtoli nomine habetur honorabilis: quia illic priuſquam Romam veniret, habitavit, & Ignatium epiſcopum *f* conſtituit: & illic primum nomen Chriſtianorum novellæ gentis exortum eſt.

e al. Sedes eſt apud Antiochiam Apoſtoli habitatione honorabilis

f al. inſtituit

Nam & Hieroſolymitanus epiſcopus, pro tanti loci reverentia ab omnibus habetur honorabilis: maxime quoniam illic primus beatiſſimus Jacobus, qui dicebatur Juſtus, qui etiam ſecundum carnem frater Domini nun- C cupatus eſt, a Petro, Jacobo, & Joanne Apoſtolis epiſcopus eſt ordinatus. Itaque ſecundum antiquorum Patrum definitionem ſedes prima in Hieroſolymis eſſe minime dicitur, ne forte ab infidelibus aut idiotis, ſedes Domini noſtri JESU Chriſti, quæ in cœlo eſt, in terra eſſe putaretur. Eſt enim *ſedes ejus cœlum, terra autem ſcabellum pedum ejus*. Quoniam ipſe eſt, per quem *omnia facta ſunt, & ſine quo factum eſt nihil*. *Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ipſi gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.*

Iſai. 66. 1.

Joan. 1.

Rom. xi 37.

Apud Epheſum vero beatiſſimus Joannes Apoſtolus & Evangeliſta, multo tempore poſt Domini reſurrectionem & Aſcenſionem in cœlos, divina inſpiratione conſcripſit, atque requievit. Et ob hoc epiſcopus Epheſinus pro tanti Apoſtoli & Evangeliſtæ memoria ceteris epiſcopis metropolitanis in ſynodis honorabiliorem obtinet ſedem *g*.

g Haſtenus deſcripſit Æneas Pariſ.

*h* Sed quoniam de Concilio Niceno differendum eſt, quæ hoc fecit cauſa, ut poſt illam Apoſtolorum glorioſam prædicationem, quæ in omnem terram mirabiliter D diffuſa eſt, ſub Conſtantino Auguſto tanti congregarentur epiſcopi? Rufini nobis decimus liber, qui conjunctus eſt novem libris Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, quos vir eruditiſſimus Euſebius Cæſarienſis edidit, neceſſario profertur ad medium: ut parva, quæ ejus inter initia de Arrii perverſitate conſcripta ſunt, memorentur: quia dubium non eſt, ideo trecentos decem & octo ſanctiſſimos patres ex univerſo Orientali *i* orbe in Nicæam Bithyniæ congregatos, ut Arrii impium dogma Chriſti auxilio funditus damnaretur, & ſalubri providentia conſtituerent, quid in ſancta Catholica eccleſia debeat obſervari.

h Ita Merlin. & Colbert. al. Sed quoniam Nicæni Concilii canones primo omnium ponendi ſunt.

i al. addit, atque occidentali.

Item ad locum ex libro decimo *k* Rufini. Igitur cum apud Alexandriam, poſt *l* Achillem, qui *m* Petri martyrio ſucceſſit, ſuſcepiſſet Alexander ſacerdotium, quia pax noſtri & quies a perſecutionibus erat, atque Eccle- E ſiarum gloria Confeſſorum meritis gaudebat, proſperitas rerum noſtrarum domeſtica contentione *n* turbabatur. Etenim presbyter quidam apud Alexandriam, nomine Arrius, vir ſpecie & forma magis quam virtute religioſus: ſed gloriæ, laudiſque & novitatis improbe *o* percupidus, prava quædam de Chriſti fide proferre, & quæ *p* arte inquiſitionis invenerat, cœpit. Abſcindere enim ac ſeparare ab illa æterna & ineffabili Dei Patris ſubſtantia vel natura Filium conabatur. Quæ res in Eccleſia plurimos conturbabat, & a dulci mentis tranquillitate dimovebat. Sed cum Alexander epiſcopus, natura lenis & quietus, *& cetera, quæ piget hoc loco deſcribere, cum ſit ipſum totidem verbis caput primum, ſecundum & tertium libri x. hiſtoriæ Eccleſ. Rufino auctore, cum excerptis e quarto & quinto capite.*

k cap. 1

l al. Achillam.

m al. Petro martyri.

n Rufin. an. turbatur

o Rufin. cupidus.

p Rufin. ante ad quæſtionem non venerant.

IN-

1 Hanc ex Iſidori Collectione præfationem Harduinus edidit, ſicut & geminam fidei Nicænæ expoſitionem, alteram ex MS. Colbertinæ Biblioth. & Bibl. Pariſ. Societ. Jeſu uno MS. alteram, quæ cum in nonnullis ab edita a Labbeo varient, minime prætermittendas cenſuimus, ſed ex Harduini collectione in hanc novam Labbeanam duximus transferendas.

# INCIPIT CONSTITUTIO ET FIDES
# NICÆNI CONCILII.
## Subditis Capitulis ſuis.

*In vetuſto exemplari noſtro, ſcripto ( ut amanuenſis teſtatur ) anno Chriſti 1084. & in altero vetuſtiore, ut & in Pithœano, præmittitur hæc præfatiuncula.* Facta eſt hæc ſynodus apud Nicæam Bithyniæ, Conſulatu Conſtantini Auguſti, & Licinii: XIII. Kalendarum Juliarum: quod eſt apud Græcos *a* VII. dies menſis eorum ſecundum Alexandrinos, XXXI. & placuit ut hæc omnia mitterentur ad Epiſcopum Urbis Romæ Silveſtrum. *In Concilio Chalcedonenſi, actione ſecunda:* Conſulatu Paulini & Juliani VV. CC. Conſulum, anno *b* poſt Alexandrum DCXXXVI. *c* menſis ſecundum Græcos Deſii, die nonodecimo, quod eſt XIII. Kalend. Julias, in Nicæa metropoli Provinciæ Bithyniæ: Credimus, &c. *In Collectione Canonum, quæ vulgo Creſconiana dicitur:* Factum eſt Concilium apud Nicæam Bithyniæ metropolim, a die XIII. Kalend. Julias, quod tenuit uſque ad VIII. Kal. Septembres, Paulino & Juliano Coſſ. *In mſ. uno e noſtris, de Nicæna ſynodo hæc ſunt ipſius Iſidori verba, relata ex parte in Gratiani Decreto,* 10. *Diſt.* XVI. Prima igitur hatum principalium ſynodorum, Nicæna eſt, *d* trecentorum decem & octo epiſcoporum, ſub Conſtantino Auguſto, temporibus Silveſtri Papæ Romani, Macariique Hieroſolymitani, atque Alexandri Alexandrini peracta. In qua Arrianæ perfidiæ condemnata blaſphemia, quam de inæqualitate ſanctæ Trinitatis idem Arrius aſſerebat: conſubſtantialem Deo Patri Deum Filium eadem ſynodus per ſymbolum definiens. Statuit etiam Canones viginti: quorum auctor maxime præfatus ſanctus Alexander epiſcopus fuit: ſubſcribentibus Oſio Cordubenſi Pontifice, & Victorio & Vincentio presbyteris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſeu omnibus epiſcopis ibidem congregatis.

a mſ. Pithœanus, XVIII.
b Annus Chriſti 325. eſt 636 ab anno primo Seleuci Nicatoris.
c Socrat. lib. 1. cap. XIII. dic XX. menſis Maii.
d Athan. in epiſt. ad Solit. pag. 8;;. & in lib. de ſynodis, dect contra Arianos, pag. ;;; dicit plus minus trecentos. Euſebius. lib. 3. de vita Conſtantini, cap. 9. ſupra ducentos & quinquaginta. Euſtathius Antioch. hom. in Dominus creavit me, ducentos circiter ac lxx. Julius in ep. ad Orient. trecentos. Conſtantinus in epiſt. ad Alexandrinos, ſupra trecentos.
e Ex mſ. uno e noſtris, quem ſcriptum eſſe anno Chriſti 800. amanuenſis aſſerit.

## f EXPOSITIO FIDEI NICÆNÆ.
### & quo tempore habitus ſit conventus: & nomina Epiſcoporum.

f Ex mſ. Colbertina Bibl.

A

CRedimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inviſibilium factorem. Et in unum Dominum noſtrum JESUM Chriſtum Filium Dei: qui natus eſt ex Patre unigenitus, hoc eſt, de ſubſtantia Patris: Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum: *ὁμοούσιον*, hoc eſt, ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ: per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlo & quæ in terra ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus: paſſus eſt, & reſurrexit tertia die. Aſcendit in cœlos, unde venturus eſt judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum credimus. Eos autem, qui dicunt: Erat aliquando quando non erat: & priuſquam naſceretur non erat: & quia ex nullis ſubſiſtentibus factus eſt: aut qui ex alia ſubſtantia vel eſſentia dicunt eſſe, *τρεπτόν*, hoc eſt, convertibilem aut commutabilem Filium Dei: hos anathematizat Catholica & Apoſtolica Eccleſia

## e INCIPIT FIDES
### apud Nicæam conſcripta ab Epiſcopis credentibus CCCXVIII.

CRedimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium viſibilium, nec non & inviſibilium factorem. Et in unum Dominum noſtrum JESUM Chriſtum Filium Dei, natum ex Patre unigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantia Patris: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: natum, non creatum: homouſion, hoc eſt, ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ: per quem omnia facta ſunt, cœleſtia & terrena. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus: paſſus eſt, & reſurrexit tertia die: aſcendit in cœlum, venturus inde judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Eos autem qui dicunt; Erat tempus quando non erat: & priuſquam naſceretur non erat: & quia nullis exſiſtentibus factus eſt; aut ex alia ſubſtantia vel eſſentia dicunt eſſe, *τρεπτόν*, hoc eſt, convertibilem aut mutabilem Filium Dei: hos anathematizat Catholica & Apoſtolica Eccleſia.

B

f Hæc eſt fides, quam expoſuerunt Patres, primum quidem adverſus Arrium blaſphemantem & dicentem, creatum eſſe Filium Dei: poſteaque adverſus omnem hæreſim extollentem ſe & inſurgentem contra Catholicam fidem & Apoſtolicam Eccleſiam. Quam hæreſim cum auctoribus ſuis damnaverunt apud Nicæam civitatem prædictam CCCXVIII. Epiſcopi in unum congregati: quorum nomina cum Provinciis ſuis & civitatibus ſubter adnexa ſunt. Sed ſtudioſi ſervi Dei magis curaverunt Orientalium nomina epiſcoporum conſcribere, propterea quod Occidentales non ſimiliter quæſtionem de hæreſibus habuiſſent. g (a)

f Adnotatio Dionyſii Exigui, ut videtur.
g al. mſ. hic addit: Hinc eſt quod numerus nominum CCCXVIII. minime conſtat.

## ΣΥΜΒΟΛΟΝ ΤΗΣ ΑΥΤΗΣ
### ἐν Νικαίᾳ συνόδου.

C

ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝ * εἰς ἕνα Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ. τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ

* Ex Athan. in epiſt. ad Jovianum Socrat. l. 1. Theod. l. 1. & ex illis fontibus in Trip. l. 17 Cod. canonum eccleſiæ Africanæ, aliiſque.

## SYMBOLUM NICÆNI
### Concilii.

CRedimus aa in unum Deum, patrem omnipotentem,[1] omnium viſibilium & inviſibilium factorem. Et in unum dominum[2] Jeſum Chriſtum filium Dei, ex patre natum unigenitum, id eſt ex ſubſtan-

aa Vide Ruſinum appendic ad hiſt. Eccl. lib. 1. c. 6.

(a) Codex Luc. ſæculo XI. ſcriptus, ex quo variantes ad Dionyſii interpretationem daturus ſum, ita exorditur: *Incipiunt conſtituta, & fides Nicæni Concilii ſubditis capitibus ſuis. Facta eſt autem hæc Synodus apud Nicæam Bithiniæ conſulatu Conſtantini Auguſti, & Licinii XIII Kalendarum, qui eſt apud Græcos octavadecima menſis eorum ſecundo Alexandriam* ( ſic ) *DCXXXII. & placuit, ut hæc omnia mitterentur ad Epiſcopum Urbis Romæ Sylveſtrum: Credimus &c.*

1. In Luc. deeſt, *omnium*. 2. Addit *noſtrum*

 

a creatum. b unius ſubſtantiæ cum patre, vel ex Ruffino ejuſdem: quem ſequitur c. Juſt. p. 283. bibl. canonica. c inde apud Ruff. unde, in c. Juſt. d neque factuam neque creaturam ſed de ſubſtantia deitatis, addit c. Hardys. e tempus. f ex nullis ſubſtantiis, Ruff. ſubſiſtentibus, c Juſtelli. g vocem Græcam τρεπτον ſervant Ruff. & c. Juſt ut ſupra ὁμοούσιον.

ſtantia patris; Deum ex Deo, lumen ex A lumine, Deum verum ex Deo vero; natum non a 1 factum, b conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt, 2 & quæ in cœlo & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus; paſſus eſt, & reſurrexit tertia die: & aſcendit in cœlos: c 3 & iterum venturus eſt judicare vivos & mortuos. Et in ſpiritum ſanctum. d. Eos autem qui dicunt: Erat e 4 aliquando quando non erat, & ante quam naſceretur, non erat, & quia f 5 ex iis quæ non ſunt, factus eſt; B aut ex alia ſubſtantia vel eſſentia dicunt eſſe, 6 vel creatum, vel g mutabilem vel convertibilem filium Dei; anathematizat catholica & apoſtolica eccleſia. 7

πατρός. Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς. καὶ ἐρχόμενον πάλιν κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τοὺς δὲ λέγοντας· ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ κτιστὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν, ἢ τρεπτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ· τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία.

8 *CANONES TRECENTORUM decem & octo ſanctorum patrum, qui Nicææ convenerunt, conſulatu Paulini & Juliani virorum clariſſimorum, anno ab Alexandro DCXXXVI. xiij. Kalend. Julii qui eſt apud Græcos xix. dies menſis Δεσίου, id eſt, Junii.*

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩ͂Ν ΤΡΙΑΚΟΣΙΩΝ δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων, ἐν ὑπατείᾳ Παυλίνου καὶ Ἰουλιανοῦ τῶν λαμπροτάτων * ἐπάρχων, ἔτους ἑξακοσιοστοῦ τριακοστοῦ ἕκτου ἀπὸ Ἀλεξάνδρου. ἐν μηνὶ Δεσίῳ, ἐννεακαιδεκάτῃ πρὸ δεκατριῶν καλανδῶν Ἰουλίων.

* videtur redundare ὑπάρχων aut legendum, ὑπάτων.

GENTIANO h HERVETO INTERPRETE.

h Hanc a Surio ac Nicolino excuſam, Romanos ſequuti expunxerunt] in altera editione Binius & regius collector. Nos reſtituimus, ut omnia ſibi & concilia ad amuſſim reſpondeant]-

I.

SI quis a medicis in morbo exciſus, vel a C barbaris exectus eſt, is in clero maneat. Si quis autem cum eſſet ſanus, ſeipſum execuit, eum etiam in clero examinatum ceſſare convenit, & deinceps nullum talem oportet promoveri. Quemadmodum autem hoc manifeſtum eſt, quod de iis, qui de induſtria hoc agunt, & ſe ipſos audent excidere, dictum eſt: ita ſi aliqui a barbaris vel dominis caſtrati ſint, inveniantur autem & ii alioqui digni, tales in clerum admittit canon.

α'.

ΕἼ τις ἐν νόσῳ ὑπὸ ἰατρῶν ἐχειρουργήθη, ἢ ὑπὸ βαρβάρων ἐξετμήθη, οὗτος μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ· εἰ δέ τις ὑγιαίνων ἑαυτὸν ἐξέτεμε, τοῦτον καὶ ἐκ τῷ κλήρῳ ἐξεταζόμενον πεπαῦσθαι προσήκει· καὶ ἐκ τοῦ δεῦρο μηδένα τῶν τοιούτων χρῆναι προάγεσθαι. ὥσπερ δὲ τοῦτο πρόδηλον, ὅτι περὶ τῶν ἐπιτηδευόντων τὸ πρᾶγμα, καὶ τολμώντων ἑαυτοὺς ἐκτέμνειν, εἴρηται. οὕτως εἴτινες ὑπὸ βαρβάρων ἢ δεσποτῶν εὐνουχίσθησαν, εὑρίσκοιντο δὲ ἄλλως ἄξιοι, τοὺς τοιούτους εἰς κλῆρον προσίεται ὁ κανών.

I. Laod. 3. Sard. 13. Carth. 22.

II. D

Quoniam multa, vel i neceſſitate, vel urgentibus alioqui hominibus, præter canonem eccleſiaſticum facta ſunt, ut homines, qui e vita Gentili ad fidem nuper acceſſerunt, & exiguo tempore catechumeni, id eſt, initiati fuere, ſtatim ad lavacrum ſpiritale deducant. Et ſimul ac baptizati fuerint, ad epiſcopatum vel presbyteratum provehant, recte habere viſum eſt, ut deinceps nihil tale fiat. Nam & catechumeno tempore opus eſt, & poſt baptiſmum probatione majore. Apertum enim eſt ſcriptum apoſtolicum, quod di- E cit, *Non neophytum*, id eſt, recens plan-

1. Tim. 3

β'.

Ἐπειδὴ πολλὰ ἤτοι ὑπὸ ἀνάγκης, ἢ ἄλλως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων, ἐγένετο παρὰ τὸν κανόνα τὸν ἐκκλησιαστικὸν. ὥστε ἀνθρώπους ἀπὸ ἐθνικοῦ βίου ἄρτι προσελθόντας τῇ πίστει, καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ κατηχηθέντας, εὐθὺς ἐπὶ τὸ πνευματικὸν λουτρὸν ἄγειν, καὶ ἅμα τῷ βαπτισθῆναι προάγειν εἰς ἐπισκοπὴν ἢ πρεσβυτερεῖον. καλῶς ἔδοξεν ἔχειν τοῦ λοιποῦ μηδὲν τοιοῦτο γίνεσθαι. καὶ γὰρ καὶ χρόνου δεῖ τῷ κατηχουμένῳ, καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα δοκιμασίας πλείονος. σαφὲς γὰρ τὸ ἀποστολικὸν γράμμα τὸ λέγον. μὴ νεόφυτον, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρίμα ἐμπέσῃ καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου. εἰ δὲ προϊόντος

1 *Creatum, homouſion, hoc eſt ejuſdem cum Patre ſubſtantia.* 2 *Cæleſtia, & terrena.* 3 Deeſt *& iterum.* 4 *Tempus quando.* 5 *Nullis ſubſiſtentibus.* 6 *Ereton* ( trepton ) *id eſt convertibilem, aut mutabilem.*
7 Poſt illa verba ſequuntur verſus: Concilium Sacrum &c.
8 In MS. Pithœano, teſte Harduino, titulus eſt: *Incipiunt Canones ſancti & magni Nicæni Concilii, quod habitum eſt tempore Conſtantini Imperatoris ab Epiſcopis cccxviii. in civitate Nicæa metropoli Bithyniæ, Paulino & Juliano Coſſ. xiii. Kal. Jul. Era* ccclxiii. qui eſt annus Chriſti cccxxv. Deinde ſequitur carmen a Labbeo initio tomi primi p. 19. A. relatum.

ANNO CHRISTI 325.

PARTIS I SECTIO IV.

τος τοῦ χρόνου, [1] ψυχικόν τι ἁμάρτημα εὑρεθῇ περὶ τὸ πρόσωπον, καὶ ἐλέγχοιτο ὑπὸ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων· πεπαύσθω ὁ τοιοῦτος τοῦ κλήρου. ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν, ὡς ὑπεναντία τῇ μεγάλῃ συνόδῳ θρασυνόμενος, αὐτὸς κινδυνεύσει [2] περὶ * τὸν κλῆρον,

* τοῦ κλήρου.

A tatum: *ne inflatus in judicium incidat & diaboli laqueum*. Si autem procedente tempore, animale aliquod peccatum circa perſonam inventum fuerit, & a duobus vel tribus perſonis convincatur: ceſſet, quia talis eſt, a clero. Qui autem præter hæc facit, ut qui magnæ ſynodo adverſus eſſe audeat, ipſe de clericatu in periculum veniet.

γ'.

Ἀπηγόρευσε καθόλου ἡ μεγάλη σύνοδος, μήτε ἐπισκόπῳ, μήτε πρεσβυτέρῳ, μήτε διακόνῳ, μήτε ὅλως τινὶ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, ἐξεῖναι [3] συνείσακτον * ἔχειν. πλὴν εἰ μὴ ἄρα μητέρα, ἢ ἀδελφὴν, ἢ θείαν, ἢ ἃ μόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγε.

* al. γυναῖκα ἔχ.

III.

Vetuit omnino magna ſynodus, ne liceat epiſcopo, nec presbytero, nec diacono, nec ulli penitus eorum qui ſunt B in clero, introductam [a] habere mulierem, præterquam utique matrem vel ſororem, vel amitam, vel eas ſolas perſonas, quæ omnem ſuſpicionem effugiunt.

a Syricius 11. & Carthag. 1. 17.

δ'.

Ἐπίσκοπον προσήκει μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καθίστασθαι. Εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τὸ τοιοῦτο, ἢ διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην, ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ, ἐξ ἅπαντος τρεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένους, συμψήφων γινομένων καὶ τῶν ἀπόντων, καὶ συντιθεμένων διὰ γραμμάτων, τότε τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι. τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων δίδοσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ μητροπολίτῃ.

IV.

Epiſcopum [b] oportet maxime quidem ab omnibus qui ſunt in provincia, conſtitui. Si autem ſit hoc difficile, vel propter urgentem neceſſitatem, vel viæ longitudinem tres omnino eumdem in locum congregatos, abſentibus quoque ſuffragium ferentibus, ſcriptiſque aſſentientibus, tunc electionem fieri, eorum au- C tem quæ fiunt, confirmationem in unaquaque provincia a metropolitano fieri.

b Apoſt. 1. Laod. 12. Antioch. 19. Afric. 16. Tolet. 19.

ε'.

Περὶ τῶν ἀκοινωνήτων γενομένων, εἴτε τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, εἴτε ἐν λαϊκῷ τάγματι, ὑπὸ τῶν καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπων, κρατείτω ἡ γνώμη κατὰ τὸν κανόνα τὸν διαγορεύοντα, τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἀποβληθέντας, ὑφ' ἑτέρων μὴ προσίεσθαι. ἐξεταζέσθω δὲ, μὴ μικροψυχίᾳ, ἢ φιλονεικίᾳ, ἤ τινι τοιαύτῃ ἀηδίᾳ τοῦ ἐπισκόπου ἀποσυνάγωγοι γεγένηνται. ἵνα οὖν τοῦτο τὴν πρέπουσαν ἐξέτασιν λαμβάνῃ, καλῶς ἔχειν ἔδοξεν, ἑκάστου ἐνιαυτοῦ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν δὶς τοῦ ἔτους συνόδους γίνεσθαι· ἵνα κοινῇ πάντων τῶν ἐπισκόπων τῆς ἐπαρχίας ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένων, τὰ τοιαῦτα ζητήματα ἐξετάζοιτο καὶ οὕτως οἱ ὁμολογουμένως προσκεκρουκότες τῷ ἐπισκόπῳ, κατὰ λόγον ἀκοινώνητοι παρὰ πᾶσιν εἶναι δόξωσι, μέχρις ἂν τῷ κοινῷ τῶν ἐπισκόπων δόξῃ τὴν φιλανθρωποτέραν ὑπὲρ αὐτῶν ἐκθέσθαι ψῆφον. αἱ δὲ σύνοδοι γινέσθωσαν, μία μὲν πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς, ἵνα πάσης * [4] μικροψυχίας ἀναιρουμένης, τὸ δῶρον καθαρὸν προσφέρηται τῷ Θεῷ· δευτέρα δὲ, περὶ τὸν τοῦ μετοπώρου καιρόν.

* utraque interpres videtur legiſſe φιλονεικίας, nam hic diſſenſionem dicit, alter ſimultatem.

V.

De iis qui a [c] communione ſegregati ſunt, ſive clericorum ſive laicorum ſint ordinis, ab epiſcopis, qui ſunt in unaquaque provincia, valeat ſententia ſecundum canonem, qui pronunciat eos, qui ab aliis ejecti ſunt, non eſſe ab aliis admittendos: examinetur autem, numquid vel puſillanimitate, vel contentione, vel aliqua ejuſmodi epiſcopi acerbitate, congregatione pulſi ſint. Ut hoc ergo D convenientem examinationem accipiat, recte habere viſum eſt, ut ſingulis annis in unaquaque provincia bis [d] in anno ſynodi fiant: ut cum omnes provinciæ epiſcopi in eumdem locum communiter conveniant, ejuſmodi quæſtiones examinentur: & ſic quos epiſcopum offendiſſe conſtiterit, juſte eſſe a congregatione ſeparati apud omnes videantur, donec epiſcoporum congregationi videatur pro iis humaniorem proferre ſententiam. Synodi autem fiant, una quidem ante quadrageſimam, ut omnibus animi ſordibus ſublatis, purum E munus Deo offeratur: ſecunda autem autumni tempore.

c Apoſt. 12. & 13. Antioch. 6. 11. 11. q. 3. *Servetur*.

d Apoſt. 37. Antioch. 15. Innoc. 10.

ς'.

Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν. ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο συνή-

VI.

Antiqui mores ſerventur, qui ſunt in Ægypto, Libya & Pentapoli, ut Alexandrinus epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quandoquidem & epiſcopo Romano

Apoſt. 33. Antioch. 9. Conſt. 2.

1 Peccatum animale, peccatum carnis: unde Pſychici, animales. ψυχικοὶ, οἱ κατὰ σάρκα ζῶντες. Chryſoſt. apud OEcumen. In 1. Cor. 2. 14. *Harduinus*. 2 Joannes Antiochenus περὶ τοῦ κλήρου τοῦ ἰδίου. *Harduinus*.
3 Joannes Antiochenus tit. 28. συνεισάκτων. Heſych. συνεισάκτους, ἀλλοτρίας, *extraneas*. Harduinus
4 Ita libri omnes, recte ob illam vulgi parœmiam, μικρόψυχοι μικρολόγοι. *Harduinus*.

A mano hoc eſt conſuetum. Similiter & in Antiochia, & in aliis provinciis ſua privilegia ac ſuæ dignitates & auctoritates eccleſiis ſerventur. Illud autem eſt omnino manifeſtum quod ſi quis abſque metropolitani ſententia factus ſit epiſcopus, eum magna ſynodus deſinivit non eſſe epiſcopum. Quod ſi quidem communi omnium electioni, quæ & rationi conſentanea, & ex regula eccleſiaſtica facta eſt, duo vel tres propter ſuam, qua delectantur, contentionem contradicant, vincant plurium ſuffragia.

Antioch. 18. Innoc. 8. Bonif. 4. Leon. 15.

θείς ἐστιν· ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις, τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις. καθόλου δὲ πρόδηλον ἐκεῖνο, ὅτι εἴτις χωρὶς γνώμης τοῦ μητροπολίτου γένοιτο ἐπίσκοπος, τὸν τοιοῦτον ἡ μεγάλη σύνοδος ὥρισε μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον. ἐὰν μέντοι τῇ κοινῇ πάντων ψήφῳ εὐλόγῳ οὔσῃ, καὶ κατὰ κανόνα ἐκκλησιαστικὸν, δύο ἢ τρεῖς δι' οἰκείαν φιλονεικίαν ἀντιλέγωσι, κρατείτω ἡ τῶν πλειόνων ψῆφος.

## VII.

B Quoniam obtinuit conſuetudo & antiqua traditio, ut qui eſt in Ælia epiſcopus, honoretur: habeat honoris conſequentiam, metropoli propria dignitate ſervata.

## ζ.

Ἐπειδὴ συνήθεια κεκράτηκε καὶ παράδοσις ἀρχαία, ὥστε τὸν ἐν Αἰλίᾳ ἐπίσκοπον τιμᾶσθαι, ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, τῇ μητροπόλει σωζομένου τοῦ οἰκείου ἀξιώματος.

## VIII.

a Leon. 14.

De his [a] qui ſe catharos, id eſt puros quandoque nominant, ad catholicam autem & apoſtolicam eccleſiam accedunt, ſanctæ magnæ ſynodo viſum eſt, ut impoſitis eis manibus ſic in clero maneant. Ante omnia autem hoc in ſcriptis ipſos profiteri convenit, quod adhærebunt & ſequentur catholicæ eccleſiæ decreta, id C eſt quæ & cum digamis communicabunt, & cum iis qui in perſecutione lapſi ſunt, in quibus & tempus conſtitutum eſt, & opportunitas præfinita, ut ipſi ſequantur in omnibus eccleſiæ decreta. Ubi ergo omnes ſive in vicis, ſive in urbibus, ipſi ſoli inveniuntur ordinati, qui inveniuntur in clero, erunt in eodem ordine. Si autem catholicæ eccleſiæ epiſcopo vel presbytero exiſtente accedunt aliqui, clarum eſt, quod eccleſiæ quidem epiſcopus epiſcopi dignitatem habebit: qui autem apud eos, qui cathari dicun- D tur, nominatur epiſcopus, presbyteri honorem habebit: niſi utique epiſcopo placeat ipſum nominis honorem impertire. [b] Si autem hoc illi non placeat, vel chorepiſcopi, vel presbyteri locum excogitabit, ut eſſe omnino in clero videatur, ne in civitate duo ſint epiſcopi.

b Ancyr. 13. Neocæſ. Antioch. 10.

## η.

Περὶ τῶν ὀνομαζόντων μὲν ἑαυτοὺς καθαρούς ποτε, προσερχομένων δὲ τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε χειροθετουμένους αὐτοὺς, μένειν οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ. πρὸ πάντων δὲ τοῦτο ὁμολογῆσαι αὐτοὺς ἐγγράφως προσήκει, ὅτι συνθήσονται καὶ ἀκολουθήσουσι τοῖς τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας δόγμασι· τοῦτ' ἔστι, καὶ διγάμοις κοινωνεῖν, καὶ τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεπτωκόσιν. ἐφ' ὧν καὶ χρόνος τέτακται, καὶ καιρὸς ὥρισται. ὥστε αὐτοὺς ἀκολουθεῖν ἐν πᾶσι τοῖς δόγμασι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. ἔνθα μὲν οὖν πάντες εἴτε ἐν κώμαις, εἴτε ἐν πόλεσιν αὐτοὶ μόνοι εὑρίσκοιντο χειροτονηθέντες, οἱ εὑρισκόμενοι ἐν τῷ κλήρῳ ἔσονται ἐν τῷ αὐτῷ * σχήματι. [1] εἰ δὲ τοῦ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ὄντος, προσέρχονταί τινες. πρόδηλον, ὡς ὁ μὲν ἐπίσκοπος τῆς ἐκκλησίας ἕξει τὸ ἀξίωμα τοῦ ἐπισκόπου· ὁ δὲ ὀνομαζόμενος παρὰ τοῖς λεγομένοις καθαροῖς ἐπίσκοπος, τὴν τοῦ πρεσβυτέρου τιμὴν ἕξει· πλὴν εἰ μὴ ἄρα δοκοίη τῷ ἐπισκόπῳ τῆς τιμῆς τοῦ ὀνόματος αὐτὸν μετέχειν. εἰ δὲ τοῦτο αὐτῷ μὴ ἀρέσκοι, ἐπινοήσει τόπον ἢ χωρεπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου, ὑπὲρ τοῦ ἐν τῷ κλήρῳ ὅλως δοκεῖν εἶναι, ἵνα μὴ ἐν τῇ πόλει δύο ἐπίσκοποι ὦσιν.

* τάγματι.

## IX.

c Neocæſ. 9.

Si qui [c] citra examinationem promoti, ſunt presbyteri, vel examinati ſua peccata confeſſi ſunt, eiſque confeſſis, præter canonem moti homines manus impoſuerunt, eos canon non admittit. Quod E eſt enim a reprehenſione alienum, defendit eccleſia.

## θ.

Εἴ τινες ἀνεξετάστως * [2] προσήχθησαν πρεσβύτεροι, ἢ ἀνακρινόμενοι ὡμολόγησαν τὰ ἡμαρτημένα αὐτοῖς, καὶ ὁμολογησάντων αὐτῶν, παρὰ κανόνα κινούμενοι ἄνθρωποι τοῖς τοιούτοις χεῖρα ἐπιτεθείκασι· τούτους ὁ κανὼν οὐ προσίεται. τὸ γὰρ ἀνεπίληπτον ἐκδικεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία.

* προεχειρίσθησαν.

## X.

Quicumque ex iis qui lapſi ſunt, vel per ignorantiam, vel ſcientibus iis qui promoverunt, ordinati ſunt, hoc eccleſiaſtico canoni non præjudicat. Ii enim cogniti deponuntur.

## ι.

Ὅσοι προεχειρίσθησαν τῶν παραπεπτωκότων κατὰ ἄγνοιαν, ἢ καὶ προειδότων τῶν προχειρισαμένων, τοῦτο οὐ προκρίνει τῷ κανόνι τῷ ἐκκλησιαστικῷ· γνωσθέντες γὰρ καθαιροῦνται.

ια.

(1) Joannes Antiochenus [illegible], Hard. 2 Melius apud Zonar. προσήχθησαν. Hard.

ANNO CHRISTI 325.

CANONES NICÆNI.

ια.

Περὶ τῶν παραβάντων χωρὶς ἀνάγκης, ἢ χωρὶς ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων, ἢ χωρὶς κινδύνου, ἤ τινος τοιούτου, ὃ γέγονεν ἐπὶ τῆς τυραννίδος Λικινίου. ἔδοξε τῇ συνόδῳ, κἂν ἀνάξιοι ἦσαν φιλανθρωπίας, ὅμως χρηστεύσασθαι εἰς αὐτούς. ὅσοι οὖν γνησίως μεταμέλονται, τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις ποιήσουσιν οἱ πιστοὶ, καὶ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται. δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῶν προσευχῶν.

XI.

De iis, [a] qui ſine neceſſitate, vel ſine facultatum ſuarum ablatione, vel ſine ullo periculo, vel aliquo ejuſmodi, tranſgreſſi ſunt, quod ſub Licinii tyrannide factum eſt, ſynodo viſum eſt, & ſi humanitate indigni ſunt, clementia tamen & benignitate in eos uti. Quicumque ergo germane & vere pœnitentia ducuntur, tres annos inter auditores exigent, ut fideles, & ſeptem annis proſternentur ſupplices: duobus autem annis abſque oblatione erunt orationum cum populo participes.

[a] Ancyran. 4. & 5. Siric. 3.

ιβ.

Οἱ δὲ προσκληθέντες μὲν ὑπὸ τῆς χάριτος, καὶ τὴν πρώτην ὁρμὴν ἐνδειξάμενοι, καὶ ἀποθέμενοι τὰς ζώνας, μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τὸν οἰκεῖον ἔμετον ἀναδραμόντες ὡς κύνες, ὡς τινὰς καὶ ἀργύρια προέσθαι, καὶ * βενεφικίοις κατορθῶσαι τὸ ἀναστρατεύσασθαι. οὗτοι δέκα ἔτη ὑποπιπτέτωσαν, μετὰ τὸν τῆς τριετοῦς ἀκροάσεως χρόνον· ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις προσήκει ἐξετάζειν τὴν προαίρεσιν, καὶ τὸ εἶδος τῆς μετανοίας. ὅσοι μὲν γὰρ καὶ φόβῳ καὶ δάκρυσι καὶ ὑπομονῇ καὶ ἀγαθοεργίαις, τὴν ἐπιστροφὴν ἔργῳ καὶ οὐ σχήματι ἐπιδείκνυνται· οὗτοι πληρώσαντες τὸν χρόνον τὸν ὡρισμένον τῆς ἀκροάσεως, εἰκότως τῶν εὐχῶν κοινωνήσουσι, μετὰ τοῦ ἐξεῖναι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ φιλανθρωπότερόν τι περὶ αὐτῶν βουλεύσασθαι. ὅσοι δὲ ἀδιαφόρως ἤνεγκαν, καὶ τὸ σχῆμα * τοῦ μὴ εἰσιέναι εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀρκεῖν αὐτοῖς ἡγήσαντο πρὸς τὴν ἐπιστροφὴν, ἐξ ἅπαντος πληρούτωσαν τὸν χρόνον.

* δωρεαῖς καὶ ὑποσχέσεσι.

* τὸ εἰσιέναι

XII.

Qui autem [b] a gratia quidem evocati, & primum ſuum ardorem oſtenderunt, & cingula depoſuerunt, poſtea autem ut canes ad ſuum vomitum reverſi ſunt, ut nonnulli etiam pecuniam profunderent, & beneficiis malitiam aſſequerentur, hi decem annis proſternantur ſupplices, etiam poſt triennii auditionis tempus. In his autem omnibus examinare convenit conſilium & ſpeciem pœnitentiæ. Quicumque enim & metu, & lacrymis, & tolerantia, & bonis operibus converſionem & opere & habitu oſtendunt, hi impleto auditionis tempore quod præfinitum eſt, merito orationum communionem habebunt, cum eo quod liceat etiam epiſcopo humanius aliquid de eis ſtatuere [c]. Quicumque autem non adeo graviter tulerunt, nec multum ſua referre exiſtimarunt, ſatiſque eſſe putarunt in eccleſias ingredi ad converſionem, tempus omnino impleant.

[b] Neoc. 3. Afric. 10. Siric. 5. Innoc. 10. Leonis 14.

[c] Valent. 19.

ιγ.

Περὶ δὲ τῶν ἐξοδευόντων ὁ παλαιὸς καὶ κανονικὸς νόμος φυλαχθήσεται καὶ νῦν· ὥστε εἴ τις ἐξοδεύοι, τοῦ τελευταίου καὶ ἀναγκαιοτάτου ἐφοδίου μὴ ἀποστερεῖσθαι· εἰ δὲ ἀπογνωσθεὶς, [1] καὶ κοινωνίας πάλιν τυχὼν, πάλιν ἐν τοῖς ζῶσιν ἐξετασθῇ, μετὰ τῶν κοινωνούντων τῆς εὐχῆς μόνης ἔσω. καθόλου δὲ καὶ περὶ παντὸς οὑτινοσοῦν ἐξοδεύοντος, αἰτοῦντος τοῦ μετασχεῖν εὐχαριστίας, ὁ ἐπίσκοπος μετὰ δοκιμασίας * ἐπιδότω.

* μεταδιδότω τῆς προσφορᾶς. Zonares.

XIII.

De iis qui [d] excedunt, antiqua & canonica lex nunc quoque ſervabitur, ut ſi quis vita excedat, ultimo & maxime neceſſario viatico ne privetur. Si autem deploratus & communionem aſſecutus rurſus in vivos relatus ſit cum iis qui orationum ſunt tantum communionis participes. In ſumma autem, de quolibet excedente & euchariſtiæ participationem petente, eum examinatione oblationem impertiat.

[d] Arel. 8. Carth. 7. Valent. 11. Innoc. 11. Cæleſt. 13. Leonis 14.

ιδ.

[2] [3] Περὶ τῶν κατηχουμένων καὶ παραπεσόντων, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε τριῶν ἐτῶν αὐτοὺς ἀκροωμένους μόνον, μετὰ ταῦτα εὔχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων.

XIV.

De catechumenis [e], & qui lapſi, viſum eſt & ſanctæ & magnæ ſynodo, ut ii tribus tantum annis audientes poſteà orent cum catechumenis.

[e] Neocæſ. 5. Siric. 3.

ιε.

Διὰ τὸν πολὺν τάραχον καὶ τὰς στάσεις τὰς γινομένας, ἔδοξε παντάπασι περιαιρεθῆναι τὴν συνήθειαν τὴν παρὰ τὸν κανόνα εὑρεθεῖσαν ἐν τισὶ μέρεσιν· ὥστε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μὴ

XV.

Propter [f] multum tumultum & ſeditiones quæ fiunt, omnino viſum eſt ut conſuetudo, quæ præter canonem in nonnullis partibus invenitur, tollatur: ut

[f] Apoſt. 15. Sardic. 1. Leonis 14.



1 Rectius τοῦ κοινωνίας apud Zonaram, *Hard.* 2 Joannes Antiochenus tit. 18. καὶ κοινωνίας τυχὼν καὶ προσφορᾶς μετασχών. *Hard.* 3 Joan. Antioch. tit. 35. Περὶ τῶν παραπ. κατηχ. *Hard.*

ut a civitate in civitatem nec epiſcopus, A nec presbyter, nec diaconus tranſeat. Si quis autem poſt ſanctæ & magnæ ſynodi definitionem tale quippiam aggreſſus fuerit, vel ſe rei ejuſmodi dederit, quod factum erit, omnino infirmabitur, & eccleſiæ reſtituetur, cui epiſcopus vel presbyter ordinatus fuerit.

XVI.

a Apoſt. 15. & 32. Antioch. 3. Chalc. 5. & 20.

Quicumque [a] temere & inconſiderate, nec Dei timorem præ oculis habentes, nec eccleſiaſticum canonem ſcientes presbyteri vel diaconi, vel quicumque omnino in canone recenſentur, ab eccleſiis B receſſerint, ii in aliena eccleſia nullo modo recipi debent, ſed omnino cogendi ſunt in ſuas ipſorum parochias redire: vel ſi perſeverent, eos a communione ſeparatos eſſe oportet. Sin autem etiam auſus [b] fuerit quiſpiam eum, qui ad alium pertinet ſurripere, & in eccleſia, non conſentiente proprio epiſcopo, a quo receſſit qui in canone cenſetur, irrita ſit ordinatio.

b Apoſt. 16. Afri. 21. Innoc. 14. Gelaſ. 23.

XVII

c Apoſt. 44. Laod. 5. Leonis 5. Gelaſ. 15. Pſal. 16.

Quoniam multi [c] qui in canone recenſentur, plura habendi ſtudium & turpe C lucrum perſequentes, divinæ ſcripturæ obliti ſunt, quæ dicit: *Argentum ſuum non dedit ad uſuram*: & fœnerantes, centeſimas exigunt; æquum cenſuit ſancta & magna ſynodus, ut ſi quis inventus fuerit poſt ſtatutum uſuras ex mutuo ſumere, vel eam rem aliter perſequi, vel * ſeſquialteras exigere, vel aliquid aliud excogitare turpis quæſtus gratia, e clero deponatur, & ſit alienus a canone.

* ſeſcuplas

XVIII.

Pervenit ad ſanctam ſynodum, quod in nonnullis locis & civitatibus diaconi D dant presbyteris euchariſtiam, quod nec canon neque conſuetudo tradidit, ut qui offerendi poteſtatem non habent, iis qui offerunt dent corpus Chriſti. Jam vero illud etiam cognitum eſt, quod jam quidam ex diaconis etiam ante epiſcopos euchariſtiam attingunt. Hæc ergo omnia auferantur, & diaconi intra ſuas menſuras permaneant ſcientes quod ſunt quidem epiſcopi miniſtri, presbyteris vero minores. Accipiant autem ſuo ordine euchariſtiam poſt presbyteros, eis præbente epiſcopo vel presbytero [d]. Sed nec in medio E quidem presbyterorum liceat diaconis ſedere. Id fit enim præter canonem & ordinem. Si quis autem non vult obedire poſt has conſtitutiones, a diaconatu deſiſtat.

Laod. 20. Valent. 18. Gelaſ. 9.

XIX.

De Paulianiſtis, qui deinde ad eccle-

μεταβαίνειν, μήτε ἐπίσκοπον, μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον. εἰ δέ τις μετὰ τὸν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου ὅρον, τοιούτῳ τινὶ ἐπιχειρήσειεν, ἢ ἐπιδοίη ἑαυτὸν πράγματι τοιούτῳ, ἀκυρωθήσεται ἐξ ἅπαντος τὸ κατασκεύασμα, καὶ ἀποκατασταθήσεται τῇ ἐκκλησίᾳ, ᾗ ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ πρεσβύτερος [1] ἐχειροτονήθη.

ιϛ´.

Ὅσοι ῥιψοκινδύνως, μήτε τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, μήτε τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα εἰδότες, ἀναχωρήσουσι τῆς ἐκκλησίας, πρεσβύτεροι ἢ διάκονοι, ἢ ὅλως ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι· οὗτοι οὐδαμῶς δεκτοὶ ὀφείλουσιν εἶναι ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ πᾶσαν αὐτοῖς ἀνάγκην ἐπάγεσθαι χρὴ, ἀναστρέφειν εἰς τὰς ἑαυτῶν παροικίας, ἢ ἐπιμένοντας, ἀκοινωνήτους εἶναι προσήκει. εἰ δὲ καὶ τολμήσειέ τις ὑφαρπάσαι τὸν τῷ ἑτέρῳ διαφέροντα, καὶ χειροτονῆσαι ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ, μὴ συγκατατιθεμένου τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, οὗ ἀνεχώρησεν ὁ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενος, ἄκυρος ἔστω ἡ χειροτονία.

ιζ´

Ἐπειδὴ πολλοὶ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι τὴν πλεονεξίαν καὶ τὴν αἰσχροκέρδειαν διώκοντες, ἐπελάθοντο τοῦ θείου γράμματος λέγοντος· τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ· καὶ δανείζοντες, ἑκατοστὰς ἀπαιτοῦσιν· ἐδικαίωσεν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος, ὡς εἴ τις εὑρεθείη μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τόκους λαμβάνων ἐκ μεταχειρίσεως, ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα, ἢ [2] ἡμιολίας ἀπαιτῶν, ἢ ὅλως ἕτερόν τι ἐπινοῶν αἰσχροῦ κέρδους ἕνεκα, καθαιρεθήσεται τοῦ κλήρου, καὶ ἀλλότριος τοῦ κανόνος ἔσται.

ιη´.

Ἦλθεν εἰς τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην σύνοδον, ὅτι ἐν τισι τόποις καὶ πόλεσι, τοῖς πρεσβυτέροις τὴν εὐχαριστίαν οἱ διάκονοι διδόασιν· ὅπερ οὔτε ὁ κανὼν, οὔτε ἡ συνήθεια παρέδωκε, τοὺς ἐξουσίαν μὴ ἔχοντας προσφέρειν, τοῖς προσφέρουσι διδόναι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. κἀκεῖνο δὲ ἐγνωρίσθη, ὅτι ἤδη τινὲς τῶν διακόνων καὶ πρὸ τῶν ἐπισκόπων τῆς εὐχαριστίας ἅπτονται. ταῦτα μὲν οὖν ἅπαντα περιῃρήσθω· καὶ ἐμμενέτωσαν οἱ διάκονοι τοῖς ἰδίοις μέτροις, εἰδότες ὅτι τοῦ μὲν ἐπισκόπου ὑπηρέται εἰσὶ, τῶν δὲ πρεσβυτέρων ἐλάττους τυγχάνουσι· λαμβανέτωσαν δὲ κατὰ τὴν τάξιν τὴν εὐχαριστίαν μετὰ τοὺς πρεσβυτέρους, ἢ τοῦ ἐπισκόπου διδόντος αὐτοῖς, ἢ τοῦ πρεσβυτέρου. ἀλλὰ μηδὲ καθῆσθαι ἐν μέσῳ τῶν πρεσβυτέρων ἐξέστω τοῖς διακόνοις· παρὰ κανόνα γὰρ καὶ παρὰ τάξιν ἐστὶ τὸ γινόμενον. εἰ δέ τις μὴ θέλοι πειθαρχεῖν καὶ μετὰ τούτους τοὺς ὅρους, πεπαύσθω τῆς διακονίας.

ιθ´.

Περὶ τῶν Παυλιανισάντων, εἶτα προσφυγόντων

1 Joan. Antioch. tit. 12. addit, ὃ ὁ διάκονος. Et εἰς ὃν, pro ᾗ vel ἐν ᾗ. *Hard.*
2 De hac voce vide Suidam, Heſychium, Gellium lib. 18. cap. 14. & can. 5. Sardic. ex verſione Dionyſii Exigui. *Harduinus.*

ANNO CHRISTI 325.

CANONES NICÆNI

των τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ὅρος ἐκτέθειται ἀ- A ναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς ἐξάπαντος. εἰ δέ τινες ἐν τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ ἐν τῷ κλήρῳ ἐξητάσθησαν, εἰ μὲν ἄμεμπτοι καὶ ἀνεπίληπτοι φανεῖεν, ἀναβαπτισθέντες χειροτονείσθωσαν ὑπὸ τοῦ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπου· εἰ δὲ ἡ ἀνάκρισις ἀνεπιτηδείους αὐτοὺς ἐλέγχοι, καθαιρεῖσθαι αὐτοὺς προσήκει· ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν [1] διακονισσῶν, καὶ ὅλως περὶ τῶν ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένων, ὁ αὐτὸς τύπος παραφυλαχθήσεται. ἐμνήσθημεν δὲ διακονισσῶν τῶν ἐν τῷ σχήματι ἐξετασθεισῶν, ἐπεὶ μηδὲ χειροθεσίαν τινὰ ἔχουσιν, ὥστε ἐξάπαντος ἐν τοῖς λαϊκοῖς αὐτὰς ἐξετάζεσθαι.

ſiam confugerunt, ſtatutum eſt, ut ii omnino rebaptizentur. Si qui vero tempore præterito in clericorum numero erant, ſi quidem a culpa & reprehenſione alieni viſi fuerint, rebaptizati ordinentur a catholicæ eccleſiæ epiſcopo. Si vero examinatio eos non eſſe aptos deprehendit, deponi eos oportet. Similiter autem & de diaconiſſis, & omnino de omnibus qui inter clericos annumerantur, eadem forma ſervabitur. Diaconiſſarum autem meminimus quæ in habitu quidem cenſentur, quoniam nec ullam habent manuum impoſitionem, ut B omnino inter laicos ipſæ connumerentur.

κ΄.

Ἐπειδή τινές εἰσιν ἐν τῇ κυριακῇ γόνυ κλίνοντες, καὶ ἐν ταῖς τῆς πεντηκοστῆς ἡμέραις· ὑπὲρ τοῦ πάντα ἐν πάσῃ παροικίᾳ φυλάττεσθαι, ἑστῶτας ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι τῷ Θεῷ.

XX.

Quoniam ſunt quidam, qui in die dominico genu flectant, & ipſis diebus pentecoſtes, ut omnia ſimiliter in omni parochia ſerventur, viſum eſt ſanctæ ſynodo, ut ſtantes Deo orationes effundant.

# CANONES CONCILII NICÆNI.

*Ex interpretatione Dionyſii Exigui.* (*a*)

## TITULI CANONUM. C

I. *De Eunuchis, & qui ſeipſos abſciderunt.*
II. *De his, qui ex Gentilibus poſt baptiſma ad clericatus ordinem promoventur.*
III. *De ſubintroductis mulieribus.*
IV. *De his qui ad epiſcopatum in provinciis provehuntur.*
V. *De excommunicatis.*
VI. *De privilegiis, quæ quibuſdam civitatibus competunt.*
VII. *De epiſcopo Æliæ, id eſt, Hieroſolymorum.* D
VIII. *De his qui dicuntur Cathari, id eſt, mundi.*
IX. *De his qui ad honorem presbyterii ſine examine provecti ſunt.*
X. *De his qui in perſecutionibus negaverunt, & poſtmodum in clero promoti ſunt.*
XI. *De laicis, qui negaverunt.*
XII. *De his qui abrenunciaverunt, & iterum ad ſeculum ſunt regreſſi.*
XIII. *De his qui communionem tempore mortis* (*b*) *depoſcunt.*
XIV. *De catechumenis lapſis.*
XV. *Quod non oporteat demigrari.*
XVI. *De iis qui in eccleſiis in quibus provecti ſunt, minime perduraverunt.*
XVII. *De clericis uſuras accipientibus.*
XVIII. *De privilegiis presbyterorum.*
XIX. *De his qui a Paulo Samoſateno ad eccleſiam ve[illegible]t.* (*c*)
XX. *De flectendo genua.* (*d*)

## CANONES.

I.

Si quis a medicis [2] propter languorem defectus eſt, aut a barbaris abſciſſus; hic in clero permaneat. Si quis autem ſeipſum ſanus abſcidit, hunc & in clero conſtitutum abſtinere convenit, & deinceps nullum debere (*e*) talium promoveri. Sicut autem hoc claret, quod de his qui hanc rem affectant, audentque ſemetipſos abſcindere, dictum ſit: ſic eos, quos aut barbari, aut domini caſtraverunt, [3] ſi inveniunt alias * digniſſimi, tales ad clerum ſuſcipit regula. * digni.

II.

Quoniam plura aut per neceſſitatem, aut alias [4] (*f*) urgentibus hominibus, adverſus eccleſiaſticam facta ſunt regulam, ut homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem, & inſtructos brevi tempore, mox ad lavacrum ſpiritale perducerent, ſimulque ut baptizati ſunt ad epiſcopatum vel ad presbyterium promoveE rent: optime placuit, nihil tale de reliquo fieri. Nam & tempore opus eſt ei, qui catechizatur, & poſt baptiſmum probatione quam plurima. Manifeſta eſt enim apoſtolica ſcriptura, quæ dicit *Non neophytum, ne in ſuperbiam elatus, in judicium incidat, & in laqueum diaboli.* Si vero proceſſu temporis aliquod delictum animæ circa perſonam reperiatur hujuſ- 1 Tim. 3. v. 6.



modi,

1 al. *διακόνων*. *Hard.* 2 Hanc Dionyſii verſionem contulit Harduinus cum quatuor codicibus MSS. Collectionis Dionyſianæ in collegio Pariſienſi Soc. Jeſu exiſtentibus, e quibus ſequentes varias lectiones decerpit. Omnes MSS. *per languorem*. 3 AL. *inveniuntur autem*. 4 MS. *cogentibus*.
(*a*) Dantur variantes ex eo Codice *Luc.* de quo ſupra. (*b*) *Luc.* expoſcunt. (*c*) *Luc.* addit, & de diaconiſſis (*d*) *Luc.* addit, & obſervatione Paſchæ (*e*) *Luc.* alium ordinem (*f*) *Luc.* cogentibus.

modi, & a duobus vel tribus teſtibus arguatur; a clero talis abſtineat. Si quis autem præter hæc fecerit, quaſi contra magnum concilium ſe efferens, ipſe de clericatus honore periclitabitur.

III.

Interdixit per omnia magna ſynodus, non epiſcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino qui in clero eſt, licere ſubintroductam habere mulierem: niſi forte aut matrem, aut ſororem, aut amitam, vel eas tantum perſonas, quæ * ſuſpicionem effugiunt.

omnem

IV.

Epiſcopum convenit maxime quidem ab omnibus qui ſunt in provincia epiſcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter inſtantem neceſſitatem, aut propter itineris longitudinem tribus tamen omnimodis in idipſum convenientibus, & abſentibus quoque pari modo decernentibus, & per ſcripta conſentientibus, tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum quæ geruntur, per unamquamque provinciam metropolitano tribuatur epiſcopo.

V.

De his qui communione privantur ſeu ex clero, ſeu ex laico ordine, ab epiſcopis per unamquamque provinciam, ſententia regularis obtineat, ut hi qui abjiciuntur ab aliis non recipiantur. Requiratur autem, ne puſillanimitate, aut contentione, aut alio quolibet epiſcopi vitio, videantur a congregatione ſecluſi. Ut hoc ergo decentius inquiratur, bene placuit, annis ſingulis per unaquamque provinciam bis in anno concilia celebrari, ut communiter omnibus ſimul epiſcopis (a) provinciæ congregatis, diſcutiantur hujuſmodi quæſtiones; & ſic, qui ſuo peccaverint evidenter epiſcopo, excommunicati rationabiliter ad omnibus æſtimentur, uſquequo * vel in communi, vel epiſcopo placeat humaniorem pro talibus ferre ſententiam. Concilia vero celebrentur, unum quidem ante quadrageſimam paſchæ; ut omni diſſenſione ſublata, munus offeratur Deo puriſſimum: ſecundum vero circa tempus autumni.

* epiſcoporum congregationi placeat.

VI.

Antiqua conſuetudo ſervetur * per Ægyptum. Libyam, & Pentapolin, ita ut Alexandrinus epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem; quia & urbis Romæ epiſcopo parilis mos eſt. Similiter autem & apud Antiochiam, cæteraſque provincias, ſuis privilegia ſerventur eccleſiis. Illud autem generaliter clarum eſt, quod ſi quis præter ſententiam metropolitani fuerit factus epiſcopus, hunc magna ſynodus definivit epiſcopum eſſe non oportere. Sin autem communi cunctorum decreto rationabili, & ſecundum eccleſiaſticam regulam comprobato, duo aut tres propter contentiones proprias contradicant, obtineat ſententia plurimorum.

quæ eſt per Initium hujus canonis in conc. Chalced. act. 16. lectum fuit hoc modo. Quod eccleſia Romana ſemper habuit primatum. Teneat autem & Ægyptus, ut epiſcopus Alexandriæ, &c.

VII.

Quia conſuetudo obtinuit, & antiqua traditio, ut Æliæ epiſcopus honoretur; habeat honoris conſequentiam, ſalva metropoli propria dignitate.

VIII.

De his qui ſe * [2] nominant Catharos, id eſt mundos, ſi aliquando venerint ad eccleſiam catholicam, placuit ſancto & magno concilio, ut impoſitionem manus accipientes, ſic in clero permaneant. Hæc autem præ omnibus eos ſcriptis convenit profiteri, quod catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ dogmata ſuſcipiant & ſequantur; id eſt, & bigamis ſe communicare, & his qui in perſecutione prolapſi ſunt; erga quos & ſpatia conſtituta ſunt, & tempora definita, ita ut eccleſiæ catholicæ & apoſtolicæ placita ſequantur in omnibus. Ubicumque vero ſive in * vicis, ſive in civitatibus ipſi ſoli reperti fuerint ordinati; qui inveniuntur in clero, in eodem * habitu perſeverent. Ubi autem catholicæ eccleſiæ epiſcopo vel presbytero conſtituto, quidam ex illis adveniunt, certum eſt quod epiſcopus eccleſiæ habebit epiſcopi dignitatem. Is autem qui nominatur apud eos epiſcopus, honorem * presbyterii poſſidebit; niſi forte placuerit epiſcopo, nominis eum honore cenſeri. Si vero hoc ei minime placuerit, providebit ei (b) aut chorepiſcopatus, aut presbyterii locum, ut in clero prorſus eſſe videatur: ne in una civitate duo epiſcopi probentur exiſtere.

* aliquando nominabant.

* municipiis

* ordine

* presbyteri

IX.

Si qui presbyteri ſine [3] examine ſunt provecti, vel cum diſcuterentur, peccata ſua confeſſi ſunt, & homines contra canones commoti, manus confeſſis imponere tentaverunt; tales regula non admittit: quia quod irreprehenſibile eſt, catholica defendit eccleſia.

X.

Quicumque de lapſis ad ordinem cleri promoti ſunt per ignorantiam, vel per ordinantium diſſimulationem; hoc eccleſiaſticæ non præjudicat regulæ: cogniti namque (c) deponuntur.

XI.

De his qui præter neceſſitatem prævaricati ſunt: aut præter ablationem facul-

1 MS. *Metropolitani*. 2 MS. *cognominant*. 3 MS. alter *examinatione*.
(a) *Luc.* congregatis provinciis. (b) *Luc.* auctor Epiſcopatus. (c) *Luc.* deponantur.

ANNO CHRISTI 325.

cultatum, aut præter periculum, vel aliquid hujuſmodi, quod factum eſt (a) ſub tyrannide Licinii: placuit ſynodo, quamvis (b) humanitate probentur indigni, tamen eis benevolentiam commodari. Quicumque ergo veraciter pœnitudinem gerunt, tribus annis fideles inter audientes habeantur, & * ſex annis omni ſe contritione dejiciant, duobus autem annis ſine oblatione populo in oratione communicent.

* ſeptem

XII.

Quicumque vocati per gratiam, primum quidem * impetum monſtraverunt, deponentes militiæ cingulum; poſtmodum vero ad proprium vomitum ſunt relapſi, ita ut quidam & pecunias tribuerent, & beneficiis militiam repeterent: hi decem annis, poſt triennii tempus quo inter audientes erunt, in afflictione permaneant. Sed in his omnibus, propoſitum & ſpeciem pœnitentiæ convenit explorare. Quotquot enim metu & lacrymis, atque patientia, vel bonis operibus, rebus ipſis converſionem ſuam non (c) ſimulatione demonſtrant; hi definitum tempus auditionis implentes, tum demum fidelibus in oratione communicent: poſtmodum vero licebit epiſcopo de his aliquid humanius * cogitare. Quicumque vero [1] indifferenter tulerunt, & * aditum introeundi eccleſiam ſibi arbitrati ſunt ad converſionem poſſe ſufficere; hi definitum modis omnibus tempus impleant.

1. voluntatem

* conſulere

* habitum non introeundi, ſive habitum introeundi.

XIII.

De his qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua regulariſque ſervabitur; ita ut ſi quis egreditur e corpore, ultimo & (d) maxime neceſſario viatico minime (e) privetur. Quod ſi deſperatus, & conſecutus communionem, oblationiſque particeps factus, iterum convaluerit; ſit inter eos qui communionem orationis tantummodo conſequuntur. Generaliter autem omni cuilibet in exitu poſito, & poſcenti ſibi * communionis gratiam tribui, epiſcopus * probabiliter ex oblatione dare debebit.

* Euchariſtiæ

* poſtquam probaverit dare

XIV.

De catechumenis * (f) lapſis, ſancto & magno concilio placuit, ut tribus annis ſint inter audientes tantummodo; poſt hæc autem cum catechumenis orent.

XV.

Propter multam perturbationem, & ſeditiones quæ fiunt, placuit conſuetudinem omnimodis amputari, quæ præter regulam in quibuſdam partibus videtur admiſſa; ita ut de civitate ad civitatem non epiſcopus, non presbyter, non diaconus * transferatur. Si quis autem poſt definitionem ſancti & magni concilii tale quid agere tentaverit; & ſe hujuſcemodi negotio mancipaverit, hoc factum prorſus irritum ducatur, & reſtituatur eccleſiæ, cujus fuit epiſcopus, aut preſbyter, vel diaconus ordinatus.

CANONES NICÆNI

* transferat

XVI.

Quicumque temere * aut periculoſe, neque timorem Dei præ oculis habentes, nec agnoſcentes eccleſiaſticam regulam, diſcedunt ab eccleſia, presbyteri, aut diaconi, vel quicumque ſub regula exiſtunt: hi nequaquam debent in aliam eccleſiam recipi, ſed omnem neceſſitatem convenit illis imponi, ut ad ſuas parœcias revertantur. Quod ſi non fecerint, oportet eos communione privari. Si quis autem ad alium pertinentem audacter invadere, & in ſua eccleſia ordinare tentaverit non conſentiente epiſcopo, a quo diſceſſit is, qui regulæ mancipatur, ordinatio hujuſcemodi irrita comprobetur.

* ac

XVII.

Quoniam multi ſub regula conſtituti, avaritiam & turpia lucra ſectantur, oblitique divinæ ſcripturæ dicentis: *Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram*; mutuum dantes [2] centeſimas exigunt: juſte cenſuit ſancta & magna ſynodus, ut ſi quis inventus fuerit poſt hanc definitionem uſuras accipiens, aut (g) ex adinventione aliqua, vel quolibet modo negotium tranſigens, aut hemiolia, id eſt [2] ſeſcupla exigens, vel aliquid tale prorſus excogitans turpis lucri gratia; dejiciatur a clero, & alienus exiſtat a regula.

1. Diſt. 47. *Quoniam multi.*

*Pſal.* 6.

XVIII.

Pervenit ad ſanctum magnumque concilium, quod in quibuſdam locis & civitatibus, presbyteris gratiam ſacræ communionis diaconi porrigant, quod nec regula, nec conſuetudo tradidit, ut ab his qui poteſtatem non habent offerendi, illi qui offerunt, Chriſti corpus accipiant. Nec non & illud innotuit, quod quidam diaconi ante epiſcopos * ſacra oblata contingant. Hæc igitur omnia reſecentur, & in ſua diaconi menſura permaneant, ſcientes quod epiſcoporum quidem miniſtri ſunt, inferiores autem presbyteris (h) habentur. Per ordinem ergo poſt presbyteros gratiam ſacræ communionis accipiant, aut epiſcopo eis, aut presbytero porrigente. Sed nec ſedere

* euchariſtiam

Confer Trull. can. 7.

1 Gloſſæ MSS. de Nicæno Concilio in Bibl. collegii Pariſ. Soc. Jeſu: *indifferenter*, *diſplicabiliter*.

2 Al. *ſeſquipla*.

(a) *Luc.* de (b) *Luc.* unitate (c) *Luc.* ſimulationem (d) In *Luc.* deeſt maxime. (e) *Luc.* addit communione. (f) In *Luc.* deeſt lapſis. (g) *Luc.* ad exinventionem. (h) *Luc.* habeantur.

CANONES NICÆNI

ANNO CHRISTI 325.

dere in medio presbyterorum diaconis liceat: quia ſi hoc fiat, præter regulam & ordinem probatur exiſtere. Si quis autem etiam poſt has definitiones obedire noluerit, a miniſterio ceſſare debebit

XIX.

[1] De Paulianiſtis ad eccleſiam catholicam confugientibus definitio prolata eſt, ut * baptizentur omnimodis. Si qui autem de his præterito tempore fuerint in clero, ſiquidem immaculati & irreprehenſibiles apparuerint, * baptizati ordinentur ab epiſcopo eccleſiæ catholicæ. Quod ſi diſcuſſio incongruos eos invenerit, abjici tales convenit. Similiter autem & de diaconiſſis, & omnino de his qui ſub regula verſantur, hæc forma ſervabitur. Meminimus autem de diaconiſſis, quæ * in eodem habitu eſſe probantur, quod non habeant (*a*) aliquam manus impoſitionem, & ideo modis omnibus eas inter [2] laicas deputari. (*b*)

* rebaptizentur

* rebaptizati.

* in habitu

XX.

Quoniam ſunt quidam in die dominico genua flectentes, & in diebus pentecoſtes: ut omnia in univerſis locis conſonanter obſerventur, placuit ſancto concilio, ſtantes domino vota perſolvere. (*c*)

# CANONES CONCILII NICÆNI.

Dantur variantes ex Cod. MS. Luc. ſæc. VIII a veteri, quæ reperitur in collectione, quam vulgo dicunt

*Ex Interpretatione [3] Iſidori Mercatoris.*

## TITULI CANONUM.

I. *De Eunuchis, qui ſeipſos [4] abſciderunt.*
II. *De his, qui poſt baptiſma ſtatim ad clerum applicantur.*
III. *De ſubintroductis mulieribus.*
IV. *Qualiter epiſcopi debeant ordinari.*
V. *De excommunicatis clericis [5] & laicis.*
VI. *De primatibus epiſcoporum metropolitanorum.*
VII. *De honore epiſcopi Hieroſolymitani.*
VIII. *De Novatianis.*
IX. *De presbyteris ſine examinatione conſtitutis.*
X. *De lapſis clericis ordinatis.*
XI. *De his qui ſponte lapſi ſunt, [6] qualiter debeant pœnitere.*
XII. *De excommunicatis a ſæculo exeuntibus.*
XIII. *De catechumenis lapſis.*
XIV. *De diaconibus, ne corpus Chriſti tradant presbyteris, vel ante presbyteros communicent.*
XV. *De clericis temere ab eccleſia recedentibus.*
XVI. *De presbyteris & diaconibus, vel clericis, qui ad alias civitates tranſeunt.*
XVII. *De clericis alienis, ſine * connivenia proprii epiſcopi ab alio in ſua Eccleſia non ordinandis.*
XVIII. *De clericis uſuram vel ampliationem accipientibus.*
XIX. *De Paulianiſtis & Cataphrygis, rebaptizandis.*
XX. *De diebus dominicis & pentecoſtes, ut in eis ſtantes oremus.*

## IIDEM TITULI CANONUM.

*Ex codice MS. V.C. Claudii Hardy.*

I. *De abſciſſis, vel a ſe, vel ab aliis.*
II. *De neophytis, neque presbyteris, neque epiſcopis faciendis.*
III. *De ſyneiſactis ſive ſyneſactis.*
IV. *De epiſcopis a comprovincialibus ordinandis.*
V. *De his qui ab epiſcopis ſuis excommunicantur.*
VI. *De prima eccleſia Romæ.*
VII. *De honore Hieroſolymitani epiſcopi.*
VIII. *De his qui mundi dicuntur, quod vere recipiantur.*
IX. *De his qui ſine examinatione ordinantur.*
X. *De lapſis.*
XI. *De his qui prævaricati ſunt recipiendis per pœnitentiam.*
XII. *De reconciliatione danda morientibus.*
XIII. *De catechumenis.*
XIV. *De diaconis ne ſupra presbyteros ſint.*
XV. *De his qui eccleſias ſuas deſerunt, & ad alias tranſeunt.*
XVI. *De non ſuſcipiendis alterius eccleſiæ clericis.*

XVII.

1 Alius MS. *De Paulianiſtis, quos Homunctionitas vocant.* 2 MS. *Laicos.* 3 Hanc quoque Iſidori interpretationem cum MSS. collegii Pariſ. Soc. Jeſu, & Colbert. contulit Harduinus, e cujus conciliorum editione ſequentes varias lectiones, & notas deſumpſimus. Alius MS. *abſcidunt.* 4 Alius MS. *ſive.* 5 Alius MS. & *negaverunt.* 6 Alius MS. *conſenſu.*

(*a*) In *Luc.* deeſt *aliquam.* (*b*) *Luc.* addit: *Similiter autem Diaconiſſæ, quæ in Catholico Canone non habentur, id eſt laicæ, & tanquam non conſecratæ deputentur. Igitur Epiſcopi cum de his omnibus, prout Divinarum legum reverentia poſtulabat, decrevisſent.*

(*c*) *Luc.* addit: *Sed & de obſervatione Paſchæ antiqui in Canonem, per quem nulla de reliquo varietas oriretur Eccleſiæ, tradidiſſent, Eccleſiæ Sancta pax, & fides in Orientis, atque Occidentis partibus una, eademque ſervata ſit. Hæc de Eccleſiaſtica Hiſtoria neceſſario credimus inferenda. Explicit Canon, & ſubſcripſerunt CCCXVIII. Epiſcopi, qui in eodem Concilio convenerunt.* Oſius Epiſcopus &c. Has ſubſcriptiones ex noſtro Codice dabimus infra.

ANNO CHRISTI 325.

CANONES NICÆNI

XVII. *De non ordinandis clericis alienis ſine auctoritate epiſcopi ſui.*

XVIII. *De feneratoribus clericis.*

a f. homuſionitas.

XIX. *De Pauliniſtis quos* [1] *Homuſionitas vocant.*

XX. *De genu non flectendo in dominica.*

## IIDEM TITULI CANONUM.

ex Harduino. tom. 1. Concil.

*Ex MS. codice Colbertino, qui olim Thuancus.*

I. *Expoſitio fidei Nicænæ.*

II. *De exciſis.*

III. *Ne Neophyti presbyteri vel Epiſcopi fiant.*

IV. *De prævaricatoribus canonum.*

V. *Ne clerici habitent cum mulieribus.*

VI. *De ordinationibus Epiſcoporum.*

VII. *De poteſtate metropolitan.*

VIII. *De excommunicatis.*

IX. *De Conciliis celebrandis.*

X. *De privilegiis primarum ſedium.*

XI. *Ne ſine voluntate metropolitani quis ordinetur epiſcopus.*

XII. *De ſequendo majori numero in electione.*

XIII. *De honore Hieroſolymorum epiſcopi.*

XIV. *Quomodo Cathari recipiantur.*

XV. *De his qui ſine examinatione provehuntur.*

XVI. *De lapſis ordinatis.*

XVII. *De prævaricatis recipiendis.*

XVIII. *De his qui poſt baptiſmum revertuntur ad militiam.*

XIX. *De reconciliatione danda pœnitentibus.*

XX. *De Catechumenis lapſis.*

XXI. *Ne tranſeatur de Eccleſia in alteram.*

XXII. *Ne recipiatur qui tranſierit.*

XXIII. *Ne epiſcopus ordinet alterum clericum.*

XXIV. *De feneratoribus Clericis.*

XXV. *Ne Diaconi ſupra presbyteros ſint.*

XXVI. *De Pauliniſtis.*

XXVII. *De diaconiſſis eorum.*

## CANONES. (a)

### I.

b per ægritudinem ſectus eſt. (1)

SI (b) quis [b] in ægritudine (c) a medicis ſectus eſt, vel a barbaris caſtratus, placuit ut iſte permaneat in clero. Si quis autem ſanus ſeipſum abſcidit, etiam ſi eſt in clero, ceſſare debet: & ex hoc [c] [2] nullum talem oportet ordinari. Sicut (d) autem de his qui aſ-

c Iam.

A ſectaverunt, vel auſi ſunt ſeipſos abſcindere, hæc quæ diximus, ſtatuta ſunt; ita ſi qui vel a barbaris, vel a dominis ſuis [a] ſecti, & probabilis vitæ ſunt, tales ſuſcipit eccleſiaſtica regula in clerum.

a eunuchi facti ſunt (1) Ita & Luc.

### II.

a diſt. 48 Quoniam multa.

Quoniam multa ſive per neceſſitatem, ſive [4] [b] ex quacumque cauſa contra regulam [c] geſta ſunt, ita ut homines ex vita Gentili nuper adhuc [d] catechizati, vel inſtituti, ſtatim ad ſpiritalem baptiſmum veniſſent, & continuo cum baptizati ſunt, etiam ad epiſcopatum, vel ad presbyterium provecti ſunt: [e] recte igitur viſum eſt, de cetero nihil tale (e) debere fieri. Nam & tempore opus eſt, ut (f) ſit catechumenus; & poſt baptiſmum multa probatione indiget. Evidens namque eſt apoſtolicum præceptum, dicens. *Non neophytum, ne forte elatus, in judicium incurrat, & laqueum diaboli.* Si vero procedente tempore aliquod [a] peccatum (g) admiſerit, & convictus duobus vel tribus teſtibus fuerit; ceſſet a clero qui hujuſmodi eſt. [f] Si quis vero præter hæc [g] facit, tamquam contraria ſtatutis ſancti (h) concilii gerens, etiam ipſe [h] periclitabitur de ſtatu ſui (i) cleri.

b aliis cogentibus cauſis

c Eccleſiaſticam

d accendentes ad ſidem & qui primo tempore

e rectum eſſe

1. Tim. 3. verſ. 6.

a mortale Ita & Luc.

f In c H canonis tertii locum occupet hæc clauſula cum hoc titulo *De vindicta eorum, qui contra canones fecerint* (1)

g fecerit de ſtatus ſui ordine.

h præcipitabitur.

### III.

Omnibus modis interdixit ſancta ſynodus, neque epiſcopo, neque presbytero, neque diacono, neque ulli clericorum omnino (k) licere habere ſecum mulierem extraneam, niſi forte mater, aut ſoror, aut (l) avia, aut amita, vel matertera ſit. In his namque ſolis perſonis, & harum ſimilibus, omnis quæ ex mulieribus eſt, ſuſpicio (m) declinatur. Qui autem præter hæc, agit, periclitabitur de clero ſuo.

### IV.

a Diſt. 64 *Epiſcopi ab omnibus*

[6] Epiſcopum oportet ab omnibus epiſcopis, ſi fieri poteſt, qui ſunt in provincia ejus, ordinari. Si vero hoc difficile fuerit, vel (n) aliqua urgente neceſſitate, vel itineris longitudine; certe tres epiſcopi, debent in unum eſſe congregati, ita ut etiam cæterorum, qui abſentes ſunt, conſenſum [i] litteris teneant, & ita

i & ſententias per litteras.

1 Ita & MSS. noſtri. Alius MS. noſter: *Si quis in ægritudine vel a.* Al. *pro ægritudine.* 2 Al. *talem nullum.* 3 Ita MS. noſter, & Colbertinus. 4 Alias *cogentibus hominibus.* 5 Quartum vero locum occupat hæc clauſula in cod. Colbert. ut ex ſupra relatis titulis patet. 6 Canon iſte ſextus appellatur in Concil. Chalcedonenſi Act. 13. ut hic in MS. Colbertino. Vide titulos Canonum ſupra relatos.

(a) Contuli nunc primum cum vetuſtiſſimo Codice Lucenſi ante annos fere mille ſcripto. Incipit autem: *Incipiunt Canones Nicæni Concilii a trecentis decem & octo Patribus inſtituta, tituli XXI.* Incipit præfatio ejuſdem Concilii. *Concilium ſacrum venerandi culmina juris* &c. Sunt autem verſus qui ſuperius editi ſunt. Tum additur: *Cum conveniſſet Sanctum, & magnum Concilium Nicænum ſtatuta ſunt, & Romæ directa ſunt quæ Nicæa geſta ſunt, & placuit, ut omnia quæ ſtatuta ſunt ad Epiſcopum urbis Romæ Sylveſtrum mitterentur. Facta eſt autem Synodus Nicæa Bythiniæ conſulatu Conſtantini Auguſti, & Licinii.*

(b) *Luc.* quidem (c) *Luc.* addit *vel* (d) *Luc.* ergo (e) in *Luc.* deeſt *debere.*
(f) in *Luc.* deeſt *ſit* (g) *Luc.* inventum fuerit in ea perſona (h) *Luc.* addit *hujus.*
(i) *Luc.* clerici. (k) *Luc.* addit *permitti* (l) *Luc.* aut thia, ideſt vel amita, vel matertera &c.
(m) *Luc.* declinata. (n) in *Luc* deeſt *aliqua.*

CANONES NICÆNI

& ita faciant ordinationem. [a] [1] Poteſtas ſane vel confirmatio pertinebit, per ſingulas provincias ad metropolitanum epiſcopum.

a ſeparantur in c. H. hoc titulo: *De poteſtate epiſcopi metropolitani.*

V.

Servetur & iſta ſententia, ut hi qui ab aliis excommunicantur, ab aliis ad communionem non recipiantur. Requiratur ſane, (*a*) ſi forte aliqua indignatione aut contentione, aut qualibet commotione [b] epiſcopi ſui * excommunicati ſint. [c] Ut ergo digna hæc poſſint examinatione perquiri, recte viſum eſt, per ſingulos annos in ſingulis quibuſque provinciis, bis in anno epiſcoporum concilium fieri; ut ſimul in unum convenientes ex communi provincia, hujuſmodi examinent quæſtiones: ut ita demum hi, qui ob culpas ſuas epiſcoporum ſuorum offenſas merito contraxerunt, digne etiam a cæteris excommunicati ſimiliter habeantur, quouſque in communi, vel ipſi epiſcopo ſuo viſum fuerit humaniorem circa eos ferre ſententiam. Habeatur autem ſemel concilium ante (*b*) dies quadrageſimæ, ut omnibus ſi quæ ſunt, ſimultatibus amputatis, mundum & ſolemne Deo munus poſſit offerri: ſecundum vero agatur circa tempus autumni.

b ſtomachi ob dicitur. *Ita & Luc.* abſtentis *Ita & Luc.* c proprio titulo hæc ſejunguntur in c. H. *De ſynodis bis in anno.*

VI.

[2] Mos antiquus * perdurat in Ægypto, vel Libya & Pentapoli, ut Alexandrinus epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, * quoniam quidem & epiſcopo Romano [d] (*c*) parilis mos eſt. Similiter autem & apud Antiochiam, cæteraſque provincias, honor ſuus unicuique ſervetur eccleſiæ. [e] Per omnia autem manifeſtum eſt; quod ſi quis præter voluntatem & conſcientiam metropolitani epiſcopi fuerit ordinatus, hunc concilium magnum & ſanctum cenſuit non debere eſſe epiſcopum. [f] (*d*) Sane ſi communi omnium conſenſu rationabiliter probato ſecundum eccleſiaſticam regulam, duo vel tres animoſitate ducti per contentionem contradicant, obtineat plurimorum ſententia ſacerdotum.

perdurat *& Luc.* quandoquidem & d hæc eſt conſuetudo e ſejunguntur hoc titulo præbito *De infirmanda ordinatione quæ ſine metropolitani conſenſu fit.* Ita V. C. Hardianus f ſaus quoque & ſequenti ſententiæ titulus *De ſequenda majoris numeri ſententia ...* L. diſt. 65 *Sane ſi communi.*

Observatio Philippi Labbe S. J.

Placet hujus vexatiſſimi apud eruditos omnes canonis ſexti varias editiones breviter hoc loco proponere præter Hervetianam, Dionyſianam, atque veterem hanc ex Iſidoriana compilatione depromptam, nec non decantatiſſimam ex Ruffini Aquileienſis hiſtoria ſuo poſtea ordine afferendam.

In codice V. C. Claudii Hardy ſenatoris Pariſienſis, in Foſſatenſi (3) aliiſque pluribus ſic ſe habet: *eccleſia Romana ſemper habuit primatum. Teneat autem & Ægypti Libya & Pentapolis, ita ut epiſcopus Alexandriæ horum omnium habeat poteſtatem: quoniam & Romano epiſcopo hæc eſt conſuetudo. Similiter autem & qui in Antiochia conſtitutus eſt. Itaque & in cæteris provinciis privilegia ſalva ſint eccleſiarum.*

Codex antiquiſſimus V. C. Henrici Juſtelli pag. 284. bibliothecæ canonicæ hunc titulum exhibet: *De primatu eccleſiæ Romanæ & aliarum civitatum epiſcopis.* Dein ſequitur canon: *Antiqui moris eſt ut urbis Romæ epiſcopus habeat principatum, ut ſuburbicaria loca & omnem provinciam ſua ſollicitudine gubernet. Quæ vero apud Ægyptum ſunt, Alexandriæ epiſcopus omnem habeat ſollicitudinem. Similiter autem & circa Antiochiam & in cæteris provinciis privilegia propria ſerventur metropolitanis eccleſiis. Omnimodo autem manifeſtum eſt illud, ut ſi quis ſine arbitrio ejus qui eſt in metropoli,* ſic enim legendum, *conſtituerit epiſcopum, hunc cenſuit ſanctum & magnum concilium non eum eſſe epiſcopum. Si vero communi, &c.*

De ſenſu vero ejuſdem canonis non eſt quod addam conjecturas meas, ad ea quæ copioſius leguntur apud Baronium, Bellarminum, Perronium eminentiſſimos cardinales, Binium, Sirmondum, Aleandrum, Dartiſium, Leſchaſſerium, Guttherium, Marcam, Launojum, &c. ut taceam modo heterodoxos novatores, Calvinum, Gothofredum, Salmaſium, Blondellum, ſimileſque, inter ſe & cum catholicis inſane digladiantes.

ANNO CHRISTI 325.

VII.

[a] Quoniam mos antiquus obtinuit, & vetuſta traditio, ut Æliæ, id eſt, Hieroſolymæ epiſcopo honor deferatur; habeat conſequenter honorem ſuum [a], manente tamen metropolitanæ civitati propria dignitate.

[7] diſt. 65. *Quoniam mos.* a ſed & metropolitano ſua dignitas ſalva ſit

VIII.

[b] Si qui voluerint venire ad eccleſiam catholicam (*e*) ex Novatianis, placuit ſancto concilio ut ordinentur, & ſic maneant in clero. Ante omnia autem [c] hanc (*f*) habeant confeſſionem, quam per ſcripturam exigi oportet, ut fateantur ſe communi conſenſu catholicæ [d] eccleſiæ ſtatuta obſervaturos, id eſt communicaturos ſe & his qui forte ſecundas nuptias experti ſunt, vel his qui perſecutionis tempore lapſi ſunt, quibus tamen lapſis pœnitentiæ modus & tempus adſcriptum eſt, ut in omnibus ſequantur ea, quæ in eccleſia catholica obſervantur. Et ſicubi (*g*) iidem ipſi fuerint inventi ſive in vicis ſive in urbibus clerici (*h*) ordinati a catholicis, ſic etiam in clero perſiſtant, unuſquiſque tamen in (*i*) ſuo ordine. Si vero epiſcopus vel presbyter eccleſiæ catholicæ fuerit, ad quem aliqui ex his accedunt, certum eſt quod epiſcopus quidem catholicus ſuam habeat dignitatem ſimiliter autem presbyteri & diaconi (*k*) habeant. Hi vero qui ab iſtis veniunt,

b Hi qui ſe ipſos catharos, id eſt mundos vocant, ſi veniant. c hoc eſt per ſcripturam convenit profiteri. d & apoſtolicæ, ita & *Luc.*

---

1 In Colbert. tit. VII. 2 6. Diſt. 65. *Mos antiquus &c.* ut in hac editione. Alius MS. noſter: *Antiqua conſuetudo ſervetur, & Egypto, & Libya, & Pentapoli: ut.* 3 Et in Colbert. qui olim Thuaneus, ac in alio qui eſt Bibl. colleg. Pariſ. Soc. Jeſu, ſcripto (ſi amanuenſi fides) an. Chriſti 800. In Pithœano vero: *quod Eccleſia Romana ſemper habuit primatum. Teneat autem & Egyptus, vel Libya, & Pentapolis: ita ut epiſcopus Alexandriæ &c.* Nuſquam in aliquo MS. vidimus *habeat*: ut aliqui audacius ediderunt ex ſola ingenii ſui conjectura, ſed ubique legimus, *habuit*. Harduinus. 4 MS. noſter *quia*.

(*a*) *Luc.* ne forte quis ex aliqua indignatione animi. (*b*) *Luc.* diem (*c*) *Luc.* hoc idem motis

(*d*) *Luc.* niſi. (*e*) in *Luc.* deeſt *ex Novatianis* (*f*) *Luc.* hanc ab eis confeſſionem per ſcripturam exigi oportet. (*g*) *Luc.* quidem omnes ipſi (*h*) *Luc.* ordinentur a catholicis qui inveniuntur & ſic.

(*i*) *Luc.* in ſtatu ſuo (*k*) *Luc.* debent.

ANNO CHRISTI 325.

niunt, ſi forte epiſcopus fuerit, habeat (*a*) ſacerdotii dignitatem: niſi forte placeat catholico epiſcopo concedere ei etiam epiſcopalis nominis honorem. Si vero non placuerit, inveniat ei locum, [a] ut ſi in parochia (*b*) chorepiſcopus, aut in clero presbyter: ut in civitate una non videantur duo epiſcopi eſſe, & ille omnimodis in clero permanere videatur.

a ubi.

## IX.

A diſt. 81. *ſi qui ſine examin.*

Si qui ſint examinatione (*c*) promoti presbyteri ſunt (*d*), & poſtea examinati, confeſſi ſunt peccata ſua; & cum confeſſi fuiſſent contra regulam venientes homines manus eis temere impoſuerunt: hoc eccleſiaſticus ordo non (*e*) recipit. In omnibus enim, quid irreprehenſibile eſt, (*f*) ſancta defendit eccleſia.

## X.

b his qui lapſi ſunt, ut apud Gratianum 5. diſt. 81. *Quicumque ex his*

Quicumque ex [b] lapſis per ignorantiam ſunt ordinati, vel contemptu eorum qui eos ordinaverunt; hoc non præjudicat regulæ eccleſiaſticæ: cum enim compertum fuerit, (*g*) deponantur.

## XI.

c prævaricati ſunt ſine ulla neceſſitate.
d patrimonii
e in noviſſima

(*h*) De his qui [c] negaverunt præter neceſſitatem, aut præter ablationem [d] facultatum aut præter periculum, vel aliquid hujuſcemodi (quod factum eſt [e] ſub tyrannide Licinii) placuit ſanctæ ſynodo, licet indigni ſint miſericordia, tamen aliquid circa eos humanitatis oſtendi. Si quos ergo ex animo pœnitet, tribus annis inter * pœnitentes habeantur: ſi tamen fideles ſunt, ſeptem annis aliis inter pœnitentes ſint, duobus autem annis [f] iidem ſine oblatione in oratione ſola participent populo. [g] [1] Si qui vero per Dei gratiam vocati, primo quidem oſtenderunt fidem ſuam, depoſito militiæ cingulo; poſt hæc autem ad proprium vomitum ſunt reverſi, ut & pecunias darent, & ambirent redire rurſum ad militiam; iſti decem annis ſint inter pœnitentes, poſt primum triennium quo fuerint inter * audientes. Ab omnibus vero illud præcipue obſervetur, ut animus [h] eorum, & fructus pœnitentiæ (*i*) attendatur. Quicumque enim cum omni timore & lacrymis perſeverantibus, & operibus bonis, (*k*) converſionem ſuam non verbis ſolis, ſed opere & veritate demonſtrant, [i] cum

* audientes.
f extra communionem in orat. ſola participes fiant populo.
g titulus in C H. *De pœnitentia eorum qui baptizati ad ſæcularem militiam redeunt.*
* auditores
h ac propoſitum.
i hi tempora ſtatuta com-

tempus ſtatutum * etiam ab his fuerit impletum, & orationibus jam cœperint communicare; licebit epiſcopo humanius etiam circa eos aliquid cogitare. Qui vero indifferenter habuerunt lapſum, & ſufficere ſibi quod eccleſiam introjecerunt arbitrantur; iſti omnimodo tempora ſtatuta complebunt.

CANONES NICÆNI

pleverint, orationibus communicatio jungantur.
* communi vinculo
* audiendi

## XII.

De his vero, qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula obſervabitur etiam nunc, ita ut ſi forte quis recedit ex corpore [a], [2] neceſſario vitæ ſuæ viatico non defraudetur. Quod ſi deſperatus aliquis recepta communione ſupervixerit, ſit inter eos qui in ſola oratione communicant. [b] De omnibus tamen his qui a corpore recedunt [c], in tradendo eis communionem, cura & probatio ſit epiſcopi.

c. 26. q. 6. *De his qui moriuntur.*
a ultimo &
b donec tempus ſtatutum a ſancta ſynodo compleatur.
c & euchariſtiam poſtulant

## XIII.

(*l*) Placuit hoc ſancto & magno concilio (de catechumenis qui lapſi ſunt), ut tribus annis inter audientes verbum ſint tantummodo, poſt hæc vero orent cum catechumenis.

5 ſalutis incluſa deſunt in *Luc.*

## XIV.

Pervenit ad ſanctum concilium, quod in locis quibuſdam & civitatibus, presbyteris ſacramenta [d] diaconi porrigant. Hoc neque (*m*) regula, neque conſuetudo tradidit, ut hi qui offerendi ſacrificii non habent poteſtatem, his qui offerunt, corpus Chriſti porrigant. Sed & illud innotuit, quod quidam diacones etiam ante epiſcopos ſacramenta [e] ſumunt. Hæc ergo omnia amputentur, [3] & maneant diacones intra ſuam propriam menſuram, ſcientes quia epiſcoporum quidem miniſtri ſunt, presbyteris autem inferiores: Accipiant ergo [f] ſecundum ordinem poſt presbyteros ab epiſcopo, vel a presbytero, ſacram communionem. Quod ſi non fuerit in præſenti vel epiſcopus, vel presbyter, tunc ipſi proferant, & edant. Sed nec ſedere quidem licet in medio presbyterorum diacones, extra regulam enim [g] eſt, ut hoc fiat. Si quis autem non vult [h] his ſufficiens eſſe poſt hanc definitionem, ceſſet eſſe diaconus.

Canon hic in ver. Dionyſii ponitur pro XVIII.
d & in C H.
a diaconibus dentur.
e contingunt ita & *Luc*
f euchariſtiam
g & extra ordinem, ita & *Luc*
h eſſe ſubjectus eccleſiæ.

## XV.

Propter multas perturbationes, & frequentes tumultus ſeditionum, quæ fieri ſolent,

19. 7. quæſt. 1. *Non oportet Epiſcopum*



1 Et hic canon XII. incipit in Græco, & apud Dionyſium. 2 Al. MS. addit *ultimo &*: ſed Gratianus canonem integrum edidit, qualem exhibet Labbeus. 3 Hactenus Gratianus, qui reliquum Canonem deſcribit ex verſione Dionyſii,

(*a*) *Luc.* presbyteri (*b*) *Luc.* in clero epiſcopus aut presbyter, dum tamen ut (*c*) *Luc.* provecti
(*d*) *Luc.* addit *aut epiſcopi.* (*e*) *Luc.* recipiat (*f*) *Luc.* catholica (*g*) *Luc* deponentur.
(*h*) *Luc.* hic aliquid diverſum habet ab editis. *XI. Placuit Sancto Concilio licet indigni ſint miſericordia tamen aliquid circa eos humanitatis oſtendi. Si qui ergo ex animo penitent tribus annis inter audientes habeantur; ſi tamen fideles ſint, & ſeptem aliis annis inter penitentes ſint, duobus item annis extra communionem in oratione ſola participent populo. XII. Si quis vero* &c. ut in editis Canon. XI.
(*i*) *Luc.* obſervetur (*k*) *Luc.* converſationem (*l*) iſte Canon ponitur poſt can. XIV. in *Luc.* (*m*) *Luc.* canon.

CANONES NICÆNI.

ANNO CHRISTI 325

ſolent, placuit omnimodo iſtam abſcindi conſuetudinem, quæ contra regulam eſt, ſicubi ᵃ tamen ſit, id eſt, ne de civitate ad civitatem ¹ tranſeat vel epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus. Si quis vero poſt hæc ſtatuta ſancti hujus concilii tale aliquid ᵇ agere tentaverit, infringetur omni genere hujuſcemodi conatus; & reſtituatur propriæ eccleſiæ, in qua ᶜ ordinatus eſt.

a reperta fuerit in aliquibus partibus.
b. audere. ita & Luc.
c vel presbyter, vel epiſcopus, aut diaconus, ita & Luc.

## XVI.

7. q. 1. quæſt. 1. Si qui vero.

Si qui vero ſine reſpectu Dei agentes, & timorem Dei ante oculos non habentes, neque eccleſiaſtica ſtatuta cuſtodientes, receſſerint ab eccleſia ſua, ſive presbyter, ſive diaconus, vel in quocumque eccleſiaſtico ordine poſiti fuerit, non debent ſuſcipi in alia eccleſia ſed cum omni neceſſitate cogantur ut redeant ad eccleſiam ſuam. Quod ſi permanſerint excommunicare eos oportet.

## XVII.

3. Diſt. 71. Si quis auſus.

Si quis auſus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, ordinare in ſua eccleſia, cum non habeat conſenſum epiſcopi ipſius, a quo receſſit clericus, (a) irrita ſit hujuſmodi ordinatio.

## XVIII.

4. 14. quæſt. 8. Quoniam multi. Pſal. 14

Quoniam multi clerici, avaritiæ cauſa turpia lucra ſectantes, obliti ſunt divini præcepti, quo dictum eſt: *Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram*; fenerantes centeſimas exigunt: ſtatuit hoc ſanctum concilium. Si quis inventus fuerit poſt hanc definitionem uſuras accipere, vel ex quolibet (b) tali negotio turpia lucra ſectari, vel etiam (c) ſpecies ᵈ frumentorum ad ſeſcuplum dare; omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad quæſtum, ᵉ dejiciatur ex clero, & alienus ab eccleſiaſtico habeatur gradu.

d frugem.
e abſcindatur.

## XIX.

5. 1. q. 1. Si quis confugerit. f vox eſt merito ſuſpecta, nec reperitur in Græco canone, aut apud Dionyſium.

Si quis confugit ad eccleſiam catholicam (d) de Paulianiſtis & ᶠ ² Cataphrygis, ſtatutum eſt rebaptizari eos omnino debere Si qui vero clerici erant apud eos, ſiquidem inculpati fuerint & irreprehenſibiles, (e) baptizati rurſus etiam ordinentur ab epiſcopo eccleſiæ catholicæ. Si vero examinati, minus fuerint apti deprehenſi, deponi eos oportet. Similiter autem & circa ³ diaconos, & de omnibus qui ⁴ in eodem clero inveniuntur, eadem forma ⁵ ſervabitur. Commemoravimus autem diaconiſſas, quæ in hoc ordine inventæ ſunt, quæ nec manus impoſitionem aliquam habent, (f) ut & omnino inter laicas habeantur (g) Similiter autem diaconiſſæ, quæ in catholico canone (h) non habentur, ſimili (i) modo, id eſt laicæ, & tamquam non conſecratæ deputentur. (k)

## XX.

10. De Conſecr. diſt. 3 Quoniam ſunt.
a quinquageſima.

Quoniam ſunt in die dominica quidam ad orationem genua flectentes, & in diebus ᵃ pentecoſtes; propterea itaque ſtatutum eſt a ſancta ſynodo quoniam conſona & conveniens per omnes eccleſias cuſtodienda conſuetudo eſt, ut ſtantes ad orationem vota domino reddamus.

### Nota Romani Editoris.

*Conciliorum generalium.*

Nihil eſt in auctoribus temporum injuriæ, & librariorum erroribus magis expoſitum, quam propria locorum perſonarumque nomina. Nam cum ut plurimum peregrina ſint, facillimum quidem eſt corrumpi ac depravari. Accedit, locorum appellationes propter varias diverſarum gentium in alienos fines incurſiones, & pene momentaneas imperiorum vicitudines, nullibi ſtabiles permanſiſſe. Hinc factum, ut in conciliorum ſubſcriptionibus multa legantur, quæ aut plane depravata ſunt, aut certe iis nominibus habentur, quæ eo tempore vera & certa erant, noſtro falſa omnino & incognita. Sed cum in omnibus editionibus hactenus vulgatis prædictæ ſubſcriptiones extent, viſum eſt omitti eas non poſſe.

Certe condonandum eſt collectori, *Inquit Petrus Crabbe ac poſt eum Surius*, ſi forte in aſſignatione aut conſcriptione tam epiſcoporum quam epiſcopatuum ſubſequentium error invenitur commiſſus, maxime circa illos, qui ultra Europæ provinciam deſignantur: potiſſime quod etſi fuerunt exemplaria vetuſtiſſima quatuor, ex quibus collectio præſens ſumpta eſt, erant tamen adeo omnia & ſingula depravata, ut collectorem tæderet ineptæ ac multiplicis variationis. Nullius enim illorum cum altero convenientia fuit.

*Subſcripſerunt trecenti decem & octo epiſcopi, qui in eodem concilio convenerunt.*

Oſius epiſcopus civitatis Cordubenſis provinciæ ᵇ Hiſpaniæ dixit: Ita credo ſicut ſuperius ſcriptum eſt.

b Spaniæ

ᵃ Victor ⁶ & Vincentius presbyteri urbis Romæ pro venerabili viro papa & epiſcopo noſtro ſancto Silveſtro ſubſcripſimus, ita credentes, ſicut ſupra ſcriptum eſt.

a Vitus in c. Hard. Victor.

*Provinciæ Ægypti.*

Alexander Alexandriæ magnæ.
ᵃ Alphocration ⁷ Naucratites.
Adamantius Cynopolites Cinenſis.
ᵃ Alberion Pharbæti.
Antiochus Memphites.

a Arpocration.
a Arbetiton, Arbetio.

Cajus

1 Al. MS. *transferatur*. 2 Ita etiam MS. noſter, & Gratianus. Vide Micrologum cap. 6.
3 MS. noſter *Diacones*. 4 Al. *In clero eorum*. 5 Al. *ſervetur*.
6 Al. *Vito*: Socrati lib. 1. cap. 13. Βίτων καὶ Βικέντιος, ex ſynodico Athanaſii.
7 Græce apud Socrat. loc. cit. Ἀρποκρατίων κ.τ.λ.
(a) *Luc.* addit *qui in Canone continetur*. (b) *Luc.* alio (c) *Luc.* addit *turpes* (d) in *Luc.* deeſt *de Paulianiſtis & Cataphrygis* (e) *Luc.* rebaptizati (f) *Luc.* ita ut omni genere.
(g) hic incipit canon XX. in cod. *Luc.* (h) deeſt *non* in Luc. (i) *Luc.* loco.
(k) in *Luc.* poſt hæc verba legitur: *Igitur Epiſcopi cum de his omnibus, prout Divinarum legum reverentia poſcebat, decrevisſent; ſed & de obſervatione Paſcha antiquum Canonem, per quem nulla de reliquo varietas oriretur Eccleſiis, tradidiſſent, omnibus rite diſpoſitis Eccleſiarum pax, & fides in Orientis, atque Occidentis partibus una, eademque ſervata eſt. Hac de Eccleſiaſtica Storia neceſſario credimus inſerenda XXI. Quoniam ſunt in die Dominica ad orationem genua flectentes in diebus Quinquageſimæ, propterea eſt itaque conſtitutum a Sancta Synodo, quoniam conſona, & conveniens per omnes eccleſias cuſtodienda conſuetudo eſt, ut ſtantes ad orationem Domino vota reddamus.*

ANNO CHRISTI 325.

Cajus [a] [1] Ptemythis.
Dorotheus Peluſianus.
Philippus [a] Panephyſenſis.
[2] Potamon 'Heracleenſis. 'Heraclianenſis.
Secundus Ptolemaidis.
Tiberius [3] Tentirites. 'Taucirenſis, Tarichetes.

*Provincia Thebaidos.*

* Atlas Schediæ.
Tyrannus Antinoæ.
Voluſianus 'Lycopolites. 'de Lyco.

*Provincia* [b] *Lybiæ.*

* [4] Dathes Berenices.
Serapion * [5] Antiphenſis.
Zephyrus [6] Barcæ.
Secundus 'Tanitès. 'Taucinatenſis. [7]
Titus Paratonii. 'Libyæ inferioris.

*Provincia Palæſtinæ.*

Macarius Hieroſolymitanus.
Germanus Neapolitanus.
'Marius Sebaſtenus. 'Marinus.
[8] Cajanus Gadarenſis.
[c] Euſebius Cæſarienſis.
Sabinus Aſcalonitanus.
Longinus Nicopolitanus.
Petrus 'Jamnienſis. 'Jamnites.
* Macrinus Eleutheropolis.
Maximus Maximianopolitanus.
* Paulus Maximinopolis.
Januarius Jerichuntinus.
Heliodorus [d] Zabulonites.
Aetius Lyddenſis.
Silvanus Azoti.
Patrophilus Scythopolis.
Aſclepius Gazæ.
Petrus Ahilæ.
Antiochus 'Capitoliadis, 'Capitolienſis.

*Provincia Phœnices.*

Zenon Tyrius.
Æneas Ptolemaidis.
Magnus Damaſcenus.
Theodorus Sidonius.
Hellanicus Tripolis.
Philocalis 'Paneadis. 'Paneates.
Gregorius Beryti.
* Martinus Palmyrenus.
* Thalaſſius Alalius.
* Antonius Emiſſenus.

*Provinciæ Syriæ Cœles.*

Euſtathius Antiochenus.
'Zenobius Seleucienſis. 'Zenonius.
* Theodorus Laodiceæ.
'Alphius Apameæ. 'Alypius.
'Baſſianus Rhaphaneenſis. 'Aſienus.
* Philotimus Hierapolitanus.
Piperius Samoſatenus.
Archelaus 'Dolichenus. 'Doloenus.
Euphration 'Balaneorum. 'Bataneotes
[8] Palladius chorepiſcopus.
Zoilus 'Gabalenus. 'Gabalonites.
Baſſus 'Zeugmatites. 'Zeugmatos.
* Leontius Lariſſenus.
* Euſtathius Arethuſius.
[9] Mauricius Epiphaneenſis.
Paulus Neocæſareenſis.
* Syricius 'Cyrreticenſis.
Seleucius chorepiſcopus.
Petrus Gindarenſis.

A * Pegaſius * Acorabenſis.
Baſſonus Gabenus.
Gerontius 'Coeræ. 'Chariſſonenſis.
* Salomonus Germaniciæ.

*Provinciæ Arabiæ.*

Nicomachus Boſtrenſis.
Cyrion Philadelphiæ.
Gennadius 'Jabrudorum. 'Ybutenſis.
Severus Sodomorum.
Soſipater * Bethaunenſis. 'Sopater.
Severus Dionyſiadis.

*Provincia Meſopotamiæ.*

* Æthilaus Edeſſenus.
Jacobus [10] Niſibenſis.
Antiochus [a] Rheſmatenſis.
B * Mareas Macedonopolitanus.

*Provincia Perſidis.*

Joannes Perſidis.

*Provinciæ Ciliciæ.*

Theodorus Tarſenſis.
'Amphion [11] Epiphanienſis. 'Alenion.
Narciſſus * Neronianus.
Moyſes Caſtabalenſis.
'Nicetas Flaviadis. Niceſias.
Eudæmon chorepiſcopus.
Paulinus Adanorum.
Macedonius Mopſueſtiæ.
Heſychius Alexandriæ minoris.
Tarcondimantus [b] Ægetanus.
Narciſſus 'Hierapolis. [12] 'Irenopolis.

C *Provinciæ Cappadociæ.*

Leontius Cæſarienſis.
'Eupſychius 'Tyanenſis. 'Euſicius.
* Euphraſius Colonenſis.
Timotheus * Cyziſtrenſis.
Elpidius Comanenſis.
* Gregorius chorepiſcopus.
Stephanus chorepiſcopus.
Euphronius chorepiſcopus.
[c] Rhodon chorepiſcopus.
Theophanes chorepiſcopus.

*Provinciæ Armeniæ minoris*

* Eulogius Sebaſtenus.
* Evethius Satalenſis.

*Provinciæ Armeniæ majoris.*

D 'Arſaphius 'Sophenenſis. 'Araſphius 'Sophonenſis.
* Acrites Dioſpontanus.
'Eutychianus Amaſæus. 'Eutychius.
Heraclius Zelonenſis.
Elpidius * Ethonienſis. 'Comanus,

*Provinciæ Ponti Polemoniaci.*

Longinus Neocæſareenſis.
Domnus Trapezuntis.
Stratophilus * Ptyuſii. 'Pityonita.

*Provinciæ Ponti Paphlagoniæ.*

Philadelphus Pompejopolis.
Petronius 'Junopolis. 'Jenopolitanus.
'Heſychius Amaſtridis. 'Eutychius. *al.* Eupſychius.

*Provinciæ Galatiæ.*

* Pancharius Ancyranus.
E Dicaſius 'Tabienſis. 'Thobarenſis.
Eretius 'Platanenſis. [13] 'Erechoreus Gadanitanus.
'Gorgonius Cynnenſis. 'Gregorius.
Philadelphus Juliopolis.

*Provinciæ Aſiæ*

Theonas 'Cyzicenus. 'Marmaricenus.
'Menophantus Epheſinus. 'Menophanes.

Marginal notes (left): * Thaites, Thmuites. a Panepyſenſis, Paremphiteus. * Althales. *al.* Attas aut Atthas. b ſuperioris. * Dagathius *al.* Dachis. * Antipyrgenſis. c In MMSS. alius eſt ordo civitatum. * Marinus. * Paulinus. abeſt a qq. d Diaboliternites vel Diabulonites. * Marinus. * Thadoneus. Talaſiæ. * Anatolius. * Theodotus. * Philoxena. * Gerontius. * Euſtaſius. * Cyricius *al.* Dyricius. * Cyreſticenſis.

SUBSCRIPTIONES. (right margin): * Cyro Pelagius *al.* Palladius. * Acrabatenſis. *al.* Ambracianenſis. * Salamonus. * Patumenus. * Ætholaus. *al.* Ætholus. a Reymitanus ſeu Sermitanus. * Marinus ſeu Marcus. * Irenopolis. Nerodiadis. b Egeſtaus Ægyiates. * Euitheus. * Cibiſtrenſis *al.* Ciſiſtrorum. * Gorgonius. c Andronius, ſive Anodon. * Eulalius. * Eutychius. * Ariſtaces *al.* Ariſtæus. * Cotomanenſis. *al.* Eteſiorum. * Pityuntis. * Pancratius *al.* Marcellus *al.* Marcus.



1 MS. Juſtelli *Decummaει*. 2 Πανίμων Epiph. hær. 68. n. 7. 3 MS. Juſtelli *Tenaſtaeus*, forte *Tanitanus*. 4 Al. *Datter*. 5 Al. *Antipyrenſis*. 6 Al. *Bartenſis*. 7 Forte *Teuchiratenſis*. 8 Al. *Pallidius*. 9 Al. *Manucius*. 10 De eo Athanaſius Orat. 1. contra Arianos p. 291. 11 Ἀμφίων ἀπὸ τῆς κιλικίας, laudatus inter fidei Nicænæ confeſſores ab Athan. loc. cit. Ἀμφίων Ἐπιφανείας, Sozom. lib. 1. cap. 10.
12 Al. *de Irenopoli*: at Irenopolis ipſa eſt Neronias, de qua ſupra. In Cilicia nulla eſt Hierapolis.
13 Forte *Pitaniſſenſis*.

SUBSCRIPTIONES.

ANNO CHRISTI 325.

Orion 'Ilienſis. 'Heleníenſis *vel* Jaſſius.
Eutychius Smyrnenſis.
Mithres 'Popanenſis [1]. 'Popenſis.
Macrinus 'Helenopolis. 'Theopolis.
Paulus 'Anderenſis. 'Auderenſis. 'Andenſis.

*Provinciæ Lydiæ.*

Artemidorus * Sardienſis.
* Soron Thyatirenſis.
* Ethymaſius Philadelphiæ.
Pollion * Peperenſis.
Agogius Tripolitanus.
Florentius * Anticyrræ [a].
Marcus Standitanus.
** Antiochus Aureliopolitanus.

* Sardiorum * Serras * Ethenmatius Thomation. * Barenſis. * Antiquiras *al.* Ancyræ Phrygiæ. a Ancyræ ſerrêæ.

*Provinciæ Phrygiæ.*

Nunechius Laodicenſis.
Flaccus * Sanenſis.
Procopius Synnadenſis.
'Piſticus Azanenſis. 'Phiſticius Azanites.
Athenodorus Dorylæus.
Paulus * Apamenus.
Eugenius Eucarpienſis.
Flaccus Hierapolitanus.

* Sandenſis. Senabenſis
* Apameenſis

*Provinciæ Piſidiæ.*

Eulalius Iconienſis.
Telemachus Hadrianopolitanus.
Theodorus Uzelenſis.
Eutychius Seleucienſis.
Heſychius Neapolitanus.
* Uranion Selgenſis.
'Apagamus 'Liſinienſis. 'Aramius 'Limenenſis.
* Tarſicius Apamenus.
Patricius Ambladenſis.
Policarpus Metropolitanus.
'Acumedios Pariſienſis. 'Academius a Paro.
Heraclius Barenſis.
** Theodorus Uſenſis.
** Adon Byciæ.

* Uranius Satenonenſis. * Tyriicius

*Provinciæ Lyciæ.*

Eudæmus 'Patarenſis, 'Pataritanus.

*Provinciæ Pamphyliæ.*

'Callinicus Pergenſis. 'Callidicus.
Eureſius 'Termeſſenus. 'Thermienſis.
* Teuxius * Cyrbenſis. Zeuxius * Siarbitanus.
Domnus Aſpendius.
Quintianus Seleucienſis.
Patricius Maximianopolitanus.
Aphrodiſius * Magidorum [2].

* Hereſius *al.* Seuſius * Siarbonenſis
* Magidenſis Inſulani vel Neſon.

*'Provinciæ Inſularis.*

Euphroſynus Rhodienſis.
Meliphron Cous [3].
Strategius Lemnius.
Apollodorus Corcyræus.

*Provinciæ Cariæ.*

Euſebius Antiochenus.
Ammonius Aphrodiſius.
* Leodius Cybiritanus. 'Lætodoris Cibyr.
Euſebius * Miletius.

Letous. a Mileto.

*Provinciæ Iſauriæ.*

Stephanus 'Baratthenſis. 'Barthenſis.
* Athenæus 'Zoropaſſenus. 'Corpiſſitanus.
* Etheſius Claudiopolitanus.
'Agaperus Seleuciæ. 'Agapius.
Silvanus Metropolitanus.
Fauſtus 'Phuphenatenſis. 'Phanemuthienſis.
Antonius Antiochenus.

Anthenus Eudeſius

Neſtor 'Syedrenſis. 'Suedritanus.
Heſychius chorepiſcopus.
Cyrillus 'Sidenſis. 'Cumanadenſis.
Theodorus 'Vaſagadenſis. 'Vialbitanus.
Theodorus chorepiſcopus. Anatolius chorepiſcopus.
Paulus * Larandenſis.
Quintus chorepiſcopus.
Tyberius Lyſtrenſis.
Aquila chorepiſcopus.
Euſebius 'Paralais Lycaoniæ. 'Parriciæ.

* Larlaenſis.

*'Provinciæ Cypri.*

Cyrillus [4] Paphenſis.
* Gelaſius Salaminenſis.

* Selanon

*Provinciæ Bithyniæ.*

Euſebius Nicomedienſis.
'Theognis Nicænus. 'Theogenius.
Maris Chalcedonenſis.
Cyrillus * Chius.
Heſychius Pruſenſis, juxta [5] Hippium fluvium.
Gorgonius 'Apollonienſis. 'ab Apolloniade.
Georgius Pruſiadis, juxta Olympum montem.
Evethius 'Hadrianopolis. 'Hadrianenſis.
* Theophanes chorepiſcopus.
Rufus Cæſarienſis.
Eulalius chorepiſcopus [6].

* a Chio
* Theuſtinus

*Provinciæ Europæ.*

* Phædrius Heracleæ.

* Pedorus *al.* Prederus

*Provinciæ Daciæ.*

Protogenes Sardicenſis.
Marcus 'Metropolitanus. 'Calabrienſis.

*Provinciæ Myſiæ.*

'Piſtus Marcianopolitanus. 'Piſtor.
Marcus * Comeenſis.
Strategius 'Hephæſtienſis. Epheſienſis.

* Eubœa

*Provinciæ Macedoniæ.*

Alexander Theſſalonicenſis.
* Budion Thebenſis.

* Budiſius Bodius Stobienſis aut Stridonenſis.

*Provinciæ Achajæ.*

Piſtus Athenienſis.
Feſtius Strategidis.

*Provinciæ Theſſaliæ.*

'Claudianus Theſſaliæ. 'Claudius.
* Chionius Thebanus.

* Cleonicus

*Provinciæ Calabriæ.*

Marcus Calabriæ

*Provinciæ Africæ.*

Cæcilianus Carthaginenſis.

*Provinciæ Dardaniæ.*

Dacius Macedoniæ.

*Provinciæ * Dalmatiæ*

'Bunius 'Stoborum. 'Bodius 'Stobiorum.

a Dardaniæ

*Provinciæ Pannoniæ.*

Domnus Stridonenſis.

*Provinciæ Galliarum.*

Nicaſius [b] Divionenſis.

b Dorenſis Dinienſis aut Dienſis

*Provinciæ Gothiæ.*

Theophilus Gothiæ Metropolis.

*Provinciæ Boſphori.*

'Domnus Boſphorenſis. 'Cathirius Boſphori.

## [7] OBSERVATIO PHILIPPI LABBE S. J.

DE ſubſcriptionibus epiſcoporum qui interfuerunt concilio Nicæno multa congeſſit Joannes Seldenus in notis ad fragmentum hiſtoriæ Eutychii patriarchæ Alexandrini, quæ per otium conſulere poterit harum rerum ſtudioſus lector; ac præcipue nomina 318. patrum, qui

1 Forte *Hypæpenus*. 2 Lege *Magydon*. 3 Al. *Cimienſis*. 4 *Cyriacus* apud Photium Cod. 229. Bibl. ex Ephræmio Antioch. 5 At eſt Hyppius mons, non fluvius. 6 Hactenus Codex MS. Juſtelli; in quo ſcilicet Orientalium duntaxat nomina deſcripta ſunt.

7 Quaſdam Epiſcoporum ſubſcriptiones Græce deſcriptas ex charta Niliaca, ut vocant, hoc loco adjecit Labbeus: ſed pertinent illæ ad Concilium CP. tertium, ſive ſextum Oecumenicum, ubi totidem verbis leguntur Act. XVIII. non ad Nicænum.

ANNO CHRISTI 325.

qui longa ſerie repræſentantur Arabice & Latine ex Oxonienſi codice MS Joſephi cujuſdam Ægyptii, qui in Ægypto floruiſſe dicitur ſub annum Hegiræ Muhammedi 700. id eſt æræ Chriſtianæ 1400. Nos iis prætermiſſis hic dumtaxat exhibebimus nomina quorumdam patrum magnæ illius Nicænæ ſynodi ex charta Niliaca, quam ferunt fuiſſe antiquiſſimam apud Joannem Sambucum, unde hæc deſcripta, quæ ſequuntur.

...... ἐπαρχίας ὁρίσας ὑπέγραψα.

Γερίνος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Τυανέων μητροπόλεως τῆς δευτέρας Καππαδοκίας, ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὀλύμπιος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος Γαγγρέων μητροπόλεως τῆς Παφλαγονίων ἐπαρχίας, ὁρίσας ὑπέγραψα.

Κυπριανὸς ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Ἡρα.... Διοπολίτων, μητροπόλεως τῆς Ὀνωρίσων ἐπαρχίας, ὁρίσας ὑπέγραψα.

Πολύδευκος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Μυρέων μητροπόλεως τῆς Λυκίων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Θεόπωρος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Σωζοπολέων μητροπόλεως τῆς Ἠβρῶν ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Τιβέριος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς.... Αποδικέων μητροπόλεως τῆς Φρυγῶν ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Κοσμᾶς ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος Συμβαδίων μητροπόλεως τῆς Σαλουταρίων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Κωνσταντῖνος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Βὴρ, μητροπόλεως τῆς Λυκαίων [a] μητροπόλεως, ὁρ. ὑπ.

Στέφανος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Ἀντιοχέων μητροπόλεως τῆς Παμφύλων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Θεοτίμωτος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Γερμανοπολιτῶν, ἤτοι Μαρμαρέων, μητροπόλεως δευτέρας τῆς Καππαδοκῶν ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Ἰσίδωρος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Ῥυγίνων μητροπόλεως, τῆς Φρυγῶν Πακατιανῶν, ὁρ. ὑπ.

Θεόδωρος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Ταρσέων μητροπόλεως τῆς Προποντίων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Σπῶνος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Ἀναζαρβέων μητροπόλεως τῆς δευτέρας τῆς Κιλικίων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Μακρόβιος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Σελευκέων μητροπόλεως τῆς Ἰσαύρων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Ἰωάννης ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος Ἀθηναίας καὶ λεγάτος τῆς ἁγίας συνόδου τοῦ ἀποστολικοῦ Θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, ὁρ. ὑπ.

Γεώργιος χάριτι Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Βιζυηνῶν πόλεως τῆς Θρακῶν χώρας, ὁρ. ὑπ.

Ζαχαρίας ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος Λεοντοπολιτῶν τῆς Ἰσαύρων χώρας, ὁρ. ὑπ.

Θεόδωρος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Πομπηιουπολιτῶν πόλεως τῆς Παφλαγόνων, ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Γρηγόριος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Μιτυληναίων πόλεως τῆς Λεσβίων νήσου, ὁρ. ὑπ.

Σέργιος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Σηλυμβρίων πόλεως τῆς Εὐρώπης νομῶν Θρακῶν χώρας, ὁρ. ὑπ.

Ἀνδρέας ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Μηθυμναίων πόλεως τῆς Λεσβίων νήσου, ὁρ. ὑπ.

Θεογένης ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Νικαέων πόλεως τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Ἀλέξανδρος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος πόλεως Κυπαδων, τῆς Ἰσαύρων χώρας, ὁρ. ὑπ.

Ἐπιφάνιος ἀνάξιος ἐπίσκοπος τῆς Εὐχαΐτων πόλεως τῆς Ἑλληνίων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Πέτρος χάριτι Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐπίσκοπος τῆς μετημβρίων φιλοχρίστου πόλεως, ὁρ. ὑπ.

Πέτρος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Σωζοπόλεων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

...... ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος Πισιδῶν, ὁρ. ὑπ.

...... ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς τῶν Κυπρίων ἐπαρχίας, ὁρ. ὑπ.

Τύχων ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος πόλεως τῆς......

*Cetera ab initio & in extremo lineæ abſumpſere. Joannes Sambucus conſiliarius & hiſtoricus Cæſareus ex originali miſit ad L. Schradeum anno 1583. Originale ipſemet inſpexi & contrectavi.* L. SCHRADER.

*Ædem ſubſcriptiones ex mſſ. Collegii Pariſ. Soc. Jeſu, Colb. Juſtelli, &c. ab Harduino editæ cum ejuſdem marginalibus notis.*

Oſius Cordubenſis Epiſcopus dixit: Sic credo, quemadmodum dictum eſt.

Victor & Vincentius presbyteri Romani, pro venerabili viro papa & epiſcopo noſtro ſancto Silveſtro ſubſcripſimus, ita credentes ſicut ſcriptum eſt.

*Ægypti Tebaidis.*

Alexander Alexandriæ.
Tyrannus Antinoi.
Peluſianus Lyci.
Arpocration Alſuſianorum.

A Adamantius Cini.
Arbetion Pharbæti.
Philippus Panephyſi.
Potamion Heracleis.
Secundus Ptolomaidis.
Dorotheus Peluſii.
Gajus Thomeis.
Antiochus Mempheus.
Tiberius Tyticis.
Agathos Schediæ.

*Lybiæ Superioris.*

[a] Dachis Beroniciæ.
Zopyrus Archiſtei Barces.
[b] Serapion Antipargi.
Secundus Tanei.

B *Lybiæ Inferioris.*

Titus de Paretonio.

*Palæſtinæ.*

Macarius Hieroſolymæ.
Germanus Neapolis.
[c] Maximus Sebaſtenus.
Gajanus Sebaſtiæ.
Euſebius Cæſarienſis.
Sabinus Gadarenſis.
[d] Longinus Aſcalone.
Petrus Nicopolitanus.
Macrinus Jamniæ.
Maximus Eleutheropolitanus.
Paulus Maximianopolitanus.
Januarius Hierico.
C Heliodorus Zabulon.
Aetius Lyddorum.
Sylvanus Azoti.
Patrophilus Scythopolitanus.
[e] Aſclepas Gazenſis.
Petrus Ailæ.
Antiochus Capitoliados.

*Phœniciæ.*

[f] Zenon de Tyro.
Æneas Ptolomaidis.
Magnus a Damaſco.
Theodorus Sydoniæ.
Hellanicus Tripolitanus.
Gregorius Beryti.
Marinus Palmyræ.
D Thadonius Talaſiæ.
Anatolius Emiſſæ.
Philocalus a Paneade.

*Syriæ.*

Euſtachius Antiochiæ.
Zenobius Seleuciæ.
Theodorus Laodiciæ.
Alfius Apamiæ.
Philoxenus Hieropolitanus.
Salamenes Germaniciæ.
Piperius Samoſatenus.
Archelaus Doliches.
Euphration Balanenſis.
Bajadus Chorepiſcopus.
Zoilus Gabalitanus.
E Baſſus Zeugmatenus.
Caſſianus Raphaneon.
Gerontius Lariſſæ.
Euſtaſius Arethuſiæ.
Paulus Neocæſariæ.
Diritius a Cyrrhis.
Seleucus Chorepiſcopus.
Petrus Gindari.
Pegaſius Arbocadami.
Baſilianus Gabadæ.

*Arabiæ.*

Nicomas Boſtri.

Cy-

SUBSCRIPTIONES.

[a] ἐπαρχίας

[a] *Confer Nicetam, in Theſaur. Fid. lib. 5. cap. 7.*
[b] *Forte, Antipyrgi.*
[c] *al.* Marinus
[d] *Epiph. hær. 69. num. 4.* Λογγῖνος ἐν Ἀσκαλῶνι. Μακρῖνος ὁ ἐν Ἰαμνείᾳ.
[e] *Epiph. loc. cit.* Ἀσκληπᾶς ἐν Γάζῃ.
[f] *Epiph. loc. cit.* Ζήνων ἀρχαῖος ἐν Τύρῳ.

**SUBSCRIPTIONES.**

Cyrion Philadelphiæ.
Gennadius [a] Bunnorum.
Severus [b] Sodomæ.
Sopater [c] Bataneon.
Severus [d] Doſpnis.

*Meſopotamiæ.*

[e] Etolius Edeſſæ.
Jacobus Niſibienſis.
Antiochus Rheſanas.
Marcus Macedoniapolitanus.

*Perſidis.*

Joannes Perſidis.

*Ciliciæ.*

Theodorus Tarſi.
Amphion Epiphaniæ.
Narciſſus Neroniadis.
Moſes Caſtabalitanus.
Nicetas Flaviadis.
Eudemius Chorepiſcopus.
Paulinus Adânorum.
Macedonius [f] Manxiſton,
Tarcundimantus Ægeon.
Eſicius Alexandriæ.
Narciſſus [g] de Irenopoli.

*Cappadociæ.*

Leontius Cæſarienſis.
Eupſychius Tyaneus.
Erythrius Colonenſis.
Timotheus Cybiſtrianus.
Ambroſius Comanenſis.
Stephanus Chorepiſcopus.
[h] Rhodo Chorepiſcopus.
Gorgonius Chorepiſcopus.

*Armeniæ minoris*

Eulalius Sebaſtiæ.
Evethius Satalenus.
Eudromius Chorepiſcopus.
Theophanes Chorepiſcopus.

*Armeniæ majoris.*

[i] Ariſtecifus Dioſponti.

*Ponti.*

Helenus Ponti.
Helpidius Comanenſis.
Eutychius Amaſiæ.
Heraclius Zelenſis.

*Ponti Polemoniaci.*

[k] Longinus Neocæſarienſis.
Domnus Trapezontenſis.
Stacophilus Ptuontenſis.

*Paphlagoniæ.*

Philadelphus Pompejopolitanus.
Petronius Neapolitanus.
Euphronius Amaſtridenus.

*Galatiæ.*

[l] Macarius Ancyræ.
Decaſius Pergami.
[m] Erècthius [n] Daumaſiæ.
. . . . . . . . . . . . .
Philadelphius [o] Euliopolitanus.

*Aſiæ majoris.*

Theonas Gyzici.
Menophantus Ephesi.
Arion Iliu.
Eutychilis Smyrnæ.
Mithres Ypalianenſis.
Marinus Liolypontianus.

*Helleſponti.*

Paulus [p] Paneæ.
Artemidorus Sardis.
[q] Sarnon Thyatirenſis.
Thomaſius Philadelphiæ.
Pollion Barenſis.

a al. Bebundon.
b al. Soclimon.
c al. Bertanenſis.
d al. Adſodianenſis.
e al. Buthajus.
f al. Meſſorum
g al. Hierapolitanus
Leontium & Eupſychium mirifice laudat Athan. loc. cit.
h al. Radon. al. Andronius
i al. Ariſtarces Threnius.
k al. Longinianus: Λογγιανὸς Athanaſio loc. cit.
l al. Marcus. al. Marcellus
m al. Crechoreos.
n al. Gadaritanus.
o lege, Heliopolitanus.
p al. Æneſis
q al. Seras

A Agogius Tripoli.
Florentius Ancyræ ferreæ.
Antiochus Aureliopolitanus.
Marcus [a] Standi.

*Phrygiæ.*

Nunechius Laudiciæ.
Flaccus [b] Sanai.
Hieropius Synnades.
Piſtinus Axiani.
Artemidorus Dorienſis.
Leo Does.
Eugenius Eucarpiæ.
Flaccus Hieropolitanus.

*Pyſidiæ.*

Eulalius Iconii.
B Telemachus Scomenſis.
Eſicius Neapolitanus.
Eutychius Seleuciæ.
[c] Apagnius Lomenenſis.
Tarſitius Apamenus.
Patricius Adliadorum.
Academius Mortinenſis Piaporum.
Polycarpus Metropolitanus.
Theodorus Bartenſis.
Heraclius Uſenſis.
Odon Lycius.

*Lyciæ.*

Eudemus Paterenſis.

*Pamphyliæ.*

Callides Pergenſis.
C Hæreſius Termiſſenſis.
Xeuxius Siarbitanus.
Domnus Aſpendius.
Quintianus Seleuciæ.
Patricius Maximilianopolitanus.
Aphrodiſius Magnenſis.

*Inſularum.*

Euphroſynus Rhodius.
Meliphron a Coo.
Strategius a Lemno.
Apollodorus Corcyræ.

*Cariæ.*

Euſebius Antiochiæ Cariæ.
Ammonius Aphrodiſienſis.
Eugenius Apolloniados.
D [d] Letojus Cybiraton.
Euſebius a Mileto.

*Iſauriæ.*

Stephanus Baraton.
Athenæus Corpiſſitanus.
Eudeſius Claudiopolitanus.
Agapius Seleuciæ.
Silanus Metropolitanus in Iſauro.
[e] Fauſtus Panemutichorum.
Antonius Antiochiæ.
Paſtor Syedrenſis.
[f] Iſicius Chorepiſcopus.
Quartus Tymapodorum.
Paulus [g] Badarenſis.
Theodorus Vaſadarum.
E Anatolius Chorepiſcopus.
Cinthus Chorepiſcopus.
Tiberius Iliſtron.
Aquilas Chorepiſcopus.
Euſebius parochiæ Iſauriæ.

*Cypri*

Cyrillus Paphi.
Gelaſius Salaminæ.

*Bythiniæ.*

Euſebius Nicomedenſis.
Theogenes Nicææ.
[h] Riarius Chalcedonis.

ANNO CHRISTI 325.

a Forte, Silandi.
b Forte, Synnadenſis.
c al. Aramius Limenenſis.
d al. Letodorus.
e In notitia, Πανεμουτείχου, in Pamphylia.
f al. Gajus.
g al. Lamnenſis, forte Lamenſis.
h Colb. Riaris

Qui-

ANNO CHRISTI. 325.

SUBSCRIPTIONES.

Quirillus a Cio.
Iſicius Pruſenſis.
Gorgonius Appolloniados.
Georgius Pruſiados.
Evethius Adrianenſis
Theophanes Chorepiſcopus.

*Europes.*

Pedorus Heracleæ.
Marcus Comenſis.
Protogenes Sardicæ.

Παιδέρος ὁ τῆς Ἡρακλείας, *Athanaſio loco cit.* Πρωτογένης ἀπὸ Σαρδικῆς *Athanaſ. ibid.*

*Myſiæ.*

Piſtus Marcianopolitanus.

*Habet Athanaſius, laudata jam orat. 1. contra Arian. pag. 291.* Κυριακὸν ἀπὸ Μυσίας.

*Macedoniæ.*

Alexandrus Theſſalonicenſis.
Bundiſius Thebienſis.

*Achajæ*

Piſtus Athenienſis

Πιστὸς ὁ Ἀθηναίων ἀπὸ τῆς ἑλλάδος ἐπίσκοπος, *Athan. loc. cit.*

A Feſtius Strategidis.

*Theſſaliæ.*

Dionius Thebanus.
Budis Salonitanus.

*Calabriæ.*

Marcus Comagenæ.
Cecilianus Magnenſis.

Κεκιλιανὸς ὁ τῆς Ἀφρικῆς, *Athan. loc. cit. ubi mſ. habent* Κικιλιανός.

*Dardaniæ.*

Dacus Macedonienſis.
Claudianus Theſſalienſis
Bonius Triporum.

*Pannoniæ.*

Domnus Pannonienſis.

*Galliarum.*

Nicaſius [f] Dinienſis.

B

*De Gothis.*

Theophilus Boſphoritanus.

*Socrati, lib. 2. cap. XLI.* Θεόφιλος τῶν Γότθων ἐπίσκοπος.

[1] Domnus Boſphorenſis. [g]

f *al.* Dovenſis *al.* Nicheus Duxias. *Divio tunc caſtrum fuit ſub Epiſ. Lingon.*

g *al.* Cathirius *al.* Caudus.

# EJUSDEM FIDEI NICÆNÆ

## Expoſitio, cum canonibus, ex capite 6. libri 11. eccleſiaſticæ hiſtoriæ Ruffini Aquilejenſis presbyteri.

Credimus in unum Deum, & *ſupra pag. 666.* Statuunt præterea obſervandum eſſe in eccleſiis.

I.

NE quis ex his qui ſemetipſos impatientia libidinis exciderunt, veniret ad clerum.

II.

Et ne quis nuper aſſumptus de vita vel converſatione Gentili, accepto baptiſmo, antequam cautius examinetur, clericus fiat.

III.

Et ne quis epiſcoporum cæterorumque D clericorum cum extraneis mulieribus habitet, præterquam cum matre, vel ſorore, vel *ſocia*, vel ſi quæ ſunt hujuſmodi neceſſitudinum perſonæ.

IV.

Et [2] ut epiſcopus (ſi fieri poteſt) a totius provinciæ epiſcopis ordinetur. Si hoc difficile eſt, certe non minus quam a tribus, ita tamen ut metropolitani epiſcopi maxime vel præſentia, vel auctoritas habeatur. Abſque quo ordinationem irritam eſſe voluerunt.

V.

Et ne, quem alius epiſcopus de eccleſia expulerit, ſive clericum, ſive laicum, ſuſcipiat alius. Sane ne hoc aut iracundia aliqua, aut contentione (ut fieri ſolet) injuſte factum remedium non haberet, decernunt per ſingulos annos

C in ſingulis quibuſque provinciis ſecundo ab omnibus epiſcopis provincialibus concilia agi debere, & de hujuſmodi negotiis judicari, ut ſi forte ab uno inique aliquid geſtum eſt, a cæteris emendetur. Si recte, ut ab omnibus confirmetur.

VI.

Et ut apud Alexandriam, & in urbe Roma, vetuſta conſuetudo ſervetur, ut vel ille Ægypti, vel hic ſuburbicariarum eccleſiarum ſollicitudinem gerat.

VII.

Et ut ſi forte in ordinando epiſcopo, duo vel tres pro aliqua contentione diſſentiant, reliquorum auctoritas, & præcipue metropolitani cum cæteris firmior habeatur.

VIII.

Et ut epiſcopo Hieroſolymorum antiquitus tradita honoris prærogativa ſervetur, manente nihilominus & metropolitani ipſius provinciæ dignitate.

IX.

Et Catharos (qui apud nos Novatiani ſunt) ſi forte pœnitentes ad eccleſiam convertantur, confeſſos eccleſiaſtica dogmata, clericos in ordine quidem ſuo ſuſcipi debere. Sed ordinatione data, ſane ſi epiſcopus ipſorum veniat ad epiſcopum noſtrum debere eum in presbyterorum loco ſedere. Epiſcopi vero nomen

E

1 Vetus Codex Eccleſiæ Bellovacenſis hoc loco ſic habet majuſculis litteris: *hæc ſunt nomina Orientalium. Occidentalium nomina ideo non ſunt ſcripta, quia nulla apud eos de hæreſi ſuſpicio fuit.* Harduinus.
2 MS. *qua vel ille.* Harduinus.

men manere apud illum ſolum, qui catholicam ſemper tenuit fidem, niſi ſua voluntate ipſe eum tali nomine honorare voluerit; vel ſi placuerit ut quærat ei epiſcopi locum vacantem, hoc ſit in ipſius poteſtate.

X.

Et ne in una civitate duo epiſcopi ſint.

XI.

Et ſi qui forte indiſcrete ad ſacerdotium provecti, poſtmodum vel ipſi aliquid de ſe criminoſum confeſſi ſunt, vel ab aliis revicti, ut abjiciantur: ſed & ſi qui de his lapſi ſunt, & per ignorantiam forte ordinati, recogniti fuerint ut abjiciantur.

XII.

Et ſi qui abſque tormentis in perſecutionibus lapſi ſunt, & ex corde agunt pœnitentiam, quinque annos inter catechumenos faciant, & duobus annis poſt hoc fidelibus tantum in oratione jungantur, & ita poſtmodum ſuſcipiantur.

XIII.

Qui vero propter confeſſionem militiam abjecerant, & rurſum ad hanc abjerunt, hos tredecim annis pœnitentiam gerere, & poſtea ſuſcipi, ſi tamen ex corde pœnitentiam gerant. Eſſe tamen in poteſtate epiſcopi moderandi facultatem, ſi eorum fructuoſam & attentam pœnitentiam viderit.

XIV.

De his vero qui vita excedunt pœnitentibus, decernunt vacuum nullum debere dimitti. Si quis ſane accepta communione ſupervixerit, debere eum ſtatuta tempora complere, vel certe, prout moderari epiſcopus voluerit.

XV.

De catechumenis qui prolapſi ſunt, ſtatuerunt tribus annis eos a catechumenorum oratione ſeparatos, poſtea recipi debere.

XVI.

Et ne de civitate inferiori ad majorem eccleſiam tranſire quis ambiat, ſive epiſcopus, ſive etiam alius clericus.

XVII.

Et ne quis clericus qui derelicta eccleſia ſua, nulla exiſtente cauſa probabili vagatur & oberrat per alias eccleſias, ſuſcipiatur in communionem.

XVIII.

Et ut nemo eum qui ad alium pertinet, ſubripiens, in ſua eccleſia ordinet clericum abſque conſenſu illius ad quem pertinet.

XIX.

Et ne quis clericus aut uſuras accipiat, aut frumenti vel vini ampliationem, quod ſolet in novo datum, vel ſeſquiplum, vel etiam duplum recipi: quod ſi faciat, tamquam turpis lucri reum abjiciendum.

XX.

Et ne diaconi presbyteris præferantur, neve ſedeant in conſeſſu presbyterorum, aut illis præſentibus euchariſtiam dividant, ſed illis agentibus ſolum miniſtrent. Si vero presbyter nullus ſit in præſenti, tunc demum etiam ipſis licere dividere: aliter vero agentes, abjici jubent.

XXI.

Et ut Paulianiſtæ, qui ſunt Photiniani rebatizentur.

XXII.

Sed & diaconiſſas, quoniam quidem manus impoſitionem non accipiunt, etiam ipſas inter laicos eſſe debere. Igitur cum de his, prout divinarum legum reverentia popoſcerat, decreviſſent, ſed & de obſervatione paſchæ antiquum canonem, per quem nulla de reliquo varietas oriretur, eccleſiis tradidiſſent, omnibus rite diſpoſitis, eccleſiarum pax & fides in orientis atque occidentis partibus una atque eadem ſervabatur.[2] (a)

CA-

1 Anſelmus Havelberg. lib. 2. Dialog. cap. 22. tom. 13. Spicilegii ſequens hanc verſionem dixit: *Symbolum Nicæni Concilii debita veneratione amplector: & ejuſdem Concilii* XXII. *capitula... ſicut Catholicus ſuſcipio*. Hard.

2 Canones alios Nicæno Concilio Gratianus adſcribit 3. diſt. 68. *Eccleſiis ſemel*. 1. diſt. 73. *Exemplar formatæ Epiſtolæ*, quæ in Nicæna Synodo a CCCXVIII. patribus facta eſt: *In Nomine Patris &c* 4. XI. quæſt. 1. *Judices autem*. quod deſumptum ex reſcripto Julii ad Orientales Epiſcopos; 1. 16. quæſt. 1. *Placuit omnibus reſidentibus*: ſimile quiddam legitur in can. 76. qui verſus eſt ex Arabico. *Harduinus*.

(a) Verſiones alias antiquas Nicænorum canonum dabimus in Appendice huic volumini ſubjecta.

ANNO CHRISTI 325.

# CANONUM NICÆNORUM
# PARAPHRASIS ARABICA,

Auctore Joſepho Ægyptio Presbytero.

Ex Harduino Tom. I Concil.

*Eſt in Bibliotheca Bodlejana Oxoniæ paraphraſis Arabica mſ. Canonum fere omnium in Eccleſia Græca receptorum: cujus auctor in præfatione dicitur Joſephus presbyter Ægyptius, Præpoſitus Eccleſiæ Catholicæ, quæ Deiparæ dicata erat, in Ægypto: ordinatus a Marco Papa (ut appellat) & Patriarcha magnæ civitatis Alexandriæ atque Ægypti, anno ab orbe condito 6906. hoc eſt, anno Chriſti 1398. Quamquam nullus omnino Marcus occurrit in ſerie Patriarcharum Alexandrinorum, apud Vanslebium, Ord. Domin. ab anno Chriſti 1362. uſque ad annum 1602. Ex his Canonibus paraphraſi illuſtratis edidit Gulielmus Beveregius Anglus Canones priorum quatuor Conciliorum Oecumenicorum. Magni momenti viſa hæc nobis eſt paraphraſis, tum ad alios uſus, tum ad ſenſum Canonum genuinum ſubinde pernoſcendum. Tamen unico interpres uſus eſt exemplari: & auctor ipſe Joſephus a reliquorum Arabum idiomate, a vulgatis Grammaticorum regulis, & a veteris linguæ puritate ſubinde diſcedit.*

## LIBER CANONUM SYNODI
## TRECENTORUM OCTODECIM:

Eaque prima ex œcumenicis fuit: congregata contra Arium, in urbe Nicæa, tempore Conſtantini Magni Imperatoris, in præſentia Silveſtri Patriarchæ Romani, & Alexandri Patriarchæ Alexandrini. Et Domino noſtro gloria ſit in æternum. Amen.

*In nomine Dei Patris & Filii & Spiritus ſancti unius Dei: Synodus trecentorum & octodecim Epiſcoporum, eaque prima eſt ex Oecumenicis ſynodis*

*Præfatio Auctoris.*

HÆc ſancta eſt prima ſynodus ſanctorum patrum, qui in urbe Nicæa congregati ſunt, quique erant epiſcopi CCCXVIII. Inſtituta eſt autem eorum congregatio juſſu Domini & mandato ejus, & diſputar[illegible] contra maledictum Arium, & gregales ejus, de Chriſto Dei filio, (qui potens eſt Dei Verbum, cujus eſſentia creatrix eſt, non creata) dixit quod creatus fuit. Et ſancti hi patres profeſſionem ſuam in fide de Filio genito determinabant, qui eſt Verbum Dei, per quem omnia creavit, & qui ex Patris ſubſtantia genitus eſt, non creatus. Et anathemate percutiebant, & maledicebant, & ſegregabant Arium Alexandriæ presbyterum. Celebratum eſt autem hoc Concilium Nicææ, auſpiciis regis Conſtantini Imperatoris Romani. Et præſes in hoc Concilio erat Alexander Patriarcha civitatis Alexandriæ, & legati Silveſtri Papæ Romani; & poſt eum Euſtathius Patriarcha Antiochenus, & Macarius Patriarcha Hieroſolymitanus: Quin etiam Julius Patriarcha Romanus cum iis aderat. Congregati ſunt autem contra Arium hæreticum. Qui Arius quidam erat presbyter ex populo Alexandriæ: & opinio ejus erat, quod Pater ſolus ſit verus Deus, & quod Filius creatus ſit, & factus: & quod fuit aliquando tempus, quando ille non eſſet. Sanctus autem Alexander Patriarcha Alexandrinus, qui & ejus Patriarcha erat, eum antehac ob improbam ejus opinionem admonuerat, eique prava ejus fidei profeſſione interdixerat; eumque rogaverat ut ab ea recederet. Cum autem hoc reſpuiſſet, & illi morem non gereret, nec a pravitate opinionis ſuæ rediret, Eccleſia eum abſcindebat & ſegregabat. Quo-

A circa maledictus Arius ad Imperatorem Conſtantinum profectus eſt, auxilium ab eo implorans contra Alexandrum Patriarcham Alexandrinum; eique commemorans, ut injuria ipſe affectus fuerat: ob hanc igitur aliaſque rationes congregata eſt hæc ſynodus. Et interea dum Arius cum ſancto Concilio ſupradicto coram Imperatore Conſtantino conveniret, dicebat Imperator Ario: Tu ad noſtrum Imperium veniſti opem implorans: nos autem neminem, qui ad nos venit de accepta injuria conquerens, dimittere ſolemus: niſi injuriam ei illatam prius inſpexerimus. Quapropter explica nunc ſententiam tuam, ut viri hi judices eam audiant, & quid inter vos interſit, perſpectum habeamus.
B Arius igitur illico ſurgebat, & fidem ſuam enunciabat, ſententiamque ſuam explicabat, dicens: Dico quod Pater fuit, cum non eſſet Filius: & deinde quod ipſe poſtea de novo produxit Filium, qui fuit illi verbum, niſi quod creatus ſit & de novo productus. Deinde tradidit imperium huic Filio, qui Verbum ejus vocatur per conceſſionem: & ipſe fuit conditor cælorum & terræ, & omnium quæ inter ea ſunt: quemadmodum dicit ille, cujus potens eſt in ſancto ſuo evangelio (cui ſit gloria) verbum: *Data eſt mihi hodie poteſtas ſuper cælos & terram.* Matth 28.18. Et ipſe fuit eorum conditor ex ea quæ ipſi data fuerat poteſtate. Deinde quod illud Verbum corpus poſtea aſſumpſit ex Spiritu ſan-
C cto & ex Virgine Maria: factuſque eſt per illud unus Chriſtus. Chriſtus autem duas nunc habet ſignificationes, Verbum & corpus: quæ tamen ambo creata ſunt. Tum reſpondebat illico Alexander Patriarcha Alexandrinus, eique coram Concilio dicebat: Dic modo nobis, quem nos oportet ex tua ſententia potius colere: eum qui nos creavit, an eum qui nos non creavit? Reſpondit Arius: certe eum colere oportet, qui nos creavit. Tum dixit ei Alexander Pa-

triarcha: Si Filius ſit creatus, ut tibi videtur, A nos autem ille creavit; & tamen juxta te ex utraque parte creatus eſt, ut tu dixiſti; tunc magis tenemur Filium colere, qui creatus eſt, quam colere Patrem qui non eſt creatus. Sed & cultus Patris creatoris infidelitas erit; & cultus Filii creati, fides: quæ omnium opinionum eſt abſurdiſſima. Sancta igitur Synodus hæc a Papa Alexandrino dicta approbavit: Arii autem profeſſionem fœdam judicarunt: ejuſque opinio iis abſurda viſa eſt. Et una ſententia ſancta ſynodus in anathematizationem ejus ac ſegregationem conſentiebant: ac proinde eum anathemate percuſſerunt, & ſegregarunt, & maledixerunt, & excommunicarunt. Et neceſſarium modo effecerunt, ut hæretici pravis de religio- B ne opinionibus imbuti amoveantur, & anathemate percutiantur, & ſegregentur; non autem occidantur. Eum igitur Imperatoris juſſu ſegregabant, & uſque ad interitum ejus ſegregatus manebat. Interiit autem & mortuus eſt ex delapſu viſcerum ejus, quæ in ventre erant. Mors autem ipſius poſt anathema ei inflictum accidit: videlicet poſt duos propemodum annos, a quo ſegregatus fuerat. Deinde ab iſta eorum hora ac tempore, Spiritus ſancti ope prædicantes, divulgarunt veram ſanctamque fidei profeſſionem qua continetur: Filium ex eſſentia Patris eſſe, & e ſubſtantia ejus; Sic enim dixerunt:

*Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, cœli & terræ & omnium quæ videntur & C quæ non videntur, creatorem. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum, unicum Dei Filium, genitum ex Patre ante omnia ſæcula: lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero: genitum, non creatum, æqualem Patri in ſubſtantia: per quem omnia creata ſunt. Qui propter nos hominum cœtum, & propter noſtram ſalutem, de cœlo deſcendit, & corpus aſſumpſit ex Spiritu ſancto & ex Virgine Maria, & homo factus, & crucifixus eſt pro nobis tempore Pontii Pilati: & dolorem paſſus eſt, & ſepultus: & tertia die reſurrexit, ſicut ſcriptum eſt, & aſcendit ad cœlos: & ſedet ad dexteram Patris: atque iterum in gloria ſua veniet, ut vivos & mortuos judicet: cujus regni nullus erit finis. Et in Spiritum ſanctum.* D

Huc uſque pervenerunt, nec alia præterea commemorarunt: propterea quod nulla adhuc controverſiæ de Spiritu ſancto facta fuiſſet mentio. Tum demum in unam Spiritus ſancti ope ſententiam convenerunt, & anathemate percuſſerunt, & maledixerunt omnes qui dicunt, quod ad Filium, fuiſſe quando non erat.

In hoc etiam Concilio Patres hi Metrophanem Patriarcham ſuper urbem Conſtantinopolim ordinabant: quoniam nullus tunc temporis ſuper eam Patriarcha erat. Dictus autem Metrophanes Imperatoris juſſu ſuper eam conſtitutus eſt. In hac etiam ſynodo controverſiam de Paſchate diſcutiebant. Nonnulli enim eorum dicebant neceſſarium eſſe, ut Paſcha celebretur XIV. die E a novilunio, & quidem primo menſe, qui vocatur Niſan; ipſo nimirum die, quo Judæi juxta veterem legem Paſcha ſuum peragunt. Alii autem dicebant, non ita faciendum eſſe: propterea quod in veteri teſtamento legimus; *Cum dies azymorum ineunt, nihil inter vos fermenti invenietur: & apud quemcumque aliquid fermenti inveniatur, iſta anima ab eo demum tempore uſque ad æternum pereat*. Per hoc autem ſignificabatur infermentata natura Chriſti venturi, qui erat agnus Paſchalis mactandus; & lex no-

Exod. 12. 19

va ſelecta, quæ ejus diebus eſſet. Et omnes etiam poſt diſertas rei explicationes, & diſceptationes vehementes, & poſt perſpicuas probationes, in hoc demum conſentiebant, ut Paſcha Chriſti ipſo celebretur die, quo Dominus & Servator noſter Jeſus Chriſtus e mortuis reſurrexit. Is autem eſt feria prima, ſive dies Dominicus, qui Judaicum Paſcha ſequitur: cujus etiam exemplar videre eſt in computo, cujus ipſi per Spiritum ſanctum jecerunt fundamentum; ut quando Paſcha Judaicum incidit in diem Dominicum, qui terminus eſt feſti Olivæ, dicti Βαΐων hoc eſt, feſti palmarum, Paſcha Chriſtianum peragetur Dominico proxime ſequenti: vel cum Paſcha Judaicum in iſta hebdomade alio quovis die a Dominico Olivæ uſque ad magnum ſabbatum celebratur, Paſcha Chriſtianum peragetur Dominico, qui proxime eum ſequitur, quo Chriſtus, qui eſt Paſcha noſtrum, qui credimus reſurrexit. In illud itaque ſynodus conſenſit; & juxta hoc præſcriptus Paſchatis celebrandi ordo ſemper procedit. Hoc autem nobis per Spiritum ſanctum vitæ auctorem conſtituerunt. Quare Domino Deo & Servatori noſtro Jeſu Chriſto, ſit gloria, majeſtas, & honor, nunc & in æternum. Amen.

Porro hic ſequitur explicatio decretorum quæ conſtituerant ſancti Patres & ſpiritales Doctores, ſive ſynodus trecentorum octodecim epiſcoporum, qui in urbe Nicæa congregati ſunt ad impium & maledictum Arium expellendum, poſtquam iſtum anathemate percuſſerint, & ſegregarint, & expoſitionem ſanctæ & divinæ fidei inſtituerint, quæ in omnibus ſacris per totum mundum recitatur, omnibus qui Chriſtianiſmo initiantur & ritu baptiſmi. Et modo commemoravimus eos tres compoſuiſſe Canonum & ſtatutorum libros, ex iis quibus opus eſt fidelibus, & ſic quidem ſe res habet. Primus eſt, magnus iſte liber, qui ad hanc ſynodum refertur, quique hunc librum ſequitur; propterea quod multi ſunt in eo Canones, iique ex iis quibus opus eſt Chriſtianis Orientalibus; & tractant de terminis, intra quos præſules & ſacerdotes, & monaſteria, eorumque monachi & religioſi, & eremitæ ſe continere debent; & de omnibus quibus conſtringuntur ſacerdotes, in matrimonio eorum, &c. de conſtitutione Eccleſiarum, & quomodo ipſi adminiſtrare, & fideles in iis ſe gerere debent. Liber ſecundus hic præſens eſt, quem ſub manibus habemus, quo ſtatuta quædam definiuntur, ſuntque viginti canones. Tertius autem liber ad Reges refertur: eo quod omnia quibus opus eſt regibus, aliiſque qui iis ſimiles ſunt & æquales, in eo continentur. Congregabantur autem hi Patres anno DCXXXVI. æræ Alexandri, menſe Haziran, anno XVII. imperii Conſtantini Imperatoris, qui in epocha a patre noſtro Adamo computata, cum anno quinquies milleſimo octingenteſimo octavo continet: idque in præſentia beati Imperatoris Conſtantini, qui etiam conventui eorum præerat. Propitius ſit ei Deus per ipſorum preces. Amen. Hæc autem Spiritus ſancti ope facta ſunt. Porro menſis hic commemoratus Haziran, idem eſt qui Græce vocatur Julius. Gloria Domino noſtro in æternum. Amen

## Canon I.

*De caſtratione & circumciſione.*

Quicumque ſe caſtraverit aut circumciderit propter morbum qui iſto in loco ei accidit, & medici hoc ei præcipiunt, aut hoſtis aliquis eum vicit, & vi caſtravit vel circumcidit; in miniſterio altaris conſtituatur, ſi ſponte hoc cupiat, aut ab aliis eligatur, & eo dignus ſit: quin & ad gradum etiam præſulatus evehatur: nihil enim in eo mali, nihil impedimenti eſt. Sin hoc ſponte fecerit, iſtud eligens, ſibique gratum habens, cum ſano ſit corpore: de hujuſmodi quidem viro præcipimus, quod ſi ex altaris ſit miniſtris, ſacerdotio ſuo deponatur: & ſi ſit laicus fidelis, ſegregetur: propterea quod ſibimet ſit hoſtis in eo quod Deus eum creavit. Et hoc de iſto dicimus, qui circumciſionem aut caſtrationem ſibimet machinatus eſt, eamque ſua voluntate cupit. Qui autem aliam quam noſtram religionem coluit, & hoc vitæ inſtitutum elegit, illudque ſua ipſius voluntate factum eſt, ac poſtea baptizatus fuerit, & conſtans in eo pietas apparuerit, una cum abſtinentia a vetito, & bonis operibus, & dignus fuerit ſacerdotio, ordinetur, nemine impediente; cum in eo orthodoxa fides & bona opera eluceſcant, eoque dignus videatur: quod enim ab eo factum eſt, in priore ipſius religione falſa fuit

## Canon II.

*De eo qui recens factus eſt Chriſtianus, & fit ſacerdos.*

Quandoquidem nonnullos vidimus, qui neceſſitate ex ſe vel ex populo Eccleſiæ coacti, ſacerdotes faciunt, illoſque ſacerdotii gradum ſtatim ingredi urgent, cum ſanam noſtram fidem vixdum ingreſſi ſunt; & ſic etiam cum baptizati fuerunt, poſtquam exiguo tempore eruditi ſunt; priuſquam voluntas eorum ac intentiones exquiſite cognoſcantur: mandamus ut ab hoc demum tempore nihil iſtiuſmodi fiat. Oportet enim ut longo certoque tempore admoniti ſint, & ad religionem excitati, uſque dum fidei eorum ac intentionum integritas cognita fuerit. Et cum illi poſt admonitionem & excitationem baptizati ſunt, & id quod requiritur, ab iis cognitum eſt; oportet etiam ut converſatio eorum perſpicua experientia probetur. Divinus enim Apoſtolus ille Paulus ſic dicit: *Non oportet ut ſacerdos fiat, qui recens eſt in religione ſua, aut in lege; ne ſui admiratione ſuperbia inflatur, & fit e ſociis ſatanæ*, quem ex præfecturæ ejus magnitudine ſuperbia ac inſolentia ſubierunt, *& in malum ejus laqueum incidat*. Si vero multo ei temporis elapſo, tunc demum peccatum animale, non corporale in eo perſpicue deprehendatur, veluti infirmitas, aut neglectus ipſi incumbentis officii, aut hæreticorum, id eſt, contradicentium opinionis conſectatio; in nullo prorſus e ſacerdotii gradibus conſtituatur; vel ſi in eo recens modo conſtitutus eſt, eo deponatur. Quicumque autem noſtro hac in re decreto contradixerit, & præter ea quæ conſtituimus facere auſus fuerit, aut ſancto huic magnoque Concilio ſe oppoſuerit, injuriam quidem ſacerdotio fecit, eique detrimentum attulit. Et cum hoc iſti crimen adhæreat, propterea condemnatur, & a ſynodo noſtra expellitur, iſtique in poſterum nihil erit nobiſcum prorſus commercii in religionis noſtræ myſteriis, & ſancta hæc noſtra ſynodus eum in perditionis foveam detruſit.

## Canon III.

*De cohabitatione cum mulieribus.*

Præcipit magna ſynodus, ut quicumque fidelis eſt, & cum extranea ſibi muliere innupta ſine marito, aut virgine cohabitat, ſegregetur: cum quod iniquum eſt ſibi propoſuerit, vel concupiſcentia in eam laboraverit, & eidem ſe expoſuerit. Iſtud autem nequaquam licitum eſt. Quoniam nos præcipimus ut tales una cum ſegregatione etiam prohibeantur: & prohibemus conſortium eorum, & confabulationem, & familiaritatem cum iis: atque etiam ut nec epiſcopus, nec presbyter, nec diaconus, nec monachus, nec qui cœlibatum profeſſus eſt, (hæc faciat,) niſi ſit mater ejus, aut ſoror ejus, aut matertera ejus, aut amita ejus, aut filiæ earum cum ipſis priventur, nempe filiæ fratris, aut filiæ ſororis ejus, nec aliæ ab iis ex proximis cognatis, aut quæ illis propinquitate ſimiles ſunt, quæ propinquis ſuis prohibentur, quarum conſortium averſatur animus, ob arctam quæ inter illos eſt cognationem: ut ſint immunes ab omni ſuſpicione, & fides fidelium per ſacerdotes non diminuatur, nec multi ab iis ipſorum cauſa diſcedant. Et ſic commatres etiam ab iis longius abſint, nec prorſus ad eos appropinquent. Maledictus enim ſatanas hujuſmodi rebus pugnare ſolet, propterea quod bene novit eam (commatrem) in Deo propinquam eſſe; eoſque tam ab illo, quam a ſacerdotali ipſorum gradu, removere flagitat.

## Canon IV.

*De eo qui epiſcopus fieri cupit.*

Cum quiſpiam epiſcopum conſtituere animo habuerit, quando is ſuper regionem, aut civitatem, aut pagum, ſub Metropolitano conſtitui petit: oportet ut ad conſtitutionem illius ſynodus epiſcoporum provinciæ, qui circa eum ſunt ſub poteſtate metropolitæ ejus, aut Patriarchæ, congregetur: vel ſi illud iis difficile fuerit, ob notam aliquam neceſſitatem; aut res iis moleſta fuerit ob viæ timorem, aut locorum diſtantiam: tres omnino epiſcopi ad eum conveniant, vel duo, vel unus ſaltem neceſſario. Cum autem Patriarcha eſt qui eum ordinat, ille his omnibus ſuperior erit, ut qui magnus eſt ille Pater, quem nulla obtrectatio attingat. Poſtquam epiſcopi provinciæ ad metropolitam aut Patriarcham ſcripſerunt, quod ipſi eum ſibi gratum habent; & quod qui ordinatur, notus ſit in presbyteratu olim fuiſſe; & omnes provinciæ epiſcopi nihil mali de religione ejus dici poſſe, eumque idololatram non eſſe, nec diabolis ſacrificaſſe cognoſcunt, ut paulo ante diximus; & ab eo tempore illum epiſcopum perfectum conſtituat. Cum autem populus provinciæ eum ſibi præponi poſtulent, Metropolitano licet illum iis ordinare. Quin etiam cum Patriarcha conſtituendus eſt, electio ejus ad throni ſui populum pertinet, & ad omnes Metropoli-

politanos & epiſcopos ſuos, qui ad conſtitutio- A nem ejus præſentes adeſſe debent: & quicumque ex iis non adfuerit, & a ſynodo ſe ſeparaverit, litteras ſcribat indicantes, quem ſibi præponi velit. Et cum quocumque ita ſe res habuerit, nullus e laicis, nec e ſacerdotibus ei adverſetur, propterea quod ipſorum voluntate conſtitutus eſt. Hoc autem ei ſit poſt probatam ſinceram ipſius religionem, & conditionem de ſe præfinitam, quod jura ad ſe pertinentia, & provinciæ cui præficitur inſtituta conſervabit, & alia non introducet inſtituta eorum loco, quæ alius e præſulibus præcedentibus ante eum ſtabilivit. Siquidem Apoſtoli electi de integritate religionis caverunt, & antiqui Patres ſimiliter: ne populi ad extraneas a nobis B religiones, quas ante commemoravimus, redirent: & iſtud quidem ita aliquando fuit, noſque illud cognovimus & vidimus: ſed inſpiciatur in poſterum, & in iſtud omni tempore inquiratur.

## CANON V.

*De iis e ſacerdotibus aut laicis, qui Eccleſiam ingredi prohibentur, & ab una provincia ad aliam migrant.*

Si quis abſtinuerit ab Eccleſiæ ingreſſu & fidelium conſortio, aut ſi quis ſacerdos abſtinuerit ab ingreſſu ad altare: ob iſtud objurge- C tur, & ab eo, quantum fieri poteſt, cohibeatur: & in rem, ut par eſt, inquiratur, donec ejus in hac re animus perſpectus fuerit. Et ſi quis controverſiæ prætextus inter eum & alium hominem fuerit, arbiter inter eos intercedat, remque eorum componat: in ſua autem ſententia non relinquatur, ne ob illud ſit ſcandalum in religione. Unus autem epiſcopus ne recipiat virum, quem alius epiſcopus excommunicavit: ſed in cauſam ejus inquirat. Fortaſſis enim obſtinatio eum ad hoc impulit, aut improba quædam ſimultas eum huc incitavit, ut Eccleſiam nimirum derelinqueret, vel epiſcopus ei præpoſitus eum caſtigavit, quod corde ſuo ægre tulit: aut epiſcopus eum ad miniſterium aliquod D obeundum coegit, cui impar fuit: aut poſtquam parum boni & multum mali in illo epiſcopo, aut parum religionis in eo, ſed multum contemptus ejus in ſeipſum viderit; procul eo abeſſe cupivit. Cumque epiſcopus eum hoc modo ſe gerere intellexiſſet, prætextum in negotio ipſius efficere voluit, eumque Eccleſia expulit, ne ipſum ob peccatum ſuum reprehenderet; aut propter aliam, quæcumque ex omnibus iſtiuſmodi rebus accidat, cauſam; hæc enim ab hominibus ſæpe fiunt. Cumque rem ita ſe habere viderimus, ſtatuimus ut omnes provinciæ Epiſcopi ad Metropolitanum, aut ad Patriarcham ſuum congregentur, idque bis in quovis anno: cumque congregati ſunt, in o- E mnes iſtiuſmodi res inquirent, atque etiam in alias, quæ coram ipſis in ſynodo producentur: ut negotium ab illis unanimi conſenſu peragatur. Quoniam Dominus noſter Chriſtus, cui ſit gloria, dicit, *Quando duo e vobis aut tres in nomine meo congregati ſunt, ego etiam ibi ſum.* Cumque congregati fuerint, juxta quod ſtatuimus, & manifeſto res contra unum eorum, ſive epiſcopum, ſive adverſarium probata fuerit; ſi adverſarius injuria affecit epiſcopum, ſumme & exquiſite caſtigetur, & ab ingreſſu in Eccleſiam & a fidelium conſortio repellatur. Sin Epiſcopus hominem injuriam affecerit, ſeque ſupra eum extulerit, eumve oppreſſerit; ſtatu quo eſt ne relinquatur, neque hoc in ejus ſit poteſtate; & propterea caſtigetur ſecundum quod nos definivimus; & ſynodus eum reprehendat, eumque de peccato ſuo admoneat. Et ſi ipſe iſtud confeſſus fuerit, ei condonetur: ſin id malevolentia & vehementi indignatione fecerit, quo mentem ſuam ſedet; gradu ſuo, id eſt, præſulatu omnino excidat. Termini autem quibus anno quovis currente celebrandæ ſunt hæ ſynodi, hi ſint. Prima nimirum ſynodus habeatur ante ſanctum jejunium, poſt feſtum ωτα dictum, hoc eſt, feſtum Epiphaniæ. Secunda autem ſynodus celebretur, poſt feſtum glorioſæ Crucis, videlicet in autumno. Eas autem iſtis temporibus fieri hic conſtituitur, ea quidem ratione, ut pax & concordia inter præſules, & ſacerdotes, & populum conſervetur: ut omnis tranſgreſſor ac hæreticus, qui orthodoxæ religioni contradicit, puniatur. Et prima quidem tempeſtas, quæ eſt ante magnum ſanctumque jejunium conſtituitur, ut pax ſit atque amicitia inter cœtum, quemadmodum diximus; ſintque in cordibus ſuis a diabolicis cogitationibus puri, & Angelorum ad inſtar cordibus purorum ſanctificati, & odia in ſancto jejunio ex Eccleſia Dei tollantur, & ſic puras Deo oblationes offerant. Secunda autem tempeſtas, quæ eſt poſt feſtum Crucis, ſynodo celebrandæ idcirco deſtinatur; quia tunc autumnum, & hyemem, & multos morbos, & peſtilentiam letalem futuram exſpectant; & hæc amicitia, & pax, & munera, & malorum amputatio ante mortem erunt: ut Chriſto obviam eant, cum ipſi puri ſint cordibus, & corporibus impolluti: ut digni ſint qui miſericordiam ab eo & remiſſionem accipiant, atque a judicio gravique ſupplicio liberentur.

## CANON VI.

*De ordine civitatum & provinciarum, atque primatu aliarum ex iis ſuper alias.*

Antiqua conſuetudo, quam nos memoramus, quamque antiqui Patres commemorarunt, obtineat apud omnes qui ſunt in Ægypto & Lybia & Pentapoli, ſive Barca & Giebala, & reliquis iſtius civitatibus, quæ Epiſcopi Alexandrini poteſtati ſubjiciuntur: & neceſſe eſt ut ei morem gerat, & ipſe ſuper omnes eorum poteſtatem habeat, propterea quod ille præſes eſt ſuper ſynodum. Quemadmodum etiam epiſcopus Romæ huic conſuetudini adhæret, & ei quoque neceſſarium eſt, ut poteſtatem habeat ſuper regiones ac provincias ejus, & quidquid etiam ei (Romæ) adjacet: ut ei ſit principatus ſuper ſynodum in loquendo & præcipiendo ſuper omnes iſtos præſules, atque in ſedendo etiam ſuper eos. Et ſic etiam ad præfectum Antiochiæ pertinet, ut ipſe præfecturam habeat ſuper univerſas ipſius provincias, & ſub ejus ſint poteſtate centum quinquaginta tres epiſcopi & metropolitani; quoniam præfectus eſt regioni Perſiæ & Orientis. Sic etiam metropolitani præferantur omnibus ſuis epiſcopis. & epiſcopus ne fiat ſine juſſu metropolitani, & deſiderio ipſius ac voluntate. Quod ſi quis aliter tactus fuerit, modo præcipimus, & viſum eſt ſynodo, ut omnino non ſit; & ut ſynodo ejiciatur, niſi Pa-

Patriarcha negotium ejus ſuſceperit, ut cui principatus eſt ſuper ſynodum. Et quicumque epiſcopus fiat juxta quod præcepimus, voluntate Metropolitani, & volnntate ſynodi: & ſi de negotio ejus tumultus aut controverſia in populo & hominum turba oriatur, reſpectus habeatur ad majorem & illuſtriorem hominum partem & eorum in negotio ejus ſententia admittatur: & ſupra thronum relinquatur, aut throno moveatur, cum eum ſibi non gratum habet populus provinciæ, & ei adverſatur, aut aliter ſe gerit. Et hoc inſtitutum ſemper obtineat.

## CANON VII.

*De honore epiſcopi Hieroſolymitani.*

Quandoquidem antiqua obtinuit conſuetudo de magnifaciendo epiſcopo Hieroſolymitano, eoque honorando; hoc ei permaneat, dummodo ipſe Metropolitano, ad quem thronus pertinet, honorem, & primatum, & poteſtatem, & reverentiam ſuam conſervet: quoniam ille dignior eſt principatu, quem etiam habuit, ut pote qui ἔξαρχος fuit. Siquidem Patriarcha ſuper ipſum thronum conſtitutus eſt, atque eo etiam nomine honoratur, ob nobilitatem locorum, quæ ſub eius ſunt poteſtate. Et hoc notum fiat.

## CANON VIII.

*De hæreſi imbutis, qui vocantur[a] Hæretici: ſuntque certi quidam homines, qui pœnitentiam ab eo qui a peccato ſuo convertitur, non admittunt. Et ſunt iſti, quos vocant ſegregatores eorum, quibus nulla eſt ſpes.*

[a] Forte, Cathari.

Non admittetur iſtorum, qui ſegregatores dicuntur, pœnitentia; niſi ſit ſub conditione ab iis ſignata: quoniam nonnulli ex iis ad ſanctam Eccleſiam accedere, & in populi ejus cenſum referri cupiunt. Et quoniam ſpe remiſſionis peccatorum a Deo exciderunt, ſuntque diſcipuli Satanielis; nobis propterea de iis viſum eſt, ut ſacras ſcripturas confiteri perpetuo cogantur, & omnia Eccleſiæ Catholicæ dogmata recipiant. Et recipient etiam pœnitentiam ab eo qui duas uxores duxit, & cum iis congreſſus eſt, modo ab opere ſuo redeat, & ab iſto revertatur, ſive per mortem unius ex uxoribus, ſive per ejus repudiationem unius earum, & conſortium cum ejuſmodi viris inibunt, cum ſinceram agunt pœnitentiam: & ſocietatem etiam conjungent cum iis, qui religionem perſecutionis & diſperſionis temporibus propter infirmitatem ferre non poterant, & ab eo revertuntur, idque confitentur, & in communionem venient cum iis qui fidem denegarunt Iſti enim dixerunt, nemini remiſſionem fore peccatorum quæ commiſit; ſeque puros eſſe, atque a peccato conſervatos. Deum etiam prædicarunt non eſſe condonatorem peccatorum. Hoc autem ſignum eſt blaſphemiæ & infidelitatis; ſiquidem hæc ſunt nomina Dei, miſericors, propitius, condonans peccata, & acceptam habens pœnitentiam, & ſub his nominibus ſe honoremque ſuum deſcripſit: cui ſit gloria & laus. Sin hi confeſſi fuerint quodcumque Eccleſia vult, deſiderat, & facit, tunc qui ex eis presbyter fuit, aut diaconus ordinationem denuo recipiat. Si autem in vicis aut in locis quibuslibet ad eos pertinentibus, in quibus conveniunt; aut etiam in

A Eccleſiis ipſorum conſtituti fuerint, in iiſdem permaneant, ſtatu quo fuerant; dummodo Epiſcopo iſtius loci obedientiam præſtent. Qui autem ex iis epiſcopus fuit, gradu ſuo decidat: hoc eſt a gradu epiſcopali ad presbyterialem deponatur; niſi loci iſtius epiſcopo viſum fuerit eum nomine epiſcopi honorare, & ſuper iſtos presbyterum præfectum conſtituere. Sin hoc non voluerit, nec admiſerit, eum chorepiſcopum, hoc eſt, epiſcopum vici conſtituet: ne opinio de nobis concipiatur, quod præcipimus ut duo eſſent ſuper unam civitatem, aut unam eccleſiam, aut unum populum epiſcopi, quorum uterque poteſtatem habeat.

B

## CANON IX.

*De eo qui ſit presbyter ſine inquiſitione in eum, nec fuit antea ordinatus in diaconatu, aut alio Cleri gradu.*

Quicumque presbyter conſtituitur ſine examinatione aut diſquiſitione in eum, aut fuit extraneus ſive incognitus in iſta provincia; nec priorem habuit ordinationem ante iſtud tempus quo conſtitutus eſt; & de diverſis criminibus magniſque peccatis ſuſpectus, priora ſua peccata confeſſus fuerit; eaque ex iis ſunt peccatis, quæ ipſorum reos excommunicationi ſubjiciunt, & pro quibus ſevera illi opus eſt pœnitentia;
C cujuſmodi ſunt, duas vel tres uxores ducere, aut eam quæ a viro diſceſſit, vel qui Deum blaſphemavit, aut hæreticus antea fuit, aut etiam idolis ſacerdos fuit, aut qui ſacrificia iis immolavit, aut oblationes obtulit, aut ſuffimenta iis adolevit, aut aſtrologus fuit, aut hariolus, aut divinator, aut incantator, aut etiam qui magia, augurio, & divinatione uſus eſt, vel alia aliqua re a nobis prohibita. Qui igitur hoc modo factus fuerit presbyter, ſtatuta noſtra eum non admittent: quoniam ſancta Apoſtolica Eccleſia nullum admittit, niſi qui integer vitæ ſceleriſque purus, & a culpis omnibuſque his criminibus immunis eſt: niſi forſitan hujuſmodi peccata ab eo perpetrata fue-
D rint, priuſquam religionem atque ordinationem amplexus eſt. Et hæ res de novo conſtitutæ ſunt.

## CANON X.

*De eo e ſacerdotibus, qui metu pœnæ ab infidelibus Chriſtum abnegavit, & poſtea reverſus ad ſacerdotium ſuum reſtitui cupit.*

Quicumque ſacerdos Chriſtum abnegavit, ſive quod ſtatuta Eccleſiaſtica ignoravit, vel quod infirmus fuit: vel etiam religionem vilipendit; aut deſpectui habuit eum qui ipſum in gradu iſto ordinavit, ſive is novit iſtum, ſive igno-
E rans eum non repudiavit; hoc canonibus & legibus detrimentum non affert; verum deponetur cum hæc quæ commemoravimus de eo cognita fuerint. Si autem religioſus fuerit, excuſatione dignus in iſta re, apud Deum & apud homines, in ſtatu ſuo relinquatur.

CA-

A

## Canon XI.

*De laicis qui Chriſtum abnegarunt.*

Quandoquidem nonnulli e laicis ſine duritie, & ſine oppreſſione, & ſine violentia, & ſine facultatum ſuarum ablatione, & ſine comminatione pœnæ, & ſine metu etiam alicujus damni, Chriſtum abnegarunt; quemadmodum Licinii Imperatoris tempore factum eſt: viſum eſt nobis, ut hoc iis interdicamus, eoſque recipiamus, cum ſincere reſipiſcunt, & pœnitentia facti manifeſto ducuntur. Et quamvis non digni ſint qui recipiantur, & vix congruum nobis videatur, ut eos recipiamus; tamen miſericordia in eos commoti mandamus, ut tres annos inter laicos audientes tranſigant: Et ſi fideles fuerint religione ſani, ſeptem etiam annos cum ſubſtratis: tunc duos annos communionem habebunt cum populo in Eccleſiam introeundo, & in precibus: ita tamen ut ſancta myſteria non participent. Poſtea autem inter veros, puros, proboſque fideles recenſebuntur. B

## Canon XII.

*De eo qui abſtinentiam a mundo profeſſus eſt, eique renunciavit, & monachus factus eſt: poſtea autem retroverſus, religioſam vitam relinquit, & ad mundum redit.* C

Quicumque, Deo ei propitio adſiſtente mundum reliquit, & ad abſtinentiam ab eo propere ſe contulit, eique renunciavit; & omnes cupiditates ejus, & lucra etiam atque opera abdicavit, & monaſticam vitam agere, Deoque ſervire, & ſe ab aliis ſeparare expetivit: poſtea autem, relicto Dei cultu, ad eadem in mundo regreſſus eſt, a quibus abſtinuerat: quemadmodum canis ad vomitum ſuum redit; uſque adeo ut nonnulli eorum pecunia demulſerunt, & muneribus magnates provinciæ eo corruperunt, ut non punirentur ob ea quæ fecerant: utique nos mandamus, ut in gradu ſubſtratorum ſint decem annos: at ante illud cum audientibus tres D alios annos manebunt. Et poſt illud, oportet, ut in res ipſorum & converſationem etiam inquiratur, & ipſi examinentur: & ſi ſinceram, bonam, puramque pœnitentiam egerint, & malum exitum timuerint, & duritiem atque expulſionem iis impoſitam patienter tulerint, cum intentione ad priſtinum abſtinentiæ ſtatum revera & non verbo tantum redeundi; poſtquam caſtigati fuerint, recipiantur, & cum fidelibus conſortium habeant in precibus. Totum autem hoc negotium Epiſcopo provinciæ, cui ipſi ſubjacent, committimus, ut cum clementia & miſericordia eos tractet: & ſi eos dignos viderit, aliquid de tempore definito iis detrahat: ſin res aliter ſe habuerit, antequam reſipuerint, E idque hypocritice fecerint, ſine intentione aut adhibita pœnitentia, cum ſubſtratis & audientibus tredecim annos maneant, juxta quod præcipimus.

## Canon XIII.

*De eo qui excommunicatus eſt & incidens in letalem morbum Euchariſtiam ſibi concedi cupit.*

Quicumque vicinus morti eſt, dum inter pœnitentes recenſetur, tuncque offerre cupit; ne ab eo prohibeatur, cum ad deſperatum ſtatum adductus eſt. Si autem morbo iſto levetur, in precibus tantum cum eo communicetur, & ad pœnitentium gradum ne revertatur. Et in ſumma mandamus, ut quicumque animam agens offerre cupit, epiſcopus & presbyter hoc ei indulgeat, cum bonum ei propoſitum eſt. Nam Dominus noſter Jeſus Chriſtus miſericordia commotus peccatores admittit, & peccatis ignoſcit.

## Canon XIV.

*De iſtis e catechumenis, & admonitis, qui Chriſtum abnegarunt, & reverſi ſunt.*

Viſum eſt magnæ ſanctæque ſynodo, ut quicumque ex iſtis catechumenis fidem abnegarunt, cum ad nos convertuntur, in audientium gradum reducantur, & cum iis maneant tres annos: poſtea ſe catechumenis immiſceant.

## Canon XV.

*De eo quod non oportet ſacerdotem ab una ad aliam Eccleſiam migrare: nec præſulem etiam idem facere.*

De tumultibus, contentionibus, aliiſque malis, quæ inter ſacerdotes in Eccleſia oriuntur, & presbyteri, diaconique propterea locis ſuis emigrant: præcipimus, ut corrupta hæc conſuetudo præcidatur: propterea quod rectis inſtitutis in Canonibus Dei legibus adverſatur. Et nullus epiſcopus eos ab altaribus ſuis ſuper quæ conſtituti ſunt, ad aliud inique transferat: & quicumque hoc auſus fuerit, Synodus provincialis eum anathemate percutiet. Præcipimus etiam, ut nec epiſcopus ipſe, nec presbyter, nec diaconus tranſiliat, nec migret e loco cui præpoſitus eſt, & nominatim aſſignatus, in alium, non ſua nec alterius voluntate. Si quis autem huic ſtatuto repugnaverit, poſtquam a nobis mandatum fuit, & ab uno ad alium locum tranſilierit; ei injungimus ut ab opinione ſua recedat, & ſe ſubmittens ad locum ſuum redeat; & ne audeat Eccleſiæ repugnare, & legem noſtram atque prohibitionem tranſgredi: nec enim ſecurus erit a malo exitu a Deo immittendo, nec ne ab hominibus male illi cedat. Nos enim eum ſanctæ ſynodo ejuſque anathemati modo ſubjicimus: & ira Dei ſuper eum cito deſcendet.

## Canon XVI.

*De eo qui ſacerdos etiam in Eccleſia aliqua conſtitutus eſt, & poſtea ab ea ad aliam migrat: & de eo qui iſti in ea re adhæret.*

Quicumque præſul præſumpſerit ex ignorantia ſua contemnere canones eccleſiaſticos, & illud quod

quod nos etiam definivimus, aut præ defectu A timoris Dei; adeo ut mandatum noſtrum, & Spiritum ſanctum in nobis loquentem deſpectui habuerit, & auſus fuerit presbyterum aut diaconum ab una eccleſia ad aliam transferre, aut eum a diaconatu ad presbyteratum promovere, in alio quam quo conſtitutus fuerat loco, & præcipue ſi alius fuerit in illa eccleſia præſul, atque hoc fecerit illum prætermittens, & voluntatem ſuam ſtabilire quærens: iſte ſacerdos in altera eccleſia omnino non recipiatur, ſed ſub pœna gravis anathematis ad locum ſuum redire cogatur. Et ſi aliud ei ſacerdotium collatum fuerit, ab eo deponatur ipſe, & qui eum ordinavit, ob injuriam & ignorantiam ſtatutorum ſanctæ eccleſiæ; & ad priorem ſuam eccleſiam B redeat. Quod ſi redire noluerint, a filiorum eccleſiæ ſocietate arceantur. Et ſi quis præſulum jus alterius, quod ei licitum non eſt, ſibi arripere auſus fuerit, & illum conſtituerit ſacerdotem in alia aliqua etiam ex ſuis eccleſiis, ſine conſenſu epiſcopi a quo migravit; ſciat iſte ſacerdotium ſuum irritum fieri, eique in miniſterio ſuo perſiſtere non licere.

## CANON XVII.

*De ſacerdotibus, qui uſuram accipiunt.*

Quandoquidem multi e ſacerdotibus, hujus mundi turpiſque lucri concupiſcentiæ avide nimis C ſe addicunt, & obliti ſunt verbi quod in libro Dei, cui ſit gloria, dicitur: Non oportet eos, qui in Dei excelſi, domo habitant, pecunias ſuas in fenus dare; & ab iis propterea, quibus pecunias ſuas mutuo dederunt, præter portionem ſuam, id eſt, pecuniæ ſuæ ſummam, incrementum etiam exigunt: magnum ſanctumque Concilium præcipit, quod ſi quis ſacerdos, aut miniſter Eccleſiæ, aut aliquis iis inferior, pecunias ſuas fenori dediſſe, & quod a nobis de eo ſtatutum eſt tranſiliiſſe, aut alio in hac re actu uſum fuiſſe, aut pro dimidio uſuræ rem compoſuiſſe; aut aliquid aliud turpis, impuri, vetitique lucri gratia cogitaſſe poſt hanc diem deprehenſus fuerit, ſacerdotum numero D ejiciatur, & abdicatus ſancta Dei Eccleſia expellatur.

## CANON XVIII.

*De præſtantia presbyteri ſuper alios.*

Ad magnam ſanctamque ſynodum pervenit, quod in nonnullis locis atque etiam civitatibus, ſenior aliquis, priorque diaconus tranſgreſſus ſit; & Euchariſtiam presbytero annis juniori dedit, idque propter ſuam ſenectutem, & presbyteri juventutem. Hoc autem prorſus illicitum eſt. Neque enim ei qui Euchariſtiam non ſanctificavit, nec eam ſanctificandi poteſtatem E habuit, illam presbyteris dare licet, qui purum illud ſacrificium conſecrant, quod divinum eſt myſterium corporis ſanguiniſque honorandi, Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Ad magnam etiam ſynodum pervenit, nonnullos diaconos Euchariſtiam, epiſcopi inſtar & presbyteri, manibus ſuis accipere. Quam malam conſuetudinem relinqui mandamus: atque etiam ut diaconi intra limites ſuos ſe firmos contineant: nec tranſiliant quod iis adſignatum eſt, nec quod iis definitum. Et ſciant ſacerdotes, quod ordo ipſorum ſimilis eſt ordinibus cœleſtibus, qui ſunt Angeli, & quod epiſcopus inferior eſt metropolita, & metropolita inferior Patriarcha: & quod presbyter inferior eſt epiſcopo, eoque humilior gradu, & diaconus gradu eſt humilior presbytero. Quare præcipimus quod diaconi ſanctam Euchariſtiam non accipiant, præterquam a manu epiſcopi aut presbyteri, quoniam iis inferiores ſunt. Neque etiam diaconi ſibi invicem Euchariſtiam dabunt: ſed epiſcopus aut presbyter iis illam impertietur, nec iis licebit coram presbytero in divino miniſterio ſedere: quia hoc contra canones Eccleſiæ eſt, atque leges ejus. Qui autem tranſgreſſus fuerit unum ex his ſtatutis, & auſus fuerit contra quod decrevimus, gradu ſuo decidat.

Nunciatum eſt etiam ſanctæ magnæque ſynodo, quod quibuſdam in locis diaconi nonnulli contumaciter ſe gerunt; quoniam ſanctam Euchariſtiam ſuis manibus presbyteris dare auſi ſunt. Hoc autem nec canon nec lex requirit. Neque enim dare poteſt Corpus Domini noſtri Jeſu, niſi qui illud conſecravit. Sed & (nunciatum eſt) præterea, eos Euchariſtiam etiam accipere ante epiſcopos & presbyteros. Hæc autem omnia nos reſcindimus modo atque abolemus: & mandamus, ut diaconi intra limites ordineſque ſuos ſe firmos contineant: ſciantque ſe miniſtros in ſancto altari eſſe epiſcopo & presbytero: & ſi iſti legem hanc noſtram tranſgreſſi fuerint, anathemate percuſſi ſunt, & a ſynodo per præceptum noſtrum & judicium expulſi.

## CANON XIX.

*De iis qui a Paulo Samoſateno hæretico ad noſtram religionem accedunt.*

Viſum eſt ſanctæ ſynodo, ut ſtatutum & canon fiat de iis omnibus, qui Pauli Samoſateni hæreſi imbuti ſunt: & ab ea decretum eſt, ut ſi quis ex iis ad nos acceſſerit, denuo baptizetur: quoniam baptiſmus eorum nihil eſt, nec recte conſtituitur. Et qui ſacerdotes etiam ex iis fuerunt, cum ad nos redeunt, nihili a nobis habetur ſacerdotium eorum, propterea quod non recte conſtitutum eſt: quoniam inveſtitura eorum corrupta eſt, & matrimonium etiam immundum: & non decet ut res ipſorum divulgentur. Et quicumque ex iis ſincere & humiliter ſeſe geſſerit, poſtquam baptiſmum a nobis acceperit, ſacerdotium etiam ab epiſcopo in Eccleſia Filii Dei viventis recipiat. Quod ſi inquiſitum poſtea in eos fuerit, & compertum eos vitioſos eſſe, & lapſos, & ad priſtinas etiam impuritates redituros, & turpia in iſtis opera reſidere, ex iis quæ reos ipſorum ſegregationi ſubjiciunt; quale eſt matrimonium cum cognatis initum, cum matribus, materteris, & amitis, & earum filiabus; & cum uxoribus patruorum & filiabus eorum, & cum uxoribus avunculorum, & earum filiabus: ſed iſti etiam multas habent concubinas, & in matrimonium ducunt commatres ſuas, & commatrum ſuarum filias: & cum aliquis eorum feminam, quæ virgo eſt, ducit, eam liberam dimittit, ut exeat quocumque velit, & ſibi eligat virum qui rem cum ipſa habeat ſeptem dies, & poſtea ad maritum ſuum redeat: & hæc quidem omnia ſunt hæreticorum opera. Et quicumque aliqua ex hiſce

ſce

ſue rebus et vetitis tenetur, eamque ſæpius agit, A gradu ſuo rurſus etiam deponatur. Hæc autem ſtatura injungimus etiam diaconis, ceteriſque Eccleſiæ viventis Dei miniſtris. Sed diaconiſſæ inter moniales, eo quod in habitu tantummodo conſtituuntur, & ſacerdotium ſibi collatum non habent, pro laicis habeantur, & ſic etiam moniales, quæ religioſam vitam ſuſceperunt.

CANON XX.

*De adoratione iis diebus quibus non perfectam, ſed tantum dimidiam invocationem fieri oportet.*

Quandoquidem ad nos pervenit, nonnullos B diebus Dominicis, & a Paſchate ad feſtum dierum quinquaginta, ſive pentecoſten, adorare ſe humiliantes: in mandatis damus ut una eademque in omnibus locis & provinciis conſuetudo obtineat: & ut homines illis diebus omnino non adorent, ſe ad terram uſque humiliantes: ſed adorent per flexionem tantummodo, & inclinationem capitis, & in illis lætitiæ diebus Deo preces offeramus ſtantes, & ſumma lætitia geſtientes; quoniam iſti dies ſunt gaudii & hilaritatis. Domino noſtro gloria in æternum.

*Finiti ſunt Canones ſanctorum patrumque* CCCXVIII. *Patrum; & numerus eorum eſt viginti Canones: qui etiam ex magnis breves facti ſunt. Laus Deo in ſecula ſeculorum.*

# SYNODI NICÆNÆ EPISTOLA

## AD SILVESTRUM PAPAM.

a [illegible]

Epiſtola hæc a Surio primum edita fuit ex vetuſto libro Colonienſi, quæ reperitur etiam in antiquis codicibus manuſcriptis Creſconianæ collectionis, ſed ubique valde corrupta.

*Beatiſſimo papæ urbis Romæ cum omni reverentia colendo Silveſtro, Oſius epiſcopus provinciæ Hiſpaniæ civitatis Cordubæ, Macarius epiſcopus eccleſiæ Hieroſolymitanæ,* * *Victor & Vincentius presbyteri urbis Romæ ordinati ex directione tua.* *

QUoniam omnia * corroborata de divinis myſteriis eccleſiaſticæ utilitatis * quæ ad robur pertinent ſanctæ eccleſiæ catholicæ & apoſtolicæ, ad ſedem tuam Romanam explana-D ta, & de Græco redacta ſcribere confitemur: nunc itaque ad * veſtræ ſedis argumentum accurrimus roborari. Itaque cenſeat veſtra apoſtolica doctrina, epiſcopos totius veſtræ apoſtolicæ urbis in unum convenire, veſtrumque habere* concilium, ſicut docet myſtica veritas; * ut firmetur noſtra ſanctimonia, graduſque fixos, vel textus ordinationis tuæ ſanctimoniæ noſtra poſſit habere regula: quoniam decet numerum dictorum tuorum coepiſcoporum a te diſcere gradus, * vel ordines conſtituere urbis. Quidquid autem conſtituimus in concilio Nicæno, precamur veſtri oris conſortio confirmetur. Oret beatitudo tua pro univerſo concilio. Data VIII. Kalendas Julias. Accepta XIII. Kalendas * E Novembris, Paulino & Juliano ſummis conſulibus.

* [illegible]

* [illegible]

* [illegible] gradus fixos connexa ordinationi.

* conformes convenire [illegible]

* [illegible] forte ſcriptum fuerat, Septembris.

### RESCRIPTUM SILVESTRI EPISC. a AD SYNODUM NICÆNAM.

*Silveſter epiſcopus ſedis apoſtolicæ, & S. Eccleſiæ catholicæ, reverendæ religionis urbis Romæ fratribus & coepiſcopis, qui in Nicænum concilium convenerunt, in Domino ſalutem.*

GAudeo promptam vos benignitatem ſervare. Nam & confirmo, ſigoque ad doctrinæ veſtræ reclamantes de myſterio, vel unitate trinitatis, chriſmatis vos ſecundum dicta, & doctrinam evangelicam, ſanctam accepiſſe gratiam: de quo examinationis probo vera fuiſſe, & eſſe manſura, quæ in veſtrum noſtrumque manavere myſterium meum chirographum & diſcipulorum meorum offero in veſtro ſancto concilio, quidquid conſtituiſtis, una parem dare conſenſum. Atque in gremio veſtræ ſynodi parva propter diſciplinam eccleſiæ alligabo præcepta: propter b Victorinum, qui arbitrio ſuo, quidquid vellet, affirmabat, & cyclos paſchæ pronunciabat fallaces, & cum epiſcopis totius urbis Italiæ examinatam univerſitas veſtri ſancti concilii dignetur accipere veritatem. *Et alia manu*: Oret pro nobis beatitudo veſtri ſancti concilii trecentorum decem & octo, ut caritatis, quæ vobis data eſt, domini noſtri Jeſu Chriſti ſervetur augmentum. Data quinto Kalendas Novembris, accepta quarto Idus Februarii, Conſtantino ſepties, & Conſtantio Cæſare * quarto conſulibus.

a nec ſincerius eſt hoc reſponſum, quod commentitium & mendoſiſſimum vere dixeris, & non tantum fere, ut Binius.

b Victorium Aquitanum calculatorem, aut Victorem ep. Capuanum innuere quibuſdam forte videbitur.

* Hæc vocula, Quarto, delenda eſt: anno enim 326. Conſtantius Cæſar tum primum fuit conſul. Anno vero 329. cum Conſtantino magno octies conſule non Conſtantius ſed Conſtantinus ejus natu maior frater conſul quarto fuit. Itaque erravit Blondellus poſt Bar. Binium, alioſque.

PRÆ-

# PRÆMONITIO COLLECTORIS IN SEQUENTEM EPISTOLAM.

*In Vaticano Codice 1342. geminæ iſtæ Apocryphæ Epiſtolæ continentur; adjungitur & tertia, quæ ſecundo loco ibidem extat, quam cum in collectionibus nemo hucuſque inſeruerit, ideo hic addenda eſt, prout profertur a Ballerinis in opere ſæpius laudato pag.* CXC.

Incipit Epiſtola Silveſtri Epiſcopi ad Concilium A Nicænum directa per Abundantium Presbyterum, & Abundium Diaconum Conſulatu Paullini & Juliani XII. Kal. Octobris.

*Beatiſſimis Fratribus ſanctis & Coepiſcopis, vel Compresbyteris, qui congregati ſunt in Nicæno Concilio Silveſter Epiſcopus Præſul apoſtolicæ & catholicæ Urbis Romæ in Domino ſalutem.*

GLorioſiſſimus atque piiſſimus filius noſter Conſtantinus Auguſtus cum conſtitutionibus ſanctimonii veſtri auribus ſuis intimata cognoſceret, una nobis Domino noſtro Jeſu Chriſto jubente cum affectu ſuſcipimus, & fidem rectam atque declaratam univerſo orbi pandit in- B troitum. Hoc ſciret (ſcilicet) caritati veſtræ credidimus intimandum Concilium a nobis congregatum in diœceſi noſtra contra Victorinum Epiſcopum & Hippolytum Diaconum, qui claruerunt Manichæorum conſortio, & Jobianum, & Calixtum, qui in ſua extollentia dicebant non Paſcha venire die ſuo, nec menſe, ſed X. Kal. Maii cuſtodiri. Quos damnatos, & ejectos extra Eccleſiam & excommunicatos omnis mundus cognoſcat. Qui in Concilio Sedis Apoſtolicæ cognitione vulgata polluti ſenſibus ſuis non recte noſſe tacuerunt, & ſceleſta perpetrare compunctionum innocentum execranda pollutione damnatos. Et quia in ſeceſſione funeſta ipſi ſibi morte præventi ultimo die auſi ſunt pollutionem Sacerdotii ſua ordinatione relinquere quod infirmari ab hominibus ſanctis & Conſacerdotibus noſtra prædicatione & apoſtolicis doctrinis præcipimus damnari, contra Photinum & Sabellium maxime & Arium anathemate percuſſus (f. percuſſos vel percuſſum) quaſi veſtro ore confirmantes damnamus; & quidquid in Concilio Nicæno Civitatis Bithyniæ conſtituiſtis pro veritis (f. Univerſalis) Eccleſiæ moderatione, pari forma cuſtodimus: libra ponderatione cenſetis. Dat. VI. Kal. Jan. Et alia manu Dominus noſter Jeſus Chriſtus vos conſervare dignetur ſancti & Coepiſcopi fratres.

## ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Νικομηδείας, καὶ Θεογνίου Νικαίας. C

Σωκρ. βιβλ. α. κεφ. ιδ.

ΗΔΗ μὲν οὖν καταψηφισθέντες * προκρίσεως παρὰ τῆς εὐλαβείας ὑμῶν, ἐν ἡσυχίᾳ φέρειν τὰ κεκριμένα παρὰ τῆς ἁγίας ὑμῶν ἐπικρίσεως ὀφείλομεν. ἀλλ' ἐπειδὴ ἄτοπον καθ' ἑαυτῶν δοῦναι τῶν συκοφαντῶν τὴν ἀπόδειξιν τῇ σιωπῇ, τούτου ἕνεκα ἀναφέρομεν, ὡς ἡμεῖς καὶ τῇ πίστει συνεδράμομεν, καὶ τὴν ἔννοιαν ἐξετάσαντες ἐπὶ τῷ ὁμοουσίῳ, ὅλοι ἐγενόμεθα τῆς εἰρήνης, οἱ μηδαμοῦ τῇ αἱρέσει ἐξακολουθήσαντες. ὑπομνήσαντες δὲ ἐπὶ ἀσφαλείᾳ τῶν ἐκκλησιῶν, ὅσα τὸν λογισμὸν ἡμῶν ὑπέτρεχε, καὶ D πληροφορήσαντες τοὺς δι' ἡμῶν πεισθῆναι ὀφείλον[illegible] ὑπεσημηνάμεθα τῇ πίστει· τῷ δὲ ἀναθεματισμῷ οὐχ ὑπεγράψαμεν, οὐχ ὡς τῆς πίστεως κατηγοροῦντες, ἀλλ' ὡς ἀπιστοῦντες τοιοῦτον εἶναι τὸν κατηγορηθέντα, ἐκ τῶν ἰδίᾳ πρὸς ἡμᾶς παρ' αὐτοῦ διά τε ἐπιστολῶν, καὶ τῶν εἰς πρόσωπον διαλέξεων, πεπληροφορημένοι μὴ τοιοῦτον εἶναι. εἰ δὲ ἐπείσθη ἡ ἁγία ὑμῶν σύνοδος, οὐκ ἀντιτείνοντες, ἀλλὰ συντιθέμενοι τοῖς παρ' ὑμῖν κεκριμένοις, καὶ διὰ τούτου τοῦ γράμματος πληροφοροῦμεν τὴν συγκατάθεσιν, οὐ τὴν ἐξορίαν βαρέως φέροντες, ἀλλὰ τὴν ὑπόνοιαν τῆς αἱρέσεως ἀποδυόμενοι. εἰ γὰρ καταξιώσητε νῦν E γοῦν εἰς πρόσωπον ἐπαναλαβεῖν ἡμᾶς, ἕξετε ἐν πᾶσι συμψύχους ἀκολουθοῦντας τοῖς παρ' ὑμῖν κε-



## LIBELLUS EUSEBII NICOMEDIENSIS, & Theogni Nicæni.

Ex Socr. l. 1. c. 14.

TAmetſi cum antea a veſtra ſanctitate eſſemus condemnati, noſtrum fuiſſet, ea quæ erant a vobis ſancte & religioſe judicata, tacite & cum ſilentio tuliſſe: tamen quoniam abſurdum eſt, ſilentio noſtro contra nos locum dare calumniatoribus quaſi convicti; idcirco vobis ſignificavimus nos fidei deciſioni conſenſiſſe, atque vi & notione verbi conſubſtantialis diligenter ponderata, paci nos totos addixiſſe, atque nullam hæreſim ſecutos eſſe; ſed tum, quo eccleſiarum ſecuritati proinde conſuleretur, ea quæ in noſtram cogitationem venerant, ſuggeſſiſſe; tum quo il- D los, qui noſtro conſilio & ſententiæ acquieſcere deberent, certa perſuaſione confirmaremus, fidei illi ſubſcripſiſſe: anathemati autem Ario a concilio denunciato, nos ob eam cauſam non ſubſcripſiſſe, non quod fidem illam incuſaremus, ſed quod minime crederemus, eum qui erat accuſatus, hominem ejus generis fuiſſe: præſertim cum ex illis, quæ privatim ad nos ab eo tum per epiſtolas relata erant, tum per ejus ſermonem coram habitum declarata, pro certo eſſemus perſuaſi, ipſum longe alium eſſe. Quod ſi ſanctum veſtrum concilium ſibi de illo perſuaſit, ea quæ veſtro judicio decreta ſunt, non contradicendo impugnare, ſed conſentientibus animis confirmare decrevimus, & hoc libello conſenſum illum roboramus: non huc E inducti, quod exilium graviter & iniquo animo ferimus, ſed quod libenter cupimus hæreſis vitare ſuſpicionem. Nam ſi nos jam in veſtrum conſpe-

ctum venire permiſeritis, comperietis nos veſtris A decretis omnino ſuffragaturos. Et quoniam veſtræ reverentiæ viſum eſt, illum qui rerum iſtarum reus agitur, humaniter excipere, & ad vos accerſere: eſt plane a ratione alienum, ut cum is, qui crimine tenetur implicatus, accerſitus ſit, illiſque quæ ipſi objiciuntur, reſponderit; nos reticendo, noſmetipſos culpæ convincere videamur. Ne gravemini igitur (ſicut veſtram benignam decet reverentiam) Dei amantiſſimum imperatorem de his commonefacere, & noſtra poſtulata illi exponere & mature ea quæ ſunt prudentiæ veſtræ conſentanea, de nobis ſtatuere.

χειμῶσι· ὁπότε αὐτὸν τὸν ἐπὶ τούτοις ἐναγόμενον ἔδοξε τῇ ὑμῶν εὐλαβείᾳ φιλανθρωπεύσασθαι, καὶ ἀνακαλέσασθαι. ἄτοπον δὲ τοῦ δοκοῦντος εἶναι ὑπευθύνου, ἀνεκκλημένου καὶ ἀπολογησαμένου ἐφ' οἷς διεβάλλετο, ἡμᾶς σιωπᾷν καθ' ἑαυτῶν διδόντας τὸν ἔλεγχον. καταξιώσατε οὖν, ὡς ἁρμόζει τῇ φιλοχρίστῳ ὑμῶν εὐλαβείᾳ, τὸν θεοφιλέστατον βασιλέα ὑπομνῆσαι, καὶ τὰς δεήσεις ἡμῶν ἐγχειρίσαι, καὶ θᾶττον βουλεύσασθαι τὰ ὑμῖν ἁρμόζοντα ἐφ' ἡμῖν.

## EPISTOLA CONCILII NICÆNI I.

## ἘΠΙΣΤΟΛΗ' τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης Συνόδου.

B

Legitur etiam hæc ſynodi epiſtola lib. 2. hiſt. trip. c. 12.

*Sanctæ, eximiæque, Dei gratia, eccleſiæ Alexandrinæ, & dilectis fratribus Ægyptum, Libyam, & Pentapolim incolentibus, epiſcopi Nicææ congregati, & ad magnum ſanctumque concilium convocati, in domino ſalutem.*

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ, χάριτι τοῦ Θεοῦ, Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ, καὶ τοῖς κατὰ τὴν Αἴγυπτον καὶ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, οἱ ἐν Νικαίᾳ συναχθέντες, καὶ τὴν μεγάλην καὶ ἁγίαν σύνοδον συγκροτήσαντες ἐπίσκοποι ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Ex Theod. l. 1. c. 8.

QUoniam Dei gratia, & religioſiſſimo imperatore Conſtantino nos ex variis provinciis & civitatibus in unum congregante, magnum & ſanctum concilium Nicænum coactum eſt: *Vide reliquum infra apud Gelaſium in actis concilii Nicæni lib. 2. cap. 33.*

Θεοδ. βιβ. α΄ κεφ. η΄

ἘΠΕΙΔΗ' τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου συναγαγόντος ἡμᾶς ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων, ἡ μεγάλη καὶ ἁγία σύνοδος ἐν Νικαίᾳ συνεκροτήθη. *

* ἴδε τὰ λοιπὰ παρὰ Γελασίῳ κάτωθεν βιβ. 2. κεφ. 33

C

## EPISTOLA CONSTANTINI imperatoris ad eccleſias.

*Conſtantinus auguſtus eccleſiis ſalutem.*

## ἘΠΙΣΤΟΛΗ' ΚΩΝΣΤΑΝΤΙ'ΝΟΥ βασιλέως, ταῖς ἐκκλησίαις.

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς ταῖς ἐκκλησίαις.

Ex Euſeb. l. 3. de vita Conſtant. c. 16. 17. 18.

CUm ex rebus pro republica feliciter geſtis quanta ſit divinæ virtutis erga nos benignitas, expertus fuerim; *Vide reliquum infra apud Gelaſium in actis concilii Nicæni lib. 2. cap. 36.*

ΠΕΙΡΑΝ λαβὼν ἐκ τῆς τῶν κοινῶν εὐπραξίας, ὅση τῆς θείας δυνάμεως πέφυκε χάρις. *

Εὐσεβ. περὶ βίου Κωνστ. βιβ. γ. κ. ιϛ΄
* ἴδε τὰ λοιπὰ παρὰ Γελασίῳ βιβ. 2. κεφ. 36.

## EPISTOLA CONSTANTINI imperatoris ad eccleſiam Alexandrinam.

*Conſtantinus auguſtus catholicæ Alexandrinorum eccleſiæ.*

## ἘΠΙΣΤΟΛΗ' ΚΩΝΣΤΑΝΤΙ'ΝΟΥ βασιλέως τῇ ἐκκλησίᾳ Ἀλεξανδρέων.

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς τῇ καθολικῇ Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ.

D

Ex Socrat. l. 1. cap. 9.

SAlvete plurimum fratres cariſſimi. Permagnum certe & ſingulare beneficium a divina providentia in nos collatum eſt, quod omni errore liberati, unam eamdemque fidem agnoſcamus. Non eſt profecto diaboli inſidiis contra nos intentatis de cetero quidquam loci relictum: nam quidquid eſt per fraudem in nos molitus, illud funditus ſublatum eſt. Diſſenſiones animorum, ſchiſmata, tumultus illos, & lethalia diſcordiarum (ut ita dicam) venena, veritatis ſplendor (juxta Chriſti monitum) penitus obruit, delevitque. Unum igitur Deum omnes & nomine veneramur, & eſſe credimus. Ut autem iſtud ad exitum perduceretur Dei admonitione magnam epiſcoporum turbam ad urbem Nicæam accerſivi: E quibuſcum ego, qui unus ex veſtrum numero ſum, quique quod veſter ſim conſervus plurimum gaudeo, operam dedi ut veritas diligenter inveſtigaretur. Proinde, omnia, quæ aut controverſiæ, aut diſſenſionis materiam præbere videbantur, accurate excuſſa & exagitata ſunt. Quanta & quam execrabilia probra (o bone Deus, ſis nobis clemens & miſericors) nonnulli in magnum Salvatorem, in ſpem & vitam noſtram ſcelerate nefarieque jecerunt, & ſcriptu-

Σωκρ. βιβ. α. κεφ. θ΄

ΧΑΙ'ΡΕΤΕ ἀγαπητοὶ ἀδελφοί. τελείαν παρὰ τῆς θείας προνοίας εἰλήφαμεν χάριν. ἵνα πάσης πλάνης ἀπαλλαγέντες, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐπιγινώσκωμεν πίστιν. οὐδὲν λοιπὸν τῷ διαβόλῳ ἔξεστι καθ' ἡμῶν· πᾶν * εἴτι δ' ἂν κακοτεχνησάμενος ἐπεχείρησεν, ἐκ βάθρων ἀνῄρηται. τὰς διχονοίας, τὰ σχίσματα, τοὺς θορύβους ἐκείνους, καὶ τὰ τῶν διαφωνιῶν, ἵν' οὕτως εἴπω, θανάσιμα φάρμακα, κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ κέλευσιν, ἡ τῆς ἀληθείας ἐνίκησε λαμπρότης. ἕνα τοιγαροῦν ἅπαντες καὶ τῷ ὀνόματι προσκυνοῦμεν, καὶ εἶναι πεπιστεύκαμεν. ἵνα δὲ τοῦτο γένηται, ὑπομνήσει Θεοῦ συνεκάλεσα εἰς τὴν Νικαίων πόλιν τοὺς πλείστους τῶν ἐπισκόπων, * μεθ' ὧνπερ εἷς ἐξ ὑμῶν ἐγὼ ὁ συνθεράπων ὑμέτερος καθ' ὑπερβολὴν εἶναι χαίρων, καὶ αὐτὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐξέτασιν ἀνεδεξάμην· ἠλέγχθη οὖν ἅπαντα καὶ ἀκριβῶς ἐξήτασται, ὅσα δὴ ἀμφιβολίαν, ἢ διχόνοιαν, πρόφασιν ἐδόκει γεννᾷν· καὶ φεισάσθω ἡ θεία μεγαλειότης ἡλίκα καὶ ὡς δεινά τινα περὶ τοῦ μεγάλου σωτῆρος, περὶ τῆς ἐλπίδος καὶ ζωῆς ἡμῶν ἀπρεπῶς ἐβλασφη-

* ὅ,τι δ' ἂν

* Gel. μεθ' ὧν καὶ αὐτὸς ἐγὼ καθάπερ εἷς τις ἐξ ὑμῶν συνθεράπων ὑμέτερος

σφη-

σφήμουν τινὲς, τἀναντία ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς, καὶ τῇ ἁγίᾳ πίστει φθεγγόμενοί τε, καὶ πιστεύειν ὁμολογοῦντες, τριακοσίων γοῦν καὶ πλειόνων ἐπισκόπων ἐπὶ σωφροσύνῃ τε καὶ ἀγχινοίᾳ θαυμαζομένων, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν πίστιν, ἣ καὶ ταῖς ἀληθείαις, καὶ ἀκριβείαις τοῦ θείου νόμου πέφυκε πίστις εἶναι, βεβαιούντων, μόνος Ἄρειος ἐφωράθη τῆς διαβολικῆς ἐνεργείας ἡττημένος, καὶ τὸ κακὸν τοῦτο πρῶτον μὲν παρ' ὑμῖν, ἔπειτα καὶ παρ' ἑτέροις ἀσεβεῖ γνώμῃ διασπείρας. ἀναδεξώμεθα τοιγαροῦν ἣν ὁ παντοκράτωρ παρέσχε γνώμην. ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τοὺς ἀγαπητοὺς ἡμῶν ἀδελφοὺς, ὧν ὑμᾶς τοῦ διαβόλου ἀναιδής τις ὑπηρέτης ἐχώρισεν· ἐπὶ τὸ κοινὸν σῶμα, καὶ τὰ γνήσια ἡμῶν μέλη σπουδῇ πάσῃ ἴωμεν. τοῦτο γὰρ καὶ τῇ ἀγχινοίᾳ, καὶ τῇ πίστει, καὶ τῇ ὁσιότητι τῇ ὑμετέρᾳ πρέπει, ἵνα τῆς πλάνης ἐλεγχθείσης ἐκείνου, ὃν τῆς ἀληθείας εἶναι ἐχθρὸν συνέστηκε, πρὸς τὴν θείαν ἐπανέλθητε χάριν. ὃ γὰρ τοῖς τριακοσίοις ἤρεσεν ἐπισκόποις, οὐδέν ἐστιν ἕτερον, ἢ τοῦ Θεοῦ γνώμη, μάλιστά γε ὅπου τὸ ἅγιον πνεῦμα, τοιούτων καὶ τηλικούτων ἀνδρῶν ταῖς διανοίαις ἐγκείμενον, τὴν θείαν βούλησιν ἐξεφώτισε. διὸ μηδεὶς ἀμφιβαλλέτω, μηδεὶς ὑπερτιθέσθω, ἀλλὰ προθύμως πάντες εἰς τὴν ἀληθεστάτην ὁδὸν ἐπάνιτε. ἵν' ἐπειδὰν ὅσον οὐδέπω πρὸς ὑμᾶς ἀφίκωμαι, τὰς ὀφειλομένας τῷ παντεφόρῳ Θεῷ μεθ' ὑμῶν ὁμολογήσω χάριτας, ὅτι τὴν εἰλικρινῆ πίστιν ἐπιδείξας, τὴν εὐκταίαν ἡμῖν ἀγάπην ἀποδέδωκεν. ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξαι, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί.

A ris divinitus inſpiratis, fideique ſacroſanctæ contraria non modo impudenter effutiverunt, ſed ſe ita credere palam confeſſi ſunt: Nam cum amplius trecenti epiſcopi, viri propter animi modeſtiam & ſolertiam admirabiles, unam eamdemque fidem (quæ & veritate, & exquiſitis legis divinæ teſtimoniis vera fides eſſe confirmatur) uno ore faterentur; ſolus Arius inventus eſt, qui vi ac fraude diabolica victus, ab ea penitus deſciverit; quippe impia animi impulſione incitatus, hanc erroris labem primum apud vos, deinde apud alios ſparſerit. Quocirca eam, quam omnipotens tradidit, doctrinam amplexemur: ad fratres noſtros cariſſimos, a quibus nequam & impudens quidam diaboli mi- B niſter vos ſegregavit, redeamus: ad commune corpus eccleſiæ, & ingenua noſtra membra, toto pectore, ut dicitur, revertamur. Illud enim veſtræ prudentiæ, fidei, & ſanctitati in primis conſentaneum eſt, ut errore illius, quem jam eſſe hoſtem veritatis perſpectum eſt, penitus depulſo, ad Dei gratiam vos denuo recipiatis. Nam quod trecentis epiſcopis viſum eſt, non eſt aliud, quam Dei ſententiæ: præſertim cum in talium & tam præclarorum virorum mentibus ſacer inſideret Spiritus, qui illis divinam voluntatem aperuerit. Quapropter nemo veſtrum hæſitet, nemo moram interponat; ſed omnes lubentibus animis ad viam veritatis redire: ut ſimul atque ipſe ad vos adventavero, debitas C gratias Deo, qui omnia luſtrat, una vobiſcum agam, quod fidem ſinceram nobis patefecerit, & caritatem, quæ omnibus optanda erat, proinde reddiderit. Deus vos, fratres cariſſimi, diu ſervet incolumes.

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ
*βασιλέως.*

Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος, σεβαστὸς, ἐπισκόποις καὶ λαοῖς.

ΤΟΥΣ πονηροὺς καὶ ἀσεβεῖς μιμησάμενος Ἄρειος, δίκαιό ἐστι τὴν αὐτὴν ἐκείνοις D ὑπέχειν ἀτιμίαν. *

## EPISTOLA CONSTANTINI
imperatoris ad univerſos.

*Victor Conſtantinus, maximus, auguſtus, epiſcopis & populis ſalutem.*

CUm Arius ſceleſtos & impios homines ſit imitatus, eamdem cum illis ignominiæ & turpitudinis notam merito ſubire debet. *Vide reliquum infra apud Gelaſium in actis concilii Nicæni lib. 2. c. 36.* Ex Socrat. lib 1. c. 9.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ
*βασιλέως τῇ ἐκκλησίᾳ Νικομηδέων κατὰ Εὐσεβίου, καὶ Θεογνίου.*

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ Νικομηδέων.

ΤΟΝ δεσπότην Θεὸν δηλαδὴ καὶ σωτῆρα Χριστὸν ἀκριβῶς ἅπαντες ἴστε, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, πατέρα τε καὶ υἱὸν εἶναι. *

## EPISTOLA CONSTANTINI IMPERAT.
ad eccleſiam Nicomedienſem, contra Euſebium & Theognium.

*Conſtantinus auguſtus, catholicæ eccleſiæ Nicomedienſium.*

OMnes probe noſtis, fratres dilectiſſimi, dominum Deum ſcilicet & ſalvatorem Chriſtum Patrem & Filium eſſe. *Vide reliquum infra apud Gelaſium in actis concilii Nicæni lib. 3. cap. 2.*

E

# IN a CONCILIUM b NICÆNUM
c primum d œcumenicum e approbatum, f trecentorum octodecim epiſcoporum, g contra hæreſes Arianorum h & Quartadecimanorum, i ſub Silveſtro pontifice, k Paulino & Juliano conſulibus

## NOTÆ SEVERINI BINII.

Pontificia auctoritate, imperatoris conſenſu & auxilio hæc ſynodus indicta & congregata

a *Concilium.*) Hortatu, conſilio & auctoritate Silveſtri Romani pontificis hæc ſacroſancta ſynodus indicta, Conſtantini imperatoris conſenſu, opera & auxilio congregata fuit, hac ratione. Cum Oſius Cordubenſis ad eccleſiæ orientalis turbas, ſchiſmata & ſeditiones componendas in orientem ablegatus, hæreticorum pertinacia impeditus, parum aut nihil effeciſſet, Alexandri, Oſii, aliorumque epiſcoporum conſilio, per Silveſtrum auctoritate pontificia, ob cauſas prædictas, de quibus infra, concilii univerſalis celebratio decernitur. Sed quia epiſcoporum multitudo ea, quæ ad œcumenicam ſynodum celebrandam requiritur, ſine imperatoris munificentiſſimi ſubſidio, conſenſu, & auxilio, neque congregari, neque ſuſtentari poterat, Silveſtri pontificis hortatu, & Alexandri epiſcopi epiſtola, imperator ad conſenſum & impenſas faciendas inductus, literis ad omnes totius orbis epiſcopos ſcriptis, locum & tempus habendi concilii deſignavit, ibique tempore conſtituto ſinguli

guli ut adſint, rogavit. Hoc eſt quod Ruffinus lib. 10 cap. 1. dicit: Conſtantinum ex ſententia ſacerdotum concilium indixiſſe: & quod legimus in ſexta ſynodo act. 18. Silveſtrum & Conſtantinum magnam ſynodum apud Nicæam congregaſſe. Idem teſtatur auctor pontificalis in vita Silveſtri. Sozom. lib. 1. cap. 16. Baron. an. 325. num. 13. Bellarm. lib. 1. de concil. cap. 13. Poſſevin. in app. ſacro, verbo *Nicænum Concilium*. Item vide notas epiſt. Marcelli ad epiſcopos Antioch.

Locus habiti concilii.

*b Nicænum.*) Sic dictum, quod celebratum fuerit Nicææ, quæ eſt in Bithynia. Ob quod ſciendum, hujus nominis civitates plures florentiſſimas extitiſſe; unam in Gallia non procul a Varo fluvio a Maſſilienſibus conditam, quæ vulgo Niſſa dicitur: alteram hujus nominis urbem Stephanus apud Locros Epicnemidios conſtituit.

Nicææ in Thracia Ariani quid.

Tertia fuit in Thracia, quæ teſte Hilario in poſt. libro fragmentorum, ante Uſtodizo nominabatur: in qua Ariani ſub Conſtantio imperatore novam fidei formulam, *Conſubſtantialis* nomine omiſſo, & voce *ſimilis* doloſe ſubſtituta, ediderunt, eamque Nicænam appellari mandarunt, eo nimirum conſilio, ut vera & orthodoxa Nicænæ catholicæ fidei formula tolleretur, aut ſaltem dubia & ſuſpecta efficeretur. Qua de re hæc Socrates lib. 2. cap. 29. *Fidei formulam, quæ Arimini prælecta erat, in Græcum ſermonem converſam, cœpit Urſacius ratam facere, publicare, tamquam ex generali concilio editam præconiis celebrare, & fidem Nicææ ſtabilitam appellare, eo plane animo, ut homines imperitos ac ſimplices nominis ſimilitudine in errorem raperet. Nam illi eam putabant fidem fuiſſe, quæ Nicææ in Bithynia erat olim confirmata. Verum iſtud commentum illis non magno adjumento fuit: nam non longo poſt tempore patefactum eſt, illique ipſi ludibrio habiti.* Baron. anno 359. num. 27.

Nicæa Bithyniæ quæ & qualis.

Quarta Nicæa eſt metropolis Bithyniæ, hujus ſacroſancti concilii locus & receptaculum, de qua Strabo in geograph. lib. 12. hæc ſcribit: *Nicæa Bithyniæ metropolis juxta lacum Aſcanium eſt, & campus ingens & valde felix circumſtat, æſtate non admodum ſalubris. Eam primo Antigonus Philippi filius condidit, & Antigoniam nominavit. Poſtea Lyſimachus eam ab uxoris nomine filia Antipatri Nicæam appellavit. Urbis ambitus eſt ſtadiorum ſedecim in figura quadrata, quæ in campo ſita portas quatuor habet ad rectos angulos & in munitionem ex iſa. Quare ex uno lapide, qui circa medium gymnaſium poſitus eſt, omnes quatuor portæ cernuntur.* Hæc licet antea non ignobilis, incolatu hujus concilii admirandis quibuſdam beneficiis ſibi divinitus impertitis potita, longe clarior & illuſtrior eſt reddita.

Nicæa Bithyniæ propter concilium miraculis ornata.

De quibus hæc Gregorius presbyter orat. de patribus Nicæni concil. *Cum patres poſtridie eſſent precaturi ſalvatorem univerſorum pro ſuo domum reditu, & pro ea, quæ eos excepit civitate, accidit ut in eo, qui dicitur μεσόμφαλος, id eſt medius umbilicus ingreſſus orientalis, ſcaturirent fontes circa medium apſidis, circa quam conſtiterat ſanctorum chorus, qui quidem in hodiernum uſque diem apparent oſtendit orationum ſinctuoſos effectus.* Subjungit, ſuo tempore cum Aſſyrii Romanum imperium depopularentur, omniaque barbarica inſolentia conſumerent, non tantum ipſam urbem, quam ſæpe clanculum & aperte adorti erant, verum etiam ipſos urbis incolas univerſos a Babylonica contumelia illæſos remanſiſſe. Item quemdam tribunum militum magica opera ibidem patrare incipientem, nocturna viſione & diurnis terroribus deterritum, ab incepto deſiiſſe, Chriſtum verum Deum accenſis in templo lucernis placaſſe, atque ex eo tempore omnem Babylonicum exercitum a templo barbaricam ferocitatem & ab incolis prohibuiſſe. Baron num. 185. Conſtantii imperatoris decretum ac propoſitum Nicææ in Bithynia celebrandi concilii terræmotu urbis illius impeditum fuiſſe, non tantum concilio, ſed & ipſi urbi ad celebritatem & nominis gloriam non parum adjecit. Qua de re præter Sozom. lib. 4. c. 15. pulchre Theodoret. lib. 2. 26. hæc ait: *Terræmotu*, inquit, *impedita fuit* (Nicæna ſynodus intellige, quæ ibidem conſilio Eudoxi Antiocheni, & Conſtantii imperatoris mandato, ad veram Nicænam fidei formulam obſcurandam celebrari debebat.) *Quod quidem factum divinæ plane ſapientiæ adſcribendum arbitror. Nam cum in illa urbe fidei apoſtolicæ doctrina a ſanctis patribus deſcripta eſſet, & alii poſtea ibi congregati contrariam doctrinam conſcribere in animo haberent; Deus qui eccleſiæ providere non deſinit, concilium iſtud propterea prohibuit, ne ex ſimilitudine nominis anſam Ariani arriperent ad fraudem; neve Ariani concilium iſtud Nicænum quoque appellando, ſimplicium animos circumvenirent.*

An in templo vel in aula palatii concilium celebratum ſit.

Quamquam ſint, qui in aula palatii regalis epiſcopos conveniſſe ſcribant, verius tamen eſſe exiſtimo, quod Act. 1. concil. Chalced. narratur: videlicet in templo congregatos certo ordine & loco, ut infra verbo *trecentorum octodecim* dicemus, ſedentes, quæ erant ſynodali judicio diſcutienda & judicanda, plene & perfecte abſolviſſe.

Cur primum appelletur.

*c Primum.*) Sic dictum, non quod numero vel ordine primum fuerit, ſed ut a ſeptima generali ſynodo, quæ Nicæna ſecunda appellatur, nomine diſcernatur. Quamquam etiam non inconvenienter primum, id eſt, primarium dici poſſit: quoniam in eo de re omnium ſumma, legitimo & ordinatiſſimo judicio, auctoritate pontificia indicto, præſentia legatorum pontificiorum, imperatoris, & epiſcoporum ordinate ſedentium condecorato, diſceptatum fuit. Poſſev. in app. ſacro.

Oecumenicum concilium quid.

*d Oecumenicum ſeu univerſale.*) Concilium œcumenicum, quod alias univerſale, vel etiam generale nominatur, eſt, cui epiſcopi totius orbis, niſi legitime impediantur, intereſſe poſſunt ac debent, cuique nemo alius, quam Romanus pontifex per ſe, vel per legatos præſidere ſolet: unde œcumenicum, id eſt, totius orbis terræ concilium appellatur. Accidit autem non raro, quod nationalia, quibus Romanus pontifex per ſe vel per legatos ſuos interfuit, univerſalia aut generalia nominentur, ut diximus ſupra in notis ad concilium Alexandrinum, &c.

Præſes concilii quis fuerit.

Præſides hujus concilii fuerunt, non quod volunt hæretici, imperator, aut Athanaſius, vel Euſtathius Antiochenus; ſed Oſius Cordubenſis epiſcopus, Vitus & Vincentius presbyteri, Romani pontificis legati. Hoc aperte aſſeritur quadam præfatione concilii Sardicenſis. Hoc idem indicat Athanaſius epiſt. ad ſolitariam vitam agentes ſcripta, qua dicit Oſium in hoc concilio principem fuiſſe: nomen vero ipſius Oſii, cum presbyterorum Viti & Vincentii nominibus, ante aliorum patriarcharum nomina ſubſcriptum, non aliud ſane indicat, quam tres primo loco ſubſcriptos, eius vicem ac locum in ſynodo obtinuiſſe, cui primarius ac ſupremus locus jure meritoque debetur. Cedrenus in compendio hiſtoriarum, & Photius libro de ſeptem ſynodis, ſcribunt Silveſtrum per ſuos legatos Nicæno concilio auctoritatem contuliſſe: quod ſane non aliter intelligi poteſt, quam ſacroſanctam ſynodum legatorum pontificiorum auctoritate inchoatam, præſidio eorumdem feliciter abſolutam, ac demum confirmatione pontificis approbatam, inter oracula Spiritus ſancti receptam, probandi ac confirmandi ea, quæ fidei ſunt, legitimam vim & auctoritatem conſecutam eſſe.

An imperator præſederit concilio.

Ut concilii præſidem egerit Conſtantinus imperator, qui, teſte Ruffino lib. 10. cap. 2. ſe epiſcopis inferiorem, iiſque ſubjectum eſſe aperte profeſſus eſt, qui non niſi annuentibus epiſcopis, ut ſcribit Euſebius in vita ejus, ſede humiliore ſedere auſus fuit, qui non primo, ſed ultimo loco poſt omnes alios epiſcopos, teſte Baſilio in fine octavæ ſynodi, ſubſcripſit; ut hic, inquam, concilii præſes fuerit, cui prima ſedes, primaque ſubſcriptio debebatur, non eſt credibile. Et Athanaſius profecto Oſius, atque Leontius Conſtantium, quod præſidium ſynodi illegitime ſibi vendicaſſet, non tam acriter reprehendiſſent, ſi antea pater ejus Conſtantinus in Nicæno concilio præſes fuiſſet.

Athanaſius.

Athanaſius epiſt. ad ſolitar. Conſtantium, quod in conciliis primas partes tenere vellet, redarguens: *Si*, inquit, *judicium epiſcoporum eſt, quid cum eo commune habet imperator?*

Oſius epiſcopus.

Ibidem refert Oſium eidem Conſtantio ſcripſiſſe hæc: *Ne nobis in hoc genere præcipe, ſed ea potius a nobis diſce: tibi Deus imperium commiſit, nobis ea, quæ ſunt eccleſiæ, concredidit.* Et non procul a fine: *Quis enim*, inquit, *videns eum in decernendo principem ſe facere epiſcoporum, & præſidere judiciis eccleſiaſticis, non merito dicat, illum eam ipſam abominationem deſolationis eſſe, quæ a Daniele prædicta eſt?* Ubi Conſtantium, ideo quia auſus fuit in judicio eccleſiaſtico præſidere, aperte antichriſtum vocat.

Leontius.

Svidas in vita Leontii ſcribit, quod cum Conſtantium in concilio præſidentem & loquentem videret, ad eum dixerit: *Miror quod propria* (bella nimirum, aliaque civilia negotia) *negligens, te in alienis* (id eſt, eccleſiaſticis) *tam curioſum præbeas.* Hæc ſane viri ſanctiſſimi non tanto zelo filio, Arianorum patrono, objeciſſent ſi parens ejus Conſtantinus Nicæno concilio jam ante præſediſſet. Univerſale igitur & œcumenicum fuiſſe oportet magnum hoc concilium, cui cum Alexandrinæ & Antiochenæ eccleſiæ patriarchis, reliquiſque trecentis & amplius epiſcopis undequaque convocatis, Romanus pontifex per legatos interfuit. Vide Bellarm. lib. 1. de concil. cap. 4. 5. & 19.

Concilium Nicænum approbatur.

*e Approbatum.*) Hoc concilium ad petitionem SS. patrum hic congregatorum juxta ſynodalem epiſtolam hac de cauſa ſcriptam, ſupra poſt canones extantem, a Silveſtro pontifice confirmatum eſſe, patet can. 1. ſequentis concilii Romani, ubi hac de re in noſtris annotationibus plura dicemus.

Huic magnam fidem conciliaret Silveſtri epiſtola ad ſynodum reddita, niſi eadem ob conſules in fine ibidem perperam poſitos, ſuſpectæ auctoritatis redderetur. Verum quia ſupra dixi, notas conſulares decretalibus pontificum epiſtolis ut plurimum obreptitie ſuperadditas, adeoque ea tantum de cauſa nullam rejiciendam eſſe; eam quæ prodiit ex collectione Creſconii, in qua ſynodali epiſtolæ concilii Nicæni ad Silveſtrum conjuncta habetur, ſupra poſuimus, pag. 723.

De concilii

Rectiſſime igitur hæc ſacroſancta ſynodus in nomine Chri-

quelicatibus patrum ſententiæ.

Chriſti legitime congregata, ab Euſebio lib. 3. de vita Conſtantini, & ſancto Auguſtino lib. 1. de baptiſmo cap. 18. orbis terræ concilium, cujus decreta ad cœleſtia mandata ſunt, appellatur. Eadem, alibi verbum domini, alibi divinum & ſanctiſſimum oraculum Spiritus Sancti nominatur, utpote cujus canones per Spiritum ſanctum ordinati fuerint. Ita Athanaſius epiſtola ad epiſcopos Africæ, Leo epiſtola 63. ad Anatolium, Cyrillus 2. de trinitate. Hoc, ſicut & tria ſequentia œcumenica ſacroſancta concilia, ſe non minus quam quatuor evangelia venerari affirmat ſanctus Gregorius lib. 1. epiſt. 24. Qui huic concilio contradicit, non eſſe catholicum, ideoque excommunicandum, ſanctus Leo epiſtola 77. & 78. Quod idem epiſtola 78. Baſilius aſſerit, dum ait; Suſpectis de hæreſi decreta Nicæni concilii proponenda eſſe, propterea nimirum, quod hac ratione hæretici a catholicis certiſſima nota diſcernantur, & ſingulorum fides intime exploretur.

Defenſores Nicæni concilii qui & quales.

Propter huius concilii fidem ac decreta fortiter propugnata, Athanaſius & Hilarius exilium, alii vero ſub Vandalica perſecutione tormenta & violentam mortem ſuſtinuere. Hieronymus contra Luciferianos, Hilarius de ſynodis, Victor Africanus lib. de perſecut. Vandalic. Quorum exemplo ſanctus Ambroſius epiſtola 32. *Sequor*, inquit, *tractatum Nicæni concilii, a quo me nec mors, nec gladius poterit ſeparare*.

Refellitur objectio contra auctoritatem Nicæni concilii.

Ne quis exiſtimet, ſanctum Auguſtinum de concilii hujus auctoritate a prædictorum patrum ſententia diſſenſiſſe; ideo quod lib. 3. contra Maximinum cap. 14. ait: *Nec ego Nicænum, nec tu debes Ariminenſe, tanquam præjudicaturus, proferre concilium: nec ego hujus, nec tu illius auctoritate detineris*, &c. Sciendum eſt, dum Maximinus de fide cum ſancto Auguſtino diſputaturus, Nicæno concilio Ariminenſe Arianorum conciliabulum objiceret, ipſe vero Auguſtinus ad impugnandum hæreticum meliora argumenta in promptu haberet, adeoque cum immenſa temporis jactura, de utriuſque concilii auctoritate prolixe diſputare, inutile eſſe judicaret, ait: neque ego Nicænum, nec tu Ariminenſe, &c. quaſi diceret; nolo ut hac diſputatione conciliorum auctoritatibus teneamur, ſed potius his omiſſis ad ſcripturas veniamus. Unde non vult dicere, Maximinum non teneri ullo modo auctoritate hujus ſynodi, ſed tantum hac diſputatione non teneri. Vide Bellarm. lib. 2. de concil. cap. 3. & 7. item in præfatione in lib. concil. & lib. 1. de clerio cap. 2.

Numerus epiſcoporum qui interfuerunt concilio.

*f Trecentorum octodecim epiſcoporum*.) Ad hanc ſynodum trecentos octodecim epiſcopos, de quibus infra, conveniſſe teſtatur quidem præſens interfuit Athanaſius epiſtola ad Jovian. imperatorem, & in diſputatione adverſus Arium. Epiphanius hæreſi 69. Hilarius lib. contra Conſtantium. Ruffin. lib. 1. cap. 1. idem profitentur. Quam quoque ſententiam Hieronymus in chronico, Sulpitius lib. 2. Theod. lib. 1. cap. 7. ac demum omnes omnino ſcriptores hoc tempore ſequuntur; ut ſtultum plane, ne dicam temerarium, ſit, hanc rem deinceps in dubium vocare: ita enim vulgata nunc eſt hæc ſententia, ut quoties hujus concilii mentio habetur, trecenti octodecim epiſcopi recenſeantur.

Numerus epiſcoporum ſacer eſt, & myſtice præfiguratus.

Hic numerus ſanctorum patrum, auctore Ambroſio præfat. librorum de fide, ſacer eſt, & myſtice præfiguratus 318. militibus illis, quibus Abraham de quinque regibus victoriam reportavit. Quod Euſebius lib. 3. de vita Conſtantini, Euſtathius Antiochenus epiſtola ſua, quam recitat Theodoretus lib. 1. cap. 8. ducentos quinquaginta dumtaxat epiſcopos conveniſſe ſcribunt, ingens ſane præjudicium ſententiæ communiori afferret, niſi textus Euſebii notorie mendoſus atque corruptus, Euſtathii epiſtolam depravatam eſſe, probabiliter argueret.

Diluitur objectio prima.

Socrates lib. 1. c. 5. verba Euſebii recitans ait, ad trecentorum numerum & amplius eo conveniſſe. Manifeſtiſſimum igitur eſt mendum Euſebii. Theodoretus lib. 1. cap. 7. trecentos octodecim epiſcopos huic concilio interfuiſſe, ex ſua ſententia non ſcripſiſſet, ſi Euſtathii epiſtola, quam cap. ſequente recitat, ducentos ſeptuaginta dumtaxat patres hac ſynodo conveniſſe, vere & citra mendum referret.

Objectio ſecunda a ſubſcriptionibus petita diluitur.

Numerum epiſcoporum intra ſubſcriptorum hoc numero longe minorem eſſe, ex immenſo atque irreparabili Nicænorum actorum naufragio vere accidit. Ex provinciis Nicææ vicinioribus nullos vel ſaltem paucos, ex remotioribus Palæſtinæ, Phœnicis, Ægypti, &c. plures epiſcopos ſubſcriptos reperiri, ingens naufragium ita manifeſtat, ut prope miraculoſum videatur, eos ibi conſcriptos haberi.

Qui & quales fuerint epiſcopi.

Epiſcoporum, qui interfuere, ut infra patebit, alii confeſſionis gloria clariſſimi, alii vitæ ſanctitate celeberrimi, alii doctrina & virtutum ornamentis conſpicui extiterunt; adeo ut Marius Victorinus lib 1. adverſus Arium, Theodoretus lib. 1. cap. 7. vere dixerint, in hac ſynodo Dei miniſtros, totius urbis lumina, martyrumque multitudinem in unum collectam conveniſſe. Quo ore igitur mendace, quare virulenta lingua Sabinus Heracleæ epiſcopus Macedonianæ hæreſeos ſectarius impudenter effutiverit, hunc ſacrum ac venerandum epiſcoporum conventum ex indoctis, male vita, & rerum ignaris hominibus collectum fuiſſe, ſatis evidenter conſtat. Imperator hoſce omnes, & quidem nonnullos equis, quoſdam vehiculis, publicis ſumptibus adduxit; & cum ſingulos honore epiſcopis conveniente (epiſcopali nimirum benedictione reverenter ab ipſis accepta) proſecutus eſſet, iiſdem in ſingulos dies cibaria munifice admodum ſuppeditari mandavit. Euſebius in vita Conſtantini. Baronius num. 14. & ſequentibus.

De conceſſu Nicæno.

Quibus ordinibus ſinguli conſederint, non ſatis liquet. Complures ſedes in utroque aulæ latere ordine diſpoſitas fuiſſe, ſingulosque epiſcopos unam ex iis ſibi convenientem occupaſſe, ipſumque imperatorem, poſtquam per medium conſeſſum intraſſet, & ad ſummum locum veniſſet, ibique aliquamdiu in medio conventu erectus conſtitiſſet, ſella quadam parva ex auro fabricata, ac ſummo loco in capite duorum ordinum collocata, ad nutum epiſcoporum conſediſſe, ſcribit Euſebius lib. 3 de vita Conſtantini cap. 10. Eum vero epiſcopum, qui brevi quadam oratiuncula, quam ſupra poſuimus, imperatori gratias egit, quemque Theodoretus lib. 1. cap. 7. Euſtathium Antiochenum nominat, in dextero ordine primam ſedem occupaſſe, Euſebius prædicto loco aperte profitetur.

Siniſtra dextera dignior

Cum ergo locus ſiniſter dexteræ partis loco in eccleſia ſanctior & dignior ſemper habitus fuerit, quod imagines Petri & Pauli in diplomatibus, beatæ virginis & Joannis crucifixo adjunctæ, aliaque plura, de quibus Baronius hic num. 59. & Bellarminus lib. 1. de Romanis pontif. cap. 27. judicant (Petri enim & beatæ virginis imagines velut digniores a parte læva collocantur) manifeſte colligitur in hoc Nicæno poſt legatos pontificios, Alexandrinæ & Antiochenæ eccleſiæ patriarchas tali ordine & loco conſediſſe, qualis act. 1. Chalcedonenſis concilii deſcribitur: nimirum a læva parte velut digniore, digniorem poſt tres Romani pontificis legatos a latere, Oſium, Vitum ac Vincentium, Alexandrum Alexandrinæ eccleſiæ primatem ſediſſe: a dextris vero Euſtathium, tertiæ ſedis Antiochenæ epiſcopum ac patriarcham, primum locum obtinuiſſe, ac poſt illos ſuo ordine reliquos. Hæc Baron. num. 52. uſque ad 60.

Bellarmini ſententia de conſeſſu Nicæno

Bellarmin. l. 1. de conc. c. 19. de conſeſſu Nicæni concilii contra Magdeburg. diſputans ait: *Itaque ſi conjectare licet tres ordines erant in concilio: unus a dextris, alter a ſiniſtris, & tertius in capite aulæ totius: & quidem in hoc tertio ſedebat medius imperator inter epiſcopos, Oſium legatum pontificis, & Alexandrum epiſcopum Alexandrinum, nec non Vitum & Vincentium, legatos item apoſtolicos. Deinde ordinis ejus qui erat a dextris, primus ſedebat Euſtathius epiſcopus Antiochenus. Alterius autem ordinis, qui erat a ſiniſtris, ſedebat primus Macarius epiſcopus Hieroſolymæ: atque hac ratione ſervabatur ordo dignitatis inter primarios patriarchas*. Hæc Bellarminus. Baronii ſententia mihi ob cauſas prædictas verior eſſe videtur: lector, utram volet, eligat.

Locus evangelii.

Sacroſanctum evangelii codicem, qui Dei judicis perſonam repræſentaret, non minus in hoc concilio, quam in Epheſino & Chalcedonenſi, ſede regia in medio conſeſſus epiſcopalis, ut eum omnium vultus intuerentur, collocatum fuiſſe, dubium non eſt. Baronius numero 60. Epiſcopis hoc ordine conſidentibus, Euſtathius Antiochenus habita ad Conſtantinum oratione, de omnibus bonis eccleſiæ præſtitis gratias egit, eumque rogavit, ut fidem conſubſtantialis trinitatis adverſus Arium & omnes hæreticos ſartam tectamque eſſe velit. Cum deinde Conſtantinus imperator brevem, eamque ob Romani imperii majeſtatem Latino & Romano idiomate prolatam, ſubjunxit, qua epiſcopis de conventu & læto conſpectu gratulabatur, eoſque a ſe laudatos, ad mutuam pacem ac concordiam exhortabatur.

Cauſæ habiti concilii primariæ duæ fuerunt.

*g Contra hæreſes Arianorum*.) Habiti concilii cauſæ primariæ duæ fuerunt. Una, ut de Chriſti domini noſtri divinitate blaſphema Arii ſententia in judicium eccleſiæ vocata diſcuteretur, & quid de ea fideles ſentire deberent, definitivo judicio decideretur. Altera, ut ante ſæpius oppreſſa Quartadecimanorum ſecta nunc reviviſcens, ſemel radicitus evelleretur. Meletiani & Colluthiani, de quibus ſuis locis ſupra, hac quidem ſynodo vere condemnati fuerunt: ſed quia illi poſtea Arianis ſe conjunxerunt, velut rivi ſemel in flumen immiſſi, antiquo nomine appellari deſierunt, novoque Arianorum nomine deinceps nuncupari inceperunt.

Arii hæreſis quæ.

Arius fœda animi elatione, ſacrilega lingua, non contentus oppugnaſſe Alexandrum, qui poſt Petri & Achillæ obitum Alexandrinam eccleſiam ſanctiſſime regebat, de Dei filio jactabat in vulgus: *Erat aliquando, quando non erat; ex non extantibus factus eſt, non de Patris ſubſtantia genitus; ex tempore, non ab æterno: haudquaquam Deus verus de Deo; ſed ex nihilo creatus, minor Patre, voluntate naturaque mutabilis*. Athanaſius, Ruffinus, Socrates, &c.

Scripta Arii quæ & qualia.

Præter hæc Arius librum quemdam conſcripſerat, quem Thaleiam, hoc eſt, *convivium & crapulam* prænotarat, quo per jocum & laſciviam, ſive per meretricias choreas & ſaltationes multorum ſibi animos devincire ſtuduit, ut & Athanaſius habet oratione 2. contra Arianos. Quibus artibus ſeptuaginta virgines

gines Deo ſacras, ut habet Epiphanius hæreſi 69. ſeptem presbyteros, & diaconos duodecim peſtilenter infecit, Euſebiumque Nicomedienſem (a quo iidem alias Euſebiani nuncupati fuerunt) & alios paſtores in lupos convertit.

Euſebiani hæretici qui. Res geſtæ ante concilium

Ad hanc peſtem Arii ab eccleſia avertendam, antequam Conſtantinus imperator adventaſſet, privatis collationibus epiſcoporum, impia aſſertiones illius aſſiduo tractatu diſcutiebantur, quidve adverſus eas teneri deberet, aut ſtatui, ſumma cum deliberatione quærebatur. Qua in re cum inter reliquos viros doctiſſimos Athanaſius Alexandrinæ eccleſiæ diaconus, ingenio, & diſſerendi peritia acutiſſimus, ſummopere laboraſſet, meritoque contendiſſet, ne quid ab eo, quod traditum eſt, innovaretur, ipſe præ ceteris Arii omniumque Arianorum odium atque invidiam in ſe provocavit. Rufinus lib. 1. cap. 5. Sozomenus lib. 1. cap. 16. & 18. Poſt adventum Conſtantini factum eſt initium ſynodi. Principio Arii & Euſebii Nicomedienſis epiſcopi litteræ recitatæ fuerunt, a quarum blaſphemia patres ſanctiſſimi abhorrentes, aures ſuas obſtruxerunt (Athanaſius oratione 1. in Arium) literaſque ipſas Euſebii blaſphemia pleniſſimas diſcerpſerunt. Theodor. lib. 1. cap. 8. Acta illius ſynodi Alexandrinæ, quæ ſub præſidio Oſii Cordubenſis epiſcopi, anno domini 320. hanc eandem ob cauſam celebrata eſt, eo conſilio publicabantur, ut qualis Alexandrini concilii ſententia fuerit agnoſcerent, eique deinceps in omnibus morem gererent. Julius epiſt. ad Athanaſium. His omnibus publicatis cauſæ diſcuſſio cœpta eſt: monentur Ariani, ut ſuæ ſententiæ rationes edant: qui æquis poſtulatis obtemperantes, ſubito noſtrorum impugnatione convicti obmuteſcunt, ſuamque hæreſim deteſtantes, catholicorum ſententiæ accedunt. Catholici autem ne ſimulata hæreticorum palinodia decipiantur, quadam fidei formula, quam Oſius compoſuit, quamque Nicænum ſymbolum appellavit, edita, Arii hæreſim condemnarunt: cui cum omnes catholici & plurimi hæreticorum ſubſcripſiſſent, Euſebius Nicomedienſis, Theognis Nicææ epiſcopus, cum tribus aliis, quos Socrates lib. 1. cap. 5. recenſet, id facere recuſarunt. Quamobrem ſedibus ſuis jure meritoque ſpoliati, relegati, inque locum eorum alii ſuffecti fuerunt: paulo tamen poſt, cum hortatu imperatoris (ut ex illius epiſtola ad Nicomedienſes ſcripta patet) metuque exilii ac depoſitionis ad reſipiſcendum inducti eſſent, oblato libello, quem infra ex Socrate huc tranſtulimus, palinodiam recantantes, iis quæ de fide decreta fuerant, ſubſcripſerunt. Arius vero cum ſcriptis ſuis turpiſſimis condemnatus, & juſſu imperatoris in exilium relegatus, pœnitentiam ſimulans a patribus concilii ea lege receptus fuit, ut ad vitandas ſeditiones, Alexandrinæ urbis aditu abſtineret. Quæ cum omnium epiſcoporum judicio definita eſſent, foretque jam neceſſarium, ut ſtatim executioni mandarentur; Conſtantinus imperator edicto quodam publico, de quo infra, Arii nefaria & impia ſcripta exuri præcepit, ſic ut pœnam capitis incurreret, quicumque vel horum aliqua occultaret. Ad Alexandrinos autem catholicos epiſtolas ſcripſit, qua errantes revocat, ipſos vero orthodoxos ad conſtantiam hortatur. Baronius anno 325. num. 74. & ſequentibus uſque ad 102. Poſſevinus in apparatu ſacro, verbo *Nicænum concilium*.

Cauſa Arii in concilio acta

Hæreſis Quartadecimanorum in Syria reſuſcitata componitur

*b Quartadecimanorum.*) In antiqua paſchatis controverſia, quam multis ante conciliis ſub Victore habitis ſopitam, Syri majorum ſuorum perverſæ traditioni inſiſtentes reſuſcitarant, ab hac ſynodo pie ſancteque conſtitutum eſt, vel ſaltem id quod canone S. apoſtolorum traditur, confirmatum & renovatum eſt, ut poſt decimamquartam lunam primi menſis, in ipſum æquinoctium vernum incidentem, vel ipſum proxime ſequentem, prima dominica, omnes ubique terrarum Chriſtiani uno eodemque die paſcha celebrarent. Hoc patet ex epiſtola ſynodali, quæ ſupra poſt acta concilii Nicæni ex Socratis lib. 1. hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap. 6. & Theodoreti lib. 1. cap. 9. excuſa reperitur. Item can. 1. concil. Antioch. infra. Beda lib. 3. hiſt. eccleſ. c. 25. & de rat. temp. cap. 42. 58. & ſeqq. Vide quæ diximus ſupra in notis can. 8. apoſt. & ad vitam Pii & Victoris pontificum. Item Clavium in cal. Greg. c. 1. Ad periculum autem diſparitatis, quæ ex diverſa temporum ſupputatione oriri poterant, avertendum ſancta ſynodo placuit, ut quod ante munus & officium Romani pontificis, id deinceps Alexandro, ejuſque ſucceſſoribus Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopis harum rerum peritiſſimis, demandaretur: qui diligenter curarent, ut quo potiſſimum die ſingulis annis paſcha celebrandum foret, Romanæ eccleſiæ epiſcopis per literas paſchales ſignificarent; a quibus reliquæ omnes eccleſiæ certiores redderentur. Qui dies ex Alexandrinis litteris cognitus, per apoſtolicæ ſedis epiſtolas omnibus eccleſiis promulgaretur, & ipſo die epiphaniæ in ſingulis eccleſiis inter miſſarum ſolennia a diaconis annunciaretur. Ad hunc autem cujuslibet anni paſchalem diem facilius inveniendum, aureus ille numerus novendecim annorum periodum conti-

Alexandrinus epiſcopus arbiter diei paſchatis.

Aureus numerus cur inventus

A nens, eadem hac ſynodo, teſte Ambroſio epiſtola 83. ad epiſcopos provinciæ Æmiliæ ſcripta, eſt conſtitutus. Tandem etiam ad hoc decretum de paſchate obſervando, illa appendix addita eſt, ut æquis ritibus omnes ſanctum diem dominicum agerent, illo die ſtantes vota ſua perſolverent, quo Quartadecimiani reſurrectionis dominicæ immemores, ut in reliquis diebus genua flectebant. Poſt conſtitutionem de paſchate uniformiter obſervando, altera fax incendii oborti Meletius, qui, quod idolis ſacrificaſſet, ab epiſcopatu, ſynodali judicio ſub Petro Alexandrino habito, juſte deturbatus, Petrumque ipſum propterea, ejuſque ſucceſſores Achillam & Alexandrum fœdiſſimis criminationibus lacerans, totaque fere Ægypto bacchatus, & multis per civitates diaconis, presbyteris, epiſcopis creatis pernicioſo ſchiſmate eccleſiam ſcindebat, in judicium deducitur; cauſaque hujus diligenter cognita, ob pacem eccleſiæ, cum eo tranſactum fuit hac ratione, ut nomen epiſcopi ipſe retineret tantumque epiſcopali munere & functione deinceps abſtineret; illi quos ordinaverat poſt impetratam ordi-B num ſibi collatorum confirmationem & ſufficientem atteſtationem, officiis, muneribus, & functionibus ſacris relinquerentur; eſſent vero inferiores illis, qui ab Alexandro primate ſacros ordines ſuſcepiſſent. Hæc plenius fuſiuſque ex epiſtola ſynodica a patribus hujus concilii ad Alexandrinos ſcripta cognoſcere licet. Initium ejus tale eſt.

Dominicis diebus cur ſtantes oremus.

Meletius ſchiſmaticus quis & qualis.

*Sanctæ eximiæque Dei gratia eccleſiæ Alexandrinæ, &c. in domino ſalutem.*

QUONIAM Dei gratia & mandato ſanctiſſimi imperatoris, &c.

Extat apud Socr. lib. 1. cap 6. Theod. lib. 1. cap. 9 Piſanum lib 4. concilii Nicæni.

Quæ de rebus in hac ſynodo geſtis ſupra enarravimus, ex diverſis fragmentis concilii, diverſiſque ſcriptoribus deſumpta ſunt. Acta ſynodi olim, teſte Athana-C ſio, diligentiſſime conſcripta, ab Arianis conſulto concremata, ab orthodoxis ſummo ſtudio conquiſita, & non inventa, eadem ne ſint, quæ a Gelaſio Cyziceno epiſcopo ſub Baſiliſco imperatore e tenebris in lucem eruta, ab Alphonſo Piſano tranſlata ſunt, alii doctiores & prudentiores dijudicent.

Sub quo pontifice hoc concilium celebratum fuerit.

*i Sub Silveſtro.*) Mirum eſt, quod Sozomenus lib. 1. c. 16. quem Nicephorus lib 8. c. 14. ſequitur, hanc ſynodum ſub Julio habitam fuiſſe exiſtimarit, cum non tantum Vitus & Vincentius ſuis ſubſcriptionibus ſe Silveſtri pontificis legatos eſſe profiteantur, ſed etiam præter communem omnium ſententiam, diverſarum collectionum inſcriptiones, ipſumque Romanum concilium, quod infra ſubjungimus, idem manifeſtis & apertis verbis confirment. Error Photii, qui lib. de 7. concil. hanc eamdem Nicænam ſynodum ſub Silveſtro & Julio eccleſiæ Romanæ pontificibus celebratam tradidit, gravior eſt. Nam ſi Nicæna ſynodus ſub pontificatu Silveſtri cœpta, ſub Julio abſoluta eſt, prædictis duobus pontificibus tertius Marcus Romanæ eccleſiæ pontifex D adjungendus fuerat, qui medio tempore, quod eſt inter unius finem & alterius initium, eccleſiæ gubernacula ſuſtinuit. Et quod abſurdius eſt, duodecimo anno Silveſtri pontificis inchoata, tempore Julii pontificis abſoluta fuiſſet. Vide Baronium anno 325. num. 10. & 11. Vide præfationem Gelaſio Cyziceno præfixam infra.

Tempus concilii. Quoto anno imperatoris

*k Paulino & Juliano conſulibus.*) Ita præter diverſas conciliorum collectiones, concilium Chalcedonenſe actione ſecunda, & Socrates lib. 1. c. 9. in fine. Certiſſimum igitur eſt hanc ſynodum anno Chriſti nati 325. Conſtantini 20. Silveſtri pontificis 12. celebratam eſſe. Prædicta enim Chriſti nati, pontificis, imperatoris & conſulum tempora coincidere, ex emendatioribus faſtis liquidiſſime conſtat. Anno imperatoris Conſtantini vigeſimo hoc concilium celebratum eſſe, Euſebius ſibi ipſi in chronico contrarius teſtatur lib. 3. c. 14. & lib. 4. c. 40 & 47. Graviter igitur aberrant, qui Euſebium ſecuti, hanc ſynodum anno Chriſti nati 324. vel 328. Conſtantini imperatoris 15. Januario & Juſto conſulibus celebratam eſſe conſtanter affirmant. Eamdem Paulino & E Juliano conſulibus inchoatam, vigeſimo anno Conſtantini imperatoris abſolutam eſſe, communior eſt ſententia, ut ex præcedentibus manifeſtiſſime conſtat. Quomodo igitur, quod præter Covarruviam & Scaligerum Bellarminus aſſerit, triennio duraſſe potuit? Uno eodemque anno ſanctam ſynodum 18. Kalendas Septembris abſolutam eſſe, vetuſtiſſima Creſconiana collectio teſtatur his verbis: *Factum eſt concilium apud Nicæam metropolim Bithyniæ a die XVIII. Kalendarum Juliarum, quod tenuit uſque ad diem VIII. Kalendarum Septembris, Paulino & Juliano conſulibus.* Non poſſunt igitur non graviter aberrare, qui Paulino & Juliano conſulibus cœptum ſub conſulatu Januarii & Juſti, poſtquam triennio duraſſet, abſolutum eſſe ſcribunt. Caſſiodoro, omnibuſque qui eum ſequuntur, exordium Conſtan-

Quibus conſulibus

Quamdiu duraverit.

Caſſiodori error unde ortus

ſtantini imperatoris errandi occaſionem præbuit. Putavit ille Conſtantinum imperii ſceptrum anno poſt Diocletianum X. & Maximinum VII. qui ſecundum emendatiores faſtos cum anno Chriſti 309. coincidit, conſecutum eſſe. Quod ſi verum eſſet, vere Januario & Juſto conſulibus, anno Chriſti 328. atque Conſtantini 20. ſancto concilio finis impoſitus fuiſſet. Verum cum auctoritate & teſtimonio Socratis lib. 1. cap. 1. Caſſiodori, ſui ipſius immemoris, in tripartita hiſtoria, quam collegit lib. 1. c. ult. Conſtantinum patri Conſtantio Eboraci in Britannia defuncto, 8. Kalendas auguſti, anno 1. olympiadis 271. Conſtantio & Galerio ſextum conſulibus, anno nimirum Chriſti 306. ut ex faſtis patet, ſucceſſiſſe manifeſtum ſit, id quod fere omnium communior aſſerit ſententia, anno nimirum Chriſti 325. Silveſtri 12. Conſtantini imperatoris 20. Paulino & Juliano conſulibus, hanc ſacroſanctam ſynodum celebratam eſſe, veriſſimum eſſe conſtat. Vide Baronium anno Chriſti 306. num. 2. & 9. Item anno 325. num. 1. & reliquis ſequentibus uſque ad num. 11. excluſive. Poſſevinum in apparatu ſacro, verbo *Nicænum concilium*.

*Conſtantinus quando imperium adeptus ſit.*

(*a*) *Inſcriptio*.) Hæc inſcriptio concilii partim falſa, partim depravata eſt. Quod enim hanc ſynodum celebratam eſſe refert Licinio Cæſare adhuc vivente: falſum eſt: quod de 31. anno Alexandri ſubditur, omnino depravatum eſt. Verior igitur & emendatior eſt illa, quæ in pervetuſta Creſconiana collectione extat his verbis: *Factum eſt concilium apud Nicæam metropolim Bithyniæ a die 13. Kalendas Julias, quod tenuit uſque ad diem 8. Kalendas Septembris, Paulino & Juliano conſulibus, qui eſt apud Græcos 18. die menſis eorum dieſi ſecundi [illegible] Alexandri anno 636.*

*Inſcriptio concilii qualis.*

*Licinio Cæſare*.) Licinio adhuc ſuperſtite, quem auctoritate Euſebii in chronico in privatam vitam redactum, Theſſalonicæ juſſu Conſtantini imperatoris occiſum eſſe conſtat, hanc ſynodum celebratam eſſe falſum eſt.

*Licinius quando mortuus.*

*Decimo tertio Kalendas Julii*.) Ita actione 2. concilii Chalcedonenſis: apud Socratem lib. 1. cap. 9. legitur 12. Kalendas Junias. In antiqua Creſconiana collectione 18. Kalendas Julii. De qua varietate, niſi error vitio librariorum irrepſit, affirmare neceſſe eſt, id ex diverſis ſynodi actionibus (cum ſingulæ ſuis diebus conſignari conſueverint) vel ſaltem ex diverſis Conſtantini litteris diverſo tempore ſcriptis ac conſignatis accidiſſe. Baron. num. 3.

*Secundum Alexandrinam trigeſimus primus*:) Hanc inſcriptionem in annis ab Alexandri regno numeratis depravatam eſſe, Creſconiana collectio indicat, quæ ſic habet: *Alexandri anno ſexcenteſimo trigeſimo ſexto*. Cujus computationis initium ſi a morte Alexandri ſumatur, ipſa computatio erronea eſt. Inde enim uſque ad primum annum Chriſti nati, ut minimum 325. anni computantur. Nam Alexander, ut communis chronologorum ſententia aſſerit, defunctus eſt anno 1. olympiadis 114. Chriſtus vero anno 3. vel 4. olympiadis 194. natus eſt. Quibus ſi addantur anni 325. quorum poſtremo ſacroſancta ſynodus Nicæna celebrata eſt, ſequeretur eam non 636. ſed potius anno 650. poſt Alexandrum habitam eſſe. Sin vero initium horum ſexcentorum triginta ſex annorum conſtituatur primo anno regni Græcorum, cujus in libris Machabæorum frequens mentio habetur, præciſe ab initio regni Græcorum, quod alias regnum Alexandri appellari ſolet, uſque ad tempus habiti concilii Nicæni, ſexcenti triginta ſex anni inveniuntur. Cœpit enim regnum illud trecenteſimo decimo vel undecimo anno ante Chriſtum natum, decimo tertio vel decimo quarto poſt obitum Alexandri: quibus ergo 311. ſi addas 325 poſt Chriſtum natum, vere ſequitur, hanc ſynodum ſexcenteſimo trigeſimo ſexto anno poſt Alexandri regnum, quod alias Græcorum regnum nominatur, celebratam eſſe.

*Quoto anno Alexandrini regni Nicæna ſynodus habita.*

*Initium regni Græcorum.*

*Æra 363.*) Hoc eſt anno Chriſti nati 325. æra enim eſt nota numeri, qua in Hiſpania res ſacræ & profanæ conſignabantur; ſic dicta, quod ad agendum triumphum de Cerretanis in Hiſpania rebellantibus, per Domitium devictis, ingentem vim æris Auguſto Cæſari contribuiſſent, idque Marcio Cenſorino & Calviſio Sabino conſulibus, anno nimirum poſt triumviratum Auguſti quarto, & ante natum Chriſtum trigeſimo octavo. Cum ergo omnium fere ſcriptorum conſenſu æram 38. anno ante natalem Chriſti numerati cœptam fuiſſe conſtet, is qui hunc æræ numerum ad Chriſti domini noſtri annorum rationem deducere voluerit, ab æræ nota annos 38. deducere debet. Deductis igitur annis 38. a 363. æræ, qua Nicænum hoc concilium celebratum fuiſſe hac inſcriptione notatur, relinquuntur anni poſt Chriſtum natum 325. Quibus ea, quæ ſupra de tempore hujus ſynodi celebrata copioſe ſcripſimus, mirifice admodum & egregie confirmantur. De etymologia hujus nominis, cauſa & origine, videque quæ ſcribit Vaſæus in chron. Hiſpan. cap. 22. Baronius in notis ad martyrolog Roman. die 22. Octob. & Garſia Loayſa in notis ad concil. Elibertinum, verbo *æra*.

*Æra quid. Unde dicta.*

*Trigeſimo octavo anno ante natalem domini cœpta.*

*XX. Canonum*.) Quamquam Græci omnes afferant & tueantur, Nicæni concilii canones viginti tantum fuiſſe, idque Theodoreti lib. 1. c. 8. & Ruffini lib. 1. cap. 6. ex his duos in duas alias partes dividentis, atque ita viginti duos canones enumerantis, auctoritate confirment, addantque poſt diligentem inquiſitionem factam, in archivis Alexandrinæ, Antiochenæ, & Conſtantinopolitanæ eccleſiæ (ut conſtat ex epiſtola & actis ſynodi Carthaginenſis ſextæ) non plures quam viginti canones repertos eſſe: verius tamen eſt plures quam viginti a patribus Nicæni concilii conſtitutos fuiſſe, eorumque nonnullos naufragium paſſos eſſe, Idque rationibus evidenter oſtendo. Primo, non extat canon ille, qui, ut Euſebius lib. 3. de vita Conſtant. Athanaſ. in epiſt. de ſynodo Arimin. teſtantur, unus ex præcipuis fuit, quo decretum eſt, ut paſcha non niſi dominico die celebraretur. Secundo, neque extat is canon de bigamis ab ordinibus arcendis conſtitutus, de quo Sanctus Ambroſius epiſt. ad Vercell. epiſcopum hæc ait: *Sed prius cognoſcamus non ſolum hoc apoſtolum de epiſcopo & presbytero ſtatuiſſe, ſed etiam patres in concilio Nicæno tractatus addidiſſe: neque clericum quemquam debere eſſe, qui ſecunda conjugia ſortitus ſit.* Tertio: ubi quæſo invenitur canon de ſcripturis divinis & authenticis, cujus S. Hieron. epiſt. 3. meminit his verbis? *Sed quia hunc librum* (Judith.) *ſynodus Nicæna in numero ſanctarum ſcripturarum legitur computaſſe, acquievi poſtulationi veſtræ.* Quarto, S. Auguſt. epiſt. 118. allegat canonem Nicænum, quo ne duo epiſcopi in eadem eccleſia ſedeant, ſancte & pie cavetur: concilio Carthag. 3. cap. 48. dicitur, a patribus Nicæni concilii conſtitutum fuiſſe, ut non niſi a jejuno ſacrificium offeratur. A concilio Carthagin. 6. cap. 3. citatur ex Nicæno canon de appellatione ad apoſtolicam ſedem epiſcopis conceſſa: quem ante habitum Sardicenſe concilium habitum fuiſſe, ex Theodoreto conſtat, qui de Julio Romæ Athanaſii cauſam cognoſcente lib. 2. cap. 4. hæc ait: *Ille eccleſiæ canonem ſecutus, & eos juſſit Romam venire, & divinum Athanaſium, qui pro ſeipſo in judicio reſponderet, vocavit.* Hoc eodem concilio Nicæno idem canon a patribus ſancitus eſt, quo cautum fuit, ut res cognitæ in minori ſynodo, in majori iterum examinari atque tractari poſſent: de quo Julius papa epiſt. ad Arianos hæc ait: *Epiſcopi in magna ſynodo Nicææ congregata, non ſine Dei conſilio permiſerunt prioris ſynodi acta in alia ſynodo examinari.* Demum in fine concilii Chalcedonenſis refert Atticus in Nicæno concilio canonem quemdam editum eſſe, quippe ibidem cum annotationibus noſtris reperitur, ut formatarum litterarum certa quædam ſcribendi forma ac ratio determinaretur, quæ apud epiſcopos tantum catholicos ſecreta retineretur, ne vulgatam formulam impoſtor aliquis hæreticus vel ſchiſmaticus per fraudem confingens, ſe pro catholico venditaret, & catholicam communionem ſuffuraretur. Quæ fuerit ratio & forma ſcribendi formatas, loco allegato patebit. Plures ergo canones, quam hic reperiuntur, a ſancta ſynodo conſtitutos fuiſſe, ne quidem ipſi Græci, numeri canonum vicenarii tenaciſſimi cuſtodes ac vindices, negare poſſunt. Huc illud etiam pertinet, quod teſte Sozom. lib. 3. cap. 19. in fine, ex inſtituto hujus concilii ad hymnum glorificationis hunc; *Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto*, quem apoſtoli inſtituerant, hæc quæ ſequuntur: *Sicut erat in principio & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum*, addita fuerint, ideo quod Ariani blaſphemantes dicerent Filium a Patre in tempore factum, & fuiſſe tempus quando non erat. Vide quæ dicemus concil. Vaſen. cap. 5. Manifeſtum ergo ſatis eſt, quod numerus canonum Nicænorum vicenarium illum a Græcis aſſertum vere exceſſerit. Fuerintne præciſe 70. vel 80. ut ex epiſtola Athanaſii ad Marcum, & Marci ad Athanaſium, Franciſcus Turrianus & Cyziceni interpres Alphonſus Piſanus, probant ſuis libris, quos hac de re ſcriptos infra ſubjunximus, " aliis diſcutienda relinquimus. Vide Baronium anno 325. numero 156. uſque ad 180. Bellarminum lib. 2. de Rom. pont. cap. 25. Poſſevinum in refutat. David Chytræi, & in apparatu ſacro.

*Numerus canonum Nicænorum quantus.*

*Plures fuiſſe canones quam xx. probatur.*

*1 Ratio.*

*Secunda.*

*Tertia.*

*Quarta.*

*Quinta.*

*Sexta.*

*Hymnus glorificationis a quo inſtitutus, quo inſtitutus.*

*" Piſani libri 4. a regio editore ſubducti ſunt, quem nos ſecuti ſumus.*

## NOTÆ CANONUM SINGULORUM

### ejuſdem Severini Binii

*Can. 1.*) Hujus canonis ſanciendi cauſam dediſſe videtur Leontius, qui accuſatus de commercio cujuſdam juvenculæ mulieris, juſſuſque proinde, ut ab ejus contuber-

*Can. 1. Leontius cauſam dedit huic conſtitutioni*

(*a*) Hic Binii notæ quamvis ad aliam minus ſinceram Nicæni Concilii editionem, quæ hic non comparet, exactæ ſint, adhuc tamen dandæ erant ad normam omnium præcedentium editionum. Monendi tamen erant hac de re Lectores ne fruſtra hic quærant loca quo illæ pertinent.

rubernio abſtineret, ſelpſum caſtrandum dedit, quo ita libere ejus commercio uti poſſet; & nihilominus tamen cum presbyter eſſet, depoſitus eſt, & ad Arianos defecit. Athan. de fuga ſua in fin. & epiſt. ad ſolitarios. Adverſus abſciſſos igitur agens ſancta ſynodus, quos neceſſitas fecit eunuchos, excepit, damnat autem qui ſuapte ſponte ſe caſtraverunt. Vide quæ diximus in notis ad can. apoſt. & Baron. num. 146.

*Tales in clerum admittit canon.*) Vetus, ſcilicet, vigeſimus apoſtolorum canon. Hunc canonem hic citari declarat articulus, quo ſynodus utitur: non enim dixit, *tales admittit* οὗτος ὁ κανὼν, id eſt, hic canon: neque dixit κανὼν infinite ac ſine articulo, ſed dixit ὁ κανὼν cum articulo, ſignificans de noto ac vetere canone ſe loqui, qui in nulla ſynodo reperitur, ſed tantum inter eos, qui ab apoſtolis traditi, & a Clemente conſcripti ſunt.

Neophyti qui.

*Can.* 2.) Hoc canone decernitur, ut neophyti, id eſt, recens baptizati, non ordinentur epiſcopi aut presbyteri. Huic derogatum fuit in Ambroſio & Nectario, ad ſedandos concitatos tumultus, & ob inſigniorem aliquam perſonam. Vide quæ diximus in notis ad can. apoſt. 79. Baron. num. 154.

Lex cælibatus.

*Can.* 3.) Occaſione eadem qua primus, etiam tertius canon ſancitus eſſe videtur, quo vetatur, ne quis quovis prætextu apud ſe mulierem ſubinductam retineret aliam, quam vel matrem, vel ſororem, vel amitam, vel ſuſpicione carentem, nulla uxoris mentione facta, cujus ſane nomen ante alias fuerat exprimendum, ſi ad rogationem Paphnutii, ut referunt Socrates & Sozomenus, de ea dubitatum eſſet. Quare verius eſt hoc concilio ad rogationem Paphnutii non modo non liberum cuique relictum eſſe uti uxoribus poſt ſuſceptos ſacros ordines, ut mentiuntur Socrates lib. 1. cap. 8. & Sozomenus libro 1. capite 22. ſed illud idem hic, ſicut & in concil. Arelatenſi 2. capite 2. expreſſe vetitum eſſe, & abſque controverſia ab omnibus obſervatum fuiſſe. Cujus obſervationis teſtis eſt Sanctus Baſilius epiſt. 1. ad Paregor. in addit. qui hujus canonis auctoritate niſus, non permiſit ſeptuagenarium ſenem ſecum habitantem habere mulierem, ſed inquit: *Ejice illam ex ædibus tuis, & trade in monaſterium. Sit illa cum virginibus; tu inter viros miniſtra. Lego*, ait, *canonem a ſanctis patribus noſtris in Nicæna ſynodo conſtitutum, qui manifeſte interdixit, ne quis mulierem ſubintroductam habeat.* Unde Hieronymus epiſt. 50. in fine. *Apoſtoli vel virgines, vel poſt nuptias continentes; epiſcopi, presbyteri, diaconi aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certe poſt ſacerdotium in æternum pudici.* Vide Baron. anno 325. num. 148. & trib. ſeqq. item anno domini 58. num. 17. & 12. ſeqq. Bellarm. lib. 1. de clericis cap. 20. argumenti ſexti ſolutione. Vide annotationes Franciſci Turriani in canonem 4. Nicæni concilii infra.

An ad rogationem Paphnutii uſus conjugii presbyteris uxorem habentibus permiſſus fuerit.

*Can.* 4.) Citatur canon hic in ſynodo ſanctorum patrum, qui convenerunt ad ſanctum œcumenicum concilium Conſtantinopolitanum, epiſtola ad Damaſum cum hoc additamento: *Ut ſingularum provinciarum antiſtites una cum finitimis, modo ipſis ita viſum fuerit, epiſcopis.* Vide Theodoret. lib. 5. cap. 9. Baron. num. 195.

Canonis quarti additamentum quod ſit.

*Can.* 5.) Conſtituitur hic, ut inter epiſcopos firma ratæque perduret concordia, & ut bis in anno concilia celebrentur ſecundum canonem apoſtolorum 38. Vide quæ ibi notavimus, item Turri. annotationes in can. 7. infra.

*Can.* 6.) Initium hujus canonis, quod tale eſt: *eccleſia Romana ſemper habuit primatum*; in libris vulgatis deeſt. Ita enim citatur a concil. Chalcedon. patribus act. decima ſexta. Cum hoc eodem initio extat idem canon a Dionyſio abbate e Græco in Latinum tranſlatus, ut refert Alanus Copus in 1. dialogo. Intelligitur & explicatur his verbis: *Perpendimus omnem primatum & honorem præcipuum ſecundum canones antiquæ Romæ Deo amantiſſimo epiſcopo conſervari*: quaſi diceret: ſicut Petrus ejuſque ſucceſſor Romanus epiſcopus ac pontifex, ex inſtitutione Chriſti divino jure primatum conſecutus eſt, & ſemper habuit, ac legitime uſurpavit; ita Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopus omnium eccleſiarum dumtaxat, quæ ſunt in tota Ægypto, primatum & auctoritatem, quam Meletius ſchiſmaticus impugnaverat, juſte uſurpet: & non ex inſtitutione Chriſti, ſed ex conceſſione, ordinatione, & inſtitutione Petri, ejuſque ſucceſſoris Romani pontificis, qui omnes Ægypti provincias per Marcum Petri diſcipulum, & Marci ſucceſſores, huc uſque regere & gubernare conſuevit. Cum enim Chriſtus ipſe inſtituerit in Petro pontificatum duraturum uſque ad finem mundi, Joan. 21. fit, ut quicumque Petro ſuccedit, a Chriſto pontificatum accipiat. Bellarminus libro ſecundo de Roman. pontif. capite duodecimo. Cum igitur ex apoſtolica traditione, ex conciliorum generalium ac pontificum decretis & communi patrum conſenſu conſtet, ſolum Romanum epiſcopum Petro in epiſcopatu ac pontificatu ſuccedere, fidem Chriſti impugnat, qui aliter quam a Chriſto Romanæ eccleſiæ primatum & pontificatum collatum eſſe affirmat. Si dicas; in concilio Chalcedonenſi act. decima ſexta legimus, quod Romanus pontifex primatum habuit a patribus Nicænis, ideo quod illa civitas toti orbi imperaret. Reſpondeo, illud decretum non eſſe legitime factum, quia legatis apoſtolicæ ſedis abſentibus, & poſtea reclamantibus latum eſt; ideoque a Leone pontifice aperte & damnatum & reprobatum. Et merito. Nicænum concilium enim non attribuit Romano pontifici primatum, quaſi antea non habuerit; ſed agnovit eum habere, ſemperque habuiſſe. Taceo quod ſanctus Dionyſius Alexandrinus epiſcopus apud ſanctum Dionyſium Romanum pontificem accuſatus, eum judicem agnoverit, ejuſque ſententiæ lubens meritoque ſexaginta circiter annis ante concilium Nicænum acquieverit. Si ob eam cauſam, quæ a decreto allegatur, primatus Romanæ eccleſiæ foret collatus, oportebat etiam poſt, Mediolanenſi, Trevirenſi, & Nicomedienſi, primatum eccleſiæ eſſe collatum; cum Mediolanum, Ravenna, Sirmium, Treveri, &c. ſedes imperii multis temporibus fuerint. Bellarminus libro ſecundo de Roman. pontif. capite decimo ſeptimo. Errant igitur omnes graviter, qui putant hoc canone Alexandrinam Romanæ adæquatam eſſe, cum a Romanis pontificibus diverſis, diverſi Alexandrini epiſcopi, Dionyſius nimirum & Athanaſius accuſati & citati comparuerint, judicioque eorum velut oraculo Spiritus ſancti acquieverint. Quod Ruffini expoſitio hæc: Alexandrinus habeat curam Ægypti, ſicut Romanus habet curam eccleſiarum ſuburbicarum, quæ Romanæ eccleſiæ diœceſi peculiariter præ ceteris ſunt ſubjectæ; mala ſit, erronea, & ex ignorantia profecta, patet; quia hoc concilium, neque ut hic, neque ut in concilio Carthagin. ſexto, vel etiam in Chalcedonenſi, aut ut a Dionyſio citatum reperitur, ſuburbicariarum eccleſiarum uſquam meminit. Accedit quod ipſa ratio inepta foret, ſi ita reſtringenda eſſet. Ante victoriam igitur novantes noſtri ſæculi triumphant, quaſi hoc loco definita fuerit Romanæ eccleſiæ juriſdictio, ut tantum præſit ſuburbanis eccleſiis. Baron num. 134. Qui vero cum Balſamone ſentiunt, hoc tempore & Romanum, & reliquos patriarchatus eſſe inſtitutos, ipſique Romano totius occidentalis eccleſiæ dumtaxat curam demandatam eſſe, abſurde ſentiunt, ut patet ex epiſt. Nicolai primi, quam ſcripſit ad Michaelem imperatorem, quæ extat. Item patet ex ſuperioribus. Vide præterea Baron. num. 130. Bellarmin. lib. 1. de Romanis pontificibus cap. 24. & lib. 2. cap. 13. notas noſtras ad epiſtolam Anacleti 3.

Canon ſextus a Græcis mutilatus.

Explicatur canon ſextus.

Objectio quædam refellitur.

Primatus Petro ejuſque ſucceſſoribus a Chriſto collatus fuit.

Ruffini expoſitio erronea.

Balſamonis interpretatio quæ & qualis.

*Quoniam quidem & epiſcopo Romano parilis mos eſt.*) Hæc verba corrupta ſunt, ac proinde corrigenda ſic: *Quoniam talis epiſcopo Romano conſuetudo eſt* ita legendum eſſe, canon decimus ſextus, quem ex Romanæ eccleſiæ ſcriniis Paſchaſinus B. Leonis I. pontificis maximi legatus ad concil. Chalced. attulit, aperte indicat. Vide Poſſevinum in app ſacro, verbo *Nicænum*.

Canonis emendatio.

*Quia conſuetudo obtinuit.*) Hieroſolymitana eccleſia per annos quingentos fere uſque ad Juvenalem ejuſdem eccleſiæ epiſcopum, patriarchalis nomine, non re; honore, non poteſtate habita eſt; ſic ut epiſcopus illius eccleſiæ quarto quidem loco in conciliis ſederit, verum nulli archiepiſcopo vel epiſcopo inſtar aliorum patriarcharum præfuerit. Ipſum autem Cæſarienſi archiepiſcopo Palæſtinæ metropolitano, & Antiocheno patriarchæ, qui toti orienti præſidebat, ſubjectum fuiſſe, teſtantur Hieronymus in epiſtola ad Pammachium, Leo epiſtola ſexageſima ſecunda ad Maximum Antiochenum, Bellarminus libro primo de Romanis pontificibus cap. vigeſimo quarto. Nihil ergo magna ſynodus Hieroſolymorum eccleſiæ contulit, niſi ut honor qui ex antiquo uſu ei deferri ſolebat, juribus & ſubjectione metropolitani ſalvis, eidem deferatur. Idque propterea, quod Hieroſolymitana eccleſia mater omnium aliarum eccleſiarum (ſic enim nominatur in epiſtola ſynodali concilii Conſtantinopolitani œcumenici ad Damaſum, quæ extat apud Theodoretum libro quinto, capite 9.) appellata fuerit, adeoque non immerito ipſius civitatis epiſcopus eum honorem, ut inter apoſtolicarum eccleſiarum antiſtites ſederet, & in litteris quoque ita nominaretur, antiquitus conſecutus fuiſſe videatur. Baronius anno prædicto numero 139. Errat igitur Theodorus Balſamon non tantum hac in re, quod a patribus hujus concilii Hieroſolymitanum patriarcham Romano, Alexandrino, & Antiocheno ſuperadditum eſſe putet. verum & in eo, quod Conſtantinopolitanus patriarchatus eodem concilio ſit inſtitutus. Quod Conſtantinopolitanus in Conſtantinop. I. & Chalcedonenſi concilio non ſolum patriarchatum adipiſci, ſed etiam ſecundum locum inter patriarchales ſedes obtinere conatus fuerit, verum eſt: ante Juſtiniani autem tempora eumdem id a Romanis pontificibus impetraſſe, nullo authentico ſcripto probari poterit. Poſt annum domini 500. Juſtiniani imperatoris opera, & Rom. pontificum permiſſione, nullo amplius reclamante, Conſtantinopolitanum & Hieroſolymitanum epiſcopum in numerum patriarcharum

Can. 7. Hieroſolymitana eccleſia an & quomodo patriarchalis.

Theodorus Balſamon redarguitur.

rum relatos fuiſſe concedo, ut patet ex iis quæ dixi ſupra in notis ad epiſtolam Anaclet. 3. Vide Bellarm. libro 2. de Rom. pontif. cap. 24.

Can. 8. Aceſii Novatiani de concilio Nicæno ſententia.

*Si qui voluerint.*) Novatianis ad eccleſiam redire volentibus, certis quibuſdam conditionibus expreſſis, janua adaperitur. Cauſam præbuit Aceſius Novatianorum eccleſiæ epiſcopus, qui ab imperatore rogatus, an idem quod de fide in Chriſtum, & feſto paſchatis celebrando patres concilii definiviſſent, ipſe crederet; a Sozomeno libro primo capite vigeſimo primo reſpondiſſe ſcribitur; *nihil novi deciſum eſſe, conciliique decretum laudaſſe. Sic namque ſe ab ineunte ætate didiciſſe, tum credendum, tum feſtum agendum eſſe.* Quæſitus ſecundo, cur ergo ſe a catholicorum recte credentium communione ſegregaret, cauſamque in peccatores & immundos, quos illa reciperet, rejeciſſet: *imperator*, inquit Sozomen. *accepto ſermone dixit:* (fatuum ironice deridens) *erigito tibi ſcalam Aceſi, & tu ſolus in cœlum aſcendito.*

Imperatoris Conſtantini facetum reſponſum.

Plures epiſcopos in una eccleſia eſſe, prohibitum.

*Ut in una civitate non videantur duo epiſcopi eſſe.*) A patribus Nicæni concilii edita ſynodali conſtitutione prohibitum fuiſſe, ut plures, quam unus, epiſcopi ſint in una civitate, ex Innocentii Romani pontificis epiſt. quæ extat apud Sozomen. libro octavo, capite vigeſimo ſexto aperte conſtat, qua in cauſa ſanctus Chryſoſtomus adverſus eos qui in locum viventis alium epiſcopum creaſſent, Nicænum canonem id prohibentem citat. Auguſtinus etiam epiſtol. 110. & alibi ſe per ignorantiam excuſat, quod Valerio prædeceſſore ſuo adhuc vivente, contra Nicæni concilii canonem prohibentem, ne duo ſint in una civitate epiſcopi, ordinatus fuerat. Verba illius hæc ſunt: *adhuc in corpore poſito beatæ memoriæ patre & epiſcopo meo ſene Valerio, epiſcopus ordinatus ſum, & ſedi cum illo, quod concilio Nicæno prohibitum fuiſſe neſciebam.* Quod autem ſubjungit ibidem, beatum Valerium eamdem prohibitionem ignoraſſe, his quæ in vita ſancti Auguſtini capite 8. refert Poſſidius, plane repugnat. Ille enim ſcribit Valerium corpore & ætate infirmum, ne ſuæ eccleſiæ ſacerdos epiſcopali munere & officio, propter admirabilem doctrinam ac pietatem, digniſſimus, ab aliis civitatibus epiſcopo carentibus eriperetur, ſecretis litteris apud primatem epiſcopum ſedis Carthaginenſi egiſſe, imbecillitatem corporis ſui, ætatiſque gravitatem allegaſſe, & obſecraſſe, *ut Hipponenſi eccleſiæ ordinaretur epiſcopus, qui ſuæ cathedræ non jam ſuccederet, ſed conſacerdos accederet Auguſtinus.* Atque ita reſcripto impetraſſe, quod venerabilis ſenex exoptavit. Sunt qui præter ea quæ hic ponuntur, hac de re ſingularem conſtitutionem, injuria temporis & Arianorum cum multis aliis deperditam, editam fuiſſe, non citra probabilitatem, ut ſupra diximus, conjiciunt. Vide Baronium tom. quinto, anno 305. numero 31. & 32.

S. Auguſt. cur Valerio prædeceſſore adhuc vivente epiſcopus ordinatus fuerit.

Can. 10 Indulgentia lapſis dari ſolita.

*De his qui prævaricati ſunt.*) Hoc & ſequente canone ſtatuitur, ut pro animi ardore, quo quis ſuſceperit injunctam pœnitentiam peragere, epiſcopus illi indulgentiam præſtare poſſit, ne præſtitutum integrum tempus perſolvere teneatur. Qui hanc ob ſuorum facinorum magnitudinem ſe conſequi poſſe diffidebant, commendatitiis ſanctorum, qui fidei cauſa in carcere detenti eſſent, litteris, de quibus ſupra in concil. Eliberitan. plura diximus, eam promereri ſtudebant. Tertullianus ad martyr. capite primo ſcribens, indulgentiam pacem nominans, ſic ait: *Quam pacem quidam in eccleſia non habentes, a martyribus in carcere exorare conſueverunt.* Sanctus Cyprianus multis in locis teſtatur, quod martyres in gratiam lapſorum libellis ſupplicibus ad epiſcopos tranſmiſſis, frequenter pro humilibus & ſincere pœnitentibus indulgentiam obtinuerint; quandoque etiamſi pro talibus intercederent, quibus vigor ſacerdotalis ignoſcendum non eſſe judicabat, nihil impetraſſe. Vide Baronium anno 58. numero 39

Can

*Inter audientes habeantur.*) Catechumeni cur appellentur audientes, item quid ſit, quod hic dicitur communicare ſola oratione, ſine oblatione vel cum oblatione communicare, vide quæ diximus in notis ad concil. Ancyran. can. 4

Can 12. Quæ militia hoc canone prohibita. Cingulum militiæ quid. Cauſa ſanciendi hujus canonis.

*Depoſito militiæ cingulo.*) Non omnis militia, ut calumniantur hæretici, hic prohibetur: ſed ea dumtaxat, quæ eſt ſignum idololatriæ. Olim enim cingulum militiæ fuit res magni honoris & commodi, propter magna privilegia militibus conceſſa: & propterea antiqui imperatores ethnici, perſecutionis tempore, cingulum militiæ iis qui Chriſtiani erant, fidemque negare recuſabant, ut patet apud Euſebium libro 8. capite 4. libro 9. capite 10. auferre, & exauctorare conſueverunt. Quam ob cauſam cum plures Chriſtianorum militum ardore fidei cingulum abjicerent, ſine honore potius quam fide vivere malentes: ac demum poſteaquam mundi & honoris tentationibus devicti eſſent, idem cingulum, parati deinceps fidem ejurare, viciſſim ambirent: concilium iiſdem ſeveram hanc pœnitentiam impoſuit. Vide Bellarminum lib. 2. de concil. cap. 8.

Can. 13.

*De his vero, qui recedunt ex corpore.*) Conſtituitur ne pœnitentibus in extremo periculo vitæ conſtitutis communio, quæ viaticum appellari ſolet, denegetur. Huic canoni primum Eliberit. concilii non obſtare, prolixe oſtendimus ſupra in notis ad eumdem primum canonem concilii Eliberit.

Pœnitentibus in agone conſtitutis communionem non eſſe denegandam.

Can. 14. mutilus eſt

*Pervenit ad ſanctum concilium.*) Apud Ruffinum lib. 10. hiſt. cap. 16. quædam pars canonis, quæ hic nuſquam extat, reperitur, qua jubetur ut in abſentia presbyterorum diaconi euchariſtiam porrigant. Cum itaque canones, quos Ruffinus deſcripſit, ſint veri & authentici canones Nicæni concilii, ut teſtatur ſanctus Cyrillus in epiſt. ad concil. Carthagin. quæ extat in fin. act. concil. Africani, merito hæc particula canonis, quam Kemnitius ideo in dubium revocare contendit, contra eumdem annotanda eſt & obſervanda. Et præcipue etiam propterea, ut hujus canonis, & præcedentis auctoritate & ratione diſcat & agnoſcat, olim in eccleſia euchariſtiam extra ſacrificium in uſum infirmorum præſervari ſolitam fuiſſe. Vide Bellarminum lib. 4. de euch. capite 4. Poſſevinum in app. ſacro.

Euchariſtia olim extra ſacrificium præſervata.

Can 19 Pauliani an rebaptizandi

*Si qui confugiant ad eccleſiam.*) Pauliani, reliquiæ & ſectarii Pauli Samoſateni, de quo ſupra in concil. duobus Antiochenis pluribus egimus; hi, ſi ad eccleſiam redire contendant, rebaptizari jubentur, non ut iterato baptiſmate abluantur, ſed quod horum miniſterio baptiſma ipſis collatum initio nullum fuerit, ideo quia forma eadem, qua utitur eccleſia, per expreſſam ſcilicet S. Trinitatis invocationem, non fuerit adminiſtratum. Nam in fide S. Trinitatis, quod neceſſario fieri debet, haud dubie non baptizarunt, qui Chriſtum purum hominem eſſe docentes, glorioſiſſimæ trinitatis myſteria abnegarunt. Id quod de Novatianis tempore Stephani pontificis contra Africanos conſtitutum fuit, huic canoni nihil obſtat. Hi enim forma legitima baptizati ante fuerant, ideoque ipſos per iteratum baptiſmum in eccleſiæ communionem recipere, ſacrilegum fuiſſet: juxta ea, quæ hac de re copioſe ſcripſimus in notis ad canonem apoſt. 46. & ſeqq. in concil. Afric. 3. & can. 8 concil. Laodiceni ſupra.

Cur Novatiani non ſint rebaptizandi.

*Diaconiſſæ.*) Diaconiſſæ quæ, & cur ſic appellatæ fuerint, vide quæ notavimus ad canonem 11. concilii Laodiceni.

Cauſæ additæ appendicis

*Quoniam ſunt in dominica die.*) Die dominico Quartadecimani reſurrectionis dominicæ immemores genua flectebant non aliter, quam reliquis diebus profeſtis. Itaque horum occaſione ad decretum de celebrando paſchate, hæc appendix addita fuit, ut ſanctum diem dominicum omnes æquis ritibus peragerent, memoreſque ſe cum Chriſto reſurgente, a morte animæ reſurrexiſſe in ſpem vitæ æternæ, omnes fideles die dominico ſtantes vota perſolverent. Vide Baron. an. 325. num. 115.

## Ejusdem de subscriptionibus.

De numero epiſcoporum eorum, qui huic concilio interfuerunt, ſupra egimus in principio: hoc loco de celebrioribus, qui eidem præſentes adfuerunt, pauca ſubjiciemus. Inter eos qui ſubſcripſiſſe leguntur, Oſius Cordubenſis occidentalis eccleſiæ in Hiſpania epiſcopus, vir doctiſſimus, virtutum præſtantia, in rebus agendis dexteritate, prudentia, & confeſſionis gloria clariſſimus, Silveſtri pontificis perſonam geſſit, ejuſque legato primario fungitur cum Vito & Vincentio Romanæ eccleſiæ presbyteris. Vide ea quæ diximus ſupra verbo *Oecumenicum*. Item quæ de Oſio diximus in notis ad ſubſcriptiones concil. Eliberitini.

Oſius, Vitus ac Vincentius legati pontificis.

Alexander patriarcha Alexandrinus, univerſæ eccleſiæ catholicæ clariſſimum decus & ornamentum, innumeris ferme ſanctorum elogiis prædicatus, totius agminis quaſi dux, ille eſt, qui primus omnium adverſus Arii impietatem & blaſphemiam ſublime vexillum erexit. Vide notas utriuſque concilii Alexandrini ſupra præcedentis.

Alexandrinus patriarcha

Euſtathius Antiochenæ eccleſiæ primatum tenens propter inſignem virtutum ac doctrinæ excellentiam, ex Beroenſi ad Antiochenam eccleſiam tranſlatus, celeberrimus fidei confeſſor, pro fide exulans, & demum in exilio occumbens, ex tot tantiſque ſanctiſſimis epiſcopis delectus eſt, ut in eodem ſacro concilio publicas Deo gratias ageret. Hic eſt, qui, ut ait B. Hieronymus, clariſſima tuba in adverſarios bellicum cecinit. Vide quæ diximus ſupra de conſeſſu epiſcoporum, verbo *Trecentorum*. Item notas ad epiſt. Anteri.

Antiochenus patriarcha.

Macarius Hieroſolymitanæ eccleſiæ patriarchali honore venerandus antiſtes, quartum locum poſt legatos pontificis occupans, ipſis Arianis atteſtantibus, acerrimus fidei Nicænæ propugnator extitit, ideoque ab ipſo Ario apud Euſebium Nicomedienſem in crimen adductus.

Macarius Hieroſolymitanus epiſcopus.

Potamon Heracleæ in Ægypto epiſcopus ille eſt, qui in perſecutione Maximini, illo nimirum certamine, quo Euſebius Cæſareenſis epiſcopus Potamonis concaptivus ſibi de oculo effodiendo metuens, præſidique obtemperans, timore mutilationis fidem abnegavit, ob

Potamon

Euſebius Pamphili fidem negat.

egregiam Chriſti nominis confeſſionem altero oculo effoſſo privatus, atque ita pro Chriſti nomine ſacris ſtigmatibus condecoratus, tandem poſt Meletium contemptum, cauſam ejus deſertam, poſtque Arii hæreſim graviter impugnatam, ſub Philagrio Ariano præſide ſæviſſimo infracto animi robore martyrium conſummavit.

*Paulus Neocæſareenſis.* Paulus Neocæſareæ epiſcopus, qui tempore perſecutionis Licinii ob inſignem fidei confeſſionem manuum, nervorum, & quod magis horrendum eſt, genitalis membri ferro candente admoto combuſtionem, ut ſcribit Theodoret. lib. 1. cap. 7. perpeſſus, de impietate proſtrata victoriæ trophæum ſecum portavit.

*Jacobus Niſibeu.* Jacobus Niſibenus in Meſopotamia epiſcopus, vir plane apoſtolicus, ſcripto & doctrina celebris, & mortuorum ſuſcitator, fidei ſub Maximino inſignis confeſſor.

*Leontius Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus.* Leontius Cæſareæ Cappadociæ antiſtes, columna eccleſiæ ab Athanaſio nominatus, angelicæ vitæ imitator, prophetico ſpiritu commemorabilis, qui dum iter haberet ad hanc ſynodum, Gregorii Nazianzeni patrem & baptiſmo luſtravit, & futurum epiſcopum denunciavit. Teſtis eſt Gregorius Nazianzenus oratione in funere patris habita. Sanctus igitur Baſilius memoria lapſus eſt epiſtola 82. qua Hermogenem Leontii ſucceſſorem huic concilio interfuiſſe ſcribit.

*Ariſteus Armeniæ epiſcopus.* Ariſteus epiſcopus Armeniæ, quem rectius Aroſtanem nominaveris, ſucceſſor illius Gregorii Armeni, qui regem majoris Armeniæ ad fidem convertit, eumque cum imperatore Conſtantino ad idololatriam deſtruendam, & Chriſtianam religionem propagandam incitavit. Errat igitur Nicephor. lib. 8. cap. 14. ubi ait, Gregorium Aroſtanis prædeceſſorem huic concilio interfuiſſe.

*Eutychianus.* Eutychianus Amaſenus epiſcopus, Baſilei martyris ſucceſſor, ab ipſo ſecundum præcedentes prophetias deſignatus.

*Theophilus.*) Præſentia & ſubſcriptio Theophili Gothorum epiſcopi indicat eos, qui apud Gothos Chriſtiani erant, tempore hujus Nicæni concilii omnes catholicos fuiſſe, & permanſiſſe tales uſque ad Phritigernis defectionem, qui in gratiam Valentis imperatoris mendacio Eudoxii Ariani, nullam differentiam inter catholicos & Arianos eſſe aſſerentis, deceptus, cum quibuſdam tantum catholicis a vera & orthodoxa fide ad Arianiſmum defecit. Unde patet verum eſſe quod ait S. Auguſtinus lib. 18. civit. cap. 52. *Rex Gothorum in ipſa Gothia perſecutus eſt Chriſtianos crudelitate mirabili, cum ibi non eſſent niſi catholici, quorum plurimi martyrio coronati ſunt.* Adeoque falſum eſſe, quod ſcribit Sozomenus lib. 6. cap. 38. eos qui in perſecutione Gothica, authore Athalarico excitata, martyrium ſubierunt, Arianos fuiſſe, imperioque Phritigernis Ariani paruiſſe. Illud etiam, quod ibidem de Gothorum prima ad fidem converſione per Vulphilam facta, eorumdemque cum eodem Vulphila a fide catholica defectione tempore Conſtantii imperatoris, & concilii Conſtantinopolitani primi, peracta ſcribit, commentitium eſſe, hoc eodem argumento convincitur.

Inter celebriores, quorum nomina ſubſcripta non ſunt, primas jure meritoque tenuit

*Paphnutius miraculis clarus.* Paphnutius Thebaidos ſuperioris epiſcopus, apoſtolicis miraculis clarus, qui verbo dæmones fugabat, ægros ſola oratione curabat, cæcis viſum reddebat, & paralyticos ad ſtabilitatem corporis revocabat; ideoque ſub perſecutione altero oculo orbatus, & ſiniſtri poplitis excisionem paſſus eſt. Hunc Conſtantinus in tanta veneratione & affectu habuit, ut ſæpius eum intra palatium evocatum complecteretur, & oculum illum, qui illi in confeſſione fidei evulſus erat, avidioribus oſculis demulceret. Ita Ruffin. lib. 1. cap. 4. Socrat. lib. 1. cap. 7. & 8.

*Conſtant. confeſſorum cicatrices exoſculatur.*

*Spyridon confeſſor. Philoſophi refutantur. Spyridon ſcripturæ defenſor.* Spyridon Tremithuntis, alias Irimithuntis, in Cypro epiſcopus, ob inſignem fidei confeſſionem, poſt dexteri oculi evulſionem, & ſiniſtri poplitis ſucciſionem, ad metalla damnatus, multorum mirabilium operum patrator, & ſacrarum ſcripturarum admirabilis propugnator, celeberrimus hujus concilii defenſor, Theodoreto & Ruffino atteſtantibus, eidem interfuit. De quo duo hæc memoratu digniſſima ſunt. Primum, quod philoſophos & ſophiſtas, qui ob famam tam celebris conventus, ad oſtendendas ingenii ſui vires, & ad inſultandum Chriſtianæ religioni, ad Nicæam convenerant, admirabili quodam modo confutaverit. Alterum hoc memorabile eſt, quod ex homine agreſti & ovium cuſtode epiſcopus creatus, Triphyllium virum eloquentiſſimum, quem ante ad fidem Chriſti miraculis perduxerat, in ſynodo perorantem, & loco verborum Chriſti, *Tolle grabatum tuum*, dicentem, tolle lectum tuum humilem, objurgaverit ideo, quod verbis Chriſti uti dedignaretur, & eloquentia efferretur. Sozom. lib. 1. cap. 11.

*Alexander epiſcopus philoſophos elinguavit. Vide notas noſtras.* Alexandrum Conſtantinopolitanum epiſcopum huic concilio interfuiſſe, eoſdemque philoſophos, de quibus ſupra, ſolo verbo elingues reddidiſſe ac confutaſſe, ſcribunt Ruffinus libro 1. cap. 5. Sozom. lib. 1. cap. 7.

*Nicolaus Myrenſis.* Nicolaum epiſcopum Myræ in Lycia, cujus ſanctitas

A illuſtri excelſoque loco ſemper fuit, cum aliis pluribus ſanctitate ac doctrina conſpicuis epiſcopis interfuiſſe, ex probatiſſimis aliis ſcriptoribus oſtendit Baronius anno 325. num. 20. uſque ad 47. incluſive.

Adde, quod ſicut olim cum veniſſent filii Dei, ut aſſiſterent coram domino, inter eos ſatan etiam adfuit; ita in hoc eodem ſanctiſſimo patrum conſeſſu aſtitit idem diabolus in membris ſuis hiſce: Euſebio Nicomedienſi epiſcopo, Euſebio Cæſareenſi, Paulino Tyri, Theognidi Nicæno, aliiſque pluribus, quos recenſet Baron. hæreticis, qui licet magna ex parte huic concilio ſubſcripſiſſe legantur, tamen cum id in gratiam imperatoris non tam veritatis, quam gloriæ & dignitatis ſuæ amore fecerint, ut conſtat ex iis quæ ſupra diximus, verbis *contra hæreſes Arianorum*, certum eſt, quod ſupra diximus, eos hac ſynodo abſoluta e veſtigio fidem prævaricatos, Arium ſecutos eſſe. Vide Baronium num. 40. & 41. Poſſevin. in app. ſacro, verbo *Nicænum concilium*.

B Quod duos epiſcopos jam vita defunctos huic concilio per miraculum ſubſcripſiſſe ſcribant Gregorius presbyter in orat. de magna Nicæna ſynodo, & Nicephorus lib. 8. cap. 23. quodque de Aceſio Novatianorum epiſcopo lib. 1. hiſtor. eccleſ. cap. 7. Socrates, ex eo de fide ſuſpectum redditur, quod Athanaſius, Hilarius, aliique plures, qui nihil plane intactum reliquerunt, quo inſultantem Arianam hæreſim oppugnare poſſent, harum hiſtoriarum nullam mentionem fecerint.

## Ejusdem de fine concilii.

Abſoluta ſynodo, patres concilii per literas ad Silveſtrum Romanum pontificem ſcriptas, conſtitutionum ſuarum, juxta canonem apoſtolicum, quo, ne decreta aliqua abſque ſententia epiſcopi Romani in eccleſia ſanciantur & promulgentur, prohibitum eſt, ut refert Socrat. lib. 2. cap. 13. confirmationem petunt, & impetrant. de qua confirmatione in notis ad concil. Roman. *Qui hæretici concilio interfuerint*
C 3. quod ſequitur, plura dicemus infra. Epiſtola ſynodalis ad Silveſtrum, Silveſtri ad ſynodum, extant apud Piſanum lib. 4. Euſebius deinde oratione quadam habita, Conſtantinum imperatorem laudat. Imperator vero epiſcopos omnes, ob inſignem victoriam contra hoſtes eccleſiæ obtentam, munificentiſſime excepit, eoſque ampliſſimis muneribus donavit: clericis, virginibus & viduis per multas provincias certum frumenti numerum ſuppeditari mandavit: dexteros oculos epiſcoporum in perſecutione effoſſos pie exoſculatus eſt; certo ſibi perſuadens ſe ſanctorum ſtigmatum exoſculatione ſacratiſſimam benedictionem conſecuturum. Tandem, quos ſummis favoribus & ſtudiis proſecutus fuerat, admonitione pietatis & amoris pleniſſima ad pacem & concordiam tranquille conſervandam, prævia, ſingulos a ſe dimiſit. Vide Baronium anno domini 325. num. 171. & ſequentibus.

D

# NOTÆ GABR. ALBASPINEI
## epiſcopi Aurelianenſis.

### AD CANONEM PRIMUM NICÆNUM.

VERBUM hoc, εἰ πιστοί, quod in hoc canone Græco habetur, nonnullis temere, & quaſi gratis poſitum videtur, nec ad canonis ſententiam ullo modo pertinere: alii arbitrantur ab iis cenſeri eos qui deliquerint, & peccatum in canone expreſſum commiſerint, ea qua fideles pœna afficiendos, eoſdemque remittendos inter audientes, proptereaque vertunt Latine verbum hoc Græcum, εἰ πιστοί tanquam fideles, aut ut fideles. Contra autem judico verbum hoc non ſine cauſa, & ratione additum, neque indicare, neque oportere reddi tanquam fideles; ſed, *ſi ſunt fideles*, immo non immutandam antiquam verſionem, quæ ita habet, *ſi tamen ſunt fideles*: peccata namque fidelium, & eorum qui baptizati eſſent, non eadem qua catechumenorum ratione puniebantur: verbi cauſa catechumenus ob admiſſum
E adulterium non pœnitentiam perpetuam, aut annorum plurimorum, perinde æque ſi baptizatus fuiſſet, ſuſtinebat: eccleſia paulo eos humanius, quam fideles tractare conſueverat, ut alibi oſtendimus. Ideo patres, quotieſcumque pœnas aliquas de peccatis repetendas præſcribunt: ſemper cum illa exceptione, *ſi ſunt fideles*, loquuntur, aut ſi id omittunt, ſubintelligi placet, quemadmodum patres concilii Eliberini canonibus 7. 9. 12. 41. 46. 47. 50. 51. 67. 73. 78. 79. Et cum ejuſmodi crimen eſt, quod pari pœna, tam in catechumeno, quam in fideli mulctandum videatur; utriuſque meminerunt: ut canone 67. Eliberini, *prohibendum ne qua fidelis vel catechumena aut comatos, aut viros cinerarios habeant. Quæcumque hæc fecerit a communione arceatur.* Ita patres Nicæni adjunxerunt verbum hoc εἰ πιστοί, ad ſecernendos a catechumenis fideles, moneamurque

cano-

canonem undecimum, decretumque eorum quod in eo incluſum eſt, ad fideles tantum pertinere, non autem catechumenorum cauſa eſſe factum: qui quanquam nulla impulſi, adactique neceſſitate peccaſſent, non adeo ſevere in eos animadvertebatur: & certe patres can. 14. ob idem crimen non niſi in penam triennium prorogaſſent, quo inter audientes verſarentur, *ut ii tribus annis inter audientes ſint*; ex quo clare colligas verbum iſtud *οἱ πιστοί*, de induſtria conſultoque expreſſum, ut fideles a catechumenis ſeparentur; atque aliter eſſe omnino de eorum ſtatu ſactiſque ſentiendum. Illi autem qui idem verbum Latino ſermone exprimunt, *quicumque ergo vere pœnitent, tribus annis fideles inter audientes habeantur*, caliginem offundunt ſententiæ canonis, nec quod eſſet patrum judicium, aut diſtinctio allata, perſpexerunt: nam qui inter audientes ſunt, non ſunt fideles, neque haberi fideles poſſunt, ſed ſunt aut pœnitentes, aut catechumeni. Quare dici non poterant eſſe inter *audientes* ut fideles, neque enim unquam fideles fuerunt inter audientes.

### *AD CANONEM XII.*

MIHI omnino non placet ea explicatio, quam ad evolvendum, explicandumque canonem iſtum excogitarunt, & attulerunt interpretes; neque de militibus videtur ullum eſſe verbum, aut mentio facta, qui cum poſitis abjectiſque armis ad martyrii lauream advolaſſent, iidem poſtea a fide deoque defecerant; pecuniæ vi ac magnitudine iterum ad arma tractanda ſibi viam aperuerant, ut opinantur Zonaras & Balſamo. Primo quia canon nullo modo de martyribus diſputat. Secundo quia canon iſte, & qui præcedit, nullo modo inter ſe diſcreparent, & ad idem plane crimen uterque revocaretur: quod dici non poteſt. Quamobrem quæſo crimen, ceu peccatum eorum, qui ſtudio Chriſtianæ religionis incenſi militiam deſeruerunt, quique poſtea Chriſtum dominum ejurarant, differre videtur ab ſcelere & perfidia illorum, qui cum nullam eis vim, ulla neceſſitas adferret, Chriſto nuncium remiſerant? Num ideo eorum crimen majus videbatur, quod militares procurationes & honorum quoſdam gradus in bello coemiſſent? Perinde quaſi idololatriæ & apoſtatæ crimen ulla acceſſione gravius foret, quod dignitatem quandam militarem redemiſſent? Quænam quæſo Chriſtianis in bello dignitas, crimini aut fraudi eſſe potuerit niſi ob ſacramentum quod ſub imperatoribus falſorum Deorum nomine ſuſcipiebatur, quod ſuæ fidei militaris teſtes futuros proferebant? Quod tamen idololatriæ genus inter hujuſce criminis ſpecies minimum ducebatur, neque ejus augere crimen poterat, qui palam & publice Chriſti fidem eſſet deteſtatus, & qui immaniore hoc ſe ſe idololatriæ ſcelere & ſpecie obligaſſet. Præterea nunquam mihi probabunt decreto aliquo prohibitum fuiſſe, ne Chriſtiani militatum abirent, quamvis non deſint graviſſimorum authorum teſtimonia, qui id conſilii dederint, ne ad bella proficiſcerentur Ethnicorum: quod cum atrociſſima quædam in Chriſtianos ſupplicia excogitarentur, verendum eſſet, ne quandoque propoſitis tot ante oculos vitæ periculis in idololatriam prolaberentur. Innumerabilia namque in antiquorum patrum monumentis exempla commemorantur, militum maxime qui in caſtris ad mortem traderentur Chriſti cauſa perferendam: velut ejus militis egregium illud facinus, qui detracta ſibi corona, prodidit legiones abundaſſe ejuſmodi fortiſſimis viris. Quid quod nec ſileri illud poteſt, quod hiſtoriæ teſtantur, imperatores quandoque militum ſuorum, quos Chriſtianos eſſe ſcirent, auxilio uſos ad præſidia quædam impetranda: quæ portenti ac miraculi loco ducerentur, quæ omnia perſpicue demonſtrant eccleſiam non prohibuiſſe, ne ad militiam quis reverteretur. Poſtremo verba illa, *ut nonnulli etiam pecuniam profunderent & militiam beneficiis aſſequerentur*, adaugent accumulantque crimen illud, quod his verbis indicatur, *ad ſuum vomitum reverſi ſunt*. Quæ ſi quo ſenſu ac ſententia exponunt interpretes perpendas, hæc eſt patrum ea de re interpretatio: qui non modo Chriſtum dominum perfidioſe & abjecte pernegarunt, verum etiam non pepercerunt pecuniæ, ut ſuos illos militiæ gradus honorum recuperarent: quæ una loquendi ratio, tam infirma & debilis fuiſſet, poſtremumque illud quod addiderunt augendi & exaggerandi primi criminis cauſa, ita leve nugatoriumque haberetur, ut non credibile ſit ita patres eſſe locutos & ſenſiſſe. His accedit, quod ſi arma capere, & ad militiam ſeſe adſcribere tribus illis primis ſæculis non licuiſſet, tempore quidem concilii Nicæni bellare poterant, decretumque illud reſciſſum erat canone 3. concilii Arelatenſis primi, quod multo ante concilium Nicænum viguerat, *ne arma projiciant in pace*, quamobrem non hujus canonis ſenſus ad eos qui arma tractabant, aut qui cum ea reliquiſſent, ea repetere viderentur, traduci debet.

Mihi plane potius perſuaſum eſt canone iſto deſignari lapſos pœnitentes, quos benedictione percepta, ſæcularium ſumptoque habitu, poſthabitaque rerum omnium ac munerum militarium, & fori cura ac cogitatione, voti poſtea pœnituiſſet; idque quod profeſſi fuerant repetentes commutationis vitæ tædio quodam affecti, animum & cogitationem ad munera illa ſæcularia rurſus adjeciſſent.

Ab ea explicatione non aliena ſunt, neque omnino abhorrent illa verba, *ut nonnulli etiam*, quibus patres eos inſimulant & criminantur, quod non modo ſui voti ac promiſſi cepiſſet eos oblivio, verum etiam largitione & pecunia ſua ad illa, quæ deteſtati fuerant, munera publica curationeſque adminiſtrandas ſeſe convertiſſent, cum ea, pœnitentium habitum induentes, valere juſſiſſent.

Vetere patrum memoria illud commemorabile proditur, Pœnitentes eo animo fuiſſe, ut pœnitentiam nec ſe unquam (pœnitentiæ tempore) depoſituros, nec habitum veſtitumque qui communis ac peculiaris eſſet pœnitentium, voverent, quo facilius deplorandum ac miſerandum ſuæ conditionis ſtatum prætereuntium oculis ſubjicerent, comam ſeu capillitium alerent, a congreſſu & conſuetudine uxorum abſtinerent, a publicis ſe negotiis removerent, neque in publicum facile e tenebris domeſticis emergerent, ut uno verbo complectar, nullam mercaturam exercerent; res ita plana & adeo canonibus agitata, ut diutius, in earum rerum commentatione ac narratione verſari putidum ſit. Idcirco canon Nicænus illos vehementiſſime inſectatur & carpit, quod non ſolum munerum publicorum adminiſtrationem, quæ prius ſtudio pœnitentiæ neglexerant, attigerint, verum etiam ardentiſſimis animis ea conquiſierint & ambitioſius pecuniæ vi maxima, rem unam redemerint; quam oblatam repudiare, ut adverſariam ac repugnantem voto quod emiſerant, debuiſſent.

Ceterum alia concilia, & patres qui eamdem rem ſeu quæſtionem diremerunt poſt concilium Nicænum, manifeſte demonſtrant & docent canone iſto notari & coargui illos, qui pœnitentiam intermiſerant: eadem quippe verba uſurpant: *redire ad vomitum & militiam deponere, & cingulum militiæ reſumere*: quibus verbis admonemur, ne ſententiam horum verborum a ſolam militiam vertamus: atque in eo canone non agi de militibus qui vacationem militiæ ſibi dari efflagitabant, ut ad Chriſtianiſmum tranſirent, ſed agi de pœnitentibus, qui relicta quam profeſſi erant pœnitentia, rurſus animum ad ſæcularia negotia, aut ad militiam applicabant. Nam ſi conſideremus & attendamus, hæc verba *militiæ cingulum* & *zonam*, generalem quemdam loquendi modum eſſe, quo non ſolum militaria munera, ſed etiam forum, ſæcularia negotia, mercatura ipſa, eccleſiaſtica inſuper officia ſignificantur: & verbum hoc *militia*, & apud patres & apud canones ad quatuor explicanda deſumi, ad bellum, mercaturam, judicandi poteſtatem & ordines ſacros, in eumdem ſenſum & ſententiam hujuſce canonis verba accipiemus.

Canone 5. Siricii epiſt. ad Tarraconenſem epiſcopum perſpicere licet explicationem iſtius duodecimi canonis concilii Nicæni, in quo non modo eamdem ſententiam ſenſumque hujuſce canonis ſequitur Siricius, ſed & eadem verba retinuit: nam iiſdem omnino verbis utitur *militiæ cingulum*, quibus munera reipublicæ ſeu ſæcularia deſignantur, non autem arma: & canone 1. epiſt. 3. vox iſta *militare*, quam ſæpe pro negotio curationeque reipublicæ uſurpatur, *aut negotiis reipublicæ optaverunt militare*: ad hunc eumdem modum ſumi videas can. 3. epiſtola 6. S. Innocentius ad epiſcopum Rothomagenſem can 2. in eamdem ſententiam. D. Leo ad Ruſticum canonib. 10. & 12. cum eamdem quæſtionem de pœnitentibus, qui votum ſuum infringunt, diſputat, eodem verbo utitur *militia*, ubi agnoſcas & deprehendas militiæ cingulum, ad omnia illa, belli gerendi munera, officiaque reipublicæ ſeu ſæcularia uſurpari ſolere: nec abſimilis eſt ſenſus verborum illorum canone 18. 4. concilii Toletani: ad extremum in conciliis Ilerdenſi & Matiſconenſi, verbum *cingulum*, ad eccleſiaſtica munera declaranda referri videtur.

### *AD CANONEM XIII.*

QUo facilius canon iſte intelligatur & omnes difficultates quæ occurrent evolvantur, bipartito dividendus eſt: prima quidem parte patres id decernunt, ne cui in extrema mortis neceſſitate poſito uſura viatici ultimi & neceſſarii ſubtrahatur: in poſtrema, cum ad certum vitæ periculum adductus quiſpiam pœnitens, euchariſtiæ ſacramentum requirit, epiſcopum oportere totam ejus vitæ rationem explorare & expendere; qua facta vitæ conquiſitione duriſſima, ſi dignum tanto beneficio judicet, conferre poſſe. Quod autem medio canone ſancitur, ſi ſumpto viatico meliuſcule habuerit, non eſt opus dicere: nihil enim quod difficultatem pariat, ibi reperias. In prima enim parte quod obſcurum eſſe poteſt, vox iſta *viaticum*, id totum ſuſtinet, nimirum quæ ſit ejus ſignificatio & notio, & quid per



viati-

viaticum intelligi velint patres. Zonaras & Balſamon Euchariſtiam deſignari putant, *iiſdem nihilominus in extremo vitæ diſcrimine poſitis, quamvis multa nomine communione interdictum ſit, ſacramenta impartiri, ut eo quaſi viatico inſtructi decedant, nec ea quæ ex illis efficitur ſanctitate priventur, hoc canone patres jubent*. Balſamon, *jubet enim omnem, cui pœna impoſita eſt & ſacramentis eſt privatus, præclaro ſanctæ participationis ſeu communionis viatico non privari in extremo ſpiritu, cum examinatione epiſcopi*. Quorum ſententiæ accedunt multi recentiores, atque inter hæreticos Caſaubonus in ſuis exercitationibus. Alii mihi aſſentientur hoc verbo, *viaticum*, Euchariſtiam videlicet non declarari: ſed ſimplicem tantum communionem & jus communicandi, quod pœnitentibus tali præſertim tempore, vel abſolutione peccatorum, vel privata quadam manuum impoſitione concedebatur. Non me quidem fugit, & id illis largior, verbo hoc aliquoties indicari ſanctiſſimum ſacramentum, vocemque quandam generatim ſumptam, qua quidquid morientibus prodeſſe magnopere poſſit intelligimus, cujus vis & gratia ipſa ad aliam uſque vitam proſequi & comitari eos poſſit, ut alio quodam loco demonſtrabitur, atque inter cetera viatica nobiliſſimum occupare & ſibi vindicare locum euchariſtiam, eſſeque potentiſſimam. Sed antequam noſtræ ſententiæ ſeu explicationis percenſeantur rationes & argumenta, nemini dubium eſſe poteſt, quin hoc canone diſputetur de pœnitentibus, aut de iis qui extra eccleſiæ communionem ſunt, quique in eo vitæ ſtatu accedente morte e medio tolluntur: nam canon ait, ſi morbo relevabuntur, iis ad pœnitentiam quam inſtituerant perficiendam, revertendum; quod non niſi de pœnitentibus, aut de iis qui peccati lethalis conſcii fuerint, dici poteſt. Præterea interpretes qui hoc verbum, euchariſtiam, quod eſt in ſecunda parte, communionem reddunt, ut in variis editionibus videre eſt, decipi omnino & labi magnopere, nec eſt ab antiqua verſione facillime diſcedendum, in qua euchariſtiam legas. Nam quamvis euchariſtia ſit quoddam genus communionis auguſtiſſimum ſane & multo perfectiſſimum, tamen plurimi ſunt communionis modi, qui non ſunt euchariſtia, nec erit difficile oſtendere olim apud majores noſtros, pœnitentes ad eccleſiæ corpus adjungi ſolere, & ad ſocietates fidelium reduci aliis omnino viis atque modis, quam per euchariſtiam, adeo ut qui ubi paſſim legunt ad euchariſtiam, ibi reponunt communionem, pari in errore verſantur atque ii, qui hic communionem collocarunt ad indicandam vocem hanc euchariſtiam, genus pro ſpecie, ut alii ſpeciem loco generis poſuerunt.

Id autem planum fiet explicatione totius canonis: rationes afferantur. Decepti ut ego ſuſpicor fuerunt interpretes, quod crediderint verbum hoc, *viaticum*, aliud nihil ſonare in primis illis temporibus quam euchariſtiam, uti hodie nihil aliud ſonat, ſolumque hoc fuiſſe ſacramentum quod vicem viatici ſubiret iis maxime qui morerentur: & tamen alibi oſtendimus baptiſmum, abſolutionem peccatorum, ſimplicem manuum impoſitionem, quia communionem fidelium pœnitentes recuperabant, impoſitionem manuum reconciliatricem potuiſſe æque ac euchariſtiam loco viatici præberi, quantumvis euchariſtia potentiſſima & perfectiſſima dicitur.

Verbum hoc *neceſſarium*, perpendi debet in hujus canonis explicatione, nam cum iſto canone pateat euchariſtiam non eſſe viaticum neceſſitate abſoluta, argumento erit in prima parte verbum hoc *viaticum*, non ſumi debere pro euchariſtia, quandoquidem patres de viatico neceſſario in eo differant, & vere neceſſitate abſoluta non eſt neceſſaria euchariſtia, quo pœnitens de ſua ſalute æterna certus fiat & flammas numquam deſituras evadat, cui periculo ac diſcrimini patres hoc canone proſpicere & providere voluerunt, nec aliud in prima parte ſanxerunt, quam id quod omnino neceſſarium videatur, ut ſempiterni exitii metu liberi redderentur. Non eo hæc a me dicuntur, quod non multis partibus abſolutione præſtet euchariſtia, aut viaticum ejus aliis omnibus non antecellat, aut quod pœnitenti optanda non videatur; ideoque quidpiam de ejus dignitate ac præſtantia detrahi ac eripi poſſit: ſed quemadmodum mille aurei nummi neceſſitate abſoluta non ſunt neceſſarii ei, qui Romam proficiſci velit, tamen præponderantur & prævalent minori ſummæ, quæ abſolute neceſſaria eſt peregrinanti iter facienti: ita ex eo quod pœnitenti licet morienti & vitiis carenti non daretur olim euchariſtia, hujus ſacramenti dignitas admirabilis corporiſque Chriſti præſentia non minuitur.

Omnes autem interpretes, ſic ut nullus diſſentiat, confitentur, poſtrema parte canonis iſtius de euchariſtia verba fieri: imo ii qui communionem loco euchariſtiæ ſubſtituunt. Age vero, videamus utrum quod de euchariſtia decretum eſt in poſteriori, & cum eo convenire, & ad id referri poſſit, quod de viatico in prima parte definitum eſt. Nam ſi hæc inter ſe decreta diſcrepant, quodque de uno aſſeritur, in alterum non cadat, facile erit dijudicare, verbum hoc *viaticum* non habere vim & ſignificationem euchariſtiæ. Neque enim facile quis perſuaſerit, eodem in concilio, canone eodem, quinque aut ſex lineis, patres aliqua inter ſe contraria & pugnantia decreviſſe. Et quo commodius, quod in fine canonis dictum eſt, conferatur cum eo, quod in principio: Obſervandum eſt, quandoquidem *viaticum* iſtud neceſſarium vocabatur; neceſſario item fuiſſe porrigendum; ideoque qui illud largiri poterant, ut ſacerdotes, ſine ulla mora ac tergiverſatione non explorato epiſcopi conſenſu, aut voluntate dare debuiſſe. Aliter pœnitens, eo quod neceſſario indigebat caruiſſet; aut ſane viaticum iſtud quod non niſi permittente epiſcopo præbere potuiſſent, abſolute neceſſarium non fuiſſet.

His ita diſcuſſis in ſecunda & ultima parte canonis definite ſtatuitur, in ipſo exitu ſeu morte euchariſtiam inconſulto, aut invito epiſcopo non eſſe miniſtrandam, inquiſiturumque epiſcopum in vitam moreſque poſtulantis euchariſtiam, ejuſque arbitrio atque nutu poſt exactam conquiſitionem dandam aut negandam. Id autem quadrare ne, aut convenire poteſt in *viaticum* neceſſarium? Si euchariſtia ſignificatur & intelligitur verbo iſto *viaticum*, quod in principio canonis eſt, ſane *viaticum* omnino neceſſarium eſt. At ſi eſt neceſſarium, quid cauſæ eſſe poteſt, cur in fine canonis ſtatuant, illam non ſine epiſcopi auctoritate ac judicio conferendam, & faciant eam non neceſſarium viaticum? Quomodo illa retineri aut negari poteſt? Quamobrem examinandi pernoſcendique mores ejus qui petit, ſi neceſſario illam præberi oporteat? Res una ad ſalutem omnino neceſſaria, non dilationem ferre poteſt, non tempus, non conſilium, aut inveſtigationem vitæ morumque, momentum punctumque temporis, judicium aliquod. Vox una, aut ſignum voluntatis vultuſque ſatis valent ad extorquendam a presbytero abſolutionem & viaticum neceſſarium tali in periculo: tantum abeſt, ut ad epiſcopum confugere aut concurrere quemquam deceat, aut ejus qui ex hac vita ad aliam proficiſcatur, examinandi mores ſint & conquirendi. Unde perſpicias verbum hoc, *viaticum*, non pro euchariſtia ſumi initio hujuſce canonis, cum hæc duo decreta inter ſe pugnarent & confligerent, quodque de euchariſtia dictum eſt, non poſſit viatico neceſſario convenire, de quo initio facta eſt mentio.

Illuſtrabit & illud explicationem noſtram, ſi conſideremus potuiſſe accidere, ut pœnitens, aut quivis alius, quem noxa lethifera fœdaſſet, in remotiſſimis locis ac regionibus ab epiſcopi dominatione, terra marique in periculum incideret mortis, cui viatico neceſſario carendum eſſet, ſi euchariſtia pro viatico neceſſario haberetur, ſi ad hunc modum in ipſo canone legeretur, aut exponeretur. nam multo antequam epiſcopus conſuleretur, ægrotique mores cognitos & perſpectos haberet, hujus lucis uſura privatus fuiſſet. Unde quod canonis initio ſancitum eſt, ad ſacramentum traduci non poteſt; cum poſtrema parte id totum ad epiſcopi poteſtatem cognitionemque pertineat & transferatur.

Si antiquæ diſciplinæ rationem habueris, quod ad eos ſpectat qui tempore pœnitentiæ fato quodam ſuo e medio tolluntur, aut euchariſtiam perpenderis, quanta animi proviſione aut cautione iiſdem pœnitentibus porrigi debeat, explicationem noſtram, ut veram & rationi conſentaneam comprobabis. Nam patres poſt tertium ſæculum cenſent nemini ut liceat, ſine ullo viatico mori. *Nemo enim vinctus anathemate mihi moriatur*, ait Syneſius. *Nemo decedat vacuus communione*, ait concilium Areatenſe: & ſanctus Innocentius aſſerit dandum eſſet, ut a perpetuo exitio vindicentur, omneſque canones qui de pœnitentibus morientibus agunt, neceſſario ſubminiſtrandum docent. Sed quando de iiſdem pœnitentibus differunt, utrum ſit eis euchariſtia concedenda, omnes fatentur non niſi facta ab epiſcopo poteſtate, licere. Quartus canon ſecundi concilii Carthaginenſis, & 7. concilii Græci Carthaginenſis idem affirmant; qua ex re ubivis locorum ſemper eccleſia id retinuit, abſolutionem, quæ inſtar erat viatici neceſſarii, neceſſario fuiſſe impertiendam: quod ad euchariſtiam vero attinet, tametſi pœnitens propius a morte abfuiſſet, eamque obnixe efflagitaret, denegandam omnino, donec compertum fuerit, elapſis ante diebus, nihil ſe ea indignum præbuiſſe, epiſcopumque ei communicandæ poteſtatem feciſſe. Ea enim religione eccleſia ſemper fuit obſtricta, & obligata, ut nemini niſi integerrimo & innocentiſſimo euchariſtiam condonaret, cum eam ne in morte quidem præberet. Atque hæc mea explicatio, cum non a præſcripto canonum aberret, ejuſque rei praxis quædam & uſus tot annorum curriculo invaluerit, mihi videor clare oſtendiſſe verbum hoc, *viaticum*, in hoc canone abſolutionem, non euchariſtiam nominandum.

Sententia ergo hujus canonis hæc eſt, in morte pœnitenti abſolutionem negari non debere. Quod ſi præter abſolutionem copiam ſibi fieri euchariſtiæ poſtulet, epiſcopi eſſe examinare & veſtigare ejus mores, quibus probe ſcienterque cognitis, ſententiam ferat. Eam ergo canonis ſententiam, & patrum mentem & intelligentiam, qui ejus auctores fuerunt, puto fuiſſe; quo autem res illuſtrior fiat, exempli appoſitione illuſtrabo. Nam ut diximus

ximus totus ille canon, prima & ultima parte de pœnitentibus loquitur, qui pœnitentiæ tempus non terminarant, exempli cauſa, qui triginta annorum ſpatio, aut ipſa morte definitam pœnitentiam pœnæ nomine ſubiiſſet, is ſi in morbum lethalem, primo anno pœnitentiæ incurriſſet, beneficii aut gratiæ loco Eccleſia abſolutionem peccatorum largiebatur, eumque in ſocietatem fidelium adſciſcebat impoſitione manuum: ſed quia ejus peccata gravia cum eſſent, non ei illa expiare, propter rationem brevitatis ac temporis licuerat, eccleſia illi euchariſtiam negabat, quo veteris eccleſiæ diſciplina non relaxaretur, neve ſacroſancta communio aut corporis Chriſti liberatoris noſtri auguſtiſſimus cibus, certis quibuſdam proponeretur, qui nequaquam ea vitæ ſanctitate quæ requirebatur, præſtarent, quamquam ſceleris omnes & flagitii expertes eſſent. Ut autem nullus dubitationi locus relinquatur, conſiderandum anno domini 572. Martinum epiſcopum Bracarenſem in Hiſpania natione Græcum, quoſdam collegiſſe & concervaſſe canones conciliorum Græcorum ex eorum numero, quos maxime utiles & accommodatos ab diſciplinam eccleſiaſticam in Hiſpania fore cenſebat, eoſque in Latinum ſermonem tranſtuliſſe; e quibus 13. canon iiſdem plane verbis reperitur. *Si quis de corpore exiens noviſſimum, & neceſſarium communionis viaticum expetit, non ei denegetur. Quod ſi in deſperatione poſitus, poſt perceptam communionem iterum ſanus fuerit factus, tantum orationis particeps ſit: nam non accipiat ſacramentum, donec præſcriptum pœnitentiæ impleat tempus. Qui ergo in exitu poſiti ſunt, & deſiderant accipere ſacramentum, cum conſideratione, & probatione epiſcopi accipere debeant.* In quo videns verbum, *viaticum*, ex poni communionem, hoc eſt abſolutionem, & verbum euchariſtiam, ſacramentum, quomodo noſtra explicatione expoſuimus, in eoque canone diſtingui ac ſecerni viaticum ab euchariſtia: nam verbum *viaticum*, verbo communionis & abſolutionis explicat, & euchariſtiam verbo ſacramenti. Denique his legibus veterem illam diſciplinam viguiſſe, euchariſtiamque pœnitentibus quandoque denegaſſe, etiamſi eam ferme morientes peterent, canone quarto concilii Carthaginenſis ſecundi confirmatur. *Si quiſquam in periculo fuerit conſtitutus, & ſe reconciliari divinis altaribus petierit, ſi epiſcopus abſens fuerit, debet utique presbyter conſulere epiſcopum, & ſic periclitantem ejus præcepto reconciliare.* Quo canone manifeſtum fit, non niſi epiſcopi juſſu morientibus pœnitentibus conceſſam fuiſſe euchariſtiam.

### *AD CANONEM XIX.*

DIACONISSARUM *autem meminimus*. Quæſitum a me plerumque, quid verba illa concilii Nicæni ſibi vellent. Nam Zonaræ & Balſamonis explicatio, multis cum argumentis refelli poſſet, ſed omnium ingenio judicioque committo, an quiſquam ex eorum explicatione lucem aliquam, aut veriſimilitudinis auram aucupari poſſit. Ex earum numero opportuno tempore, cum videlicet quadrageſimum annum implevissent, diaconiſſæ ſufficiebantur: verum hæ mulieres quinto & vigeſimo ætatis anno certum quemdam habitum ab epiſcopis accipiebant, ut decimo ſexto allatæ ſynodi videre eſt. Eas ergo virgines diaconiſſarum nomine quæ habitu cenſerentur, manuum vero impoſitione ſacratæ non eſſent, ſynodus intelligit, ac hæreſim ſuam confitentes, laicis ordinibus adnumerandas eſſe decernit. Non bene ex his quæ diu poſt magnam ſynodum ſtabilita, & in eccleſiam inducta ſunt, formam aliquam aliis anteactis rebus præſcribes: eccleſia enim perturbationibus expedita, ubi cœpit reſpirare, multa ritibus & ceremoniis addidit, & in melius formavit, quæ difficillimis illis temporibus conſulto ſeponebat. Quapropter non eſt ex concilio Carthaginenſi quærenda interpretatio hujuſce canonis concilii Nicæni, ſed ex ritibus, qui tum in eccleſia obſervabantur, quos huic explicationi omnino contrarios invenies. Virgines enim ad diaconatum numquam eligebantur, ſed viduæ quæ ſexageſimum annum, aut amplius impleſſent. Tertullianus de virginibus velandis: (ad quam ſedem præter annos ſexaginta non tantum univiræ, id eſt nuptæ, aliquando eliguntur, ſed matres & quidem educatrices filiorum, ſcilicet ut experimentis o-

A mnium affectuum ſtructæ; facile norint ceteras, & conſilio & ſolatio juvare.) Non ſolum virgines ab hoc munere, ſed etiam mulieres quæ numquam pepererant, arcebantur; imo monſtrum ait virginem in hoc gradu conſtitutam eſſe. Plane ſcio alicubi virginem in viduatu, id eſt in diaconatu, ab annis nondum viginti collocatam: Cui ſi quid refrigerii debuerat epiſcopus, aliter utique ſalvo reſpectu diſciplinæ præſtare potuiſſet, ne tale nunc miraculum, ne dixerim monſtrum in eccleſia monſtretur: virgo vidua hoc quidem portentuoſior, quod nec quæ vidua caput texit, utrumque ſe negans & virginem quæ vidua deputetur, & viduam quæ virgo dicatur. Deinde ob quam cauſam ſacra ſynodus, has virgines quæ Deo conſecratæ eſſent, perpetuumque virginitati ante diaconatum ſeſe obligaſſent, (quamvis extra ordinem & abſque ulla manus impoſitione ad diaconatum ſeſe extulerant) utroque hoc honore ſpoliaſſet, & eas inter plebem relegaſſet? Adeone grave earum erat peccatum, ut ea animadverſione punirentur, & non ſolum indignæ hoc gradu ju-

B dicarentur; ſed etiam quæ votum, quo nuptiis in perpetuum renunciarant, perſequerentur? Quis magis probet ſententiam cardinalis Baronii anno Chriſti 34. numero 283. qui ex hoc canone diaconiſſas aliquo ritu, aut manus impoſitione initiatas, aut conſecratas fuiſſe negat, atque ob hanc cauſam in hac ſynodo eas inter laicas annumeratas fuiſſe. Quantumlibet prædictæ diaconiſſæ curarent, non tamen erant ejuſmodi, ut ſicut diaconi manus impoſitionem acciperent, vel aliquo ſacramento initiatæ eſſent. Nam ſacroſancta Nicæna ſynodus ea ex cauſa eaſdem inter laicos adnumerat. Multa poſſem argumentari, quæ ejus ſententiam infirment: in poſterioribus conciliis de earum conſecratione & initiatione decreta multa inveniri: non niſi multo poſt hanc ſynodum de eccleſia eas ſublatas eſſe. Eas denique poſt eamdem ſynodum rebus eccleſiaſticis, matrimoniis puta, & lavacris ſerviiſſe, & in inſtruendis & docendis feminis catechumenis operam & ſtudium conſumpſiſſe; ſed ex hoc ipſo loco perſpicuum eſt, eas non ſolum in cle-

C ricorum numero, ſed etiam initiatas & conſecratas fuiſſe. Nam cum ſynodus quaſdam, quæ minus recte & extra ordinem inſtitutæ eſſent, inter laicas deputandas eſſe cenſet: ſubintelligendum profecto relinquit, quaſdam fuiſſe, quæ rite & ordine conſecratæ eſſent. Denique quid toto canone ſtatuitur? quid præcipitur? quæ eſt ejus ſententia? ſi ab hæreſi redeuntes diaconiſſas eumdem jubet apud orthodoxos honoris locum retinere, quem inter hæreticos obtinuerant, nonne ſequitur quaſdam fuiſſe, quæ initiatæ & conſecratæ eſſent.

Venio nunc ad hujuſce loci explicationem quæ facilis eſt, ſi ex totius canonis ſententia hauriatur; priore enim parte dixerat ſancta ſynodus, eas, uti ceteros in clero eſſe retinendas, quæ manus impoſitione hoc munus adeptæ eſſent, ſi modo eo honore dignæ invenirentur, & modeſtiæ & pietatis exemplum inter hæreticos dediſſent. Poſtrema vero hac parte addit, ne quidem eas pro diaconiſſis habendas, quæ prava licentia hanc dignitatem & habitum diaconiſſarum, ſine manuum impoſitione ſibi abrogaſſent, & in clerum, nullo auctore,

D nulliſve ſacris & ritibus irrepſiſſent. Quamobrem autem harum diaconiſſarum ſine manus impoſitione, & ſolitis ritibus hæ mulieres potius induiſſent apud hæreticos, quam ceteri ex clero, neſcio equidem niſi quod mulieres hæreticæ, ut ait Tertullianus, maxime ſint procaces, aut quod licentia quadam, cum nulla ſit apud hæreticos diſciplina, hodie presbyter, qui cras laicus, id factum eſſet. Ceterum quod olim diaconiſſæ peculiari quodam habitu ornatæ & diſtinctæ eſſent a ceteris, nemini dubium eſſe puto, qui meminerit ceteris mulieribus in eccleſia & alibi eas præfectas eſſe, viduaſque, quæ non eſſent ordinatæ ex canone vigeſimo ſeptimo concilii Arauſicani veſte propria & peculiari indutas fuiſſe. Denique in canone centeſimo quarto concilii quarti Carthaginenſis hæc verba habentur, & veſte laica abjecta, ſub teſtimonio epiſcopi & Eccleſiæ religioſo habitu appareurint, ut in canone quinquageſimo quinto Toletani quarti. Duo ſunt genera viduarum, ſæculares & ſanctimoniales: ſunt quæ jam mutato habitu ſæculari, ſub religioſo cultu in conſpectu ſacerdotis & eccleſiæ apparuerunt.

# EADEM SYNODUS NICÆNA

## Oecumenica prima CCCXVIII. Patrum, cum aliis, præcipue Arianorum, ab anno Chriſti 325. ad Damaſi Papæ tempora.

*Ex libello ſynodico.*

SYnodus divina & ſacra, œcumenica prima, trecentorum & octodecim patrum collecta Nicææ, metropoli Bithyniæ provinciæ: cui præfuerunt & præſederunt Vito & Vincentius preſbyteri locum tenentes Silveſtri papæ Romani, ejuſque ſucceſſoris Julii: [a] Alexander, Alexandriæ: Macarius, Hieroſolymorum: Euſtathius, Antiochiæ: vice Metrophanis Conſtantinopolitani, Alexander presbyter: Hoſius, Cordubæ epiſcopus: & Conſtantinus inter Chriſtianos imperatores apoſtolus: Quæ ſancta Synodus unitatem eſſentiæ divinæ, ſive ὁμοούσιον ſanctæ trinitati accommodans, & ſanctum atque myſticum paſcha definiens, contra omnem hæreſim, divinam fidei diſciplinam expoſuit: Arii videlicet, Sabellii, [1] Photini, Pauli Samoſateni, Manetis, Valentini, Marcionis, & eorum qui cum ipſis ſentiunt. Abdicavit eadem Meletium Thebaidis epiſcopum una cum ordinationibus ipſius: & Nicomediæ Euſebium. Sacros etiam libros & apocryphos, hoc modo manifeſtos fecit. In domo enim Dei, inferiore loco juxta divinam menſam omnibus collocatis, dominum invocans oravit: ut qui divinitus inſpirati eſſent, ſuperius: qui autem adulterini, inferius (quod & factum eſt) invenirentur. [2]

a erat

A ΣΥΝΟΔΟΣ θεία ϗ ἱερὰ, οἰκουμενικὴ πρώτη, τῶν τριακοσίων δέκα ϗ ὀκτὼ θεοφόρων πατέρων, συναθροισθεῖσα ἐν τῇ Νικαίων μητροπόλει, τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας· ἧς ἐξῆρχον προκαθεζόμενοι, Βίτων ϗ Βικέντιος πρεσβύτεροι, τὸν τόπον ἐπέχοντες Σιλβέστρου τοῦ πάππα Ῥώμης, ϗ τοῦ διαδόχου αὐτοῦ Ἰουλίου· Ἀλέξανδρος, Ἀλεξανδρείας· Μακάριος, Ἱεροσολύμων· Εὐστάθιος, Ἀντιοχείας. ἐκ προσώπου Μητροφάνους Κωνσταντινουπόλεως, Ἀλέξανδρος πρεσβύτερος· Ὅσιος ὁ Κουρδούβης ἐπίσκοπος· ϗ Κωνσταντῖνος, ὁ ἐν Χριστιανοῖς βασιλεῦσιν ἀπόστολος. Ἥτις ἁγία σύνοδος τὸ ὁμοούσιον ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος B ἁρμόσασα, ϗ τὸ θεῖον ϗ μυστικὸν πάσχα ὁρισαμένη, ἐξέθετο κατὰ πάσης αἱρέσεως τὸ θεουργὸν τῆς πίστεως μάθημα· Ἀρείου, Σαβελλίου, Φωτεινοῦ, Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, Μάνεντος, Οὐαλεντίνου, Μαρκίωνος, ϗ τῶν σὺν αὐτοῖς. Ἀποκηρύττει δὲ ϗ τὸν τῆς Θηβαΐδος Μελίτιον, μετὰ τῶν χειροτονιῶν αὐτοῦ· ϗ τὸν Νικομηδείας Εὐσέβιον. Τὰς ἐνδιαθήκους βίβλους ϗ ἀποκρύφους, τοιῶδε τρόπῳ καταδήλους ποιήσασα. Ἐν γὰρ τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, κάτω παρὰ τῇ θείᾳ τραπέζῃ αὐτὰς παραθεμένη προσηύξατο· ὡς εὑρεθῆναι τὰς θεοπνεύστους ἐπάνω, τὸν κύριον ἐξαιτησαμένη, ϗ τὰς κιβδήλους, ὃ ϗ γέγονεν, ὑποκάτωθεν.

# NICÆNA EADEM SYNODUS,

*Ex epiſtola Photii P. CP. ad Michaelem Bulgariæ principem, ſeu libello de ſeptem conciliis œcumenicis.*

PRIMUM & œcumenicum ſanctum concilium, in Nicæa Bithyniæ celebratum eſt. In quo trecentorum decem & octo divinorum epiſcoporum congregatio veritatis judicium ſuſcepit. Quibus præerat & Alexander, qui ſedem Conſtantinopolitanam obtinebat, vir cum ſenectute, tum prudentia gravis, vitæque ſplendore, ac ſummo pietatis fideique ſtudio, & magna divinis in rebus loquendi libertate inſignis: & Silveſter & Julius illuſtres ac celebres eccleſiæ Romanæ pontifices. Quorum tamen neuter interfuit: ſed Bitonem & Vicentium nomine ſuo, uterque pontificatus ſui tempore communi congreſſui adeſſe voluerunt, homines virtute & presbyterii dignitate præſtantes. Cum his conjunctus erat Cordubenſis epiſcopus, qui in ethnicorum perſecutionibus nomen ſuum reipſa verum eſſe demonſtravit. Cum enim Oſius appellaretur, confeſſionem ſuam ab idolorum cultu puram integramque ſerva-

C Ἡ Πρώτη ϗ οἰκουμενικὴ ἁγία σύνοδος ἐν τῇ κατὰ Βιθυνίαν Νικαίᾳ συνεκροτήθη, τιη. ϗ τριακοσίων θείων ἀρχιερέων ὁμήγυρις τὴν τῆς ἀληθείας κρίσιν ἐνεχειρίζοντο, ὧν ἦσαν προεξάρχοντες Ἀλέξανδρός τε ὁ τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιερατικὸν θρόνον λαχὼν διϊθύνειν ἀνὴρ βαθείᾳ μὲν πολιᾷ, παραπλησίῳ δὲ φρονήματι σεμνυνόμενος, βίου δὲ λαμπρότητι ϗ ὁσιότητι, γνώμης ϗ πίστεως ἀκριβείᾳ τῇ εἰς τὸ θεῖον παῤῥησίαν πολλὴν οἰκειούμενος, ϗ δὴ ϗ Σίλβεστρος ϗ Ἰούλιος τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας ἐπίσημοί τε ϗ διαβόητοι πρόεδροι. αὐτῶν μὲν οὐδέτερος παραγεγονώς, Βίτωνα δὲ ϗ Βικέντιον ἑκάτερος ἀνθ᾽ ἑαυτοῦ κατὰ τὸν οἰκεῖον τῆς ἀρχιερατείας D χρόνον τῇ κοινῇ παρεῖναι συνελεύσει προβαλλόμενος, ἀνθρώπους ἀρετῇ τιμῶντας, ϗ εἰς τὸ τοῦ πρεσβυτερίου ἀξίωμα παραγγέλλοντας· οἷς ϗ ὁ Κουρδούβης ἐπίσκοπος συνετέτακτο, ὃς κατὰ τοὺς ἑλληνικοὺς διωγμοὺς τὴν ὁλη-

---

1 Photinus multo poſtea vixiſſe creditur. 2 Hic ex libello Synodico triginta Synodos ad diverſa tempora ſpectantes coacervaverat Editor, mire perturbata temporum ratione, ac interrupta Nicæni Concilii hiſtoria: quod nos licet Labbeanam editionem omnino repræſentare decreverimus, ferre nullo modo potuimus, ac proinde hinc in ſua quæque loca, ut par erat, rejecimus.

κλῆσιν ἐπαληθεύουσαν ἔδειξεν. Ὅσιος γὰρ ὀνομαζόμενος ἀβέβηλον αὐτοῦ τὴν ὁμολογίαν τῆς εἰδωλολατρείας διετήρησεν. ὁ μέντοι Ἀλεξανδρείας Ἀλέξανδρος αὐτός τε παρῆν ἱεροῖς ἐνδιαπρέπων κατορθώμασιν. ἦγε δὲ συναγωνιστὴν ἑαυτῷ καὶ Ἀθανάσιον, ὃς τότε μὲν τοῦ τάγματος τῶν διακόνων ἡγεῖτο, μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ τοῦ ἀρχιερατικοῦ θρόνου κατέστη διάδοχος. καὶ δὴ καὶ ὁ κλεινὸς Εὐστάθιος συμπαρῆν τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας τὸ ἐγκαλλώπισμα, πίστεως μὲν ἐναστράπτων καθαρότητι, λόγων δὲ καὶ νοημάτων σωφροσύνῃ θαυμαζόμενος. μεθ' ὧν καὶ ὁ Ἱεροσολύμων Μακάριος, πολλαῖς ἰδέαις ἀρετῶν ἐναβρυνόμενος, ἄλλοι τε πλεῖστοι ἀποστολικοῖς χαρίσμασι καὶ μαρτυρικοῖς πάθεσι διαλάμποντες, ὧν Παφνούτιος καὶ Σπυρίδων, Ἰάκωβός τε καὶ Μάξιμος ἀγαθοῦ καὶ θαυμασίου συστήματος ἀγαθοὶ καὶ θαυμάσιοι προστάται ἐγνωρίζοντο. ἐφ' οἷς ἅπασι καὶ ὁ μέγας ἐξαγαστὸς Κωνσταντῖνος τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς διϊθύνων τὰ σκῆπτρα διέπρεπε, τήν τε σύνοδον ἀθροίζων, καὶ λαμπροτέραν τῇ παρουσίᾳ ἀπεργαζόμενος. ἀλλ' ἐκ τοσούτων μὲν καὶ τοιούτων ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος συνίστατο σύλλογος. Ἄρειόν τινα νεωτεροποιὸν δυσσεβείας δίκας εἰσπραττόμενοι, καὶ τὸ ἀποστολικὸν καὶ θεῖον κρατύναντες κήρυγμα. ἦν δὲ οὗτος ὁ δείλαιος ἕλκων μὲν τὸ γένος ἐκ τῆς Ἀλεξάνδρου, εἰς κλῆρον δὲ καταλεγεὶς τῆς ἐκεῖσε ἐκκλησίας καὶ εἰς πρεσβυτέρου βαθμὸν ἀνελθών, πρότερον μὲν κατὰ τοῦ ἰδίου ποιμένος ὑπερήφανον ἀνέλαβε φρόνημα, ἔπειτα δὲ κατὰ τοῦ κοινοῦ ποιμένος καὶ δεσπότου παρέτεινε τὴν ἀπόνοιαν. τὸν γὰρ υἱὸν καὶ λόγον τοῦ Θεοῦ, ὢ τολμηρᾶς ἐκείνης καὶ γλώττης καὶ διανοίας; εἰς κτίσμα καὶ ποίημα κατεβίβαζεν. οὐδὲ τοῦτο συνιδεῖν ἐθέλων, κοινὸν ὑπάρχον πᾶσι καὶ αὐτοδίδακτον ὁμολόγημα, ὡς ἅπας υἱὸς τῆς αὐτῆς ἐστι τῷ γεγεννηκότι καὶ οὐσίας καὶ φύσεως, καὶ ὁ τὸν υἱὸν τάττων ἐν κτίσμασι, καὶ τὸν πατέρα δημιουργικῆς οὐσίας καὶ ἀϊδίου φύσεως ὁμολογῶν τῆς αὐτῆς εἶναι καὶ τὸν υἱὸν συνομολογήσειε. ποῦ δὲ ἂν εἴη τὸ γνήσιον τῆς υἱότητος, ἄλλης μὲν οὐσίας τοῦ πατρὸς, ἑτέρας δὲ τοῦ υἱοῦ χρηματιζόντων; πῶς δὲ οὐ τῆς ἑλληνικῆς πλάνης ἀνακύψει τὸ πολύθεον, εἰς ἐλάττω καὶ μείζω οὐσίαν τεμνομένης τῆς θεότητος, καὶ τῆς μὲν εἰς πρῶτον καὶ δημιουργὸν καὶ πρεσβύτερον Θεὸν ἀφοριζομένης, τῆς δὲ εἰς δεύτερον Θεὸν διακρινομένης καὶ ὑπουργὸν, καὶ νεώτερον; ταῦτα γὰρ τὰ τῆς Ἀρείου σπορᾶς πονηρᾶς τὰ γεννήματα. ἀλλὰ τοῦτον μὲν ὡς χείλη βλάσφημα κατὰ τοῦ πεποιηκότος ὁπλισάμενον τῆς ἱερωσύνης ὁ ἱερὸς ἀπεγύμνωσε σύλλογος, τὴν δὲ δυσσεβεστάτην καὶ θεόμαχον αὐτοῦ αἵρεσιν τῷ ἀναθέματι καθυπέβαλεν. ὁμοούσιον καὶ ὁμοφυῆ καὶ συναΐδιον τὸν υἱὸν καὶ λόγον τοῦ Θεοῦ τῷ γεγεννηκότι πατρὶ, καὶ τῆς αὐτῆς ἐξουσίας καὶ κυριότητος, ὡς οἱ θεῖοι χρησμοὶ, καὶ τῶν εὐσεβείας τὰ κοινὰ δόγματα ἱερολογήσαντες διετράνωσαν, καλῶς εἰδότες, ὅτι ὥσπερ τὸ εἰς ἓν συγκλείειν πρόσωπον τὴν τριαδικὴν μοναρχίαν καὶ κυριότητα ἰουδαϊκόν ἐστι καὶ μισόχριστον, οὕτω καὶ τὸ κατατέμνειν εἰς ἀνίσους φύσεις τὴν ὑπερούσιον καὶ ὑπερφυῆ καὶ ἑνιαίαν θεότητα, ἑλληνικὸν ὑπάρχει καὶ πολύθεον. ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἡ πρώτη.

vit. Præterea Alexander archiepiſcopus Alexandriæ, ſacris officiis exornatus, qui ſecum etiam comitem duxit Athanaſium. Diaconorum tunc quidem Athanaſius ordini præerat, haud multo poſt autem illi ſucceſſit etiam in archiepiſcopali ſede. Aderat & præclarum Antiochenæ eccleſiæ decus Euſtathius, qui cum fidei puritate fulgebat, tum verborum ac ſententiarum modeſtia erat admirabilis. Macarius item Hieroſolymorum epiſcopus, multis virtutum generibus approbatus, & complures alii gratiis apoſtolicis, & martyrii cruciatibus illuſtres: inter quos Paphnutius & Spyridon, Jacobus & Maximus, boni admirandique cœtus boni admirabileſque ſocii atque præfecti. In quibus omnibus magnus & admiratione dignus Conſtantinus Romani imperii moderator excellebat, qui & concilium congregandum curaverat, & illud præſentia ſua clarius efficiebat. Ex tot igitur ac talibus viris ſacer ille cœtus conſtabat. Coactus autem erat, ut Arium quemdam rerum novarum ſtudioſum, impietatis condemnaret, & apoſtolicam atque divinam prædicationem confirmaret. Erat infelix iſte oriundus ex Alexandria, & in clerum electus illius eccleſiæ ad presbyteri gradum aſcenderat. Primum adverſus paſtorem ſuum ſuperbam mentem extulerat, deinde contra communem paſtorem & dominum furorem exercuit ſuum. Filium enim ac verbum Dei (o temeraria lingua atque mens) in rerum quæ creatæ factæque ſunt numerum redigere conabatur; nec illud quod omnibus commune eſt & per ſe cognitum, volebat conſiderare, nempe filios omnes eamdem eſſentiam habere atque naturam, quam patres habent, ex eoque fieri ut filium creatum diceret, patrem quoque creatum pronunciaret. Quemadmodum qui patrem eſſentiæ mundi effectricis, atque naturæ cognoſcit eſſe ſempiternæ, ejuſdem quoque filium confitetur. Præterea ubi filii proprietas eſſet, ſi aliam pater, filius aliam haberet eſſentiam? Quid? Nonne gentium error confirmaretur, ſi divinitas in majorem minoremque naturam ita diſſecta eſſet, ut illa primo Deo mundique opifici & ſeniori, hæc autem ſecundo, & miniſtro atque juniori Deo tribueretur? Hæc ex improba Arii ſemente proficiſcuntur. Sed nefariam atque impiam iſtius, qui maledicam in procreatorem linguam armaverat, ſacer ille pontificum cœtus hæreſim patefecit, anathemateque damnavit declarans ejuſdem eſſentiæ ejuſdemque naturæ & ſempiternum filium ac Verbum Dei cum ipſius genitore & eamdem habere poteſtatem, atque idem imperium, quemadmodum divina oracula & pii ſacrique ſcriptores tradiderunt.. Neque enim ignorabant, ut trinam monarchiam & principatum in una perſona concludere Judaicum eſt & odio Chriſtum proſequentium, ita omni eſſentia, naturaque præſtantiorem & ſingularem divinitatem in naturas impares & inæquales diſſecare, aliarum gentium eſſe, quæ deorum multitudinem colunt. Atque ita quidem ſe habet ſanctum & œcumenicum primum concilium.

EA-

## EADEM SYNODUS EX NILI RHODI

*Metropolitæ enarratione ſynoptica, ſeu libello de œcumenicis ſynodis.*

SANCTA & œcumenica prima ſynodus Nicææ congregata trecentorum octodecim patrum piorum, imperante magno imperatore & apoſtolis æquali Conſtantino, adverſus dementem Arium Alexandrinæ eccleſiæ presbyterum. Præerant ſynodo Silveſter Romæ, Alexander Alexandrinæ, Euſtathius Antiochiæ, & Macarius Hieroſolymorum epiſcopi. Habita eſt autem anno 5815. a creatione mundi, Chriſti 318. A prima ſynodo uſque ad ſecundam ſunt anni 54. Nos ut accepimus ſic credimus, nempe dominum noſtrum Jeſum Chriſtum eſſe, non creaturam, ſed Deum ſuper omnia benedictum, ſecundum apoſtoli vocem, & conſubſtantialem Deo Patrique ſuo ac Spiritui ſancto ſecundum divinitatem ſuam, & quiſquis aliter ſentit, eum anathematizamus.

A Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πρώτη σύνοδος ἡ ἐν Νικαίᾳ συναθροισθεῖσα ὑπὸ τιη΄. θεοφόρων πατέρων ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου βασιλέως καὶ ἰσαποστόλου Κωνσταντίνου κατὰ τοῦ ἄφρονος Ἀρείου πρεσβυτέρου τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας. ἡγοῦντο δὲ τῆς συνόδου Σίλβεστρος Ῥώμης, Ἀλέξανδρος Κωνσταντινουπόλεως, Ἀλέξανδρος Ἀλεξανδρείας. Εὐστάθιος Ἀντιοχείας, καὶ Μακάριος Ἱεροσολύμων. γέγονε δὲ κατὰ τὸ ͵εωιε΄. ἔτος ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τῶν ἀπὸ Χριστοῦ κατὰ τὸ τιη΄. ἀπὸ τῆς πρώτης συνόδου ἕως τῆς δευτέρας ἔτη νδ΄. ἡμεῖς ὡς παρελάβομεν καὶ πιστεύομεν. ὅτι οὐ κτίσμα ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀλλ' ὁ ὢν ἐπὶ πάντα Θεὸς εὐ- B λογητὸς κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνὴν καὶ ὁμοούσιος τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ αὐτοῦ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι κατὰ τὴν αὐτοῦ θεότητα, καὶ τὸν μὴ οὕτω φρονοῦντα ἀναθεματίζομεν.

## EADEM EX ANONYMO DE VI. SYNODIS.

SCIENDUM eſt eſſe ſex ſanctas & œcumenicas ſynodos. Et prima quidem habita eſt Nicææ ſub imperatore noſtro Conſtantino magno, & ſanctis annumerando, & ſub Silveſtro papa Romæ, & Alexandro patriarcha Conſtantinopolis. Interer ant ſancti patres trecenti octodecim. Congregati ſunt autem adverſus Arium dementem, qui fuerat quidem presbyter eccleſiæ Alexandrinæ: blaſphemabat autem adverſus filium Dei dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Creaturam enim illum eſſe dicebat impius ille, non autem conſubſtantialem Deo & Patri. Quapropter illum veritatis inimicum, cum ſuffragatoribus ſuis anathematizantes ejecerunt. Orthodoxam vero fidem confirmarunt, conſubſtantialem Patri prædicantes, creatorem omnium, non inquam, creaturam, ſed verum Deum, prout & tradit fidei ſymbolum, quod inſpirante Spiritu ſancto conſcripſerunt.

ΧΡΗ γινώσκειν ὅτι ς΄. εἰσὶν αἱ ἁγίαι, καὶ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι. καὶ ἡ μὲν α΄. γέγονεν ἐν Νικαίᾳ ἐπὶ τοῦ ἐν ἁγίοις ἡμῶν βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου, καὶ Σιλβέστρου πάπα Ῥώμης, καὶ Ἀλεξάνδρου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. ὑπῆρχον δὲ οἱ ἅγιοι πατέρες τριακόσιοι ιη΄. συνῆλθον δὲ κα- C τὰ Ἀρείου τοῦ ματαιόφρονος πρεσβυτέρου, γενομένου τῆς ἐκκλησίας Ἀλεξανδρείας, Βλασφημοῦντος δὲ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. κτίσμα γὰρ αὐτὸν ἔλεγεν ὁ δυσσεβὴς, καὶ οὐχ ὁμοούσιον τῷ Θεῷ καὶ πατρί. ὅθεν τοῦτον ὡς ἐχθρὸν τῆς ἀληθείας ἅμα τοῖς ὁμόφροσιν αὐτοῦ ἀναθεματίσαντες ἀπεβάλλοντο. τὴν δὲ ὀρθόδοξον πίστιν ἐκράτυναν, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κηρύξαντες, κτίστην δὲ τῶν ἁπάντων, καὶ οὐ κτίσμα, ἀλλὰ Θεὸν ἀληθινὸν, καθὼς καὶ τὸ σύμβολον περιέχει τῆς πίστεως ὅπερ αὐτοὶ τῇ ἐμπνεύσει τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑπηγόρευσαν.

### OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Eadem ferme habet, ſive idem, ſive alter Anonymus, qui de ſeptem ſynodis œcumenicis breviaria ſcripſit, edita G. & L. interprete Abrahamo Sculteto typis Commelinianis in ſolio anno 1604. poſt Gelaſii Cyziceni ep. hiſtoriam actorum concilii Nicæni: Græce autem duntaxat ab Elia Ehingero anno 1614. ex codice MS. bibliothecæ Auguſtanæ. Conſulenda quoque noſtri Michaelis Glycæ Græco-Latina hiſtoria pag. 270. editionis Regio-Lupareæ anni 1660. in-folio, verſus Michaelis Pſelli de ſynodis generalibus, Theophanis chronographia, S. Nicephori patr. C. P. excerpta ex Antirrheticis, ſimileſque epitomatiſtæ, ut omittam Euthymium patr. Alexandrinum in annalibus Arabice editis, ſomniantem D poſt annum & duos menſes Nicææ conveniſſe bis mille quadraginta octo epiſcopos ſententiis & religionibus inter ſe diſcrepantes, &c. Acta Metrophanis atque Alexandri teinnate 256. bibliotheca μυριοβίβλου patriarchæ Photii, qui lectorem monet, in iis quædam contra atque ab aliis narrata ſunt reperiri; orationem Gregorii cujuſdam Cæſarienſis in Cappadocia ſequioris ævi presbyteri in SS. trecentos decem & octo patres & Conſtantinum imperatorem; alioſque ejuſdem ſalivæ ſcriptores, qui in multis recedunt ab antiquis probatæ fidei tractatoribus Euſebio, Ruffino, Socrate, Sozomeno, Theodoreto, Gelaſio, &c. ideoque vix momenti ullius eſſe debent apud veritatis eccleſiaſticæ ſedulos aveſtigatores.

IN

ANNO CHRISTI 325.

# IN GELASII CYZICENI HISTORIAM ADMONITIO AD LECTOREM

## [a] EX ROMANA EDITIONE.

a Conciliorum generalium G. & L. an. 1608. tomo 4. in folio.

PENE conſilium fuerat hanc ſynodi Nicænæ hiſtoriam, ( quæ alioqui ſuo loco inter cetera ejuſdem ſynodi collectanea reponi debuiſſet ) penitus omittere: quod etſi in urbe non deerant varia ejus exemplaria, ut Vaticanum, ex quo magnam Nicæni concilii ſui partem excerpſit Alfonſus Piſanus, & Sfortianum, quod olim fuit Beſſarionis cardinalis, atque alia in aliis bibliothecis; omnia tamen auctoris nomine carebant, & incerti auctoris opus in lucem dare non placebat. Illud quoque accedebat, quod non pauca in hac hiſtoria leguntur, quæ meliorum ſcriptorum ſententiis cum repugnent, illam falſitatis coarguere videantur. Initio enim operis auctor affirmat, Arianos concilii Nicæni tempore non ſolum contra Filium Dei, ſed etiam contra Spiritum ſanctum blaſphemaſſe: & in libro ſecundo introducit diſputationes de divinitate Spiritus ſancti in eodem concilio cum philoſophis habitas. At id repugnare videtur verbis Epiphanii hæreſi ſeptuageſima quarta, quæ eſt Pneumatomachorum, qui in fine ſic ait: *Non fuit nunc* ( id eſt, tempore Nicæni concilii ) *de Spiritu ſancto quæſtio*: item verbis ſancti Baſilii in epiſtola ſeptuageſima octava, quæ fidei Nicænæ confeſſionem continet: *Spiritus ſancti ratio*, inquit, *in tranſcurſu poſita eſt, nulla diligentia digna judicata; propterea quod nondum mota eſſet hæc quæſtio, ſed ſententia de ipſo in animis credentium nullas adhuc inſidias ſuſtinuiſſet*. Præterea idem hiſtoriæ hujus auctor libro ſecundo, capite primo, Euſebium Cæſarienſem ab Arianiſmi ſuſpicione diligenter purgare nititur, cum tamen ſanctus Athanaſius librum integrum ſcripſerit de decretis Nicænæ ſynodi adverſus Euſebium Cæſarienſem Arianum, & ſanctus Hieronymus libro ſecundo apologiæ adverſus Ruffinum, eumdem Euſebium modo non catholicum, modo Arianum, aliquando etiam principem Arianorum nominaverit. Denique ( ut alia leviora ſileantur ) hic ipſe auctor libri ſecundi capite trigeſimo ſecundo ſcribit ſynodum Nicænam prohibere voluiſſe, ne epiſcopi, presbyteri, diaconi & ſubdiaconi cum uxoribus, quas antea cum laici eſſent, duxiſſent, conſuetudinem habere poſſent: obſiſtente autem Paphnutio, nihil de hac re decretum D fuiſſe, & uniuſcujuſque arbitrio relictum, ſi ab eis abſtinere vellent. Sed hoc eſſe manifeſtum figmentum, a veritate prorſus alienum, facile deprehenditur ex ſancto Epiphanio, qui paulo poſt celebratum Nicænum concilium ſcribens, diſertis verbis affirmavit hæreſi quinquageſima nona, quæ eſt Catharorum, ſacris canonibus adverſari quod epiſcopus, presbyter, aut diaconus, ex uxore liberos gignat. Sanctus etiam Ambroſius & ſanctus Hieronymus Epiphanii æquales ( ille in libro primo de officiis capite ultimo, iſte in libro adverſus Vigilantium ) ſcribunt non



A licere in occidente, neque in oriente ad ſacrum miniſterium aſſumi niſi virgines, aut continentes, aut qui, ſi uxores habeant, mariti eſſe deſiſtant. Quod idem in conciliis paulo poſt Nicænum celebratis, ut in Arelatenſi ſecundo canone ſecundo, & in ſecundo Carthaginenſi canone ſecundo, confirmatum legimus. Quid, quod in ipſa Nicæna ſynodo extat canon tertius, quo cavetur, ne ulli epiſcopo, vel presbytero, vel diacono liceat fœminam aliquam domi retinere, præter matrem, ſororem, vel amitam? quo canone ſatis aperte excluditur uxor, quæ primo loco nominanda fuerat, ſi vera eſſent quæ in hoc libro dicuntur. Sed nimirum auctor, non in actis concilii hanc hiſtoriam reperit, ſed a
B Socrate libro primo capite octavo, vel a Sozomeno libro primo capite vigeſimo ſecundo, qui primi eam tradiderunt, deſumptam, in hac ſua collectione inſeruit. Quemadmodum autem nonnulla in ea legimus a concilio Nicæno aliena, ſi veteribus patribus credimus, ſic etiam contra multa deſunt, quæ ex eorumdem patrum ſententia in actis ejuſdem extare deberent. Teſtantur enim ſanctus Athanaſius in oratione prima adverſus Arianos, & Theodoretus libro primo hiſtoriarum capite octavo, Arii ſcripta & epiſtolam Euſebii Nicomedienſis lecta fuiſſe in ſynodo Nicæna. Teſtatur quoque Julius pontifex Romanus in epiſtola quæ extat apud Athanaſium in apologia ſecunda, in concilio Nicæno exami-
C nata fuiſſe acta ſynodi Alexandrinæ. At horum omnium in hac hiſtoria nulla mentio habetur. Nihilominus tamen, cum ex Photii teſtimonio, cujus bibliotheca paulo ante in lucem prodiit, ſatis conſtet hujus operis auctorem fuiſſe Gelaſium Cyzicenum, & ejus etiam nomine Græce & Latine jam [a] editum ſit, atque in eo nonnulla habeantur, quæ multis rebus uſui eſſe poſſunt, ac præterea veteres ſcriptores ( quorum verba mox ſubjicientur ) illius mentionem faciant tamquam actorum concilii Nicæni: ne a quopiam fortaſſe deſideretur, in hoc tomo [b] adjiciendum cenſuimus.

a a Roberto Balforeo Scoto Pariſiis an. 1600. in in octavo typis Frederici Morelli & an. 1604. in folio in Commeliniano bibliopolio.
b De editione Romana GL. anni 1608. intellige.

### VETERUM ALIQUOT SCRIPTORUM de his libris & eorum auctore teſtimonia.

Φώτιος πατριάρχης Κ.Π. ἐν βιβλιοθήκῃ.

Ἀνεγνώσθη καὶ πρακτικὸν τῆς πρώτης συνόδου ἐν τρισὶ τόμοις. Γελασίου δὲ ἔφερε τὸ βιβλίον ἐπιγραφήν· οὐ μᾶλλον ὑπάρχον πρακτικὸν, ἢ ἱστορικόν. Εὐτελὴς δὲ καὶ ταπεινὸς τὴν φράσιν. πλήν γε λεπτομερῶς διέξεισι τὰ ἐν τῇ συνόδῳ.

Ἀνεγνώσθη βιβλίον, ὡς ἐν ἱστορίας τύπῳ, περὶ

τὰ κατὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον πραχθέντα. τόμοι δὲ τοῦ βιβλίου τρεῖς. λέγει δὲ τὸν μὲν Ὅσιον τὸν Κορδούβης, καὶ Βίτωνα καὶ Βικέντιον Ῥωμαϊκοὺς ἱερέας, ἐκ προσώπου Σιλβέστρου τοῦ Ῥώμης παρεῖναι· Εὐστάθιον δὲ τὸν Ἀντιοχείας, αὐτὸν ἐκεῖνον. Ἀλέξανδρον δὲ, ὃς τοῦ πρεσβυτέρου ἀξίωμα εἶχεν, εἰς πρόσωπον αὐτοῦ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως Μητροφάνους παρεῖναι. ἐκεῖνος γὰρ ἐκωλύετο βαθυτάτῳ γήρᾳ· ἐν ἄλλῳ μέντοι ἔχοντι τὰ αὐτὰ, Γελασίου τοῦ ἐπισκόπου Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, εὗρον τὸ βιβλίον ἐπιγραφόμενον, καὶ ἀπάρχεται δὲ οὕτω· τὰ κατὰ τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην καὶ οἰκουμενικὴν τῶν ἐπισκόπων συναθροισθεῖσαν σύνοδον ἐκ πασῶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν τοῦ Ῥωμαίου κόσμου ἐπαρχιῶν, καὶ Περσίδος. φησὶ δὲ αὐτὸν ὁ συγγραφεὺς ἔτος ἐπὶ Βασιλίσκου, ὃς ἐκβαλὼν Ζήνωνα ἐτυράννησεν, ἀκμάζειν.

*Photius patriarcha CP. in bibliotheca.*

Cap. 15. Lecta ſunt primæ ſynodi acta, tribus comprehenſa libris. Gelaſii titulum opus præfert; nec tam acta ſunt, quam hiſtoria. Sermo ſimplex & humilis: ceterum minima quæque in ſynodo geſta narrat.

Cap. 88. Legimus hiſtoriæ forma res in Nicæna ſynodo geſtas: liber autem diviſus eſt in tres partes. Refert auctor * Oſium Cordubæ epiſcopum, & Bitonem atque Vincentium Romanos ſacerdotes Silveſtri Romani pontificis legatos adfuiſſe. Euſtathium autem Antiochenum patriarcham per ſeipſum: Alexandrum vero presbyterum, Metrophanis Conſtantinopolitani legatum. Neque enim hic ætate confectus adeſſe poterat. In alio tamen exemplari, quo eadem prorſus continebantur, hunc titulum libro inſcriptum reperi Gelaſii Cæſareæ Palæſtinæ epiſcopi. Operis autem ipſius principium ejuſmodi eſt. Quæ in prima & magna & univerſali epiſcoporum ſynodo ex omnibus, ut ſic dicam, Romani orbis provinciis ipſaque adeo Perſide congregata, &c. Affirmat hic ſcriptor * ſe ſub Baſiliſco, qui Zenone pulſo tyrannidem occupavit, vixiſſe.

* lib. 2. c. 5.

* in Præfat.

Νικήτας Χωνιάτης ἐν πανοπλίᾳ δογματικῇ.

Εὐσέβιος δὲ ὁ Παμφίλου ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ τῶν εἰς τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον, ἀπεῖναί φησι τὸν Κωνσταντινουπόλεως διὰ γῆρας· οὐ δηλοῖ δὲ καὶ τὸ τούτου ὄνομα· ἀντ' αὐτοῦ δὲ παρεῖναι πρεσβυτέρους. τὰ δέ γε πρακτικὰ τῆς συνόδου διαλαμβάνουσι Μητροφάνη μὲν εἶναι Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον, διὰ δὲ βαθὺ γῆρας μὴ συνεδρεῦσαι τῇ συνόδῳ, ἀλλὰ πληρῶσαι ἐκείνου τόπον Ἀλέξανδρον. ὃς πρεσβύτερος ὢν, καὶ τοῖς συνοδικοῖς τότε πρὸς τὰ τῆς Εὐρώπης μέρη διηκονήσατο γράμμασι.

*Nicetas Choniates de orthodoxa fide lib. 5. c. 6.*

Euſebius Pamphili lib. 3. de vita Conſtantini Imperatoris, Conſtantinopolitanum quidem pontificem a ſynodo Nicæna abfuiſſe ſcribit propter ſenium; at nomen ejus ſupprimit: cujus loco presbyteri quidam comparuerint. At vero ex * ſynodi actis conſtat Metrophanem Conſtantinopolitanum id temporis epiſcopum fuiſſe, qui decrepitam ob ætatem in ſynodo conſidere non potuerit: cujus tamen vicem Alexander ſuppleverit presbyter, cujus miniſterio ſynodicæ literæ in Europam tranſmittebantur.

* lib. 2. c. 5.

Ἰωάννης ὁ Κυπαρισσιώτης δεκάδος γ'. κεφ. δ'.

Ἐν τῇ ἁγίᾳ πρώτῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, ἀπὸ τῆς διὰ Εὐσεβίου τῶν πατέρων ἀποκρίσεως πρὸς τὸν φιλόσοφον, φασί. νοητέον οὖν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ κύριος, ὁ κτίσας τὴν λογιστικὴν σοφίαν εἰς ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, ἣν ηὐτρέπισε τῷ κατ' εἰκόνα ἀνθρώπῳ αὐτοῦ.

*Joannes Cypariſſiota decadis 3. cap. 4.*

In prima & œcumenica ſynodo, ex reſponſione patrum ad philoſophum, quam Euſebius reddidit. * Advertendum, inquiunt, eſt hunc eſſe dominum, qui ſapientiam ratiocinantem creavit principium viarum ſuarum, quam præparavit homini ad imaginem ſuam a ſe creato.

* Lib. 2. c. 18.

Ὁ αὐτὸς δεκάδος ι'. κεφ. β'.

Ἀπὸ τῆς πρὸς Φαίδωνα τὸν φιλόσοφον διαλέξεως, ἐκ τῆς πρώτης συνόδου. ἡ δὲ καθολικὴ πίστις μίαν μόνην οἶδε θεότητα, καὶ ταύτην πρεσβεύει, πατρὸς, υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος· παρ' ἣν οὐ λογισθήσεται ἑτέρα.

*Idem decadis 10. cap. 2.*

Ex diſputatione contra Phædonem philoſophum, quæ eſt in prima ſynodo. * Fides, inquit, catholica unam ſolam divinitatem novit, & hanc colit, Patris, Filii, & Spiritus ſancti. Præter hanc non reputabitur altera.

* lib. 2. c. 22.

## DE [a] TEMPORE QUO CELEBRATUM fuit concilium Nicænum.

Concilium Nicænum ſub papa Silveſtro celebratum fuiſſe, & [b] Latinæ ſubſcriptiones canonum & omnium veterum, qui de ea re ſcripſerunt, monumenta vel affirmant, vel ſignificant, uno excepto [c] Sozomeni depravato loco, quem Caſſiodorus hiſtoriæ tripartitæ concinnator, & alii recentiores ſecuti ſunt. Inde orta eſt de tempore concilii Nicæni ingens apud poſteros controverſia, aliis calculum ſubſcriptionum Latinarum & auctoritatem Euſebii, Hieronymi, Socratis, Theodoreti & Gelaſii Cyziceni, qui omnes illud vel diſerte vel tacite ad Silveſtri ætatem referunt, proponentibus: aliis Sozomenum, qui contra omnium vel majorum vel æqualium ſuorum fidem, ipſum ad Julii pontificatum mendoſe deprimit, opponentibus. [d] Photius ut utramque partem conciliet, & Sozomenum cum Gelaſio Cyziceno in concordiam reducat, ſub Silveſtro inceptum, ſub Julio abſolutum ſtatuit. Hæretici noſtri ſeculi (quorum in omnibus ſtudium eſt officere Romanæ eccleſiæ, quæ ut antiquiorem, ita ſaniorem ſententiam tuetur) Sozomeni corruptum locum abripiunt, & ſub Julio celebratum fuiſſe importune contendunt. Quod falſo fundamento niti, mendumque manifeſtum in Sozomeni ſcriptione eſſe, vel ex mar-

a Ex eadem Romana editione anni 1608.
b Euſeb. in chron. ubi pro 20. male ſcriptum 2. Hieron. in chron. Socr. lib. 1. c. 17. Theod. hiſt. eccl. l. 1. c. 7. Gelaſ. Cyzic. lib. 2.
c Sozo. hiſt. eccl. lib. 1. cap. 16.
d Phot. ep. ad Mich. Bulg. ſupra pag. 717. C.

marginali annotatione, quæ in textum irrepſerit, vel ex voce, πολιὸς, id eſt ſenex, canus, venerandus, quæ vitio ſcribæ in Ιέλλιος evaſerit, ſic ex Sozomeno ipſo demonſtratur. Primum, cauſa quam prætexit Sozomenus, cur concilio Nicæno non interfuerit Romanus pontifex, decrepitam ſcilicet ſenectutem, in Julium cadere nullo modo poteſt, qui juxta Socratem & Sozomenum ipſum uſque ad triginta fere annos poſt concilium Nicænum ætatem produxit. Tradit enim [a] Socrates, atque ex ipſo [b] Sozomenus, Conſtantium poſt tyrannos Magnentium, Silvanum & Gallum cæſos, Sirmio Romam ad triumphandum profectum, ac eodem tempore concilium in Italia convocaſſe, dumque ad illud epiſcopi iter pararent, Julium epiſcopum Romanum e vivis exceſſiſſe. Magnentius autem cæſus fuit, juxta [c] Sozomenum, ſub ſexto conſulatu Conſtantii, & ſecundo Galli, qui annus a concilio Nicæno XXVIII. numeratur: Gallus vero juxta eumdem [d] Sozomenum, ſub ſeptimo conſulatu Conſtantii, & tertio ſui ipſius, qui annus eſt XXIX. a concilio: & Silvanus, teſte [e] Ammiano Marcellino, poſt Gallum. Qui ergo fieri potuit, ut qui eccleſiam Romanam, ſecundum Sozomenum, trigeſimo fere poſt concilium Nicænum anno regebat, ob graviorem ætatem concilio Nicæno adeſſe nequiverit? Præterea, Julii pontificatum fuiſſe viginti quinque annorum ſcribit [f] Sozomenus, idque etiam mendoſe, in verſo, ut conſtat ex [g] Socrate, unde Sozomenus illa omnia fere de verbo ad verbum expreſſit, qui ſolos quindecim annos Julio tribuit. Sed concedamus Julium annis viginti quinque eccleſiam rexiſſe: quomodo potuit qui viginti quinque annis in ſede vixit, & obiit trigeſimo fere poſt concilium Nicænum anno, tempore concilii Nicæni pontificatum tenuiſſe? Adde [h] Sozomeni ἐποχὴν qui in prolegomenis concilii Nicæni, ut exordium hiſtoriæ ſuæ temporis nota ſignaret, ſic prælocutus eſt: *Criſpo & Conſtantino Cæſaribus conſulibus, Romanæ eccleſiæ antiſtes fuit Silveſter.* Fuiſſe autem tum conſulatum Criſpi & Conſtantini tertium, idem [i] Sozomenus ita in præfatione operis ſui atteſtatur: *Sum vero hiſtoriam exorſus a Criſpo & Conſtantino Cæſaribus jam tertium conſulibus.* Atqui tertius conſulatus Criſpi & Conſtantini, qui annus Chriſti CCCXXIV. fuit, immediate præceſſit conſulatum Paulini & Juliani, id eſt, annum Chriſti CCCXXV. ſub quo celebrata eſt ſynodus Nicæna, auctore [k] Socrate, & [l] Sozomeno ipſo, qui exitum concilii in principium vicennalium Conſtantini incidiſſe affirmat. Quomodo ergo dici poteſt, legatos eccleſiæ Romanæ in Synodo Nicæna miſſos fuiſſe a Julio, quos ob locorum intervalla multo ante concilium deſtinatos oportuit, cum finis conſulatus Criſpi & Conſtantini vix quatuor menſibus concilium Nicænum menſe [m] Majo anni ſequentis celebratum anteverterit, & Marcus Romanus pontifex, eodem Sozomeno, ut mox videbitur, teſte, inter Silveſtrum & Julium medius interceſſerit? Accedit etiam querela Julii, ut [a] Sozomenus ipſe refert, apud epiſcopos orientales, quod eum ad ſynodum Antiochenam non vocaſſent. Hoc autem ut ſtare poteſt cum excuſatione ſenectutis, ob quam non adfuit concilio Nicæno, quod ſedecim annis Antiocheno illo antiquius fuit? Imo quare Julio ſenectutis cauſam prætexuit Sozomenus, cur a concilio Nicæno abfuerit, non autem eam multo magis attulit, cur ad concilium Sardicenſe, quod duobus & viginti annis poſterius Nicæno fuit, non profectus ſit, ſed tantum per legatos ei interfuerit? Sed quid argumentis opus eſt, cum extet apud Sozomenum ipſum locus expreſſus, qui uno ictu hanc difficultatem evacuat, diſertiſque verbis profitetur, Julium longo poſt concilium Nicænum intervallo, & circa tempora conciliabuli Antiocheni adverſus Euſtathium (qui in concilio Nicæno epiſcopus Antiochenus fuerat) celebrati, in pontificem Romanum electum fuiſſe, atque ideo nunquam Sozomeno in mentem venire potuiſſe, ut concilium Nicænum ſub Julio collocaret? Ipſe enim Sozomenus, qui lib. I. cap. XVI. aſſerit Romanum pontificem ob pondus ætatis concilio Nicæno non adſuiſſe, quique ultimo capite ejuſdem primi libri univerſam concilii Nicæni hiſtoriam omnino abſolvit, præfixa fronti ſecundi libri hac clauſula: *Hactenus finem habuere quæ in Nicæa geſta ſunt: ac deinde toto ſecundo libro ad ea deſcendit narranda, quæ ſub reliquo Conſtantini imperio contigerunt:* is, inquam, ipſe Sozomenus, poſtquam rebus concilii Nicæni finem impoſuit, per integra priora ſecundi libri ſeptemdecim capita percurrit ea, quæ inter concilium Nicænum, & Antiochenum in cauſa Euſtathii celebratum, interceſſerunt; & demum XVIII. capite, Antiocheni concilii celebrationem, Euſtathii abdicationem, & Euphronii ſubrogationem deſcripſit: tandem deveniens ad XIX. libri ſecundi caput, affirmat ſub id tempus, Sylveſtro mortuo, ac in ejus locum ad breve ſpatium, id eſt ſecundum [b] Hieronymum, menſes octo, ſuffecto Marco, Julium in ſedem Romanam evectum fuiſſe. Verba ejus ſunt: [c] *Per id tempus cum Marcus poſt Silveſtrum ad exiguum tempus epiſcopatum Romanum geſſiſſet, Julius in illam ſedem ſucceſſit: in ſedem autem Hieroſolymitanam poſt Macarium, Maximus.* Hæc non advertiſſe Bedam & ceteros Latinos ſcriptores, qui pene Caſſiodori veſtigiis inſtiterunt, minor culpa eſt: non enim extabat apud eos integrum Sozomeni exemplar, ubi hic locus habetur, ſed tantum teſſerulæ quædam in illo hiſtoriæ tripartitæ vermiculato opere inſertæ. At novos iſtos cenſores & integro Sozomeni exemplari fretos, & adeo oculatos, ut ſibi nihil non videre videantur, quis excuſare poterit? Sed de his hactenus.

a Socr. hiſt. eccleſ. lib. 2. cap. 37.
b Soz. hiſt. eccl. lib. 4. cap. 7.
c Soz. ibid. c. 6.
d Soz ibid.
e Ammian. Marcel. l. 15.
f Soz. ibid. c. 7.
g Socr. ibid.
h Soz. lib. 2. c. 2.
i Sozo. in præf.
k Socr. l. 1. c. 9.
l Sozo. l. 1. c. 25.
m Socr. l. 1. c. 3.

a Soz l. 3. c. 9.
b Hieron. in chr.
c Sozo. l. 2. c. 19.

ANNO CHRISTI 325. ANNO CHRISTI 325.

# [1] ΓΕΛΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΚΥΖΙΚΗΝΟΥ

## ΣΥΝΤΑΓΜΑ ΤΩΝ ΚΑΤΑ' ΤΗΝ ΕΝ ΝΙΚΑΙΑ,

Ἁγίαν Συνόδον πραχθέντων.

# GELASII [2] CYZICENI COMMENTARIUS

## ACTORUM CONCILII NICÆNI.

### LIBER PRIMUS.

a Roberto Balforeo Scoto interprete poſt Alfonſi Piſani S. J. ampliorem eorumdem actorum non ſolum ex Gelaſio, ſed etiam ex aliis veteribus ſcriptoribus hiſtoriam in IV partes diſtributam, quam exhibuit Binius ſequutus hic ut in ceteris Venetam Nicolini editionem. Regius vero collector omnino ſuſtulit ut minus neceſſariam exemplo Romanorum, qui Gelaſium G. & L. loquentem duntaxat publicarunt anno 1608.

b Socrates VII. 28.

QUæ in ſancta [a], magna & univerſali epiſcoporum ſynodo ex omnibus, ut ſic dicam, Romani orbis provinciis, & ex Perſide, Dei gratia, & pii ac Deo cari imperatoris noſtri Conſtantini edicto, Nicææ congregata, pro apoſtolica & orthodoxa fide, contra perverſa & impia impii Arii dogmata: omnia, inquam, quæ in præclara illa & ſancta ſynodo dicta, facta & conſtituta fuerant, jampridem, cum adhuc in paterna domo vitam degerem, legi, cum illa inveniſſem in antiquiſſimo libro in membranis plane integris deſcripta, qui fuit divini & celebris Dalmatii, in illuſtri Cyzicenorum metropoli ſanctæ atque catholicæ eccleſiæ [b] archiepiſcopi; quique tandem ad familiæ noſtræ dominum devenit, patrem dico meum ſecundum carnem, dignum habitum qui in ordinem presbyterorum ejuſdem eccleſiæ cooptaretur. In quem ſacrum librum cum incidiſſem, multumque in eo poſuiſſem ſtudii, nec potuiſſem memoria omnia retinere, (nemo enim hominum immenſum illud mare omnia quæ in eo recondebantur, memoriter in ore habere poterit) plurima annotavi ſanctorum noſtrorum patrum, ſanæ doctrinæ epiſcoporum dogmata, quæque iidem adverſus Ariomanitas objecerunt: & ſcriptas redargutiones adverſus illorum blaſphemiam, qua ſceleſti non ſolum contra Filium, verum etiam contra Spiritum ſanctum blaſphemabant, & mercenariorum Arii philoſophorum adverſus epiſcopos contradictiones, & noſtrorum adverſus illorum ſophiſmata per doctrinam e ſcriptura petitam firmas & apertas ſolutiones: & de una divinitate Filii & Spiritus ſancti, quæ ante ſæcula extitit, quæque principium non habet, ſed ſemper cum Deo & Patre ſubſiſtit: & de ejuſdem Filii Dei verbi in noviſſimis temporibus pro ſalute noſtra ex deipara virgine Maria ineffabili incarnatione; & de apoſtolicis eccleſiæ conſtitutionibus, omnem omnino tractationem illic habitam cum in ſacro illo libro legiſſem, & omnium maxime fideliſſimi imperatoris Conſtantini, qui in ſynodo conſederat, divinas & vere apoſtolicas ſententias: ita delectatus ſum iis quæ

### ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

ΤΑ' κατὰ τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην καὶ οἰκουμενικὴν τῶν ἐπισκόπων συναθροισθεῖσαν σύνοδον ἐν τῇ Νικαίων, ἐκ πασῶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν τοῦ Ῥωμαίου κόσμου ἐπαρχιῶν, καὶ Περσίδος, ἔκ τε τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, καὶ θεσπίσματος τοῦ θεοφιλοῦς καὶ εὐσεβοῦς βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ ἡμετέρου, ὑπὲρ τῆς ἀποστολικῆς καὶ * ὀρθοδόξου πίστεως, κατὰ τῶν μοχθηρῶν καὶ ἀσεβῶν δογμάτων τοῦ θεομάχου Ἀρείου· πάντα τὰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐναρέτῳ καὶ ἁγίᾳ συνόδῳ λεχθέντα τε καὶ πραχθέντα καὶ διατυπωθέντα πάλαι τε καὶ πρόπαλαι ἀνέγνων ἔτι ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ διάγων, εὑρηκὼς αὐτὰ ἐν βίβλῳ ἀρχαιοτάτῃ ἐγγεγραμμένα ἐν μεμβράναις ἅπαντα ἀπαραλείπτως ἐχούσαις· γενομένης μὲν τοῦ θείου καὶ ἀοιδίμου Δαλματίου τοῦ ἀρχιεπισκόπου γενομένου τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς τῶν Κυζικηνῶν λαμπρᾶς μητροπόλεως, περιελθούσης δὲ εἰς τὸν τοῦ ποτε ἡμετέρου οἴκου δεσπότην, λέγω δὴ τὸν κατὰ σάρκα πατέρα ἐμὸν, τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας πρεσβυτερίου ἠξιωμένον. ᾗ τινι ἱερᾷ βίβλῳ ἐντυχὼν, καὶ σχολὴν πολλὴν ἐν αὐτῇ ποιησάμενος, ἐπὶ μνήμης μὲν φέρειν πάντα οὐχ οἷός τε ἤμην· οὐδὲ γὰρ ἄν τις ἀνθρώπων τὸ ἄφατον ἐκεῖνο πέλαγος τῶν ἐν αὐτῇ ἐγκειμένων ἐπὶ μνήμης διὰ στόματος φέρειν δυνηθείη· πλεῖστά τε ὅσα ἐπεσημειωσάμην, τά τε τῶν ἡμετέρων ἁγίων πατέρων καὶ ἐπισκόπων τῆς τοῦ ὑγιαίνοντος λόγου διδασκαλίας αὐτῶν δόγματα, τάς τε πρὸς τοὺς Ἀρειομανίτας αὐτῶν ἀντιθέσεις, καὶ τοὺς κατὰ τῆς ἐκείνων βλασφημίας ἐγγράφους ἐλέγχους, οὓς ἐβλασφήμησαν οἱ μιαροὶ Ἀρειομανῖται κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος· τάς τε τῶν μισθωτῶν Ἀρείου τῶν φιλοσόφων πρὸς τοὺς ἐπισκόπους ἀντιρρήσεις, τάς τε τῶν ἡμετέρων πρὸς ἐκείνους διὰ γραφικῶν διδαγμάτων κατὰ τῶν αὐτῶν σοφισμάτων ἐναργεῖς ἐπιλύσεις· περί τε τῆς ἀνάρχου καὶ ἀεὶ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ συνυπαρχούσης τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος προαιωνίου μιᾶς θεότητος, περί τε τῆς αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ λόγου ἐπ' ἐσχάτων, τῆς ἡμετέρας ἕνεκα σωτηρίας, ἐκ τῆς θεοτόκου παρθένου Μαρίας ἀπορρήτου σαρκώσεως, καὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας ἀποστολικῶν διατυπώσεων, πᾶσαν ἁπλῶς τὴν ἐκεῖσε γεγενημένην πραγματείαν ἐν-

ϛορή-

* καθολικῆς

1 Confer cum his alia acta apud Nicæam, ſeu verius compendioſam narrationem rerum geſtarum in cauſa Arii, ſed ſuſpectam viris eruditis, quam Combefiſius Græce edidit tom. 2. Bibl. p. 574. ex eodem Photio in Bibl. Cod. 256. *Harduinus*. 2 De Gelaſio conſulendi Auctores, qui de Scriptoribus Eccleſiaſticis diſſerunt. Fuit patria Cyzicenus, inde Cæſareæ in Palæſtina Epiſcopus. Scripſit circa annum Chriſti 476. hanc Nicæni Concilii hiſtoriam ex Euſebio, Rufino, aliiſque ſcriptoribus, & imprimis ex membranis Jo. presbyteri & Dalmatii Cyziceni, ut ipſe in præfatione teſtatur, depromptam.

στηρίσας ἐν τῇ προῤῥηθείσῃ ἱερᾷ βίβλῳ, πρόγε A πάντων τὰς τοῦ πιστοτάτου βασιλέως Κωνσταντίνου, τοῦ ἐν τῇ συνόδῳ συνεδρεύσαντος, θείας καὶ ἀληθῶς ἀποστολικὰς ἐννοίας· ἤθελον εἰς τοσοῦτον τοῖς τῇ βίβλῳ ἐκείνῃ τῇ ἱερᾷ περιεχομένοις, ὥστε εἰπεῖν με πρὸς τὸν κύριον· ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου. οὕτως ὑπερηγάσθην ἐν τοῖς ἐκεῖ ἀναγεγραμμένοις περὶ τῆς ἀσπίλου καὶ ἀμωμήτου, ὀρθοδόξου καὶ ἀποστολικῆς πίστεως. μετὰ δὲ χρόνους τινὰς φθάσας ἐνταῦθα, τῇ τῶν Βιθυνῶν ἐπαρχίᾳ λέγω, κατ' εὐδοκίαν τοῦ Θεοῦ, κινήσεώς τε καὶ συζητήσεως πλείστης οὔσης, γεγενημένης ἐπὶ τῆς ἀνταρσίας τοῦ ἀνοσίου Βασιλίσκου κατὰ τῆς ἀποστολικῆς καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἐν αὐτῇ πολι- B τευομένης ἀποστολικῆς πίστεως, ὑπεκκαιόντων μάλιστα καὶ κινούντων τὰ βασίλεια τῶν τῆς τοῦ αἱρετικοῦ Εὐτυχοῦς ὁμοφρόνων συμμορίας, προβαλλομένων ἡμῖν ὑπούλως, τὴν ἐν Νικαίᾳ φημὶ, ὑπὸ τῶν πατέρων κρατεῖν πίστιν· οἳ διηλέγχοντο πρὸς ἡμῶν πολέμιοι ἐκείνοις ὑπάρχοντες. οὐ γὰρ ᾔδεισαν τί λέγουσιν, ἢ περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. προφέροντος γάρ μου τὰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἁγίᾳ χορείᾳ τῶν ὀρθοδόξων τοῦ Θεοῦ ἱερέων ἐν πνεύματι ἁγίῳ * τὰ τοῦ κυρίου δι' αὐτῶν ἐκφωνηθέντα, ἀπεπήδων ἀφ' ἡμῶν, χείρονα τῶν τοῦ Ἀρείου βλασφημιῶν κατὰ τῶν ἐκεῖσε ὁρισθέντων διὰ γλώττης * προσφέροντες, καὶ ἀναθεματισμὸν ῥίπτοντες κατὰ τῶν ταῦτα οὕτως φρονούντων οἱ ἄθλιοι. C διὰ ταῦτα καὶ δι' ἄλλα πολλὰ κινηθέντα κατὰ τῆς ἁγίας καὶ ὀρθοδόξου πίστεως ἡμῶν, τῆς ἀνέκαθεν ἔκ τε τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τῶν προῤῥηθέντων ἁγίων ἡμῶν πατέρων τῶν ἐν τῇ Νικαέων συνειλεγμένων, ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ τῇ μητρὶ ἡμῶν πολιτευομένης, πλείστην ὅσην ἔρευναν ἐποιησάμην πάντῃ τε καὶ πανταχοῦ, τὸ δὴ λεγόμενον, πάντα κάλων κινήσας, ἀνερευνῆσαι τὰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἱερᾷ συνόδῳ πεπραγμένα ὑπὲρ τοῦ τῆς αὐτῆς ἁγίας καὶ ἀποστολικῆς πίστεως ὅρου, ὃν οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὔτε δι' ἀνθρώπων ἡ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία παρείληφεν, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος καὶ Θεοῦ Ἰησοῦ Χρι- D στοῦ, τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· ὃς μετὰ τὴν τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας οἰκονομίαν, τὸ μέγα ἀληθῶς τῆς εὐσεβείας μυστήριον, καθὼς γέγραπται, φανερωθείς τε σαρκὶ, καὶ ἀγγέλοις ὀφθείς. οὔτε γὰρ ἀγγέλοις θεατὸς ὁ μονογενὴς κατὰ τὴν τῆς θεότητος οὐσίαν, εἰ μὴ ἐσαρκώθη· τὰ πάντα πληρώσας τὰ κατὰ τὴν οἰκονομίαν, τό, τε ὑπὲρ ἡμῶν ἑκούσιον πάθος, καὶ τὴν ταφὴν, καὶ τὴν ἀνάστασιν τῇ ἁγίᾳ ἐκείνῃ καὶ ἀναμαρτήτῳ σαρκὶ * αὐτοῦ παραχωρήσας, δι' ἧς τὸ ἡμέτερον ἀπεθανάτισε γένος, ἀναβαίνων εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ταύτης τῆς ἁγίας καὶ ἀμωμήτου πίστεως τὸν θεῖον καὶ προσκυνητὸν ὅρον δι' ἑαυτοῦ ἔπηξε, καὶ μέγα βροντήσας κατὰ τὸ γεγραμμένον. κύ- E ριος ἀνέβη εἰς οὐρανοὺς, καὶ ἐβρόντησε. καὶ ἐν ἑτέρῳ ἐβρόντησεν ἐξ οὐρανοῦ ὁ κύριος, καὶ ὁ ὕψιστος ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ. καὶ τί ἐβρόντησεν; ποίαν δὲ φωνὴν ἔδωκεν ὁ ὕψιστος; πορευθέντες, φησὶ, πρὸς τοὺς ἀποστόλους λέγων, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. εἰ γὰρ διὰ φιλανθρωπίαν, τὴν ἡμῶν σάρκα ἔμψυχον καὶ ἔννουν ἐκ τῆς πανσέμνου καὶ ἁγίας παρθένου Μαρίας προσείληφεν, ἀλλ' ἡ τῆς σαρκὸς πρόσληψις προσθήκην

* Ἴσ. περὶ
* Ἴσ. προσφέροντες.
* αὐτῇ

A in ſacro illo libro continebantur, ut ſubinde ad dominum dixerim: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper melle ori meo.* Psal. 118. Sic ſupra modum admiratus ſum quæ illic ſcripta erant de pura, irreprehenſa, orthodoxa, & apoſtolica fide. Poſt aliquot annos cum huc, in provinciam dico Bithynorum, volente Deo perveniſſem, & commotio atque inquiſitio plurima fieret ſub impii Baſiliſci [a] tyrannide adverſus catholicam & apoſtolicam Dei eccleſiam, & fidem apoſtolicam in ea vigentem, ſuccendente potiſſimum atque commovente regis aulam eorum factione qui hæretico Eutychi conſentiebant: qui nobis ſubdole ajebant, ſe B fidem patrum, Nicænam, inquam, tenere. Sed convincebantur a nobis illius fidei hoſtes. Neque enim noverant quæ dicerent, aut de quibus affirmarent. Nam cum proferrem quæ in ſacra illa corona orthodoxorum Dei ſacerdotum in Spiritu ſancto de domino per eos fuerant explicata, reſiliebant a nobis miſeri, pejorem Ariana blaſphemiam lingua ſua proferentes contra ea quæ illic definita ſunt, & anathema jacientes adverſus eos qui ita ſentiunt. Propter hæc aliaque multa quæ movebantur contra fidem antiquam, primum a ſanctis apoſtolis, deinde & a ſanctis patribus noſtris Nicææ congregatis, in Dei C eccleſia matre noſtra vigentem, plurimam omnino & ubique diligentiam adhibui, &, quod dici ſolet, omnem rudentem movi, ut perveſtigarem quæ in ſancta illa ſynodo acta ſunt pro ſanctæ & apoſtolicæ fidei determinatione, quam Dei eccleſia non ab hominibus, neque per homines accepit, verum ab ipſo omnium noſtrum ſalvatore ac Deo Jeſu Chriſto, Dei viventis filio, qui poſt adventus ſui in carnem œconomiam, *magnum certe pietatis myſterium*, ſicut ſcriptum eſt, *manifeſtatus in carne, & angelis viſus*: 1. Tim. 3. neque enim vel angelis viſibilis eſt unigenitus in ſuæ divinitatis eſſentia, niſi carnem aſſumpſiſſet: poſtquam D omnia quæ ad œconomiam incarnationis ſuæ ſpectabant complevisſet, voluntariam pro nobis paſſionem, ſepulturam, & reſurrectionem in illa ſancta & peccato non obnoxia carne ſua, per quam genus noſtrum a morte liberavit, ſecedens hinc, & in cœlum aſcendens, hujus ſanctæ & irreprehenſæ fidei divinam & adorandam formam per ſeipſum ſtabilivit, & magnum intonuit, ſicut ſcriptum eſt: *Dominus in cælos aſcendit, & intonuit*, Psal. 67. & alibi: *Et intonuit de cælo Dominus, & altiſſimus dedit vocem ſuam.* Psal. 17. Et quid intonuit? quam vocem dedit altiſſimus? *Euntes*, inquit, ad apoſtolos loquens, *docete omnes gentes, baptizantes eos in* Matth. 28. E *nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*. Quamvis enim propter ſuam erga homines caritatem, noſtram carnem cum anima & mente ex veneranda plane & ſancta virgine Maria ſuſcepit, illa tamen carnis ſuſceptione, nulla ad Trinitatem Patris, Filii, & Spiritus ſancti facta eſt acceſſio, ſed trinitas manet trinitas. Euntes igitur docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Hanc ſanctam & adorandam ſanctæ & irreprehenſæ fidei regulam cum ſancti apoſtoli ab ip-

[a] Zenonem ſolio dejecit Baſiliſcus anno æræ Chriſtianæ 475. & cum Marco filio orthodoxos inſectatus eſt.

ſo

ſo domino accepiſſent, in univerſa ſub cœ- A lo Dei eccleſia eam prædicaverunt: ut ita propheticum oraculum impleretur, quo dicitur: *in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*. Poſt quam fidei ſummam, & adorandum iſtud donum nobis per ſanctos apoſtolos a Dei filio conceſſum, cum plures jam annos eccleſiæ perſecutio ceſſaſſet, noſtræ ſalutis hoſtis iterum per Arium contra ſanctam & irreprehenſam fidem armatur, inuſitata quædam blaſphema verba contra ſalvatorem noſtrum introducens, quibus Dei eccleſiam in toto orbe terrarum conturbavit. Quam ob cauſam fideliſſimus imperator Conſtantinus numeroſam illam in urbe Nicæa ſynodum B congregavit. Cujus acta omnia cum, ut ſupra dixi, cognoviſſem prius, perquiſivi: vix tamen invenire potui nonnulla ex iis quæ illic tractata & conſcripta erant, apud plures viros literarum ſtudioſos, ut apud Joannem quemdam presbyterum, antiquum virum & ſcribendi admodum peritum, in quaternionibus valde antiquis: neque tamen omnia inde habui, ſed ex aliis etiam ſcriptoribus variis, ut ex Euſebio Pamphili epiſcopo Cæſareæ, & Ruffino [1] presbytero Romano, [a] qui etiam ſanctæ illi ſynodo interfuerunt, aliiſque plurimis. Neque tamen totius harmoniæ conſequentiam inveni, ut in ſacro illo codice, in quem C ut ſupra dixi, prius incideram. Solus namque admirandus ille Euſebius Pamphili conſtanter publicam veritati viam ab adventu domini uſque ad magni Conſtantini tempora ingreſſus eſt. Sed neque omnia invenire potui, præter nota mihi & veritatis propria, ex eo libro quem prius ego legeram. Cum autem ex utriſque aliqua collegiſſem, neceſſarium exiſtimavi illa in hoc libro deſcribere ad communem utilitatem, atque confirmationem eorum qui in hæc ſcripta inciderint. Exordiemur deinceps ſermonem noſtrum (præeunte atque ducente nos Deo verbo ſemper vivente) a temporibus regni religioſiſſimi & chriſtigeri regis D Conſtantini, qui ſynodum epiſcoporum in civitate Nicæa congregari juſſit. In alio commentario, ſi Deo placet, nativitatem ipſius Deo cariſſimi Conſtantini, ac ſtatum temporum quibus pater ejus regnavit, referam.

Pſal. 18. Roman. 10.

a & ex aliis, quid & habet Alfonſi Piſani verſio, quam identidem interpolavit Balforeus ſubſtituitque ex illis qui ſancta illi &c. Romani vero editores illis ſublatis & ſubſtituta particula etiam ut melius reſponderet Græco textui, rem omnem obſcurarunt, dum Ruffinum non ſecus atque Euſebium concilio Nicæno præſentem inſinuant.

A τῇ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τριάδι οὐκ ἐποίησεν, ἀλλὰ μένει ἡ τριάς. πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦτον τὸν ἅγιον καὶ προσκυνητὸν ὅρον τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως παρὰ τοῦ κυρίου λαβόντες οἱ ἱεροὶ ἀπόστολοι, πάσῃ τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ ἐκήρυξαν· ὡς πληρωθῆναι ἐπ' * αὐτοῦ τὸ προφητικὸν λόγιον, τὸ φάσκον· εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. * ὅν τινα ὅρον καὶ τὴν προσκυνητὴν ταύτην δωρεὰν, τὴν εἰς ἡμᾶς διὰ τῶν θείων ἀποστόλων παρὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ B διδομένην, * μετὰ πλείστους ὅσους καιροὺς παυσαμένου τοῦ κατὰ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ διωγμοῦ, δι' Ἀρείου πάλιν ὁ ἐχθρὸς τῆς ἡμετέρας σωτηρίας κατὰ τῆς αὐτῆς ἁγίας καὶ ἀμωμήτου ὁπλίζεται πίστεως, ξένα τινὰ παρεισφέρων κατὰ τοῦ σωτῆρος βλάσφημα ῥήματα, δι' ὧν τὴν εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίαν τοῦ κυρίου ἐτάραξεν. οὗ χάριν καὶ τὴν πολυάνθρωπον ἐκείνην ἐπὶ τὴν τῶν Νικαιέων πόλιν ὁ πιστότατος βασιλεὺς Κωνσταντῖνος συνήγαγε σύνοδον, ἧς τὰ πεπραγμένα πάντα προεγνωκὼς, ὡς ἀνωτέρω ἔφην, καὶ διερευνησάμενος, μόλις ἐδυνήθην εὑρεῖν φανερὰ τῶν ἐκεῖσε ἐσκεμμένων καὶ ἐγγραφέντων παρά τισι διαφόροις φιλομαθέσιν ἀνδράσιν, * Ἰωάννῃ μέν τινι πρεσβυτέρῳ C ἀνδρὶ παλαιῷ, ἄγαν γραφικῷ, ἐν τετραδίοις παλαιοῖς λίαν, οὐ μὴν ὅλα. καὶ ἐξ ἄλλων δὲ συγγραφέων, Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἐπισκόπου Καισαρείας, καὶ Ῥουφίνου πρεσβυτέρου Ῥώμης, * τῶν καὶ τῇ ἁγίᾳ ἐκείνῃ κοινωνησάντων συνόδῳ, καὶ ἄλλων πλείστων ὅσων. οὐ μὴν τὴν ἀκολουθίαν τῆς ὅλης ἁρμονίας εὗρον κατὰ τὴν ἱερὰν ἐκείνην βίβλον, ᾗ προενέτυχον, ὡς ἀνωτέρω μοι εἴρηται. μόνος γὰρ Εὐσέβιος ὁ θαυμάσιος ὁ Παμφίλου ἀπαρτὶ τῇ λεωφόρῳ τῆς ἀληθείας ἀπὸ τῆς τοῦ κυρίου παρουσίας ἕως τῶν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου χρόνων διώδευσεν. ἀλλ' οὐδὲ τὰ ὅλα εὑρεῖν ἠδυνήθην, πλὴν ὅσα γνώριμά μοι καὶ τῆς ἀληθείας ἴδια, κατὰ τὴν προαναγνωσθεῖσάν μοι βίβλον, εὗρον. καὶ ἐξ ἑκατέρων ἀναλεξάμενος, ἀναγκαῖον ᾠήθην ἐγγράψαι τῷδε τῷ D βιβλίῳ πρὸς ὠφέλειαν κοινὴν, καὶ στήριγμα τῶν ἐντευξομένων τῷδε τῷ γράμματι. ἄρξεται δή μοι λοιπὸν ὁ λόγος, προοδοποιοῦντός μοι καὶ ποδηγοῦντος τοῦ ἀεὶ ζῶντος Θεοῦ λόγου, ἀπὸ τῶν χρόνων τῆς βασιλείας τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ χριστοφόρου βασιλέως Κωνσταντίνου, τοῦ καὶ τὴν σύνοδον τῶν ἐπισκόπων ἐν τῇ Νικαιέων συναθροισθῆναι προστάξαντος πόλει. ἐν ἑτέρῳ γὰρ, εἰ τῷ Θεῷ φίλον, τὰ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ, καὶ τῶν χρόνων τῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ * Κωνσταντίνου τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλείας τὴν διαγωγὴν ἐντάξω συγγράμματι. E

* ἴσ. αὐτῶν

* μεθ' ὅντινα

* πλεῖστ.

* ἴσ. καὶ

* ἴσ. Κωνσταντίου.

## CAPUT I.

Euſeb. l. 1. hiſt. c. 26.

NON *multo poſt tempore* (ut inquit Euſebius) *quam tyranni Diocletianus & Maximianus depoſita regali purpura, privatam vitam elegerunt, imperator Conſtantius* (*tota vita clementiſſimus*) *ſubjectis benevolentiſſimus, & erga divinum verbum amiciſſi-*

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α.

ΜΕΤΑ' τὴν ἀπόθεσιν τῆς βασιλικῆς ἀλουργίδος τῆς τῶν τυράννων Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ, τὸν ἰδιωτικὸν ἀπειληφότων αὐτῶν βίον, καθά φησιν Εὐσέβιος, χρόνου οὐ πλείστου μεταξὺ γενομένου, βασιλεὺς Κωνστάντιος, * (τὸν πάντα βίον πρᾳό-

1 Ruffinus tamen laudatur ab Hieronymo in Chronico ad an. 377. longe poſt Concilium Nicænum. Vide caput ſequens. *Harduinus*.

πρᾳότατος,) καὶ τοῖς ὑπηκόοις εὐνοϊκώτατος, τῷ τε θείῳ λόγῳ προσφιλέστατον ἑαυτὸν διαθέμενος, παῖδα γνήσιον Κωνσταντῖνον αὐτοκράτορα καὶ σεβαστὸν ἀνθ' ἑαυτοῦ καταλιπὼν, κοινῷ φύσεως νόμῳ τελευτᾷ τὸν βίον. ἁπάσης μετὰ θάνατον, ὅσην βασιλεῖ τις ἂν ὀφείλοιτο, τιμῆς ἠξιωμένος, χρηστότατος, καὶ ἠπιώτατος βασιλεὺς γεγονώς. ὃς δὴ καὶ μόνος τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπαξίως τῆς ἡγεμονίας τὸν πάντα τῆς ἀρχῆς διατελέσας χρόνον, καὶ τὰ ἄλλα τοῖς πᾶσι δεξιώτατον καὶ εὐεργετικώτατον παρασχὼν ἑαυτὸν, τέλος εὐδόκιμον καὶ τρισμακάριον ἀπείληφε τοῦ βίου, μόνος, ἐπὶ * τῆς αὐτοῦ βασιλείας εὐμενῶς καὶ ἐπιδόξως ἐπὶ διαδόχῳ γνησίῳ παιδὶ, τὰ πάντα σωφρονεστάτῳ τε καὶ εὐσεβεστάτῳ, τελευτήσας. τούτου παῖς Κωνσταντῖνος εὐθὺς ἀρχόμενος, βασιλεὺς τελειότατος καὶ σεβαστὸς πρὸς τῶν στρατοπέδων, καὶ ἔτι πολὺ τούτων πρότερον παρ' αὐτοῦ τοῦ παμβασιλέως θεοῦ ἀναγορευθεὶς, ζηλωτὴν ἑαυτὸν τῆς πατρικῆς περὶ τὸν ἡμέτερον λόγον εὐσεβείας κατεστήσατο. καὶ μεθ' ἕτερα· οὕτω δὴ Κωνσταντίνου, ὃν βασιλέα ἐκ βασιλέως, εὐσεβῆ τε ἐξ εὐσεβεστάτου καὶ τὰ πάντα σωφρονεστάτου γεγονέναι εἰρήκαμεν, συνέσει τε καὶ εὐσεβείᾳ τετιμημένου, παρὰ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ τῶν ὅλων καὶ σωτῆρος κατὰ τῶν δυσσεβεστάτων τυράννων ἀνεγηγερμένου, Θεοῦ συμμαχοῦντος αὐτῷ, παραδοξότατα πίπτει μὲν ἐπὶ Ῥώμης ὑπὸ Κωνσταντίνου Μαξέντιος· ὁ δ' ἐπ' ἀνατολῆς οὐ πολλῷ ἐπιζήσας ἐκείνῳ χρόνον, αἰσχίστῳ καὶ αὐτὸς θανάτῳ ὑπὸ Λικινίου, οὔπω τότε μανέντος, * τιμωρηθησομένου κατ' αὐτοῦ ὑπὸ Κωνσταντίνου τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως, καταστρέφει τὸν βίον. πρότερός γε μὴν ὁ καὶ τιμῇ καὶ τάξει τῆς βασιλείας πρῶτος Κωνσταντῖνος τῶν ἐπὶ Ῥώμης καταδυναστευομένων φειδὼ λαβὼν, θεὸν τὸν οὐράνιον, τόντε τούτου λόγον, αὐτὸν δὴ τὸν πάντων σωτῆρα Ἰησοῦν Χριστὸν σύμμαχον δι' εὐχῶν ἐπικαλεσάμενος, πρόεισι πανστρατιᾷ τὰ τῆς ἐκ προγόνων ἐλευθερίας Ῥωμαίοις προμνώμενος. ταῦτα ὁ Εὐσέβιος. ὁ δὲ Ῥουφῖνος, εἰ καὶ μὴ κατὰ τάξιν τὴν ἀκολουθίαν καὶ τὴν τῆς ἀληθείας ἁρμονίαν Εὐσεβίου τοῦ πάνυ τοῦ Παμφίλου τὴν ἱστορίαν ἐξέθηκεν, ἀλλ' ὅμως ὅσα συγγενῆ τῆς Εὐσεβίου πραγματείας εὕροιμι, ἔκ τε αὐτοῦ Ῥουφίνου καὶ τῶν ἄλλων συγγραφέων ἀναλεξάμενος ἐνθήσω, καθὰ ἀνωτέρω εἴρηκα, τῷδε τῷ βιβλίῳ. λέγει δὲ καὶ οὕτως. μετὰ γοῦν τὴν Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ ἀπόθεσιν, καὶ τὴν τελευτὴν Κωνσταντίνου, ὑπολείπονται τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ὁμόχρονοι βασιλεῖς οἵδε. Κωνσταντῖνος μὲν τὴν τοῦ πατρὸς μοῖραν εἰληφώς· αὕτη δὲ ἦν ἀπό τε τῆς καλουμένης Εὐρώπης ἀρχομένη, ἐπί τε τὸν Ἴστρον διήκουσα, Σκυθίαν τε ἑκατέραν, καὶ Κελτοὺς ἅπαντας, Ἰλλυριούς τε καὶ Σαυρομάτας, καὶ τὴν ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ποταμὸν καθήκουσαν τῶν βαρβάρων γῆν, τήν τε Μακεδονίαν, καὶ τὴν πρὸς αὐτὴν θάλασσαν, Θετταλίαν τε καὶ Ἀχαΐαν, καὶ ὅσα πρὸς ἥλιον δυόμενον ἐπιστρέφονται, τὸ Ἰόνιον ὁρίζει πέλαγος. καὶ Μαξιμῖνος δὲ ὁ Διοκλητιανοῦ παῖς, ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἔθνη, καθά φησιν ὁ Εὐσέβιος. Μαξέντιός τε τὴν Ῥώμην, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας εἰς αὐτὸν καθήκοντα τὸν ὠκεανὸν, διεῖπεν.

* Ic. παρλα-μανὰ, ἐπὶ

* Ic. τιμω-θέντος.

A *me affectus, cum germanum filium ſuum Conſtantinum imperatorem & Auguſtum pro ſe reliquiſſet, communi naturæ lege finem vivendi fecit Poſt mortem dignus habitus omni honore qui imperatori debebatur, quippe vir & optimus & manſuetiſſimus fuit, quique ſolus inter imperatores noſtra memoria, totum regni ſui tempus, ut imperii dignitas poſtulat, exegit: & cum in aliis omnibus humaniſſimum & beneficentiſſimum ſeſe præberet, laudabilem admodum & beatum vitæ exitum conſecutus eſt. Solus ex imperatoribus ob filium ingenuum, quem poſt ſe in imperio ſucceſſorem reliquit, principem in omnibus modeſtiſſimum & ſanctiſſimum, proſpere ac glo-* B *rioſe exceſſit e vita. Hujus filius Conſtantinus, ſtatim a principio imperator ſummus & Auguſtus cum ab exercitibus, tum multo ante ab ipſo Deo ſummo omnium imperatore declaratus, paternæ pietatis erga religionem noſtram æmulum ſeſe & imitatorem præſtitit.* Et poſt aliqua: *Cum ſic Conſtantinus (quem imperatorem ex imperatore, religioſum ex religioſiſſimo patre & omnino modeſtiſſimo natum diximus) prudentia & pietate ornatus, Dei imperatoris omnium & ſalvatoris inſtinctu, contra impiiſſimos tyrannos excitatus eſſet: Romæ quidem, Deo opem ferente, Maxentius præter omnium opinionem ab ipſo devictus cadit: qui vero in oriente erat tyran-* C *nus, non multo tempore illi ſuperſtes, a Licinio nondum inſaniente (quem religioſiſſimus imperator Conſtantinus eo contra illum miſerat) ſuperatus, turpiſſima morte vitam finiit. Conſtantinus autem honore & imperii gradu ſummus, prior ipſe eorum qui Romæ tyrannide opprimebantur, antea miſertus, poſtquam Deum cœli, verbumque ejus Jeſum Chriſtum ſalvatorem omnium, adjutorem ſibi precibus invocaſſet, Romam cum omnibus copiis proficiſcitur, ut Romanis priſtinam libertatem, quam a majoribus acceperant, reſtitueret.* Hæc Euſebius. Ruffinus vero licet non ordine rerum omnem conſequentiam, & veritatis harmoniam ſecutus, illuſtris illius D Euſebii Pamphili hiſtoriam expoſuerit: tamen ego quæcumque affinia Euſebianæ hiſtoriæ invenero, cum in Ruffino, tum in ſcriptoribus aliis, colligens, ut ſupra dixi, huic operi inſeram. Ille vero ſic ait [1]: *Poſtquam Diocletianus & Maximianus regni inſignia depoſuiſſent, ac Conſtantius exceſſiſſet e vita, reliqui Romani imperii reges qui ſimul imperabant, hi erant. Conſtantinus in partem patris ſui ſucceſſit, quæ ab ea quæ vocatur Europa incipiens, ad Danubium uſque protenditur, utramque Scythiam, Celtas omnes, Illyrios, Sarmatas, & omnem barbarorum terram quæ ad Rhenum fluvium porrigitur, atque Macedoniam, & vicinum mare* E *complexa, Theſſaliam, & Achajam, & quæcumque ad occidentem ſolem vergentia, Jonio terminantur mari. Maximinus Diocletiani filius* (ut ait Euſebius) *omnes ad orientem gentes: Maxentius vero Romam, & quæ ab Italia ad oceanum protenduntur, adminiſtrabant.*

Euſeb. 1. cap. 8

CA-

1 Ruffinum hunc alium eſſe oportet ab eo, & cujus nunc extat verſio hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ab Euſebio Græce ſcriptæ, nam apud iſtum Latinum ſcriptorem nihil hujuſmodi legitur. *Harduinus.*

A

## CAPUT II.

POSTQUAM Conſtantinus patri legitime parentaſſet, & conſuetos perſolviſſet honores, otium in ea Romanorum calamitate ſibi damnum eſſe duxit. Audivit enim Romam Maxentii improbitate graviter affligi, qui regni moderationem in ſævam tyrannidem commutaverat. Multos enim principes viros indicta cauſa neci dedit: ſupplicia & exilia irrogabat, agros & honores ſine delectu tribuebat: alienas conjuges, quarum amore capiebatur, aut fraude in ſtuprum illexit, aut imperiis ad flagitium impulit: nulli tutum erat formoſam uxorem habere: pudicitiæ tutandæ cauſa multa erat in tota urbe cædes. Cum hæc aliaque plurima, quæ hujus inſtituti non ſunt, Conſtantinus Deo cariſſimus audiviſſet, graviter commotus eſt. Viris enim piis proprium dolorem commovet aliena injuria.

## ΚΕΦΑΛ. β'.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙ'ΝΟΣ οὖν μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἔννομον κηδείαν, καὶ τὰς νομιζομένας τιμὰς, ζημίαν ἡγήσατο * τῆς Ῥωμαίων συμφορᾶς τὴν ἡσυχίαν. ἤκουε γὰρ τὴν Ῥωμαίων πόλιν κάμνουσαν τοῖς Μαξεντίου κακοῖς· εἰς γὰρ ὠμότητα τυραννίδος ὁ τῆς βασιλείας αὐτῷ μετεβάλλετο τρόπος. πολλοὺς τε γὰρ ἀκρίτως τῶν ἐν τέλει θανάτῳ παραδιδοὺς, ζημίας τε καὶ φυγὰς καὶ τῆς γῆς ἀναδασμὸν, καὶ προτιμήσεις ἀνεξετάστως ἐπέβαλλεν. ἤδη δὲ καὶ γυναικῶν ἀλλοτρίων ἐρῶν, ἢ κακίᾳ διέφθειρεν, ἢ τοῖς ἐπι- B τάγμασιν ἐβιάζετο. καὶ λοιπὸν ἀνασφαλὲς ἦν γυναῖκα ἔχειν εὐπρεπῆ· καὶ διὰ σωφροσύνης φυλακὴν πολλή τις ἦν κατὰ τὴν πόλιν μιαιφονία. ταῦτα καὶ πλεῖστα ἕτερα ἀκούων ὁ θεοφιλέστατος Κωνσταντῖνος, ἃ μὴ τῆς παρούσης ἐστὶ συντάξεως, παρωξύνετο. ποιεῖ γὰρ οἰκείαν λύπην τοῖς φιλοθέοις ἀνδράσιν ἡ τῶν ἀλλοτρίων πραγμάτων ἀδικία.

Ἴσ. ἐπὶ τῆς Ῥωμ. συμφορᾶς.

*De rege Conſtantino, quomodo exercitum contra tyrannum Maxentium duxit.*

Περὶ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, ὅπως κατὰ τοῦ τυράννου Μαξεντίου ἐστρατοπεδεύσατο.

## CAPUT III.

PLACUIT ergo Conſtantino arma capere, & Romanos a talibus injuriis vindicare; nam illos ex malis eripere perinde eſſe dicebat, atque omnes homines ſervare. Primum ſtatuit revocare urbes quæ a Romano imperio deſciverant: alias quidem verbis, alias vero armis, nonnullas etiam beneficentiæ & humanitatis officiis. Nam tributa leviora reddidit, in hominibus audiendis admittendiſque æquabilem ſe præbuit: rerum novarum ſtudia & inſolentias caute ſuſtulit, ſilentio magis quam metu: ſciens Saurorum, Francorum, & Germanorum gentes novitatis ſtudioſas, contra reges motus facile concitare, ac ſæpe animi ſenſum tanquam legem ſequi. Adduxit etiam Hiſpanos, Britannos, & inſularum quæ illic ſunt incolas, atque nationes reliquas: omnes etiam occaſus ſolis teſtes, qui ſe ſcire gloriantur utrum ſol vere oceano immergatur, ſive circum aquas currens, rurſum alia via ad nos redeat: barbaras illic gentes vi & armis cepit, hac velut belli acceſſione ad ſuſceptum opus opportune uſus. Ex iis enim populis alios quidem ſubegit, aliis ſtipendia ſolvit, nonnullos etiam ex hoſtibus amicos, ex veteribus inimicis familiares & conjunctos reddidit: omnes vero futuri belli ſocios ſibi adjunxit, neminem lædens, nec obſidione premens, & ad aliorum ſalutem magna feſtinatione properans. Deo enim belli adjutore, omnia recte geruntur, & res ſupra humana conſilia ad meliores provehuntur exitus. Cum hoc igitur tam pium conſilium in animo haberet fideliſſimus imperator Conſtantinus, Rhenum flumen ad dextram trajecit; multos montes, multos etiam ſine nomine fluvios cum exiguis primum copiis tranſmiſit: deinde barbaris multis ſubactis, Gallorum, Francorum, & Hiſpanorum, decem nationibus ſibi adjunctis,

## ΚΕΦΑΛ. γ'.

C ἘΔΌΚΕΙ δὴ αὐτῷ λοιπὸν τῶν ὅπλων ἅπτεσθαι, καὶ τοῖς τοιαῦτα πάσχουσι Ῥωμαίοις ἐπαμῦναι. τὸ γὰρ ἐκείνους τῶν κακῶν ἐξελέσθαι, ἴσον ἦν εἶπεν, καὶ πάντας ἀνθρώπους διασῶσαι. βουλὴν δὲ λαμβάνει, πρότερον τὰς ἀποστάσας πόλεις τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀνακαλέσασθαι, τὰς μὲν τοῖς λόγοις, τὰς δὲ τοῖς ὅπλοις, τὰς δὲ τῇ τῆς φιλανθρωπίας εὐποιΐᾳ. τούς τε γὰρ φόρους αὐτοῖς κουφοτέρους ἀπέφηνε, καὶ τὴν τῆς ἀκροάσεως ἰσότητα παρεῖχε, τάς τε νεωτεροποιΐας καὶ ἀπονοίας συνετῶς διέλυε, σιωπῶν μᾶλλον ἢ φοβῶν· εἰδὼς τὰ Σαύρων καὶ τὰ Φράγκων καὶ τὰ Γερμανῶν ἔθνη φιλόκαινά τε εἶναι, καὶ πρὸς τὰς τῶν βασιλέων ἐπαναστάσεις ῥᾳδίως ἔχειν ὁρμὴν, καὶ νόμον πολλάκις τὴν γνώμην D ποιεῖσθαι. ὑπηγάγετο δὲ καὶ Σπάνους, καὶ Βρετανοὺς, καὶ τὰς αὐτόθι νήσους, καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη, καὶ ἅπαντας τοὺς τῶν τοῦ ἡλίου δυσμῶν γινομένους μάρτυρας. [1] εἰδέναι φασὶν, εἴτε ἀληθῶς τῷ ὠκεανῷ καταδύεται, εἴτε καὶ περὶ τὸ ὕδωρ φθάσας, πάλιν δι' ἑτέρας ὁδοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀνακάμπτει. εἷλε δὲ καὶ τῷ κράτει τῶν ὅπλων τὰ αὐτόθι βάρβαρα φῦλα, παρέργῳ τινὶ μάχης πρὸς τὸ ἔργον συγχρησάμενος. τοὺς μὲν γὰρ ὑποτάξας, τοὺς δὲ μισθοδοτήσας, τοὺς φίλους ἀντὶ πολεμίων, καὶ συνήθεις ἀντὶ παλαιῶν ἐχθρῶν καταστήσας, ἐπανήγαγε πάντας συμμάχους, οὐδένα λυπήσας, οὐδὲ πολιορκήσας, καὶ ἐπὶ τὴν ἑτέρων σωτηρίαν ἐπειχθείς. ὅπου γὰρ ὁ Θεὸς συμμαχεῖ, πάν- E τα κατευθύνεται, καὶ τὸν ἀνθρώπινον λογισμὸν ὑπεραίρει. μετὰ τοιαύτης φιλοθέου γνώμης ὁ πάντα πιστότατος Κωνσταντῖνος τὸν Ῥῆνον ἐπὶ δεξιᾷ διαβὰς, καὶ πολλὰ μὲν ὄρη, πολλοὺς δὲ ποταμοὺς ἀνωνύμους ὀλίγῳ στρατῷ περαιωθεὶς, πολλά τε βάρβαρα ἔθνη χειρωσάμενος, Γάλλων τε καὶ Φράγκων καὶ Σπάνων δέκα ἔθνη προσαγόμενος, προσῆγε λοιπὸν τῆς Ἰταλίας ὄρεσι τὸ στράτευμα. ταῦτα ἀκού-

σαντι

1 Forte, οἱ ἐδῶυς, *Harduinus*.

σαντι τῷ Μαξεντίῳ, ταραχή τις ἦν ἀδόκητος. οὐ γὰρ ἄν ποτε τοσαύτην χώραν διαβῆναι προσεδόκα, ὄρεσι, καὶ ποταμοῖς, καὶ ποικίλοις βαρβάροις πεφραγμένην, καὶ ταῖς αὐτοφυέσι τῆς ἐρημίας δυσχερείαις. μέγιστον γὰρ γίνεται πολλάκις ἐπιτείχισμα βασιλείας ἡ τῶν τόπων ἐρημία. καὶ δὴ ἐδόκει, σὺν πολλῷ τάχει τῆς Ῥώμης ὑπεξελθόντι τὸν στρατὸν ἀνθυπεξάγειν, καὶ τῆς Ἰταλίας που προανακρούσασθαι. ὡς δὲ ἀντιπαρετάττοντο, καὶ τὰ σημεῖα εἶδον ἀλλήλων, ἐνταῦθα ἡ μάχη λοιπὸν ἄνισον εἶχε τὴν ἐλπίδα. οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ Ῥώμης προεκτεθέντες, καὶ κατὰ φάλαγγας ἐκχεόμενοι, καὶ ἐκ πολλῆς ἐκεχειρίας διαναπαύσεως ὄντες, ἐδόκουν ἀξιόμαχοι καταφαίνεσθαι φρόνημα φέρειν ἄξιον τῆς πόλεως ἐφάμιλλον. οἱ δὲ μετὰ Κωνσταντίνου παρατατόμενοι πολλὴν μὲν κατειλήφεσαν γῆν, πολλὰ δὲ λάφυρα καὶ σκῦλα τοῦ πολέμου συνήγοντο πόθῳ, δρόμῳ δὲ μᾶλλον τῆς νίκης, ἢ ἀπολαύσει τῶν εἰλημμένων χρησάμενοι. ἤδη δὲ λοιπὸν ἦσαν πρὸς τὸν κάματον ἀπαγορεύοντες, καὶ πρὸς τὴν συχνότητι τῶν πόνων ἐνδιδόντες.

A reliquum omnem exercitum ad Italiæ montes perduxit. Maxentium tam inopinatæ rei nuncius magnopere commovit. Nunquam enim putavit fore, ut quiſpiam exercitum per tam latas regiones trajiceret, easque montibus, fluviis, & multorum barbarorum armis interclusas, atque aliis etiam difficultatibus, quæ in locis deſertis ſua ſponte proveniunt. Regnorum enim præſidium maximum plerumque fit ipſa locorum ſolitudo. Placuit interim exercitum clam Roma egreſſum multa cum celeritate adverſum ducere, & hoſtem ab Italia depellere. Ubi vero contra inſtructæ erant acies, & viſa utrimque militaria ſigna; tum non eadem ſpe
B pugnaturi videbantur. Romani enim expoſiti, & per phalanges effuſi, tum multa ceſſatione & quiete recreati, digni videbantur qui pugnam cum hoſte committerent, ſpiritus magnos gerentes & urbe ipſa dignos. Conſtantini vero milites in armis ſtantes inſtructi, multam quidem terram occupaverant, multa vero ſpolia & exuvias belli collegerant, curſu magis victoriæ utentes, quam fructum aliquem percipientes ex rebus captis. Ceterum longa defatigatione fracti, nimia laborum aſſiduitate languentes erant & remiſſi.

Περὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ ὀφθέντος ἐν οὐρανῷ τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ.

C

*De cruce quæ apparuit Conſtantino in cœlo.*

## ΚΕΦΑΛ. δ'.

ΟΥ̓ΤΩ δὲ κεκινημένης τῆς μάχης, καὶ τῆς παρατάξεως ἰσοῤῥόπου οὔσης, οὐρανόθεν ὁ Θεὸς Κωνσταντῖνον ὁπλίζει, δείξας αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ σταυροῦ σύμβολον φωτοειδῶς ἐν οὐρανῷ· γράμματα δὲ ἐμήνυε τῆς ὄψεως τὴν δύναμιν, λέγοντα· τούτῳ νίκα· τοῦτο τὸ διήγημα τοῖς μὲν ἀπίστοις μῦθος εἶναι δοκεῖ καὶ πλάσμα, τοῖς δὲ ἡμετέροις δόγμασι κεχαρισμένον· τοῖς δ᾽ ἀληθῆ πιστεύειν συνειθισμένοις, ἐναργὴς τοῦ πράγματος ἡ ἀπόδειξις. ὁ γὰρ τοῦ συμβόλου ζωγράφος Θεὸς ἔδειξεν ἔργῳ μετὰ ταῦτα τὴν ἀληθεύσασαν τοῦ γράμματος χάριν. εἰ δὲ μήπω πείθομεν ἃ γράφομεν· πρότερον γὰρ ἱστορίας γράφομεν, διὰ τὸ μικρὸν ἄνωθεν ἡμᾶς τὰ χρήσιμα συλλέγειν τῶν ἐκεῖσε βεβιωμένων. ἀλλ᾽ οὖν ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἀπιστεῖν δεῖ, ἃ καὶ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς οἱ Κωνσταντίῳ τῷ Κωνσταντίνου παιδὶ συμπαραταξάμενοι, καὶ αὐτοπτήσαντες, τὴν παλαιὰν ἀπιστίαν νεαραῖς ὄψεσιν ἐθεράπευσαν. εἴτε γὰρ Ἑβραῖοί εἰσιν οἱ τούτοις ἀντιλέγοντες, πολλῷ τούτων ἀπιθανώτερα τὰ ἐν ταῖς ἐκείνων βίβλοις πιστευόμενα· θάλασσα πεζευομένη, καὶ ὕδωρ τειχίζον, καὶ πέλαγος ὁδοιπορούμενον, καὶ Θεὸς ἐν βάτῳ φθεγγόμενος, καὶ φλὸξ νομοθετοῦσα, καὶ σάλπιγξ ἄνευ ὀργάνου τὴν ἔρημον συνηχοῦσα, καὶ ἄγγελοι συμπαρατατόμενοι, καὶ ἀρχιστράτηγοι δυνάμεως κυρίου τῆς φάλαγγος ὑπερμαχοῦντες, καὶ λίθοι χαλάζης, καὶ βέλη πυρὸς ἀντὶ τῶν συνήθων δοράτων βαλλόμενα· καὶ ὅμως ἀνεξετάστως πάντες οἱ εὖ φρονοῦντες συντιθέμεθα. Θεοῦ γὰρ βουλομένου οὐδὲν ἀδύνατον. εἴτε Ἕλληνές εἰσιν οἱ τὸ θαῦμα μὴ παραδεχόμενοι, πολλὰ ἔχομεν εἰπεῖν, ἃ μὴ βουλόμεθα λέγειν. πόσα Ἀλεξάνδρῳ μέλλοντι περαιοῦσθαι τὸν ἐπὶ Γρανικῷ πόλεμον, καὶ τὴν ἐπὶ Δαρείου πα-

## CAPUT IV.

CUM ad hunc modum pugnare decreviſſent, & copiæ viribus pares utrimque ſtarent inſtructæ, Deus Conſtantinum cælitus armat, oſtendens ei in cœlo ſalutare crucis ſignum ex lucis ſplendore in cœlo figuratum; litteræ vero viſionis vim omnem & ſenſum explicabant, quibus ſcribebatur: Hoc vince. Hæc narratio infidelibus fabula & commentum eſſe videtur in gratiam doctrinæ noſtræ: ſed vera credere aſſuetis, certa rei geſtæ declaratio. Nam Deus qui ſi-
D gnum iſtud pinxit, reipſa poſtea oſtendit gratiam litteris ſignificatam, minime vanam fuiſſe. Quod ſi nondum perſuademus quod ſcribimus, (prius enim hiſtoriam ſcribimus, eo quod rem omnem paulo altius arceſſentes, colligamus quæ ab illo utiliter geſta ſunt in vita) verum iis quæ deinceps ſequuntur credere oportet, quæ cum noſtra etiam ætate qui ſub Conſtantio Conſtantini filio militabant, ſuis vidiſſent oculis, veterem infidelitatem novis viſionibus ſanarunt. Si Hebræi his contradixerint, multa ex eorum libris incredibiliora proferri poſſunt, quæ tamen vera eſſe creduntur: ut maria pedibus peragrari, aquas velut muros concre-
E tas ſtare & ſolidas, per pelagus iter fieri, Deum in rubo loqui, flammam leges ferre, tubam ſine organo in ſolitudine perſonare, angelos ad prælium inſtrui, principes militiæ domini pro exercitu pugnare, & lapides velut grandinem cadere, & tela ignea pro conſuetis haſtis emitti; nihilominus omnes qui recte ſapimus, iſtis citra examen aſſentimur. Deo enim volente, nihil eſt quod fieri non poſſit. Si vero gentiles miraculum iſtud minus probaverint, multa dicere poſſumus, quibus nunc cenſemus eſſe ſuper-

Plutarch. in Alexand.

ſuperſedendum. Quanta Alexandro volenti copias Granicum flumen trajicere & bellum Dario inferre, vaticinati ſunt arioli? atqui hæc eorum commenta nullam evidentem ſui demonſtrationem habent. Quomodo Socratis philoſophi dæmonium voce prænunciabat illi rerum non agendarum eventus? Quomodo vero quæ de Pythagora Samio ab ipſius diſcipulis ſcripta ſunt? Poetarum figmenta, ac quo pacto inter illos nonnulli fama celebres, quoſdam eorum quos deos eſſe exiſtimant, una cum ipſis militare & bellare ſcribant, conſulto prætereo, ne quis fabuloſa cum veris, & quæ nuſquam geſta cum geſtis comparare me putet. Præpotentem enim Chriſti gratiam, ex quo inter homines ea exuberavit & in cœlo, & in terra, & in mari, & in plantis, & in lignis, & in veſtibus, & in morbo, & in ſanitate, & in cibo, & in potu, tutiſſimum præſidium, & malorum tam præſentium quam futurorum remedium eſſe, experti norunt, & nos etiam in progreſſu hiſtoriæ ſuo tempore exponemus.

A ράταξιν, ἐπεθείασαν οἱ χρησμολόγοι, καί τοι τὰ ἐκείνων πλάσματα τὴν φαινομένην ἀπόδειξιν οὐκ ἔχει. πῶς τε Σωκράτει τῷ φιλοσόφῳ δαιμόνιον διὰ φωνῆς προεμήνυε τῶν μὴ πρακτέων τὴν ἔκβασιν; καὶ τὰ περὶ Πυθαγόρου τοῦ Σαμίου ὑπὸ τῶν ἐκείνου μαθητῶν συντεχθέντα; ἐῶ λέγειν καὶ τὰ τῶν ποιητῶν πλάσματα, καὶ πῶς τινες τῶν παρ᾽ αὐτοῖς εὐδαίμων, καὶ συμπολεμεῖν αὐτοῖς τινας τῶν παρ᾽ αὐτοῖς νομισθέντων Θεῶν· ἵνα μή τις τὰ μυθώδη τοῖς ἀληθέσι, καὶ τὰ μηδαμῶς πραχθέντα τοῖς πραχθεῖσιν ἀντεξετάζειν νομίσῃ. τὴν γὰρ πολυδύναμον τοῦ * Θεοῦ χάριν, ἀφ᾽ οὗπερ εἰς ἀνθρώπους ἐπῆνθησε, καὶ ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς, καὶ ἐν θαλάσσῃ, καὶ ἐν φυτοῖς, καὶ ἐν B ξύλοις, καὶ ἐν ἱματίοις, καὶ ἐν νόσῳ, καὶ ἐν ὑγείᾳ, καὶ ἐν βρωτοῖς, καὶ ἐν ποτοῖς, ἀλεξιφάρμακόν τε γενομένην, καὶ γινομένην καὶ ἐσομένην θεραπείαν, καὶ οἱ πειραθέντες μὲν ἴσασι, καὶ ἡμεῖς δὲ κατὰ τὸν ἴδιον καιρὸν προϊούσης τῆς ἱστορίας ἐκθησόμεθα.

* Χριστοῦ

*De vexillo quod fecit Conſtantinus ad exemplum crucis in cœlo a ſe viſæ.*

## CAPUT V.

CONSTANTINUS igitur ſignum quod viderat, in vexillum ſuum tranſtulit, idque auro & lapidibus pretioſis intextum: ac in longiſſimæ haſtæ cuſpide præfigens, primis equitibus perferendum dedit, litterarum promiſſa reipſa deinceps explorare cupiens. Nec ſpe ſua fruſtratus eſt: cito enim cum crediſſet iis quæ viderat, pene citius victoria potitus eſt.

*Περὶ τοῦ σίγνου οὗ ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἀντίτυπον τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ σταυροῦ ἐν οὐρανῷ.*

## ΚΕΦΑΛ. ε.

C ΟΔ᾽ οὖν Κωνσταντῖνος τὴν τοῦ θαύματος ὄψιν εἰς τροπαίου σχῆμα μεταβαλὼν, καὶ χρυσοκολλήτοις λίθοις συναρμόσας, εἰς δόρατός τε ἀπαρτήσας ὑψηλοτάτου ὄψιν, ἐδίδου φέρειν τοῖς προϊππεῦσι, τὴν τῶν γραμμάτων ὑπόσχεσιν διὰ τῶν ἔργων λοιπὸν ἐπιζητῶν. καὶ τῆς ἐλπίδος οὐ διήμαρτε, θᾶττον μὲν οἷς τεθέαται πιστεύσας, ταχυτέραν δὲ τῆς ὄψεως τὴν νίκην ὑποδεξάμενος.

*De victoria quam pius Conſtantinus ab impio Maxentio reportavit.*

## CAPUT VI.

CONSTANTINUS magnum belli laborem fide præcidens, & Romanum exercitum minime reformidans, ſuos contra fortiter inſtruxit. Maxentius vero Conſtantini vires metuens, & Romanorum in ſe odium ſuſpectum habens (plurimis enim ob nequitiam ſuam inviſus erat) dolo moliebatur inſidias: dolum in ponte parabat, quem hac arte compegit. Quod aperte extabat & apparebat, Conſtantinum recipere & tranſitum præbere poſſe videbatur: ſed latebat occulte deceptionis laqueus, ad illius pedes irretiendos paratus. Nam progredi ſolum in eo paulum oportebat hoſtem, ut ſoluta machina captus, inopinata morte in eo loco periret. Atque ſic ille flumen trajecturis retia poſuit. Sed divina gratia malorum artificem ſuis ipſius technis implicuit. Nam antequam caperetur Conſtantinus, tyrannus ipſe prior progreſſus in ſua incidit retia; & illic ſui ipſius tyrannicida factus, non inutiles ipſe ſibi inſidias in conſpectu Romæ poſuiſſe viſus, ad pontem Milvium dictum, Maxentius ipſe demerſus in flumen, ſuffocatus periit; ut merito (quemadmodum inquit Euſebius Pamphili) exclamarit univerſus populus Romanus: *Cantemus domino, glorioſe enim magni-*

Lib. 9. hiſt. Eccleſ. c. 9.

Exod. 15.

*Περὶ τῆς κατὰ τοῦ ἀσεβοῦς Μαξεντίου νίκης τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως Κωνσταντίνου.*

## ΚΕΦΑΛ. ς.

D Ο μὲν οὖν Κωνσταντῖνος τὸν πολὺν τοῦ πολέμου κάματον τῇ πίστει ὑποτεμνόμενος, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς Ῥώμης στρατὸν οὐχ ὑφορώμενος, γενναίως ἀντιπαρετάττετο. Μαξέντιος δὲ τὴν Κωνσταντίνου ἀλκὴν δείσας, ἔτι τε καὶ τὸ μῖσος Ῥωμαίων ὑφορώμενος· πρὸς γὰρ τοὺς πλείστους διὰ τὴν ἀσωτίαν αὐτοῦ διεβέβλητο· ἐσκέψατο δόλῳ τὴν ἐπιβουλὴν μετελθεῖν· ὁ δὲ δόλος γέφυρα ἦν εἰς μηχανῆς εἶδος ἀπὸ τῶν τοιούτων συμπαγεῖσα. τὸ μὲν γὰρ φαινόμενον ἄνωθεν, διάβασις ἦν τὸν Κωνσταντῖνον ὑποδεξομένη· τὸ δὲ λανθάνον, παγὶς οὖ πλάνης, τοῖς ἐκείνου βήμασι συντεθεῖσα. διαβῆναι γὰρ μικρὸν ἔδει, καὶ τὸ μηχάνημα λέλυτο, καὶ ὁ πολέμιος εἴληπτο, τάφον ἀδόκητον τῆς ἀπωλείας τὸν τόπον E λαβών· ἀλλ᾽ ὁ μὲν οὕτως ἐσκεύασε τῆς ἐπιβάσεως τὰ θήρατρα· θεία δὲ χάρις τοῖς οἰκείοις σοφίσμασι τὸν τῶν κακῶν τεχνίτην περιβάλλει. πρὶν γὰρ Κωνσταντῖνον ἁλῶναι, φθάσας αὐτὸς ὑποπίπτει ταῖς οἰκείαις τέχναις ὁ τύραννος, κἀκεῖ τυραννοκτόνος ἑαυτοῦ γεγονὼς, καὶ χρηστὴν ἐπιβουλὴν καθ᾽ ἑαυτοῦ σκευάσας πρὸ τῆς Ῥώμης, περὶ τὴν καλουμένην Μουλαίαν γέφυραν, ὁ προῤῥηθεὶς Μαξέντιος αὐτὸς κατελθὼν εἰς τὸν ποταμὸν, ἀποπνιγεὶς ὤλετο. ὥστε τὸν δῆμον ὅλον Ῥωμαίων, καθὰ φησιν

σου Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, βοῆσαι λέγοντα· ἄσωμεν τῷ κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται, φησίν· ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν. βοηθὸς καὶ σκεπαστὴς ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν. καὶ τίς ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς κύριε; τίς ὅμοιός σοι, δεδοξασμένος ἐν ἁγίοις, θαυμαστὸς ἐν δόξαις, ποιῶν τέρατα; οἷς ἐπιλέγει ὁ αὐτὸς ταῦτα, καὶ ὅσα τούτοις ἀδελφά τε καὶ ἐμφερῆ Κωνσταντῖνος τὸν πανηγεμόνα καὶ τῆς νίκης αἴτιον Θεὸν, καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν Ἰησοῦν Χριστὸν αὐτοῖς ἔργοις ἀνυμνήσας, ἐπὶ Ῥώμην μετ᾽ ἐπινικίων εἰσήλαυνε, πάντων ἀθρόως αὐτὸν τῶν τε ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς, καὶ τῶν ἄλλως διασημοτάτων, σὺν παντὶ δήμῳ Ῥωμαίων ἅμα κομιδῇ νηπίοις καὶ γυναιξὶ, φαιδροῖς ὄμμασιν, B αὐταῖς ψυχαῖς, οἷα λυτρωτὴν, σωτῆρά τε καὶ εὐεργέτην μετ᾽ εὐφημιῶν καὶ ἀπλήστου χαρᾶς ὑποδεχομένων· ὁ δὲ ἔμφυτον τὴν εἰς τὸν Θεὸν εὐσέβειαν κεκτημένος, μηδ᾽ ὅλως ἐπὶ ταῖς βοαῖς παρασαλευόμενος, ὡς μάλα τῆς ἐκ Θεοῦ συνειδόμενος βοηθείας, αὐτίκα τὸ τοῦ σωτηρίου πάθους τρόπαιον ὑπὸ χεῖρα ἰδίας εἰκόνος ἀνατεθῆναι προστάττει. καὶ δὴ σταυροῦ σημεῖον ἐν τῇ δεξιᾷ κατέχοντα αὐτὸν ἐν τῷ μάλιστα τῶν ἐπὶ Ῥώμης δεδημοσιευμένων τόπῳ στήσαντες, αὐτὴν δὴ ταύτην προγραφὴν * ἐνταχθῆναι ῥήμασιν αὐτοῖς ἐγκελεύεται, τῇ Ῥωμαίων φωνῇ. τούτῳ τῷ σωτηριώδει σημείῳ τῷ ἀληθινῷ ἐλέγχῳ τῆς ἀνδρείας, τὴν πόλιν ὑμῶν ἀπὸ ζυγοῦ C τῶν τυράννων διασώσας ἠλευθέρωσα· ἔτι μὴν καὶ τὴν σύγκλητον καὶ τὸν δῆμον Ῥωμαίων τῇ ἀρχαίᾳ ἐπιφανείᾳ καὶ λαμπρότητι ἐλευθερώσας ἀποκατέστησα. τοσαῦτα Εὐσέβιος.

* ἐγχαραχθῆν.

A ficatus eſt, equum & aſcenſorem dejecit in mare: adjutor & protector factus eſt mihi ad ſalutem: &, Quis ſimilis tibi in diis domine? quis ſimilis tibi, glorioſus in ſanctis, admirabilis in laudibus, faciens prodigia? Quibus hæc (addit idem), aliaque inſuper his ſimilia & germana Conſtantinus omnium ducem & victoriæ auctorem Deum & unigenitum ejus filium Jeſum Chriſtum reipſa celebrans, Romam cum triumpho & celebri pompa ingreditur, omnibus confertim, tam qui ſenatorio ordine, quam qui aliis dignitatum ornamentis illuſtres erant, cum toto populo Romano, infantibus ſimul & mulieribus, læto oculorum obtutu & lubentibus animis, tanquam B liberatorem, ſervatorem & beneficum patronum ſuum, cum fauſtis acclamationibus & inſatiabili gaudio illum excipientibus. Ille vero inſita in Deum pietate imbutus, applauſu illo ſtrepituque populari nullo pacto elatus, ſed auxilii a Deo allati ſibi probe conſcius, ſtatim ſalutaris paſſionis trophæum in manu propriæ imaginis poni jubet: & cum ſtatuam ipſius dextra crucis ſignum tenentem, Romæ in loco populi frequentia maxime celebri collocaſſent, hanc inſcriptionem his ipſis verbis Latino ſermone in ea incidi mandavit: Hoc ſalutari ſigno, vero fortitudinis indicio, civitatem veſtram tyrannidis jugo liberavi, & S. P. Q. R. in liber- Loco cit. C tatem vindicans, priſtinæ amplitudini & ſplendori reſtitui. Hæc Euſebius.

Περὶ Λικινίου πεμπομένου παρὰ τοῦ εὐσεβοῦς Κωνσταντίνου κατὰ τοῦ ἐπ᾽ ἀνατολῆς τυράννου.

## ΚΕΦΑΛ. ζ.

ΟΤΕ μὴν Ῥουφῖνος, ἤγουν Γελάσιος, ταῦτα λέγει ὧδε. μετὰ ταῦτα Λικίνιον γαμβρὸν τυγχάνοντα τοῦ θεοφιλοῦς Κωνσταντίνου ἐπὶ τῇ ἀδελφῇ Κωνσταντίᾳ, συμβασιλεύειν τῷ Κωνσταντίνῳ ἡ D Ῥωμαίων ᾐτήσατο σύγκλητος· ὅντινα αὖθις ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἐξέπεμψε κατὰ τοῦ ἐκεῖσε τυράννου, τὴν σωτηρίαν τῶν ἐκεῖσε χριστιανῶν προμηθούμενος. ἀπολαύσας γὰρ τῶν τηλικούτων εὐεργεσιῶν τοῦ Θεοῦ ὁ εὐσεβὴς Κωνσταντῖνος, εὐχαριστήρια τῷ εὐεργέτῃ προσφέρειν ἐσπούδαζε. ταῦτα δὲ ἦν τὸ ἀνεῖναι τοὺς χριστιανοὺς τοῦ διώκεσθαι, καὶ τοὺς ἐν ἐξορίᾳ ὄντας ἀνακαλεῖσθαι, τοὺς ἐν δεσμωτηρίοις ἀφίεσθαι, καὶ τοῖς δημευθεῖσι τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀποκαθίστασθαι, τάς τε ἐκκλησίας αὐτῶν ἀνορθοῦσθαι· καὶ πάντα ἐποίει σὺν προθυμίᾳ πολλῇ, τὰ τοῦ Χριστοῦ φρονῶν. τὰ πάντα χριστιανὸς ὤν, ὡς χριστιανὸς πάντα ἔπραττεν, ἀνεγείρων τὰς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, καὶ πολυτελέσι τιμῶν E ἀναθήμασιν, ἔτι δὲ καὶ τοὺς Ἑλλήνων ναοὺς καθαιρεῖσθαι, καὶ πυρὶ διαφθείρεσθαι προστάττων.

*De Licinio a Conſtantino pio miſſo contra tyrannum qui in oriente erat.*

## CAPUT VII.

RUFFINUS autem (ſive Gelaſius) ſic ait: Poſt hæc rogavit ſenatus Licinium Conſtantiæ ſororis Conſtantini illius D pii maritum, ut una cum Conſtantino regnaret: hunc ſtatim in orientem contra tyrannum qui illic erat miſit, ſalutem Chriſtianorum qui illic erant, procurans. Pius enim imperator tantis beneficiis a Deo affectus, bonam gratiam benefico rependere omni ſtudio contendit. Ea erat Chriſtianorum afflictionem quiete aliqua & remiſſione levare, & alios de exilio reducere, quoſdam e carcere & vinculis emittere, nonnullos cum bonis ſuis publicatos, in integrum reſtituere, & ipſorum eccleſias inſtaurare: omnia vero ſumma cum animi alacritate fecit, ea quæ Chriſti ſunt ſapiens in omnibus. Cum Chriſtianus eſſet, omnia tamquam Chriſtianus fe- E cit, Dei quidem eccleſias extruens, & pretioſis ornans donariis; gentilium vero templa dirui jubens & incendi.

Περὶ τῆς τοῦ μετὰ ἀνατολὴν τυράννου Μαξιμίνου ἀπονοίας.

## ΚΕΦΑΛ. η.

ΟΜέντοι κατὰ τὴν ἀνατολὴν τύραννος τὰς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἐπόρθει. ἐκπεριῆλθε δὲ

*De Maximini orientis tyranni dementia.*

## CAPUT VIII.

ORIENTIS autem tyrannus Dei eccleſias interea depopulabatur. Decepit ipſum hujuſ-

hujuſmodi cauſa. Magnitudinem imperii, A quod ei ſupra meritum obtigerat, ferre atque ſuſtinere non poterat, ſed honeſti regiique ingenii expers, inepte & perperam res gerebat. Gravi tandem atque intolerabili arrogantia elatus, etiam contra imperii ſocios, maxime vero contra Conſtantinum (qui rebus omnibus illi longe antecellebat, genere, educatione, inſtitutione, dignitate, & prudentia; quippe, quod omnium caput eſt, animi moderatione & vera erga Deum pietate præfulgebat) audere quævis & attentare animum induxit, & in honoribus votiſque publicis ſeſe primo loco renunciare; mox ſtultitiam in furorem vertens, fœdera cum Licinio pacta rupit; ac bellum atrox concitavit. B Poſtremo cum brevi omnia miſcuiſſet, omneſque civitates turbaſſet, atque numeroſiſſimum confeciſſet exercitum, exit ad pugnam, tam contra Licinium ipſum, quam qui illum miſerat, Conſtantinum. Sed manus conferens, divina ope deſtituitur, victoria tunc ab ipſo uno omnium Deo rerum potienti Conſtantino ſubminiſtrata. Primum ſceleratus ille eam armatorum militum manum, cui confidebat, amiſit: mox ſatellitum præſidio nudatus, & ab aliis omnibus, qui relicto illo ad victorem confugerant, deſertus, clam diſceſſit miſer; & regium ornatum, qui parum ſane illum decebat, timide ſimul & iracunde & muliebriter exuens, C multitudini ſeſe immiſcet; fuga deinde elapſus, & in agris viciſque latitans, vix hoſtium manus evitavit, ſaluti ſuæ conſulens. Atqui inde reipſa oſtendere licet, certa admodum veraque eſſe divina oracula, in quibus dicitur: *Non ſalvatur rex per multas copias ſuas, & gigas non ſalvabitur in multitudine fortitudinis ſuæ. Fallax equus ad ſalutem: in abundantia autem virtutis ſuæ non ſalvabitur. Ecce oculi domini ſuper metuentes eum, & in iis qui ſperant ſuper miſericordia ejus; ut eruat a morte animas eorum.*

Pſal. 32.

Porro impius ille repentina Dei plaga percuſſus, in ſecunda belli conflictatione occumbit, alium vitæ exitum ſortitus, quam qui ducibus bel- D licoſis contingere ſolet, qui pro virtute & pro amicis fortiter ſe gerentes, fidenti animo glorioſam mortem oppetunt. Ille vero impius & Dei adverſarius, dum adhuc exercitus ſuus in armis ſtaret, ipſe domi moratus, intra parietes latitans, debitas luit pœnas, inopinato Dei flagello percuſſus: ſic ut gravi dolore, & acerbo cruciatus ſenſu agitatus, priuſquam occideret, dira fame conficeretur; ejus etiam caro univerſa igni non conſpicuo & per Dei iram immiſſo intabeſceret, ſic ut diffluens priſtinæ formæ effigies tota deleretur, exſiccatuſque in nuda oſſa ipſe redigeretur, & tamquam ſimulacrum quoddam longinquitate temporis ex- E hauſtum attenuatumque relinqueretur: ita ut qui præſto aderant, ejus corpus nihil aliud eſſe exiſtimarent, quam ſepulcrum animæ, quæ in eo jam mortuo & plane putrido defoſſa eſſet. Æſtu porro intimas adhuc medullas vehementius perurente, exilierunt ei oculi, & e ſuis ſedibus excidentes, cæcum reliquerunt: qui poſt hæc ægre ſpiritum ducens, domino confitetur, mortemque invocat: ad extremum confeſſus ſe iſta propter amentiam, qua contra Chri-

Euſeb. l. 9. Hiſt. Eccl. cap. 8.

A αὐτὸν τοιαύτη τις αἰτία. τὸ μέγεθος τῆς οὐ κατ' ἀξίαν αὐτῷ ἐπιβραβευθείσης ἡγεμονίας μήτε οἷός τε φέρειν ὤν, ἀλλὰ δὴ ἀπειρίᾳ σώφρονος καὶ βασιλικοῦ λογισμοῦ ἀπειροκάλως τοῖς πράγμασιν ἐγχειρῶν, ἐπὶ πᾶσι δὲ ὑπερηφανίας μεγαλαυχίᾳ τὴν ψυχὴν ἀλόγως ἀρθεὶς, ἤδη καὶ κατὰ τῶν τῆς βασιλείας κοινωνῶν, καὶ τοῦ μάλιστα Κωνσταντίνου, τοῦ πάντα αὐτοῦ διαφέροντος, γένει τε καὶ τροφῇ καὶ παιδείᾳ, ἀξιώματί τε καὶ συνέσει, καὶ τόγε πάντων κορυφαιότατον, σωφροσύνῃ, καὶ τῇ περὶ τὸν ἀληθῆ Θεὸν εὐσεβείᾳ διαλάμποντος, τολμᾶν ὥρμητο Μαξιμῖνος θρασύνεσθαι, καὶ πρῶτον ἑαυτὸν ταῖς τιμαῖς ὑπαγορεύειν. ἐπιτείνας δὲ εἰς ἀπόνοιαν B μανίας, τάς τε συνθήκας, ἃς πρὸς Λικίνιον πεποίητο, παρασπονδήσας, πόλεμον ἄσπονδον αἱρεῖται. εἶτα ἐν βραχεῖ τὰ πάντα κυκήσας, πᾶσάν τε πόλιν ἐκταράξας, καὶ πᾶν στρατόπεδον μυρίανδρον τὸ πλῆθος συναγαγὼν, ἔξεισιν ἐς μάχην πρὸς Λικίνιον, κατά τε αὐτοῦ καὶ τοῦ αὐτὸν στείλαντος Κωνσταντίνου. καὶ δὴ συμβαλὼν εἰς χεῖρας, ἔρημος τῆς ἐκ Θεοῦ καθίσταται ἐπισκοπῆς, ἐξ αὐτοῦ τῆς νίκης τοῦ πάντων μόνου Θεοῦ πρυτανευθείσης τῷ τότε κρατοῦντι Κωνσταντίνῳ. ἀπόλλυσι μὲν πρῶτα τὸ ἐφ' ᾧ ἐπεποίθει ὁπλιτικὸν πλῆθος ὁ ἀλιτήριος. τῶν τε ἀμφ' αὐτὸν δορυφόρων γυμνωθεὶς, καὶ πάντων ἔρημον αὐτὸν καταλελοιπότων, τῷ τε κρατοῦντι C προσπεφευγότων, ὑπεκδὺς ὁ δείλαιος ὡς τάχιστα, τὸν οὐ πρέποντα αὐτῷ βασιλικὸν κόσμον δειλῶς καὶ δυσμένως καὶ ἀνάνδρως ἀποδὺς, ὑποδύνει τὸ πλῆθος, κἄπειτα διαδιδράσκει, κρυπταζόμενός τε ἀνὰ τοὺς ἀγροὺς καὶ τὰς κώμας, μόλις τῶν πολεμίων τὰς χεῖρας διέξεισι, τὰ τῆς σωτηρίας αὐτῷ προμνώμενος. ἔργοις αὐτοῖς εὖ μάλα πιστοὺς καὶ ἀληθεῖς τοὺς θείους ἀποφῆναι ἔνεστιν ὧδε χρησμοὺς, ἐν οἷς εἴρηται· οὐ σώζεται βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν, καὶ γίγας οὐ σωθήσεται ἐν πλήθει ἰσχύος αὐτοῦ. ψευδὴς ἵππος εἰς σωτηρίαν· ἐν δὲ πλήθει δυνάμεως αὐτοῦ οὐ σωθήσεται. ἰδοὺ οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ· D ῥύσασθαι ἐκ θανάτου τὰς ψυχὰς αὐτῶν. ὁ δὲ δυσσεβὴς ἀθρόᾳ Θεοῦ πληγεὶς μάστιγι, ἐν δευτέρᾳ πολέμου συμβολῇ καταστρέφει τὸν βίον. γίνεται δὲ αὐτῷ τὰ τῆς καταστροφῆς, οὐχ οἷα στρατηγοῖς πολεμάρχαις ὑπὲρ ἀρετῆς καὶ γνωρίμων πολλάκις ἀνδριζομένοις ἐν πολέμῳ τὴν εὐκλεῆ τελευτὴν εὐθαρσῶς ὑπομεῖναι συνέβη. ἀλλὰ γὰρ ἅτε τις δυσσεβὴς καὶ θεομάχος, τῆς παρατάξεως ἔτ' αὐτῷ πρὸ τοῦ πεδίου συνεστώσης, οἴκοι μένων αὐτὸς καὶ κρυπταζόμενος, τὴν προσήκουσαν τιμωρίαν ὑπέχει, ἀθρόως Θεοῦ πληγεὶς μάστιγι· ὡς ἀλγηδόσι δειναῖς καὶ περιωδυνίαις ἐλαυνόμενος, πρὶν ἢ καταπεσεῖν, λιμῷ τε διαφθείρεσθαι, τάς τε σάρκας αὐτοῦ ὅλας ἀο- E ράτῳ καὶ θεηλάτῳ πυρὶ κατατήκεσθαι· ὡς διαρρεῦσαν τὸ μὲν πᾶν εἶδος τῆς παλαιᾶς μορφῆς ἀφανισθῆναι, ξηρὸν δ' αὐτὸν μόνον ὀστέον γεγονέναι, οἷόν τι μακρῷ χρόνῳ κατεσκελετευμένον εἴδωλον ὑπολειφθῆναι· ὡς μηδὲν ἄλλο τι νομίζειν τοὺς παρόντας, ἢ τάφον αὐτῷ τῆς ψυχῆς γεγονέναι τὸ σῶμα, ἐν ἤδη νεκρῷ καὶ παντελῶς ἀπορρεύσαντι κατωρυγμένης· σφοδρότερον δὲ ἔτι μᾶλλον τῆς θέρμης αὐτὸν ἐκ βάθους μυελῶν καταφλεγούσης, προπηδῶσιν δὲ αὐτοῦ τὰ ὄμματα, καὶ τῆς ἰδίας λήξεως ἀποπεσόντα,

σόντα, τηρὸν αὐτὸν ἀφιᾶσιν. ὁ δὲ ἐπὶ τούτοις ἀναπνέων, ἀνθομολογούμενος τῷ κυρίῳ, θάνατον ἐπικαλεῖται· καὶ τὸ τοιούτων ἐνδίκως ταῦτα τῆς κατὰ τοῦ Χριστοῦ παροινίας ἕνεκα πεπονθέναι ὁμολογήσας, ἀφίησι τὴν ψυχήν.

Περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ἀνανεώσεως.

## ΚΕΦΑΛ. θ'.

ΟΥΤΩ δῆτα Μαξιμίνου ἐκποδὼν γενομένου, ὃς ἐπιλοίπων τῶν τῆς θεοσεβείας ἐχθρῶν ἁπάντων χείριστος ἀνεπέφηνε, τὰ μὲν τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ἀνανεώσεως ἐκ θεμελίων χάριτι Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος ἠγείρετο· ὅ,τε τοῦ Χριστοῦ λόγος εἰς δόξαν τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ διαλάμπων, μείζονα τῆς ἔμπροσθεν ἀπελάμβανε παρρησίαν. ταῦτα ἐν ἐννάτῳ τόμῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας ὁ πάντα ἄριστος συντέταχεν ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος. τῶν γὰρ αὐτοῦ πόνων, ὡς ἀνωτέρω μοι εἴρηται, καὶ τῶν ἄλλων τὴν ἀνάλεξιν ποιούμενος, τοῦ βιβλιδίου τούτου διὰ βραχέων ἐγχαράττω τὴν σύνταξιν, πλείστῃ ὅσῃ σπουδῇ τὴν πορείαν τοῦ λόγου ποιούμενος ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν καὶ λαμπροφανὲς ἅγιον καὶ θεῖον ὄρος τῆς κατὰ Νίκαιαν ἀποστολικῆς καὶ ἐναρέτου τῶν τοῦ Θεοῦ ἱερέων συνόδου· ὁρῶν μάλιστα τὸν προφήτην κρατοῦντά με τῆς χειρὸς καὶ προτρέποντα. δεῦτε, φησὶν, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος τοῦ κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ· καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ, ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ. ἀληθῶς γὰρ Σιὼν καὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὄρος κυρίου ὑψηλότατον, καὶ οἶκος τοῦ Θεοῦ Ἰακὼβ, ὁ θεῖος ἐκεῖνος τῶν τοῦ Θεοῦ ὀρθοδόξων ἱερέων ὅμιλος, πνεύματι ἁγίῳ διασκεψαμένων καὶ παραστησάντων διά τε γραφῶν προφητικῶν καὶ εὐαγγελικῶν καὶ ἀποστολικῶν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς, τοῦτ' ἔστι τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὡς ἀληθῶς ἄκτιστος τῇ τῆς θεότητος φύσει, καὶ οὐ κτίσμα, καθὼς ὁ θεομάχος καὶ ἀσεβέστατος κατ' αὐτοῦ ἐβλασφήμησεν Ἄρειος· καὶ ὅτι τῆς αὐτῆς οὐσίας, ἧς καὶ ὁ γεννήσας αὐτὸν πρὸ τῶν αἰώνων ἁπάντων ὑπάρχει πατὴρ, καὶ τοῦ αὐτοῦ χρήματος· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῆς αὐτῆς θεότητος καὶ οὐσίας, ἧς ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς, σαφέστατα ἔδειξαν. καὶ ἀληθῶς ὑψηλὸν ὄρος Θεοῦ, ἄνωθεν ἡμῖν, καθὰ προεδήλωσεν ὁ λόγος παρ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου διὰ τῶν ἀποστόλων δοθεὶς, καὶ νῦν διὰ τῶν αὐτοῦ ἱερέων κατὰ τὴν Νικαέων γραφικαῖς μαρτυρίαις ξανωθεὶς, ὁ προσκυνητὸς οὗτος καὶ ἅγιος τῆς ἀμωμήτου πίστεως ὅρος· περὶ οὗ σαφέστερος ἡμῖν συνεργίᾳ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος προϊὼν ἀποδείξει ὁ λόγος. ἀλλ' ἐπὶ τὴν προκειμένην ἡμῖν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας ὑπόθεσιν ἐπανέλθωμεν, ἐπαναλαβόντες τὰ περὶ τῆς τοῦ βασιλέως Θεοῦ εἰς τὸν αὐτὸν λαὸν ἀντιλήψεως, καὶ τῆς τῶν τυράννων καταστροφῆς διὰ τοῦ θεράποντος αὐτοῦ τοῦ θεοφιλοῦς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως· ἣν δι' αὐτοῦ εἰρήνην ἐπρυτάνευσε ταῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην αὐτοῦ ἐκκλησίαις. ὁ μόνος μέγας κύριος, ὁ ποιῶν θαυμάσια μεγάλα μόνος καὶ ἀνεξιχνίαστα, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. ὁ ἀλλοιῶν καιροὺς καὶ χρόνους, μεθιστῶν βασιλεῖς τε καὶ καθιστῶν, ἐγείρων ἀπὸ γῆς πτωχὸν, καὶ ἀπὸ κοπρίας ἀνιστῶν πένητα· καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὑψω-

A ſuum uſus fuerat, merito perpeti, animam emittit.

*De eccleſiarum inſtauratione.*

## CAPUT IX.

CUM ad hunc modum Maximinus, inter reliquos pietatis hoſtes longe deterrimus, e medio ſublatus eſſet: eccleſiæ, gratia Dei omnipotentis, ab ipſis fundamen- B tis erigebantur, & Chriſti verbum ad gloriam Dei rerum omnium moderatoris efflorescens, majori quam antea libertate prædicabatur. Hæc in nono libro eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcripſit optimus ille Euſebius Pamphili: ex illius enim & aliorum laboribus, ut ſupra dixi, ſumma capita decerpens, præſentem hunc libellum qua poſſum brevitate contexo, ſummo ſtudio feſtinans ſermonem deducere ad ſummum illum, illuſtrem, ſanctum & divinum montem apoſtolicæ illius & laudabilis ſynodi ſacerdotum Dei, quæ Nicææ fuit: maxime cum prophetam velut manu prehendentem me & hortantem videam, *Venite*, inquit, *aſcenda-* Iſai. 2.
C *mus ad montem domini, & ad domum Dei Jacob: & annunciabit nobis viam ſuam, & ambulabimus in ea. Ex Sion enim exibit lex, & verbum Domini ex Jeruſalem*. Vere enim Sion & Jeruſalem, & mons domini altiſſimus, & domus Dei Jacob, eſt divinus ille orthodoxorum Dei ſacerdotum cœtus, qui in Spiritu ſancto perſcrutati docuerunt per ſcripturas propheticas, evangelicas & apoſtolicas, de verbo vitæ, hoc eſt, Filio Dei, quod vere increatus ſit ſecundum naturam divinitatis, non creatus, quemadmodum contra illum blaſphemavit Dei hoſtis & impius ille Arius: quod ejuſdem naturæ & ſubſtantiæ ſit cum Patre qui eum ante omnia ſæ- D cula genuit: quod denique & Spiritus ſanctus ejuſdem pariter divinitatis & eſſentiæ ſit cum Patre & Filio, maniſeſtiſſime oſtenderunt. Et vere altus Dei mons, quæ nobis ab initio eſt, ut antea declaravit ſermo, ab ipſo domino per apoſtolos nobis tradita, & nunc per ipſius ſacerdotes Nicææ congregatos ſcripturæ teſtimoniis clare explicata veneranda illa & ſancta fidei regula, de qua clarius, juvante Deo, progrediente longius ſermone a nobis diſſeretur. Sed ad propoſitum eccleſiaſticæ hiſtoriæ argumentum revertamur, repetentes ea, quibus Deus populo ſuo ſubvenerit, & tyrannos e medio ſuſtulerit per dilectum ſervum ſuum impe- E ratorem Conſtantinum: quam per eumdem pacem conciliaverit ſuis in toto orbe eccleſiis. *Solus magnus dominus, qui facit mira-* Euſeb. l. 10. hiſt. c. 4.
*bilia magna ſolus, & inſcrutabilia, quorum* Pſal 135.
*non eſt numerus: qui rerum opportunitates &* Job 5.
*tempora commutat, qui deponit reges & con-* Pſal 112.
*ſtituit: Suſcitans a terra inopem & de ſterco-* Luc. 1.
*re erigens pauperem: depoſuit potentes de ſede, & exaltavit humiles a terra: eſurientes implevit bonis, & divites dimiſit inanes*, & brachia ſuperborum contrivit: qui eſt rerum admirabilium opifex, qui magnarum architectus,

tectus, qui univerſorum dominus, qui totius mundi fabricator, qui omnipotens, totus bonus, unus & ſolus Deus, cui novum canticum cantemus, illud addentes: *ei qui facit mirabilia magna ſolus, quoniam in ſæculum miſericordia ejus: qui percuſſit reges magnos, & occidit reges fortes, quoniam in ſæculum miſericordia ejus: quia in humilitate noſtra recordatus eſt noſtri dominus*. Ob hæc omnia nunquam deſinamus celebrare univerſorum Deum, unigenitum ejus filium Jeſum Chriſtum dominum noſtrum, illum cum Patre omnium bonorum nobis auctorem, divinæ nobis cognitionis doctorem, veræ erga ipſum pietatis magiſtrum, impiorum everſorem, interfectorem tyrannorum, vitæ noſtræ moderatorem, & noſtrum omnium, cum rejecti & repudiati eſſemus, ſalvatorem Jeſum, uno omnes ore, unoque corde celebremus: quod ſolus tamquam optimi Patris unus ipſe optimus Filius, paterna, ſua ipſius & Spiritus etiam Sancti clementia, ſaluti noſtræ, cum in peccatorum corruptione & ſordibus jaceremus, proſpiciens, naturam noſtram libenter induerit: & tamquam optimus medicus infirmitatem noſtram ſuſcipiens, & morbos auferens, tunc & ſemper ſalutem & vitam noſtro generi reſtituerit. Qui rex regum populi ſui curam agens, dilectum ſervum ſuum Conſtantinum pietatis erga ſe & fidei armis munitum, in impios tyrannos, Maxentium Romæ, & Maximinum in oriente, concitavit: quibus per illum e medio ſublatis, ſummam & tranquillam pacem populo ſuo reddidit.

Pſal. 135.

A σι ταπεινοῖς· ποιοῦντες ἀνέπλησεν ἀγαθῶν, καὶ πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενούς, καὶ βραχίονας ὑπερηφάνων συνέτριψεν· ὁ θαυματουργός, ὁ μεγαλουργός, ὁ τῶν ὅλων δεσπότης, ὁ τοῦ σύμπαντος κόσμου δημιουργός, ὁ παντοκράτωρ, ὁ πανάγαθος, ὁ εἷς καὶ μόνος Θεός· ᾧ τὸ καινὸν ᾆσμα ἀναπέμπωμεν, προσυπακούοντες τῷ ποιοῦντι θαυμάσια μεγάλα μόνῳ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ· τῷ πατάξαντι βασιλεῖς μεγάλους, καὶ ἀποκτείναντι βασιλεῖς κραταιούς· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ· ὅτι ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν ἐμνήσθη ἡμῶν ὁ κύριος. ἐφ' οἷς ἅπασιν ἀνυμνοῦντες μὴ διαλείπωμεν τὸν τῶν ὅλων Θεόν, καὶ τὸν τούτου μονογενῆ υἱὸν Ἰησοῦν Χριστὸν B τὸν κύριον ἡμῶν, τὸν σὺν τῷ πατρὶ πάντων ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν αἴτιον, τὸν τῆς θεογνωσίας αὐτοῦ εἰσηγητὴν ἡμῶν, τὸν τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας διδάσκαλον, τὸν τῶν ἀσεβῶν ὀλετῆρα, τὸν τυραννοκτόνον, τὸν τοῦ βίου διορθωτήν, τὸν τῶν ἀπεγνωσμένων σωτῆρα Ἰησοῦν ἐν ἑνὶ στόματι καὶ μιᾷ καρδίᾳ πάντες δοξάζωμεν· ὅτι δὴ μόνος, οἷα παναγάθου πατρὸς μονώτατος ὑπάρχων πανάγαθος παῖς, ἐν βουλῇ τῆς πατρικῆς, καὶ ἑαυτοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος φιλανθρωπίας, τῶν κάτω που κειμένων ἐν φθορᾷ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν προμηθούμενος, εὖ μάλα προθύμως τὴν ἡμετέραν ὑποδὺς φύσιν, καθάπερ τις ἄριστος ἰατρὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἀναλαβών C, καὶ τὰς νόσους φέρων, καὶ τότε καὶ ἀεὶ σωτηρίαν καὶ ζωὴν τῷ τῶν ἀνθρώπων κατειργάσατο γένει. ὃς δὴ βασιλεὺς βασιλέων, καὶ τοῦ ἰδίου λαοῦ ἀεὶ προμηθούμενος, τὸν αὐτῷ φίλον καὶ θεράποντα ἴδιον Κωνσταντῖνον τοῖς τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας καὶ πίστεως ὅπλοις φράξας, κατὰ τῶν ἀσεβῶν τυράννων. τοῦ τε κατὰ Ῥώμην Μαξεντίου, καὶ τοῦ μετὰ τὴν ἀνατολὴν Μαξιμίνου ἀνεγήγερκεν· οὓς δι' αὐτοῦ ἀνελών, φαιδρὰν καὶ βαθεῖαν εἰρήνην τῷ οἰκείῳ λαῷ ἀποδέδωκεν.

*De pravis Licinii moribus.*

Περὶ τῆς Λικινίου κακοτροπίας.

## CAPUT X.

## ΚΕΦΑΛ. ι.

Lib. 10. c. 21.

VERUM invidiæ probitatis hoſti (inquit Euſebius Pamphili) omniſque impietatis fautori diabolo nequaquam harum rerum ſpectaculum tolerandum videbatur: neque itidem Licinio velut jam mutato, ea quæ tyrannis prioribus obtigerant, ſatis exempli ad modeſtiam & animi moderationem excolendam dederunt. Qui cum imperio proſpere frueretur, & ſecundas in honore poſt imperatorem Conſtantinum magnum obtineret, & conjunctione atque affinitate ejus dignus habitus eſſet: relicta tamen præclarorum hominum imitatione, perditos impiorum tyrannorum mores æmulatus eſt: & quorum miſerum vitæ exitum oculis conſpexiſſet, eorum perditam mentem ſequi maluit, quam in præſtantioris viri amicitia atque propoſito perſeverare. Invidia enim contra Conſtantinum, a quo plurima beneficia accepit, inflammatus, peſtiferum & crudele bellum illi infert: non naturæ leges reveritus, non jurisjurandi, non ſanguinis, non fœderum recordatus. Conſtantinus enim tanquam optimus princeps, quo in eum clara veræ benevolentiæ indicia oſtenderet, ſuam ipſius affinitatem illi non invidit, illuſtres

D ΟΥΚ ἦν δὲ ἄρα, φησὶν ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος, τῷ μισοκάλῳ φθόνῳ, τῷ τε φιλοπονήρῳ δαίμονι φορητὸς ἡ τῶν ὁρωμένων θέα· ὥσπερ οὐν οὐδὲ Λικινίῳ μεταβαλόντι ἐπήγγελλεν αὐτάρκη πρὸς σώφρονα λογισμὸν τὰ τοῖς ἔμπροσθεν δεδηλωμένοις τυράννοις συμβεβηκότα. ὃς εὖ φερομένης αὐτῷ τῆς ἀρχῆς, τῆς βασιλέως μεγάλου Κωνσταντίνου δευτερείων τιμῆς, ἐπιγαμβρίας τε καὶ συγγενείας ἠξιωμένος, μιμήσεως μὲν τῆς τῶν καλῶν ἀπελιμπάνετο, τῆς δὲ τῶν ἀσεβῶν τυράννων μοχθηρίας ἐζήλου τὴν κακοτροπίαν· καὶ ὧν τοῦ βίου τὴν καταστροφὴν ἐπεῖδεν αὐτοῖς ὀφθαλ-E μοῖς, τούτων ἕπεσθαι τῇ γνώμῃ μᾶλλον, ἢ τῇ τοῦ κρείττονος φιλίᾳ τε καὶ διαθέσει ἐμμένειν ἐβούλετο· διαφθονηθεὶς τοιγαροῦν τῷ πανευεργέτῃ, πόλεμον δυσαγῆ καὶ δεινότατον πρὸς αὐτὸν ἐκφέρει, οὐ φύσεως νόμων φεισάμενος, οὐχ ὁρκωμοσιῶν, οὐχ αἵματος, οὐ συνθηκῶν μνήμην ἐν διανοίᾳ λαβών. ὁ μὲν γὰρ αὐτῷ, οἷα πανάγαθος βασιλεύς, εὐνοίας παρέχων ἀληθοῦς σύμβολα, συγγενείας τῆς πρὸς αὐτὸν οὐκ ἐφθόνησε, γάμων τε λαμπρῶν ἀδελφῆς μετουσίαν οὐκ ἀπηρνήσατο. καὶ

μεθ'

μεθ' ἕτερα· ἀλλὰ τούτοις τἀναντία Λικίνιος διαπραττόμενος, παντοίας ὁσημέραι κατὰ τοῦ κρείττονος μηχανὰς ἐπιτεχνώμενος ὁ μισόθεος, πάντας τε ἐπινοῶν ἐπιβουλῆς τρόπους, ὡς ἂν κακοῖς τὸν εὐεργέτην ἀμείψαιτο. εἶτ' ἐπιλέγει· τῷ δὲ ἦν ἄρα ὁ Θεὸς φίλος, κηδεμὼν καὶ φύλαξ, τῷ Κωνσταντίνῳ λέγων, ὃς αὐτῷ τὰς ἐν ἀπορρήτῳ καὶ σκότει μηχανωμένας ὑπὸ τοῦ τυράννου ἐπιβουλὰς εἰς φῶς ἄγων διήλεγχε. τοσοῦτον * ἀρετῆς τὸ μέγα τῆς θεοσεβείας ὅπλον πρὸς ἄμυναν μὲν ἐχθρῶν, οἰκείας δὲ φυλακὴν σωτηρίας ἰσχύει. ᾧ δὴ πεφραγμένος ὁ θεοφιλέστατος ἡμῶν βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, τῇ ἐκ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ τὰς τοῦ δυσωνύμου πολυπλόκους ἐπιβουλὰς διεδίδρασκεν. ὁ δὲ B τύραννος τὴν λαθραίαν συσκευὴν ὡς οὐδαμῶς ἑώρα κατὰ γνώμην χωροῦσαν· τοῦ Θεοῦ πάντα δόλον τε καὶ ῥᾳδιουργίαν τῷ θεοφιλεῖ βασιλεῖ καταφωρα ποιοῦντος· οὐκ ἔτι οἷός τε ὢν ἐπικρύπτεσθαι, προφανῆ πόλεμον αἱρεῖται· ὁμόσε δῆτα Κωνσταντίνῳ πολεμεῖν διαγνοὺς, ἤδη καὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ὡς φρουροῦ Κωνσταντίνου, ὃν ἠπίστατο σέβειν αὐτὸν, παρατάττεσθαι ὡρμηθείς· χωρεῖ τε τοὺς ὑπ' αὐτῷ θεοσεβεῖς ἠρέμα. καὶ μεθ' ἕτερα· καὶ ὁ τρόπος δὲ τοῦ κατ' αὐτῶν φόνου ξένος τις ἦν, καὶ οἷος οὐδεπώποτε ἠκούσθη. τὰς γοῦν ἀμφὶ τὴν Ἀμάσειαν καὶ τὰς λοιπὰς τοῦ Πόντου πόλεις ὅσοις κακοῖς πιέζεσθαι προσέταξε, πᾶσαν ὑπερβολὴν C ὠμότητος ὑπερακόντισε. ἔνθα τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ αἱ μὲν ἐξ ὕψους εἰς ἔδαφος αὖθις κατερρίπτοντο, τὰς δὲ ἀποκλείεσθαι ἐπέλασεν, ὡς ἂν μὴ συνάγοιτό τις τῶν εἰωθότων, μηδὲ τῷ Θεῷ τὰς ὀφειλομένας λατρείας καὶ εὐχὰς ἀποδιδῶσι. συντελεῖσθαι γὰρ οὐχ ἡγεῖτο ὑπὲρ αὐτοῦ ταύτας· πῶς γὰρ οἴοιτο ἂν τοῦτο ἐννοεῖν τὸν μισόθεον; φαύλῳ συνειδότι τοῦτο λογιζόμενος· ὑπὲρ δὲ Κωνσταντίνου τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως πράττειν ἡμᾶς, καὶ τὸν Θεὸν ἱλεοῦσθαι ἐπέπειστο. ὅθεν ἐκ τούτου παρορμηθεὶς, τὸν θυμὸν καθ' ἡμῶν ἐπισκήπτει. καὶ μετὰ βραχέα· καὶ δὴ ἀπήγοντο πολλοὶ τῶν D ἐπισκόπων, καὶ ἐκολάζοντο ἀπροφασίστως, ὁμοίως τοῖς μιαιφόνοις οἱ μηδὲν ἠδικηκότες, καινοτέραν ὑπομένοντες τελευτὴν, ξίφει τὸ σῶμα εἰς πολλὰ τμήματα κατακρεουργούμενοι, καὶ μετὰ τὴν ἀπηνῆ ταύτην καὶ φρικτοτάτην θέαν, τοῖς τῆς θαλάσσης βυθοῖς, τοῖς ἰχθύσιν εἰς βορὰν ἐρρίπτοντο. φυγαὶ δὲ αὖθις ἐπὶ τούτοις τῶν θεοσεβῶν ἁπάντων ὁμόσε ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν σὺν κομιδῇ νηπίοις ἐγίνοντο· καὶ πάλιν ἀγροὶ, καὶ πάλιν ἐρημίαι, νάπαι τε καὶ ὄρη τοὺς τοῦ Χριστοῦ θεράποντας ὑπεδέχοντο, κατὰ πάντων ἀνακινήσαντος τοῦ δυσσεβοῦς τὸν πόλεμον. καὶ μετὰ βραχέα· εἰ μὴ τάχιστα τὸ μέλλον ἔσεσθαι προλαβὼν ὁ τῶν οἰκείων ψυχῶν ὑπέρμα- E χος Θεὸς, ὡς ἐν βαθεῖ σκότῳ καὶ νυκτὶ ζοφωδεστάτῃ φωστῆρα μέγαν ἀθρόως καὶ σωτῆρα τοῖς πᾶσιν ἐξέλαμψε τὸν αὐτοῦ θεράποντα Κωνσταντῖνον, ὑψηλῷ βραχίονι, δυνατωτάτῃ δὲ χειρὶ χειραγωγήσας. τούτῳ μὲν οὖν ἄνωθεν ἐξ οὐρανῶν καρπὸν εὐσεβείας ἐπάξιον, τρόπαια κατὰ τῶν ἀσεβῶν παρεῖχε νίκης, τὸν δὲ ἀλιτήριον αὐτοῖς συμβούλοις ἅπασι καὶ φίλοις ὑπὸ τοῖς Κωνσταντίνου ποσὶ πρηνῆ κατέβαλε ὁ Κωνσταντίνου καὶ πάντων ἡμῶν Θεός· ὡς γὰρ εἰς ἔσχατα μανίας τὰ κατ' αὐτὸν

ἀρετῆ

A nuptias ſororis illi non denegavit. Et poſt pauca: Sed impius Licinius contraria his admittere, omnes machinas quotidie contra præſtantiorem excogitare, omnes inſidiarum vias inveſtigare cœpit, ut pro ſummis beneficiis maleficia rependeret. Quibus hæc inſuper addit: Verum Deus huic (Conſtantino inquiens) amicus fuit, curator ejus & cuſtos, qui inſidias in occulto & tenebris ei a tyranno comparatas, in lucem produxit atque patefecit. Tantum ſancta pietatis arma ad depulſionem hoſtium, & ad ſalutis etiam noſtræ propugnationem præſidii habent: quibus ſanctiſſimus imperator noſter præclare ſeptus, multiplices & callidas exe- B crabilis hoſtis inſidias divino auxilio effugit. Licinius deinde ubi clandeſtinos conatus ſuos neutiquam ex animi ſententia ſuccedere vidit (Deus enim omnem dolum ac fallaciam pio imperatori aperuerat) nec poſſet amplius facinus ſuum celare, bellum palam movet: ac cum cum Conſtantino bellum ſuſcipere conſtituit, jam etiam contra univerſorum Deum Conſtantini cuſtodem, quemque norat Conſtantinum colere, aciem inſtruere inſtituit: & ab eo tempore pios homines imperio ſuo ſubditos miſere vexaxit. Et poſt alia quædam: Modus autem & ratio cædis qua eos perdere conſtituit, peregrina fuit, & antea nunquam ulla ſæ- C culorum memoria audita. Nam Amaſiam & reliquas Ponti civitates, quantis malis affligi juſſit, omnem exuperantiam crudelitatis ſuperat. Illic ex eccleſiis Dei alias dejecit & ſolo adæquavit, alias occludi juſſit, ne quiſquam eorum qui eas frequentare conſueverat, eo commearet, neve debitos cultus & vota Deo redderet. Non enim pro ſe illa fieri exiſtimabat (quomodo enim aliter cogitare potuit qui Deum odit, prava conſcientia illud ſecum ipſe reputans?) ſed nos pro imperatore pio Conſtantino omnia agere, & Deum placare perſuaſum habebat. Hac itaque opinione concitatus, omnem furoris ſui impetum in nos intorquere ſtatuit. D Et paulo poſt: Multi epiſcoporum ſine cauſa abripiebantur ad ſupplicium, & puniebantur tamquam ſicarii, qui nihil mali commiſerant; novum mortis genus ſubibant: corpora eorum primum gladio in multas particulas diſſecabantur, deinde poſt crudele illud & horrendum ſpectaculum in altos maris gurgites, quo a piſcibus devorarentur, abjiciebantur. Ad hæc rurſus piorum omnium fugæ, virorum pariter & mulierum atque etiam infantium: & ex Dei ſervis alii in agros, nonnulli in ſolitudines, quidam in ſilvas ſeſe abdiderunt, cum æque omnibus nefarius ille bellum indixiſſet. Et paucis interjectis: Niſi Deus ſervorum ſuorum pro- E pugnator celerrime quod futurum erat prævertiſſet, & Conſtantinum famulum ſuum tamquam lucis quoddam ſplendidum jubar in obſcuris tenebris & caliginoſa nocte repente oſtendiſſet, & liberatorem excitaſſet omnibus, & excelſo brachio, ac generoſa manu duxiſſet: cui quidem trophæa victoriæ contra impios, quaſi fructum ipſius pietati debitum cœlitus largitus eſt, ſacrilegum autem illum una cum conſiliariis omnibus & amicis ſub Conſtantini pedibus proſtravit, Conſtantini & noſtrum omnium Deus. Nam

Ibidem.

ubi

ubi ejus inſania ad extremam progreſſa eſt amentiam, imperator Deo carus non amplius ferendum putavit, ſed inſita ſibi & modeſta animi ratione piaque rem reputans, atque ſeveram juris regulam cum humanitate & clementia temperans, eos qui tyrannidis jugo opprimebantur, juvandos cenſet, atque paucis nefariis e medio ſublatis, maximam mortalium partem ſervare properat. Nam cum antea imperator humaniſſimus ſola clementia uſus fuiſſet, & miſeratus eſſet nulla commiſeratione dignum, impio quidem illi a pravitate neutiquam decedenti, ſed potius rabiem ſuam contra gentes ſibi ſubjectas augenti, nihil clementia illa profuit: afflictis vero & ab immani illa bellua divexatis, nulla plane fuit ſalutis ſpes relicta. Quapropter bonorum ille ſubminiſtrator Conſtantinus, nequitiæ odium cum humanitate permiſcens, ſimul cum Criſpo filio, principe humaniſſimo, ab occidentis urbe maxima Roma in orientem contra tyrannum proficiſcitur, ſalutarem dextram omnibus pereuntibus porrigens: pater ſimul ac filius, Deo patre rerum univerſarum rectore, & Chriſto filio omnium ſalvatore, duce & auxiliatore utentes, undique acie contra impios circumjecta & diſpoſita, perfacilem reportant victoriam, cum omnia in eo conflictu ex animi ſententia ipſis complanata eſſent ab omnium imperatore Deo ut teſtatur veritatis ſtudioſiſſimus Euſebius celeberrimi Pamphili. Ruffinus vero licet nullam fere partem rerum a Licinio geſtarum commemoraverit, tamen illius voculas velut in unum corpus colligens, huic commentario inſeram. Sic inquit ille: Licinius qui una cum Conſtantino imperatore regnabat, gentilium opinionibus imbutus, odiſſe cœpit Chriſtianos: ſed Conſtantinum imperatorem veritus, cum aperte eos vexare non auderet, multos occultis inſidiis perimebat: deinde progrediente tempore palam omnes in orientis partibus perſequebatur, ſic ut plures Chriſti martyres in diverſis locis oſtenderentur. Ex eo tempore maximum ſui odium Conſtantino excitavit, factique ſunt hoſtes ſibi invicem infenſi. Hæc quidem ille. Qui vero Euſebii veritati adhærere malunt, ajunt imperatores ambos, patrem Conſtantinum & Criſpum filium, diviſo exercitu contra impium tyrannum profectos, Criſpum quidem filium cum copiis ſuis in Aſiam iter intendiſſe, patrem vero cum ſatellitibus ſuis per Europam viam confeciſſe. Impurus vero ille tyrannus, omni impietate pariter & cæde pollutus, ex oriente exercitum numeroſum ducens contra eos, & magna ſpirans, Nicomediam venit: & cum probe ſciret, pium principem Conſtantinum Dei ſacerdotes magna obſervantia colere, & ſummo in honore habere, Euſebium Nicomediæ epiſcopum, qui jam antea illius partibus adhæſerat, contra religioſum imperatorem mercede conducit, exiſtimans per illum & illius ſocios, Conſtantinum inexpugnabilibus Dei armis munitum e medio tollere. Societatem ergo cum Licinio init admirandus ille Euſebius, multis promiſſionibus ab impietatis ſocio inductus. Atque hæc ita ſe habere, ex ipſius Chriſti amantis imperatoris epiſtola, quam ad Nicomedienſes

A ἤλαυνεν, ὡς ἔτ' ἀνεκτὸν εἶναι λογισάμενος βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ὁ τῷ Θεῷ φίλος, τὸν ἔμφυτον σώφρονα καὶ εὐσεβῆ συναγαγὼν λογισμόν, καὶ τὸν στερρὸν τοῦ δικαίου τρόπον φιλανθρωπίᾳ κερασάμενος, ἐπαμῦναι κρίνει τοῖς ὑπὸ τῷ τυράννῳ ταλαιπωρουμένοις· καὶ τό γε πλεῖστον ἀνθρώπων γένος, βραχέσι λυμεῶσιν ἐκποδὼν ποιησάμενος, ἀνασώσασθαι ὁρμᾶται. μόνῃ γὰρ φιλανθρωπίᾳ χρωμένου τοῦ φιλανθρωποτάτου βασιλέως Κωνσταντίνου τὸν πρὸ τούτου χρόνον, καὶ τὸν οὐ συμπαθείας ἄξιον ἐλεοῦντος, τῷ μὲν δυσσεβεῖ αὐτῷ ἐγίνετο πλέον οὐδέν, τῆς κακίας οὐκ ἀπαλλαττομένῳ, αὔξοντι δὲ μᾶλλον τὴν κατὰ τῶν ὑποχειρίων ἐθνῶν B λύτταν· τοῖς δὲ κακουμένοις οὐδεμία ἦν σωτηρίας ἐλπίς, ὑπὸ δεινοῦ θηρίου καταπονουμένοις. διὸ δὴ τῷ φιλανθρώπῳ μίξας τὸ μισοπόνηρον ὁ τῶν ἀγαθῶν χορηγός, πρόσεισιν ἅμα παιδὶ Κρίσπῳ βασιλεῖ φιλανθρωποτάτῳ ἀπὸ τῆς ἑσπερίων τῆς μεγίστης Ῥώμης ἐπὶ τὴν ἑῴαν κατὰ τοῦ τυράννου, σωτηρίας δεξιὰν ἅπασι τοῖς ἀπολλυμένοις ἐκτείνας· παμβασιλεῖ Θεῷ καὶ παιδὶ Χριστῷ σωτῆρι ποδηγῷ καὶ συμμάχῳ χρώμενοι, πατὴρ Κωνσταντῖνος βασιλεὺς ἅμα υἱῷ βασιλεῖ Κρίσπῳ, ἄμφω κύκλῳ διελόντες τὴν κατὰ τῶν θεομισῶν παράταξιν, ῥᾳδίαν τὴν νίκην ἀποφέρονται, τῶν κατὰ τὴν συμβολὴν πάντων ἐξομαλισθέντων αὐτοῖς καὶ C κατὰ γνώμην ὑπὸ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ, καθά φησιν ὁ φιλαληθέστατος Εὐσέβιος ὁ τοῦ πανευφήμου Παμφίλου. Ῥουφῖνος δέ φησιν, εἰ καὶ μηδεμίαν μοῖραν τῶν γεγενημένων ἐπὶ Λικινίου πραγμάτων ἐμνημόνευσεν, ὅμως καὶ αὐτὰ τὰ λεξίδια τοῦ προρρηθέντος ἀναλεξάμενος, ἐνθήσω τῇ συγγραφῇ. φησὶ δὲ οὕτως· Λικίνιος μὲν οὖν ὁ συμβασιλεύων, αὐτῷ δηλονότι τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, τὰς Ἑλληνικὰς ἔχων δόξας, ἐμίσει χριστιανούς· καὶ διωγμὸν μὲν προφανῆ κατ' αὐτῶν φόβῳ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου κινεῖν ὑπεστέλλετο, λεληθότως δὲ πολλοὺς ἐσκευωρεῖτο. προϊὼν δέ, φανερῶς τὸν κατὰ πάντων διωγμὸν ἀνεκίνει ἐν τοῖς ἀνατολῆς D τόποις, ὡς καὶ πολλοὺς τοῦ Χριστοῦ μάρτυρας ἀναδειχθῆναι ἐν διαφόροις τόποις, ἐκ δὴ τούτου εἰς ἀπέχθειαν τὴν πρὸς αὐτὸν μεγίστην τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον ἐκίνησεν. ἦσαν δὲ πρὸς ἀλλήλους πολέμιοι. ταῦτα μὲν οὗτος. οἱ δὲ λοιποί, ὅσοι τῆς Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἀληθείας συνήγοροι, διελόντες, φασίν, ἄμφω τὴν στρατιάν, πατὴρ Κωνσταντῖνος βασιλεύς, καὶ υἱὸς Κρίσπος βασιλεύς, κατὰ τοῦ ἀσεβοῦς τυράννου ὡρμήσαντο. ὁ μὲν οὖν υἱὸς Κρίσπος ἐπὶ τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν μέρη σὺν τῇ αὐτοῦ στρατιᾷ τὴν πορείαν ποιούμενος· ὁ δὲ πατὴρ Κωνσταντῖνος κατὰ τῆς Εὐρώπης τοῖς ἀμφ' αὐτὸν δορυφόροις τὴν ὁδὸν διήνυσεν. ὁ δὲ μισόθεος, καὶ πά- E σης ἀσεβείας καὶ μιαιφονίας ἔμπλεος, ἐξ ἀνατολῶν μετὰ πλείστου ὅσου στρατοῦ κατ' αὐτῶν παραταττόμενος, καὶ μεγαλαυχῶν ἤρχετο· φθάσας δὲ ἐν τῇ Νικομηδείᾳ, ἐγνωκὼς καὶ εἰδὼς τὴν τοῦ θεοφιλοῦς Κωνσταντίνου ψυχὴν σέβουσαν τοὺς τοῦ Θεοῦ ἱερεῖς, καὶ ὅτι διὰ πάσης ἄγοι τιμῆς, μισθοδοτεῖ τὸν τῆς Νικομηδείας ἐπίσκοπον Εὐσέβιον, πάλαι πρόσφυγα αὐτοῦ ὄντα, κατὰ τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως Κωνσταντίνου, οἰόμενος δι' αὐτοῦ καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἀνελεῖν τὸν τοῖς τοῦ Θεοῦ πεφραγμένον ἀκαταμαχήτοις ὅπλοις

Κων-

Κωνσταντῖνον. συντίθεται οὖν αὐτοῖς ὁ θαυμαστὸς Εὐσέβιος, ἐπαγγελίαις λιπαρηθεὶς παρὰ τοῦ συνασεβοῦς αὐτοῦ Λικινίου. ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, ἐξ αὐτῆς τοῦ φιλοχρίστου βασιλέως ἐπιστολῆς ἔξεστι πληροφορηθῆναι, ἧς τοῖς Νικομηδεῦσιν ἐπέστειλεν, ὧδέ πως λέγων πρὸς τῷ τέλει τῆς ἐπιστολῆς· τίς ἐστιν ὁ ταῦτα διδάξας οὕτως ἄκακον πλῆθος; Εὐσέβιος δηλαδὴ ὁ τῆς τυραννικῆς ὠμότητος συμμύστης. ὅτι γὰρ πανταχοῦ τοῦ τυράννου γεγένηται πρόσφυλαξ, πολλαχόθεν ἐστὶ συνορᾶν. τοῦτο μὲν αἱ τῶν ἐπισκόπων σφαγαὶ διαμαρτύρονται, ἀλλὰ τῶν ἀληθῶς ἐπισκόπων· τοῦτο δὲ ἡ χαλεπωτάτη τῶν χριστιανῶν ἐκδίωξις διαῤῥήδην βοᾷ. οὐδὲν γὰρ τῶν εἰς ἐμὲ γεγενημένων παρ' αὐτοῦ νῦν ἐρῶ, δι' ὧν ὅτι μάλιστα αἱ τῶν ἐναντίων μερῶν καθ' ἡμῶν ἐπραγματεύοντο συνδρομαί· ἔτος καὶ ὀφθαλμοὺς κατασκόπους ἔπεμπε κατ' ἐμοῦ, καὶ μόνον οὐκ ἐνόπλους τῷ τυράννῳ συνεισέφερεν ὑπουργίας. μηδ' ἐμέ τις οἰέσθω εἶναι πρὸς τὴν τούτων ἀπόδειξιν ἀπαράσκευον· ἔλεγχος γάρ ἐστιν ἀκριβὴς, ὅτι τοὺς πρεσβυτέρους καὶ τοὺς διακόνους τοὺς Εὐσεβίῳ * παραπεμπομένους φανερῶς ὑπ' ἐμοῦ συνειλῆφθαι, * συνέστηκεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρ' ἡμῶν νῦν οὐκ ἀγανακτήσεως ἕνεκεν, ἀλλ' εἰς αἰσχύνην ἐκείνων προσενήνεκται. ἐκεῖνο μόνον δέδια, ἐκεῖνο διαλογίζομαι, ὅτι ὑμᾶς ὁρῶ πρὸς τὴν τοῦ ἐγκλήματος καλεῖσθαι κοινωνίαν· διὰ γὰρ τῆς Εὐσεβίου διαγωγῆς τε καὶ διαστροφῆς, συνείδησιν κεχωρισμένην τῆς ἀληθείας εἰλήφατε. ἀλλ' ἐστὶν οὐ βραδεῖα θεραπεία. εἴγε ἐπίσκοπον πιστόν τε καὶ ἀκέραιον νῦν γοῦν λαβόντες, πρὸς Θεὸν ἀπίδητε. ὅπερ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐν ὑμῖν ἐστιν, ὃ καὶ πάλαι ἐχρῆν τῆς ὑμετέρας κρίσεως ἠρτῆσθαι, εἰ μὴ ὁ προειρημένος Εὐσέβιος δεινῇ τῶν τότε συλλαβομένων αὐτῷ προαιρέσει ἐνταῦθα ἐληλύθει, καὶ τὴν τῆς τάξεως ὀρθότητα ἀναισχύντως * συνεπεπράχει. ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ τοῦ αὐτοῦ Εὐσεβίου πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην ὀλίγα προσῆκε φράσαι, μακροθύμως ἀκούσατε. μέμνηται ἡ ὑμετέρα ἀνεξικακία, ἐπὶ τῆς Νικαιέων πόλεως γεγενῆσθαι σύνοδον ἐπισκόπων. ᾗ καὶ αὐτὸς ἐγὼ πρεπόντως τοῦ τῆς ἐμῆς συνειδήσεως λατρείᾳ παρήμην, οὐδὲν ἕτερον βουλόμενος, ἢ ὁμόνοιαν ἅπασιν ἐργάσασθαι, καὶ πρὸ πάντων ἐλέγξαι καὶ ἀποσείσασθαι τὸ πρᾶγμα τοῦτο, ὃ τὴν μὲν ἀρχὴν εἰλήφει διὰ τῆς Ἀρείου τοῦ Ἀλεξανδρέως ἀπονοίας, ἰσχυροποιεῖτο δὲ παραχρῆμα διὰ τῆς Εὐσεβίου ἀτόπου τε καὶ ὀλεθρίας σπουδῆς. ἀλλ' αὐτὸς οὗτος Εὐσέβιος, προσφιλέστατοι καὶ τιμιώτατοι, μεθ' ὅσης νομίζετε συνδρομῆς ἅτε δὴ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως αὐτῆς ἡττώμενος, μεθ' ὅσης δὲ αἰσχύνης τῇ πανταχόθεν ἐληλεγμένῃ ψευδολογίᾳ αὐτοῦ συνίστατο, ὑποπέμπων μέν μοι διαφόρους τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ ἀξιοῦντας, ἐξαιτούμενος δὲ παρ' ἐμοῦ συμμαχίαν τινὰ, ὅπως μὴ ἐπὶ τοσούτῳ ἐλεγχθεὶς πλημμελήματι, τῆς ὑπαρχούσης αὐτῷ ἐκπέσοι τιμῆς; μάρτυς ἐστί μοι τούτων αὐτὸς ὁ Θεὸς, ὃς ἐμοί τε καὶ ὑμῖν φιλαγάθως ἐπιμένοι· ὅτι καὶ ἐμὲ αὐτὸς ἐκεῖνος Εὐσέβιος περιέτρεψε, καὶ ἀπρεπῶς ὑφήρπασεν· ἀλλ' ἡ θεία με πρόνοια ἐπὶ τὴν ἀληθεστάτην αὐτῆς ὁδὸν ἐπανήγαγεν· ὃ καὶ ὑμεῖς ἐπέγνωτε, καὶ ἐπιγνώσεσθε. πάντα μὲν γὰρ ἐπράχθη παρ' αὐτοῦ τότε, Εὐσεβίου τοῦ ἀνοσίου λέγω, καθὼς αὐτὸς ἐπόθει, πᾶν ὅ, τι οὖν κακὸν ἐπὶ τῆς αὐτοῦ διανοίας ἀποκρυπτόμενος. ἀλ-

* παραπεμπομένους.

* παρέστηκεν.

* ἴσ. συνεπιπαρέχει.

A miſit, compertum eſſe poteſt. Sic enim in fine illius epiſtolæ ait: Quis innocentem multitudinem iſta docuit? Euſebius videlicet tyrannicæ crudelitatis ſocius. Nam quod excubaret & omnino vigilaret pro tyranno, ex multis illius rebus geſtis facile poteſt intelligi. Siquidem iſtud epiſcoporum, eorumque vere epiſcoporum cædes teſtantur: iſtud crudeliſſima Chriſtianorum perſecutio palam clamat. Neque certe de iis quæ contra me egit, hoc loco verba faciam, per quæ adverſariorum contra me concurſus quantum fieri poterat maxime procurabantur, qui oculis tamquam ſpeculatoribus me obſervavit: quin etiam miniſterio prope militari, quo B tyranno opem ferret, perfunctus eſt. Ac nemo exiſtimet me imparatum, minuſque inſtructum eſſe etiam ad iſtas res, ſi opus fuerit, certiſſimis argumentis confirmandas; veriſſime enim oſtendi poteſt, tum presbyteros, tum diaconos a me manifeſto deprehenſos, qui Euſebium aſſidue ſtipabant. Sed hæc non eo dicuntur a me, quod ipſe ea graviter & iniquo animo feram, ſed quo eos ſuæ ipſorum pudeat inſaniæ. Illud ſolum metuo, illud animo verſo, quod vos video in hujus criminis ſocietatem vocari: nam inſtitutione Euſebii & converſatione, conſcientia veſtra a veritate deflexit. Verum hujus rei expedita eſt & facilis curatio, ſi C modo epiſcopum fidelem & integrum nacti, oculos ad Deum denuo converteritis. Quod quidem in præſentia eſt in veſtra ſitum poteſtate, quodque etiam dudum veſtri arbitrii fuiſſet, niſi Euſebius ipſe, de quo dixi, pravo eorum qui cum juverunt conſilio huc præſens fuiſſet, & rectum eligendi ordinem impudenter conturbaſſet. Sed quoniam mihi de hoc ipſo Euſebio pauca apud vos dicenda ſunt, quæſo libenter attendite. Non vos præterit concilium Nicææ celebratum, cui ipſe, ſicut conſcientiæ meæ munus poſtulabat, interfui non alio ſane animo, quam ut tum concordiam inter omnes conſtituerem; tum omnium maxime ut reprimerem penitus & D ſubmoverem eam rerum perturbationem, quæ ex Arii Alexandrini amentia orta, illico ex abſurdo & pernicioſo conatu Euſebii vires collegit. Nam quanta concurſione, amantiſſimi honoratiſſimique fratres, putatis iſtum Euſebium, ut pote ipſa conſcientia convictum, quanta cum ignominia, mendaciis undique deprehenſis, aggreſſum eſſe primum certos quoſdam homines ſubornare qui pro eo deprecarentur, deinde a me auxilium petere, ne tanti ſceleris damnatus, de honoris ſui gradu dejiceretur? Hujus rei teſtis eſt mihi Deus, qui tum mihi, tum vobis benignus perpetuo adſit, quod & meum pervertit judicium, & turpiter a veritate abduxit. E Sed divina providentia ad rectam me reduxit viam. Quod & vos noviſtis, & cognoſcetis amplius. Nam tum omnia geſta ſunt ex ejus impii, Euſebii, inquam, ſententia, qui perniciem omnem adhuc intra cogitationem ſuam abditam & occultam tenuit. Ac primum, ut cetera illius nequitiæ facinora præteream, audite quæſo, quid cum Theognio, quem impii inſtituti ſui ſocium habebat, perpetraverit. Ipſe quoſdam Alexandrinos, qui a fide noſtra defecerant, huc mitti juſſeram, quandoquidem eorum opera diſ-

Apud Theodori. lib. 1. hiſt. cap. 10.

ſidii flamma incenſa erat. Sed iſti honeſti bonique ſcilicet epiſcopi, quos vera concilii diiudicatio ad pœnitentiam agendam reſervaverat, non ſolum eos admiſerunt ad ſe, & ſecum tuto collocarunt, verum etiam illorum depravatis moribus communicarunt. Quamobrem ingratos iſtos aliquo pacto puniendos cenſui, & juſſi ut a ſuis abrepti ſedibus, quam longiſſime relegarentur. Jam noſtrum eſt, ea fide in Deum aciem mentis veſtræ intendere, in qua nos ſemper manſiſſe conſtat: & nunc etiam manere decet, omnemque ætatem ita degere, ut epiſcopos integritate vitæ, doctrinæ puritate, tum benignitate etiam in omnes, eximios habentes, jure lætemur. Si quis autem temere peſtes illas vel memoria, vel laudibus celebrare audeat; confeſtim ſervi Dei opera (meipſum dico) pœnas ſuæ audaciæ dabit. Deus vos, fratres cariſſimi, incolumes ſervet. Hæc aliaque his ſimilia pii imperatoris Conſtantini epiſtola manifeſtiſſime oſtendit de impio illo Euſebio Nicomediæ epiſcopo, qui non ſolum ſceleſti Licinii conſervator, ſed tyrannidis atque impietatis ejus miniſter erat & adjutor. Redeo deinceps ad eccleſiaſticæ hiſtoriæ argumentum.

A λαπρῶην, ἵνα τὰ λοιπὰ τῆς τούτου σκαιότητος παρῶ, τί μάλιστα μετὰ Θεόγνιδος, ὃν τῆς ἀσεβείας αὐτοῦ προαιρέσεως ἔχει κοινωνὸν διεπράξατο, ἀκούσατε, παρακαλῶ. Ἀλεξανδρέας τινὰς τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀναχωρήσαντας, ἐνταῦθα ἐκεκελεύκειν ἀποσταλῆναι, ἐπειδὴ διὰ τῆς τούτων ὑπηρεσίας, διχονοίας ἠγείρετο πυρσός. ἀλλ' οὗτοι οἱ καλοί τε καὶ ἀγαθοὶ ἐπίσκοποι, ὡς ἅπαξ ἡ τῆς συνόδου ἀλήθεια πρὸς μετάνοιαν ἐτετηρήκει, οὐ μόνον ἐδέξαντο ἐκείνους, καὶ παρ' ἑαυτοῖς ἠσφαλίσαντο. ἀλλὰ καὶ ἐκοινώνησαν αὐτοῖς τῆς τῶν ἀτόπων κακοηθείας. διὰ τοῦτο περὶ τοὺς ἀχαρίστους τούτους ἐκεῖνα πρᾶξαι. ἁρπαγέντας γὰρ αὐτοὺς ἐκέλευσα ὡς πορρωτάτω ἐξορισθῆναι. νῦν ἡμέτερόν ἐστι πρὸς τὸν Θεὸν ἐκείνῃ τῇ πίστει βλέπειν ᾗ πάντοτε καὶ γεγενῆσθαι ἡμᾶς καὶ εἶναι πρέπει, καὶ διαπράξασθαι ὅπως, ἵνα ἐπισκόπους ἁγνούς τε καὶ ὀρθοδόξους καὶ φιλανθρώπους ἔχοντες χαίρωμεν. εἴτις δὲ πρὸς μνήμην τῶν λυμεώνων ἐκείνων, ἢ πρὸς ἔπαινον, ἀπρονοήτως ἐξαφθῆναι τολμήσει, παραχρῆμα τῆς ἰδίας τόλμης, διὰ τῆς τοῦ θεράποντος τοῦ Θεοῦ, τοῦτ' ἔστιν ἐμοῦ, ἐνεργείας ἀνασταλήσεται. ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξοι, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἡ τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως Κωνσταντίνου ἐπιστολὴ σαφέστατα ἔδειξε περὶ τοῦ ἀσεβοῦς Εὐσεβίου τοῦ Νικομηδείας, ὃς προσφύλαξ οὐ μόνον γέγονε τοῦ θεομισοῦς Λικινίου, C ἀλλὰ καὶ συμμύστης καὶ ὑπουργὸς τῆς ἐκείνου τυραννίδος καὶ ἀσεβείας. βαδιοῦ δὲ ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν προκειμένην τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας ὑπόθεσιν.

*De victoria quam ab impio Licinio religioſus imperator Conſtantinus reportavit.*

## CAPUT XI.

LICINIUS igitur ex Nicomedienſium regione una cum exercitu Byzantium progreditur contra imperatorem Conſtantinum, qui tum illic ſubſiſtebat. Sed cum ambas militares acies Chriſtigerum imperatorem corona cingere videret flagitioſus ille, & ſe a ſuis ad præſtantiorum clypeum transfugientibus deſertum conſpicaretur, primum in oppidum Bithyniæ Chryſopolim (navale hoc eſt Chalcedonis) ſeſe abdere cogitabat. cum vero id non poſſet, & videret ſe ſub Conſtantini pedibus quaſi pronum jacentem, ſeipſum dedidit. Cum igitur æquiſſimus, juxta ac religioſiſſimus imperator vivum cepiſſet, humaniter admodum illum tractavit, nec occidit, ſed quietum & otioſum Theſſalonicam habitare juſſit. Ille aliquamdiu ſeſe continere videbatur: ſed non ita multo poſt, barbaris quibuſdam convocatis, una cum ipſis inſtaurare bellum, & cladem acceptam rependere meditabatur. Hoc cum reſciviſſet fideliſſimus imperator, tolli illum Deo inviſum e medio juſſit: atque ita Chriſti & ſervi ejus opera ſublatus ille tyrannus eſt.

Περὶ τῆς κατὰ τοῦ ἀσεβοῦς Λικινίου νίκης τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως Κωνσταντίνου.

## ΚΕΦΑΛ. ια.

ΛΙΚΙΝΙΟΥ τοίνυν σὺν στρατιᾷ τῇ σὺν αὐτῷ ἀπὸ τῆς Νικομηδείων ἐξορμήσαντος ἐπὶ τὸ Βυζάντιον κατὰ τοῦ θεοφιλοῦς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως ἐκεῖσε τότε παρόντος. τῶν δ' ἑκατέρων στρατιωτικῶν φαλάγγων τὸν Χριστοφόρον βασιλέα ἐν D κύκλῳ αὐτῶν ἐχόντων, ἰδὼν ὁ ἀλιτήριος, καὶ τῶν οἰκείων δὲ στρατιωτῶν ἔρημον ἑαυτὸν θεασάμενος, ἐπὶ τὴν τῶν κρειττόνων ἀσπίδα προστρεχόντων, τὸ μὲν πρῶτον κρύπτεσθαι ἐσπούδαζεν ἐν Χρυσοπόλει τῇ Βιθυνῶν· ἐπίνειον δὲ τοῦτο τῆς Χαλκηδόνος ἐστί. μὴ δυνηθεὶς δὲ, ἰδὼν ἑαυτὸν ἤδη πρηνῆ κείμενον ὑπὸ τοῖς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως ποσὶν, ἐξέδωκεν ἑαυτόν. ζῶντα οὖν συλλαβὼν ὁ ἐπιεικέστατος καὶ εὐσεβέστατος βασιλεὺς, φιλανθρωπεύεται, καὶ κτείνει μὲν οὐδαμῶς, οἰκεῖν δὲ τὴν Θεσσαλονίκην προσέταξεν ἡσυχάζοντα. ὁ δὲ πρὸς ὀλίγον χρόνον ἡσυχάζειν ἐδόκει· μετὰ δὲ ταῦτα βαρβάρους τινὰς προσκαλούμενος, καὶ σὺν αὐτοῖς διασκεπτόμενος, ἀναE μάχεσθαι τὴν ἧτταν ἐσπούδαζε. τοῦτο γνοὺς βασιλεὺς ὁ πιστότατος, ἀναιρεθῆναι τὸν θεομισῆ ἐκέλευσε· καὶ ἀνῃρέθη * ὁ τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ αὐτοῦ θεράποντος τύραννος. * Fo. ὑπὸ τῶ

A

## ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Περὶ τῆς μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ ἀσεβοῦς Λικινίου, καὶ αὐτοκρατορίας τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, καὶ εἰρήνης τῶν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν.

### ΧΕΦΑΛ. ά.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ τοίνυν πάντων γενόμενος ἐγκρατὴς, διὰ τῆς ἐκ Θεοῦ δοθείσης αὐτῷ * συνάρσεως, αὐτοκράτωρ βασιλεὺς ἀναδειχθεὶς, τὴν χριστιανῶν αὔξειν εἰσέτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον ἐσπούδαζεν. ἐποίει τε τοῦτο διαφόροις τοῖς τρόποις, ἔμπυρόν τε ἔχων πίστιν, καὶ ἔμφυτον τὴν εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν πιστοτάτην εὐσέβειαν. καὶ ἦν πᾶσα ἡ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἐκκλησία ἐν βαθείᾳ εἰρήνῃ. ἀκούσωμεν δὴ τί ἐνταῦθα λέγει καὶ ὁ ἀροτὴρ ὁ * κάλλιστος τῆς ἐκκλησιαστικῆς γεωργίας, ὁ φιλαληθέστατος Εὐσέβιος ὁ τοῦ παμφήμου Παμφίλου. ὁ μὲν οὖν Λικίνιος, φησὶ, τὴν ὁμοίαν τοῖς ἀθέοις τυράννοις τῆς ἀσεβείας μετελθὼν ὁδὸν, ἐπὶ τὸν ἴσον αὐτοῖς ἐνδίκως περιηνέχθη κρημνόν. ἀλλ' οὗτος μὲν ταύτῃ περιβεβλημένος ἔκειτο· ὁ δὲ ἀρετῇ πάσῃ τῆς θεοσεβείας ἐκπρέπων μέγιστος, νικητὴς, Αὔγουστος Κωνσταντῖνος σὺν παιδὶ Κρίσπῳ βασιλεῖ θεοφιλεστάτῳ κατὰ πάντων τῷ πατρὶ ὁμοιοτάτῳ, τὴν οἰκείαν ἑῴαν ἀπελάμβανε, καὶ μίαν ἡνωμένην τὴν Ῥωμαίων κατὰ τὸ παλαιὸν παρεῖχον ἀρχὴν, τὴν ἀπ' ἀνίσχοντος ἡλίου πᾶσαν * ἐγκύκλιον καθ' ἑκάτερα τῆς οἰκουμένης, ἄρκτον τε ὁμοῦ καὶ μεσημβρίαν, εἰς ἔσχατα δυομένης ἡμέρας ὑπὸ τὴν αὐτῶν ἄγοντες εἰρήνην. ἀφῄρητο δ' οὖν ἐξ ἀνθρώπων πᾶν δέος τῶν πρὶν αὐτοὺς πιεζόντων· λαμπρὰς δὲ ἐτέλουν καὶ πανηγυρικὰς ἑορτῶν ἡμέρας· ἦν δὲ φωτὸς ἔμπλεα τὰ πάντα· καὶ μειδιῶσι προσώποις, ὄμμασί τε φαιδροῖς, οἱ πρὶν κατηφεῖς, ἀλλήλους ἔβλεπον [1] (παρῆν δὲ αὐτοῖς.) καὶ ὕμνοι κατὰ πόλιν ὁμοῦ καὶ ἀγροὺς τὸν βασιλέα Θεὸν, καὶ τὸν τούτου γνήσιον παῖδα Χριστὸν πρώτιστα πάντων, ὅτι δὴ τοῦτο ἐδιδάχθησαν, ἐγέραιρον, καὶ ἔπειτα τὸν εὐσεβῆ βασιλέα ἅμα παισὶ * θεοφιλέσιν εὐφήμουν. κακῶν δὲ ἀμνηστία παλαιῶν ἦν, καὶ λήθη πάσης δυσσεβείας· * τῶν δὲ ἀγαθῶν ἀπόλαυσις, καὶ προσέτι μελλόντων προσδοκία. ἥπλωντο οὖν κατὰ πάντα τόπον τῆς τοῦ νικητοῦ βασιλέως φιλανθρωπίας ἔμπλεοι διατάξεις, νόμοι τε μεγαλοδωρεᾶς καὶ ἀληθοῦς εὐσεβείας γνωρίσματα ἔχοντες. οὕτω δῆτα πάσης τυραννίδος ἐκκαθαρθείσης, μόνοις ἐφυλάττετο τὰ τῆς προσηκούσης βασιλείας βέβαιά τε καὶ ἀνεπίφθονα Κωνσταντίνῳ καὶ τοῖς τούτου παισί. τοσαῦτα ὁ τῶν ἀρχαίων ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων ἀξιοπιστότατος Εὐσέβιος ὁ τοῦ Παμφίλου, πλείστους ὅσους ἀγῶνας θέμενος, καὶ διερευνησάμενος, ἐκ τῶν ἁπλῶς ἐχόντων τὴν ἀναλογίαν ποιησάμενος, ἐν δέκα τόμοις ὅλοις τὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἡμῖν ἱστορίας ἀκριβῶς καταλέλοιπεν. ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ τῆς τοῦ κυρίου παρουσίας, πληρώσας δὲ εἰς τοὺς δε τοὺς χρόνους, οὐκ ἀπόνως· πῶς γὰρ οἷόν τε ἦν τοσαύτην ἀναδεξάμενον φροντίδα τοῦ διασώσασθαι τῆς τοιᾶσδε συλλογῆς τὴν ἁρμονίαν; ἀλλ' ὡς ἀρτίως ἔφην, πολλὴν εἰσενεγκάμενος τὴν σπουδὴν καὶ πλεῖστον ἀφα-



* ἐν συνέσει.
* ἄριστος.
* ἐν κύκλῳ.
* θεοσεβέστατον.
* παρόντων.

## LIBER SECUNDUS

*De geſtis poſt ſublatum Licinium, & imperio regis Conſtantini, & de pace eccleſiarum Dei.*

### CAPUT I.

CONSTANTINUS itaque rerum potitus, per [a] prudentiam ſibi a Deo datam, & ſummus imperator declaratus, res Chriſtianorum in dies magis ac magis augere omni ſtudio contendebat. Idque variis modis præſtabat, igneam habens fidem, & innatam in B Deum univerſorum fidiſſimam pietatem: & tota ſub cœlo eccleſia alta pace fruebatur. Audiamus ſane quid hic dicat pulcherrimus eccleſiaſtici fundi arator, ille veri ſtudioſiſſimus Euſebius celeberrimi Pamphili. Licinius, inquit, perſimilem cum impiis tyrannis viam ſecutus, ad perſimile etiam cum iiſdem calamitatis præcipitium non ſine cauſa ruit. Atqui iſte hoc modo tandem percuſſus & profligatus occubuit: Conſtantinus autem maximus, victor, auguſtus, omni genere pietatis ornatus, una cum filio Criſpo imperatore Deo cariſſimo, & patris rebus in omnibus ſimillimo, orientem in ſuam redegit poteſtatem, atque Romanorum imperium, ſicut jam C olim erat, in unum redegit, & regnum univerſum a ſole oriente undique ad extremas occidentis oras, & ad alteras utraſque mundi plagas, Boream pariter & meridiem, cum tranquilla pace obtinuit: proinde metus malorum quibus antea premebantur, tum ex hominum vita prorſus ſublatus fuit. Tunc frequentes conventus acti, tum feſti dies celebrati, tunc omnia lætitia redundarunt. Tunc qui ante demiſſa & contracta fronte erant; hilari vultu & læto oculorum obtutu ſe mutuo aſpexerunt. Tunc choreis, tum hymnis tam per ſingulas civitates, quam per agros, primum omnium regem Deum & germanum filium ejus Jeſum Chriſtum (hoc enim edo- D cti erant) prædicaverunt: deinde pium imperatorem ac liberos Deo in primis caros laudibus extulerunt. Tunc veterum nulla recordatio malorum, tunc omnis impietatis oblivio, tunc ſuavis præſentium bonorum uſus & oblectatio, tunc jucunda futurorum expectatio: tunc denique non decreta ſolum imperatoris, victoris illuſtriſſimi, plena humanitatis & clementiæ, verum etiam leges, eximia magnificentiæ illius & veræ pietatis judicia complectentes, in locis quibuſque divulgatæ. Sic ergo peſtifera totius tyrannidis labe purgata, deletaque, Conſtantinus ſolum & liberi, imperii ad ipſos jure pertinentis gubernacula, auctoritate & præſidio firma, invidiæ E ac metus expertia deinceps poſſederunt. Hactenus veterum eccleſiaſticorum ſcriptorum fide digniſſimus Euſebius Pamphili: qui ſumma contentione enitens, tum exquirens ſingula, & ex his quæ ſimpliciter ſe habebant, congruam partium menſuram efficiens, decem integris libris hiſtoriam nobis eccleſiaſticam perfectam reliquit, incipiens ab adventu domini, deſinens autem in hæc tempora, non ſine labore. Quomodo enim aliter fieri pote-



[a] Alfonſi Piſani S.J. verſio interpolata & in qq. emendata a Balforeo & Romanis editoribus

Lib. 10. hiſt. cap. 9.

1 Lat. *His autem ipſe interram.* Sed hæc, quæ ſunt incluſa parentheſi, non leguntur apud Euſebium. *Harduinus.*

poterat ab eo qui tantam curam ſuſceperat, A ut talis collectionis harmoniam nobis conſervaret? imo vero, ut paulo ante dixi, ſummum ſtudium & ineffabilem laboris copiam ad id contulerat. Nemo autem æſtimet virum hunc ex his quæ de illo fama circumferuntur, quaſi Arii blaſphemiæ conſenſerit; ſed credat, ſi quæ protulit aut ſcripſit, Arii dogma tantillum ſubolentia, ea non ex impio illius ſenſu protuliſſe unquam aut ſcripſiſſe, ſed ex minus curioſa parumque ſolicita ſimplicitate: ut ipſe in libro apologetico, quem ad orthodoxos omnes epiſcopos miſit, plenius iſta probavit. Vera autem dicere hominem conjiciet quicumque prudens conſiderat quo tempore ille vixit; & ex illo credat, B quod nondum ea quæ ſunt Arii, illo tempore audita uſquam fuerunt. Demonſtrabunt vero idem ipſius in ſynodo Nicæna contra impietatem Arii pro apoſtolica & orthodoxa fide certamina. Sed ad eccleſiaſticæ hiſtoriæ ordinem revertamur. Cum igitur per univerſum orbem eccleſia Chriſti ſalvatoris noſtri profunda pace gauderet, quam Deus univerſorum rex ei paraverat per ſervum ſuum Conſtantinum, ejuſque filios; poſt divini Petri martyrium, qui fuit epiſcopus eccleſiæ Alexandrinæ, & in ipſo martyrio fuit conſummatus, & incorrupta ſui certaminis corona redimitus; vidua remanſit eccleſia illa annum unum: tranſacto autem anno, ordinatur in C ſede ſancti martyris Petri Achillas vir gravis & magnanimus, ac ſancte prudens, religioneque pariter ac ſapientia plurima ornatus, ut nobis antiqui & omni carentes errore commentarii referunt: qui multa prius exhortatione uſus, ſuſcepit Arium in ordinem diaconorum. Cum autem hic menſibus tantum quinque ſupervixiſſet, ſuſcepit ſacerdotii principatum ibidem in Alexandrina eccleſia Alexander, vir in ſummo honore ab omni eccleſiæ clero & populo habitus, magnificus, liberalis, facundus, æquus, Dei amator, amans hominum, pauperum ſtudioſus, bonus & manſuetus erga omnes, ſi quis alius: qui & ipſe Arium proximum ſibi presbyterum D conſtituit. Sub hoc cum eccleſiarum pax magis ac magis quotidie reluceret, cum in unam concordiam conſpirarent omnes, & in tantorum martyrum præmiis ubique locorum gloriarentur: non ferens diabolus tantum fideliſſimi eccleſiæ populi in cæleſti erga Deum cultu incrementum, iterum per quamdam eccleſiaſticorum contentionem turbas excitat.

των πόνων, ἀλλὰ μηδεὶς οἰέσθω τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν περὶ αὐτοῦ ἐπιπεφημισμένων, ὡς τῆς Ἀρείου βλασφημίας ποτέ τι πεφρονήκει. ἀλλὰ πεπείσθω, ὡς εἰ καί τιν' ἂν ἐλάλησεν ἢ ἔγραψε, μικρόν τι τῶν Ἀρείου συνοδόμενα, οὐ μὴν κατὰ τὴν ἀσεβῆ ἐκείνου ἔννοιαν, ἀλλ' ἐξ ἀπεριέργου ἁπλότητος, καθὼς καὶ αὐτὸς ἐν τῷ ἀπολογητικῷ, * ᾧ διεπέμψατο πρὸς τὸ τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων κοινὸν μαρτυράμενος, ταῦτα ἐπληροφόρησε. καὶ ἀληθεύειν τὸν ἄνδρα ὑπολάβοι πᾶς τις εὖ φρονῶν, ὁπότε συνίεσι, καὶ ἐξ ἐκείνου πεισθῶσι μήπω τότε πώποτε τὰ Ἀρείου ἀκουσθησόμενα. δείξει δὲ τὰ ἐν τῇ συνόδῳ τῇ κατὰ τὴν Νικαίων αὐτῷ ἠγωνισμένα κατὰ τῆς ἀσεβείας Ἀρείου ὑπὲρ τῆς ἀποστολικῆς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως. ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας ἐπανίωμεν. τῆς οὖν ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίας Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εἰρήνην βαθεῖαν ἐχούσης, πρυτανευθείσης αὐτῇ ταύτης παρὰ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ, διὰ τοῦ θεράποντος αὐτοῦ Κωνσταντίνου καὶ τῶν αὐτοῦ παίδων, μετὰ τὸ μαρτύριον τοῦ θεσπεσίου Πέτρου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας ἐπισκόπου γενομένου, τελειωθέντος αὐτοῦ ἐν αὐτῷ τῷ μαρτυρίῳ, καὶ τὸν τῆς ἀθλήσεως ἄφθαρτον στέφανον ἀναδησαμένου, χηρεύει ἡ ἐκεῖσε ἐκκλησία ἐνιαυτὸν ἕνα· μετὰ δὲ τὸν ἐνιαυτὸν χειροτονεῖται εἰς τὸν θρόνον αὐτοῦ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Πέτρου Ἀχιλλᾶς, ἀνήρ, στιβαρὸς καὶ μεγαλοφυής, ἁγιόφρων, εὐσεβείᾳ ὁμοῦ καὶ σοφίᾳ πλείστῃ ὅσῃ διαπρέπων, καθὼς ἡμῖν τὰ παλαιὰ καὶ ἀπλανῶς ἔχοντα διηγεῖται συγγράμματα· ὃς πολλὰ παρακληθεὶς ὑπεδέξατο τὸν Ἄρειον εἰς τὴν διακονίαν. τούτου δὲ ἐπιβιώσαντος μῆνας πέντε μόνον, ὑποδέχεται τὴν τῆς ἱερωσύνης ἀρχὴν τῆς αὐτόθι τῶν Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας Ἀλέξανδρος, ἀνὴρ τίμιος ἐν πᾶσι, παντὶ τῷ τῆς ἐκκλησίας κλήρῳ καὶ λαῷ * μεγαλοπρεπής, εὐμετάδοτος, εὔλαλος, ἐπιεικής, φιλόθεος, φιλάνθρωπος, φιλόπτωχος, χρηστός, προσηνὴς πρὸς πάντας, εἴπερ τις ἄλλος· ὃς καὶ αὐτὸς κατέστησε τὸν Ἄρειον πρεσβύτερον ἐγγιστα ἑαυτοῦ. ἐπὶ τούτου τῆς εἰρήνης τῶν ἐκκλησιῶν ὁσημέραι ὡς ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον λαμπρυνομένης, καὶ εἰς μίαν ὁμόνοιαν συνεστώσης, καὶ τοῖς ἐπάθλοις τῶν ἁγίων μαρτύρων πανταχοῦ γῆς σεμνυνομένης· οὐκ ἐνεγκὼν ὁ διάβολος τὴν τοσαύτην τοῦ πιστοτάτου τῆς ἐκκλησίας λαοῦ ἐπὶ τῇ ἐν αὐτῇ πρὸς τὸν Θεὸν οὐρανίῳ θρησκείᾳ αὔξησιν, πάλιν ἔκ τινος φιλονεικίας τῶν ἐν αὐτῇ ταραχὴν ὑφίστατι.

αὐτῷ λόγῳ.

* μικρομετάθης.

*De hæreſi a Dei hoſte Ario inventa.*

Περὶ τῆς ἐφευρεθείσης αἱρέσεως ὑπὸ τοῦ θεομάχου Ἀρείου.

## CAPUT II.

## ΚΕΦΑΛ. β'.

PRESBYTER enim ille, quem dicebamus tali honore dignum exiſtimatum fuiſſe E ab Alexandro Alexandriæ epiſcopo, nomine Arius, vir ſpecie quidem magis pius, cetera vero vanitatis & gloriæ callidus amator; cœpit circa fidem in Chriſtum peregrina quædam proferre, quæ prioribus temporibus nemo quæſierat unquam aut introduxerat: conatus unigenitum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum a Patris ineffabili & æterna divinitate ſeparare, magnæ in eccleſia perturbationis auctor fuit. Verum dum Alexander ingenita naturæ ſuæ benignitate Arium in me-

Ο Γὰρ πρεσβύτερος ἐκεῖνος, ὃν ἔφαμεν τῆς τοιᾶσδε ἠξιῶσθαι τιμῆς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, Ἄρειος τοὔνομα· ἀνὴρ σχήματι μᾶλλον εὐσεβής, τὰ δὲ ἄλλα δόξης καὶ κενότητος θερμὸς ἐραστής. ἤρξατο προφέρειν τινὰ ξένα περὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, ἃ τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις οὐδεὶς πώποτε ἐζήτησεν, ἢ παρεισήνεγκεν· ἐπιχειρήσας τὸν μονογενῆ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν διελεῖν τῆς τοῦ πατρὸς ἀρρήτου καὶ ἀϊδίου θεότητος, πολλῆς κατὰ τὴν ἐκκλησίαν παραίτιος ταραχῆς γέγονεν. ἀλλὰ δὴ τοῦ Ἀλεξάνδρου, πρᾳότητι

τητι φύσεως, τὸν Ἄρειον ἐπὶ τὸ ἄμεινον θέλοντος μεταβαλεῖν προτρέψαις παραινέσεσι, μηδέπω δὲ κείνοντος ἀποφάσει χρήσασθαι, τῶς ἐπινέμεσθαι διὰ τοῦτο πολλοὺς τὴν λοιμικὴν περίστασιν τῆς αἱρέσεως γέγονεν, ἔπειτα ὡς ἀπὸ μικροῦ σπινθῆρος μέγα πῦρ ἐξαφθῆναι· ἀρξάμενόν τε τὸ κακὸν ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας, καὶ κατὰ πόλεις ἄλλας καὶ ἐπαρχίας διέτρεχε. τέλος, ὡς εἶδεν ἐπὶ τὸ χεῖρον τὸ κακὸν προϊέναι, σύνοδον τῶν ὑπ᾽ αὐτὸν ἐπισκόπων συστησάμενος, καὶ καθελὼν τὸν Ἄρειον, δίδωσιν εἰς τοὺς συλλειτουργοὺς τὴν ὑπόθεσιν ὁ Ἀλέξανδρος· πλατύτερόν τε τὰ κατὰ τὸν Ἄρειον ἐκτεθεικώς, σπουδήν τε ἐπιβαλὼν πρὸς ἀναίρεσιν τῆς αἱρέσεως εἰς παρασκευὴν τῆς διαγνώσεως αὐτοὺς ἑτοιμάζεσθαι παρακελεύεται, γράψας πρὸς αὐτοὺς τοιάδε.

Καθαιρετικὸν Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, διαπεμφθὲν παρὰ Ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας τοῖς ἁπανταχοῦ ἐπισκόποις.

## ΚΕΦΑΛ. γ΄.

Τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ τιμιωτάτοις συλλειτουργοῖς τοῖς ἁπανταχοῦ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, Ἀλέξανδρος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ἙΝΟΣ σώματος ὄντος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἐντολῆς τε οὔσης ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς, τηρεῖν τὸν σύνδεσμον τῆς ὁμονοίας καὶ εἰρήνης, ἀκόλουθόν ἐστι γράφειν ἡμᾶς, καὶ σημαίνειν ἀλλήλοις τὰ παρ᾽ ἑκάστοις γινόμενα· ἵνα εἴτε πάσχει, εἴτε χαίρει ἓν μέλος, ἢ συμπάσχωμεν, ἢ συγχαίρωμεν ἀλλήλοις. ἐν τῇ ἡμετέρᾳ τοίνυν παροικίᾳ ἐξῆλθον νῦν ἄνδρες παράνομοι καὶ χριστομάχοι, διδάσκοντες ἀποστασίαν, ἣν εἰκότως ἄν τις πρόδρομον τοῦ ἀντιχρίστου ὑπονοήσειε καὶ καλέσειε. καὶ ἐβουλόμην μὲν σιωπῇ παραδοῦναι τὸ τοιοῦτον, ὅπως ἐν τοῖς ἀποστάταις μόνοις ἀναλωθῇ τὸ κακόν, καὶ μὴ εἰς ἑτέρους τόπους διαβὰν τὸ τοιοῦτο, ῥυπώσῃ τινῶν ἀκεραίων τὰς ἀκοάς. ἐπειδὴ δὲ Εὐσέβιος νῦν ἐν τῇ Νικομηδείᾳ, νομίσας ἐπ᾽ αὐτῷ κεῖσθαι τὰ τῆς ἐκκλησίας, ὅτι καταλείψας τὴν Βηρυτὸν, καὶ ἐποφθαλμίσας τῇ ἐκκλησίᾳ Νικομηδέων, οὐκ * ἐκδεδίκηται τὰ κατ᾽ αὐτὸν, προΐσταται καὶ τούτων τῶν ἀποστατῶν, καὶ γράφειν ἐπεχείρησε πανταχοῦ συνιστῶν αὐτοὺς, [3] ὅπως ὑποσύρῃ τινὰς ἀγνοοῦντας εἰς τὴν ἐσχάτην ταύτην καὶ χριστομάχον αἵρεσιν· ἀνάγκην ἔσχον, εἰδὼς τὸ ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένον, μηκέτι μὲν σιωπῆσαι, ἀναγγεῖλαι δὲ λοιπὸν πᾶσιν ὑμῖν, ἵνα γινώσκητε τούς τε ἀποστάτας γενομένους, καὶ τὰ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν δύστηνα ῥήματα. καὶ ἐὰν γράφῃ Εὐσέβιος, * προσέχητε. παλαιὰν γὰρ αὐτοῦ κακόνοιαν, τὴν χρόνῳ σιωπηθεῖσαν, νῦν διὰ τούτων ἀνανεῶσαι βουλόμενος, σχηματίζεται μὲν ὡς ὑπὲρ τούτων * γράφειν, ἔργῳ δὲ δείκνυσιν, ὅτι ὑπὲρ αὐτοῦ σπουδάζων τοῦτο ποιεῖ. οἱ μὲν οὖν ἀποστάται γενόμενοι, εἰσὶν Ἄρειος, καὶ * Ἀχιλλᾶς, καὶ * Θαλῆς, καὶ Καρπώνης, καὶ ἕτερος Ἄρειος, καὶ Σαρμάτης, καὶ Εὐζώϊος, καὶ Λούκιος, καὶ Ἰούλιος, καὶ Μηνᾶς, καὶ Ἑλλάδιος, καὶ Γαΐος, καὶ σὺν αὐτοῖς Σεκοῦνδος, καὶ Θεωνᾶς, οἵ ποτε λεχθέντες ἐπίσκοποι. ποῖα

* ἐκδέδραμε κατ᾽ αὐτοῦ.

* μὴ προσέχετε.

* γράφων.

* Ἀχιλλεύς.
* Ἀιθαλῆς.

lius mutare vellet decentibus admonitionibus, necdum ſtatueret ſententia uti: interea contigit ob hoc, ut peſtilenti hæreſis calamitate multi abſumerentur, & tamquam ex parva ſcintilla magnus ignis accenderetur. Malum incipiens ab Alexandrinorum eccleſia, plures alias civitates atque provincias percurrebat. Poſtremo cum videret Alexander malum in pejus progredi: ſynodum ſubjectorum ſibi epiſcoporum convocans, & Arium ſacerdotio dejiciens, his collegis rationem reddidit: & quæ contra Arium fuſius exponens, ſtudiumque exſtirpandæ hæreſis iis injiciens, ut ad judicium præpararentur, ipſos adhortatur, in hunc modum ad eos ſcribens.

*Dejectio Arii & ſociorum ejus, miſſa ab Alexandro epiſcopo omnibus epiſcopis.*

## CAPUT III.

*Cariſſimis honoratiſſimiſque fratribus, qui ubique gentium ſunt nobiſcum in eccleſiæ miniſterio conjuncti, Alexander ſalutem in domino.*

[1] CUM ſit unum corpus eccleſiæ catholicæ, cumque in ſacris literis traditum & præceptum nobis ſit, ut concordiæ ac pacis vinculum teneamus: conſentaneum eſt, ut per literas colloquamur inter nos, aliique alios mutuo de rebus quæ apud ſingulos geruntur, certiores faciamus, quo ſive unum ex membris patitur, ſive lætatur, nos inter nos vel patiamur una, vel una lætemur. In noſtra quidem provincia prodierunt jam viri, qui leges reſcindunt, Chriſtum ipſum impugnant, animos hominum defectionem (quam quidem prænuntiam antichriſti eſſe, merito quiſpiam ſuſpicaretur & vocaret) docere nituntur. Ac mihi certe in animo erat de illo facinore penitus reticuiſſe, ut ejus labes, ſi quo modo fieri potuiſſet, una cum eis ſolis qui ab eccleſia deſciverant, abſumeretur, nec in alia loca evagata, ſimplicium quorumdam aures ſuis ſordibus inficeret. Verum quoniam Euſebius, qui nunc Nicomediæ epiſcopus eſt, quique totum eccleſiæ ſtatum in ſua manu poſitum arbitratur, cum a nemine, quod eccleſiam Beryti deſeruerit, quodque oculos cupiditatis & ambitionis ſuæ ad epiſcopatum eccleſiæ Nicomedienſis obtinendum adjecerit, in ſe animadverſum eſſe videat, iſtorum etiam qui ab eccleſia defecerunt, patrocinium ſuſcipit, & ad omnes qui ſunt ubique gentium literas ſcribere conatur, eoſque in eildem commendat plurimum, quo imperitos quoſdam in graviſſimam hæreſim, Chriſtoque penitus adverſariam, rapiat: neceſſe habeo, idque ſententia quadam quæ in lege ſcripta eſt, inductus, ſilentium rumpere, remque vobis omnibus indicare: quo non modo eos qui defecerunt a Chriſto, execrabiliaque verba quæ illorum hæreſis uſurpat, cognoſcatis, verum etiam, ſi forte Euſebius literas ſcripſerit, ad eas animum non advertatis. Nam inveteratam ſuam malevolentiam, ſilentio ad tempus obrutam, jam per iſtos renovare

Apud Socr. lib. 1. hiſt. cap. 6. Epiphan. 4.

1. Cor. 12.

Levit. 19.

1 Aliam ceteris præferendam verſionem hujus Epiſtolæ edidit Epiphanius Scholaſt. in hiſt. tri part. lib. 1. cap 10. Harduinus. 2 Socrates νομίσας. Harduinus. 3 In MS. Allatii ὅπως. Harduinus.

novare ſtudet: & licet ſimulatione quadam præ ſe ferat eorum cauſa literas ſcribere, re tamen ipſa declarat perſpicue, ſe in rem ſuam ſerio iſtud ipſum agere. Qui autem defecerunt ab eccleſia, ſunt, Arius, Achillas, Tales, Carpones, Arius alter, Sarmates, Euzoius, Lucius, Julius, Menas, Helladius, Cajus, Secundus item, & Theonas, qui olim dicti ſunt epiſcopi. Quæ vero iſti contra ſcripturas excogitarint, temereque effutiverint, ſunt hujuſmodi: Deum non ſemper Patrem fuiſſe, ſed tempus aliquando extitiſſe, cum Deus non eſſet Pater: non ab æterno Dei Verbum fuiſſe, ſed ex nihilo ortum eſſe; nam Deum qui eſt, eum cum non erat, ex eo quod non eſt, procreaſſe: & propterea tempus fuiſſe aliquando cum non eſſet; creatum enim & factum fuiſſe Filium, neque eſſentia Patri ſimilem, neque natura verum Patris Verbum, neque veram ſapientiam ejus eſſe, ſed ex iis quæ creata factaque ſunt, unum; per abuſionem autem Verbum & ſapientiam dici. Ipſum factum eſſe proprio Dei Verbo, & ſapientia quæ in Deo eſt, per quam cum cetera omnia, tum illum ipſum fecit Deus; & ob eam cauſam natura ſua poſſe converti & mutari, ſicut animantia omnia ratione utentia. Verbum eſſe peregrinum, alienum & ſejunctum ab eſſentia Dei: Patrem a Filio minime explicari poſſe; nam Patrem a Filio neque plene & accurate cognoſci, neque exquiſite cerni poſſe; etenim ipſius eſſentiam, ut eſt, Filium non percipere: quippe Filium noſtra cauſa factum eſſe, ut Deus per ipſum tamquam per inſtrumentum nos crearet: neque extitiſſet aliquando, niſi Deus nos creare in animum induxiſſet. Quæſitum eſt igitur ab illis, utrum Dei Verbum poſſet mutari, quemadmodum diabolus mutatus eſt: & non veriti ſunt reſpondere: Certe poteſt; cum enim & gigni & fieri poſſit, certum eſt ejus naturam poſſe mutari. Ario igitur & ejus fautoribus qui iſta aſſerunt, & de eiſdem tam impudenti ore loquuntur, una cum illis qui ejus opinioni aſſentiuntur, nos cum aliis fere centum Ægypti & Libyæ epiſcopis in unum convenientes, anathema denunciavimus. Ceterum Euſebius eos ad ſe admittit, operamque ſedulo dat, ut mendacium cum veritate, & cum pietate impietatem admiſceat. Verum ad hoc præſtandum non ſatis habet virium. Nam vincit veritas; nec ulla eſt ſocietas luci cum tenebris, nulla conſenſio Chriſti cum Belial. (1. Cor. 6.) Quis enim unquam talia audivit? aut quis ſi jam audiret, non ea tamquam inſolita & peregrina obſtupeſceret, aureſque obturaret, ne ejuſmodi verborum ſordes in audiendi ſenſum illaberentur? Aut quis eſt qui cum Joannem audiat dicentem: *In principio erat Verbum*, (Joan. 1.) non iſtos condemnaverit dicentes: Erat tempus aliquando, cum non eſſet? Aut quis eſt, qui cum audiat in evangelio: *Unigenitus Filius*, &, *Per ipſum facta ſunt omnia*; non iſtos odio habuerit, affirmantes Filium unam eſſe ex creaturis? Nam qui poterit ipſe eſſe ex iis quæ per ipſum facta ſunt? aut quomodo unigenitus, ſi (ut illorum fert opinio) cum aliis rebus univerſis numeretur? aut quomodo ex nihilo factus eſt cum Pater dicat: *Eructavit cor meum verbum bonum*: (Pſal. 44.) &, *Ex utero ante luciferum genui te*? (Pſalm. 109.) aut qua ratione eſſentia

A δὲ παρὰ τὰς γραφὰς ἐφευρόντες λαλοῦσιν, ἐστὶ ταῦτα. δόγμα Ἀρείου· οὐκ ἀεὶ ὁ Θεὸς πατὴρ ἦν, ἀλλ' ἦν ὅτε ὁ Θεὸς πατὴρ οὐκ ἦν. οὐκ ἀεὶ ἦν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀλλ' ἐξ οὐκ ὄντων γέγονεν· ὁ γὰρ ὢν Θεὸς τὸν μὴ ὄντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος πεποίηκε. διὸ καὶ ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν· κτίσμα γάρ ἐστι καὶ ποίημα ὁ υἱός. οὔτε δὲ ὅμοιος κατ' οὐσίαν τῷ πατρί ἐστιν, οὔτε ἀληθινὸς καὶ φύσει τοῦ πατρὸς λόγος ἐστίν, οὔτε ἀληθινὴ σοφία αὐτοῦ ἐστιν· ἀλλὰ εἷς μὲν τῶν ποιημάτων καὶ γενητῶν ἐστι, καταχρηστικῶς δὲ λέγεται λόγος καὶ σοφία, γενόμενος καὶ αὐτὸς τῷ ἰδίῳ τοῦ Θεοῦ λόγῳ, καὶ τῇ ἐν τῷ Θεῷ σοφίᾳ ἐν ᾗ καὶ τὰ πάντα, B καὶ αὐτὸν πεποίηκεν ὁ Θεός. διὸ καὶ τρεπτός ἐστι, καὶ ἀλλοιωτὸς τὴν φύσιν, ὡς καὶ πάντα τὰ λογικά. ξένος τε καὶ ἀλλότριος, καὶ ἀπεσχοινισμένος ἐστὶν ὁ λόγος τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας, καὶ ἄρρητός ἐστιν ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ. οὔτε γὰρ τελείως καὶ ἀκριβῶς γινώσκει ὁ υἱὸς τὸν πατέρα, οὔτε ὁρᾷν αὐτὸν δύναται. καὶ γὰρ καὶ αὐτοῦ τὴν οὐσίαν οὐκ οἶδεν ὁ υἱός, ὡς ἐστι. δι' ἡμᾶς γὰρ πεποίηται, ἵνα ἡμᾶς δι' αὐτοῦ ὡς δι' ὀργάνου κτίσῃ ὁ Θεός. καὶ οὐκ ἂν ὑπέστη, εἰ μὴ ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἤθελε ποιῆσαι. ἠρώτησε γοῦν τις αὐτούς, εἰ δύναται ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος τραπῆναι, ὡς ὁ διάβολος ἐτράπη· καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν εἰπεῖν, ὅτι ναὶ δύναται. C τρεπτῆς γὰρ φύσεώς ἐστι, γεννητὸς καὶ κτιστὸς ὑπάρχων. ταῦτα λέγοντας τοὺς περὶ Ἄρειον, καὶ ἐπὶ τούτοις ἀναισχυντοῦντας, αὐτούς τε καὶ τοὺς συνακολουθήσαντας αὐτοῖς, ἡμεῖς μὲν μετὰ τῶν κατ' Αἴγυπτον καὶ τὰς Λιβύας ἐπισκόπων, ἐγγὺς ἑκατὸν ὄντων, συνελθόντες, ἀνεθεματίσαμεν. οἱ δὲ περὶ Εὐσέβιον προσεδέξαντο, σπουδάζοντες ἐγκαταμίξαι τὸ ψεῦδος τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τῇ εὐσεβείᾳ τὴν ἀσέβειαν· ἀλλ' οὐκ ἰσχύουσι. νικᾷ γὰρ ἡ ἀλήθεια. καὶ οὐδεμία ἐστὶ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, οὐδὲ συμφώνησις Χριστοῦ πρὸς Βελίαρ. τίς γὰρ ἤκουσε πώποτε τοιαῦτα; ἢ τίς νῦν ἀκούων οὐ ξενίζεται, καὶ τὰς ἀκοὰς βύει, ὑπὲρ τοῦ μὴ D τὸν ῥύπον τούτων τῶν ῥημάτων ψαῦσαι τῆς ἀκοῆς; τίς γὰρ ἀκούων Ἰωάννου λέγοντος· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, οὐ καταγινώσκει τούτων λεγόντων. ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν; ἢ τίς ἀκούων ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· ὁ μονογενὴς υἱός· καὶ δι' αὐτοῦ ἐγένετο πάντα. οὐ * μιστήσει (marg.: μισήσει) τούτους φθεγγομένους, ὅτι εἷς ἐστι τῶν ποιημάτων; πῶς γὰρ δύναται εἷς εἶναι τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων, ἢ πῶς μονογενὴς ὁ τοῖς πᾶσι, κατ' ἐκείνους, συναριθμούμενος; πῶς δὲ ἐξ οὐκ ὄντων ἂν εἴη, τοῦ πατρὸς λέγοντος· ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν· καί, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε; ἢ πῶς ἀνόμοιος τῇ οὐσίᾳ τοῦ πατρὸς ὁ ὢν εἰκὼν τελεία καὶ ἀπαύγασμα τοῦ E πατρός, καὶ λέγων· ὁ ἐμὲ ἑωρακώς, ἑώρακε τὸν πατέρα; πῶς δέ, εἰ λόγος καὶ σοφία ἐστὶ τοῦ Θεοῦ ὁ υἱός, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν; ἴσον γάρ ἐστιν αὐτοὺς λέγειν ἄλογον καὶ ἄσοφόν ποτε τὸν Θεόν. πῶς δὲ τρεπτός, καὶ ἀλλοιωτὸς ὁ λέγων δι' ἑαυτοῦ μέν, ἐγὼ ἐν τῷ πατρί, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· καί, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· διὰ δὲ τοῦ προφήτου· ἴδετέ με, ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι; εἰ γὰρ καὶ ἐπ' αὐτόν τις τὸν πατέρα δύναται τὸ ῥητὸν ἀναφέρειν, ἀλλὰ ἁρμοδιώτερον ἂν εἴη, περὶ

τοῦ

A τοῦ λόγου καὶ λεγόμενον, ὅτι καὶ γενόμενος ἄνθρωπος, οὐκ ἠλλοίωται, ἀλλ' ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος, Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. τί δὲ ἄρα εἰπεῖν αὐτοὺς ἔπεισεν, ὅτι δι' ἡμᾶς γέγονε, καίτοι τοῦ Παύλου λέγοντος· δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα. περὶ γὰρ τοῦ βλασφημεῖν αὐτούς, ὅτι οὐκ οἶδε τελείως ὁ υἱὸς τὸν πατέρα, οὐ δεῖ θαυμάζειν. ἅπαξ γὰρ προθέμενοι χριστομαχεῖν, παραχρῶνται καὶ τὰς φωνὰς αὐτοῦ λέγοντος. καθὼς γινώσκει με ὁ πατήρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα. εἰ μὲν οὖν ἐκ μέρους ὁ πατὴρ γινώσκει τὸν υἱόν, δῆλον ὅτι καὶ ὁ υἱὸς μὴ τελείως γινώσκει τὸν πατέρα. B εἰ δὲ τοῦτο λέγειν οὐ θέμις, οἶδε δὲ τελείως ὁ πατὴρ τὸν υἱόν, δῆλον ὅτι καθὼς γινώσκει ὁ πατὴρ τὸν ἑαυτοῦ λόγον, οὕτως καὶ ὁ λόγος γινώσκει τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, οὗ καὶ ἔστι λόγος. ταῦτα λέγοντες, καὶ ἀναπτύσσοντες τὰς θείας γραφάς, πολλάκις ἐνετρέψαμεν αὐτούς. καὶ πάλιν ὡς χαμαιλέοντες μετεβάλλοντο, φιλονεικοῦντες εἰς ἑαυτοὺς ἑλκύσαι τὸ γεγραμμένον· ὅταν ἀσεβὴς ἔλθῃ εἰς βάθος κακῶν, καταφρονεῖ. πολλαὶ γοῦν αἱρέσεις πρὸ αὐτῶν γεγόνασιν, αἵτινες πλέον τοῦ δέοντος τολμήσασαι, πεπτώκασιν εἰς ἀφροσύνην. οὗτοι δὲ διὰ πάντων ἑαυτῶν τῶν ῥηματίων ἐπιχειρήσαντες τὰ εἰς ἀναίρεσιν τῆς τοῦ λόγου θεότη- C τος, ἐδικαίωσαν ἐξ ἑαυτῶν ἐκείνας, ὡς ἐγγύτεροι τοῦ ἀντιχρίστου γενόμενοι. διὸ καὶ ἐπεκηρύχθησαν, καὶ ἀνεθεματίσθησαν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας. λυπούμεθα μὲν οὖν ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τούτων, καὶ μάλιστα, ὅτι μαθόντες ποτὲ καὶ αὐτοὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας, νῦν ἀπεπήδησαν· οὐ ξενιζόμεθα δέ. τοῦτο γὰρ καὶ Ὑμέναιος καὶ Φιλητὸς πεπόνθασι, καὶ πρὸ αὐτῶν Ἰούδας * ὁ ἀκολουθήσας τῷ σωτῆρι, ὕστερον προδότης καὶ ἀποστάτης γέγονε. καὶ περὶ τούτων δὲ αὐτῶν οὐκ ἀδίδακτοι μεμενήκαμεν, ἀλλ' ὁ μὲν κύριος προείρηκε. βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ. πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες· ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ ὁ καιρὸς ἤγγικε· καὶ πολλοὺς πλανήσουσι· μὴ πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν. D ὁ δὲ Παῦλος μαθὼν ταῦτα παρὰ τοῦ σωτῆρος, ἔγραψεν· ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες ἀπὸ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι πλάνης, καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν. τοῦ τοίνυν κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διά τε ἑαυτοῦ παραγγείλαντος, καὶ διὰ τοῦ ἀποστόλου σημάναντος περὶ τῶν τοιούτων, ἀκολούθως ἡμεῖς αὐτήκοοι τῆς ἀσεβείας αὐτῶν γενόμενοι, ἀνεθεματίσαμεν, καθὰ * προείπομεν, τοὺς τοιούτους, ἀποδείξαντες αὐτοὺς ἀλλοτρίους τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τε καὶ πίστεως. ἐδηλώσαμεν οὖν καὶ τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ, ἀγαπητοὶ συλλειτουργοί, ἵνα μήτε τινὰς ἐξ αὐτῶν, εἰ προπετεύσαιντο καὶ πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν, μὴ προσδέξησθε, μήτε Εὐσεβίῳ, ἢ ἑτέρῳ τινὶ γράφοντι περὶ αὐτῶν, πεισθῆτε. πρέπει γὰρ ἡμᾶς Χριστιανοὺς ὄντας, πάντας τοὺς κατὰ Χριστοῦ λέγοντάς τε καὶ φρονοῦντας, ὡς θεομάχους καὶ φθορέας τῶν ψυχῶν ἀποστρέφεσθαι, καὶ μηδὲ χαίρειν τοῖς τοιούτοις λέγειν· ἵνα μήποτε καὶ ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν κοινωνοὶ γενώμεθα, ὡς παρήγγειλεν ὁ μακάριος Ἰωάννης. προσείπατε τοὺς παρ' ὑμῖν ἀ-

* Io. 6.

* προεῖπον.

A Patri diſpar ac diſſimilis, cum ſit perfecta imago & ſplendor Patris? cumque ipſe dicat: *Qui vidit me, vidit & Patrem:* (Hebr. 1. Joan. 14.) aut quo pacto, ſi Verbum & ſapientia ſit Dei Filius, erat tempus aliquando cum non eſſet? Nam perinde eſt ac ſi dicerent, Deum aliquando & ſermone & ſapientia caruiſſe: aut quo pacto converti mutarive poteſt, cum ita loquatur ipſe de ſe: *Ego in Patre & Pater in me eſt:* (Ibidem.) & *Ego & Pater unum ſumus?* & per prophetam etiam: *Videte quod ego ſum Deus, & non mutor.* (Joan. 10. Malach. 3.) Et quamquam hoc dictum ad ipſum Patrem referri poteſt, tamen aptius & magis proprie de Filio Verbo jam dicitur, quod cum ſit homo factus, non mutatus eſt, ſed ut a- B poſtolus ait: *Jeſus Chriſtus heri & hodie, idem ipſe & in ſæcula.* (Hebr. 13.) Quid igitur illos in hanc perduxit ſententiam, eum ſcilicet propter nos factum eſſe, cum tamen Paulus ſcribat: *Propter quem omnia, & per quem omnia?* (Hebr. 2.) Quod autem falſo calumniati ſunt, Filium non plene & perfecte Patrem noviſſe, nemini mirum videri debet. Nam cum ſemel ſtatuiſſent contra Chriſtum bellum gerere, rejecerunt penitus voces ipſius dicentis: *Sicut cognoſcit me Pater, & ego cognoſco Patrem.* (Joan. 10.) Quod ſi ex parte Pater cognoſcit Filium, perſpicuum eſt Filium etiam ex parte Patrem cognoſcere. Verum ſi hoc dictu nefas eſt, & Pater plene Filium cognoſcit, conſtat quod ſicut Pater co- C gnoſcit ſuum ipſius Verbum, ſic & Verbum ſuum ipſius Patrem cognoſcit, cujus eſt Verbum. Ceterum quamquam iſta recenſendo, atque adeo ſacras & divinas ſcripturas aperte explanando, eos ſæpenumero convicimus: tamen illi rurſus velut chamæleontes ſeſe mutabant, dictumque illud ſapientis in ſua ipſorum capita torquere magnopere contendebant, videlicet: *Impius, cum in profundum malorum venerit, contemnit.* (Prov. 18.) Ac tametſi complures certe hæreſes ante illorum ætatem exortæ erant, quæ quidem extra modum audaciæ evagatæ, ad extremam dementiam ſunt tandem prolapſæ: iſti tamen qui omni ſermone ſuo Verbi divinitatem tollere nituntur, ut pote ad an- D tichriſti tempora propius accedentes, illas hæreſes præ ſuorum errorum impietate juſtas eſſe quodammodo declarant. Quapropter illis eccleſia interdictum eſt, atque adeo anathema denunciatum. Et quamquam de eorum exitio permagnum animis dolorem capimus, & maxime quod eccleſiæ inſtituta aliquando agnoverant, jamque ab illis exciderunt: de illis tamen non magnopere miramur. (2. Tim. 2.) Idem namque non Hymenæo ſolum, & Phileto contigerat, ſed Judæ etiam ante illos, qui ſalvatoris diſcipulus fuit, poſtea autem proditor & deſertor illius factus. Atque iſtarum rerum neutiquam ignari extitimus. Dominus enim prædixerat: *Videte ne quis vos ſeducat. Nam multi* (Matth. 10.) E *venient in nomine meo, dicentes: Ego ſum, & tempus appropinquavit: & multos ſeducent. Ne eatis poſt illos.* Paulus enim cum iſta a ſalvatore didiciſſet, ſcripſit: *Quod noviſſimis temporibus quidam deficerent a fide ſana, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum veritatem averſantium.* Jam vero cum dominus & ſalvator noſter Jeſus Chriſtus hoc præceperit, & per apoſtolum de ejuſmodi hominibus ſignificaverit: nos certe quoniam illorum impietatem noſtris ipſorum auribus accepimus, non ſine cauſa ejus generis hominibus, ſicut ante

ante diximus, anathema denunciavimus, eoſque ab eccleſia catholica fideque alienos palam declaravimus: veſtramque pietatem fecimus certiorem, cariſſimi & honoratiſſimi fratres, qui eſtis nobiſcum in eccleſiæ miniſterio conjuncti, ut, ſi forte quidam ex illis temeritate impulſi, ad vos venire non verentur, ne eos admittatis, neve Euſebio, vel alteri cuipiam, qui eorum cauſa ad vos ſcribat, omnino credatis. Nam par eſt, ut nos qui ſumus Chriſtiani, omnes qui contra Chriſtum loquantur, animoque ſint ab eo abalienato, tanquam Dei hoſtes, & corruptores animarum devitemus, neque id genus hominibus vel Ave dicamus, ſicut præcepit beatus Joannes: nequando illorum peccatis communicemus. Salutate qui apud vos ſunt fratres: qui mecum vero ſunt vos itidem ſalutant.

Ἀδελφούς. ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ προσαγορεύουσιν.

B

*Alexandriæ Presbyteri.*

COLLUTHUS presbyter, conſentio prædictis, & dejectioni Arii, & eorum qui cum ipſo impie ſentiunt.
Alexander presbyter, ſimiliter.
Dioſcorus presbyter, ſimiliter.
Dionyſius presbyter, ſimiliter.
Euſebius presbyter, ſimiliter.
Alexander presbyter, ſimiliter.
Silas presbyter, ſimiliter.
Harpocration presbyter, ſimiliter.
Agathus presbyter, ſimiliter.
Nemeſius presbyter, ſimiliter.
Longus presbyter, ſimiliter.
Silvanus presbyter, ſimiliter.
Pirous presbyter, ſimiliter.
Apis presbyter, ſimiliter.
Proterius presbyter, ſimiliter.
Paulus presbyter, ſimiliter.
Cyrus presbyter, ſimiliter.

*Diaconi.*

Ammonius diaconus, ſimiliter.
Macarius diaconus, ſimiliter.
Piſtus diaconus, ſimiliter.
Athanaſius diaconus, ſimiliter.
Apollonius diaconus, ſimiliter.
Eumenes diaconus, ſimiliter.
Olympius diaconus, ſimiliter.
Aphthonius diaconus, ſimiliter.
Macarius diaconus, ſimiliter.
Paulus diaconus, ſimiliter.
Petrus diaconus, ſimiliter.
Amyntianus diaconus, ſimiliter.
Caius diaconus, ſimiliter.

*Mariotydis presbyteri.*

Apollo presbyter, ſimiliter.
Ingenius presbyter, ſimiliter.
Ammonas presbyter, ſimiliter.
Dioſcorus presbyter, ſimiliter.
Soſtras, presbyter, ſimiliter.
Theon presbyter, ſimiliter.
Tyrannus presbyter, ſimiliter.
Copres presbyter, ſimiliter.
Ammonas presbyter, ſimiliter.
Orion presbyter, ſimiliter.
Serenus presbyter, ſimiliter.
Didymus presbyter, ſimiliter.
Hercules presbyter, ſimiliter.
Boccon presbyter, ſimiliter.
Agathus presbyter, ſimiliter.
Achillas presbyter, ſimiliter.

Ἀλεξανδρείας πρεσβύτεροι.

ΚΟΛΛΟΥΘΟΣ πρεσβύτερος σύμψηφός εἰμι τοῖς γεγραμμένοις, καὶ τῇ καθαιρέσει Ἀρείου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἀσεβησάντων.
Ἀλέξανδρος πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Διόσκορος πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Διονύσιος πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Εὐσέβιος πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Ἀλέξανδρος πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Σίλας πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Ἁρποκρατίων πρεσβύτερος, ὁμοίως.
C Ἀγαθὸς πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Νεμέσιος πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Λόγγος πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Σιλβανὸς πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Πιρωῦς πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Ἄπις πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Προτέριος πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Παῦλος πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Κῦρος πρεσβύτερος, ὁμοίως.

Διάκονοι.

Ἀμμώνιος διάκονος, ὁμοίως.
Μακάριος διάκονος, ὁμοίως.
Πιστὸς διάκονος, ὁμοίως.
D Ἀθανάσιος διάκονος, ὁμοίως.
Ἀπολλώνιος διάκονος, ὁμοίως.
Εὐμένης διάκονος, ὁμοίως.
Ὀλύμπιος διάκονος, ὁμοίως.
Ἀφθόνιος διάκονος, ὁμοίως.
Μακάριος διάκονος, ὁμοίως.
Παῦλος διάκονος, ὁμοίως.
Πέτρος διάκονος, ὁμοίως.
Ἀμυντιανὸς διάκονος, ὁμοίως.
Γάϊος διάκονος, ὁμοίως.

Μαρεώτου πρεσβύτεροι.

Ἀπόλλως πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Γίγγιος πρεσβύτερος, ὁμοίως.
E Ἀμμωνᾶς πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Διόσκορος πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Σωστρᾶς πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Θέων πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Τύραννος πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Κόπρης πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Ἀμμωνᾶς πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Ὠρίων πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Σερῆνος πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Δίδυμος πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Ἡρακλῆς πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Βόκκων πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Ἀγαθὸς πρεσβύτερος, ὁμοίως.
Ἀχιλλᾶς πρεσβύτερος, ὁμοίως.

Διάκονοι.

Σαραπίων διάκονος, ὁμοίως.
Γῦτος διάκονος, ὁμοίως.
Δίδυμος διάκονος, ὁμοίως.
Δημήτριος διάκονος, ὁμοίως.
Μαῦρος διάκονος, ὁμοίως.
Κομὼν διάκονος, ὁμοίως.
Μάρκος διάκονος, ὁμοίως.
Ἀλέξανδρος διάκονος, ὁμοίως.
Τύρφων διάκονος, ὁμοίως.
Ἀμμώνιος διάκονος, ὁμοίως.
Δίδυμος διάκονος, ὁμοίως.
Πτωλαρίων διάκονος, ὁμοίως.
Σίρας διάκονος, ὁμοίως.
Γαΐος διάκονος, ὁμοίως.
Ἱέραξ κιάκονος, ὁμοίως.
Μάρκος διάκονος, ὁμοίως.

Τοιαῦτα τοῖς ἁπανταχοῦ κατὰ πόλιν Ἀλεξάνδρου γράφοντος, χεῖρον ἐγίνετο τὸ κακόν. ταῦτα γνοὺς ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, καὶ τὴν ψυχὴν ὑπεραλγήσας, συμφοράν τε οἰκείαν τὸ πρᾶγμα ἡγούμενος, παραχρῆμα τὸ ἀναφθὲν κακὸν κατασβέσαι σπουδάζων, γράμματα πρὸς Ἀλέξανδρον καὶ Ἄρειον διὰ πέμπεται δὶ ἀνδρὸς ἀξιοπίστου, ἐπισκόπου πόλεως μιᾶς τῶν Σπανιῶν Κορδούβης· ἐπεὶ αὐτὸν ἠγάπα καὶ διὰ τιμῆς ἦγεν ὁ βασιλεύς·

A

*Diaconi.*

Serapion diaconus, ſimiliter.
Juſtus diaconus, ſimiliter.
Didymus diaconus, ſimiliter.
Demetrius diaconus, ſimiliter.
Maurus diaconus, ſimiliter.
Comon diaconus, ſimiliter.
Marcus diaconus, ſimiliter.
Alexander diaconus, ſimiliter.
Tryphon diaconus, ſimiliter.
Ammonius diaconus, ſimiliter.
Didymus diaconus, ſimiliter.
Ptolarion diaconus, ſimiliter.
B Seras diaconus, ſimiliter.
Cajus diaconus, ſimiliter.
Hierax diaconus, ſimiliter.
Marcus diaconus, ſimiliter.

Cum Alexander talia paſſim per ſingulas civitates ſcripſiſſet, malum ipſum deterius evaſit. Hæc cum reſciviſſet imperator Conſtantinus, magnum animo dolorem cepit, remque eam ſuam ipſius calamitatem reputans, & malum jam accenſum protinus extinguere contendens, litteras ad Alexandrum & Arium mittit per virum fide dignum epiſcopum Cordubæ civitatis cujuſdam Hiſpaniæ: ſi quidem illum diligebat imperator, & ſummo
C proſequebatur honore.

Ἐπιστολὴ Κωνσταντίνου βασιλέως πρὸς Ἀλέξανδρον καὶ Ἄρειον διαπεμφθῆσα διὰ Ὁσίου ἐπισκόπου Κορδούβης.

## ΚΕΦΑΛ. δ΄.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος, σεβαστὸς, Ἀλεξάνδρῳ καὶ Ἀρείῳ.

ΜΑΝΘΑΝΩ ἐκεῖθεν ὑπῆρχθαι τοῦ παρόντος ζητήματος τὴν καταβολὴν, ὅτι σὺ αὐτὸς, ὦ πάτερ Ἀλέξανδρε, παρὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐζήτεις, τί δή ποτε αὐτῶν ἕκαστος φρονεῖ ὑπέρ τινος τόπου τῶν ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένων, μᾶλ-
D λον δὲ ὑπὲρ ματαίου τινὸς ζητήματος μέρους πυνθάνοιο· σύ τε ὦ Ἄρειε, ὅπερ ἢ μήτε τὴν ἀρχὴν ἐνθυμηθῆναί σε ἔδει, ἢ ἐνθυμηθέντα σιωπῇ παραδοῦναι προσῆκον ἦν, ἀπροόπτως ἀντέθηκας. ὅθεν τῆς ἐν ὑμῖν διχονοίας ἐγερθείσης, ἡ μὲν σύνοδος ἠρνήθη, ὁ δὲ ἁγιώτατος λαὸς εἰς ἀμφοτέρους σχισθεὶς, ἐκ τῆς τοῦ κοινοῦ σώματος ἁρμονίας ἐχωρίσθη· οὐκοῦν ἑκάτερος ὑμῶν ἐξ ἴσου τὴν * γνώμην παρασχὼν, ἅπερ ἂν ὑμῖν ὁ συνθεράπων ὑμῶν δικαίως παραινεῖ, δεξάσθω. τί δὲ τοῦτό ἐστιν; οὔτε ἐρωτᾷν ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἐξ ἀρχῆς προσῆκον ἦν, οὔτε ἐπερωτώμενον ἀποκρίνασθαι. τὰς γὰρ τοιαύτας ζητήσεις πάσας ἃς νόμου τινὸς ἀνάγκη προστάττει,
E ἀλλὰ ἀνωφελοῦς ἀργίας ἐρεσχελία προτίθησιν· εἰ καὶ φυσικῆς τινος γυμνασίας ἕνεκα γίνοιτο, ὅμως ὀφείλομεν εἴσω τῆς διανοίας ἐγκλείειν, καὶ μὴ προχείρως εἰς δημοσίας συνόδους ἐκφέρειν, μηδὲ ταῖς πάντων ἀκοαῖς ἀπρονοήτως πιστεύειν. πόσος γάρ ἐστιν ἕκαστος, ὥστε πραγμάτων οὕτω μεγάλων καὶ λίαν δυσχερῶν δύναμιν ἢ πρὸς τὸ ἀκριβὲς συνιδεῖν, ἢ κατ᾽ ἀξίαν

* γνώμην.

*Epiſtola imperatoris Conſtantini ad Alexandrum & Arium per Oſium epiſcopum Cordubæ miſſa.*

## CAPUT IV.

*Victor Conſtantinus, maximus, auguſtus, Alexandro & Ario.*

[1] PRÆSENTIS controverſiæ fundamentum inde jactum eſſe intelligo, quod tu Pater Alexander, a presbyteris de loco quodam in ſacris litteris ſcripto quærebas, imo vero de inani quadam quæſtionis particula ſciſcitabaris, quid quiſque illorum ſentiret: tu quoque, Ari, iſtud quod nec initio animo complecti oportuit, aut cum fuiſſes complexus, ſilentio præteriiſſe æquum erat, inconſiderate effutiviſti. Unde diſcordia inter vos concitata, concordia vero negata eſt, & ſanctiſſimus populus varie in utramque partem diſtractus, ex totius corporis eccleſiæ compage divulſus eſt. Proinde uterque veſtrum viciſſim alteri veniam tribuens, illud approbet, ad quod non ſine cauſa veſter conſervus vos cohortatur. At quid iſtud eſt? neque interrogare de rebus hujuſmodi a principio æquum erat, nec ad rogatum reſpondere. Tales enim quæſtiones, quales nulla lex neceſſario præſcribit, ſed inanis diſſoluti otii certatio proponit, licet ad exercendi ingenii acumen inſtituantur, tamen interiore mentis cogitatione continere debemus, & neque in publicos populi conventus temere efferre, neque vulgi auribus inconſulto concredere. Quotus enim quiſque eſt, qui rerum tam gravium, tantaque obſcuritate involutarum vim vel ſatis accurate pervidere, vel pro dignitate explica-

Apud Euſeb. lib. 2. de vita Conſtant. c. 69. & Socr. lib. 1. hiſt. cap. 7.



1 Præferenda verſio Epiphanii Scholaſt. in hiſt. Tripart. lib. 1. cap. 10. *Harduinus*.

plicare valeat? Et poſt pauca: Quocirca in talibus rebus loquacitas fugienda eſt, ne vel cum nos præ noſtri ingenii imbecillitate, quod propoſitum eſt, explicare non poſſimus: vel auditores inter docendum præ intelligentiæ tarditate, ad accuratam ſermonis inſtituti comprehenſionem pervenire non queant, ex re alterutra populus aut in blaſphemiæ, aut in diſſenſionis neceſſitatem incurrat. Et paulo poſt: Diſſidere enim a ſe invicem neque honeſtum nec omnino fas eſſe creditur. Verum ut prudentiam veſtram parvo exemplo commonefaciam, non vos præterit, opinor, philoſophos ipſos unius quidem diſciplinæ profeſſione omnes inter ſe conſentire; ſæpe tamen poſtquam in aliqua parte opinionum, quas aſſeveratione affirmant, diſſenſerint, licet diſciplinæ cauſa, quam quiſque illorum tuetur, diſcordet, tamen ob profeſſionem qua conſpirare videntur, denuo in gratiam redeunt. Quod ſi res ita ſe habet, quid eſt cur non ſit multo convenientius, ut qui famuli præpotentis Dei conſtituti ſumus, propter ipſum religionis inſtitutum quod profitemur, conſentientibus animis inter nos ipſos concordemus? Ceterum accuratiore cogitatione conſideremus, & mente attentiore hoc quod jam a me dictum eſt, circumſpiciamus: num recte ſe habeat, ut propter levem & inanium verborum contentionem fratres fratribus reluctentur, & liberi parentibus; & eximia concordia, impia ſimultate per vos miſere diſcerpatur. Noſtra ſponte igitur diabolicas tentationes evitemus: & quoniam Deus optimus maximus ſalvator omnium, communem ſuæ gratiæ lucem omnibus porrexit, idcirco mihi ejus famulo quæſo per vos liceat, ut illius providentiæ præſidio adjutus, meum conatum feliciter ad exitum perducam: atque etiam ut ipſius populum, tum verbis compellando, tum miniſterium erga Deum diligenter præſtando, tum acriter admonendo, ad mutuam concordiam traducam. Et paulo poſt: Verum de divina providentia, una vobis ſit omnino fides, unus animorum conſenſus, una de Deo ſententia. Quæ vero de leviſſimis iſtis quæſtionibus inter vos argute & ſubtiliter exquiritis, licet non in eamdem ſententiam pedibus eatis, ea tamen intra cogitationis veſtræ fines continete debetis, intimo mentis receſſu recondita. Communis autem amicitiæ bonum, vera fides, reverentia erga Deum & legis obſervationem, ſtabilis firmaque apud nos maneat. Redite in gratiam, & mutuam inter vos neceſſitudinem colite, univerſoque populo ſuos mutuos complexus reddite; atque veſtris ipſorum animis contentionis ſabe purgatis, iterum amice & benevole vos mutuo excipite. Nam ſæpenumero poſt inimicitias depoſitas, amicitia iterum reconciliata plus ſolet habere jucunditatis. Date igitur mihi dies tranquillos, & noctes curæ ac moleſtiarum expertes, ut voluptas aliqua ſolidi gaudii, & tranquillæ vitæ lætitia mihi in poſterum conſervetur. Quod quidem ſi minus contingat, neceſſe eſt ingemiſcere, lacrymis & mœrore omnino conſici. nec fieri poteſt ut vitæ curſum de reliquo tranquille & ſedate tranſigam. Nam quamdiu Dei populus (eum dico qui communi mecum erga Deum obſequio fungitur) iniqua pernicioſaque contentione ab ſe mutuo diſſidet, quomodo fieri poteſt ut ipſe animo tranquillo

A ἑρμηνεῦσαι; καὶ μετὰ βραχέα· εὔκολον * φυλακτέον ἐν τοῖς τοιούτοις τὴν πολυλογίαν, ἵνα μήπως ἡμῶν ἀσθενείᾳ τῆς φύσεως τὸ προτεθὲν ἑρμηνεῦσαι μὴ δυνηθέντων, ἢ τῶν διδασκομένων ἀκροατῶν βραδυτέρα σύνεσις πρὸς ἀκριβῆ τοῦ ῥηθέντος κατάληψιν ἐλθεῖν μὴ * χωρήσασα, αὖθις ἐξ ἑκατέρου τούτων ἢ βλασφημίας, ἢ σχίσματος, εἰς ἀνάγκην ὁ δῆμος περιςαίη. καὶ μεθ' ἕτερα. τὸ γὰρ διχονοεῖν οὔτε πρέπον, οὔτε ὅλως θεμιτὸν εἶναι πεπίςευται. ἵνα δὲ μικρῷ παραδείγματι τὴν ὑμετέραν σύνεσιν ὑπομνήσαιμι, ἴςε δήπου καὶ τοὺς φιλοσόφους αὐτοὺς ὡς ἐν ἑνὶ μὲν ἅπαντες δόγματι συντίθενται, πολλάκις δὲ ἐπειδὰν ἔν τινι τῶν ἀποφάσεων μέρει διαφω-
B νῶσιν. εἰ καὶ τῇ τῆς ἐπιςήμης ἀρετῇ χωρίζονται, τῇ μέντοι τοῦ * σώματος ἑνώσει πάλιν εἰς ἀλλήλους ἐμπνέουσιν. εἰ δὲ τοῦτ' ἐςί, πῶς οὐ πολλῷ δικαιότερον ὑμᾶς, τοὺς τοῦ μεγίςου Θεοῦ θεράποντας καθεςῶτας, ἐν τοιαύτῃ προαιρέσει θρησκείας ὁμοψύχους ἀλλήλοις εἶναι; ἐπισκεψώμεθα δὴ λογισμῷ μείζονι, καὶ πλείονι συνέσει τὸ ῥηθὲν ἐνθυμηθῶμεν, εἴπερ ὀρθῶς ἔχει, δι' ὀλίγας καὶ ματαίους ῥημάτων ἐν ὑμῖν φιλονεικίας, ἀδελφοὺς ἀδελφοῖς ἀντικεῖσθαι, καὶ τέκνα πατράσι, καὶ τὸ τῆς συνόδου τίμιον ἀσεβεῖ διχονοίᾳ χωρίζεσθαι δι' ὑμῶν. ἀποςῶμεν ἑκόντες τῶν διαβολικῶν πειρασμῶν. ὁ μέγας ἡμῶν Θεός, ὁ σωτὴρ πάντων, κοινὸν ἅπασι τὸ φῶς ἐξέ-
C τεινεν· ὑφ' οὗ τῇ προνοίᾳ ταύτην ἐμοὶ τῷ θεράποντι τοῦ κρείττονος τὴν σπουδὴν εἰς τέλος ἐνεγκεῖν συγχωρήσατε, ὅπως ὑμᾶς τοὺς ἐκείνου δήμους ἐμῇ προσφωνήσει καὶ ὑπηρεσίᾳ, καὶ νουθεσίας ἐνςάσει πρὸς τὴν τῆς συνόδου ἁγίαν κοινωνίαν ἐπαγάγοιμι. καὶ μεθ' ἕτερα· περὶ μὲν τῆς θείας προνοίας μία τις ἐν ὑμῖν ἔςω πίςις, μία σύνεσις, μία συνθήκη τοῦ κρείττονος. ἃ δὲ ὑπὲρ τῶν ἐλαχίςων τούτων ζητήσεων ἐν ἀλλήλοις ἀκριβολογεῖσθε, κἂν μὴ πρὸς μίαν γνώμην συμφέρητε, μένειν εἴσω λογισμοῦ προσήκει, τῷ τῆς διανοίας ἀπορρήτῳ τηρούμενα. τὸ μέντοι τῆς κοινῆς φιλίας ἐξαίρετον, καὶ ἡ τῆς ἀλη-
D θείας πίςις, ἥ τε περὶ τὸν Θεὸν καὶ τοῦ νόμου θρησκείαν τιμὴ μενέτω παρ' ὑμῖν ἀσάλευτος. ἐπανέλθετε δὴ πρὸς τὴν ἀλλήλων φιλίαν τε καὶ χάριν· ἀπόδοτε τῷ σύμπαντι λαῷ τὰς οἰκείας περιπλοκάς· ὑμεῖς τε αὐτοί, καθάπερ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ἐκκαθάραντες, αὖθις ἀλλήλους ἐπίγνωτε, * ἡδεῖα γὰρ πολλάκις γίνεται φιλία μετὰ τὴν τῆς ἔχθρας ἀπόθεσιν, αὖθις εἰς καταλλαγὴν ἐπανελθοῦσα. ἀπόδοτε οὖν μοι γαληνὰς μὲν ἡμέρας, νύκτας δὲ ἀμερίμνους, ἵνα κἀμοί τις ἡδονὴ καθαροῦ φωτός, καὶ βίου λοιπὸν ἡσύχου εὐφροσύνη σώζηται. εἰ δὲ μή, ςένειν ἀνάγκη, καὶ δακρύοις δι' ὅλου συνέχεσθαι, καὶ μηδὲ τὸν τοῦ ζῆν αἰῶνα πρᾴως ὑφίςασθαι. τῶν γάρ τοι τοῦ Θεοῦ λαῶν, καὶ συνθεραπόντων λέγω τῶν ἐμῶν, οὕ-
E τως ἀδίκῳ καὶ βλαβερᾷ πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίᾳ κεχωρισμένων, ἐμὲ πῶς ἐγχωρεῖ τῷ λογισμῷ συνεςάναι λοιπόν; ἵνα δὲ τῆς ἐπὶ τούτῳ λύπης τὴν ὑπερβολὴν αἰσθήσησθε, ἀκούσατε. πρώην ἐπιςὰς τῇ Νικομηδέων πόλει παραχρῆμα εἰς τὴν ἑῴαν ἠπειγόμην τῇ γνώμῃ. σπεύδοντι δέ μοι πρὸς ὑμᾶς ἤδη, καὶ τῷ πλείονι μέρει σὺν ὑμῖν ὄντι, ἡ τοῦδε τοῦ πράγματος ἀγγελία πρὸς τὸ ἔμπαλιν τὸν λογισμὸν ἀνεχαίτισεν· ἵνα μὴ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν ἀναγκασθείην, ἃ μηδὲ ταῖς ἀκοαῖς προσέσθαι δυνατὸν

* ἰσωτέον. * χωρισθεῖσα. * δόγματος. * ἡδίων.

νεανίαν ἡγούμην. ἀνοίξατε δή μοι λοιπὸν ἐν τῇ καθ' ὑμᾶς ὁμονοίᾳ τῆς ἑῴας τὴν εἴσοδον, ἣν ταῖς πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίαις ἀπεκλείσατέ μοι· καὶ συγχωρήσατε θᾶττον ὑμᾶς τε ἅμα καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας δήμους ἐπιδεῖν χαίροντας, καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἁπάντων ὁμονοίας τε καὶ ἐλευθερίας ὀφειλομένην χάριν, ἐν εὐφήμοις λόγων συνθήμασιν, ὁμολογῆσαι τῷ κρείττονι.

Τοιαῦτα μὲν θαυμαστὰ, καὶ σοφίας μεστὰ παρῄνει ἡ τοῦ βασιλέως ἐπιστολή. τὸ δὲ κακὸν ἐπικρατέστερον ἦν καὶ τῆς βασιλέως σπουδῆς, καὶ τῆς ἀξιοπιστίας τοῦ διακονησαμένου τοῖς γράμμασιν.

A confiſtam? Atque ut incredibilem hujus doloris morſum intelligatis, ſic accipite. Non ita pridem ad Nicomedienſium civitatem adventans, extemplo iter verſus orientem mature facere conſtituebam. Ac me quidem ad vos citato gradu properantem, cum majorem itineris partem confeciſſem, ut prope jam vobiſcum eſſe viderer, rei hujuſce nuncius in contrariam cogitationem compulit: ne oculis ea videre cogerer, quæ ne auribus quidem tolerare me poſſe plane exiſtimabam. Deinceps igitur veſtra concordia patefacite mihi ad orientem aditum, quem vos veſtris diſſidiis ultro citroque ferventibus intercluſiſtis: & efficite brevi, ut cum vos pariter, tum reliquum univerſum B populum lætitia geſtientem cernam, & omnes una pro communi omnium concordia & libertate, conſentientibus laudum præconiis, debitas gratias Deo optimo agamus.

Talia quidem mirabiliter & ſapienter ſuadebat imperatoris epiſtola. Sed malum uſque adeo invaluerat, ut nec imperatoris cura, nec auctoritate ejus qui literas attulerat, reprimi poſſet.

*Ὅπως ὁ θεοφιλέστατος βασιλεὺς Κωνσταντῖνος σύνοδον ἐπισκόπων ἐπὶ τῆς Νικαίων κελεύει γενέσθαι.*

*Quomodo imperator Conſtantinus Deo cariſſimus, ſynodum epiſcoporum Nicææ celebrari juſſerit.*

## ΚΕΦΑΛ. ι.

ὉΡΩΝ τοίνυν ὁ βασιλεὺς ταραττομένην τὴν ἐκκλησίαν, σύνοδον οἰκουμενικὴν συγκροτεῖ, τοὺς πανταχόθεν ἐπισκόπους διὰ γραμμάτων εἰς Νίκαιαν τῆς Βιθυνίας ἀπαντῆσαι παρακαλῶν· ἦν δὲ αὐτῷ ἑκκαιδέκατον ἔτος καὶ μῆνες ἓξ τῆς βασιλείας, ὅτε ταῦτα αὐτῷ ὑπὲρ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης ἐσπούδαστο. παρῆσάν τε ἐκ πολλῶν ἐπαρχιῶν τε καὶ πόλεων οἱ ἐπίσκοποι, περὶ ὧν ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ τῶν εἰς τὸν Κωνσταντίνου βίον, τάδε κατὰ λέξιν φησίν· τῶν γοῦν ἐκκλησιῶν ἁπασῶν, αἳ τὴν Εὐρώπην ἅπασαν, Λιβύην τε καὶ τὴν Ἀσίαν ἐπλήρουν, ὁμοῦ συνῆκτο τῶν τοῦ Θεοῦ λειτουργῶν τὰ ἀκροθίνια· εἷς τε οἶκος εὐκτήριος, D ὥσπερ ἐκ Θεοῦ πλατυνόμενος, ἔνδον ἐχώρει κατὰ τὸ αὐτὸ Σύρους τε ἅμα καὶ Κίλικας, Φοίνικάς τε καὶ Ἄραβας καὶ Παλαιστίνους, καὶ ἐπὶ τούτοις Αἰγυπτίους, Θηβαίους, Λίβυας, τούς τε ἐκ μέσης τῶν ποταμῶν ὁρμωμένους. ἤδη δὲ καὶ Πέρσης ἐπίσκοπος τῇ συνόδῳ παρῆν, οὐδὲ Σκύθης ἀπελιμπάνετο τῆς χορείας· Πόντος τε καὶ Ἀσία, Φρυγία τε καὶ Παμφυλία τοὺς παρ' αὐτοῖς παρεῖχον ἐκκρίτους. ἀλλὰ καὶ Θρᾶκες καὶ Μακεδόνες, Ἀχαιοί τε καὶ Ἠπειρῶται, [1] οἱ * ἔτι προσωτάτω οἰκοῦντες ἀπῄεσαν. αὐτός τε Σπανῶν ὁ πάνυ βοώμενος ὁ Ὅσιος, ἐπέχων καὶ τὸν τόπον τοῦ τῆς μεγίστης Ῥώμης ἐπισκόπου Σιλβέστρου, σὺν πρεσβυτέροις Ῥώμης Βίτωνι καὶ E Βικεντίῳ, τοῖς πολλοῖς ἅμα συνήδρευεν. τῆς τε νῦν βασιλευούσης πόλεως ὁ μὲν προεστὼς, Μητροφάνης τοὔνομα, διὰ γῆρας ὑστέρει, πρεσβύτεροι δὲ αὐτοῦ παρόντες τὴν αὐτοῦ τάξιν ἐπλήρουν. ὧν εἷς Ἀλέξανδρος ἦν, ὁ μετ' αὐτὸν ἐπίσκοπος τῆς αὐτῆς γεγονὼς πόλεως. τούτων μόνος ἐξ αἰῶνος

* οἵδε.

## CAPUT V.

C CUM videret imperator perturbatam eccleſiam, concilium generale convocat, epiſcopos undecumque per literas, ut Nicæam Bithyniæ concurrerent, exhortans. Agebatur autem regni ejus annus ſextuſdecimus, & menſis præterea ſextus, cum hæc ab illo pro eccleſiæ pace ſumma cura agebantur. Aderant autem ex pluribus provinciis & civitatibus epiſcopi, de quibus Euſebius Pamphili libro tertio de vita Conſtantini, hæc ipſa verba refert: Ex omnibus eccleſiis, quæ frequentes in tota Europa, Africa & Aſia extiterant, Dei ſacerdotes qui facile primas ferre putabantur, in unum convocantur: una etiam ædes ſacra, D velut Dei nutu adaucta, intra parietes ſuos, Syros pariter & Cilices, Phœnices & Arabes, & Palæſtinos, Ægyptios porro, Thebanos, Afros, aliosque ex Meſopotamia profectos recepit. Aderat etiam una in concilio Perſidis epiſcopus, nec ab hoc choro Scytha abfuit: Pontus item & Aſia, Phrygiaque & Pamphylia viros apud ſe lectiſſimos ſuppeditarunt. Quin etiam Thraces, Macedones, Achæi, & Epirotæ, & quorum domicilia multo longiore locorum intervallo diſtabant, eo advenerunt. Ipſe etiam Oſius ex Hiſpanis, nominis & famæ celebritate inſignis, qui Silveſtri epiſcopi maximæ Romæ locum obtinebat, una cum Romanis presbyteris Bitone & Vincen- E tio, cum aliis multis in conſeſſu illo adfuit. Urbis autem illius, penes quam imperium eſt, epiſcopus, [2] Metrophanes nomine, ingraveſcente ætate præpeditus abfuit: ſed presbyteri ejus qui aderant, illius locum ſuppleverunt; quorum unus Alexander illi poſtea in ejus urbis epiſcopatu ſucceſſit. Talem coronam ex omni præteritæ ætatis memoria unus impera-

Cap. 7. & ſeqq.



1 Euſebius, Τοῖς θ' οἱ ἔτι: & al. mox, προσῄεσαν. *Harduinus.* 2 Epiſcopi nomen non habet Euſebius, aut Socrates: in hiſt. Tripart. lib. 2, cap. 1. ex Socrate, ut ibi dicitur, non Metrophanes appellatur, ſed Alexander: Sozomenus lib. 1. cap. 16. quod alii dicunt de Metrophane, dicit de Julio Romano Pontifice. *Harduinus.*

tor Conſtantinus pacis vinculo ad Chriſti gloriam devinxit: & quo ſalvatori ſuo gratias ageret, iſtud eximium victoriæ ab hoſtibus & inimicis partæ monumentum obtulit, effigiem chori apoſtolici, quam in noſtro conventu pulchre expreſſit. Nam & de illis ſermo ſparſus, ex omni gente quæ ſub cœlo eſt, viros pios in unum conveniſſe, ut in actis apoſtolorum ſcribitur, inter quos erant Parthi, Medi, Elamitæ. Verum illis hoc defuit, quod non omnes qui eo venerunt, ex Dei miniſtrorum numero erant illi quidem: ſed in hoc præſenti choro fuit epiſcoporum multitudo ad numerum trecentorum & amplius: presbyterorum autem, diaconorum, acolythorum, & aliorum qui iſtos comitabantur, turba vix numerari potuit. Atque ex his Dei ſacerdotibus alii prudenter & diſerte dicendo, alii vitæ gravitate, & conſtanti rerum arduarum perpeſſione; nonnulli quaſi media inter eos interjecta vivendi conſuetudine eximii, inſignem laudem adepti ſunt. Erant etiam inter eos non pauci, qui propter longinquum temporis ſpatium quo vixerant, multum honoris & gloriæ collegerunt: alii qui in ipſo ætatis flore propter ingeniorum acumen ſunt magnum ſplendorem conſecuti: quidam nuper ſacerdotii curſum ingreſſi ſunt. Quibus omnibus cibaria in ſingulos dies imperator large & liberaliter ſuppeditari præcepit. Sic de his qui eo convenerant, Euſebius Pamphili diſſeruit.

Act. 2.

*Quomodo rex cum epiſcopis conſederit.*

## CAPUT VI.

Socrates lib. 1 c. 8.

CUM autem imperator feſtum ob victoriam contra Licinium partam abſolviſſet, venit & ipſe Nicæam. Poſtridie omnes epiſcopi in unum locum convenerunt: acceſſerat autem & poſt ipſos imperator; & poſt quam acceſſit, in medio conſtitit, nec prius ſedere voluit, quam epiſcopi innuiſſent; tanta religio & reverentia erga viros illos imperatorem occupavit. Ad quos laudatiſſimus imperator exhortatoriam & eruditam orationem habuit, in laudem & gloriam & gratiarum actionem Dei univerſorum, qui tantam ſibi gratiam conceſſerat: ita locutus.

*Sermo proſphoneticus Conſtantini auguſti ad ſanctam ſynodum.*

## CAPUT VII.

PLURES quidem illuſtres vias humano generi ad ſuam redemptionem, magni Dei omnipotentis juſtitia præparavit, & inter alias inſigniorem illam & maxime refulgentem, & quaſi legis ſuæ ſanctiſſimæ ſummam, qua nos omnes in ſancta eccleſia catholica, quaſi in quodam dominico fidei domicilio congregavit: quod omni miraculo majus eſt. Hujus autem domicilii verticem uſque ad ſiderum ſplendorem videmus pertingere: fundamenta vero in ipſo adhuc operis initio, divino nutu tam alte & fideliter egiſſe radices novimus, ut univerſus terrarum orbis id ſenſu percipere potuerit. Vertice igitur prædicto qui reliquis omnibus ſuperjacet, uſque ad finem exitus ipſius vitæ,

εἷς βασιλεὺς Κωνσταντῖνος Χριστῷ στέφανον δεσμῷ συνάψας εἰρήνης, τῷ αὐτοῦ σωτῆρι τῆς κατ' ἐχθρῶν καὶ πολεμίων νίκης θεοπρεπὲς ἀνετίθει χαριστήριον, εἰκόνα χορείας ἀποστολικῆς, ταύτην καθ' ἡμᾶς συστησάμενος. ἐπεὶ καὶ κατ' ἐκείνους συνῆχθαι, λόγος, ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἄνδρας εὐλαβεῖς καθὼς ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων, ἐν οἷς ἐτύγχανον Πάρθοι καὶ Μῆδοι καὶ Ἐλαμῖται. πλὴν ὅσον ἐκείνοις μὲν ὑστερεῖτο, μὴ ἐκ Θεοῦ λειτουργῶν συνεστάναι τοὺς πάντας. ἐπὶ δὲ τῆς παρούσης χορείας, ἐπισκόπων μὲν πλῆθος ἦν τριακοσίων ἀριθμὸν ὑπερακοντίζουσα· ἑπομένων δὲ τούτοις πρεσβυτέρων, καὶ διακόνων, ἀκολούθων τε πλείστων ὅσων ἑτέρων οὐδ' ἦν ἀριθμὸς εἰς κατάληψιν. τῶν δὲ τοῦ Θεοῦ λειτουργῶν οἱ μὲν διέπρεπον σοφίας λόγῳ. οἱ δὲ βίου στερρότητι καὶ καρτερίας ὑπομονῇ· οἱ δὲ τῷ μέσῳ τρόπῳ κατεκοσμοῦντο. ἦσάν τε τούτων οἱ μὲν χρόνων μήκει τετιμημένοι. οἱ δὲ νεότητι καὶ ψυχῆς ἀκμῇ διαλάμποντες. οἱ δὲ ἄρτι παρελθόντες ἐπὶ τὸν τῆς λειτουργίας δρόμον. οἷς δὴ πᾶσιν ὁ βασιλεὺς ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας τὰ σιτηρέσια δαψιλῶς χορηγεῖσθαι προσετάττε. τοιαῦτα μὲν περὶ τῶν ἐκεῖ συνελθόντων ὁ Παμφίλου διεξῆλθεν Εὐσέβιος.

*Ὅπως ὁ βασιλεὺς συνεδρεύει τοῖς ἐπισκόποις.*

## ΚΕΦΑΛ. ϛʹ.

ΕΠΙΤΕΛΕΣΑΣ δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπινίκιον κατὰ Λικινίου ἑορτὴν, ἀπῄει καὶ αὐτὸς εἰς τὴν Νίκαιαν. τῇ δὲ ἑξῆς πάντες ἅμα ἐπίσκοποι εἰς ἕνα τόπον συνήρχοντο· παρῄει δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς μετ' αὐτούς· καὶ ἐπεὶ παρῆλθεν, εἰς μέσον ἔστη, καὶ οὐ πρότερον καθίζειν ἠρεῖτο, πρὶν ἂν οἱ ἐπίσκοποι ἐπινεύσειαν. τοσαύτη τις εὐλάβεια καὶ αἰδὼς τῶν ἀνδρῶν τὸν βασιλέα κατεῖχε. πρὸς οὓς ὁ βασιλεὺς ὁ πανεύφημος παραινετικὸν καὶ διδασκαλικὸν προσεφώνησε λόγον, εἰς ὕμνησιν καὶ δοξολογίαν καὶ εὐχαριστίαν τοῦ τῶν πάντων Θεοῦ, τοῦ τοσαῦτα αὐτῷ χαρισαμένου· ὧδέ πως λέγων.

*Λόγος Κωνσταντίνου σεβαστοῦ προσφωνητικὸς πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον.*

## ΚΕΦΑΛ. ζʹ.

ΠΟΛΛΑΣ μὲν πρὸς σωτηρίαν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει ἐπιφανεστάτας ὁδοὺς ἡ τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ τρόφιμος δικαιοσύνη ὑπεστρώσατο, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐκείνην ἐπισημοτέραν καὶ μάλιστα ἀστράπτουσαν, ἣν ἐν τῷ κεφαλαίῳ τοῦ ἁγιωτάτου νόμου τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πᾶσιν ἡμῖν, παντὸς θαύματος μεῖζον, ἤθροισε, τῆς πίστεως κυριακὸν οἰκητήριον. τοῦτο δὲ τὴν μὲν κορυφὴν μέχρι τοῦ φέγγους τῶν ἄστρων ἐληλυθέναι ὁρῶμεν· τοὺς δὲ θεμελίους, ἔτι ἀρχομένου τοῦ ἔργου, οὕτως βαθέως, καὶ πιστῶς ἐρριζῶσθαι θείῳ νεύματι γινώσκομεν, ὡς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην αἴσθησιν τούτου λαβεῖν. ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοίνυν τῆς προειρημένης, ἁπασῶν τῶν λοιπῶν ὅλων ὑπερκειμένης, ἄχρι τοῦ τέλους τῆς ἐξόδου φαίνεται ὁ μα-

λὴ

λεῖ καὶ ἰσοπέδῳ πορείᾳ, τῇ λαμπρότητι τοῦ φωτὸς χρωματισμένη, ὡς καὶ τὸ μέτωπον ἀστροειδεῖ σφραγῖδι κεκοσμημένον, δυοκαίδεκα τὸν ἀριθμὸν κίονες, χιόνος λαμπρότεροι, ἀκίνητοι, τῇ θέσει τῆς πίστεως, ἀϊδίως τῇ τῆς θεότητος, τοῦ ἡμετέρου σωτῆρος δυνάμει, βαστάζουσι. τούτου τοίνυν τοῦ τηλικούτου ἔργου
ἴσ. τέχνῃ οὐ φρασ. οὐ * τέχνης προσλαμβανούσης ἡμῖν, καὶ τὴν ἀπὸ ψυχῆς δικαίαν πίστιν, τοῦ ἀθανάτου αὐτοῦ νόμου εἰς νοῦν ἔδωκεν ἡμῖν τὴν σεμνότητα· οὗπερ πρὸς τοὺς πυλῶνας οὐδεὶς ἕτερον, εἰ μὴ ἁγνῆς καὶ εὐσεβοῦς ἐπιθυμίας ἐνεργέτης, μόνῃ καθαρᾶς διανοίας πεποιθή-
ἴσ. τύπ. σει πρόσεισιν ὁ βουλόμενος. * τοῦτο δὲ αὐτοῦ θαυμαστήν τινα κόσμου λαμπρότητα σωτήριος προσήγαγε λογισμός· λέγω δέ, ἔνδοθεν πίστις ἀνθρώπων, διὰ παντὸς τοῦ περιβόλου τοῦ κυριακοῦ ἀνθοῦσι στεφάνοις τετιμημένη, ἀθανασίας καρπὸν ἀθροίζουσα, ἁγνοὺς τόνους τῆς ζωῆς τῆς ἀνθρωπείας εἰς φανερὸν ἄγουσα ἐπιφανεῖς καθίστησιν. αὖθις ἐντεῦθεν ἡ ἔξωθεν οὐράνιος δόξα ἐστεμμένη, τοῦ αἰῶνος ἀεὶ τικτομένου, μᾶλλον δὲ φυομένου, βραβεῖα ὑπογράφει, καὶ ζωγραφοῦσα μετὰ τοῦ προσήκοντος ἐπαίνου, ἅπασαν τοῦ αὐτοῦ ἔργου τὴν πλεονεργίαν κοσμεῖ· ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος ὁ κυριακὸς οἶκος ὑπὸ δύο μόνων φυλάκων φρουρεῖται· καὶ φόβος μὲν θεῖος πρόσεισι τῇ ἐνίων ἐννοίᾳ σωφρονιστήριον· πάρεστι δὲ ἀεὶ καὶ τοῖς εὖ φρονοῦσιν ὁ πρὸς τὸ θεῖον ἔπαινος, τῆς συνέσεως βραβεῖον· τούτων γὰρ ἑκατέρων ἐπικαθημένων τοῖς προθύροις τοῦ ἁγιωτάτου τόπου, διαφορουμένων μὲν αἱ θύραι ἀνεπιτηδευμένως δέχονται, αὕτη τε ἔσω οἰκισθεῖσα, μένει ἀκήρατος· τῇ δὲ ἀδικίᾳ οὐδὲ θέμις ταῖς θύραις προσελθεῖν, ἀλλὰ ἐξόριστος τούτου τοῦ τόπου ἐκκλείεται· ταῦτά με, ὦ τιμιώτατοι καὶ παντὸς ἐπαίνου ἄξιοι ἀδελφοί, τὰ πράγματα οὕτω σαφῆ εἰς τὴν τοῦ ἀϊδίου καὶ ἀθανάτου φωτὸς λαμπρότητα ἤγαγεν. ἵνα μὴ πόῤῥω μου ἴσως τι ἀμφίβολός τις ἴσως τῆς ψυχῆς πίστις ἀπεργάσηται τῆς ἀληθείας ἀνάρμοστον. ἀλλὰ τί πρῶτον διαβεβαιώσομαι; πότερον τῆς εὐδαιμονίας τὸν τύπον, ἥτις ἔσω τοῦ στήθους τοῦ ἐμοῦ συνειλημμένη λανθάνει, ἢ τὰς θείας εὐεργεσίας τὰς περὶ ἐμὲ τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ, ἐξ ὧν τὸν ἀριθμὸν πολλῶν ἔργων, ἱκανὸν ὂν λεγόμενον, φανείη ἤδη καὶ τὴν ἐμὴν μετριότητα ὁ αὐτὸς ἡμέτερος Θεός, καὶ πάντων πραγμάτων πατὴρ, εἰκότως ἑαυτῷ καταδουλώσατο· πιστεύετε, ὦ τιμιώτατοι ἀδελφοί, προσλαμβάνοντες ἀκέραιον πίστιν, τοῖς λεγομένοις· εἰ καὶ μάλιστα ἡ ἐμὴ διάνοια τῶν θείων εὐεργετημάτων κορεσθεῖσα εὐδαιμονεῖν δοκεῖ, καὶ ἀπὸ τούτου πράγματος ἐξόχως ἐπαίνους πληρῶσαι δύνασθαι φαίνεται· ὅμως, ὅπερ τῆς ἀληθείας ἡ πίστις ἐναργῶς δείκνυσιν, οὔτε φωνὴ, οὔτε γλῶττα τῷ προστάγματι τῆς διανοίας ὑπουργῆσαι ἀρκοῦσι, καὶ μάλα εἰκότως. ἀμέτρου γὰρ ὄντος τοῦ μεγέθους τῶν εὐεργεσιῶν, ἡ μὲν διάνοια ὑψηλή τις οὖσα, τοὺς κρείττονας τοῦ σώματος τόπους καταλαμβάνει· ἡ δὲ τῆς γλώττης πορεία εἰς στενὸν κομιδῇ τόπον συγκλεισθεῖσα, δόκιμος σχεδὸν λέγουσα, παντάπασι σιωπᾷ. τίς γὰρ ἡμῶν οὕτω προπετὴς λογισμῷ, ἵνα τοιαύτης πεποιθήσεως ἀποῤῥίψῃ λόγον, δι' οὗ φάναι ἂν τολμήσειε πάνυ ἀξίους τῷ τὰ πάντα δυναμένῳ Θεῷ, ὃ καὶ πάντων τῶν καλλίστων δημιουργῷ, ἐνδόξους ἐπαίνους καὶ ἐπαξίους ἁπλῶς εἰπεῖν; ὁπότε εἴ τις μόνην τὴν μεγαλοπρέπειαν τοῦ αὐτὸν τεχθῆναι νομοθετήσαντος λογίσαιτο, εὐθὺς

A totum iter æquabile ac planum conſpicitur, & ſplendore lucis quaſi colore perfuſum, cujus & frontiſpicium ſidereo ſigillo exornatur. Duodecim numero ſunt columnæ nive candidiores atque immobiles, & quæ fidei conſtitutionem per potentiam divinitatis noſtri ſalvatoris perpetuo ſuſtinent. Hoc igitur tantum opus cum arte nulla nos aſſequeremur, & animo juſtam fidem non comprehenderemus, immortalis legis ſanctimoniam menti noſtræ Deus indidit: per cujus portas nullo alio ducente niſi caſto pioque deſiderio, cum puræ mentis fide qui vult ingreditur. Eidem autem ſtructuræ mirabilem quemdam ornamenti ſplendorem ſalubris attulit cogitatio,
B interna, inquam, hominum fides per totum domicilii ambitum florentibus coronis decorata, immortalitatis fructum colligens, quæ caſtos vitæ humanæ ſplendores in apertum agens illuſtrat: ac rurſus ibidem cœleſtis exiſtimatio exterius operiens, ſæculi ſemper naſcentis, aut potius jam nati præmia delineat, & nutrita cum decenti laude totam ædificii perfectionem ſuſtentans exornat. Domus autem iſta domini a duobus tantum excubitoribus cuſtoditur: & timor quidem divinus quorumdam cogitationem caſtigat, recte autem ſapientibus favor divinus ſemper præſto eſt, quaſi prudentiæ præmium. His duobus ad loci ſanctiſſimi januas aſſidenti-
C bus, oſtia cum aperiuntur, juſtitiam ſuſcipiunt, quæ intus habitans permanet incorrupta: iniquitatem autem fas non eſt portis appropinquare, ſed ab illis excubitoribus repulſa, loco excluditur. Hæc, fratres honoratiſſimi, omnique laude digni, cum ita ſint manifeſta, me ad æterni & immortalis luminis ſplendorem deduxerunt: ne ſi longius a me fuiſſet, ambigua fortaſſis animi fides veritatem redderet inconcinnam. Verum quid primum confirmabo? numquid felicitatis formam, quæ intra pectus meum concepta latet? an divina erga me beneficia, quæ ab omnipotente Deo jam demonſtrata ſunt; quorum numerum ad multa opera ſufficere aſ-
D ſerimus, ut meam mediocritatem idem Deus noſter & omnium rerum pater merito in ſuam ſervitutem redegerit. Credite, fratres honoratiſſimi, & integram fidem dictis adhibete: etſi maxime animus meus Dei beneficiis plenus, felix eſſe videtur, & ob eam cauſam immenſas laudes eidem poſſe perſolvere: tamen ut fides veritatis aperte oſtendit, neque vox neque lingua mentis imperio ſervire ſufficiunt; idque jure optimo. Cum enim immenſa ſit beneficiorum magnitudo, mens quidem altior exiſtens ſublimiora corporis loca occupat: linguæ autem via in anguſtum admodum locum concluſa, fere cum loqui creditur, omnino conticeſcit.
E Quis enim noſtrum tam præceps eſt cogitatione, ut hujus opinionis conſiderationem omnem reſpuat, ideoque affirmare audeat, facile admodum eſſe, omnipotenti Deo & rerum omnium pulcherrimarum opifici, glorioſas & illo dignas laudes dicere? Quandoquidem ſi quis ſolam ejus, qui eum naſci conſtituit, majeſtatem perpendat, ſciens intelliget, nihil inveniri poſſe, quod Deo dignum eloqui queat. Quid ergo in meæ mediocritatis juſtificatione dicere oportebat, quam quod divinus veritatis ſermo demonſtra-

ſtraret? Hæc eſt magnitudo, hæc maxima veneratio. Conſideretur aperte, an incidere, an nullo errore illabi poteſt in ea quæ de ipſo dicuntur. Atque utinam mihi, qui vobis in Dei miniſterio ſum conjunctus, copioſa dicendi facultas ſuppeteret, ut laudibus celebrarem illa prædicatione digna, quæ divinus ſalvator noſter, omnium rerum cuſtos, principio ſui adventus, quando redemptionis noſtræ gratia, puri corporis domicilium ex virgine aſſumere dignatus eſt, omnibus hominibus exemplum ſuæ miſericordiæ oſtendens, tranquillo ſuæ divinitatis nutu demonſtravit. Unde igitur incipiam? an ab ejus doctrina & majeſtate? an potius a documentis illis, quæ ipſe per ſeipſum ſolus magiſter nullo docente declaravit? Atqui reſpirarunt ejus providentia tot populi, quot numero comprehendi non poſſunt, parvo quodam alimento, ac minimis cibariis, & ſolis duobus piſcibus, per divinam ejus induſtriam. Lazari etiam poſt mortem brevi quadam linea reſurrectionem operatus eſt, & ad hujus lucis ſplendorem iterum reduxit. Quomodo dicam de pura etiam divinitate, per quam mulierem quamdam ineffabili modo intuitus, eamque ſuo dumtaxat colloquio dignatus, ſanam rurſus atque omni morbo liberam oſtendit? Quis autem digne prædicet ejus immortale factum, per quod qui continuo & diu abſumente morbo detinebatur, membris omnibus ſolutis atque divulſis jacens, repente divino medicamento ſanatus, grabatum ſuum in quo jacebat, humeris impoſuit, & laudes gratiarum actionis fundens, per patriam & fines ſuos cucurrit? & divinum ac ſtabilem ejus ingreſſum, quo incedens, & ſæviens mare calcans connexuit, & divinis veſtigiis profundiſſimi maris humorem compegit, & per medium pelagus nulla profunditatis menſura definitum, quaſi per terram iter fecit? & ſimplicem patientiam, per quam in omnibus victor, inſipientium populorum contumaciam edomuit, & domitam eorum ferociam, procul ab iis peregrinatus, legi ſubjecit; & illa divina & maxima ejus divinitatis opera, quibus vivimus, quibus approbamur, quicumque non ſolum futuræ beatitudinis ſpem exſpectamus, ſed quodammodo iam tenemus; Ego quidem exiguo orationis meæ apparatu plus non audeo dicere, quam hoc ſolum, animam meam juſtificatam in ſincerітate ſeu puritate verſari oportere. Qualis igitur eſt omnipotens Deus qui cœlum habitat, circa totum genus humanum, maxime autem ac præcipue circa pulcherrimam, & omni laude majorem juſtitiam, quandoquidem proprium divinum ſpiritum merito ſanctiſſimum ipſius corpus inhabitare, & ſic omnibus humanis corporibus ſalutarem eſſe dignum duxit? Si quidem immenſa hoſtium inſania, quaſi caligine quadam pernicioſæ umbræ confuſa, ſanctiſſimam & ſalutarem omnipotentis Dei diſpoſitionem interpretari non dubitat: breviter id ego, quatenus fides, & animi juſtificatio facultatem dicendi dederit, enarrare tentabo. Et quidem harum gentium pravæ opiniones id impudentiæ genus inducunt, ut ore impio dicere non expaveſcant, Deum omnipotentem omnia quæ divina lege notantur, neque

Joan. 6.

ἂν σκοπήσειε μηδὲ δύνασθαι ἀφεθῆναι, ὅπερ ἄξιον Θεοῦ λεχθῆναι δυνήσεται. τί τοίνυν τῆς ἐμῆς μετριότητος τὴν καθοσίωσιν λέγειν ἐχρῆν; εἰ μὴ τοῦτο, ὅπερ ὁ θεῖος λόγος τῆς ἀληθείας διδάσκει; οὗ τὸ μέγεθος ἥτις μεγίστη προσκύνησις σκοπησάτω σαφῶς, εἰ καταντῆσαι δυνήσεται ἐν αὐτοῖς τοῖς περὶ αὐτοῦ λεγομένοις, καὶ οὐδεμία πλάνη αὐτὸν ὀλισθήσει. καὶ ἐθέμην τῷ ὑμετέρῳ συνδιακόνῳ δαψιλὴς εὐπορία τοῦ λέγειν ἀρκέσειεν, ἵνα ἐκεῖνα ἄξια ὄντα τοῦ κηρύττεσθαι ἐγκωμιάσω, ἅπερ ὁ θεῖος σωτὴρ ὁ ἡμέτερος, πραγμάτων τε πάντων φύλαξ, τοῖς προοιμίοις τῆς αὐτοῦ παρουσίας, ὁπότε τῆς ἡμετέρας λυτρώσεως ἕνεκα, ἁγνοῦ σώματος οἰκητήριον κατηξίωσεν ἐκ παρθένου λαβεῖν, πᾶσιν ἀνθρώποις δίδαγμα τοῦ παρ᾽ αὐτοῦ οἴκτου δηλῶν, γαληνῷ νεύματι τῆς αὐτοῦ θεότητος ἔδειξε. τίνος ἄρξομαι ἄρα; ἀπὸ τῆς αὐτοῦ διδαχῆς καὶ σεμνότητος; ἀλλ᾽ ἀπὸ θείων διδασκαλιῶν, ὧν αὐτὸς δι᾽ ἑαυτοῦ, μηδενὸς διδάσκοντος, μόνος διδάσκαλος πέφηνεν; ἀλλ᾽ ὅπως ἀνέπνευσαν, διὰ τῆς αὐτοῦ προνοίας, τοσοῦτοι δῆμοι, ὅσους οὐδὲ ἀριθμῷ περιλαβεῖν οἷόν τε, μικρᾷ τινι τροφῇ, καὶ ἐλαχίσταις σιτίοις, καὶ μόνοις δύο ἰχθύσι, τῇ τούτου θείᾳ προνοίᾳ; καὶ Λαζάρου μετὰ τὴν τελευτὴν βραχείᾳ τινὶ ῥάβδῳ ἀνάστασιν πεποίηκε, καὶ εἰς τὴν τοῦ φωτὸς λαμπρότητα αὖθις ἀνήγαγε. πῶς δ᾽ ἂν εἴποιμι τὴν ἁγνὴν αὐτοῦ θεότητα, δι᾽ ἧς γυναῖκά τινα ἀπορρητοτέρως θεασάμενος, καὶ τῆς ἑαυτοῦ ὁμιλίας μόνης καταξιώσας, ὑγιᾶ τε αὖθις, καὶ παντὸς νοσήματος ἐλευθέραν ἔδειξε; τίς δ᾽ ἂν κατ᾽ ἀξίαν εἴποι αὐτοῦ τὸ ἀθάνατον ἔργον, δι᾽ οὗ τις συνεχεῖ καὶ μακρᾷ νόσῳ τηκεδόνι ἀναλωθείς, καὶ τῶν μελῶν αὐτοῦ λυθέντων καὶ διασπασθέντων ὅλων κείμενος, ἄφνω θείῳ ἰάματι ῥυσθείς, αὐτὸ τὸ σκιμπόδιον, ἐφ᾽ ᾧ ἔκειτο, τοῖς ὤμοις ἐπέθηκε, καὶ εὐχαριστίας ἐπαίνους διαχέων, διά τε τῆς πατρίδος, καὶ τῆς ἐνορίας διέδραμεν; ἀλλὰ τὸ θεῖον αὐτοῦ, καὶ στεῤῥὸν βάδισμα, ὡς ἐπιβαίνων τὴν ἀγρίαν θάλασσαν καταπατήσας ἐπίεσε, καὶ τοῖς θείοις ἴχνεσι τῆς βαθυτάτης θαλάττης τὴν ὑγρότητα ἔπηξε, καὶ διὰ μέσου πελάγους οὐδενὶ μέτρῳ βαθύτητος περιεχομένου, διὰ γῆς, τὴν πορείαν ἐποιήσατο; ἀλλὰ τὴν ἠπίαν αὐτοῦ ἀνεξικακίαν, δι᾽ ἧς νικητὴς ὢν, ἐν πᾶσι τῶν ἀνοήτων δήμων τὴν αὐθάδειαν ἐδάμασε, καὶ δαμασθεῖσαν πόῤῥω ἀπ᾽ αὐτῶν διαχωρίζων τὴν ἀγριότητα, τῷ νόμῳ ὑπέταξεν; ἀλλ᾽ ἐκεῖνα τὰ ὑπέρλαμπρα καὶ μέγιστα τῆς αὐτοῦ θεότητος, οἷς ζῶμεν, οἷς εὐδοκοῦμεν, οἵτινες τῆς μελλούσης εὐδαιμονίας τὴν ἐλπίδα οὐ μόνον προσδοκῶμεν, ἀλλ᾽ ὥσπερ τινὶ τρόπῳ ἤδη κατέχομεν; τί πλεῖον τολμῶ λέγειν καὶ μετ᾽ αὐτῆς τῆς μικρᾶς τοῦ λόγου παρασκευῆς, εἰ μὴ μόνον τοῦτο, ὅπερ τῆς ἐμῆς καθοσιωμένης ψυχῆς συνεῖναι χρὴ τὴν καθαρότητα. ὁποῖος τοίνυν ἐστὶν ὁ πολυδύναμος Θεὸς, ὁ τὸν οὐρανὸν οἰκῶν, καὶ περὶ πᾶν τὸ ἀνθρώπινον γένος, μάλιστα δὲ καὶ ἐξαιρέτως περὶ τὴν καλλίστην καὶ παντὸς ἐπαίνου μείζονα δικαιοσύνην· ὁπότε καὶ τοῦ ἰδίου θείου πνεύματος τὸ ἁγιώτατον κατ᾽ ἀξίαν σῶμα ἐνοικήσαντος αὐτῷ, καὶ οὕτω σωτηριῶδες τοῖς ἀνθρωπίνοις σώμασιν εἶναι κατηξίωσεν. ἐπειδὴ οὖν περὶ τῆς οὕτως ἁγιωτάτης καὶ σωτηρίου τῆς πάντα δυναμένης Θεοῦ τάξεως, ἄμετρος τῶν ἐχθρῶν μανία, ὥσπερ ἀχλύϊ τινὶ συγκεχυμένη ἐπολεθρίου σκαιότητος, ἑρμηνεύειν τολμᾶσθαι οὐκ ἀμφιβάλλει·

βάλλει. διὰ βραχέων εἰς ὅσον ἡ πίστις καὶ ἡ καθαρότης τῆς ψυχῆς τῆς ἐμῆς τοῦ λέγειν εὐπορίαν διαψιλεύσεται, διηγήσασθαι πειράσομαι· καὶ γὰρ αἱ τούτων τῶν ἐθνῶν κακόνοιαι τοιοῦτον γένος * εἰσάγει ἀπηχηστάτους, ὥστε ἀσεβεῖ στόματι μὴ φοβηθῆναι εἰπεῖν, τὸν Θεὸν, τὸν παντοδυνάμενον, πάντα τὰ τῷ θείῳ νόμῳ δηλούμενα μήτε πεποιηκέναι, μήτε ποιῆσαι βεβουλῆσθαι. ὢ τῆς τοιαύτης ἀσεβοῦς φωνῆς, τῆς κατ' ἀξίαν ἅπασαν ὑπερβολὴν τιμωρίας καθ' ἑαυτῆς ἐπαιτούσης. οὕτως ἐμμανῶς καὶ τολμηρῶς τῆς θείας ταύτης εὐεργεσίας τὴν δόξαν τὴν μηδενὶ τῶν ἀνθρώπων περιληφθῆναι δυναμένην, ἀφανῆ καταστῆσαι ἐπιθυμεῖ. τί γὰρ μᾶλλον ἢ ἁγνότης ἄξιον τοῦ Θεοῦ; ἥτις ἐκ τῆς ἁγιωτάτης ὁμιλίας μετὰ τῆς πηγῆς τῆς δικαιοσύνης προελήλυθε, καὶ διὰ πάσης τῆς περιόδου τῆς οἰκουμένης ἐπλήμμυρε, καὶ τὰς δυνάμεις τῶν ἁγιωτάτων ἀρετῶν τοῖς ἀνθρώποις ἐπέδειξεν, ὥσπερ ἑαυτοῖς πρότερον ἐχθρὰς νομίσαντες πάθει τῶν Ἀσσυρίων· οἷς προηγουμένου τοῦ φαύλου παραδείγματος, καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη συνθέσθαι αὐτοῖς ἀνεπείσθη. ἐν οἷς, ὥσπερ ἡμεῖς ἰδίᾳ θεωρίᾳ δοκιμάζομεν, τὸν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ θεῖον ὁρῶμεν συνεργεῖν οἶκτον, ὁπότε καὶ καθ' ἡμέραν καὶ κατὰ χρόνους πολλοὺς ἐξ αὐτῶν * πυρώδους μανίαν οἰστρουμένην, ὁ αὐτὸς εἰς τὴν τοῦ σωτηριώδους ἰάματος ἀνεξικακίαν ἐκέλευσεν ἀνέχειν. καὶ οὐδὲ οὕτως τοῖς λοιποῖς τῆς τοιαύτης εὐεργεσίας τὸ μέγεθος δύναται πρὸς χάριν ἐλθεῖν. τὴν παρὰ ἀνθρώπων ἁγνείαν τὴν θείαν δυναστείαν δύνασθαι πάντα λόγον ὑψῶσαι, καὶ εἰς ὕψος ἀρθεῖσαν βεβαιώσασθαι, αὖθις καθελεῖν καὶ διαλῦσαι· ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασιν ἐναντίως ἂν ἀπέβη, εἰ ὁ Θεὸς ὁ τὰ πάντα δυνάμενος σιωπηρῷ τῆς αὐτοῦ θεότητος νεύματι πάντα πράττειν προέθετο. μᾶλλον γὰρ ἂν ἡ τῶν ἀνθρώπων μανία ἐγίνετο συχνή, καὶ ἡ ἀνθρωπεία οὐκ ἔχουσα πέρας, πάσας ἂν τὰς ψυχὰς ἐπόρθησεν· οὐδὲ ἂν τὰ ἄλλα πλεῖστα ὄντα, ἅπερ ἐν τῇ τοῦ κόσμου ἀναστροφῇ τὴν ἰδίαν λειτουργεῖ τάξιν, ἀναφανῆναι δεδύνηται· ἀλλ' ὁμοῦ πάντα * μετὰ τῆς ἀγνοίας τοῦ θείου, ταχέως ἂν ἀπολώλει, τοῦ δὲ φθόνου καὶ τῆς βασκανίας τὸ ἄδικον οὕτως ἐν * ὀλίγοις μεμενήκει. ἀλλ' οὐδεὶς ἂν ηὑρέθη ταύτης τῆς βασκανίας ἀλλότριος, τῶν θρησκειῶν τὰ γένη εἰς τοσοῦτον μεγάλως τε καὶ πλατέως εἰς τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων διαχυθέντων, ὡς ἀξίως τῇ τούτων αἰσχρότητι τὸ φῶς ταύτης τῆς ἡμετέρας λαμπρότητος ἐπισκιασθὲν αὐτοῖς, ἀεὶ ταύτης αὐτοὺς στερίσκεσθαι. οὐδεὶς οὖν λόγος δυνήσεται τὴν εἰρημένων τὴν ἐμὴν πίστιν ἀπὸ τῆς ἐμῆς ἐξέλκειν ψυχῆς. ἕπεται γὰρ αὐτῇ, μηδενὸς φαύλου ἐμποδὼν ὄντος, δύναμις τελεία, ὁ ζῶν τῆς ἀληθείας λόγος, εἷς πάντα δυνάμενος, φύλαξ πάντων πραγμάτων, τῆς ἡμετέρας σωτηρίας κηδεμών. οὕτως οὖν δοκεῖ τινι τρόπῳ τοῦ ἁγιωτάτου αὐτοῦ λόγου διαψιλεύεσθαι τὴν ὁμιλίαν τοῦ ἐλευθεροῦντος διαφυλάττειν, καὶ τοῦ φωτὸς τὴν λαμπρότητα ἡμῖν παρέχει. τίνος τοίνυν ἕνεκα καὶ νῦν πάντων τῶν ἐθνῶν οἱ δῆμοι, τὸ οὐράνιον μὴ καθορῶντες φῶς, καὶ τοῦ ἐνδοξοτάτου ὁσίου ὑπερφρονοῦντες, τὸ γήϊνον ἐπιζητοῦσιν, οὐδεμίαν ἔχον ὑπόστασιν ἀληθείας, οὐδὲ φαιδρότητα ἁγνῆς λαμπρότητος, οὐδὲ δυναστείαν τῆς οὐρανίου θεότητος; ὢ ἀναξίου δράματος; ἔτι καὶ νῦν μηδὲν ἐλλείποντες τῆς ἀσεβείας, μηδὲ πρὸς * τὸ θεῖον ἀφορῶντες, ὑπὸ τῆς

* ἀνάγουσι.

Ir. πυρώδη.

* μετά.

ὀλίγ.

* Ισ. οὐ Θεὸν ἀφορῶντες.

A creaſſe, neque creare voluiſſe. O vocem impiam, & quæ digne omnem ſupplicii exuberantiam in ſe poſtulat! Itane inſane ac audacter divini hujus beneficii gloriam, quam nullus homo poteſt comprehendere, inanem reddere deſiderat? Quid enim puritate Deo dignius? quæ ex ſanctiſſima ejus converſatione cum fonte juſtitiæ promanavit, & per totum orbis circuitum inundavit, & ſanctiſſimarum virtutum facultates hominibus demonſtravit, quas Aſſyriorum affectu ſibi prius inimicas exiſtimarunt: quorum malum exemplum antecedens, reliquas gentes ſe illis accommodare perſuaſit. In quibus, ut nos proprio theoremate comprobamus, B ſalvatoris noſtri Dei divinam clementiam cooperari videmus; quandoquidem & quotidie & pluribus annis illorum inſaniam ſerventer concitatam, in ſalutaris medicamenti tolerantiam pervenire juſſit. Neque ſic tamen ad reliquos ejus beneficii magnitudo in gratiam poteſt pertingere, ut omni oratione inter homines puritatem & divinam potentiam exaltare queant, & exaltatam in ſublime confirmare: imo ut iterum potius deponerent, atque diſſolverent, contigit; quamvis erat id rebus humanis plane adverſum. Etſi enim Deus omnipotens tacito ſuæ divinitatis nutu omnia facere propoſuit; hominum tamen inſania C frequentior facta eſt: & ſi humanitas infinita omnes animas correxit, alia tamen plurima, quæ in mundi converſatione in ordine proprio miniſtrant, emergere non potuerunt: ſed ſimul omnia poſt divinitatis ignorationem cito perierunt, & invidiæ iniquitas & ingratitudinis brevi excitata eſt. Alienus autem a malignitate nemo inventus eſt, ſuperſtitionum generibus longe lateque in animos hominum uſque adeo diffuſis, ut earum turpitudine hujus noſtri ſplendoris lumen dignis fuerit circumfuſum tenebris, & ipſi ſemper luce privati. Nulla itaque ratio poterit meam de prædictis fidem ex animo meo avellere. Nullo enim malo impe- D diente ſuccedit perfecta potentia, & vivus ſermo veritatis, unus omnipotens, omnium rerum cuſtos, & noſtræ ſalutis procurator. Ita igitur videtur quodammodo ſanctiſſimi Verbi abundantia, ejus quem liberat converſationem cuſtodire, & lucis ſplendorem nobis præbere. Quam ob cauſam ergo gentium omnium populi cœleſte lumen non aſpicientes, & nobiliſſimam pietatem contemnentes, quod de terra eſt inquirunt, nullum habet veritatis fundamentum, neque puri ſplendoris claritatem, neque cœleſtis divinitatis potentiam? O indignum facinus: adhuc & nunc cum nihil impium omittant, nec in Deum reſpiciant, & in miſerum er- E rorem prolabuntur, non vident, & ſordidis his operibus mundi ſplendorem contaminare non ceſſant. Nempe lignum, lapidem, æs, argentum, & aurum, & hujuſmodi alia de terra ſumpta, ut adorentur proponentes, & ad ea vitæ ſpem publice referentes, templa ipſis inſigni ornatu ædificant, & poſtea in ſuæ adorationis additamentis gloriantur: ſi quidem ſtructuræ magnitudo quam ipſi fecerunt, dignum eorum conſpectu miraculum exhibet. Quandoquidem autem talia facere videntur, manifeſte intelligitur ipſos potiſſimum

A ſimulem neque ſenſu neque viſu præditos eſſe;
& arroganter in ſuis ſtructuris ſeſe jactare
convincuntur. Qualis igitur, & quantus eſt
omnipotens Deus, non conſpiciunt, omnium
auctor & judex; quem quidem propriæ, ut
opinantur, virtutis perſuaſione latent. Ip-
ſius enim diſpoſitione noſtri corporis ſpe-
cies debitam formam accepit; ut harmoniæ
vigorem haberemus: ipſe membrorum om-
nium connexionem nervis fortiſſimis colliga-
vit, ut in omni noſtræ intentionis actione,
propriæ harmoniæ robur indefeſſum retine-
remus. His igitur ſalubri diſpoſitione abſo-
lutis ſpiritum etiam, qui hæc omnia move-
re ac roborare poſſet, inſpiravit: viſumque
oculis noſtris conceſſit, & intellectum capiti B
noſtro indidit, & intra regionem hanc to-
tam noſtræ cogitationis rationem concluſit.
Quapropter ſi quis recte ſapiens hujus diſpo-
ſitionis rationem conſideret, omittat autem
alia, quæ neque verbo neque numero com
prehendi poſſunt, celeri attentione ſaluta-
rem & æternam immortalis Dei potentiam
videre atque intelligere poterit: non pote-
rit autem errore aliquo temere implicari,
ſed manifeſte contemplari licebit, atque vi-
dere omnia Dei potentia facta eſſe, ſicut
ipſe omnia hæc exiſtere voluit. Ut autem
perſpicere liceat, quod aliqua illicita in mun-
do converſatio ignorationem Dei apud homi-
nes effecerit, poſt natum eſſe illuſione inimi- C
ci in miſeris infelicium hominum animis pri-
mum rationis peccatum, ex divina lege da-
tur nobis perſpicuam hujus rei demonſtra-
tionem accipere. Ab illo enim tempore quo
a duobus illis in principio creatis, conve-
nienti diligentia divinum & ſanctum manda-
tum obſervatum non eſt, natus eſt deinceps
hujus appellationis, ignorationis ſcilicet flos:
factus eſt autem continuus ac magis auctus,
poſtquam prædicti duo illi voluntate divina
repudiati ſunt: eoſque autem materia illa
miſeriæ humanæ provecta eſt, ut orientis &
occidentis fundamenta damnaverit: ipſa etiam
adverſariæ poteſtatis victoria mentes hominum
circumvenit, & obſcuravit. In ipſo nimirum D
præcepto eſt ſancta & immortalis & infatiga-
bilis Dei omnipotentis clementia; omnibus
enim diebus & temporibus præteritis innume-
ras populorum multitudines ab hoc onere,
cujus ſervituti addictæ fuerant, per me ſer-
vum ſuum Deus liberat, & in perfectum
æterni luminis ſplendorem deducit. Poſt hæc
igitur, fratres deſideratiſſimi, propinquiore qua-
dam providentia, & illuſtribus immortalis Dei
noſtri beneficiis inſigniorem me in poſterum
futurum, puriſſima erga ipſum fide ſum per-
ſuaſus. Suſcipiat ergo me ſinceriſſimum con-
cilium ſanctitatis veſtræ, nec mihi ſanctiſſi-
mam eccleſiam, & communis omnium no-
ſtrum caſtæque matris portas opponi ſuſtinea- E
tis. Quamvis enim nunc potiſſimum animi
mei ratio perfectam catholicæ fidei puritatem
inveſtigans, hoc ſibi fieri dignum non eſſe
arbitratur, ſuadet tamen atque admonet. Et
propriæ quidem verecundiæ frons omnium
pulcherrimarum virtutum ſigillum extulit, por-
taſque immortalitatis cœpit contingere, ip-
ſaſque pulſare: ut & vos cœpiſtis noſtræ fra-
ternitatis imprudentiæ veniam dare, pacem
fidei catholicæ reſpicientes. — Hoc enim &
Deum decet, & eccleſiæ catholicæ fidei con-

A ἀθλίας πλάνης καταπίπτοντες οὐχ ὁρῶσι· καὶ τοῖς μιαροῖς τούτοις ἔργοις τοῖς τοῦ κόσμου τὴν λαμπρότητα οὐ παύονται μιαίνοντες, δηλαδὴ ξύλον, καὶ λίθον, καὶ χαλκὸν, καὶ ἄργυρον, καὶ χρυσὸν, καὶ τούτοις τὰς γηΐνας, εἰς τὸ προσκυνεῖν καθιδρύντες, καὶ ἀπὸ τούτων ἐλπίδα τῆς ζωῆς ἀπαγγελλόμενοι, ναοὺς αὐτοῖς μετὰ ἐπισήμου κόσμου οἰκοδομοῦντες, καὶ ἀπὸ τούτου οὕτως αὔξοντες αὐτῶν τῆς προσκυνήσεως τὰς προσθήκας· ἐπειδήπερ τὸ μέγεθος τῶν οἰκοδομημάτων ὑπ᾽ αὐτῶν γινόμενον, ἄξιον τῆς ἑαυτῶν ὄψεως παρέχεται τὸ θαῦμα. ὁπότε τοίνυν ταῦτα ποιεῖν δοκοῦσι, σαφῶς νοεῖται, εἰ καὶ τὰ μάλιστα αὐτοὶ οὐκ αἰσθάνονται, οὐδὲ ὁρῶσιν, ὅτι τοῖς ἑαυτῶν ἔργοις ὑπερηφάνως αὐχεῖν δοκοῦντες ἁλίσκον-

B ται. ἡλίκος τοίνυν καὶ πόσος τε ὁ Θεός ἐστιν ὁ παντοδυνάστης οὐχ * ὁρῶμενος, τίς καὶ πάντων αὐθέντης ἐστὶ καὶ κριτὴς, ὃν τινες αὐτῇ τῇ πεποιθήσει τῆς ἰδίας, ὡς νομίζουσιν, ἀρετῆς λανθάνουσιν. αὐτοῦ γὰρ τῇ διατυπώσει καὶ τὸ εἶδος τοῦ ἡμετέρου σώματος ἔλαβε τὸν ὀφειλόμενον τύπον, καὶ ἵνα χωμεν τῆς ἁρμονίας τὴν ἀκμὴν, ὁ αὐτὸς τῶν πάντων μελῶν τὴν συζυγίαν ἰσχυροτάτοις νεύροις συνέδησεν. ἵνα ἐν πάσῃ πράξει τῆς ἡμετέρας σπουδῆς ἀκάματον ἔχοιμεν τὴν ἀκμὴν τῆς οἰκείας ἁρμονίας. τούτων τοίνυν σωτηριώδει διατυπώσει πλεστουργηθέντων, καὶ πνεῦμα ἡμῖν, ἵνα ταῦτα πάντα κινεῖσθαι καὶ ἀκμάζειν δύναιτο, ἐνέπνευσε, καὶ θέαν τοῖς ἡμετέ-

C ροις ὀφθαλμοῖς συνεχώρησε, καὶ * πρὸς σύνεσιν τῇ ἡμετέρᾳ κεφαλῇ δέδωκε, καὶ εἴσω τῆς χώρας ταύτης, πάσης τῆς διανοίας τῆς ἡμετέρας τὸν λογισμὸν συνέκλεισε. τοιγαροῦν εἴ τις εὐφρονῶν ταύτης τῆς διατυπώσεως τὸν λογισμὸν σκοπήσειε, τὰ δὴ λοιπὰ παύσειεν, ἃ μήτε λόγῳ, μήτε ἀριθμῷ περιληφθῆναι δύναται, ταχεῖα ἐνθυμήσει καὶ ἰδεῖν καὶ συνιδεῖν δυνήσεται τὴν αἰώνιον καὶ σωτηριώδη τοῦ ἀθανάτου Θεοῦ ἐξουσίαν, καὶ οὐ δύναται ἐκεῖνον πλάνης τινὸς χωρὶς ἄνθρωπος ἐνδῆσαι· σκέπτεσθαι σαφῶς αὐτῷ ἔξεστι, καὶ ἰδεῖν πάντα τὰ γεγονότα εἶναι δυνάμει τοῦ Θεοῦ, ὡς αὐτὸς πάντα ταῦτα εἶναι βεβούληται. ἵνα δὲ ἔστιν ἰδεῖν, ὅτι τις ἀθέμιτος κόσμου

D πολιτεία τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγνωσίαν τοῖς ἀνθρώποις ἀπειργάσατο, λογισμοῦ ἁμαρτήματος προτέρου τεχθέντος ἐκ πλάνης τοῦ ἐχθροῦ ἐν ταῖς τῶν σκαιῶν ἀνθρώπων ἀθλίαις ψυχαῖς, ἐκ τοῦ θείου νόμου λαβεῖν * ἡμῶν ἔνεστι σαφῆ τὴν περὶ τούτου ἀπόδειξιν. ἐξ ἐκείνου γὰρ καιροῦ, ἐξ οὗ ὑπὸ τῶν δύο ἐκείνων, τῶν ἐν ἀρχῇ κατασταθέντων, τὸ θεῖον καὶ ἅγιον πρόσταγμα ἐτύχθη, μετὰ τῆς προσηκούσης ἐπιμελείας οὐκ ἐφυλάχθη μετὰ ταῦτα τῆς προσηγορίας ταύτης τὸ ἄνθος· γέγονε δὲ συνεχὲς, καὶ μᾶλλον ἐπηύξησεν, ἐξ οὗ καὶ οἱ προειρημένοι δύο θείῳ νεύματι ἀπεβλήθησαν· ἕως δὲ τοσούτου ἡ ὕλη αὐτὴ μετὰ τῆς σκαιότητος τῶν ἀνθρώπων προήχθη, ὥστε τῆς τε ἑῴας, καὶ

E τῶν πρὸς δύσιν κρηπίδων κατεψηφίσατο. αὐτή τε ἡ ὑπερβολὴ τῆς ἐναντίας δυνάμεως τὰς διανοίας τῶν ἀνθρώπων κατέλαβε καὶ ἠμαύρωσεν. ἐν ᾧ μέντοι προστάγματι ἅγιος καὶ ἀθάνατός ἐστι τῷ τὰ πάντα δυναμένου Θεοῦ ὁ ἀκάματος οἶκτος. πάσαις γὰρ ταῖς ἡμέραις, καὶ τοῖς χρόνοις τοῖς παρεληλυθόσιν, ἀναρίθμητους τῶν δήμων πολυπληθείας ἀπὸ τοῦ βάρους τούτου δι᾽ ἐμοῦ τοῦ αὐτοῦ θεράποντος ὁ Θεὸς δεδουλωμένας ἠλευθέρωσε, καὶ εἰς ἐντελῆ αἰωνίου φωτὸς ἐξάξει λαμπρότητα, ἀπὸ τούτων τοιγαροῦν ἐγὼ, ἀδελφοί

* Ισ. ὁρῶσα, τίς.

* Ισ. πρὸς τούτοις.

* Ισ. ἡμῖν.

φοὶ ποθεινότατοι, οἰκειοτέρᾳ τινὶ προνοίᾳ καὶ εὐδόξοις εὐεργεσίαις τοῦ ἀθανάτου καὶ ἡμετέρου Θεοῦ, τὸ λοιπὸν ἐπιστημονεστέρους εἶναι τῇ πρὸς αὐτὸν καθαρωτάτῃ πίστει πέπεισθε. δεξάσθω τοιγαροῦν με ἡ ἁγιωτάτη σύνοδος τῆς ὑμετέρας ἁγιότητος, καὶ μή με τὴν σωφρονεστάτην ἐκκλησίαν, καὶ τῆς ἁγνῆς κοινῆς καὶ πάντων ἡμῶν μητρὸς τὰς θύρας ἀντιπεπλῶσθαι ἀνάσχησθε, εἰ καὶ τὰ μάλιστα καὶ νῦν ὁ λογισμὸς τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἐντελῆ τὴν καθαρότητα τῆς καθολικῆς πίστεως ἐπιζητῶν, τοῦτο ἑαυτῷ γενέσθαι οὐκ οἴεται εἶναι ἄξιον, ὅμως προξενεῖ καὶ ὑπομιμνήσκει, καὶ τὸ μέτωπον τῆς οἰκειότητος αἰδοῦς πασῶν τῶν καλλίστων ἀρετῶν ἐξενήνοχε σφραγῖδα, καὶ τῶν πυλῶν τῆς ἀθανασίας ἤρξατο ἅπτεσθαι, καὶ ταύτας κρούειν· ὅπως καὶ ὑμεῖς τῆς ἡμετέρας ἀδελφότητος εὐθὺς συγχωρῆσαι τὴν ἄνεσιν καὶ εἰρήνην τῆς καθολικῆς ἕνεκεν πίστεως βλέψαντες. τοῦτο γὰρ τῷ Θεῷ πρεπῶδες, καὶ τῇ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πίστει ἁρμόδιον, καὶ τῷ κοινῷ τῶν πραγμάτων συμφέρον· ἵνα τῆς θεόθεν ἡμῖν παρασχεθείσης ἐντιμοτάτης εἰρήνης ἀξίαν ἀμοιβὴν τῷ ταύτην ἡμῖν χαρισαμένῳ κοινῶς ἅπαντες προσενέγκωμεν. δεινὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς ἂν εἴη, καὶ ἄγαν δεινόν, καταλυθέντων τῶν πολεμίων, καὶ μηδενὸς ἀντιπεσεῖν ἔτι τολμῶντος, βάλλειν ἡμᾶς ἀλλήλους, καὶ τοῖς δυσμενέσιν ἡδονὴν καὶ γέλωτα προξενεῖν, ἄλλως τε δὲ καὶ περὶ θείων διαλεγομένους πραγμάτων, καὶ τοῦ παναγίου πνεύματος τὴν διδασκαλίαν ἀναγεγραμμένην ἔχοντας. εὐαγγελικαὶ γὰρ βίβλοι, καὶ ἀποστολικαί, καὶ τῶν παλαιῶν προφητῶν τὰ θεσπίσματα σαφῶς ἡμᾶς ἅπερ χρὴ περὶ τοῦ θείου φρονεῖν ἐκπαιδεύουσι. τὴν πολεμοποιὸν οὖν ἀπελάσαντες ἔριν, ἐκ τῶν θεοπνεύστων λόγων λάβωμεν τῶν ζητουμένων τὴν λύσιν.

A venit, & reipublicæ negotiis utile eſt: ut pro divinitus nobis conceſſa pretioſiſſima pace dignam gratiarum actionem ejus gratiæ largitori communiter omnes referamus. Grave enim eſſet, imo vero quam acerbum, hoſtibus jam profligatis, & nemine ex diverſo ſe opponere audente, invicem ſe oppugnare, & lætitiam inimicis atque adeo riſum præbere; & præſertim cum de rebus divinis diſputemus, habeamuſque doctrinam ſacratiſſimi Spiritus, litterarum monumentis proditam. Nam libri evangeliſtarum & apoſtolorum, quin etiam veterum prophetarum oracula nos evidenter docent, quid de divino numine ſentiendum ſit. Omni igitur ſeditio- B ſa contentione depulſa, litterarum divinitus inſpiratarum teſtimoniis res in quæſtionem adductas diſſolvamus.

Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια ὁ πάνσοφος βασιλεύς, οἷα δὴ παῖς φιλοπάτωρ, τοῖς ἱερεῦσιν ὡς πατράσι προσέφερε, τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων τὴν συμφωνίαν πραγματευόμενος. τῆς δὲ συνόδου τῶν συνελθόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐπισκόπων· τριακόσιοι δὲ ἦσαν δέκα καὶ ὀκτώ· ἀλλ' οἱ μὲν τριακόσιοι καὶ πρὸς τοῖς λεγομένοις ἐπείθοντο, καὶ τήν τε πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν, τήν τε τῶν δογμάτων ὑγίειαν ἠσπάζοντο. οἱ δὲ λοιποί, καθὼς πάλαι εἰρήκαμεν, τοῖς ἀποστολικοῖς ἀντεμάχοντο δόγμασιν· οἵτινες τὴν τοῦ Ἀρείου δόξαν μεγαλοφυῶς συγκροτεῖν ἐσπούδαζον, δέκα καὶ ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν ὄντες, Εὐσέβιός τε ὁ Νικομηδείας, ὡς καὶ πρότερον εἴρηται, * Θεόγνης ὁ τῆς Νικαίας, Μάρις Χαλκηδόνος, Θεόδωρος Ἡρακλείας Θρᾴκης, Μηνόφαντος Ἐφέσου, Πατρόφιλος Σκυθοπόλεως, Νάρκισσος Νερωνιάδος Κιλικίας δευτέρας, ἣν νῦν Εἰρηνούπολιν ὀνομάζομεν, Θεωνᾶς ὁ Μαρμαρίτης, Σεκοῦνδος Πτολεμαΐδος Αἰγύπτου, καὶ σὺν αὐτοῖς ἕτεροι ὀκτὼ οἵτινες ἑαυτοὺς τῷ τῶν τριακοσίων ἁγίων χορῷ ἐπιμίξαντες, ὡς δῆθεν ὀρθόδοξοι, τοῖς ἀποστολικοῖς ἀντέπραττον δόγμασιν, Ἀρείῳ συνηγοροῦντες· τούτοις γενναίως ἀντηγωνίζοντο οἱ ἐν ἁγίοις πατέρες ἡμῶν Ἀλέξανδρος ὁ Κωνσταντινουπόλεως τότε πρεσβύτερος ὢν καὶ Ἀθανάσιος ἀρχιδιάκονος τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας· διὸ καὶ φθόνος ὥπλιστο κατ' αὐτῶν, ὡς ὕστερον λέξομεν. οἱ δὲ ἡμέτεροι ἅγιοι ἐπίσκοποι καλοῦσι τὸν Ἄρειον εἰς τὴν σύνοδον, ἐπιτρέποντες αὐτῷ συστῆσαι τοῖς ἰδίοις δόγμασι, νεύματι τοῦ τὰ πάντα νικηφόρου βασιλέως· ἐπείπερ, ὡς ἀρτίως εἰρήκαμεν, καὶ αὐτὸς τῇ συνόδῳ συνήδρευε.

* Θεογίνιος.

C Iſta aliaque id genus ſapientiſſimus imperator, dum doctrinæ apoſtolicæ conſenſum ſtabilire moliretur tanquam filius patris amantiſſimus, epiſcopis & ſacerdotibus velut patribus propoſuit. Erant autem qui ad ſynodum ſimul convenerant, epiſcopi trecenti & octodecim: ſed trecenti quidem ante prædicta perſuaſi erant, & conſenſum ad invicem ac dogmatum ſanitatem amplectebantur: reliqui autem, ut jam pridem diximus, adverſus apoſtolica dogmata pugnabant, qui Arii ſententiam magnifice concelebrare ſtudebant, numero ſeptemdecim: Euſebius ſcilicet Nicomedienſis, cujus & ſuperius mentionem fecimus; Theognis Nicænus, Maris Chal- D cedonenſis, Theodorus Heracleæ Thraciæ, Menophantus Epheſi, Patrophilus Scythopolis, Narciſſus Neroniadis ſecundæ Ciliciæ, quam nunc Irenopolim appellamus, Theonas Marmaricæ, Secundus Ptolemaidis Ægypti, & cum eis alii octo, qui ſeipſos, quaſi eſſent orthodoxi, trecentorum choro miſcentes, apoſtolicis dogmatis repugnabant, Ario conſentientes. Cum his generoſe decertabant ſancti patres noſtri, Alexander tunc presbyter Conſtantinopolitanus, & Athanaſius archidiaconus eccleſiæ Alexandrinorum. Quamobrem invidia contra eos arma movit, ut poſtea dicemus. Noſtri autem ſancti epiſcopi Arium ad ſynodum vocabant, permit- E tentes ei propria dogmata proponere, nutu ſemper victoris imperatoris: nam & ille, ut paulo ante diximus, in ſynodo conſidebat.

*Quomodo imperator libellos epiſcoporum accepit.*

## CAPUT VIII.

VErum admirabile illud facinus quod in ſynodo ab imperatore ſemper victore factum eſt, non debet ſilentio prætermitti. Etenim cum in unum epiſcopi conveniſſent, & ut fieri ſolet in diſputatione contentioſa, quæſtiones & controverſiæ inter eos incidiſſent, & alii alios accuſarent, cumque libellos offerrent, & criminationes compoſitas ad pium deferrent imperatorem: ille acceptos libellos & annulo ſuo obſignatos, ſervari præcepit: & cum talium epiſcoporum mutuam contentionem perſpiceret, dixit oportere omnes ſimul certo die ad res eas diſceptandas convenire. Præſtitutus autem dies cum veniſſet, conſedit in medio imperator, & ſilentio opportune facto, omnium libellos afferri juſſit: quos cum accepiſſet, & in ſinu ſuo poſuiſſet, nec voluiſſet in delationes eas incumbere, ita ad epiſcopos loquitur: Poſteaquam Deus vos ſacerdotes & judices deſignavit ad diſceptandas & dijudicandas populi controverſias, voſque deos ſcribendos cenſuit, tanquam hominibus ceteris longe præſtantiores (dictum enim eſt, *Ego dixi, dii vos eſtis, & filii altiſſimi omnes*; &, *Deus ſtetit in ſynagoga deorum*) certe vulgaria iſta negligere oportet, omnique cura & ſtudio in res divinas incumbere. Cumque juſſiſſet ignem afferri, libellos omnes exuri præcepit. Dabat enim operam ne cuiquam exterorum talium epiſcoporum iniqui conatus innoteſcerent: tanta ſcilicet imperatoris erga Dei ſacerdotes reverentia fuit, quantam mirari debent omnes qui recte ſapiunt. Illud etiam ſimile huic ab eo factum, non arbitror æquum eſſe ſilentio tradere. Viri quidam procaces & laici, qui conviciis rixiſque delectabantur, epiſcopos quoſdam accuſabant, & criminationes ſcriptas imperatori tradiderunt, idque antequam res ad concordiam adduci potuiſſet. Ille & eas quoque recepit, ſed vinculo conſtrictas, & annulo ſuo obſignatas, cuſtodiri juſſit. Deinde cum concordiæ gratiæque reconciliationem feciſſet, ſtatim eas omnes afferri juſſit, & præſentibus omnibus epiſcopis igne adufſit, poſtquam prius ſancte juraviſſet ſe nihil eorum quæ in iis ſcripta fuiſſent, legiſſe. Ajebat enim ſacerdotum delicta vulgo ignota eſſe oportere, ne inde ſcandali occaſione arrepta, minore cum metu delinquant. Ferunt ipſum & hoc etiam addidiſſe, quod ſi quando ipſe ſuis oculis videret epiſcopum alienæ uxori ſtuprum inferentem, ſe ſua purpura flagitium contecturum, ne intuentium oculi facinore ipſo offenderentur: tanta erat imperatoris & tam pia atque admirabilis prudentia. Per plures poſtea dies, imo vero & per menſes plures cum epiſcopis in unum locum conveniebat, & una cum iis de fide diſceptabat, atque diverſas eorum ſententias ſupputabat. Erant enim, ut ſæpe jam diximus, inter eos nonnulli qui nefariis Arii dogmatis ſuffragabantur, & multitudini ſanctorum epiſcoporum veritatem propugnantium adverſabantur ſedulo. Alii vero optimi & ſanctiſ-

*Pſalm. 81. Ibidem.*

A Ὅπως τοὺς λιβέλλους τῶν ἐπισκόπων ὁ βασιλεὺς δέχεται.

## ΚΕΦΑΛ. η.

ἈΛΛΑ' τὸ κατὰ τὴν σύνοδον γεγονὸς θαυμαστὸν παρὰ τοῦ τὰ πάντα νικηφόρου βασιλέως, οὐκ ἄξιον σιωπῇ παραπέμψασθαι. καὶ γὰρ ἐπισυναχθέντων πάντων τῶν ἐπισκόπων, καὶ καθὼς ἔθος ἐστὶ, γινομένων ζητήσεών τε καὶ συγκρίσεων παρά τινων τῶν ἐπισκόπων, ἐρεσχελιῶν ἕνεκα, ἄλλου πρὸς ἄλλον ἔχοντος, λιβέλλων τε ἐπιδιδομένων ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἐγκλημάτων συγκροτουμένων παρὰ τῷ εὐ-
B σεβεῖ βασιλεῖ. δεξάμενος τοὺς λιβέλλους, σφραγίσας τε τῷ δακτυλίῳ αὐτοῦ, ἐκέλευσε φυλάττεσθαι. συνορῶν τε τῶν τοιούτων ἐπισκόπων τὴν πρὸς ἀλλήλους ζυγομαχίαν, εἶπεν, ὅτι χρὴ πάντας ὁμοῦ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ συνελθόντας, περὶ τούτων διαλαβεῖν. καὶ ἐνστάσης τῆς προθεσμίας, εἰς μέσον καθίσας ὁ βασιλεὺς, καὶ ἡσυχίας γινομένης τῷ καιρῷ πρεπούσης, πάντων τοὺς λιβέλλους προσέταξεν ἐνεχθῆναι· καὶ δὴ δεξάμενος, καὶ ἐν τῷ οἰκείῳ κόλπῳ θέμενος, μήτ' ἐγκύψαι τοῖς ἐμφερομένοις ἐθελήσας, λέγει. τοῦ Θεοῦ ὑμᾶς προχειρισαμένου ἱερεῖς τε καὶ ἄρχοντας, κρίνειν τε καὶ διακρίνειν τὰ πλήθη, καὶ θεοὺς εἶναι, ἅτε δὴ ἀνθρώπων ἁπάντων ὑπερέχοντας, ὁρισαμένου, κα-
C τὰ τὸ εἰρημένον. ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες, καὶ τό. ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν· χρὴ τῶν μὲν κοινῶν ὀλιγωρεῖν πραγμάτων, πᾶσαν δὲ τὴν σπουδὴν περὶ τὰ θεῖα ποιεῖσθαι. καὶ κελεύσας ἐνεχθῆναι πῦρ, ἐμπρησθῆναι τοὺς λιβέλλους προσέταξεν. ἐσπούδαζε γὰρ μηδένα τῶν ἔξω ἐπιγνῶναι τῶν τοιούτων ἐπισκόπων τὴν ἀνώμαλον ἐπιχείρησιν. τοσαύτη ἡ τοῦ βασιλέως πρὸς τοὺς ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ εὐλάβεια, ἣν θαυμάσειαν ἅπαντες οἱ εὖ φρονοῦντες. κἀκεῖνο δὲ ὁμοιότροπον τούτῳ ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένον, οὐ δίκαιον ἡγοῦμαι παραδοῦναι σιγῇ. φιλαπεχθήμονες γὰρ ἄνδρες καὶ φιλολοίδοροι λαϊκοὶ ἐγράψαντο τῶν ἐπισκόπων τινὰς, καὶ τῷ βασιλεῖ τὰς ἐγγράφους κα-
D τηγορίας ἐπέδοσαν· καὶ ταῦτα πρὸ τῆς γεγενημένης ὁμονοίας. ὁ δὲ καὶ ταύτας δεξάμενος, εἶτα δεσμὸν ἐπιθεὶς, καὶ τῷ δακτυλίῳ συμηνάμενος, φυλαχθῆναι καὶ ταύτας ἐκέλευσεν. εἶτα τὴν σύμβασιν τῆς ὁμονοίας ἐργασάμενος, ταύτας προσκομισθῆναι προστάξας, παρόντων ἁπάντων ἐπισκόπων, περὶ καὶ ταύτας κατέκαυσεν, ὀμωμοκὼς μηδὲν τῶν ἐγγεγραμμένων ἀνεγνωκέναι. οὐ γὰρ ἔφη χρῆναι τῶν ἱερέων τὰ πλημμελήματα δῆλα τοῖς πολλοῖς γίνεσθαι. ἵνα μὴ σκανδάλου πρόφασιν ἐντεῦθεν λαμβάνοντες, ἀδεῶς ἁμαρτάνωσι. φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ τοῦτο προσθεῖναι, ὡς εἰ αὐτόπτης ἐπισκόπου * ἐγεγόνει, γάμον ἀλλότριον διορύττοντος, συγκαλύψαι * ἐν τῇ πορφυρίδι
E τὸ παρανόμως γενόμενον, ὡς ἂν μὴ βλάψαι τοὺς θεωμένους τῶν δρωμένων ἡ ὄψις. τοσαύτη ἡ τοῦ βασιλέως θεοφιλὴς καὶ ἀξιάγαστος σύνεσις. ἐπὶ πολλὰς δὲ ἡμέρας, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ καιροὺς ἐφεξῆς συνερχόμενος τοῖς ἐπισκόποις ὁ βασιλεὺς, ἅμα αὐτοῖς τὰ περὶ τῆς πίστεως διελάμβανε, τάς τε διαφόρους αὐτῶν γνώμας ἀνελέγετο. ἦσαν γὰρ, καθὼς πολλάκις εἰρήκαμεν, ἐν αὐτοῖς τινες τοῖς ἀθεμίτοις Ἀρείου δόγμασι συμφερόμενοι, καὶ τῷ πλήθει τῶν ἁγίων ἐπισκόπων, τῶν τῆς ἀληθείας ὑπερμαχούντων, ἐναντι-

* γινομ.
* ἄν.

ἀντιπράττοντες. ἀλλ' οἱ ἄριστοι καὶ τὰ πάντα ἱερώτατοι πατέρες ἡμῶν, τῷ τῆς ἀληθείας ὅπλῳ ἠσφαλισμένοι, τὴν λαμπρὰν, καὶ ἀμώμητον πίστιν μετὰ παῤῥησίας ἐκήρυττον· μεθ' ὧν καὶ ὁμολογητῶν πολὺς ἀριθμὸς, ἀνθισάμενοι τοῖς ἐθέλουσι περιποιεῖσθαι τὰ μοχθηρὰ τοῦ Ἀρείου δόγματα.

A ſimi patres noſtri veritatis armis muniti, glorioſam & inculpatam fidem magna cum libertate prædicabant: cum quibus magnus etiam confeſſorum numerus erat, qui volentibus perverſa Arii dogmata defendere, ſtrenue reſiſtebant.

Περὶ τοῦ ἁγίου Παφνουτίου.

## ΚΕΦΑΛ. θ'.

ΗΝ δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ ὁ μέγας καὶ ἅγιος Παφνούτιος τὸν τῶν ὁμολογητῶν καὶ ἐπισκόπων κατακοσμῶν χορὸν, ἀνὴρ Αἰγύπτιος, Θεοῦ δὲ ἄνθρωπος, ἐκ τῆς ὁμηγύρεως ἐκείνης, οὗ Μαξιμῖνος ὁ βασιλεὺς τὸν δεξιὸν ἐξώρυξεν ὀφθαλμὸν, καὶ τὰς λαιὰς ἐνευροκόπησεν ἀγκύλας παραδοὺς τοῖς μετάλλοις συνέχεσθαι. ἐν ᾧ τοσαύτη ἦν ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις, ὥστε σημεῖα αὐτὸν ποιεῖν μηδὲν ἐλάττω τῶν πάλαι ὑπὸ τῶν ἀποστόλων γεγενημένων. λόγῳ γὰρ μόνῳ τοὺς δαίμονας ἐφυγάδευε, καὶ εὐχῇ διαφόρους ἀσθενοῦντας ἐθεράπευε, τυφλοῖς τε τὸ βλέπειν, τὸν Θεὸν ἐξαιτούμενος, παρείχετο· καὶ παρειθέντας πρὸς τὴν κατὰ φύσιν ἦγεν ἀκμὴν, τὰ μέλη ἐνεργεῖν ποιῶν ὑγιῶς. ὃν ὁ βασιλεὺς σφόδρα διὰ τιμῆς ἦγε, συνεχῶς τε ἐπὶ τὰ βασίλεια μετεπέμπετο, καὶ τὸν ἐξορυγμένον κατεφίλει, τοσαύτη προσῆν τῷ εὐσεβεῖ βασιλεῖ πρὸς τοὺς ἁγίους πίστις.

De ſancto Paphnutio.

## CAPUT IX.

ERAT inter eos magnus ille ſanctuſque Paphnutius, confeſſorum & epiſcoporum cœtui non parum ornamenti afferens, B genere Ægyptius, homo Dei, ex illis quos Maximinus dextero oculo effoſſo, & ſiniſtro poplite ſucciſo, ad metalla damnaverat. Sed in hoc tanta Dei gratia elucebat, ut miracula per eum fierent non minora his, quæ olim ab apoſtolis facta ſunt. Nam dæmonas ſolo verbo fugabat, & ægros plures oratione curabat: ſed & cæcis viſum, fuſis ad Deum precibus, tribuebat: & paralyticis naturalem firmitatem reſtituebat, efficiens ut membra ſana ſuis fungerentur officiis. Hunc imperator ſummo in honore habuit, & ſæpius eum intra palatium evocatum complectebatur, & oculum effoſſum ſubinde exoſculabatur: tanta erat apud pium imperaC torem ſanctorum virorum auctoritas & gratia.

Περὶ τοῦ ἁγίου Σπυρίδωνος.

## ΚΕΦΑΛ. ι'.

ΚΑΙ δὴ καὶ Σπυρίδων Κύπριός τις ἀνὴρ ἐπίσημος ἐν κυρίῳ, καὶ τὴν ἐκ παιδὸς [1] ποιμενικὴν πεῖραν τῇ τοῦ Χριστοῦ ποίμνῃ καθιερωμένος, προφητικῷ βίῳ διαγινόμενος ἐγνωρίζετο. ὃς καί γε διέπων τὴν ἐπισκοπὴν, τοῦ ποιμαίνειν τὰ ἴδια πρόβατα οὐκ ἐπαύετο. οὕτω δὲ ἦν χρηστὸς καὶ ἀνεξίκακος, ὅτι λῃστῶν ἐφόδου δόλῳ προσβαλόντων τῇ ποίμνῃ, ἀοράτοις τε δεσμοῖς κρατουμένων, κινηθῆναί τε μὴ δυναμένων ἕως πρωῒ, ἐπιστὰς ὁ μακάριος, δι' εὐχῆς ἀνεθῆναι αὐτοὺς τῆς συνοχῆς ποιεῖ· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν κριῶν τὸν κράτιστον ἀποιχομένοις δίδωσιν, εἰπών· λάβετε ὦ νεανίσκοι πρὸς ἀπόχρησιν τοῦτον, μὴ ἄπρακτοι ἀπιόντες τῇ νυκτὶ ταύτῃ δι' ἐμὲ τὴν αἰτίαν τῆς ἀπορίας καταμέμψησθε. πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα θαύματα περὶ τοῦ ἁγίου τούτου ἀκηκόαμεν, ἓν δὲ ἐκ πολλῶν παραθήσομεν.

De ſancto Spyridone.

## CAPUT X.

SPYRIDON etiam Cyprius vir inſignis in domino, qui a pueritia paſtoralis vitæ rudimenta Chriſti gregi devovens, & propheticam vitam agens innotuit: quique epiſcopatum etiam adminiſtrans, non deſtitit oves ſuas paſcere; adeo bonus erat & patiens, ut cum latrones quidam noctu in ovile ejus irrupiſſent, & occultis ac inviſis quibuſdam vinculis detinerentur, nec inde movere ſeſe D uſque ad auroram poſſent: ſuperveniens beatus, obtinuit precibus ut ſolverentur vinculis: imo vero arietem longe præſtantiſſimum abeuntibus dedit, inquiens: Accipite hunc, juvenes, ad uſum veſtrum, ne re infecta diſcedentes, me hac nocte inopiæ veſtræ auctorem accuſetis. Plura etiam alia mirabilia de hoc ſancto audivimus: unum autem ex multis proponemus. Vide Socrat. l. 1. c. 12

Ὅπως τὴν θυγατέρα αὐτοῦ τεθνεῶσαν ἤγειρε διὰ τὸν ἔμπορον.

## ΚΕΦΑΛ. ια'.

ΘΥΓΑΤΕΡΑ ἔσχεν ὁ μακάριος καὶ ἀοίδιμος οὗτος τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, Εἰρήνην τοὔνομα, ἣ τῷ γέροντι προσφόρως διακονήσασα, ἐν παρθενίᾳ τὸν ἀνθρώπινον βίον * διεξέρχεται. ταύτης μὲν θανούσης, ἐξ ἀποδημίας τις ἀναστὰς ἔμπορος, παραθήκην ἀπῄτει τὸν γέροντα, ἣν τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ, τῇ παρθένῳ, ἦν παραθέμενος· ὁ δὲ μακάριος Σπυρίδων ἠγνόησε παντελῶς τὴν ὑπόθεσιν. ὡς δὲ

* διεξέρχεται

Quomodo filiam mortuam excitaverit propter mercatorem.

## CAPUT XI.

E BEATUS ille & celebris homo Dei, filiam habuit Irenem nomine, quæ ſeni utiliter miniſtrans, virgo vitam omnem caſtiſſime egit. Poſt ejus mortem mercator quidam peregre rediens, rogat ſenem depoſitum, quod ejus filiæ virgini jam pridem crediderat. Rem omnem beatus Spyridon prorſus ignoravit: ſed cum homo depoſitum ſæpius flagitaret, ſenex poſtea quam illud per domum ſurſum ac deorſum Socrates loco cit.



1 MS. Codex Bibl. Pariſ. Soc. Jeſu ποιμαντικήν. Harduinus.

perquiſiviſſet, nec reperiſſet uſquam, animo angebatur graviter: & virum monuit, nec ſcire ſe quidquam de depoſito, nec eſſe in tota domo. Mercator tunc altius inclamans, & lacrymans ejulanſque poſcit depoſitum, clamitans quoque ſe manus violentas ſibi illaturum, niſi quod credidit, reciperet. Nam, inquit, ſe quod unicum ſervavit ſenectutis ſuæ ſubſidium & ſolatium, apud virginem depoſuiſſe. Coactus igitur ſanctus ille ſenex una cum mercatore ad ſepulchrum filiæ properat, ad percontandum ea de re; eamque ex nomine inclamat, Filia, inquiens, Irene. Illa de ſepulchro reſpondens: Quid vis, pater? tum ſenex: Ubi poſuiſti, filia, quod hic homo tibi credidit? At illa locum aperte patri indicans: In eo, inquit, loco jacet, pater. Ille ad filiam: Vade in pace, filia Irene. Senex domum regreſſus, depoſitum in eo ipſo loco, quem puella deſignavit, inventum viro tradidit. Multa ille alia ſtupenda & admiranda fecit, quæ omnium ore celebrantur, quæque adhuc ab indigenis oſtenduntur ad plenam perſuaſionem fidei in Jeſum Chriſtum, iis qui in ea re mentem curamque ſuam defigunt. Talibus igitur viris uſque ad ea tempora florebat eccleſia, ex quibus plurimi Nicænæ ſynodo interſuerunt. Quinetiam Athanaſium, cujus antea memini, tunc diaconum, a ſacra illa ſanctorum corona minime abſuiſſe omnes fatentur. Erat autem una cum Alexandro Alexandriæ epiſcopo, quem in multis fideli opera & conſilio juvit. Communicabant igitur quotidie ſancti epiſcopi noſtri multo tempore permulta inter ſe de fide, rati nihil cito aut temere de re tanta ſtatui debere. Arium frequenter accerſebant, & crebris interrogationibus propoſitiones ejus refutabant: omnique cura ac cogitatione quærebant, quomodo nefaria illius dogmata evertere, quidve contra ea ſtatuere & decernere oporteret, acri ſemper conſideratione uſi, & fuſis ad Deum precibus illa tractabant. Quamobrem ſapienter admodum atque congruenter contra impia Arii & ſectatorum ejus dogmata reprehenſiones ſuas opponebant, impuras eorum contra Dei Filium blaſphemias radicitus evellentes, & delentes funditus. Et ei quidem quod illi aſſerebant, non ex Deo eſſe Dei Filium, illud, Deum de Deo, noſtri oppoſuerunt. Ei vero quod illi dicebant, non eſſe Deum verum, definiverunt noſtri eſſe Deum verum de Deo vero. Cumque illi cenſerent creatum ipſum, noſtri contra ſtatuerunt genitum, non factum. Poſtremo cum illi alterius ſubſtantiæ Filium eſſe contenderent, noſtri epiſcopi eum ejuſdem eſſe oppoſuerunt, hoc eſt, ex ſubſtantia Patris genitum, creatoremque ipſum atque opificem omnium viſibilium pariter & non viſibilium prædicaverunt, ſecundum fidem apoſtolicam jampridem eccleſiæ ipſius traditam, expreſſis teſtimoniis illud demonſtrantes, ut progreſſu orationis patebit. Hoc antidoto lethalia venena ſubvertentes, clariorem in poſterum apoſtolicam fidem uno omnes conſenſu deſcribunt.

A πολὺς ἦν ἐπικείμενος αὐτῷ ὁ ἄνθρωπος, πολλὰ ἄνω καὶ κάτω τὸν οἶκον διερευνήσας, ὁ γέρων, καὶ μὴ εὑρὼν, ἠνιᾶτο σφόδρα, καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα ἔλεγεν, μήτε εἰδέναι, μήτε εἶναί τι, ἐν τῷ οἴκῳ. ὁ δὲ ἔμπορος ἐκβοῶν, δάκρυσί τε συνεχόμενος, καὶ ὀλοφυρόμενος ᾔτει τὴν παρακαταθήκην, λέγων αὐτὸν διαχειρίσασθαι τῆς ἀπωλείας χάριν, εἰ μὴ λάβοι τὴν παρακατατεθεῖσαν, φάσκων ἕνεκα γήρως αὐτῷ ταύτην τὴν παραμυθίαν πεφυλάχθαι, παρ' αὐτῇ τῇ παρθένῳ παραθέμενος. ἀναγκάζεται τοίνυν ὁ γέρων ὁ ἅγιος ἐκεῖνος ἐπὶ τὸ μνῆμα τῆς θυγατρὸς ἅμα τῷ ἐμπόρῳ ὁρμῆσαι πρὸς πεῦσιν τοῦ πράγματος· ὁ δ' ἐλθὼν καλεῖ τὴν θυγατέρα ἐξ ὀνόματος, καὶ φησὶ πρὸς αὐτήν·
B τέκνον μου Εἰρήνη. ἡ δὲ ἀποκριθεῖσα ἀπὸ τοῦ τάφου, λέγει πρὸς αὐτόν· τί θέλεις, ὦ πάτερ; ὁ δὲ γέρων πρὸς αὐτήν· ποῦ ἀπέθου τὴν τοῦδε τοῦ ἀνθρώπου παραθήκην, ὦ θύγατερ; κἀκείνη πρὸς αὐτὸν ἔφη· ἐν τῷδε κεῖται τῷ τόπῳ πάτερ· σαφῶς τὸν τόπον ἐπισημάνασα τῷ πατρί· ὁ δὲ πρὸς αὐτήν. πορεύου ἐν εἰρήνῃ τέκνον μου Εἰρήνη. ὁ οὖν γέρων ἐπιστρέψας οἴκοι, καὶ εὑρὼν ὅπερ εἶπεν ἡ παρθένος κεῖσθαι τὴν παραθήκην, ἀπέδωκε τῷ ἀνδρί. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τοῦ ἀνδρὸς ᾄδονται θαύματα, καὶ παραδοξοποιίαι πολλαί, αἳ καὶ μέχρι δεῦρο πρὸς τῶν ἐγχωρίων δείκνυνται τοῖς ἐφιεμένοις πρὸς πληροφορίαν τῆς ἀληθοῦς ἡμῶν εἰς Χριστὸν πίστεως. τοιούτοις τοιγαροῦν μέχρι
C τῶν καιρῶν ἐκείνων ἁγίοις ἀνδράσιν ἡ ἐκκλησία διέπρεπεν, ἐξ ὧν πολλοὶ παρῆσαν κατὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον. ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀθανάσιος, περὶ οὗ καὶ πρόσθεν εἰρήκαμεν, τηνικάδε διάκονος ὤν, οὐκ ἄμοιρος τοῦ τῶν ἁγίων ἐκείνων χοροῦ εἶναι ὑπὸ πάντων ὡμολόγειτο· συνῆν δὲ τῷ Ἀλεξάνδρῳ τῷ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ, βοηθὸς ἄριστος ὑπάρχων αὐτῷ. * ἀνεκρινον οὖν ὁσημέραι οἱ ἡμέτεροι ἅγιοι ἐπίσκοποι, ἐπὶ πλεῖστον ὅσον χρόνον, πάμπολλα περὶ τῆς πίστεως, οἰόμενοι δεῖν μηδὲν ταχερὲς ἢ τολμηρὸν περὶ τηλικαύτης ζητήσεως διαπράττεσθαι. συχνῶς τε τὸν Ἄρειον μετεπέμποντο, καὶ πυκναῖς ἀνακρίσεσι τὰς προτάσεις αὐτοῦ ἀναπτύσσοντες διέ-
D λυον· πλείστη τε ὅση σπουδὴ καὶ φροντὶς ἦν αὐτοῖς, πῶς ἐχρῆν πρὸς τὴν ἀνατροπὴν τῶν ἀθέσμων αὐτοῦ δογμάτων ψηφίσασθαι καὶ ἀνθορίσασθαι. μετὰ πολλῆς οὖν τῆς σκέψεως, καὶ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἱκεσίας, ταῦτα διελάμβανον. διὸ καὶ σφόδρα σοφῶς, καὶ λίαν ἁρμοδίως, τοὺς κατὰ τῶν ἀθεμίτων δογμάτων Ἀρείου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, ἐλέγχους ἀντέθηκαν, πρόρριζον ἀνασπάσαντες τὰς κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ μιαρὰς αὐτῶν βλασφημίας, καὶ ἐξαφανίσαντες. καὶ τῷ μὲν οὐκ ἐκ τοῦ Θεοῦ λέγειν ἐκείνους τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ἀντέθηκαν οἱ ἡμέτεροι, τὸ, Θεὸν ἐκ Θεοῦ. καὶ τὸ, μὴ ἀληθινὸν Θεὸν κατ' ἐκείνους, ἐγράψαντο οἱ ἡμέτεροι, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ. καὶ τὸ κτίσ-
E μα αὐτὸν λέγειν ἐκείνους, ἀνθωρίσαντο οἱ ἡμέτεροι, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα. καὶ τῷ ἑτερουσίῳ ὑπ' ἐκείνων προβαλλομένῳ ἀντέθηκαν οἱ ἡμέτεροι ἐπίσκοποι τὸ ὁμοούσιον εἶναι τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, τοῦτ' ἔστι γεννηθέντα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός. κτίστην τε αὐτὸν καὶ δημιουργὸν ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ἐκήρυξαν, κατὰ τὴν ἀνέκαθεν παραδοθεῖσαν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ ἀποστολικὴν πίστιν, γραφικαῖς μαρτυρίαις τὰς ἀποδείξεις ἐκδώσαντες, καθὼς προϊὼν ὁ λόγος ἀποδείξει. ταύτῃ τῇ ἀντιδότῳ τὰ θανάσιμα φάρμακα ἀνατρέψαντες, ξανωτέραν ἐντεῦθεν ἤδη λοιπὸν τὴν ἀποστολικὴν συμφώνως ἐγγράφονται πίστιν.

* Ἴσ. ἀνεκοινοῦντο.

Περὶ

A

Περὶ τοῦ δεῖν τρεῖς ὑποστάσεις νοεῖν καὶ πιστεύειν ἀχωρίστως ἐπὶ τῆς ἀῤῥήτου τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος μιᾶς θεότητος.

## ΚΕΦΑΛ. ιβ΄.

Ἡ ἁγία καὶ μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος τῶν ἐν Νικαίᾳ συναχθέντων ἁγίων πατέρων ἡμῶν διὰ τοῦ μακαρίου καὶ ἁγίου ἐπισκόπου Ὁσίου πόλεως Κορδύβης τῆς τῶν Σπανῶν ἐπαρχίας, ἐπέχοντος καὶ τὸν τόπον τοῦ τῆς Ῥωμαίων ἐπισκόπου σὺν τοῖς ἐκ τοῦ αὐτοῦ θρόνου προαναφωνηθεῖσι πρεσβυτέροις, ἑρμηνεύοντος αὐτὸν ἑτέρου, εἶπεν· ἡ θεότης οὐχ ἓν πρόσωπόν ἐστι, κατὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων ὑ- B πόληψιν, ἀλλὰ τρία πρόσωπα καθ' ὑπόστασιν ἀληθινὴν, οὐκ ὀνόματι ψιλῷ· καὶ τοῦτο μαρτυρίαις πολλαῖς ἀπό τε παλαιᾶς καὶ νέας διαθήκης κηρύττεται. ἡ μὲν παλαιὰ κατὰ τὸν σωματικώτερον ἔτι τρόπον διαλεγομένη, λόγον ὡς λαλούμενον παρέστησεν· ἡ δὲ καινὴ τὸν λόγον Θεὸν ἀπέδειξε, κατὰ τό· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος· καὶ πρόσωπον τέλειον ἐκ τελείου· Θεὸς γὰρ, οὐ μέρος ὁ υἱὸς, ἀλλὰ τέλειος ὥσπερ ὁ πατὴρ, τῆς αὐτῆς οὐσίας ὢν, ἧς καὶ ὁ γεννήσας αὐτὸν ἀφράστως πατήρ. συνυπάρχει δὲ ὡσαύτως τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ τοῦ αὐτοῦ χρήματος ὄν. ὥσπερ ὁ πατὴρ καὶ ὁ C υἱός. μίαν τοίνυν βουλὴν, μίαν βασιλείαν, μίαν αὐθεντίαν, μίαν δεσποτείαν ἐπὶ πάντων τῶν κτιστῶν φύσεων ὁρωμένων τε, καὶ νοουμένων, μίαν θεότητι καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν ὁμολογητέον πρὸς ἡμῶν, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. οὐ σύγχυσιν ἢ διαίρεσιν τῶν τῆς ἀῤῥήτου ἐκείνης καὶ μακαρίας τριάδος ὑποστάσεων, κηρυττόντων ἡμῶν, ἀλλὰ πατέρα ἀεὶ ἀληθῶς πατέρα ἀληθινοῦ υἱοῦ ἀεὶ ὄντα καὶ ὑφεστῶτα. καὶ υἱὸν ἀληθῶς υἱὸν ἀληθινοῦ πατρὸς ἀεὶ ὄντα καὶ ὑφεστῶτα, καὶ πνεῦμα ἅγιον ἀληθῶς πνεῦμα ἅγιον, ἀεὶ ὂν καὶ ὑφεστός· τριάδα ἀχώριστον, ἄῤῥητον, καὶ ἀληθῶς ἀπερινόητον καὶ ἀνέκφραστον, μίαν θεότητα, καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν ταύτης εἶναι πιστεύον- D τες. καὶ ταύτην ὁμολογοῦμεν, κατὰ τὴν ἀνέκαθεν παρὰ τοῦ κυρίου, διὰ τῶν ἱερῶν αὐτοῦ ἀποστόλων, καὶ τῶν τὴν ἐκείνων ἁγίαν πίστιν φυλαξάντων ἀσπίλως, ἀρχαίων ἁγίων ἡμῶν πατέρων, παραδοθεῖσαν ἡμῖν τῆς αὐτῆς πίστεως ἀληθῆ δογμάτων ἀκρίβειαν, ἑτοίμως ἐχόντων ἡμῶν, σὺν εὐδοκίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος, διὰ πλείστων ὅσων μαρτυριῶν τῶν ἐκ τῶν θείων γραφῶν δεῖξαι, ταῦτα οὕτως ἔχειν. τούτων παρ' αὐτῶν, μᾶλλον δὲ δι' αὐτῶν ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκφωνουμένων οἱ τῆς ἀσεβείας Ἀρείου ἀντιποιούμενοι· ἦσαν δὲ ὑπὲρ Εὐσέβιον τὸν Νικομηδείας, καὶ Θεόγνιν τὸν τῆς Νικαίας, οὓς ἔμπροσθεν ἤδη ἐδηλώ- E σαμεν· ἀπέβλεπον δὲ ὁμοίως εἰς τοὺς μισθωτοὺς Ἀρείου φιλοσόφους τινὰς λογίους ὑπεράγαν, οὓς συνηγόρους τῆς οἰκείας μοχθηρίας μισθωσάμενος Ἄρειος, σὺν αὐτοῖς ἧκεν εἰς τὴν ἁγίαν ἐκείνην καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον. παρῆσαν γὰρ πλεῖστοι ὅσοι φιλόσοφοι, εἰς οὓς ἠλπικότες, ὡς ἀρτίως εἰρήκαμεν, οἱ τῆς ἀληθείας πολέμιοι, εἰκότως ἑάλωσαν καὶ μετὰ τοῦ τῆς βλασφημίας αὐτῶν διδασκάλου. πληρουμένης ἐπ' αὐτῷ καὶ * αὐτῶν τῆς ἱερᾶς γραφῆς λεγούσης· ἐπικατάρατος πᾶς ἄνθρωπος, ὃς ἔχει τὴν ἐλπίδα αὐτοῦ ἐπ' ἄν-

* αὐτοῖς

*Quomodo oporteat tres perſonas intelligere & credere indiviſe in una illa ineffabili Patris, & Filii, & Spiritus ſancti divinitate.*

## CAPUT XII.

SANCTA & magna & generalis ſynodus ſanctorum patrum Nicææ congregatorum, per beatum & ſanctum Oſium epiſcopum civitatis Cordubæ in Hiſpania, tenentem locum epiſcopi Romani, cum prædictis ejuſdem ſedis presbyteris, altero ipſum interpretante dixit Divinitas non eſt una perſona, ut Judæi exiſtimant, ſed tres perſonæ vere B nubſiſtentes, non ſolo nomine: & hoc pluribus teſtimoniis in novo & veteri teſtamento prædicatur. Vetus quidem magis corporeo adhuc modo differens, Verbum quaſi loquens exhibuit: novum autem, Verbum Deum eſſe demonſtravit, juxta illud: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*: & perſonam perfectam ex perfecta. Deus enim eſt, non pars, Filius, ſed perfectus ſicut & Pater: ejuſdem eſſentiæ, cujus & qui eum ineffabili modo genuit Pater: Sicut Pater & Filius, ſimul ſubſiſtit Spiritus ſanctus, ejuſdem eſſentiæ & poteſtatis, cujus Pater & Filius Unum igitur conſilium, unum regnum, unam volun- C tatem, unam dominationem in res omnes creatas, tam quæ viſu, quam quæ mente & intelligentia percipiuntur, unam divinitatem & eamdem eſſentiam confiteri nos oportet, Patris & Filii & Spiritus ſancti: non prædicantes confuſionem aut diviſionem perſonarum ineffabilis & beatæ illius trinitatis, ſed ſemper vere Patrem veri Filii ſemper exiſtentem; & Filium vere Filium veri Patris ſemper exiſtentem ac ſubſiſtentem; & vere etiam Spiritum ſanctum ſemper exiſtentem quoque & ſubſiſtentem: trinitatem individuam, ineffabilem, quæ neque animo concipi, neque ſatis exprimi ſermone poteſt: unam divinitatem & eamdem ejus eſ- D ſentiam credimus & confitemur ſecundum ſanctam illam jam olim a domino per ſanctos ejus apoſtolos & antiquos ſanctos patres noſtros, qui illam apoſtolorum fidem illibatam conſervarunt, nobis ab initio traditam fidei veram dogmatum integritatem, parati ex Sancti Spiritus arbitrio per plurima divinarum ſcripturarum teſtimonia demonſtrare hæc ita ſe habere. Cum hæc ab ipſis, vel potius a Spiritu ſancto per ipſos pronunciarentur, qui impietatem Arii aſſerebant (erant autem [a] pro Euſebio Nicomediæ, & Theognio Nicææ, quos jampridem indicavimus) respiciebant pariter in conductitios Arii philoſophos quoſdam maxime diſertos, quos cum E malitiæ ſuæ patronos conduxiſſet Arius, cum illis venit ad ſanctam illam & generalem ſynodum. Aderant autem & plurimi philoſophi, in quibus ſperantes, ut paulo ante diximus, veritatis adverſarii, merito cum ſuæ blaſphemiæ magiſtro damnati ſunt: impleta in ipſo & in ipſis ſacra ſcriptura, quæ dicit: *Maledictus homo qui confidit in homine, & a domino receſſit cor ejus*. Receſſit enim vere a domino blaſphemum cor Arii cum Deo pugnantis, & eorum qui ejus impietati communicant, audentium dicere Filium Dei creaturam

[a] Cum ſtrepetur.

Jerem. 17.

turam atque facturam, cum ſit omnium viſi- A bilium & inviſibilium creatarum naturarum creator & effector.

*Quomodo a philoſophis Arii plurima contra ſanctam illam apoſtolicorum Dei ſacerdotum ſynodum prolata fuerint.*

## CAPUT XIII.

UNUS ex mercenariis illis Arii philoſophis, qui præ ceteris omnibus admira- B tioni fuit, plurima pro Ario contra noſtros epiſcopos plures dies diſſeruit: ſic ut quotidie propter diſputationis conflictum ingens eſſet concurſus multorum ad audiendum properantium. Philoſophus interim multa effundebat in ea quæ a ſancta ſynodo dicebantur, atque objiciebat impias Arii blaſphemias de Filio Dei, inquiens tempus aliquod fuiſſe cum ille non eſſet: & quod creatus factuſque eſſet ex iis quæ non ſunt: quodque alterius eſſet naturæ & ſubſtantiæ quam Pater. Atque hæc ſcelesta Arii dogmata magna animi contentione & orationis flumine propugnabat. Cum hac ille rabie contra Dei Filium fureret, & Sanctorum patrum coronam inſe- C ctaretur acriter, loquente in ipſo & per ipſum humanæ ſalutis hoſte: e contra veritatis propugnatores epiſcopi noſtri rationes convenientes & decentes pro apoſtolicis dogmatis ſine tumultu & ſtrepitu philoſopho oppoſuerunt, magnum illum prophetam juxta & re- Pſalm. 118 gem Davidem imitati, dicentem: *Paratus ſum, & non ſumus turbatus.* Omnes enim verſutas & implicatas philoſophi rationes, ceu ſtupas, divini verbi flamma abſumpſerunt. Verum ille diabolica verborum arte fretus, prædicatam ab epiſcopis veritatem vexare non deſiit, facile, ut putabat, cum quovis obvio manus conſerens, diſſolvere nitebatur objectas quæſtiones, ex argumentis etiam fortio- D ribus, quibus conſtringi ſibi ipſi videbatur, inſtar anguillæ elabens. Licet ad hunc ille modum furens, multo faſtu in tranquillam ſynodum ſeſe inferret inſolentius, exiſtimans ſe vincere poſſe invictam increati Spiritus Job 5. Chriſti qui in iis erat, potentiam, ex ſuis 1 Cor 3. ipſius verbis convictus ſuccubuit tandem: ut oſtenderet Deus, qui comprehendit ſapientes in aſtutia eorum, quod non in ſermone, ſed in virtute regnum ipſius ſitum ſit, per quemdam ex ſervis ſuis qui illic aderant, malum dæmonem in philoſopho loquentem non ſolum imperioſe tacere juſſit, verum etiam ejecit inde. Quidam enim ex ſanctis confeſſoribus qui ſynodo intererant, vir ſim- E plex natura & apertus, ſi quis alius ex eo cœtu, qui nihil aliud noverat præter Chriſtum, & hunc crucifixum in carne, ſecundum ſcripturas: cum una cum epiſcopis eſſet, & videret philoſophum inſultantem piis noſtris epiſcopis, & diſputationis verſutia ſeſe jactantem, poſcit ab epiſcopis Dei ſacerdotibus veniam colloquendi & congrediendi cum philoſopho. Tum vero epiſcopi noſtri, cum ſimplicitatem viri & literarum imperitiam viderent, ſi adebant ei in medium non

A θρωπον, καὶ ἀπὸ κυρίου ἀπέστη ἡ καρδία αὐτοῦ. ἀπέστη γὰρ ὄντως ἀπὸ τοῦ κυρίου ἡ βλάσφημος καρδία τοῦ θεομάχου Ἀρείου, καὶ τῶν κοινωνῶν τῆς ἀσεβείας αὐτοῦ, κτίσμα καὶ ποίημα τολμησάντων λέγειν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν πάντων κτίστην καὶ δημιουργὸν, ἀοράτων καὶ ὁρατῶν κτιστῶν φύσεων.

Ὅπως τῶν φιλοσόφων Ἀρείου, κατὰ τῆς ἁγίας ἐκείνης τῶν ἀποστολικῶν τοῦ Θεοῦ ἱερέων συνόδου, πλεῖστα ὅσα ἀποφθέγγεται.

## ΚΕΦΑΛ. ιγʹ.

ΕἿΣ δέ τις τῶν μισθωτῶν Ἀρείου φιλόσοφος. B λίαν παρὰ πάντας τοὺς ἄλλους θαυμαζόμενος, πολλὰ καὶ πάμπολλα ὑπὲρ Ἀρείου πρὸς τοὺς ἐπισκόπους τοὺς ἡμετέρους διετείνετο ἐπὶ πλείστας ὅσας ἡμέρας, ὥστε γίνεσθαι ἐφ' ἑκάστης ἐκ τῆς διὰ τῶν λόγων συμβολῆς μεγάλην ἀκρόασιν τοῦ πλήθους τῶν συνερχομένων· ἐπισυγχέοντος τοῦ δὲ φιλοσόφου κατὰ τῶν παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου λεγομένων, τὰς ἀσεβεῖς Ἀρείου βλασφημίας προβαλλομένου, λέγοντος περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τὸ, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν. καὶ ὅτι κτίσμα καὶ ποίημα ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ ἐξ ἑτέρας οὐσίας καὶ ὑποστάσεώς ἐστι. καὶ ὑπὲρ τούτων τῶν μιαρῶν δογμάτων Ἀρείου πολὺς ἦν αὐτῷ ὁ ἀγὼν, καὶ αἱ τῶν λόγων νιφάδες. λυττῶντος αὐτοῦ κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ C Θεοῦ, καὶ κατατρέχοντος τοῦ τῶν ἁγίων ἱερέων ἐκείνων χοροῦ, λαλοῦντος ἐν αὐτῷ, καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας ἐχθροῦ. οἱ δὲ τῆς ἀληθείας ὑπέρμαχοι, οἱ ἡμέτεροι ἐπίσκοποι, τὰς ὀφειλομένας καὶ πρεπούσας ὑπὲρ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ἀντιθέσεις ἀπαράχως τῷ φιλοσόφῳ προσέφερον· τὸν μέγαν προφήτην ὁμοῦ καὶ βασιλέα Δαυὶδ μιμούμενοι, λέγοντα· ἡτοιμάσθην, καὶ οὐκ ἐταράχθην. πάσας γὰρ τὰς τοῦ φιλοσόφου πολυπλόκους προτάσεις, ὡς πυρὶ, τῷ θείῳ λόγῳ, στυππίου δίκην, κατηνάλισκον. ἀλλὰ καὶ οὗτος ὁ φιλόσοφος τῇ τῶν λόγων διαβολικῇ δὲ τεχνίᾳ θαρρῶν, τὴν διὰ τῶν ἐπισκόπων ἀλήθειαν κηρυττομένην ἀντιπονεῖν ἐνίστατο· D εὖ μάλα ῥᾷστα πᾶσι τοῖς ἐπαγομένοις αὐτῷ ὡς ᾤετο, προσφερόμενος, ἐπιλύειν τε ἐβιάζετο τὰ κινούμενα δίκην ἐγχέλυος· ἐν οἷς γὰρ ἐδόκει ἑαυτῷ συνίστασθαι, διολισθαίνων τῶν ἐπικρατεστέρων αὐτῷ προσφερομένων νοημάτων. ἀλλὰ καὶ οὕτως κορυβαντιῶν ἀλαζονικῶς κατὰ τῆς εἰρηνικωτάτης συνόδου ἐφέρετο, ἐλπίζων νικᾷν τοῦ ἐν αὐτοῖς ἀκτίστου πνεύματος Χριστοῦ τὴν ἀκαταμάχητον δύναμιν, ἐκ τῶν οἰκείων ῥημάτων ἁλισκόμενος συγκατέπιπτεν· ἵνα δείξῃ ὁ Θεὸς ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, ὅτι οὐκ ἐν λόγῳ ἡ βασιλεία αὐτοῦ, ἀλλ' ἐν δυνάμει συνίσταται, δι' ἑνὸς τῶν ἐκεῖσε δούλων αὐτοῦ τὸν ἐν τῷ φιλοσόφῳ λαλοῦντα E πονηρὸν δαίμονα ἰσχυρῶς κατεσίγησεν, οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξέβαλεν. ἀνὴρ γάρ τις ἐκ τῶν παρόντων τῇ συνόδῳ ἁγίων ὁμολογητῶν, ἁπλοῦς τὴν φύσιν, εἴπερ τις ἄλλος τῶν ἁγίων, καὶ μηδὲν ἕτερον εἰδὼς εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον σαρκὶ, κατὰ τὰς γραφὰς, συνὼν τοῖς ἐπισκόποις, καὶ ὁρῶν τὸν φιλόσοφον κατεπαιρόμενον τῶν ἡμετέρων ἁγίων ἐπισκόπων, καὶ τῇ μοχθηρᾷ αὐτοῦ συζητήσει καταλαζονευόμενον, αἰτεῖ παρὰ τῶν ἐπισκόπων τῶν τοῦ Θεοῦ ἱερέων χώραν αὐτῷ συνομιλίας παρ' αὐτῶν

πρὸς

πρὸς τὸν φιλόσοφον δοθῆναι. τότε οἱ καθ᾽ ἡμᾶς A ἅγιοι ἐπίσκοποι θεωροῦντες τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἁπλότητα, καὶ τὸ ἄπειρον αὐτὸν εἶναι γραμμάτων, ἐπείθον μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ μέσον, μήποτε παρὰ τοῖς μοχθηροῖς, καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθροῖς, γέλως γένηται. ὁ δὲ μὴ ἀνεχόμενος πρόσεισι τῷ φιλοσόφῳ, καί φησι πρὸς αὐτόν· ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀεὶ σὺν τῷ πατρὶ ὄντος Θεοῦ λόγου, ἄκουσον τὰ τῆς ἀληθείας δόγματα, ὦ φιλόσοφε. ὁ δὲ πρὸς αὐτόν· ἐὰν εἴποις. καὶ ὁ ἅγιος πρὸς αὐτόν· εἷς ἐστιν ὁ Θεός, φησὶν, ὁ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα δημιουργήσας, ὁ καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐκ γῆς διαπλάσας, ὑπεστήσατό τε τὰ πάντα τῷ λόγῳ αὐτοῦ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. τοῦτον τὸν λόγον, ὦ B φιλόσοφε, Θεοῦ υἱὸν ἡμεῖς εἰδότες προσκυνοῦμεν, πιστεύοντες διὰ τὴν ἡμετέραν ἀπολύτρωσιν ἐκ παρθένου αὐτὸν σεσαρκῶσθαι, καὶ τετέχθαι καὶ ἐνανθρωπηκέναι, καὶ διὰ τοῦ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ πάθους τοῦ ἐν τῷ σταυρῷ καὶ τοῦ θανάτου ἠλευθερωκέναι αὐτὸν ἡμᾶς ἐκ τῆς αἰωνίου κατακρίσεως διά τε τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ ζωὴν ἡμῖν αὐτὸν αἰώνιον πεπορίσθαι· ὃν καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνελθόντα ἐλπίζομεν πάλιν ἐλεύσεσθαι, κριτήν τε ἔσεσθαι περὶ πάντων ὧν διεπραξάμεθα. πιστεύεις τούτοις, ὦ φιλόσοφε; ὁ δὲ φιλόσοφος, ὡς ἂν μηδεπώποτε πεῖραν λόγων εἰς ἀντίθεσιν ἐσχηκώς, ἀπληνώθη, καὶ ὡς κωφὸς ἢ ἄλαλος, οὕτως ἀπεσιώπησε· τοῦτο μόνον οἰκτρᾷ λίαν τῇ φωνῇ πρὸς αὐτὸν εἰρηκώς, ὅτι κἀμοὶ C ταῦτα οὕτως ἔχειν δοκεῖ, μηδὲν ἕτερον εἶναι, ἢ πάντα καθὼς προείρηκας. ὁ δὲ γέρων πρὸς αὐτὸν ἔφη· εἰ ταῦτα οὕτως ἔχειν πιστεύεις, ὦ φιλόσοφε, ἀναστὰς ἀκολούθει μοι, καὶ ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν σπουδάσωμεν, ἐν ᾗ λήψῃ τὸ σημεῖον ταύτης τῆς πίστεως. ὁ δὲ φιλόσοφος μεταβαλὼν ὅλον ἑαυτὸν πρὸς τὴν ἀληθῆ εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν εὐσέβειαν, ἀναστὰς ἠκολούθει τῷ γέροντι, καὶ ἐπιστραφεὶς λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς συνελθοῦσιν εἰς τὴν ἀκρόασιν· ἀκούσατε φησὶν, ὦ ἄνδρες, ἕως ὅτε λόγων ἐποιούμην σπουδὴν, λόγους ἀντετίθουν, καὶ τὰ προσφερόμενα τέχνῃ τοῦ λέγειν ἀνέτρεπον· ὅτε δὲ ἀντὶ λόγων δύναμίς τις θεία ἐκ στόματος τοῦ ζητοῦντος προελήλυθεν, οὐκ ἴσχυσαν οἱ λόγοι λοιπὸν τῇ δυνάμει ἀντιτάξεσθαι· οὔτε γὰρ D ἄνθρωπος Θεῷ οἷός τέ ἐστιν ἀντιστήσεσθαι. διά τοι τοῦτο εἴ τις ὑμῶν δύναται συνιέναι, ὡς ἐγὼ νενόηκα, πιστευσάτω εἰς Χριστὸν, καὶ ἀκολουθησάτω τούτῳ τῷ γέροντι, ἐν ᾧ ἐλάλησεν ὁ Θεός. τοῦτον τὸν τρόπον ἀναλαβὼν ὁ φιλόσοφος, φωτισθεὶς, καὶ γενόμενος χριστιανὸς, ἔχαιρεν ἡττηθεὶς ὑπὸ τοῦ γέροντος. τούτου δὲ τοῦ φιλοσόφου βαπτισθέντος, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ συναφθέντος, καὶ διαναπαυομένου καὶ ἀγαλλιῶντος ἐπὶ τοῖς μεγαλείοις τοῦ Θεοῦ, ἡ σύνοδος ἔχαιρεν.

A prodire, ne forte ab improbis & veritatis hoſtibus irrideretur. Ille cum continere ſe non poſſet, philoſophum aggreditur, & ad eum inquit: In nomine Jeſu Chriſti Dei Verbi ſemper cum Patre exiſtentis, audi veritatis dogmata, o philoſophe. Certe, inquit ille, ſi dixeris. Tum ſanctus: Deus, inquit, unus eſt, qui poſtquam cœlum, terram, maria, & quæcumque in iis continentur, fabricaſſet, & hominem ex terra finxiſſet, omnia ſuſtentavit verbo ſuo, & Spiritu ſancto. Hoc Verbum, o philoſophe, Dei Filium eſſe cognoſcentes, adoramus, credentes illum, ut nos redimeret, ex virgine carnem aſſumpſiſſe, natum eſſe, & hominem factum eſſe, B & per carnis ſuæ paſſionem in cruce & mortem, ab eterna damnatione nos liberaviſſe, perque reſurrectionem ſuam, æternam nobis vitam contuliſſe: quem ad cœlos regreſſum, ſperamus iterum venturum, & judicem futurum omnium quæ in vita geſſimus. Hæccine credis, o philoſophe? Ille tamquam diſſerendi & contradicendi imperitus obſtupuit, & velut ſurdus aut mutus obticuit: hoc ſolum voce ad commiſerationem inflexa dicere potuit: Mihi hæc ita ſe habere videntur, nec aliud quidquam verius eſſe credo, quam quod tu dixiſti. Tum ſenex ait: Si hæc ita ſe habere credis, philoſophe, ſurge, ſequere me, ad eccleſiam properemus, in qua hujus fidei C ſigillum accipias. Philoſophus autem cum mentem ſuam ad veram in Deum pietatem flexiſſet, ſurrexit & ſecutus eſt ſenem. Converſus vero ad diſcipulos ſuos, & ad eos qui audiendi gratia illuc confluxerant: Audite, inquit, o viri: quamdiu verbis contendebamus, verba verbis oppoſui, & objecta, dicendi arte refelli: ſed ubi pro verbis divina virtus ex ore dicentis prodiit, non potuerunt amplius verba virtuti reſiſtere, nec homo adverſari Deo valuit. Et ideo ſi quis veſtrum intelligere potuerit, quæ mihi intellexiſſe videor, credat in Chriſtum, & ſequatur hunc ſenem, in quo locutus eſt Deus. Hoc itaque pacto philoſophus illuminatus, & Chriſtianus D factus, ſe victum eſſe a ſene gratulabatur. Quod vero philoſophus baptizatus fuerit, & Dei eccleſiæ adjunctus, quod quieverit, & ob magnifica Dei facta exultaverit, ſynodus ipſa gaudebat.

Ἀντίῤῥησις ἑτέρου φιλοσόφου τοὔνομα Φαίδωνος, ποιουμένου καὶ αὐτοῦ τοὺς λόγους ὑπὲρ τοῦ θεομάχου Ἀρείου, καὶ τῆς ἐφευρεθείσης ὑπ᾽ αὐτοῦ βλασφημίας. E

*Refutatio alterius philoſophi, cui Phædo nomen, qui etiam pro impio Ario, & blaſphemia ab illo inventa, verba fecit.*

## ΚΕΦΑΛ. ιδ'.

Πρότασις τοῦ φιλοσόφου πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον εἰς τὸ ποιήσωμεν ἄνθρωπον.

## CAPUT XIV.

*Propoſitio philoſophi ad ſanctam ſynodum ſuper illud: Faciamus hominem.*

ΚΑΙ᾽ εἶπεν ὁ Θεός· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν. εἰ οὖν ὡς ἡ φωνὴ δηλοῖ ἢ καὶ ὁ νοῦς ἐξαπαχθεὶς, ἀνθρωπόμορφον ἄν τις λέξοι τὸν

DIXITQUE *Deus: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Geneſ. 1. Si quidem igitur, ut vox indicat, mens etiam erat ſeparatim ſubſiſtens, Deum dixerit aliquis habere hominis effigiem; novimus autem

tem Deum ſimplicem eſſe ac ſine figura. Quid A ergo ſibi volunt appellationum iſtarum ſignificationes? dicite, numquid Deus hominis habet figuram?

*Reſponſio ſanctorum patrum per Euſtathium epiſcopum Antiochiæ.*

Ibidem. Non ſic, o philoſophe, ſed quod Deus dixit: Præſint univerſæ terræ, & dominentur ei, & omnibus quæ in ea ſunt: hoc accommodatum eſt ei, facere ſcilicet hominem ad imaginem Dei, & præeſſe illum univerſæ terræ. Nam ut Deus præeſt toti terræ, & omnibus quæ in ea ſunt; ſic hominem totius terræ & eorum quæ in ea ſunt, veluti B alterum præſidem conſtituit. Hoc dico eſſe, hominem ad imaginem & ſimilitudinem Dei factum eſſe.

*Altera adhuc reſponſio ſanctorum patrum per eumdem epiſcopum Euſtathium.*

## CAPUT XV.

DIXITQUE *Deus: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Sed cui dixit, inquiramus, o philoſophe. In eo enim quod dicitur: *Dixitque Deus faciamus hominem*, ſubjecit dicens: *Et fecit Deus hominem: ad imaginem Dei fecit illum, maſculum* C *& fœminam fecit eos.* Verbi ergo, *Faciamus*, ſignificatio perſonam eſſe concreantem indicat, & æqualem appellationem inducit. Ut enim Pater Deus eſt qui dixit; *Faciamus hominem*: ita & Deus is eſt cui dixit, *faciamus*, cum ſit eadem eſſentia divinitatis utriuſque perſonæ, & ejus quæ dixit, *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, & ejus quæ hominem fecit. Illa enim vox, *Faciamus*, ſanctam prorſus & nequaquam diverſam Patris & Filii divinitatem exprimit. Imago enim Dei ſimplex eſt, & omnis compoſitionis expers, cum ſit ignis natura.

*Conſors reſponſio ſanctorum patrum.* D

Lumen inacceſſibile eſt, & natura incomprehenſibilis eſt ſanctæ trinitatis eſſentia. Hic eſt ſenſus verbi, *Faciamus*.

*Contradictio philoſophi pro Ario.*

## CAPUT XVI.

ITERUM dicam Deum ſimplicem eſſe, ſine figura & compoſitione. Quomodo igitur intelligendum eſt illud: *Ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*? & quo pacto qui dixit, *Faciamus hominem*, & quæ ſequuntur, non ſubſiſtat ante illum cui dicebat? Enunciate E nobis perſpicuam de his demonſtrationem, ſi poteſtis.

*Sancti epiſcopi per Oſium epiſcopum civitatis Cordubæ, interpretante illum altero, dixerunt.*

Si, ut tu dicis, Pater ante Filium extitit, & poſterior Filius poſt aliqua tempora creatus eſt a Deo & poſtea Filius ab eodem Patre declaratus, ut impie blaſphemantes aſ-

Θεῶ. τὸν δὲ Θεὸν ἴσμεν ἁπλοῦν, καὶ ἀσχημάτιστον. τί οὖν βούλονται αἱ σημασίαι τῶν προσηγοριῶν τούτων. φατὲ, μὴ ἄρα ἀνθρωπόμορφον τὸ θεῖον;

Ἀπόκρισις τῶν ἁγίων πατέρων διὰ Εὐσταθίου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας.

Οὐχ οὕτως ὦ φιλόσοφε, ἀλλ᾽ ἢ τὸ εἰπεῖν τὸν Θεόν· ἀρχέτωσαν πάσης τῆς γῆς· καὶ τὸ, κατακυριευσάτωσαν αὐτῆς, καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτῇ, τοῦτο τὸ κύριόν ἐστι, τοῦ ποιῆσαι τὸν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ, καὶ ἄρχειν αὐτὸν πάσης τῆς γῆς. ἐπείπερ, ὡς ἄρχει ὁ Θεὸς ἁπάσης τῆς γῆς, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πάντων, οὕτω καὶ τὸν ἄνθρωπον δεύτερον ἄρχοντα πάσης τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν αὐτῇ κατέστησε. τοῦτο εἶναι τὸ, κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον φημί.

Ἔτι ἀνταπόκρισις τῶν ἁγίων πατέρων διὰ τοῦ αὐτοῦ ἐπισκόπου Εὐσταθίου.

## ΚΕΦΑΛ. ιε΄.

ΚΑΙ᾽ εἶπεν ὁ Θεός. ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν. ἀλλὰ πρός τινα ἔφη, ζητήσωμεν φιλόσοφε. ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν. καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, ποιήσωμεν ἄνθρωπον· ἐπήγαγε λέγων. καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. ἡ οὖν τοῦ ποιήσωμεν σημασία τὸ εἶναι πρόσωπον συνδημιουργὸν σημαίνει, καὶ συνισοπροσήγορον εἰσάγει. ὡς γὰρ Θεὸς ὁ πατήρ ἐστιν, ὁ εἰπὼν, ποιήσωμεν ἄνθρωπον οὕτως ὁ Θεός ἐστι καὶ πρὸς ὃν τὸ ποιήσωμεν εἴρηκε, μιᾶς οὔσης τῆς τῶν ἀμφοτέρων προσώπων θεότητος, τοῦ τε εἰπόντος, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν, καὶ τοῦ ποιήσαντος τὸν ἄνθρωπον. τὸ γὰρ ποιήσωμεν, τὸ παναγαθὸν καὶ ἀπαράλλακτον τῆς τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ θεότητος παρίστησιν ἡ φωνή. ἡ γὰρ τοῦ Θεοῦ εἰκὼν ἁπλῆ καὶ ἀσύνθετός ἐστι, πῦρ οὖσα τῇ φύσει.

Ἀπόκρισις σύμφωνος τῶν ἁγίων πατέρων.

Φῶς ἀπρόσιτον καὶ ἄσχετός ἐστι φύσις, ἡ τῆς ἁγίας τριάδος οὐσία. αὕτη ἐστὶν ἡ διάνοια τοῦ, ποιήσωμεν.

Ἀντίρρησις τοῦ φιλοσόφου ὑπὲρ Ἀρείου.

## ΚΕΦΑΛ. ιϛ΄.

ΠΑ΄ΛΙΝ ἐρῶ τὸ τὸν Θεὸν ἁπλοῦν εἶναι, καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ ἀσύνθετον. πῶς οὖν ἄρα νοητέον, τὸ, κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν, καὶ τὸ μὴ προϋπάρχειν τὸν εἰπόντα τοῦ πρὸς ὃν ἔλεγε, ποιήσωμεν ἄνθρωπον· καὶ τὰ ἑξῆς; φατὲ ἡμῖν σαφῆ τὴν περὶ τούτων ἀπόδειξιν, εἰ δύνασθε.

Οἱ ἅγιοι ἐπίσκοποι διὰ Ὁσίου ἐπισκόπου πόλεως Κορδούβης, ἑρμηνεύοντος αὐτὸν ἑτέρου, εἶπον.

Εἰ προϋπῆρχεν, ὡς σὺ φῂς, τοῦ υἱοῦ ὁ πατὴρ, καὶ μεταγενέστερος ὁ υἱὸς μετὰ χρόνους τινὰς κτισθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς υἱὸν αὐτοῦ μετὰ ταῦτα ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς ἀνα-

ἀναγορευθεὶς, καθάπερ ἀσεβῶς βλασφημοῦντες, εἰς ποίησιν τῆς κτιστῆς φύσεως προστετάχθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ· εἶπεν ἄν, κατὰ τὴν ὑμετέραν ἀσέβειαν, ὁ ἄκτιστος Θεὸς πρὸς τὸν κτιστὸν υἱὸν καθ' ὑμᾶς· ποίησόν μοι ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἐμὴν καὶ ὁμοίωσιν. ἀλλ' ἐπειδήπερ ἀεὶ πατὴρ ὁ Θεὸς, ὡς προαπεδείξαμεν, καὶ ἀεὶ συνυπάρχει τῷ πατρὶ ὁ υἱὸς, οὐ μεταγενέστερος χρόνοις, οὐκ ἐλάττων δυνάμει, οὐ περιγραπτὸς τόπῳ, ἀλλ' ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἀϊδίως συνυπάρχων τῷ πατρὶ, γεγεννημένος ἐξ αὐτοῦ ἀπερινοήτως καὶ ἀνεκφράστως, καθὰ προειρήκαμεν, Θεὸς ἀληθινὸς ὢν ἀεὶ, ἐκ τοῦ ἀεὶ ὄντος ἀληθινοῦ Θεοῦ, καὶ πατρὸς, συνάναρχος τῷ πατρὶ, συναΐδιος τῷ πατρὶ, συμβασιλεύων ἀεὶ τῷ πατρὶ, ὁμοούσιος τῷ πατρὶ, ἰσοδύναμος τῷ πατρὶ, B συνδημιουργὸς τῷ πατρί. εἰ γὰρ διὰ τοῦ υἱοῦ γεγενῆσθαι λέγει ἡ θεία τῶν εὐαγγελίων φωνὴ, καὶ ὅτι χωρὶς αὐτοῦ γέγονεν οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν, ἀλλ' ὅμως οὐ δίχα τοῦ πατρὸς ἐδημιούργησεν. ἀλλ' ἐπείπερ μία θεότης, καὶ βουλὴ μία τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀχωρίστως ἀεὶ ὄντος τοῦ πατρὸς πρὸς τὸν υἱὸν, καὶ τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα· νοητέον οὖν, ὦ φιλόσοφε, ὅτι ἓν κατὰ τὴν τῆς θεότητος οὐσίαν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς, καθὰ καὶ ἐν εὐαγγελίοις ὁ αὐτὸς υἱὸς βοᾷ· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. πρὸς ὃν ἔλεγε· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν.

A ſeritis, prius eum ab ipſo fuiſſe creatum ad creationem naturarum quæ factæ ſunt: dixiſſet utique juxta impietatem veſtram, increatus Deus ad creatum, ſecundum vos, Filium: Facias mihi hominem ad imaginem & ſimilitudinem meam. Sed ſiquidem Pater ſemper eſt Deus, ut prius oſtendimus, Filius etiam cum patre ſemper exiſtit, non temporibus poſterior, non poteſtate minor, non loco circumſcriptus, ſed ſemper itidem perpetuo cum Patre ſubſiſtens, ex ipſo juxta prædicta incomprehenſibiliter & ineffabiliter genitus, verus Deus ſemper exiſtens: ex vero Deo & Patre ſemper exiſtente, dominans cum Patre, coæternus Patri, regnans ſemper B cum Patre, conſubſtantialis Patri, æque potens ut Pater, creator cum Patre. Si enim omnia per Filium facta teſtatur divina evangeliorum vox, *& ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt*: & ſimul, non diviſim a Patre creavit: ſiquidem una eſt divinitas, & ſententia una Patris & Filii & Spiritus ſancti, nunquam ſeparato Patre a Filio, neque Filio a Patre: intelligendum ergo eſt, o philoſophe, quod Pater & Filius ſecundum ſubſtantiam deitatis unum ſunt, ſicut & in evangelio ipſe Filius clamat; *Ego & Pater unum ſumus*; cui dicebat: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.*

## Ἀντίῤῥησις τοῦ φιλοσόφου. C

Καὶ ἤδη ἐν ταῖς προτέραις ἐπερωτήσεσιν ἔφαμεν, μὴ εἶναι τὸν Θεὸν ἀνθρωπόμορφον. τίνα οὖν ἔχει τὴν σημασίαν ἡ ῥῆσις αὕτη, τὸ κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν; φατὲ ἡμῖν. οὐ γὰρ μικρὸν ἡμῖν ἡ λέξις παρέχει ἀγῶνα. τέως τοῦτο λεκτέον.

## *Contradictio philoſophi.*

Jam etiam in prioribus interrogationibus dicebamus Deum non habere hominis effigiem: quam ergo ſignificationem habet hæc oratio: *Ad imaginem & ſimilitudinem noſtram?* dicite nobis. Non enim parvam nobis hic ſermo exhibet difficultatem: interim hoc dicendum eſt.

## Ἀπόκρισις τῆς ἁγίας συνόδου διὰ τοῦ αὐτοῦ ἐπισκόπου Ὁσίου πόλεως Κορδύβης.

Τὸ κατ' εἰκόνα, ὦ φιλόσοφε, νοητέον οὐ κατὰ τὴν σωμάτων σύνθεσιν, ἀλλὰ κατὰ νοερὸν ἐντετυπῶσθαι ὁ τῆς ἀληθείας παρίστησι λόγος. D ἄκουε τοίνυν καὶ σύνες. ἀγαθὸς ὢν ὁ Θεὸς τῇ φύσει, ἐνέπηξε τῇ νοερᾷ τοῦ ἀνθρώπου οὐσίᾳ τὸ, κατ' εἰκόνα αὐτοῦ καὶ ὁμοίωσιν, οἷον τὴν ἀγαθότητα, τὴν ἁπλότητα, τὴν ἁγιότητα, τὴν καθαρότητα, τὴν ἀφθονίαν, τὴν χρηστότητα, τὴν μακαριότητα, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια· ἵνα ἅπερ ἐστὶν ὁ Θεὸς τῇ φύσει, ταῦτα κατὰ τὴν αὐτοῦ χάριν ἔχειν δυνηθῇ καὶ ὁ ὑπ' αὐτοῦ κτισθεὶς ἄνθρωπος, τουτέστι τὸ νοερὸν αὐτοῦ. καὶ ὥσπερ οἱ τῶν ζωγράφων ἐπιστήμονες γράφοντες ἐν σανίσι τὰς ὁμοιώσεις τῶν εἰκόνων, ἐκ διαφόρων καὶ οὐκ ἐξ ἑνὸς χρώματος τὰς εἰκόνας ἀπαραλείπτως γράφουσιν· οὕτω δέδωκεν ὁ Θεὸς τῷ ἀνθρώπῳ τῷ ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντι ἐν τῷ νοερῷ ταμείῳ τῆς ψυχῆς, τουτέστι τῷ νῷ, ἔχειν διὰ τῶν ἀρετῶν τὸ κατ' εἰκόνα αὐτοῦ καὶ ὁμοίωσιν· E τῆς εἰκόνος ἀπαραλείπτου δεικνυμένης ἐν τῷ ἀνθρώπῳ διὰ τῶν προῤῥηθέντων θείων πραγμάτων, ὧν ἀνέθηκεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, εἰπών· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν.

## *Reſponſio ſancta ſynodi per eumdem epiſcopum Oſium civitatis Cordubæ.*

Illud, *ad imaginem*, o philoſophe, non ad corporum conſtitutionem, ſed ad mentem relatum & expreſſum eſſe docet ſermo veritatis. Audi ergo & intellige. Deus cum ſit natura bonus, intelligenti hominis ſubſtantiæ inſculpſit illud, *ad imaginem & ſimilitudinem*, ut bonitatem, ſimplicitatem, ſanctitatem, puritatem, candorem, probitatem, felicitatem, & his ſimilia: ut quæ Deus eſt per naturam, eadem per ipſius gratiam habere poſſet ab ipſo creatus homo, hoc eſt, ipſius hominis mens. Et ut pictores periti ſimilitudines imaginum in tabulis, non ex uno ſemper colore, ſed ex variis perpetuo depingunt: ſic Deus homini etiam quem creavit, in animæ intelligentis conditorio, hoc eſt in mente, conceſſit, ut per virtutes haberet illud, ut ad imaginem & ſimilitudinem ſuam fingeretur: cum in homine abunde conſpiciatur imago per prædictas illas res divinas, quas Deus in ipſo repoſuit, dicens: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram* Gen. 1.

A

*Contradictio philoſophi.*

## CAPUT XVII.

DIFFERANTUR iſta hoc præſenti tempore: Illud potius quærendum eſt, de eo ſcilicet, per quod Deus hominem fecit, & omnia quæ videntur & quæ non videntur. Non enim mihi videntur recte ſe habere quæ dixiſtis, quod unum pariter fuerit ſemper Filius cum Patre in idipſum, & quod Filius ſemper fuerit Deus cum Patre. Ego vero dicerem a Deo factum fuiſſe, ut in creaturis miniſtrum ageret. Indigebat enim [illegible] miniſtro ad hominis & mundi opificium B que opifex Deus naturas creatas effecturus, conſtituit ſibi inſtrumentum per quod naturas omnes crearet. Quemadmodum enim faber ſibi conſtituit prius inſtrumentum, in eorum quæ facturus eſt, ſtructuram: ita licet in Deo cogitare, quod ſupponens ſibi ipſi filium tanquam inſtrumentum, mundum per ipſum creaverit. Quod enim ab apoſtolo dictum eſt,
Joan. 1. Geneſ. 1. quod *omnia per ipſum facta ſunt*, naturæ per ipſum quaſi per inſtrumentum factæ ſunt. Et quod Deus dixit creatum eſſe hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, per inſtrumentum, hoc eſt per filium, ad ſuam ipſius imaginem & ſimilitudinem Deus dixit.

C

*Mutua reſponſio ſanctorum patrum per Leontium epiſcopum Cæſareæ Cappadociæ, & Eupſychium Tyanenſem epiſcopum.*

Si ergo, ut tu dicis, Filius inſtrumentum ad naturarum effectionem a Patre creatus eſt, ex tuis ipſius verbis excidis, o philoſophe. Ait enim evangelii vox, quemadmodum &
Joan. 1. ipſe paulo ante meminiſti: *Omnia per ipſum facta ſunt*. Et adjungit: *Et ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt*. Igitur ſi omne creatum per ipſum factum eſt, & ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt, Filius autem factus eſt, ut ipſe ais: ſe ipſe utique creavit, non Pater.

D

*Contradictio philoſophi.*

Semel dixi, quod omnia per ipſum ut per inſtrumentum fecit Deus, in hoc ipſum ante omnem creaturam ipſum faciens, ipſum inſtrumentum præparavit ad creatarum naturarum effectionem.

*Reſponſio ſanctorum patrum per eoſdem epiſcopos Leontium & Eupſychium.*

Dic, vir optime, ubinam quiſpiam tibi inſonuit, Filium Dei & Spiritum ejus ſanctum E inſtrumenta eſſe? exhibe nobis harum hypotheſium teſtimonia. Cujus, qui quidem ſpiritu ducatur, ſubſcriptiones habes, qui Dei filium inſtrumentum eſſe tradiderit, cum ſit creator omnium ſæculorum, & omnium cœleſtium exercituum, & omnium quæ in terra ſunt? Audi igitur, o philoſophe, teſtimonia ex divinis ſcripturis, coæternum Patri Filium ipſius eſſe aſtruentibus, creatoremque & opificem omnium creatarum naturarum. In libro quidem Geneſis habes Moyſen prophe-

A

Ἀντίῤῥησις τοῦ φιλοσόφου.

## ΚΕΦΑΛ. ιζʹ.

ΥΠΕΡΚΕΙΣΘΩ μοι ταῦτα ἐπὶ τοῦ παρόντος καιροῦ· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἐπερωτητέον περὶ τοῦ, δι' οὗ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ πάντα τὰ ὁρώμενα, τά τε μὴ ὁρώμενα. οὐ γάρ μοι δοκεῖ εὖ ἔχειν, ἅπερ εἰρήκατε, ὅτι ἐν κατὰ τὸ αὐτὸ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ἀϊδίως ἅμα, καὶ ὅτι Θεὸς ἀεὶ συμπροϋπάρχων τῷ πατρὶ ὁ υἱός. ἐγὼ δὲ φαίην ὑπουργὸν ἐν τοῖς κτίσμασι γεγενῆσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· ἐδεῖτο γὰρ ὁ Θεὸς ὑπουργοῦ εἰς τὴν B τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ κόσμου κατασκευήν. διὸ μέλλων ὁ δημιουργὸς Θεὸς κτίζειν τὰς κτιστὰς φύσεις, ὑπεστήσατο ἑαυτῷ ἐργαλεῖον, δι' οὗ κτίσει πάσας τὰς φύσεις. ὥσπερ γὰρ ὁ τέκτων προϋφίστησι ἐργαλεῖα εἰς τὴν τῶν ὑπ' αὐτοῦ μελλόντων γίνεσθαι κατασκευήν. οὕτως ἐστὶ νοῆσαι καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ὑποστήσας ἑαυτῷ ὡς ἐργαλεῖον τὸν υἱὸν, ἔκτισε δι' αὐτοῦ τὸν κόσμον. τὸ γὰρ ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου ῥηθὲν, ὅτι πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, ὡς δι' ἐργαλείου ἐκτίσθησαν αἱ δι' αὐτοῦ φύσεις. καὶ τὸ κατ' εἰκόνα δὲ ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν εἰπεῖν τὸν Θεὸν κτισθῆναι τὸν ἄνθρωπον, διὰ τοῦ ἐργαλείου, τοῦτ' ἔστι διὰ τοῦ υἱοῦ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν, εἴπεν ὁ Θεός.

C

Ἀνταποκρίσεις τῶν ἁγίων πατέρων διὰ Λεοντίου ἐπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, καὶ Εὐψυχίου ἐπισκόπου Τυάννων.

Εἰ οὖν, ὡς σὺ φὴς, ἐργαλεῖον ὁ υἱὸς εἰς ποίησιν τῶν κτιστῶν φύσεων ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐκτίσθη, ἐκ τῶν σεαυτοῦ καταπίπτεις λόγων, ὦ φιλόσοφε. λέγει γὰρ ἡ τοῦ εὐαγγελίου φωνὴ, ὡς καὶ αὐτὸς ἀρτίως ἐμνήσθης· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. καὶ ἐπάγει· καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν. εἰ οὖν πᾶν τὸ κτιστὸν δι' αὐτοῦ γέγονε, καὶ χωρὶς αὐτοῦ γέγονεν οὐδὲν ὃ γέγονε, κτίσμα δὲ καὶ ὁ υἱὸς, ὡς αὐτὸς φὴς· ἑαυτὸν ἔκτισεν ἄρα, καὶ οὐχ ὁ πατήρ.

D

Ἀντίῤῥησις τοῦ φιλοσόφου.

Ἅπαξ εἶπον, ὅτι πάντα δι' ἐργαλείου, δι' αὐτοῦ ἐποίησεν ὁ Θεὸς, εἰς αὐτὸ τοῦτο ποιήσας αὐτὸν * πάσης κτίσεως, καὶ πρὸς ποίησιν τῶν κτιστῶν φύσεων ἐργαλεῖον ἐξεπίσας αὐτόν. * Ισ. πρὸ πάσης.

Ἀνταπόκρισις τῶν ἁγίων πατέρων διὰ τῶν αὐτῶν ἐπισκόπων Λεοντίου καὶ Εὐψυχίου.

Εἰπὲ ὦ βέλτιστε, ποῦ σοί τις ἐργαλεῖα ἀνεβόησε E τὸν υἱὸν [1] τοῦ Θεοῦ; * τί καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα; παράγου ἡμῖν τὰς μαρτυρίας τῶν ὑποθέσεων. τίνος πνευματοφόρου ἔχεις τὰς ὑπογραφὰς, ἐκδώσαντος ἐργαλεῖον τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν κτίστην πάντων τῶν αἰώνων καὶ πασῶν στρατιῶν ἐπουρανίων, καὶ πάντων ἐπιγείων; ἐπάκουσον τοίνυν, ὦ φιλόσοφε, τῶν μαρτυριῶν τῶν ἐκ τῶν θείων γραφῶν, τῶν ἐκθησάντων Θεὸν ὡς ἀΐδιον τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, κτίστην τε καὶ δημιουργὸν πασῶν τῶν κτιστῶν φύσεων. ἐν μὲν βίβλῳ κτίσεως ἔχεις Μωσῆν τὸν προφήτην, ὡς συνδη- * Ισ. καὶ τό.

[1] In MS. noſtro τὸ ϑ. Harduinus.

δημιουργὸν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τὸν υἱὸν ἐξέδωκε, λέγων καθὰ προειρήκαμέν σοι ὦ βέλτιστε· εἶπεν ὁ Θεός, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. πρόσωπον συνδημιουργὸν συγκαλεῖν πέφυκεν, ἀλλ' οὐχὶ ἐργαλεῖα. τὸ γὰρ εἰπεῖν· καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα ἐποίησεν αὐτὸν ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· αὐθεντίαν προσώπου σημαίνει. ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν· ποιήσωμεν ἄνθρωπον· ἀναιρεῖ τὴν τῶν ἐργαλείων ἐπίνοιαν. σαφεστέραν δέχου μαρτυρίαν αὐθεντικήν, εἰς μόνον τὸ πρόσωπον τοῦ υἱοῦ ἐκτεθεῖσαν, δεικνῦσαν αὐτὸν δημιουργὸν πασῶν τῶν γενητῶν φύσεων, ὡς γέγραπται ἐν βίβλῳ Βαροὺχ, ἐκ στόματος Ἱερεμίου προφήτου λέγοντος. ὁ κατασκευάσας τὴν γῆν εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον, ἐνέπλησεν αὐτὴν κτηνῶν τετραπόδων. ὁ ἀποστέλλων τὸ φῶς, καὶ πορεύεται· ἐκάλεσεν αὐτό, καὶ ὑπήκουσεν αὐτῷ τρόμῳ. οἱ δὲ ἀστέρες ἔλαμψαν ἐν ταῖς φυλακαῖς αὐτῶν, καὶ ηὐφράνθησαν. ἐκάλεσεν αὐτούς, καὶ εἶπαν· πάρεσμεν. ἔλαμψαν μετ' εὐφροσύνης τῷ ποιήσαντι αὐτούς. οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. καὶ ὁ Ἡσαΐας λέγει τῷ Ἰσραήλ· καὶ νῦν οὐκ ἔγνως, ἢ μὴ ἤκουσας; Θεὸς αἰώνιος Θεὸς ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς. τίς οὖν οὗτος ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος, ὦ φιλόσοφε, ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς, ὁ καὶ ἐπὶ γῆς ὀφθείς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφείς; τὸν υἱὸν λέγεις συνανεστράφθαι τοῖς ἀνθρώποις, ἢ τὸν πατέρα;

### Ἀπόκρισις τοῦ φιλοσόφου.

Ὁ υἱός φημι συνανεστράφθαι, καθὼς εἰρήκασιν αἱ θεῖαι γραφαί, κἀγὼ πεισθεὶς ἐξ αὐτῶν ἀποδέδεγμαι. ἀλλ' ἔστι μοι ἔτι δυνατωτάτη καὶ ἀναντίρρητος ἀντίθεσις περὶ αὐτοῦ, ὅτι πρὸ πάσης κτίσεως ἔκτισεν αὐτὸν ὁ Θεός, ἵνα δι' αὐτοῦ τὰ πάντα κτίσῃ. καὶ ταῦτα ἀποδείξω ἐν τοῖς ἔμπροσθεν τῶν ἀγώνων.

### Ἀπόκρισις τῶν ἁγίων πατέρων διὰ τῶν αὐτῶν ὁσιωτάτων ἐπισκόπων Λεοντίου καὶ Εὐψυχίου.

Οὐχ οὕτως, ὦ φιλόσοφε, οὐκ ἔνεστι δεῖξαί σε ταῦτα ἅπερ ἔφης. γέννημα γάρ ἐστι τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐ ποίημα, καθάπερ διὰ πλειόνων ἀπεδείξαμεν. καὶ τίς γάρ, ὦ φιλόσοφε, τῶν ἐν εὐσεβείᾳ καὶ ἀγχινοίᾳ πλουτούντων ἀνδρῶν οὐκ ἐκπλήττεται ἐπὶ ταῖς τοσαύταις αὐτοῦ ἐνεργείαις τῶν ὑπ' αὐτοῦ δημιουργηθεισῶν φύσεων, ὡς ὑπὸ Θεοῦ, τουτέστιν ὑπ' αὐτοῦ κτισθεισῶν, τῆς γραφῆς βοώσης· ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον. καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὰ πάντα ὅσα ἐποίησε. καὶ [illegible] καλὰ λίαν; Ἰωάννης δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς σαφεστέρως δείκνυσιν αὐτὸν ἀεὶ συνυπάρχοντα τῷ πατρί, συναΐδιόν τε καὶ συνάναρχον τῷ πατρί. ἐν ἀρχῇ γάρ, φησίν, ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος· οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν. ἰδοὺ σαφέστατα δέδεικται, ὦ φιλόσοφε, ὅτι πάσης γενητῆς φύσεως δημιουργὸς ὁ υἱός· εἰ οὖν δημιουργὸς τῶν ὅλων κτισμάτων ἐστίν, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν, ὁρωμένων τε καὶ νοουμένων, δῆλον ὅτι Θεὸς ἀληθὴς φύσει, καὶ οὐκ



tam, qui creatorem ſimul cum Deo & Patre Filium fuiſſe tradidit, dicens, ut tibi, vir optime, prius diximus: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*. Perſonam cooperantem compellare natura comparatum eſt, non inſtrumenta. Sermo enim (Geneſ. 1.) ille: *Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum, maſculum & fœminam creavit eos*: (Ibid.) perſonæ auctoritatem ſignificat. In eo enim quod ait: *Faciamus hominem*; tollit inſtrumentorum cogitationem. Clarius accipe teſtimonium authenticum ſoli perſonæ Filii propoſitum, oſtendens ipſum eſſe auctorem omnium factarum naturarum, ſicut ſcriptum eſt in libro Baruch, ex ore Jeremiæ prophetæ (Baruch. 3.) dicentis: *Qui præparavit terram in æternum tempus, implevit eam jumentis quadrupedibus. Qui mittit lumen, & vadit: vocavit illud, & obedivit illi cum tremore: ac ſtellæ ſplenduerunt in cuſtodiis ſuis, & lætatæ ſunt: vocavit eas, & dixerunt: Adſumus: ſplenduerunt cum lætitia ei qui fecit illas. Hic eſt Deus noſter, & non reputabitur alius adverſus illum. Invenit omnem viam ſcientiæ, & dedit eam Jacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hoc in terra viſus eſt, & inter homines converſatus eſt*. Et Iſaias ait ad Iſrael: *Numquid neſcis, aut non audiviſti? Deus ſempiternus* (Iſai. c. 40. v. 28.) *dominus, qui creavit terminos terræ*. Quis igitur eſt Deus iſte ſempiternus, o philoſophe, qui creavit terminos terræ, qui in terra viſus eſt, & inter homines converſatus eſt? Filium ais converſatum fuiſſe cum hominibus, an Patrem?

### *Reſponſio philoſophi.*

Filium dico fuiſſe converſatum, ut divinæ ſcripturæ teſtatæ ſunt, & ego ex ipſis perſuaſus approbavi. Sed eſt adhuc mihi graviſſima & cui contradici non poteſt, objectio, quod ante omnem creaturam fecit illum Deus, ut per ipſum omnia crearet: & hæc in ulterioribus concertationibus demonſtrabo.

### *Reſponſio ſanctorum patrum per eoſdem piiſſimos epiſcopos Leontium & Eupſychium.*

Non ita, philoſophe, non poteris demonſtrare quæ dixiſti. Proles enim Dei eſt, non opus, ut pluribus oſtendimus. Et quis, o philoſophe, ex viris pietate ac prudentia præpollentibus, in tantis ejuſdem viribus, earum, quæ ab ipſo conditæ ſunt, naturarum, tanquam a Deo, hoc eſt ab ipſo creatarum, non obſtupeſcit? clamante ſcriptura: *Fecit* (Geneſ. 1. & 2.) *Deus hominem*: & *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*. Joannes autem evangeliſta manifeſtius demonſtrat ipſum ſemper cum Patre exiſtere, coæternum Patri & ſuperiori carentem, ut Pater; *In principio enim*, (Joan. 1.) inquit, *erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt*. Ecce apertiſſime oſtenſum, o philoſophe, quod Filius omnis creatæ naturæ opifex ſit. Igitur ſi opifex eſt omnium creaturarum, ut revera eſt tam earum quæ videntur, quam earum quæ intelliguntur, manifeſtum eſt quod

vere Deus natura ſit, & non inſtrumentum, A ut ais, neque creatura, neque factura, neque Patre poſterior. Illud enim, erat, ab evangeliſta quater dictum, non habet aliquid quod ante illum extiterit. Ut autem perfectiſſime agnoſcas quod non eſt alteri ſubjectus, ſed ſui ipſius habet dominium ut Pater, accipe aliud expreſſiſſimum teſtimonium. Audi ergo divinum Iſaiam clamantem: *Et volent eſſe igne combuſti*. Judæis prænuncians: *Quia puer natus eſt nobis, Filius datus eſt nobis, cujus principatus factus eſt ſuper humero ejus, & vocatur nomen ejus magni conſilii nuncius, admirabilis conſiliarius, Deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri ſæculi*. Audi, philoſophe, dominum eum eſſe prædicatum, non B autem miniſtrum, ut vos dicitis. In uno autem ſuorum beneficiorum ipſe Filius Dei unigenitus exhibuit ſeipſum dominum & creatorem hominis, in ſupplemento ſcilicet, quod ipſe Dei Filius fecit in cæco a nativitate. Splendor eſt enim Patri coæternus, & figura immutabilis totius ſubſtantiæ ejus, ut ait Paulus apoſtolus, vas electionis. En philoſophe, tam multi Filium Dei ſine initio, nempe increatum ut Patrem, factorem autem omnium creatarum naturarum, ut ſæpe diximus, earum quæ videntur, & quæ intelligentia percipiuntur, demonſtrarunt. Ubi autem ſint inſtrumentorum teſtes, dicas, ſi habes: & cito igitur credens in inſtrumenta bap- C tizeris, poſtquam, ut ais, Deo fidelis exiſtis.

Iſai. 9.

Hebr. 1.

ἐργαλείων, ὡς φὴς, οὐδὲ κτίσμα, οὔτε ποίημα, οὔτε μεταγενέστερος τοῦ πατρός. τὸ γὰρ ἦν, τετράκις λεχθὲν ὑπὸ τοῦ εὐαγγελιστοῦ, τὸ προϋπάρχον οὐκ ἔχει. ἵνα δὲ τελειοτάτως γνώσῃ ὅτι οὐχ ὑπεξούσιος, ἀλλ' αὐτεξούσιος, ὡς καὶ ὁ πατὴρ, δέχου καὶ ἄλλην ἐναργεστάτην μαρτυρίαν. ἄκουε τοίνυν τοῦ θεσπεσίου Ἠσαΐου βοῶντος. καὶ θελήσουσι, φησὶν, εἰ ἐγενήθησαν πυρίκαυστοι. τοῖς Ἰουδαίοις προαναφωνῶν· ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. ἄκουε φιλόσοφε ἐξουσιαστὴν αὐτὸν προκηρυττόμενον, καὶ οὐχ ὑπεξούσιον, καθὼς ὑμεῖς φατέ. ἐν δὲ μιᾷ τῶν αὐτοῦ εὐεργεσιῶν παρέστησεν ἑαυτὸν ὁ αὐτὸς μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ αὐτεξούσιόν τε καὶ κτίστην τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῇ τοῦ ἐκ γεννητῆς τυφλοῦ ἀναπληρώσει, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ γεγενημένῃ. ἀπαύγασμα γάρ ἐστι τοῦ πατρὸς συναΐδιον, καὶ χαρακτὴρ ἀπαράλλακτος τῆς ὅλης αὐτοῦ ὑποστάσεως, καθά φησι Παῦλος ὁ ἀπόστολος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς. ἰδοὺ φιλόσοφε, τοσοῦτοι ἄναρχον, ἐπείπερ καὶ συναΐδιον τῷ πατρὶ, κτίστην τε πασῶν τῶν κτιστῶν φύσεων, καθὰ πλειστάκις εἰρήκαμεν, τῶν τε ὁρωμένων, τῶν τε νοουμένων, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀπέδειξαν. ποῦ δὲ καὶ οἱ μάρτυρες τῶν ἐργαλείων, φῆσον εἰ ἔχεις. τάχα ἂν καὶ εἰς ἐργαλεῖα πιστεύσας ἐβαπτίσθης, εἴπερ, ὡς φὴς, πιστὸς ὑπάρχεις τῷ Θεῷ.

*Contradictio philoſophi de eo: Dominus condidit me initium viarum ſuarum in opera ſua; ex proverbiis Salomonis.*

Ἀντίῤῥησις τοῦ φιλοσόφου περὶ τοῦ· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ· ἐκ τῶν παροιμιῶν Σολομῶντος.

## CAPUT XVIII.

POSTQUAM, inquit, tantopere vim facitis veritati, quid dicemus de hac manifeſta ſententia: *Dominus condidit me initium viarum ſuarum in opera ſua?*

Proverb.

*Reſponſio ſanctorum epiſcoporum per Euſebium Pamphili epiſcopum Cæſareæ Palæſtinæ.* D

Quid profunda penetras probabiliter ac facile, ut exiſtimas? ne tibi ipſi, o philoſophe, mollia cumules argumenta: vide ne ſcopulos aditu difficiles incaute conſcendens, præceps ruas. Verum de illo, Dominus condidit me, nunc dicemus, quod majores noſtri de illa ſententia, Dominus condidit me, multa quidem alia tradiderunt, & de diſpenſatione apparitionis domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum carnem, quomodo explicaverint, noſtis omnino traditiones. Nos autem nunc cooperante Domino noſtro Jeſu Chriſto ex aliis etiam hiſtoriis deſcriptionem faciemus: & ſi velis, o philoſophe, ipſam to- E tam ſententiam ab ejus initio proferemus in medium. Ait enim principium ejus: *Si annunciavero vobis quæ quotidie fiunt, memor ero quæ a ſæculo numerare*. Deinde adjungit, dicens: *Dominus condidit me initium viarum ſuarum in opera ſua, ante ſæculum fundavit me, in initio antequam terram faceret, & antequam abyſſos faceret, antequam procederent fontes aquarum, antequam montes facti eſſent: ante autem omnes colles genuit me*. Unde municus illud, *Dominus condidit me*, continuo

Ibid.

Ibid.

Ibid.

## ΚΕΦΑΛ. ιη.

ΕΠεὶ, φησὶ, τοσοῦτον βιάζεσθε ὑμεῖς τὴν ἀλήθειαν, τί εἴποιμεν περὶ ταύτης τῆς φανερᾶς λέξεως, τῆς· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ.

Ἀπόκρισις τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐπισκόπων διὰ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἐπισκόπου Καισαρείας Παλαιστίνης.

Τί πιθανῶς καὶ ῥᾳδίως, ὡς οἴει, τοὺς βυθοὺς διατιτρώσκεις; μὴ σαυτῷ, ὦ φιλόσοφε, ἀφορμὰς ἀνάνδρους ἐπισώρευε· ὅρα μή πως δυσεπιβάτοις κρημνοῖς ἀπαραφυλάκτως ἐπιβὰς κρημνισθῇς· ἀλλ' εἰς τὸ, κύριος ἔκτισέ με, νῦν φήσομεν ὃ οἱ πρὸ ἡμῶν ἐξέδωκαν περὶ τῆς λέξεως ταύτης, τῆς, ὅτι κύριος ἔκτισέ με, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, καὶ εἰς τὴν κατὰ σάρκα δὲ οἰκονομίαν τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ὅπως διειλήφασιν, πάντως ἴστε τὰς ἐκδόσεις. ἡμεῖς δὲ καὶ ἐπ' ἄλλαις ἱστορίαις τὴν ἔκδοσιν νῦν ποιησόμεθα, τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ συνεργοῦντος. καὶ εἰ θέλεις, φιλόσοφε, αὐτὴν ὅλην τὴν λέξιν προτεθησόμεθα μετὰ καὶ τῆς ἀρχῆς αὐτῆς· λέγει γὰρ ἡ ἀρχὴ αὐτῆς. ἐὰν ἀναγγείλω ὑμῖν τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα, μνημονεύσω τὰ ἐξ αἰῶνος ἀριθμῆσαι. εἶτα ἐπάγει λέγων. κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, ἐν ἀρχῇ πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι, πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι, πρὸ τοῦ προελθεῖν τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι· πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. ὅθεν κατασκευάζων τὸ, ὅτι κύριος ἔκτισέ με, ἐπισυνάψας εἶπε·

τε· κύριος ἐποίησε χώρας καὶ ἀοικήτους· ζητῶμεν λοιπὸν κύριον τὸν κτίσαντα αὐτὸν, τὸν καὶ ποιήσαντα χώρας καὶ ἀοικήτους· νυγματισθεὶς γὰρ ὁ Σολομὼν ἐκ τῶν τοῦ * πατρὸς Ἰὼβ εἰπόντος· ποῦ ἦσθα ἐν τῷ θεμελιοῦν με τὴν γῆν; εἶπε· κύριος ἐποίησε χώρας καὶ ἀοικήτους. ἐν δὲ βίβλῳ Βαροὺχ ἐκ στόματος Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, καθὼς προαπεδείξαμεν, περὶ τοῦ ποιήσαντος χώρας καὶ ἀοικήτους λέγει· υἱοὶ Ἄγαρ οἱ ἐκζητοῦντες τὴν σύνεσιν ἐπὶ τῆς γῆς, οἱ ἔμποροι τῆς Μερὰν καὶ Θαιμὰν, καὶ οἱ μυθολόγοι, καὶ οἱ ἐκζητηταὶ τῆς συνέσεως· ὁδὸν δὲ σοφίας οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ ἐμνήσθησαν τὰς τρίβους αὐτῆς· καὶ μετ' ὀλίγον· ἀλλ' ὁ εἰδὼς τὰ πάντα, γινώσκει αὐτὴν, ἐξεῦρεν αὐτὴν τῇ συνέσει αὐτοῦ. εἰπὼν περὶ τοῦ ἐξευρόντος τὴν σοφίαν τῇ συνέσει αὐτοῦ, ἐπάγει αὐτοῦ καὶ τὰς ἐνεργείας, λέγων· ὁ κατασκευάσας τὴν γῆν εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον. ἐνέπλησεν αὐτὴν κτηνῶν τετραπόδων. ὁ ἀποστέλλων τὸ φῶς, καὶ πορεύεται. οὐ παραβλεπτέον γὰρ, ὦ φιλόσοφε, τὰ αὐτὰ πάλιν διαγορεῦσαι πρὸς ἐναργῆ ἀπόδειξιν τῆς προκειμένης ὑποθέσεως. ὁ ἀποστέλλων, φησὶ, τὸ φῶς, καὶ πορεύεται. ἐκάλεσεν αὐτὸ, καὶ ὑπήκουσεν αὐτῷ τρόμῳ. οἱ δὲ ἀστέρες ἔλαμψαν ἐν ταῖς φυλακαῖς αὐτῶν, καὶ ηὐφράνθησαν. ἐκάλεσεν αὐτοὺς, καὶ εἶπαν· πάρεσμεν. ἔλαμψαν μετ' εὐφροσύνης τῷ ποιήσαντι αὐτούς· οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. τὰς δύο φύσεις προσθήσαντες κυρίως, ποιήσαντος χώρας καὶ ἀοικήτους, ὡς εἶπε Σολομὼν καὶ Βαροὺχ, ἤτοι Ἱερεμίας. εἰπὼν γὰρ, ἔκτισέ με, ἐπήγαγεν αὐτοῦ καὶ τὰς ἐνεργείας, λέγων· κύριος ἐποίησε χώρας καὶ ἀοικήτους· συλλογισώμεθα, ὦ βέλτιστε, τὸ τίς κύριος ὁ ποιήσας χώρας καὶ ἀοικήτους. νοήσωμεν ὅτι οὐκ ἄλλος, ἀλλ' ἢ πάντως ὁ κατασκευάσας τὴν γῆν εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον· ἐν γὰρ τῷ κατασκευάζειν τὴν γῆν, ποιεῖν, ἐστὶ χώρας καὶ ἀοικήτους. ὁ καὶ ἐμπλήσας αὐτὴν κτηνῶν τετραπόδων, ὁ καὶ καλέσας τὸ φῶς, καὶ ὑπήκουσεν αὐτῷ τρόμῳ· καὶ τὰ ἑξῆς. περὶ οὗ λέγει, ὅτι ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. * νοητέον οὖν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ κύριος ὁ κτίσας τὴν λογιστικὴν σοφίαν εἰς ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, ἣν ηὐτρέπισε τῷ κατ' εἰκόνα αὐτοῦ ἀνθρώπῳ, ὁ ποιήσας χώρας καὶ ἀοικήτους, ὁ κατασκευάσας τὴν γῆν εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον. ἀλλὰ καὶ πάλιν τὴν ἀρχὴν τῆς λέξεως ἴδωμεν· ἐὰν ἀναγγείλω ὑμῖν τὰ καθ' ἡμέραν γενόμενα. ἀλλ' οὐκ εἶπε· τὰ μέλλοντα. καὶ πάλιν λέγει· μνημονεύσω τὰ ἐξ αἰῶνος ἐξαριθμῆσαι· ἀλλ' οὐ τὰ πρὸ αἰῶνος. ἐγνώσθη ὑμῖν, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ὁ καὶ τὴν λογιστικὴν σοφίαν κτίσας, ὁ κατασκευάσας τὴν γῆν εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον, ὁ ποιήσας χώρας καὶ ἀοικήτους, ὁ καὶ τῷ Ἰὼβ εἰπών· ὅτε ἐγενήθησαν ἄστρα, ᾔνεσάν με πάντες ἄγγελοί μου. Μωσῆς δὲ λέγει περὶ τοῦ ποιήσαντος τὸ φῶς· καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, γενηθήτω φῶς. καὶ ἐπήγαγε λέγων· καὶ ἐποίησεν Θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ τὰ ἑξῆς. ἱκανὰ εἶναί μοι δοκεῖ τὰ λεχθέντα. καὶ αἱ ἀποδείξεις παρέστησαν, ὦ φιλόσοφε, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ὁ καὶ τὴν ἐν Σολομῶντι λογιστικὴν σοφίαν κτίσας, καὶ πάντα τὰ κτιστὰ,

* παις.

A inquit: *Dominus fecit regiones & inhabitabilia*. Quæramus deinceps dominum qui creavit illum, & qui fecit regiones & inhabitabilia. Stimulatus enim Salomon ab his quæ Job dixerat: *Ubi eras cum ponerem fundamenta terræ?* inquit: *Dominus fecit regiones & inhabitabilia*. In libro autem Baruch ex ore Jeremiæ prophetæ, ut prius oſtendimus, de eo qui fecit regiones & inhabitabilia, dicitur: *Filii Agar exquirentes prudentiam, qui ſuper terram, mercatores Meran & Theman, & fabulatores, & examinatores prudentiæ: viam autem ſapientiæ non cognoverunt, neque recordati ſunt ſemitas ejus*; & poſt pauca: *ſed ſciens omnia cognoſcit eam, adinvenit eam prudentia* B *ſua*; loquens de eo qui invenit ſapientiam prudentia ſua, adjungit ejus opera, dicens: *Qui præparavit terram in æternum tempus, implevit eam jumentis quadrupedibus. Qui emittit lumen, & vadit*. Non connivendum eſt, o philoſophe, eadem rurſus proferre ad propoſitæ hypotheſis evidentem demonſtrationem. *Qui mittit*, inquit, *lumen, & vadit: vocavit illud, & obedivit illi cum timore: ac ſtellæ ſplenduerunt in cuſtodiis ſuis, & lætatæ ſunt: vocavit eas, & dixerunt: Adſumus: ſplenduerunt cum lætitia ei qui fecit illas. Hic Deus noſter, non reputabitur alius adverſum eum. Invenit omnem viam ſcientiæ, & dedit eam Jacob ſervo ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc* C *in terra viſus eſt, & inter homines converſatus eſt*. Duas naturas opponunt proprie ejus qui fecit regiones & inhabitabilia, quas dixit Salomon, & Baruch, ſive Jeremias. Cum enim dixiſſet: *Condidit me*: ſubjunxit ejus opera, dicens; *Dominus fecit regiones & inhabitabilia*. Ratiocinemur, vir optime, quiſnam eſt ille dominus faciens regiones & inhabitabilia: intelligemus non eſſe alium, ſed omnino eum qui præparavit terram in æternum tempus, (in terræ enim præparatione conſiſtit facere regiones & inhabitabilia) qui implevit eam jumentis quadrupedibus, qui vocavit lumen, & obedivit ei cum timore: & quæ ſequuntur. De quo inquit, quod in D terra viſus eſt, & inter homines converſatus eſt. Intelligendum eſt ergo, quod ipſe eſt dominus, condens rationalem ſapientiam, initium viarum ſuarum, quam ad imaginem ſuam homini præparavit, qui fecit regiones & inhabitabilia, qui præparavit terram in æternum tempus. Verum rurſus principium ſententiæ videamus. *Si annuntiavero vobis quæ quotidie fiunt*: non dixit, Quæ futura ſunt: & iterum ait: *Memor ero quæ a ſæculo numerare*: non dixit, Ante ſæculum. Notum eſt vobis, quod Filius Dei eſt qui rationalem ſapientiam condidit, qui præparavit terram in æternum tempus, qui fecit regiones & inhabitabilia, qui dixit Job: *Cum me laudarent* E *aſtra matutina, & jubilarent omnes filii Dei*. Moyſes autem ait de eo qui fecit lucem: *Dixitque Deus, Fiat lux*; & ſubjunxit, dicens: *Fecitque Deus duo luminaria magna & ſtellas*, & quæ ſequuntur. Sufficere mihi videntur, o philoſophe, quæ dicta ſunt, & demonſtrationes oſtenderunt, quod ſcilicet Filius Dei eſt qui apud Salomonem rationalem ſapientiam condidit, & omnes creaturas, & non inſtrumentum. Ut autem tibi

*Job 38.* — *Baruch. 3.* — *Ibid.* — *Ibid.* — *Proverb.* — *Job. 38.* — *Geneſ. 1.*

---

Citat iſta Cypariſſiotes Decad. 3. cap. 4. *Harduinus*.

tibi veram rerum demonſtrationem manife- A ſtiorem exhibeamus, accedamus citius ad rei ſenſum, ejuſque contemplationem, quæ ex ſcriptura pronunciabimus. Exiturus e vita Moyſes propheta, ut ſcriptum eſt in libro analepſis Moyſis, cum vocaſſet ad ſe Joſue filium Nave, loquens ad eum, dixit: Prævidit Deus ante mundi conſtitutionem futurum me teſtamenti ſui mediatorem. Et in libro ſermonum myſticorum Moyſis, ipſe Moyſes de Davide & Salomone prædixit; de Salomone ſic: Infundet ei Deus ſapientiam, atque juſtitiam, & ſcientiam plenam. Ipſe domum Dei ædificabit: & quæ ſequuntur. Ut autem ſit maniſeſtius quod dico, ita intellectum perſcrutemur. Eſtne homo propter B mundum, an mundus propter hominem? Philoſophus: Omnino mundus propter hominem.

*Sancti noſtri epiſcopi per eumdem epiſcopum Euſebium Pamphili dixerunt.*

Si mundus eſt propter hominem, omnino cum homo prior ſit in Dei propoſito, erit homine ac rationabili ſapientia poſterior: igitur homo prior eſt mundo; eſt etiam prior naturis mundi, quales ſunt, cœlum, terra, dies, nox, nubes, venti, abyſſi, fontes, montes & colles. Omnibus his prior eſt ſapientia, & homo in Dei propoſito jam prior C eſt mundo. ſed eumdem accidit poſterius in via creationis conditum fuiſſe: qui autem in divina intentione homine poſterior erat, ille in viam creationis prior incidit.* Sed & ſapientia quam invenit prudentia ſua Filius Dei, quam dedit homini ad imaginem ſuam, ipſa etiam in divina intentione mundo & mundi naturis prior fuit. Salomon igitur inſtructus ſapientia, quam ei Deus dederat, in ſeipſo ſciens hominem atque ſapientiam ante mundum & mundi naturas in Dei propoſito extitiſſe, accurate indicavit in divina intentione ante mundum olim fuiſſe. Quod enim ante mundi conſtitutionem dominus invenit prudentia ſua, hoc tandem idem dominus D poſt mundum & mundi naturas creavit. Ait ergo Salomon quaſi ex perſona humanæ ſapientiæ, quæ in divina intentione ante mundum extitit. *Dominus condidit me initium viarum ſuarum in opera ejus*: humanam ſapientiam ac rationalem homini ad imaginem Dei facto præparatam, hæc pronunciantem induxit. Prov. 8. Hoc igitur erat, *dominus condidit*. De illo enim, qui in divina intentione ante mundum fuit, hoc expoſuit. Illud vero, *Gignit me*, rurſus loquens de eo qui editus eſt ad ſequentis exortus terrarum creationes, dixit, *Gignit me*. Intellige igitur, philoſophe, uſque ad perfectionem, naturam ipſam antiquam factam eſſe, & renovatam. Illud er- E go, *dominus condidit me initium viarum ſuarum in opera ejus*, de ratione ac ſapientia hominibus conceſſa explicandum eſt. Illud vero, *Gignit me*, de natura eadem juxta Dei præſcientiam ex ſuis imaginibus, quaſi rota quadam implicata in ſuam metam redeunte, ab initio primum creati hominis facti ad imaginem Dei, in quo rationalem creatam ſapientiam repoſuit, ac ſinceram ſui

A καὶ ἐκ ἐργαλείων, ἵνα δέ σοι σαφεστέραν τὴν ἀληθῆ τῶν πραγμάτων ἀπόδειξιν παραστήσωμεν, καὶ τάχιον ἔλθωμεν ἐπὶ τὸν νοῦν τοῦ πράγματος, καὶ * τῆς θεωρίας αὐτοῦ, τὰ ἐκ τῆς γραφῆς λέξωμεν· μέλλων ὁ προφήτης Μωσῆς ἐξιέναι τὸν βίον, ὡς γέγραπται ἐν βίβλῳ ἀναλήψεως Μωσέως, προσκαλεσάμενος Ἰησοῦν υἱὸν Ναυῆ, καὶ διαλεγόμενος πρὸς αὐτὸν, ἔφη· καὶ προεθεάσατό με ὁ Θεὸς πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναί με τῆς διαθήκης αὐτοῦ μεσίτην. καὶ ἐν βίβλῳ λόγων μυστικῶν Μωσέως, αὐτὸς Μωσῆς προεῖπε περὶ τοῦ Δαυὶδ καὶ Σολομῶντος. περὶ τοῦ Σολομῶντος οὕτω προεῖπε. καὶ * διαδοχεύσει αὐτὸν ὁ Θεὸς σοφίαν καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἐπιστήμην πλήρη. αὐτὸς οἰκοδομήσει τὸν B οἶκον τοῦ Θεοῦ. καὶ τὰ ἑξῆς. ἵνα δὲ σαφέστερον ᾖ ὃ φημι, οὕτως ἐξετάσωμεν τὸν νοῦν. ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸν κόσμον, ἢ ὁ κόσμος διὰ τὸν ἄνθρωπον; ὁ φιλόσοφος· πάντως ὁ κόσμος διὰ τὸν ἄνθρωπον.

* ἴσ. τῆς θεωρίας.
* ἴσ. διαχεύσει.

Οἱ ἅγιοι ἐπίσκοποι οἱ ἡμέτεροι διὰ τοῦ αὐτοῦ ἐπισκόπου Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου εἶπαν.

Καὶ εἰ ὁ κόσμος διὰ τὸν ἄνθρωπον, πάντως ὡς προγενεστέρου τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐνθυμήσει ὄντος, ὁ δὲ κόσμος μεταγενέστερος ἦν τοῦ ἀνθρώπου καὶ τῆς λογιστικῆς σοφίας ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐνθυμήσει· ὁ ἄνθρωπος οὖν προγενέστερός ἐστι τοῦ κόσμου, προϋπάρχει καὶ τῶν τοῦ κόσμου φύσεων, οἷον οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ἡμέρας, C νυκτὸς, νεφῶν, ἀνέμων, ἀβύσσων, πηγῶν, ὀρέων, βουνῶν. τούτων πάντων προγενεστέρα ἐστὶν ἡ σοφία, καὶ ὁ ἄνθρωπος ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐνθυμήσει ἤδη προϋπάρχει τοῦ κόσμου. ἀλλ' οὗτος μὲν ὢν μεταγενέστερος κτισθεὶς ἐνέχθη ἐν τῇ τῆς κτίσεως παρόδῳ. ὁ δὲ μεταγενέστερος τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐνθυμήσει οὗτος μεταγενέστερος παρηνέχθη ἐν τῇ τῆς κτίσεως παρόδῳ· ἀλλ' ὅτι καὶ ἡ σοφία, ἣν ἐξεῦρε συνέσει αὐτοῦ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἣ, δέδωκε τῷ κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ ἀνθρώπῳ, καὶ αὐτὴ προϋπῆρξε τοῦ κόσμου καὶ τῶν φύσεων αὐτοῦ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐνθυμήσει. εἰδὼς οὖν ἐν ἑαυτῷ ὁ Σολομὼν, διδαχθεὶς ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ δοθείσης αὐτῷ σοφίας, ὅτι ὁ ἄνθρωπος καὶ ἡ σοφία προϋπῆρξαν τοῦ D κόσμου καὶ τῶν φύσεων αὐτοῦ, ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐνθυμήσει, βασανίσας τὸ ἤδη προϋπάρχον τοῦ κόσμου, καὶ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐνθυμήσει πρὸ καταβολῆς κόσμου, ὃ ἐξεῦρε τῇ συνέσει αὐτοῦ ὁ κύριος, τοῦτο ἤδη ἔκτισεν ὁ αὐτὸς κύριος μεταγενέστερον τοῦ κόσμου καὶ τῶν φύσεων αὐτοῦ. λέγει οὖν ὁ Σολομὼν ὡς ἐκ προσώπου τῆς ἐν ἀνθρώπῳ σοφίας τῆς προϋπαρξάσης τοῦ κόσμου ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐνθυμήσει· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. τῇ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ σοφίᾳ ἀνῆκεν ἐκφωνεῖν τῇ λογιστικῇ, τῇ ἐπιτεθείσῃ τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ, τῷ κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ γενομένῳ. τὸ οὖν ἦν, κύριος ἔκτισε, τῷ προϋπάρξαντι τοῦ κόσμου ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐνθυμήσει, τοῦτο τούτῳ προσέρριψε. E τὸ δὲ γεννᾷ με συνεὶς πάλιν εἰς τὰς μετὰ ταῦτα ἐκ φύσεως παιδοποιήσεις ἐκδιδομένας εἶπε τό· γεννᾷ με. νόει τοίνυν φιλόσοφε, τῆς αὐτῆς φύσεως παλαιουμένης καὶ ἀνακαινουμένης ἄχρι συντελείας. τὸ οὖν, κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, εἰς τὴν τῶν ἀνθρώπων δοθεῖσαν λογιστικὴν σοφίαν διαληπτέον· τὸ δὲ γεννᾷ με, τὸ κατὰ πρόγνωσιν τοῦ Θεοῦ αὐτῆς τῆς φύσεως, τὸ ἐξ αὐτῆς ἐξ εἰκόνων ὡς τροχὸν εἱλιττόμενον ἐπ'

* Sic etiam MS. noſter. *Harduinus*.

ἐπ' αὐτὸν τὸν χαρακτῆρα ἐπανιὸν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ πρωτοκτίστου ἀνθρώπου τοῦ κατ' εἰκόνα Θεοῦ κτισθέντος, ἐν ᾧ τὴν λογικὴν αὐτὴν σοφίαν τὴν κτιστὴν ἐνέθηκεν, ἐν ᾧ τὴν εἰλικρινῆ αὐτοῦ ἀγάπην ἐνετύπωσεν ὁ Θεός. ὅπερ τὴν ἀνάκτισιν ἐν ἑαυτῷ ποιούμενος ὁ σωτὴρ ἔλεγε πρὸς τὸν πατέρα οἰκονομικῶς· ὅτι ἠγάπησάς με, φησὶ, πρὸ καταβολῆς κόσμου. τὸ δὲ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με ἐν ἀρχῇ, ἱστορήσας ὁ Σολομὼν, ὅτι οἱ αἰῶνες οἱ ἐν τῷ δὲ τῷ κόσμῳ ἐκ τῆς περιόδου τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς τὴν σύστασιν ἔχουσι. τὸ δὲ προϋπάρξαι τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς, προϋπάρξαι ἐστὶ τοῦ αἰῶνος τούτου· ταύταις ταῖς ἱστορίαις θεωρήσας ὁ Σολομὼν, ἥρμοσεν ἐναρμονίως τῷ τε ἀνθρώπῳ καὶ τῇ σοφίᾳ. διὸ ἐκ προσώπου αὐτῆς ἐκφωνήσας λέγει τό· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με ἐν ἀρχῇ. συλλογισάμενος ἐν ἑαυτῷ πάλιν, ὅτι μέλλοντος τοῦ Θεοῦ παράγειν ταύτας τὰς φύσεις τὰς ἐγκοσμίους, προγενεστέρας τοῦ τε ἀνθρώπου καὶ τῆς σοφίας, εἰς τὸ εἶναι, καὶ ὅτι δεῖ τοὺς προγενεστέρους παρεῖναι παραγινομένων τε τῶν φύσεων ἱστορεῖν κατὰ τάξιν τὰς φύσεις παραγινομένας, καὶ ὅτι ὁ ἄνθρωπος καὶ ἡ σοφία ἡγεῖσθαι τῶν ἔργων ἐπετέθησαν. ἡ οὖν τῷ ἀνθρώπῳ δοθεῖσα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ λογιστικὴ καὶ κριτικὴ σοφία, ἡ διαδοθεῖσα ἐπὶ Σολομῶντα, καθά φησιν ὁ μέγας Μωσῆς, λέγει ἐν Σολομῶντι· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ· καὶ τὰ ἑξῆς· ἧς ἐκ προσώπου τῆς προγενεστέρας σὺν τῷ ἀνθρώπῳ τοῦ κόσμου, διηγούμενος τὰς ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ, τὰς ἐν τῷ κόσμῳ παράγοντος τὰς φύσεις, φησὶν αὐτός· κύριος ἐποίησε χώρας καὶ ἀοικήτους, καὶ ἄκρα οἰκούμενα τῆς ὑπ' οὐρανόν. ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ, ὅτε ἀφώριζε τὸν ἑαυτοῦ θρόνον ἐπ' ἀνέμων· ἡνίκα ἰσχυρὰ ἐποίει τὰ ἄνω νέφη, καὶ ὡς ἀσφαλεῖς ἐτίθει πηγὰς τῆς ὑπ' οὐρανόν· ἐν τῷ τιθέναι τῇ θαλάσσῃ ἀκριβασμὸν αὐτοῦ. καὶ ὕδατα οὐ παρελεύσονται λόγον στόματος αὐτοῦ. καὶ ἰσχυρὰ ἐποίει τὰ θεμέλια τῆς γῆς, ἤμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα. ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρε· ταῦτα ἐκ προσώπου τῆς σοφίας· καὶ δεικνύουσιν ἀσφαλῶς, ὅτι ὁ προϋπάρξας τοῦ κόσμου, ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐνθυμήσει· διὸ καὶ ὁ κόσμος κατεσκευάσθη, δηλονότι καὶ τὴν τοῦ κόσμου φύσιν προϋπῆρξεν· ἵστωρ οὖν γενόμενος τῆς παρόδου τῶν φύσεων, ὑπαριθμεῖ τὴν τάξιν αὐτῶν, ὁ προγενέστερος αὐτῶν, ἡ σοφία, ἣν ἐξεῦρε τῇ συνέσει αὐτοῦ, ἣν κατεσκεύασε τῷ ἀνθρώπῳ. τίς οὖν ὁ ταύτην τὴν σοφίαν προκατασκευάσας καὶ δεδωκὼς τῷ ἀνθρώπῳ, ἢ ἐκδιηγήσατο αὐτοῦ τὰς ἐνεργείας; ὅτι οὐκ ἄλλος, ἀλλ' ἢ πάντως ὁ κατασκευάσας τὴν γῆν εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον, ὁ καὶ ἐμπλήσας αὐτὴν κτηνῶν τετραπόδων, ὁ καλέσας τὸ φῶς, καὶ ὑπήκουσεν αὐτῷ τρόμῳ· ὁ ἐπὶ γῆς ὀφθεὶς, καὶ συναναστραφεὶς ἀνθρώποις. τούτῳ κεκλήρωται τῆς σοφίας. οὐχὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τό· κύριος ἔκτισέ με, ἀλλ' ἢ τῆς λογικῆς σοφίας, τῆς ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου κατασκευασθείσης καὶ δοθείσης τῷ ἀνθρώπῳ, δι' ὃν ὁ κόσμος ἐγένετο. σαφέστατα διὰ πάντων δέδεικται, ὅτι εἰς τὸ πρόσωπον εἴρηται, τῆς λογικῆς σοφίας. βεβαιοῖ δὲ τὰ προειρημένα ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ λέγων. τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐγένετο, οὐχ ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ σάββατον· προσωποποιήσας τὸν κόσμον εἰς πρόσωπον τοῦ σαββάτου, ἀντὶ τοῦ· ὁ κόσμος διὰ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐχ ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸν κόσμον.

A caritatem impreſſit Deus. Quod in ſeipſo renovans ſalvator diſpenſatorie ad Patrem dicebat: *Quoniam*, inquit, *ante mundi conſtitutionem dilexiſti me*. (Joan. 17.) Illud autem: *Ante ſæcula in principio fundavit me*; (Proverb. 8.) videns Salomon quod ſæcula in hoc mundo ex diei ac noctis circuitu conſiſtentiam habent; exiſtere autem ante diem & noctem, eſſe etiam exiſtere ante hoc ſæculum: eas conſiderationes contemplans Salomon, homini atque ſapientiæ congrue accommodavit. Quamobrem ex ejus perſona pronuncians ait: *Dominus condidit me* (Ibid.) *initium viarum ſuarum in opera ejus, ante ſæcula, in principio fundavit me*. Rurſum cogitans in ſemetipſo, quod Deo hujus mundi B naturas ante hominem ejuſque ſapientiam in eſſe perducente, oporteret præſentibus ipſis naturis, quæ priora ſunt adeſſe. Videns autem ordine naturas prodeuntes, & quod homo ejuſque ſapientia propoſita fuerunt, ut reliqua opera præcederent: rationalis ergo atque judicatrix ſapientia homini conceſſa, & Salomoni, ut magnus Moyſes ait, inſuſa, loquitur in Salomone: *Dominus condidit me i-* (Ibid.) *nitium viarum ſuarum in opera ejus*: & quæ ſequuntur. Ex cujus perſona, quæ cum homine prior erat mundo; enarrans opera Dei naturas in mundum producentis, inquit ipſe: *Dominus fecit regiones & inhabitabilia, & ſumma quæ habitantur ejus quæ ſub cælo. Quando* C *præparabat cælum, ſimul aderam ipſi, & quando ſecernebat ſuam ſedem ſuper ventos; quando æthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarum: quando circumdabat mari terminum ſuum, & legem ponebat aquis ne tranſirent fines ſuos: quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens, cui adgaudebat.* Hæc ex perſona ſapientiæ. Quæ haud dubie oſtendunt, quod in divina intentione ante mundum extitit, propter quam mundus extructus eſt: conſtat etiam ante mundi naturas extitiſſe. Teſtis ergo factus viæ naturarum, qui (Baruch. 3.) prior illis fuit earum ordinem numerat per ſapientiam quam invenit prudentia ſua, quamque homini præparavit. Quis igitur hanc ſa- D pientiam præparavit & dedit homini, quæ ejus opera enarravit? Non alius omnino, quam qui præparavit terram in æternum tempus, & qui implevit eam jumentis quadrupedibus, qui mittit lumen, & vadit: vocavit illud, & obedivit illi timore: qui in terra viſus eſt, & inter homines converſatus eſt; hic ſapientiam hæreditavit. Non eſt itaque Filii Dei illud; Dominus condidit me: ſed rationalis ſapientiæ quam ipſe dominus homini dedit ac præparavit, propter quem mundus factus eſt. Clariſſime ſi quidem per omnia demonſtratum eſt in perſona rationalis ſapientiæ dictum eſſe. Confirmat autem prædicta dominus in evangelio, dicens: *Sab-* (Marc. 2.) E *batum propter hominem factum eſt, non homo propter ſabbatum*: attributa mundo perſona ſeu figura ſabbati, pro eo: mundus propter hominem factus eſt, non homo propter mundum.

Alia

A

*Alia philoſophi contradictio.*

At vero Salomonis ſapientia teſtatur, Filium Dei eſſe, hoc eſt, Dei ſapientiam, quæ dixit: Dominus condidit me, & quæ ſequuntur.

*Reſponſio ſanctorum epiſcoporum ad philoſophum per epiſcopum Euſebium Pamphili.*

Dic, philoſophe, ſapientia quæ erat in Salomone, ut ais, eratne ſapientia Dei? *Philoſophus*. Vere inquit, erat profecto. *Epiſcopus*. Dic, ſapientia Dei præſcientiam habet, an non? *Philoſophus*. Certe habet. *Epiſcopus*. B Sapientia Dei, quam dicis in Salomone fuiſſe, eſtne Filius Dei? *Philoſophus*. Certe, inquit. *Epiſcopus*. Judex quomodo judicat, juxta præſcientiam, an non? *Philoſophus*. Certe, ait: quomodo enim aliter judicaret? *Epiſcopus*. Judex igitur juxta præſcientiam judicat, & ſecundum opera quæ prius novit? *Philoſophus*. Certe jam dixi. *Epiſcopus*. Quomodo

*Proverb. 30.* igitur ait ſapientia Salomonis: *Tria non poſſum intelligere, quartum penitus ignoro?* cumque tria dixiſſet ſapientia Salomonis, quæ ipſa non poſſet intelligere, quartum dixit ſe ignorare, nempe viam viri in adoleſcentia. Si ergo ſapientia Dei eſt ſapientia Salomonis, quomodo judicat mundum, cum neſciat C viam viri in adoleſcentia? & quomodo hoc verum eſt, quod qui fecit hominem ad imaginem Dei, hoc eſt, Filius Dei (ut Moyſes propheta ait, & de quo ait Joannes evan-

*Joan 1.* geliſta: *Omnia per ipſum facta ſunt*) non ſciat

*Pſalm 32.* viam viri in adoleſcentia? *qui finxit ſigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum, qui ſcrutatur corda & renes*: Juxta pro-

*Pſal. 138.* phetam dicentem: *Tu cognoviſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam; tu intellexiſti cogitationes meas de longe, ſemitam meam & funiculum meum inveſtigaſti & omnes vias meas*

*Pſalm. 93.* *prævidiſti*: & rurſum alibi: *Qui inſtruit gentes, non arguet, qui docet hominem ſcientiam. Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt*. Qui ergo hæc novit & omnia præſcit, neſcit viam viri in adoleſcentia? Et D multa ex ſcripturis licet invenire, quæ imprudentiam eorum qui hoc dictum male intelligunt, redarguant. Quomodo ergo qui docet hominem ſcientiam, ipſe neſcit viam viri in adoleſcentia? Bene igitur intelligas, o philoſophe, quod Salomon judicem ſapientiam accepit, quam invenit Filius Dei prudentia ſua, quam præparavit homini ad imaginem ſuam, rationalem ſcilicet. Confirmat jam dicta quod dominus in evangelio loqui-

*Matth 12.* tur: *Ecce pluſquam Salomon hic*: quo funditus evertit dicentes ipſum eſſe Salomonis ſapientiam. Si enim, ut vox ſuffragatur, æqualem E habet appellationem cum ſapientia (ſapientia enim Dei eſt Filius Dei) eſt ergo Deus præſcius, qui juxta præſcientiam judicat, & ſecundum opera, tanquam omnium opifex & creator, ut ait Paulus vas electionis, qui ad Hebræos ſcribens, ſic de ipſo loquitur: *Vi-*

*Hebr. 4.* *vus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & penetrans uſque ad diviſionem animæ ac ſpiritus, & diſcretor cogitationum ac intentionum cordis: & non eſt aliquid occultum in conſpectu ejus, ſed om-*

Ἑτέρα ἀντίφρασις τοῦ φιλοσόφου.

Ἀλλὰ, φησὶν, ἡ σοφία ἡ ἐν Σολομῶντι, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐστι, τοῦτ᾽ ἔστιν ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ, ὁ εἰπών· κύριος ἔκτισέ με, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἀπόκρισις τῶν ἁγίων ἐπισκόπων πρὸς τὸν φιλόσοφον διὰ τοῦ ἐπισκόπου Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου.

Εἰπὲ, ὦ φιλόσοφε, ἡ σοφία ἡ ἐν Σολομῶντι ὡς σὺ φῂς, ἡ τοῦ Θεοῦ ἐστι σοφία; ὁ φιλόσοφος· ναὶ, φησὶν, οὕτως ἔχει. ὁ ἐπίσκοπος· εἰπὲ, ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ πρόγνωσιν ἔχει, ἢ οὔ; ὁ φιλόσοφος· ναὶ B ἔχει. ὁ ἐπίσκοπος· ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ἣν φῂς ἐν Σολομῶντι; ὁ φιλόσοφος· ναὶ, φησίν. ὁ ἐπίσκοπος; πῶς κρίνει ὁ κρίνων, κατὰ πρόγνωσιν, ἢ οὔ; ὁ φιλόσοφος, ναὶ, φησίν. ἀλλὰ πῶς; ὁ ἐπίσκοπος· ὁ οὖν κρίνων, κατὰ πρόγνωσιν κρίνει, καὶ κατὰ τὰ ἔργα, ὡς προγνώστης; ὁ φιλόσοφος· ναὶ εἶπον. ὁ ἐπίσκοπος· πῶς οὖν ἡ σοφία ἡ ἐν Σολομῶντι λέγει· τρία ἐστὶν ἀδύνατά μοι νοῆσαι, καὶ τὸ τέταρτον οὐκ ἐπιγινώσκω; τὰ τρία εἰρηκυῖα ἡ ἐν Σολομῶντι σοφία. ἀδύνατεῖ αὐτὴν νοῆσαι, περὶ τοῦ τετάρτου εἶπεν οὐ γινώσκειν, καὶ ὁδὸν ἀνδρὸς ἐν νεότητι. εἰ οὖν ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ ἐστιν ἡ ἐν Σολομῶντι, πῶς κρίνει τὸν κόσμον, μὴ εἰδυῖα ἀνδρὸς ὁδοὺς ἐν νεό- C τητι; καὶ πῶς τοῦτο ἀληθὲς, ὅτι ὁ ποιήσας τὸν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ, τοῦτ᾽ ἔστιν, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καθὼς φησι Μωσῆς ὁ προφήτης, ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς, πάντα δι᾽ αὐτοῦ, φησὶν, ἐγένετο· οὐκ ἐπίσταται ὁδοὺς ἀνδρὸς ἐν νεότητι; ὁ πλάσας κατὰ μόνας τὰς καρδίας αὐτῶν, ὁ συνιεὶς εἰς πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν, ὁ ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς, κατὰ τὸν προφήτην τὸν εἰπόντα· σὺ ἔγνως τὴν καθέδραν μου, καὶ τὴν ἔγερσίν μου· σὺ συνῆκας πάντας τοὺς διαλογισμούς μου, φησὶν, ἀπὸ μακρόθεν, τὴν τρίβον μου, καὶ τὴν σχοῖνόν μου σὺ ἐξιχνίασας, καὶ πάσας τὰς ὁδούς μου προεῖδες. καὶ ἐν ἑτέρῳ πάλιν· ὁ παιδεύων ἔθνη, οὐχὶ ἐλέγξει, ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν; κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὅτι εἰσὶ μάταιοι· ὁ οὖν ταῦτα ἐπιστάμενος, καὶ πάντα προγινώσκων, οὐκ ἐ- D πίσταται ὁδοὺς ἀνδρὸς ἐν νεότητι; καὶ πολλά ἐστιν εὑρεῖν ἐκ τῶν γραφῶν, τὰ ἐλέγχοντα τὴν ἄνοιαν τῶν κακῶς ὑπειληφότων περὶ τοῦ ῥητοῦ τούτου· πῶς γὰρ ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν, αὐτὸς οὐκ ἐπίσταται ὁδοὺς ἀνδρὸς ἐν νεότητι; εὖ ἴσθι οὖν ὦ φιλόσοφε, ὅτι Σολομὼν κριτὴν ἔλαβε σοφίαν, ἣν ἐξεῦρε συνέσει αὐτοῦ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἣν ηὐτρέπισε τῷ κατ᾽ εἰκόνα αὐτοῦ ἀνθρώπῳ, συλλογιστικήν. ἀμέλει δὲ ἐπιβεβαιοῖ τὰ ῥηθέντα ὁ κύριος ἐν εὐαγγελίοις λέγων τὸ, καὶ ἰδοὺ πλεῖον Σολομῶντος ὧδε· ἀνέτρεψε τοὺς λέγοντας αὐτὸν εἶναι τὴν ἐν Σολομῶντι σοφίαν. εἰ γὰρ * τῇ ψήφῳ τῆς φωνῆς E ἰσοκρατηγορός ἐστιν ὁ τῇ σοφίᾳ· ἡ γὰρ τοῦ Θεοῦ σοφία ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Θεὸς προγνώστης ἐστὶ, καὶ κατὰ πρόγνωσιν κρίνει, καὶ κατὰ τὰ ἔργα, ὡς κτίστης καὶ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων, καθὼς φησι καὶ ὁ Παῦλος τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, Ἑβραίοις γράφων, ὧδέ πως λέγει περὶ αὐτοῦ· ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργὴς καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας· καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ, πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα

* τῷ ψήφῳ.

μθύα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος. καὶ πρὸς Ῥωμαίους δὲ ὁ αὐτὸς γράφει, λέγων· ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. δείκνυσι δὲ ὧδε, ὅτι ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς σοφία Θεός ἐστιν ἀληθῶς ἐξ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, ἀΐδιος ἐξ ἀϊδίου, καὶ ἀληθινὸς ἐξ ἀληθινοῦ, φύσει ὢν ἀεὶ υἱὸς τοῦ ἀεὶ ὄντος Θεοῦ καὶ πατρός.

Ἀντίρρησις τοῦ φιλοσόφου.

## ΚΕΦΑΛ. ιθ΄.

Τί οὖν ἐστιν ὅ φῃς· ὁδὸν δὲ σοφίας οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ ἐμνήσθησαν τὰς τρίβους αὐτῆς; καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἀπόκρισις τῶν ἁγίων ἐπισκόπων διὰ τοῦ αὐτοῦ ἐπισκόπου Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου.

Πολλάκις πρὸς τὰ ῥήματα τῆς σοφίας ἀπιδών, ὦ φιλόσοφε, ἐθαύμασας τῆς σοφίας τὴν δύναμιν, ὅτι δὴ μεγίστων νοημάτων ἀλήθειαν ἔστιν εὑρεῖν ἐν αὐτῇ βραχυτάταις λέξεσι. καὶ τάχα δικαίως ἄν τις παρεικάσειε ῥήματα τῆς γραφῆς τῇ εὐαγγελικῇ παραβολῇ, τῇ διαγορευούσῃ ἐοικέναι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως, ὅ, τι βραχύτερον μέν ἐστι πάντων τῶν σπερμάτων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, φυὲν δὲ καὶ ἀναπληρωθὲν ἱκανὴν σκέπην τοῖς πετεινοῖς δίδωσιν. οὕτως ὁρῶμεν τὴν τῶν θείων ῥημάτων δύναμιν ἐν βραχέσι σπειρομένην λέξεσιν· ἀναπληρουμένων δὲ τῶν νοημάτων, καὶ ὥσπερ κλάδων ἐπὶ τὴν διάνοιαν, τῶν πετεινῶν ἐπεκτεινομένων, τοῦτ' ἔστι, τῶν ἀνθρώπων, τοσαύτη τις εὑρίσκεται δύναμις, ὥστε μὴ μόνοις τοῖς γεωργοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς παρεστῶσι πετεινοῖς ἱκανὴν παρέχειν τὴν σκέπην. πόθεν οὖν ἐκινήθην πρὸς ταύτην τὴν ἔννοιαν, ἢ ἐκ τῆς τοῦ λόγου τῆς ἱερᾶς γραφῆς ἱεροψάλτου Δαυΐδ, πρὸς ἀπόδειξιν καὶ σύστασιν, οὐ τῆς λογιστικῆς σοφίας, ὡς αὐτὸς ὑπείληφας, ἀλλὰ τῆς καὶ ταύτην καὶ πάντα τὰ γεννητὰ δημιουργησάσης ἀκαταλήπτου σοφίας τῆς ἀκτίστου καὶ ἀνάρχου, τοῦτ' ἔστι Χριστοῦ· ἐπείπερ Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία κατὰ τὸν τῆς ἀρρήτου καὶ ἀπερινοήτου θεότητος αὐτοῦ τρόπον, ὁ ἀληθὴς τοῦ Θεοῦ Θεὸς λόγος. τῷ γὰρ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. ἤκουσας λόγον κυρίου, ἤκουσας πνεῦμα τοῦ στόματος αὐτοῦ. καὶ ἄκουε τοίνυν καὶ πάλιν περὶ τῆς συστάσεως τῆς ἀληθοῦς πίστεως τῆς εὐσεβῶς ὑπὸ τῶν εὐσεβῶν νοουμένης τε καὶ κηρυττομένης. ἐπείπερ οἶμαι οὐδὲν τῶν προανατεφωνηθέντων σοι παρὰ τοσαύτης ἁγίων ἀρχιερέων πνευματικῆς χορείας τὴν αἴσθησιν δέδεξαι. ἄκουε τοίνυν εὐσεβῶς, καὶ μὴ τοῖς ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς διερευνᾶσθαι πειρῶ τὰ ἀπόρρητα. ὁ τέλειος οὔτε μειοῦται, οὔτε αὔξει. εἷς ἀγέννητος ὁ Θεὸς καὶ πατήρ. εἷς δὲ ὁ γεγεννημένος ἐξ αὐτοῦ μονογενὴς υἱὸς Θεὸς λόγος· ὥσπερ οὖν οὐκ ἔστι συναγέννητος τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ Θεὸς ἕτερος, οὕτως οὐδὲ συγγεγεννημένος ἢ προγεγεννημένος, ἢ μεταγεγεννημένος υἱὸς ἕτερος τοῦ Θεοῦ τῷ μονογενεῖ υἱῷ αὐτοῦ Θεῷ λόγῳ. εἷς ὄντως Θεὸς καὶ πατήρ, εἷς ὄντως καὶ ὁ γεγεννημένος ἐξ αὐτοῦ ἀφράστως υἱὸς Θεὸς λόγος. ὥσπερ οὖν οὐ λόγῳ μόνῳ πατὴρ ὁ Θεός, οὕτως οὐδὲ λόγῳ μόνῳ υἱός, ἀλλ' ἀληθῶς υἱός· γνήσιος ὁ πατήρ. γνήσιος ὁ υἱός· Θεὸς ὁ πατήρ, Θεὸς καὶ ὁ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος υἱός· τέ-

*Concil General.* Tom. II.

A *nia nuda ſunt & operta oculis ejus, de quo ſermo noſter eſt*: & ad Romanos idem ſcribit, dicens: *Quorum patres, ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula, amen.* Sic autem oſtendit quòd Dei & Patris ſapientia Deus vere ſit ex ipſo Deo, æternus ex æterno, verus ex vero, cum ſit natura ſemper Filius æterni Dei & Patris. *Rom. 9.*

*Contradictio philoſophi.*

## CAPUT XIX.

B QUID igitur eſt, quod ais: *Viam ſapientiæ non cognoverunt, neque recordati ſunt ſemitas ejus?* & quæ ſequuntur. *Baruch. 3. 23*

*Reſponſio ſanctorum epiſcoporum per eumdem epiſcopum Euſebium Pamphili.*

Sæpenumero verba ſapientiæ conſiderans, o philoſophe, admiratus es ſapientiæ virtutem, quod breviſſimis locutionibus maximam ſententiarum veritatem in ea invenire liceat: & juſtiſſime quiſpiam verba ſcripturæ comparaverit evangelicæ parobolæ aſſerenti, ſimile eſſe regnum cœlorum grano ſinapis, quod cum minus ſit omnibus terræ ſeminibus, quando tamen crevit, & perfectum eſt, C idoneum tectum volucribus præbet. Sic videmus divinorum verborum potentiam brevibus locutionibus ſeminatam, plenam autem ſententiis quaſi ramis, ad volucrum, hoc eſt, hominum contemplationem protenſis, in quibus tanta potentia invenitur, ut non ſolis terræ habitatoribus, verum etiam aſſiſtentibus volucribus ſufficiens exhibeant tegumentum. Undenam igitur ad hanc conſiderationem excitatus ſum, niſi ex verbo ſanctæ ſcripturæ ſacri cantoris Davidis, ad demonſtrationem & conſtitutionem non rationalis ſapientiæ ut ipſe fueras opinatus, ſed ejus quæ illam & omnia creata condidit, incomprehenſibilis ſapientiæ, increatæ, & initio carentis, hoc D eſt, Chriſti: ſiquidem Chriſtus eſt Dei virtus & Dei ſapientia, juxta modum ſuæ ineffabilis deitatis ex Deo verus Deus Verbum. *Verbo enim Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Audiſti verbum domini, audiſti ſpiritum auris ejus: audi rurſus de veræ fidei conſtitutione, quæ pie a piis intellecta & prædicata eſt: quandoquidem exiſtimo nihil prædictorum te ſuſcipere præter tanti ſanctorum pontificum ſpiritualis chori ſententiam. Audi ergo pie, nec humanis ratiocinationibus quæ ineffabilia ſunt, tenta perſcrutari. Perfectus nec minuitur, nec augetur. Unus ingenitus Deus & Pater: unus ex eo genitus unigenitus Filius Deus Ver- E bum; ſicut non eſt alter Deus cum Deo & Patre ingenitus, ita neque congenitus, neque prior, neque poſterior Filius, diverſus a Deo unigenito Filio ejus, Deo Verbo. Unus vere Deus & Pater, unus etiam ineffabiliter ex eo genitus Filius, Deus Verbum. Quemadmodum autem non ſolo nomine Pater eſt Deus, ſic neque ſolo nomine Filius, ſed vere eſt Filius: verus eſt Pater, verus Filius: Deus eſt Pater, Deus etiam Filius ex eo genitus: perfectus Pater, perfectus & ejus Filius: incorporeus Pater, incorporeus & Filius: in-

*Matth. 13.* — *1. Cor. 1.* — *Pſalm. 32.*

corporei enim eſt figura, & incorporea nimirum imago. Credis hoc, philoſophe, quod ex ſubſtantia Patris ſit genitus unigenitus ejus filius, quemadmodum a principio diſputationum per plurima expreſſa teſtimonia demonſtravimus, an non?

A λειος ὁ πατὴρ, τέλειος αὐτοῦ καὶ ὁ υἱός· ἀσώματος ὁ πατὴρ, ἀσώματος καὶ ὁ υἱός. καὶ ἀσωμάτου γὰρ χαρακτὴρ, καὶ ἡ εἰκὼν ἀσώματος δηλονότι. πιστεύεις τοῦτο ὦ φιλόσοφε, ὅτι γεγέννηται ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς ὁ μονογενὴς υἱὸς αὐτοῦ, καθάπερ ἐξ ὑπαρχῆς τῶν λόγων διὰ πλείστων ὅσων γραφικῶν μαρτυριῶν ἀπεδείξαμεν, ἢ οὔ;

*Interrogatio philoſophi.*

Quomodo & quanam ratione, dic?

Ἀντεπερώτησις τοῦ φιλοσόφου.

Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ, φράσον;

*Sancti epiſcopi per Euſebium Pamphili dixerunt.*

Οἱ ἅγιοι ἐπίσκοποι διὰ τοῦ αὐτοῦ Εὐσεβίου Παμφίλου εἶπαν.

B

Ne quæras quomodo, o philoſophe; alioquin, ut jam pluribus dictum eſt tibi, & ab initio diſputationis teſtati ſumus, ſtudes te præcipitem agere, perſcrutari tentans quæ inſcrutabilia ſunt. Si enim quærere licet, quomodo non genitus, licet etiam quærere, qui genitus. Si vero non deſeris quæſtionem, quomodo ſit genitus; ne quæras inſcrutabilia, non enim invenies: quæras quæ inveniri poſſunt, & invenies. Si enim quæſieris, a quo potes diſcere? a terra? non ſubſiſtebat. A mari? nondum creatum fuerat mare. A cœlo? nondum erat factum. A ſole aut luna vel ſtellis? nondum fuerant condita. Ab angelis? & archangelis? C nondum erant: ſiquidem & ipſorum factor eſt Filius. Sed a ſæculis? ipſe ante ſæcula unigenitus. Ne igitur quæras quæ non ſemper fuerunt, de eo quod ſemper fuit. Ineffabilis & ingenitus eſt Pater, ineffabilis eſt & ex eo ineffabiliter genitus Filius. Taceas ergo de illo, quomodo, & concedas hoc ei qui genuit, & genito. Pater enim ſolus agnoſcit Filium qui eſt, & Filius Patrem, & cui voluerit Filius revelare, ut ait ipſius evangelium. Si autem non vis ceſſare illud,

Matth. 11. *qui*, ſed contendis inſcrutabilia perſcrutari, ridemus tuam audaciam, quin magis deflemus te, quod non velis fide intelligere Deum ſemper Patrem Filii ſui, & unigeni- D tum ſuum Filium, ſemper ejus filium, ſemper cum Patre fuiſſe non poſteriorem, ut tu impie aſſeris. Sed fide intellige atque confiteare, perfectum Filium ex perfecto, ut ſæpe audiſti, lumen æternum ex æterno lumine, Deum verum ex vero Deo & Patre, increatum ex increato, ſine compoſitione ab eo qui compoſitionis eſt expers, ſemper exiſtentem apud Patrem: *In principio enim*

Joan. 1. *erat Verbum*. ut ait Joannes evangeliſta, *& Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*. Illud, erat, philoſophe, non habet aliquid præcedens: illud, erat, philoſophe, tollit quod non erat, ut prius oſtendimus: & illud, Deus, tollit quod non eſt Deus. E Scriptis crede, quæ non ſcripta ſunt, ne cogites, nec inquiras. Credas quod omnia condidit Filius quæ facta ſunt voluntate Patris, non oculorum intuitu (Deus enim compoſitionis eſt expers, ut prædiximus) ſed voluntate, ut ipſe ſolus novit: quod nos fide intelligentes prædicamus, juxta ſanctarum ſcripturarum doctrinam, quod Patris conſilio ac ſuo condidit omnem creaturam, & quæ in cœlo eſt, & quæ in terra, & quæ videtur, & quæ intelligentia percipitur, non

Μὴ ζήτει πῶς φιλόσοφε· εἰ δὲ μὴ, καθὰ ἤδη διὰ πλειόνων εἴρηταί σοι, καὶ ἐν ἀρχῇ τῆς διαλέξεως διεμαρτυράμεθα, ὅτι κρημνίσαι σεαυτὸν σπουδάζεις, διερευνᾷν πειρώμενος τὰ ἀνεξερεύνητα. εἰ μὲν γὰρ ἐνδέχεται ζητεῖν πῶς ὁ ἀγέννητος, ἐνδέχεται καὶ ζητεῖν πῶς καὶ ὁ γεγεννημένος. εἰ δὲ οὐ καταλείπεις ζήτησιν, πῶς γεγέννηται· μὴ ζήτει τὰ ἀνερεύνητα, οὐ γὰρ εὑρίσκεις. τὰ εὑρισκόμενα ζήτει, καὶ εὑρίσκεις. ἐὰν γὰρ ζητῇς, παρὰ τίνος ἔχεις μαθεῖν; παρὰ τῆς γῆς; οὐχ ὑφίστατο. παρὰ θαλάσσης; οὐδέπω ἐκέκτιστο ἡ ὑγρά. παρὰ οὐρανοῦ; οὐκ ἦν ποιηθείς. παρὰ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἄστρων; οὐδέπω ἐδεδημιούργητο. παρὰ ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων; C οὐδέπω ἦσαν, ἐπείπερ καὶ αὐτῶν ποιητὴς ὁ υἱός. ἀλλὰ παρὰ αἰώνων; πρὸ αἰώνων ὁ μονογενής. μὴ ἐξέταζε τὰ μὴ ἀεὶ ὄντα περὶ τοῦ ἀεὶ ὄντος. ἄρρητος, ἀγέννητος ὁ πατήρ· ἄρρητος, ἀρρήτως γεγεννημένος ἐξ αὐτοῦ ὁ υἱός. σιώπησον περὶ τοῦ πῶς, καὶ παραχώρει τοῦτο τῷ γεγεννηκότι, καὶ τῷ γεγεννημένῳ. ὁ γὰρ πατὴρ μόνος γινώσκει τὸν υἱὸν τίς ἐστι, καὶ ὁ υἱὸς τὸν πατέρα, καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι, καθά φησι τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ. εἰ δὲ μὴ θέλῃς παύσασθαι τὸ πῶς, ἀλλὰ φιλονεικεῖς διερευνᾷν τὰ ἀνεξερεύνητα, καταγελώμενός σου τὴν τόλμαν, μᾶλλον δὲ καὶ πενθοῦμέν σε, ὅτι οὐ πίστει θέλεις νοεῖν τὸν Θεὸν D ἀεὶ πατέρα τοῦ υἱοῦ, αὐτοῦ, καὶ τὸν μονογενῆ υἱὸν αὐτοῦ, ἀεὶ υἱὸν αὐτοῦ, συνυπάρχοντα ἀεὶ τῷ πατρὶ, καὶ οὐ μεταγενέστερον, καθὼς σὺ ἀσεβῶς φῄς. ἀλλὰ νόει πίστει, καὶ ὁμολόγει τέλειον ἐκ τελείου τὸν υἱὸν, ὡς πολλάκις ἤκουσας, φῶς ἀΐδιον ἐκ φωτὸς ἀϊδίου, Θεὸν ἀληθινὸν ἐξ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἄκτιστον ἐξ ἀκτίστου, ἀσύνθετον ἐξ ἀσυνθέτου, ἀεὶ ὄντα πρὸς τὸν πατέρα· ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος, καθά φησιν Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος· τὸ ἦν, φιλόσοφε, τὸ προϋπάρχον οὐκ ἔχει. τὸ ἦν, φιλόσοφε, περιγράφει τὸ οὐκ ἦν, καθὰ προαπεδείξαμεν. καὶ τὸ Θεὸς περιγράφει τὸ οὐ Θεός. τοῖς γεγραμμένοις πίστευε, τὰ μὴ E γεγραμμένα μὴ ἐννόει, μηδὲ ζήτει. πίστευε ὅτι πάντα αὐτὸς ἐδημιούργησεν ὁ υἱὸς τὰ γεγενημένα νεύματι πατρικῷ, οὐκ ὀφθαλμῶν βλέμματι· ἀσύνθετος γὰρ ὁ Θεὸς, ὡς προειρήκαμεν. ἀλλὰ νεύματι, ὡς αὐτὸς οἶδε μόνος. ὅπερ ἡμεῖς πίστει νοοῦντες κηρύττομεν, μετὰ τὴν διδασκαλίαν τῶν ἱερῶν γραφῶν, ὅτι βουλῇ τοῦ πατρὸς καὶ ἑαυτοῦ δεδημιούργηκε πᾶσαν τὴν κτίσιν τήν τε ἐπουράνιον καὶ ἐπίγειον, τήν τε ὁρωμένην καὶ νοουμένην, οὐκ ὀργάνοις, οὔτε μηχαναῖς, οὐδὲ συνεργίᾳ τινὸς ἑτέρου, ἀλλὰ βουλήσει πατρὸς,

ξός, καθὰ ἀρτίως εἰρήκαμεν, τοῦ εἰπόντος πρὸς αὐτὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. οὐκ εἶπε ποίησον, ἢ ποιήσατε, ἀλλὰ ποιήσωμεν, δεικνὺς τὸ ὁμοούσιον καὶ ὁμότιμον ἐπὶ τῆς μακαρίας ἐκείνης καὶ ἀφράστου τριάδος. καὶ μὴ ὑπογόγγυζε, ὦ φιλόσοφε, μηδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνακίνει, ἀλλὰ ὅρα τῷ τῆς διανοίας βλέμματι τὴν τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ἀκρίβειαν, καὶ δέχου πιστῶς, μὴ ἐπὶ πλεῖον γενόμενος ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός. ἄκουε οὖν καὶ συνίεις. ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ὁ πρὸ αἰώνων αὐτοῦ υἱός, πρὸς ὃν εἶπε· ποιήσωμεν ἄνθρωπον, καὶ τὰ ἑξῆς. αὐτὸς πάλιν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν βουλῇ πατρικῇ καὶ οἰκείᾳ ἄνθρωπος γέγονε, σαρκωθεὶς ἐκ παρθένου διὰ τὸν ἐκπεσόντα ἄνθρωπον Ἀδάμ· ὁ ἀσώματος ἐν σώματι κενώσας ἑαυτὸν, ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος Παῦλος, διὰ τὸ σῶμα, ἔλαβε νέφος ὁ Θεὸς λόγος τὸ σῶμα, ἵνα μὴ καταφλέξῃ τὰς κτιστὰς φύσεις τὰς ἐν τῷ κόσμῳ· Θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. ἐκρατήθη σαρκὶ, ἵνα καὶ ἡ σὰρξ διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν ἀτρέπτου ἑνώσεως ἐλευθερωθῇ τοῦ θανάτου, ἀόρατος, ἐν ὁρατῷ, ἵνα ὑπομένῃ τὰ ὁρώμενα· ὡς ἄνθρωπος ὑπὸ χρόνον, ἀλλ' ἀληθείᾳ κατ' ἀμφότερα Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ἄνθρωπος καὶ Θεὸς ὁ αὐτός· εἷς γὰρ ἐξ ἀμφοῖν Χριστὸς νοουμένης καὶ γνωριζομένης τῆς διαφορᾶς τῶν οὐσιῶν, τῆς τε θεότητος αὐτοῦ καὶ τῆς σαρκός, Θεὸς ἦν καὶ ἔστι. γέγονεν ἄνθρωπος δι' οἰκονομίαν. δι' αὐτὸν προφῆται, δι' αὐτὸν ἀπόστολοι, δι' αὐτὸν μάρτυρες· προφῆται διὰ τὸν προφητευθέντα, ἀπόστολοι διὰ τὸν ἀποσταλμένον οἰκονομικῶς, μάρτυρες διὰ τὸν πρωτομάρτυρα. ἦλθε Θεὸς ἐπὶ γῆς, ὁ υἱὸς σαρκὶ κρύψας, ὡς ἠβουλήθη, τὸ τῆς αὐτοῦ θεότητος μέγεθος, οὐκ ἐρημώσας τὰ ἐν οὐρανοῖς· οὐδὲ γὰρ πρὸ τοῦ σαρκωθῆναι ἔρημος αὐτοῦ ὁ κόσμος, Θεὸς ἦν καὶ ἔστι, γέγονε καὶ ἄνθρωπος δι' οἰκονομίαν, σαρκωθεὶς καὶ τεχθεὶς ἐκ παρθένου δι' οἰκείαν φιλανθρωπίαν. ἄξιον ἑαυτοῦ καὶ ἴσον υἱὸν ἐγέννησεν ὁ πατὴρ, ὡς οἶδεν ὁ γεννήσας αὐτὸν Θεὸς καὶ πατὴρ, καὶ ὁ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος υἱός, ὦ φιλόσοφε.

A inſtrumentis, aut machinis, nec alicujus alterius auxilio, ſed, ut paulo ante diximus, voluntate Patris, qui ad ipſum & ad Spiritum ſanctum locutus eſt: *Faciamus hominem* Geneſ. 1. *ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*. Non dixit fac, nec facite, ſed faciamus, oſtendens id quod eſt conſubſtantiale, ejuſdem honoris in beata illa & ineffabili trinitate. Ne obmurmures, o philoſophe, neque oculos moveas: ſed mentis intuitu vide apoſtolicorum dogmatum integritatem, ac fideliter ſuſcipe, non amplius infidelis exiſtens, ſed fidelis. Audi ergo atque intellige. Dei Verbum quod fuit ante ſecula, Filius ipſius, ad quem dixit: Faciamus hominem, & quæ B ſequuntur; ipſum rurſus in diebus noviſſimis & Patris & ſua ſententia homo factum eſt, incarnatum ex virgine, propter eum qui lapſus eſt, Adamum; incorporeum, cum in corpore ſemetipſum exinaniſſet, ut dixit apoſtolus Paulus, propter corpus accepit Deus Verbum nubem corporis, ut naturas creatas Philip. 2. hujus mundi non combureret, *Deum enim nemo vidit unquam*. Joan. 1. Carnem accepit, ut caro propter immutabilem cum ipſo in unum conjunctionem a morte liberaretur: inviſibilis viſibilem, ut ea quæ videntur, ſuſtineat: quaſi homo in tempore, ſed revera utrumque, Deus & homo, homo & idem Deus: unus enim ex ambobus Chriſtus, intellecta C & cognita ſubſtantiarum differentia divinitatis ejus atque carnis, Deus erat & eſt: factus eſt autem homo propter diſpenſationem. Propter ipſum prophetæ, propter ipſum apoſtoli, propter eum martyres. Prophetæ propter eum qui a prophetis prædictus eſt; apoſtoli propter eum, qui diſpenſatorie miſſus & apoſtolus factus eſt: martyres propter eumdem protomartyrem. Venit Deus in terram, Filius in carnem, occultans ut voluit, ſuæ divinitatis magnitudinem, non ea quæ in cælis ſunt deſerens; neque enim ante incarnationem deſertus ab eo erat mundus. Deus erat & eſt, & factus eſt homo propter diſpenſationem, incarnatus & natus ex virgine D propter ſuam erga genus humanum caritatem. Pater dignum ſeipſo & æqualem genuit Filium, eo modo quem novit ipſe qui eum genuit Deus & Pater, & qui ex ipſo genitus eſt Filius, o philoſophe.

### Ἀντίρρησις τοῦ φιλοσόφου.

Μὴ ἐπὶ πλεῖστον ὅσον ἐπίμενε βιαζόμενος τὴν ἀλήθειαν, καὶ τῇ τῶν λόγων εὐτεχνίᾳ ἐπισκιάζειν ὡς νέφος πειρῶ τῆς γραφῆς ἀνάμαυρον φέγγος· ἀλλὰ εἰς τὸ προφανὲς τῆς γραφῆς ἐλθὲ, τὸ προτεθέν σοι. καὶ μὴ φεῦγε τὸ, κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ· καὶ τὸ, κύριος ἐποίησε χώρας καὶ ἀοικήτους, καὶ ἄκρα οἰκούμενα τῆς ὑπ' οὐρανόν· μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἔχει ἔννοιαν περὶ τοῦ ἑνὸς κυρίου. ταῦτά ἐστι τοῦ Θεοῦ, τοῦ καὶ πρωτόκτιστον κτίσαντος εἰς ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, ὃν καὶ υἱὸν αὐτοῦ προσηγόρευσε, τοῦ καὶ κτίσαντος δι' αὐτοῦ, ὡς δι' ἐργαλείου, χώρας καὶ ἀοικήτους. εἰ γὰρ καὶ ἡ κτιστὴ τοῦ Θεοῦ σοφία, τουτ' ἔστιν, ὁ υἱὸς ἐργάζεται, ἀλλ' ὁ Θεὸς ἦν ὁ κτίζων δι' αὐτοῦ τὰ μὴ ὄντα, ὡς δι' ἐργαλείου.

### *Contradictio philoſophi.*

Ne pluribus perſeveres vim facere veritati, & verborum arte quaſi nube obumbrare tentes non obſcurum ſcripturæ ſermonem: ſed veni ad manifeſtam ſcripturam, quæ tibi eſt propoſita, & non fugias: illud: *Dominus* Proverb. 8. *condidit me initium viarum ſuarum in opera ejus*: & illud: *Dominus fecit regiones &* Ibid. E *inhabitabilia, & ſumma quæ habitantur ejus quæ ſub cælo*: unam & eamdem habet intelligentiam. De uno domino Deo hæc ſunt, qui primo factum creavit initium viarum ſuarum in opera ejus, quem & Filium appellavit, qui Deus etiam per ipſum Filium quaſi per inſtrumentum fecit regiones & inhabitabilia. Etſi enim creata Dei ſapientia, hoc eſt, Filius operatur, Deus tamen eſt qui per ipſum quaſi per inſtrumentum ea quæ non erant, creat.

A

*Reſponſio ſanctorum epiſcoporum per eumdem epiſcopum Euſebium Pamphili.*

Cum diu in via publica & regia, hoc eſt, in apoſtolica fide permanſeris, quomodo extra illam ferri ſuſtines? ut ſimul ſublatus teipſum præcipites, cum ex profundo impietatis te circumſtantis parum emerſeris, quando ab hac ſancta ſynodo audiſti prophetiam magni Jeremiæ, quaſi digito, ut ita loquamur, indicantis & dicentis: *Hic Deus noſter, & non reputabitur alius adverſus eum*: & quæ ſequuntur, quibus addit: *Poſt hæc in terris viſus, & cum hominibus converſatus eſt*. Et noſti, o philoſophe, quod interrogatus a ſanctis epiſcopis, quiſnam in terris viſus eſſet, & cum hominibus converſatus, Paterne, an Filius? confeſſus es, quod Filius, ut divinæ ſcripturæ teſtantur. Nonne hæc dixiſti? quomodo iterum in profundum pravitatis Arii teipſum conjicis, aut potius demergis? Non enim ab eo ſeparatus caſtra moveres, ut teipſum implicares. Præfers, o miſer, apoſtolicis dogmatibus Arii verba blaſphema, creaturam & inſtrumentum Filium Dei appellans. Audi ergo a nobis, o philoſophe, ſi tamen philoſophus es, & crede non ipſum Filium Dei eſſe ſapientiam creatam rationalem, ab ipſo Filio Dei qui fecit terram & inhabitabilia, homini datam. Animum tuum converte, non ad odium reſpiciens, ſed ad veritatem, & ipſa veritas ducet te: atque agnoſces, Filium Dei unigenitum non eſſe creaturam, ſed ipſum creatorem & opificem omnium creatarum naturarum, ſicut & ipſe parum reſpiciens intellexiſti, & intelliges, ut ego credidi, ſi ſalvari deſideras.

Baruch. 3. — Ibid.

Ἀπόκρισις τῶν ἁγίων ἐπισκόπων διὰ τοῦ αὐτοῦ ἐπισκόπου Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου.

Πολὺ διεστηκὼς τῆς βασιλικῆς λεωφόρου, τοῦτ᾽ ἔστι τῆς ἀποστολικῆς πίστεως, ἔξω πῶς ταύτης φέρεσθαι ἀνέχῃ; κρημνίσαι σεαυτὸν ἅπαξ ἑλόμενος, καὶ μικρὸν ἀνανεύσας ἐκ τοῦ περιέχοντός σε τῆς ἀσεβείας βυθοῦ, ὅτων ἤκουσας παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου ταύτης τὴν προφητείαν τοῦ μεγάλου Ἱερεμίου δακτυλοδεικτοῦντος, ὡς ἂν εἴποι τις, καὶ λέγοντος. οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· καὶ τὰ ἑξῆς. οἷς ἐπιλέγει· μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. B καὶ οἶσθα ὦ φιλόσοφε, ἐπερωτηθεὶς παρὰ τῶν ἁγίων ἐπισκόπων, τίς ἐπὶ τῆς γῆς ὀφθεὶς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφεὶς, ὁ πατὴρ ἢ ὁ υἱός; καὶ ὁμολογήσας, ὅτι ὁ υἱὸς, καθὼς αἱ θεῖαι γραφαὶ λέγουσιν. οὐ ταῦτα εἴρηκας; πῶς πάλιν ἐπὶ τὸν βυθὸν τῆς μοχθηρίας Ἀρείου ἑαυτὸν ἀκοντίζεις, μᾶλλον δὲ βυθίζεις; οὐ γὰρ ἀνέζευξας χωρισθεὶς ἐκείνου, ὡς ἑαυτὸν συνέζευξας. προκρίνεις ὦ ἄθλιε τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων τὰ Ἀρείου βλάσφημα ῥήματα, κτίσμα καὶ ἐργαλεῖον τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἀποκαλῶν. ἄκουε τοίνυν πρὸς ἡμῶν, ὦ φιλόσοφος, εἴπερ φιλόσοφος εἶ, καὶ πείθου, μὴ αὐτὸν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὴν κτιστὴν σοφίαν, τὴν λογιστικὴν, C τὴν τῷ ἀνθρώπῳ ὑπ᾽ αὐτοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ δοθεῖσαν, τοῦ κτίσαντος χώρας καὶ ἀοικήτους. ἐπίστησόν σου τὸν νοῦν, μὴ πρὸς ἀπέχθειαν βλέπων, ἀλλὰ πρὸς ἀλήθειαν, καὶ ὁδηγήσει σε αὐτὴ ἡ ἀλήθεια· καὶ γνώσῃ, ὅτι οὐ κτίσμα ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ αὐτὸς κτίστης καὶ δημιουργὸς πασῶν τῶν κτιστῶν φύσεων, καθὼς καὶ αὐτὸς μικρὸν διαβλέψας νενόηκας, καὶ νοήσεις, ὥς γε ἐγὼ πεπίστευκα, εἴπερ σωθῆναι ποθεῖς.

*Contradictio philoſophi de Spiritu ſancto.*

## CAPUT XX.

D SINT, inquit, credibilia de Filio, & minime dubia, ut dicitis, quod creaverit, aut ſimul cum Deo & Patre condiderit, ut teſtimonia indicant, & quod non opus, ſed germen ſit Dei, qui natura ex ipſo genitus eſt, & quæ jam ſunt admiſſa. Ceterum de Spiritu ſancto non poteſtis aliquid affirmare. Quis enim audebit aſſerere Spiritum ſanctum creatorem aliquarum creatarum naturarum? Ubi teſtimonia de ipſo prædicant, condidiſſe illum aliquam creaturarum quæ videntur, aut quæ non videntur? Quis vero de ipſo prorſus, ſicut de Filio ſcripſit? Proclamet aliquis veſtrum, ſi poteſt.

Ἀντίρρησις τοῦ φιλοσόφου κατὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

## ΚΕΦΑΛ. κ΄.

ΕΣΤΩ, φησὶ, πιστὰ περὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἀναμφίλεκτα, ὥς φατε, ὅτι ἔκτισεν, ἢ ὅτι συνέκτισε τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, ὡς αἱ μαρτυρίαι δηλοῦσι, καὶ ὅτι οὐ ποίημα, ἀλλὰ γέννημα τοῦ Θεοῦ, φύσει ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος, καὶ ἰδοὺ δεχόμεθα. μὴ καὶ περὶ τοῦ πνεύματος ἔχετέ τι λέγειν; τίς γὰρ τολμήσει φῆσαι τὸ ἅγιον πνεῦμα κτίστην τινῶν γενητῶν φύσεων; ποῦ δὲ καὶ μαρτυρίαι περὶ αὐτοῦ λέγουσι, δεδημιουργηκέναι αὐτό τι τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων κτισμάτων; τίς δὲ ὅλως ἀνεγράψατο περὶ αὐτοῦ, ὡς περὶ τοῦ υἱοῦ; ἐκβοήσει τις ὑμῶν, εἰ ἔχοι.

E

*Reſponſio patrum per Protogenem epiſcopum Sardicenſem.*

Non difficile, o philoſophe, operum ſancti Spiritus teſtimonia tibi demonſtrare, quæ patres noſtri de illo expoſuerunt, quod creavit. Iterum proponemus quod de creatione dictum eſt: *Dixitque Deus: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*; & adjecit dicens: *Fecitque Deus hominem: ad imaginem Dei fecit illum, maſculum & fœminam fecit eos*. Sicut ergo Deus eſt Pater qui

Geneſ. 1.

Ἀνταπόκρισις τῶν πατέρων διὰ Πρωτογένους ἐπισκόπου Σαρδικῆς.

Οὐκ ἔστι δυσχερὲς, ὦ φιλόσοφε, ἐπιδεῖξαί σοι τὰς μαρτυρίας τῶν ἐνεργειῶν τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἃς οἱ πατέρες ἡμῶν ἐξέθεντο περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἔκτισε. πάλιν ἐροῦμεν τὸ περὶ τῆς κτίσεως ῥηθέν· καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν. καὶ ἐπήγαγε λέγων. καὶ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον· κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· ὡς οὖν Θεός ἐστιν ὁ πατὴρ ὁ εἰπὼν

τῷ

τῷ υἱῷ, ποιήσωμεν, ὁ δὲ δὲ υἱὸς Θεὸς ὢν ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον. εἰ οὖν Θεὸν λέγομεν τὸν εἰπόντα, καὶ τὸν ποιήσαντα τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν, λοιπὸν ἄκουσον περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὁ ποιήσας τὸν Ἀδὰμ Θεὸς ἦν, ἢ οὔ; ὁ φιλόσοφος. καὶ Θεός ἐστιν. ὁ ἐπίσκοπος. ἐν τῷ βίβλῳ Ἰὼβ, Ἐλιοὺμ ὁ Βουζίτης λέγει πρὸς Ἰὼβ· πνεῦμα θεῖον τὸ ποιῆσάν με. εἰ οὖν Θεός ἐστιν ὁ ποιήσας τὸν Ἀδὰμ, τί εἴποις τὸν ποιήσαντα τὸν Ἐλιούμ; ἢ ἑτεροούσιος δοκεῖ σοι εἶναι ὁ Ἐλιοὺμ τοῦ Ἀδάμ; τῶν γὰρ δημιουργῶν ἐπὶ τῆς ἴσης ἐπιστήμης, τὸ ἰσοσχέδιον τοῦ συμπεράσματος φανεροῦσθαι, πέφυκεν ἐπὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου πρόσωπον. τί οὖν λέξεις φιλόσοφε τὸν ποιήσαντα τὸν Ἐλιούμ; ἆρα οὐχὶ Θεὸν καὶ ποιητὴν ἀνθρώπου; ὡς γὰρ ἔφη περὶ τοῦ ποιήσαντος τὸν Ἀδὰμ, καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδάμ. οὕτως εἰπεῖν ἡμᾶς δίκαιον καὶ περὶ τοῦ ποιήσαντος τὸν Ἐλιοὺμ, ὅτι Θεὸς τὸ ἅγιον πνεῦμα ὄν· ἴση τῆς δημιουργίας ἡ πλάσις, ἴση καὶ ἡ τῶν δημιουργῶν προσηγορία· εἴπερ μία θεότης τῆς ἁγίας τριάδος ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι τελείαις καὶ ἴσαις νοουμένη. τὸ, ὅτι, καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον. καὶ, τὸ θεῖον πνεῦμα τὸ ποιῆσαν τὸν Ἐλιούμ. ἐν βίβλῳ δὲ ἀναλήψεως Μωσέως, Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος διαλεγόμενος τῷ διαβόλῳ λέγει. ἀπὸ γὰρ πνεύματος ἁγίου αὐτοῦ πάντες ἐκτίσθημεν. καὶ πάλιν λέγει· ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθε τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ὁ κόσμος ἐγένετο. ἀχώριστος γὰρ ἀεὶ ἡ θεία καὶ ἄρρητος τριὰς, ὅ, τε πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, δημιουργήσασα ἅμα πᾶσαν τὴν κτίσιν, τήν τε νοητὴν, καὶ τὴν αἰσθητήν. λέγει γὰρ ἐν τῷ λβ΄. ψαλμῷ. τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. ἄκουε δὴ τοῦ Θεοῦ ἐν Ἡσαΐᾳ λέγοντος. ἐγὼ κύριος ὁ Θεός σου, ἐπακούσομαί σου Θεὸς Ἰσραήλ. εἰπὼν δὲ περὶ τῶν εὐεργεσιῶν τῶν πρὸς τὸν λαὸν, ἐπάγει λέγων ἵνα ἴδωσι, καὶ νοήσωσι, καὶ ἐπίστωνται ἅμα, ὅτι χεὶρ κυρίου ἐποίησε πάντα ταῦτα, καὶ ὁ ἅγιος τοῦ Ἰσραὴλ κατέδειξεν αὐτά· χεῖρα φήσας τὸ ἅγιον πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, ἅγιον δὲ τοῦ Ἰσραὴλ τὸν υἱὸν αὐτοῦ. καὶ πάλιν πρὸς Ἰακὼβ εἶπεν· ἡ χείρ μου ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, καὶ ἡ δεξιά μου ἐστερέωσε τὸν οὐρανόν. καθὰ καὶ Ἰεζεκιὴλ, λέγων· ἐγένετο χεὶρ κυρίου ἐπ' ἐμέ. εἴωθεν ἡ γραφὴ, ὦ φιλόσοφε, ἢ χεῖρα ἢ βραχίονα καλεῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ, δεξιὰν δὲ τὸν υἱὸν αὐτοῦ.

Filio dixit, *Faciamus*; & Filius Deus, qui fecit hominem. Si ergo Deum aſſerimus eum qui dixit, & qui fecit Adam & Evam, deinceps de Spiritu ſancto audi. Qui fecit Adamum, eratne Deus, an non? *Philoſophus*: Eſt profecto Deus. *Epiſcopus*: In libro Job, Eliu Buzites ait ad Job: *Divinus Spiritus qui fecit me.* Si ergo Deus eſt qui Adamum fecit, quid dicis de illo qui fecit Eliu? an alterius eſſentiæ videtur tibi Eliu eſſe, atque Adam? ex æquali enim artificum peritia æqualem concluſionem proferre, perſonæ hominis innatum eſt. Quid ergo dices, philoſophe, de illo qui fecit Eliu? Numquid non etiam Deum affirmabis, & hominis creatorem? Ut enim dixit de eo qui fecit Adamum: Fecitque Deus hominem: ita nos dicere par eſt de eo qui fecit Eliu, quod ſcilicet Spiritus ſanctus ſit Deus; & quorum creationis æqualis eſt fabrica, æqualis etiam ſit opificum appellatio. Siquidem una eſt divinitas ſanctæ trinitatis, quæ in tribus ſubſiſtentiis perfectis & æqualibus conſideratur, juxta illud: *Et fecit Deus hominem*; & illud: *Divinus Spiritus fecit Eliu.* In libro autem analepſis Moyſis, Michael angelus diſputans cum diabolo dicit: *A Spiritu ſancto ejus omnes creati ſumus.* Et rurſus ait ex perſona Dei: *Exivit ſpiritus ejus, & factus eſt mundus.* Inſeparabilis enim eſt divina & ineffabilis trinitas, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, quæ ſimul condidit omnem creaturam, tam quæ intellectu, quam quæ ſenſu percipitur. Inquit enim: *Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Audi ergo Deum in Iſaia loquentem: *Ego Dominus Deus tuus. Audiam te Deus Iſrael.* Poſtquam autem de beneficiis diſſeruit quæ ad populum pertinent, adjungit, dicens: *Ut videant, & intelligant, & ſciant quod manus domini fecit hæc omnia, & ſanctus Iſrael oſtendit ea*: manum appellans Spiritum Dei, ſanctum autem Iſrael, Filium ejus. Et rurſus ad Jacob ait: *Manus mea fundavit terram, & dextera mea cœlum firmavit*: ut & Ezechiel dicit: *Facta eſt manus domini ſuper me.* Conſuevit ſcriptura, o philoſophe, manum aut brachium appellare Spiritum ſanctum Dei, dexteram autem Filium ejus.

Job 33. Pſalm. 32. Iſai. 41. Ibid. Iſa. 48. Ezech. 1.

Ἔτι οἱ ἅγιοι πατέρες εἶπαν διὰ Λεοντίου ἐπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας.

Ἱκανὰ μὲν τὰ λεχθέντα περὶ τῶν ἐνεργειῶν τοῦ ἁγίου πνεύματος πεῖσαί σε φιλόσοφε, ὅτι συνδημιουργὸν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ πασῶν τῶν κτιστῶν φύσεων, καὶ τῆς αὐτῆς θεότητος καὶ οὐσίας, ἧς ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός. ἐπιστήσας οὖν τὸν νοῦν σου, ἐκ τῶν προλεχθέντων σοι, ἄκουε καὶ νῦν σαφεστέρας ἀποδείξεις περὶ αὐτοῦ ἐκ τῶν ἱερῶν γραφῶν. λέγει ὁ προφήτης Δαυὶδ ἐν τῷ ἐνενηκοστῷ ἑβδόμῳ ψαλμῷ· ᾄσατε τῷ κυρίῳ ᾆσμα καινόν. διὰ τί; ὅτι θαυμαστὰ ἐποίησεν ὁ κύριος, ἔσωσεν αὐτὸν ἡ δεξιὰ αὐτοῦ· ἀντὶ τοῦ ὁ υἱὸς αὐτοῦ· καὶ ὁ βραχίων ὁ ἅγιος αὐτοῦ· τὸ πνεῦμα λέγων τὸ ἅγιον. καὶ ἐν καθολικαῖς δὲ Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς βοᾷ, περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου θεολογῶν αὐτὸ καὶ αὐτὸς, καθὰ καὶ πάντες· τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ μαρτυροῦν, ὅτι τὸ πνεῦμα ἐστὶν ἡ ἀλήθεια. καὶ μετ' ὀλίγα· ὁ πιστεύων. φησὶν,

*Adhuc ſancti patres dixerunt per epiſcopum Leontium Ceſareæ Cappadociæ.*

Sufficiunt quidem quæ dicta ſunt de operibus ſancti Spiritus, o philoſophe, ut ipſum credas ſimul cum Patre & Filio omnium factarum naturarum eſſe creatorem, & ejuſdem divinitatis atque ſubſtantiæ, cujus eſt Pater & Filius. Advertens igitur animum ad ea quæ prius tibi dicta ſunt, audi & nunc de eodem manifeſtiores demonſtrationes ex ſacris literis. Ait propheta David: *Cantate domino canticum novum*: quare? *quia mirabilia fecit: ſalvavit dextra ejus* (pro eo quod eſt, Filius ejus) *& brachium ſanctum ejus*, Spiritum ſanctum ſignificans. Et in catholicis Joannes evangeliſta idem clamat, & ipſe, quod & alii omnes, de Spiritu ſancto divinitus diſſerens: *Spiritus eſt qui teſtificatur, quia ſpiritus veritas eſt*; & poſt pauca: *Qui credit*, inquit, *in Filium Dei, habet teſtimonium*

Pſalm. 97. 1. Joan. 5. Ibid.

*num Dei in ſemetipſo* : pro eo quod eſt, Spiritum ſanctum Dei: *qui autem non credit Filio, mendacem facit eum*. Et magnum apoſtolorum propugnaculum, divinus Petrus ait ad Ananiam: *Cur implevit ſatanas cor tuum, mentiri te Spiritui ſancto?* & poſt pauca: *Non es mentitus hominibus ſed Deo*. Et rurſum in veteri teſtamento. *Cælum & terram ego impleo, dicit dominus*. Et Salomon indicans quis impleat, ait: *Spiritus domini replevit orbem terrarum*. Crede & de poteſtate Spiritus ſancti, & hæc recipe de ipſo teſtimonia, quod Spiritus ſanctus ejuſdem ſit deitatis & ſubſtantiæ, ejuſdemque auctoritatis atque Pater & Filius: & cum Patre & Filio ſemper exiſtat. Audi philoſophe.

Act. 5. Ibid. Jerem. 23. Sapient. 1.

A εἰς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἔχει τὴν μαρτυρίαν τοῦ Θεοῦ ἐν ἑαυτῷ· ἀντὶ τοῦ, τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ· ὁ δὲ μὴ πιστεύων τῷ υἱῷ, ψεύστην πεποίηκεν αὐτόν. καὶ ὁ μέγας δὲ τῶν ἀποστόλων πρόβολος ὁ θεῖος Πέτρος φησὶ πρὸς Ἀνανίαν· εἰς τί ἐπλήρωσεν ὁ σατανᾶς τὴν καρδίαν σου, ψεύσασθαί σε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; καὶ μετ' ὀλίγα· οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ. καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ, πάλαι· τὸν οὐρανόν, φησί, καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει κύριος. καὶ ὁ Σολομὼν δὲ δεικνὺς τίς ὁ πληρῶν, λέγει· πνεῦμα κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην. πείθου τοίνυν καὶ περὶ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος δεσποτείας, καὶ δέχου καὶ τὰς περὶ αὐτοῦ μαρτυρίας, πιστεύων ὅτι τῆς αὐτῆς θεότητος καὶ οὐσίας,
B καὶ τοῦ αὐτοῦ* κράτους, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὥσπερ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός, καὶ συνυπάρχον ἀεὶ τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ. ἄκουε φιλόσοφε. * γρ. χρήματος.

*Reſponſio philoſophi ad ſanctos patres noſtros.*

Ἀπόκρισις τοῦ φιλοσόφου πρὸς τοὺς ἁγίους ἡμῶν πατέρας.

Igitur, ut dicitis, & teſtimonia ſcripturarum quas proponitis, indicant, oportet Spiritum ſanctum Deum eſſe affirmare: ſed mihi videtur coactam eſſe hanc ſententiam, niſi aliæ ſcripturæ nobis proferantur. Niſi quod illa de Eliu demonſtratio manifeſta eſt. Alteram vero ex Moyſis analepſi, quam vocant, ut paulo ante dixiſtis, nunquam audivi niſi nunc: quamobrem a vobis poſtulo, clariorem mihi eorum quæ dicta ſunt, conſiſtentiam ob oculos exhibeatis. Ad perfectiſſimam enim de Spiritu ſancto certitudinem non mihi ſufficiunt quæ jam a vobis dicta ſunt, ſed candidiori atque vehementiori ſermone opus habet hæc hypotheſis. Non enim de paſſim occurrentibus quæſtio eſt.

Οὐκοῦν, καθὼς φατέ, καὶ αἱ μαρτυρίαι δὲ τῶν γραφῶν, ὧν παρηγάγετε, δηλοῦσι, θεολογεῖν δεῖ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ μοι δοκεῖ βεβιασμένην εἶναι τὴν ἔννοιαν, εἰ μὴ τὰ τῶν γραφῶν ὑφ' ἡμῶν παρήχθη. πλὴν τὸ μὲν περὶ Ἐλιὲμ τοῦ Βουζίτου σαφὴς ἡ ἀπόδειξις. περὶ δὲ τῆς ῥηθείσης ἀναλήψεως
C Μωσέως, περὶ ἧς ἀρτίως εἰρήκατε, οὐδὲ ἀκήκοά ποτε, εἰ μὴ νῦν· ὅθεν αἰτῶ ὑμᾶς σαφεστέραν μοι τῶν λεχθέντων παραστῆσαι τὴν σύστασιν. πρὸς ἐντελεστάτην γὰρ πληροφορίαν περὶ τοῦ πνεύματος οὐκ αὐτάρκη μοι τὰ ἤδη παρ' ὑμῶν λεχθέντα· λευκοτέρας γὰρ δεῖται φράσεως καὶ γενναιοτέρας ἡ ὑπόθεσις. οὐ γὰρ περὶ τῶν τυχόντων ἡ ζήτησις.

*Reſponſio ſanctorum patrum per eumdem epiſcopum Leontium ad philoſophum.*

Ἀπόκρισις τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων διὰ τοῦ αὐτοῦ ἐπισκόπου Λεοντίου πρὸς τὸν φιλόσοφον.

Cum ſit copioſa eorum quæ tibi enarrata ſunt, demonſtratio, & teſtimonia ex divinis ſcripturis evidentiſſima, quæ perſuadere tibi propoſitam hypotheſim valeant, miramur, o philoſophe, quomodo qui tanta intelligentia videris pollere, adhuc dubitas. Verum enimvero, præſertim cum te veritatem aſpicere volumus, & hoc precamur, & exhortamur prudentiam tuam, ut incipias increatam illam & immutabilem naturam fide intelligere, non autem humanis rationibus, ut ſæpe diximus, quæ intellectum ſuperant, curioſe audeas inquirere, neque pravis & impiis Arii opinionibus auxilio eſſe tandiu ſuſtineas, maxime cum philoſophus ſis, ut ais, o philoſophe; ſed fideliter ſuſcipe, ut paulo ante monuimus, & quæ tibi ſunt dicta, & quæ dicenda ſunt. Admitte unam divinitatem Patris Filium ineffabiliter generantis, & Filii ex eo geniti, & Spiritus ſancti ex eodem Patre procedentis, qui & proprius eſt Filii, ut ait divinus apoſtolus Paulus: *Qui ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus*; & idem alibi: *Dominus autem ſpiritus eſt*; & rurſus: *Diviſiones gratiarum ſunt, idem autem Spiritus: & diviſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus: & diviſiones operationum ſunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus*; & poſt non multa: *Hæc autem om-*

Rom. 8. 1. Cor. 3. 1. Cor. 12.

Πολλῆς οὔσης τῆς τῶν εἰσηγηθέντων σοι ἀποδείξεως, καὶ ἐναργεστάτων τῶν μαρτυριῶν τῶν ἐκ τῶν θείων γρα-
D φῶν, πεῖσαί σε δυναμένων περὶ τῆς προκειμένης ὑποθέσεως, ὦ φιλόσοφε, θαυμάζομεν πῶς τοσαύτης συνέσεως δοκῶν ἔμπλεως εἶναι, ἔτι ἀμφιβάλλεις. ἀλλ' ἐπειδή σε πρὸς τὴν ἀλήθειαν βλέπειν ἐθέλομεν, καὶ τοῦτο εὐχόμεθα, παραινοῦμέν σου τῇ συνέσει ἄρξασθαι πίστει νοεῖν τὴν ἄκτιστον φύσιν ἐκείνην, καὶ ἄτρεπτον· καὶ μὴ ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν, πολυπραγμονεῖν κατατόλμα τὰ ὑπὲρ νοῦν· μὴ ταῖς κακοδόξοις καὶ ἀσεβέσιν ἐννοίαις Ἀρείου συμφέρεσθαι ἐπὶ πλεῖστον ὅσον ἀνέχου, φιλόσοφος ὤν, ὡς φῂς φιλόσοφε, ἀλλὰ δέχου πιστῶς, ὡς ἀρτίως εἰρήκαμεν, τά τε νῦν ῥηθέντα σοι, τά τε μέλλοντα ῥηθήσεσθαι. δέχου μίαν θεότητα τοῦ πατρὸς
E τοῦ γεννήσαντος τὸν υἱὸν ἀνεκφράστως, καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ γεγεννημένου ἐξ αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τοῦ ἐκπορευομένου ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρός, ἰδίου δὲ ὄντος τοῦ υἱοῦ, καθά φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος Παῦλος· εἴ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. καὶ ἀλλαχοῦ ὁ αὐτός· ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστι. καὶ πάλιν· διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσί, τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμα· καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσιν, ὁ δὲ αὐτὸς κύριος· καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσίν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι. καὶ μετ' οὐ πολλά· πάντα δὲ ταῦτα

ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. ἰδοὺ ὦ φιλόσοφε, σαφεστάτη καὶ ἐναργεστέρα ἀπόδειξις θεολογοῦσα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, δεικνύουσα αὐτοῦ τὴν αὐτεξουσιότητα. ὅρα πῶς ὧδε λέγει· διαιρέσεις δὲ ἐνεργημάτων εἰσίν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι. καὶ τό· πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. καὶ ὁ κύριος δὲ ἐν εὐαγγελίοις, ὡς οἶσθα, σαφῶς διαλεγόμενος πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιδα, τί φησι; πνεῦμα ὁ Θεός. εἰ οὖν πνεῦμα Θεός, πάντως Θεὸς καὶ τὸ πνεῦμα, ἀλλ' οὐκ ἄλλος καὶ ἄλλος, ἀλλὰ μία θεότης τῶν θατέρων προσώπων, κατὰ τὴν τῶν ὑποστάσεων ἔννοιαν. ἀλλὰ πρόσωπον ἀκούοντες, μὴ ἀνθρωπόμορφον τὸ θεῖον ὑπολάβωμεν. ἀσύνθετον γὰρ καὶ ἀσχημάτιστον, καθὼς καὶ ἐν ἀρχῇ τῶν λόγων, καὶ αὐτός, ὡς καὶ ἡμεῖς, καθωμολόγησας. καὶ γὰρ καὶ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ πρόσωπον ἔχειν μεμαρτύρηται, καθὰ αὐτὸς ὁ κύριος ἐν εὐαγγελίοις πρὸς τοὺς γραμματεῖς καὶ φαρισαίους διαλεγόμενος ἔφη· ὑποκριταί, τὸ πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς οἴδατε δοκιμάζειν, καὶ τὰ ἑξῆς. πᾶν γὰρ τὸ ὑφεστὸς ἐφ' ὅσον ὑφίσταται, πρόσωπον ἔχειν λέγεται τῆς οἰκείας φύσεως, ἤτοι σχῆμα. ἀλλὰ μὴν ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ κτιστά, καθὰ καὶ πᾶσα ἡ τῶν γενητῶν φύσις· ἡ δὲ θεία καὶ ἄρρητος οὐσία, ἄκτιστος· ἐπείπερ ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος, καὶ ἀσχημάτιστος, ἀΐδιός τε καὶ ἀθάνατος. ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. ἀπεδείξαμεν διὰ πλειόνων τῶν ἐκ τῶν θείων γραφῶν μαρτυριῶν, συνδημιουργὸν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ πάσης κτίσεως ὁρωμένης τε καὶ νοουμένης εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἐπείπερ καὶ ἀχώριστον ἀεί ἐστι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καθὰ καὶ ὁ υἱὸς τοῦ πατρός, καὶ ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ. δεῦρο δέ, εἰ δοκεῖ, λάμβανε καὶ δι' ὑποδειγμάτων, εἰ καὶ ἀσθενεστέρων, χρηστὰς ὑποθήκας· ὁ λόγος ὁ σός, καθὰ καὶ παντὸς ἀνθρώπου, προφορικὸς μέν ἐστι, γεννᾶται δὲ ἀτμήτως ἐκ τοῦ σοῦ νοῦ. ὁμοίως καὶ τὸ πνεῦμά σου, καὶ ἐκπορεύεται ἐκ σοῦ. καὶ οὐκ ἂν οὐδὲ τὸν λόγον σου, οὔτε τὸ πνεῦμά σου εἴποις ἀλλότριόν σου. καὶ ταῦτα μὲν οὐκ ἂν ἀπαξιώσῃς ἐπ' ἀνθρώπων νοεῖν· ἐπὶ δὲ τῆς ἀρρήτου καὶ ἀπερινοήτου καὶ ἀκαταλήπτου οὐσίας ἐκείνης τοῦ Θεοῦ, ἀλλότριον τὸν οὐ προφορικὸν αὐτοῦ λόγον, ἀλλὰ ζῶντα ἀεί, καὶ ἐνεργῆ, καὶ τομώτερον ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, κριτήν τε πάντων ὄντων, ἐπείπερ καὶ δημιουργόν· ᾧ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ, πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον τὸ ἐρευνῶν τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, τολμᾷ τις ἀλλότριον εἶναι εἰπεῖν, ἢ τὸν λόγον, ἢ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ; ἢ τοὺς ταῦτα λέγοντας προσίεσθαι, ναί φιλόσοφε.

A *nia operatur unus atque idem Spiritus, dividens unicuique prout vult*. Ecce tibi, o philoſophe, manifeſtiſſimam demonſtrationem, quæ Deum prædicat Spiritum ſanctum, & quæ oſtendit ejus ex natura ſua poteſtatem. Vide igitur quomodo ſic ait: *Diviſiones operationum ſunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus*; & illud: *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, qui dividit unicuique prout vult*. Et dominus in evangeliis, ut ſcis, manifeſtius ad Samaritanam loquens, ait: *Spiritus eſt Deus*. Si ergo Spiritus eſt Deus, omnino & Deus erit Spiritus, non autem alius atque alius; ſed una divinitas utriuſque perſonæ, juxta B hypoſtaſium conſiderationem. At vero cum perſonam audimus, ne ſuſpicemur, quod eſt divinum habere humanam effigiem. Expers eſt enim compoſitionis atque figuræ, ut in principio diſputationum tu ipſe, ſicut & nos, confeſſus es. Nam & cælum & terram perſonam habere teſtantur, quemadmodum & ipſe dominus in evangeliis ad ſcribas & phariſæos loquens, ajebat: *Hypocritæ, faciem ſive perſonam cæli & terræ dijudicare noſtis*; & quæ ſequuntur. Quidquid enim per ſe ſubſiſtit, quatenus per ſe ſubſiſtit, propriæ naturæ perſonam, ſive faciem, ſive figuram habere dicitur. Sed cœlum quidem & terra facta ſunt, ſicut & omnis creaturarum C natura: ſubſtantia vero divina & ineffabilis, increata ſiquidem & ſimplex eſt, atque omnis compoſitionis expers, infigurata, æterna & immortalis. Sed ad inſtitutum revertamur. Pluribus ex divinis ſcripturis teſtimoniis demonſtravimus, Spiritum ſanctum ſimul cum Patre ac Filio conditorem eſſe omnis creaturæ, & ejus quæ intelligentia percipitur: quandoquidem inſeparabilis ſemper eſt a Patre ac Filio, quemadmodum & Filius a Patre, & Pater a Filio. Age dum ſi videtur, per ſimilitudines, quamvis infirmiores, accipe bona documenta. Verbum tuum, ut & cujuſvis hominis, prolatitium eſt, gignitur autem inD ſecabiliter & ex mente, quemadmodum ſpiritus tuus procedit ex te: neque autem verbum tuum, neque ſpiritum tuum a te alienum eſſe dixeris. Et hæc quidem non dedignaris in hominibus conſiderare: in illa vero Dei ſubſtantia ineffabili, & quæ ſuperat intellectum, atque comprehendi non poteſt, verbum non prolatitium, ſed ſemper vivens & efficax, & penetrabilius omni gladio ancipiti, quod judex eſt omnium; ſiquidem & opifex eſt, in cujus conſpectu nulla creatura latet, omnia nuda & aperta in oculis ejus: & ſanctum ejus Spiritum, qui ſcrutatur profunda Dei, audet aliquis alienum eſſe affirmare, aut Verbum aut SpiE ritum Dei? aut hæc aſſerentes admittere? utique, o philoſophe.

Ibid. — Joan. 4. — Luc. 12. — Hebr. 4. — 1. Cor.

*Ἀπόκρισις τοῦ φιλοσόφου πρὸς τὸ κοινὸν τῶν ἁγίων ἐπισκόπων.*

## ΚΕΦΑΛ. κα΄.

ΕΠΕΙΔΗ εἰς ὑψηλοτέραν ἔννοιάν με ἠγάγετε, φάσκοντες δεῖν μίαν θεότητα νοεῖσθαι καὶ πιστεύεσθαι τοῦ πατρός, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος

*Reſponſio philoſophi ad ſanctos epiſcopos in univerſum.*

## CAPUT XXI.

POſtquam ad ſublimiorem intelligentiam me ducitis, aſſerentes oportere unam divinitatem cogitare ac credere Patris & Filii & Spiritus ſancti: memini autem vos

prius

prius dixiſſe, Deum eſſe Patrem, & Deum Filium, & Deum Spiritum ſanctum: nunc autem dicitis unam eſſe divinitatem trium perfectarum hypoſtaſium, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti: candidius, precor has mihi ſententias explicate.

*Reſponſio ſanctorum patrum ad philoſophum, per eumdem Leontium epiſcopum.*

Inexplicabilis, ſiquidem mente & cogitatione incomprehenſibilis eſt, & impenetrabilis divina illa & ineffabilis ſubſtantia, quæ omnibus ſupereminet, atque omnia continet: tantum audi a nobis: non alium tibi Deum atque alium protulimus, ſicut impius Arius blaſphemavit, unum Deum increatum, & alterum creatum pronuncians, & Spiritum ſanctum ſimiliter creatum prædicans (abſit) ſed unam divinitatem cogitari & credi aſſerimus, unam ſubſtantiam, dominationem & ſententiam unam Patris & Filii & Spiritus ſancti: ſcire autem ſanctæ trinitatis hypoſtaſes non eſſe disjunctas, aut locales, ſed ſola fide unam divinitatem conſiderari & credi, ut ſæpius diximus, ſanctæ & conſubſtantialis & adorandæ trinitatis. Ecce per omnia fides vera demonſtravit, non oportere in ſancta trinitate differentiam cogitare. Nunc autem parum animum nobis adverte, atque amplius perſuadeberis, accipiens a Spiritu ſancto per nos ſalvifica documenta, ut agnoſcas ſanctæ trinitatis unam eſſe divinitatem ſemper exiſtentem, & ſubſiſtentem, trinitatem vere trinitatem, & nihil in ea prius aliquando, ſed ſemper & eodem modo exiſtentem individuam & conſubſtantialem trinitatem.

*Reſponſio philoſophi.*

Ne cogitetis invertere me dogmata veritatis: neque enim a principio diſputationum rejeci ſermones veſtros: ſed propterea perſcrutor ſententiarum veſtrarum ſignificationes, ut fiat mihi manifeſtior atque dilucidior eorum quæ a vobis dicuntur, hypotheſis.

*Hypothetica reſponſio ſanctorum patrum ad philoſophum de igne, ſplendore & lumine, per eumdem Leontium epiſcopum.*

Audi & nunc, audi o philoſophe. Propoſuimus jam cogitationi tuæ fuſius ex divinis ſcripturis, quod divinitas eſt ſimplex & compoſitionis expers, & ut tu ipſe in principio tuarum propoſitionum confeſſus es, & quod ſit ignis immortalis, æternus, & increatus natura, lumen immenſum & incomprehenſibile, nec in una perſona juxta Judæorum opinionem intelligatur, ſed ſemper in trinitate perſonarum, quæ a ſe invicem ſeparari nequeunt, ab omnibus Chriſtianis creditur & prædicatur immenſa trinitas Patris & Filii & Spiritus ſancti, ut jam demonſtratum eſt. Diſce autem & nunc, o philoſophe. Et quamvis audacius agimus, tamen propitia ſit nobis divina magnitudo: pro tua enim & aliorum ſalute hic labor a nobis tranſigitur. Diſce igitur ex ſenſilibus intellectilia, ex his quæ intellectui ſubjiciuntur, ea quæ intellectum ſuperant, & ex his quæ dicuntur, ea quæ

A ἐπιμέμνημαι δὲ τῶν παρ' ὑμῖν ἔμπροσθεν ῥηθέντων, ὅτι Θεὸς ὁ Πατὴρ, καὶ Θεὸς ὁ υἱὸς, καὶ Θεὸς τὸ πνεῦμα ἅγιον· νῦν δὲ φατὲ μίαν θεότητα τῶν τριῶν τελείων ὑποστάσεων, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. λευκότερον σαφήνισατέ μοι τὰς ῥήσεις, παρακαλῶ.

Ἀπόκρισις τῶν ἁγίων πατέρων πρὸς τὸν φιλόσοφον, διὰ τοῦ αὐτοῦ Λεοντίου ἐπισκόπου.

Ἀνέκφρασός ἐστιν, ἐπείπερ καὶ ἀπερινόητος, καὶ ἀνεπιλόγιστος, καὶ πάντη ἀνεξιχνίαστος ἡ θεία καὶ ἄρρητος οὐσία ἐκείνη, ἡ τὰ πάντα ὑπερέχουσα, καὶ τὰ πάντα περιέχουσα. πλὴν ἄκουε πρὸς ἡμῶν. οὐκ B ἄλλον σοι Θεὸν καὶ ἄλλον εἰρήκαμεν, καθάπερ καὶ ὁ ἀσεβὴς ἐβλασφήμησεν Ἄρειος, ἕνα Θεὸν ἄκτιστον, καὶ ἄλλον κτιστὸν εἰρηκὼς, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ὁμοίως κτιστὸν κεκηρυχὼς· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ μίαν θεότητα νοεῖσθαι καὶ πιστεύεσθαι εἰρήκαμεν, μίαν οὐσίαν, κυριότητά τε καὶ βουλὴν μίαν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· εἰδέναι τε τὰς τῆς ἁγίας τριάδος ὑποστάσεις οὐ διεζευγμένας, οὐδὲ τοπικὰς, ἀλλὰ πίστει μόνη μίαν θεότητα νοεῖσθαι καὶ πιστεύεσθαι, καθὰ καὶ πολλάκις εἰρήκαμεν, τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ προσκυνητῆς τριάδος. ἰδοὺ διὰ πάντων ἔδειξεν ἡ ἀληθὴς πίστις, μὴ δεῖν ἐπὶ C τῆς ἁγίας τριάδος νοεῖν διαφοράν. ὧδε δὲ μικρὸν σοῦ τὸν νοῦν δοῦναι ἡμῖν ἐθέλησον, καὶ πιστωθήσῃ ἐπὶ πλεῖον, δεχόμενος ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος δι' ἡμῶν σωτηριώδεις ὑποθήκας, ἵνα γνῷς τῆς ἁγίας τριάδος μίαν θεότητα ἀεὶ οὖσαν καὶ ὑφεστῶσαν, τριάδα ἀληθῶς τριάδα, καὶ μηδὲν ἐν αὐτῇ προϋπάρχον ποτὲ, ἀλλὰ ἀεὶ καὶ ὡσαύτως οὖσαν ἀδιαίρετον καὶ ὁμοούσιον τριάδα.

Ἀπόκρισις τοῦ φιλοσόφου.

Μή με οἴεσθε ἀποστρέφεσθαι τὰ τῆς ἀληθείας δόγματα· οὐ γὰρ ἀπ' ἐκ πρώτης καταρχῆς τῶν λόγων παρωσάμην ὑμῶν τοὺς λόγους· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἐρευνῶ τὰς τῶν D νοημάτων ὑμῶν σημασίας, ἵνα σαφεστέρα μοι καὶ διαυγεστέρα γένηται ἡ τῶν λεγομένων παρ' ὑμῶν ὑπόθεσις.

Ἀπόκρισις τῶν ἁγίων πατέρων ὑποθετικὴ πρὸς τὸν φιλόσοφον περὶ πυρὸς καὶ ἀπαυγάσματος καὶ φωτὸς, διὰ τοῦ αὐτοῦ Λεοντίου ἐπισκόπου.

Ἄκουε δὴ καὶ νῦν, ἄκουε ὦ φιλόσοφε. ἤδη* προαπεθέμεθα σου τῇ διανοίᾳ διὰ πλείστων ὅσων τῶν ἐκ τῶν θείων γραφῶν, ὅτι ἡ θεότης ἁπλῆ τίς ἐστι ἀσύνθετος, ὡς καὶ αὐτὸς καθωμολόγησας ἐν ἀρχῇ σου τῶν προτάσεων· καὶ ὅτι πῦρ ἀθάνατόν τε καὶ ἀΐδιον καὶ ἄκτιστον οὖσα τῇ φύσει, φῶς τε ἀχώρητον καὶ ἀκατάληπτον, καὶ οὐκ ἐν ἑνὶ προσώπῳ κατὰ τὸ δοκοῦν Ἰουδαίοις E νοουμένη, ἀλλ' ἐν τριάδι ἀεὶ ἀχωρίστοις οὖσι προσώποις, παρὰ πᾶσι χριστιανοῖς πιστεύεται καὶ κηρύττεται ἡ ἀχώριστος τριὰς τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καθάπερ ἀποδέδεικται. μάνθανε δὲ καὶ νῦν, ὦ φιλόσοφε, εἰ καὶ τολμηρὸν ποιοῦμεν, ἀλλὰ ἵλεως ἡμῖν ἡ θεία μεγαλειότης· ὑπὲρ γὰρ τῆς σῆς καὶ τῶν λοιπῶν σωτηρίας ὁ πόνος ἡμῖν διανύεται. μάνθανε τοίνυν ἐκ τῶν αἰσθητῶν περὶ τῶν νοητῶν, καὶ ἐκ τῶν κατὰ νοῦν περὶ τῶν ὑπὲρ νοῦν, καὶ ἐκ τῶν λεγομένων περὶ τῶν ὑπὲρ λόγον· εἰ καὶ ἀσύγκριτα πάντα

* Ις. προυπιθέμεθα.

πάντα τά τε ὁρώμενα, τά τε νοούμενα, τῶν τε οὐρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων κτισμάτων, πρὸς τὴν ἄκτιστον ἐκείνην καὶ ἀκατάληπτον καὶ ἀθάνατον τοῦ Θεοῦ οὐσίαν· πλὴν τὸ ἐμπεσὸν ὑπόδειγμα οὐ μέτριον πρὸς ὠφέλειαν τοῖς πιστῶς δεχομένοις, ἀλλ᾽ ἱκανὴν εἰκόνα παρέχον τῆς εὐσεβείας τοῖς εὐσεβῶς ἐθέλουσι νοεῖν, λέξομεν. τὸ αἰσθητὸν τοῦτο πῦρ φύσις μία ὄν, ἤτοι οὐσία, τριάς ἐστι κατὰ ταυτὸ, πῦρ, ἀπαύγασμα, φῶς. οὐκ οὐδὲν τούτων προϋπάρχον τοῦ θατέρου εὑρίσκεται, ἀλλ᾽ ἔστιν ἀχωρίστως ἀλλήλων τὰ τρία, τὸ πῦρ, τὸ ἐξ αὐτοῦ ἀπαύγασμα, καὶ τὸ φῶς. διαχώριστον τοίνυν, εἰ δύνῃ, ὦ φιλόσοφε, τὰ τρία, καὶ δεῖξον ἡμῖν θάτερον τοῦ θατέρου προϋπάρχον, ἢ τοῦ ἀπαυγάσματος τὸ πῦρ καθ᾽ ἑαυτὸ προϋπάρχον, καὶ μεταγενέστερον μετὰ χρόνους τινὰς τοῦ πυρὸς τὸ ἀπαύγασμα, ἢ μεταγενέστερον πάλιν ἢ μεταχρόνιον τοῦ πυρὸς καὶ τοῦ ἀπαυγάσματος τὸ φῶς, ἢ προχρόνιον. δεῖξον ἡμῖν, εἰ δύνῃ, διαχωρίστας ἀπ᾽ ἀλλήλων τὰ τρία, καὶ μὴ ἔχι ὡσαύτως ὢν πῦρ, ἀπαύγασμα, φῶς, μιᾶς οὔσης τῆς τοῦ πυρὸς φύσεως. ταῦτα κατὰ νοῦν λαβὼν τὰ αἰσθητὰ καὶ κτιστὰ, εἰ καὶ ἀσύγκριτα, ὡς ἀρτίως εἰρήκαμεν, πρὸς τὴν ἀΐδιον καὶ ἄκτιστον τοῦ Θεοῦ οὐσίαν, πλὴν δέχου ἐκ τούτων ἀφορμὰς σωτηρίους, καὶ πτερώσας τῇ πίστει τὸ τῆς διανοίας σου ὄμμα, ἀνάβηθι ἐπὶ τὴν ὑψηλὴν τοῦ Θεοῦ ἐπίγνωσιν· καὶ ἀπαντήσει σοι, ὥς γε εὐχόμεθα καὶ πιστεύομεν, ἐναστράπτουσά σοι ἡ χάρις ἡ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, δεικνύουσά σοι μίαν θεότητα πῦρ οὖσαν ἀθάνατον, καὶ ἀπαύγασμα, καὶ φῶς, ἁπλῆν καὶ ἀσύνθετον, ἀχώριστον, ἀδιαίρετον, ἀπερινόητον, καὶ ἀνέκφραστον τριάδα ἀληθῶς ὁμοούσιον, τὴν τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

### Ὅπου πιστεύει ὁ φιλόσοφος εἰς τὴν ἁγίαν τριάδα.

Ταῦτα ἀκούσας ὁ φιλόσοφος, καὶ ὡς ἐν ἐκστάσει γενόμενος, ἀπενεκώθη ἐπὶ πλεῖστον ὅσον, καὶ οἱ διαλογισμοὶ αὐτοῦ συνετάραττον αὐτὸν, φόβος τε πολὺς ἐπέπεσεν ἐπ᾽ αὐτόν· εἶτα εἰς ἑαυτὸν ἐλθὼν ἀνεκραύγασε μέγα, εἰπών· δόξα σοι ὁ Θεὸς ὁ ἐμπνεύσας τούτοις τοῖς ἁγίοις σου τὸ ὑπὲρ πάντα νοῦν μυστήριον τῆς ἀχράντου καὶ ἀχωρίστου καὶ ἀκτίστου θεότητος. ἀλλὰ δέομαί σου Χριστὲ, ὡς παναγάθου πατρὸς πανάγαθος υἱὸς, πάρες ἅπερ εἰς σὲ, ὑπαχθεὶς ταῖς ἀσεβέσι παρὰ τοῦ Ἀρείου δόξαις, ἥμαρτον, καὶ μὴ εἰσπραχθήσομαι δίκας παρὰ σοὶ τῷ δικαίῳ κριτῇ ὑπὲρ τῶν ἀσεβῶν ῥημάτων ἐκείνων, ὧν κατὰ σοῦ ἀπεφηνάμην ὁ τάλας. οὐαὶ Ἀρείῳ καὶ τῇ συμμορίᾳ αὐτοῦ τῇ ἀσεβεῖ, βλασφημήσασιν εἰς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, λέγουσιν· ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν· καὶ ὅτι κτίσμα καὶ ποίημα, καὶ ἐξ ἑτέρας οὐσίας ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ μὴ τῆς αὐτῆς οὐσίας ἧς ὁ πατὴρ εἰρηκόσι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἀναθεματίζω νῦν καὶ * πάντως Ἄρειον καὶ τὰς ἀσεβεῖς αὐτοῦ δόξας, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονοῦντας πάντας, καὶ τοὺς βλασφημοῦντας κατά τε τοῦ πατρὸς, κατά τε τοῦ υἱοῦ, καὶ κατὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὁ γὰρ τὸν υἱὸν μὴ ἔχων, οὐδὲ τὸν πατέρα ἔχει· καὶ ὁ εἰς τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημήσας, εἰς τὸν πατέρα ἐβλασφήμησε· καθικετεύω τὴν ὑμετέραν ἱερὰν γερουσίαν, βοηθήσατέ μοι διὰ τῶν ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἱκεσιῶν ὑμῶν, ἀκολουθοῦντι μάλιστα τοῖς δι᾽ ὑμῶν ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκτεθεῖσι καὶ ὁριζομένοις·

* πάντοτε.

A ſunt ſuper omnem ſermonem. Quamvis autem omnia & quæ videntur & quæ intelliguntur, ex cœleſtibus creaturis & his quæ in terra vel ſub terra ſunt, conferri nequeant cum illa increata, incomprehenſibili, & immortali Dei ſubſtantia: nihilominus tamen occurrentem ſimilitudinem proferemus, etſi non æquabilem, ad utilitatem tamen fideliter ſuſcipientium, & quæ ſufficientem pietatis imaginem præbeat pie conſiderare volentibus. Senſibilis iſte ignis, natura una ſive ſubſtantia cum ſit, trinitas eſt in eodem, ignis, ſplendor, lumen; & nihil horum invenitur altero prius eſſe: ſed a ſe invicem ſeparari non poſſunt tria, ignis, ex ipſo ſplendor, & lu- B men. Diſtingue igitur, ſi potes, o philoſophe, tria hæc, & oſtende nobis aliud alio prius exiſtere, vel ignem ante ſplendorem poſt aliquot tempora igne poſteriorem; aut rurſus lumen igne vel ſplendore poſterius eſſe tempore, vel etiam prius: oſtende ſi potes, dividens ab invicem hæc tria, & non ſimul exiſtere ignem, ſplendorem, & lumen: cum tamen ſit una ignis natura. Hæc animo retinens ſenſilia & creata, quamvis conferenda non ſunt, ut paulo ante diximus, ad æternam illam & incomprehenſibilem Dei ſubſtantiam, accipe ex his occaſiones ſalutares, & fide quaſi aliis quibuſdam adaptans mentis tuæ oculum, ad ſublimiorem Dei cogitationem C aſcende, & occurret tibi, ut oramus & credimus, irradians te gratia Patris & Filii & Spiritus ſancti, & oſtendens tibi unam divinitatem tamquam ignem immortalem, ſplendorem & lumen, ſimplicem & ſine compoſitione, inſeparabilem, indiviſam, incogitabilem & ineffabilem trinitatem vere conſubſtantialem, Patris & Filii & Spiritus ſancti.

### *Ubi credit philoſophus in ſanctam trinitatem.*

Cum hæc audiſſet philoſophus, & quaſi raptus in ecſtaſim maxime obriguiſſet, ejuſque cogitationes ipſum perturbarent, magnus timor in eum incidit. Deinde in ſeipſum re- D verſus clamavit valde, dicens: Gloria tibi Deus, qui inſpiraſti ſanctis his tuis myſterium, quod omnem intellectum ſuperat, immaculatæ, immenſæ & increatæ divinitatis. Sed oro te, Chriſte, tamquam undiquaque boni Patris undiquaque bonum Filium, condona quæ impiis adhuc Arii opinionibus ſeductus peccavi: nec pœnis graver apud te juſtum judicem propter impia illa verba, quæ adverſus te miſer protuli. Væ Ario & ejus impio cœtui, blaſpemantibus adverſus Filium Dei, dicentibus: Erat quando non erat, & quod creatura ſit & opus, ex alia ſubſtantia Filius Dei & Spiritus ſanctus; & dicentibus Filium Dei & Spiritum ſanctum non eſſe E ejuſdem ſubſtantiæ, cujus eſt Pater. Anathematizo nunc & ſemper Arium & impias ejus opiniones, & omnes cum eo ſententias, & blaſphemantes adverſus Patrem & Filium & Spiritum ſanctum. Qui enim Filium non habet, neque Patrem habet: & qui contra Filium aut Spiritum ſanctum blaſphemavit, in Patrem blaſphemavit. Supplico autem ſacræ veſtræ [a] ſenectuti, adjuvate me per veſtras de me ad Chriſtum Filium Dei preces, maxime cum jam conſentiam his quæ a vobis de ſancto Spiritu expoſita & definita ſunt: & confi-

[a] Senatui hoc eſt cœtui veſtro ſacro.

teor illa eſſe vera atque firma, hoc eſſe credens, quod ſacrorum ſcriptor Paulus dixit: *Myſterium abſconditum a ſæculis & generationibus, quod nunc revelatum eſt*, ut aſſerit, *ſanctis ejus apoſtolis & prophetis*, & vobis in Spiritu ſancto, ſemper ſcilicet exiſtentem, & ſimul ſubſiſtentem, ac permanentem cum Deo & Patre Filium ejus, & Spiritum ejuſdem ſanctum.

*Addentes ſancti patres de fonte, fluvio, & aqua, locuti ſunt ad philoſophum per epiſcopum Leontium.*

## CAPUT XXII.

B ILLUD etiam, amice philoſophe, quod ſupereſt hujus veritatis, conſiderandum eſt. Fontem cogitemus, qui fluvium aquæ generat: omnis enim fluvius, ut noſti, fontem habet genitorem: inde procedit aquæ fluvius. Sed nemo fluvium appellat fontem, neque fontem fluvium: Sed fons, fons appellatur, & fluvius fluvius, & utrumque aqua una. Quando autem vult quiſpiam e fonte vel fluvio aquam haurire, mutat nomenclaturam: non enim dicit: Vade, progrediens haurias & feras mihi fontem aut fluvium, ſed aquam, & una quidem natura, tres autem perſonæ dicendæ ſunt, fons, fluvius, & aqua. Sed & divina ſcriptura C eadem aſſerens demonſtrat. Neque enim ab eadem aliena nos tibi loquimur, o legitime in poſterum gratiæ filii, quamvis in ſimilitudinibus, typis & imaginibus ſermonem veritatis enarramus. Ait igitur de Filio divina ſcriptura: *Incumbo in eos quaſi fluvius pacis*:
Iſa. 66. egrediens videlicet ex vero vitæ fonte, Patris divinitate, ut ipſe dominus in evangelio clamat: *Ego a Patre exivi, & venio*: & quod
Joan. 8. ipſe apertiſſime dixit: *Ego & Pater unum ſumus*, & illud: *Ego in Patre, & Pater in me*:
Joan. 10. & quod Spiritum ſanctum ex ipſo fideles omnes accipimus, qui ejuſdem ſubſtantiæ eſt cujus & Pater & Filius, procedens a Patre, proprius vero Filii, ut ſuperius oſtendimus. D Quod autem ab ipſo nobis effundatur, clariſſime in evangeliis docuit ipſe dominus, dicens: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat: qui credit in me, ut ſcriptura teſtatur,*
Joan. 7. *flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ*. Quibus evangeliſta divinitus inſpiratus, dictum interpretans, ſubinfert: *Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum*. Et propheta David de hoc utique fonte vitæ, ſancta trinitate, vide quid clamet: *Apud*
Pſal. 35. *te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen*: fontem vitæ Deum & Patrem appellans, ad Filium vero loquens: ſi quidem Pater eſt in Filio, & Filius in Patre: lumen autem ipſum Filium nominat, in quo E lumine teſtatur videndum eſſe lumen, Spiritum ſanctum: In lumine, inquit, tuo videbimus lumen. Fons enim vitæ ac luminis vere eſt Pater: lumen etiam eſt Filius ex Patre lumine: lumen etiam eſt Spiritus ſanctus ex eodem lumine. Siquidem, ut nobis ſæpe dicendum eſt, una eſt divinitas Patris & Filii & Spiritus ſancti, ut ipſe clamat per verba prophetica: *Ego ſum Deus, &*
Iſa. 41. & 45. *non eſt alius: & ego primus: & ego poſtea, &*
Malach. 3 *in ſæculum ego ſum*; & rurſum: *Ego ſum, &*

A καὶ ὁμολογῶ ταῦτα ἀληθῆ εἶναι, καὶ βέβαια. τοῦτο γὰρ πιστεύων εἶναι, ὅπερ ὁ ἱεροφάντης εἶπε Παῦλος· τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων, καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν, ὃ νῦν ἀπεκαλύφθη, καθὼς εἴρηται τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ ἀποστόλοις καὶ προφήταις, καὶ ὑμῖν ἐν πνεύματι, ἀεὶ ὄντα καὶ συνυπάρχοντα καὶ συνδιαμένοντα τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον.

Προσθέντες οἱ ἅγιοι πατέρες εἶπον πρὸς τὸν φιλόσοφον περὶ πηγῆς, καὶ ποταμοῦ, καὶ ὕδατος, διὰ τοῦ ἐπισκόπου Λεοντίου.

## ΚΕΦΑΛ. κβʹ.

B ΚΑΚΕΙΝΟ δὲ νοητέον ὦ φίλε λοιπὸν τῆς ἀληθείας φιλόσοφε. πηγὴν νοήσωμεν γεννῶσαν ποταμὸν ὕδατος· πᾶς γὰρ ποταμὸς, ὡς οἶσθα, πηγὴν ἔχει γεννήτειραν· εἶτα προέρχεται μὲν ὁ ποταμὸς τοῦ ὕδατος. ἀλλ᾽ οὐδεὶς καλεῖ τὸν ποταμὸν πηγὴν, ἢ τὴν πηγὴν ποταμόν· ἀλλ᾽ ἡ πηγὴ πηγὴ καλεῖται, καὶ ὁ ποταμὸς ποταμός· καὶ ἀμφότερα ἓν ὕδωρ. ἐὰν δέ τις ἐθέλοι ἀρύσασθαι ἐκ τοῦ ποταμοῦ ἢ τῆς πηγῆς ὕδωρ, μεταβάλλει τὴν προσηγορίαν. οὐκ ἐρεῖ γὰρ, ἄπελθε, πορευθεὶς ἄντλησον, καὶ φέρε μοι τὴν πηγὴν, ἢ τὸν ποταμὸν, ἀλλ᾽ ὕδωρ. καὶ μία μὲν ἡ φύσις, τρία δὲ πρόσωπα λεκτέα, πηγὴ, ποταμὸς, ὕδωρ. ἀλλὰ καὶ ἡ θεία γραφὴ C ταῦτα φράζουσα δείκνυται· οὐ γὰρ ἀλλότρια ταύτης ἡμεῖς σοι φθεγγόμεθα, γνήσιον λοιπὸν τέκνον τῆς χάριτος· εἰ καὶ ὡς ἐν ὑποδείγμασι, καὶ τύποις, καὶ εἰκόσι τῆς ἀληθείας τὸν λόγον εἰσηγησάμεθα. λέγει οὖν περὶ τοῦ υἱοῦ ἡ θεία γραφή· κλίνω, φησὶν, ἐπ᾽ αὐτοὺς ὡς ποταμὸς εἰρήνης· ἐκπορευόμενος δηλονότι ἐκ τῆς ἀληθοῦς πηγῆς τῆς ζωῆς, τῆς τοῦ πατρὸς θεότητος, καθά φημι αὐτὸς ὁ κύριος ἐν εὐαγγελίοις βοᾷ· ἐγὼ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω. κἀκεῖνο δὲ ὅπερ ἔφη λευκότατα. ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. καὶ τὸ, ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. καὶ τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ὅτι ἐξ αὐτοῦ λαμβάνομεν ἅπαντες οἱ πιστοὶ, τῆς αὐτῆς ὂν οὐσίας, ἧς ὁ πατὴρ καὶ υἱὸς, ἐκπορευόμενον μὲν ἐκ τοῦ πα- D τρὸς, ἴδιον δὲ ὂν τοῦ υἱοῦ, καθάπερ ἀνωτέρω ἀπεδείξαμεν. ὅτι δὲ ἐξ αὐτοῦ ἡμῖν ἀναβλύζον ἐστὶ, σαφέστατα ἐν εὐαγγελίοις ἐδίδαξεν αὐτὸς ὁ κύριος εἰπών. ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. οἷς ὁ εὐαγγελιστὴς θεόθεν ἐμπνευσθεὶς, τὸ ῥηθὲν ἑρμηνεύων, ἐπιφέρει λέγων· τοῦτο δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ πνεύματος οὗ ἤμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. καὶ ὁ προφήτης δὲ Δαβὶδ ὅρα τί περὶ ταύτης τῆς πηγῆς τῆς ὄντως ζωῆς τῆς ἁγίας τριάδος βοᾷ. ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς· πηγὴν ζωῆς τὸν Θεὸν καὶ πατέρα καλῶν. πρὸς τὸν υἱὸν δὲ λέγων, ἐπείπερ ὁ πατὴρ ἐν τῷ E υἱῷ, καὶ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί. φῶς δὲ τὸν υἱὸν ὑπαγορεύει, ἐν ᾧ φωτὶ λέγει ὄψεσθαι φῶς, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐν γὰρ τῷ φωτί σου, φησὶν, ὀψόμεθα φῶς· πηγὴ γὰρ ὄντως τῆς ζωῆς καὶ φωτὸς ὁ πατήρ· φῶς καὶ ὁ υἱὸς, ἐκ φωτὸς τοῦ πατρός· φῶς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξ αὐτοῦ τοῦ φωτός. ἐπείπερ, ὡς πολλάκις ἡμῖν λεκτέον, μία θεότης τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καθὰ αὐτὸς βοᾷ διὰ τῶν προφητικῶν λόγων· ἐγώ εἰμι Θεὸς, οὐκ ἔστιν ἄλλος· καὶ ἐγὼ Θεὸς πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα ἐγώ εἰμι. καὶ πάλιν· ἐγώ εἰμι,

εἰμι, καὶ οὐκ ἀλλοιοῦμαι, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα ἐγώ εἰμι. καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ κατὰ τὰ προαποδειχθέντα, ἀναγκαῖον γὰρ οἶμαι ἐπαναλαβεῖν τὰς ῥήσεις, εἰ καὶ μὴ πάσας διὰ τὸ πλῆθος, ἀλλ᾽ οὖν τὰς σαφεστέρας, πρὸς τὸ βεβαιοτέραν τὴν σύστασιν ἔχειν τὰ εἰρημένα. τὰ οὖν ἐκ στόματος Ἱερεμίου τοῦ προφήτου παραθήσομεν· ὁ κατασκευάσας, φησὶ, τὴν γῆν εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον, ἐνέπλησεν αὐτὴν κτηνῶν τετραπόδων. ὁ ἀποστέλλων τὸ φῶς, καὶ πορεύεται, ἐκάλεσεν αὐτὸ, καὶ ὑπήκουσεν αὐτῷ τρόμῳ· οἱ δὲ ἀστέρες ἔλαμψαν ἐν ταῖς φυλακαῖς αὐτῶν, καὶ ηὐφράνθησαν· ἐκάλεσεν αὐτοὺς, καὶ εἶπον· πάρεσμεν· ἔλαμψαν μετ᾽ εὐφροσύνης τῷ ποιήσαντι αὐτούς. οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· καὶ τὰ ἑξῆς. ἀναγκαῖον οὖν, ὦ θεοφιλέστατε φιλόσοφε, B ἐπιστῆσαι ὧδε τὸν νοῦν, καὶ ἀναπτύξαι τῆς γραφῆς τὴν διάνοιαν. ἔδειξε γὰρ, καθὰ καὶ αὐτὸς συνωμολόγησας, ὅτι περὶ τοῦ υἱοῦ ταῦτα προείρηται. μετὰ ταῦτα γὰρ, φησὶν, ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη, εἰ οὖν κατὰ τὴν ἀσεβῆ μοχθηρίαν Ἀρείου, ἄλλη τις οὐσία κτιστή ἐστι τοῦ υἱοῦ καὶ μεταγενέστερος τοῦ πατρὸς Θεός· λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ ἡ γραφή. οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· οὐ Θεὸς ὁ πατὴρ κατὰ τὴν Ἀρείου ἀσέβειαν, ἐπείπερ λέγει περὶ τοῦ υἱοῦ, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· καὶ ἐλέγχονται οἱ ἀσεβεῖς Ἀρειομανῖται σὺν τῷ τῆς βλασφημίας αὐτῶν αὐθέντῃ, πρὸ τῆς περὶ τοῦ υἱοῦ ἀρνήσεως, αὐτὸν τὸν πατέρα ἐκβαλόντες τῆς C θεότητος· καὶ ἄθεοι παντελῶς εὑρίσκονται οἱ τῆς ἀληθείας πολέμιοι. ὁ γὰρ τὸν υἱὸν μὴ ἔχων, καθά φησιν ἐν καθολικαῖς, οὐδὲ τὸν πατέρα ἔχει. ἡ δὲ καθολικὴ πίστις μίαν θεότητα οἶδε, καὶ ταύτην πρεσβεύει, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· παρ᾽ ἣν οὐ λογισθήσεται ἑτέρα. τὸ δὲ μυστήριον τοῦτο τῆς ἁγίας καὶ προσκυνητῆς καὶ ὁμοουσίου τριάδος, ἀπερινόητον καὶ ἀνέκφραστον καὶ πάντῃ ἀκατάληπτον ὑπάρχει, πίστει μόνῃ νοεῖσθαι δυνάμενον.

Ὁ φιλόσοφος.

## ΚΕΦΑΛ. κγ΄.

D Θεῖα ὡς ἀληθῶς καὶ φωτὸς ἔμπλεα, τὰ παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος δι᾽ ὑμῶν ἐκφωνηθέντα. δέομαι δὲ ὑμῶν, ἐρασμίων μοι ὄντων τῶν ἱερῶν τῆς διδασκαλίας ὑμῶν λόγων, ὑπόσχετέ μοι τὰς εὐσεβεῖς ὑμῶν ἀκοὰς, καὶ πρὸς ἃ ἐπερωτῶ διδάξατε, ἵνα πληρεστάτην λήψεσθε παρὰ τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπὲρ τῆς ἐμῆς σωτηρίας ἀμοιβήν.

Ἀπόκρισις τῶν ἁγίων πατέρων πρὸς τὸν φιλόσοφον διὰ τοῦ αὐτοῦ Λεοντίου ἐπισκόπου.

Εἰπὲ ὃ βούλει, ἐπιθυμητὸν γὰρ ἡμῖν πληροφορῆσαί σε ἐν πᾶσιν, ἀμέλει δυναμένου σου νῦν μάλιστα δέχεσθαι τὰς ἀποδείξεις τῶν ῥήσεων, E ἐλλαμφθέντος σου ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Εὐχαριστία τοῦ φιλοσόφου, καὶ ἐπερώτησις περὶ τῆς τοῦ κυρίου ἐνανθρωπήσεως.

Χάρις ὑμῶν τῇ ἱερᾷ κεφαλῇ. φατὲ δέ μοι ὦ ἱερώτατοι, πῶς νοητέον τὸ τὸν Θεὸν λόγον, τὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν, ἐπὶ τῆς γῆς ὦφθαι, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστρέφεσθαι, ἀθέατον ὄντα πάσῃ κτιστῇ φύσει,

A *non mutor*, *& in ſæculum ego ſum*, & quæ ſequuntur. Et juxta prius demonſtrata neceſſarium arbitror dicta repetere, quamvis non omnia propter multitudinem, ſed clariora, ut firmiorem habeant conſiſtentiam quæ dicta ſunt. Quæ igitur erant ex ore Jeremiæ prophetæ proponemus: *Qui præparavit*, inquit, *terram in æternum tempus, & implevit eam jumentis quadrupedibus. Qui mittit lumen, & vadit: vocavit illud, & obedivit timore: ſtellæ ſplenduerunt in cuſtodiis ſuis, & exultaverunt: vocatæ ſunt, & dixerunt Adſumus: ſplenduerunt cum exultatione factori ſuo. Hic Deus noſter, non reputabitur alius adverſus eum*, & quæ ſequuntur. Neceſſarium B igitur, o Deo dilectiſſime philoſophe, huc animum advertere, & ſcripturæ ſenſum aperire. Oſtendit enim, ut tu ipſe pariter confeſſus es, de Filio hæc dicta eſſe. *Poſt hæc enim*, inquit, *in terra viſus eſt, & inter homines converſatus eſt*. Si ergo juxta impiam Arii pravitatem, alia quidem eſt Filii ſubſtantia creata, ut ſit Deus Patre poſterior; ait autem de ipſo ſcriptura: Hic Deus noſter, & non reputabitur alius adverſus eum ſequetur ex impietate Arii Patrem Deum non eſſe, ſiquidem ait de Filio: Et non reputabitur alius adverſus eum: & convincuntur impii Ariomanitæ cum ſuæ blaſphemiæ auctore, præter Filii negationem ipſum Patrem C a divinitate depellere, & athei prorſus deprehenduntur veritatis adverſarii. *Qui enim Filium non habet*, ut in catholicis ait, *nec Patrem habet*. Fides autem catholica unam deitatem novit & colit, Patris & Filii & Spiritus ſancti: adverſus quam non æſtimabitur alia. Porro myſterium hoc ſanctæ atque adorandæ & conſubſtantialis trinitatis, omnem intellectum atque ſermonem ſuperat, & prorſus comprehendi non poteſt, ſed ſola fide percipi.

Baruch. 3.

Ibid.

1. Joan. 2.

*Philoſophus.*

## D CAPUT XXIII.

Divina revera & lucis plena ſunt, quæ a Spiritu ſancto per vos fuerunt explicata. Oro autem vos (amo enim ſacros doctrinæ veſtræ ſermones) ſpondete mihi pias & religioſas aures veſtras, & de his docete quæ adhuc inquiro, ut pleniſſimam a Deo pro ſalute mea remunerationem accipiatis.

*Reſponſio ſanctorum patrum ad philoſophum per eumdem Leontium epiſcopum.*

Dic quod vis, cupimus enim te pleniſſime E ſcire de omnibus, maxime cum jam te illuſtrante Spiritu ſancto, facile poſſis dictorum demonſtrationem percipere.

*Gratiarum actio philoſophi, & interrogatio de divina incarnatione.*

Gratia ſacro veſtro capiti. Dicite autem mihi, o ſanctiſſimi, quomodo ſit intelligendum Deum Verbum Dei Filium in terra viſum eſſe, & inter homines converſatum, cum aſpectabilis non ſit ab omni creata natura,

& quæ videtur, & quæ intelligentia percipitur: & quæ ſit cauſa, propter quam hæc geſta ſunt, doceatis rogo.

*Reſponſio ſanctorum patrum ad philoſophum per epiſcopum Leontium.*

Cauſa præſentiæ ejus ab ipſo diſpenſata eſt propter primorum hominum Adami & Evæ lapſum in paradiſo, qui totum ipſorum genus invaſit. Poſtquam igitur tranſgreſſi præceptum, divina gratia privati fuerunt, eam humano generi opifex voluit reſtituere. Et conſiderandum hic eſt, quod quemadmodum Deus dixit: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram; & fecit Deus hominem, juxta prius dictas demonſtrationes; idem rurſus dixit; Servemus perditum hominem, quem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram fecimus. Ut autem Deus & Pater dixit, Faciamus; & Filius Deus ex Deo fecit: idem rurſus ex Patris ſententia ſalvare hominem voluit in ſemetipſo.

*Interrogatio philoſophi de eodem.*

Et quomodo in terra viſus, & quaſi homo inter homines converſatus eſt, cum ſit Deus immutabilis?

*Reſponſio ſanctorum patrum per Macarium epiſcopum Hieroſolymitarum.*

1. Tim. 3. Juxta divini Pauli vocem: *Magnum pietatis eſt ſacramentum quod manifeſtatum eſt in carne*: hoc eſt, Dei Filius. Eodem tempore idem apparuit angelis. Neque enim angelis vel archangelis, vel aliquibus cœleſtibus poteſtatibus viſibilis eſt unigenitus, quandoquidem Deum nemo vidit unquam. Cujus de cælis adventum audiens, nullatenus immenſæ divinitatis localem migrationem ſuſpiceris, ſed diſpenſationem cogita totius hujus magni revera pietatis ſacramenti, in quo ſumus renovati. Renovatio enim fuit novitatis reſumptio. Per hoc enim qui nobis dedit ſimilitudinem ſuam, Deus Verbum ad ſimilitudinem noſtram deſcendit. Impoſſibile eſt autem Deum nobis aſſimilari, & non incarnari: neque enim ſpecies incorporea ſubſtantiæ incorporeæ, quæ quidem ipſe erat, acceſſit, ſed corporea; corporea autem ſubſtantia abſque aſſumptione non erat: propterea corpus vere aſſumpſit, ut qui a prima fraternitate, hoc eſt, gratia ſancti Spiritus, quam per primos parentes Adamum & Evam amiſimus, per figuræ incorporeæ mutationem excideramus, ad fraternitatem per corporis aſſumptionem reduceremur, & iterum incorpoream ſpeciem divinam acciperemus. Accipit autem carnem ex muliere: ſic enim nobis ſimilis factus eſt, ut nos ſibi ſimiles participes ſuæ gloriæ faceret, & ut mulierem per nativitatem ſuam ſalvaret. *Salvabitur enim*, inquit, *mulier per filiorum generationem*. Caro autem aſſumpta eſt, quæ ſecundum naturam habebat quod vitale eſt: nulla enim caro eo quod vitale eſt caret, quod ſcriptura proprie animam appellat.

Joan. 1.

1. Tim. 2.

A ὁρωμένη τε καὶ νοουμένη· καὶ τίς ἡ αἰτία δι᾽ ἣν ταῦτα ἐπραγματεύσατο, διδάξατε, παρακαλῶ.

Ἀπόκρισις τῶν ἁγίων πατέρων πρὸς τὸν φιλόσοφον διὰ τοῦ ἐπισκόπου Λεοντίου.

Ἡ μὲν αἰτία τῆς αὐτοῦ παρουσίας ᾠκονομήθη ὑπ᾽ αὐτοῦ διὰ τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ τῶν πρωτοκτίστων ἀνθρώπων τοῦ τε Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας γεγενημένην ἀπόπτωσιν, ἥ τις ἅπαν τὸ αὐτῶν ἐπενείματο γένος. ἐπεὶ οὖν παραβάντες τὴν ἐντολὴν, τοῦ θείου χαρίσματος ἐστερήθησαν, τοῦτο ἀποδοῦναι ἠθέλησεν ὁ δημιουργὸς τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει. καὶ νοητέον ἐνταῦθα, ὅτι ὥσπερ B εἶπεν ὁ Θεός· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν· καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατὰ τὰς προῤῥηθείσας ἀποδείξεις· ὁ αὐτὸς πάλιν εἶπε, σώσωμεν τὸν ἀπολωλότα ἄνθρωπον, ὃν κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν ἐποιήσαμεν. καὶ ὥσπερ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ εἶπε τό· ποιήσωμεν, καὶ ὁ υἱὸς ἐδημιούργησεν, Θεὸς ὢν ἐκ Θεοῦ· ὁ αὐτὸς πάλιν· βουλῇ πατρικῇ ἀνασῶσαι ἐν ἑαυτῷ ἠβουλήθη τὸν ἄνθρωπον.

Ἐπερώτησις τοῦ φιλοσόφου περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Καὶ πῶς ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ συνανεστράφη ὡς ἄνθρωπος τοῖς ἀνθρώποις, Θεὸς ὢν ἀναλλοίωτος.

C Ἀπόκρισις παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων διὰ Μακαρίου ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων·

Κατὰ τὴν φωνὴν τοῦ θεσπεσίου Παύλου, μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ὃ ἐφανερώθη ἐν σαρκί. τοῦτ᾽ ἔστιν, ὁ τοῦ Θεοῦ υἱός. τότε αὐτὸς ὤφθη καὶ ἀγγέλοις. οὐδὲ γὰρ ἀγγέλοις, ἢ ἀρχαγγέλοις, ἢ τισι τῶν ἐπουρανίων δυνάμεων θεατὸς ὁ μονογενής· ἐπείπερ Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. ὅπερ τὴν ἐξ οὐρανῶν καταφοίτησιν ἀκούων, μὴ τοπικὴν μετάστασιν τῆς ἀχωρήτου αὐτοῦ ὑπονοήσῃς θεότητος, οἰκονομίαν δὲ νόει τὸ ὅλον τοῦτο τὸ μέγα ὡς ἀληθῶς τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ἐν ᾧ ἀνεκαινίσθημεν. ἀνακαίνισις γὰρ γέγονε καινότητος D ἐπανάληψις. διὰ δὴ τοῦτο ἀποδιδοὺς ἡμῖν τὴν πρὸς ἑαυτὸν ὁμοίωσιν, ὁ αὐτὸς τοῦ Θεοῦ λόγος εἰς ὁμοίωσιν ἡμῶν κατῆλθεν. ἀδύνατον δὲ ἦν Θεὸν ὁμοιωθῆναι ἡμῖν μὴ σαρκωθέντα· οὐ γὰρ ἀσώματον εἶδος αὐτῷ ἀσωμάτου οὐσίας προσεγίνετο, ὅπερ ἦν αὐτός. ἀλλὰ τὸ σωματικόν· σωματικὴ δὲ οὐσία ἄνευ προσλήψεως οὐκ ἐγίνετο· διὰ τοῦτο σῶμα ἀληθῶς προσέλαβεν, ἵνα οἱ τῆς ἐξ ἀρχῆς ἀδελφότητος ἐκπεσόντες, διὰ τὴν τοῦ ἀσωμάτου εἴδους ἀλλαγὴν, τοῦτ᾽ ἔστι τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος, ἧς διὰ τῶν πρώτων ἀνθρώπων τοῦ τε Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας ἀπωλέσαμεν, εἰς ἀδελφότητα εἰσαχθῶμεν διὰ τῆς σωματικῆς προσλήψεως, καὶ πάλιν τὸ ἀσώματον εἶδος τὸ θεῖον E ἀπολάβωμεν. λαμβάνει δὲ σάρκα ἐκ γυναικός. οὕτως γὰρ καὶ ὁμογενὴς ἡμῖν καθίσταται, ἵνα καὶ ὡς ὁμογενέσιν ἡμῖν μεταδῷ τῆς δόξης ἑαυτοῦ τῆς, ἵνα καὶ τὴν γυναῖκα διὰ τῆς γεννήσεως ἀνασώσῃ. σωθήσεται γάρ, φησὶν, ἡ γυνὴ διὰ τῆς τεκνογονίας. σὰρξ δὲ προσείληπτο τὸ κατὰ φύσιν ἔχουσα ζωτικόν· οὐδεμία γὰρ σὰρξ ἄνευ τοῦ ζωτικοῦ, ὃ καὶ ψυχὴν ἰδίως ἡ γραφὴ καλεῖ.

Ὁ φι-

A

## Ο' φιλόσοφος.

Τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγῇ ἐπὶ τοῖς μεγαλείοις τοῦ Θεοῦ τούτοις, ὡς ἔφατε; πλὴν πῶς λαμβάνει σάρκα ἐκ γυναικὸς, καθὼς ἀρτίως εἰρήκατε.

### Α'πόκρισις τῶν ἁγίων πατέρων διὰ τοῦ αὐτοῦ Μακαρίου ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων.

Η'δη εἰρήκαμεν σοι, ὦ βέλτιστε, μηδαμῶς ἐστὶ τῶν τοῦ Θεοῦ μυστηρίων λέγειν τὸ ὅπως· ἀπόῤῥητα γάρ εἰσι καὶ ἀνεπιλόγιστα· ὡς δὲ ἐκ τῶν ἱερῶν λόγων ἐδιδάχθημεν, ἐροῦμεν ὅσον ὁ λόγος παραστῆσαι δυνήσεται. B τὸ γὰρ παντελῶς καταληπτικὸν τοῦ μυστηρίου ἐκείνου, τῆς τοῦ κυρίου ἐνσάρκου οἰκονομίας, πῶς γέγονεν, οἶδεν ἀνθρώπων οὐδὲ ἀγγέλων οὐδεὶς, οὐδὲ αὐτὸς Γαβριὴλ ὁ διακονησάμενος τῷ μυστηρίῳ ἐκείνῳ, οὐδὲ ἡ παναγνος καὶ καθαρὰ καὶ ἁγία παρθένος Μαρία παραστῆσαι δυνήσεται τὴν ὅλην τῆς αὐτῆς τοῦ Θεοῦ λόγου σαρκώσεως κατάληψιν. αὐτὸς γὰρ μόνος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ υἱὸς τὸ ἀκριβὲς οἶδε τῆς ἑαυτοῦ δι' ὑμᾶς ἐνανθρωπήσεως. εἰ γὰρ καὶ παρέδωσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου, καθά φησιν ὁ Λουκᾶς, περὶ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ οἰκονομίας· ὅτι ἐκ σπέρματος Δαυὶδ καὶ Α'βραὰμ τὸ κατὰ σάρκα, καὶ τὸ ἐξ ἧς ἐγεννήθη Ἰησοῦς, τουτ' ἔστιν ἐκ τῆς παρθένου, ὁ λεγόμενος Χριστός· C καὶ ὅτι ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα· καὶ ὅτι οὐκ ἀγγέλων, ἀλλὰ σπέρματος Α'βραὰμ ἐπελάβετο, καὶ ὅτι κατὰ πάντα ὡμοιώθη ἡμῖν, πλὴν τῆς ἁμαρτίας, ταῦτα ἴσμεν· ὁ δὲ τρόπος, πῶς ταῦτα γεγένηται, πάσης λογικῆς φύσεως ὑπερβαίνει διάνοιαν. λέγει γὰρ καὶ περὶ τούτου Ἱερεμίας ὁ προφήτης· καὶ ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; θαυμάζοντος δὲ τοῦ φιλοσόφου, καὶ παντὸς τοῦ συναθροισθέντος πλήθους εἰς τὴν ἀκρόασιν, προσθέντες οἱ ἅγιοι πατέρες, διὰ Μακαρίου ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων εἶπον.

Η'δη διὰ πλειόνων ὅσον ἀπεδείξαμεν, ὅτι Θεὸς ὢν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, * γέγονεν ἄνθρωπος διὰ D φιλανθρωπίαν, σαρκωθεὶς καὶ γεννηθεὶς ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας ἀπορρήτῳ γεννήσει. ἐπειδὴ γὰρ ἠβουλήθη, ὡς προαπέδειξεν ὁ λόγος, ἀνακαινίσαι τὰ διὰ τὴν ἀπόπτωσιν τῶν πρωτοπλάστων λυθέντα, γέγονεν ἐν τοῖς ἡμετέροις, ἵνα ἡμᾶς ποιήσῃ ἐν τοῖς ἑαυτοῦ, συγκαταβὰς ὡς ἰατρὸς ἄριστος τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν. πάλιν ἐροῦμεν τὸ συγκαταβὰν, καὶ τὸ κατελθεῖν, καὶ τὸ ἀπεστάλθαι, κατὰ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ τρόπον διαληπτέον, ὡς προαπεδείξαμεν. τῇ γὰρ θεότητι αὐτοῦ τὰ πάντα σὺν τῷ πατρὶ πληροῖ ἀεὶ κατὰ τὰς προαποδοθείσας ἐννοίας. ἄκουε τοίνυν. γεννώμεθα ἐκ γυναικός· ἦλθε διὰ φιλανθρωπίαν εἰς τοῦτο. ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ἐξ ἡδονῆς ὕπνου, καὶ σπέρματος ἀνδρός. αὐ- E τὸς δὲ μόνος ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου. γαλακτοτροφούμεθα· ἦλθε καὶ εἰς τοῦτο σαρκὶ, ὁ τῇ θεότητι αὐτοῦ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκί. γινόμεθα εἰς προκοπὴν καὶ αὔξησιν ἡλικίας· οὐκ ἀπηξίωσε γενέσθαι καὶ αὐτὸς τοῦτο σωματικῶς, καθὼς γέγραπται, ὅτι Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις· καὶ ἕως τριακοσοετοῦς χρόνου διανύσας. ἵνα πᾶσαν ἡλικίαν εὐλογήσῃ· τότε ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἔρχεται, κηρύσσοντος Ἰωάννου υἱοῦ Ζαχαρίου τῷ λαῷ βάπτισμα μετανοίας, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν,

* γρ. κ̀ γε-γονεν.

### *Philoſophus.*

Quis non ſtupeat in his Dei magnalibus, ut dicebatis? Verumtamen quomodo accepit carnem ex muliere, ut paulo ante aſſeruiſtis?

### *Reſponſio ſanctorum patrum per eumdem Macarium epiſcopum Hieroſolymorum.*

Jam monuimus te, vir optime, nequaquam in divinis myſteriis dicere, quomodo? ineffabilia enim ſunt, & incomprehenſibilia. Ut autem ex ſacris literis edocti ſumus, dicemus quantum oratio conſequi poterit. Omnimodam enim myſterii illius cognitionem, quomodo diſpenſatio in carne domini facta ſit, nullus neque hominum, neque angelorum, nec ipſe Gabriel, qui eidem myſterio miniſtravit, neque omnino ſancta, pura, & caſta virgo Maria conſequi poterit totam hujus Dei Verbi incarnationis intelligentiam. Ipſe etenim ſolus unigenitus Dei Filius exacte novit ſuam propter nos inhumanationem; ſed quæ nobis tradiderunt, qui ab initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis, ut ait Lucas, de illius in Lucæ 1.
carne diſpenſatione, quod ſcilicet ex ſemine David & Abraham ſecundum carnem; & *De qua natus eſt Jeſus, qui vocatur Chriſtus*, Matth 1.
id eſt, ex virgine: *& quorum patres, & ex* Roman. 9.
*quibus Chriſtus ſecundum carnem*: & quod *non* Hebr 2.
*angelorum, ſed ſemen Abrahæ apprehendit*: & quod *per omnia nobis aſſimilatus eſt, excepto* Hebr. 4.
*peccato*: hæc ſcimus; modus autem quo hæc geſta ſunt, omnis creaturæ rationalis cogitationem tranſcendit. Ait autem & de hoc Jeremias propheta: *Homo eſt, & quis cognoſcet* Jerem. 17. 6.
*illum?* Admirante autem philoſopho, & tota multitudine collecta ad auſcultationem, addentes ſancti patres, per Macarium epiſcopum Hieroſolymorum dixerunt.

Pluribus jam demonſtravimus, quod Deus unigenitus Filius Dei factus ſit homo propter benignitatem erga genus humanum, incarnatus & genitus ex virgine Maria inexcoli cabili generatione. Poſtquam enim voluit, ut ſermo prior oſtendit, inſtaurare quæ per primorum parentum lapſum fuerant ſoluta, natus eſt in noſtris, ut nos in ſuis ipſius reficeret; condeſcendens quaſi optimus medicus infirmitati noſtræ. Iterum dicemus hoc condeſcendere, & deſcendere, & mitti, juxta ſuæ inhumanationis modum accipiendum, ut prius demonſtravimus. Divinitate enim ſua omnia cum Patre ſemper implet, ſecundum prius traditas intelligentias. Audi ergo. Nati ſumus ex muliere: venit in hoc propter caritatem erga homines. At nos ex delectamento ſomni & ſemine viri; ipſe autem ſolus ex Spiritu ſancto & Maria virgine. Lactamur nos: venit etiam in hoc ſecundum carnem, qui deitate ſua omni carni alimentum præbet. Proficimus in ætatis augmentum: non dedignatus eſt & ipſe hoc fieri corporaliter, ſicut ſcriptum eſt, quod *Jeſus* Lucæ 2.
*proficiebat ſapientia, ætate, & gratia apud Deum & homines*: & uſque ad tricefimum annum tranſigens, ut omni ætati benediceret, tunc ad baptiſmum venit, prædicante Joanne Zachariæ filio ad populum baptiſmum pœni- Lucæ 3.
ten-

A ſentiæ, non autem remiſſionis peccatorum, aut adoptionis filiorum donum largiente: non enim erat Joannis hoc dare, ſed neque angeli, verum ipſius dumtaxat incarnati & inhumanati Dei Verbi. Et accipit noſtrum baptiſmum, & cum eſſet Deus ſine peccato, corporaliter baptizatus eſt ut homo; non ipſe indigens baptiſmo, ſed ut noſtrum baptiſmum approbaret: ut credamus quod quemadmodum in eum deſcendit Spiritus ſanctus, ita & in nos in ipſo baptizatos. Deinde converſatus cum hominibus, & ſuorum divinorum præceptorum mandans traditiones, ſignorumque admiranda opera perficiens, poſt tertium annum, quarto jam inchoato ad corporalem pro nobis paſſionem ſponte pervenit. B Nobis quidem debebatur crucis ſupplicium: ſed ſi omnes crucifixi fuiſſemus nosipſos a morte non potuiſſemus liberare.
Rom. 5. v. 14. *Regnavit enim mors ab Adam uſque ad Moyſen, etiam in eos qui non peccaverunt:* multi ſancti, multi prophetæ, multi juſti; & eorum nemo ſeipſum e poteſtate mortis redimere potuit. Sed venit ille ſalvator omnium, & a nobis debita ſupplicia in ſua carne, quæ ſine peccato erat, pro nobis & ex nobis & nomine noſtro ſuſcepit. Deſcendebamus nos poſt mortem ad inferos: ſuſcepit & hoc, deſcenditque ſponte ad eos: non tamen detentus, ſicut & nos, ſed deſcendit tantum; non enim erat ſubjectus morti, ſed mortis C dominus. Cumque ſolus deſcendiſſet, cum
Joan. 12. multis rediit. Ipſe enim erat ſpirituale granum frumenti, quod pro nobis cadens in terram, & carne moriens, per ſuæ divinitatis potentiam corporale ſuum templum ſuſcitavit ſecundum ſcripturas, fructum afferens totius humani generis reſurrectionem, & poſt triduanam ſepulturam, & reditum ex mortuis ad vitam, apparens diſcipulis, oſtendit eis quas in cruce pertulerat ſui corporis paſſiones, dicens:
Luc. 24. *Palpate me, ac videte quod ego ſum*, qui facio admirabilia, qui & pro veſtro genere in carne mea paſſiones ſuſcepi. Deinde per dies quadraginta verſans cum eis, tradenſque illis ſalutaria præcepto- D rum pignora, ipſis videntibus ad cœlos rediit, ſedereque illum ad Patris dextram ſacri libri demonſtrant.
Act. 1. Quem & in fine ſæculi ad judicandum vivos & mortuos venturum expectamus: qui in æternum, ut ſemper una cum Patre regnat per infinita ſæcula. Hæc eſt eccleſiæ fides apoſtolica & inculpata, quam deſuper ab ipſo domino per apoſtolos, & a patribus ad filios traditam eccleſia colit, & uſque nunc & in ſempiternum retinet, dicente ſuis diſcipulis domino: *Euntes docete omnes gentes, baptizan-*
Matth. 28. *tes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti.*

A οὔτε υἱοθεσίας δῶρον διδόντος· οὐ γὰρ ἦν Ἰωάννου τοῦτο δοῦναι, ἀλλ' οὔτε ἀγγέλου, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ σαρκωθέντος καὶ ἐνανθρωπήσαντος Θεοῦ λόγου. καὶ ἀνέχεται τὸ ὑπὲρ ἡμῶν βάπτισμα, καὶ Θεὸς ὢν ἀναμάρτητος ἐβαπτίσθη σωματικῶς ὡς ἄνθρωπος, οὐκ αὐτὸς δεόμενος βαπτίσματος, ἀλλ' ἵνα τὸ ἡμέτερον βάπτισμα δοξάσῃ· ἵνα πιστεύωμεν, ὅτι ὥσπερ ἐπ' αὐτὸν κατῆλθε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὕτως καὶ ἐφ' ἡμᾶς τοὺς εἰς αὐτὸν βαπτιζομένους. εἶτα συναναστραφεὶς τοῖς ἀνθρώποις, τάς τε τῶν θείων αὐτοῦ ἐντολῶν παραδοὺς ἐκδόσεις, τάς τε τῶν σημείων ἐργασάμενος θαυματουργίας, ἐπὶ τρίτῃ χρόνον, καὶ τετάρτου ἀρξαμένου, οὕτως ἐπὶ τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἑκούσιον αὐτοῦ σωματικὸν ἔρχεται πάθος. ἡμῖν γὰρ B κεχρεωστεῖτο τιμωρία σταυροῦ· ἀλλ' εἰ πάντες ἐσταυρώθημεν, οὐκ ἑαυτοὺς ἐκ τοῦ θανάτου ἁρπάσαι ἰσχύσαμεν. ἐβασίλευσε γὰρ ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας. πολλοὶ ἅγιοι, πολλοὶ προφῆται, πολλοὶ δίκαιοι. καὶ οὐδεὶς αὐτῶν τῆς τοῦ θανάτου ἐξουσίας ἑαυτὸν ἠδυνήθη λυτρώσασθαι. ἀλλὰ ἦλθεν αὐτὸς ὁ τῶν πάντων σωτὴρ, καὶ τὰς ἡμῖν χρεωστουμένας τιμωρίας εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἡμῶν, ἀνθ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν ἀναμάρτητον αὐτοῦ ὑπεδέξατο σάρκα. κατεφερόμεθα μετὰ τὸν θάνατον εἰς τὸν ᾅδην· ἀνεδέξατο, καὶ τοῦτο, καὶ κατῆλθεν ἑκουσίως εἰς αὐτόν· οὐ κατηνέχθη καθάπερ ἡμεῖς, ἀλλὰ κατῆλθεν· οὐ γὰρ ἦν ὑποκείμενος τῷ θανάτῳ, ἀλλ' ἐξουσιαστὴς τοῦ θανάτου C καὶ μόνος κατελθὼν, μετὰ πλήθους ἀνελήλυθεν. αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ νοερὸς κόκκος τοῦ σίτου, ὁ ὑπὲρ ἡμῶν πεσὼν εἰς τὴν γῆν, καὶ ἀποθανὼν σαρκὶ, ὃς τῇ τῆς θεότητος αὐτοῦ δυνάμει ἀνέστησε τὸν σωματικὸν αὐτοῦ ναὸν, κατὰ τὰς γραφὰς, καρποφορήσαντα τὴν τοῦ παντὸς ἀνθρωπίνου γένους ἀνάστασιν, καὶ ἐμφανίσας τοῖς μαθηταῖς μετὰ τὴν τριήμερον ταφὴν, καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, ἐπέδειξεν αὐτοῖς τὰ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ σώματος αὐτοῦ πάθη, εἰπών· ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι, ὁ θαυματουργῶν, ὁ καὶ τὰ ὑπὲρ τοῦ ὑμετέρου γένους ἐν τῇ σαρκί μου καταδεξάμενος πάθη. εἶτα ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας συναυλιζόμενος αὐτοῖς, δούς τε αὐτοῖς σωτηρίων ἐντολῶν D ὑποθήκας, ἀνελήλυθεν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, βλεπόντων αὐτῶν, ἐν δεξιᾷ τε τοῦ πατρὸς κεκαθικέναι αὐτὸν οἱ ἱεροὶ ἐδίδαξαν λόγοι. ὃν καὶ ἥξειν προσδοκῶμεν ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, ἀϊδίως, ὡς ἀεὶ συμβασιλεύοντα τῷ πατρὶ εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας. αὕτη ἡ τῆς ἐκκλησίας ἀποστολικὴ καὶ ἀμώμητος πίστις, ἣν τὴν ἄνωθεν παρ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου διὰ τῶν ἀποστόλων ἐκ προγόνων εἰς ἐκγόνους παραδοθεῖσαν ἡ ἐκκλησία πρεσβεύει, καὶ νῦν καὶ εἰς ἀεὶ ταύτην κρατεῖ, εἰπόντος τοῦ κυρίου τοῖς μαθηταῖς· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁ- E γίου πνεύματος.

*De omnium conſenſu circa conſubſtantiale.*

## CAPUT XXIV.

His hoc modo a ſancto Spiritu per ſanctos patres noſtros in ſacra illa ſynodo collectos, explicatis, magnificabat Deum tota illa multitudo, quæ ad auditionem illam convenerat. Auſcultabat autem & ipſe Deo amabiliſſimus rex, qui ut plurimum aderat ſynodo, & admirabundus laudabat Deum,

Περὶ τῆς τῶν πατέρων ὁμοφωνίας τῆς εἰς τὸ ὁμοούσιον.

## ΚΕΦΑΛ. κδʹ.

ΤΟΥΤΩΝ οὕτως ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος διὰ τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων τῶν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ συνειλεγμένων, ἐκφωνηθέντων, ἐμεγάλυνε τὸν Θεὸν ἅπαν τὸ πλῆθος ἐκεῖνο, τὸ εἰς τὴν ἀκρόασιν ἐκείνην συνελθόν. ἐπηκροᾶτο δὲ καὶ αὐτὸς ὁ θεοφιλέστατος βασιλεὺς, συμπαρὼν καὶ αὐτὸς τὰ πλεῖστα τῇ συνόδῳ:

νόδῳ· καὶ ὑπεραγασθεὶς, ἐδόξαζε τὸν Θεὸν, τοιούτων ἐπακούσας θείων δογμάτων, χαίρων δῆτα ἐπὶ τῇ τῶν ἡμετέρων ἐπισκόπων συμφωνίᾳ, ἠγαλλιᾶτο τῷ πνεύματι. ἔσπευδε γὰρ μηδένα, μὴ μέγαν, μὴ μικρὸν διαφωνῆσαι ταύτης τῆς σωτηρίου ὁμολογίας. μετὰ γοῦν τὴν πολλὴν ταύτην καὶ χρονίαν τῆς προσκυνητῆς σκέψεως ἐκπλήρωσιν, ἔδοξε πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς ἡμετέροις, τὸ ὁμοούσιον δεῖν ὁρίσασθαι ἐπὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως ὃν τρόπον καὶ οἱ μετὰ τοὺς ἀποστόλους ἅγιοι ἡμῶν πατέρες ταύτην παρέδοσαν τὴν πίστιν, τουτέστι τῆς αὐτῆς οὐσίας τῆς τοῦ πατρὸς ὁμολογεῖν τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἥν τινα πίστιν πάντες οἱ ἐν τῇ Νικαιέων συναθροισθέντες ἅγιοι ἐπίσκοποι ἐβεβαίωσαν, τό, τε τῶν ἱερατικῶν καὶ ὁμολογητῶν ἀνδρῶν πλῆθος, αὐτός τε ὁ πανεύφημος καὶ θεοφιλέστατος βασιλεὺς, καὶ ἅπαν τὸ ἐκεῖσε τῶν πιστῶν συνεληλυθὸς πλῆθος, χαίροντες ἀπεδέξαντο τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως, παρεκτὸς ἑπτακαίδεκα ἐπισκόπων τὸν ἀριθμὸν, περὶ ὧν καὶ ἀνωτέρω εἰρήκαμεν· οἷς ὁ Ἄρειος ἐπιτέρπεσθαι δοκῶν, σὺν αὐτοῖς ἑάλω, συμφώνοις αι οὖσι, λεγόντων αὐτῶν σὺν αὐτῷ, ἔξωθεν τὸν υἱὸν δεδημιουργῆσθαι τῷ Θεῷ ἐκ μὴ ὄντων τινῶν ὑποστάσεων, καὶ οὐκ ἀπ' αὐτῆς τῆς τοῦ πατρὸς θεότητος γεννηθέντα.

cum divina hæc audiſſet dogmata; & gaudens de noſtrorum epiſcoporum concordia, exultabat ſpiritu: ſtudebat enim neminem neque magnum, neque parvum ab hac confeſſione diſſentire. Poſt longam igitur atque diuturnam hujus adorandæ conſiderationis plenitudinem, viſum eſt ſimul omnibus noſtris, conſubſtantiale in eccleſiaſtica fide definiri oportere, ad eumdem modum quo & poſt apoſtolos ſancti patres noſtri fidem hanc tradiderant, hoc eſt, confiteri Filium & Spiritum ſanctum ejuſdem ſubſtantiæ cum Patre. Quam fidem omnes Nicææ congregati ſancti epiſcopi confirmarunt, & tota ſacrorum & confitentium virorum multitudo, & ipſe laudatiſſimus & Deo dilectiſſimus rex, & tota fidelium quæ illic convenerat multitudo, gaudentes hanc fidei confeſſionem ſuſceperunt, præter ſeptemdecim epiſcoporum numerum, de quibus ſupra etiam diximus; quibus cum delectari Arius videretur, convictus eſt cum ipſis ei conſentientibus, qui cum eo aſſerebant, exterius factum eſſe a Deo Filium ex quibuſdam ſubſtantiis non extantibus, & non ex ipſa Patris divinitate genitum fuiſſe.

Ὅπως ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς συνόδου ἐκκηρύττεται ὁ ἀσεβὴς Ἄρειος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ.

*Quomodo ab univerſa ſynodo excommunicatur impius Arius, & qui cum illo erant.*

## ΚΕΦΑΛ. κέ.

ΔΙΟ' ἐκκηρύκτους αὐτοὺς καὶ αὖθις γενέσθαι σὺν Ἀρείῳ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, παμψηφὶ πάντες οἱ ἅγιοι ὑμῶν πατέρες ὡρίσαντο, ἀναθεματίσαντες αὐτούς τε καὶ τὴν ἀσεβῆ αὐτῶν δόξαν, καὶ τὰ ῥήματα, καὶ τὰ νοήματα αὐτῶν τὰ βλάσφημα, οἷς ἐκέχρηντο κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ λέγοντες ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὸν εἶναι, καὶ ὅτι· ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν· καὶ αὐτεξουσιότητι κακίας καὶ ἀρετῆς δεκτικὸν αὐτὸν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, κτίσμα λέγοντες αὐτὸν εἶναι καὶ ποίημα. ἀνεθεμάτισεν ἅπαντα ταῦτα καὶ αὐτοὺς ἡ ἁγία σύνοδος, οὐδὲ ὅσον ἀκοῦσαι τῆς ἀσεβοῦς δόξης αὐτῶν, καὶ ἀπονοίας, καὶ τῶν βλασφήμων αὐτῶν ῥημάτων ἀνασχομένη. ἀλλὰ καὶ τὸ πιττύκιον δὲ αὐτῶν, ὅπερ γέμον τῆς ἀσεβείας αὐτῶν ἐπιδοῦναι ἐτόλμησαν, παραχρῆμα διέρρηξαν. καὶ τὰ μὲν κατ' ἐκείνους τοιοῦτον εἴληφε παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου τέλος. τὰ δὲ περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως συμφώνως ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι ἐν ὀλίγοις ῥήμασι, διὰ τὴν τοῦ πιστοῦ πλήθους τῶν λαῶν ἁπλότητα τὸ ὅλον περιλαβόντες, ὧδέ πως ἐγγράφως ἐκτίθενται τὸ τῆς καθολικῆς πίστεως σύμβολον.

## CAPUT XXV.

PROPTEREA rurſus extra eccleſiæ catholicæ communionem pelli eos cum Ario omnibus ſuffragiis ſancti patres noſtri definierunt, anathematizantes ipſos, & impiam ipſorum opinionem, & verba eorum, atque blaſphemas ſententias, quibus adverſus Filium Dei utebantur, dicentes: Ex non extantibus ipſum eſſe, & quod erat quando non erat, & quod libertatis ad malitiam atque virtutem capax eſt ipſe Filius Dei, & quod ſit creatura & opus. Omnia hæc & ipſoſmet ſancta ſynodus anathemate percuſſit, nec audire quidem ſuſtinens impiam eorum opinionem & amentiam, atque blaſphema verba. Quin & tabellas ipſorum impietatis plenas, quas offerre auſi fuerant, protinus dilacerarunt. Et quæ quidem illorum erant, a ſancta ſynodo talem ſortita ſunt finem. Quæ autem fidei erant orthodoxæ, & concorditer omnes epiſcopi comprehenſum brevibus verbis complectentes, propter fidelis populorum multitudinis ſimplicitatem, ita ſcripto expoſuerunt catholicæ fidei ſymbolum.

[1] Ἔκθεσις τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς πίστεως, ἐκτεθείσης ὑπὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ἐπὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου, ἐν ὑπατείᾳ Παυλίνου καὶ Ἰουλιανοῦ τῶν λαμπρῶν, ἔτους ἀπὸ Ἀλεξάνδρου χλς'. ἐν μηνὶ Δεσίῳ τῇ πρὸ δεκατριῶν καλανδῶν Ἰουλίου, ἐν Νικαίᾳ μητροπόλει τῆς Βιθυνίας.

*Expoſitio catholicæ & apoſtolicæ fidei in Nicæna ſynodo promulgata, ſub Deo cariſſimo imperatore Conſtantino, in conſulatu Paulini & Juliani illuſtrium, anno ab Alexandro* DCXXXVI. *menſe Junio ante* XIII. *Kalend. Julias, Nicææ in Bithyniæ metropoli.*

## ΚΕΦΑΛ. κς'.

ΠΙστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ εἰς

## CAPUT XXXVI.

[a] CREDIMUS [a] in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium viſibilium

[a] Vide ſupra pag. 661 & & ſeq. hujus II. tomi.

1 Ex Athanaſio in Epiſt. ad Jovianum Imp. & Theodoreto lib. 1. Eccl. hiſt. cap. xi. *Harduinus*.
a Ex hiſtoria Tripart. lib. 2. cap. 9. & ex collectione vetuſta canonum e MSS. *Pariſienſ.* collegii Soc. *Jeſu*,

lium & inviſibilium creatorem: Et in unum dominum Jeſum Chriſtum filium Dei unigenitum ex Patre natum, id eſt ex ſubſtantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt quæ in cœlo & quæ in terra: Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus, paſſus eſt, ſepultus eſt, & reſurrexit tertia die, & aſcendit in cœlos, & ſedet ad dexteram Patris, & iterum venturus eſt judicare vivos & mortuos: Et in Spiritum ſanctum. Iis autem qui dicunt fuiſſe aliquando tempus cum non eſſet, & ex iis quæ non ſunt ortum, vel ex alia ſubſiſtentia aut ſubſtantia eſſe, vel creatum eſſe, vel converti aut mutari poſſe Filium Dei; iſtis catholica & apoſtolica eccleſia anathema denunciat. Hæc eſt fides, quam expoſuerunt Nicææ ſancti noſtri patres, orthodoxi epiſcopi: primum quidem adverſus Arium blaſphemantem & dicentem creaturam Filium Dei, & contra Sabellium & Photinum, & Paulum Samoſatenum, & Manichæum, & Valentinum, & Marcionem, & adverſus omnem hæreſim, quæ orta eſt in catholica & apoſtolica eccleſia: quos damnavit ſynodus ſanctorum orthodoxorum in civitate Nicæa congregata, quorum nomina, quemadmodum & provinciarum quibus præerant, ſubjuncta ſunt. Referuntur igitur ad pium & illuſtriſſimum imperatorem quæcumque a ſynodo fuerant judicata, & ſententia contra Dei hoſtes lata, & orthodoxæ fidei expoſitio; quam ut divinitus oblatam libenter & magna cum reverentia excepit, hoſtes autem ejus tamquam Deo adverſantes exilio mulctandos cenſuit. Sex porro ex Arianis epiſcopis cum ipſo Ario, & qui cum eo erant, exulare ſuſtinuerunt. Undecim enim, qui religioſiſſimi imperatoris præſentiam, & ſynodi epiſcoporum multitudinem reveriti ſunt, non fuerunt relegati. Simulantes enim, manu quidem, non propoſito, in conſubſtantiale ſubſcripſerunt. Simulationis hujus Euſebius Nicomedienſis princeps fuit, qui & uſque & in finem alterutra ſententia uſus fuiſſe oſtenditur, ut Euſtathius Antiochenus, & Euſebius Pamphili, & magnus Athanaſius, & omnes alii qui ſynodo ſubſcripſerunt, referunt. Propter hanc ſimulationem virum hunc noſtræ ſententiæ fuiſſe arbitrati ſunt, qui adverſariorum cœtum generoſius propugnaverunt.

A ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τοῦτ᾽ ἔστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ· τὸν δι᾽ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, [1] ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, [2] καὶ καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα. τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ B ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, [3] ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ· τοὺς τοιούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. αὕτη ἐστὶν ἡ πίστις, ἣν ἐξέθεντο οἱ ἐν Νικαίᾳ ἅγιοι ἡμῶν πατέρες οἱ ὀρθόδοξοι ἐπίσκοποι· πρῶτον μὲν κατὰ Ἀρείου βλασφημοῦντος καὶ λέγοντος κτίσμα τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ κατὰ Σαβελλίου τε καὶ Φωτεινοῦ, καὶ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, καὶ Μανιχαίου, καὶ Οὐαλεντίνου, καὶ Μαρκίωνος, καὶ κατὰ πάσης δὲ αἱρέσεως, ἥτις ἐπανέστη τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ· οὓς κατέκρινεν ἡ ἐν τῇ Νικαέων πόλει συνηγμένη τῶν ἁγίων ὀρθοδόξων σύνοδος, ὧν τὰ C ὀνόματα, καὶ τῶν ἐπαρχιῶν αὐτῶν, ἐστὶν ὑποτεταγμένα. ἀναφέρεται τοίνυν ἐπὶ τὸν εὐσεβῆ καὶ πανεύφημον βασιλέα τὰ ὑπὸ τῆς συνόδου κεκριμένα, ἥ τε κατὰ τῶν θεομάχων ἀπόφασις, καὶ ἡ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἔκθεσις· ἣν ὡς θεόθεν προσενεχθεῖσαν ἀσμένως προσεδέξατο μετὰ πλείστης ὅσης σεβασμιότητος· τοὺς δὲ ταύτης πολεμίους, ὡς ἅτε Θεῷ ἐναντιουμένους, ἐξορίαν ὑποστῆναι ψηφίζεται. ἓξ τοίνυν ἐκ τῶν μετὰ Ἀρείου ἐπισκόπων σὺν αὐτῷ Ἀρείῳ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν συναποθῆναι ἠνέσχοντο. οἱ δὲ γὰρ ἕνδεκα δείσαντες τοῦ τε θεοφιλοῦς βασιλέως τὴν παρουσίαν, καὶ τῆς συνόδου τῶν ἐπισκόπων τὸ πλῆθος, μὴ ἐξοστρακισθῆναι, ὑ- D ποκρινάμενοι ὑπογράφουσιν εἰς τὸ ὁμοούσιον, χειρὶ, οὐ προθέσει. ταύτης τῆς ὑπουλίας ἔξαρχος ὁ Νικομηδείας Εὐσέβιος, ὃς καὶ μέχρι τέλους δείκνυται τῇ ἐφ᾽ ἑκάτερα κεχρημένος γνώμῃ, καθὰ Εὐστάθιός τε ὁ τῆς Ἀντιοχέων, καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, Ἀθανάσιός τε ὁ μέγας, καὶ πάντες οἱ τὰ τῆς συνόδου συγγραψάμενοι διηγοῦνται. [4] τῇ τε πρὸς ἡμᾶς δι᾽ ὑποκρίσεως τὸν ἄνδρα τοῦ δοκεῖν εἶναι καὶ τῆς τῶν ἐναντίων συμμορίας γενναίως [5] ὑπερμαχοῦντες.

Ai

alіiſque hic ſequentem exhibet Harduinus Nicænam fidem: Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium viſibilium inviſibiliumque factorem: Et in unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium Dei natum ex Patre, unigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero: natum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt quæ in cælo & quæ in terra: Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus, & homo factus: paſſus eſt, & reſurrexit tertia die: & aſcendit in cœlos, & venturus eſt judicare vivos & mortuos: Et in Spiritum ſanctum. Dicentes autem, Erat quando non erat; aut non erat antequam fieret: aut quia ex non exſtantibus factus eſt; aut ex altera ſubſtantia dicentes eſſe: aut creatum, aut convertibilem Filium Dei; hos tales anathematizat catholica & Apoſtolica eccleſia. Vide etiam Hilarium lib. de Synodis num. 84.

1 Hæc vox ταφέντα, non eſt apud Athanaſium in epiſt. ad Jovianum, neque apud Theodoretum lib. 1. hiſt. Eccleſ. cap. XI. neque Latine apud Hilarium in libro de Synod. ubi ſymbolum recitat num. 84. neque in codice eccleſiæ Africanæ ex Concil. Carthag. VI. *Harduinus*.

2 Hæc ſententia καθεζόμενον &c. non eſt apud Athanaſium, & Theodor. locis citatis: nec apud Hilarium, aut in Concil. Carth. VI. *Harduinus*.

3 Athan. in lib. de decr. ſynodi Nicæn. contra Arian. pag. 269. ἢ ἐξ ἑτέρας οὐσίας tantum. *Hard.*

4 Lege καὶ. *Hard.* 5 Lege ὑπερμαχοῦντα. Tametſi cum libris editis conſentit codex noſter mſ. *Hard.*

A

Αἱ τῆς πίστεως ὑπογραφαὶ τῶν ἐπισκόπων.

## ΚΕΦΑΛ. κζ.

ΟΣΙΟΣ ἐπίσκοπος πόλεως Κουρδύβης τοῖς κατὰ Ῥώμην καὶ Σπανίαν καὶ Ἰταλίαν πᾶσαν, καὶ ταῖς ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι, τοῖς ἐπέκεινα κατ' ἐμὲ οὖσιν, ἕως τοῦ Ὠκεανοῦ, ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις, διὰ τῶν σὺν αὐτῷ πρεσβυτέρων Ῥώμης Βίτωνος καὶ Βικεντίου.

Ἀλέξανδρος Ἀλεξανδρείας σὺν Ἀθανασίῳ τότε ἀρχιδιακόνῳ ὄντι, ταῖς κατ' Αἴγυπτον πᾶσαν καὶ Λιβύην, καὶ Πεντάπολιν καὶ τὰ ὅμορα τούτοις, ἕως τῶν τῆς Ἰνδίας ἐπαρχιῶν.

Εὐστάθιος Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης [1] τῆς κατὰ Συρίαν κοίλην, καὶ Μεσοποταμίαν πᾶσαν, καὶ Κιλικίαν ἑκατέραν.

* Ir. τοῖς. Ἰωάννης Πέρσης * τῆς ἐν Περσίδι πάσῃ, καὶ τῇ μεγάλῃ Ἰνδίᾳ.

Λεόντιος Καισαρείας Καππαδοκίας, τὸ τῆς ἐκκλησίας τοῦ κυρίου καλλώπισμα, ταῖς κατ' αὐτὴν Καππαδοκίαν, Γαλατίαν, Πόντον Διοσπόντου, Παφλαγονίαν, Πόντον Πολεμαϊκὸν, Ἀρμενίαν μικρὰν καὶ μεγάλην.

Θεωνᾶς Κυζίκου, ταῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Ἑλλήσποντον, Λυδίαν τε καὶ Καρίαν, διὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων, Εὐτυχίου Σμύρνης, καὶ Μαρίνου Τρωάδος.

Μακάριος Ἱεροσολύμων σὺν Εὐσεβίῳ τῷ Παμφίλου ἐπισκόπῳ Καισαρείας [2] τῆς κατὰ Παλαιστίνην καὶ Ἀραβίαν καὶ Φοινίκην.

Ἀλέξανδρος Θεσσαλονίκης διὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν τελούντων, ταῖς κατὰ Μακεδονίαν πρώτην καὶ δευτέραν, σὺν τῇ Ἑλλάδι, τήν τε Εὐρώπην πᾶσαν, Σκυθίαν ἑκατέραν, καὶ ταῖς κατὰ τὸ Ἰλλυρικὸν ἁπάσαις, Θεσσαλίαν τε καὶ Ἀχαΐαν.

Νουνέχιος Λαοδικείας ταῖς κατὰ τὴν Φρυγίαν πρώτην καὶ δευτέραν.

Πρωτογένης ὁ θαυμάσιος πόλεως Σαρδικῆς, ταῖς ἐν Δακίᾳ, Καλαβρίᾳ, Δαρδανίᾳ, καὶ τοῖς ὁμόροις τόποις.

Κεκιλιανὸς Καρθαγένης ταῖς κατὰ πάσας τὰς ἐπαρχίας, τάς τε Ἀφρικὰς, καὶ τὰς Νουμιδίας, καὶ Μαυριτανίας ἀμφοτέρας, οὔσαις ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις.

Πιστὸς Μαρκιανουπόλεως ταῖς κατὰ τὴν Μυσίαν, καὶ τὰ τῶν Ἀθηνῶν καὶ Γάλλων ἔθνη, καὶ ταῖς πλησιοχώροις τούτων πόλεσιν.

Ἀλέξανδρος Κωνσταντινουπόλεως τότε πρεσβύτερος ἔτι ὤν, εἰς ὕστερον δὲ καὶ τῆς ἐπισκοπικῆς ἱερατείας τῆς αὐτόθι ἐκκλησίας λαχὼν, σὺν Παύλῳ ἔτι τότε ἀναγνώστῃ ὄντι καὶ νοταρίῳ αὐτοῦ, ταῖς ἐν ταῖς νήσοις πάσαις κυκλάσιν.

Οὗτοι πάντες οἱ ἅγιοι καὶ ἀποστολικοὶ ἄνδρες πάσαις ταῖς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις τὰ ἐν τῇ Νικαίων ἁγίᾳ μεγάλῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ κυρωθέντα διαπορθμεύσαντες, πανταχοῦ γῆς παρέδωκαν.

*Subſcriptiones epiſcoporum fidem approbantium.*

## CAPUT XXVII.

OSIUS epiſcopus Cordubæ ſanctis Dei eccleſiis, quæ Romæ ſunt, & in Italia & Hiſpania tota, & in reliquis ulterius nationibus uſque ad oceanum commorantibus, per eos qui cum ipſo erant, Romanos presbyteros Vitonem & Vincentium.

Alexander Alexandriæ cum Athanaſio tunc archidiacono, eccleſiis per totam B Ægyptum, Lybiam, & Pentapolim, & regiones finitimas, uſque ad Indiæ provincias.

Euſtathius magnæ Antiochiæ epiſcopus, eccleſiis in Cœleſyria & Meſopotamia tota, & Cilicia utraque.

Joannes Perſa, eccleſiis in tota Perſia & magna India.

Leontius Cæſareæ Cappadociæ, eccleſiæ domini ornamentum, eccleſiis in eadem Cappadocia, Galatia, Ponto Dioſponti, Paphlagonia, Ponto [a] Polemaico, Armenia magna & parva. a Polemoniaco.

Theonas Cyzici, eccleſiis in Aſia, & Hel- C leſponto, & Lydia, & Caria, per epiſcopos qui ſub ipſo erant, Eutychium Smyrnæ, & Marinum Troadis.

Macarius Hieroſolymorum cum Euſebio Pamphili epiſcopo Cæſareæ Palæſtinæ, eccleſiis in Palæſtina, Arabia & Phœnicia.

Alexander Theſſalonicæ epiſcopus per eos qui ſub ipſo cenſentur, eccleſiis in Macedonia prima & ſecunda, cum iis quæ in Græcia, & Europa to in utraque Scythia, & omnibus denique i. llyrico, Theſſalia & Achaia.

Nunechius Laodiceæ epiſcopus eccleſiis quæ in Phrygia prima & ſecunda.

D Protogenes ille admirabilis, Sardicæ civitatis, ſanctis Dei eccleſiis in Dacia, Calauria, Dardania, & provinciis vicinis.

Cæcilianus Carthaginenſis, ſanctis Dei eccleſiis in provinciis Africæ, Numidiæ, atque Mauritaniæ utriuſque.

Piſtus Marcianopolis epiſcopus, eccleſiis in Myſia, Athenarum, & Gallorum gentibus, & civitatibus quæ his vicinæ ſunt.

Alexander Conſtantinopolis tunc ſolum presbyter, poſtea vero eccleſiæ illius epiſcopatum ſortitus, cum Paulo tunc lectore at- E que ipſius notario, eccleſiis omnium Cycladum inſularum.

Hi omnes ſancti atque apoſtolici viri omnibus ſub cœlo ſanctis Dei eccleſiis, quæ in Nicæna ſancta magna & generali ſynodo decreta ſunt, tranſmittentes, ubique tradiderunt.



1 Legendum τοῖς *Harduinus*. 2 Lege τοῖς *Harduinus*.

A

*Quomodo imperator ex ſolio ſurgens Deo gratias egerit.*

## CAPUT XXVIII.

IMPERATOR autem Conſtantinus poſt expoſitionem rectæ atque apoſtolicæ fidei, a Spiritu ſancto per trecentos ſanctos patres quaſi ore uno promulgatæ, & ab omnibus comprobatæ, qui ad ſanctam illam fidei diſceptationem concurrerant, expanſis manibus, & oculis in cœlum ad Deum ſublatis, ipſum dominum omnium noſtrum ſalvatorem & benefactorem claris verbis laudavit, quod deſideratam epiſcoporum concordiam, & eorumdem circa rectam & ſalutarem fidem conſenſum largitus ſit. Tanta ſcilicet cura optimus ille ac Deo carus imperator in eccleſias Dei & pacificam paſtorum concordiam incubuit. Non abſurdum autem exiſtimo huic commentario inſerere, quæ pulchre diſſeruit Euſebius Pamphili de vita Conſtantini Deo amabilis imperatoris, de geſtis inquam in ſynodo verba facere incipiens. Sunt autem hæc: Cum igitur multa eſſent ex utraque parte propoſita, magnaque controverſia in ipſo diſputationis ingreſſu a quibuſdam concitata; imperator ille celeberrimus omnes benigne audiebat, intentiſſimo ſtudio utriuſque partis propoſitiones excipiebat: interdum etiam ferens opem alterutri diſceptantium parti, eos magna cum contentione digladiantes paulatim reconciliabat, cum ſingulis comiter & benigne ſermonem conferebat Græce: nam ne huius quidem linguæ ignarus erat. Suavis erat & blandus, dum aliis perſuadere, aliis ſermone pudorem exprimere, alios qui diſerte dixiſſent, collaudare, omnes denique ad concordiam reducere contendebat: uſque eo donec tandem eos tum conſpirantes animis, tum opinionibus conſentientes redderet: ut pium dominicæ gloriæ ſtudium principatum uno conſenſu obtineret, & prævaleret fides ſalutaris vere a Spiritu ſancto per omnes prædictos ſanctos patres noſtros promulgata. Ibidem etiam lege ſanxit, ut apud omnes unum tempus conſtaret pro ſalutaris paſchatis feſtivitate: tum etiam ut per expreſſam ſingulorum ſubſcriptionem, quæ in commune decreta fuerant, firmarentur. Denique epiſcopos ut de eccleſiaſticis conſtitutionibus & canonibus ſcriptum ederent, hortatus eſt.

(Margin: lib. 3. cap. 13.)

*De Aceſio Novatianorum epiſcopo, & qui cum illo erant.*

## CAPUT XXIX.

(Margin: Socr. lib. 1. cap. 10. & Sozom. lib. 1. cap. 22.)

MOVET autem nos imperatoris fides, ut & aliud quiddam commemoremus: qui tanto ſtudio & prudentia in eccleſiaſticam pacem incumbebat, ut ne minima quidem negligeret. Etenim Aceſium ſectæ Novatianorum epiſcopum, & ejus ſocios in ſynodum vocavit, haud aliter quam ipſos qui conſubſtantiale & trinitatem celebrabant. Ac poſtquam deciſio de fide cum in commentarios relata, tum ſubſcriptionibus confirmata a ſynodo & imperatore erat,

*Ὅπως ὁ βασιλεὺς ἀναστὰς ἐκ τοῦ θρόνου, εὐχαριστηρίους φωνὰς ἀναπέμπει τῷ Θεῷ.*

## ΚΕΦΑΛ. κη΄.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἐπὶ τῇ ἐκθέσει τῆς ὀρθῆς καὶ ἀποστολικῆς πίστεως, τῆς ἐκ πνεύματος ἁγίου διὰ τῶν τριακοσίων ἁγίων ἡμῶν πατέρων ἐκφωνηθείσης, ὥσπερ διʼ ἑνὸς στόματος, καὶ κυρωθείσης παρὰ πάντων τῶν συνδραμόντων εἰς τὴν ἁγίαν ἐκείνην τῆς πίστεως ἀκρόασιν, καὶ τὰς χεῖρας ἁπλώσας, καὶ τὸ ὄμμα τείνας εἰς τὸν οὐρανὸν πρὸς τὸν Θεὸν, εὐφήμοις ῥήμασιν ἀνύμνησε τὸν τῶν πάντων ἡμῶν σωτῆρα καὶ εὐεργέτην Θεὸν, ὅτι τὴν ποθουμένην αὐτῷ τῶν ἐπισκόπων ὁμόνοιαν, καὶ τὴν περὶ τῆς ὀρθῆς καὶ σωτηρίου πίστεως αὐτῶν ὁμοφωνίαν, αὐτῷ ἐχαρίσατο [ἐπρυτάνευσε]. τοσοῦτος ἦν ὁ πάντα ἄριστος ἐκεῖνος καὶ θεοφιλὴς βασιλεὺς περὶ τὴν τῶν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν φροντίδα καὶ τὴν τῶν ποιμένων εἰρηνικωτάτην ὁμόνοιαν. οὐκ ἄτοπον δὲ ἡγοῦμαι καὶ τὰ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου, ἅπερ περὶ τούτων, τῶν ἐν τῇ συνόδῳ πραγματευθέντων λέγω, ποιεῖσθαι τὸν λόγον ἀρχόμενος καλῶς διελάβετο ἐν τῷ τρίτῳ αὐτοῦ βιβλίῳ τῷ εἰς τὸν βίον Κωνσταντίνου τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως, ἐντάξαι τῇδε τῇ συγγραφῇ· ἔστι δὲ ταῦτα· πλείστων δῆτα ὑφʼ ἑκατέρου τάγματος προτεινομένων, πολλῆς τε ἀμφιβολίας τὰ πρῶτα παρά τινων γινομένης, ἐπηκροᾶτο πάντων ὁ βασιλεὺς ὁ πανεύφημος, σχολῇ τε εὐτονωτάτῃ τὰς προτάσεις θατέρων τῶν μερῶν ὑπεδέχετο· ἐν μέρει τε ἀντιλαμβανόμενος τῶν παρʼ ἑκατέρου τάγματος λεγομένων, ἠρέμα τε συνῆγε τοὺς φιλονείκως ἐνισταμένους, πράως τε ποιούμενος τὰς πρὸς ἕκαστον ὁμιλίας, ἑλληνίζων τε τῇ φωνῇ, ἐπειδὴ μηδὲ ταύτης ἀμαθῶς εἶχε, γλυκερός τις ἦν καὶ ἡδὺς, τοὺς μὲν συμπείθων, τοὺς δὲ καταδυσωπῶν τῷ λόγῳ, τοὺς δὲ εὖ λέγοντας ἐπαινῶν, πάντας τε εἰς ὁμόνοιαν ἐλαύνων ἕως ὅτε ὁμογνώμονας καὶ ὁμοδόξους * ἐπʼ αὐτῷ κατεστήσατο· ὡς ὁμοφρόνως μὲν κρατῆσαι τὴν εὐσεβῆ δοξολογίαν, κρατυνθῆναί τε τὴν ἀληθῶς ἐκ πνεύματος ἁγίου παρὰ πάντων τῶν προρρηθέντων ἁγίων ἡμῶν πατέρων ἐκφωνηθεῖσαν σωτήριον πίστιν. ἐν τʼ αὐτῷ δὲ καὶ περὶ τῆς σωτηρίου ἑορτῆς τοῦ πάσχα ἕνα παρὰ πᾶσιν ὁμολογηθῆναι καιρὸν ἐνομοθέτησε. τότε δὴ καὶ ἐγγράφως διʼ ὑποσημειώσεως ἑκάστου τὰ κοινῇ δεδογμένα κυρωθῆναι ὡρίσατο· καὶ περὶ τῶν καθʼ ἕκαστον ἐκκλησιαστικῶν διατυπώσεων καὶ κανόνων ἐγγράφως ἐκθεῖναι τοὺς ἐπισκόπους παρεγγυᾷ.

(Margin: * ἐν αὐτῷ.)

B C D

*Περὶ Ἀκεσίου ἐπισκόπου τῶν Ναυατιανῶν, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ.*

## ΚΕΦΑΛ. κθ΄.

E

Κινεῖ δὲ ἡμᾶς ἡ τοῦ βασιλέως πίστις καὶ ἑτέρου πράγματος ἐπιμνησθῆναι ὃς τὴν σπουδὴν καὶ πρόνοιαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης ἐποιεῖτο, ὡς μηδὲ τὰ ἐλάχιστα αὐτῶν παραλιπεῖν. καὶ Ἀκέσιον γὰρ τῆς τῶν Ναυατιανῶν θρησκείας ἐπίσκοπον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἐκεκλήκει εἰς τὴν σύνοδον, ὡς καὶ αὐτοὺς τὸ ὁμοούσιον καὶ τὴν τριάδα δοξάζοντας. μετὰ οὖν τὸ ἐκτεθῆναι καὶ ὑπογραφῆναι παρά τε τῆς συνόδου καὶ τοῦ βασιλέως τὸν ὅρον τῆς πίστεως, ἠρώτα τὸν Ἀκέσιον Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς, εἰ καὶ

αὐτὸς

αὐτὸς τῇ πίστει συντίθεται καὶ τῷ ὁρισμῷ τῆς περὶ τοῦ πάσχα ἑορτῆς. ὁ δὲ Ἀκέσιος πρὸς αὐτὸν, οὐδὲν καινὸν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, ἡ σύνοδος ὥρισεν· οὕτω γὰρ ἄνωθεν ἅπαντες ἐκ τῶν ἀποστολικῶν θρόνων παρειλήφαμεν καὶ τὸν ὅρον τῆς πίστεως, καὶ τὸν χρόνον τῆς τοῦ πάσχα ἑορτῆς. καὶ ὁ βασιλεὺς πρὸς αὐτόν· τί οὖν τῆς κοινωνίας ἡμῶν χωρίζῃ; ὁ δὲ Ἀκέσιος τὰ ἐπὶ Δεκίου κατὰ τὸν διωγμὸν γινόμενα περὶ τῶν ἐν τῷ μαρτυρίῳ μὴ δυνηθέντων ἀγωνίσασθαι, ἀλλὰ ἀρνησαμένων, διηγεῖτο, καὶ ἀκρίβειαν αὐστηροῦ κανόνος προεβάλλετο, λέγων· ὡς ἄρα οὐ χρὴ τοὺς μετὰ τὸ βάπτισμα ἡμαρτηκότας δέχεσθαι μετανοοῦντας, ἢ τῆς κοινωνίας τοῦ μυστηρίου τοῦ λοιποῦ ἀξιοῦσθαι. ταῦτα εἰπόντος τοῦ Ἀκεσίου, ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλεύς· θὲς ὦ Ἀκέσιε κλίμακα μόνος, καὶ ἀνάβηθι εἰς τὸν οὐρανόν. μετὰ ταῦτα πάντες οἱ ἐπίσκοποι διατυπώσεις ἐκκλησιαστικὰς διαφόρους ἐκτίθενται.

A imperator Conſtantinus ſciſcitabatur ab Aceſio, utrum ipſe eidem fidei, & decreto quoque de feſti paſchatis obſervatione conſtituto aſſentiretur. Tum ille: Nihil novi, inquit, o imperator, concilium decrevit; nam antiquitus ab apoſtolorum ſedibus omnes eamdem fidei deciſionem, & idem tempus feſti paſchatis accepimus. Tum imperator: Cur igitur te a communione noſtra ſegregaſti? Ille res regnante Decio geſtas, & quæ perſecutione ingruente acciderant, & de iis qui martyrii certamen decertare non poterant, ſed Chriſtum abnegabant, narravit, exquiſitamque ſeveri cujuſdam canonis obſervationem in medium adduxit: Quod non B oporteat eos qui poſt baptiſmum peccarunt, quamvis pœnitentes admittere, nec myſteriorum communione dignari. Quæ cum dixiſſet Aceſius, imperator ſic illum denuo affatus eſt: Erigito tibi ſcalam Aceſi, & ad cœlum ſolus aſcendito. Poſt hæc omnes epiſcopi varias eccleſiaſticas conſtitutiones edunt. *Conc. Elibert. can. 1.*

Περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν διατυπώσεων λόγος διδασκαλικός.

## ΚΕΦΑΛ. λ'.

ΟΜΙΛΗΣΩΜΕΝ τῷ φωτὶ, ὅ ἐστιν ὁ Χριστὸς, * ὡς πλησίον αὐτοῦ ἑστῶτες, ὡς ὁρῶντες αὐτὸν, ὅπως πολιτευσώμεθα ταῖς εὐχαῖς ἁγιαζούσαις. εὐχαὶ γὰρ ἁγιάζουσιν. ἐὰν λόγῳ θείῳ προσευχώμεθα· λόγος δὲ θεῖος πάρεστιν, ἔνθα καρδία καὶ πολιτεία καθαρὰ ἐν ταπεινοφροσύνῃ φυλάττεται. ἐκάμνεν ὁ Ἰσραὴλ τὰς θυσίας ἐπιτελῶν· ἔκραζον οἱ προφῆται πρὸς τὸν Θεόν· ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου. ἐκεῖνοι ἔκραζον, καὶ ἡμεῖς ἐλάβομεν· ἄλλοι κεκοπιάκασι, καθὼς εἶπεν ὁ κύριος, καὶ ἡμεῖς εἰς τὸν κόπον αὐτῶν εἰσεληλύθαμεν. ἦλθε γὰρ πρὸς ἡμᾶς αὐτὸς ὁ κύριος λέγων. ἐγώ εἰμι τὸ φῶς, ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. ἀκαμάτως ἐλάβομεν τὴν χάριν, ἀλλὰ διὰ καμάτου δεῖ ἡμᾶς φυλάξαι τὴν χάριν.

## De diatypoſibus eccleſiaſticis ſermo dogmaticus.

## CAPUT XXX.

VERSEMUR cum luce, quæ eſt Chriſtus, tamquam ipſi propinqui exiſtentes, & ipſum aſpicientes. Sic in ſanctificanC tibus precationibus exerceamus. Preces enim ſanctificant, ſi divinum Verbum adoremus. Verbum autem divinum adeſt, ubi cor & pura vitæ inſtitutio in humilitate conſervatur. Laborabat Iſrael ſacrificia perficiens: clamabant prophetæ ad Deum: *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam*. Illi clamabant, & nos accepimus. *Alii laboraverunt*, ſicut dominus dixit, *& nos in laborem ipſorum introivimus*. Venit enim ad nos dominus, dicens: *Ego ſum lux, ego ſum veritas*: ſine labore accepimus gratiam, ſed cum labore oportet nos gratiam conſervare. *Pſal. 42.* *Joan. 4.* *Joan. 8 & 14.*

Περὶ τῶν λεγόντων μὴ δεῖν Χριστιανοὺς ἐργάζεσθαι. D

Ἐπείπερ τινὲς οὐκ ἐργάζεσθαι βουλόμενοι, ἀλλὰ περιεργάζεσθαι, ἐκλαμβάνουσι κακῶς τὰς τοῦ κυρίου ἱερὰς φωνὰς, εἰπόντος· μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε· ὡς οὐ χρῆναι λέγοντες, ἀκολουθοῦντας τῇ φωνῇ ταύτῃ ἐργάζεσθαι εἰς τὴν γῆν Χριστιανούς· ἀποδεικτέον ἡμῖν μὴ οὕτως εἰρηκέναι τὸν κύριον. ἐγχωρεῖ γὰρ καὶ ἐργάζεσθαι καὶ μὴ μεριμνᾷν, εἰδότας ἡμᾶς καὶ πιστεύοντας, ὅτι τῶν ἔργων ἡμῶν τὴν αὔξησιν, καὶ τοὺς καρποὺς αὐτὸς ὁ κύριος δίδωσιν, εἰπών· οὕτως ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐὰν ἄνθρωπος βάλῃ τὸν σπόρον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρεται νύκτα καὶ ἡμέραν· καὶ ὁ σπόρος βλαστάνει καὶ μηκύνεται, ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός.

*De his qui dicunt non oportere Chriſtianos laborare.*

Quoniam aliqui nolentes laborare, ſed curioſi eſſe, male interpretantur ſacras Domini voces, dicentis: *Ne ſitis ſoliciti animæ veſtræ quid manducetis*: perinde ac ſi verbis ipſis adhærentes non oporteret Chriſtianos terram colere & laborare: demonſtrandum eſt non ſic dixiſſe dominum. Poſſumus enim laborare, & ſecuri eſſe, ſcientes & credentes, quod operum noſtrorum incrementum & fructus ipſe dominus dat, qui dixit: *Sic eſt regnum Dei, quemadmodum ſi homo jaciat ſementem in terram, & dormiat, & ſurgat* E *nocte & die: & ſemen germinat, & aſſurgit, & non novit ipſe.* *Matth. 6* *Marc. 4.*

Περὶ τῶν ἱερωμένων.

Τοὺς ἱερωμένους εἰς τύπον καὶ εἰκόνα χρὴ εἶναι τῶν ἐπουρανίων· καὶ τὸν μὲν ἐπίσκοπον ἐπέχειν τὸν τόπον τοῦ κυρίου, ὡς κεφαλὴν μετ' αὐτὸν ὄντα τῆς ἐκκλησίας, ἧς παρείληφε. τὸν δὲ πρεσβύτερον, τὸν σεραφικὸν ἐπέχειν θρόνον· τὸν δὲ διάκονον, τὸν χερουβικόν· τὸν ὑπηρέτην εἰς διακονίαν τούτων εἶναι προσήκει.

*De clericis ſacri ordinis.*

Clerici ſacri ordinis cœleſtium typi & imagines eſſe debent. Epiſcopus quidem debet obtinere locum domini, tamquam caput poſt illum eccleſiæ quam recepit: presbyter tenere debet ſedem & locum ſeraphicum; diaconus autem cherubicum: miniſter vero his miniſtrare debet.

A

*Quod non oportet laicos in ſuggeſtum aſcendere.*

Non licet laicos in ſuggeſtum aſcendere, præter eos qui legere aut canere ex libris debent.

Περὶ τοῦ μὴ δεῖν λαϊκοὺς ἀνιέναι ἐν τῷ ἄμβωνι·

Περὶ τοῦ μὴ δεῖν λαϊκοὺς ἀνιέναι ἐν τῷ ἄμβωνι, πλὴν τῶν τεταγμένων ἀναγινώσκειν ἢ ψάλλειν ἐν ταῖς διφθέραις.

*De ſancto baptiſmate.*

Baptiſma noſtrum non oculis corporis conſiderandum eſt, ſed mentis. Aquam vides, conſidera virtutem Dei in aquis abſconditam. In ſancto enim Spiritu & igne baptizari nos docet evangelium. In fide enim baptizantis, & fide baptizati, per ſacram invocationem plenas ſanctificatione Spiritus & ignis divini aquas conſidera. *Ipſe enim*, inquit, *baptizabit vos in Spiritu ſancto & igne*. (Matth. 3.) Deſcendit itaque qui baptizatur reus peccatorum, & obnoxius ſervituti corruptionis: & aſcendit liberatus ab hac ſervitute & peccato, factus filius Dei & hæres gratia ipſius, cohæres autem Chriſti indutus ipſum Chriſtum, ſicut ſcriptum eſt: *Quicumque in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* (Galat. 3)

Περὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.

B Τὸ βάπτισμα ἡμῶν οὐ τοῖς αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς κατανοητέον, ἀλλὰ τοῖς νοεροῖς. ὕδωρ ὁρᾷς, νόησον τὴν ἐν τοῖς ὕδασι κρυπτομένην τοῦ Θεοῦ δύναμιν. ἐν γὰρ πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ βαπτίζεσθαι ἡμᾶς οἱ ἱεροὶ διδάσκουσι λόγοι. ἐν γὰρ πίστει τοῦ βαπτίζοντος, καὶ ἐν πίστει τοῦ βαπτιζομένου, διὰ τῆς ἱερᾶς ἐπικλήσεως, πλήρη τοῦ ἁγιασμοῦ τοῦ πνεύματος καὶ τοῦ θείου πυρὸς νόει τὰ ὕδατα. αὐτὸς γὰρ, φησὶ, βαπτίσει ὑμᾶς ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. κατέρχεται μὲν οὖν ὁ βαπτιζόμενος ὑπεύθυνος ἁμαρτημάτων, καὶ τῇ τῆς φθορᾶς δουλείᾳ ἐνεχόμενος· ἀνέρχεται δὲ ἐλευθερωθεὶς τῆς τε τοιαύτης δουλείας καὶ τῆς ἁμαρτίας, υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ κληρονόμος χάριτι αὐτοῦ γεγονὼς, συγκληρονόμος δὲ Χριστοῦ, αὐτὸν ἐνδυσάμενος τὸν Χριστὸν, καθὼς γέγραπται· ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε.

*De divina menſa, & de eo quod in ipſa eſt myſterio corporis & ſanguinis Chriſti.*

C

Iterum etiam hic in divina menſa ne humiliter intenti ſimus ad propoſitum panem & poculum: ſed attollentes mentem, fide intelligamus ſitum in ſacra illa menſa agnum illum Dei, tollentem peccatum mundi, incruente a ſacerdotibus immolatum: & precioſum ipſius corpus & ſanguinem vere ſumentes, credere hæc eſſe noſtræ reſurrectionis ſymbola. Propter hoc enim neque multum accipimus, ſed parum, ut ſciamus quod non ſatietati, ſed ſanctimoniæ ſumimus.

Περὶ τῆς θείας τραπέζης, καὶ τοῦ ἐπ' αὐτὴν μυστηρίου τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ.

Ἐπὶ τῆς θείας τραπέζης πάλιν κἀνταῦθα μὴ τῷ προκειμένῳ ἄρτῳ καὶ τῷ ποτηρίῳ ταπεινῶς προσέχωμεν. ἀλλ' ὑψώσαντες ἡμῶν τὴν διάνοιαν, πίστει νοήσωμεν κεῖσθαι ἐπὶ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης τραπέζης τὸν ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἀθύτως ὑπὸ τῶν ἱερέων θυόμενον. καὶ τὸ τίμιον αὐτοῦ σῶμα καὶ αἷμα ἀληθῶς λαμβάνοντας ἡμᾶς, * πιστεύειν ταῦτα εἶναι τὰ τῆς ἡμετέρας ἀναστάσεως σύμβολα. διὰ τοῦτο γὰρ οὔτε πολὺ λαμβάνομεν, ἀλλ' ὀλίγον, ἵνα γνῶμεν ὅτι οὐκ εἰς πλησμονὴν, ἀλλ' εἰς ἁγιασμόν. (* Forte πιστεύομεν.)

*De reſurrectione a mortuis.*

D

Non ſimpliciter dominus ſuam ipſius carnem pro nobis paſſioni & morti tradidit, ſed ut noſtram ſalutem procuraret, cum liber eſſet a morte, ut ſermo ſuperius demonſtravit. Clamat propheta quaſi ex perſona ipſius, prædicens futurum ejus ſecundum carnem œconomiæ myſterium: *Factus ſum*, inquit, *quaſi homo ſine adjutorio, inter mortuos liber*. (Pſal. 87.) Quis autem liber a morte, niſi Deus? Sed juxta prius oſtenſas demonſtrationes incarnatus propter hominum dilectionem, factus quaſi homo ſine adjutorio, humilians ſuam ipſius carnem uſque ad mortem, mortem autem crucis, (Philip. 2.) quæ & reſurrexiſſe prædicatur: ut poſtquam nos immortales fecerit, per primitias noſtras reſurrectionis ſpem nobis etiam deſperatis ſuppeditaret, ut non amplius obnoxii ſimus æternæ morti, ſed liberi, quemadmodum & primitiæ noſtræ Chriſtus, ut inquit beatus apoſtolus Paulus: *Primitiæ Chriſtus, deinde hi qui ſunt Chriſti, in adventu ipſius.* (1. Cor. c. 15. verſ. 23) Et ipſum ſalvatorem hunc dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Dei & Patris filium unigenitum expectare nos in cœlis, cum

Περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως.

Οὐχ ἁπλῶς ὁ κύριος τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ὑπὲρ ἡμῶν παρέδωκεν εἰς πάθος καὶ θάνατον, ἀλλ' ἵνα τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν πραγματεύσηται, καίπερ ἐλεύθερος ὢν τοῦ θανάτου, καθὼς ἀνωτέρω ὁ λόγος ἀπέδειξε. βοᾷ ὁ προφήτης ὡς ἐκ προσώπου αὐτοῦ, προαναφωνῶν τὸ μέλλον τῆς κατὰ σάρκα αὐτοῦ οἰκονομίας μυστήριον. ἐγενήθην, φησὶν, ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος, ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος. τίς δὲ ἐλεύθερος θανάτου, εἰ μὴ Θεός; ἀλλὰ κατὰ τὰς προαποδειχθείσας ἀποδείξεις σαρκωθεὶς διὰ φιλανθρωπίαν, γέγονεν ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος, ταπεινώσας τὴν ἑαυτοῦ σάρκα μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ, ἣ καὶ ἐγηγέρθαι κηρύττεται, ἵνα E ἡμᾶς ἀπαθανατίσας, πρυτανεύσῃ ἡμῖν τοῖς ἀπεγνωσμένοις διὰ τῆς ἡμετέρας ἀπαρχῆς τὴν τῆς ἀναστάσεως ἡμῶν ἐλπίδα· ὅπως μηκέτι ὦμεν δοῦλοι τῷ αἰωνίῳ θανάτῳ, ἀλλ' ἐλεύθεροι, καθάπερ καὶ ἡ ἀπαρχὴ ἡμῶν Χριστὸς, καθά φησιν ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλος· ἀπαρχὴ Χριστὸς, ἔπειτα οἱ τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ. ὃν καὶ σωτῆρα αὐτὸν δὴ τοῦτον τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς υἱὸν μονογενῆ ἀπεκδέχεσθαι ἡμᾶς ἐξ οὐρανῶν, ἀναστήσοντα ἡμῶν ἐκ τῶν τάφων τὰ σώματα, ἐπιμαρτύρεται, λέγων· ἡμῶν τὸ πο-

τὸ πολίτευμα, φησὶν, ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. οὕτω γὰρ δεῖ τὸ σῶμα ἡμῶν δοξασθῆναι, ὡς τὸ τοῦ δεσπότου, ἀνεπίδεκτον κακίας καὶ πάντων τῶν νῦν παθῶν, ἐλεύθερον τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἁμαρτίας, ἅγιον· ἵνα ἐν καινότητι ζωῆς σὺν αὐτῷ περιπατῆσαι δυνηθῶμεν ἐν φωτὶ ἐπουρανίῳ, συμβασιλεύοντες ἀεὶ αὐτῷ τῷ Χριστῷ. ἐν ταύτῃ γὰρ τῇ ἐλπίδι καὶ τὸ ἅγιον εἰλήφαμεν βάπτισμα, καὶ τὴν σωτήριον τῶν ἁγίων αὐτοῦ μελῶν μετουσίαν ὑποδεχόμεθα. ταῦτα τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τὰ δόγματα.

A noſtra corpora ex ſepulchris excitaverit, teſtatur dicens: *Converſatio noſtra in cælis eſt, unde & ſalvatorem expectamus dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ*. Sic enim oportet corpus noſtrum clarificari, ſicut & corpus domini, ut malitiam & eas quæ nunc ſunt paſſiones ſuſcipere nequeat, liberum a morte & peccato, ſanctum, ut in novitate vitæ cum ipſo poſſimus ambulare in cœleſti lumine, ſemper cum ipſo Chriſto regnantes. In hac enim ſpe ſanctum baptiſma percepimus, & ſalutarem ſanctorum ejus membrorum participationem ſuſcipimus. Hæc eccleſiæ catholicæ B dogmata ſunt.

*Phil. c. 3. verſ. 20.*

Ὅτι μία ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ.

Μία ἡ ἐκκλησία ἐν οὐρανοῖς, ἡ αὐτὴ καὶ ἐπὶ γῆς. ἐν ταύτῃ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπαναπαύεται. αἱ ἔξω ταύτης οὖσαι αἱρέσεις, ἃς ἔχουσιν οἱ ἄνθρωποι, οὐκ εἰσὶ διδασκαλίαι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, οὐδὲ τῶν ἀποστόλων· ἀλλὰ τοῦ σατανᾶ, καὶ τοῦ πατρὸς αὐτῶν τοῦ διαβόλου. τὰ γὰρ Ἰουδαίων καὶ Ἑλλήνων ἑτέρῳ σχήματι ἐκδιδάσκουσιν, ἵνα ἀφέλωνται τῶν ἀνθρώπων τὴν ὄντως ζωήν.

*Quod una eſt eccleſia Dei.*

Una eſt eccleſia in cœlo, eadem & in terra: & in hac requieſcit Spiritus ſanctus. Hæreſes autem quæ extra hanc ſunt, quas habent homines, non ſunt doctrinæ ſalvatoris noſtri, neque apoſtolorum, ſed ſatanæ & patris eorum diaboli. Quæ autem ſunt hæreſes Judæorum & Græcorum, alio docent modo, ut veram vitam hominibus auferant.

Περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ προγνώσεως, καὶ τοῦ κόσμου.

Μικρότερος ὁ κόσμος ἐγένετο διὰ τὴν πρόγνωσιν· προέγνω γὰρ ὁ Θεὸς ὅτι ἁμαρτήσει ὁ ἄνθρωπος. διὰ τοῦτο καινοὺς οὐρανοὺς καὶ καινὴν γῆν προσδοκῶμεν, κατὰ τὰ ἱερὰ γράμματα, φαινομένης ἡμῖν τῆς ἐπιφανείας καὶ βασιλείας τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ παραλήψονται τότε, καθά φησι Δανιὴλ, τὴν βασιλείαν ἅγιοι ὑψίστου, καὶ ἔσται ἡ γῆ καθαρὰ, ἁγία γῆ ζώντων, καὶ οὐ νεκρῶν. ἣν προεωρακὼς Δαυὶδ τῷ τῆς πίστεως ὀφθαλμῷ, βοᾷ· πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ κυρίου ἐν γῇ ζώντων, γῇ πραέων καὶ ταπεινῶν. μακάριοι γὰρ, φησιν, οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν· καὶ ὁ προφήτης· καὶ πατήσουσιν αὐτὴν, φησὶ, πόδες πραέων καὶ ταπεινῶν. ταῦτα ἐκ τῶν σπουδασθέντων τοῖς ἁγίοις ἡμῶν πατράσιν ἐκκλησιαστικῶν διατυπώσεων, μικρὰ ἐκ πολλῶν, τῇ δὲ τῇ συγγραφῇ συνετάξαμεν. ἐξέθεντο δὲ καὶ ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας εἴκοσιν ἐν αὐτῇ τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ, οὓς καὶ αὐτοὺς ἀναγκαῖον ᾠήθην ἐντάξαι τῷ γράμματι.

*De providentia Dei, & de mundo.*

C Minor mundus per providentiam factus eſt: prævidit enim Deus peccaturum eſſe hominem. Idcirco novos cœlos & novam terram ſperamus, juxta ſacras literas, apparente nobis præſentia & regno magni Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti: *Et tunc* (ut ait Daniel) *percipient ſancti regnum altiſſimi*, & erit terra pura, ſancta terra viventium, & non mortuorum; quam oculis fidei prævidens David clamat: *Credo videre bona domini in terra viventium*, terra manſuetorum & humilium. *Beati*, inquit, *mites quoniam ipſi poſſidebunt terram*. Et propheta: *Et calcabunt ipſam*, ait, *pedes manſuetorum & humilium*. Has ex elaboratis a ſanctis noſtris patribus conſtitutio- D nibus eccleſiaſticis, paucas ex multis hoc commentario deſcripſimus. Ediderunt autem & eccleſiaſticos canones viginti in Nicæna ſynodo: quos ipſos neceſſarium exiſtimavi huic ſcripto inſerere.

*Dan. cap. 7. verſ. 18.*

*Pſal. 26*

*Matth. 5.*

*Pſal. 10.*

*Canones eccleſiaſtici ſancta magnæque* [a] *ſynodi Nicænæ.*

*Definita ſunt hæc quæ ſubjicientur.*

CAPUT XXXI.

*De eunuchis qui ſeipſos caſtraverunt.*

I.

SI quis in ægritudine a medicis exciſus ſit, vel a barbaris exſectus, ille permaneat in clero. Si quis autem ſa-

a Verſio ſequens in pleriſque diverſa eſt ab iis quas ſupra exhibuimus a pag. 667. hujuſce tom. b eoſdem habes ſupra pag. 667. hujus tomi II.

Ὅροι ἐκκλησιαστικοὶ συναχθείσης τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου ἐν [b] Νικαίᾳ.

Ὡρίσθη τὰ ὑποτεταγμένα.

ΚΕΦΑΛ. λα΄.

Περὶ εὐνούχων ἀποκοψάντων ἑαυτούς.

α΄.

ΕἼ τις ἐκ νόσου ὑπὸ ἰατρῶν ἐχειρουργήθη, ἢ ὑπὸ βαρβάρων ἐξετμήθη, οὗτος μενέτω ἐκ τῷ κλή-

EDITIO TERTIA CANONUM NICÆN.

[a] *Canones eccleſiaſtici ſanctæ magnæque ſynodi Nicænæ.*

*Definita ſunt hæc quæ ſubjiciuntur.*

CAPUT XXXI.

I.

[a] *De Exciſis.*

SI quis per ægritudinem vel a medicis ſectus eſt, vel a barbaris caſtratus eſt, iſte permaneat in Clero. Quod ſi hus

a al. *De his qui ſe abſciderint, aut caſtraverint.*

---

1 In uno eodemque vetuſtiſſimo exemplari MS. quod ex Petri Pithœi monumentis non ita pridem editum eſt Pariſiis in Typographeo Regio, quatuor ſunt editiones Canonum Nicænorum, binæ binis e regione appoſitæ. Quarum prima eſt, quæ Dionyſii Exigui ſuperius pag. 679. eſt appellata: quarta, quæ Iſidori nomine ibidem

nus ſeipſum exſecuerit, hunc amplius in clero non haberi convenit: & deinceps neminem talem oportet promoveri. Sicut autem manifeſtum eſt, illud dictum eſſe de iis qui eam rem conſulto inſtituerunt, & auſi ſunt ſeipſos exſcindere: ita ſi qui vel a barbaris, vel a dominis ſuis eunuchi facti ſint, & inveniantur alioqui digni, eos in clerum recipit canon.

ρῳ. εἰ δέ τις ὑγιαίνων ἑαυτὸν ἐξέτεμε, τοῦτον καὶ ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεταζόμενον πεπαῦσθαι προσήκει, καὶ ἐκ τοῦ δεῦρο μηδένα τῶν τοιούτων χρῆναι * προσάγεσθαι. ὥσπερ δὲ τοῦτο πρόδηλον, ὅτι περὶ τῶν ἐπιτηδευόντων τὸ πρᾶγμα, καὶ τολμώντων ἑαυτοὺς ἐκτέμνειν, εἴρηται· οὕτως εἴ τινες ὑπὸ βαρβάρων ἢ δεσποτῶν εὐνουχίσθησαν, εὑρίσκοιντο δὲ ἄλλως ἄξιοι. τούτους εἰς κλῆρον προσίεται ὁ κανών.

quis ſemetipſum ſanus abſcidit, hic etiam, etſi eſt in Clero, ceſſare debet: & ex hoc nullum talem oportet ordinari. Sicut ergo de his qui vel affectaverunt, vel auſi ſunt ſeipſos abſcindere, hæc quæ diximus ſtatuta ſunt: ita ſi qui vel a barbaris, vel a dominis ſuis eunuchi facti ſunt, & probabilis vitæ ſunt, tales hos ſuſcipit Eccleſiaſtica regula.

* Is. προάγεσθαι.

## II.

a *De Neophytis neque Epiſcopos neque presbyteros faciendis*

a al. *De his qui ex ethnicis poſt baptiſma ad clerum applicantur.*

Quoniam multa ſive per neceſſitatem, ſive alias cogentibus, contra regulam Eccleſiaſticam geſta ſunt; ita ut homines ex vita gentili nuper adhuc accedentes ad fidem, & parvo tempore catechizati, vel inſtructi, ſtatim cum ad ſpiritalem baptiſmum venerint, & continuo baptizati fuerint, etiam ad epiſcopatum vel presbyterium proveherentur; rectum eſſe viſum eſt de cetero nihil tale fieri. Nam & tempore opus eſt ut ſit catechumenus, & poſt baptiſma multa probatione indiget. Evidens namque eſt Apoſtolicum præceptum docens: *Non neophytum, ne elatus in judicium incidat, & laqueum diaboli.* Si vero procedente tempore, quod animæ noceat peccatum inventum fuerit in ea perſona, & convincitur duobus vel tribus teſtibus; ceſſabit a clero, qui hujuſmodi eſt. Si quis vero præter hæc facit, tamquam contraria ſtatutis ſancti hujus Concilii gerens, etiam ipſe de ſtatu ſui ordinis periclitabitur.

* Is. προάγειν.

Περὶ τῶν ἀπὸ ἐθνικῶν εἰς χειροτονίαν προαχθέντων.

β'.

Ἐπειδὴ πολλὰ εἴτε ὑπὸ ἀνάγκης, ἢ ἄλλως πως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο παρὰ τὸν κανόνα τὸν ἐκκλησιαστικόν, ὥστε ἀνθρώπους ἀπὸ ἐθνικοῦ βίου ἄρτι προσελθόντας τῇ πίστει, καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ κατηχηθέντας, εὐθὺς ἐπὶ τὸ πνευματικὸν λουτρὸν ἄγειν, καὶ ἅμα τῷ βαπτισθῆναι * προσάγειν εἰς ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, καλῶς ἔχειν ἔδοξε τοῦ λοιποῦ μηδὲν τοιοῦτον γίνεσθαι· καὶ γὰρ καὶ χρόνου δεῖ τῷ κατηχουμένῳ, καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα δοκιμασίας πλείονος. σαφὲς γὰρ τὸ ἀποστολικὸν γράμμα τὸ λέγον· μὴ νεόφυτον, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρίμα ἐμπέσῃ καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου. εἰ δὲ προϊόντος τοῦ χρόνου ψυχικόν τι ἁμάρτημα εὑρεθείη περὶ τὸ πρόσωπον, καὶ ἐλέγχοιτο ὑπὸ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων, παυέσθω ὁ τοιοῦτος τοῦ κλήρου· ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν, ὡς ὑπεναντία τῇ μεγάλῃ συνόδῳ θρασυνόμενος, αὐτὸς κινδυνεύσει [1] περὶ τοῦ κλήρου.

*De his qui ab ethnicis venientes ordinantur.*

## II.

Quoniam multa vel pro neceſſitate, vel alioqui cogentibus hominibus contra canonem eccleſiaſticum facta ſunt, ita ut homines ex vita gentili nuper accedentes ad fidem, & exiguo tempore eruditi, ſtatim ad ſpirituale lavacrum ducantur, & ſimul atque baptizati fuerint, ad epiſcopi vel presbyteri dignitatem promoveantur: recte igitur viſum eſt, de cetero nihil tale debere fieri. Nam & tempore opus habet catechumenus, & poſt baptiſmum longiori probatione indiget. Evidens namque apoſtolicum præceptum eſt, dicens, *Non neophytum, ne forte inflatus in judicium incidat, & laqueum diaboli.* Si vero procedente tempore, animi aliquod peccatum inveniatur in ea perſona, & duobus vel tribus teſtibus convincatur, abſtineat talis a clero. Si quis vero adverſus hæc facit, tamquam adverſus magnum concilium aliquid audens, de clericatu periclitabitur.

## III.

b *De Syneſactis.*

b al. *De commanentibus mulieribus.*

Omnimodis interdixit ſancta ſynodus, neque epiſcopo,

Περὶ τῶν τὰς συνεισάκτους ἐχόντων.

γ'.

Ἀπηγόρευσε καθόλου ἡ μεγάλη σύνοδος, μήτε ἐπισκό-

*De his qui mulieres ſubintroductas habent.*

## III.

Magna ſynodus pleniſſime vetuit epiſcopum, presbyte-

neque

pag. 686. eſt edita. Hoc itaque loco viſum Harduino eſt tertiam ex illis repræſentare, expuncta Balforei interpretatione, nec ſatis, ut ille ait, accurata, nec alicujus auctoritatis: præſertim cum hæc tertia & titulos habeat fere eoſdem, atque codex cl. Hardyi Senatoris Pariſienſis ſuperius laudatus; & initium exhibeat ſexti Canonis Nicæni, quale a Paſchaſio Latine recitatur in Actione XVI. Concilii Chalcedonenſis. Nobis Labbeanam editionem recudentibus non licuit Balforei interpretationem, qualiſcumque ea ſit, omittere; ne quid vero in hac deſideretur, quod in Harduini collectione occurrat, placuit tertiam illam veterem interpretationem hic e regione Balforeanæ, & Græci textus apponere, qualis ab Harduino exhibetur. Secunda vero ex prædictis quatuor editionibus, ea ipſa eſt, quæ in Concilio Carthaginenſi VI. ſuo loco exhibet Labbeus; cujus titulos hic in margine tertiæ adjecit Harduinus, quoniam Græco textui ſunt magis affines. Has porro quatuor editiones olim ab Iſidoro collectas, & viſas fuiſſe Hincmaro Remenſi, refert Franc. Turrianus lib. 5. Defenſionis pro Epiſt. Pontif. cap. 23. his verbis: *Iſidori meminit Igmarus Archiepiſcopus Remenſis in lib. de variis capitulis Eccleſiaſticis cap. 25. de tranſlatione e Græco Conciliorum & Canonum: ſic enim ait: Et beatus Iſidorus in collectario ſuo de Canonibus quatuor editiones Nicæni Concilii compaginavit.*

1 Joannes Antiochenus περὶ τοῦ κλήρου τοῦ ἰδίου. *Harduinus.*

neque presbytero, neque diacono, neque ulli omnino Clericorum permittit habere ſecum mulierem extraneam, niſi forte mater ſit, aut ſoror, aut amita. In his namque perſonis & harum ſimilibus omnis ſuſpicio declinatur. Qui aliter præter hæc agit, periclitabitur de Clero ſuo.

IV.

a al. De ordinatione epiſcoporum.

*a De Epiſcopis a comprovincialibus ordinandis.*

Oportet epiſcopum maxime quidem ab omnibus qui ſunt in provincia epiſcopis ordinari. Si vero hoc difficile fuerit, ſive urgente neceſſitate, ſive itineris longitudine; certe omni modo tres epiſcopi in unum debent eſſe congregati; ita ut etiam ceterorum abſentium conſenſum & ſententiam per litteras teneant, & ita faciant ordinationem. Poteſtas ſane vel confirmatio pertinebit per ſingulas provincias ad metropolitanum.

V.

b al. De excommunicatione.

*b De his qui excommunicantur, ſive clericis, ſive laicis.*

De his qui excommunicantur ab epiſcopis ſuis per ſuas quaſque provincias, ſervetur iſta ſententia ſecundum canonem, ut hi qui ab aliis excommunicantur, ab aliis non recipiantur. Requiratur ſane, ne forte quis pro aliqua indignatione animi aut contentione, aut qualibet commotione ſtomachantis epiſcopi abjectus ſit. Ut ergo hæc digna poſſint examinatione perquiri, rectum eſſe viſum eſt per ſingulos annos in ſingulis quibuſque provinciis bis in anno epiſcoporum Concilia fieri; ut ſimul in unum convenientes epiſcopi ex univerſis provinciis, hujuſmodi examinent quæſtiones; & ita demum hi qui ob culpas ſuas epiſcoporum ſuorum offenſam merito contraxerint, digne etiam a ceteris epiſcopis excommunicati ſint: uſquequo in commune omnibus, aut ipſi epiſcopo ſuo, placeat humaniorem circa eos ferre ſententiam. Fiant autem Concilia ſemel quidem ante dies Quadrageſimæ; ut omnibus ſi quæ ſunt ſimul-

κόπῳ, μήτε πρεσβυτέρῳ, μήτε διακόνῳ, μήθ' ὅλως τῶν ἐν τῷ κλήρῳ τινὶ ἐξεῖναι συνείσακτον ἔχειν. πλὴν εἰ μὴ ἄρα μητέρα ἢ ἀδελφὴν ἢ θείαν, ἢ ἃ μόνα πρόσωπα διαπέφευγε πᾶσαν ὑποψίαν. ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν κινδυνεύσει περὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀξίαν.

Περὶ καταστάσεως ἐπισκόπων.

δ.

Ἐπίσκοπον προσήκει μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων καθίστασθαι· εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τὸ τοιοῦτον, ἢ διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην, ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ, ἐξάπαντος τρεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένους, συμψήφων γενομένων καὶ τῶν ἀπόντων, καὶ συντιθεμένων διὰ γραμμάτων, τότε τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι. τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων δίδοσθαι εἰς ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ Μητροπολίτῃ ἐπισκόπῳ.

Περὶ τῶν ἀκοινωνήτων γινομένων.

ε.

Περὶ τῶν ἀκοινωνήτων γινομένων, εἴτε τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, εἴτε τῶν ἐν τῷ λαϊκῷ τάγματι, ὑπὸ τῶν καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπων, κρατείτω ἡ γνώμη κατὰ τὸν κανόνα, τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἀποβληθέντας, ὑφ' ἑτέρων μὴ προσίεσθαι. ἐξεταζέσθω δὲ, μὴ μικροψυχίᾳ, ἢ φιλονεικίᾳ, ἤ τινι τοιαύτῃ ἀηδίᾳ τοῦ ἐπισκόπου, ἀποσυνάγωγοι γεγένηνται· ἵνα οὖν τοῦτο τὴν πρέπουσαν ἐξέτασιν λαμβάνῃ, καλῶς ἔχειν ἔδοξεν ἑκάστου ἐνιαυτοῦ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν δὶς τοῦ ἔτους συνόδους γίνεσθαι, ἵνα κοινῇ πάντων τῶν ἐπισκόπων τῆς ἐπαρχίας ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένων, τὰ τοιαῦτα ζητήματα ἐξετάζοιτο· καὶ οὕτως οἱ ὁμολογουμένως προσκεκρουκότες τῷ ἐπισκόπῳ κατὰ λόγον ἀκοινώνητοι παρὰ πάντων εἶναι δοκῶσι, μέχρις ἂν τῷ κοινῷ ἢ τῷ ἐπισκόπῳ δόξῃ τὴν φιλανθρωποτέραν περὶ αὐτῶν ἐκθέσθαι ψῆφον. αἱ δὲ σύνοδοι γινέσθωσαν, μία μὲν πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς, ἵνα πάσης μικροψυχίας ἀναιρουμένης, τὸ δῶρον

rum, diaconum aut ullum clericorum habere ſecum mulierem introductam: niſi forte matrem vel ſororem vel amitam, vel denique eas ſolas perſonas, quæ omni ſuſpicione carere ſolent. Qui ſecus faxit, de dignitate ſua periclitabitur.

*De ordinatione epiſcopi.*

IV.

Epiſcopum oportet maxime ab omnibus epiſcopis qui in provincia ſunt, conſtitui: quod ſi hoc difficile vel ob urgentem aliquam neceſſitatem, vel ob itineris longitudinem fuerit, certe tres in unum locum convenientes, dummodo conſenſerint qui abſunt, & per literas approbaverint, manus impoſitionem faciant. Confirmatio vero eorum quæ fiunt in ſingulis provinciis, dari debet a metropolitano epiſcopo.

*De excommunicatis.*

V.

De iis qui excommunicantur, ſive in clero ſint, ſive in laicorum ordine, ab cujuſque provinciæ epiſcopis, obtineat ſententia ſecundum canonem jubentem, ab aliis ejectos, ab aliis non admitti. Exquiratur autem num impotentia animi, aut pertinacia, aut aliqua alia indignatione epiſcopi ſint excommunicati. Ut igitur iſtud convenienti inquiſitione examinetur, recte placuit quotannis per ſingulas provincias bis in anno ſynodos fieri, ut omnibus provinciæ epiſcopis ſimul in unum locum convenientibus, hujuſmodi quæſtiones excutiantur, & ita demum qui manifeſte epiſcopum offenderint, merito apud omnes excommunicati habeantur, donec communi epiſcoporum cœtui, vel privatim ipſi epiſcopo, viſum fuerit humaniorem de ipſis ferre ſententiam. Synodi autem fiant, una quidem ante quadrageſimam, ut omni ſimultate depoſita, donum mundum offeratur Deo: altera vero circa tempus autumni.

tati-

tatibus amputatis, mundum ſolemne Deo munus poſſit offerri. Secundum vero fiat circa tempus autumni.

VI.

a al. *De privilegiis quæ quibuſdam civitatibus competunt.*

[a] *Quod eccleſia Romana ſemper habuit primatum.*

Teneat autem morem antiquum & Ægyptus, vel Libya & Pentapolis: ita ut epiſcopus Alexandriæ harum omnium habeat poteſtatem; quoniam & Romano epiſcopo hæc eſt conſuetudo. Similiter autem & qui in Antiochia conſtitutus eſt. Itaque & in ceteris provinciis privilegia ſalva ſint Eccleſiarum. Omnino autem manifeſtum ſit hoc: quod ſi quis præter voluntatem metropolitani fuerit epiſcopus ordinatus, hunc ſtatuit hæc ſancta ſynodus non debere eſſe epiſcopum. Sane ſi communi omnium conſenſu rationabiliter habito, & ſecundum Eccleſiaſticam regulam facto decreto, duo aliqui aut tres per contentionem ſuam contradixerint, obtineat ſententia plurimorum.

VII.

b al. *De epiſcopo Æliæ, id eſt, Hieroſolymorum.*

[b] *De honore Hieroſolymitani epiſcopi.*

Quoniam antiquus mos obtinuit, & vetuſta traditio, ut Æliæ, id eſt, Hieroſolymorum epiſcopo deferatur, habeat conſequenter honorem. Metropolitano ſuo dignitas ſalva ſit.

VIII.

c al. *De his qui ſe nominant Catharos.*

[c] *De his qui dicuntur Mundi, quo genere ſuſcipiendi ſint.*

De his qui ſeipſos Catharos, id eſt Mundos vocant, ſi qui veniant ad Eccleſiam catholicam, placuit ſancto Concilio ut ordinentur, & ſic maneant in clero. Ante omnia vero hoc eos per ſcripturam convenit profiteri; ut fateantur ſe cum omni conſenſu obſervaturos catholicæ & Apoſtolicæ ſtatuta Ecclecleſiæ, id eſt, communicaturos ſe his, qui forte ſecundas nuptias experti ſunt, vel his qui perſecutionis tempore lapſi ſunt: quibus tamen pœnitentiæ modus & tempus ſequantur ea quæ in catho-

καθαρὸν προσφέρηται τῷ Θεῷ· δευτέρα δὲ περὶ τὸν τοῦ μετοπώρου καιρόν.

Περὶ τῶν ἐξαιρέτων τιμῶν, αἳ πρὸς τοὺς μείζονας * κυβερνῶσιν ἐπισκόπους ἐκκλησιαστικῶς ἐκανονίσθησαν.

ϛʹ.

Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύαις καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπίσκοπον πάντων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις. καθόλου δὲ πρόδηλον ἐκεῖνο, ὅτι εἴ τις χωρὶς γνώμης τοῦ μητροπολίτου γένοιτο ἐπίσκοπος, τὸν τοιοῦτον ἡ σύνοδος ἡ μεγάλη ὥρισε μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον· ἐὰν μέντοι τῇ κοινῇ πάντων ψήφῳ εὐλόγῳ οὔσῃ καὶ κατὰ τὸν κανόνα τὸν ἐκκλησιαστικὸν, δύο ἢ τρεῖς δι' οἰκείαν φιλονεικίαν ἀντιλέγωσι, κρατείτω ἡ τῶν πλειόνων ψῆφος.

Περὶ τοῦ ἐν Αἰλίᾳ ἐπισκόπου.

ζʹ.

Ἐπειδὴ συνήθεια κεκράτηκε, καὶ παράδοσις ἀρχαία, ὥστε τὸν ἐν Αἰλίᾳ ἐπίσκοπον τιμᾶσθαι, ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, τῇ μητροπόλει σωζομένου τοῦ οἰκείου ἀξιώματος.

Περὶ ὀνομαζομένων καθαρῶν.

ηʹ.

Περὶ τῶν ὀνομαζόντων μὲν ἑαυτοὺς καθαρούς ποτε, προσερχομένων δὲ τῇ ἁγιωτάτῃ ἀποστολικῇ καὶ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε χειροτονουμένους αὐτοὺς οὕτως μένειν ἐν τῷ κλήρῳ. πρὸ ἁπάντων δὲ τοῦτο ὁμολογῆσαι αὐτοὺς ἐγγράφως προσήκει, ὅτι συνθήσονται καὶ ἀκολουθήσουσι τοῖς τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας δόγμασι, τοῦτ' ἔστι διγάμοις κοινωνῶν, καὶ τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεπτωκόσιν, ἐφ' ὧν καὶ χρόνος τέτακται, καὶ καιρὸς ὥρισται, ὥστε αὐτοὺς ἀκολουθεῖν ἐν πᾶσι τοῖς δόγμασι τῆς καθολι-

*De præcipuis honoribus qui majori epiſcopo in gubernatione eccleſiaſtica decreti ſunt.* * κυβερνῶν. (1)

VI.

Antiquus mos valeat qui in Ægypto eſt, Libya & Pentapoli; ut Alexandrinus epiſcopus omnium poteſtatem habeat, quoniam & urbis Romæ epiſcopo conſuetum hoc eſt. Similiter autem & apud Antiochiam & ceteras provincias unicuique ſuus ſervetur honor. Illud omnino manifeſtum eſt, quod ſi quis præter ſententiam metropolitæ factus fuerit epiſcopus, hunc magna ſynodus cenſuit non oportere eſſe epiſcopum: ſi vero communi omnium ſuffragio, eoque juſto ſecundum eccleſiaſticum canonem comprobato, contradixerint duo aut tres propria pertinacia inducti, valeat plurimorum ſententia.

*De Ælia Epiſcopo.*

VII.

Quoniam conſuetudo obtinuit & antiqua traditio, ut Æliæ epiſcopus honoretur, habeat proximum gradum honoris, ſalva propria dignitate metropolis.

*De iis qui vocantur cathari, id eſt puri.*

VIII.

De iis qui ſe aliquando vocarunt catharos, cum ad ſanctam catholicam & apoſtolicam eccleſiam venerint, placuit ſancto & magno concilio, ut manus iis imponantur, & ſic maneant in clero. Ante omnia profiteri ipſos ſcripto oportet, quod obſervabunt & ſequenter catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ dogmata, hoc eſt, quod communicabunt cum his qui ſecundas nuptias experti ſunt, & his qui perſecutionis tempore lapſi ſunt, quibus tamen & tempus conſtitutum & dies definitus eſt, ut ſequatur in omni-

(1) Vel potius, αἱ τοὺς μείζονας κυβερνῶσιν ἐπισκόπους. *Hard.*

lica & Apoſtolica obſervantur Eccleſia. Sicubi igitur vel in vicis vel in urbibus ſoli ipſi reperti fuerint ordinati; hi qui inveniuntur in clero, in eo permaneant. Si vero epiſcopus vel presbyter catholicæ eccleſiæ fuerit, ad quem aliqui ex his accedunt: certum eſt quod epiſcopus eccleſiæ habeat ſuam dignitatem. Similiter & presbyter & diaconus debent. Hi vero qui ab iſtis veniunt, ſi forte epiſcopus fuerit, habeat presbyterii dignitatem: niſi forte placeat epiſcopo catholico concedere ei etiam epiſcopalis nominis honorem. Si vero non placuerit, inveniat ei locum, ut ſit in parochia chorepiſcopus aut presbyter, dummodo permanere videatur in clero; & ne in una civitate duo ſint epiſcopi.

IX.

a al. De his qui ad ſacerdotium ſine examinatione promoti ſunt.

[a] *De his qui inexaminati ordinantur.*

Si qui ſine examinatione provecti presbyteri, & poſt examinati confeſſi fuerint peccata ſua, & cum confeſſi fuerint, contra regulam venientes homines manus temere eis impoſuerint, hos eccleſiaſticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehenſibile eſt catholica defendit Eccleſia.

X.

b al. De his qui negaverunt in perſecutione, & poſtea ad clericatum promoti ſunt.

[b] *De lapſis ordinatis.*

Quicumque ex his qui lapſi ſunt, per ignorantiam ordinati ſunt, vel contemptum eorum qui eos ordinaverunt, hoc non præjudicat Eccleſiaſticæ regulæ. Cum enim repertum fuerit, deponantur.

XI.

c al. De his qui negaverunt, & habentur in laicis.

[c] *De prævaricatis recipiendis per pœnitentiam.*

De his qui prævaricati ſunt ſine ulla neceſſitate, ſine ablatione patrimonii, vel ſine periculo, aut aliqua tali re, quæ eſt in noviſſima tyrannide Licinii: placuit ſancto Concilio, licet indigni ſint miſericordia, tamen aliquid [d] contra eos humanitatis oſtendi. Si qui ergo ex animo pœnitent, tribus annis inter auditores conſtituantur: ſi tamen

d forte, circa eos.



κῆς ἐκκλησίας, δόγμασι τοῦτ᾽ ἔστι διγάμοις κοινωνῶν, καὶ τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεπτωκόσιν, ἐφ᾽ ὧν καὶ χρόνος τέτακται, καὶ καιρὸς ὥρισται, ὥστε αὐτοὺς ἀκολουθεῖν ἐν πᾶσι τοῖς δόγμασι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. ἔνθα μὲν οὖν πάντες εἴτε ἐν κώμαις, εἴτε ἐν πόλεσιν αὐτοὶ μόνοι εὑρίσκοιντο χειροτονηθέντες, εὑρισκόμενοι ἐν τῷ κλήρῳ, ἔσονται ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι. ὅσοι δὲ τοῦ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ὄντος, προσέρχονται, πρόδηλον ὡς ὁ μὲν ἐπίσκοπος τῆς ἐκκλησίας ἕξει τὸ ἀξίωμα τοῦ ἐπισκόπου· ὁ δὲ ὀνομαζόμενος παρὰ τοῖς καθαροῖς ἐπίσκοπος τὴν τοῦ πρεσβυτέρου τιμὴν ἕξει· πλὴν εἰ μὴ ἄρα δοκοίη τῷ ἐπισκόπῳ τῆς τιμῆς τοῦ ὀνόματος αὐτὸν μετέχειν. εἰ δὲ μὴ τοῦτο αὐτῷ ἀρέσκοι, ἐπινοήσει τόπον ἢ χωρεπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου, ὑπὲρ τοῦ ἐν τῷ κλήρῳ ὅλως δοκεῖν εἶναι, ἵνα μὴ ἐν τῇ πόλει δύο ἐπίσκοποι ὦσιν.

Περὶ χειροτονίας πρεσβυτέρων, θʹ.

Εἴ τινες ἀνεξετάστως προήχθησαν πρεσβύτεροι, ἢ ἀνακρινόμενοι ὡμολόγησαν τὰ ἡμαρτημένα αὐτοῖς, καὶ ὁμολογησάντων, παρὰ κανόνα κινούμενοι ἄνθρωποι χεῖρας ἐπιτεθείκασι, τοὺς τοιούτους ὁ κανὼν οὐ προσίεται. τὸ γὰρ ἀνεπίληπτον * ἐκδικήσει ἡ καθολικὴ ἐκκλησία.

Περὶ τῶν * πταισάντων, καὶ προχειρισθέντων κατὰ ἄγνοιαν. ιʹ.

Ὅσοι προεχειρίσθησαν τῶν παραπεπτωκότων κατὰ ἄγνοιαν, ἢ καὶ προειδότων τῶν προχειρισαμένων, τοῦτο οὐ προκρίνει τῷ κανόνι τῷ ἐκκλησιαστικῷ. γνωσθέντες γὰρ καθαιροῦνται.

Περὶ τῶν παραβάντων χωρὶς ἀνάγκης. ιαʹ.

Περὶ τῶν παραβαινόντων χωρὶς ἀνάγκης, ἢ ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων, ἢ χωρὶς κινδύνου, ἢ τινος τοιούτου, ὃ γέγονεν ἐπὶ τῆς τυραννίδος Λικινίου· ἔδοξε τῇ συνόδῳ, εἰ καὶ ἀνάξιοι ἦσαν φιλανθρωπίας, ὅμως χρηστεύσασθαι εἰς αὐτούς. ὅσοι οὖν γνησίως μεταμελοῦνται, τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις ποιήσουσι, καὶ

omnibus decreta catholicæ eccleſiæ. Ubicumque igitur ſive in pagis ſive in urbibus ipſi inveniantur ordinati, inventi in clero, erunt in eodem ordine: quicumque autem eo veniunt, ubi jam eſt eccleſiæ catholicæ epiſcopus aut presbyter, manifeſtum quod epiſcopus eccleſiæ habebit auctoritatem epiſcopi: qui autem a catharis vocatur epiſcopus, presbyteri honorem habebit: niſi forte placuerit epiſcopo, nominis honorem illi impertire. Sin minus hoc ei placuerit, providebit illi locum vel chorepiſcopi, vel presbyteri; ut omnino ille in clero eſſe videatur, & in una urbe non ſint duo epiſcopi.

*De ordinatione presbyterorum.*

IX.

Si qui citra examinationem promoti ſunt presbyteri, aut examinati confeſſi ſunt peccata ſua, & poſtquam confeſſi ſunt, homines commoti manus eis impoſuerint præter canonem, tales non admittit canon. Quod enim reprehenſione caret, tuetur eccleſia catholica. * γρ. ἐκδικεῖ.

*De lapſis, & ordinatis per ignorantiam.* * γρ. παραπεσόντων.

X.

Quicumque ex lapſis ordinati ſunt per ignorantiam, vel etiam ſcientibus iis qui ordinarunt, hoc non præjudicat canoni eccleſiaſtico: cogniti enim deponuntur.

*De his qui prævaricati ſunt citra neceſſitatem.*

XI.

De his qui prævaricati ſunt abſque neceſſitate, aut abſque facultatum ablatione, aut abſque periculo, aut aliquo ſimili, quod factum eſt ſub tyrannide Licinii. placuit ſanctæ ſynodo, licet indigni fuerint humanitate, benignitate tamen aliqua erga eos uti. Quoſcumque igitur ſerio pœnitet, ii tres annos inter audientes agent, ſeptem annis



fide-

fideles ſint: & ſeptem annis inter pœnitentes ſint: duobus vero annis extra communionem in oratione ſola participes fiant populo.

XII.

a al. *De his qui abrenunciant, & iterum ad ſeculum ſunt reverſi.*

a *De pœnitentia eorum qui baptizati ad ſecularem militiam revertuntur.*

Si qui vero vocati per Dei gratiam primo quidem oſtenderunt fidem ſuam depoſito militiæ cingulo, poſthæc autem ad proprium vomitum reverſi ſunt, ita ut pecunias darent & ambirent rurſus redire ad militiam; iſti decem annis ſint inter pœnitentes, poſt primum triennium quo fuerint inter auditores. In omnibus vero illud præcipue obſervandum, ut animus ac propoſitum eorum vel ſpecies pœnitentiæ requiratur. Quicumque enim cum omni timore & lachrymis perſeverantibus & operibus bonis converſionem ſuam, non ſolo habitu, ſed opere & veritate demonſtrant; hi tempora ſtatuta complentes merito orationibus communicabunt. Licebit autem epiſcopo etiam humanius circa eos aliquid cogitare. Si qui vero indifferenter habuerunt lapſum ſuum, & ſufficere ſibi exiſtimaverunt ad converſionem, hoc ipſum quod introire in Eccleſiam videbantur; iſti omnimodo tempora ſtatuta complere debent.

XIII.

b al. *De his qui in exitu communionem requirunt.*

b *De reconciliatione danda morientibus.*

De his vero qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula obſervabitur etiamnunc: ita ut ſi recedunt ex corpore, ultimo & neceſſario vitæ ſuæ viatico non defraudentur. Quod ſi deſperatus aliquis accepta communione ſupervixerit, ſit inter illosqui in oratione ſola communicant, donec tempus ſtatutum compleatur. De omnibus tamen his, qui c ex nudo corporis recedunt, & Euchariſtiam poſtulant, in tradenda eis communione, cura & probatio ſit d epiſcopo.

c al. ex nodo.

d al. epiſcopi.

πτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται· δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῶν εὐχῶν.

*Περὶ τῶν ἀποταξαμένων, καὶ πάλιν εἰς κόσμον ἀναδραμόντων.*

ιβ΄.

Οἱ προσκληθέντες ὑπὸ τῆς χάριτος, καὶ τὴν πρώτην ὁρμὴν ἐνδειξάμενοι, καὶ ἀποθέμενοι τὰς ζώνας, μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τὸν οἰκεῖον ἔμετον ἀναδραμόντες, ὥς τινας καὶ ἀργύρια προέσθαι, καὶ βενεφικίοις κατορθῶσαι τὸ στρατεύεσθαι· οὗτοι δέκα ἔτη ὑποπιπτέτωσαν, μετὰ τὸν τῆς τριετοῦς ἀκροάσεως χρόνον. ἐφ᾽ ἅπασι δὲ τούτοις προσήκει ἐξετάζειν τὴν προαίρεσιν, καὶ τὸ εἶδος τῆς μετανοίας. ὅσοι μὲν γὰρ καὶ φόβῳ, καὶ δάκρυσι, καὶ ὑπομονῇ, καὶ ἀγαθοεργίαις τὴν ἐπιστροφὴν ἔργῳ οὐ σχήματι ἐπιδείκνυνται, οὗτοι πληρώσαντες τὸν χρόνον τὸν ὡρισμένον τῆς ἀκροάσεως, τῶν εὐχῶν κοινωνήσουσι. μετὰ τοῦ ἐξεῖναι τῷ ἐπισκόπῳ φιλανθρωπότερον τι περὶ αὐτῶν βουλεύσασθαι. ὅσοι δὲ διαφόρως ἤνεγκαν, καὶ τὸ σχῆμα τοῦ εἰσιέναι εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀρκεῖν ἑαυτοῖς ἡγήσαντο πρὸς τὴν ἐπιστροφὴν, ἐξάπαντος πληρούτωσαν τὸν χρόνον.

*Περὶ τῶν ἐν τῷ ἀποθνήσκειν κοινωνίαν ἐπιζητούντων.*

ιγ΄.

Περὶ τῶν ἐξοδευόντων ὁ παλαιὸς καὶ κανονικὸς νόμος φυλαχθήσεται καὶ νῦν, ὥστε εἴ τις ἐξοδεύοι, τοῦ δεσποτικοῦ ἐφοδίου μὴ ἀποστερεῖσθαι· εἰ δὲ ἀπογνωσθεὶς, καὶ κοινωνίας τυχὼν, καὶ προσφορᾶς μετασχὼν, πάλιν ἐν τοῖς ζῶσιν ἐξετασθείη, ἔστω μετὰ τῶν κοινωνούντων τῆς εὐχῆς μόνης. καθόλου δὲ καὶ περὶ παντὸς οὑτινος ἐξοδεύοντος αἰτοῦντος μετασχεῖν εὐχαριστίας ὁ ἐπίσκοπος μετὰ δοκιμασίας μεταδιδότω τῆς προσφορᾶς.

proſternentur ſupplices, duobus vero abſque oblatione, orationum cum populo participes erunt.

*De iis qui ſeparaverunt ſe, & iterum ad mundum redierunt*

XII.

Qui vocati ſunt per gratiam, & primam alacritatem ſuam oſtenderunt, & cingulum militiæ depoſuerunt, poſtea vero tamquam canes ad proprium vomitum redierunt, ſic ut quidam etiam pecuniam conferant, & beneficiis militiam repetant: iſti decem annos proſternantur ſupplices, etiam poſt auditionis triennium. Sed in his omnibus oportet propoſitum perpendere, & genus pœnitentiæ. Quicumque enim timore, & lachrymis, & perſeverantia, & bonis operibus emendationem vitæ reipſa, non ſimulatione oſtendunt; hi poſtquam præfinitum tempus auditionis compleverint, orationum participes erunt: deinde vero licebit & epiſcopo humanius aliquid de iis ſtatuere. Qui vero utcumque tulerunt, & videri eccleſiam ingredi ſufficere ſibi exiſtimarunt ad mutationem vitæ, illi tempus omne quod præfinitum eſt impleant. T/al. 24.

*De his qui morituri communionem petunt*

XIII.

De his qui ex hac vita excedunt vetus & canonica lex ſervetur etiam nunc, ut ſi quis decedat, dominico viatico non fraudetur: quod ſi deſperatus communione ſumpta & hoſtia percepta iterum convaleſcat, ſit inter eos qui orationum tantum participes ſunt. Omnino vero cuicumque morituro petenti euchariſtiam, epiſcopus cum inquiſitione tribuat hoſtiam.

XIV.

*De catechumenis lapſis*

De catechumenis vero lapſis, placuit ſancto Concilio, ut tribus annis ſint inter auditores tantummodo: poſthæc vero orent cum catechumenis.

XV.

a al. *De clericis, ne de civitate ad aliam tranſeant*

a *De his qui Eccleſias deſerunt, & ad alias tranſeunt.*

Propter multas perturbationes & ſeditiones, quæ fieri ſolent; placuit omnimodo abſcindi iſtam conſuetudinem, ſi contra regulam repertus fuerit in aliquibus partibus de civitate ad civitatem tranſire epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel clericus. Si quis vero poſthæc ſtatuta ſancti hujus concilii tale aliquid audere tentaverit, infringetur omni genere hujuſmodi conatus; & reſtituetur propriæ Eccleſiæ, in qua vel epiſcopus vel presbyter aut diaconus ordinatus eſt.

XVI.

b al. *De his qui in Eccleſiis ſuis, in quibus provecti ſunt, non morantur.*

b *De non ſuſcipiendis alterius Eccleſiæ Clericis.*

Si qui ſine reſpectu agentes, & timorem Dei ante oculos non habentes, neque eccleſiaſtica ſtatuta ſcientes, receſſerint ab Eccleſia ſua, ſive presbyteri, ſive diacones, ſive in quocumque ordine eccleſiaſtico poſiti fuerint, hi nuſquam ſuſcipi debent in Eccleſia: ſed cum omni neceſſitate cogantur ut redeant ad eccleſias ſuas: aut ſi permanſerint, excommunicatos eos eſſe oportet. Si quis autem auſus fuerit aliquem qui ad alterum pertinet, ordinare in ſua eccleſia, cum non habeat conſenſum epiſcopi illius, a quo receſſit clericus ſuus, irrita ſit hujuſmodi ordinatio

XVII.

c al. *De clericis qui uſuras accipiunt.*

c *De feneratoribus Clericis.*

Quoniam multi clerici avaritiæ cauſa turpia lucra ſectantes, oblitique divini præcepti quod dicit, *Qui pecu-*

Περὶ τῶν κατηχουμένων, παραπεσόντων δέ.

ιδ'.

Περὶ τῶν κατηχουμένων καὶ παραπεσόντων ἐν τῇ κατηχήσει, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε τριῶν ἐτῶν αὐτοὺς ἀκροασαμένους μόνον, μετὰ ταῦτα εὔχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων.

Περὶ τοῦ μὴ δεῖν μετατίθεσθαι ἀπὸ ἑτέρας πόλεως εἰς ἑτέραν.

ιε'.

Διὰ τὸν πολὺν τάραχον, καὶ στάσεις τὰς γινομένας, ἔδοξε παντάπασι περιαιρεθῆναι τὴν συνήθειαν τὴν παρὰ τὸν κανόνα εὑρεθεῖσαν ἔν τισι μέρεσιν, ὥστε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μὴ μεταβαίνειν, μήτε ἐπίσκοπον, μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον. εἰ δέ τις μετὰ τὸν τῆς ἁγίας συνόδου ὅρον τοιοῦτό τι ἐπιχειρήσειεν, ἢ ἐπιδῷ ἑαυτὸν πράγματι τοιούτῳ, ἀκυρωθήσεται ἐξάπαντος τὸ κατασκεύασμα, καὶ ἀποκατασταθήσεται τῇ ἐκκλησίᾳ, ἧς ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ἐχειροτονήθη.

Περὶ τῶν ἐν αἷς προεβλήθησαν ἐκκλησίαις οὐκ ἐμμενόντων.

ιϛ'.

Ὅσοι ῥιψοκινδύνως, μήτε τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, μήτε τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα εἰδότες, ἀναχωρήσουσι τῆς ἐκκλησίας, πρεσβύτεροι, ἢ διάκονοι, ἢ ὅλως ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεταζόμενοι· οὗτοι οὐδαμῶς δεκτοὶ ὀφείλουσιν εἶναι ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ ἀλλὰ πᾶσαν αὐτοῖς ἀνάγκην ἐπάγεσθαι χρὴ ἀναστρέφειν εἰς τὰς ἑαυτῶν παροικίας· ἐπιμένοντας δὲ ἀκοινωνήτους εἶναι προσήκει. εἰ δὲ καὶ τολμήσειέ τις ὑφαρπάσαι τὸν τῷ ἑτέρῳ διαφέροντα, καὶ χειροθετήσει ἐν τῇ ἑαυτοῦ ἐκκλησίᾳ, μὴ συγκατατιθεμένου τοῦ ἐπισκόπου, οὗ ἀνακεχώρηκεν ὁ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενος, ἄκυρος ἔσω ἡ χειροθεσία.

Περὶ κληρικῶν τοκιζόντων

ιζ'.

Ἐπειδὴ πολλοὶ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι, τὴν πλεονεξίαν καὶ τὴν αἰσχροκέρδειαν διώκοντες, ἐπελάθοντο τοῦ θείου γράμματος λέ-

*De catechumenis qui lapſi ſunt.*

XIV.

De catechumenis qui labuntur dum ſacra myſteria docentur, viſum eſt ſanctæ magnæque ſynodo, ut tres annos inter auditores tantum ſint, poſtea orent cum catechumenis.

*Quod non oporteat ex civitate in civitatem migrare.*

XV

Propter plurimum tumultum & ſeditiones quæ exoriuntur, placuit prorſus conſuetudinem tollere, quæ contra canonem in quibuſdam partibus comperta eſt, ut nemo ex civitate una in aliam migret, neque epiſcopus, neque presbyter, neque diaconus. Si quis poſt ſanctæ hujus ſynodi ſanctionem tale aliquid tentaverit, aut ſe negotio huic dederit, irritus omnino erit hujuſmodi conatus, & reſtituetur eccleſiæ, cujus aut epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinatus fuerat.

*De his qui non manent in eccleſiis in quibus ordinati ſunt.*

XVI

Quicumque temere, neque timorem Dei ante oculos habentes, neque eccleſiaſticum canonem ſcientes, receſſerunt ab eccleſia, ſive presbyteri, ſive diaconi, ſive in quocumque alio eccleſiaſtico ordine fuerint, hi nequaquam in alia eccleſia recipi debent, ſed omni neceſſitate cogi eos par eſt redire in parœcias ſuas pertinaces vero excommunicari oportet. Si quis auſus fuerit ſubripere eum qui ad alium pertinet, & in ſua eccleſia ordinare, non conſentiente proprio epiſcopo, a quo receſſerat clericus ille, irrita erit hujuſmodi ordinatio.

*De clericis fenerantibus.*

XVII.

Quoniam plerique eccleſiaſtici avaritiam & turpem quæſtum ſectantes, obliviſcuntur divinæ ſcripturæ dicentis: *Qui*

*niam ſuam non dedit ad uſuram*, fenerantes centeſimas exigunt; ſtatuit ſanctum hoc Concilium, quod ſi quis inventus fuerit poſt hanc definitionem uſuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra ſectari, vel etiam in Græcis dimidias centeſimas frugum ad ſeſcuplum dare; omnis qui tale aliquid commentus fuerit ad quæſtum, excidetur de clero, & alienus ab eccleſiaſtico habebitur gradu.

XVIII.

a al. De privilegio Presbyterorum.

[a] *De diaconibus, ne ſupra Preſbyteros ſint.*

Pervenit ad ſanctum Concilium, quod in locis quibuſdam & civitatibus, presbyteris ſacramenta a diaconis dentur: quod neque regula, neque conſuemdo tradidit; ut hi qui offerendi ſacrificii non hebent poteſtatem, his qui offerunt, Chriſti corpus porrigant. Sed & illud innotuit, quod quidam Diaconi etiam ante epiſcopum ſacramenta contingant. Hæc omnia amputentur: & maneant diaconi intra propriam menſuram: ſcientes, quia epiſcoporum quidam miniſtri ſunt: preſbyteris autem inferiores ſunt. Accipiant ergo Euchariſtiam ſecundum ordinem poſt preſbyteros ab Epiſcopo vel a presbytero. Quod ſi non fuerit in præſenti vel epiſcopus vel presbyter, tunc ipſi proferant & dent. Sed nec ſedere quidem in medio preſbyterorum liceat diaconis: extra regulam enim & extra ordinationem eſt ut hoc fiat. Si quis autem non vult his eſſe ſubjectus, etiam poſt hanc diffinitionem ceſſet eſſe diaconus.

XIX.

a al. De his qui a Paulo Samoſateno ad Eccleſiam veniunt.

[b] *De Pauliniſtis, quos Homuncioniſtas vocant.*

Si qui confugerint ad Eccleſiam de Pauliniſtis, ſtatutum ſit rebaptizari eos omni modo. Si qui vero clerici erant apud eos, ſiquidem inculpabiles inventi fuerint & irreprehenſibiles, rebaptizati etiam ordinentur ab epiſcopis Eccleſiæ catholicæ. Si autem examinati minus apti fuerint deprehenſi, deponi eos oportet. Similiter autem

γοντος· τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ. καὶ δανείζοντες ἑκατοστὰς ἀπαιτοῦσιν· ἐδικαίωσεν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος, ὡς εἴτις εὑρεθείη μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τόκους λαμβάνων ἐκ μεταχειρίσεως, ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα, ἢ ἡμιολίας ἀπαιτῶν, ἢ ἕτερόν τι ἐπινοῶν αἰσχροῦ κέρδους ἕνεκα, καθαιρεθήσεται τοῦ κλήρου, καὶ ἀλλότριος τοῦ κανόνος ἔσαι.

Περὶ πρεσβυτέρων λαμβανόντων παρὰ διακόνων τὴν εὐχαριστίαν.

ιη.

Ἦλθεν εἰς τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην σύνοδον, ὅτι ἐν τισι τόποις ἢ πόλεσι, πρεσβυτέροις τὴν εὐχαριστίαν οἱ διάκονοι διδόασιν· ὅπερ οὔτε ὁ κανὼν, οὔτε ἡ συνήθεια παρέδωκε, τοὺς ἐξουσίαν μὴ ἔχοντας προσφέρειν τούτους τοῖς προσφέρουσι διδόναι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. κἀκεῖνο δὲ ἐγνωρίσθη ὅτι ἤδη τινὲς τῶν διακόνων καὶ πρὸ τῶν ἐπισκόπων τῆς εὐχαριστίας ἅπτονται. ταῦτα οὖν πάντα περιῃρήσθω, καὶ ἐμμενέτωσαν οἱ διάκονοι τοῖς ἰδίοις μέτροις, εἰδότες ὅτι τοῦ μὲν ἐπισκόπου ὑπηρέται εἰσί, τῶν δὲ πρεσβυτέρων ἐλάττους τυγχάνουσι. λαμβανέτωσαν δὲ κατὰ τάξιν τὴν εὐχαριστίαν μετὰ τοὺς πρεσβυτέρους, ἢ τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῖς διδόντος, ἢ τοῦ πρεσβυτέρου. ἀλλὰ μήτε καθῆσθαι ἐν μέσῳ τῶν πρεσβυτέρων ἐξέστω τοῖς διακόνοις. παρὰ κανόνα γὰρ καὶ παρὰ τάξιν ἐστὶ τὸ γινόμενον. εἰ δέ τις μὴ θέλοι πειθαρχεῖν καὶ μετὰ τοὺς ὅρους πεπαύσθω τῆς διακονίας.

Περὶ τῶν ἐκ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως προσελθόντων ἢ προσιόντων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ.

ιθ'.

Περὶ τῶν Παυλιανισάντων, εἶτα προσφυγόντων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ὅρος ἐκτέθειται, ἀναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς ἐξάπαντος. εἰ δέ τινες ἐν τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ, ἐν τῷ κλήρῳ ἐξητάσθησαν, εἰ μὲν ἄμεμπτοι καὶ ἀνεπίληπτοι φανεῖεν, ἀναβαπτισθέντες χειροτονείσθωσαν ὑπὸ τοῦ τῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπου· εἰ δὲ ἀνακρινθέντες ἀνεπιτήδειοι

*pecuniam ſuam non dedit ad uſuram*: & fenerantes centeſimas exigunt, juſtum duxit ſanctum magnumque concilium, ut ſi quis comperiatur poſt hanc ſanctionem uſuras capere ex negotiatione, aut aliter rem conſectari, aut ſeſcuplas expoſcere, aut aliud quidpiam excogitare turpis lucri cauſa, de clero dejicietur, & alienus ab eccleſiaſtico ordine erit.

*De presbyteris accipientibus eucharistiam a diaconis.*

XVIII.

Pervenit ad ſanctum & magnum concilium, quod in quibuſdam locis & urbibus diaconi presbyteris euchariſtiam præbeant: quod neque canon, neque conſuetudo tradidit, ut qui poteſtatem offerendi non habent, his qui offerunt, corpus Chriſti porrigant. Illud etiam innotuit, quod jam quidam ex diaconis prius quam epiſcopi, euchariſtiam attingant. Omnia igitur iſta amputentur, & maneant diaconi in ſuo ordine, ſcientes, quod epiſcoporum miniſtri ſunt, & preſbyteris inferiores exiſtunt: accipiant euchariſtiam ſuo loco poſt presbyteros, vel epiſcopo dante, vel presbytero. Sed nec ſedere diaconis in medio presbyterorum liceat: præter canonem enim & ordinem eſt quod fit. Si quis autem parere noluerit poſt ſanctiones has, deſinat eſſe diaconus.

*De redeuntibus ex hæreſi Pauli Samoſateni ad eccleſiam catholicam.*

XIX.

Si qui ex Paulianis confugerint ad eccleſiam catholicam, ſtatutum eſt, eos omnino rebaptizari debere. Si qui antehac in clero numerati ſunt, ſi quidem inculpati & ſine reprehenſione viſi fuerint, denuo baptizati ordinentur ab eccleſiæ catholicæ epiſcopo. Si vero examinati minus idonei eſſe comperiantur, deponi eos oportet. Si

& cir-

& circa Diacones, & de omnibus qui in clero inveniuntur, eadem forma ſervabitur. Commemoravimus etiam de Diaconiſſis his, quæ in hoc ordine inventæ ſunt, quæ nec manus impoſitionem aliquam habent, ita ut omni genere inter laicas habeantur.

ἀξιωθήσονται. καθαιρεῖσθαι αὐτοὺς προσήκει. ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν [1] διακόνων, καὶ ὅλως περὶ τῶν ἐν τῷ αὐτῷ κανόνι ἐξεταζομένων ὁ αὐτὸς τύπος φυλαχθήσεται. ἐμνήσθημεν δὲ καὶ τῶν διακονισσῶν, τῶν ἐν αὐτοῖς, τῶν ἐν τῷ σχήματι ἐξετασθεισῶν, ἐπεὶ μὴ χειροθεσίαν τινὰ ἔχουσιν, ὡς ἐξάπαντος ἐν τοῖς λαϊκοῖς αὐτὰς ἐξετάζεσθαι.

Similiter autem & de diaconis, & aliis omnibus eccleſiaſticis eadem forma ſervabitur. Mentionem autem facimus de diaconiſſis, quæ in eodem ordine non habent, ut omnino inter laicos cenſeantur.

## XX.

a al. *De flectendo genua.*

*a De diebus Dominicis & Pentecoſtes, ut in his ſtantes oremus.*

Quoniam ſunt in die Dominica quidam ad orationem genua flectentes, & in diebus Pentecoſtes; propterea itaque eſt conſtitutum a ſancta ſynodo, quoniam conſona & conveniens per omnes eccleſias cuſtodienda conſuetudo eſt, ut ſtantes ad orationem Domino vota reddamus.

Περὶ τῶν ἐν τῇ κυριακῇ γόνυ κλινόντων.

κ'.

Ἐπειδή εἰσί τινες ἐν τῇ κυριακῇ γόνυ κλίνοντες, καὶ ἐν ταῖς τῆς πεντηκοστῆς ἡμέραις· ὑπὲρ τοῦ πάντα ὁμοίως ἐν πάσῃ παροικίᾳ ὁμοφρόνως φυλάττεσθαι, ἑστῶτας ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι τῷ κυρίῳ.

*De genu flectentibus in die dominico.*

## XX.

Quoniam ſunt quidam, qui in die dominico genua flectunt, & in diebus pentecoſtes: ut omnia in omnibus eccleſiis concorditer ſerventur, placuit ſancto concilio, ſtantes preces ſuas Deo reddere.

Τούτους τοὺς εἴκοσι νόμους τὸ αὐτὸ ἅγιον αὐτῶν συνέδριον ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ πανευφήμου βασιλέως Κωνσταντίνου, περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πολιτείας ἐγγράψαντο. ἐβουλεύσαντο δὲ καὶ ἕτερον νόμον ἐκθέσθαι* τῶν ἐπισκόπων, ὃν ὁ θεῖος ἐκώλυσε Παφνούτιος, περὶ οὗ ἀναγκαῖον ῥηθὲν διηγήσασθαι μεγίστου θαύματος ἄξιον διήγημα. ἐδόκει τισὶ τῶν ἐπισκόπων νόμον νεαρὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσαγαγεῖν ἐν τῇ συνόδῳ, ὡς περὶ τῶν ἄλλων τῆς ἐκκλησίας, οὕτω καὶ τοῦτον ὁρίσαι.

* forte deeſt [illegible]

A Has viginti leges ſanctus ille epiſcoporum conſeſſus in præſentia Deo cariſſimi & celeberrimi imperatoris Conſtantini, de adminiſtratione eccleſiaſtica ſcripſerunt. Statuerant autem & aliam quidem legem epiſcopi ferre, quam divinus Paphnutius prohibuit: de quo operæ pretium duxi hiſtoriam narrare admiratione dignam. Viſum erat quibuſdam epiſcopis in concilio novam legem in eccleſia conſtituere, & ut de aliis rebus eccleſiaſticis, ſic & eam rogare.

Περὶ τοῦ μὴ δεῖν τοὺς ἱερωμένους ἕκαστον τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν ἐκβάλλειν.

## ΚΕΦΑΛ. λβ'.

ΕΓΡΑΦΟΝ οὖν περὶ τοῦ μὴ δεῖν τοὺς ἱερωμένους, εἴτε ἐπίσκοποι, εἴτε πρεσβύτεροι, εἴτε διάκονοι, εἴτε ὑποδιάκονοι, εἴτε τις τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου, συγκαθεύδειν ταῖς γαμεταῖς, ἃς ἔτι λαϊκοὶ ὄντες ἠγάγοντο. τούτων οὕτω διατυπουμένων, ἀναστὰς ἐν μέσῳ τοῦ ὄχλου τῶν ἐπισκόπων ὁ θεῖος Παφνούτιος, μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἐβόησε, λέγων· μὴ βαρύνετε τὸν ζυγὸν τῶν ἱερωμένων· τίμιος γάρ, φησίν, ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος. μὴ τῇ ὑπερβολῇ τῆς ἀκριβείας τὴν ἐκκλησίαν μᾶλλον προσβλάψητε· οὐ γάρ φησι πάντας δύνασθαι φέρειν τῆς ἀπαθείας τὴν ἄσκησιν. οὐδείς, ὡς οἶμαι, φυλαχθήσεται ἐν τῇ σωφροσύνῃ, τῆς ἑκάστου γαμετῆς τοῦ ἀνδρὸς στερουμένης. σωφροσύνην δὲ καλῶ καὶ τῆς νομίμου γαμετῆς ἑκάστου τὴν συνέλευσιν λέγω· μὴ μὴν ἀποζεύγνυσθαι ταύτην ἣν ὁ Θεὸς ἔζευξε, καὶ ἣν ἅπαξ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης, ἢ λαϊκὸς ὢν ἠγάγετο· καὶ ταῦτα ἔλεγεν ὁ μέγας Παφνούτιος ἄπειρος ὢν γάμου, διὰ τὸ νηπιόθεν ἐν ἀσκητηρίοις ἀνατεθράφθαι αὐτόν. διὸ πεισθεὶς ὁ πᾶς τῶν ἐπισκόπων σύλλογος τῇ τοῦ ἀνδρὸς συμβουλίᾳ, ἀπεσίγησε πε-

*Quod non oporteat eccleſiaſticos ſuam uxorem ejicere.*

## B CAPUT XXXII.

CENSEBANT igitur non oportere eccleſiaſticos, ſive epiſcopos, ſive presbyteros, ſive diaconos, ſive ſubdiaconos, aut alios quoſcumque ſacri illius ordinis, cum uxoribus ſuis dormire, quas jam antea cum laici eſſent, duxiſſent. Hæc cum illi conſtituerent, ſurgens in medio epiſcoporum conventu divinus Paphnutius, magna voce dixit: Nolite gravare jugum eccleſiaſticorum. Nam honorabiles, inquit, ſunt nuptiæ apud omnes, & torus immaculatus. Nolite lædere eccleſiam nimio ſeveri juris exceſſu: non enim omnes, ait, ferre poſſunt vitæ il- C lud inſtitutum quod omnibus affectibus vacat: nemo, ut opinor, in caritate ſervabitur, ſi mariti ſingulis ſuis privantur uxoribus. Virorum cum ſuis uxoribus conſuetudinem ego præclaram continentiam eſſe dico, nec poſſe ſeparari eam quam Deus conjunxit, & quam ſemel, cum lector aut cantor aut laicus eſſet, uxorem duxit. Atque iſta quidem ſuaſit magnus Paphnutius, licet conjugii expers eſſet, propterea quod in monaſteriis a pueritia fuerat educatus. Quocirca viri conſilio perſuaſus epiſcoporum cœtus de

Socr. lib. 1. cap. 8. al. 11. Sozom. lib. 1. cap. 22. al. 23.

*Matth.* 19.

1 Zonaras Διακονισσῶν. *Harduinus*

de quæſtione ea tacuit, & eorum reliquit A arbitrio, qui volunt ex mutuo conſenſu a propriis conjugibus abſtinere.

Hæc geſta ſunt in ſancto, magno, & generali concilio, quod Nicææ in Bithynia congregatum fuit. Euſebius autem, & Theognius, & qui cum eis erant Ariani, non ferentes vincentem veræ fidei confirmationem, quin & Ario anathema dicere non patientes, iterumque in eo deprehenſi, exilio ceſſerunt, ſuffragio religioſiſſimi imperatoris, & judicio ſancti concilii epiſcoporum, poſtquam alios pro ipſis in ipſorum parœciis conſtituerunt decreto ejuſdem concilii, & cleri ac populi uniuſcujuſque parœciæ: & Amphion quidem eccleſiæ Nicomedienſi præfe- B ctus eſt, Chreſtus vero Nicænæ, & alii ejuſdem cum ipſo ſententiæ aliis. Verum utentes rurſus conſuetis artibus Euſebius & Theognius, & occaſionem fraudis invenientes, regis humanitatem callide agere iterum, & priorem poteſtatem recuperare tentabant. Sed illorum commenta peſſima, quæ plurima erant, & omnis impietatis plena, diſcere volentes, ad Theodoritum ac reliquos hiſtoriæ eccleſiaſticæ ſcriptores remiſerim. Ego autem hinc oratione properabo ad ea quæ poſtea ſecuta ſunt, de quibus epiſcoporum concilium miſit epiſtolam ad reliquos epiſcopos, & eorum parœcias: quinetiam imperator ipſe ſemper victor & fideliſſimus, C ad conſtitutionem expoſitæ ſanctiſſimæ fidei & ſanctæ feſtivitatis paſchatis, ad redargutionem patronorum impietatis. Poſt hæc enim omnia magnifice conſpirante concilio, & decenter promulgata fide, cum omnia quæ ad rectam eccleſiæ adminiſtrationem ſpectant, ſancti patres conſtituiſſent, omnia definita per litteras indicare omnibus, quæ ſub cœlo ſunt, ſanctis Dei eccleſiis ſtuduerunt, ſubjungentes etiam quæ ad Meletium pertinent.

*De nefario Meletio.*

D

## CAPUT XXXIII.

QUONIAM autem Meletius epiſcopus delectus non multo ante Arii furorem, convictus a ſanctiſſimo Petro Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopo, & poſtea martyrii corona exornato, & epiſcopatu abdicatus, ſententiæ abdicationis non acquievit, ſed Thebaidem & finitimam Ægyptum tumultu ac procellis contentionis implevit, tyrannidem contra prærogativam ſedis Alexandri epiſcopi uſurpans, conventus epiſcoporum ad Alexandrinam eccleſiam ſcripſit, quæ de Meletio res novas moliente ſtatuiſſet

A ρὶ τοῦ ζητήματος τούτου, τῇ γνώμῃ καταλείψαντες τῶν βουλομένων κατὰ συμφωνίαν ἀπέχεσθαι τῆς ἰδίας γαμετῆς.

Ταῦτα ἐπράχθησαν ἐπὶ τῆς ἁγίας ϗ μεγάλης ϗ οἰκουμενικῆς συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας ἀθροισθείσης· Εὐσέβιος δὲ ϗ Θεόγνιος, ϗ οἱ σὺν αὐτοῖς Ἀρειανοί, οὐκ ἐνεγκόντες τὴν τῆς ἀληθοῦς πίστεως κρατυνθεῖσαν βεβαίωσιν, ἔτι μὴν ϗ τὸν Ἄρειον ἀναθεματίσαι μὴ ἀνεχόμενοι, φωραθέντες ϗ αὖθις ἐπὶ τούτῳ, ἐξόριστοι γεγόνασι ψήφῳ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως, ϗ κρίσει τῆς ἁγίας τῶν ἐπισκόπων συνόδου, ἄλλων ἀντ᾽ αὐτῶν ἐν ταῖς αὐτῶν παροικίαις καταστάντων ψήφῳ τῆς αὐτῆς συνόδου, ϗ τοῦ τῆς ἑκάστου παροικίας B κλήρου ϗ λαοῦ· ϗ Ἀμφίων μὲν τὴν τῆς Νικομηδέων ἐκκλησίας ἡγεμονίαν παρείληφε, Χρῆστος δὲ τὴν τῆς Νικαίας, ϗ ἄλλοι τινὲς τῶν ὁμοφρόνων αὐτῷ. ἀλλὰ μὲν ϗ πάλιν ταῖς ἐξ ἔθους χρησάμενοι μηχαναῖς Εὐσέβιος ϗ Θεόγνιος, ϗ τὴν βασιλέως φιλανθρωπίαν ἐφόδιον ἐξ ἀπάτης εὑρόντες, ἀναπαλαῖσαι πάλιν ϗ τὴν προτέραν δυναστείαν ἀπολαβεῖν ἐπειρῶντο. ϗ τὰ μὲν τούτων κάκιστα μηχανήματα πάμπολλα ὄντα, ϗ πάσης ἀσεβείας ἔμπλεα τυγχάνοντα, πρὸς τὴν Θεοδωρίτου ϗ τῶν λοιπῶν συγγραψάντων ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν τοὺς βουλομένους καταμαθεῖν παραπέμψαιμι. βαδιοῦμαι δὲ ἐγὼ ἐντεῦθεν τῷ λόγῳ ἐπὶ τὰ ἑξῆς. περὶ ὧν ἡ τῶν ἐπισκόπων ἀπέστειλε σύνοδος τοῖς ἀπολειφ- C θεῖσιν ἐπισκόποις, ϗ ταῖς ἑαυτῶν παροικίαις· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ ϗ ὁ νικηφόρος ϗ πιστότατος βασιλεὺς, εἰς σύστασιν τῆς τε ἐκτεθείσης ἁγιωτάτης πίστεως, ϗ τῆς ἁγίας ἑορτῆς τοῦ πάσχα, εἰς ἔλεγχον δὲ τῶν τῆς ἀσεβείας προτοστατῶν. ἐπὶ τούτοις γὰρ πᾶσι μεγαλοφυῶς συγκροτηθείσης τῆς συνόδου, ϗ θεοπρεπῶς ἐκφωνηθείσης τῆς πίστεως, τήν τε κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐταξίαν τυπώσαντες ἅπαντα οἱ ἅγιοι πατέρες, δηλῶσαι πάντα τὰ ὡρισμένα διὰ γραμμάτων πάσαις ταῖς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις ἐσπουδάσαν, συνάψαντες ϗ τὰ κατὰ Μελήτιον.

Περὶ τοῦ ἀνοσίου Μελητίου.

## ΚΕΦΑΛ. λγ΄.

ἘΠΕΙ δὲ ϗ Μελήτιός τις ἐπισκοπῆς χειροτονίας ἠξιωμένος οὐ πρὸ πολλοῦ τῆς Ἀρείου μανίας, διελεγχθεὶς ὑπὸ τοῦ θειοτάτου Πέτρου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπισκόπου, τοῦ ϗ τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀναδησαμένου, καθαιρεθεὶς ὁ αὐτὸς Μελήτιος οὐκ ἔστερξε τὴν τῆς καθαιρέσεως ψῆφον, ἀλλά τήν τε Θηβαΐδα ϗ τὴν πελάζουσαν Αἴγυπτον θορύβων ϗ ζάλης ἐνέπλησε, τυραννίδι κατὰ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐπισκόπου χρώμενος προεδρίας· ἔγραψε δὲ τὸ κοινὸν τῆς συνόδου πρὸς τὴν τῶν Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίαν, ἅπερ περὶ τῆς τούτου * νεωτεροποιίας ἐνομοθέτησεν. * κατείλει.

Συνοδικὴ ἐπιστολὴ γραφεῖσα τοῖς κατὰ Ἀλεξάνδρειαν καὶ Αἴγυπτον, καὶ Πεντάπολιν, καὶ Λιβύην καὶ ταῖς κατὰ πᾶσαν τὴν ὑπ᾽ οὐρανὸν ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις, κλήροις τε καὶ λαοῖς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, παρὰ τῆς ἐν Νικαίᾳ ἁγίας συνόδου τῶν ἐπισκόπων.

Ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ Θεοῦ χάριτι Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ, καὶ τοῖς κατὰ τὴν Αἴγυπτον, καὶ Πεντάπολιν, καὶ Λιβύην, καὶ τοῖς κατὰ τὴν ὑπ᾽ οὐρανὸν ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, κλήροις τε καὶ λαοῖς ὀρθοδόξοις, οἱ ἐν Νικαίᾳ σύνοδον συγκροτήσαντες ἐπίσκοποι ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΕΠΕΙΔΗ τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου συναγαγόντος ἡμᾶς ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων, ἡ μεγάλη καὶ ἁγία σύνοδος ἐν Νικαίᾳ συγκροτηθεῖσα τὰ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως διείληφεν, ἅ τινα ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐφάνη ἀποσταλῆναι παρ᾽ ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς διὰ γραμμάτων, ἵνα εἰδέναι ἔχοιτε, τίνα μὲν ἐκινήθη καὶ ἐζητήθη, τίνα δὲ ἔδοξε καὶ ἐκρατύνθη.

Πρῶτον μὲν οὖν ἁπάντων ἐζητήθη τὰ κατὰ τὴν ἀσέβειαν καὶ παρανομίαν Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ θεοφιλεστάτου ἡμῶν βασιλέως Κωνσταντίνου· καὶ παμψηφεὶ ἔδοξεν ἀναθεματισθῆναι αὐτὸν, καὶ τὴν ἀσεβῆ αὐτοῦ δόξαν, καὶ τὰ ῥήματα, καὶ τὰ νοήματα αὐτοῦ τὰ βλάσφημα, οἷς ἐκέχρητο βλασφημῶν τὸν τοῦ υἱὸν Θεοῦ, λέγων ἐξ οὐκ ὄντων εἶναι, καὶ πρὶν γεννηθῆναι μὴ εἶναι, καὶ ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ αὐτεξουσιότητι κακίας καὶ ἀρετῆς δεκτικὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ [1] λέγοντος, καὶ κτίσμα· ταῦτα πάντα ἀνεθεμάτισεν ἡ ἁγία σύνοδος, οὐδὲ ὅσον ἀκοῦσαι τῆς ἀσεβοῦς δόξης, καὶ τῆς ἀπονοίας, καὶ τῶν βλασφήμων ῥημάτων αὐτοῦ ἀνασχομένη. καὶ τὰ μὲν κατ᾽ ἐκεῖνον οἵου τέλους τετύχηκε, πάντως ἢ ἀκηκόατε, ἢ ἀκούσεσθε, ἵνα μὴ δόξωμεν ἐπεμβαίνειν ἀνδρὶ δι᾽ οἰκείαν ἁμαρτίαν ἄξια τἀπίχειρα κομισαμένῳ. τοσοῦτον δὲ ἴσχυσεν αὐτοῦ ἀσέβεια, ὡς καὶ παραπολέσαι Θεωνᾶν τὸν ἀπὸ Μαρμαρικῆς, καὶ Σεκοῦνδον τὸν ἀπὸ Πτολεμαΐδος· τῶν γὰρ αὐτῶν κἀκεῖνοι σὺν τοῖς ἄλλοις τετυχήκασιν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις τῆς μὲν κακοδοξίας ἐκείνης καὶ βλασφημίας, καὶ τῶν προσώπων τῶν τολμησάντων διάστασιν καὶ διαίρεσιν ποιήσασθαι τοῦ εἰρηνευομένου ἄνωθεν λαοῦ, ἠλευθέρωσε τὴν Αἴγυπτον· ἐλείπετο δὲ τὸ κατὰ τὴν προπέτειαν Μελιτίου καὶ τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ χειροτονηθέντων· καὶ περὶ τούτου τοῦ μέρους ἃ ἔδοξε τῇ συνόδῳ, ἐμφανίζομεν ὑμῖν ἀγαπητοὶ ἀδελφοί. [3] ἔδοξεν οὖν Μελίτιον μὲν, φιλανθρωπότερον κινηθείσης τῆς συνόδου· κατὰ γὰρ τὸν ἀκριβῆ λόγον οὐδεμιᾶς συγγνώμης ἄξιος ἦν. μένειν ἐν τῇ αὐτοῦ πόλει, καὶ μηδεμίαν ἐξουσίαν ἔχειν, μήτε χειροτονεῖν, μήτε χειρίζειν, μήτε χειροθετεῖν, μήτε ἐν χώρᾳ, μήτε ἐν πόλει ἑτέρᾳ φαίνεσθαι ταύτης τῆς προφάσεως ἕνεκα· ψιλὸν δὲ τὸ ὄνομα τῆς τιμῆς κεκτῆσθαι· τοὺς δὲ

Mitetas lib. 4. cap. de Meletianis.

A *Epiſtola concilii ſcripta ſanctis Dei eccleſiis per Alexandriam, Ægyptum, Pentapolim, & Libyam, & omnem terram quæ ſub cœlo eſt, cleris etiam & populis orthodoxæ fidei, ab epiſcopis ſancti Nicæni concilii.* (a)

*Sanctum & magnum concilium, ſanctæ & magnæ Dei gratia eccleſiæ Alexandrinæ, & dilectis fratribus, Ægyptum, Pentapolim, & Libyam incolentibus, & omnibus ſub cœlo Dei eccleſiis, cleris & populis orthodoxis, epiſcopi Nicææ concilium celebrantes, ſalutem in domino.*

B [2] QUONIAM Dei gratia & ſanctiſſimi imperatoris Conſtantini, qui nos ex variis provinciis & civitatibus in unum congregavit, magnum ſanctumque concilium Nicææ coactum, quæ ad eccleſiaſticam fidem ſpectant in diſceptationem vocavit: eaque litteris ad vos præſcribere neceſſarium viſum eſt, ut intelligere poſſitis, cum quæ ibi in quæſtionem & diſquiſitionem vocata, tum quæ decreta ſancitaque ſunt.

Socr. lib. 1. c. 19. Theodor. lib. 1. cap. 9.

Primum igitur omnium perquiſita ſunt impia perverſaque Arii dogmata & ſectatorum ejus, coram ſanctiſſimo imperatore Conſtantino: & placuit concilium communibus C ſuffragiis anathema denunciare & ei ipſi, & nefariæ ejus opinioni, & verbis ſententiiſque execrabilibus, quibus uſus eſt ad Filium Dei blaſphemiis onerandum, dicens eum ex iis quæ non ſunt eſſe, nec fuiſſe antequam natus eſſet: fuiſſe tempus aliquando cum non eſſet: Filium Dei libero voluntatis ſuæ arbitrio virtutis & vitii capacem eſſe inquiens, & creaturam eſſe: quibus omnibus ſanctum concilium indicit anathema: imo vero ne pati quidem poteſt, ut vel impia ejus opinio, vel amentia, vel blaſphema verba ad aures perveniant. Quem autem exitum conſecutæ ſint res ejus, omnino vel audiviſtis, vel ſaltem a nobis audietis, ne nos inſultare hoD mini videamur, qui meritas ſceleris ſui pœnas luit. Tantum vero invaluit ejus impietas, ut cum eo una perierint Theonas Marmaricæ, & Secundus Ptolemaidis, epiſcopi: nam & illi cum aliis quibuſdam eiſdem malis affecti ſunt. Verum cum jam Ægyptus non modo perverſa illa opinione & blaſphemia, ſed etiam certis hominibus qui in populo antea pacato & tranquillo ſeditionem & diſcordiam concitare auſi ſunt, Dei gratia penitus liberata eſſet: [3] tamen petulantia Meletii & eorum qui ab illo in ſacrum ordinem cooptati ſunt, reſtabat adhuc: de qua re quid concilium decreverit, vobis cariſſimi fratres indicamus. Concilium clementius aliE quando in Meletium animatum (nam ſummo jure nullam merebatur veniam) decrevit ut in ſua civitate maneat, poteſtatem autem nullam habeat vel manus imponendi, vel adminiſtrandi, vel quemquam ad munus aliquod eccleſiaſticum deligendi, vel in aliena regio-

1 Alia verſio reliquis præferenda in hiſt. Tripart. lib. 2. cap. 12. *Hard.* 2 Ita etiam MS. noſter pro λέγον, *Hard.* 3 De Cauſa Meletii confer iſta cum Epiphanio hæreſ. 68. *Hard.*

(a) Epiſtolæ hujus verſio alia ab his omnibus, ab ea etiam quæ legitur in hiſtoria Tripartita ab Harduino indicata, dabitur in Appendice volumini huic ſubiicienda; ubi editio Codicis canonici Latina, quæ Priſca dicitur, proferetur ex noviſſima editione Ballerinorum Fratrum in Appendice ad Opera S. Leonis Magni.

regione aut civitate ejus rei gratia compa- A rendi, ſed ut ſolum dignitatis nomen retineat. Illi vero qui ab eo in ſacrum ordinem lecti ſunt, ſimul atque ſanctiore ordinatione confirmati fuerint, ad communionem poſt hæc admittantur, & permittatur illis quidem honoribus frui, & ſacris muneribus fungi; ſed tamen omnibus in ſingulis parœciis & eccleſiis, qui ſunt ab honoratiſſimo viro & collega noſtro Alexandro ordinati, ſint omnino inferiores. Quinetiam nulla poteſtas eis ſit vel deſignandi quos velint, vel omnino quidquam faciendi abſque conſenſu epiſcoporum catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ qui ſub Alexandro ſunt ſanctiſſimo collega noſtro. Hi autem qui Dei gratia & veſtris B precibus adjuti, ad nullum ſchiſma deflexiſſe comperti ſunt, & ſe intra catholicam & apoſtolicam eccleſiam impollutos continuerunt, jus habeant & ordinandi, & eos qui digni clero fuerint nominandi, denique & omnia ex lege & inſtituto eccleſiaſtico libere exequendi. Quod ſi quis forte eorum qui eccleſiæ funguntur muneribus, diem ſuum obierit, tum unus ex illis qui nuper in eccleſiam adſciti ſunt, modo idoneus videatur, & populus illum eligat, epiſcopuſque Alexandriæ & ſuffragetur & conſentiat, in locum ſuccedat demortui. Atque ſit illud aliis quidem omnibus conceſſum. De Meletio autem nominatim aliter ſtatutum eſt, ut videlicet, cum C propter petulantiam quam antea oſtendit, tum propter temeritatem & proterviam mentis, nulla poteſtas auctoritaſve ei tribuatur: quippe cum homo is ſit qui poſſit denuo eccleſiæ ſtatum & ordinem perturbare. Hæc ſunt quæ ad Ægyptum & ſanctiſſimam eccleſiam Alexandrinam proprie & ſeparatim pertinent. Si quid præterea vel canonibus vel decretis conſtitutum eſt, honoratiſſimus dominus frater & collega noſter Alexander ad vos reverſus certius perferet, ut qui actorum omnium auctor fuerit & particeps. Lætum etiam nuncium vobis afferimus de conſenſu omnium in celebrando ſanctiſſimo feſto paſchatis, quod ea res etiam veſtris precibus re- D cte conſtituta eſt; ita ut omnes fratres in oriente, qui antea Judæos imitari conſueverant, jam deinceps cum Romanis & vobis, omnibuſque nobis, qui eumdem morem vobiſcum a primis temporibus in eo recolendo tenuimus, ſanctiſſimum feſtum paſchatis concordiſſime celebrabunt. Læti igitur ob res proſpere geſtas, & ob pacem & concordiam communiter inter omnes conſtitutam, tum denique ob exciſas radicitus hæreſes, collegam noſtrum & epiſcopum veſtrum Alexandrum majore honore & ardentiore caritate complectimini: qui nos præſentia ſua recreavit, & permultum laboris in hac ætate ſua ſuſcepit, quo vos aliique omnes tranquillio- E re pace frui poſſitis. Orate pro omnibus nobis, ut quæ a nobis recte ſunt conſtituta, ea rata ſtabiliaque maneant, ut credimus, beneficio Dei Patris omnipotentis, & unigeniti filii ejus domini noſtri Jeſu Chriſti, & Spiritus ſancti, cui ſit gloria in ſæcula. Amen.

A ὑπ' αὐτοῦ κατασταθέντας, μυστικωτέρᾳ χειροτονίᾳ βεβαιωθέντας, κοινωνηθῆναι ἐπὶ τούτοις· ἐφ' ᾧ τε ἔχειν μὲν αὐτοὺς τὴν τιμὴν, καὶ λειτουργεῖν, δευτέρους δὲ εἶναι ἐξάπαντος πάντων τῶν ἐν ἑκάστῃ παροικίᾳ καὶ ἐκκλησίᾳ ἐξεταζομένων, τῶν ὑπὸ τὸν τιμιώτατον καὶ συλλειτουργὸν ἡμῶν Ἀλέξανδρον¹ προκεχειρισμένων. ὡς τούτοις μὲν μηδεμίαν ἐξουσίαν εἶναι τοὺς ἀρέσκοντας αὐτοῖς προχειρίζεσθαι, ἢ ὑποβάλλειν ὀνόματα, ἢ ὅλως ποιεῖν τι χωρὶς γνώμης² τῶν τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπων τῶν ὑπὸ Ἀλέξανδρον τελούντων, τὸν ὁσιώτατον συλλειτουργὸν ἡμῶν. τοὺς δὲ χάριτι Θεοῦ καὶ εὐχαῖς ὑμετέραις ἐν μηδενὶ σχί- B σματι εὑρεθέντας, ἀλλὰ ἀκηλιδώτους ἐν τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ ὄντας, ἐξουσίαν ἔχειν καὶ προχειρίζεσθαι, καὶ ὀνόματα ἐπιλέγεσθαι τῶν ἀξίων τοῦ κλήρου, καὶ ὅλως πάντα ποιεῖν κατὰ νόμον καὶ θεσμὸν τὸν ἐκκλησιαστικόν. εἰ δέ τινα συμβαίνῃ ἀναπαύσασθαι τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τηνικαῦτα προσαναβαίνειν εἰς τὴν τιμὴν τοῦ τετελευτηκότος τοὺς ἄρτι προσληφθέντας, μόνον εἰ ἄξιοι φαίνοιντο, καὶ ὁ λαὸς αἱροῖτο, συνεπιψηφίζοντος αὐτῷ, καὶ ἐπισφραγίζοντος τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου. τοῦτο δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι συνεχωρήθη. ἐπὶ δὲ τοῦ Μελιτίου προσώπου οὐκέτι τὰ αὐτὰ ἔδοξε, διὰ τὴν ἀνέκαθεν αὐτοῦ ἀταξίαν, καὶ C διὰ τὸ πρόχειρον καὶ προπετὲς τῆς γνώμης, ἵνα μηδεμία ἐξουσία ἢ αὐθεντία αὐτῷ δοθείη, ἀνθρώπῳ δυναμένῳ πάλιν τὰς αὐτὰς ἀταξίας ἐμποιῆσαι· ταῦτά ἐστι τὰ ἐξαίρετα καὶ διαφέροντα Αἰγύπτῳ καὶ τῇ ἁγιωτάτῃ Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ. εἰ δέ τι ἄλλο ἐκανονίσθη ἢ ἐδογματίσθη συμπαρόντος τοῦ κυρίου καὶ τιμιωτάτου συλλειτουργοῦ καὶ ἀδελφοῦ ἡμῶν Ἀλεξάνδρου, αὐτὸς παρὼν ἀκριβέστερον ἀνοίσει ταῦτα πρὸς ὑμᾶς, ἅτε δὴ καὶ κύριος καὶ κοινωνὸς τῶν γεγενημένων τυγχάνων. εὐαγγελιζόμεθα δὲ ὑμᾶς καὶ περὶ τῆς συμφωνίας τοῦ ἁγίου πάσχα, ὅτι ὑμετέραις εὐχαῖς κατωρθώθη καὶ τοῦτο τὸ μέρος, ὥστε πάντας τοὺς ἐν τῇ ἑῴᾳ ἀδελ- D φοὺς, τοὺς μετὰ τῶν Ἰουδαίων τὸ πρότερον ποιοῦντας, συμφώνως Ῥωμαίοις καὶ ὑμῖν, καὶ πᾶσιν ὑμῖν τοῖς ἐξ ἀρχαίου μεθ' ὑμῶν φυλάσσουσι τὸ πάσχα, ἐκ τοῦ δεῦρο ἄγειν τὴν αὐτὴν ἁγιωτάτην ἑορτὴν τοῦ πάσχα. χαίροντες οὖν ἐπὶ τοῖς κατορθώμασι, καὶ ἐπὶ τῇ κοινῇ εἰρήνῃ καὶ συμφωνίᾳ, καὶ ἐπὶ τῷ πᾶσαν αἵρεσιν ἐκκοπῆναι, ἀποδέξασθε μὲν μετὰ μείζονος τιμῆς καὶ πλείονος ἀγάπης τὸν συλλειτουργὸν ἡμῶν, ὑμῶν δὲ ἐπίσκοπον Ἀλέξανδρον, τὸν εὐφράναντα ἡμᾶς τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ, καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίᾳ τοσοῦτον πόνον ὑποστάντα ὑπὲρ τοῦ εἰρήνην γενέσθαι παρά τε ὑμῖν καὶ πᾶσιν. εὔχεσθε δὲ καὶ περὶ ἡμῶν ἁπάντων, ἵνα τὰ καλῶς ἔχειν E δόξαντα, ταῦτα βέβαια μένοι, κατ' εὐδοκίαν γεγενημένα, ὡς πιστεύομεν, παρὰ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, καὶ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Ἐγκύ-

1 Theodoretus προκεχειροτονημένων, rectius. *Hard.*

2 Epiph. Schol. legit, τῶν τῆς ..... ἐπισκόπων. *Hard.*

A

Ἐγκύκλιος ἐπιστολὴ γραφεῖσα παρὰ Εὐσεβίου ἐπισκόπου Καισαρείας τῆς ἐν Παλαιστίνῃ.

## ΚΕΦΑΛ. λδ'.

ΤΑ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως πραγματευθέντα κατὰ τὴν μεγάλην σύνοδον τὴν ἐν Νικαίᾳ συγκροτηθεῖσαν, εἰκὸς μὲν ὑμᾶς ἀγαπητοὶ, καὶ ἄλλοθεν μεμαθηκέναι, τῆς φήμης προτρέχειν εἰωθυίας τὸν περὶ τῶν πραττομένων πραγμάτων ἀληθῆ λόγον. ἀλλ' ἵνα μὴ ἐκ τοιαύτης ἀκοῆς τὰ τῆς ἀληθείας ἑτεροίως ὑμῖν ἀπαγγέλληται, ἀναγκαίως διεπεμψάμεθα ὑμῖν, πρῶτον μὲν τὴν ὑφ' ἡμῶν προτεθεῖσαν περὶ τῆς πίστεως γραφὴν, B ἔπειτα δὲ τὴν δευτέραν, ἣν ταῖς ἡμετέραις φωναῖς προσθήκας ἐπιβαλόντες ἐκδεδώκασι. τὸ μὲν οὖν παρ' ἡμῶν γράμμα ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ θεοφιλεστάτου ἡμῶν βασιλέως ἀναγνωσθὲν, εὖ τε ἔχειν καὶ δοκίμως ἀποφανθὲν, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

### Ἡ ὑφ' ἡμῶν ἐκτεθεῖσα πίστις.

Καθὼς παρελάβομεν παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπων, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ κατηχήσει, καὶ ὅτε τὸ λουτρὸν ἐλαμβάνομεν, καὶ καθὼς ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν μεμαθήκαμεν, καὶ ὡς ἐν τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἐπισκοπῇ ἐπιστεύομέν τε καὶ ἐδιδάσκομεν, C οὕτω καὶ νῦν πιστεύοντες τὴν ἡμετέραν πίστιν ὑμῖν προσαναφέρομεν· ἔστι δὲ αὕτη.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, τὸν τῶν ἁπάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, ζωὴν ἐκ ζωῆς, υἱὸν μονογενῆ, πρωτότοκον πάσης κτίσεως, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννημένον, δι' οὗ καὶ ἐγένετο τὰ πάντα· τὸν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθέντα, καὶ ἐν ἀνθρώποις πολιτευσάμενον, καὶ παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἥξοντα πάλιν ἐν δόξῃ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. D πιστεύομεν καὶ εἰς ἓν πνεῦμα ἅγιον, ἀληθῶς πνεῦμα ἅγιον, καθὼς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν ἀποστέλλων εἰς τὸ κήρυγμα τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, εἶπε· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. περὶ ὧν καὶ διαβεβαιούμεθα οὕτως ἔχειν, καὶ οὕτω φρονεῖν, καὶ πάλιν οὕτως ἐσχηκέναι καὶ μέχρι θανάτου ὑπὲρ ταύτης ἐνίστασθαι τῆς πίστεως. ἀναθεματίζοντες πᾶσαν ἄθεον αἵρεσιν. ταῦτα ἀπὸ καρδίας καὶ ψυχῆς πάντως πεφρονηκέναι, ἐξ οὗπερ ἐγνώκαμεν ἑαυτοὺς, καὶ νῦν φρονεῖν τε, καὶ λέγειν ἐξ ἀληθείας ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μαρτυρόμεθα, E δεικνύναι ἔχοντες, καὶ δι' ἀποδείξεων πείθειν ὑμᾶς, ὅτι καὶ τοὺς παρεληλυθότας χρόνους οὕτως ἐπιστεύομέν τε καὶ ἐκηρύσσομεν. ταύτης ὑφ' ἡμῶν ἐκτεθείσης τῆς πίστεως, οὐδενὶ παρῆν ἀντιλογίας τόπος· ἀλλ' αὐτός τε πρῶτος ὁ θεοφιλέστατος ἡμῶν βασιλεὺς, ὀρθότατα περιέχειν αὐτὴν ἐμαρτύρησεν· οὕτω τε καὶ ἑαυτὸν φρονεῖν συνωμολόγησε, καὶ ταύτῃ τοὺς πάντας συγκατατί-

*Publica epiſtola ſcripta ab Euſebio epiſcopo Cæſareæ Palæſtinæ.*

## CAPUT XXXIV.

[1] ETSI veriſimile eſt, fratres cariſſimi, ea quæ de fide eccleſiaſtica in amplo & frequenti concilio Nicææ coacto tractata ſunt, ad vos aliunde perlata eſſe, præſertim cum fama ipſa accuratam rerum geſtarum narrationem ſua celeritate præcurrere ſoleat: tamen ne veritas, ſi auditione ſola ea acceperitis, contra ac ſe habeat vobis nuncietur, primum eam fidei formulam, quæ a nobis B concilio propoſita eſt, deinde alteram, quam epiſcopi, ubi noſtris pauca adjecerunt, ediderunt, ad vos mittere neceſſe putavimus. Noſtra vero formula, quæ tum coram imperatore noſtro ſanctiſſimo perlecta eſt, tum recte ſe habere pro certo explorata, ad hunc modum ſe habet.

### *Fides a nobis expoſita.*

Sicut ab epiſcopis qui nos antegreſſi ſunt, accepimus tum cum fidei fundamenta in noſtris animis primum jacta eſſent, cumque lavacro baptiſmi abluti eſſemus, audivimus, ſicut a divinis ſcripturis didicimus, & ſicut C cum fungeremur presbyteri munere, & cum epiſcopatum obtineremus, credidimus & docuimus; ſic etiam jam credentes noſtram fidem patefacimus: ea eſt talis.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, viſibilium omnium & inviſibilium creatorem: Et in unum dominum Jeſum Chriſtum, Dei Verbum, Deum de Deo, lumen de lumine, vitam de vita, filium unigenitum, primogenitum omnis creaturæ, ante omnia ſæcula ex Patre genitum; per quem etiam omnia facta ſunt: qui propter noſtram ſalutem incarnatus eſt, & inter homines verſatus: qui paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, & aſcendit ad Patrem, & iterum venD turus eſt in gloria judicare vivos & mortuos. Credimus etiam in unum Spiritum ſanctum, vere Spiritum ſanctum, ſicut dominus noſter cum diſcipulos ſuos ad prædicandum mitteret, locutus eſt: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*. De quibus confirmamus ita eſſe, nos ita ſentire, ſic etiam ſenſiſſe, & uſque ad mortem huic fidei inſiſtere velle, anathemate impiæ cuique hæreſi denunciato. Atque de iſtis rebus omnibus nos ſincere ex animo ita ſenſiſſe, ex quo noſmet noſcere poteramus, & jam etiam vere tum ſentire, tum dicere, Deum omnipotentem & dominum noſtrum Jeſum ChriE ſtum coram teſtamur, certaque demonſtratione oſtendere poſſumus, vobiſque ratione perſuadere, nos temporibus præteritis ita crediſſe, & prædicaſſe. Cum hanc fidem expoſuiſſemus, nulli erat contradicendi locus. Quinetiam imperator ipſe noſter ſanctiſſimus hanc noſtram fidem veritatem in ſe complecti primus omnium teſtificatus eſt, ſeque eodem animo eſſe conſtanter aſſeruit, præcepitque ut omnes eidem aſſentirentur, de-

Vide Theodoret. lib. 1. cap. 7. & 8.



1 Ex Socrate lib. 1. cap. 8. Aliam verſionem habet Epiph. Scholaſt. in hiſt. Tripart. cap. xx. *Hard.*

A decretis ejuſdem ſubſcriberent, congruerent cum eiſdem, dummodo una vox conſubſtantialis adſcriberetur; quam quidem ille ipſe explicavit: quod non ſecundum corporis affectiones dicatur patri conſubſtantialis, neque quod per diviſionem vel ſectionem ullam ex patre conſtaret. Nam fieri non poteſt, ut natura quæ materiæ expers eſt, quæ ſola intelligentia percipitur, quæ corpore vacat, corpoream ullam affectionem in ſe excipiat: ſed ejuſmodi res nos divinis & arcanis verbis debere complecti: ſapientiſſimus quidem & pius noſter imperator de his iſto modo philoſophatus eſt. Epiſcopi autem propter hanc vocem, conſubſtantiale, iſtam formulam ediderunt.

θέσθαι, ὑπογράφειν τε τοῖς δόγμασι, καὶ συμφωνεῖν τούτοις αὐτοῖς παρεκελεύετο, ἑνὸς μόνου προσεγγραφέντος ῥήματος τοῦ ὁμοουσίου, ὃ καὶ αὐτὸ ἡρμήνευσε, λέγων· ὅτι μὴ κατὰ τὰ τῶν σωμάτων πάθη λέγοιτο τῷ πατρὶ ὁμοούσιος, οὔτε κατὰ διαίρεσιν, οὔτε κατά τινα ἀποτομὴν ἐκ τοῦ πατρὸς ὑποστῆναι· μηδὲ γὰρ δύνασθαι τὴν ἄϋλον, καὶ νοερὰν, καὶ ἀσώματον φύσιν σωματικόν τι πάθος ὑφίστασθαι· θείοις δὲ καὶ ἀπορρήτοις λόγοις προσήκειν τὰ τοιαῦτα νοεῖν. καὶ ὁ μὲν σοφώτατος ἡμῶν καὶ εὐσεβέστατος βασιλεὺς τὰ τοιάδε ἐφιλοσόφει· οἱ δὲ προφάσει τῆς τοῦ ὁμοουσίου προσθήκης, τήνδε τὴν γραφὴν πεποιήκασι.

B

*Fidei formula in concilio edita.*

Ἡ ἐν τῇ συνόδῳ ὑπαγορευθεῖσα πίστις.

## CAPUT XXXV.

## ΚΕΦΑΛ. λέ.

CREDIMUS [a] in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inviſibilium creatorem. Et in unum dominum Jeſum Chriſtum, filium Dei, genitum ex Patre unigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt, & quæ in cœlo, & quæ in terra ſunt; Qui propter nos C homines & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, homo factus eſt, ſepultus eſt, & reſurrexit tertia die, aſcendit ad cœlos, venturus eſt judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Qui vero dicunt, quod erat aliquando tempus cum non eſſet, & antequam genitus eſſet non erat, vel quod ex nihilo ortus eſt, vel quod ex alia eſſentia ſubſtantiave quam ex Patris genitus, vel quod converti aut mutari poteſt Filius Dei: iſtis catholica & apoſtolica Dei eccleſia anathema denunciat.

[a] Vide ſupra pag. 665 & 899. Ath. Socratem paſſim, The. Ruffinum, & alios.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν οὐρανῷ, τά τε ἐν τῇ γῇ· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα. τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ κτιστὸν, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀναθεματίζει ἡ ἀποστολικὴ καὶ καθολικὴ ἐκκλησία.

Cum iſta formula ab illis præſcripta eſſet, illud: *Ex ſubſtantia Patris eſſe*; & illud, *Patri conſubſtantialem eſſe*; Quomodo eſſent in- D telligenda, ab eis diligenter quærere cœpimus. Unde quæſtiones, & reſponſa nata ſunt, rationeque accurate perveſtigatum, quæ illis verbis ſubjecta eſſet ſententia. Fatebantur illi, ex ſubſtantia Patris eſſe, idem ſignificare, quod ex Patre eſſe, non tamen partem patris eſſe. Nobis ſane videbatur pulchre conſentire cum pia illius doctrinæ ſententia, quæ docet filium ex Patre eſſe, non tamen partem ſubſtantiæ illius eſſe. Quapropter huic ſententiæ etiam a nobis aſſenſum eſt: neque vocem, *conſubſtantiale*, rejecimus, propterea quod pax tanquam ſcopus ad intuendum ante oculos noſtros verſabatur: & cautio erat a nobis adhibita, ne recta fidei ſententia ex- E cideremus. Pari ratione, *genitum*, *non factum*, approbavimus. Nam factum Verbum cum cæteris creaturis, quæ per filium factæ ſunt, commune eſſe dixerunt, nec filium earum ſimile quidquam habere: ac propterea eum non eſſe creaturam illarum ſimilem, quæ ab ipſo facta ſunt, ſed præſtantioris eſſe ſubſtantiæ, quam qua ulla creatura prædita ſit: quam quidem ex Patre genitam eſſe ſacræ literæ perdocent, cum modus ejus generationis a nulla mortali natura vel verbis exprimi, vel

Καὶ δὴ ταύτης τῆς γραφῆς ὑπ' αὐτῶν ὑπαγορευθείσης, ὅπως εἴρηται αὐτοῖς τὸ, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, καὶ τὸ, τῷ πατρὶ ὁμοούσιον, οὐκ ἀνεξέταστον αὐτοῖς * καταλαμβανόμεθα. ἐπερωτήσεις τοιγαροῦν καὶ ἀποκρίσεις ἐντεῦθεν ἀνεκινοῦντο, καὶ ἐβασανίζετο ὁ λόγος τὴν διάνοιαν τῶν εἰρημένων. καὶ δὴ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς ὡμολογεῖτο πρὸς αὐτῶν δηλωτικὸν εἶναι τοῦ ἐκ μὲν τοῦ πατρὸς εἶναι, οὐ μὴν ὡς μέρος ὑπάρχειν τοῦ πατρός. ταύτῃ δὲ καὶ ἡμῖν ἐδόκει καλῶς ἔχειν συγκατατίθεσθαι τῇ διανοίᾳ τῆς εὐσεβοῦς διδασκαλίας, ὑπαγορευούσης ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι τὸν υἱὸν, οὐ μὴν μέρος τῆς οὐσίας αὐτοῦ τυγχάνειν. διόπερ τῇ διανοίᾳ καὶ αὐτοὶ συνετιθέμεθα, οὐδὲ * τὴν φωνὴν παραιτούμενοι, τοῦ τῆς εἰρήνης σκοποῦ πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῖν κειμένου, καὶ τοῦ μὴ τῆς ὀρθῆς ἐκπεσεῖν διανοίας. κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ, καὶ τὸ, γεννηθέντα, καὶ οὐ ποιηθέντα καταδεξάμεθα. Ἐπειδὴ τὸ ποιηθὲν κοινὸν ἔφασκον εἶναι πρόσρημα τῶν λοιπῶν κτισμάτων τῶν διὰ τοῦ υἱοῦ γενομένων, ὧν οὐδὲν ὅμοιον ἔχειν τὸν υἱόν· διὸ δὴ μὴ εἶναι αὐτὸν ποίημα τοῖς δι' αὐτοῦ γενομένοις ἐμφερὲς, κρείττονος δὲ ἢ κατὰ πᾶν ποίημα τυγχάνειν οὐσίας, ἣν ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννῆσθαι τὰ θεῖα διδάσκει λόγια, τοῦ τρόπου τῆς γεννήσεως ἀνεκφράστου καὶ ἀνεπιλογίστου πάσῃ γενητῇ φύσει τυγχάνοντος. οὕτω δὲ καὶ τὸ, ὁμοούσιον εἶναι τοῦ πα-

* καταλιμπανόμενον.

* ἴσως, τὸ ὁμοούσιον παρ. ex Socr.

πατρὸς τὸν υἱὸν, ἐξεταζόμενος ὁ λόγος συνίστη, οὐ κατὰ τὸν τῶν σωμάτων τρόπον, οὐδὲ τοῖς θνητοῖς ζώοις παραπλησίως· οὔτε γὰρ κατὰ διαίρεσιν τῆς οὐσίας, οὔτε κατὰ ἀποτομὴν, ἀλλ' οὐδὲ κατά τι πάθος, ἢ τροπὴν, ἢ ἀλλοίωσιν τῆς τοῦ πατρὸς δυνάμεως. τούτων γὰρ πάντων ἀλλοτρίαν εἶναι τὴν ἀγέννητον τοῦ πατρὸς φύσιν· παραστατικὸν δὲ εἶναι τὸ, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, τὸ μηδεμίαν ἐμφέρειαν πρὸς τὰ γενητὰ κτίσματα τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ φέρειν, μόνῳ δὲ τῷ πατρὶ τῷ γεγεννηκότι κατὰ πάντα τρόπον ἀφομοιοῦσθαι, καὶ μὴ εἶναι ἐξ ἑτέρας τινὸς ὑποστάσεώς τε καὶ οὐσίας, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρός. ᾧ καὶ αὐτῷ τοῦτον ἑρμηνευθέντι τὸν τρόπον καλῶς ἔχειν ἐφάνη συγκατατίθεσθαι· ἐπεὶ καὶ τῶν παλαιῶν τινας λογίους καὶ ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους καὶ συγγραφέας ἔγνωμεν, ἐπὶ τῆς τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ θεολογίας τῷ τοῦ ὁμοουσίου χρησαμένους ὀνόματι· ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς ἐκτεθείσης εἰρήσθω πίστεως, ᾗ συνεφωνήσαμεν οἱ πάντες, οὐκ ἀνεξετάστως, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἀποδοθείσας διανοίας, ἐπ' αὐτοῦ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως ἐξετασθείσας. καὶ τὸν ἀναθεματισμὸν δὲ τὸν μετὰ τὴν πίστιν πρὸς αὐτῶν ἐκτεθέντα, * ἄλυπον εἶναι ἡγησάμεθα, διὰ τὸ ἀπείργειν ἀγράφοις χρῆσθαι φωναῖς, δι' ἃς σχεδὸν ἡ πᾶσα γέγονε σύγχυσις καὶ ἀκαταστασία τῆς ἐκκλησίας. μηδεμιᾶς γοῦν θεοπνεύστου γραφῆς, τῷ, ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τῷ, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ τοῖς ἑξῆς ἐπιλεγομένοις, κεχρημένης, οὐκ εὔλογον ἐφάνη ταῦτα λέγειν καὶ διδάσκειν. ᾧ καὶ αὐτῷ καλῶς δόξαντι συνεθέμεθα, ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ πρὸ τούτου χρόνῳ τούτοις εἰώθαμεν συγχρῆσθαι τοῖς ῥήμασιν, ἔτι μὴν τὸ ἀναθεματίζεσθαι, τὸ πρὸ τοῦ γεννηθῆναι οὐκ ἦν, οὐκ ἄτοπον ἐνομίσθη, τῷ παρὰ πᾶσιν ὁμολογεῖσθαι εἶναι αὐτὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ πρὸ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως. ἤδη δὲ ὁ θεοφιλέστατος ἡμῶν βασιλεὺς καὶ αὐτὸς τῷ λόγῳ κατεσκεύαζεν, ὡς καὶ κατὰ τὴν ἔνθεον αὐτοῦ γέννησιν τὴν πρὸ πάντων αἰώνων εἶναι αὐτόν. ἐπεὶ καὶ πρὶν ἐνεργείᾳ γεννηθῆναι, δυνάμει ἦν ἐν τῷ πατρὶ ἀγεννήτως, ὄντος τοῦ πατρὸς ἀεὶ πατρὸς, ὡς καὶ βασιλέως ἀεὶ, καὶ σωτῆρος ἀεὶ, δυνάμει πάντα ὄντος, ἀεί τε κατὰ τὰ * αὐτοῦ καὶ ὡσαύτως ἔχοντος.

* γρ. ἄλυπον.

* ἴσ. αὐτά.

Ταῦτα ὑμῖν ἀναγκαίως διεπεμψάμεθα, ἀγαπητοὶ, τὸ κεκριμένον τῆς ἡμετέρας ἐξετάσεώς τε καὶ συγκαταθέσεως φανερὸν ὑμῖν καθιστῶντες· καὶ ὡς εὐλόγως τότε μὲν καὶ μέχρις ὑστάτης ὥρας ἐνιστάμεθα, ὅτε ἡμῖν τὰ ἑτεροίως γραφέντα προσέκοπτε· τότε δὲ ἀφιλονείκως τὰ μὴ λυποῦντα κατεδεξάμεθα, ὅτε ἡμῖν εὐγνωμόνως τῶν λόγων ἐξετάζουσι τὴν διάνοιαν, ἐφάνη συντρέχειν τοῖς ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐν τῇ προεκτεθείσῃ πίστει ὡμολογημένοις. ἀσπαζόμεθα ὑμᾶς σὺν τῇ παρ' ὑμῖν ἀδελφότητι. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὐχόμεθα, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι.

A cogitatione comprehendi poſſit. Eodem modo etiam illud: *Filium Patri conſubſtantialem eſſe*, ratione & exquiſitum eſt, & probatum, non more corporeo debere intelligi, nec quidquam habere ſimile cum mortalibus animantibus: nam neque diviſione ſubſtantiæ, neque ſectione, ſed nec affectione ulla, aut verſione, mutationeve paternæ eſſentiæ & facultatis poſſe conſtare: ingenitam enim Patris naturam ab his omnibus prorſus alienam eſſe, & hoc, patri conſubſtantialem eſſe, nihil aliud oſtendere, quam Filium Dei ad reliquas creaturas nullam habere ſimilitudinem, ſed Patri ſolum, qui eum genuit, omnino ſimilem eſſe, neque ex alia quam Patris ſub- B ſiſtentia & eſſentia genitum. Quod quidem, ſic rectum videbatur aſſenſione approbare. Nam nonnullos veteres epiſcopos & ſcriptores, viros ſane diſertos & illuſtres, in Patris & Filii divinitate explicanda hoc verbo, *conſubſtantiale*, uſos fuiſſe cognovimus. Sed de fide in concilio Nicæno expoſita & divulgata, hæc hactenus. Cui quidem omnes ad unum aſſenſi ſumus, non temere & inconſulto, ſed ſecundum ſententias coram ipſo ſanctiſſimo imperatore propoſitas, diſcuſſaſque. Quinetiam anathematis formulam, quam poſt fidem approbandam quoque putavimus: propterea quod vetet, ne quiſquam vocibus a ſcripturis abhorrentibus (ex quibus in eccle- C ſias omnis fere confuſio & diſcordia invecta eſt) omnino utatur. Cum itaque nulla ſcriptura divinitus inſpirata his vocibus uſa ſit: *Filium Dei ex nihilo ortum eſſe*, & *tempus fuiſſe aliquando cum non eſſet*, & quæ ſequuntur in eamdem ſententiam: minime conſentaneum videbatur, eas vel proferre, vel docere. Cui ſententiæ tam præclare decretæ conſtitutæque nos conſenſimus, quandoquidem nunquam antehac ejuſmodi verba uſurpare conſuevimus. Præterea non abſurdum videtur illud etiam anathemate ferire: *Quod antequam gigneretur non eſſet*: cum omnes fateri debeant Filium Dei prius fuiſſe quam in carne naſceretur: imo vero piiſſimus imperator noſter D etiam ratione confirmavit, ipſum ſecundum divinam generationem ſuam ante omnia ſæcula fuiſſe: ſiquidem priuſquam actu gigneretur, facultate erat in patre modo quodam ingenito, cum pater ſemper pater eſſet, quemadmodum ſemper rex & ſalvator, cum ſemper facultate omnia ſit, ſemperque ſecundum ſuam ipſius naturam eodem modo ſe habeat.

Iſta ad vos, fratres cariſſimi, neceſſitate coacti miſimus, non ſolum ut decretum, quod noſtram diſquiſitionem & aſſenſionem ſecutum eſt, vobis planum faceremus, verum etiam ut intellegeretis, quod primo ſicut ratio poſtulabat, cum ea quæ aliter ab aliis ſcripta erant, animum noſtrum offenderent, E in una eademque ſententia ad extremam uſque horam perſtitimus. Verum poſtea facile ſane, & ſine ulla contentione, ea quæ nullam habebant offenſionem, tum demum amplexati ſumus, cum nobis verborum ſenſum & ſententiam æquis animis diſquirentibus, illa quæ expoſita erant, conſentire viderentur cum his quæ in fidei formula ante propoſita, a nobis conceſſa & probata fuerant. Salutamus vos, & cum ea quæ apud vos eſt fraternitate, valere vos in domino precamur fratres, cariſſimi.

*Victor Conſtantinus, maximus, Auguſtus, epiſcopis & populis.*

## CAPUT XXXVI.

Socr. lib. 1. cap. 9.

CUM malignos & impios Arius ſibi imitandos duxerit, par eſt, ut eamdem cum illis ferat ignominiam. Quemadmodum igitur Porphyrius divinæ pietatis hoſtis, iniquis de religione compoſitis libris, condignam reperit mercedem, per quam futuris ſæculis omnium probris obnoxius erit, plurimaque obruetur infamia, atque inſuper impia ejus abolita ſunt ſcripta: ita & nunc placitum nobis eſt, Arium & Arii ſuffragatores [1] Porphyrianos quidem nominare, ut quorum imitati ſunt mores, eorum quoque obtineant appellationem. Si quod autem [2] ſcriptum ab Ario compoſitum reperiatur, igni tradatur, ut non modo improba ejus doctrina tollatur, verum etiam ne monumentum quidem aliquod ejus relinquatur. Illud equidem prædictum volo, ſi quis libellum aliquem ab Ario conſcriptum occultaſſe deprehenſus ſit, nec continuo eum prolatum igne abſumpſerit, morte mulctabitur. Illico namque in crimine tali comprehenſus pœnam capitis luet. Deus vos ſervet, fratres dilecti.

Et cum alias epiſtolas imperator adverſus Arium & cum illo ſentientes, magnificentius ſcripſiſſet, paſſim per ſingulas civitates eas propoſuit.

*Epiſtola imperatoris Conſtantini ad Alexandrinos adverſus Arium, & ad omnes orthodoxos.*

*Conſtantinus Auguſtus, catholicæ Alexandrinorum & omnium orthodoxorum eccleſiæ. Salvete plurimum, fratres cariſſimi.*

Socr. l. 9.

PERMAGNAM certe & ſingularem gratiam a divina providentia accepimus, quod omni errore liberati, unam eamdemque fidem agnoſcamus. Non licet amplius diabolo quidquam contra nos moliri: nam quidquid mali eſt in nos molitus, illud funditus ſublatum eſt. Diſſenſiones autem animorum, ſchiſmata, tumultus illos, & lethalia diſcordiarum, ut ita dicam, venena veritatis ſplendor, Dei juſſu, vicit. Unum igitur Deum omnes & nomine veneramur, & eſſe credimus. Ut autem iſtud fieret, Dei voluntate magnam epiſcoporum turbam in urbem Nicæam convocavi: quibuſcum ego ipſe tanquam unus ex veſtro numero (nam me conſervum veſtrum eſſe ſupra modum gaudeo) operam dedi, ut veritas diligenter inveſtigaretur.

Proinde omnia, quæ aut controverſiæ, aut diſſenſionis materiam præbere videbantur, accurate excuſſa & exagitata ſunt. Quantas & quam graves blaſphemias (ignoſcat nobis divina majeſtas) nonnulli de ſalvatore noſtro, de ſpe & vita noſtra indecore protulerunt, & ſcripturis divinitus inſpiratis, fidei-

A

Νικητὴς Κωνςαντῖνος, μέγιςος, σεβαςὸς, ἐπισκόποις καὶ λαοῖς.

## ΚΕΦΑΛ. λϛ.

ΤΟΥ'ς πονηροὺς καὶ ἀσεβεῖς μιμησάμενος Α'ρειος, δίκαιός ἐςι τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ὑπέχειν ἀτιμίαν. ὥσπερ τοίνυν Πορφύριος ὁ τῆς θεοσεβείας ἐχθρὸς συντάγματα ἄττα παράνομα κατὰ τῆς θρησκείας συςησάμενος, ἄξιον εὕρατο μισθὸν, καὶ τοιοῦτον, ὥςε ἐπονείδιςον μὲν αὐτὸν πρὸς τὸν ἑξῆς γενέσθαι χρόνον, καὶ πλείςης ἀναπλησθῆναι κακοδοξίας, ἀφανισθῆναι δὲ τὰ ἀσεβῆ αὐτοῦ συγγράμματα· οὕτω καὶ νῦν ἔδοξεν, Α'- B ρειόν τε καὶ τοὺς Ἀρείῳ ὁμογνώμονας Πορφυριανοὺς μὲν καλεῖσθαι, ἵν' ὧν περ τοὺς τρόπους μεμίμηνται, τούτων ἔχωσι καὶ τὴν προσηγορίαν. πρὸς δὲ τούτῳ καὶ εἴτι σύγγραμμα ὑπὸ Α'ρείου συντεταγμένον εὑρίσκοιτο, τοῦτο πυρὶ παραδίδοσθαι· ἵνα μὴ μόνον τὰ φαῦλα αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας ἀφανισθείη, ἀλλὰ μηδὲ ὑπόμνημα αὐτοῦ ὅλως ὑπολείποιτο. ἐκεῖνό μέντοι προαγορεύω, ὡς εἴτις σύγγραμμα ὑπὸ Α'ρείου συνταχθὲν φωραθείη κρύψας, καὶ μὴ εὐθέως προσενεγκὼν καὶ πυρὶ καταναλώσας, τούτῳ θάνατος ἔςαι ζημία· παραχρῆμα γὰρ ἁλοὺς ἐπὶ τούτῳ, κεφαλῆς ὑποςήσεται τιμωρίαν. ὁ Θεὸς ὑμᾶς C φυλάξῃ, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί.

Καὶ ἄλλας δὲ ἐπιςολὰς ὁ βασιλεὺς κατὰ Α'ρείου καὶ τῶν ὁμοδόξων αὐτοῦ πανηγυρικωτέρας γράψας, πανταχοῦ κατὰ πόλιν προέθηκεν.

Ε'πιςολὴ τοῦ βασιλέως Κωνςαντίνου πρὸς Α'λεξανδρεῖς κατὰ Α'ρείου, καὶ πρὸς πάντας ὀρθοδόξους.

Κωνςαντῖνος σεβαςὸς τῇ καθολικῇ Α'λεξανδρέων καὶ πάντων τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησίᾳ. Χαίρετε ἀγαπητοὶ ἀδελφοί.

D ΤΕΛΕΙ'ΑΝ παρὰ τῆς θείας προνοίας εἰλήφαμεν χάριν, ἵνα πάσης πλάνης ἀπαλλαγέντες, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐπιγινώσκωμεν πίςιν. οὐδὲν λοιπὸν τῷ διαβόλῳ ἔξεςι [*] μεθ' ἡμῶν· πᾶν ὅ,τι δ' ἂν κακοτεχνησάμενος ἐπεχείρησεν, ἐκ βάθρων ἀνῄρηται· τὰς διχονοίας, τὰ σχίσματα, τοὺς θορύβους ἐκείνους, καὶ τὰ τῶν διαφωνιῶν, ἵν' οὕτως εἴπω θανάσιμα φάρμακα ἡ τῆς ἀληθείας, κατὰ Θεοῦ κέλευσιν, ἐνίκησε λαμπρότης· ἕνα τοιγαροῦν ἅπαντες καὶ τῷ ὀνόματι προσκυνοῦμεν, καὶ εἶναι πεπιςεύκαμεν. ἵνα δὲ τοῦτο γένηται, θελήσει Θεοῦ, συνεκάλεσα εἰς τὴν Νικαέων πόλιν τοὺς πλείςους τῶν ἐπισκόπων, μεθ' ὧν E καὶ αὐτὸς ἐγὼ καθάπερ εἷς τις ἐξ ὑμῶν, συνθεράπων ὑμέτερος καθ' ὑπερβολὴν εἶναι χαίρων, καὶ αὐτὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐξέτασιν ἀνεδεξάμην.

Η'λέγχθη γοῦν ἅπαντα, καὶ ἀκριβῶς ἐξήτασαι, ὅσα ἀμφιβολίας καὶ διχονοίας προφάσεις ἐδόκει γεννᾷν· καὶ φεισάσθω ἡ θεία μεγαλειότης· ἡλίκα, καὶ [3] ὡς δεινὰ περὶ τοῦ ἡμετέρου σωτῆρος, περὶ τῆς ἐλπίδος καὶ ζωῆς ἡμῶν, ἀπρεπῶς ἐβλασφήμησάν τινες, τἀναντία ταῖς θεοπνεύςοις γραφαῖς καὶ τῇ ἁγίᾳ πίςει φθεγ-

[*] ἰσ. καθ' ἡμῶν.

1 Teſtis etiam Athanaſius in Epiſt. ad ſolitarios. *Hard.* 2 De Libro, quod Arius Thaliam inſcripſerat, vide Sozomenum lib. 2. cap. 21. *Hard.* 3 Codex MS. Allatii rectius, ὅσω δεινά. *Hard.*

φθεγγόμενοί τι, καὶ πιστεύειν ὁμολογοῦντες. τριακοσίων γοῦν καὶ πλειόνων ἐπισκόπων ἐπὶ σωφροσύνῃ τε καὶ ἀγχινοίᾳ θαυμαζομένων, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν πίστιν, ἣ καὶ ταῖς ἀληθείαις ἀκριβὴς τοῦ θείου νόμου πέφυκε πίστις, εἶναι βεβαιούντων, μόνος Ἄρειος ἐφωράθη τῆς διαβολικῆς ἐνεργείας ἡττώμενος, καὶ τὸ κακὸν τοῦτο πρῶτον μὲν παρ' ἡμῖν, ἔπειτα δὲ καὶ παρ' ἑτέροις ἀσεβεῖ γνώμῃ διασπείρας. ἀναδεξώμεθα τοιγαροῦν ἣν ὁ παντοκράτωρ Θεὸς παρέσχε πίστιν· ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τοὺς ἀδελφοὺς, ὧν ἡμᾶς τοῦ διαβόλου ἀναιδής τις ὑπηρέτης ἐχώρισεν· ἐπανίωμεν ἐπὶ τὸ κοινὸν ἡμῶν σῶμα, καὶ τὰ γνήσια ἡμῶν μέλη σπουδῇ πάσῃ ἴωμεν. τοῦτο γὰρ καὶ τῇ ἀγχινοίᾳ, καὶ τῇ πίστει, καὶ τῇ ὁσιότητι τῇ ὑμετέρᾳ πρέπει, ἵνα τῆς πλάνης ἐλεγχθείσης ἐκείνου, ὃν καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθρὸν εἶναι συνέστηκε, πρὸς τὴν θείαν ἐπανέλθητε χάριν. ὃ γὰρ τοῖς τριακοσίοις ἁγίοις ἤρεσεν ἐπισκόποις, οὐδέν ἐστιν ἕτερον ἢ μόνου τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ γνώμη, μάλιστα ὅπου γε καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα τοιούτων καὶ τηλικούτων ἀνδρῶν ταῖς διανοίαις ἐγκείμενον, τὴν θείαν βούλησιν ἐξεφώτισε. διὸ μηδεὶς ἀμφιβαλλέτω, μηδεὶς ὑπερτιθέσθω, ἀλλὰ προθύμως πάντες εἰς τὴν ἀληθεστάτην ὁδὸν ἐπανίητε· ἵν' ἐπειδὰν ὅσον οὐδέπω πρὸς ὑμᾶς ἀφίκωμαι, τὰς ὀφειλομένας τῷ παντεφόρῳ Θεῷ μεθ' ὑμῶν ὁμολογήσω χάριτας, ὅτι περὶ τὴν εἰλικρινῆ πίστιν ἐπιδείξας, τὴν εὐκταίαν ἡμῖν ἀγάπην ἀποδέδωκεν. ὁ Θεὸς ὑμᾶς φυλάξῃ, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου ἣν ἀπὸ τῆς Νικαίων ἀπέστειλε τοῖς ἀπολειφθεῖσι τῇ συνόδῳ ἐπισκόποις.

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς ταῖς ἐκκλησίαις καὶ ἐπισκόποις τοῖς τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἀπολειφθεῖσι, χαίρειν.

ΠΕΙΡΑΝ λαβὼν ἐκ τῆς τῶν κοινῶν εὐπραξίας, ὅση τῆς θείας δυνάμεως πέφυκε χάρις, τοῦτον καὶ πρὸ πάντων ἔκρινα εἶναί μοι σκοπὸν προσήκειν, ὅπως παρὰ τοῖς μακαριωτάτοις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πλήθεσι πίστις μία καὶ εἰλικρινὴς ἀγάπη, ὁμογνώμων τε εὐσέβεια περὶ τὸν παντοκράτορα Θεὸν τηρῆται. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο ἑτέρως οὐχ οἷόν τε ἦν ἀκλινῆ καὶ βεβαίαν * ἴασιν λαβεῖν, εἰ μὴ εἰς ταὐτὸ πάντων ὁμοῦ, ἢ γοῦν τῶν πλειόνων ἐπισκόπων συνελθόντων, ἑκάστου τῶν προσηκόντων τῇ ἁγιωτάτῃ θρησκείᾳ διάκρισις γένοιτο· τούτου ἕνεκα πλείστων ὅσων συναθροισθέντων ἐν ταύτῃ τῇ Νικαίων πόλει θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, καὶ αὐτὸς δὲ ἐγὼ καθάπερ εἷς ἐξ ὑμῶν τυγχάνων, συμπαρών· οὐ γὰρ ἀρνησαίμην ἄν, ἐφ' ᾧ μάλιστα χαίρω, συνθεράπων ὑμέτερος πεφυκέναι· ἄχρι τοσούτου ἅπαντα τῆς προσηκούσης τετύχηκεν ἐξετάσεως, ἄχρις οὗ ἡ τῷ παντεφόρῳ Θεῷ ἀρέσκουσα γνώμη πρὸς τὴν τῆς ἑνότητος συμφωνίαν εἰς φῶς προήχθη, ὡς μηδὲν ἔτι πρὸς διχόνοιαν ἢ πίστεως ἀμφισβήτησίν τι ὑπολείπεσθαι. ἔνθα καὶ περὶ τῆς τοῦ πάσχα ἁγιωτάτης ἡμέρας γενομένης ζητήσεως [1] ἔδοξε κοινῇ γνώμῃ καλῶς ἔχειν, ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας ἅπαντας τοὺς ἁπανταχοῦ Χριστιανοὺς τὴν σωτήριον ἑορτὴν ἐπιτελεῖν τοῦ ἁγιωτάτου πάσχα. τί γὰρ ἡμῖν κάλλιον,

al. τάξιν.

A quæ ſacroſanctæ contraria effutiverunt; & ſe ita credere palam confeſſi ſunt. Nam cum amplius trecenti epiſcopi, viri propter animi modeſtiam & ſolertiam admirabiles, unam eamdemque fidem (quæ revera exacta divinæ legis fides eſt) conſtabilivissent, ſolus Arius inventus eſt vi ac fraude diabolica victus, qui impio conſilio hanc erroris labem primum apud vos, deinde apud alios ſparſit. Quocirca eam quam omnipotens Deus nobis tradidit doctrinam amplexemur: ad fratres noſtros, a quibus nequam & impudens diaboli miniſter nos ſegregavit, redeamus: ad commune corpus eccleſiæ, & ingenua noſtra membra omni ſtudio revertamur. Illud enim ve-B ſtram prudentiam, fidem & ſanctitatem decet, ut errore illius, quem veritatis hoſtem eſſe conſtat, penitus depulſo, ad Dei gratiam vos denuo recipiatis. Nam quod trecentis ſanctis epiſcopis viſum eſt, non eſt aliud putandum, quam ſolius Filii Dei ſententia: præſertim, cum in talium & tam præclarorum virorum mentibus ſacer inſideret Spiritus, qui illis divinam voluntatem aperuerit. Quapropter nemo veſtrum hæſitet, nemo moram interponat, ſed omnes lubentibus animis ad viam veritatis redite: ut ſimul atque ipſe ad vos adventavero, debitas gratias Deo, qui omnia luſtrat, una vobiſcum agam, quod poſtquam ſinceram fidem nobis C oſtenderit, caritatem, quæ nobis optanda erat, benigne largitus ſit. Deus vos, fratres cariſſimi, ſervet incolumes.

*Literæ Conſtantini, quas Nicææ ad epiſcopos miſit, qui concilio non interfuerunt.*

*Conſtantinus Auguſtus eccleſiis & epiſcopis qui ſancto & magno concilio non interfuerunt, ſalutem.*

CUM ex florenti & proſpero rerum publicarum ſtatu, quanta ſit divini numinis erga nos benignitas, compertum habe- D rem, illum maxime finem mihi propoſitum eſſe debere judicavi, ut a beatiſſimis catholicæ eccleſiæ populis una fides, ſincera caritas, & conſentiens erga Deum omnipotentem religionis cultus ſervaretur. Verum quoniam iſtud haud poterat in loco tuto firmoque collocari, niſi vel omnes epiſcopi, vel certe plurimi in unum conveniſſent, ſingulique ſuum judicium de rebus ad ſacratiſſimam religionem pertinentibus interpoſuiſſent, eam ob cauſam, cum cœtus, quantum fieri poterat, maximus religioſiſſimorum epiſcoporum in hac urbe Nicææ coactus eſſet, ipſe tanquam unus e veſtro numero (non enim negaverim, ex qua re jam maximam capio E lætitiam, me conſervum veſtrum eſſe) præſto una adfui. Atque eouſque omnia debita diſquiſitione excuſſa ſunt, quoad ſententia Deo omnium contemplatori grata ad concordiæ conſenſum in lucem producta eſſet & promulgata: ſic ut nihil amplius, quod vel ad diſcordiam, vel ad fidei controverſiam ſpectaret, omnino reliquum fieret. Ubi etiam, cum de ſanctiſſimo die paſchatis diſceptaretur, communi omnium ſententia videbatur

Socr. l. 9. Theod. l. 9. Euſeb. l. 3. de Vita Conſtant c. 17.

1 Hoc verbo ἔδοξε uſos eſſe Patres in hoc negotio Paſchatis, teſtis eſt Athanaſius lib. de ſynodis Arimini & Seleuciæ pag. 873. etſi vox ea hoc tantum loco, non in ipſa epiſtola ſynodica reperitur. *Hard.*

batur rectum eſſe, ut omnes ubique Chriſtiani uno eodemque die ſalutare feſtum ſanctiſſimi paſchatis celebrarent. Quid enim præſtabilius, quidve auguſtius eſſe poterit, quam ut hoc feſtum, per quod ſpem immortalitatis accepimus, uno modo & ratione apud omnes ſincere inviolateque obſervetur? Ac primum omnium indignum plane videbatur, ut conſuetudinem Judæorum ſequentes, ſanctiſſimum feſtum celebraremus: qui quoniam ſuas ipſorum manus immani ſcelere polluerunt, cæco animorum errore merito tenentur irretiti. Licet enim nobis ea gente rejecta, veriore inſtituto (quod quidem uſque a prima paſſionis die hactenus ſervavimus) hujus feſti celebrationem ad poſterorum ſæculorum memoriam tranſmittere. Nihil igitur ſit nobis commune cum Judæorum turba, omnium maxime odioſa. Aliam enim viam, quam inſiſtamus, a ſalvatore didicimus. Proponitur namque ſanctiſſimæ noſtræ religioni curſus quidam & legitimus & decorus. Hunc igitur uno conſenſu tenentes, fratres honoratiſſimi, ab illa deteſtabili Judæorum opinione nos ipſos removeamus. Eſt enim revera abſurdiſſimum, illos gloriando jactare, nos abſque ipſorum doctrina hæc nullo modo poſſe obſervare. Quid tandem eſt, de quo illi recte ſentire queant, qui poſt necem domino illatam ex mentis ſtatu deturbati, non ratione ulla, ſed impotenti impetu, quocumque eos inſita rapit inſania, feruntur? Hinc etiam eſt, quod ne in hac quidem parte veritatem perſpiciant: qui ſemper ut plurimum aberrantes, non modo errorem non corrigunt, ſed in eodem anno alterum paſcha celebrant. Proinde quid eſt cur iſtos imitemur, quos conſtat gravi errore implicatos eſſe? Eodem namque anno bis celebrari paſcha non permittemus. Verum quamvis iſta non a me fuiſſent propoſita, tamen veſtræ ſolertiæ eſſet, dare operam ne qua illorum ſimilitudine, animorum noſtrorum integritas nequiſſimorum hominum moribus admiſceri videatur. Ex his item illud poteſt intelligi, nefas eſſe, ut in tanto negotio, tam ſolemni religionis noſtræ feſto, diſſenſio ulla ſit. Unum enim libertatis noſtræ diem feſtum, hoc eſt ſanctiſſimæ paſſionis, ſalvator noſter nobis tradidit, unamque eccleſiam catholicam eſſe voluit, cujus quidem membra, tametſi in multis variiſque locis congregentur, tamen uno ſpiritu, hoc eſt, divina voluntate & nutu foventur. Veſtræ igitur ſanctitatis prudentia ſecum reputet, quam grave & indecorum ſit, ut iiſdem diebus alii jejuniis vacent, alii agitent convivia. ac poſt dies paſchatis, alii in feſtis & animorum remiſſione verſentur, alii præſcriptis jejuniis ſe dedant. Quapropter iſtud, ut decet, emendari, & ad unam normam reduci, divina providentia poſtulat, ſicut vos omnes ſatis animadvertere exiſtimo. Et quoniam iſtud erat ita corrigendum, ut nihil nobis cum parricidis illis & necis domini auctoribus commune ſit: eſt modus ille decorus, quem omnes eccleſiæ ſervant, quæ orbis partes vel verſus occidentem, vel verſus meridiem, vel verſus ſeptemtrionem incolunt, quem nonnulli qui ad orientem habitant,

A τέρᾳ ἀγχινοίᾳ ἀρέσκειν ὑπεσχόμην, ἵν᾽ ὅπερ δ᾽ ἂν τί δὲ σεμνότερον ὑπάρξαι δυνήσεται, τοῦ τὴν ἑορτὴν ταύτην, παρ᾽ ἧς τὴν τῆς ἀληθείας εἰλήφαμεν ἐλπίδα, μιᾷ τάξει καὶ φανερῷ λόγῳ παρὰ πᾶσιν ἀδιαπτώτως φυλάττεσθαι; καὶ πρῶτον μὲν ἀνάξιον ἔδοξεν εἶναι τὸ τὴν ἁγιωτάτην ἑορτὴν ἐκείνην τῇ τῶν Ἰουδαίων ἑπομένους συνηθείᾳ πληροῦν· οἳ τὰς ἑαυτῶν χεῖρας ἀθεμίτῳ πλημμελήματι χράναντες, εἰκότως τὰς ψυχὰς οἱ μιαροὶ τυφλώττουσιν. ἔξεστι γὰρ τοῦ ἐκείνων ἔθνους ἀποβληθέντος, ἀληθεστέρᾳ τάξει, ἣν ἐκ πρώτης τοῦ πάθους ἡμέρας μέχρι τοῦ παρόντος ἐφυλάξαμεν, καὶ ἐπὶ τοὺς μέλλοντας αἰῶνας τὴν τῆς ἐπιτηρήσεως ταύτης συμπλήρωσιν ἐγγίνεσθαι. μηδὲν τοί-
B νυν ἔστω ὑμῖν κοινὸν μετὰ τοῦ ἐχθίστου τῶν Ἰουδαίων ὄχλου. εἰλήφαμεν παρὰ τοῦ σωτῆρος ἑτέραν ὁδόν· πρόκειται δρόμος τῇ ἱερωτάτῃ ἡμῶν θρησκείᾳ, καὶ νόμος πρέπων. τούτου συμφώνως ἀντιλαμβανόμενοι, τῆς αἰσχρᾶς ἐκείνης συνειδήσεως ἑαυτοὺς ἀποσπάσωμεν, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι. ἔστι γὰρ ἀληθῶς ἀτοπώτατον, ἐκείνους αὐχεῖν καθ᾽ ἡμῶν, ὡς ἄρα παρεκτὸς τῆς αὐτῶν διδασκαλίας ταῦτα φυλάττειν οὐκ ἦμεν ἱκανοί. τί δὲ φρονεῖν ὀρθῶς ἐκεῖνοι δυνήσονται, οἳ μετὰ τὴν κυριοκτονίαν ἐκείνην ἐκστάντες τῶν φρενῶν, ἄγονται οὐδενὶ λογισμῷ τινι, ἀλλ᾽ ὁρμῇ ἀκατασχέτῳ, ὅπου ἂν αὐτοὺς ἡ ἔμφυτος αὐτῶν ἀπάγοι μανία. ἐκεῖθεν τοίνυν κἀν τούτῳ τῷ μέρει τὴν ἀλήθειαν οὐχ ὁρῶ-
C σιν, [1] ὡς ἀεὶ κατὰ τὸ πλεῖστον αὐτοὺς πλανωμένους, ἀντὶ τῆς προσηκούσης ἐπανορθώσεως, ἐν τῷ αὐτῷ ἔτει δεύτερον αὐτοῖς τὸ πάσχα ἐπιτελεῖν. τίνος οὖν χάριν τούτοις ἑπόμεθα τοῖς δεινὴν πλάνην ὡμολογημένως ἔχουσι; δεύτερον γὰρ τὸ πάσχα ἐν ἑνὶ ἐνιαυτῷ οὐκ ἄν ποτε ποιεῖν ἀνεξόμεθα. ἀλλ᾽ εἰ καὶ ταῦτα μὴ προὔκειτο, τὴν ὑμετέραν ἀγχίνοιαν ἐχρῆν πάντως ἐν μηδενὸς ὁμοιότητι ἐκείνων τὸ καθαρὸν τῆς ἡμετέρας ψυχῆς κοινωνεῖν δοκεῖν ἀνθρώπων ἔθεσι παγκάκων. πρὸς τούτοις, κἀκεῖνο πάρεστι συνορᾶν, ὡς ἐν τηλικούτῳ πράγματι, καὶ τοιαύτης θρησκείας ἑορτῇ διαφωνίαν ὑπάρχειν ἐστὶν ἀθέμιτον. μίαν γὰρ ἡμῖν τὴν τῆς ἡμετέρας ἐλευθερίας ἡμέραν, τουτέστι τοῦ ἁγιω-
D τάτου πάθους, ὁ ἡμέτερος παρέδωκε σωτήρ, μίαν εἶναι τὴν καθολικὴν αὐτοῦ ἐκκλησίαν βεβούληται· εἰ καὶ τὰ μάλιστα εἰς πολλούς τε καὶ διαφόρους τόπους τὰ μέλη συνάγοιτο, ἀλλ᾽ ὅμως ἐν ἑνὶ πνεύματι, τουτέστι τῷ θείῳ βουλήματι θάλπεται. λογισάσθω δὴ ἡ τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος ἀγχίνοια, ὅπως ἐστὶ δεινόν τε καὶ ἀπρεπὲς κατὰ τὰς αὐτὰς ἡμέρας ἑτέρους μὲν ταῖς νηστείαις σχολάζειν, ἑτέρους δὲ συμπόσια ἐπιτελεῖν· καὶ μετὰ τὰς τοῦ πάσχα ἡμέρας, ἄλλους μὲν ἐν ἑορταῖς καὶ ἀνέσεσιν ἐξετάζεσθαι, ἄλλους δὲ ταῖς ὡρισμέναις ἐκδίδοσθαι νηστείαις. διὰ τοῦτο γοῦν τῆς προσηκούσης ἐπανορθώσεως τυχεῖν, καὶ πρὸς μίαν διατύπωσιν ἄ-
E γεσθαι τοῦτο, ἡ θεία πρόνοια βούλεται, ὡς ἔγωγε ἅπαντας ἡγοῦμαι συνορᾶν. ὅθεν ἐπειδὴ τοῦτο οὕτως ἐπανορθοῦσθαι προσῆκεν, ὡς μηδὲν μετὰ τῶν πατροκτόνων τε καὶ κυριοκτόνων ἐκείνων ἡμῖν κοινόν· ἔστι δὲ τάξις εὐπρεπής, ἣν ἅπασαι αἱ τῶν δυτικῶν καὶ μεσημβρινῶν, καὶ ἀρκτῴων τῆς οἰκουμένης μερῶν φυλάττουσιν ἐκκλησίαι, ἧς τινες τῶν κατὰ τὴν ἑῴαν τόπων οὐ προσίενται. ὧν ἕνεκεν ἐπὶ τοῦ παρόντος καλῶς ἔχειν ἅπαντες ἡγήσαντο. καὶ αὐτὸς δὲ τῇ ὑμε-

τέρᾳ

1 Ita Theodoretus. Socrates, ὡς δεῖ. al. ὡς δεῖ Hard.

κατὰ τὴν Ῥωμαίων πόλιν, Ἰταλίαν τε, καὶ Ἀφρικὴν πᾶσαν, Σπανίαν τε, καὶ Γαλλίαν, Βρετανίαν, Αἴγυπτόν τε, καὶ Λιβύας, Ἑλλάδα τε ὅλην, Ἀσιανήν τε διοίκησιν, καὶ Ποντικὴν, καὶ Κιλικίαν, μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ συμφώνῳ φυλάττεται γνώμῃ, ἀσμένως τοῦτο καὶ ἡ ὑμετέρα προσδέξηται σύνεσις, λογιζομένη, ὡς οὐ μόνον πλείων ἐστὶν ὁ τῶν κατὰ τοὺς προειρημένους τόπους ἐκκλησιῶν ἀριθμὸς, ἀλλὰ καὶ ὡς τοῦτο μάλιστα κοινῇ πάντας ὁσιωτάτους ἐστὶ βούλεσθαι, ὅπερ καὶ ὁ ἀκριβὴς λογισμὸς ἀπαιτεῖν δοκεῖ, τὸ μηδεμίαν μετὰ [1] τῆς Ἰουδαίων ἐπιορκίας ἔχειν κοινωνίαν. ἵνα δὲ τὸ κεφαλαιωδέστερον συντόμως εἴπω, κοινῇ πάντων ἤρεσε κρίσει, τὴν ἁγιωτάτην τοῦ πάσχα ἑορτὴν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ συντελεῖσθαι. οὐδὲ γὰρ πρέπει ἐν τοσαύτῃ ἁγιότητι εἶναί τινα διαφορὰν, καὶ κάλλιον ἕπεσθαι τῇ γνώμῃ ταύτῃ, ἐν ᾗ οὐδεμία ἐστὶν ἀλλοτρίας πλάνης καὶ ἁμαρτήματος ἐπιμιξία. τούτων θείᾳ κρίσει διὰ τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων ἁγίων ἐπισκόπων διατυπωθέντων, ἀσμένως δέχεσθε τὴν οὐράνιον χάριν, καὶ θείαν ὡς ἀληθῶς ἐντολήν. πᾶν γὰρ ὅ,τι δ' ἂν ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἐπισκόπων συνεδρίοις ἐπράχθη, τοῦτο πρὸς τὴν θείαν βούλησιν τὴν ἀναφορὰν ἔχει. διὸ πᾶσι τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν ἀδελφοῖς ἐμφανίσαντες τὰ προγεγραμμένα ἤδη, καὶ τὸν προειρημένον τῆς καθολικῆς πίστεως λόγον, καὶ τὴν παρατήρησιν τῆς ἁγιωτάτης τοῦ πάσχα ἡμέρας ὑποδέχεσθαί τε καὶ διαπράττειν ὀφείλετε· ἵν' ἐπειδὰν πρὸς τὴν πάλαι μοι ποθουμένην τῆς ἡμετέρας διαθέσεως ὄψιν ἀφίκωμαι, ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τὴν ἁγίαν μεθ' ὑμῶν ἑορτὴν ἐπιτελέσαι δυνηθῶ, καὶ πάντων ἕνεκα μεθ' ὑμῶν εὐδοκήσω, συνορῶν τὴν διαβολικὴν ὠμότητα ὑπὸ τῆς θείας δυνάμεως διὰ τῶν ὑμετέρων πράξεων ἀνῃρημένην· ἀκμαζούσης δὲ πανταχοῦ τῆς ἡμετέρας πίστεως καὶ εἰρήνης καὶ ὁμονοίας, εὐχαριστηρίους ὕμνους μεθ' ὑμῶν ἀναπέμψω τῷ πανευεργέτῃ καὶ σωτῆρι Θεῷ. ὁ Θεὸς ὑμᾶς φυλάξοι ἀδελφοὶ ἀγαπητοί.

Ταῦτα μὲν οὖν τοῖς ἀπολειφθεῖσι τῆς συνόδου ἀπέστελλε. τοὺς δὲ συνεληλυθότας ἐφιλοφρονήσατο καὶ λόγοις καὶ δώροις. πολλὰς δὲ στιβάδας ἐκτεθῆναι κελεύσας, κατὰ ταυτὸν εἱστίασεν ἅπαντας· τοὺς μὲν ἐπισημοτέρους ὁμοτραπέζους λαβὼν, τοὺς δὲ ἄλλους διελὼν εἰς τὰς ἄλλας τραπέζας. θεασάμενος δέ τινας τοὺς δεξιοὺς ὀφθαλμοὺς οὐκ ἔχοντας, ἀλλ' ἐκκεκομμένους, καὶ μαθὼν ὡς τὸ περὶ τὴν εὐσέβειαν τὸ εἰς Χριστὸν ἑδραῖον τοῦ πάθους ἐγένετο αἴτιον, τὰ χείλη τοῖς τραύμασι προσενεγκὼν, ἑλκύσειν ἐκεῖθεν τῷ φιλήματι τὴν εὐλογίαν ἐπίστευε. τέλος δὲ τοῦ συμποσίου λαβόντος, ἕτερα πάλιν αὐτοῖς προσενήνοχε δῶρα· καὶ μέντοι καὶ γράμματα πρὸς τοὺς τῶν ἐθνῶν προστατεύοντας δέδωκεν ἄρχοντας, καθ' ἑκάστην πόλιν χορηγεῖσθαι παρεγγυῶν ἀειπαρθένοις καὶ χήραις, καὶ τοῖς τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ ἀφιερωμένοις ἐτήσια σιτηρέσια, φιλοτιμίᾳ μᾶλλον, ἢ χρείᾳ ταῦτα μετρήσας. περὶ ὧν καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου διαλαμβάνων ὧδέ πως λέγει· οὕτω δὴ τοὺς ἁγίους ἐπισκόπους μετὰ πλείστης ὅσης εὐλαβείας διαναπαύσας ὁ πανεύφημος καὶ πεσοπιτος βα-

A non admittunt: idcirco omnes in præſentia hoc recte ſe habere arbitrati ſunt. Ipſeque etiam in me recepi, veſtram ſapientiam facile aſſenſuram: ut quod in urbe Roma, in Italia, in Africa, in Ægypto, in Hiſpania, Gallia & Britannia, in Libya, & univerſa Græcia, in diœceſi Aſiatica & Pontica, in Cilicia denique, una & conſentiente ſententia conſervatur, hoc etiam veſtra prudentia libenter approbet: illud ſedulo reputantes, non ſolum quod in locis ante dictis major eccleſiarum numerus exiſtat, ſed etiam quod ſanctiſſimum ſit, illud omnes communi conſilio ſtatuere, quod recta ratio poſtulare videtur, nihil cum Judæorum perjurio habe- B re commercii. Verum ut ſummam rei breviter complectar, viſum eſt communi omnium judicio ſacratiſſimum paſchatis feſtum uno eodemque die celebrandum eſſe. Neque enim de re tam ſancta ac ſolenni ulla diſſenſio debet exiſtere: & longe pulchrius eſt eam ſequi ſententiam, cui nullus a fide alienus error, nullum vitium admixtum ſit. His itaque divino judicio a tot tantiſque ſanctis epiſcopis ad hunc modum conſtitutis, ea velut dona cælitus demiſſa, & divina vere mandata accipite. Nam quidquid in ſanctis epiſcoporum conciliis decernitur, id univerſum divinæ voluntati debet attribui. Quamobrem vos, ubi omnibus dilectis noſtris fratribus ea C quæ ante ſcripta ſunt, & jam dictam catholicæ fidei formulam, & ſanctiſſimi diei paſchatis obſervationem denunciaveritis, eadem ipſi approbare, & effecta reddere debetis: ut ſimulatque in pietatis veſtræ conſpectum jampridem a me deſideratum pervenero, uno eodemque die vobiſcum una ſacroſanctum feſtum recolere poſſim, & ſimul omnium cauſa permagnam animo capiam voluptatem, cum intellexero, diabolicam crudelitatem a divina virtute per veſtra recte facta prorſus profligatam eſſe: & fide noſtra ubique florente, pace itidem & concordia, hymnos cum gratiarum actione vobiſcum concinam in laudem benefactoris & ſalvatoris Dei, D qui vos, fratres cariſſimi, ſervet incolumes.

Hæc igitur abſentibus a concilio per literas ſignificavit: eos autem qui convenerant, ſermonibus atque muneribus multis benigne excepit. Cum autem plures lectos præparari juſſiſſet, ſimul omnibus epulum dedit, & illuſtriores quidem menſa ſua dignatus eſt, alios vero ad alias menſas dimiſit. Cum autem vidiſſet dextros oculos quibuſdam effoſſos, & intellexiſſet conſtantiam pietatis & fidei in Chriſtum cladis ejus cauſam fuiſſe; labia vulneribus admovens, ſeſe oſculo benedictionem inde eruere credebat. Convivio peracto, alia dona rurſus iis attulit: quin- E etiam literas ad provinciarum præfectos dedit, mandavitque ut virginibus perpetuam virginitatem voventibus, & viduis, & iis qui divinis miniſteriis obeundis conſecrati eſſent, in ſingulis civitatibus annua frumenta ſuppeditarentur, quæ non tam egentium neceſſitate, quam ſua ipſius magnificentia menſus eſt. De quibus & Euſebius Pamphili diſſerens in hunc fere loquitur modum: Sic denique ſanctos epiſcopos cum maxima reverentia interquic- Lib. 3. de vita Conſtant. cap. 21. 22.

1 Legendum ex MS. noſtro, μετὰ τῆς. Hard.

quieſcere faciens laudabilis prorſus ac fideliſſimus imperator Conſtantinus, præcipienſque illos domum redire, omnes dimiſit. Ipſi vero cum lætitia multa redierunt. Obtinebat autem apud omnes una in poſterum ſententia, in quam præſente imperatore conſpirarunt, conjunctis velut in unum corpus iis qui diu ſeparati fuerant. Imperator igitur lætus ob rem feliciter geſtam, iis qui concilio non interfuerunt, epiſcopis, uberem fructum per epiſtolas dabat: populis omnibus tam agros quam civitates habitantibus, pecuniarum effuſas largitiones fieri jubebat. Hoc modo viceſimum ſui regni annum condecorabat. Sexto quidem decimo anno & ſexto menſe regni ſui, juxta veteres hiſtorias, ut ſupra diximus, ſanctum epiſcoporum concilium congregavit. Anno vero viceſimo cum ſynodi conventum diſſolviſſet, in ſuas parœcias, ut dictum eſt, unumquemque dimiſit. Ego autem, quæ in ipſa ſancta ſynodo de catholica & orthodoxa fide, & veneranda ſancti paſchatis feſtivitate, de divini eccleſiaſtici officii conſtitutionibus, & de ipſius diſciplinæ canonibus judicata & definita ſunt, cum ad pleniſſimam eorum ſecuritatem qui hoc ſcripto utentur, in hac eccleſiaſtica hiſtoria, ut potui, ordine propoſuerim, huic ſermoni finem imponam: reliqua prorſus laudabilis atque fideliſſimi imperatoris pia pro fide ſtudia in tertio commentario relaturum me reputans, in gloriam omnium noſtrum ſalvatoris Chriſti, & in manifeſtiſſimam pietatis demonſtrationem imperatoris noſtri fideliſſimi. Illud ſolum hic addere neceſſarium exiſtimavi (non extra rem eſſe arbitratus, ſed valde accommodatum) eorum ſcilicet epiſcoporum nomina, qui ex communi omnium epiſcoporum conſenſu in provincias ubique terrarum miſſi ſunt: per quos quæ a ſynodo fuerant judicata, per ſynodicas epiſtolas, & laudatiſſimi regis literas, ad omnes ſanctas ſub cœlo Dei eccleſias ſunt tranſmiſſa, in gloriam Dei Patris, & Filii ejus Jeſu Chriſti domini noſtri, & ſancti Spiritus. Amen.

*Catalogus ſanctorum epiſcoporum, per quos ſancta, magna & univerſalis ſynodus Nicææ coacta, miſit omnibus in toto orbe terrarum Dei eccleſiis ea, quæ ab ipſis per Spiritum ſanctum in ea conſtituta ſunt.*

OSIUS epiſcopus Cordubæ ſanctis Dei eccleſiis, quæ Romæ ſunt, & Italia & Hiſpania tota, & in reliquis ulterius nationibus uſque ad Oceanum commorantibus, per eos qui cum ipſo erant, Romanos presbyteros [a] Vitonem & Vincentium.

[a] *Vitum, ſeu Victorem.*

Alexander Alexandriæ cum Athanaſio tunc archidiacono, eccleſiis per totam Ægyptum, Libyam, & Pentapolim, & regiones finitimas, uſque ad Indiæ provincias.

Macarius Hieroſolymorum cum Euſebio Pamphili epiſcopo Cæſareæ Palæſtinæ, eccleſiis in Palæſtina, Arabia & Phœnicia.

Euſtathius epiſcopus Antiochiæ magnæ omnibus in Cœleſyria, in Meſopotamia, & Cilicia utraque.

Joannes Perſa, eccleſiis in tota Perſia & magna India.

A σιλεὺς Κωνςαντῖνος, συνταξάμενός τε σφᾶς ἐπανιέναι οἴκαδε, τοὺς πάντας ἠφίει. οἱ δὲ ἐπανήεσαν σὺν εὐφροσύνῃ πολλῇ. ἐκράτει τε λοιπὸν μία γνώμη παρὰ τοῖς πᾶσι, παρ' αὐτῷ βασιλεῖ συμφωνηθεῖσα, συναπτομένων ὥσπερ εἰς ἓν σῶμα τῶν ἐκ μακροῦ διῃρημένων. χαίρων δῆτα ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὸ κατορθώματι, τοῖς μὴ παρατυχοῦσι τῇ συνόδῳ ἐπισκόποις καρπὸν εὐθαλῆ δι' ἐπιςολῶν ἐδωρεῖτο· λαοῖς τε πᾶσι, τοῖς τε κατ' ἀγροὺς καὶ τοῖς ἀμφὶ τὰς πόλεις οἰκοῦσι, χρημάτων ἀφθόνους διαδόσεις ποιεῖσθαι παρεκελεύετο· ὧδέ πη γεραίρων τὴν ἑορτὴν τῆς εἰκοσαετοῦς αὐτοῦ βασιλείας· ἑκκαιδεκάτῳ μὲν ἔτει καὶ μησὶν ἓξ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καθὼς καὶ ἀνωτέρω ὁ

B λόγος ἀπέδειξε, κατὰ τὰ παλαιὰ διηγήματα, τὴν ἁγίαν τῶν ἐπισκόπων συναθροίσας σύνοδον. εἰκοςῷ δὲ ἔτει διαλυσάντων τὸ τῆς συνόδου συνέδριον, ἀνέλυσεν ἕκαςον εἰς τὰς ἰδίας παροικίας, καθὼς προαναγέγραπται· ἐγὼ δὲ τὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ περὶ τῆς τῆς καθολικῆς καὶ ὀρθοδόξου πίςεως, τῆς τε σεβασμίου ἑορτῆς τοῦ ἁγίου πάσχα, τῶν τε τῆς ἐκκλησιαςικῆς θείας λειτουργίας διατυπώσεων, τῶν τε περὶ τῆς ἐν αὐτῇ εὐταξίας κανόνων κριθέντα καὶ ὁρισθέντα ἐντάξας κατὰ δύναμιν τῷ δε τῷ ἐκκλησιαςικῷ ἱςορίᾳ, πρὸς πληρεςάτην ἀσφάλειαν τῶν ἐντευξομένων τῷ δε τῷ γράμματι, ἐνταῦθα καταπαύσω τὸν λόγον· τὰ λοιπὰ τοῦ πανευφήμου καὶ πιςοτάτου βασιλέως εὐσεβῆ ὑπὲρ τῆς πίςεως σπουδάσματα ἐν τρίτῳ καταςτῆσαι συνιδὼν συντάγματι, εἰς δόξαν τοῦ

D πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριςοῦ, καὶ εἰς ἐναργεςάτην ἀπόδειξιν τῆς τοῦ πιςοτάτου τοῦ βασιλέως εὐσεβείας. ἐκεῖνο μόνον προσθεῖναι ἐνταῦθα ἀναγκαῖον ᾠήθην· μὴ πάρεργον ἡγησάμενος, ἀλλὰ καὶ λίαν ἁρμόδιον· τὰ τῶν ἐπισκόπων ὀνόματα, τῶν ὑπὸ τοῦ κοινοῦ πάντων τῶν ἐπισκόπων εἰς τὰς ἁπανταχοῦ γῆς ἐπαρχίας ςαλέντων· δι' ὧν τὰ ὑπὸ τῆς συνόδου κριθέντα, διὰ συνοδικῶν ἐπιςολῶν καὶ τῶν τοῦ πανευφήμου βασιλέως γραμμάτων, πάσαις διεπέμψατο ταῖς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις, εἰς δόξαν τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριςοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ἀμήν.

C Κατάλογος τῶν ἁγίων ἐπισκόπων, δι' ὧν ἡ σὺν αὐτοῖς ἐν Νικαίᾳ ἁγία καὶ μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ταῖς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ διεπέμψατο τὰ ἐν αὐτῇ δι' αὐτῶν κεκριμένα ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

ΟΣΙΟΣ ἐπίσκοπος Κουρδούβης ταῖς κατὰ Ῥώμην, καὶ Ἰταλίαν, καὶ Σπανίαν πᾶσαν, καὶ ταῖς ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι τοῖς ἐπέκεινα κατ' ἐμὲ οὖσιν ἕως τοῦ Ὠκεανοῦ, ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις, διὰ τῶν σὺν αὐτῷ πρεσβυτέρων Ῥώμης Βίτωνος καὶ Βικεντίου.

Ἀλέξανδρος Ἀλεξανδρείας σὺν Ἀθανασίῳ τότε ἀρχιδιακόνῳ ὄντι, ταῖς κατ' Αἴγυπτον πᾶσαν, καὶ Λιβύην, καὶ Πεντάπολιν, καὶ τὰ ὅμορα τούτοις, ἕως τῶν τῆς Ἰνδίας ἐπαρχιῶν.

E Μακάριος Ἱεροσολύμων σὺν Εὐσεβίῳ τῷ Παμφίλου ἐπισκόπῳ Καισαρείας, ταῖς κατὰ Παλαιςίνην, καὶ Ἀραβίαν καὶ Φοινίκην.

Εὐςάθιος Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης ταῖς κατὰ Συρίαν κοίλην, καὶ Μεσοποταμίαν πᾶσαν, καὶ Κιλικίαν ἑκατέραν.

Ἰωάννης Πέρσης τῆς ἐν Περσίδι πάσῃ, καὶ τῇ μεγάλῃ Ἰνδίᾳ.

Λεόν-

Λεόντιος Καισαρείας Καππαδοκίας, τὸ τῆς ἐκκλησίας τοῦ κυρίου καλλώπισμα, ταῖς κατ' αὐτὴν Καππαδοκίαν, Γαλατίαν, Πόντον Διοσπόντου, Παφλαγονίαν, Πόντον * Πολεμαϊκὸν, Ἀρμενίαν μικρὰν καὶ μεγάλην.

Πολεμονιακόν.

Θεωνᾶς Κυζίκου ταῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Ἑλλήσποντον, Λυδίαν τε, καὶ Καρίαν, διὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων Εὐτυχίου Σμύρνης, καὶ Μαρίνου Τρωάδος.

Ἀλέξανδρος Θεσσαλονίκης διὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν τελούντων, ταῖς κατὰ Μακεδονίαν πρώτην καὶ δευτέραν, σὺν τῇ Ἑλλάδι, τήν τε Εὐρώπην πᾶσαν, Σκυθίαν ἑκατέραν, καὶ ταῖς κατὰ τὸ Ἰλλυρικὸν ἁπάσαις, Θεσσαλίαν τε καὶ Ἀχαΐαν.

Νουνέχιος Λαοδικείας ταῖς κατὰ τὴν Φρυγίαν πρώτην καὶ δευτέραν.

Πρωτογένης ὁ θαυμάσιος πόλεως Σαρδικῆς, τῆς ἐν Δακίᾳ [2] Καλαυρίᾳ, Δαρδανίᾳ, καὶ ταῖς ὁμόροις τούτοις.

Κεκιλιανὸς πόλεως Καρθαγένης, ταῖς κατὰ πάσας τὰς ἐπαρχίας, τάς τε Ἀφρικὰς, καὶ τὰς Νουμιδίας, καὶ Μαυριτανίας ἀμφοτέρας, οὔσαις ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις.

Πιστὸς Μαρκιανουπόλεως, ταῖς κατὰ τὴν Μυσίαν, καὶ τὰ τῶν Ἀθηνῶν καὶ Γάλλων ἔθνη, καὶ ταῖς πλησιοχώροις τούτων πόλεσιν.

Ἀλέξανδρος Κωνσταντινουπόλεως τότε πρεσβύτερος ἔτι ὢν, εἰς ὕστερον δὲ καὶ τῆς ἐπισκοπικῆς ἱερατείας τῆς αὐτόθι ἐκκλησίας λαχὼν, σὺν Παύλῳ ἔτι τότε ἀναγνώστῃ ὄντι, καὶ νοταρίῳ αὐτοῦ, ταῖς ἐν ταῖς νήσοις πάσαις Κυκλάσιν.

Οὗτοι πάντες οἱ ἅγιοι καὶ ἀποστολικοὶ ἄνδρες πάσαις ταῖς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις τὰ ἐν τῇ Νικαέων ἁγίᾳ μεγάλῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ κεκριμένα διαπορθμεύσαντες, πανταχοῦ γῆς παρέδωκαν, καθὰ ἀρτίως ὁ λόγος ἀπέδειξεν.

## ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς Ἀρείῳ καὶ Ἀρειανοῖς.

ΚΑΚΟΣ ἑρμηνεὺς αὐτόχρημα εἰκών τε καὶ ἀνδρειάς ἐστι τοῦ διαβόλου. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνον οἱ δεινοὶ πλάσται πρὸς ἀπάτης δέλεαρ πλάττουσιν, οἱονεὶ κάλλους αὐτῷ εὐπρέπειαν προσμηχανώμενοι, αἰσχίστῳ καθάπαξ ὄντι τῇ φύσει, ὅπως ἂν τοὺς ταλαιπώρους ἀπολλύοι πλάνην αὐτοῖς προτείνων· τὸν αὐτὸν οὗτος ἂν οἶμαι τρόπον ποιήσειεν, ᾧ μόνον σπουδῆς ἄξιον τοῦτ' εἶναι δοκεῖ, τὸ, τὰ τῆς οἰκείας ἰταμότητος δηλητήρια ἀφειδῶς προβάλλεσθαι. τοιγάρ τοι καινὴν, καὶ ἀφ' οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι, οὐδεπώποτε φανεῖσαν ἀπιστίας εἰσάγει πίστιν. διόπερ οὐδὲ τῆς ἀληθείας ἄρα ἀπῳδὸν ἐκεῖνο φαίνεται, τὸ πάλαι τῇ θείᾳ ῥήσει διηρθρωμένον, ὅτι πρὸς τὸ κακόν εἰσι σοφοί. τί δ' ἄν τις ἐκεῖνο λέγοιτο τὴν τοῦ βουλεύεσθαι χάριν αὐτὸν ἀπολωλεκότα, μηκέτι κουφισμοῦ τινα ἐπικουρίαν εὑρέσθαι ἐπιθυμεῖν: τί τοίνυν φημὶ, Χριστὲ Χριστὲ, κύριε κύριε; τί δήποτε ἡμᾶς τὸ λῃστήριον ὁσημέραι τιτρώσκει; ἕστηκεν ἐξεναντίας δεινή τις βιαία τόλμα, βρυχᾶται ἐπιπρίουσα τοὺς ὀδόντας δύσμορφος ὑπ' ἀτιμίας, καὶ παντοδαποῖς περιτετρωμένη ἐγκλήμασιν. αὕτη μέν τοι ἐν τῷ νόμῳ καὶ τῷ περὶ σοῦ κηρύγματι, ὥσπερ τισὶ ζάλαις τρι-

Leontius Cæſareæ Cappadociæ, magnum eccleſiæ domini ornamentum, eccleſiis in eadem Cappadocia, Galatia, Ponto Dioſponti, Paphlagonia, in Ponto [a] Polemaico, Armenia parva & magna.

[a] Polemoniaco.

Theonas Cyzici, eccleſiis in Aſia, & Helleſponto. & Lydia, & Caria, per epiſcopos qui ſub ipſo erant, Eutychium Smyrnæ, & Marinum Troadis.

Alexander Theſſalonicæ, per eos qui ſub ipſo cenſentur, eccleſiis in Macedonia prima & ſecunda, cum iis quæ in Græcia & Europa tota, in utraque Scythia, & omnibus denique in Illyrico, Theſſalia & Achaja.

Nunechius Laodiceæ epiſcopus, eccleſiis quæ in Phrygia prima & ſecunda.

Protogenes ille admirabilis Sardicæ civitatis epiſcopus, in Dacia [b], Calabria, Dardania, & provinciis finitimis.

[b] alia eſt a Calabria ſive veteri ſive recentiore Italiæ provincia inter freta Hadriaticum Siculumque extenſa.

Cæcilianus Carthaginenſis epiſcopus, ſanctis Dei eccleſiis in omnibus provinciis Africæ, Numidiæ, & Mauritaniæ utriuſque.

Piſtus Marcianopolis epiſcopus, eccleſiis in Myſia, Athenarum, & Gallorum gentibus [c], & civitatibus quæ his vicinæ ſunt.

[c] Gallo-Græciam ſive Galatiam intelligit: qui vero ſint illi Atheni, ſive Athenæ, inquiretur in Notis.

Alexander Conſtantinopolis tunc ſolum presbyter, poſtea vero eccleſiæ illius epiſcopatum ſortitus, cum Paulo tunc lectore, atque ipſius notario, eccleſiis omnium Cycladum inſularum.

Hi omnes ſancti atque apoſtolici viri omnibus ſub cœlo ſanctis Dei eccleſiis, quæ in ſancta, magna & generali ſynodo acta ſunt, omnibus ubique terrarum tradiderunt, ut jam a nobis dictum fuit.

## LIBER TERTIUS.

*Conſtantinus Auguſtus Ario & Arianis.*

MALUS interpres, re vera effigies quædam & imago diaboli eſt. Ut enim illum periti artifices ad omnem deceptionis dolum effingunt, velut pulchritudinis formæque decus affingentes illi, natura ſua plane turpiſſimo, ut miſeros mortales perdat, errorem iis objiciens, eodem plane modo, ut opinor, facit, cui illud ſolum ſtudio dignum videtur, ut noxia impudentiæ & audaciæ ſuæ pharmaca profuſius omnibus objiciat. Etenim novam, nec poſt homines natos unquam viſam, infidelitatis fidem inducit. Quamobrem nec a veritate abhorrere illud videtur jampridem divina oratione explicatum, quod ad malum ſunt ſapientes. Quid enim quiſpiam dixerit illum conſilii capiendi gratiam perdidiſſe, qui non amplius ſublevationis auxilium ullum invenire expetit? Quorſum igitur, Chriſte Chriſte, Domine Domine? quorſum nos quotidie prædones vulnerant? Stat ex adverſo dura quædam & violenta audacia, fremit frenderque dentibus infamia deformis, & innumeris ſauciata criminibus. Ipſa certe in lege & promulgatione nominis tui velut quibuſdam procellis & ma-

Jerem. 4.



1 Citatur hæc Epiſtola ab Epiphanio hæreſ. 69. quæ eſt Arianorum num. 9. *Hard.*
2 In MS. noſtro, Καλαβρίᾳ: & mox καὶ ταῖς. *Hard.*

malorum fluctibus disjecta, effundit pernicioſa verba, eaque ſcribens in lucem edit, quæ nunquam tu, qui cum æterno Patre tui ipſius fonte una exiſtis, in cognitione tui definiviſti. Cogit omnino & convehit graves & iniquas impietates, nunc quidem linguas criſpans, nunc vero iterum miſerorum ſtudiis elata, quos ipſa præſentes præ ſecuritate decipit ſimul & corrumpit. Jam autem volo præſidis ipſius ingenium expendere. Quid enim ait? Aut teneamus, inquit, cujus jam compotes facti ſumus; aut fiat ſicut ipſi volumus. Cecidit, & cecidit quidem interfectus: dolo ne, inquit, an atroci aliqua calliditate, nihil refert. Illud ſolum grande ducit, quod propter pravas cogitationes in ipſum irrepſit. Multitudinem, inquit, habemus. Progrediar & ipſe paulo ulterius, ut inſani belli ſpectator fiam: ipſe inquam progrediar, inſanorum bella ſedare antea ſolitus. Age ſane Mars Ari, clypeis utendum eſt: ne tu hoc feceris, obſecro: detineat igitur te Veneris congreſſus. Verum utinam quemadmodum turba plauſibilis videris, ſic & pietate vigeres erga Chriſtum. Ecce iterum ſupplex venio, & armorum copia pollens, pugnare nolo: Chriſti vero fide munitus, cum te ſanare, tum alios curare volo. Cur igitur ais ea te facere quæ moribus tuis non conveniunt? Sed qua quiete, dic mihi, dic quæſo, aut quibus copiis cinctus, vel potius quo temeritatis provectus? O audaciam fulmine vindicandam. Audite quæ nuper mihi indicavit, calamo virus inſtillante ſcribens: Sic, inquit, credimus. Deinde addens neſcio quæ inſolenter, & valde accurate elaborata, progreſſus ulterius, nihil acerbitatis omiſit, ſed omnem, ut ita dicam, dementiæ theſaurum aperuit; Expellimur, inquit, & receptionis noſtræ ſecuritas omnis tollitur. Sed hæc parum ad rem; quæ ſequuntur attendite: ipſius enim verbis utar. Rogamus, inquit, ſi in eadem ſententia maneat Alexandriæ epiſcopus, facultatem nobis poſthac dari ex legis præſcripto legitimos & neceſſarios cultus Deo tribuendi. O inſignem impudentiam quam veritatis ſtudio reprehendi oportebat! Quod enim illi ex animi ſententia accidit, id dictionis compendio expreſſit. Quid ais inepte? Diſſidium ſpecioſum ſcilicet nobis ulcus efferati erga me animi opponere paras, & in malo tecum implicatos perdere feſtinas. Quid, inquis, ſi nemo dignum me exiſtimat qui recipiar? illud enim ſæpe impuro gutture clamas. Ego vero contra tibi dicam: Ubi certum documentum & teſtimonium ingenii tui oſtendiſti? Quod oportuit te diis & hominibus explicare, & perſpicue aperire, maxime cum venenati ſerpentes tum magis efferari ſoleant, quando in penitiſſimis luſtris reconditos ſe eſſe ſentiunt. Illud vero valde in eo urbanum eſt, quod ſub perſona pudoris tanto ſtudio ſilentium ſimulet. Mitem & manſuetum te palam exhibes, cum malarum artium & inſidiarum plenus multos fallas. Sed o miſeriam! diabolus ut voluit, Arium nobis iniquitatis officinam fecit. Accede ac dic mihi fidei tuæ documentum, & nequaquam taceas. Heus tu qui os obtortum & ingenium ad omnem improbitatem poſſides: unum dicis Deum? me ſuffragatorem habes: ſic igi-

A κυμίαις κακῶν διαφορουμένη, ἐξερεύγεται μὲν ἐξώλεις λόγους, γράφουσα δὲ τούτους ἐκφαίνει, οὓς οὐδέποτε ὁ τῷ ἀϊδίῳ τῆς σαυτοῦ πηγῆς τῷ πατρὶ συνυπάρχων, ταῖς περὶ σεαυτοῦ γνώσεσιν ἀφώρισας. συνάγει δὲ ὅλως καὶ συμφορεῖ δεινὰ ἅττα καὶ ἄνομα ἀσεβήματα· νῦν μὲν τὰς γλώττας κραδαίνουσα. νῦν δ' αὖ πάλιν ταῖς τῶν ἀθλίων σπουδαῖς ἐπαιρομένη, οὓς ἐπ' ἀδείας αὐτὴ παρόντας ἐξαπατᾷ καὶ φθείρει. βούλομαι δὲ ἤδη τοῦ προέδρου αὐτῆς τὴν φύσιν ἐξετάσαι. τί γὰρ δὴ λέγει; ἢ κατέχωμεν, φησὶν, οὗ ἤδη ἐγκρατεῖς γεγόναμεν. ἢ γενέσθω ὡς αὐτοὶ βουλόμεθα. πέπτωκε, καὶ τοῦτο πέπτωκεν ἀναιρούμενος, δόλῳ, φησὶν, ἢ δεινότησι πανουργίας, οὐδὲν διαφέρει. σεμνὸν μόνον ἡγεῖται, ὃ διὰ
B πονηρᾶς ἐπινοίας εἰς αὐτὸν εἰσερρύη. πλήθη, φησὶν, ἔχομεν· προβήσομαι δὴ μικρὸν αὐτὸς ἐπὶ τὸ πρόσθεν, ὡς ἂν τῶν τῆς μανίας πολέμων θεατὴς γένωμαι. αὐτὸς ἐκεῖνο ἐγὼ προβήσομαι, ὁ τοὺς τῶν ἀφρόνων πολέμους παύειν εἰωθώς, ἄγε δὴ Ἄρες Ἄρειε, ἀσπίδων * ἡ χρεία. μὴ σύ γε τοῦτο ποιήσῃς ἱκετεύομεν. ἐπισχέτω γοῦν σε ἡ τῆς Ἀφροδίτης ὁμιλία. ἀλλὰ γὰρ εἴθε ὡς τοῖς ὄχλοις ἄριστα συγκροτεῖσθαι δοκεῖς, οὕτω σοι τῇ περὶ τὸν Χριστὸν εὐσεβείᾳ προσῆν ἀκμάζειν. ἰδοὺ δὴ πάλιν αὖ ἱκέτης ἔρχομαι, καὶ τοῖς ὅπλοις πᾶν πλῆθος ἰσχύων, μάχεσθαι μὲν οὐκ ἐθέλω. τῇ δὲ τοῦ Χριστοῦ πεφραγμένος πίστει, σέ τε ἰάσασθαι καὶ τοὺς ἄλλους θεραπεῦσαι βούλομαι. τί οὖν φὴς ταῦτα πράττειν, ἃ μὴ
C τοῖς ἤθεσι προσῆκε τοῖς σοῖς; ἀλλὰ μετὰ ποίας ἡσυχίας, εἰπέ μοι, ἢ τίνα περιουσίαν περιβεβλημένος, μᾶλλον δὲ, ἐφ' ὅ,τι προπετείας ἐληλακώς; ὢ τόλμης ὑπὸ κεραυνῶν ἀξίας καθαιρεθῆναι; ἀκούσατε γὰρ ἃ δεδήλωκε πρώην πρὸς μὲ, ἰὸν ἀποστάζοντι γράφων τῷ καλάμῳ. οὕτω, φησὶ, πιστεύομεν. εἶτ' οἶμαι προσθεὶς οὐκ οἶδα ἅττα σοβαρῶς πως καὶ μάλα ἀκριβῶς ἐξησκημένα, προϊὼν πορρωτέρω, οὐδὲν ὅ,τι τῶν δεινῶν ἀπεσιώπησεν· ἀλλ' ὅλον ὡς ἂν εἴπῃ τις τὸν τῆς παρανοίας ἀνέῳξε θησαυρόν. ἀπελαυνόμεθα, φησὶ, καὶ τὴν τοῦ εἰσδεχθῆναι ἡμᾶς ἄδειαν ἀφαιροῦνται· ἀλλ' οὐδέν πω ταῦτα πρὸς τὸ πρᾶγμα· τοῖς δὲ ἑξῆς προσέχετε τὸν νοῦν. αὐτοῦ γὰρ χρήσομαι τοῖς ῥήμασι. δεόμεθα,
D φησὶν, ἐὰν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐπιμένῃ γνώμης ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, ἡμῖν τοῦ λοιποῦ δοθῆναι κατὰ τὴν τοῦ νόμου διάταξιν, τὰς ἐνθέσμους καὶ ἀπαραιτήτους θεραπείας τῷ Θεῷ ἐπιτελεῖν. ὢ δεινῆς ἀναιδείας, ἣν σπουδῇ τῆς ἀληθείας ἀπελέγξαι προσῆκεν, ὃ γὰρ αὐτῷ καθ' ἡδονὴν ἐτύγχανεν ὄν, τοῦτο τῇ συντομίᾳ τῆς φράσεως ἀπετυπώσατο· τί φὴς ἄτοπε; διάστασιν εὐπρόσωπον ἡμῖν τὸ σαθρὸν τῆς κατ' ἐμὲ ἀγριάς τε διανοίας ἐπιτειχίζειν μηχανᾷ; καὶ τοὺς ἐπὶ κακῷ σοι προσπλακέντας ἀπολέσαι σπεύδεις; τί οὖν, φὴς, πράξω, εἰ μηδεὶς ἄξιον ἡγεῖταί με δέξασθαι. τοῦτο γὰρ πολλάκις ἐκ τῆς ἀνοσίας φάρυγγος ἐκβοᾷς· ἐγὼ δὲ τοὐναντίον ἔρομαί σε. ποῦ δὲ σαφὲς γνώρισμα καὶ μαρτύριον
E τῆς σεαυτοῦ διανοίας ἐπεδείξω; ἣν ἐχρῆν σε διαπτύξαντα, καὶ τοῖς θείοις καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις σαφῆ καταστῆσαι, καὶ μάλισθ' ὅτι τὰ ἰοβόλα τῶν ἑρπετῶν καὶ τηνικαῦτα μᾶλλον ἀγριαίνειν πέφυκεν, ὅταν ἑαυτὰ τοῖς τῶν φωλεῶν μυχοῖς ἐνιδρυθέντα αἴσθηται. ἐκεῖνο δέ γε λίαν ἀστεῖον αὐτοῦ, τὸ σπουδαίως εὖ μάλα καθάπερ ὑπό τι προσωπεῖον αἰδοῦς σιγὴν πλάττεσθαι. τῇ μὲν τοῦ σχήματος τέχνῃ, τιθασσὸν σεαυτὸν καὶ χειροήθη σύ γε παρέχεις. κακῶν δὲ μυρίων καὶ ἐπιβουλῶν ἔνδον γέμων, τοὺς πολλοὺς λέληθας. ἀλλ' ὢ τῆς ἀθλιότητος. ὡς ὁ πονηρὸς βεβούληται, οὕτως

Ἄρειον

* Ισ. ξ.

Ἀρείου ἡμῖν ἀνομίας ἐργαστήριον κατεστήσατο. λέγε δὲ νῦν μοι παρελθὼν τῆς σεαυτοῦ πίστεως τὸ γνώρισμα, καὶ μηδαμῶς γε ἀποσιωπήσῃς. ὦ τὸ μὲν στόμα διάστροφον, τὴν δὲ φύσιν ὀξύρροπον πρὸς πονηρίαν κεκτημένε· ἕνα λέγεις Θεόν; σύμψηφον ἔχεις καμὲ, οὕτω φρόνει. τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἄναρχον καὶ ἀπελεύτητον λόγον εἶναι φῄς; στέργω τοῦτο. οὕτω πίστευε. εἴτι περαιτέρω προσπλέκεις, τοῦτ' ἀναιρῶ· εἴτι πρὸς ἀσεβῆ χωρισμὸν συγκατατάττεις, τοῦτο οὔτε ὁρᾷν, οὔτε νοεῖν ὁμολογῶ. εἰ τὴν τοῦ σώματος ξενίαν πρὸς οἰκονομίαν τῶν θείων ἐνεργειῶν παραλαμβάνεις, οὐκ ἀποδοκιμάζω. εἰ τὸ πνεῦμα τῆς ἀϊδιότητος ἐν τῷ ὑπερέχοντι λόγῳ γεγεννῆσθαι λέγεις, δέχομαι. τίς ἔγνω τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ ἐλθὼν ἀπὸ τοῦ πατρός; τίνα ἔγνω ὁ πατὴρ, εἰ μὴ ὃν ἀϊδίως καὶ ἀνάρχως ἐξ αὐτοῦ γεγέννηκε; σὺ μὲν ὑπόστασιν ξένην ὑποτάττειν οἴει δεῖν, κακῶς δή που πιστεύων· ἐγὼ δὲ τῆς ὑπερεξόχου καὶ ἐπὶ πάντα διηκούσης δυνάμεως τὸ πλήρωμα πατρὸς καὶ υἱοῦ, οὐσίαν μίαν εἶναι γινώσκω. εἰ τοίνυν μὲν σὺ ἀφαιρεῖς ἀπ' ἐκείνου, ἀφ' οὗ χωρισθῆναι οὐδὲ διανοίᾳ τῶν ἐρεσχελούντων δεδύνηται οὐδέπω ποτε οὐδέν. προσθήκης δὲ χαρακτῆρας ὁδοποιεῖς, καὶ ὅλως γνωρίσματα ζητήσεων διορίζεις, ἐκείνῳ ᾧ ὁλόκληρον μὲν ἐξ ἑαυτοῦ τὴν ἀϊδιότητα δέδωκεν, ἀδιάφθορον δὲ τὴν ἔννοιαν, ἀθανασίας τε δι' ἑαυτοῦ καὶ ἐκκλησίας ἔνειμε πίστιν. κατάβαλε οὖν δὴ, κατάβαλε τὸ εὐηθὲς τοῦτο ἀνόμημα, ὦ ἀσεβὲς σὺ καὶ εὔφωνε, καὶ τὰ κακὰ πρὸς ἀπιστίαν τῶν ἀνοήτων ἐξᾴδων. εἰκότως ἄρα σε ὁ πονηρὸς τῇ ἑαυτοῦ κατεστρέψατο κακίᾳ, καὶ τοῖς μὲν ἴσως ἤδη τὸ τοιοῦτον εἶναι δοκεῖ. οὕτω γὰρ σεαυτὸν πέπεικας. ἔστι δὲ πάντη ὀλέθριον τὸ κακόν. φέρε δὴ τῆς ἐν τοῖς ἀτοπήμασι διατριβῆς ἀπαλλαγεὶς, ἄκουε ὦ δαιμόνιε Ἄρειε· σοὶ γὰρ διαλέγομαι. τῆς ἐκκλησίας δή που τοῦ Θεοῦ ἀποκεκηρυγμένος οὐκ αἰσθάνῃ; ἀπόλωλας, εὖ ἴσθι, ἐὰν μὴ βλέψας εἰς σεαυτὸν, τὴν παροῦσάν σοι καταγνοίης ἄνοιαν. ἀλλ' ἐρεῖς, ὡς ὄχλοι συμπράττουσί σοι, καὶ τὰς φροντίδας ἀπελαύνουσιν. ἄκουε δὴ μικρὸν ὑποσχὼν τὰ ὦτα, ὦ ἀνόσιε Ἄρειε, καὶ συνίες τῆς σεαυτοῦ ἀνοίας. σὺ δὲ ὦ πάντων κηδεμὼν Θεὸς, εὐμενὴς εἴης τῷ λεγομένῳ, εἰ πίστιν ἔχοιτο. ἐγὼ γὰρ ὁ σὸς ἄνθρωπος ἵλεω ἔχων τὴν παροῦσαν προμήθειαν, καὶ ἐξ ἑλληνικῆς, καὶ ἐκ Ῥωμαϊκῆς γραφῆς πάνυ ἀρχαιοτάτης σαφῶς ἀποδείξω τὴν Ἀρείου μανίαν, πρὸ τρισχιλίων που ἐτῶν ὑπὸ τῆς Ἐρυθραίας προρρηθεῖσάν τε καὶ προφημισθεῖσαν. ἔφη γὰρ ἐκείνη γε· Οὐαί σοι Λιβύη ἐν παραλίοις κειμένη χώροις· ἥξει γάρ σοι καιρὸς, ἐν ᾧ μετὰ τοῦ δήμου καὶ τῶν σεαυτῆς θυγατέρων δεινὸν ἀγῶνα καὶ ὠμὸν καὶ παγχάλεπον ὑπελθεῖν ἀναγκασθήσῃ, ἀφ' οὗ κριτήριον μὲν εἰς ἅπαντας πίστεώς τε καὶ εὐσεβείας διαδοθήσεται· σὺ δὲ πρὸς ἔσχατον ἀποκλίνεις καταστροφῆς· ὑμεῖς γὰρ τῶν οὐρανίων ἀνθῶν τὸ δεκτήριον ἀνασπάσαι τετολμήκατε, καὶ δήγματι σπαράξαι· καὶ μὲν δὴ σιδηροῖς ἐχράνατε τοῖς ὀδοῦσι. τί δῆτα, ὦ πανοῦργε; ποῦ γῆς σεαυτὸν εἶναι νῦν ὁμολογεῖς; ἐκεῖ δηλονότι· κατέχω γάρ σου τὰ γράμματα, ἃ τῷ τῆς μανίας καλάμῳ πρός με διεχάραξας, ἐν οἷς φῄς πάντα τὸν Λιβύων δῆμον σύμψηφον εἶναί σοι πρὸς σωτηρίαν δήπου. εἰ δὲ οὐ φήσεις ταυτὶ οὕτως ἔχειν, μαρτύρομαι ἤδη τὸν Θεὸν, ἦ μὴν ἀρχαιότατον τῆς Ἐρυθραίας πυκτίον, δι' ἑλληνικῆς συντεταγμένον γλώττης, εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀποστέλλειν, ὡς ἂν θᾶττον ἀπόλοιο. εἶτα σὺ ἀναμάρτητος, ὦ δικρανόφορε; εἶτα οὐ σαφῶς ἀπόλωλας ὦ ἄθλιε, τοιούτῳ δεινῷ περιτετειχισμένος; ἴσμεν, ἴσμεν σου τὸ ἐγχείρημα· ποία φροντὶς, ποῖόν σε θράττει δέος, οὐ λέληθεν ἡ-

A tur ſentias. Ejuſdem eſſentiæ ais eſſe Dei Verbum quod principio fineque caret? hoc quoque laudo: ſic credas. Si quid ulterius adnectis, id tollo. Si quid ad impiam ſejunctionem adſtruis, id nec videre me nec intelligere fateor. Si corporis hoſpitium ad divinarum functionum diſpenſationem aſſumis, non reprehendo. Si ſpiritum æternitatis in præcellente Verbo genitum dicis, admitto. Quis novit Patrem, niſi qui venit a Patre? quem novit pater, niſi quem ex ſe ab æterno & ſine principio genuit? Tu hypoſtaſim peregrinam ſubſtituere putas oportere, male utique credens: ego vero præcellentis & omnia pervadentis poteſtatis plenitudinem Pa-

B tris & Filii; eſſentiam unam eſſe cognoſco. Si igitur tu auſere ab illo, a quo ne cogitatione quidem contentioſorum auferri unquam potuit; additionis autem characterem promoves, & ſigna quæſtionum explicas, illi cui integram quidem ex ſeipſo æternitatem dedit, incorruptam vero immortalitatis intelligentiam per ſeipſum, & eccleſiæ fidem attribuit. Abiice igitur, abiice tam ſtultæ opinionis flagitium, facete & canore Ari, mala ad inſipientium perfidiam decantans. Jure te diabolus ſua ſubvertit malitia, & quibuſdam fortaſſe hoc jucundum eſſe videtur: ſic enim tibi perſuades. Eſt vero plane peſtiferum hoc malum. Age ſane relicto illo abſur-

C darum opinionum ſtudio; o miſer Ari, audi: tecum enim diſſero. Non ſentis te ab eccleſia Dei ejectum? periiſti, certo ſcias, niſi teipſum reſpiciens, dementiam tuam damnes. Sed dices magnam multitudinem hominum te adjuvare, & curas tuas ſublevare. Audi igitur paululum aures tuas ſubmittens, o impie Ari, & intellige tuam dementiam. Tu vero Deus qui omnium curam geris, adſis benignus iis quæ dicuntur, ſi ex fide ſunt. Ego enim homo tuus divina providentia fretus, ex ſcripturis Græcis & Romanis, iiſque vetuſtiſſimis, inſaniam Arii aperte demonſtrabo ante ter mille annos ab Erythræa præſignificatam atque prædictam: ait enim il-

D la: Væ tibi Libya in maritimis ſita locis: veniet enim tempus in quo cum populo & filiabus tuis certamen grave, durum & omnino difficile ſubire cogeris, ex quo omnium fides & pietas judicabitur: tu vero ad extremum exitium devergis: vos enim cœleſtium florum receptaculum convellere auſi eſtis, & morſu diſcerpere, atque adeo ferreis polluiſtis dentibus. Quid igitur callide veterator, ubi locorum eſſe fateris? Illic ſcilicet: habeo enim literas, quas ad me furoris tui calamo ſcripſiſti, in quibus ais omnem Libyæ populum conſpirare tecum ad ſalutem. Si vero negaveris hæc ita ſe habere, Deum teſtor, me vetuſtiſſimum Erythrææ exemplar

E Græce ſcriptum habere, quod Alexandriam mittam, ut quam citiſſime pereas. Anne tu ſine peccato furcifer? anne manifeſte periiſti miſer, tanto malo circumſeptus? Novimus quid moliaris: quæ cura, quis metus te perturbet, non nos latet infelix & calamitoſe. O mentis tuæ ſtuporem, qui morbum & inopiam animæ tuæ non reprimis, impie; qui veritatem variis confodis ſermonibus: & cum talis ſis, nos vituperare non vereris, & nunc redarguens, ut tibi videtur, nunc vero commonens tam-

A quam fide & doctrina præſtentior, a quo ſcilicet miſeri auxilium ſibi ſuppeditari cupiunt: tametſi neque congredi cum tali oportet, neque omnino illum compellare, niſi quis in ſubdolis hujus verbis recte vivendi ſpem & in verſibus reconditam eſſe putet. Sed non eſt hoc verum: longe ſane abeſt. O imprudentiam veſtram, qui cum iſto vos commiſcetis! Quis igitur furor vos hujus acerbam linguam & aſpectum tolerare coegit? Eſto, ſed jam ad te ſermonem converto, o hominem animo imprudentem, lingua volubilem, mente infidelem: da mihi diſputationis non amplum dico & latum campum, ſed circulo recte circumſcriptum: neque putrem, B ſed natura firmum ſolidumque, o impie & peſſime & diſſimulator: cogor enim iſta dicere, imo vero laqueum tibi injiciam, & diſputatione impeditum in medium te adducam, ut omnis populus improbitatem tuam videat. Sed ad rem ipſam progrediar. Lotæ utique ſunt manus: pergamus precibus invocare Deum, aut potius contineamus nos parumper. Dic mihi callidiſſime, quem Deum in auxilium tuum implorabis? Sed continere me nequeo. O tu omnium auctor domine, o ſingularis virtutis Pater, propter hunc impium eccleſia probra, dolores, imo vero vulnera & mœrores patitur. Arius tibi locum jam C adaptat, idque admodum præclare, in quo, ut puto, conſtituens ſibi ipſi ſynodum, quæ filium tuum Chriſtum illum ex te genitum, illum noſtri auxilii ducem, adoptionis lege arroget ac teneat. Audi obſecro mirandam fidem. Te, domine, loco moveri exiſtimat, te definitæ ſedis terminis circumſcribere audet. Ubi enim tu non præſens es? aut ubi operationem tuam atque efficaciam ex legibus tuis omnia pervadentibus non ſentiunt omnes? Omnia enim ipſe contines, & extra te nec locum nec aliud quidquam cogitare fas eſt. Sic potentia tua cum operatione infinita eſt. Tu autem Deus exaudi: at vos populi adver- D tite mentem. Hic enim eſt impudens & nequam, qui ad extremam improbitatem & iniquitatem progreſſus, pietatem ſimulat. Apage, inquit, nolo Deum injuriis obnoxium videri, ac ob id ſuppono & fingo mirabili ſane fide, quod Deus cum novellam & nuper creatam Chriſti ſubſtantiam faceret, auxilium ſibi ipſi præparavit, ut mihi quidem videtur. Quod enim, inquit, ab ipſo abſtuleris, id minus. Tibi igitur hæc fides eſt, o lues & pernicies? Tu ex hypotheſi figmentum ſumis eum, qui gentium figmenta condemnavit? Tu adſcititium eum vocas & velut officiorum miniſtrum, qui ſine cogitatione & ratiocinatione, eo quod E ſemper una cum Patris æternitate exiſtat, omnia perfecit? Adapta jam ſi audes, adapta, inquam, Deo, quod præcaveat & metuat, & ſperet eventurum: quod cogitet, & ratiocinetur, & quod conſiderans ſententiam ſuam dicat, & verba formet; quod delectetur, rideat, doleat. Quid igitur ais miſerorum omnium miſerrime? O virum malitiæ plane peritum, intellige ſi potes, quod in tua ipſius verſutia conſumeris improbus. Chriſtus, inquit,

A μᾶς, ὦ δύστηνε καὶ ταλαίπωρε. ὦ τῆς ἀμβλύτητος τῶν σῶν φρενῶν, ὃς οὐδὲ τὴν νόσον καὶ τὴν ἀμηχανίαν τῆς σεαυτοῦ ψυχῆς ἀνεστέλλεις ὦ ἀνόσιε· ὃς τὴν ἀλήθειαν ποικίλοις διορύττεις λόγοις· καὶ τοιοῦτος ὢν οὐκ αἰσχύνῃ ἡμᾶς ψέγων, καὶ νῦν μὲν ἐλέγχων ὥς γε οἴει· νῦν δ' αὖ πάλιν νουθετῶν, ὡς πίστει καὶ λόγοις ὑπερφέρων· περὶ οὗ δῆτα οἱ ἄθλιοι ἐπιχειροῦσιν ἑαυτοὺς προσίζεσθαι γλίχονται· καί τοι οὐδὲ συγγίνεσθαι τῷ τοιούτῳ ἐχρῆν, οὐδὲ ὅλως αὐτὸν προσφθέγγεσθαι, πλὴν εἰ μή τις ἐν τοῖς ὑπούλοις τούτου ῥήμασι τὴν τοῦ ὀρθῶς βιοῦν ἐλπίδα τοῖς μέτροις ἀποκεῖσθαι οἴεται. ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο. πολλοῦ γε δεῖ. τὸ δὲ ἀληθές, ὦ τῆς ὑμετέρας ἀνοίας, ὅσοι τούτῳ συναναγίνεσθε! τίς ἄρα οἶστρος ὑμᾶς τῆς χαλεπῆς τού- B του γλώττης καὶ τῆς ὄψεως ἀνέχεσθαι κατηνάγκασεν; ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν ἤδη σε βαδιοῦμαι τῷ λόγῳ, ὦ τὴν μὲν ψυχὴν ἄφρων σύ, τὴν δὲ γλῶτταν στωμύλε, ἄπιστε δὲ τὰς φρένας, δός δή μοι τοῦ λόγου οὐκ ἀμφιλαφές τι λέγω καὶ ἱππήλατον πεδίον, ἀλλ' οὖν κύκλῳ γε περιγεγραμμένον· μὴ σαθρὸν μόνον, ἀλλ' ἐρρωμένον τε καὶ στερρὸν τῇ φύσει, ὦ ἀνόσιε δῆτα καὶ κάκιστε, καὶ κρυψίνου· ἐξάγομαι γὰρ ταῦτα λέγειν· μᾶλλον δὲ βρόχον ἤδη σοι περιάψας, καὶ συμποδίσας τῷ λόγῳ εἰς μέσους σε καταστήσω, ὡς ἂν πᾶς ὁ δῆμος τὴν σὴν καταμάθῃ φαυλότητα. ἐπ' αὐτὸ δὲ πορεύσομαι ἤδη τὸ πρᾶγμα. νενιμμέναι δήπουθεν εἰσὶν αἱ χεῖρες, προσίωμεν ταῖς εὐχαῖς ἐπικαλέσαι δὴ τὸν Θεόν. μᾶλλον δὲ μικρὸν ἐπι- C σχών, εἰπέ μοι ὦ θερμότατε σύ, τίνα Θεὸν ἐπικαλέσῃ πρὸς βοήθειαν; ἀλλὰ γὰρ ἠρεμεῖν οὐ δύναμαι. ὦ τῶν πάντων ἔχων τὸ κῦρος δέσποτα, ὦ τῆς μονήρους δυνάμεως, ὦ πάτερ, διὰ τουτονὶ τὸν ἀνόσιον ὀνείδη τε, καὶ λύπας, καὶ μέν τοι καὶ τραύματα, καὶ ὀδύνας ἡ σὴ ἔχει ἐκκλησία. Ἄρειος σοι τόπον ἤδη προσαρμόζει, καὶ μάλα γε εὐφυῶς, ἐφ' οὗ καθιζάνων οἶμαι σύνοδον ἑαυτῷ, τὸν παῖδα τὸν Χριστὸν τὸν σόν, τὸν ἐκ σοῦ, τὸν τῆς ἡμετέρας ἐπικουρίας ἀρχηγέτην, θέσεως νόμῳ περιποιεῖται καὶ ἴσχει. ἐπάκουσον ἀντιβολῶ σε, τῆς θαυμασίας πίστεως. σὲ τὴν κατὰ τὸν τόπον κινεῖσθαι δέσποτα κίνησιν οἴεται. σὲ τῆς ἀφωρισμένης καθέδρας κύκλῳ περιγράφειν τολμᾷ. ποῦ γὰρ οὐκ ἔστιν ἡ σὴ παρουσία; ἢ ποῦ D τὴν σὴν οὐ πάντες ἐνέργειαν ἐκ τῶν πάντα σου διηκόντων νόμων αἰσθάνονται; πάντα γὰρ αὐτὸς περιέχεις, καὶ ἔξω σου οὔτε τόπον, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἐπινοῆσαι θέμις. οὕτως ἡ σὴ δύναμις μετ' ἐνεργείας ἐστὶν ἄπειρος. σὺ μὲν δὴ ἐπάκουσον ὁ Θεός. ὑμεῖς δὲ πᾶς ὁ λαὸς προσέχετε τὸν νοῦν. ὁ γὰρ ἀναίσχυντος οὗτος καὶ ἀχρεῖος, ὁ ἐπ' ἄκρον μοχθηρίας τε καὶ ἀνομίας ὁμοίως ἐληλακώς, εὐλάβειαν σκήπτεται. ἄπαγε, φησίν, οὐ βούλομαι τὸν Θεὸν ἐγὼ ὕβρεων πάθει δοκεῖν ἐνέχεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο ὑποτίθεμαι καὶ πλάττω θαυμασία γε τῇ πίστει, ὡς ὁ Θεὸς νεογενῆ καὶ νεόκτιστον οὐσίαν Χριστοῦ ποιησάμενος, βοήθειαν ἑαυτῷ παρεσκευάσατο, ὥς γέ μοι δοκεῖ, ὃ γὰρ ἄν φησιν, ἀπ' αὐτοῦ ἀφέλῃς, τοῦτο E ἔλαττον πεποίηκας. εἶτα, ὦ λυμεὼν καὶ ὄλεθρε, σοὶ τοῦτό ἐστι πίστις; σὺ καθ' ὑπόθεσιν καὶ πλάσμα λαμβάνεις τὸν τὰ πλάσματα τῶν ἐθνῶν κατακρίναντα; σὺ ἐπείσακτον καλεῖς, καὶ ὥσπερ καθηκόντων ὑπηρέτην, τὸν ἄνευ ἐνθυμήσεως καὶ λογισμοῦ, τῷ συνυπάρχειν τῇ τοῦ πατρὸς ἀϊδιότητι, πάντα διανύσαντα; ἐφάρμοσον νῦν, εἰ δὴ τολμᾷς, ἐφάρμοσον τῷ Θεῷ καὶ τὸ εὐλαβεῖσθαι, καὶ τὸ φοβεῖσθαι, καὶ τὸ ἐλπίζειν τὸ ἐκβησόμενον· ἔτι δὲ τὸ ἐνθυμεῖσθαι, τὸ λογίζεσθαι, τὸ σκεπτόμενον γνώμην ἀποφαίνεσθαι καὶ διαρθροῦν, καὶ ὅλως τὸ τέρ-

πε-

A πεῖσθαι, τὸ γελᾶν, τὸ λυπεῖσθαι. τί τοίνυν φὴς ὦ τῶν ἀθλίων ἀθλιώτερε; ὦ τῆς κακίας αὐτόχρημα μήτωρ, συνίης δεῖ εἰ δυνάσαι, ὡς ἐν αὐτῷ γε σου πανουργίᾳ μοχθηρὸς ἂν ἀναλίσκῃ. ὁ Χριστὸς, φησὶ, δι' ἡμᾶς πέπονθεν. ἀλλ' ἤδη φθάσας ἔγωγε εἶπον, ὡς μορφῇ σώματος ἀπεστάλη. καί φησιν, ἀλλὰ δέος μὴ δόξωμεν κατά τι ἐλαττοῦν. εἶτα ὦ τῶν θηρίων μεστέ, ταῦτα λέγων οὐ μαίνῃ καὶ σαφῶς λυττᾷς; ἰδοὺ γὰρ ὁ κόσμος, μορφὴ, εἴτουν σχῆμα τυγχάνει ὤν· καὶ οἱ ἀστέρες γε χαρακτῆρας προβέβληνται· καὶ ὅλως τὸ πνεῦμα τοῦ σφαιροειδοῦς τούτου κύκλου, εἶδος τῶν ὄντων τυγχάνει ὂν, καὶ ὥσπερ μόρφωμα. καὶ ὅμως ὁ Θεὸς πανταχοῦ πάρεστι. ποῦ τοίνυν εἰσὶν ἐν τῷ Θεῷ αἱ ὕβρεις; ἢ κατὰ τί ὁ Θεὸς ἐλαττοῦται; ὦ παραβάτα τῆς ἐπιεικείας σύ.

B λόγισαι δὴ οὖν ἐκ σαυτοῦ τεκμαιρόμενος, καὶ ἐνθυμήθητι, εἰ ἁμάρτημα εἶναι δοκεῖ, τὸ ἐν Χριστῷ παρεῖναι τὸν Θεόν. ἐκεῖνος μὲν οὖν κατεῖδε τὴν ἀτιμίαν τοῦ λόγου καὶ τὴν τιμωρίαν οὐ βραδέως ἐπήγαγε. χωρὶς δὲ τούτων καθ' ἑκάστην δήπουθεν ἡμέραν ἁμαρτήματα ἐν τῷ κόσμῳ γίνεται· καὶ ὅμως ὁ Θεὸς πάρεστι, καὶ τὰ τῆς δίκης οὐχ ὑστερίζει. τί οὖν κατὰ τοῦτο ἐλαττοῦται εἰς τὸ μέγεθος τῆς αὐτοῦ δυνάμεως, εἰ τὰ πανταχοῦ διαπαθάνεται; οὐδὲν οἶμαι. ὁ μὲν γὰρ τοῦ κόσμου νοῦς διὰ τοῦ Θεοῦ· δι' αὐτοῦ πᾶσα διαμονὴ, δι' αὐτοῦ πᾶσα δίκη. ἡ δὲ τοῦ Χριστοῦ πίστις ἄναρχος ἐξ αὐτοῦ. ὅλως δὲ Θεοῦ νόμος ἐστὶ Χριστὸς, δι' αὐτοῦ τὸ ἄπειρον ἅμα καὶ ἀπελάτητον ἔχων. ἀλλὰ γὰρ σὺ κατὰ σεαυτὸν ἔννοιαν φαίνῃ; ὦ τῆς μανίας

C λίαν! περίστρεψον νῦν εἰς τὴν σαυτοῦ ἀπώλειαν τὸ τοῦ διαβόλου ξίφος. ὁρᾶτε δὴ, ὁρᾶτε πάντες, ὡς γοερὰς ἤδη προΐεται φωνὰς, τῷ τοῦ ἔχεως ἐνεχιμένος δήγματι· ὡς αἱ φλέβες αὐτοῦ καὶ σάρκες τῷ ἰῷ ἐγκατειλημμέναι, δεινὰς ἀναμιγνύουσιν ὀδύνας· ὡς διερρίνηκεν αὐτοῦ τὸ σῶμα πᾶν, αὐχμοῦ τε καὶ θρήνων, καὶ ὠχριάσεως, καὶ φρίκης, καὶ μυρίων γέμει κακῶν, καὶ δεινῶς κατέσκληκεν· ὡς εἰδεχθὲς καὶ κατάρρυπον τὸ τῆς κόμης δάσος, ὡς ὅλος ἡμιθνὴς, καὶ ἐξασθενοῦν ἤδη τὸ βλέμμα· ὡς ἄναιμον τὸ πρόσωπον, καὶ ὑπὸ μερίμνης ἐκτετηκός· ὡς ὁμοῦ πάντα εἰς αὐτὸν συνδραμόντα, οἶστρος, μανία τε καὶ ματαιότης, διὰ τὸ χρόνιον τοῦ πάθους, ἄγριόν τε καὶ θηριώδη σε πεποιήκασιν. αὐτίκα οὐδὲ ἐπαισθανόμενος

D οὗ δὴ κακοῦ τυγχάνει ὤν· αἴρομαι, φησὶν, ὑφ' ἡδονῆς, καὶ πηδῶ γε σκιρτῶν ὑπὸ χαρᾶς, καὶ ἐπαιρῶμαι. καὶ πάλιν νεανικῶς γε λίαν· εἶεν, φησὶν, ἀπωλόμεθα. τοῦτο μέν γε καὶ ἀληθές ἐστι· σοὶ γὰρ μόνῳ ἡ κακία τὰς παρ' ἑαυτῆς σπουδὰς δαψιλῶς κεχορήγηκε· καὶ ὃ πολλῆς ἐώνητο τιμῆς, τοῦτό σοι ῥᾷστα δεδώρηται. φέρε δὴ νῦν εἰπὲ, ποῦ τὰ σεμνά σου ἐστὶ παραγγέλματα; ἀπόνιψαι δὴ σαυτὸν τῷ Νείλῳ, εἰ οἷόν τε, ὦ ἀτόπου γέμων ἄνθρωπε ἀναισθησίας· καί τοι σύ γε τὴν οἰκουμένην ἅπασαν τοῖς αὐτοῦ ἀσεβήμασι διαταράξαι ἐσπούδακας, ἆρά γε συνίης ὡς ἅπαντα ἤδη ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος ἐγὼ ἐπίσταμαι; ἀλλὰ γὰρ ἀπορῶ,

E πότερον μένειν, ἢ ἀπιέναι δεῖ. οὔτε γὰρ βλέπειν εἰς τοσοῦτον ἔτι δύναμαι, καὶ τὴν ἁμαρτίαν ἐπαισχύνομαι, ὦ Ἄρειε. ἡμᾶς μὲν εἰς φῶς κατέστησας, σαυτὸν δὲ εἰς σκότος, ὦ ταλαίπωρε, κατέβαλες. τοσοῦτο σοι τῶν πόνων πέφηνε τὸ τέλος. ἀλλ' ἐκεῖσε πάλιν ἐπάνειμι. πλῆθος εἶναι φὴς τῶν περὶ σὲ [1] ἀλωμένων. εἰκὸς οἶμαι, καὶ δέχου γε τούτους, δέχου φημί. λύκοις γὰρ καὶ λέουσιν ἑαυτοὺς βρωθησομένους ἐκδεδώκασι. πλὴν

A propter nos paſſus eſt: At ego jam dixi quod ſub forma corporis miſſus eſt. Sane, inquit; ſed metuendum ne aliqua in re imminuere illum videamur. O ferarum interpres, anne inſanis, dum iſta dicis, & aperte furis? Ecce enim mundus ipſe forma eſt ſive figura, & aſtra characteres ſuos oſtendunt: & omnino ſpiritus hujus globoſi orbis, ſpecies quædam eſt eorum quæ ſunt, & quaſi figuratio. Nihilominus Deus ubique adeſt. Ubinam igitur in Deo contumeliæ ſunt? aut qua in re minuitur Deus? O parricida æquitatis. Conſidera, ex teipſo conjecturam capiens, ſi peccatum videtur eſſe, in Chriſto adeſſe Deum. Il-

B le quidem perſpexit ignominiam ſermonis, nec tarde pœnas irrogavit. Præterea quotidie in mundo peccata committuntur, & tamen Deus adeſt, nec diu ſupplicia differuntur. Qua igitur in re minuitur poteſtatis ejus magnitudo? an ubique patitur? nihil opinor, mundi enim mens per Deum eſt: per ipſum omnis ſtabilitas, per ipſum omne jus. Chriſti fides ſine principio ex ipſo eſt. Omnino autem Chriſtus Dei lex eſt, per ipſum immenſitatem & infinitatem habens. Sed de his ex te quoque ingenio cogitare videris. O furorem inſignem! Converte nunc in tuum ipſius exitium diaboli gladium. Videte omnes, vi-

C dete, ut lamentabiles prætendat voces viperæ morſu læſus, ut venæ ipſius & carnes veneno imbutæ acerbos cieant cruciatus: ut corpus ipſius tabe defluxit attenuatum, & ſqualore, ſordibus, & lamentatione, & pallore, & horrore, & mille denique malis plenum miſere exaruit: ut aſpectu deformis, & illuvie ſordida capillorum ſilva, ut totus ſemimortuus, & aſpectu ipſo jam languido, vultu exangui & curis abſumpto: ut ſimul omnia quæ concurrerunt, furor, inſania, vanitas, propter mali diuturnitatem agreſtem & ferum reddiderunt. Ne ſentit quidem quibus ſit in malis. Efferor, inquit, præ voluptate,

D & tripudio, ſaltuque laſcivio præ gaudio, & exulto. Et rurſum valde juveniliter. Heu, inquit, periimus. Hoc quidem certe verum eſt: tibi enim ſoli malitia largiter ſtudia & amores ſui ſuppeditavit: quodque magno pretio emerat, tibi facillime donavit. Age vero jam dic, ubi præclara illa tua monita? Ablue teipſum Nilo, ſi fieri poteſt, homo abſurdi ſtuporis pleniſſime: quippe univerſum orbem terrarum flagitiis tuis perturbare omni ſtudio contendiſti. Nonne intelligis quod ego jam, qui Dei homo ſum, omnia ſciam? At vero jam dubito utrum manere an abire oporteat; neque enim adhuc viſu tantum con-

E tendere poſſum, & peccatum erubeſco, o Ari: Nos in luce collocaſti, teipſum vero in tenebras conjeciſti, miſer; hic enim viſus eſt laborum tuorum exitus. Sed illuc iterum redeo. Multitudinem hominum circa te vagantium eſſe ais. Par eſt, opinor: & recipe eos, recipe inquam: nam lupis & leonibus ſeſe devorandos præbuerunt. Verumetiam horum unuſquiſque [2] decem capitum acceſſione, & horum ſumptu

1 In MS. noſtro, ἀλωμαίων. *Hard.* 2 Hoc eſt, præter tributariam functionem & capitationem ſuam pro decem inſuper capitibus tributum pendent ſinguli. *Hard.*

ptu oppreſſus continuo pœnas dabit, niſi quam celerrime ad ſalutarem eccleſiam recurrens, caritatis pacem amore ac ſtudio concordiæ ſuſcipiat. Non enim a te decipientur amplius de mala conſcientia damnati: neque funditus perire ſuſtinebunt ſceleratis tuis quæſtionibus implicati: manifeſta enim & nota erunt in poſterum ſophiſmata tua; nec ipſe quidquam proficies, fruſtra finges, æquitatem & ſermonum lenitatem ſimulans, & ſimplicitatis, ut ita dicam, perſonam extrinſecus induens. Vanum erit omne artificium tuum: cito enim te veritas ipſa circumſtabit: cito flammas tuas divinæ potentiæ, ut ſic dicam, imber reſtinguet. Atqui ſocios & ſuffragatores tuos, qui ſe B jam obnoxios curiæ fecerunt, publicorum miniſteriorum curæ excipiene, niſi quam citiſſime fugientes congreſſum tuum, incorruptam fidem amplexi fuerint. Tu vero, * vir ferree, da mihi aliquod ſpecimen propoſiti tui, ſi tibi ipſi fidis, & fidei firmitate fretus es, ac puram omnino habes conſcientiam. Veni ad me, veni inquam ad Dei hominem: crede quod interrogationibus meis cordis tui abdita ſcrutabor: & ſi quid inſaniæ in te reſidere videatur, divinam gratiam implorans, a morſu te melius curabo: ſi vero mente ſana eſſe videberis, cognito in te veritatis lumine, Deo gratias agam, & mihi ipſi pietatis cauſa congratulabor. C *Et alia manu*: Deus vos cuſtodiat, cariſſimi.

A ἀλλὰ καὶ τούτων ἕκαστος προσθήκῃ κεφαλῶν δέκα, καὶ τελέσμασι τούτων πεισθεὶς, αὐτίκα δὴ μάλα ἱδρώσει, ἐὰν μὴ τὴν ταχίστην ἐπὶ τὴν σωτήριον δραμὼν ἐκκλησίαν, τὴν τῆς ἀγάπης εἰρήνην τῷ φίλτρῳ τῆς ὁμονοίας ἐπανέληται. οὐ γὰρ δὴ ὑπὸ σοῦ λοιπὸν ἐξαπατηθήσονται ἐπὶ πονηρᾷ συνειδήσει κατεγνωσμένοι. οὐδ' ἀνέξονται τέλεον ἀπολέσθαι, ταῖς μιαραῖς σου ζητήσεσιν ἐμπλακέντες. σαφῆ καὶ γνώριμα πᾶσι, πρὸς γοῦν τὸν ἑξῆς χρόνον, τὰ σά ἐστι σοφίσματα. καὶ μὴν οὐδὲ αὐτὸς ἀνύσαι τι δυνήσῃ, ἀλλὰ μάτην σχηματικὴν ἐπιείκειάν τε καὶ πραότητα λόγων καθυποκρινόμενος, καὶ ἁπλότητος, ὡς εἰπεῖν, προσωπεῖον ἔξωθεν περιτιθέμενος. μάταιον ἔσται σου τὸ ὅλον τέχνασμα· αὐτίκα γάρ σε ἡ ἀλήθεια περιστήσεται· αὐτίκα σου τὰς φλόγας ὁ τῆς θείας δυνάμεως, ὡς εἰπεῖν, ὄμβρος ἀποσβέσει. καὶ μέν τοι καὶ τοὺς ἑταίρους καὶ ὁμογνώμονας συνόχους εἶναι τῇ βουλῇ γενομένους, αἱ τῶν δημοσίων λειτουργημάτων καταλήψονται φροντίδες, ἐάν γε μὴ τὴν ταχίστην ἀποφυγόντες τὴν πρὸς σὲ συνουσίαν, τὴν ἀδιάφθορον ἀνταλλάξωνται πίστιν. σὺ δὲ ὁ σιδηρόφρων ἀνὴρ, δεῖγμά μοι δὸς τῆς σῆς προαιρέσεως, εἰ σαυτῷ πιστεύεις, καὶ ἔρρωσαι τῷ βεβαίῳ τῆς πίστεως, καὶ καθαρὰν ὅλως ἔχεις συνείδησιν. ἧκε πρὸς ἐμὲ, ἧκε, φημὶ, πρὸς Θεοῦ ἄνθρωπον, πίστευσον ὡς ταῖς ἐμαυτοῦ πεύσεσι διερευνήσομαί σου τὰ ἀπόρρητα τῆς καρδίας· κἂν μέν τι μανικὸν ἐνεῖναι δόξῃ, τὴν θείαν ἐπικαλεσάμενος χάριν, παραδειγματικῶς σε κάλλιον ἰάσομαι. ἐὰν δὲ ὑγιαίνων τὰ κατὰ ψυχὴν φανῇς, τὸ τῆς ἀληθείας φῶς ἐπιγνοὺς ἐν σοὶ, καὶ τῷ Θεῷ χάριν εἴσομαι, καὶ ἐμαυτῷ τῆς εὐσεβείας συνησθήσομαι· καὶ ἄλλῃ χειρί. ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξοι, ἀγαπητοί.

Per Syncletium & Gaudentium Magiſtrianos perlata ſunt hæc, cum Paterius præfectus eſſet Ægypti, & lecta ſunt in palatio.

Διὰ Συγκλητίου καὶ Γαυδεντίου μαγιστριανῶν ἐκομίσθη καὶ ταῦτα, ὅτε Πατέριος ἦν ἔπαρχος Αἰγύπτου, καὶ ἀνεγνώσθη ἐν τῷ παλατίῳ.

### *Contra Euſebium & Theognium.*

### *Conſtantinus Auguſtus catholicæ eccleſiæ Nicomedienſium.*

D OMNES probe noſtis, fratres dilectiſſimi, dominum Deum ſcilicet & ſalvatorem Chriſtum patrem & Filium eſſe: Patrem dico ſine principio, ſine fine, parentem ſæculi ipſius: Filium vero, hoc eſt Patris voluntatem; que quidem neque per cogitationem aliquam aſſumpta eſt, neque ad operum ſuorum perfectionem per ſubſtantiam extrinſecus quæſitam accepta. Qui enim hoc intelliget, hic habebit ad omne ſupplicii genus indefeſſam tolerantiam. Sed Dei filius Chriſtus omnium opifex, & immortalitatis ipſius largitor genitus eſt, quantum ad fidem ſpectat eam qua credidimus: genitus eſt, imo vero progreſſus eſt ipſe, E cum omnino in Patre eſſet, ad eorum quæ ab ipſo facta ſunt, ordinationem. Genitus igitur individuo quodam proceſſu. Voluntas enim ſimulatque domicilio ipſius infixa eſt, ea quæ diverſa indigent cura, ſecundum uniuſcujuſque qualitatem tractat atque adminiſtrat. Quid igitur eſt? quid inter Deum Patrem & Filium medium? nihil ſcilicet: ipſa enim rerum completio cognitione acce-

### Κατὰ Εὐσεβίου καὶ Θεογνίου.

### Κωνσταντῖνος σεβαστὸς τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ Νικομηδέων.

ΤΟΝ δεσπότην Θεὸν δηλαδὴ καὶ σωτῆρα Χριστὸν ἀκριβῶς ἅπαντες ἴστε, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, πατέρα τε καὶ υἱὸν εἶναι. πατέρα φημὶ ἄναρχον, ἄνευ τέλους, γονέα τοῦ αἰῶνος αὐτοῦ· υἱὸν δὲ, τοῦτ' ἔστι τὴν τοῦ πατρὸς βούλησιν, ἥτις οὔτε δι' ἐνθυμήσεώς τινος ἀνείληπται, οὔτε πρὸς τὴν τῶν ἔργων αὐτοῦ τελεσιουργίαν διά τινος ἐξεζητημένης οὐσίας κατελήφθη. ὃς γὰρ τοῦτο καὶ νοεῖ καὶ νοήσει, οὗτος ἕξει πρὸς ἅπαν τιμωρίας γένος ἀκάματον ὑπομονήν. ἀλλὰ γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς Χριστὸς ὁ τῶν ἁπάντων δημιουργὸς, καὶ τῆς ἀθανασίας αὐτῆς χορηγὸς, ἐγεννήθη ὅσον πρὸς τὴν πίστιν ἀνήκει ᾗ πεπιστεύκαμεν· ἐγεννήθη, μᾶλλον δὲ προῆλθεν αὐτὸς, καὶ πάντοτε ἐν τῷ πατρὶ ὢν, ἐπὶ τὴν τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένων διακόσμησιν. ἐγεννήθη τοίνυν ἀμερίστῳ προελεύσει· ἡ γὰρ βούλησις ὁμοῦ καὶ τῷ οἰκητηρίῳ αὐτῆς ἐμπέπηγε, καὶ ταῦθ' ἅπερ διαφόρου δεῖται ἐπιμελείας, κατὰ τὴν ἑκάστου ποιότητα πράττει τε καὶ διοικεῖ. τί οὖν ἐστι; τί μεταξὺ τοῦ Θεοῦ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ; οὐδὲν δηλαδή· αὕτη γὰρ ἡ τῶν πραγμάτων συμπλήρωσις αἰσθήσει παρείληφε τὸ τῆς βουλήσεως πρόσταγμα, οὐχὶ δὲ μερισθεῖσα ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας τὴν βούλησιν διέστησεν.

ὁ δὲ

1 Aliam verſionem veterem hujus Epiſtolæ, qualem Juſtinianus miſiſſe ad Vigilium Papam in titulo dicitur, Baronius exhibet ad an. 329. num. 12. *Hard.*

ὁ δὲ τούτους ἔπειτα, τίς ἐστιν; ὃς τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐμοῦ δεσπότου παιδὸς δι' αἰδῶ μᾶλλον ἢ μωρίαν δέδιεν; ἆρ' οὖν πάσχει τὸ θεῖον; ἐπειδὰν ἡ τοῦ σεμνοῦ σώματος οἴκησις πρὸς ἐπίγνωσιν τῆς ἰδίας ἁγιότητος ὁρμᾷ· ἢ ὑποπίπτει θίξει τὸ τοῦ σώματος ἐκκεχωρισμένον; ἆρ' οὐχὶ διΐσταμαι τοῦθ' ὅπερ ἐκ τῆς τοῦ σώματος ἀφῄρηται ταπεινότητος; οὐχὶ δὲ ζῶμεν, κἂν πρὸς θάνατον ἡ τῆς ψυχῆς εὔκλεια τὸ σῶμα προσκαλέσηται; τί τοίνυν ἐνταῦθα ἡ ἀβλαβής τε καὶ εἰλικρινὴς πίστις ἄξιον ἀμφιβολίας κατείληφεν; ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅτι σεμνότερον σῶμα ὁ Θεὸς ἐξελέξατο, δι' οὗ τὰ τῆς πίστεως τεκμήρια καὶ τὰ τῆς οἰκείας ἀρετῆς ὑποδείγματα ἔμελλεν ἐμφανίζειν; καὶ τὴν ἤδη συγκεχυμένην ὀλεθρίῳ πλάνην τοῦ ἀνθρωπίνου γένους ἀπώλειαν ἀποσείεσθαι, καινήν τε θρησκείας διδόναι διδασκαλίαν τῷ τῆς ἀγνοίας ὑποδείγματι, τὰς ἀναξίας τοῦ νοῦ πράξεις καθαίρειν, ἔπειτα δὲ τὴν μὲν τοῦ θανάτου βάσανον ἐκλύειν, τὰ δὲ τῆς ἀθανασίας ἔπαθλα προαναφωνεῖν. ἀλλ' ὑμεῖς, οὓς λοιπὸν ἀδελφοὺς ἡ τῆς ἀγάπης κοινωνία εἰκότως ὑπ' ἐμοῦ προσαγορεύεσθαι ποιεῖ, οὐκ ἀγνοεῖτέ με τὸν ὑμέτερον συνθεράποντα, οὐκ ἀγνοεῖτε τὸ τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὀχύρωμα, οὗ τὴν φροντίδα γνησίως ἐπανῄρημαι, καὶ δι' οὗ τῶν ἡμετέρων ἐχθρῶν οὐ μόνον τὰ ὅπλα κατεμαχεσάμεθα, ἀλλὰ καὶ ζῶντας ἔτι τὴν ψυχὴν συγκατείρξαμεν πρὸς τὸ τῆς φιλανθρωπίας ἀληθῆ πίστιν ἐκφαίνειν. ἀλλ' ἐγὼ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τούτοις διὰ τὴν τῆς οἰκουμένης μάλιστα ἀνανέωσιν ἔχαιρον. καὶ γὰρ θαύματος ἦν ἄξιον ἀληθῶς ἔθνη τοσαῦτα εἰς ὁμόνοιαν ἐπαγαγεῖν, ἃ πρὸ βραχέος ἐλέγετο τὸν Θεὸν ἀγνοεῖν. ἀλλὰ τί ἔμελλε γινώσκειν τὰ ἔθνη ταῦτα, ἃ οὐδεμίαν φιλονεικίας ἐπανῄρηντο φροντίδα; τί οὖν νοεῖτε, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί, [2] ὡς ἡμᾶς αὐτοὺς αἰτιῶμαι; Χριστιανοί ἐσμεν καὶ οἰκτρᾷ διαθέσει διχονοοῦμεν. αὕτη ἄρα ἐστὶν ἡ ἡμετέρα πίστις; αὕτη ἡ τοῦ ἁγιωτάτου νόμου διδασκαλία; ἀλλὰ τίς ἐστιν αἰτία, δι' ἣν ὁ τοῦ παρόντος κακοῦ ὄλεθρος ἐξεγήγερται; ὢ τῆς ἀτοπίας; ὢ μίσους ὑπερβολὴ πάσης ἀγανακτήσεως μέγεθος ὑπεραίρουσα; τίς ἡ τοῦ λήμματος τούτου ἀναπέφανται δεινότης, ἣ τὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν ἀρνεῖται ἐξ ἀμερίστου τοῦ πατρὸς οὐσίας προεληλυθέναι; ἆρ' οὐχὶ πανταχοῦ ἐστιν ὁ Θεός; καί τοι γε τοῦτον πάντοτε παρεῖναι ἡμῖν αἰσθανόμεθα, ἆρ' οὐχὶ διὰ τῆς τούτου δυνάμεως ἡ τῶν ὅλων συνέστηκεν εὐκοσμία, καίτοι γε τῆς τοῦ χωρισμοῦ διαστάσεως ἐστέρηται; μὴ οὖν ἡμῖν τι πέπρακται, ὦ ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, καταμάθετε νῦν ἀξιῶ τὰς βασάνους τῆς παρούσης ἀλγηδόνος. ὁμολογητὰς ὑμᾶς εἶναι τούτου ἐπαγγέλλεσθε, ὃν εἶναι ἀρνεῖσθε, ὑμᾶς τοῦ πανώλους διδασκάλου πείθοντος. ἱκετεύω, τίς ἐστιν ὁ ταῦτα διδάξας οὕτως ἄκακον πλῆθος; Εὐσέβιος δηλαδή, ὁ τῆς τυραννικῆς ὠμότητος συμμύστης. ὅτι γὰρ πανταχοῦ τοῦ τυράννου γεγένηται προσφύλαξ, πανταχόθεν ἐστὶ συνορᾶν. τοῦτο μὲν γὰρ αἱ τῶν ἐπισκόπων σφαγαὶ διαμαρτύρονται, ἀλλὰ τῶν ἀληθῶς ἐπισκόπων· τοῦτο δὲ ἡ χαλεπωτάτη τῶν Χριστιανῶν ἐκδίωξις διαρρήδην βοᾷ. οὐδὲν γὰρ τῶν περὶ τῶν εἰς ἐμὲ γεγενημένων ὕβρεων νῦν ἐρῶ, δι' ὧν ὅτι μάλιστα αἱ τῶν ἐναντίων μερῶν ἐπραγματεύσαντο συνδρομαί. οὗτος καὶ ὀφθαλμοὺς κατασκόπους ἐπέπεμπε κατ' ἐμοῦ, καὶ μόνον οὐκ ἔνοπλος τῷ τυράννῳ συνεισέφερεν ὑπουργίας. μὴ δ' ἐμέ τις οἰέσθω εἶναι πρὸς τὴν τούτων ἀπόδειξιν ἀπαράσκευον. ἔλεγχος γάρ ἐστιν

A pit voluntatis imperium, non quidem ſeparata ex Patris eſſentia voluntatem ſeparavit. Quod vero ad iſta ſequitur, quis eſt qui dominum meum Chriſtum filium reverentia magis ductus quam ſtultitia metuit? Num itaque patitur Deus? poſtquam auguſti corporis habitatio ad notitiam propriæ ſanctitatis properat: an cadit ſub tactum illum quod ſeparatum eſt a corpore? Num igitur ſeparavit hoc quod a corporis humilitate ablatum eſt? num vero vivimus, licet ad mortem, animæ gloria corpus adſciverit? Quid igitur hic innoxia & ſincera fides dubitatione dignum offendit? nonne vides Deum auguſtius corpus elegiſſe, quo fidei
B indicia & virtutis ſuæ documenta voluit oſtendere? & jam confuſum a diabolo errorem, humani generis perniciem excutere, novamque religionis doctrinam dare ignorantiæ documento, indignas mentis cogitationes purgare, deinde vero mortis cruciatus retundere, ac immortalitatis præmia longe ante prædicere. Sed vos, quos ut deinceps fratres appellem, caritatis communio facit (non ignoratis me conſervum veſtrum) non ignoratis veſtræ ſalutis præſidium, cujus curam ingenue ſuſcepi, & per quod non ſolum armatos hoſtes noſtros devicimus, verum etiam viventes adhuc coegimus humanitatis veram fidem profiteri. Ego vero
C in his bonis propter inſtaurationem orbis terrarum maxime gaudebam. Etenim admiratione plane dignum fuit tot gentes ad concordiam conſenſumque adduxiſſe, quæ paulo ante dicebantur Deum ignorare. Verum quomodo cognituræ erant gentes ea, quæ nullo contentionis ſtudio intelligere curarent? Quid igitur cogitatis, fratres cariſſimi, quod noſipſos accuſo? Chriſtiani ſumus, & miſerabili affectu diſſentimus. Hæc igitur ipſa eſt fides noſtra? hæc ſanctiſſimæ legis doctrina? Sed quæ tandem eſt cauſa, ob quam præſentis mali pernicies excitata eſt? O rem abſurdam! o ſummum odium, quod omnis indignationis magnitudinem excedit!
D Quæ tandem viſa eſt hujus atrocitas? num Dei Filium negat ex individua Dei ſubſtantia proceſſiſſe? Anne Deus ubique eſt? atqui hunc ſemper adeſſe nobis ſentimus. Anne hujus potentia univerſitatis ornatus coaluit, atque ſeparationis diſſidio privatus eſt? Ne quid igitur a nobis actum ſit, fratres cariſſimi, attendite quæſo præſentis doloris probationem. Vos illius confeſſores fore promiſiſtis, quem eſſe negatis, cum vobis iſtud exitiabilis ille doctor perſuaſerit. [1] Quis obſecro innocentem multitudinem iſta docuit? Euſebius videlicet tyrannicæ crudelitatis ſocius. Nam quod excubaret & omnino vigilaret pro tyranno, ex multis undique poteſt
E intelligi, ſiquidem iſtud epiſcoporum, eorumque vere epiſcoporum cædes teſtantur: iſtud crudeliſſima Chriſtianorum perſecutio palam clamat. Neque certe de iis quibus me affecit contumeliis hoc loco verba faciam, per quas adverſario in contrà me concurſus quantum fieri poterat maxime procurabantur, qui & oculis tanquam ſpeculatoribus me obſervavit. Quin etiam miniſterio prope militari, quo tyranno opem ferret, perfun-

1 Ab hoc loco deſcribit reliquam Epiſtolam Theodoretus lib. 1. hiſt. Eccleſ. cap. 20. *Hard.*
2 MS. noſter ὑμᾶς. *Hard.*

functus eſt. Ac nemo exiſtimet me imparatum minuſque inſtructum eſſe etiam ad iſtas res, ſi opus fuerit, confirmandas. Veriſſime enim oſtendi poteſt, tum presbyteros, tum diaconos a me manifeſto deprehenſos, qui Aſebium aſſidue ſtipabant. Sed hæc quidem omitto, quæ nunc non eo dicuntur a me, quod ipſe ea graviter & iniquo animo feram, ſed quo eos ſuæ ipſorum pudeat inſaniæ. Illud ſolum metuo, illud animo verſo, quod vos video in hujus criminis ſocietatem vocari. Nam inſtitutione Euſebii & converſatione conſcientia veſtra a veritate deflexit. Verum hujus rei expedita eſt & facilis curatio, ſi modo epiſcopum fidelem & integrum nacti, oculos ad Deum denuo converteritis: quod quidem in præſentia eſt in veſtra ſitum poteſtate, quodque etiam dudum penes veſtrum judicium fuerat, niſi Euſebius ipſe, de quo dixi, pravo eorum qui eum juverunt conſilio huc præceps ruiſſet, & rectum eligendi ordinem impudenter conturbaſſet. Sed quoniam mihi de hoc ipſo Euſebio pauca dicenda ſunt, quæſo libenter attendite. Non vos præterit concilium Nicææ celebratum, cui ipſe, ſicut conſcientiæ meæ munus poſtulabat, interfui, non alio ſane animo, quam ut cum concordiam inter omnes conſtituerem, tum omnium maxime ut reprimerem penitus & ſubmoverem eam rerum perturbationem, quæ ex Arii Alexandrini amentia orta, illico ex abſurdo & pernicioſo conatu Euſebii vires collegit. Nam quanta concurſione, amantiſſimi honoratiſſimique fratres, putatis iſtum Euſebium, utpote ipſa conſcientia convictum, quanta cum ignominia mendaciis undique deprehenſis, aggreſſum eſſe primum certos quoſdam homines ſubornare, qui pro eo deprecarentur [1]: deinde a me auxilium petere, ne tanti ſceleris damnatus de honoris ſui gradu dejiceretur. Hujus rei teſtis eſt mihi Deus, qui tum mihi, tum vobis benignus perpetuo adſit, quod & meum pervertit judicium, & turpiter a veritate abduxit: quod & vos cognoſcetis. Nam tum omnia geſta ſunt ex ejus ſententia, qui perniciem omnem adhuc intra cogitationem ſuam abditam & occultam tenuit. Ac primum, ut cetera illius nequitiæ facinora prætercam, audite quæſo, quid nuper cum Theognio, quem dementiæ ſocium habebat, perpetraverit. Ipſe forte quoſdam * Alexandrinos, qui a fide noſtra defecerant, huc mitti juſſeram, quandoquidem eorum opera diſſidii flamma incenſa erat. Sed iſti honeſti bonique ſcilicet epiſcopi, quos vera concilii dijudicatio ad pœnitentiam agendam reſervaverat, non ſolum eos admiſerunt ad ſe, & ſecum tuto collocarunt, verum etiam illorum depravatis moribus communicarunt. Quamobrem ingratos iſtos aliquo pacto puniendos eſſe cenſui, & juſſi, ut a ſuis abrepti ſedibus longiſſime relegarentur. Jam veſtrum eſt ea fide in Deum aciem mentis veſtræ intendere, in qua vos ſemper manſiſſe conſtat, & nunc etiam manere decet, omnemque ætatem ita degere, ut epiſcopos integritate vitæ, doctrinæ puritate, tum benignitate etiam in omnes, eximios habentes, jure lætemur. Si quis autem temere peſtes illas vel memoria, vel laudibus celebrare audeat, confeſtim ſervi Dei, hoc eſt, mei ipſius opera pœnas ſuæ audaciæ dabit. Deus vos, fratres cariſſimi, incolumes ſervet.

* Arianos

A ἀκριβῆς, ὅτι τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διακόνους τοὺς Ἀσεβίῳ παρεπομένους φανερῶς ὑπ᾽ ἐμοῦ συνειλῆφθαι συνέστηκεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρίημι, ἃ νῦν οὐκ ἀγανακτήσεως ἕνεκεν, ἀλλ᾽ εἰς ἐκείνων αἰσχύνην ὑπ᾽ ἐμοῦ προσαναλέγεται. ἐκεῖνο μόνον δέδια, ἐκεῖνο διαλογίζομαι, ὅτι ὑμᾶς ὁρῶ πρὸς τὴν τοῦ ἐγκλήματος καλεῖσθαι κοινωνίαν. διὰ γὰρ τῆς Εὐσεβίου ἀγωγῆς τε καὶ διαστροφῆς συνείδησιν τῆς ἀληθείας κεχωρισμένην ἀνειλήφατε. ἀλλ᾽ ἔστιν οὐ βραδεῖα θεραπεία, εἴ γε ἐπίσκοπον πιστόν τε καὶ ἀκέραιον νῦν γοῦν λαβόντες, πρὸς τὸν Θεὸν ἀπίδητε· ὅπερ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐν ὑμῖν ἐστι. καὶ πάλαι ἐχρῆν τῆς ὑμετέρας κρίσεως ἠρτῆσθαι, εἰ μὴ ὁ προειρημένος Εὐσέβιος δεινῇ * τότε συλλαβομένων αὐτῷ ἐνταῦθα ἐληλύθει, καὶ τὴν τῆς τάξεως ὀρθότητα ἀναισχύντως συνεταράχει. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ περὶ αὐτοῦ τοῦ Εὐσεβίου πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην ὀλίγα προσήκει ...σαι, μέμνηται ὑμετέρα ἀνεξικακία ἐπὶ τῆς Νικαέων πόλεως γεγενῆσθαι σύνοδον, ᾗ καὶ αὐτὸς ἐγὼ πρεπόντως τῇ τῆς ἐμῆς συνειδήσεως λατρείᾳ παρῆμην, οὐδὲν ἕτερον βουλόμενος, ἢ ὁμόνοιαν ἅπασιν ἐργάσασθαι, καὶ πρὸ πάντων ἐλέγξαι τε καὶ ἀποσείσασθαι τὸ πρᾶγμα τοῦτο, ὃ τὴν μὲν ἀρχὴν εἰλήφει διὰ τῆς Ἀρείου τοῦ Ἀλεξανδρέως ἀπονοίας, ἰσχυροποιεῖτο δὲ παραχρῆμα διὰ τῆς Εὐσεβίου ἀτόπου τε καὶ ὀλεθρίας σπουδῆς. ἀλλ᾽ αὐτὸς οὗτος Εὐσέβιος, προσφιλέστατοι καὶ τιμιώτατοι, μεθ᾽ ὅσης νομίζετε συνδρομῆς, ἅτε δὴ
C ὑπὸ τῆς συνειδήσεως αὐτῆς ἡττώμενος. μεθ᾽ ὅσης δὲ αἰσχύνης, τῇ πανταχόθεν ἐληλεγμένῃ ψευδολογίᾳ συνίστατο, ὑποπέμπων μέν μοι διαφόρους τοὺς ἀξιοῦντας ὑπὲρ αὐτοῦ. ἐξαιτούμενος δὲ παρ᾽ ἐμοῦ συμμαχίαν τινά, ὅπως μὴ ἐπὶ τοσούτῳ ἐλεγχθεὶς πλημμελήματι, τῆς ὑπαρχούσης αὐτῷ τιμῆς ἐκβάλλοιτο. μάρτυς ἐστί μοι τούτου ὁ Θεὸς αὐτός, ὃς ἐμοί τε καὶ ὑμῖν φιλαγάθως ἐπιμένοι, ἐπεὶ κἀμὲ ἐκεῖνος περιέτρεψε, καὶ ἀπρεπῶς ὑφήρπασεν· ὃ καὶ ὑμεῖς ἐπιγνώσεσθε. πάντα μὲν γὰρ ἐπράχθη τότε καθὼς αὐτὸς ἐπόθει, πᾶν ὁτιοῦν κακὸν ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ διανοίας ἀποκρυπτόμενος. ἀλλὰ προσέχω, ἵνα τὰ λοιπὰ τῆς τούτου σκαιότητος παρῶ, τί μάλιστα μετὰ Θεογνίου, ὃν τῆς ἀνοίας ἔχει κοινωνόν,
D διεπράξατο, ἀκούσατε παρακαλῶ. Ἀλεξανδρέας τινὰς τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀναχωρήσαντας ἐνταῦθα κεκελεύκειν ἀποσταλῆναι, ἐπειδὴ διὰ τῆς τούτων ὑπηρεσίας ὁ τῆς διχονοίας ἠγείρετο πυρσός. ἀλλ᾽ οὗτοι καλοί τε καὶ ἀγαθοὶ ἐπίσκοποι, οὓς ἅπαξ ἡ τῆς συνόδου ἀλήθεια πρὸς μετάνοιαν τετηρήκει, οὐ μόνον ἐκείνους ὑπεδέξαντο, καὶ παρ᾽ ἑαυτοῖς ἠσφαλίσαντο, ἀλλὰ καὶ ἐκοινώνησαν αὐτοῖς τῆς τῶν τρόπων κακοηθείας. διὸ τοῦτο περὶ τοὺς ἀχαρίστους τούτους ἐκεῖνα πρᾶξαι· ἁρπαγέντας γὰρ αὐτοὺς ἐκέλευσα ὡς πορρωτάτω ἐξορισθῆναι. νῦν ἡμέτερόν ἐστι, πρὸς τὸν Θεὸν ἐκείνῃ τῇ πίστει βλέπειν, ᾗ πάντοτε καὶ γεγενῆσθαι καὶ συνεστηκέ-
E ναι καὶ εἶναι πρέπει, καὶ διαπράξασθαι. οὕτως ἐπισκόπους ἁγνούς τε καὶ ὀρθοδόξους, καὶ φιλανθρώπους ἔχοντες χαίρωμεν. εἴ τις δὴ ἢ πρὸς μνήμην τῶν λυμεώνων ἐκείνων, ἢ πρὸς ἔπαινον ἀπρονοήτως ἐξαφθῆναι τολμήσει, παραχρῆμα τῆς ἰδίας τόλμης διὰ τῆς τοῦ θεράποντος τοῦ Θεοῦ, τοῦτ᾽ ἔστιν ἐμοῦ, ἐνεργείας ἀνασταλήσεται. ὁ Θεὸς ὑμᾶς φυλάξοι, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί.

* f. d. προ...

Νικη-

[1] Dixit eadem Euſtathius Antiochenus apud Theodoretum lib. 1. hiſt. Eccleſ. cap. 8. *Hard.*

Νικητὴς Κωνσταντῖνος σεβαστὸς Θεοδότῳ.

ΟΣΗ τῆς θείας ὀργῆς ἡ ἰσχὺς πέφυκε, καὶ ἐξ ὧν Εὐσέβιός τε καὶ Θεόγνιος πεπόνθασιν εὐχερὲς καί σε μαθεῖν· οἳ εἰς τὴν ἁγιωτάτην παροινοῦντες θρησκείαν, τὸ τοῦ σωτῆρος Θεοῦ ὄνομα τῷ συστήματι τοῦ οἰκείου ληστηρίου καὶ μετὰ τὸ τυχεῖν συγγνώμης ἐμίαναν. ὅτε γὰρ μάλιστα μετὰ τὴν τῆς συνόδου ὁμογνώμονα συμφωνίαν ἐχρῆν τὴν προτέραν ἐπανορθώσασθαι πλάνην, τότε τοῖς αὐτοῖς ἀτοπήμασιν ἐμμένοντες ἑάλωσαν. διὰ τοῦτο γοῦν ἡ θεία πρόνοια αὐτοὺς τοῦ ἑαυτῆς ἀπώσατο λαοῦ· ἐπειδὴ μηδὲ ἔφερε τὰς ἀκάκους ψυχὰς ὀλίγον ἀπονοίᾳ φθειρομένας καθορᾷν. καὶ νῦν μὲν ἀξίαν παρ' αὐτῶν ἤτησε δίκην, μείζονα δὲ καὶ εἰς τὸ ἑξῆς διὰ τοῦ παντὸς αἰῶνος λήψεται. ὅπερ τῇ σῇ ἀγχινοίᾳ δηλωθῆναι δεῖν ἡγησάμην, ἵν' εἴ τις κακὴ παραίνεσις τῶν τοιούτων, ὡς ἔγωγε οὐκ οἶμαι τῇ σῇ ἐνεκαθέσθη προαιρέσει, ταύτην τῆς ψυχῆς ἀφελόμενος καθαρὰν ὡς προσῆκε τὴν διάνοιαν, εἰλικρινῆ τε καθοσίωσιν, καὶ ἄχραντον πίστιν τῷ σωτῆρι Θεῷ παρασχέσθαι προθυμηθῇς. καὶ γὰρ τοῦτο προσῆκόν ἐστιν ὑπὸ τούτου πράττεσθαι, ὃς δ' ἂν ἀκεραίων τῶν τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐπάθλων ἀξιοῦσθαι βούληται. ὁ Θεός σε διαφυλάξοι, ἀδελφὲ ἀγαπητέ.

*Victor Conſtantinus Auguſtus [1] Theodoto.*

QUANTA vis divinæ iræ extitit, etiam ex iis quæ Euſebio & Theognio acciderunt, facile licet tibi intelligere: qui in ſanctiſſimam religionem debacchantes, Dei ſalvatoris nomen ipſa turma prædonum ſuorum etiam poſt impetratam veniam polluerunt[a]. Nam tum maxime quando poſt concordem ſynodi conſenſionem, priorem errorem eos corrigere oportuit, abſurdis iſtis opinionibus adhæreſcere deprehenſi ſunt. Ob hoc igitur divina providentia ex populi ſui numero eos exturbavit; quoniam neque tulit minime malas mentes amentia illa corruptas videre: & nunc debitas ab iis pœnas expoſcit, majores etiam deinceps in omni ſæculo ſumpturus. Quod prudentiæ tuæ indicare oportere putabam, ut ſi qua perverſa admonitio iſtorum (quod non exiſtimo) tuo inſideat animo, ea ex animo deleta, puram ut decet, cogitationem, veram ſanctificationem, intemeratam fidem ſervatori Deo præbere ſtudeas. Etenim conſentaneum eſt hoc ab eo fieri, qui incorruptis æternæ vitæ præmiis dignus haberi conſtituerit. Deus te cuſtodiat, frater dilecte.

### [a] NOTÆ SEVERINI BINII

In epiſtolam Alexandri epiſcopi Alexandrini ad omnes epiſcopos, quæ ſupra habetur col. 793. omiſſæ in editione regia anni 1644.

a *Epiſtola*) Hanc epiſtolam libellum illum eſſe exiſtimamus, cui alios catholicos epiſcopos ſubſcripſiſſe ab eodem Alexandro in aliis encyclicis literis memoriæ proditum eſt. Hanc ante alias conſcriptam fuiſſe, ipſa ab aliis encyclicis citata indicat.

b *Re tamen ipſa indicat.*) Hinc manifeſtum eſt ex ſententia Alexandrini epiſcopi non Arium, ſed Euſebium Nicomedienſem epiſcopum, fuiſſe primum Arianæ impietatis fautorem; ut non mireris, ſi ſæpe contingat eoſdem, quos dicimus Arianos, ab antiquis patribus eſſe dictos Euſebianos. Baron. num. 60.

c *Creatum enim & factum eſſe Filium*) Ex his aperte conſtat, Arium ſenſiſſe: aliud eſſe Dei Verbum, aliud Dei Filium; hunc ait non eſſe Verbum, ſed qui ſit factus per Verbum, quique non niſi abuſive Verbum dicitur. Huc facit illud Athanaſii contra hæreſ. Arian. in decretis. *At illi porro quod ſit Dei Verbum non inficiantur, ſed id pro Dei Filio non agnoſcunt*: Jactantes nimirum Chriſtum Filium Dei alium eſſe a Verbo Dei. Ambroſ. de incarn. dom. c. 6. eamdem ſugillans ſententiam; *Nonnulli*, inquit, *aliud Dei Verbum, aliud verum Dei Filium crediderunt.*

Ab Arianis non unicum, ſed multa Verba Dei ponuntur.

d *Ut Deus per ipſum tanquam per.*) Cum Arius negare non poſſet, per Verbum omnia facta eſſe; ſic Filium Dei Verbum eſſe aſſerebat, ut tamen per Verbum aliud factum eſſe diceret. Plura namque Verba Arium excogitaſſe, & ſua cantilena occini voluiſſe, idem Athanaſius in decreto Nicænæ ſynodi contra Arian. tradit his verbis: *Arius in ſuis cantiunculis & convivalium libro per ſpeciem ſubdubitandi fabulatur; multa, inquiens, verba profert Deus: quodnam igitur ex iſtis verbis Filium & Verbum unigenitum Patris eſſe recipiemus.* Baron. ann. 318. num. 62.

### [b] NOTÆ EJUSDEM SEVERINI BINII.

In epiſtolam imperatoris Conſtantini, quam habet Euſebius libri II. de ejus vita cap. 67. cujuſque partem præcipuam refert Gelaſius Cyzicenus capite 4. libri II. ſupra pag. 801. prætermiſſa in collectione Regia Luparæa anni 1644.

An ab Euſebio epiſtola Conſtantini corrupta.

a *Epiſtola.*) Hæc epiſtola ab Euſebio Ariano recitata eſt, eoque fine in medium adducta, ut ortæ controverſiæ atque diſſidii culpa in Alexandrum rejiceretur: ſitne in omnibus fideliter recitata, nullaque ex parte violata, dicere non auderem; cum aliqua præſertim in ſe habeat, quæ jure optimo cenſuræ ſubjiciantur; nimirum, quod Alexander obortæ Arianæ hæreſi originem dediſſe dicatur, verbis hiſce: Inde igitur, &c. de quibus vide quæ notabimus infra.

b *Alexander.*) Nomen epiſcopi Euſebium in Alexandro expunxiſſe, valde probabile eſt.

Prima cenſura hujus epiſtolæ.

c *Inde igitur præſentis controverſiæ fundamentum.*) Cum hoc loco culpa exortæ Arianæ hæreſeos in Alexandrum rejiciatur, hinc liquido conſtat alterutrum horum neceſſario eſſe ſtatuendum: vel quod Euſebius Arianus homo, parum fideliter hanc epiſtolam Conſtantini deſcripſerit, attexueritque ipſius vitæ, quam in gratiam Conſtantini Auguſti pariter Ariani conſcripſerit, ac proinde ea minus digna tanto pontifice ab eo jactata confinxerit: vel ſi hæc verba, vere germanum exemplar epiſtolæ continebant, illud neceſſario affirmandum eſt, argumentum illius ſuppeditatum eſſe imperatori ab Euſebio ejuſdem civitatis epiſcopo, omnium Arianorum facile principe: propterea quod multa hic mendacia coagmententur; ut cum imprimis potior culpa in Alexandrum rejicitur, quod importune nimis de re difficillima presbyteros Alexandriæ ſuſcitando, fomitem diſcordiæ illis ſuppeditarit; cum tamen ex iis, quæ ſupra diximus [*], in notis ad præcedens concilium Alex. conſtet, ipſum Arium, quid ſentiret, ab Alexandro interrogatum eſſe, pluresque jam ſeduxiſſe, antequam ſynodus Alexandriæ cogeretur.

Alexander a calumnia defenditur.
[*] pag. 1322. tomi I.

d *Neque novus ullus de religione introductus error.*) Hæc dicit & quæ ſequuntur, ex Arianorum officina prodiiſſe neceſſario dicendum eſt. Nam quo pacto dici poteſt, Alexandrum & Arium unam eamdemque de fide ſententiam tenere, ita ut diſcordia inter utrumque facile conciliari poſſit, cum Alexander filium Dei patri coæternum eſſe affirmaret? Arius vero idem pertinaciter negaret? quomodo item leviſſima controverſia haberi poteſt, in qua de Chriſti divinitate, quæ eſt ſumma totius fidei catholicæ, diſceptatur? Itaque hinc evidentius patet, verum eſſe quod ſupra dixi; hæc quæ ex Arianorum officina prodierunt, vel ab Euſebio Cæſarienſi huic epiſtolæ ſuperaddita eſſe, aut ſaltem mutata: vel a nequiore illo & veternoſo ſerpente Euſebio Nicomedienſi imperatori perſuaſa fuiſſe.

Secunda cenſura hujus epiſtolæ.



1 Laodiceno Epiſcopo Arianis occulte faventi. Vide Theodoretum lib. 1. hiſt. Eccleſ. cap. 21. ubi interfuiſſe Antiochenæ ſynodo dicitur, in qua Euſtathius e ſede pulſus eſt. *Hard.*

ANNO CHRISTI 325.

ANNO CHRISTI 325.

# CANONES CONCILII [a] NICÆNI LXXX.

## EX ARABICO IN LATINUM

### Converſi & recogniti

### A FRANCISCO TURRIANO SOCIETATIS JESU.

[a] Tomis conciliorum inſeruerunt Nicolinus, Binius, reliquique collector.

## PROOEMIUM.

FUISSE alios canones in magna ſynodo Nicæna editos præter 20. qui adhuc Græce extant, quia Magdeburgenſes in centuria 4. cap. 9. de ſynodis negant, ceteris teſtimoniis, quæ ſunt infinita, prætermiſſis, ſatis Africani epiſcopi teſtantur. Illi enim niſi hoc certum, & explorate cognitum habuiſſent, nunquam ſic ad Bonifacium pontificem ſcripſiſſent, quia in nullo codice Græco eos reperire poſſent, deſiderare ſe vehementer, ut ex eccleſiis orientis opera & ſtudio ipſius Bonifacii ſibi mitterentur: de reliquis canonibus loquebantur, 20. enim jam habebant a Cyrillo Alexandrino, & Attico Conſt. miſſos, & in concilio Carthaginenſi ſexto recitatos. Cur autem viginti illi ubique fere & omni tempore ſervati fuerint, reliqui vero minus, non poteſt alia eſſe cauſa, niſi ſæpiſſime deſcriptos fuiſſe, ob majorem eorum in eccleſiis uſum & neceſſitatem, quam reliquorum, quod facile intelligi poteſt, ſi quis omnes eos inter ſe conferat. De numero autem teſtatur Athanaſius in epiſtola ad Marcum pontificem, fuiſſe 80. qui poſtea conſilio patrum concilii Nicæni in 70. ſententias redacti fuerint. Quod quidem ita facile fuit, ut 70. ſententias, quas Zephyrinus ſcribit in epiſtola 1. a ſanctis apoſtolis conſtitutas eſſe, in 85. canones apoſtolorum diſtribuerint. Fuiſſe vero Nicænos canones e Græco in Arabicum tranſlatos, quia teſtes habere non poſſumus, tota res ad conjecturas & ſigna, quibus veritas illuſtrari ſolet, traducenda eſt. Conjecturæ autem capiendæ ſunt a cauſis, a temporibus, a locis, a perſonis, a canonibus ipſis. Quis enim cum ratione dubitare poſſit, quin Alexander archiepiſcopus Alexandrinus, qui magnæ ſynodo interfuit, illos ipſos Nicænæ ſynodi canones ex integro & incorrupto exemplari Græce deſcriptos ſecum Alexandriam reverſus attuliſſet, & in eccleſia ſua diligenter ſervari curaſſet? Sed cum lingua Græca non eſſet provinciis Alexandriæ, & Ægypti, & Pentapolis vernacula, ſed Arabica, quis rurſus non judicet ad providum paſtorem pertinuiſſe curare, ut ſynodus Nicæna, qua, ut beatus Athanaſius ad Marcum pontificem ſcripſit, populus & clerus imbuebatur, in Arabicum ſermonem converteretur? Qui enim loquitur lingua, ſemetipſum, inquit, ædificat; qui autem prophetat, eccleſiam Dei ædificat. Sciebat Alexander, quod apoſtolus ait: Nunc autem, fratres, ſi venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, niſi vobis loquar aut in revelatione, aut in ſcientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Sic pontifex Evariſtus, cum decretum de forma nuptias celebrandi ad Africanas eccleſias miſit, quia vulgus non intelligebat Latinam linguam, curavit, ut litteræ ſuæ Latinæ in linguam Punicam transferrentur, quas literas prophetarum, id eſt, interpretum vocavit. Sic enim in vetuſtis & emendatis codicibus legitur prophetarum, & non præfectorum, ut alias a me notatum eſt. Et beatus Auguſtinus eadem ratione cum vellet ut ſua cum Criſpino Latina diſputatio de rebaptizatis ab eo Mappalienſibus, ab illis ipſis Mappalienſibus, qui Latine neſciebant, intelligeretur, ſic ſcripſit in epiſtola 173. Si voluntate ſua Mappalienſes in tuam communionem tranſierunt, ambos nos audiant, ita ut ſcribantur quæ dicemus; & a nobis ſubſcripta eis Punice interpretentur. Hactenus Auguſtinus. Sed quomodo, dixerit quiſpiam, ſi canones iſti Nicæni ex eo tempore Arabice ſaltem ſervati ſunt, non potuit eos beatus Athanaſius Alexandriæ reperire? Imo capitula ſynodi Nicænæ combuſta fuiſſe querebatur, & dolebat? At quis ignorat in reperiendis libris, ſive ad delendum, ſive ad ſervandum, caſum eſſe? Si qua Ariani 70. capitula ſynodi Nicænæ combuſſerunt, ubique canones Nicæni perierunt, neque viginti, quos ſemper Græce & Latine habuimus, & qui adhuc in omnibus eccleſiis extant, habere deberemus. Deinde quid intereſt, utrum hi canones Arabici ab illis Græcis ab Alexandro ex ſynodo allatis, an ab illis a Marco pontifice ad Athanaſium poſtea miſſis profecti ſint? Imo quid intereſt, curaſſe Arabicam interpretationem e Græco Alexandrum, qui primus canones Nicænos Alexandriam ex concilio attulit, an alium ex ſucceſſoribus ejus, aut etiam alium quempiam ex epiſcopis provinciarum Alexandriæ, quibus, ut dixi, lingua Arabica vernacula eſt? una enim ratio & cauſa erat prophetandi, id eſt, interpretandi Arabice, ut eccleſia, quæ alia lingua quam Arabica loquentem non intelligeret, ædificationem ex canonibus Nicænis acciperet. Præterea, quod nos facere ſolemus, ut bonum auctorem ex Græcis utraque lingua, & Græca & Latina, pari diligentia cuſtodiamus; ut ſi Græcum caſu aliquo amiſerimus, ſuperſit qui jacturam compenſet: ſi Latinum, Græcus. Cum ergo illis temporibus, & illis potiſſimum locis, quibus Arius cœpit, omnem memoriam ſynodi Nicænæ Ariani omni ſtudio & vigilia delere ſtuderent, quis non facile credat, dediſſe operam epiſcopos Alexandriæ, ut canones & acta concilii Nicæni & Græce & Arabice ſcripta cu-

ſtodirentur? Unde vero factum ſit, ut diutius Arabici canones ſervati ſint, quam Græci, in promptu eſt ratio, quia quo notior erat tunc, ac magis familiaris lingua Græca, ut nunc etiam, quam Arabica, eo facilius ab hoſtibus eccleſiæ, qui eos quærebant ad delendum, Græci, quam Arabici agnoſci & deleri potuerunt. Sed concedamus, rurſus dicet alius, translatos fuiſſe in Arabicum canones Nicænos Græcos, unde ſcimus, aut probamus, eſſe hos Arabicos, illos Nicænos? hic jam non caremus teſtibus, ut conjecturis tantum agendum ſit; teſtes enim ſunt tum ipſi illi canones Græci viginti qui extant, qui in his ipſis Arabicis feruntur; tum alii, quos antiqui patres teſtantur a ſynodo Nicæna factos eſſe; quos quidem cum in his Arabicis reperiamus, quis eos non numerabit Nicænos? Qui vero nec ex illis viginti ſunt, nec ex illis quorum teſtes habeamus Nicænos eſſe, ſi graves ſunt, imo graviſſimi, & illa magna ſynodo digni, & plerique eorum cum aliorum conciliorum canonibus conſentientes, quis ſuppoſititios eſſe dicat, niſi aliquis faſtidioſe contentioſus, aut contentioſe faſtidioſus? Dicendum eſt jam, quis nobis hos canones attulit, & de interprete eorum ex Arabico, ut de omnibus ratio conſtet: nam hæc etiam ſcire avebunt, qui ſunt paulo curioſiores. Igitur pater Baptiſta [a] Romanus ſocietatis Jeſu, cum eſſet Roma Alexandriam profectus comes Roderici Hiſpani patris reverendi ejuſdem ſocietatis Jeſu a Pio quarto cum mandatis miſſi, ex libro patriarchæ Alexandriæ commodato, in quo erant etiam, ut affirmabat, acta concilii, hos canones manu ſua exſcripſit, & Romam attulit: quos cum Latine interpretatus eſſet, & cum domino Georgio archiepiſcopo Damaſceno natione Maronita contuliſſet; ego, qui vehementer deſiderabam ne quid interpretationi deſideraretur, dedi operam, ut Joannes Senatus Alexandrinus mercator, qui eo tempore ex Melite inſula huc advenerat, & Arabicam linguam probe noverat, ad recognoſcendam & emendandam interpretationem adhiberetur: & quia non parum intereſſe putabam percunctari accurate & ſubtiliter, quam vim hoc, aut illud verbum haberet, volui ſemper intereſſe, tametſi ut ego Joannem intelligerem, & ille me, interprete Baptiſta opus erat. Hos canones, & hanc eorum interpretationem diu apud me retinui, & ſuppreſſi, quod majore adhuc ſtudio & induſtria limari eam cuperem. Sed cum reverendus pater Piſanus noſtræ ſocietatis Jeſu eos flagitaret, multis de cauſis negare neque potui, neque debui, præſertim cum in inveſtigandis magna ſolertia & ſagacitate, & multiplici lectione colligendis actis, & canonibus Nicænis, jam diu illum laborare intelligerem. Uſus eſt ille arbitratu ſuo non omnibus, ſed quibus pro ratione propoſiti & inſtituti ſui viſum eſt, & iis quidem non ſatis emendatis & integris. Ego interim cum magno adhuc deſiderio tenerer priorem interpretationem cum alio ſi poſſem aliquando recognoſcere & conferre, incidi in Paulum Urſinum neophytum natione Turcam, qui quia erat ſtudiis Arabicæ, & aliarum linguarum imbutus, & Latine, atque Italice mediocriter loqui didicerat, effecit quod volebam: recognita & collata ſunt omnia, & correcta non pauca. Acceſſit ad hanc recognitionem aliud exemplar Arabicum vetuſtum ex bibliotheca pontificis Marcelli ſecundi, quod

[a] Conſule ſi vis præfationem ad hiſtoriam Nicæni concilii authore Alfonſo Piſano ejuſdem Soc. JESU ſacerdote.

Primam editionem Piſani intelligit.

A ita cum Alexandrino conveniebat, ut plane videretur utrumque ex eodem exemplari deſcriptum, licet in exemplari Marcelli aliquot paginas anteriores vetuſtas conſumpſiſſet. Hos igitur Nicænos canones eo numero & ordine, quo reperti ſunt, ex Arabico translatos quia multi deſiderabant, neque laborem meum in eo negotio ſumptum, nec alienam induſtriam in hoc ſtudio poſitam amicis & ſtudioſis invidere volui: erit id etiam reverendo patri Piſano, mihi in domino cariſſimo, non ingratum modo, ſed jucundum etiam & probatum. Uterque enim canones Nicænos celebrare, & ſempiternæ memoriæ mandare volumus; licet partim eoſdem Nicænos numeremus, partim non B eoſdem, ſed alios, in quo licuit quidem illi judicium ſuum ſequi, & quos in epiſtola Julii prima & ſecunda Nicænos canones legebat, in num. 70. ſententiarum recenſere: & mihi rurſus licere exiſtimavi, confiteri quidem illos Nicænos, ſed extra hanc recenſionem ponere, & dare illis locum in actis ipſis, quæ accuratiſſime ſcripta teſtatur beatus Athanaſius in epiſtola de ſynodis Arimini & Seleuciæ, & Photius Conſtant. legiſſe affirmat acta ſynodi tribus voluminibus a Gelaſio quodam ſcripta; movit me etiam, quod legeram Iſidorum ſive Hiſpalenſem, ſive alium, in prologo collectionis canonum audiſſe quoſdam epiſcopos ex oriente, qui affirmabant vidiſſe ingens volumen actorum ſy- C nodi Nicænæ; in quibus ajebant judicia querimoniarum & definitiones, ac conſtitutiones contineri. Ubi autem judicia & actiones cauſarum tractantur, neceſſe eſt interdum, ut leges eccleſiaſticæ recitentur, & judiciales ſententiæ inter actiones ipſas ſanciantur, ut in actis concilii Chalcedonenſis factum eſt, quæ illi epiſcopi ex oriente ad exemplum actorum ſynodi Nicænæ ſcripta eſſe dicebant, ut perſpici poteſt in actione 12. ubi cauſa Baſſiani & Stephani epiſcoporum eccleſiæ Epheſiorum acta & judicata eſt; & quia contra leges eccleſiaſticas ibidem recitatas facti fuerant epiſcopi, privati ſunt. Item in actione ſeptima, controverſia Maximi Antiochiæ epiſcopi, & Joannis Hieroſolymo- D rum de parœciis dirempta eſt. Ad acta igitur ſynodi Nicænæ ſemper arbitratus ſum pertinere, quæ Julius in epiſtola prima ad orientales in ſynodo Nicæna ſtatuta eſſe teſtatur de prærogativa eccleſiæ Romanæ in conciliis generalibus, in provincialibus, in judiciis & cauſis epiſcoporum, de appellationibus in judiciis eccleſiaſticis, & illa tam multa capitula, quæ idem Julius in reſcripto contra orientales ſumpta, item ex Nicæno concilio affirmat & recenſet, quæ ſunt omnia judicialia. Imo ipſe idem Julius pertinere quidem iſta ad acta ſynodi Nicænæ, & inde ſumpta eſſe non obſcure ſignificaſſe videtur, cum recenſioni capitulorum finem imponens, ſubjungit: plura de his ideo E non inſerimus, ne vacuare, vilemve prædictam ſynodum facere videremur, aut faſtidium legentibus, audientibuſque prolixa faceret epiſtola. Si quis autem de his ampliora atque abundantiora ſcire voluerit in ſacro noſtræ ſedis ſcrinio, & ea quæ prædiximus, invenire poterit, &c. Cum dixit, ne vacuare, vilemve facere prædictam ſynodum videremur, perfecta acta ſynodi intellexit: non enim ſynodus in canonibus tantum conſiſtit, alioqui nullæ ſynodi eſſent, quæ nullos canones compoſuerunt, neque rurſus ſi totos ſive 70. ſive 80. canones

ſynodi Nicænæ Julius recitaſſet, continuo to- A tam ſynodum exinaniſſet, vilemve feciſſet, cum canones ſeparatim etiam de actis ſynodi ferri ſoleant. Deinde cum dicit Julius: ſi quis his ampliora, & abundantiora ſcire voluerit, in ſacro noſtræ ſedis ſcrinio invenire poterit; non poterit dubitari, quin ad acta hoc retulerit; in canonibus enim non copioſe, ſed breviter & ſtrictim agitur. Loquitur ergo mea quidem opinione Julius de legibus ſive canonibus eccleſiaſticis, quas deciſiones vocant, quæ erant per acta & actiones cauſarum tamquam ſanguis per venas corporis fuſus: nec enim judiciales deciſiones aptius collocari poterant, quam inter cauſas ipſas, & cauſarum actiones quæ in actis continebantur. Confirmat hoc quoque illud Ni- B colai I. diſt. 19. c. Si Romanorum: præſertim, inquit, cum ſynodalia geſta, inter quæ ipſi canones ſtatuti ſunt, in codice canonum non habeantur. Hoc ipſum teſtatur etiam Theodorus Balſamon canonum ſynodorum Græcarum interpres, qui acta concilii Nicæni legit: Is ergo explanans primum canonem ſynodi Antiochenæ in eos qui canonem concilii Nicæni de celebratione paſchæ non ſervant; hoc, inquit, in canonibus Nicæni concilii non eſt inventum, ſed in actis primæ ſynodi invenitur. In illis actis continebatur quoque ille canon de appellationibus, quem Zoſimus pontifex Nicænum eſſe in 6. ſynodo Carthaginenſi teſtatur, qui fuerat poſt Nicænum concilium in ſynodo Sard. C c. 7. renovatus. Ad eadem acta referendi ſunt Nicæni canones de genetibus non ordinandorum, de pœnitentibus in epiſt. 6. Innoc. ad Agapetum Macedonium, & de aliis in epiſt. 24. ad ſynodum Toletanam, & de bigamis in epiſt. Ambroſ. 82. & ſi qui alii ſunt, de quibus auctores meminerunt, quos reverendus pater Piſanus in libro ſuo de actis & canonibus ſynodi Nicænæ diligenter & erudite notavit. De primo autem canone ex 20. Græcis, qui in his ex Arabico deſideratur, arbitror dicendum eſſe, aut illud de eunuchis non ordinandis in primo ex Arabicis, de inſanis & energumenis item non ordinandis, ab interprete e Græco in Arabicum per negligentiam prætermiſſum D eſſe, ut accidere ſolet interpretibus: aut illud de inſanis & energumenis eadem negligentia prætermiſſum in Græco ab eo qui deſcripſit: quod vero factum eſt initium deſcriptionis canonum a canone de non ordinandis, valde appoſite factum mihi videtur, ut in eccleſiaſticis regulis illæ prius collocentur, quæ ſunt de prohibendis ordine eccleſiaſticorum, ad quod eccleſiaſticæ regulæ, ſive canones in primis pertinent. Alter canon eſt in Græcis viginti, id eſt, 14. de catechumenis lapſis perbrevis, qui in his quoque ex Arabico cum illo de eunuchis deeſt; quod culpa etiam interpretis fieri potuit. Reliquos canones ſynodi Nicænæ Græcos facile eſt in his ex Arabico notare; tametſi aliquos κατ' E ἐπιτομὴν Græce, Arabice vero eoſdem pleniores. Si quis vero ita delicatus ſit, ut quia ex barbara lingua interpretatio Latina canonum Nicænorum facta eſt, parvifaciendos eſſe exiſtimet; aut quia aliæ non paucæ aliorum argumentorum & librorum interpretationes incertæ, ac ſine auctoritate ferri ſoleant, hanc quoque interpretationem Arabicam talem eſſe arbitretur, non puto cum eo contendendum eſſe: quæ pacis ſunt, ſectemur, inquit apoſtolus, & quæ ædificationis ſunt cuſtodiamus, dicamuſque iſtis, quod idem apoſtolus Theſſalonicenſibus ſcripſit. Prophetias nolite ſpernere, omnia probate, quod bonum eſt, tenete: interpretationes enim in ſcriptura prophetiæ quoque, licet homonyme dici conſueverunt. Ego ita ſentio, cum omnia, quæ in his canonibus ſunt, recte expenſa, & accurate recognita erunt, nihil fortaſſe reperietur, quin probatum, & magna illa ſynodo Nicæna dignum appareat. Sed ſatis hactenus præfati ſumus: reddamus jam canones Nicænos, quibus cum opus eſſe viſum eſt, annotationes quaſdam adhibuimus.

## CANONES ARABICI.

*De iis, qui fuerunt inſani, aut energumeni, non ordinandis.*

### CAPUT I.

JUBEMUS [a], ut inſanus non fiat clericus, niſi cum ægrotaverit, & opus fuit calidam medicinam facere, unde in melancholiam incidit; hujus inſaniæ cum non ſit cauſa in ipſo, neque ſit ex dæmone habitante in eo, non prohibet ingredi in clerum, neque cogit exire. Quare jubemus, ut dæmoniacus non poſſit admitti ad clerum.

[a] Hanc interpretationem canonum ex Arabico idiomate conferat per otium Lector cum ea, quam vulgavit Alfonſus Piſanus ex eadem ſocietate theologus libro III. hiſtoriæ actorum ejuſdem concilii Nicæni, quam Nicolinus & Binius ediderunt.

33. c. Maritum. c. communiter. c. clerici, 15. q. 1. c. 6. can. apoſt. 78. concil. Aurel. c. 16. Quia in eo qui fuit energumenus, ſemper ſuſpecta eſt ἀνανδρία, ut Dionyſ. Areopag. vocat, id eſt, mollitia animi, quæ fecit, ut idem ait, ut iſte terroribus dæmonis ſuccumberet, idcirco non poteſt ordinari. Similis ſuſpicio eſt redeuntis ad inſaniam, cum non ex accidenti, ut febri, vel medicina calida extitit cauſa, ſed ex ipſius natura.

*De ſervis non ordinandis.*

### CAPUT II.

Si quis fidelium ſervus alicujus gentilis, a quo diligebatur, quia fideliter & diligenter res domini ſui cuſtodiebat; poſtea vero, quia dura ſervitute premebatur, invito domino receſſit; non poteſt iſte admitti ad clerum, niſi a domino libertate donetur, & ſit judicatus dignus.

Diſt. 54. c. nullus, c. nulli, & multa alia c. ibid. de eadem re.

*De neophytis in fide non ordinandis ordine ſacro antequam ſcientiam ſcripturæ ſacræ habeant: & de convictis poſt ordinationem de peccato gravi, cum ordinatore deponendis.*

### CAPUT III.

Qui recenter baptizatus eſt, & veritatem ſuæ fidei neſcit, non erit epiſcopus, neque presbyter, neque diaconus, donec poſſit ſcire & intelligere libros ſacros, & perfectum habitum, ac fructum ſpiritualem in corde ſuo producat; qui ſi ad maturam ætatem non pervenit, non poteſt ad gradus jam dictos admitti. Quod ſi epiſcopus aliquem cito * ordinaverit, in quo aliquod peccatum gravius poſtea reperiatur, & duo, aut tres teſtimonium dicant, uterque deponendus eſt, & ordinator, & ordinatus; quamvis ordinatus ſit presbyter, aut epiſcopus; qui etiam a ſynodo excommunicatur, ut meritus eſt.

Can. Nic. Græcus 2.

Leo epiſtola 85. Quid eſt cito manus imponere, niſi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam diſciplinæ, ſacerdotalem honorem tribuere non probatis?

De

*De cohabitatione mulierum prohibita epiſcopis, presbyteris, & diaconis propter cœlibatum.*

## CAPUT IV.

Can. Nic. Græcus 3. Epitome hujus ex Arabico. Carthag. 3. c. 4. Græc. Carth. 1. c. 2. Lat. Apoſt. c. 26. Chalced. c. 14. Cle. epiſt. 2. Conc. Elib. c. 33. Agath. 8. Tolet. 3. c. 1. Hilar. in ſyn. c. 2. Syr. ep. 1. c. 6. Innoc. epiſt. 3. c. 1. Aurel. 4. c. 17. Aurel. 5. c. 4. Tur. 2. c. 10. Leo ep. 90. & epiſt. 90. c. 3. Zachar. epiſt. 6.

Decernimus, ut epiſcopi non habitent cum mulieribus; neque presbyter, qui * viduus eſt; nec illas comitentur; neque familiarem conſuetudinem cum eis habeant, nec in eas ſtudioſe aſpiciant. Idem decernitur de omni ſacerdote cœlibe, idemque de diaconis, qui ſine uxore ſunt. Hoc autem intelligendum eſt, ſive mulier pulchra ſit, ſive deformis, ſive puella virgo, ſive ancilla adoleſcens, aut natu grandis, ſive puella orphana prætextu educandi eam propter caritatem. Siquidem diabolus hujuſmodi armis religioſos, epiſcopos, presbyteros & diaconos occidit, & immittit eis ardorem libidinis. Sin autem fuerit anus & provectæ ætatis, aut ſoror, aut mater, aut amita, aut avia, licebit cum eis habitare, quia tales perſonæ alienæ ſunt ab ſcandalo ſuſpicionis.

* Non permittit hic canon, ne quis erret, ſic iſtos habitare cum uxoribus, cum ait, neque presbyter viduus, ut uxoribus uti liceat: imo concedit ut cum eis habitent, quia non licet eas prætextu religionis excludere, juxta canonem apoſtolorum 5. ſic tamen habitare concedit, tamquam cum ſororibus; ut, ſicut apoſtolus ait, qui habent uxores, ſint tamquam non habentes; etenim ſi præter anus non ſuſpectas propter ætatem provectam, & præter matrem, ſororem, amitam & aviam, non ſuſpectas propter magnam cognationis propinquitatem, reliquas mulieres tamquam ſuſpectas canon excludit a contubernio clericorum ſacri ordinis: ergo quas in contubernio relinquit canon, liberas eſſe vult a ſuſpicione; propter hanc enim cauſam, ut dixi, relinquit matrem, ſororem, amitam & aviam: igitur propter eamdem cauſam, ſublatæ ſcilicet ſuſpicionis, relinquit presbyteris & diaconis uxores: ut enim æquum eſt non ſuſpicari propter vinculum propinquitatis naturalis, & propter mulieris ſenectutem; ita quoque æquum eſt non ſuſpicari propter religionem ac reverentiam ipſius ordinis ſacri: niſi cum aut vita ipſa non eſt gravis & ſancta, aut ætas uxoris periculoſa. Denique comprehenſum eſſe in his gradibus ſacri ordinis cœlibatum, teſtis eſt epiſtola B. Baſilii canonica ad Greg. presbyterum de excludenda muliercula propter ſuſpicionem, & includenda in monaſterium: in qua epiſtola hunc canonem Nicænum citat: fuiſſe autem uxorem, cum qua habitare prohibet, argumento eſt & quidem certiſſimo, quod eam jubet includere in monaſterium, ſicuti canon 48. ſynodi ſextæ jubet, ut poſt ordinationem epiſcopi, uxor ejus in monaſterio collocetur. Denique contineri in hoc canone Nicæno legem continentiæ ſacri ordinis a propriis uxoribus, antiquiſſimum & graviſſimum teſtimonium eſt ſynodi ſecundæ Arelat. cap. 2. hac enim ſynodus illis temporibus ſynodi Nicænæ habita hunc canonem renovans, ac magis explicans, ſi quis, inquit, de clericis a gradu diaconatus in ſolatio ſuo mulierem præter aviam, matrem, ſororem, filiam, neptem, vel converſam ſuam uxorem habere præſumpſerit, a communione alienus habeatur: converſam vocat, quia ex quo ſacræ ordinationi mariti conſenſit, carni renunciavit, & ex uxore facta eſt ſoror, ut ipſe ex marito frater, juxta canonem concilii Tur. ſecundi: Quiſquis eſt presbyter aut diaconus, divino munere benedictione percepta, uxoris ſuæ pius frater illico efficiatur. Itaque uterque jam pertinet ad titulum de converſ. conjug. iis vero qui exiſtimant permiſiſſe unquam eccleſiam Romanam Græcis eam conſuetudinem, quam hodie habent, contradicit Nicolaus primus qui in reſponſis ad conſulta Bulgarorum, cap. 70. diſtinct. 28. cap. conſulendum: Conſulendum, inquit, decernitis, utrum presbyterum uxorem habentem debeatis ſuſtentare & honorare, an a vobis projicere: in quo reſpondemus, quoniam licet ipſi valde reprehenſibiles ſint, vos tamen dominum imitari convenit, qui ſolem ſuum, (ut evangelium teſtatur) oriri facit ſuper bonos & malos, &c. Nemo cum ratione dubitare poteſt, quin illos presbyteros, Græcos ſcilicet, ob eam cauſam pontifex Nicolaus reprehenſibiles dixerit, quod uxores haberent, non quaſi non habentes, id eſt, haberent tanquam ſorores & converſas, ſed quod haberent eas tanquam uxores: habere enim presbyterum uxorem, id eſt, non ejicere eam prætextu religionis, apoſtolorum canon jubet. Si ergo presbyteros illos Græcos habere uxores, ut hodie habent, reprehenſibile pontifex Romanus & quidem eruditiſſimus, ac ſanctiſſimus, eſſe judicavit, quomodo quod reprehenſibile eſt, ab eccleſia Romana concedi dicendum eſt? reſtat ergo, ut quod hodie Græci faciunt, repugnante & reprehendente eccleſia Romana faciant, quod nunquam ſcilicet approbavit, nec ullo tempore approbatura eſt.

*De electione epiſcopi, & de approbatione electionis.*

## CAPUT V.

Decernimus, ut nullius epiſcopi electio approbetur, nec ullus epiſcopus conſtituatur in civitate magna, niſi voluntate epiſcoporum provinciæ, & niſi de fide ejus & timore Dei inquirant: ad approbandum vero convenire debent coram archiepiſcopo aut patriarcha, aut ſi fuerit hoc difficile, quia non eſt archiepiſcopus, aut patriarcha, vel quia metuunt, ne lupi ſubditos rapiant, vel propter urgentem neceſſitatem, vel propter longitudinem itineris, quamvis non ſit præſens archiepiſcopus vel patriarcha, ſufficiat tunc ut ſint tres epiſcopi ad conſtituendum eum, qui cognoſcant ex abſentibus per ſcripturam propriæ manus, eſſe in eo virtutem, doctrinam, & ſanctitatem; fiatque cum conſenſu populi.

Siricius epiſt. 4. ad epiſc. Africanos c. 1. Innoc. in epiſt. ad Victricium c. 1. Concil. Ant. c. 19. Can. Nic. Græc. 4.

*De excommunicatis ab uno epiſcopo, non recipiendis ab alio: & de abſolvendis illis ab archiepiſcopo, vel patriarcha, cum conſtiterit de iniqua excommunicatione.*

## CAPUT VI.

Nullus epiſcopus recipiat ab alio quocumque epiſcopo excommunicatum, ſive presbyterum, ſive alium e numero clericorum, ſive laicum; nec eum ab excommunicatione liberet, ne excommunicatio illius epiſcopi contemnatur. Quod ſi epiſcopus, qui illum excommunicavit, eſt iniquus, & tyrannus, poteſt abſolvi ab archiepiſcopo, vel patriarcha, poſtquam per literas cognoverit, & admonitus fuerit de illius epiſcopi iniquitate; & debet patriarcha, vel archiepiſcopus ſcribere ad epiſcopum, quid actum ſit; admoneteque eum de injuſtitia & iniquitate ejus.

Apoſt. 16. Ant. c. 6.

*De conciliis provincialibus bis quoque anno habendis ad conſideranda omnia quæ ad eccleſias provincialium epiſcoporum pertineant.*

## CAPUT VII.

Statuimus, ut omnes epiſcopi provinciæ bis ſingulis annis concilium habeant, archiepiſcopo aut patriarcha præſente, ſemel ante quadrageſimam ſecunda hebdomada poſt feſtum Epiphaniæ, & iterum menſe Septembri; ut in eo concilio omnia quæ ad eorum epiſcopatus pertinent, conſiderentur: & ſi inventus fuerit aliquis propter blaſphemiam contra fidem excommunicatus, denuo ab omnibus excommunicetur, donec epiſcopi defenſionem ejus recipiant facta inquiſitione veritatis Dei.

Apoſt. c. 36. Conc. Ant. 19. Chalc. can. 19. Leo epiſt. 4. c. 7.

Ut illis temporibus & diu deinceps viſus eſt hic Canon utilis, & neceſſarius eccleſiis, ita poſtea neceſſarium viſum eſt contrahere bina concilia ſingulorum annorum in ſingula, ne bis uno anno futurus eſſet abſens ab eccleſia ſua epiſcopus, & oves propter crebram abſentiam paſtorum facile a lupis vorari poſſent. Hanc enim cauſam

ſam fuiſſe mutandi canonem hunc de conciliis bis habendis quoque anno ſcripſit Athanaſius patriarcha Conſtantinopolitanus in epiſtola ad epiſcopum Sardenſium. De conciliis vero ſemel habendis ſingulis annis, eſt canon ſynodi 6. cap. 9. ſynodi Nicænæ 2. cap. 6. Lateranenſ. concilii cap. 6. Hac noſtra ætate cognita, & explorate percepta majore adhuc neceſſitate præſentiæ epiſcopi in eccleſia ſua, & majore periculo abſentiæ, ſingula concilia ſingulorum annorum in tertios quoſque annos prorogata ſunt. Si igitur frequens abſentia epiſcopi ab eccleſia ſua tam periculoſa & peſtifera judicata eſt, ut (ne tempus & occaſio frequens ei daretur) ſynodus provincialis alioqui tam neceſſaria & ſalutaris, non niſi ut tertio quoque anno habeatur, ſynodus Tridentina prudentiſſime & ſaluberrime ſanxerit, quid excuſaturi ſunt, qui tanto animarum periculo, & eccleſiæ Dei incommodo & detrimento, electiones, aut nominationes differunt, & tam diuturnas vacationes muneris paſtoralis invehunt? quid excuſabunt, qui interim ſilent & diſſimulant, quos Deus poſuit in eccleſia tamquam tubas & buccinas ad canendum, cum, ut ait propheta Ezechiel, viderint gladium venientem, quorum eſt clamare, & exaltare vocem ſuam? & quæ ſequuntur in propheta Iſaia.

*De patriarchis Alexandrino, & Antiocheno, & eorum juriſdictione.*

## CAPUT VIII.

Can. Nic. Græc. 6. Epitome utriuſque horum octavi, & noni.

Conſtitutum eſt, ut epiſcopus Ægypti, id eſt, patriarcha Alexandrinus, præſideat & habeat poteſtatem totius Ægypti, & omnium locorum, civitatum & oppidorum, quæ ſunt circum eam, quia ſic convenit; & quia ſimiliter epiſcopus Romæ, id eſt, ſucceſſor Petri apoſtoli, poteſtatem habeat omnium civitatum, ac locorum quæ ſunt circum eam: ac ſimiliter epiſcopus Antiochiæ, id eſt, patriarcha, poteſtatem habeat provinciæ illius totius: & in aliis item locis ſervari debet, quod in præterito conſtitutum eſt.

*De ambiente epiſcopatum, nolente eum epiſcopum populo; vel volente quidem, ſed ſine voluntate archiepiſcopi.*

## CAPUT IX.

Nic. Græc. 6.

Si quis, populo nolente & ſine voluntate archiepiſcopi, atque injuſſu ejus ambierit epiſcopatum, repellendus eſt. Quod ſi populus diœceſis voluerit eum ſine archiepiſcopi voluntate, non eſt admittendus; quia ſolius archiepiſcopi eſt hæc poteſtas; & qui contradixerit, eſt excommunicatus, & iſte epiſcopus privandus eſt. Sin autem electioni communi omnium epiſcoporum cum archiepiſcopo, aut patriarcha recta ratione & ſecundum canonem eccleſiaſticum factæ, duo aut tres ex populo precibus, vel ſtudio contendendi contradixerint, majorem partem populi, ſi voluerint, ſequentur.

*De epiſcopo Hieroſolymitano honorando, ſalvo honore metropolitani Cæſarienſis, cui eſt ſubjectus.*

## CAPUT X.

Nic. Græc. 9. Hier. tom. 2. epiſt. ad Pammachium contra errores Joannis Hieroſol. & Nic. in reſp. ad conſult.

Quia eſt conſuetudo honorandi epiſcopum Æliæ nomine patriarchæ, cum eſt dignus honore, propter ſanctitatem loci, & propter probitatem ejus: præſit illi provinciæ, & locis ei vicinis, reddatque archiepiſcopo ejus loci debitum honorem; & vocetur ille exarchus, id eſt, major quam archiepiſcopus.

*De iis qui irrepſerunt in ordinem presbyterorum ſine electione & examinatione.*

## CAPUT XI.

Si fuerint aliqui presbyteri ſine probatione & electione, & ſine examine vitæ & morum; & examinati confiteantur ſe peccaſſe id genus peccatorum, de quibus ſupra ſcriptum eſt, ejiciantur ex ſacerdotio, & non reputabitur eis in peccatum, quod illis, cum non eſſent probati & electi, manus impoſuerunt; nec erunt in culpa hoc faciendo, ſiquidem faciunt in eis quod a Chriſto domino ordinatum eſt.

Balſ. c. 92 meminerunt de Hieroſolymitano ſubjecto Cæſarienſi. Can. Nic. Græc. 10. epitome hujus c. 3

*De epiſcopo ordinante quem intellexit fidem negaſſe; & de ordinato, qui poſtquam negavit, irrepſit in ordinem:*

## CAPUT XII.

Si quis prælatus receperit aliquem in eccleſiam ſanctam, qui fidem negarit, quem prælatus ex aliquo cognoverit fidem negaſſe, & ordinaverit eum ſacerdotem, aut in alio gradu, deponendus eſt ipſe, & ordinator ab omni ordine: aut ſi iſte irrepſerit in ordinem, nec examinatus, nec interrogatus; & poſtea ab iis qui cognoverunt falſitatem, ſciatur hoc; deponendus eſt iſte.

*De tranſeunte ad aliam eccleſiam ſponte ſua, & electo ab illa, cui poſtea diſplicet manere in ea.*

## CAPUT XIII.

Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ab eccleſia ſua ad aliam electione illius eccleſiæ, & voluntate ſua ſe transferat, & poſtea non placet ei eſſe ibi, volueritque eo, unde prius ſe tranſtulit, redire, non eſt poſtea recipiendus, ſed potius ab hac & illa eccleſia ſit excluſus, quia ipſe ſe ſponte ſua [1] elegit.

Can. Nic. Græc. 15. epitome hujus 13. ex Arabico.

[1] Forte ejecit. Hard.

*De dante operam, ut transferatur a ſua eccleſia ad aliam.*

Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut aliquis ex clero dederit operam, ut ex ſua eccleſia transferatur, non eſt in alia recipiendus, ſed potius cogere eum debent, ut ad locum ſuum redeat: quod ſi noluerit, ejiciendus eſt in totum ex eccleſia, deponenduſque ex ordine, & communione fidelium illorum, qui ad illam eccleſiam pertinent, privandus.

*Ne quis fiat monachus ſine licentia epiſcopi, & quare requiratur licentia.*

## CAPUT XIV.

Si quis laicus voluerit monachus fieri ſine licentia epiſcopi ſub cujus poteſtate eſt, movendus eſt gradu in quo eſt, & non eſt recipiendus in religionem. Hoc autem idcirco ſtatuimus, ne iſte uxorem, aut filios, aut alios ſimiles, quibus auxilium debet, deſerat.

*De clericis aut religioſis fœnerantibus dejiciendis de gradu.*

### CAPUT XV.

Can. apoſt. 44. Laod. 4. Arel. 1. can. 12. Carth. Græc. c. 5. Synod 4. c. 10. Nic. Græc. 17.

Si quis eorum qui ſunt in clero, aut ſubjectus regulæ, avaritiæ, & turpi lucro ſtudeat, aut data pecunia fœnori, centeſimas exigat, aut ſeſcuplas, dejiciatur ex gradu, & ſit alienus a regula.

*De honore epiſcopo & presbyteris a diaconis tribuendo.*

### CAPUT XVI.

Can. Nic. Græc. 18.

Diaconus non debet excommunicare priuſquam epiſcopus, neque priuſquam presbyter, quia gradus diaconi infra gradum presbyteri eſt; ſcireque debet officii ſui eſſe miniſtrare epiſcopo & presbyteris. Sciatque diaconus facultatem ſuam, cui neque licet communicare niſi poſtquam epiſcopo & presbyteris miniſtraverit: neque ei rurſus licet miniſtrare ſacramentum communionis ſacerdoti, ſiquidem miniſtrare hoc ſacramentum, proprium eſt presbyteri, & non diaconi; presbyteris enim data eſt hæc gloria: neque decet ut diaconi ſedeant inter presbyteros, aut ſint ad latus eorum, nec intus in ſacrario, ubi eſt altare; neque foris, niſi de ſententia eorum: quandoquidem gradus diaconi inferior eſt gradu illorum. Diaconi, qui huic decreto contradixerint, ejiciantur ex gradu ſuo, & a ſynodo excommunicentur.

Hier. in ep. ad Evagrium 85. Romæ presbyteri ſedent, & ſtant diaconi.

*De ratione & modo recipiendi converſos ex hæreſi Pauli Samoſatenſis.*

### CAPUT XVII.

Canon. Nic. Græc. 19. epitome hujus. Innoc. 1. epiſt. 22. ad Rufum Euſebium explanat hunc canonem.

Si quis ex hæreſi Pauli Samoſatenſis convertatur ad fidem eccleſiæ, debet iterum baptizari: & in quocumque gradu eccleſiaſtico antea fuerit, ſi convertatur digne & cum humilitate, ejuſque vita anteacta reprehendi non poſſit, ſed laudari potius, reſtituendus eſt in gradum ſuum, & imponendæ ei manus, ut imponi ſolent ei cui nunquam antea impoſitæ fuerunt, cum benedictione diaconali, id eſt, quæ fit ſuper miniſtros eccleſiæ. Sed ſi aliquis eum accuſaverit, & non fuerit dignus gradu propter malam fidem & prava opera, non eſt ordinandus. Quod ſi aliqua diaconiſſa ex iſta hæreſi ad fidem convertatur, oportet iterum eam baptizare, & cum ea benedictione recipere, quæ ſuper ſæcularem fieri ſolet; examinandumque, ut ſupra diximus, utrum vere convertatur.

*De ratione & modo recipiendi converſos ex hæreſi Novatianorum.*

### CAPUT XVIII.

Can. Nic. 8. Innoc. in eadem epiſt. explanat hunc can.

Si qui ex iis qui ſe catharos vocant, ſe humiliaverint, & ad eccleſiam accedere voluerint, oportet, ut qui ex illis erant ordinati, remaneant in clero. Oportet præterea ante omnia profiteri per ſcripturam, quod aſſentientur, & ſequentur dogmata catholica, id eſt, quod communicabunt cum pœnitentibus & cum digamis, & cum iis qui in perſecutione lapſi ſunt

A a fide, in quibus eſt conſtitutum tempus, ut ſequantur omnia eccleſiæ catholicæ dogmata. Itaque ubi omnes reperientur ſive in civitatibus, ſive in villis ipſi ſoli ordinati, reperti in clero, erunt in eodem gradu. Sed ſi fuerit in civitate, aut villa epiſcopus, aut presbyter eccleſiæ catholicæ; & ibi aliqui ex Catharis accedant ad eccleſiam, debet epiſcopus catholicus habere dignitatem epiſcopi: & ille qui vocabatur epiſcopus eccleſiæ catholicæ, voluerit honorare eum nomine epiſcopi; quod ſi hoc ei non placeat, excogitabit ei locum chorepiſcopi, aut presbyteri, ut omnino videatur eſſe in clero, ne ſint in civitate duo epiſcopi.

B *De ratione & modo recipiendi redeuntes poſt lapſum a fide, & recipiendi relapſos, & de adductis in periculum mortis ex infirmitate ante completam pœnitentiam, & de convaleſcentibus.*

### CAPUT XIX.

Si qui ex iis qui ſine violentia & periculo negaverunt, & ſine illis tribulationibus quas paſſi ſunt fideles Chriſti a regibus, & principibus & gentilibus, perfecte & recto corde voluerint ad fidem redire, recipiendi ſunt: ſed oportet, ut cum fidelibus communionem non habeant donec pœniteat eos, & tribus annis pœ-C nitentiam inter audientes agant, & inter pœnitentes annis ſeptem: poſtea poterunt intrare in eccleſiam ad orandum cum populo tempore ſacrificii duobus annis, ſed debent abſtinere a communione corporis domini. Quod ſi hoc tempore pœnitentiæ ad vomitum redeant, & rurſus agnoſcant peccatum ſuum, debent agere pœnitentiam annis decem, poſt tres annos peractos inter audientes. Poſt hæc autem omnia oportet examinare propoſitum eorum, & modum pœnitentiæ. Qui enim cum timore Dei, & lacrymis, ac patientia, & bonis operibus converſionem opere & non ſimulatione oſtendunt, poſt impletum tempus conſtitutum manendi inter audientes, merito communicabunt D cum aliis fidelibus in oratione, licebitque epiſcopo aliquid benignius de eis decernere. Qui autem negligenter ſe geſſerunt, & ſimulationem ingrediendi in eccleſiam ſufficere ſibi ad converſionem putaverunt, omnino iſti tempus pœnitentiæ a nobis conſtitutum impleant. Sed ſi quis iſtorum ad mortem, dum in pœnitentia eſt, pervenerit, non eſt privandus ſacra communione, quæ eſt viaticum vitæ, ſi eam petierit. Quod ſi poſt orationem & communionem ex infirmitate, in qua erat, convaluerit, communicabit poſtea in oratione tantum cum fidelibus, & non accipiet communionem ſacram; adhibeaturque diligentia, ut cuicumque proximo morti ſacramenta, ſi petierit, mini-E ſtrentur; idque cum epiſcopus diligenter inquiſierit, an dignus ſit; quia non licet ut privemus eos ſacramento communionis.

Nic. 11. & 13. Hic canon multo explicatior eſt quam Græc. in hoc Lat., ex Arab. Arelatenſ. 1. c. 13. Valent. Galliæ c. 3. Inno. 1. ep. 24. c. 3.

*De vitanda converſatione cum maleficis & divinis; & de eorum, qui non vitaverunt, pœnitentia.*

### CAPUT XX.

Nemo fidelium converſetur cum maleficis & divinis, & qui hoc fecerit, & eos interrogaverit,

Faciunt cum hoc canone multa, c. 26. q. 5.

rit, eorumve dicta approbaverit, in domumque eorum intraverit, aut in ſuam eos receperit, & eorum cibis & potionibus uſus fuerit, ſi ſacerdos eſt, movendus eſt ſuo gradu, ac fidelium communione & ingreſſu eccleſiæ, communioneque ſacra prohibendus. Si vero fuerit laicus, prohibendus eſt eccleſia. Quod ſi ad agendam pœnitentiam venerint, agenda eſt eis pœnitentia annis viginti, quo tempore pane tantum & ſale veſci debent, & a vino abſtinere, aqua contenti, ut ſic caſtigati non redeant. A

*De inceſtis nuptiis contra legem ſpiritualis cognationis, & de pœnitentia eorum qui ſunt in ejuſmodi nuptiis.* B

### CAPUT XXI.

Hinc extitit can. 53. ſextæ ſynodi in Trul. & Moguat. c. 55. &c. pervenit, 30. q. 1.

Nemo fidelium cum patre aut matre ſpirituali matrimonium contrahat, id eſt, non cum patrinis, aut matrinis: & qui hoc commiſerit, habeatur tanquam ethnicus, quouſque ſeparetur; & ſpatio viginti annorum pœnitentiam agat, decem annis non intrabit in eccleſiam, & abſtinebit a communione fidelium; alteris decem licebit intrare in eccleſiam, ad audiendum tamen ſcripturas. Quando autem impletum fuerit hoc tempus pœnitentiæ viginti annorum, licebit intrare in eccleſiam, & ſumere ſacram communionem. C

*De ſuſceptoribus in baptiſmo.*

### CAPUT XXII.

Viri non teneant in baptiſmo fœminas, neque mulieres teneant mares: ſed potius mulieres teneant fœminas, & viri teneant mares.

*De nuptiis prohibitis fratrum & ſororum ſpiritualium ex ſuſceptione in baptiſmo.*

### CAPUT XXIII.

Neque vir det filio ſuo in matrimonium eam quam uxor ſua tenuit in baptiſmo; neque mulier det filiam ſuam in matrimonium ei quem maritus tenuit in baptiſmo; quia iſti habentur uti fratres & ſorores ſpirituales; & eorum pater & mater, ſimiliter ut pater & mater ſpirituales. D

*De eo qui duas uxores ſimul duxit, aut per libidinem alteram mulierem uxori ſuperinduxit; & de pœna ejus.*

### CAPUT XXIV.

Nemo debet duas uxores ſimul ducere, nec uxori ſuæ alteram mulierem propter voluptatem & deſiderium carnis ſubintroducere, projiciendo ſe in periculum peccandi, verſando cum pluribus ad concupiſcentiam: nec ad ſemen ſuſcipiendum, ſicut Deus ordinavit: & qui hoc fecerit, ſi fuerit ſacerdos, prohibeatur miniſterio ſacrificandi, & communione fidelium, quouſque ejiciat domo ſecundam, & debet retinere * primam: idem judicium eſt de laicis. E

* Non concedit hic canon, ut ſacerdos ſecunda ejecta, retineat primam ad utendum; ſed jubet ut retineat, ne prætextu religionis ejiciat: jam enim antegreſſus eſt canon de cœlibatu ſacri ordinis, capite 4.

*De nemine arcendo a ſacra communione, niſi ratione pœnitentiæ.*

### CAPUT XXV.

Nullus ſacerdos ullum fidelem a communione ſacra arceat, neque propter odium, neque propter aliam cauſam quamcumque mundanam; & qui hoc commiſerit, deponatur, & excommunicetur, qui uſurpavit hanc poteſtatem tanquam dominans.

Pertinet hic canon ad canonem apoſt. 25. de repellente pœnitentem.

*De ſponſione & teſtimonio in cauſa criminis dicendo, clerico prohibitis.*

### CAPUT XXVI.

11. q. 1. can. teſtimonium &c. ſi quiſquam.

Nullus clericus pro aliquo ſpondeat, neque teſtimonium contra ullum in cauſa criminali dicat, nec eam ad regem deferat; nec ad ea ſe ingerat, quæ ad alios pertinent; neque ſeminet diſſidia inter fideles; & qui hoc commiſerit, ejiciatur ex gradu, & prohibeatur communione fidelium.

*De vitandis excommunicatis, & de non accipienda oblatione ab eis, & de excommunicatione non vitantis excommunicatum.*

### CAPUT XXVII.

De excommunicatione communicantis cum excom. Tur. 2. c. 8.
De non accipienda oblatione ab excom. eſt apoſtolica conſt. lib. Clem. c. 8.
Qui excommunicationem parvi facit, fidem contemnit.

Quicumque fuerit a ſacerdote ligatus, quamvis calumniam paſſus ſit, non eſt ab eo accipienda oblatio, nec ulla alia res, quam ad eccleſiam afferat: nec ullus fidelium debet cum eo prandere, nec in domum ejus ingredi, nec eum in domum ſuam recipere, priuſquam ſit ab excommunicatione abſolutus: & qui hoc non ſervaverit, parvi faciens excommunicationem, & fidem contemnens, oportet eum quoque excommunicare, quia fuit particeps & conſentiens.

*De ira, indignatione, odio, fugiendis ſacerdoti, & ei potiſſimum, qui poteſtatem habet excommunicandi.*

### CAPUT XXVIII.

Non erit presbyter ullo modo malevolus, aut velox ad iram, aut ad offenſionem, præſertim epiſcopus, aut alius, qui poteſtatem habeat excommunicandi, ut non omni tempore excommunicet & liget. Et ſi quis talis extiterit, debet hæc auferre: neceſſeque eſt, ut ſit moderatus, & deponat odium, & non exerceat ſemper excommunicationem. Quod ſi non paruerit, deponatur; ſiquidem ira, malevolentia, indignatio, & clamor, opera dæmonis ſunt: neque convenit, ut ſit in ſacerdote aliquid ex vitiis diabolicis; ſed potius, ut ſit mundus ab omnibus vitiis & maculis, ſicut * ſcriptum eſt.

* Hoc dicit, quia ſcriptum eſt in Levit. c. 21. ut qui eligendus eſt ad ſacerdotium, careat omni macula: quod quidem in ſpiritu ſignificabat, ut careret omni vitio, & peccato gravi; unde apoſtolica conſtit. lib. 2. cap. 3. exploretur, inquit, qui eligendus eſt epiſcopus, an careat omni macula in iis quæ pertinent ad uſus vitæ: Scriptum eſt enim, inquit, inſpicere maculas ejus qui eligendus eſt ad ſacerdotium. Hinc beatus Gregorius ſcribens de eligendo epiſcopo eccleſiæ Ariminenſis 7. quæſt. 1. cap. qualiter, jubet eligere diligenti examinatione adbibi-

bibita. Si in eo, inquit, quæ in textu pentateuchi continentur, non fuerint reperta, id eſt, ſi caruerit mortalibus peccatis, quæ per maculas in Levit. notatas ſignificantur. Hæc idem Gregorius clarius expreſſit in epiſt. ad Paſinum epiſcopum de alio quodam ordinando loquens: Si nulla, inquit, ei crimina, quæ per legis ſacræ regulam morte mulctanda ſunt, obvient: peccata mortalia, quæ a regno Dei excludunt, dicit morte mulctanda ſecundum regulam legis ſacræ, qualis eſt illa: Neque fornicarii, nec idolis ſervientes, nec adulteri, neque molles, &c. regnum Dei poſſidebunt.

*De non flectendo genua in oratione.*

## CAPUT XXIX.

Can. Nicænus 20.

In oratione dominici diei, & in diebus Pentecoſtes, & in magnis feſtis domini oportet non flectere genua, ſed ſtantes orare, & inclinari.

*De imponendis nominibus Chriſtianorum in baptiſmo, & de hæreticis fidem Trinitatis, & formam baptiſmi integram retinentibus; & de aliis non retinentibus, dignis pejore nomine; & de modo eos recipiendi, cum veniunt ad fidem.*

## CAPUT XXX.

Fideles nomina gentilium filiis ſuis ne imponant; ſed potius omnis natio Chriſtianorum ſuis nominibus utatur, ut gentiles ſuis utuntur; imponanturque nomina Chriſtianorum * ſecundum ſcripturam in baptiſmo, & baptizentur in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis ſemper colendæ, & adorandæ anima, mente, & corde; & ſanctificent dies feſtos omnes. Sed ſi fuerint alii Chriſtiani contrarii in aliquibus, vocabuntur hæretici, & hoc nomine appellabuntur Joanium, & Memarium, & Surianium, quæ nomina * Arabice ſignificant homines ſecundum carnem, & non ſecundum Deum agentes; quamvis non corruperint ſcripturas, neque combuſſerint. Qui enim corruperunt, & dies feſtos mutaverunt, & fidem conturbarunt, ac confuderunt, reliqueruntque genuflexionem, ſpreverunt ordinem eccleſiæ, & alium ſibi modum inſtituerunt, non debent appellari Memarium, ſed potius homines perditi & errantes, & numerantur inter cultores idolorum, & veræ fidei negatores. Si vero aliquis ex iſtis converſus fuerit, recipiat epiſcopus petitionem ejus, & doceat eum, ſicut recipiuntur & docentur Judæi & Gentiles; & baptizabuntur iterum, poſtquam ſectam ſuam malam abnegaverint, & fidem eccleſiæ Dei confeſſi fuerint. Similiter intelligendum eſt de Secundiis, * Marcuniis, Simonianis, Menandrianis, Sethianis.

Syn. Conſt. c. 7.

* Forte Marcuſiis ut appellat Epiphanius. Mard.

* Secundum ſcripturam imponuntur nomina in baptiſmo quia ſcriptum eſt in evangelio impoſitum eſſe nomen Joanni, & Jeſu in circumciſione, cui ſucceſſit baptiſmus; & Dionyſ. Areopag. in baptiſmo ſcribit dari nomen; quod ex ſanctis apoſtolis didicit. Illud etiam advertendum eſt, non imponi a fidelibus nomina gentilium, ſi quando in baptiſmo imponitur nomen Pompeii, aut Octavii, & ſimilium; non enim ut nomen gentilis, ſed ut noſtrum imponitur: ſic enim gentilium nominibus tamquam noſtris uti poſſumus, ut gentiles noſtris tamquam ſuis utebantur, cum Antonios, Marcos, & Marcellos, & Julianos vocabant.

* Quia interpres e Græco, ut verbum verbo redderet, verbis aliquanto obſcurioribus uſus erat, interpretatur verba Arabica obſcuriora Arabicis clarioribus.

*De ratione & modo recipiendi converſos ad fidem orthodoxam ex hæreſi Arii, & aliorum talium.*

## CAPUT XXXI.

Si quis ad fidem orthodoxam convertatur, recipiendus eſt in eccleſiam per manus epiſcopi, vel presbyteri, qui præcipere ei debet, ut anathematizet cunctos qui contra fidem orthodoxam faciunt, & qui apoſtolicæ eccleſiæ contradicunt. Debetque anathematizare Arium & hæreſim ejus, & aperte fidem profiteri, quam in hac perfecta confeſſione definivimus, ac ſincere fidelis eſſe. Oportet etiam anathematizare eos qui huic fidei non credunt, & eam non recipiunt. Et poſtquam hæc fecerit, accipiat eum epiſcopus, vel ſacerdos, ad cujus poteſtatem pertinet, & ungat eum unctione chriſmatis, & ſignet ter ungendo, & orando ſuper eum * orationem Dionyſii Areopagitæ, & fiat oratio ad Deum pro eo devote, ut recipiat eum. Et poſtea erit particeps divinorum ſacramentorum & communionis, per quam fit remiſſio peccatorum. Si autem is in quo hæc facta ſunt, fuerit epiſcopus, manebit poſt converſionem ſuam in gradu presbyteri; ſi presbyter, in gradu diaconi; ſi diaconus, in gradu hypodiaconi; & ſimiliter in reliquis deinceps, ut ad gradum inferiorem deſcendat.

Syn. Conſt. c. 7.

Dionyſ. Areopag. citatus in ſyn. Nic.

Huic canoni teſtimonium tribuit ſanctus Athanaſius, qui in epiſtola de ſynodis Arimini & Seleuciæ, & in epiſt. ad epiſcopos Africæ ſcribit patres Nicænos edidiſſe in concilio perfectam fidei confeſſionem, & anathematizaſſe omnes hæreſes, & inter eas Arianam. Utrumque eſt in hoc canone. Eſt autem renovatus, & denuo ſancitus hic can. in ſyn. Conſt. can. 7.

* Oratio quam dicit Dionyſii Areopag. eſt in canone Græco 7. ſyn. Conſt. σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου, id eſt, obſignatio, ſive ſigillum doni Spiritus ſancti. Quod vero eſt hic de ungendo iſtos chriſmate, non eſt neceſſe accipere de ſacramento confirmationis, ut accepit Beſſarion in libello de euchariſtia, ſiquidem ad multa alia utitur eccleſia ſecundum apoſtolicam traditionem unctione chriſmatis, ut in benedictione ſive ſanctificatione aquæ baptiſmi & altaris, & in ordinatione, & in aliis.

*De ratione recipiendi eos, qui ſalvis dogmatibus fidei, & eccleſiæ legibus, a nobis receſſerunt, & poſtea redeunt.*

## CAPUT XXXII.

Sed qui fuerunt ex ſecta Caguadanorum, aut Cabariorum, aut Taimainorum, non neceſſe eſt eos ungi, nec iterum baptizari, neque gradu ſuo moveri; ſed potius redire oportet ad eoſdem gradus, & recipi cum orationibus, quas ſupra diximus; orandumque pro eis, ac præcipiendum eiſdem ut abhorreant ab iis in quibus antea fuerunt.

Sic agendum eſt cum quocumque, qui a vera fide non vacavit, & qui baptiſmum & leges eccleſiæ retinuit, ſicut alii Chriſtiani; & qui ex iſtis clericus fuerit, ſi non mutaverit ſcripturam, neque deſerit feſtos dies celebrare; qui ejuſmodi fuerint, non ſunt annumerandi infidelibus & Judæis, quia non negaverunt nos, ſed nobis propter iram & indignationem adverſati ſunt: & quicumque contradixerit, excommunicetur.

Hujuſmodi fuerunt Audiani, ſic dicti ab Audio quodam, tempore Arii, de quo ſanctus Epiphanius libro tertio,

tertio, hæreſi 70. qui cum ſodalibus ſuis nihil, inquit, habebat in fide diverſum, ſed rectiſſime credebat. Audiani non deſierunt feſtum paſcha celebrare, licet per errorem cum Judæis azymorum dies agerent. Iſtos credo corrupte vocari in hoc canone Caguadanos. Tales etiam fuerunt Meletiani, Meletii Ægypti ſectatores, de quo idem Epiphanius libro ſecundo, hæreſi 68. non eſt, inquit, immutata fides ipſius aliquo tempore a ſancta eccleſia catholica. Fortaſſe etiam corrupte legitur in hoc canone Taimainorum, pro Meletianorum. A

*De loco patriarchæ reſidendo, & de honore epiſcopo Hieroſolymitano & Seleuciæ habendo.*

## CAPUT XXXIII.

Patriarcha ſit in civitate regia, ut ſit honori ipſi & regi, & aliis ſimul presbyteris. Honoretur etiam epiſcopus Æliæ pluſquam alii epiſcopi, quia ipſe reſidet in ſancta civitate, unde crux Dei domini noſtri cœpit, & ubi eſt locus * judicii. Honoretur quoque ſimiliter ſedes Seleuciæ, quæ eſt ex civitatibus orientalibus, qui debeat etiam appellari nomine catholici; & poſſit is ordinare archiepiſcopos, ſicut faciunt patriarchæ, ut orientales non patiantur damnum expectando patriarcham Antiochiæ, aut eundo ad eum, & gentiles reperiant viam ad neceſſitates ſuas: quia in hoc non fit injuria patriarchæ Antiocheno. Siquidem ipſe conſenſit, poſtquam hoc ab eo ſynodus petivit, ne de ſublata poteſtate iſta quereretur: quæ nihil aliud deſiderabat, ut illius provinciæ fideles pace & quiete fruerentur; ſimul etiam, ut is qui tenet ſedem Seleuciæ, nomine catholici honoraretur. B C

* De judicio accipiendum eſt, quo victa eſt mors morte domini, & eo reſurgente reddita mortuis vita.

*De honore habendo archiepiſcopo Seleuciæ in ſynodo Græciæ.*

## CAPUT XXXIV.

Si acciderit, ut neceſſe ſit convenire epiſcopos Græciæ, & fuerit præſens prælatus Seleuciæ, quem dicimus, quæ Seleucia eſt in provincia Babyloniæ in regno Zabur, & hodie eſt * Civitatulæ, oportet honorare eum multum, & magnificare, atque extollere ſupra omnes epiſcopos Græciæ. Siquidem ipſe tenet locum patriarchæ in oriente; & ſedes ejus in concilio debet eſſe ſexta poſt epiſcopum Hieroſolymitanum; & quicumque hanc conſtitutionem violaverit, ſynodus eum excommunicat. D

* Forte civitatula Hard.

*De non habenda ſynodo provinciali in provincia Perſidis ſine auctoritate patriarchæ Antiocheni, & ut epiſcopi Perſidis ſubjecti ſint metropolitanis Antiochiæ.*

## CAPUT XXXV.

Non permittit magna ſynodus, ut congregentur in provincia Perſidis ad diſponendum aliquid ad ordinem eccleſiæ pertinens ſine conſenſu & auctoritate patriarchæ Antiocheni; quia quamvis prælatus Perſidis ſit loco patriarchæ, & non quærat aliud præterquam quietem & tranquillitatem ipſorum Perſarum, tamen non licet immittere ſe ad conſtituendum ordinem eccleſiæ, ſed potius in omnibus ſint * metropolitanis patriarchæ obedientes: & qui contradixerit, ſynodus eum excommunicat. E

* Forte Metropolitani Perſidis ſcilicet, Hard.

*De creatione patriarchæ Æthiopiæ, & de poteſtate ejus, ac de honore ei habendo in ſynodo Græciæ.*

## CAPUT XXXVI.

Ut non poſſint Æthiopes creare nec eligere patriarcham; quin potius eorum prælatus ſub poteſtate ejus ſit, qui tenet ſedem Alexandriæ. Sit tamen apud eos loco patriarchæ, & appelletur catholicus; non tamen jus habeat conſtituendi archiepiſcopos, ut habet patriarcha; ſiquidem non habet patriarchæ honorem & poteſtatem. Quod ſi acciderit ut concilium in Græcia habeatur, fueritque præſens hic prælatus Æthiopum, habeat ſeptimum locum poſt prælatum Seleuciæ: & quando facta fuerit ei poteſtas conſtituendi archiepiſcopos in provincia ſua, non licebit illi conſtituere aliquem ex illis: & quicumque non paruerit, ſynodus eum excommunicat.

*De electione archiepiſcopi Cypri ſubjecti patriarchæ Antiochiæ.*

## CAPUT XXXVII.

Si epiſcopus Cypri diem ſuum in hieme obierit, & non potuerint populi propter tempeſtatem maris mittere Antiochiam, ut patriarcha Antiochenus conſtituat ipſis archiepiſcopum loco mortui, debent ſcribere ad patriarcham, & petere ab eo ut permittat eis conſtituere quem voluerint; neque prohibebit hoc patriarcha, poſtquam ad eum ſcriptum fuerit; ſed potius concedat tredecim epiſcopis, ut congregentur & conſtituant archiepiſcopum loco mortui; ne defuncto archiepiſcopo principio hiemis, ſine capite propter tempeſtatem remaneant, & ne aliquis fortaſſis ex tredecim epiſcopis a vita recedat, & non ſit archiepiſcopus qui conſtituat epiſcopum loco mortui; atque ita fiat, ut toto eo anno archiepiſcopo careant: ob hanc cauſam conſtitutum eſt hoc; & qui contradixerit, ſynodus eum excommunicat.

Atteſtatur huic canoni canon ſynodi Epheſinæ ſeptimæ Græcæ: ait enim, antiquum morem eſſe, ut patriarcha Antiochiæ ordinationes in Cypro faciat, ordinat enim archiepiſcopum Cypri, ſine cujus auctoritate non poſſunt epiſcopi Cypri conſtitui, quiſque ab eccleſia ſua electus, & non ab eccleſia alterius, ſecundum veteres canones.

Quid hic rurſus excuſabunt qui electiones, aut nominationes epiſcoporum diutius protrahunt, cum ſynodus Nicæna, ne evenire poſſet, ut anno uno Cyprus ſine archiepiſcopo eſſet, ſi ad electionem ejus auctoritas patriarchæ Antiochiæ expectanda eſſet, cenſuerit, concedendum eſſe epiſcopis Cypri, ut ipſi quem vellent eligerent, ac conſtituerent archiepiſcopum, ſi per tempeſtatem hiemis non liceret de electione ad patriarcham referre.

*De ordinatione miniſtrorum eccleſiæ epiſcopis prohibita in aliena diœceſi.*

## CAPUT XXXVIII.

Ut nullus epiſcoporum in parœcia alterius ordinationes presbyterorum aut diaconorum faciat, exceptis patriarcha & archiepiſcopo in locis quæ ſub poteſtate eorum ſunt; nec quidquam diſponat in aliena parœcia ſine licentia proprii epiſcopi. Can. Nic. 16. can. apoſt. 35.

De

A

*De cura & poteſtate patriarchæ in epiſcopos & archiepiſcopos ſui patriarchatus: & de primatu epiſcopi Romani in omnes.*

## CAPUT XXXIX.

Conſideret patriarcha ea quæ archiepiſcopi & epiſcopi in provinciis ſuis faciunt; & ſi quid reperiat ſecus quam oporteat factum, mutet, & diſponat, prout ſibi videatur; ſiquidem ipſe eſt pater omnium, & illi filii ejus. Et quamvis ſit archiepiſcopus inter epiſcopos tanquam frater major, qui curam habet fratrum ſuorum, & ei debeant obedientiam, quia præeſt; eſt tamen patriarcha iis omnibus qui ſub poteſtate B ejus ſunt, ſicut * ille qui tenet ſedem Romæ, caput eſt & princeps omnium patriarcharum; quandoquidem ipſe eſt primus, ſicut Petrus, cui data eſt poteſtas in omnes principes Chriſtianos, & omnes populos eorum, ut qui ſit vicarius Chriſti domini noſtri ſuper cunctos populos & univerſam eccleſiam Chriſtianam, & quicumque contradixerit, a ſynodo excommunicatur.

* Similis eſt hic canon ſexto ejuſdem ſynodi Nicænæ, & eamdem auctoritatem, hoc eſt, ſummam eſſe in epiſcopo Romano principe omnium patriarcharum, & ob eamdem cauſam, ſcilicet propter formam, quam habet epiſcopus Romanus relictam a ſanctis apoſtolis, ut ſanctus Anacletus in epiſtola tertia divine explicat, formam enim quam ſancti apoſtoli inter ſe habebant, ut ait idem C Anacletus, ſuis ſucceſſoribus, ſcilicet patriarchis, & metropolitanis, & reliquis epiſcopis reliquerunt: ut ſicut beatus Petrus reliquis apoſtolis præfuit, ſic idem ſancti apoſtoli ſtatuerunt, ut omnes epiſcopi ſingularum nationum ſuum primum haberent, juxta canonem apoſtolorum 34. quare conſequens neceſſario eſt, ut ſicut apoſtoli beatum Petrum caput habuerunt, ſic ſucceſſores apoſtolorum, qui ſunt patriarchæ, & infra patriarchas metropolitani, & infra metropolitanos reliqui epiſcopi, ſucceſſorem beati Petri, id eſt, epiſcopum Romanum principem & caput agnoſcant, & habeant, ut hic canon profitetur, cum eum principem omnium patriarcharum vocat, & primum eſſe dicit, ſicut fuit beatus Petrus, cui in omnes Chriſtianos data eſt poteſtas: quo teſtimonio nullum luculentius neque gravius a ſynodo Nicæna dari potuit.

*De ſynodo provinciali bis ſingulis annis habenda, & de uſu ejus, cum excommunicatione contrahentium.*

## CAPUT XL.

Ut omnes epiſcopi bis * ſingulis annis apud archiepiſcopum ſuum conveniant, ubi omnia quæ in locis ſuis acciderint, conſiderent: item conſiderent, quæ opus ſunt, cognoſcantque omnia, & conſentiant inter ſe ad expellendum procul malum, & operandum juſtitiam, ut ſint excuſati in die illo tremendo, ſitque hæc eorum excuſatio manifeſta, ne excidant e vita in æternum permanente, ac dedecus & ignominiam propter caduca & pereuntia ferant. & E quicumque contradixerit, ſynodus eum excommunicat.

* Non eſt hic canon temere aut fruſtra repetitus: quin potius, ut ſolet ſæpe in ſcriptura idem utiliter & neceſſario repeti, ſic hoc de ſynodis provincialibus bis quotannis habendis ut ſaluberrime conſtitutum: ſic enim ait Leo epiſtola quarta cap. 7. iterato canone repetitum eſt, in quo decreta eſt pœna excommunicationis contradicentibus, & comprehenſum totum negotium hujuſmodi conciliorum, quod poſitum eſt in ſtudio expellendi malum & operandi juſtitiam. Similis comprehenſio facta eſt in ſexto canone ſynodi Nicænæ ſecundæ: Studium, inquit, & cura erit congregatis, ut divina & vivifica mandata Dei ſerventur.

*De ſynodo archiepiſcoporum apud patriarcham ſemel quotannis, & de uſu ejus; item de collecta per provincias & loca patriarchæ ſubjecta facienda ad victum patriarchæ.*

## CAPUT XLI.

Similiter ſtatuimus, ut omnes archiepiſcopi ſemel per annum apud patriarcham ſuum conveniant, & in eo concilio faciant ad eumdem modum in omnibus rebus, & in peccatis, quæ in locis eorum contingunt; faciantque hoc, ne in judicio eorum ſit fraus, ſed potius tale ſit, quale erat judicium LXX. ſeniorum cum filiis Iſrael, qui cauſas ſuas Moyſi proponebant: ſic etiam & epiſcopi apud patriarcham facere debent, & diſpertiatur benedictio patriarchæ ſecundum vires omni provinciæ, & omni loco magno vel parvo, quæ ſub poteſtate ejus ſunt, mittaturque ei ſingulis annis ut inde vivat & alatur: Caretque excommunicatione hic canon.

*De clerico vel monacho lapſo in peccatum, & vocato ſemel & iterum & tertio, & non ſiſtente ſe in judicio.*

## CAPUT XLII.

Si quis ex clero, aut ex monachis lapſus fuerit in aliquod peccatum, & vocatus a congregatione, ut videatur cauſa ejus, & purget peccatum ſuum, dato primum tempore ad veniendum, non venerit, vocatuſque iterum & tertio, obſtinate non ſe ſiſtat, ejiciatur de medio eorum, ut meritus eſt; & inſuper deponatur: & qui contradixerit, ſynodus eum excommunicat.

*De reo manifeſto dimiſſo impœnito ab epiſcopo, vel presbytero, vel etiam diacono judice, quid facere debeat patriarcha.*

## CAPUT XLIII.

Si ad epiſcopum, aut ſacerdotem, aut diaconum allatum fuerit aliquod crimen manifeſtum, non opus eſt teſtimoniis ad judicandum. Quod ſi propter affectionem eum qui delictum commiſit, non judicaverint ſecundum meritam pœnam, dimiſerintque eum in peccato, & hoc poſtea patriarchæ patefactum fuerit, oportet ut ipſe patriarcha judicet eum qui crimen commiſit, ut meritus eſt; illumque deponat qui habebat exploratum de crimine, & dimiſit eum qui commiſit; & illum item deponat qui fuit illius criminis ſocius: & quicumque contradixerit, a ſynodo excommunicatur.

*Quomodo archiepiſcopus epiſcopum ſibi ſubjectum judicare debeat.*

## CAPUT XLIV.

Ut archiepiſcopus nullum epiſcopum ex iis qui ſub poteſtate ejus ſunt, cujus peccatum ſciat, judicet, nec imponat ei pœnitentiam pro peccato, niſi interveniente patriarcha, qui rem exploratè cognitam habeat: & qui non paruerit, a ſynodo excommunicatur.

*De ratione admittendi querelas & judicia archiepiſcopi contra patriarcham ſuum.*

## CAPUT XLV.

Ut non admittatur querela archiepiſcopi contra ſuum patriarcham de ullo peccato, neque reprehenſio, neque judicium, niſi adhibito altero patriarcha uno ex fratribus ejus, qui ejus cauſam excutiant. Et nullus in hac re archiepiſcopo accuſatori faveat, neque cum eo conſentiat, niſi auctoritate alterius patriarchæ, & qui contradixerit, ſynodus eum excommunicat.

*Quomodo patriarcha querelam aut judicium archiepiſcopi contra archiepiſcopum admittere debeat.*

## CAPUT XLVI.

Neque patriarcha querelam unius archiepiſcopi de alio archiepiſcopo, qui ſub poteſtate ejus ſit, accipiat, neque reprehenſionem, neque judicium ſuper peccato ejus, niſi altero archiepiſcopo ex fratribus interveniente: ut conſiderent hoc, ſicut ſupra dictum eſt in canone; & non oportet ut is interveniat qui querelam habuit in hoc judicio, & qui contradixerit, habebitur excommunicatus.

*De excommunicatis ab uno aliquo, quando ab alio abſolvi, vel non abſolvi poſſint.*

## CAPUT XLVII.

Can. Nican. Græc. 5.

Nullus epiſcopus ſolvat quem alius epiſcopus ligavit, quamdiu qui ligavit, vixerit. Quod ſi epiſcopus qui ligavit, obierit, & ſucceſſori viſum fuerit ſolvere ligatum, licebit facere, poſtquam cauſam, propter quam fuit excommunicatus, cognoverit; modo excommunicatus non fuerit propter blaſphemiam, aut propter aliquod peccatum publicum, aut aliud ſimile. Eadem lex erit de ſacerdote; id eſt, ut nullus ſacerdos ſolvat aut liget, quem alius ſacerdos ſolverit aut ligaverit, quamdiu ille qui ſolvit aut ligavit vixerit. Poſt mortem vero ſucceſſor ejus ſolvet quem mortuus ligavit: ſed debet epiſcopus præeſſe huic negotio, neque convenit, ut archiepiſcopus, aut epiſcopus ſolvat aut liget eum qui digne a ſacerdote ſolutus aut ligatus eſt, quamdiu is qui ſolvit aut ligavit, vixerit. Patriarcha tamen re cognita habet auctoritatem ſolvendi omnes iſtos, ſi ei viſum fuerit; ſiquidem eſt loco patrisfamilias, qui in eos, & in omnes alios poteſtatem habet: & hic canon non habet excommunicationem.

*De non eligendo ſibi ſucceſſore in epiſcopatu.*

## CAPUT LXVIII.

Huic canoni atteſtatur Concilium Antioch. c. 23. epiſt. Innocenti. I. ad Clerum Conſtant. quæ eſt in lib. 13. Nicephori, cap. 33. ep. Aug. 110.

Ut nullus epiſcopus dum vivit, alterum eligat qui poſt mortem loco ſuo ſuccedat, nec ex multum * propinquis, nec ex primariis civitatis; ſed cum epiſcopus erit mortuus, tunc eligendus eſt aliquis ex ſacerdotibus, aut religioſis qui habitant in monaſteriis per deſertum, aut aliquis de doctrina, & ſtudio ſcripturæ notus, & cujus præſtantia, & probitas ſit cunctis

A manifeſta; quamvis ſit externus, ordinetur epiſcopus, ſi his conditionibus præditus reperiatur, & dives ſi fuerit, nihil impediet quominus ſit epiſcopus, & hic canon caret excommunicatione.

Non facit contra hunc canonem, qui aſſentiente clero & populo aliquem, qui dignus ſit, deſignat futurum ſucceſſorem, ut Auguſtinus in Eradio fecit: is enim non ab epiſcopo, ſed potius a clero & populo eligi dicendus eſt. Auguſtinus vero a Valerio electus fuit, & ordinatus, ut poſt mortem ſuccederet: quod idem Auguſtinus contra canonem Nicænum factum fuiſſe per ignorantiam dicit. Sic igitur intelligendus eſt hic canon; Nullus epiſcopus dum vivit, alterum eligat ſine clero & populo: nec ita cum clero & populo eligat, ut ordinetur epiſcopus, dum vivit cui ſucceſſurus eſt.

* Dixit, nec ex multum propinquis; quia eſſe multum propinquum, ut fratrem, aut filium, aut fratris

B vel ſororis filium, multum valere poſſet, ut electio hujus multum propinqui, quam facit epiſcopus vivens, a clero & populo approbaretur; ſimiliter ex primariis.

Quia ait beatus Jacobus; Nonne divites per potentiam opprimunt vos, & ipſi trahunt vos ad judicia? & Paulus: Qui cupiunt, inquit, divites fieri, incidunt in deſideria multa, inutilia & nociva: idcirco ut dives ordinatione epiſcopi dignus ſit, explorare oportet, an ſit etiam; ſicut Apoſt. dives in bonis operibus, & an facile tribuat & communicet; hic ſynodus Sardic. cap. 10. Si quis, inquit, dives, aut ſcholaſticus a foro, velit epiſcopus fieri, ne prius fiat quam in omnibus gradibus miniſterium impleat; ut ſi in ſingulis dignus cenſeatur, poſſit ad verticem dignitatis epiſcopi aſcendere. Cum curialibus conjunxit ſynodus divites.

*De non ordinando ſimoniace.*

C

## CAPUT XLIX.

Ut nullus audeat ordinare epiſcopum, aut ſacerdotem, aut diaconum pro quavis re data, ſive ante ordinationem, ſive poſt, & qui ſecus fecerit, deponatur; & quicumque contradixerit, ſynodus eum excommunicat.

Teſtatur decretum fuiſſe hoc in Concilio Nicæno beatus Greg. 16. q. 7. c. perveniat.

*De epiſcopo uno tantum unius civitatis, & uno tantum parocho unius villæ: & de non movendo primo, ſive epiſcopo, ſive parocho, propter alium ſecundum ab aliqua parte populi petitum, ſi primus vacat a manifeſto crimine.*

## CAPUT L.

D Ut non ſit niſi unus epiſcopus unius civitatis, nec in una eccleſiæ villa ſint duo ſacerdotes; & ſi fuerit magna, poterit ſacerdos habere ſecum diaconos, & ſolus ſacerdos in iis quæ ad altare pertinent, præſit; ſicut ſolus epiſcopus eſt in eccleſia ſua ſuperior: & ſi in civitate aut villa fuerit aliqua diſcordia, ita ut alii hunc ſacerdotem aut epiſcopum, alii alium velint, debet tunc populus conſiderare hoc juſte: & ſi non auditur de eo aliquod delictum manifeſtum, oportet relinquere eum in loco ſuo: ſin vero infamia alicujus peccati in eo reperta fuerit, ejiciendus eſt, & in locum ejus alter ſubſtituendus, qui ſit ſine crimine. Denique ſecundus epiſcopus aut ſacerdos non intret in

E locum primi, ſi primus fuerit manifeſte probus; ſiquidem copulatus eſt cum eccleſia, ſicut conſtitutum eſt: quæ eſt etiam lex ſæcularibus; ut nemo eorum accipiat in matrimonium per vim uxorem alterius, donec vir ejus mortuus ſit; dimittatque eam liberam, ut abeat quo velit. Qui huic canoni contradixerit, ſynodus eum excommunicat.

Can. Nic. 9.

Iſta ipſa ratione comparationis ac ſimilitudinis matrimonii carnalis cum ſpirituali uſus eſt Evariſtus in epiſt. 2. Et ſicut vir, inquit, non debet adulterare uxorem ſuam, ut dimittat illam abſque inevitabili neceſſitate, aut apoſtolica vel regulari mutatione.

De

*De non permittenda ab epiſcopo ſeparatione uxoris a viro propter diſcordiam.*

CAPUT LI.

Tolet. 12. cap. 8.

Si quis uxorem ducat, & poſtea inter eos propter aliquam cauſam non conveniat, & uxor ſit in culpa, quæ cauſam dedit diſcordiæ, debet vir patienter eam tolerare, & cum ea ſocietatem habere, quouſque res adducatur ad concordiam. Quod ſi non toleraverit, debet intervenire epiſcopus; & ſi epiſcopo parere illa noluerit, nec audire eum, & a viro diſceſſerit, debet epiſcopus hortari illam ad redeundum: & ſi noluerit redire, debet cogere ut B redeat. Sed ſi vir quæſivit occaſionem ut ab ea ſeparetur; non eſt ei credendum, quin potius, velit, nolit, cogendus eſt ut cum ea habitet. Quod ſi hoc facere noluerit, oportet ut ſeparetur a communione & ingreſſu eccleſiæ.

*De fœneratione, & turpi quæſtu clericis interdicto, & de non converſando neque comprandendo cum Judæis.*

CAPUT LII.

Can. N. 17. Can. apoſt. 43. Cart. 5. Syn. Nic. 4. c. 19. Sy. 6. c. 10.

Nullus ſacerdos det fœnori, neque quæſtum iniquum faciat, neque ſocietatem cum Judæis habeat, neque fraternitatem, neque cum eis C cibum aut potum ſumat: ſiquidem ſancti apoſtoli hoc ſtatuerunt, & hoc fideles facere oportet: & quicumque non paruerit, ſynodus eum excommunicat.

*De conjugio diſparis cultus vitando.*

CAPUT LIII.

Conc. Tolet. 3. c. 14. Agath. 67. Illib. 15. & 16. Aurel. 2. c. 18. Aurel. 4. c. 3. Amb. epiſt. 70. idem lib. de Abr. cap. 9.

Ut Chriſtiani uxores ducant ex quacumque natione, modo ad fidem veniant: ſed non debent Chriſtiani dare filias ſuas nuptum infidelibus, ne ad errorem maritorum pervertantur, & fiant vel Judææ, vel gentiles propter infirmitatem ſuam & proclivitatem ad malum, & D qui non paruerit, a ſynodo excommunicatur.

*De electione chorepiſcopi, & de officio ejus in caſtellis, & pagis ac monaſteriis.*

CAPUT LIV.

Eligat epiſcopus ex bonis religioſis qui habitant in deſerto, aliquem qui ſit doctus, & optimis moribus, & maxime omnium qui in univerſa illa congregatione ſunt, intelligens, qui nihil de electione ſua cognoverit: & qui ſunt illius congregationis, debent adducere eum; & unus ex diaconis congregationis dicat alta voce: Nos eligimus talem in chorepiſcopum, qui E habeat totam poteſtatem in nos; ut ſciant omnes electum eſſe eum in eo gradu; & debet epiſcopus recitare ſuper electum orationem conſuetam, & benedicere illi, dareque ei nomina omnium eccleſiarum, & monaſteriorum quæ ſub poteſtate ejus ſunt, ut eligat ipſe, prout melius ei viſum fuerit, eos qui ſint idonei, & in ſermone ſuo conſtantes, quos eccleſiis & monaſteriis præficiat; & eis qui curam habent eccleſiarum, ne imponat curam monaſteriorum; & eis qui præfecti ſunt monaſteriis, ne mandet A curam eccleſiarum; obligetque eos ad ea loca quæ eis data ſunt, & eat poſtea ad viſitandas eccleſias & monaſteria. Qui ſi in aliqua eccleſia aut monaſterio aliquid deeſſe, aut ſupra quam opus ſit, abundare repererit, oportet quod uno ir loco ſuperfluit, apponere ubi deeſt; id quod cum timore Dei, & ædificatione illorum locorum fieri debet: & ſi fuerint pauci ſacerdotes, debet augere numerum ex illis qui ſunt illius loci, & ſi inter eos non fuerit aliquis illius caſtelli idoneus ut ordinetur, debet ſumere aliquem ex monaſteriis, vel eccleſiis, & curet ut fiat ſacerdos, ut oratio ſit aſſidua, & non ceſſet miniſterium altaris, deſtituantutque templa oratione & miſſa, & Chriſtiani non habentes paſtorem nomine & opere ſint ſicut gentiles. Item curet ut in omni caſtello, & parva villa ſit aliquis qui colligat proventus epiſcopi ſecundum vires cujuſque loci, & afferantur ad eum: ſiquidem ad eum pertinet ut faciat eleemoſynas pauperibus & peregrinis, & ſacerdotes egentes recreet, ut maneat inter eos caritas. Et hic canon caret excommunicatione.

Quod in extrema parte hujus canonis continetur de cura chorepiſcopo habenda, ut ex omnibus caſtellis & pagis ſuppeditetur epiſcopo ad victum, & eleemoſynas pauperibus & peregrinis & clericis egentibus faciendas, ſatis convenit cum eo quod ait Damaſus epiſtola 4. non fuiſſe jam ſuo tempore neceſſarios, ſicut inquit, in primitiva eccleſia, vel propter ſtudium quod erga pauperes exigebant: hos etiam ſyn. Neocæſ. cap. 14. dicit honorari propter ſtudium in pauperes. Deinde quod pincipit canon, ut epiſcopus recitet ſuper chorepiſcopum orationem, & benedicat ei, declarat quod ait Damaſus fuiſſe olim chorepiſcopos ad formam ſeptuaginta diſcipulorum, id eſt, non fuiſſe ordinem eorum niſi presbyterorum tantum: idcirco chorepiſcopus non ordinabatur, ſed per orationem benedicebatur. Ad vicem chorepiſcoporum, quibus jam non opus eſt, accedunt nunc viſitatores quos vocant: in Mediolanenſi eccleſia vocant vicarios foraneos: hi ſunt ſacerdotes probati, quos epiſcopus deligit, & certas regiones diœceſis ſuæ attribuit, inſpiciendas & inſtruendas, ut in civitate ſua gregem qui extra civitatem eſt, quaſi præſens intueri, & curare poſſit: quibus qui primi nomen hoc impoſuerunt, videntur mihi nomen chorepiſcopi ab inſpiciendis regionibus interpretati. De horum nomine & officio eſt caput in ſecunda parte conſt. ſynodi provincialis Mediolanenſis anni MDLXVI. reverendo D. Carolo Borromæo archiepiſcopo.

*De ratione viſitandi eccleſias & monaſteria quæ in poteſtate ſua habet chorepiſcopus.*

CAPUT LV.

Chorepiſcopus cum viſitat eccleſias, & monaſteria quæ ſub poteſtate ſua habet, videat an pauci ſint, vel deſint fratres, & ſorores; congreget ſeniores caſtelli, & prædicet, atque exponat eis ſcripturas ſacras; eoſque de omnibus ſanctis præceptis admoneat. Item interroget, an habeant filios, aut filias, & faciat ut ad ſe adducantur, ut ſignet eos, & oret ſuper eos, imponatque manus, ac benedicat, & inſtituat miniſtros, ſicut prius eos admonuerat; debetque diſtribuere eos per eccleſias & monaſteria, & providere ut * diſcant; ut reddantur apti & idonei ad ædificationem monaſteriorum, & eccleſiarum, & aliorum locorum quæ horum opera indigebunt: & hic canon caret excommunicatione.

* De pueris clericis inſtituendis. Tolet. 4. cap. 23. Vaſon. 2. c. 1.

Cernitur in hoc canone ratio quædam ſeminarii miniſtrorum eccleſiæ, seu veſtigium quoddam ſeminariorum, quæ nuper ſecundum decretum ſynodi Tridentinæ inſtituta ſunt. Miniſtri quos juxta hunc canonem chorepiſcopi inſtituebant, non erant diaconi neque presbyteri, quos Ancyr. ſyn. cap. 12. prohibet ordinare, ſed juxta

ta canonem Antioch. Syn. cap. 16. lectores, exorciſtæ & hypodiaconi, qui juxta Carth. 4. cap. 5. manus impoſitionem non habent. Quare cum hic canon ait, imponatque manus, intelligenda eſt manus impoſitio, non ut imponitur in ordinibus ſacris.

*De profectione presbyterorum ex caſtellis & pagis cum chorepiſcopo ad ſalutandum epiſcopum bis quotannis, & religioſorum ex monaſteriis ſemel, & novi abbatis monaſterii ter.*

## CAPUT LVI.

Ut chorepiſcopus bis per annum congreget presbyteros ad ſalutandum epiſcopum, & tradendum ſe ei, & ad communionem cum eo habendam, & prandeant cum eo: fiatque hoc B in principio anni, & in feſto reſurrectionis domini noſtri Jeſu Chriſti. Religioſi tamen ſemel per annum cum eo congregabuntur, quando ei videbitur. Sed qui fuerit tunc primo factus caput in aliquo monaſterio, debet proficiſci ter per annum ad ſalutandum epiſcopum, & tradendum ſe ei: ſemel, & iterum proficiſcetur ſolus, ut ab epiſcopo adjuvetur in officio ſuo; tertio cum omnibus ſuis fratribus.

Ut ſemel in anno in loco quem epiſcopus elegerit, accepta vocatione, abbates conveniant, Aurel 15. 21. Turon. 2.

*De loco epiſcopi, archidiaconi, & chorepiſcopi ad ſedendum in eccleſia cum celebratur officium, & de officio archidiaconi, & de honore archipresbyteri.*

## CAPUT LVII.

Locus epiſcopi in oratione ſit in ſummo ſacelli, ſive capellæ intra locum altaris, ut qui ſit paſtor & gubernator: poſt eum ſit archidiaconus ad latus dextrum, ut qui ſit loco ejus, & præſit omnibus quæ ad orationem & eccleſiam pertinent: chorepiſcopus autem ſit poſt archidiaconum ad alterum latus; quia ipſe etiam eſt loco epiſcopi ſuper villas, & monaſteria, & ſacerdotes villarum, quæ ſub poteſtate ejus ſunt. Protopapa vero, id eſt, archipresbyteri quoque honoretur in abſentia epiſcopi tamquam epiſcopus, D quia eſt loco ejus, & caput ſacerdotum, qui ſub poteſtate ejus ſunt in eccleſia: in omnibus vero quæ ad diaconos ſpectant, quibus præeſt archidiaconus, ſive quid inimicitiæ, aut peccati, aut litis inter eos ortum fuerit, aut aliud quidquid ad judicium ejus neceſſario pertineat, nihil referat archidiaconus ad epiſcopum, ſed ipſe potius eorum controverſias dirimat; ſiquidem ſub poteſtate ejus ſunt diaconi, & debet levare epiſcopum hoc onere: archidiaconus enim præeſt univerſo officio orationis, & per eum gubernari, & diſponi debent quæcumque ad eccleſiam pertinent: ne, ſi huic officio deſit, transferatur hoc judicium & gubernatio ad ſæculares, quæ quidem poſſit E eſſe cauſa, ut merito clerici minus epiſcopum timeant, & poteſtas epiſcopi, & ſacerdotum debilitetur, quia non poſſint tueri veritatem; ex quo fiat, ut populus multa peccata incurrat, nec acquieſcat judicio in quo oporteat acquieſcere, & in univerſo populo alii aliis placeant & non Deo, & hoc etiam populum ab oratione avertat. Canon ſine excommunicatione.

Satis cum his congruunt quæ de officio archidiaconi ſcripta ſunt, c. ad hoc ab Innoc. & diſtinctione viceſima quinta, archidiaconi eſt præeſſe ordinationi eccle-

A ſiæ. Conc. Agat. c. 23. archidiaconi officium ſuggerere epiſcopo conſtitutiones. Tolet. 1. c. 20. Tolet. 4. c. 3.

*De honore habendo archidiacono & chorepiſcopo, cum ſedent in eccleſia abſente epiſcopo, & cum deambulant cum epiſcopo.*

## CAPUT LVIII.

Quando chorepiſcopus & archidiaconus ſedent in eccleſia, nullus ſacerdos neque diaconus eccleſiæ, neque cujuſvis alterius gradus clericorum audeat ſedere ſupra illos, præterquam epiſcopus, quia hi ſunt duæ manus & duæ alæ, quibus epiſcopus volat. Sed quando epiſcopus ambulat, ſive in eccleſia, ſive foris, oportet ut archidiaconus ſit ad dexteram, & chorepiſcopus ad ſiniſtram, & epiſcopus ſit inter eos tanquam pater in medio filiorum; & qui non paruerit, ſynodus eum excommunicat.

Hæc eo ſpectant, ut omnia honeſte & ſecundum ordinem fiant in eccleſia, ſicut apoſtolus præcipit.

*De omnibus gradibus clericorum, & miniſteriis eorum publice deſcribendis & proponendis.*

## CAPUT LIX.

Deſcribantur & exponantur omnes gradus C clericorum, & miniſteria eorum, ne ulla ſit inter eos diſſenſio; & ne catholici miſceantur, quando venerint clerici aliarum eccleſiarum, & aliorum monaſteriorum, ſiquidem omnia miniſteria ſunt uniuſmodi in cuncta parœcia, ſive diœceſi, quæ ſub poteſtate ejus eſt.

Ne cum clericis laici miſceantur Turon. 2. c. 4.

Fortaſſe non eſt alienum ab hoc canone quod ſcripſit beatus Baſilius in epiſtola ad chorepiſcopos, ut mitterent deſcriptos in tabella eos qui in ſingulis pagis eſſent hypodiaconi, a quo quiſque lectus eſſet & ut ſervarent ſibi chorepiſcopi exemplum, ut cum miſſum eſſet ad epiſcopum, recognoſceretur.

*De ratione eligendi ex diœceſi ad ſacros ordines, & de ratione examinandi eos.*

## CAPUT LX.

Si qui ſunt ex diœceſi ad ſacerdotium, id eſt, ad ſacros ordines eligendi, primum quidem adducendi ſunt ad epiſcopum; poſtea examinent eos archidiaconus & chorepiſcopus, & videant an idonee & intelligenter legant ſcripturas, & an ſciant leges ſacerdotales & ſtatuta eccleſiæ. Qui ſi fuerint vere approbati quod ipſi ſciunt iſta, ſintque vere digni ſacerdotio, & a Deo, qui novit ſecreta, electi, orabunt pro eis orationem ſolitam, ut fiant digni remiſſione, & accipiant indulgentiam. Poſtea adducendi ſunt ad epiſcopum, ut imponat eis manus, & benedicat, eoſque ordinet; qui cum erunt ordinati, debet archidiaconus adducere eos ad chorepiſcopum, ut moneat eos, ne miniſtrent in miniſterio ſacerdotali, id eſt ſacrificii, ſed tantum orationis, donec didicerint omnes leges ſacerdotii, & poſtea veniant ad chorepiſcopum, ut videat an in hoc profecerint, & iterum eos de hoc admoneat: non enim licet, ut ullus ex ſacerdotio miniſtret in ſacello, ſive capella diœceſis, ſine licentia chorepiſcopi, quandoquidem ipſe eſt caput illorum. Et ſi archidiaconus non fuerit prope, qui fuerint ordinati accipiant literas a chorepiſcopo ad archi-

chidiaconum, qui debet tunc ſuſcipere curam eorum in iis quæ ad ſtatuta eccleſiæ pertineat, & dare illis curam ſecundum ordinem eccleſiæ. Nec epiſcopus, neque chorepiſcopus debent eos a clero removere ſine archidiacono: ſiquidem ipſe eſt, ut ante diximus, nutritus in civitate, & habet totius populi notitiam, præeſtque officio orationis, & omnibus diaconis. Et quando epiſcopus proficiſcitur ad villam, aut caſtellum diœceſis, nulli debet chorepiſcopus permittere, ut ſine licentia archidiaconi ordinetur, nec epiſcopus, nec ullus alius ſacerdotem ordinare debet, neque religioſum facere, niſi præſente chorepiſcopo: ſiquidem ipſe quoque præeſt officio orationis, & ceteris omnibus; quæ in villis ſuis fiunt & quicumque non paruerit, ſynodus eum excommunicat.

Huic canoni atteſtatur epiſtola beati Baſilii ad chorepiſcopos: ex ea enim conſtat chorepiſcopos non diaconos, qui ſunt ordinis ſacri, & ſacrificio miniſtrant, sed hypodiaconos & alios miniſtros ordinare potuiſſe, ut ex canone ſuperiore 56. liquet, modo eſſent examinati & probati a presbyteris & diaconis.

Miniſtrare in miniſterio ſacerdotali eſt miniſtrare altari, quod presbytero & diacono miniſtro presbyteri convenit.

*De honore diaconis habendo, ne ſe clerici in eos efferant.*

## CAPUT LXI.

Ut diaconi non ſint præcincti cingulis ſuis tempore orationis, quia ſunt liberi, & non dominatur eis niſi dominus Chriſtus rex univerſi mundi, & eorum Deus; hæc eſt enim eorum, qui liberi ſunt, conſuetudo. Servi vero hanc conſuetudinem non habent, quamvis divites & potentes ſint: atque hoc honore honorandi ſunt diaconi, & non alii clerici. Sacerdotes enim ſunt ſervi Chriſti, qui conſtituti ſunt ut præſint eccleſiæ & orationi, quæ non poſſunt ab eis derelinqui. At diaconi oratione & laudibus finitis, eunt diſcincti quo eis libet, ſive per vias, ſive per plateas. Hæc de omnibus diaconis & ſacerdotibus dicta ſunt: & hic canon ſine excommunicatione poſitus eſt.

Eo ſpectat hic canon, ut omnia in eccleſia honeſte & ſecundum ordinem fiant, ne clerici in diaconos ſe efferant, ſicut in ſuperiore canone 17. ne in presbyteros diaconi.

*De numero presbyterorum & diaconorum ad miniſterium eccleſiæ, & ad facultatem ejus accommodato.*

## CAPUT LXII.

Ut non ſint pauci presbyteri in eccleſia, ne deficiat oratio, & miniſterium eccleſiæ; & ne ſit magnus ſacerdotum numerus, ne ſumptus eccleſiæ augeatur. Quamobrem qui eccleſiis præſunt, ii quidem quid in hac parte opus ſit, videbunt: atque ita oportet, ut tot in eccleſia diaconi ſint, quot eccleſia ferre poſſit; & ut illis archidiaconus præſit, ſicut ſancti apoſtoli canonibus ſuis conſtituerunt, & ſancti patres qui ante nos fuerunt; & ut ſint ſeptem diaconi, qui eccleſiæ ſumptu vivant, ac reliqui gratis miniſtrent. Et hic canon non habet excommunicationem.

Hic canon canonem ſynodi Neocæſar. teſtimonio ſynodi Florentinæ actione ſeptima, corrigit: illa enim jubet ut in civitate quamvis magna ſint ſeptem diaconi; hoc vero, ut tot ſint in eccleſia quot eccleſia ferre poſſit; ut ſi plures ſcilicet non poſſit, ſint ſaltem ſeptem, reliqui gratis miniſtrent: totidem debere eſſe ſcripſit quoque Evariſtus ante ſynodum Nicænam, ad cuſtodiam epiſcopi prædicantis; ut duo eſſent, ſicut ergo interpretor, ad dextram, duo ad ſiniſtram, duo retro, & unus a fronte: poſtquam non opus fuit cuſtodire prædicantem, ſucceſſit, ut puto, hic numerus curæ ſeptipartitæ rerum eccleſiæ: ut in eccleſia Græca ex diaconis eligitur unus magnus œconomus, alius magnus σκευοφύλαξ hic curam habet ſacrorum vaſorum & veſtimentorum. Alius curam habet ſacrarum domorum, ſive monaſteriorum, hic eſt magnus ſacellarius, alius ſervat ſcripta & tabulas de judiciis & cauſis; & hic vocatur magnus chartophylax. Alius habet curam ſacrarum domorum quæ ſunt in civitate, qui curat etiam ornatum altaris; hic vocatur ſacellarius nos vocamus ſacriſtam: alius curam habet de iis qui ad fidem redeunt, qui præeſt cuſtodiæ legum ſacrarum, & inquirit de homicidiis, & aliis criminibus. Hic dicitur ὑπομνηματογράφος. Septimus eſt, qui iſtis omnibus præeſt, archidiaconus. Fortaſſis hæc fuit cauſa, cur ſynodus Nicæna ſtatueret, ut ſeptem diaconi eſſent in eccleſia, quæ tot alere poſſit, quod eſſent hæc omnia ab illis curanda: conſtitutio apoſt. lib. 3. Clem. c. 19. jubet, ut numerus diaconorum ſit proportione multitudinis populis. Hic habetur ratio miniſterii obeundi, major enim multitudo populi plures presbyteros requirit, & plures presbyter plures diaconos quia diaconi ſunt miniſtri presbyterorum.

*De œconomo eccleſiæ, & de aliis cum eo, qui curent res eccleſiæ.*

## CAPUT LXIII

Ut ſit in unaquaque eccleſia œconomus, & cum eo alii, qui habeant curam proventuum & agrorum; & alii villarum & ſumptuum quotidianorum; & alii frumenti & leguminum; alii vaſorum auri & argenti, & veſtimentorum, ac ornamentorum eccleſiæ; alii habeant curam loci, in quo ſancta euchariſtia ſervatur; & quiſque habeat curam eorum quæ ſibi commiſſa ſunt, idque cum timore Dei, & ne inter eos ſit, qui illum ſervum nequam imitetur, qui talentum domini ſui abſcondit, & non eſt in eo negotiatus; quem iratus dominus in tenebras exteriores mitti juſſit. Et hic canon caret excommunicatione.

*De officio in eccleſia horarum diurnarum, & nocturnarum, & de oratione pro omnibus qui eam eccleſiam gubernant.*

## CAPUT LXIV.

Ut in omnibus horis diurnis & nocturnis in principio & in fine orationis fiat cum devotione memoria epiſcopi, & oretur pro ſalute ejus, & ut oratione ejus populus adjuvetur. Sabbato autem & in diebus feſtis, quando ſunt ſancta ſuper altare poſita, diaconus memoriam faciat, nominatim primum patriarchæ; deinde archiepiſcopi, epiſcopi, chorepiſcopi, archipresbyteri, archidiaconi, quia iſti ſunt gubernatores eccleſiæ; idcirco nominandi ſunt ad altare in eccleſia, quandoquidem per eos omnia eccleſiaſtica adminiſtrantur, & ipſi ſunt in eccleſia ſuperiores. Et qui contradixerit, ſit excommunicatus.

*De ordine ducendi funus epiſcopi, chorepiſcopi & archidiaconi, & de officio exequiarum.*

## CAPUT LXV

Quando moritur epiſcopus, debent chorepiſcopus & archidiaconus præire funeri, ut ſi fi-

lii

lii præeant funeri patris: quando vero aliquis horum moritur, debet præire epiſcopus, ut ſi pater præeat filiis mortuis: & legantur in funere ea quæ doctores & ſancti patres ſpirituales de oratione conſtituerunt: interſintque funeri omnes ſubjecti eis, ſiquidem vocabantur eorum omnium patres; & nuncietur de morte eorum omnibus eccleſiis & monaſteriis illius parœciæ, ut fiat oratio pro eis: & hic canon caret excommunicatione.

*De ducente alteram uxorem, dimiſſa quacumque de cauſa priore, vel etiam non dimiſſa, & de falſo accuſante uxorem de adulterio.*

## CAPUT LXVI.

Quicumque ſacerdos aut diaconus uxorem ſuam propter fornicationem dimiſerit, aut ob aliam cauſam, ut ſupra dictum eſt, aut domo ejecerit propter bona externa, vel ut illam altera pulchriore aut meliore aut ditiore mutet, vel propter concupiſcentiam ſuam, quod Deo diſplicet; & illa ob has cauſas dimiſſa, ipſe cum altera matrimonium contraxerit, aut non dimiſſa, alteram duxerit, ſive liberam, ſive ſervam; & ambas pariter habeat licet ſeparatim habitantes, & ſingulis noctibus cum altera earum cubet, vel eas in eadem domo vel in eodem lecto habeat, deponatur. Si vero fuerit laicus, prohibeatur communione fidelium. Sin autem falſo aliquis uxorem ſuam de adulterio infamarit, ut eam dimittat, inquirendum diligenter de hac re eſt; & ſi hoc falſum fuerit, deponatur, ſi ex clero eſt: Sin autem laicus, prohibeatur ingreſſu eccleſiæ & communione fidelium, & cogatur habitare cum ea quam infamavit, quamvis deformis & pauper & inſana ſit: & qui non obedierit, a ſynodo excommunicatur.

*De ducente ſimul duas uxores, & de muliere fideli nubente viro infideli; & de forma recipiendi eam ad pœnitentiam.*

## CAPUT LXVII.

Quicumque duas mulieres in matrimonium ſimul acceperit, ipſe cum ſecunda excommunicetur: & quæcumque mulier fidelis viro infideli nupſerit, ipſa quoque a communione fidelium ſeparetur: quæ ſi pœnitentiam maleficii egerit, & eum virum quem habere non poterat, id eſt, infidelem, dimiſerit, non eſt recipienda niſi eo modo quo recipitur is qui poſtquam fidem negavit, ad fidem revertitur; debetque ipſa infidelem relinquere: erit autem pœnitentia ejus qui ad fidem revertitur, & ejus quæ virum infidelem reliquit, ferre cilicium, dormire ſuper cinerem: conſtituendumque eſt eis de jejunio & de bonis operibus, prout conveniat; & poſtea licebit cum fidelibus converſari, & communionem ſacram accipere: & qui contradixerit, a ſynodo excommunicatur.

A *De dante filiam, aut ſororem neque ſcientem, neque volentem, viro infideli in matrimonium.*

## CAPUT LXVIII.

Si quis fidelis filiam, aut ſororem non conſciam, neque volentem, neque cogitantem, neque præſentem dederit nuptum infideli, ſeparabitur, & prohibebitur communione fidelium: ipſa vero quæ data eſt in matrimonium, non eſt prohibenda. Si autem qui hoc fecit, pœnitentia ductus illam ab infideli ſeparaverit, conſtituenda eſt ei pœnitentia ſecundum peccatum ejus, quanta ſacerdoti videbitur convenire illi,
B & ab eo ſuſtineri poſſe: quod ſi pœnitentiam patienter ſuſtineat, debet humanius cum eo agere ſacerdos: & qui non paruerit, ſynodus eum excommunicat.

*De fideli diſcedente a fide propter libidinem, & uxorem infidelis; & de forma recipiendi eum, aut ad pœnitentiam.*

## CAPUT LXIX.

Si quis fidelium mulieri infideli morem gerat propter fornicationem, aut mulier fidelis viro infideli; & ob hanc cauſam a fide recedant; pœnitentia horum ſit, ut ſpatio trium an-
C norum ſtent ad januam templi in cilicio & cinere; & peracto hoc tempore intrent in eccleſiam ad orationem; ſed ita, ut ſpatio unius anni ſtent in angulo eccleſiæ ab aliis ſeparati: neque liceat eos ſalutare, neque cum eis communionem participare: tranſacto autem anno, debet ſacerdos benedicere aquam & oleum, non ſicut benedicitur in baptiſmo, nec ut benedicitur chriſma, ſed ut oleum infirmorum, & ut benedicitur aqua ad emundationem immunditiæ eorum qui comederunt morticinium: & ſic debet eis benedicere ſacerdos, & aſpergere eos aqua iſta; & ipſi etiam debent compungi, & mundabuntur, remitteturque eis peccatum orando pro ipſis: faciendaque eſt diligens
D de eis inquiſitio, & ſic dabitur communio: & qui non paruerit, ſynodus eum excommunicat.

*De hoſpitali faciendo in omni civitate, & de electione præfecti, & de officio ejus.*

## CAPUT LXX.

Ut ſit in omnibus civitatibus locus ſeparatus peregrinis, infirmis & pauperibus, qui vocetur xenodochium, id eſt, hoſpitium peregrinorum. Et eligat epiſcopus aliquem ex fratribus qui habitant in deſerto, qui ſit peregrinus, & procul diſtet a patria, & a familia domus ſuæ, qui ſit etiam vir probus; & hunc præficiat xe-
E nodochio, qui in eo faciat lectos, & quæcumque infirmis & pauperibus opus ſunt. Quod ſi bona xenodochii non ſufficiant, debet colligere omni tempore, & ex omnibus Chriſtianis proviſionem ſecundum uniuſcujuſque vires; atque his facultatibus ſuſtentet fratres peregrinos, & pauperes, & infirmos, ut cuique opus erit: ſiquidem ipſe eſt protector eorum ad adjuvandum eos, & eis diligenter providendum; quia in hoc opere eſt remiſſio peccatorum, ſolutio iniquitatis, & appropinquatio ad Deum: & hic canon eſt ſine excommunicatione.

De

*De collocando epiſcopo aut archiepiſcopo in ſua ſede poſt ordinationem quæ dicitur inthronizatio.*

## CAPUT LXXI.

Cum archiepiſcopus epiſcopum ordinaverit, oportet ut mittat epiſcopum cum eo, qui illum introducat in civitatem & in eccleſiam, & faciat ſedere primo die in throno, & poſtquam tribus menſibus in civitate ſua reſederit, debet archiepiſcopus cum viſitat, ſalutare eum, & committere archipapæ, id eſt, archipresbytero, & archidiacono, ut eum in ſtatutis epiſcopatus examinent: & ſi repererint didiciſſe eum omnia perfecte, confirmabitur in epiſcopatu, & in ſtatutis ejus. Sic etiam facere debent patriarchæ ſuis archiepiſcopis; & qui contradixerit, ſynodus eum excommunicat.

*Ut nulli liceat de eccleſia, in qua ordinatus eſt, ad aliam ſe transferre; & de translatione ejus qui per vim ejectus eſt ſine culpa.*

## CAPUT LXXII.

Nicæn. 15. Apoſt. can. 1. Ant. c. 21. Chalc. 5. 21. 20. Sard. 15.

Nullus epiſcopus ab epiſcopatu minore civitatis & territorii, ubi ordinatus eſt, ad alterum propter caritatem annonæ, aut propter parvitatem civitatis, aut paucitatem populi, & paucitatem monaſteriorum tranſeat: idem requiritur in majore, quia non convenit hoc, ſiquidem unuſquiſque ſortem habet a Deo; nam & hoc ſtatutum eſt maritis. Quicumque enim laicus uxorem ſuam repudiat, excepta cauſa fornicationis, mœchatur, quia hoc faciat, ut eam altera meliore mutet. Sic ſunt epiſcopi, & ſacerdotes, ſi civitates ſuas, & altaria pro aliis majoribus relinquant; idcirco hanc pravam conſuetudinem prohibuimus & reſecavimus. Quod ſi epiſcopus propter cauſam aliquam e civitate ſua expulſus fuerit, non debet quærere alium locum, ut ad eum tranſeat, quia per vim ejectus eſt, & tunc oportet conſtituere eum in alia civitate, ſi tamen perſpectum fuerit eſſe eum mundum, & ſine crimine, juſtum, ac fidelem, & aliqua culpa ejus non extiterit cauſa expulſionis. Quod ſi primus locus erat parvus, & cognitum fuerit eſſe eum dignum archiepiſcopatu, creandus eſt archiepiſcopus in ea civitate quæ archiepiſcopo indigeat. Quod ſi mutatur iſte ad majorem epiſcopatum, nihil obſtat, quia non propter deſiderium ſuum, ſed propter neceſſitatem translatus eſt. Similiter presbyteros, & diaconos per caſtella & vicos non oportet relinquere altaria ſua, & transferre ſe ad alia, ſed manere ubi ſunt ordinati, niſi de licentia chorepiſcopi ex cauſa juſta, & ad profectum vitæ & fidei: quod ſi ſponte ſua hoc fecerint ob aliquam cauſam ex ſupradictis, non licebit hoc illis, quin potius movendi ſunt gradu ſuo qui hoc commiſerint, & non eſt admittenda eorum excuſatio. Et hic canon caret excommunicatione.

Differt hic canon a ſuperiore 13. quod ille prohibet, ne quis patiatur eligi ſe ab eccleſia, acquieſcens electioni, ut eccleſia ſua relicta, in qua ordinatus eſt, ad illam a qua electus eſt, tranſeat, & ne det operam, ut ab eo in cujus poteſtate eſt, transferatur; hic vero prohibet ſimpliciter, ne quis ſua voluntate a ſua eccleſia ad aliam, quæ ei magis placet, tranſeat.

*De non eligendo ſacerdote a laicis per caſtella & pagos ſine auctoritate chorepiſcopi; nec abbate per monaſteria, & de non præcipiendo, ut aliquis eligatur poſt mortem ſuam, & quando hoc liceat ſuperiori.*

## CAPUT LXXIII.

Ut non audeant laici qui ſunt in pagis, eligere ſibi ſacerdotem, neque monachi ſuperiorem, ſine auctoritate chorepiſcopi. Quod ſi aliquis ſuperior dum vivit, præcipiat ut aliquis poſt mortem ſuam loco ſuo ſuccedat, non ſuccedet iſte, ſi ſit nationis ſuæ, aut conſanguineus; ſuccedet tamen ſi ſit quiſpiam ex filiis prædeceſſoris, propter utilitatem, probitatem, ſanctitatem, continentiam, & timorem Dei, ut omnes ſint mundi a vitiis. Et hic canon caret excommunicatione.

Differt hic canon a ſuperiore 49. quod ille prohibet ne epiſcopus, dum vivit, eligat ſucceſſorem; hic prohibet ne deſignet qui eligatur poſt mortem, ſi conſanguineus aut nationis ſuæ ſit, ne ſuſpicio eſſe poſſit, quod affectioni hoc tribuat, & non meritis.

*De habitatione ſororum, viduarum, & diaconiſſarum in monaſterio retinenda, & de ratione docendi eas, & de electione diaconiſſarum, & officio atque uſu earum.*

## CAPUT LXXIV.

Ut monaſteria non relinquantur ſine ſororibus, inter quas erunt mulieres viduæ, & conſtituatur illis probus magiſter, qui doceat eas legere libros & pſalmos, donec bene didicerint, præſertim diaconiſſæ. Hæ autem ex iis eligantur quæ non male audiant ex eo uſque tempore quo fuerunt adoleſcentulæ, ſintque annos natæ 60. ſicut beatus Paulus ordinavit, & hujuſmodi diaconiſſæ ad hoc ſolum paratæ ſint, ut fœminas in baptiſmo ſuſcipiant. Et hic canon caret excommunicatione.

*De non eligendo ambiente electionem, quamvis virtute præſtante, & de non prohibenda electione laici ad dictos gradus, & de non privandis electis ante mortem niſi propter crimen.*

## CAPUT LXXV.

Si congregatio fidelium alicujus parœciæ elegerit aliquem præſtantiorem aliis doctrina, prudentia, & fide ex iis qui miniſtrant altari, aut ex * monachis, id eſt, ex ſacerdotibus monaſteriorum, ut ſit epiſcopus, aut archidiaconus, aut chorepiſcopus, aut præfectus xenodochii, id eſt, hoſpitalis, non debet ambire ille qui eligitur, alioqui ejiciatur ex congregatione. Quod ſi laicus fuerit, non eſt prohibendus quin eligatur, & electus non eſt privandus ante mortem, niſi propter crimen meritus ſit, alios vero gradus clericorum ii qui præſunt, privare poſſunt, quando eis viſum fuerit. Et qui non paruerit, ſynodus eum excommunicat.

* monarchis.

*De alio habitu, & aliis moribus, ac converſatione monachorum & monialium.*

## CAPUT LXXVI.

Meminit hujus canonis Nicæni Gratianus 16. q. 1. cap. placuit.

Ut religioſi tum monachi, tum moniales, habeant alia indumenta & alios mores, quam habent laici; ac tondeant caput in modum coronæ, & cingant ſe honeſte, neque ſigillis aureis, aut argenteis obſignent, neque ferant crumenam ad latus, neque cultellos, ſicut ſolent milites & homicidæ, quando eunt ad bellum & homicidium, & ſicut ſolent alii ex mercatoribus & peregrinis ferre crumenam ad voluntatem ſuam, ſicut omnes ex populo. Quin potius ſint probi, & inter ſe & alios patientes, & ne eant per plateas niſi cum modeſtia, nec inter ſe jocülariter & ridicule loquantur, nec alius alium irrideat, aut ludat; ſed potius ſilentium teneant & gravitatem, præſertim apud adverſarios fidei; ſintque in omnibus quæ ad honorem eorum pertinent, patientes, & in omnibus moribus perfecti: & hic canon caret excommunicatione.

*De epiſcopo deprehenſo in adulterio, aut alio ſimili crimine, deponendo tantum ſine ſpe reſtitutionis in eumdem gradum, & non excommunicando.*

## CAPUT LXXVII.

Can. apoſt. 25. Leo epiſtol. 92. c. 2. Baſil. c. 3. Syn. Carthag. 27.

Si quis epiſcopus deprehenſus fuerit in adulterio, aut in alio ſimili crimine, deponendus eſt, nec eſt amplius in eumdem gradum reſtituendus. Quod ſi pœnitentiam egerit, non eſt ſocietate fidelium, neque ſacra communione prohibendus; quia non eſt eadem ratio peccati ejus, & peccati laici: & qui contradixerit, ſynodus eum excommunicat.

Quod hic dicit canon, non eſſe eamdem rationem peccati laici, & epiſcopi, ſic intellexit Leo, quia ſcriptum, inquit, eſt, Sacerdos ſi peccaverit, quis orabit pro eo? Idcirco alienum eſt, inquit, ab eccleſiaſtica conſuetudine, ut qui in presbyterali honore, aut gradu diaconi fuerint conſecrati, pro crimine aliquo ſuo per manus impoſitionem remedium accipiant pœnitentiæ. Et ſubjungit: Unde hujuſmodi lapſis ad promerendam miſericordiam expetenda eſt privata ſeceſſio, ubi illis ſatisfactio, ſi fuerit digna, ſit etiam fructuoſa. B. Baſil. aliam cauſam eſſe judicavit, cur iſti deponantur tantum, & non excommunicentur; quia ſcilicet ſatis videatur crimen vindicatum depoſitione, ex qua nunquam reſtituendus ſit, ut reſtitui ſolet laicus in eumdem gradum, poſtquam fuerit ei interdicta eccleſia: ſcriptum eſt enim, Non vindicabis bis in idipſum: quod eſt etiam in canone apoſtolorum citatum.

*De lapſis ſemel tantum in adulterium presbyteris & diaconis, ſi nunquam duxerant uxores: & de eiſdem lapſis viduis, & lapſis habentibus uxorem ſuperſtitem. Idem de reverſis ad idem peccatum tum viduis tum habentibus adhuc vivas uxores; & qui ex his non recipiendi ad pœnitentiam, & qui ſemel tantum, & qui bis.*

## CAPUT LXXVIII.

Si quis Sacerdos lapſus fuerit in adulterium, & hoc peccatum nunquam antea commiſerit, quin potius ſemper bene audierit, & non duxerat uxorem, ſed erat virgo; pœnitentia ejus erit in jejunio & oratione; & de eleemoſynis ſecundum vires uno anno; quo exacto debet redire ad communionem fidelium, &

A communionem ſacram, & ad miniſterium & ſacrificium, ut prius, & deinceps attendere diligenter, & cavere ſibi per univerſum vitæ tempus. Si vero ad idem peccatum reverſus fuerit, deponendus eſt omnino, & non eſt prohibendus communione fidelium, & ſacra communione. Quod ſi uxorem duxit, imponenda eſt ei duplex pœnitentia. Idem ſervandum eſt in diacono; qui ſi ad idem ſcandalum redierit, omnino deponendus eſt. Quod quidem intelligendum eſt, ſi fuerit viduus; nam ſi uxorem duxit, & adhuc vivit, & cum eo habitat, debet remanere in pœnitentia, & tribus annis excommunicatus. Denique in his omnibus epiſcopus cum primum in hoc peccatum lapſus fuerit, debet ex

B gradu ſuo cadere, cui non eſt pœnitentia imponenda, neque communione fidelium, neque communione ſacra prohibendus. Sacerdos ἄγαμος, id eſt, qui nunquam uxorem habuit, vel viduus, recipiendus eſt ad pœnitentiam; qui uxorem habet, non eſt recipiendus. Diaconus ἄγαμος, id eſt, qui nunquam habuit uxorem, vel viduus, bis eſt ad pœnitentiam recipiendus; diaconus conjugatus ſemel: & non erunt prohibiti communione fidelium, & communione ſacra, ſed miniſterio altaris. Alii vero ex clero, & monachi, & laici, ſi hujuſmodi peccatum commiſerint, fiet judicium de eis, ut eorum judici, & ei qui eis præeſt, prout pœnitentiæ convenit, viſum fuerit: & non de-

C bet qui eis præeſt, & judex imponere gravem pœnitentiam quæ noceat, neque levem, ne currant ad peccatum, & eorum damnatio creſcat: & qui non paruerit, ſynodus eum excommunicat.

*De remedio cuicumque fidelium, dum adhuc peccatum ejus non eſt manifeſtum, per privatam exhortationem, & admonitionem adhibendo; & de excommunicando, ſi non profecerit.*

## CAPUT LXXIX.

Et quicumque ex eccleſia aliquid indignum faciat, adhibebitur ei remedium per exhorta-

D tionem & diligentem admonitionem, dum non eſt manifeſtum quod facit, ut non perſeveret in eo, & diſcedat a via ſanctorum Dei, eorumque converſatione; imponentque ei pœnitentiam prout conveniet. Quod ſi pœnitentia & exhortatione non emendetur, ſeparetur a communione fidelium, & abſcindatur tamquam membrum putre, ne contagio ejus in reliquum corpus pervadat: & qui non paruerit, ſynodus eum excommunicat.

Interpres eſt hic canon quando quis frater in me peccare dicendus eſt, ſcilicet quando peccatum commiſit, cujus contagio in reliquum corpus pervadere poteſt, niſi pœnitentia corrigatur, aut ſi nolit corrigi, ex eccleſia ejiciendus ſit.

E

*De electione procuratoris pauperum, & de officio ejus.*

## CAPUT LXXX.

Eligatur in omni civitate aliquis ſæcularis vel religioſus, qui ſit diſertus & patiens, & quem manifeſtum ſit via recta & orthodoxa incedere; habitetque prope eccleſiam, aut in hoſpitali, & habeat apud ſe bona hoſpitalis, & provideat hoſpitali & ægrotis; provideat etiam

iis

iis qui in carcere ſunt. Quod ſi inter eos qui ſunt in carcere, aliquem Chriſtianum reperiat qui ſit dignus ut liberetur, debet adjuvare eum ut e carcere liberetur. Et ſi quid ei opus fuerit, aut victu indigeat, & non poteſt habere ab iis qui ſunt in cuſtodia, liberare: & ſi cui opus fuerit aliquo ſponſore, debet quærere qui pro illo ſpondeat, ut liberetur. Et ſi quis fuerit alicujus criminis gravis reus, & non ſit dignus liberatione, debet ſaltem adjuvare eum, ne ei victus & veſtitus deſint; neque debet differe ſubſidium, neque negligens eſſe in omni eo quod ad cauſam ejus expediendam pertineat, quouſque juſte, & ut meritus eſt, judicetur: quia ignorant homines quæ ſibi aut filiis evenire poſſunt: mundus * enim & caſus ejus ſunt in tribulationibus & moleſtiis poſiti. Et ſi quis ex fidelibus bona ſua epulando, potando, & ſcortando conſumpſerit, & ob hanc cauſam in hanc neceſſitatem inconſiderate incidit, non eſt deſerendus, ſed debet unuſquiſque fidelium tum virorum, tum fœminarum, dare ſecundum vires ſuas & bonam voluntatem; & colligatur hoc, ut ille a creditoribus & afflictione liberetur. Et hic canon caret excommunicatione.

Sic hodie vocatur Romæ procurator pauperum, qui eos qui ſunt in carcere, iis modis adjuvat, quibus hic canon adjuvare præcipit: quem diſertum eſſe vult, ut cauſas eorum bonas poſſit defendere: eſt autem rationi conſentaneum, ex eo tempore, cum habita eſt hæc ſynodus Nicæna, & epiſcopi in ſuis civitatibus præſidio & ſtudio magni Conſtantini florere cœperunt, veniſſe in uſum hunc canonem pietatis pleniſſimum, qui utinam in omni civitate Chriſtiani nominis ſanciatur, ſi forte non eſt ſancitus. * Interpretatus eſt canon illud in epiſtola Joan. cap. 5. Mundus totus in maligno poſitus eſt, malignum enim vocat tribulationes & moleſtias, quibus mundus refertus eſt.

# MAGNI CONCILII NICÆNI

## CANONES LXXXIV.

*Præter* XX.^m *vulgatos*

## NOVA EX ARABICO VERSIONE

Latine redditi

AB ABRAHAMO ECCHELLENSI.

### INTERPRETIS AD LECTOREM ADMONITIO.

*Quoniam, benigne Lector, tam inter octoginta quatuor canones, quam reliquos alios, qui ſequuntur, nonnulli ſunt ſubreptitii, & nothi, & a ſingulis pene ſectis excogitati, additi, & accommodati ad ſua quædam tanti concilii auctoritate confirmanda dogmata, & alia ſimilis notæ ad eumdem finem quibuſdam inſerta canonibus, operæ pretium duximus, te hic admonere, ne in ipſo ceſpites limine & offendas. Quinam autem ſint iſti ſubreptitii canones, & quænam ſint additamenta aliis inſerta doloſe canonibus, infra ad calcem totius hujus operis ex noſtris habebis notis, & ad eas præfatione: inde enim plane conſtabit, quæ ſit ſingularum ſectarum de his canonibus, & additamentis mens, & ſententia; ſed & ipſe facile diſcernere, & dijudicare poteris quæ ſunt legitima, & quæ non item, ex ipſarum ſectarum conſenſu & diſſenſu: Nam ea omnia, in quibus conſentiunt omnes, legitima profecto ſunt habenda, in quibus vero non, illegitima, ut infra ſuo loco luculentiſſime demonſtrabimus. Nos autem omnes ſectarum editiones noſtra interpretatione hac complecti, & exprimere voluimus, nec quicquam prætermiſimus, ne veritatis hoſtes, & calumniatores, aut aliquam harum editionum aliquando nobis opponant, cavillandi ſtudio aſſueti, aut infidelitatis inurant nota, & macula, ut illis in more poſitum eſt. Interim hæc obſerva in præſens, benigne lector, & bene vale.*

### CANON I.

*Ne remaneat in clero quiſquam inſanus aut energumenus.*

Nullus remaneat in clero inſanus, niſi quem inſanum reddiderunt medici ob morbum aliquem, qui evenit ipſi, unde neceſſe illi fuit ſumere medicamenta, & herbas calidas ad ſanitatem recuperandam, atque inde hoc ei accidit. Is autem per nos culpa vacat, quoniam hæc infirmitas curabilis eſt, cum non ſit a dæmone in eo habitante. Ille enim in quo ſpiritus dæmonis habitat, omnino dejiciendus eſt gradu ſacerdotii, & nunquam admittendus: nec etiam religionem ingrediatur, qui ſpiritu infeſtatur diabolico, ac ejuſmodi eſt infirmitati obnoxius.

### CANON II.

*Servi quos invitos caſtraverunt domini, aut circumciderunt, ad clerum admittantur, ſi habeantur digni.*

Si quem ſervorum circumciderunt domini, aut caſtraverunt duram exercentes in eum poteſtatem, & dominium, cum ſint infideles, hacque de cauſa fideles ſervos crudeli proſequuntur odio, adeoque invitos, ac per violentiam oppreſſerunt; nihilominus ſi bonis ille præditus fuerit moribus, & operibus, ac proinde dignus cenſeatur ſacerdotio, ad id admittatur poſt adeptam a ſervitute libertatem, & manumiſſionem.

A

## CANON III.

*Qui nuper ad baptiſmum venit, ne fiat epiſcopus, aut presbyter.*

Quicumque recens baptizatus fuit, cujus fidei adhuc non dignoſcitur experimento certitudo, ne epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinetur, donec poſt aliquod temporis intervallum ſacrarum ſcripturarum fuerit auditor, ut boni producantur inde in corde illius fructus. Et quidem ſi adoleſcens is fuerit, donec terminum exceſſerit adoleſcentiæ. Qui vero cito intruditur, dein comperta fuerit in eo vel culpa aliqua, vel ſcandalum teſtimonio duorum, B vel trium, ſacerdotio dejiciendus eſt, tam ipſe, quam ordinator. Qui autem huic contradixerit decreto, presbyter ſit ille, vel pontifex, ſuo removeatur gradu, & ſynodi patrum anathemati ſubjectus eſto.

## CANON IV.

*Ne cum mulieribus habitent epiſcopi, aut cum eis converſentur.*

Ne habitent epiſcopi cum mulieribus, neque converſentur cum eis, vel frequentent, aut illarum utantur familiaritate, neque obſequantur, neque ſtudioſe aſpiciant: pariter & presby- C teri cœlibes, atque diaconi non habentes uxores. Item ne contrahant cum adoleſcentulis mulieribus familiaritatem, neque cum ſpecioſis puellis virginibus, vel famulabus juvenibus, neque cum juvenculis orphanis educationis prætextu. Diabolus namque mediantibus ejuſcemodi perſonis bellum inferre aſſolet monachis, epiſcopis, presbyteris, & diaconis. Porro ſi quæ cogit neceſſitas, & urget, contubernio utantur mulieris provectæ ætatis, unde nulla poſſit concipi ſuſpicio: vel habitent cum matre, ſorore, avia, aut amita, vel aliis ejuſmodi affinitatis, quæ nullam præbere poſſint ſuſpicionem, aut ſcandali occaſionem.

D

## CANON V.

*Nullus ordinetur epiſcopus ſuper civitate aliqua ſine epiſcoporum comprovincialium conſenſu.*

Nullus ordinetur epiſcopus ſuper aliqua civitate aut urbe abſque epiſcoporum comprovincialium conſenſu, prævio examine de illius fide, ejus comprobata pietate, atque timore erga potentiſſimum, ac timendum Deum, nec non præſentia aliquorum epiſcoporum tempore ordinationis apud metropolitanum, vel patriarcham, qui illum ordinat. Si vero adeſſe nequeunt omnes, ne ſua loca relinquerent, ob E timorem, & imminens gregi periculum a rapacibus lupis, & neceſſitas cogeret metropolitanum, ut quantocyus epiſcopum illum conſtitueret ante eorum conventum, fiat id præſentia trium, reliquis per ſcripturam conſenſum præbentibus, qua teſtentur ſe cognoſcere illum optimis moribus eſſe præditum, & ſic conſtituat illum metropolitanus provinciæ populo conſenſum præbente.

## CANON VI.

*Nullus epiſcopus excommunicatum ab alio recipiat.*

Nullus epiſcoporum excommunicatum ab alio epiſcopo recipiat, presbyter ille ſit, vel monachus, aut laicus, & ne illum exſolvat ab excommunicatione, aut abſolutionem impendat ei ullam, ne contemni videatur, & parvipendi epiſcopus ille, & ejus excommunicatio tamquam nullius ponderis habeatur. Verum ſi epiſcopus ille iniquus, atque tyrannus fuerit notorius, petieritque excommunicatus ſe purgare apud ſuum metropolitanum, aut patriarcham, id licitum ipſi ſit; illi enim in eum poteſtatem habent, ſcribant tamen prius ad epiſcopum de ejus inquirentes cauſa.

## CANON VII.

*Epiſcopi ſingularum regionum congregentur bis in anno ad patriarcham, ſeu metropolitanum.*

Congregentur epiſcopi ſingularum regionum ad ſuum metropolitanum, vel patriarcham bis ſingulis annis; ſemel quadraginta diebus ante jejunium; ſecundo vero menſe Septembris in feſto Crucis, menſis Tuth ſecundum computum Ægyptiorum, ut in eo conſilio conſiderent omnia, quæ ad ipſorum res, & negotia pertinent. Et ſi quis excommunicatus a ſuo epiſcopo compertus fuerit, & in ſua blaſphemia in religionem, ac fidem præſtiterit, denuo (ſi ita ipſis videbitur) excommunicetur, & a fidelium ſegregetur conſortio, quouſque viſum fuerit ejus epiſcopo, atque reliquis illius admittere excuſationem, & cauſam inveſtigare: id quidem ipſorum erit.

## CANON VIII.

*De patriarcha magnæ Alexandriæ, ut toti præſideat Ægypto, ejuſque provinciis, quemadmodum Romanus, & Antiochenus.*

Epiſcopus Ægypti, nimirum magnæ Alexandriæ patriarcha toti præſideat Ægypto, & omnibus ejus provinciis adjacentibuſque civitatibus eis ſubjectis, quoniam ita convenit epiſcopo Romano, nempe patriarchæ ſucceſſori Petri, ut præſideat etiam omnibus ſuis provinciis, & regionibus quæ ei ſubjectæ ſunt. Pariter & epiſcopus Antiochiæ nempe patriarcha ejus præſideat omnibus provinciis, & regionibus ei ſubjectis. In aliis vero regionibus antiquus ſervetur mos eccleſiæ, nimirum quod in præterito conſtitutum, & ſervatum eſt.

## CANON IX.

*Nemini in epiſcopum ordinari licet abſque metropolitani conſenſu.*

Notum ſit in omni loco, & omni regione, quod ſi quis hominum epiſcopatum obtinuerit cum conſenſu congregationis, ſine conſenſu metropolitani provinciæ, ac ſine illius imperio, ejus epiſcopatum nullatenus admittendum eſſe, etſi omnes homines illius provinciæ conſenſum

et

er præbuerint, metropolitano excepto, id enim conſentaneum, & neceſſarium eſt. Sciat prætereа quod ſynodus nequaquam ejus epiſcopatum admittat, & anathemati etiam illum ſubmittit. Si vero conſenſum ei præbuerint comprovinciales ſecundum convenientem veritatem, & leges eccleſiaſticas in epiſcopatu, patriarchatu, & archiepiſcopatu quoque, contradicentibus in hoc duobus vel tribus, aut uno ex populo per modum contentionis, & contradictionis, & placuit metropolitano, & patriarchæ, viſumque illis fuit illum fieri, epiſcopum conſtituant illum, & plurium ſequantur ſententiam.

## CANON X.

*De honore deferendo epiſcopo Hieroſolymitano.*

Antiqua conſuetudo, & mos ſervetur in honore deferendo epiſcopo Hieroſolymitano nomine patriarchæ, cum honore dignus ſit ob nobilitatem loci, cui præſidet cum juſtitia, puritate, & converſationis rectitudine, & præſideat illi provinciæ, ſubjectiſque ei regionibus. Agnoſcatur vero metropolitani dimoti dignitas, & honor, voceturque exarchus, nimirum qui præeſt metropolitanis.

## CANON XI.

*Qui ordinatur presbyter ſine electione atque peccans, & perſeverat in peccatis, ejiciatur.*

Si qui presbyteri ordinantur ſine probatione, electione, & perquiſitione de vita & moribus, deinde examinati confitentur ſe peccaſſe, & in peccatis ſuis adhuc perſeverant, uti memoravimus, & ſcripſimus ſuperius, dejiciantur ex presbyterio, & non reputabitur illis, qui manus impoſuerunt ipſis ſine electione, peccatum, neque culpa etiam, ſiquidem uſi ſunt in eis lege eccleſiæ Chriſti.

## CANON XII.

*Infidelis recens ad fidem converſus, & ſtatim ſacerdos conſtitutus deponatur ipſe, & ordinator.*

Si quis pontifex receperit in eccleſiam Dei quempiam infidelem, cujus infidelitas jam notoria erat, & recens converſum conſtituerit presbyterum, aut in aliquo illuminantis ſacerdotii gradu, deponendus eſt tam ordinatus, quam ordinator. Si vero clam irrepſerit ille, nulla de ipſius conditione facta inquiſitione, aut examine, poſtea vero cognitus a quibuſdam fuerit, de mala ejus fide redarguendus eſt, atque deponatur.

## CANON XIII.

*De illo qui ab altari ſuo ad aliud tranſire ſtudet.*

Si quis epiſcopus, aut presbyter, vel diaconus tranſire curat a ſuo altari ad aliud, ſive propter contentionem, & diſcordiam cum plebe, ſive ſponte; deinde vero exoſus factus iis ad quos tranſierat, voluerit, ad locum a quo
A prius receſſerat redire, nequaquam poſthac recipiendus erit ab illis; ſed utroque loco privandus, ſponte enim id ſibi elegit.

## CANON XIV.

*Qui ab una ad aliam eccleſiam tranſire ſtudet, ne recipiatur.*

Si quis presbyter, aut diaconus, ſive alius alicujus monachorum quoque ordinis tranſire curat a ſua eccleſia, ne recipiatur in alia, ſed redire cogendus eſt ad priorem ſuum locum. Sed ſi facere noluerit, ex eccleſia ejiciendus eſt, & ſacerdotii ordine deponendus, ac omnino
B communione fidelium privandus.

## CANON XV.

*Non licet laico ingredi monachorum ordinem ſine epiſcopi licentia.*

Si quis laicus ingredi voluerit in aliquem monachorum ordinem ſine licentia epiſcopi, in cujus jurisdictione, & poteſtate eſt, gradu, quem recepit, movendus, & in religionem ne ſuſcipiatur. Hoc autem idcirco ſtatuitur, ut dignoſcatur an impedimentum habeat aliquod, uti eſt uxor, liberi, mater, vel ejuſmodi.

C
## CANON XVI.

*De monachis, & clericis uſurariis.*

Si quis monachus, aut ex ordine clericali fœnerator inventus fuerit, aut uſuris deditus, vel illicitis ſtudens lucris, ſuo deponendus eſt gradu, & miniſterio privandus.

## CANON XVII.

*Diaconus communionem ne ſumat ante epiſcopum, vel presbyterum.*

Ne communicet diaconus ante epiſcopum, &
D presbyterum, quia gradus diaconi inferior eſt gradu presbyteri. Et ſcire debeat etiam ſe eſſe miniſtrum epiſcopi, & presbyteri, quamobrem ſuam agnoſcat conditionem, ideo ne ſumat communionem, niſi poſt eum, cui miniſtrat, nimirum poſt epiſcopum, & presbyterum; nec ipſe communione participet niſi ab epiſcopo, & presbytero; nec porrigat diaconus communionem presbytero, quia oblatio ſacrificii presbyteri eſt, & non diaconi, nec diacono data eſt gloria iſta. Neque etiam ſedeant diaconi coram presbyteris, vel ad latus eorum intra altare, vel extra illud, niſi ab eis facultatem habeant, quia inferioris ordinis ſunt. Quicumque
E autem diaconorum huic ſanctioni contradixerit, ſuo movendus eſt gradu, & patres, ſynodi anathemate illum percellunt.

## CANON XVIII.

*Iterum baptizandi ſunt qui redeunt ad fidem ex Pauli Samoſateni hæreſi.*

Iterum baptizandus eſt quicumque revertitur ad fidem eccleſiæ apoſtolicæ ex hæreſi Pauli Samoſateni. Quicumque vero eorum in aliquo clericali extiterit gradu, placueritque ejus rever-

verſio, & humilitas, nec reprehenſibilis fuerit, quin potius probitate notus, volueritque reſtitui in gradum ſuum, reſtituat illum epiſcopus, & imponat ei manum, ac benedicat ut benedici ſolet qui nunquam diaconalem habuit benedictionem. At ſi reprehenſibilis extiterit, & gradu illo indignus habeatur propter prava opera, corruptam fidem, ac turpes mores, nec ſic reſtituatur, nec ad ipſum admittatur diaconatum.

## CANON XIX.

*De monialibus ex Pauli Samoſateni ſecta ad fidem revertentibus.*

Quæ ex hac ſecta monialis ad fidem revertitur, iterum baptizanda, & benedicenda eſt benedictione monachali velut ſæculares benedici ſolent, & de illis fiat, uti ſupra diximus.

## CANON XX.

*De iis, qui ex Catharis ad eccleſiam redire volunt.*

Si quis ex ſecta, qui Cathari dicuntur, ad eccleſiam catholicam, & apoſtolicam redire voluerit, oportet ut qui ex illis erant in gradu cleri, in iiſdem maneant gradibus, ita tamen ut incipiant ante omnia ſacras, Spiritu ſancto afflatas, & apoſtolicas confiteri ſcripturas; & communicent etiam cum pœnitentibus in pœnitentia, uti ſunt polygami, & qui fidem quoque abnegarunt tempore tribulationis, & perſequutionis, cum vim paſſi ſunt, & maneant juxta conſtitutum ad hoc a lege tempus, & laudabilia catholicæ, & apoſtolicæ eccleſiæ ſequantur dictata, & decreta. Si autem extiterint eorum aliqui cum ſuo epiſcopo in civitate vel oppido, in quibus non fuerint orthodoxi preſbyteri, ſintque in aliquo clericali gradu, in eo maneant gradu, & ordine. Si vero fuerit epiſcopus, aut presbyter catholicæ quoque eccleſiæ, catholicus epiſcopus poteſtatis habeat prærogativam, & ipſo præſente, quem epiſcopum catharí appellant, presbyterorum adſcribitur ordini, niſi catholicæ eccleſiæ epiſcopo viſum fuerit eum honorare quoque nomine epiſcopi. Si vero non placuerit ei, deferat illi honorem chorepiſcopi, vel presbyteri, ut conſtet eum in cleri manſiſſe gradu, ne videantur duo eſſe in eadem civitate epiſcopi.

## CANON XXI.

*De iis, qui fidem abnegarunt, deinde reſipuerunt.*

Si qui ex iis, qui fidem abnegarunt ſine neceſſitate aliqua, violentia, aut vi illata, quibus tentati ſunt fideles a regibus, & gentilibus, reverti a ſua infidelitate voluerint ſponte, ſincere, ac ſine ſimulatione, redeant, recipianturque, etſi hoc indigni ſint, dummodo reſipiſcant, & per triennium agant pœnitentiam inter audientes, & annis novem cum pœnitentibus; poſtea orabunt cum populo duobus annis, temporibus oblationis, & ſacrificii, a communione tamen arceantur. Si vero ea peracta pœnitentia ad ſuam reverſi fuerint infidelitatem, ac deinde ſuam rem muneribus, & malo dolo

A componere conati fuerint, ut ad ſuos redirent ordines, pœnitentiam agant, qui id faciunt, annis decem, ex quibus tribus ut audientes. Poſt hæc vero diligenter perquirere oportet de ipſorum ſtatu, & an ſincere eos pœnituerit, & utrum pœnitentiam egerint cum timore Dei, & ſumma animi ſinceritate a perpetrato reſipuerint exceſſu, & in bonis operibus vere, & non ſimulate, ac per hypocriſim perſeveraverint. Completis autem tribus annis, quibus fuerunt ut audientes, communicent cum fidelibus in oratione, atque miſſa, agatque cum ipſis epiſcopus miſericorditer, nec malam ſuſpicionem de illis habeat. Sin vero eorum aliquis eccleſiam ingredi voluerit per hypocriſim, & ma-

B lum dolum, conſtitutam illi pœnitentiam adimpleat. Si autem alicui eorum mors aderit, non completa pœnitentia, nequaquam viaticum ipſi negandum erit, ſi id poſtulaverit, ſed communicet in oratione, & communione. Si vero a ſua infirmitate, qua ad extremum vitæ perductus fuerat, convaluerit, poſtquam orationis, & communionis particeps factus erat, maneat cum illis, qui communicant in oratione, & oblatione. Diligentia præterea maxima adhibenda eſt circa eos, quibus mors adeſt, ſi petierint illibatorum, & ſacrorum myſteriorum, nempe communionis, participes eſſe. Et diligentiſſime, atque ſedulo perquirat epiſcopus de illis, & exhibeat ipſis communionem, ſi eos

C dignos eſſe intellexerit.

## CANON XXII.

*Nemini fidelium fas eſt familiaritatem contrahere cum magis, & incantatoribus.*

Nemo fidelium familiaritatem contrahat, aut habeat conſuetudinem cum magis, & maleficis; qui autem hoc fecerit, & eorum habuerit converſationem, eos interrogaverit, vel illorum dictis fidem adhibuerit, in domum ſuam introduxerit, vel illorum ingreſſus fuerit domos, & ex eorum comederit eſcis, vel ex potionibus biberit, ſi ex ſacerdotali fuerit ordine, ſuo de-

D jiciendus eſt gradu, & ab eccleſia ejiciendus, ac fidelium prohibendus conſortio, atque ingreſſu eccleſiæ, & communione arcendus. Si vero laicus fuerit prohibendus item eſt eccleſia, converſatione fidelium, arcendusque eſt ingreſſu eccleſiæ, & ſacræ communionis participatione. Quod ſi ad pœnitentiam venerint iſti, pœna eorum pœnitentiæ erit per ſpatium viginti annorum, quibus non deguſtabunt niſi panem & ſalem, nec vinum bibent, ſed aquam ad vitæ eorum ſuſtentationem.

## CANON XXIII.

E *Ne matrimonium contrahant fideles cum matribus ſuis ſpiritualibus, quæ ex baptiſmo ſuſceperunt.*

Nemo fidelium matrimonium contrahat cum matribus ſpiritualibus, quæ eos ex baptiſmo ſuſceperunt, nempe eorum paranymphis; & qui hoc fecerit ut ethnicus habeatur, donec ſeparentur, & reſipiſcant a ſuo peccato, & ejuſmodi ſolvant connubium. Eorum autem pœnitentia, pro hoc erit per ſpatium viginti annorum, ex quibus per decem eccleſiæ ingreſſu, & fidelium communione arceantur; reliquis vero

aliis

aliis decem ingrediantur eccleſiam ad audiendas A ſcripturas tantum, quibus completis ſinceræ pœnitentiæ annis ingrediantur eccleſiam, & communioni admittantur.

### CANON XXIV.

*Ne viri ſuſcipiant in baptiſmo puellas.*

Ne ſuſcipiant viri puellas in baptiſmo, neque mulieres pueros, ſed viri ſuſcipiant pueros, & mulieres puellas.

### CANON XXV.

*Ne contrahat vir matrimonium cum ea quam* B *ex baptiſmo uxor ejus ſuſcepit.*

Neque contrahat vir matrimonium cum ea, quam uxor ejus ex baptiſmo ſuſcepit; neque mulier in matrimonium det filiam ſuam puero, quem ſuſcepit ejus maritus ex baptiſmo, quia iſti habentur ut fratres & ſorores; & matres ac patres quoque ſunt patres & matres ſpirituales.

### CANON XXVI.

*Ne duas ducat vir uxores ſimul.*

Nullus vir duas ducat ſimul uxores, neque C introducat uxori ſuæ (ſi eam habeat) alteram cauſa voluptatis concupiſcentiæ explendæ, & volutationis in luto iniquitatis cum pluribus mulieribus ad concupiſcentiam, non autem ad prolem ſuſcipiendam prout Deus præcepit. Qui autem hoc fecerit, ſi fuerit ex ordine ſacerdotali miniſterio dejiciatur, & prohibeatur ſacrificio, atque communione fidelium quouſque ſeparabit ſe a ſecundæ conſortio, & adhærebit primæ. Si vero ex laicorum fuerit numero, fidelium communione arceatur, & prohibeatur ingreſſu eccleſiæ, & ſumptione quoque communionis, quouſque ſeparabit ſe a conſortio ſecundæ, & adhærebit primæ. In hoc autem ſacerdotis, & aliorum idem judicium eſt. D

### CANON XXVII.

*Neminem fidelium arceant presbyteri a communione ob iracundiam, & indignationem.*

Neminem fidelium arceant presbyteri a ſacra communione ob iracundiam, & indignationem qua in illum iraſcuntur, neque propter rem ullam mundanam. Qui autem id fecerit, ſuo dejiciatur gradu, & communione fidelium prohibeatur, quia diabolico inductus eſt dolo.

### CANON XXVIII.

E

*Ne ſpondeant presbyteri, neque teſtimonium perhibeant in accuſationibus.*

Ne ſpondeant presbyteri pro aliquo, neque teſtimonium dicant in accuſationibus, neque ipſi quempiam accuſent, aut deferant ad reges, neque ſint obſervatores criminum, aut diſſidia inter fideles diſſeminantes. Qui autem hoc fecerit, ſuo dejiciatur gradu, & communione fidelium prohibeatur.

### CANON XXIX.

*Ne mulier menſtruata ingrediatur eccleſiam, neque ſumat ſacram communionem.*

Ne ingrediatur mulier menſtruata eccleſiam, nec ſacræ communionis particeps fiat, donec compleantur dies illius mundationis, & purificationis, quamvis ſit ex regum mulieribus, ſed in domo ſua maneat. Si autem presbyterorum aliquis, aut diaconorum auſus fuerit ſacram tradere illi communionem, & in eccleſiam introduxerit illis diebus, & non remiſerit eam potius in domum ſuam, ſuo dejiciatur gradu, & fidelium communione privetur, eo quod illibata myſteria, & eccleſiam ſanctam parvi fecit, prout ait Paulus apoſtolus veritatis de corpore Chriſti, nimirum de ſacrificio, & ſanguine ejus pretioſo, qui ad remiſſionem peccatorum datur.

### CANON XXX.

*Ne recipiatur oblatio ab ullo, qui a ſacerdotibus ligatur.*

Ne recipiatur oblatio ab ullo, qui a ſacerdotibus ligatur, aut quidquam aliud, quod ad eccleſiam affert, quamvis calumniam paſſus fuerit. Neque cum illo comedat, aut bibat quiſquam fidelium, neque in domum ſuam inducat, nec ingrediatur in ipſius domum etiam, quouſque ab excommunicatione abſolvatur. Quicumque vero fidelium id fecerit, parvi pendens excommunicationem, & religionem quoque contemnens, multetur pœna excommunicati, qui ſponte cum illo converſatus eſt; quia ipſius particeps in hoc factus, & ei conſentiens.

### CANON XXXI.

*Ne ſacerdos ſit iracundus.*

Nullus ſacerdos ſit nimis iracundus, aut velox ad iram, aut loquax, ſive ſit ille epiſcopus, aut quiſpiam alius, qui excommunicandi habet poteſtatem, quibus impellitur ad ligandum, & excommunicandum omni tempore. Qui itaque ejuſmodi eſt, hoc deponat, & dignitatis ſuæ habeat rationem omni remota indignatione; nec excommunicatione utatur omni tempore. Quod ſi hoc non fecerit, ſuo dejiciatur gradu, quoniam ira, indignatio, audacia, importunitas, tædium, & dolus ex diaboli operibus ſunt. In ſacerdote autem nihil ex dæmonis moribus eſſe oporteat, ſed omnis reprehenſionis, & vitiorum expertem eſſe decet, uti ſcriptum eſt.

### CANON XXXII.

*Ne fiat genuflexio inter orandum diebus dominicis, & a paſcha uſque ad pentecoſten.*

Oratio perſolvenda eſt diebus dominicis, & a paſcha uſque ad pentecoſten, ac dominicis ſolennitatibus ſine genuflexione in terram, ſed tantum adoratione, & inclinatione.

CA-

A

## CANON XXXIII.

*Ne commiſceantur nomina Chriſtianorum nominibus idololatrarum.*

Ne commiſceantur nomina Chriſtianorum cum idololatrarum nominibus, ſed ſuis contineantur ſinguli terminis, & ad ſua referantur idololatræ idola; Chriſtiano vero nuncupentur nomine, qui ſacrarum ſcripturarum lectioni operam navant, ſacro ſunt luſtrati baptiſmatis lavacro, in ſanctiſſimam colendam, atque adorandam credunt trinitatem, & omnes inſuper illibatos celebrant dies feſtos. Reliqui vero Chriſtiani qui his adverſantur, & quibuſdam in rebus contradicunt, & contendunt circa Dei (cujus exaltetur memoria) incarnationem, ſacras tamen minime corruperunt ſcripturas; aut commutarunt, hæretici ſunt appellandi, quo nomine vocantur ab Joniis & Syris (Arabum vero idiomate contentioſi dicuntur.) Porro illi, qui corruperunt ſcripturas, dies feſtos commutarunt, & confuderunt fidem, atque perturbarunt, ac debitam Deo adorationem prætermiſerunt, & eccleſiaſticas contempſerunt conſtitutiones, alias ſibi comminiſcentes, nequaquam contradicentes, vel hæretici appellandi ſunt, ſed vanæ, & errantes ſectæ nuncupandæ, & cum idololatris, & infidelibus reputandæ. Ex his itaque ſi quis converſus fuerit ad electos epiſcopos vocatus, & inſtructus ab eis, recipiatur quemadmodum recipitur Judæus, & idololatra, & denuo quoque baptiſmo regeneretur, poſtquam priorem ſuam adjuraverit ſectam, & eccleſiæ apoſtolicæ amplexatus fuerit fidem. Hoc autem intelligendum quoque eſt de ſectis Sabbatinorum, Marcioniſtarum, Simonitarum, Manichæorum, Pauli Samoſateni, Diſſanitarum, Cucalitarum, Barbarorum, atque ſimilium ſectarum.

## CANON XXXIV.

*De Arianis ad fidem converſis.*

Qui ad fidem orthodoxam ex Arii convertitur hæreſi, ſtatuat illum epiſcopus, vel presbyter coram ſe in eccleſia, & præcipiat illi anathematizare omnes adverſæ fidei aſſertores, qui vulgo hæretici vocantur, cunctoſque contradicentes apoſtolicæ eccleſiæ, nec non ipſum Arium, & publice profiteatur fidem in hoc ſacro, & magno concilio definitam, quam ſincere ſe tenere profiteatur; anathematizet præterea quoſcunque eam non tenentes, & profitentes, aut ſuſcipientes. Quo facto ſuſcipiat epiſcopus, vel presbyter, cui ille ſeſe ſiſtit, ſacrum chriſma, & ſignet illum ter recitans orationes Dionyſii Areopagitæ, & ſuppliciter Deum precetur, ut ſuſcipiat. Deinde vero particeps fiat illibatorum myſteriorum, ideſt miſſæ & communionis, qua peccatorum conſequetur remiſſionem. Si autem converſus fuerit epiſcopus, ſit poſt ejus converſionem in gradu presbyteri. Si vero presbyter, in gradu diaconi; ſi diaconus, in gradu hypodiaconi. Tandem in quocumque fuerit gradu ad inferiorem deſcendat

## CANON XXXV.

*Non oportet ungere eos, qui ſunt ex hæreſi Cudanorum, & Cabariorum, neque iterum baptizare.*

Qui ſunt ex ſecta Cudanorum, Cabariorum, & Calimeorum non oportet eos ungere ſacro chriſmate, neque iterum baptizare, vel ſuis dejici gradibus, ſed tantum renunciare debent ſuis opinionibus, & recipiantur cum ſupradictis orationibus coram Deo fuſis, deinde jubeantur ſuam abjurare priorem ſectam.

B

## CANON XXXVI.

*Idem agendum eſt cum iis, qui firmiter, & ſane in ſanctiſſimam credunt trinitatem.*

Idem quoque agendum eſt cum omnibus iis, qui firmiter & ſane in ſanctiſſimam credunt trinitatem, & baptiſmum, atque eccleſiæ leges tenent ut reliqui Chriſtiani orthodoxi. Qui autem ex his in aliquo ſacerdotii ſunt gradu, nec ſcripturas adulterarunt, nec dies quoque feſtos celebrare prætermiſerunt nequaquam velut Judæi, vel Gentiles reputandi ſunt, quoniam fidem minime deſeruerunt iſti, aut abne-
C garunt, ſed contendunt nobiſcum dumtaxat, & diſputant, ac in certamen deveniunt, & ſic a nobis ſchiſmate recedunt. Quicumque autem ſanctioni huic contradixerit, patres ſynodi illum excommunicant.

## CANON XXXVII.

*De patriarchis.*

Et ſint patriarchæ in univerſo mundo quatuor tantum, quemadmodum ſunt ſcriptores evangelii quatuor, & flumina quatuor, & elementa mundi quatuor, & anguli quatuor, & venti quatuor, & compoſitio hominis quatuor,
D quoniam hiſce quatuor univerſus conſtituitur orbis. Et ſit Princeps, ac præpoſitus ipſis dominus ſedis divi Petri Romæ, ſicut præceperunt apoſtoli. Poſt illum vero dominus magnæ Alexandriæ, & eſt ſedes Marci. Tertius vero dominus Epheſi, & eſt ſedes Joannis Theologi divina eloquentis. Quartus tandem dominus Antiochiæ, & eſt ſedes Petri quoque. Et dividantur omnes epiſcopi ſub manibus horum quatuor patriarcharum; epiſcopi vero parvarum civitatum quæ ſunt in ditione magnarum urbium, ſub manibus metropolitanorum. Unuſquiſque autem metropolitanus harum magnarum urbium conſtituat epiſcopos ſuæ provinciæ, ipſum vero nullus epiſcoporum conſtituat,
E quoniam ipſis major eſt. Agnoſcat itaque unuſquiſque ſuum ordinem, & ad alienum ordinem ne tranſeat. Qui autem huic legi, quam conſtituimus, contradixerit, ſynodi patres anathemati ſubjiciunt.

CA-

A

## CANON XXXVIII.

*De translatione patriarchatus Epheſi ad urbem Regiam.*

Transferatur patriarchatus Epheſi ad urbem Regiam, ut honor ſit regno, & ſacerdotio ſimul; & honoretur epiſcopus ejus nempe Epheſi, nec parvipendatur propter translationem patriarchatus ejus, honoreturque nomine primatis, ſcilicet catholici. Neque etiam ſubjiciatur epiſcopus Hieroſolymorum aliis epiſcopis, ſed honoretur, & in veneratione habeatur, quia præeſt ſanctæ civitati, & in poteſtate ejus crux Chriſti eſt, & locus illius reſurrectionis. Ho- B noretur quoque dominus ſedis Seleuciæ, quæ eſt in regione orientis, vocaturque Almodajen, nomine catholici, & ex nunc permittatur ei conſtituere Metropolitanos, quemadmodum faciunt Patriarchæ, ne damnum patiantur orientales patriarcham adeuntes, nimirum Antiochenum, ob neceſſaria negotia, ſive ab illo redeuntes, inveniantque Gentiles occaſionem nocendi eis, quia patriarcha Antiochenus in hoc præbuit conſenſum, poſtquam rogavit eum ſynodus, ne ipſi diſpliceret de ſublata ab eo poteſtate orientis. In hoc enim nihil aliud quærebatur, niſi pax, & quies Chriſtianorum regionis Perſidis. Honoretur etiam dominus ſedis Theſſalonicæ, quia ita decet.

## CANON XXXIX.

*Si concilio adfuerit dominus Seleuciæ, ſeptima aſſignetur illi in ordine ſeſſio*

Si acciderit res aliqua, propter quam congregentur epiſcopi in regione Romæorum, & adfuerit prædictus dominus hujus principatus, nempe dominus Seleuciæ, quæ eſt Almodajen, honoretur, extollatur, & magnificetur in ſeſſione ſuper omnes metropolitanos Romæorum; ſiquidem ipſe habetur loco patriarchæ in oriente, & ſit ejus ſeſſio in ordine ſeptima poſt epiſcopum Hieroſolymitanum, & quicunque huic D ſanctioni contradixerit patres ſynodi eum excommunicant.

## CANON XL.

*Non licet ſynodum congregare in regione Perſidis.*

Non permittit magna ſynodus, ut congregentur in provincia Perſidis, ne conſtituant leges ullas ſine licentia Patriarchæ Antiocheni, quia quamvis eorum dominus factus ſit in dignitate patriarchæ, in hoc tamen conſultum eſt eorum utilitati, & exemptioni a damno, & nocumentis, atque eorum paci, & tranquilli- E tati proviſum. Non propterea tamen ipſis licet ſolvere, aut ligare, vel conſtituere ullas eccleſiaſticas leges, vel addere eis, vel diminuere quidquam propria auctoritate, ſed potius in omnibus ſint obedientes principibus, & patriarchæ. Quicunque autem huic ſanctioni contradixerit, patres ſynodi eum excommunicant.

## CANON XLI.

*De patriarcha Alexandrino, ut ſit Tertius in ordine ſeſſionis.*

Poſt hanc autem ſeſſionem tributus eſt patriarchatus domini Epheſi domino Conſtantinopolis, & factus eſt ſecundus in gradu: Alexandrinus vero tertius.

## CANON XLII.

*Ne conſtituatur patriarcha Æthiopibus, ſed ſint ſub Alexandrini juriſdictione.*

Ne patriarcham ſibi conſtituant Æthiopes ex ſuis doctoribus, neque propria electione, quia patriarcha ipſorum eſt conſtitutus ſub Alexandrini poteſtate, cujus eſt ipſis ordinare, & præficere catholicum, qui inferior patriarcha eſt. Cui præfato in patriarchæ conſtituto nomine catholici, non licebit Metropolitanos conſtituere, ſicut conſtituunt patriarchæ; Etenim honor nominis patriarchatus illi defertur tantummodo, non vero poteſtas. Porro ſi acciderit ut congregetur ſynodus in terra Romæorum, & adfuerit iſte, ſedeat loco octavo poſt dominum Seleuciæ, quæ eſt Almodajen, nempe Babylonia Harac, quoniam iſti facta eſt poteſtas C conſtituendi epiſcopos ſuæ provinciæ, prohibitumque fuit, ne ullus eorum ipſum conſtituat. Quicunque autem huic ſanctioni contradixerit, patres ſynodi eum excommunicant.

## CANON XLIII.

*De metropolita Cypri, ſi obierit.*

Si obierit diem ſuum metropolitanus inſulæ Cypri in hyeme, & non potuerint populi illius propter mare clauſum tempeſtatibus mittere Antiochiam, ut patriarcha ejus conſtituat illis metropolitanum loco defuncti, ſcribant Patriarchæ permiſſionem ab eo petentes ut conſtituant ſibi quem voluerint loco Metropolitani; nec prohibeat id Patriarcha, ſi ad illum ſcripſerint, ſed permittat tredecim epiſcopis provinciæ Cypri, ut ſimul congregati metropolitanum ſibi conſtituant loco defuncti. Etenim fieri poteſt, ut mors ejus contingat principio hyemis, remaneantque provincia, & populi ejus propter mare clauſum tempeſtatibus tota hyeme ſine metropolitano. Et forte etiam aliquis ex epiſcopis e vita diſcedet eo quoque tempore, & non ſit metropolitanus, qui conſtituat alium loco ejus, remaneatque inſula tota illa hyeme ſine epiſcopo; ideoque decrevit illis ſynodus hanc conſtitutionem, ne ægre ferat patriarcha, ſi res eorum damni aliquid interim patiantur. Qui autem huic ſanctioni contradixerit, ſynodi patres eum excommunicant. Nemo epiſcoporum manum imponat in alterius epiſcopi juriſdictione (exceptis metropolitano, vel patriarcha) capiti alicujus ad conſtituendum eum presbyterum, vel diaconum, aut civitatibus, quæ ſub illorum poteſtate ſunt, nec quicquam præcipiant in eis, neque prohibeant ſine illorum epiſcoporum licentia, & voluntate. Qui autem ſanctioni huic contradixerit, ſynodi patres eum excommunicant.

## CANON XLIV.

*Patriarcha inſpicere debet quidquid faciunt ejus metropolitani, & epiſcopi.*

Patriarcha igitur inſpiciat quodcunque negotium fecerit aliquis ſuorum metropolitarum, ſive epiſcoporum in provinciis, quibus præſunt, ſi autem invenerit ex illis quidquam, quod non decet, permutet illud, ac de illo conſtituat, prout ipſi videtur; etenim omnium ipſorum pater eſt, & illi filii ſunt ipſius. Metropolitæ autem principatum ſupra ſe agnoſcere, eumque venerari debent inſtar fratris majoris, quem ſibi fratres anteponunt, illique parere ducunt ob ejus optimum regimen, & majoritatem. Patriarcha porro inſtar patris eſt in ſua juriſdictione ſuper filios ſuos. Et quemadmodum patriarcha poteſtatem habet ſuper ſubditos ſuos, ita quoque poteſtatem habet Romanus pontifex ſuper univerſos patriarchas, quemadmodum habebat Petrus ſuper univerſos Chriſtianitatis principes, & concilia ipſorum: quoniam Chriſti vicarius eſt ſuper redemptionem, eccleſias, & curatos populos ejus. Quicumque autem ſanctioni huic contradixerit, patres ſynodi anathemate illum percellunt.

## CANON XLV.

*Oportet epiſcopos convenire ad ſuum metropolitanum bis ſingulis annis.*

Conveniant epiſcopi ſingularum provinciarum ad metropolitanum bis ſingulis annis, & conſiderent omnes ſimul omnia negotia, quæ contingunt in ſuis regionibus, & quæ ex eis indigent conſideratione, inquiſitione, comprobatione, atque inveſtigatione, & percipiant de ſingulis, in quo conſentiant, ſive ſpectet illud ad illatam injuriam, ſive ad juſtitiam, ut comprobatio ab illis ſtatutorum ſolida dignoſcatur, & excuſatio quam pro ſe afferunt plana ſit, ac manifeſta, nec celent, quæ ducunt ad vitam æternam, & permanentem, & quæ detrimentum, & crimen eis afferunt propter caduca, & pereuntia. Quicumque autem ſanctioni huic contradixerit, patres ſynodi illum excommunicant.

## CANON XLVI.

*Oportet metropolitas ad ſuum convenire patriarcham ſemel in anno.*

Conveniant metropolitani etiam ad ſuum patiarcham ſemel quotannis, ſtatuantque ſimiliter de ſingulis rebus, quæ contingunt in eorum regionibus, ne committatur in judicio quid injuſtum, vel perſonarum acceptio. Et quemadmodum judices ſeptuaginta filiorum Iſrael deferebant ad Moyſen prophetam omnia gravia negotia, pariter epiſcopi ſimilia ad ſuum referant patriarcham. Et decernatur atque præſcribatur ſingulis civitatibus, & oppidis magnis, vel parvis, quæ in patriarchæ ſunt poteſtate, benedictio ipſi patriarchæ, ſecundum ſingulorum vires, & mittatur ei ſingulis annis, ut ipſi adjumento ſit. Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

A

## CANON XLVII.

*De eo qui accuſatur de crimine aliquo, & adeſſe renuit ad ſe expurgandum.*

Si quis ex genere ſacerdotum, aut monachorum crimen aliquod commiſerit, & vocatus ad ſynodum, quæ congregatur ad inſpiciendum hoc, & alia ejuſmodi, ad expurgandum ſe, & excuſandum de ſuo crimine, dato primum temporis ſpatio, & non venerit; deinde vocatus iterum, & tertio, & obſtinate renuerit, & abſtinuerit venire, ejiciat illum ſynodus de fidelium conſortio, quia parvi eam pendit, & ſa-
B cerdotio quoque privetur. Quicumque autem ſanctioni huic contradixerit, patres ſynodi illum excommunicant.

## CANON XLVIII.

*Si delatum fuerit ad epiſcopum, vel presbyterum crimen aliquod manifeſtum, & judicium de illo non tulerit contra delinquentem propter acceptionem perſonarum.*

Si delatum fuerit ad aliquem epiſcoporum, vel presbyterorum crimen aliquod manifeſtum, & apertum, quod probatione non eget, & non tulerit de illo judicium ſecundum meritam pœ-
C nam, vel propter acceptionem perſonarum, vel propter oblata ſibi munera, & reliquerit eum in crimine, patefactumque fuerit id patriarchæ ſecundum hanc rationem, ipſe ferat judicium contra delinquentem, ſcilicet patriarcha, prout convenit, & ejiciat eum, qui ſecundum veritatem corripiendus, & puniendus, & factum non fuit, & illum inſuper qui ſocius, & particeps factus eſt, & dejiciat utrumque e ſacerdotio. Quicumque autem ſanctioni huic contradixerit, patres ſynodi illum excommunicant.

## CANON XLIX.

D *Ne metropolitanus, & epiſcopi ejus, ſibi aſſumant cognitionem criminis delinquentis epiſcopi, ſine patriarcha.*

Neque metropolitanus, & epiſcopi ejus, cognitionem criminis ſibi aſſumant delinquentis epiſcopi, qui ſub ejus poteſtate eſt, & judicium de illo ferant, vel pœnitentiam ejus recipiant etiam ſine interventu patriarchæ. Quicumque autem ſanctioni huic contradixerit, patres ſynodi illum excommunicant.

## CANON L.

*Ne recipiat patriarcha querelam alicujus metropolitani adverſus alium metropolitanum ſine interventu alterius patriarchæ.*

E

Neque recipiat patriarcha querelam alicujus metropolitani contra alium metropolitanum, qui ſub ejus ſunt poteſtate, neque dictum ejus, neque probationem alicujus criminis, neque judicium ferat adverſus eum ſine interventu alterius patriarchæ ex fratribus ſuis, & utriuſque inſpectione circa negotium ipſius, neque oportet, ut cuipiam aliorum comminiſtrorum metropolitani querelam deferentis, id permittatur, aut quiſpiam ei conſentiat in hoc ſine patriar-

triarchæ interventu. Et quicumque ſanctioni A huic contradixerit, patres ſynodi illum excommunicant.

## CANON LI.

*Non licet cuipiam epiſcoporum abſolvere quem alius epiſcopus excommunicavit.*

Non liceat cuipiam epiſcoporum ſolvere vinculum alicujus, quem alius epiſcopus juſte excommunicavit, quamdiu epiſcopus ille vixerit. Si vero diem ſuum obierit epiſcopus, qui ligavit eum, & viſum fuerit epiſcopo, qui ſuffectus eſt loco illius, ut illum ſolvat, id ipſi licitum eſt. Idem judicium de presbytero ferendum B quoque eſt; non licet enim presbytero abſolvere quem vincivit, & ligavit alius ſimilis presbyter, quamdiu presbyter ille vixerit, ſed eo decedente licet presbytero vivo abſolvere quem ligavit defunctus. Eadem lex eſto de patriarcha, metropolitano, & epiſcopo; quia non licet metropolitano, vel epiſcopo abſolvere, quem presbyter juſte ligavit, quandiu vixerit. Patriarcha vero ſolvere poteſt omnia vincula, ſi ipſi viſum fuerit, quia ipſe eſt inſtar patris familias ſuper eos omnes, & quoſcumque alios. Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

## CANON LII.

*Ne quiſquam epiſcopus vivens eligat, vel deſignet ſibi ſucceſſorem.*

Ne eligat, vel deſignet epiſcopus, dum vivit, alium qui ſibi ſuccedat poſt obitum, neque ex propinquis, neque ex longinquis; neque eligat civibus ſuis virum aliquem ex primariis qui conſtituatur ipſis epiſcopus: ſed decedente epiſcopo, eligant virum aliquem, ſive ex ſacerdotibus, ſive ex monachis incolentibus monaſteria in deſertis poſita, ſive virum aliquem ex ſæcularibus notum doctrina, & lectione ſacrarum ſcripturarum, ac virtutibus, & probitate inſignem, quamvis extraneus fuerit, & epiſcopus ordinetur. Etenim ſi ejuſmodi compertus fue- D rit vir, quamvis primarius, & dives, nihil impediet, quin epiſcopus conſtituatur. Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

## CANON LIII.

*Nemo accipere audeat munera ab eo, qui ordinatur epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus.*

Nullus accipere audeat ab eo, qui ordinatur epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, munus aliquod, & qui dederit, vel acceperit munus, ejiciatur ex ſacerdotio. Quicumque autem huic ſanctioni contradixerit, patres ſynodi eum ex- E communicant.

## CANON LIV.

*Ne uni civitati duo conſtituantur epiſcopi, neque alli villæ duo presbyteri.*

Ne uni civitati duo conſtituantur epiſcopi; neque eccleſiæ villæ duo presbyteri, etſi magna evaſerit, ſed tunc ſint cum presbytero tot miniſtri, quot opus eſt, & presbyter ſolus præſit iis, quæ ad altare pertinent, quemadmodum ſolus



A præeſt epiſcopus iis, quæ ad altare pertinent. Si autem acciderit aliquid, in quo diſſident cives, & villæ incolæ, itaut in duas diſcindantur partes, & id propter alius conſtituatur epiſcopus, vel presbyter, tunc inſpiciant juſte de hoc cives, & ſi nullum compererint manifeſtum, & apertum crimen adverſus priorem, ſtabiliant hunc in loco ſuo. Sin ſecus dimittant illum, ſuffecto in loco ejus, qui omnis criminis expers extiterit. In ſumma non licet ſecundo epiſcopo, aut presbytero intrudi in locum prioris, ſi probitate notus fuerit, nec in eccleſiaſticas leges prævaricatus; ſiquidem matrimonium eum ſua is contraxit eccleſia. Hæc autem lex obligat quoque ſæculares, quia ne- B mo contrahere debet ſecundum legem cum muliere habente virum, & vim illi inferre, donec e vivis exceſſerit vir ejus, & libera dimiſſa fuerit. Quicumque autem huic ſanctioni quoque contradixerit, patres ſynodi illum excommunicant.

## CANON LV.

*De diſcordia inter virum, & uxorem.*

Si quis ducat uxorem, & accidat inter eos diſcordia, aut lis aliqua, & ipſa ſit in eum injuria, patienter ferat vir, & humaniter cum illa agat, quouſque res ad meliorem, & C commodiorem ſtatum redeat. Si autem illam ferre non poterit, & creverit in illum malitia ejus, interponat ſe ſacerdos eccleſiæ; cui ſi non obedierit, interponat ſe epiſcopus, & ſi epiſcopo non obedierit, nec dicto ejus paruerit, & receſſerit a viro ſuo, iterum adeat ipſam idem epiſcopus, & ſi noluerit obedire, & ad virum redire ſuum, excutiat epiſcopus veſtimenta ſua, & calceos ad portam illius, & tunc viro facere licebit quidquid vult; ſi enim aliam ducere libuerit, ducat, ſi vero patienter ferre potuerit, in eo maneat ſtatu, & ſi probus, atque caſtitatis amator fuerit, religionem ingrediatur. Sed ſi revera pateat, ipſum in eam injurium eſſe, atque malorum quærere cauſam, ut ſe ſe- D paret ab ea, ne admittatur ejus querela, & volens nolens cum illa manere cogatur. Quod ſi facere noluerit, volueritque ab ea omnino ſeparari, & ex domo ſua illam ejicere, privetur communione, & eccleſiæ ingreſſu.

## CANON LVI.

*Nullus ſacerdos det fœnori pecuniam ſuam.*

Nullus ſacerdos det fœnori pecuniam ſuam, neque uſura utatur, aut quæſtum iniquum, & illicitum faciat, neque cum Judæis ineat ſocietatem, aut fraternitatem. Siquidem hoc apoſtoli ſtatuerunt, & proinde juſte, ac debite hoc E facere oportet omnes fideles, atque ſequi. Quicumque autem huic ſanctioni contradixerit, excommunicatus denunciatur.

## CANON LVII.

*Qui ex aliis ſectis uxorem ducit, eam ad fidem reducat orthodoxam.*

Chriſtiani ex quacumque ſecta uxores ducant, dummmodo ad orthodoxam fidem ſuas reducant uxores; ſed ipſi ne dent filias ſuas fideles

nuptum infidelibus, ne illas a fide devient, & A transferant ad ſuos errores, & fiant vel Judæi, vel gentiles propter infirmitatem ſuam, & proclivitatem mendacis naturæ. Quicumque autem contradixerit huic ſanctioni, excommunicatus denunciatur.

## CANON LVIII.

*De electione chorepiſcopi, id eſt epiſcopi pagorum*

Eligat epiſcopus virum aliquem ex probis monachorum incolentium deſerta, ſcientia præditum, & optimis moribus, & timore Dei in primis ornatum, atque omnium qui in ea con- B gregatione ſunt prudentiſſimum; & tam ipſe, quam illi nihil de electione cognoverint; & eos, qui illius ſunt congregationis, adeſſe præcipiat, & ſtans tunc diaconus alta voce exclamet: Jam elegimus N. ut ſit chorepiſcopus in tota noſtra juriſdictione, ut ſciant omnes, eum in illa dignitate conſtitutum eſſe. Deinde conſuetas, & ad id præſtitutas fundat ſuper illum orationes, & benedicat. Tum vero tradat illi nomina omnium eccleſiarum, & Monaſteriorum, quæ in ſua ſunt juriſdictione, & ipſe chorepiſcopus eligat aliquos ex illis, qui ſunt in eis eccleſiis & monaſteriis, quæ ſunt in ejus poteſtate, idoneos, & ſermone quoque potentes, quorum nonnullos præficiat ad viſitandas eccleſias, & C nonnullos ad viſitanda monaſteria; at ne præficiat eccleſiaſticos monaſteriis, neque monachos eccleſiis; ſed unuſquiſque curam gerat eorum, quibus præfectus eſt. Ipſe vero poſt hæc perluſtret, & percurrat omnes eccleſias pagorum, & cuncta monaſteria. Quod ſi in aliquibus earum eccleſiarum, & monaſteriorum aliquid abundare compererit, & aliquod, quo opus eſt, deeſſe, accipiat quod abundat, & ſuppleat quod deeſt cum timore Dei, & locorum illorum conſulatur utilitati. Diſpiciat quoque pagos, & ſi in aliquo pauci fuerint ſacerdotes, aſſumat ex loci illius civibus aliquos, & augeat ſacerdotum numerum. Si vero nulli fuerint idonei cives, aut monachi in ſacerdotes D conſtituendi, aſſumat aliquem fratrem ex monaſteriis vel eccleſiis, quæ ſub ejus poteſtate, & ſacerdotes conſtituat eos, qui præſtitutas, & decretas orationes in eis ſuis occinant temporibus, nec patiatur ullas eccleſias, vel monaſteria ſacerdotibus carere, ne deſtituantur templa oratione & ſacrificiis, & parvi pendatur altare, ſintque cives illi paſtore carentes nomine tenus Chriſtiani, opere vero Gentiles. Item videat quot in ſua habeat juriſdictione pagos, & villas, ac ſingulis præſcribat aliquid ſecundum vires cujuſque loci in ſumptus epiſcopi, & colligens illud ad ipſum afferat; quia præter ejuſdem alimentum neceſſarium, ipſius eſt eleemoſynas elargiri pauperibus, peregrinos E excipere hoſpitio, & caritatis officia in ſacerdotes exercere, ut vinculum amicitiæ inter eos maneat, & caritatis. Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

## CANON LIX.

*De inſtitutione puerorum & puellarum ad eccleſiaſticam, vel monaſticam vitam a chorepiſcopo procuranda.*

Videat chorepiſcopus cum egreditur ad eccleſias, & monaſteria, quæ in ſua ſunt juriſdictione viſitanda, an pauci in eis ſint fratres, & ſorores; & ſi deſint, congreget ſeniores pagorum, & alloquatur eos, atque adhortetur; ſacras legat ipſis ſcripturas, ac divina omnia in memoriam revocet præcepta, & roget omnes, qui filios habent, & filias, ut ſegregent aliquos eorum, & ad ſe adducant; & ſignet illos cum oratione, & precibus, imponatque ipſis manum & benedicat, & conſtituat ex eis miniſtros ſecundum ſingulorum vocationem, & diſtribuat illos per omnes eccleſias, & monaſteria, præcipiatque ut erudiantur, & inſtituantur, ut boni reddantur clerici, ut ſic inſtaurentur eccleſiæ, monaſteria, & alia loca ejuſmodi miniſtris indigentia; Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

## CANON LX.

*Oportet chorepiſcopum congregare ſacerdotes pagorum ad ſalutandum epiſcopum bis quotannis.*

Congreget chorepiſcopus ſimul omnes pagorum ſacerdotes bis quotannis ad ſalutandum epiſcopum, ut communionem cum illo habeant, & de illius ſumant cibis. Hoc autem bis in anno, ſemel principio hyemis, ſecundo in ſolennitate reſurrectionis domini noſtri Jeſu Chriſti. Monachi vero ad epiſcopum conveniant ſemel in anno, ſi ita collibuerit chorepiſcopo.

## CANON LXI.

*De monaſteriorum item abbatibus.*

Qui autem recens monaſterio præfectus eſt, veniat quoque ad epiſcopum ſalutandum ter ſingulis annis. Bis veniat ſolus ad implorandam epiſcopi opem, ac ut ipſi præſto ſit ad ſuum bene gerendum officium, atque in occurrentibus cauſis. Tertio tandem cum omnibus fratribus ſuis, ut eos agnoſcat epiſcopus, & archidiaconus quoque, quia unuſquiſque iſtorum, nempe epiſcopus, & abbas, extraneus eſt: archidiaconus vero eſt altaris alumnus, & urbis civis, & bene dignoſcit monachos novitios, quos recipit abbas. Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

## CANON LXII.

*Epiſcopus in oratione ſtet in fronte templi ad medium altaris.*

Stet epiſcopus in oratione in fronte templi ad medium altaris, ut paſtor, & gubernator; poſt illum vero ad latus dexterum ſtet archidiaconus, ut ejus vicarius, & omnibus eleemoſynis & eccleſiæ rebus, & negotiis præfectus. Porro chorepiſcopus ſtet item poſt archidiaconum ad latus ſiniſtrum epiſcopi, quia ipſe quoque vicarius epiſcopi eſt ſuper pagos

gos, monaſteria, & pagorum ſacerdotes, qui in ejus ſunt poteſtate. Archipresbyter vero, qui eſt protopapas, ſtet etiam prope epiſcopum, & epiſcopo abſente ſit loco illius, & præfectus quoque omnibus presbyteris, qui illius eccleſiæ ſubſunt poteſtati. Si autem ortæ fuerint inter diaconos, qui ſub archidiaconi ſunt poteſtate, cauſæ aliquæ, aut lis, aut crimen, aut controverſia, in quibus diſſident, ne referat ex his quidpiam epiſcopo, ſed ipſe archidiaconus hæc dirimat, & diſſidentes conciliet partes, quoniam diaconi ſunt ſub ejus poteſtate, & ipſe ſuſtinere debeat onus ejuſmodi litium pro epiſcopo. Archidiaconus enim præeſt univerſo officio orationis, & per manus ejus cunctam eccleſiaſticam œconomiam diſponi, atque diſpenſari oportet, ne ſolvantur rerum, & negotiorum vincula, & judicia relaxentur, & ad ſæculares transferantur. Et forſitan ita ſeſe hiſce habentibus, eo res progredietur, ut flocci habeatur epiſcopus, & ſacerdotes quoque, & parvi pendatur eorum auctoritas, & manus epiſcopi, & ſacerdotum invalida efficiatur ad ſuſtinendam, tuendamque veritatem, & populus ad peccata committenda audacior reddatur; atque in hoc propriam ſequatur propenſionem, & perpetret quæ Deo neque grata ſunt, neque placent, & deflectat in hoc a rectitudine. Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

## CANON LXIII.

*Nemini fas eſt ſedere ſupra epiſcopum.*

Ubi ſedent chorepiſcopus, & archidiaconus in ſedilibus eccleſiæ, & in ea præſentes ſunt, nemini ſacerdotum eccleſiæ, diaconorum, & reliquorum clericorum fas eſt ſupra ipſos ſedere, aut præcedere, niſi ſolus epiſcopus, quia hi ſunt loco duarum manuum, & duarum alarum, quibus volat epiſcopus. Cum autem deambulat epiſcopus, ſive in eccleſia, ſive alibi, oportet, ut archidiaconus ſit ad dexteram, chorepiſcopus vero ad ſiniſtram, ipſe vero in medio eorum tanquam pater inter filios. Quicumque autem huic contradixerit ſanctioni, patres ſynodi illum excommunicant.

## CANON LXIV.

*Clerici deſcribantur ſecundum ſuos ordines, ne accidat in hoc inter illos diſſenſio.*

Deſcribantur, & dignoſcantur ſinguli clerici ſecundum ſuos ordines, ne accidat in hoc inter illos diſſenſio, & ne confundantur catholici, cum venerint ad ordines ſuſcipiendos in eccleſiis, & monaſteriis, quia in hoc unus idemque ordo eſt in tota provincia, quæ epiſcopi ſubeſt poteſtati.

## CANON LXV.

*Oportet eos, qui ad ſacros ordines ſuſcipiendos, accedunt, probare ſacrarum ſcripturarum lectione.*

Eos, qui ad ſacerdotalem benedictionem ſuſcipiendam accedunt, & jam a congregatione ſunt electi, examinent prius chorepiſcopus, & archidiaconus ſimul, & videant, an probe ſciant ſcripturarum lectionem, & in ſacerdotalibus le-

A gibus, ac ſtatutis eccleſiaſticis ſint periti. Quod ſi cognoverint, eos dignos eſſe, qui ſacerdotes conſtituantur, & quod a Deo, qui ſecreta novit, ſint electi, tunc recitentur ſuper illos preces abſolutoriæ, ut digni efficiantur purificatione, & propitiatione, & poſt hæc adducantur ad epiſcopum, ut imponat eis manum, benedicat, & ordinet ſacerdotes. Sic autem miniſtros conſtitutos offerat archidiaconus chorepiſcopo, qui præcipiat eis, ne quidquam ex miniſteriis eccleſiaſticis exerceant, ideſt, ne ſacrum, aut aliquid ejuſmodi miniſtrent, oratione tantum excepta, donec probe didicerint omnes eccleſiaſticas leges. Rurſus deinde veniant ad chorepiſcopum examinandi, qui impenſe admoneat B eos de hac re, nimirum nemini ſacerdotum licere eccleſiæ miniſterium exercere, aut obire, præter ipſius chorepiſcopi licentiam, quoniam ille caput illorum eſt, atque ipſius eſt curam illorum gerere. Si vero chorepiſcopus longe diſtans fuerit ab archidiacono, accipiant recens ordinati libellum chorepiſcopi ad archidiaconum, ſimulque cum illis proficiſcatur ipſius miſſus, qui eos archidiacono ſiſtat; & ille totam ſuſcipiat curam juxta eccleſiaſtica ſtatuta. Nec epiſcopus, neque chorepiſcopus ad clerum eos promovere debent ſine archidiacono; ſiquidem ut ſupra diximus, ipſe civitatis alumnus eſt, & in ipſa nutritus, ac populum cognitum habet, & præeſt orationi, atque univerſo mi- C niſterio. Porro extra civitatem, cum egreditur epiſcopus ad pagos, & oppida ſuæ diœceſis, ad chorepiſcopum pertinet promovere ad ſacerdotium quoſcumque vult ſine archidiacono, at nec epiſcopus, aut quiſquam alius foris in pagis, & oppidis debet quempiam in aliqua eccleſia promovere in ſacerdotem, aut monachum conſtituere in aliquo monaſterio, niſi præſente chorepiſcopo, ſiquidem ipſe quoque præeſt orationi in pagis, atque ſuburbanis locis, qui ejus ſubſunt ditioni. Quicumque autem huic contradixerit ſanctioni, patres ſynodi illum excommunicant.

D

## CANON LXVI.

*Clerici ne præcingant lumbos ſuos tempore orationum.*

Ne lumbos ſuos præcingant zonis tempore orationum clerici quia ingenui, ac liberi ſunt, & nemo eis dominatur niſi dominus Chriſtus Deus eorum; etenim hic eſt mos, & liberorum habitus: ſervorum vero non item, quamvis divites evadant, & polleant dominio, & poteſtate. Idcirco hoc honore honeſtati ſunt præ ſacerdotibus, quia presbyteri ſervi ſunt Dei ſui Chriſti, & eccleſiarum ejus ſunt mancipati ſervitio, & orationibus, nec ab his vacare poſſunt. Porro clerici abſoluta oratione, & mini- E ſterio, & eccleſia egreſſi poterunt quocumque volunt ſi eis libet per vias, & plateas diſcinctis lumbis deambulare. Hæc quidem noſtra ſententia eſt de clericis, & presbyteris univerſe. Hoc autem caput & ejuſmodi ſine anathemate eſt.

CA-

## CANON LXVII.

*Ne diminuatur, vel augeatur ſacerdotum numerus.*

Ne minuatur numerus ſacerdotum in eccleſia, ne imminuatur oratio, & miniſterium, & ſedes quoque vilipendatur, neque etiam augeatur eorum numerus, ne augeantur eccleſiæ impenſæ; quamobrem his proſpiciant, qui eccleſiæ præſunt, totque ſtatuant diaconos, quot eccleſia ferre poſſit, & ſit diaconorum numerus, ſicut beati ſtatuerunt apoſtoli, & veteres ſancti patres, qui ante nos extiterunt, ſuis canonibus, nimirum ſeptenarius, qui eccleſiæ alantur ſumptibus, reliqui vero ſponte, & gratis miniſtrent. Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

## CANON LXVIII.

*De eccleſiæ œconomo, & procuratoribus.*

Conſtituatur in unaquaque eccleſia œconomus, & una cum illo alii procuratores, quorum aliqui ſimul cum eo præſint proventibus, & expenſis, alii villis, & agris, alii ſumptibus, nonnulli thecis vaſorum auri, argenti, veſtimentorum, & ornamentorum eccleſiæ, alii vero thecis oblatorum, & perdiligenter cuſtodiat unuſquiſque ea, quæ ſibi concredita ſunt, ſecundum debitum Deo honorem, & non ſit, ut ſervus ille nequam, qui talentum domini ſui ſepelivit, & non eſt negotiatus, nec lucrum ei addidit; ideoque juſſit dominus ejus foras eum ejici, & mitti in tenebras exteriores. Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

## CANON LXIX.

*Memoria fiat nominis epiſcopi in omnibus publicis orationibus.*

Fiat memoria nominis epiſcopi omnibus temporibus, & in omnibus orationibus tam diurnis, quam nocturnis, in principio & fine orationis, & quidem ſuppliciter, & devote, & pro ejus rogetur ſalute, atque ejus precum imploretur præſidium. Porro diebus dominicis, & feſtis memoriam ejus faciat diaconus in prędicatione, quoque cum offeruntur ſancta ſuper altare, & primum memoriam faciat patriarchæ, deinde metropolitani, epiſcopi, chorepiſcopi, & archidiaconi, ſi his libuerit, quia iſti ſunt eccleſiæ moderatores, ideoque eorum fieri memoriam oportet ſuper altare in orationibus hiſce ſanctis diebus, quia per illos perficiuntur omnia eccleſiaſtica miniſteria, & ipſi ſunt eccleſiæ præſides. Quicumque autem huic contradixerit ſanctioni, patres ſynodi illum excommunicant.

## CANON LXX.

*De funere epiſcopi, & quid agere tunc teneantur ſacerdotes.*

Quando moritur aliquis epiſcoporum, præeant funeri chorepiſcopus & archidiaconus, quemadmodum filii præeunt funeri patris ſui. Quando vero aliquis horum moritur præeat epiſcopus ejus funeri, quemadmodum præit pater funeri filii ſui. Et multæ fundantur in harum trium perſonarum obitu preces & orationes, veluti optimis doctoribus & ſpiritualibus patribus convenit. Interſit quoque eorum funeri cunctus grex, quia paſtores & patres illis omnibus erant. Item denuncietur eorum mors univerſis eccleſiis & monaſteriis illius provinciæ, ut eorum fiat commemoratio. Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

## CANON LXXI.

*De presbyteris & diaconis dimittentibus uxores ſuas.*

Quicumque presbyter, aut diaconus uxorem ſuam dimiſerit ſine fornicationis offenſa, aut aliqua alia de cauſa, de qua ſupra commemoravimus, & domo ſua ejecerit propter bona temporalia, vel ut illam altera pulchriore, aut ditiore mutet, vel ad concupiſcentiam explendam & libidinoſam voluptatem, quæ diſplicent Deo, & aliam duxerit, ea dimiſſa, has ob cauſas, aut matrimonium cum ſecunda contraxerit ante prioris dimiſſionem, vel ambas in unam compulerit domum, vel ſeorſim ſingulas in diverſis domibus ſegregaverit & ad utramque ingreſſus fuerit & cum eis congreſſus, vel alternis noctibus apud alterutram cubaverit, vel utramque uxorem in eodem habuerit lecto, vel uxorem & concubinam & ambas cognoverit; ejiciatur ejuſmodi perſona de clero, ſi clericus fuerit, ſi vero laicus prohibeatur communione fidelium. Sin autem horum aliquis uxorem criminatus fuerit & accuſaverit adulterii & falſo inſimulaverit, eodem collimans & eam dimittere volens, perdiligenter inquirendum eſt hac de re, & ſi inventus fuerit mendax iis, in quibus eam accuſaverit & prævaricator, ejiciatur de clero, ſi clericus eſt; ſin autem laicus, prohibeatur eccleſiæ ingreſſu & communione fidelium, & cogatur manere cum uxore, quam criminatus eſt, quamvis deformis ſit & pauper. Si vero reſpuat mulier illa, id eſt ejus uxor, illius ſocietatem ob illatam injuriam & criminationem, de qua innocens eſt, libere dimittatur & ſcribatur ei libellus repudii notata falſa criminatione. Tum ſi nubere hæc voluerit viro alicui fideli fas illi erit, nec prohibeatur eccleſia; & hoc quidem omnibus permiſſum eſt tam viris, quam mulieribus, cum par utriuſque ſit ratio. Si autem ad meliorem redierit frugem, qui ejuſmodi eſt, & amorem atque benevoleniam ſibi conciliaverit conſortis, & in priſtinam reverti voluerit amicitiam, condonetur ei crimen poſt actam, uti convenit, ac par eſt, pœnitentiam. Quicumque autem ſanctioni huic contradixerit, patres ſynodi illum excommunicant.

### NOTA INTERPRETIS.

*In aliquibus codicibus, & editionibus, loco hujus canonis alius habetur canon, cujus titulus eſt: De appellationibus epiſcoporum ad Romanum pontificem. Ex quo liquido patet, canonem iſtum de repudio ex eorum eſſe numero, qui ab omnibus orientalibus non recipiuntur, ut ſuo notabimus loco. Canon autem de appellationibus epiſcoporum ad Romanum pontificem eſt ejuſmodi.*

CA-

## CANON LXXI.

*De appellationibus epiſcoporum ad Romanum pontificem.*

Si quis epiſcoporum delatus fuerit aliqua in re, propterea convenientes epiſcopi illius ſedis, & exolverint illum ſuo ordine, & miniſterio interdixerint, volueritque ille appellare, & querimoniam deferre ad beatiſſimum epiſcopum eccleſiæ Romanæ, nempe Papam, placueritque ei audire querimoniam, atque juſtum ipſi viſum fuerit, iterum perſcrutari negotium ejus, & rogaverit illum delatus, ut pro ſe ſcribat ad univerſam illius provinciam, & ad epiſcopos B contiguarum provinciam, ut perdiligenter exquirant de ſuo negotio, & perveſtigantes judicium de illo ferant juxta juſtitiæ æquitatem. Si vero rogaverit ille epiſcopum Romæ, & commoverit eum, ut mittat a ſuo latere duos presbyteros eccleſiaſticarum cauſarum peritos, & exquirant, & inveſtigent auctoritate, ſeu poteſtate illius quid agendum ſit de ipſius cauſa, & ſub anathemate obſtringat legatos quos mittet, ut judicent cum epiſcopis, at principatum habeant legati. Et profecto obediendum in hoc eſt, ſtatimque acquieſcendum in cauſa illius epiſcopi, atque judicio de ipſo lato, qua conſentaneum, rectumque viſum fuerit epiſcopo Romano Papæ. Quicumque autem ſanctioni C huic contradixerit, patres ſynodi illum excommunicant.

## CANON LXXII.

*De ducente duas uxores.*

Quicumque duas ſimul duxerit uxores, communione fidelium ejiciatur tam ipſe, quam ſecunda ejus uxor. Quæcumque item mulier fidelis nupſerit viro infideli, communione fidelium privetur. Si autem reſipuerit, qui id commiſerit, a ſuo crimine, & dimiſerit mulierem, quæ ei non licet, & reliquerit mulier virum infidelem, qui ei non licet, non eſt recipiendus ille, niſi uti recipitur infidelis, qui a ſua convertitur infidelitate, & eodem prorſus modo corripiendus, & illa, ut quæ convertitur a conjunctione viri infidelis. Horum autem pœnitentia eſt veſtiri cilicio, dormire in cinere, decernere ſibi jejunium & abſtinentiam, prout conveniat; & poſtea admittantur fidelium conſortio. & communionis participes fiant. Quicumque autem ſanctioni huic contradixerit, patres ſynodi illum excommunicant.

## CANON LXXIII.

*Nemo filiam, aut ſororem invitas, aut inſcias in matrimonium tradat.*

Quicumque vir fidelis dederit nuptum filiam ſuam, aut ſororem ipſam nolentem, inſciam, aut abſentem, viro infideli, ejiciatur eccleſia, & fidelium prohibeatur communione, ipſa vero ne arceatur eccleſiæ ingreſſu. Porro ſi vir ille reſipuerit, pœnitentia ductus illam ſeparaverit ab infidelis conſortio, decernendum eſt illi tantum pœnitentiæ, quantum criminis meretur gravitas, & prout viſum fuerit ſacerdoti, & ille ferre poſſit; deinde ipſi condo-

A nandum eſt. Quicumque autem huic ſanctioni contradixerit, patres ſynodi illum excommunicant.

## CANON LXXIV.

*De viro fideli ſi obſequatur mulieri infideli, aut mulier fidelis viro infideli.*

Quicumque vir fidelis obſequitur mulieri infideli, aut mulier fidelis viro infideli, adulterium, ſive fornicationem ſimul committendo, ita ut alteruter ſit alteri cauſa infidelitatis ſubeundi crimen, & a fide recedendi, ejuſmodi agant pœnitentiam. Spatio trium annorum B maneant ad portam eccleſiæ in cilicio & cinere; poſt triennium vero intrent in eccleſiam ad orandum ſejuncti in aliquo angulo, ibique maneant per integrum annum, nec interim cum fidelibus participent pacem neque communionem. Tranſacto autem anno, benedicat ſacerdos aquam & oleum, non uti benedicitur in baptiſmo, neque ut chriſma, ſed uti benedicitur oleum infirmorum, & ut aqua quæ benedicitur ad mundandos eos, qui comederunt morticinium, ita hæc benedicere debet ſacerdos; deinde accipiens ex ejuſmodi aqua, aſpergat eos, ſuumque illi confiteantur delictum, & peccata, & a ſuis expientur immunditiis; ſacerdos vero orans & deprecans pro eis C ad propitiationem & veniam impetrandam, communionis participes illos faciat. Quicumque autem ſanctioni huic contradixerit, patres ſynodi illum excommunicant.

## CANON LXXV.

*De xenodochiis, ſeu hoſpitalibus ad ægrotos & pauperes peregrinos excipiendos.*

Separentur peregrinis, pauperibus & ægrotis domicilia in omnibus civitatibus, quæ xenodochia & hoſpitia dici ſolent. Et eligat epiſcopus virum aliquem ex monachis deſerta habitantibus qui ſit alienigna, & e longinqua patria, D atque a ſuis diſtans domeſticis, quique bonum habeat de ſe teſtimonium, ac notæ ſit etiam probitatis, & præficiat eum domicilio; illiuſque officii erit parare lectos, ſtrata, & omnia ea, quæ ægrotis & pauperibus opus ſunt. Quod ſi bona eccleſiæ non ſint, ut ſufficere poſſint ad ejuſmodi impenſas, colligat eis per diaconos ſumptus a fidelibus omni tempore, & accipiat a Chriſtianis per ſingulos ſecundum uniuſcujuſque facultates & vires, & his ſuſtententur fratres, peregrini, pauperes & ægroti, ut cuique opus eſt, ſiquidem ipſe illorum procurator & proviſor eſt, ac proinde eorum neceſſitatibus pro viribus conſulere debet: in hoc quippe magna remittuntur peccata, delicta expiantur, & E maxime ad Deum acceditur. Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

## CANON LXXVI.

*De epiſcopi conſecratione & inthronizatione.*

Cum metropolitanus epiſcopum aliquem ordinaverit, mittat ſimul cum illo chorepiſcopum, ut illum introducat in civitatem (& eccleſiam, & ſedere faciat eum prima die ingreſſus in throno. Et poſtquam tribus menſibus in civitate

tate ſua reſederit, adeat metropolitanum ad A viſitandum & ſalutandum eum; tunc præcipiat metropolitanus archipresbytero & archidiacono, ut eum examinent in ſtatutis epiſcoporum, & an ea omnia teneat: & ſi repererint eum ea omnia tenere perfecte, atque plene, tunc confirmetur, licebitque illi epiſcopales exercere functiones & ſtatuta ſecundum conſuetudinem. Similia facere debent cum ſuis metropolitis patriarchæ; Quicumque autem huic ſanctioni contradixerit, patres ſynodi illum excommunicant.

## CANON LXXVII.

*De translatione epiſcoporum, & aliorum a ſuis eccleſiis.*

Nullus epiſcopus tranſeat a civitate & provincia, ſupra quam conſtitutus eſt epiſcopus, ad aliam, ſive propter caritatem, ſive quod parva & pauci ſint ejus cives, & parva monaſteria, ac id propter, meliorem quærit. Quod quidem illicitum eſt, quia unuſquiſque ſortem ſuam a Deo ſortitus eſt. Hujus autem rei exemplum & comparationem præmiſimus conjugii, quia unuſquiſque vir ex laicis, qui uxorem ſuam repudiat ſine offenſa fornicationis, vel adulterii, mœchus & adulter habendus eſt, quando quidem hoc tantum quærit, ut uxorem altera meliore commutet, quapro- C pter id ipſis & nos interdiximus. Pari ratione epiſcopi quidam & ſacerdotes cum ſuis non ſint contenti civitatibus & altaribus, in meliores eas commutare quærunt, idcirco hoc ipſis interdiximus, ac tam peſſimam reſecavimus conſuetudinem. Quod ſi contigerit cauſa aliqua, propter quam e civitate ſua expelleretur epiſcopus, ita ut omnimode inde ſit transferendus, tunc juſtam habet excuſationem, ideoque ad aliam civitatem tranſeat, ſi tamen perſpectum fuerit, eum non eſſe in culpa, ſed innocentem, continentem, & optimis moribus & religione præditum; neque exprobandus eſt ei, aut defectui vertendus egreſſus illius e priori civitate. Et ſi civitas e qua receſſerit, fue- D rit parva, ipſe vero doctrina magnus & præclarus, proindeque dignus qui metropolitanus conſtituatur, conſtituendus eſt in ea civitate, quæ metropolitano indiget, & ad ſublimiorem priore promoveatur locum; hoc enim haud crimini vertendum illi eſt, quia non ſponte migravit e ſuo loco, ſed juſtam ob cauſam. Pari ratione mariti tranſitus ab una uxore ad aliam hanc ob cauſam, nimirum mulieris nequitiam, & viri continentiam, haud piaculo vertendus eſt ei, quia ad meliorem tranſit. Nec presbyteri ſua deſerant altaria, nec diaconi quoque, quorum miniſterio presbyteri & diaconi ordinati ſunt, atque ſegregati & ad alia tranſeant, niſi de licentia chorepiſcopi, & ju- E ſtam quidem ob cauſam, accedente illorum optima fide, devotione & religione: at ſponte ſua ob memoratam a nobis cauſam nequaquam licebit eis, & perpetuo quidem ob id facinus reprehenſibiles erunt & interdicti, ne ad aliud tranſeant, niſi occurrat cauſa aliqua juſtæ excuſationis. Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

## CANON LXXVIII.

*De electione presbyterorum & abbatum.*

Ne laici qui ſunt in pagis, ſibi eligant presbyterum, neque fratres monaſteriorum incolæ ſibi eligant abbatem ſine auctoritate chorepiſcopi. Si vero commendaverit abbas, dum vivebat, ut aliquis poſt ſe abbas conſtitueretur, & non fuerit commendatus ex genere illius, neque ex propinquis, ſed filius abbatis prædeceſſoris, & ad ¹ aliam totus contendens vitam ¹ *Forte altari Hard.* & electio hæc ad utilitatem tendat & commodum, cum ſit vir purus, ac timens Deum, & B omnes eum irreprehenſibilem habeant, præficiatur abbas, ut præcepit defunctus. Hoc autem caput ſine anathemate eſt

## CANON LXXIX

*De diaconiſſis.*

Ne relinquantur civitatum eccleſiæ ſine ſororibus continentibus, ex quibus ſint aliquæ viduæ, quæ aſſidue in eis reſideant. Habeantque iſtæ aliquem magiſtrum perſpicacem, ac probum, qui eas doceat legere ſcripturas, donec probe erudiantur in eis, præſertim in pſalmorum miniſterio. Ex his vero eligantur, quæ irreprehenſibiles extiterunt, nec male audierunt ab ipſa adoleſcentia uſque ad eam ætatem, nimirum annos ſexaginta, ut beatus Paulus apoſtolus præcepit, in diaconiſſas ad aſſiſtendum præcipue mulierum baptiſmo. Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

## CANON LXXX.

*Si congregatio elegerit virum aliquem virtutibus præditum in epiſcopum, aut ad alium gradum & non acquieverit is, communione privetur fidelium.*

Si congregatio elegerit virum aliquem virtutibus præditum & præſtantem doctrina & ſcientia fidei, ſive ex iis qui altari miniſtrant, ſive ex monachis ſacerdotibus qui monaſteria incolunt, ut ſit epiſcopus, ſive archidiaconus, ſive chorepiſcopus, ſive præfectus xenodochii & non acquieverit eorum voluntati, privetur communione fidelium; ſi vero laicus fuerit, ne privetur. Quicumque autem in aliquo horum quatuor graduum conſtituitur, non eſt eo ejiciendus, donec diem ſuum obierit, aut aliquod commiſerit crimen, propter quod meretur excommunicari, abſcindi & dejici ſuo gradu. Ex reliquis vero gradibus ſuperiorum erit, ejicere qui ejici merentur. Quicumque autem huic ſanctioni contradixerit, ſynodi patres illum excommunicant.

## CANON LXXXI.

*Alius ſit habitus monachorum & clericorum ab habitu laicorum.*

Alius ſit habitus & cultus omnium graduum & ordinum clericorum & monachorum tam virorum, quam mulierum, ab habitu & cultu laicorum. Sua tondeant capita recte orbiculariter

ter, ideſt in modum coronæ, ſuoſque cingant A honeſte lumbos, nec ſe annulis ornent aureis, vel argenteis, neque ſuſpendant ad lumbos ſuos erumenas, aut ſimile aliud, uti ſunt thecæ cultellorum, quemadmodum facere ſolent, qui egrediuntur ad bellum & certamen, veluti mercatores & iter facientes: quin imo probam quamdam præſeferant manſuetudinem & optimos mores tam erga ſe invicem, quam quoſcumque alios. Per plateas & vias ne immodeſte ambulent, aut curſent. Nec inter ſe colloquantur joculantes & corridentes & colludentes; neque aſſueſcant ſe invicem irridere, ſed ſe exhibeant potius omni modeſtia & optima converſatione exornatos, præſertim apud fidei hoſtes & in omnibus eorum eluceat virtus. B Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

## CANON LXXXII.

*Qua ratione corripiendus eſt epiſcopus ſi in adulterio, aut alio ſimili crimine deprehenſus fuerit.*

Si quis epiſcoporum deprehenſus fuerit in adulterio, aut alio ſimili crimine, deponatur ſacerdotio, nec amplius eſt reſtituendus. Quod ſi pęnitentiam egerit, non eſt conſortio fidelium, aut Sacra quoque communione prohibendus, etenim haud eadem ratione corripiendus eſt pro crimine, ac laici. Quicumque autem C ſanctioni huic contradixerit, patres ſynodi illum excommunicant.

## CANON LXXXIII.

*De adulterio, ſeu fornicatione presbyteri & diaconi.*

Si quis presbyter cæſpitaverit & in adulterium lapſus fuerit (dummodo antehac in id crimen labi conſuetus non erat, quinimo bene audiebat, neque uxorem habebat, ſed continentia erat notus & ejuſmodi peccatorum generi minime antea deditus) hæc eſt ejus pęnitentia. Jejunet & oret per annum, & eleemoſynam D elargiatur ex ſuis bonis ſecundum vires, & miniſterio prohibeatur quouſque compleatur annus ejus pęnitentiæ; quo exacto reſtituendus eſt ſuo miniſterio & ſacrificio miſſæ, ut erat prius. Si vero poſt actam pęnitentiam reverſus fuerit ad ejuſmodi crimen, ſuo ejiciatur penitus ſacerdotio, ſed prohibendus non eſt communione fidelium, neque ſacræ Synaxeos ſumptione. Si vero maritus eſt, & uxor ejus adhuc vivit & cum illo in eadem domo moratur, duplam agat pęnitentiam. Eadem lex eſt in hoc, diacono, ac presbytero, ſi rurſus lapſus fuerit, ſed ſi tertio, ſuo gradu dejiciendus eſt, ſi cęlebs; ſin maritus & uxor ejus, adhuc in vivis eſt & apud illum E commoratur, debet manere in pęnitentia tribus annis excommunicatus, quibus expletis, ad ſuum reſtituatur miniſterium: ſi vero ad eumdem reverſus fuerit vomitum, omnino deponendus eſt. In ſumma ſic de omnibus his ſtatuendum eſt: Epiſcopus primo commiſſo crimine, ſuo dejiciatur gradu, & non eſt admittenda illius pęnitentia, at non eſt prohibendus fidelium ſocietate, aut ſacra communione. Presbyteri cęlibis ſuſcipiatur etiam pęnitentia, mariti vero non item. Diaconi cęlibis admittatur bis pęnitentia, mariti vero ſemel, ſed non ſunt prohibendi ſacra communione, nec fidelium ſocietate. Porro reliqui clerici & monachi, ac laici ejuſmodi admittentes flagitium judicio ſuperioris, qui eis præeſt, ſubjaceant: qui conſentaneam imponat eis pęnitentiam, at ne nimis duriter cum eis agat ne pereant, nec leviter ferat & negligat ne perſeverent in ſuo flagitio & peccato, & duplex fiat eorum perditio. Quicumque autem huic ſanctioni contradixerit, patres ſynodi illum excommunicant.

Quicumque autem ex eccleſiaſticis petulans & devius extiterit & indigna eccleſiaſtico patraverit viro, curandus erit (dum ejuſmodi admittit ſcandala) adhortationibus & ſollicita cura, ut ad rectum reducatur tramitem, ne minime ille curans peccatum egrediatur e via ſanctorum Dei, decernaturque ei pro ſuo crimine tantum pęnitentiæ, quantum ipſe videtur ſe ferre poſſe, ne perſeveret in ſuo delicto & peccandi contrahat habitum. Quod ſi pęnitentiam neglexerit, contempſeritque ſimul adhortationes, ejiciatur communione fidelium & abſcindatur tanquam membrum peſſimum. Quicumque autem ſanctioni huic contradixerit, patres ſynodi illum excommunicant.

## CANON LXXXIV.

*De œconomo & procuratore ægrotorum & pauperum.*

Eligant cives cujuſque civitatis & regionis virum aliquem inſignem vel ex eccleſiaſticis, vel ex monachis monaſteriorum eloquentem, atque prudentem & optimis moribus, & deſignetur ipſi cella vel in hoſpitali ægrotorum ad habitandum, habeatque penes ſe eorum bona, & ipſa viſitet frequenter hoſpitalia, nec non eos, qui in carcere detinentur; & ſi qui Chriſtianus in carcere detentus dignus ſit, qui dimittatur, loquatur pro ipſo & curet ut dimittatur & liberetur e carcere. Et ſi indigeat iſte victu aliiſque neceſſariis, quæ ejus facultates ſupplere non poſſunt, petat ei præſidium ab omnibus fidelibus tam viris quam mulieribus, & a carceribus emittat illum. Et ſi cui opus fuerit fidejuſſore, vel ſpondeat ipſe pro illo, vel quærat qui pro eo ſpondeat & ſollicitus ſit, donec dimittatur liber. Et ſi quis fuerit magni alicujus criminis reus, qui dimitti dignus non ſit, neç ullus ſuppetit modus ad illum dimittendum & liberandum, curet ne illi deſit victus, & veſtitus, & impigre ferat illi ſubſidium, quouſque cauſa expediatur, & juſtum pro meritis ſubeat judicium, quia omnes homines ignorant quid ſibi, vel filiis ſuis in hoc mundo eventurum ſit, cum in maligno poſitus ſit hic mundus, & multiplices in eo ſint eventus. Et ſi quis fidelium debitum contraxerit, & ſolvere non poteſt, & is ſua dilapidaverit bona epulando, potando, ſcortando, & adulteria etiam committendo, & hanc ob cauſam in ejuſmodi infortunium inconſiderate incidit, non eſt deſerendus, ſed commendetur in eccleſia apud plebem, detque illi unuſquiſque fidelium tam ex mulieribus, quam viris ſecundum vires ſuas & colligatur hoc ut liberetur a creditoribus, & a ſua afflictione vindicetur. Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

# EORUMDEM SANCTORUM PATRUM CCCXVIII

## NICÆÆ CONGREGATORUM

## DE MONACHIS ET ANACHORETIS

### Decreta & Conſtitutiones.

*De abbate monaſterii.*

CAPUT I.

NE præficiatur monachis monaſterii, niſi qui in monaſterio fuerit educatus, ejuſque religioſa noverit inſtituta, leges, ac conſtitutiones, & cui noti ſint religionis ignari, rudes, & imbecilli conſilii & propoſiti. Vir autem iſte optimæ converſationis eſſe debet, optimæ famæ, timens Deum; rectæ fidei & religionis, & qui ſciat legere, ſcribere, atque intelligat quidquid inter religioſos viros & mulieres in diſputationem cadere poſſit; nec non qui præfecturam & dignitatem ſuſtineat auctoritate & animi conſtantia. Qui itaque ejuſmodi optimis moribus, & virtutibus fuerit ornatus, ex quo ſub magiſtri ſui conſtitutus erat diſciplina, atque aptus ſubinde, & idoneus dignoſcebatur ad eccleſiaſticas conſtitutiones & decreta edocenda, alioſque in hiſce erudiendos, & omnibus habeatur gratus, fideliſque in cunctis, quibus præficitur, talis præficiatur monaſterio.

*De abbatiſſa monaſterii.*

CAPUT II.

Ejuſmodi item legibus & ſtatutis mulierum regenda ſunt monaſteria. Quamobrem ſi præficiatur monaſterio quæ hujuſmodi ornata eſt virtutibus, id in primis curæ illi erit, ne quidquam ſui monaſterii monialibus deſit ex iis, quæ ad earum victum & ſuſtentationem neceſſaria ſunt, ne forte neceſſitate compulſæ & rerum egeſtate, illam ferre non valentes ea admittant, quæ diſplicent Deo, eaque plurimum odio habet. Præſertim ſi alienigenæ illæ ſint & extraneæ, nec habent unde ſuſtentari poſſint, neque qui opem, & præſidium ferat aliquod, atque ſic prævaricari coguntur, & ad obſcœna quæque admittenda crimina adiguntur. Etenim mulierum indoles & natura infirma & imbecilla eſt, atque ad res expetitas proclivis.

*De honore deferendo epiſcopo ab abbate & abbatiſſa.*

CAPUT III.

Abbas & abbatiſſa maximum deferant epiſcopo honorem, & ſeſe illi ſubmittant; pari modo etiam chorepiſcopo & archidiacono. Nec vendatur quidquam ex monaſterii frugibus, aut eorum quæ ad illud pertinent, nec aliquid ematur ſine epiſcopi licentia, vel chorepiſcopi, quia is quoque curæ præeſt monaſteriorum, ipſiuſque eſt eis providere, illorum conſulere neceſſitati- A bus, atque bono invigilare. Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

*De œconomo monaſterii.*

CAPUT IV.

Intelligat monaſterii abbas quiſnam fratrum boni nominis ſit, & famæ, ac plurimum Deum timens, ſibique præcavens, & providens, & deditus omnibus iis, quæ illum Deo gratum reddunt, & fratrum quoque ſuorum boni amator, & neceſſitatibus eorum ſedulo conſulens, & hunc conſtituat œconomum ad miniſterium, & officia monaſterii, præficiatque omnibus mo- B naſterii promptuariis, ut fratribus is invigilet, & proſpiciat quæ eis opus ſunt. Sit illis præterea hypodidaſcalos, & fratres ad orationes ſtatis temporibus rite perſolvendas ſollicitet, & admoneat, & enixe ſingulos ad id probe præſtandum adhortetur, ſuumque in hoc diligenter impleat officium. Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

*De eodem œconomo.*

CAPUT V.

Sit autem is monaſterii œconomus lenis ſermonis, comis, benignus, & familiariter exci- C piat hoſpites ad monaſterii adventantes januam, omnibus beneficus, & largiens, ſecundum datam ei facultatem, hilari vultu & corde ſimplici. Fratrum quoque, qui monaſterii incumbunt operibus & laboribus, provide conſulat neceſſitatibus.

*De ejuſdem officio erga monaſterii ægrotos, & fratres advenas.*

CAPUT VI.

Magnam adhibeat œconomus ægrotis curam. Ne ſit requiei deditus. Potum ne ſumat ſolus, fratribus ſuis poſthabitis. Ne quempiam mona- D ſterii deſpiciat amicorum, benefactorum, inferiorum œconomorum, aut ſacerdotum ejuſdem, ſed honoret eos iis rebus, quæ penes ipſum ſunt & comiter excipiat, ac humaniter tractet. Ne piger ſit in diſquirendo, & inviſendo ea, quæ in monaſterii ſunt condita promptuariis, maxime res illas, & eſcas, quæ corruptioni obnoxiæ ſunt, nec eas deneget advenis, ſcilicet monachis fratribus, illaſque corrumpi per injuriam, & projici potius quam dari egentibus & cupientibus, patiatur: id enim maximo crimini, delicto, & peccato vertendum illi erit, quia Dei corrumpere ſinit bona, complacens diabolo, & inſerviens avaritiæ, & inhumanitati.

De

*De monaſterii janitore.*

## CAPUT VII.

Sit janitor, qui monaſterii præficitur januæ, enis, & comis ſermonis tam cum extraneis propinquis, quam longinquis, nec non manſuetus, & humilis cum contentioſis & litigioſis ſecum contendentibus, nec contumelioſus ſit, injurioſus, pertinax, vociferator, aut ſeditioſus; quin potius omnes honoret & injuriarum patiens ſit neminem deſpiciens ſive dives ille ſit, ſive pauper. Cito vocantibus & monaſterii pulſantibus januam adſit & reſpondeat, unumquemque honoret ſecundum conditionem & dignitatem, prout virum decet religioſum. Si autem quempiam monaſterium ingredientium, aut egredientium injurias in abbatem proferentem, & proloquentem audierit, ne ſtatim hoc illi referat, ne moleſtia eum afficiat, & monachos perturbet omnes, & rem ad pejorem perducat ſtatum; ſed præſtoletur potius, & ad opportunius differat id tempus, cum nimirum viderit hoc haud tam ægre abbatem laturum. Tunc enim compoſite, & ſecreto hoc illi denunciare poterit, ut dignoſcat monaſterii abbas, quis honore ſe proſequitur & amat, & quis odio habet, injuriis proſcindit & aſpernatur. Nec permittat fratribus egredi porta monaſterii ſine abbatis licentia. Neque patiatur ullos eorum edere, & bibere in cella ſua cum ſtrepitu, & immodeſtis vocibus, ut fratres hæc percipiant. Neque permittat ut convenientes conſideant apud ſe ad januam monaſterii jocoſe, & otioſe colloquentes. Neque accipiat quidquam ab ullo eorum apud ſe deponendum, aut reponendum; & ſi quiſpiam ad monaſterium advenerit extraneus, & aliquid apud illum depoſuerit, caveat, ne ſolvat illud, aut inſpiciat, vel manibus attrectet, id enim abominatio eſt apud Deum, & ad iram & indignationem provocat illum. Et quamvis oporteat, ut cunctos ad monaſterium adventantes excipiat, & nuncios referat, nihilominus in his excipiendis & referendis cautus eſſe debet. Si vero noverit monaſterium impotens eſſe ad ſuſtinendum ſumptus & impenſas, oportet ut benigne & humanis dimittat verbis hoſpites omnes ad januam monaſterii adventantes, & honeſtam ac religioſam prætexat excuſationem, nec aucupetur hominum benevolentiam, quo abbatis minuat apud eos exiſtimationem, & malum reddat, velut Judas Iſcariotes, qui zelo quodam motus ſe extulit propter unguentum quo meretrix unxit pedes domini ſui & magiſtri, oſtentans erga pauperes caritatem, & ſe ſupra ſuum magiſtrum efferre voluit, eumque accuſabat proinde apud Judæos, ac tandem prodidit. Quinimo ſuo monaſterio inſervire debet janitor totis viribus, & eo amore, qui nulli dolo ac nulli fraudi ſit obnoxius, nec ſe exponat juſtiſſimo Dei omnipotentis ſupplicio & damnationi male adimplens concreditum ſibi officium.

*De procuratore monaſterii.*

## CAPUT VIII.

Procurator, qui monachorum conſulit rebus & neceſſitatibus, & curam ſuſtinet negotiorum, ſit continens, temperans, minime avarus, A minime avidus, non extraneus, nihil affectans, iis contentus, quæ abbatis benedictione ipſi impertiuntur, quia quod benedictione caret, maledictione eſt refertum, & anathema eſt. In negotiis gerendis prudentiam in primis adhibeat & præferat gravitatem. Suam cohibeat concupiſcentiam, & temperet motus, oculorumque viſum ne ſequatur, nec obſequatur auditui aurium & blanditiis. Prævideat offenſionis pericula, paretque ea arma, quibus illa facile a ſe propulſare queat, omneſque adhibeat in primis vires ad fornicationis, & ejuſmod criminum omnia evitanda diſcrimina, & in omnibus rebus peragendis ante oculos proponat juſtitiam, æquitatem, puritatem, innocentiam. B caveatque finale ſupplicium. Ne edat, bibat, aut dormiat ſolus in eadem cella cum mulieribus, quando veniunt ad monaſteria orationis cauſa; nec earum utatur familiaritate, nec frequentius illas alloquatur ſolus, nec confabuletur cum eis, nec aſpiciat, nec legat ipſis ſcripturas & libros, quia diaboli fraude & dolo ſub lectionis ſpecie in peſſimam incidit ſenſim concupiſcentiam, & illaqueatur. Quamobrem plurimum ab hoc caveat, ne admiſſo peccato aliquo & delicto in monaſterio videat Deus hoc, & iraſcatur, avertatque faciem ſuam ab illo loco. Nec largiatur quidquam domeſticis, propinquis, aut amicis ſuis ex iis, quæ ſunt monaſterii, ſed talem ſe præbeat, ut exemplar C habeatur omnibus, qui illum vident, nec non opera illius, & inde utilitatem capiant, laudentque Deum propter continentiam, & fidelitatem, quas in eo conſpiciunt, adimpleaturque de illo dictum illud ſcripturæ ita dicentis: Beatus ſervus ille, cujus cauſa laudatur nomen domini ſui. Hoc autem caput, & ejuſmodi alia, ſine anathemate eſt.

*De diſcipulis, & tyronibus.*

## CAPUT IX.

Diſcipulus abbatis & miniſter ei adſiſtens exemplum ſibi Eliſæi prophetæ proponat, qui, D cum eſſet filius cujuſdam hominis de magnatibus filiorum Iſrael, non eſt tamen dedignatus ſervire Eliæ prophetæ, qui erat vir ruſticanus de habitatoribus Galaad; nec dixit apud ſe: quo modo deſerviam viro huic ruſticano, cum ſim de magnatum filiis? neque venire abhorruit in medium regionis Iſrael, ubi notiſſimus erat ad virum pauperem & advenam ad inſerviendum ei. Quin potius reputabat apud ſe, Eliæ, qui patriam reliquerat & domeſticos, ac juſſu Dei pene privatus eſt parens ei, neminem ex regione illa ad quam ſe tranſtulerat, dignum fuiſſe, qui miniſter eſſet, aut diſcipulus. Ejuſmodi ſane cogitationem apud ſe verſare debent diſcipuli, ſcilicet diſcipulus abbatis monaſterii, diſcipulus epiE ſcopi, diſcipulus patriarchæ, diſcipulus metropolitani, monachorum, doctorum, & aliorum. Et quidem ſi magiſtris ſuis generis nobilitate antecellant, par eſt, ut apud ſe dicant: Si parentibus noſtris carnalibus parem ſervitutem, & remunerationem expendere pro meritis erga nos nequimus, quomodo ſpiritualibus parentibus id præſtare poterimus? Oportet quoque ut is ſit monaſterii abbas erga diſcipulum, & miniſtrum ſuum, qualis fuit Job juſtus, qui ſingulis diebus ſummo mane pro filiis, uxore, & famulis ſacrificium offerebat; ita, inquam, oportet, ut ſu-

periores preces offerant pro diſcipulis ſuis, & miſericordem ſuppliciter orent pro eorum ſalute. Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

*De cultu & diſciplina.*

## CAPUT X.

Sint fratres congregationis monaſterii dediti aſſidue & continenter orationi, jejunio & ſacrarum ſcripturarum lectioni, ad quæ urgeat inſtanter monaſterii abbas. Miniſterium autem & officia per hebdomadas viciſſim inter ſe partiantur tam in eccleſia, quam extra in monaſterio. Fratres advenas ad monaſterium dventantes ſecum ad menſam ſedere faciant, & una cum illis cibum ſumant, & ſolentur eos, atque reficiant; laicos non item, ſed ſeorſim reficiantur, ſedeantque cum abbate ad menſam ejus Si autem frater aliquis ex monachis cibum ſumere abſtinuerit in menſa, ejuſmodi a ſe removeat morem & conſuetudinem, quemadmodum modo præcipimus & mandamus in ipſarum animarum commodum & bonum, ac ſtricte id prohibemus. Si autem pertinax permanſerit, denuncietur hoc chorepiſcopo, ut illum corripiat. Si vero conqueratur ille contra abbatem aut aliquem monachorum cauſa cibi, huic incommodo conſulat chorepiſcopus ut ipſi videbitur, & ad meliorem frugem illum reducat, curetque ne ad ſimilia revertatur. Verum ſi compertum fuerit, eum id facere ob nimiam cupiditatem & aviditatem edendi & bibendi, pœna mulctetur pro tali crimine prout meretur. Si inter duos fratres altercatio aliqua orta fuerit, & eorum unus manum extenderit & percuſſerit ſocium, & percuſſus manſuete & patienter id pertulerit & percutienti ignoverit injuriam, ignoſcenti dignoſcatur juſtificatio & juſtitia, & ab omni culpa eximatur, & percutiens jejunet quadraginta dies excommunicatus & benedictione prohibitus. Si vero manum extenderit percuſſus ad rependendam fratri percutienti injuriam, jejunet & ipſe pariter quadraginta dies excommunicatus. Si quis frater manum extenderit in abbatem monaſterii & percuſſerit illum, quadragies percutiatur virga & in exilium projiciatur ad aliquod monaſterium, ut abbati videbitur, ubi jejunabit, pœnitentiam aget, ſuumque per integrum annum expiabit crimen, & fidelium prohibebitur communione. Completo autem anno ad ſuum revertatur monaſterium. Si autem is fuerit ex antiquioribus monaſterii, ut novitius & nuper receptus ad religionem tractandus erit & eo modo cum illo agendum. Quicumque frater dolum & fraudem clanculo ſtruit in fratrem ſuum & ſuſurratione monachos perturbat, e monaſterio ejiciatur, nec ibi morari ſinatur, ſi in hoc perſeveraverit. Quicumque frater ebrius compertus fuerit, ter ei ignoſcatur, ſi vero poſthac non reſipuerit, pœna mulctetur pro crimine. Quicumque frater pertinax, inobediens & obſtinatus extiterit, e monaſterio ejiciatur, nec ibi morari ſinatur. Quicumque frater in adulterium incidit, aut fornicationem, ſemel ei ignoſcatur, jejunetque quadraginta dies excommunicatus & degradatus, per annum vero integrum pœnitentiam agat. Quicumque frater moleſtiam infert monachis ſeditionem inter illos diſſeminans, e monaſterio ejiciatur. Quicumque frater nimium dormitat inter orandum, ſeorſim cibum ſumat & minus quam reliqui ſodales. Quicumque frater ſuæ viciſſitudinis miniſterium ita oſcitanter proſequitur, ut inde ad fratrum vitæ commoditatem notabile conſequatur damnum, monaſterio ejiciatur, nec ibi morari ſinatur. Porro norma & modus ſervandus in victu & potu, ejuſmodi erit. Si fuerint inter monachos agricolæ, & qui campis colendis navant operam, bis in die iſti veſcantur; ſemel ſexta elapſa hora diei, ſecunda ad occaſum ſolis. Qui vero agricolæ non ſunt, unica vice ſint contenti, ſive hora nona diei, ſive ad occaſum ſolis. Omnes dormiant in eadem domo ſuper terra: Abbas tamen Monaſterii & ægroti fratres ſi ſuper lectulos cubare volent, id ipſis fas erit; verum ſua ne exuant veſtimenta, nec ſuas ſolvant zonas, nec bini dormiant ſuper eodem pulvinari, & ſint ad occaſionem & vigiliam parati, velut vigilat miles paratus ad pugnam.

*De oratione.*

## CAPUT XI.

Septies in die orent fratres 1. ad Matutinum. 2. hora Tertia diei. 3. hora Sexta. 4. hora Nona. 5. ad Veſperas. 6. ad Completorium. 7. ad Nocturnum, ut impleant dictum beati Davidis in pſalmis dicentis: *Septies in die laudo te ſuper judicia tua o juſte.* Si autem multiplicetur opus & labor, imbecillioribus & infirmis requiei concedatur ſpatium, deturque eis quoque intervallum aliquod, quo orationis impleant præceptum; ſani vero, & qui fitmo corpore ſunt, operentur per viciſſitudines. Veſtimenta autem dentur eis menſe Novembri, qui ſolennitatem ſequitur Crucis, & cum adeſt hyems, ſua ſcribant nomina ſuper veſtimenta æſtiva & in monaſterii reponant veſtiario, ut ea agnoſcant exacta hyeme, idemque præſtent de hyemalibus veſtibus, cum adeſt æſtas. Tempore æſtatis ſummo ſurgant mane ad opus, incaleſcente vero die, ſedeant & conquieſcant uſque ad orationem meridiei, qua petacta cibum ſumant, & quietem capiant, donec frigeſcat dies, tum reſumant opus, & laborem uſque ad veſperas & perſoluta veſperarum oratione detur illis cœna, ita ut in tres partiatur dies partes, quarum una orationi & lectioni dicetur, altera cibo, tertia operi, quod vero reliquum eſt, requiei.

*De potu.*

## CAPUT XII.

Ex vino potent fratres quantum apponi opus eſt ad utilitatem, ſanitatem & uſum ſtomachi, quemadmodum dixit apoſtolus. Detur autem unicuique monacho libra vini diebus majorum ſolennitatum, nec non diebus feſtis martyrum. Ceterum prout fraterna dictat caritas, ut reſocillentur fratres.

*De iis, qui religionem monaſticam ingredi volunt.*

## CAPUT XIII.

Si quis monaſterium ingredi vult ad monaſticum ſuſcipiendum habitum, ibique habitandum, diligentiſſime perquirat abbas monaſterii, & interroget eum, cujus eſt, quam profitetur artem,

& qua

& qua de cauſa monaſticam ſequi vult vitam, A & utrum uxorem habeat & filios, quos deſerere forſan quærit ob temporis gravitatem, & incommoda. Et ſi compertum fuerit hunc ejuſmodi implicitum eſſe impedimentis, ne ſuſcipiat illum. Item ſi fidelium alicujus fuerit mancipium, ne ſuſcipiat illum, niſi habita prius a domino facultate. Si vero liber fuerit ex filiis fidelium, ſed filius familias, ac minime emancipatus, nec conſenſum præbent illi parentes, ne ſuſcipiat illum. Si vero emancipatus fuerit & ab illis ſeparatus ab heri & nudius tertius & ſui juris eſt, ſuſcipiatur. Si uxorem habeat, & non præbeat ei conſenſum ad monaſticam amplectendam vitam, item ne ſuſcipiatur. Si vero uxor moleſta illi fuerit, ac nimis moroſa, B quæritque propterea ad religionem aufugere, ſuſcipiatur. Si autem homicidium admiſerit nullo intercedente odio, aut inimicitia, ſed fortuito id accidit & inconſiderate, volueritque religionem ingredi ad pœnitentiam agendam, ſuſcipiatur etiam. Si autem venient, poſtquam monaſticum habitum induit, interfecti conſanguinei, ſanguinem ejus ab eo repetentes, omni conatu curet abbas monaſterii, ad illum liberandum, quia non conſulto occidit. Et quamvis etiam conſulto, quia aufugit ad Deum cum pœnitentia, bona intentione & fletu, & ad religionis confugit aſylum, ideoque de illius abſolutione, & liberatione ſollicitus ſit abbas.

*De legibus & ſtatutis monaſtici inſtituti, ac de non ducendis uxoribus.*

## CAPUT XIV.

Monachi & qui monaſteria incolunt, uxores ne ducant, neque etiam ii, qui monaſticum in ſæculo præſeferunt habitum & formam, neque concubinas habeant, nec earum utantur familiaritate, quemadmodum faciunt Diaconi, quibus uxores ducere licitum eſt; neque ut laici quibus conjugia inire non ſolum fas eſt, ſed laudabile etiam. Neque carnes edant tam in monaſteriis, quam alibi coram laicis, ne ſcandali præbeant occaſionem hominibus. Alba veſtimenta ne induant, nec ſubalba pallia, & alia ejuſmodi. Ne ſe ornent, aut unguentis utantur, vel adornamentis. Nec ocreas geſtent oblonga habentes crura, neque ex mollioribus confectas pellibus, ſed breves, rudes, atque craſſiores. Sua tondentes capita, ne capillatas ſibi faciant coronas, quemadmodum facere ſolent ſacerdotes. Zonis coriaceis rudioribus ſuos accingant lumbos. Habitus ex aſperiori fiat lana, non autem ex molliori, qui præſeferat continentiam, & mundi contemptum. Uniuſmodi ſint omnes tam habitu & forma, quam moribus, & mundanorum, ac ſæcularium vitent habitus, modos & mores, quemadmodum priſci præſtabant quoque patres virtutibus & probitate præclari, quorum veſtigiis inſiſtendum nobis eſt, cum fuerint vere monachi & monaſtici inſtituti parentes, & ſe ipſos tanquam mundo mortuos reputabant. Si quis frater monaſterio ſuo egreſſus fuerit, & monaſticam contempſerit profeſſionem, & a recto deflexerit tramite, & profectus fuerit ad pagum aliquem, civitatem, aut alium locum ad habitandum ibi; is velut laicorum unus illius loci habendus eſt, nec ipſi fas erit poſt egreſſum e ſuo monaſterio & profectionem ad mundanos, alium geſtare habitum, quam laicorum; nam fieri forte poteſt, quod nequeat parem ſervare habitui & inſtituto honorem & decus; B ac propterea cauſa illius homines ejuſdem habitus & inſtituti reprehenſibiles reddantur & contemptibiles, & malum creetur monachis nomen.

*De monachorum delictis & pœna.*

## CAPUT XV.

Si quis ex cœtu ſanctorum & ſpectatorum monachorum, qui lucidum & angelicum induerunt habitum, & a conſanguineis, notis & proximis longius diſceſſerunt, ut ſtultus, ac male ſanus deliquerit, & id admiſerit peccati, unde C pœnam meritus ſit & correptionem, quemadmodum decrevimus, & ad ſæculares fideles confugerit, ut a ſe magiſtrorum & ſuperiorum coercerent correptionem & pœnam pro admiſſo crimine; tunc permittant archidiaconus & chorepiſcopus illis fidelibus diſquirere, atque patefacere illius fratris delictum, forte enim id ignorabant, putabantque propterea bonum ſe præſtare illi præſidium. Si autem opem illi ferre deſinunt, & manus auxiliatrices poſt cognitum delictum, bene quidem faciunt, & laude, atque commendatione digni ſunt, quia in bonum contendebant opus; ſin minus, voluerintque illum defendere, ac pro eo propugnare, denuncient eos ſuperiores & magiſtri ſacra comD munione interdictos, prohibitos fidelium ſocietate, & ejuſdem quoque criminis participes. Si autem adhuc non reſipuerint, nec iniquam opem ferre deſtiterint, ſuper eccleſiarum ſuggeſta tam ipſi, quam delinquens & contumax, publice denuncientur, & excommunicati declarentur, ut omnes illos cognoſcant, & eorum evitent communionem. Quicunque autem huic ſanctioni contradixerit, patres ſynodi illud excommunicant.

*Finis judiciorum monachorum & monaſteriorum.*

# EORUMDEM SANCTORUM PATRUM CCCXVIII.

## ALIÆ VARIÆ ECCLESIASTICÆ CONSTITUTIONES.

*De templorum conſecratione, & ad quem jure hæc pertinet.*

### CAPUT I.

QUotieſcunque templa & ſanctorum martyrum conſtruuntur ædes in civitatibus, monaſteriis & ſuburbanis locis, eorum conſecrationem obire debeat epiſcopus; ſi vero longe diſtent, nec eo proficiſci poſſit negotio aliquo diſtentus & occupatus, mandet chorepiſcopo, ut eorum obeat conſecrationem, quandoquidem hoc jus ad ſolos epiſcopum & chorepiſcopum & ſuperiores gradu ſpectat, non autem ad inferiores, nec facultatem ad id præſtandum concedant iſti aliis, hoc enim ludicrum eſſet & audaciæ plenum. Hoc autem caput & alia ejuſmodi ſine anathemate eſt.

C *De lege, ſeu conſtitutione circa ſanctorum martyrum oſſa ſervanda.*

### CAPUT II.

Sanctorum martyrum & omnium, qui bonum certamen pro Chriſto, ejuſque orthodoxa fide certarunt, oſſa deponantur in eccleſiis & monaſteriis, ut emanent ex iis ſanitates, & utilitates ægrotis, infirmis, paralyticis & indigentibus aliis, & ne ponantur in domibus laicorum. Eorum fiat quotannis commemoratio ab C univerſa Chriſtiana plebe; nec reputentur etiam ut reliqui mortui, ſed maximus deferatur illis honor, quoniam amici Dei & eccleſiæ diadema & corona, ſuo quippe pretioſo ſanguine cornu Chriſtianæ religionis extulerunt præ cunctis gentibus & populis. Et in hoc profecto diſtinguuntur orthodoxi tam a gentibus ethnicis, quam ab hæreticis, & heterodoxis, qui deſciſcentes ab eccleſia, horum ſanctorum martyrum, quos portentis & miraculis illuſtres reddidit Deus, & in æterna collocavit requie, oſſa deteſtantur, abominantur, execrantur, & immunda atque polluta vocant. Verum hos pro tanto ſcelere arguit Deus, emanare faciens ex eis miracula & omnium morborum ſanitates, D atque dæmones ab eorum fugans conſpectu. Et quidem hanc ſanxit ſancta hæc ſynodus conſtitutionem, juxta quod beati apoſtoli ſpiritu ſancto afflati conſtituerunt, uti continuata uſque ad nos habet traditio. Quicumque autem ſanctioni huic contradixerit, ſancta ſynodus illum excommunicat.

*Nemo abbatum monaſteriorum, vel presbyterorum pagorum, altare ab uno in alium locum transferre audeat.*

### CAPUT III.

Ne abbates monaſteriorum, aut pagorum presbyteri altare alicujus eccleſiæ, vel monaſterii de A de uno in alium locum transferre audeant, ſine chorepiſcopi licentia, niſi tamen aliquis inevitabilis contigerit caſus. Tunc enim ſuo loco movere illud poterunt & alio transferre; verum ſacro-ſanctum ſacrificium ſuper illud offerre poſt translationem e ſuo loco minime illis licebit, abſque chorepiſcopi licentia. Quicumque autem ſanctioni huic contradixerit, ſancta hæc ſynodus illum excommunicat.

*De ordinibus & gradibus ſacerdotum & monachorum.*

### CAPUT IV.

B Cognoſcat, oportet, chorepiſcopus ordines & gradus ſacerdotum in tota ſua ditione, ſimiliter & monachorum, cœnobitarum, eorumque ſtatuta, nec non ſanctorum anachoretarum, qui in ſpeluncis ſunt incluſi & eremum incolunt, atque a ſuis receſſerunt conſanguineis & notis, & bis quotannis adſit cum ipſis ſancto miſſæ ſacrificio & ſacræ ſynaxi; & unumquemque ordinem confirmet & ſtabiliat in conſtitutis ei legibus & ſtatutis, ut firmiter & probe illa obſervent, ne ſint velut oves palantes abſque paſtore, & a recto aberrent tramite. Itaque ſingulorum dignoſcere debeat diſtinctius gradus, & preficiat illis magiſtros, qui eis invigilent & juxta eccleſiæ ſtatuta dirigant. Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

*De clericorum gradibus & ordinibus.*

### CAPUT V.

Ne pagorum presbyteros poſthabeat chorepiſcopus & negligat, ſed frequentius viſitet & ſollicite diſquirat de eorum rebus, ut bene dignoſcere poſſit quænam ſit eorum de altaribus cura; quomodo miſſarum defungantur officiis, benedictione olei & aquæ ad baptizandum; quomodo homines baptizent & ſacro obſignent unguento, quod eſt perfectio omnis rei imperfectæ, & videat quo baptizent ritu, & utrum id præſtent, quemadmodum decrevimus nos, & patres ante nos conſtituerunt. Omnem præterea adhibeat diligentiam, intendatque conatus, & ſingulas examinet ſacro-ſanctæ miſſæ adminiſtrationis partes, idemque præſtet circa externum miniſterium, & videat quomodo ſuum adimpleant fratres & ſorores officium in eccleſia, & utrum per ignorantiam & errorem inter miniſterium obeundum aliquid ex hæreticorum ritibus intruſum fuerit, & utrum adminiſtrationem proſequantur ſegniter & confuſe, an vero curſim & præcipitanter; Et ut verſiculos & reſponſoria bene memoriæ mandent & claudant laudatione, id eſt alleluia. Et ne edentes & bibentes eccleſiam ingrediantur & aliquid ſa- E crarum precationum prætermittant. Quamobrem ſtricte præcipiat eis, ne id admittant. Tandem diſpi-

diſpiciat utrum hæc fiant magiſtrorum & ſuperiorum culpa, & id propter tota puniatur plebs. (A) Quicumque autem huic ſanctioni contradixerit, patres ſynodi illum excommunicant.

*De œconomis frugum eccleſiarum & monaſteriorum.*

## CAPUT VI.

Ne concredant, aut præficiant quempiam ſacerdotes pagorum & monaſteriorum monachi frugibus eccleſiarum & monaſteriorum, ſed videat epiſcopi vicarius in pagis, quorum tota ipſi incumbit cura, nimirum chorepiſcopus: & dignoſcat quaſnam habent ſingulæ eccleſiæ & (B) monaſteria fruges, & illis quos ex eis presbyteris, & monachis probos & integerrimæ vitæ comperiet, præficiat. Qui autem œconomi & procuratores ea bona ſacerdotibus, diaconis & fratribus diſtribuant, uti convenit, ac par eſt ſingulis diſtribuere; idemque præſtent erga advenas; quod vero reſiduum eſt, impendatur in neceſſitatibus & commodis eccleſiarum, ne earum direptis facultatibus & in alienos converſis uſus in ruinam & deſtructionem res abeat. Si autem fuerint in pagis viduæ, aut aliqui membris mutili, qui arte & labore victum ſibi comparare nequeunt, præcipiat vicarius epiſcopi, ejuſque in pagis procurator, nempe chorepiſcopus, ut aliquid ex eccleſiæ frugibus tribuatur eis; (C) & colligatur etiam ipſis a populo ſecundum ſingulorum vires & ſuppeditetur eis ad vitæ ſuſtentationem, quoniam fratres ſunt eorum & coadjutores, nempe ſacerdotes, per quos fidelibus dixit Deus: Afferent munera ad templa mea, ut in ſervorum meorum ſacerdotum & pauperum cedant victum, quia hi homines ſancti mei ſunt. Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

*De magis & incantatoribus.*

## CAPUT VII.

Ne ſint inter omnes Chriſti fideles incantatores, (D) neque faſcinum, neque divinatio, neque ligatio, neque ſolutio, neque aſtrologia, neque præſtigiæ, neque auſpicium, verum ad eccleſias properent, & monaſteria ejuſmodi indigentes ut inſani & energumeni, necnon ad ædes, ubi ſanctorum martyrum oſſa ſunt repoſita, eorumque viſitent veſtigia & reliquias, & benedictionis ungantur oleo, orabuntque pro eis ſacerdotes Dei, & ſanitatem conſequentur. Ne conveniant itaque ejuſmodi maleficorum turbam, neque ſeſe immiſceant infidelium abominationibus, ne aberrent a ſemita Dei. Quicumque autem huic ſanctioni contradixerit, ſancta hæc ſynodus illum excommunicat.

*De ſacroſancta miſſæ ſacrificio.*

## CAPUT VIII.

Ne celebrent monachi ſacroſanctum miſſæ ſacrificium in ſacellis, quæ ſunt in domibus laicorum, neque in ædibus martyrum, quæ ſunt prope civitates palam, & publice omni tempore, ſed celebrent pro ſe ſi hoc illis libeat, & ſacram præbeant communionem fidelibus, & baptizent, qui ab eis baptizari volet. Publice autem ſacrificium offerant in ejuſmodi locis diebus feſtis, & quadrageſimæ, nempe jejunio majori, & jejuniis minoribus, ac ſupererogatoriis tantum. Quia ubi eſt altare, ibi oportet celebrare feſtos dies, convenire diaconos, & rite offerre ſacrificium, & adimplere ut par eſt, ceremonias, quas prætermittere magnum piaculum eſſet. Si quis autem rogaverit eos, ut commemorationem facerent martyris alicujus, vel ut celebrarent miſſam pro aliquo principe, & ædium domino, & incenſum offerrent in propriis eorumdem ædibus, & memoriam agerent; tunc facultatem ab archidiacono petant, qua data ſacrum faciant.

*De privilegiis urbium matricum*

## CAPUT IX.

In omnibus vero magnæ Romæ, magnæ Alexandriæ, Conſtantinopolis urbis regiæ, Epheſi civitatis, throni Antiochiæ Theopolis, Hieruſalem ſanctæ civitatis, martyrum templis, ædibus, monaſteriis, tam mulierum, quam virorum, & xenodochiis ſanctum miſſæ celebretur officium, & publice quotidie offerantur ad libitum ſacrificia ad honorem, & gloriam dignitatum, & ordinum, qui in eis ſunt, & honorentur etiam illarum monaſteria & ædes. Hoc idem quoque præſtandum eſt in civitate Corinthi, neque hoc facere prohibeatur ejus epiſcopus propter hæreticorum, qui ibi ſunt, multitudinem. Idem etiam fiat Tiberiade, & ne interdicatur id eis propter Judæorum eam incolentium frequentiam. Idem fiat Æliopoli propter Ethnicos ibi, & loca circa eam incolentes. Idem fiat quoque Cæſareæ, Baſano & Samariæ propter Samaritas ibi habitantes. Idem Seleuciæ & in urbibus orientis, quæ circa eam ſunt, propter magos & reliquos reges infideles. Idem fiat ubicumque reperiuntur hæretici, adverſarii contradicentes, Ethnici & Judæi. Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

*De chorepiſcopis.*

## CAPUT X.

Si fuerit in monaſteriis, quæ prope urbes ſunt, Abbas aliquis, qui dignus ſit aſſumi in vicarium epiſcopi ſuper pagos, nempe conſtitui chorepiſcopus, conſtituatur; verum ne prohibeatur monaſterium ejus miſſæ celebratione, ſed potius honoretur monaſterium illius propter eum, quia ſi non major quam reliquorum monaſteriorum ejus haberetur ratio, monaſterium ejus parvipendi potius videbitur. Nam ſi epiſcopi vicarius ſuper pagos, qui tertius eſt in throno & ordine, in eodem habeatur ordine, ac reliqui eccleſiaſtici & monachi, nec ejus (E) cognoſcatur dignitas, id tenderet in contemptum eccleſiæ. Quicumque autem huic contradixerit ſanctioni, hæc ſancta ſynodus illum excommunicat.

*De epiſcoporum collationibus, ſeu ſynodis & conciliis.*

## CAPUT XI.

Quoties convenient epiſcopi alicujus provinciæ ad ſuum patriarcham, vel metropolitanum de

de aliqua re in illa ſynodo acturi & ut oportet, ſcrutaturi & judicium laturi, nequaquam aliquid decidant, aut decernant epiſcopi iſti, ſine chorepiſcopis & archidiaconis, qui ſunt iis regionibus nempe pagis & civitatibus. Nec eorum adſit ſecretis ullus presbyter, aut diaconus, niſi homine illo opus ſit propter multam ejus ſcientiam, doctrinam & religionem. Neque ullus ſtet in medio eorum clericus, neque prope illos, ne audiat quæ colloquuntur, & confabulantur. Cum autem convenit ejuſmodi epiſcoporum ſynodus apud patriarcham, vel metropolitanum, præparetur illis ad conſidendum locus in cujus fronte ponatur thronus, ſuper quem collocetur evangelium, & ſedeat patriarcha ille, vel metropolitanus coram throno, ſuper quo eſt evangelium, & ad dexteram illius conſideat archidiaconus, & ad ſiniſtram e regione ipſius chorepiſcopus, & ſic conſeſſio diſponatur. Porro ſi ſynodus magna fuerit, in qua diſpiciendum ſit de metropolitanorum & epiſcoporum cauſis, nemini fas erit cum eis conſidere, neque presbytero, neque diacono, neque archidiacono, neque chorepiſcopo: ſed conſeſſionis præparato loco, & ſedentibus ſingulis ſecundum ſuos ordines, ſtet epiſcoporum unus, & alta proclamet voce. Quicumque epiſcopus non eſt, non liceat ei per verbum Dei potentiſſimum, & vivum in hoc magno commorari concilio, nec etiam cuiquam liceat per idem potentiſſimum Dei verbum ex portis, aut feneſtris auſcultare quæ in eo dicuntur. His autem ab eo proclamatis claudantur portæ, ſtatimque ſurgant omnes & orent, atque obſignent ſinguli orationem precatione ad dominum & omnes ſanctos fuſa. Deinde revertantur ad ſedes ſuas, & ſecreto agant, & confabulentur de cauſa, propter quam congregati ſunt, & conveniant ſecundum divina jura, & diſquirant de cauſa illius hominis ſive metropolitanus ſit, ſive epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus etiam poſita præ oculis caritate, nec celent quidquam illius. Et ſi occurrerit aliquid propter quod aliquis eorum mereatur ſuo dejici gradu & ordine, prout fert judicium ſecundum eccleſiæ canones, & id fecerint, & præſtiterint qua Deum decet clementia, & miſericordia, & ita condemnaverint, qui condemnari promeritus eſt, id in publicum divulgent, & omnibus quoque illud ſignificent. Quicumque autem huic ſanctioni contradixerit, ſancta hæc ſynodus illum excommunicat.

*De licentia petenda a prælatis.*

## CAPUT XII.

Nemo epiſcoporum, qui ſub metropolitanorum ſunt poteſtate, de ulla re licentiam petat a patriarcha, abſque conſenſu, & conſcientia metropolitani.

*De ingreſſu ad regem, ſeu de non eundo ad comitatum.*

## CAPUT XIII.

Ne audeat quiſquam metropolitanorum, aut epiſcoporum ingredi ad regem abſque patriarchæ licentia & permiſſione. Quicumque autem huic ſanctioni contradixerit, ſancta hæc ſynodus illum excommunicat.

*De abſentia epiſcoporum a ſuis ſedibus.*

## CAPUT XIV.

Si quid coegerit epiſcopos a ſuis abeſſe ſedibus, hoc licebit eis ſex menſium ſpatio, ut plurimum. Si autem plus temporis produxerint ſine ulla neceſſitate, aut impedimento, propter hoſtium incurſiones, vel ejuſmodi aliam cauſam abſque patriarchæ licentia, & ſolemnitatem diei reſurrectionis domini noſtri Jeſu Chriſti celebraverint alibi, quam in ſedibus ſuis, exilio mulctentur, & ejiciantur ſacerdotio. Quicumque autem huic ſanctioni contradixerit, ſancta hæc ſynodus illum excommunicat.

*De excommunicationibus earumque ratione & conditionibus.*

## CAPUT XV.

Excommunicatio eſt aliquid neceſſarium, quamobrem qui eam parvipendit, a fide deſciſcit. Patriarcha auctoritatem, & jus habet in tota ſua diœceſi judicandi metropolitanos, presbyteros, diaconos, monachos, & laicos, ejuſque excommunicatio valida habenda eſt, & legitima in omnibus provinciis ſubjectis. Non habet porro patriarcha poteſtatem judicandi, aut excommunicandi alium patriarcham ſibi ſimilem: aut in alterius patriarchæ diœceſi ullam exercendi juriſdictionem, neque in alienæ ſedis ſe intrudat negotia, niſi quando orietur ſchiſma aliquod, & diſſidium inter clericos & prælatum, & id propter deferent ad eum ex conſenſu tam cleri, quam prælati querelam. Tunc enim inſinuare ſe poterit & judicium ferre, & ſuam dicere ſententiam ſecundum veritatis præſcriptum, non autem ſecundum amorem, aut odium, & conciliare diſſidentes, cum omnes communi conſenſu id arbitrio illius detulerint. Non eſt epiſcopi in patriarcham inſurgere, neque obſiſtere illi, neque contradicere, neque excommunicare; & ſi quis epiſcoporum hæc auſus fuerit ſine legitima cauſa, patriarchæ erit illum abſcindere; niſi tamen omnes epiſcopi concitati fuerint adverſus patriarcham propter aliquid, quod fidei, & veritati repugnet & adverſetur. Tunc enim congregari oportet omnes epiſcopos illius ſedis, & abbates monaſteriorum & diſquirere de facto, de quo patriarcha accuſatus fuit, & diſpicere ex eccleſiæ Dei ſcripturis quid veritati magis conſonum ſit. Si autem compererint veram eſſe querimoniam & non fictam, admittenda quidem eſt, & judicium proſequendum eſt inter partes ſecundum eccleſiæ Dei ſcripturas & ſtatuta; eligantque communi conſenſu presbyterorum doctiores, & magis probatæ vitæ, quorum judicio, & ſententiæ ſtandum erit ipſi patriarchæ & acquieſcendum. Etenim cum patriarcha, & epiſcopi, ſint partes ex contrario contendentes; neceſſe erit, ut ſacerdotum ſeniores de controverſia, quæ inter eos vertitur, cognoſcant & interponant judicium ſine acceptione facierum, aut ſimulatione, & ratum firmumque habeatur illud judicium uti par eſt; nec in patriarcham inſurgant ſine legitima, & urgentiſſima cauſa. Quicumque autem ex omnibus presbyteris, diaconis, aut quibuſcumque aliis huic noſtro contradixerit ſtatuto, ſuo ejiciatur gradu, & communione fi-

delium

delium privetur. Nemini quoque ex plebe fas A eſt in epiſcopum inſurgere, aut ei contradicere de iis, quæ neſciunt; munus quippe ſeniorum ſacerdotum eſt ad metropolitanum, vel patriarcham deferre querimoniam adverſus epiſcopum, ſi aliqua in re deliquerit, non autem laicorum in eum inſurgere, aut adverſus eum extollere voces. Qui ergo in prælatum inſurgit ex grege, aut ſine veritate contradicit, communione fidelium privetur. Eadem ratio eſt de univerſo clero. Neque epiſcopo fas eſt, chorepiſcopum excommunicare, neque quidquam in ejus exercere diœceſi, niſi licentia ab eo habita. Si quam querimoniam epiſcopus aliquis habeat adverſus coepiſcopum vel abbatem monaſterii, qui ejus juriſdictionis non eſt, nemo ju- B dicet inter eos præter patriarcham, niſi utriuſque communi conſenſu res ad ſeniores ſacerdotum, qui eam componant, delata fuerit. Neque presbytero fas eſt excommunicare epiſcopum, quamvis injuriam paſſus fuerit, niſi diploma habeat patriarchæ ad illum ejus nomine & auctoritate excommunicatum denunciandum. Nec presbytero fas eſt, aut diacono, vel cuiquam ſacerdotum contra patriarcham ſtare, neque contra epiſcopum, eique contradicere & adverſari; quicumque autem presbyter id fecerit, abſciſſionis, & excommunicationis reus denunciabitur, niſi veniam det ei epiſcopus, & ignoſcat, & virtutis in eum inductus ſtudio, illum abſolvat; maxime ſi presbyter ille ante C hac probus extiterit, & diu ſerviverit altari antequam epiſcopus ad illum epiſcopatum fuiſſet aſſumptus, & Deo pro reatu votum fecerit, jejunium, orationem, & abſtinentiam a pinguibus & oleo, antequam reciperetur ab epiſcopo; eo quod contempſit Dei ſacerdotium & Chriſti habitum ab omnibus hominibus venerandum & colendum. Pari quoque ratione diacono haudquaquam fas eſt presbyterum excommunicare, anathematizare, dejicere, præcipere, aut prohibere. Si quis itaque diaconus hæc contemnens presbyterum denunciaverit excommunicatum, & de hoc etiam gloriatus fuerit, merito profecto excommunicationis ſe ipſum reum declaravit, niſi æquo animo hæc ferens presby- D ter voverit Deo pro diacono illo jejunium, orationem & eleemoſynam, illique ignoverit injuriam in ſe illatam, venia tamen prius ab epiſcopo pro tanto reatu habita. Nec laico pariter excommunicationem pronunciare licet in diaconum, aut presbyterum, vel in laicum alium, & qui hoc auſus fuerit, & ſic prævaricatus, ſciat, ſe in excommunicationem incidiſſe, & fidelium privatum communione. Excommunicatio autem perpetuo perſeverare, & renovari intelligitur, donec vel diem ſuum obierit excommunicatus, vel ſuum confeſſus fuerit malum facinus, & nequam opinionem coram concilio eccleſiæ depoſuerit; tunc enim E oret pro eo epiſcopus ejus vel presbyter, & abſolvat ſolitis ad hoc adhibitis precibus & abſolutionibus. Item ſi quis laicus auſus fuerit excommunicare, & anathema jactare in epiſcopum ſuum, vel presbyterum, rejiciatur & communione privetur fidelium, nec ulla detur tanto facinori venia, niſi condigna acta prius pœnitentia, aut vitam amplectatur reus monaſticam, & ſic ſuum placaverit epiſcopum, poſtquam eleemoſynam elargitus fuerit & diu jejunaverit. Presbyteris autem publicis orationibus præfectis, & jugi ſacrificio incumbentibus ne-

A ceſſaria alimenta providere debent epiſcopi & patriarchæ, & juſtus quoque exhibeatur eis honor, & dentur ipſis eſcæ quantum ſatis eſt & illis ſufficit, ne indigentia compulſi aliquid ſuo ordine indignum admittant. Epiſcopis autem metropolitanis & patriarchis cenſus aliquid pendendum eſt a ſingulis civitatibus, pagis, eccleſiis & monaſteriis ſecundum ſingulorum locorum facultates; pari modo a procuratoribus pagorum, & ab œconomis agrorum, & vinearum aliquid bonorum pendendum eſt, juxta uniuſcujuſque vires & facultates. Ipſorum quoque eſt bene proſpicere & conſulere monachis, & monialibus, & quæ neceſſaria ſunt tempeſtive illis exhibere, nimirum fructus, vinum, oleum & B frumentum, quantum ipſorum ferunt facultates & illis ſufficit. Pagorum autem ſacerdotes legitimum jus habent in paganos, & integram excommunicandi poteſtatem. Monaſterii abbas in alium abbatem, qui ejus non ſubeſt juriſdictioni, nullam habet poteſtatem, neque excommunicandi jus. Si autem ortum fuerit inter eos diſſidium aliquod, judicium ad chorepiſcopum vel epiſcopum ſpectabit, ſi eis placuerit, ſin minus ad patriarcham; quia omnia monaſteria ejus ſubſunt juriſdictioni, niſi tamen controverſiæ judicium ad probatos communi conſenſu deferant ſacerdotes, & ſelectos aliquos patres. Abbas legitimam habet in monaſterii monachos & ſacerdotes poteſtatem: ideo qui- C cunque monachus aut ex monachorum ſacerdotibus auſus fuerit pronunciare excommunicationem in abbatem ſuum, aut in faciem ei reſiſtere, excommunicationis ſit reus. Si conqueſti fuerint monachi de ſui monaſterii abbate, aut de aliis monachis, judicium ad patriarcham deferatur, ut controverſiam dirimat, & ſola veritas pro ſcopo ab illis habeatur, & in diſceptando inter ſe maxima adhibenda eſt reverentia, & religionis ſtudium, pro ut timentes Deum, religioſos viros & veritatis cultores decet. Qui autem ex monachis pertinax extiterit, excommunicationis ſit reus, & rejiciatur & expellatur e monaſterio & monachorum ſocietate. Monachus in monachum excommuni- D candi non habent facultatem, neque jus, niſi id faciat authoritate abbatis, aut ejus qui præeſt monachis ſacerdotibus, aut præfecti œconomorum monaſterii, illi enim præſunt loco, & jus in monachos habent poſt abbatem. Neque presbiter jus habet in alium presbyterum qui ejus eccleſiæ non ſit, neque illius ſubſit juriſdictioni, neque facultatem habet excommunicandi eum, ſed jus tantummodo habet in ſuæ eccleſiæ clericos, diaconos & laicos tam in civitatibus quam in pagis. Fas etiam eſt monialibus quæ monaſteriis regendis præficiuntur, omnem exercere in ſuis monaſteriis juriſdictionem, una excommunicatione excepta, quia nullum excommunicandi jus aut facultatem mulieres E moniales habent, neque monachis etiam niſi ſacerdotibus, neque ulli e plebe ſive viri ſint ſive mulieres, neque ulli mortalium, niſi ſacerdotibus, qui ad ſanctum altare Dei accedunt, & ſacrum offerunt ſacrificium in nomine Dei ineffabili, & ſancto, nimirum trinſtatis ſanctiſſimæ, ſcilicet Patris & Filii & Spiritus ſancti ſecundum veram fidem, & illuminationis confirmationem. Diaconus major qui eſt archidiaconus excommunicandi habet jus in ſua eccleſia tantum in ſibi ſubjectos, nempe diaconos, ſubdiaconos, & lectores ſeu pſaltes; ordi-

nis quippe hujus ipſe eſt caput, quemadmodum & in reliquos altaris miniſtros, qui ſub ejus ſunt poteſtate. Pariter eccleſiæ & altaris chartophylaces ei parere debent, meritum deferre honorem, atque illius exequi mandata. Oportet autem ut qui in excommunicationem incidit, quamvis injuſtam, & per injuriam, patienti animo id ferat & ſuſtineat, donec a prælatis & ſacerdotibus abſolutus fuerit; hæc enim eſt ſalus cupientis animæ ſuæ ſalutem. Qui autem ſuam tranſgreditur conditionem, & præſtare audet quæ ſui ordinis non ſunt, divinum ſubeat judicium ſecundum ſanctæ eccleſiæ præſcripta, decreta, & ſacerdotum ſententiam, atque ab eccleſia Dei amovendus eſt, anathemate percellendus, ſacra prohibendus communione & penitus abſcindendus. Divino præterea jure omnes tenentur epiſcopi & pagorum, ac civitatum prælules ſubditos de fide, & religione examinare perdiligenter, ne quiſquam in orthodoxa religione comperiatur per ignorantiam male ſentiens de vera fide, quam profitetur. Quibus quidem, cum eos examinaverint, & recte de fide ſentire comprobaverint, gratias rependant, & bene illis precentur. Si quis vero a recta fide devius compertus fuerit, eum reducere ſtudeant, & in orthodoxa inſtruant fide. Qui autem acquieſcit eis, ſervetur; qui vero non acquieſcit eorum doctrinæ, & veritatem amplecti recuſat, nec a ſua reſipiſcit ignorantia & erroribus, excommunicetur, anathemate percellatur, atque ut reliqui hæretici a fidelium ſegregetur communione. Item presbyteros, & ſacerdotes examinare tenentur epiſcopi non ſolum circa fidem, verum etiam miſſarum dogmata & neceſſarias eccleſiæ ceremonias, nec his deſint omnino. Qui autem in hiſce bene inſtructus compertus fuerit, gratias ei rependant, & bene precentur; qui vero ſuo deeſt muneri, ut inſtruatur curent & jubeant. Quamobrem nemo promoveatur, niſi qui in librorum lectione bene eruditus & doctus; & ſi quos compererint e ſacerdotibus & laicis non bene de fide ſentientes, moneant illos, inſtruant, & a ſuo reducant errore & peccato. Si quis calumniis vexatus fuerit, & querimoniam habet cum aliquo ſuorum fratrum, aut aliquam quæſtionem, vel controverſiam, ſuam interponant auctoritatem & rem in melius componant. Et ſi quis miniſtrorum aut œconomorum piger fuerit, & ſegnis in eccleſiis reparandis, vel in officio orationis negligens, & illud ut par eſt, perſolvi non curat, & debitum non adhibet ſtudium, corripiant illum, & ad meliorem mentem redigant & bonam frugem. Excommunicandi poteſtatem & judicandi jus habent epiſcopi, tam in civitatibus quam oppidis & pagis, ideoque honor & obedientia illis ab horum civibus deferenda ſunt, & debita jura ipſis perſolvenda. Pari modo quoque oportet ut ſuperiores monachorum, & monialium divina ſervent jura, nec non ſuæ religionis, & ſuis pareant prælatis, cum eis quæ ad bonum, & æquum conducunt, præcipiunt. Officii etiam patrum familias eſt, filios, & domeſticos, orationes, divinaſque preces docere, & quæ ad fidei cognitionem neceſſaria ſunt, quibus ſi quid amplius addunt, bene faciunt, at his ne deſint: quia qui hiſce deeſt neceſſariis tam in hoc quam in alio mundo extremum ſibi comparat ſupplicium, & crudeliſſimam pœnam. Qui autem perfide in Deum auſus fuerit & vendiderit eccleſiæ legata, aut fruges, aut vineam, aut agrum, aut ligna, aut lapides, & ejuſmodi, aut ſchiſmata, & diſſidia diſſeminaverit inter fratres, is nequaquam Spiritum Dei habet ſanctificantem, nec eſt de grege domini Dei noſtri Jeſu Chriſti; neque de filiis dexteræ, ſed ſiniſtræ, quibus perpetuus cruciatus deſtinatur, qui omnibus nequam, & peccatoribus impœnitentibus eſt paratus. Felix itaque eſt proborum, obedientium, & timentium Deum conditio: iſti quippe dexteræ filii ſunt, eoſque patria manet beata, regnum & gaudium æternum; & Deo laus in omnia ſæcula. Amen.

*De adoratione ſeu genuflexione.*

## CAPUT XVI.

Genua flectant fideles temporibus orationum ſemper per totam hebdomadam incipiendo ab hora nona elapſa diei dominici pentecoſtes, nimirum quinquaginta diebus poſt glorioſum paſcha uſque ad veſperas ſabbati inſequentis paſchatis. Porro in ſanctis dominicis diebus ſacriſque aliis ſolemnitatibus nullæ fiant genuflexiones. quia tota ſancta eccleſia in hiſce lætatur, & exultat diebus, genuflexiones autem afflictionis, triſtitiæ, timoris & mœroris teſſera ſunt & ſignum, ideo omittendæ ſunt diebus feſtis, ac maxime die reſurrectionis domini noſtri Jeſu Chriſti a mortuis. Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

*De ſacroſanctæ Miſſæ celebratione & ſolennitate.*

## CAPUT XVII.

Ne ſolennes & conſuetæ omittantur per negligentiam & incuriam ceremoniæ in ſacroſancti miſſæ ſacrificii celebratione, quoties fratrum, ſororum & monachorum ſimul adſunt ordines, nec non laici etiam; ſed omnia rite abſolvantur ſacrarum ſcripturarum lectione, ac reliquis omnibus præſtitutis precibus, quemadmodum harum conſtitutionum initio ſtatutum eſt.

*De miniſterio, & officio diaconi.*

## CAPUT XVIII.

Presbytero offerre non licet oblationem ſuper altare ad conſecrandum eam, niſi ſecum habeat diaconum, qui homines ad preces perſolvendas invitet, atque ad reverentiam, venerationem, & exultationem adhibendam adhortetur. Hoc vero non ut ſubmittamus diacono presbyterum, ſed ad honorem miniſterii, & altaris, & cum majori veneratione, & devotione miſſæ audiatur officium. Itaque clara, & diſtincta voce proferat diaconus præconium de officio orationis, ut audiat, & bene intelligat populus, quale ſit in hoc munus fidelium. Illi porro diaconi, qui ſibi vivere volunt in propriis domiciliis degentes & a turba laicorum qui audire indigent a diaconis tremendi ſacrificii præconia, ſejuncti, culpa quidem vacant, nec eſt ulla conſtitutio, quæ hoc illis prohibeat, quamobrem in hiſce ſui juris ſint, & ad libitum ſuas perſolvant preces. Hoc autem caput ſine anathemate eſt.

De

*De eucharistia, & quomodo ſit conſervanda, & conſumenda.*

## CAPUT XIX.

Quoties fiunt commemorationes in eccleſiis, monaſteriis & martyrum ædibus, & aliquid eucharistiæ reſiduum fuerit, eo honorentur ſacerdotes inſequentis diei mane, antequam communicent: ſi autem reſiduum multum fuerit, partiantur illud inter ſe, & unuſquiſque ſuam ſumat portionem unica tantum vice per modum unius boli, ſive parva ſit illa, ſive magna, nec iterum aut tertio id fiat. Nequaquam enim ulli fas eſt ſacram ſumere communionem per B

A fruſta, & ſucceſſive unum poſt aliud. Si quis autem vel per negligentiam, & incuriam, vel inopinato aliquo caſu eam evomuerit, aderitque aliquis, qui eo perfectionis pervenit, ut illam hac ratione ſumere vellet, ſumat; alioquin cum honore & reverentia in terra ſepeliatur, & componatur in loco ſatis mundo, & ne comburatur igne, maximum enim id piaculum eſſet. Etenim nullatenus quoque conſuevimus corpora ſanctorum martyrum combuſtione ignis honorare, verum vel in loco mundo condere, vel in terra ſepelire. Reliqua tandem quæ ad ſacrificii rationem ſpectant, in aliis noſtris continentur libris; Vulgaria vero Chriſtianis ſatis nota ſunt.

# EORUMDEM SANCTORUM PATRUM CCCXVIII.

## SANCTIONES ET DECRETA

### Alia ex quatuor Regum ad Conſtantinum libris decerpta.

*Profeſſio & ſymbolum fidei CCCXVIII. patrum.*

Ex Codice Vaticano.

CREDIMUS in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, omnium viſibilium & inviſibilium: & in unum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium Dei unigenitum, genitum a Patre ante omnia ſæcula. Lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non creatum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt, qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlo, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine, & homo factus, crucifixus pro nobis ſub Pontio Pilato, mortuus, ſepultus, & reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Aſcendit ad cœlos, ſedit ad dexteram Dei Patris in excelſis: Iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis.

*Hucuſque ſanctorum Patrum Nicæni CCCXVIII. In ſancto vero ſecundo concilio CL. patrum hæc addita ſunt.*

Et in Spiritum ſanctum dominum vivificantem, qui a Patre procedit, & qui cum Patre & Filio adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per prophetas. Et in unam eccleſiam catholicam & apoſtolicam. Confitemur unum baptiſma in remiſſionem peccatorum, & expectamus reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſæculi.

### HOC FIDEI SYMBOLUM NUNC

Legitur in omnibus liturgiis & orationibus.

*Et ſubjunxerunt SS. patres CCCXVIII.*

Qui dixerit fuiſſe aliquando tempus in quo Filius non extitit cum Patre, & quod non fuerit antequam ex Maria Virgine naſceretur, & quod ſit ex non exiſtentibus, aut dixerit eum extitiſſe ex alia perſona, aut alia ſubſtantia,

C aut aliqua alia re diverſa, deinde in Filium Dei mutatum eſſe, apoſtolica auctoritate excommunicatur & anathemate percellitur. Dicimus itaque unum eſſe Deum Patrem Verbi vivi, ſapientiæ, potentiæ & majeſtatis ejuſdem. Filius perfectus a Patre perfecto; Pater generans Filium ſuum unigenitum. Unus eſt Deus Verbum ab uno Deo Patre. Filius Patris, divinitatis imago, Verbum operum ejus, ſapientia omnia condens, virtus creans omnia, Filius verus, veri Patris, inviſibilis ab inviſibili, immortalis ab immortali, ſempiternus a ſempiterno. Deus Pater ſuper omnia, & in omnibus Filius ſuper omnia, & in omnibus Spiritus unus procedens a Patre, & emanans a Fi-

D lio, vivificus ſuper omnia, & in omnibus. Trinitas perfecta in divinitate, una æterna, una dominatio, regnum unum indiviſum, proprium, non alienum. In trinitate nihil eſt creatum, aut de novo productum; nihil ſervile. Pater nullo temporis momento extitit ſine Filio; neque Filius ullo temporis momento extitit ſine Spiritu ſancto; ſed omnibus temporibus, & ante omnia tempora trinitas immutabilis, ſempiterna, non habens finem. Deus Pater principii expers, ipſe ſolus genuit filium principii item expertem, operantes ſine principio, & ſine fine. Nec pater extitit unquam ſine filio (abſit hoc) neque filius extitit poſt aliquod temporis momentum; ſed ſemper cum patre fuit, vivens,

E immortalis creator cum patre immortali ſine fine. Sicut Pater, & Filius, ita & Spiritus ſanctus, qui non deſinit eſſe cum Patre, & Filio. Spiritus ſanctus eſt abſolutiſſimæ perfectionis, ſicuti perfectiſſimi ſunt Pater, & Filius. Hæc eſt ſanctorum apoſtolorum tradita nobis ſententia, & quemadmodum traditum nobis eſt a Deo, ita tradimus nos, & decernimus in civitate Nicæa. Hæc eſt orthodoxorum & proborum fides. Quorum autem omnium cognitio ex divinis ſcripturis clare patet; & nos trecenti octodecim profitemur & confitemur, atque cunctis proteſtamur, hanc eamdem eſſe fidem, quam accepimus. Quamobrem rejicimus, & reprobamus omnes rejicientes, reprobantes & in aliam mutantes, & contraria aſſerentes; & male- di-

dicimus, anathematizamus, & excommunicamus A cunctos, qui fidei huic aliquid vel addunt, vel detrahunt, vel aliquid ex proprio proferunt cerebro, & ſuo privato conſili ſpiritui, & ingenio ea dicunt de Deo, quæ neque nos, neque apoſtoli ejus dixerunt. Nominatim autem reprobamus fidem impii Pauli Samoſateni aſſerentis, Patrem eumdem eſſe ac Filium, & Spiritum ſanctum, in quo longe a veritate aberravit ſtultus ille & maledictione dignus, cum arbitratus ſit male ſanus, eumdem eſſe Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, exiſtimans unam eſſe numero perſonam, & nomine tenus trinum; ideo alienus factus eſt ab orthodoxa fide, & a plano veritatis tramite deflexit. Porro nos orthodoxi dicimus, quemadmodum di- B xerunt apoſtoli, & e divinis edocti ſumus ſcripturis, & agnoſcimus patrem eſſe patrem, & filium filium, & Spiritum ſanctum, Spiritum ſanctum, tres diſtinctas perſonas, regnum unum, ſubſtantiam unam, divinitatem unam. Item anathematizamus, & reprobamus fidem Gnatii aſſerentis, filium ex Maria initium habuiſſe: exiſtimavit namque impius ille, filium non extitiſſe ante nativitatem ex Maria, contra quam ſcripturæ loquuntur. Hos quidem removemus, anathematizamus, & a fide eſſe alienos pronunciamus, & rejectos. Dicimus autem filium Dei ſemper extitiſſe, omnia implere loca, ſemper fuiſſe in patre, & patrem in eo, quemadmodum edocti ſumus & accepimus. Nullum C fuit tempus, in quo unus alio caruit, ſed ſemper coextiterunt, pater habens filium, & filius habens patrem. Etenim impoſſibile eſt patrem exiſtere ſine filio vel ad unum momentum temporis vel oculi ictum; deinde fieri patrem; ſed eſt verum nomen veri patris. Ideo filius genitus a patre dicitur ab æterno, nec unquam ſine illo extitit, quemadmodum ex ſcripturis didicimus. Hæc ſunt quæ ſummatim de patre, & filio ſunt credenda. Porro Spiritus ſanctus eſt Spiritus Dei vivi, Spiritus ſanctitatis, Spiritus perfectus, Spiritus paraclitus, conſolator, director, Spiritus pacis, increatus, loquens per legem, per prophetas, & apoſtolos, deſcendit ſuper Salvatorem noſtrum in Jor- D dane juxta convenientem ſuæ humanitatis diſpenſationem, nempe illius incarnationem de Spiritu ſancto ex Maria Virgine. Sic credimus & firmiter aſſerimus & ſamur, Verbum Dei ſcilicet incarnatum fuiſſe de Spiritu Sancto ex Maria Virgine ſine humano ſemine, & perfectum hominem (peccato excepto) factum, vera anima intellectuali, & rationali præditum. Ex quo aſſerimus eſſe Deum, & hominem, duas habentem naturas, duas voluntates, duas operationes in una perſona: nimirum naturam divinam, & naturam humanam, operationem divinam, & voluntatem divinam, & operationem humanam in una perſona ſine diviſione, neque divina in humanam mutata eſt, neque E humana in divinam, nec in ipſa incarnatione, neque in paſſione, neque poſt reſurrectionem e ſepulchro; ſed ſemper extitit duabus præditus naturis, & una perſona, ideſt perſona filii Verbi geniti a patre ante omnia ſæcula. Qui incarnatus eſt in fine ſæculorum de Spiritu ſancto ex Maria Virgine non quidem phantaſtice, & apparenter, ſed vere. Ita factus eſt homo perfectus, paſſus, mortuus, ſepultus, reſurrexit tertia die a mortuis, aſcendit ad cœlos, ſedit ad dexteram Patris divinitate unita humanitati, quam a nobis aſſumpſit in duabus naturis. Qui venturus quoque eſt ad judicandos vivos, & mortuos, cujus regni non eſt finis. Quæ autem de illo dicuntur juxta hominum loquendi uſum, ea diſpenſationi in carne congruunt, uti cum dicimus, natus, creatus, paſſus, & ejuſmodi. Inſuper excommunicamus, & anathematizamus quicumque non credunt reſurrectionem corporum & quamcumque hæreſim poſt definitionem hujus rectæ fidei futuram. Item reprobamus, & anathematizamus Arii hæreſim aſſerentis eſſe phantaſma creatum; nos vero dicimus, eſſe genitum, non creatum. Et reliquos credimus fidei articulos, uti ſequitur. Aſſerimus & credimus unum baptiſma, & unam gratiam, & unam carnis reſurrectionem, & unum regnum in cœlis, vitam æternam poſt redditionem rationis, & remunerationem; itemque ſupplicium æternum juxta operum promerita, quemadmodum comminatus eſt altiſſimus Deus male operantibus. Credimus item in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, Patrem incomprehenſibilem, Filium incomprehenſibilem, Spiritum ſanctum incomprehenſibilem, & eſt Deus ſuper omnia, qui verbis exprimi non poteſt; anguſtiores namque ſunt mentis noſtræ cogitationes, quam ut eum capiant; imbecillior oculorum viſus, quam ut eum videre queat, nec ullus eum ambit locus. Inviſibilis, ſponte nihilominus vere, & non phantaſtice, vel apparenter, apparuit & allocutus eſt prophetas, & ſanctos; hic eſt Deus, & verbum ejus, & ſpiritus illius ſanctitatis. Una divinitas, creator priorum, & poſteriorum, qui præcepta dedit utriuſque teſtamenti. Quæ autem Deo tribuimus, cum dicimus oculus domini, auris domini, dextera domini, & ejuſmodi, hoc juxta ſcripturarum loquendi uſum uſurpamus, & hominum intelligendi modum, non quidem quod vere hæc habeat, cum ſit infinitus, & incomprehenſibilis, non autem comprehenſibilis, ut homines, licet ad ejus imaginem, & ſimilitudinem conditi dicantur. Quamobrem dicimus, & decernimus ut ſanctæ eccleſiæ ſacerdotes primum, deinde monachi, & religioſi viri, & mundi contemptores ſuos doceant filios, ut eam amplectantur vitæ rationem, qualem & ipſi ita a Deo edocti, quia ipſi eorum ſalutis tenent clavum. Hinc Dei caritate tenentur eorum conſulere rebus, corde illuminato, & pura conſcientia, ut evadant filii Dei, filii ſapientiæ, ac omnia prudenter agant, declinantes malum, & diligentes bonum. Hæc ab eis deſideramus, ac talia opera requirimus.

Conſtantinus autem princeps fidelis erat inter eos tanquam unus illorum, quamvis imperator præſtantiſſimus, erantque omnes in una eccleſia ſancta cum quiete, tranquillitate, & domini timore de divinis ſolliciti rebus. Cumque ſuſcepit ipſe Conſtantinus ſanctum expoſitionis fidei libellum a noſtris ſanctis patribus, valde gaviſus eſt eo, ut ſacroſancta Dei lege. Et ſcripſit de hoc per univerſum imperium, habuitque illum ut maximum diſciplinæ typum, atque hæreditatem, & miſit ejus exemplaria per univerſum orbem, quo gaviſi ſunt, & laudarunt Deum omnes congregationes. Adoravit poſt hæc imperator ſanctos patres epiſcopos, & rogavit, ut conſtituerent ſedem civitatis Byzantii nomine ſuo, unde Conſtantinopolim tranſlata eſt: & ut ejus prælatus nomine archiepiſcopi honoretur cum

Hiero-

Hieroſolymitano. Qui acquieverunt ei ob illius A
humanitatem, demiſſionem, fidem, & in Deum
pietatem, & curam, ac ſollicitudinem de fide re-
cta in ſanctiſſimam trinitatem. Quibus juxta op-
tata & petitionem adimpletis, bene imperatori
precati ſunt, & diſceſſerunt ſinguli ad ſuas ci-
vitates, collaudantes dominum Jeſum Chriſtum,
cui gloria, & laus cum ejus Patre bono, & Spi-
ritu ſanctiſſimo ex nunc & ſemper, & in ſæcu-
la ſæculorum. Amen.

*Proluſio ad has ſanctiones & decreta.*

Laus Deo uni in trinitate ſuæ ſanctitatis, &
trino in unitate ſuæ majeſtatis. Credimus in
unum Patrem qui eſt ante omnia Pater futuri B
ſæculi, qui omnia condidit, & a nemine ipſe
eſt conditus, creavit & fecit omnia, ipſe vero
nullum habet creatorem, aut factorem, æternus
permanens, quem viſus non deprehendunt, nec
rationes comprehendunt, aut narrationes expo-
nere & explicare poſſunt, neque auditus perci-
piunt. Credimus item in filium Jeſum Chriſtum
Verbum Dei genitum a patre ante omnia ſæ-
cula, & ab ipſo Deo patre miſſum in mundum,
qui habitavit in Maria virgine, & carnem ab ea
aſſumpſit, qua ſuæ a mortalibus occultavit ma-
jeſtatem divinitatis, eſtque in hoc Deus perfe-
ctus, & homo perfectus; non confuſus, aut di-
viſus, qui pertulit pro creaturis crucis lanceam,
& omnes ſanctificavit mortuus illuſtratione ba- C
ptiſmatis, & una elargitus eſt eis chriſmatis un-
guentum cum baptiſmate, quo mundavit omnes
ab abominationibus, & credentes in ſe, atque
accedentes ex omnibus gentibus expiavit. Qui
per gratiam elargitus eſt eis panem euchariſti-
cum, & ſanctum vinum, cibum angelorum, ni-
mirum veram carnem, & verum ſanguinem
ſuum, dicens. Hic eſt enim ſanguis meus novi
& ſancti teſtamenti, quod dedit vobis: quoties
ergo ex eis edetis & bibetis, in meam memo-
riam facite; Patrem qui miſit me ad vos col-
laudantes, & Spiritum ſanctum conglorificantes;
quibus fœdus meum renovo vobiſcum, & veſtra
dimitto peccata. Qui ſuſtinuit ea omnia, quibus
a peccatoribus affectus eſt in carne, quam a ſua D
matre Maria virgine aſſumpſit, quæ mater ejus
dicta eſt, quia ex ea incarnatus eſt, & ex ea
natus ad ſalutem mundi. Ipſe enim ſalvavit om-
nes creaturas ab inferorum carcere, & a ſepul-
cri tormentis. Ipſe eſt qui confudit omnes ini-
micos ſuos, nempe diabolum, & omnes ſatelli-
tes ejus, ut & infideles ex Adami protapia. Ipſe
erubeſcere fecit hoſtes ſuos Judæos, qui illum
abnegarunt, nec ſacris crediderunt ſcripturis,
ſcilicet legis teſtimoniis, & prophetarum vatici-
niis de illius adventu, & nativitate ex Maria
ſemper virgine & immaculata. Neque cœleſtibus
etiam crediderunt miraculis, quæ coram eis ope-
ratus eſt. Ipſe eſt qui reſurrexit a mortuis,
aſcendit ad cęlum, ſedit ad patris dexteram, & E
miſit Spiritum ſanctum cum virtute ad diſcipu-
los ſuos dicens eis: Baptizate gentes in nomine
Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, & docete
eos omnia novi teſtamenti præcepta, de quibus
prædixerunt prophetæ. Ipſe eſt qui iterum ven-
turus eſt ad judicandos vivos & mortuos, cujus
regni non erit finis. Ipſe eſt per quem creavit
omnia Deus ab exordio ſæculorum, quia eſt ver-
bum Dei ab illo genitum, per quod condidit
omnia. Credimus & in Spiritum ſanctum qui a
Patre procedit, & inhabitat ubi vult, & ubi vult
ſpirat, ad quem nulla accedit turpitudo, nec ipſe
ad inquinata delabitur. Hæc eſt fides noſtra,
hæc religio.

*Canones, ſive officia Deo debita a viris, & mulie-
ribus præſules non habentibus, qui eos avertant a
malis viis, neque epiſcopos, neque monachos qui
eos regant, ſed ſui ipſimet ſunt juris.*

## CAPUT I.

Primum horum officium erga Deum, & ab
illis exigit, ut illum timeant, & diligant ex to-
ta anima ſua, & ex totis cordibus ſuis & affe-
ctibus. Item exigit ab illis Deus, ut diligant
proximos ſuos, & fratres in fide Chriſti ſalva-
toris, velut ſe ipſos. Item ut non adorent ido-
la, nec ad imagines preces fundant, ſed ad ſo-
lum Deum, ad patronum vero imaginis ut ad
mediatorem, & interceſſorem ſuas porrigant pre-
ces, nec quidquam colant præter ipſum Deum
in trinitate ſuæ ſanctitatis Patrem, & Filium &
Spiritum ſanctum. Item exigit ab eis ne men-
tiantur, ne falſum dicant teſtimonium, ne ario-
lentur, ne fornicentur, ne quempiam calumnien-
tur, aut defraudent; & ut patienter ferant in-
fortunia, gratias Deo pro collatis ſibi beneficiis
referant, & ne ſua prodige profundant bona.
Exigit etiam ab illis, ut patrocinium ſuſcipiant
filiorum ſpiritualium, quos e baptiſmo ſuſcepe-
runt, nec non pupillorum, quos Deus eorum
commiſit curæ, ac tutelæ, ut illos educarent,
amplecterentur & velut ſe ipſos diligerent. Exi-
git item ab eis Deus, ut non pejerent, aut fal-
ſum jurent in nomine ejus. Exigit item ab
eis, ut jejunent, orent, obſerventque diem Do-
minicum, quia eſt dies feſtus domini. Item exi-
git ab eis Deus, ut obſervent dies feſtos Domi-
nicos domini noſtri Jeſu Chriſti, vacentque in
eis a ſervilibus operibus, & laudent illum ob mi-
rabilia & ſancta ejus. Hi autem dies feſti ſunt
Nativitas, Epiphania, Cereorum, ſive Purifica-
tionis, ſeptimana Paſſionis, & Reſurrectionis
Chriſti a mortuis, Aſcenſio illius in cœlum,
Pentecoſtes, ſive deſcenſio Spiritus ſancti para-
cliti, quem promiſit dominus noſter Chriſtus di-
ſcipulis ſuis, dies feſtus Thabor, ſeu Transfigu-
rationis, in quo demonſtravit iiſdem Diſcipulis
gloriam ſuæ divinitatis. Hi ſunt ſeptem dies fe-
ſti Dominici. Item exigit ab illis Deus, ut ne
foveant odium in cordibus ſuis adverſus proxi-
mum, nec glorientur ſuis genealogiis, neque ſuis
divitiis, cum ſint unius matris filii, quæ eſt ba-
ptiſmus, quo deſcendit ſuper illos Spiritus ſan-
ctus, & efficit filios luminis. Et quemadmodum
una mater genuit cunctos homines in carne;
pariter in fonte Chriſti una mater, quæ eſt ba-
ptiſmus, genuit vos omnes in ſpiritu, quæ eſt
præclarior & proximior Deo, quam nativitatis
in carne. Quandoquidem ſic dicit dominus no-
ſter & mediator, ac ſalvator Chriſtus Filius Dei
Judæis in ſacroſancto evangelio, ipſos Judæos ar-
guens: ne gloriemini & dicatis: patrem habe-
mus Abraham, etenim potens eſt Deus ſuſcita-
re ex lapidibus iſtis filios Abrahæ. Quo ſignifi-
cavit, & innuit gentes operibus, & cordibus præ-
ditas lapideis, quæ cum ignorarent Deum, illum
cognoſcere cœperunt per regenerationem ex ſan-
cta matre, baptiſmo ſcilicet, ex quo regenera-
verit eos ſpiritus ſanctus, ac proinde filii lumi-
nis vocati ſunt. Scitote igitur vos omnes, tam
liberos, quam ſervos fratres eſſe, & filios unius
ma-

matris, quæ eſt baptiſmus. Item exigit a vobis A Deus, ut largiamini filiis, & fratribus pauperibus & egenis ex decimis bonorum veſtrorum, quibus præfecit vos Deus concredens vos gratiæ ſuæ, quæ ſunt mundi hujus divitiæ. Æterno enim ſtatuit Deus decreto, terram nequaquam vacaturam pauperibus & egenis; Et quidem ſi libitum ipſi fuiſſet cunctos omnium rerum affluentibus copiis ditaſſet: ſed hoc eſt Dei decretum, cui nemo reſiſtere, aut ejus obſiſtere voluntati poteſt. Item exigit a vobis Deus, ut rationem habeatis eccleſiarum, quæ ſunt Dei ædes ejus laudibus dicatæ, & aſylum, ac refugium afflictorum, quo tentationibus vexati confugiunt, & ibi divinam implorant opem, ut ab ejuſmodi anguſtiis illos eripiat, quemadmodum ſapienti B præcipit Salomoni Deus, cum ædificavit templum, dicens: Erit domus illa anguſtiatis animæ, afflictis, pauperibus, oppreſſis & pupillis, quoniam quoties invocaverint me, reſpiciam ad eos, & a ſuis redimam afflictionibus, & vindictam ſumam ab inferente injuriam proximo. Item exigit a vobis Deus, ut offeratis primitias frugum veſtrarum, & primitias fructuum vinearum, & jumentorum veſtrorum eccleſiis, ut ex eis alantur ſacerdotes, & eccleſiæ miniſtri. Item exigit a vobis Deus ut honorem deferatis ſacerdotibus, & debita exhibeatis eis officia, præſertim doctis, & in divinis ſcripturis bene verſatis, earumque lectioni noctu, diuque incumbentibus; quandoquidem beatum prædicat C Deus per linguam Davidis prophetæ illum qui ejuſmodi eſt, dicens. Et in lege ejus meditatur nocte, ac die. Veſtri quoque officii eſt, infirmis ſacerdotibus ſubſidio eſſe, ſeniores eorum honorare, quamvis hanc ob cauſam deliros, & alia quavis ægritudine detentos; & junioribus debitum præſtare honorem, ne anſa eis præbeatur ſuis egrediendi terminis & ordine. Item exigit a vobis Deus, ut monachos in honore habeatis, ipſorum inopiæ adſitis, monaſteriis, vel ædificandis, vel reparandis opem feratis, fidelium tam virorum quam fœminarum qui lege mortis obdormiunt & requieſcunt, legatis ſublevetis, ut ſit eis in remiſſionem peccatorum. Etenim ea monaſteria confugium ſunt omnibus qui D Deum quærunt & mundum ejuſque converſationem contemnunt, atque ad ſolitudines & deſerta loca perfugiunt, ibique cum feris, belluis, & volucribus cœli vitam agunt: quandoquidem mundum omneſque ejus divitias relinquentes, ut ait evangelium, ad Deum ſe conferunt, pœnitentiam de ſuis agentes peccatis. Item exigit a vobis Deus, ut caveatis, voſque contineatis a voluptatibus, illecebris, converſationibus mundanis & diabolicis concupiſcentiis, quibus, ut bene ſcitis, diabolus fideles a Deo ſejungere & expugnare conatur. Ejuſmodi eſt conjugium cum affinibus ex baptiſmo, quod omnibus prohibetur Chriſti fidelibus, atque interdicitur. Quicumque itaque id admiſerit, religionem violat, & in die, qua ſingulis juxta ſua opera rependetur, erit ſors ejus cum cultoribus idolorum, qui Deum ignoraverunt, & longe aberit a divina gratia.

*De cognitione graduum, in quibus conjugia contrahere non licet.*

## CAPUT II.

Nemini, quam uxor ejus ſuſcepit ex baptiſmo, in uxorem ducere licet; pariter nec eam, cujus ipſe filium, vel filiam ex eodem ſuſcepit fonte, nec matrem ejus, nec ſororem, nec filiam. Similiter uxor viri ſuſcipientis non eſt ducenda ab eo, cujus vir ſuſcepit filium. Tam viris itaque, quam mulieribus prohibemus, ne ducant ex baptiſmi affinibus, hæc enim eſt vera affinitas, uti eſt matris, ſororis, filiæ, & ejuſmodi. Pariter non licet filiis in uxores ducere compatres, & commatres ex baptiſmo. Illicitum quoque eſt tam viris, quam mulieribus conjugia contrahere cum paranymphis nuptiarum, quibuſcum coronarum accipiunt benedictionem. Filius pariter cum paranymphis nuptiarum patrum, & matrum ſuarum contrahere, nefas eſt. Qui enim peccat, & rem nefariam committit cum affine ex baptiſmo (quod eſt ſummum peccatum, quia in ſpiritalia admittitur) idem eſt, ac ſi blaſphemaverit in Spiritum ſanctum, adeoque non remittitur ei hoc delictum, neque in hoc, neque in alio mundo, ut ſacroſanctum ait evangelium. Sunt quippe ejuſmodi illicitæ abominationes multo deteſtabiliores quam carnales, quia carnales omnes condonantur, hæ vero ſpirituales nequaquam remittuntur, niſi ab invicem ſeparatione, jejunio, jugi oratione quamdiu vixerint ſuper terra. Et hæc eſt pœnitentia illorum qui in ejuſmodi incidunt peccatum, & in illud incurrunt, ut religioſam agant vitam, ſua defleant peccata, idque præſtent toto vitæ curriculo, ſi animæ ſuæ cupiant ſalutem, & omnium ſuorum peccatorum remiſſionem, & veniam a Deo conſequi velint: qui facile crimina ſincere pœnitentibus condonat. Oportet etiam, ut baptizatorum parentes, & ſuſceptores pro ſe invicem orent, ejuſmodi enim pro invicem & preces Deo acceptabiles ſunt & gratæ. Qui ex his præterea opibus affluunt & bonis, indigentes juvent, & eorum ſubveniant neceſſitatibus, quantum ipſorum ferre poſſunt facultates, & ad vitam tranſigendam ſufficit; ſic enim ſibi invicem ſuccurrentes, divinum adimplent præceptum, nimirum officium caritatis erga proximum. Conventiones evitent, ne hinc mala diſſeminet inter eos inimicus, & ſui conſortes efficiat, & hac ratione pereant.

*De gradibus, in quibus nemini Chriſtianorum matrimonium contrahere licet.*

## CAPUT III.

Matrimonium in hiſce gradibus nequaquam Chriſtianis contrahere licet; nimirum cum matre, avia, ſorore patris, ſorore matris, filiabus, ſororibus, nepotibus ex fratre, vel ſorore, vel ex filiis, aut filiabus, vel cum uxoribus patrum, avorum, patruelium, fratrum & avunculorum, vel cum uxoribus nepotum ex fratribus, vel ſororibus, neque cum ſororibus uxoris, neque cum aviis uxoris, neque cum filiabus fratrum uxoris. Avis non licet ducere uxores filiorum, nepotum, aut pronepotum.

Ne-

A

*Nemo cum ancillis matrimonium contrahat, niſi prius manumiſſis & dotatis, alioquin ſeparentur.*

## CAPUT IV.

Servorum, & ſervarum conjugia non licent Chriſtianis, niſi poſt manumiſſionem, qua facta, contrahant jure matrimoniali, & libere dote aſſignata, ſecundum conſuetudinem illius regionis, quam incolunt. Concubinam etiam ducere in uxorem nemini licet, niſi prius dimiſſa publice fuerit, & publico edito ſcripto quo aſſignetur dos, & palam appareat, id matrimonium jure contractum fuiſſe, juxta morem ingenuarum nuptiarum. Et hæc eſt lex ingenuitatis, & probæ religionis.

B

*Nulli Chriſtianorum contrahendum eſt cum duabus; tribus, vel pluribus uxoribus ſimul.*

## CAPUT V.

Nulli Chriſtianorum duas habere uxores licet, vel plures ſimul, gentilium more, qui tres & quatuor ſimul ducunt, ſed una poſt aliam ducenda eſt nimirum cum ſecunda contrahendum, mortua prima. Porro ſi quis auſus fuerit, & ejuſmodi contraxerit matrimonia, is profecto iniquus, & injurius ſibimet eſt, ſciatque ſe eſſe obſeſſum, excommunicatum, & fidelium ſegregatum communione per omnipotentiſſimum Dei verbum, per quod omnia creata ſunt a domino noſtro Jeſu Chriſto, & a diſcipulis ejus omnibus ſanctis patribus, & epiſcopis in hac ſancta ſynodo congregatis, & reliquis antiſtitibus, ab omnibus angelis, & ſacerdotibus eccleſiæ miniſtris. Hac autem lege omnes obligantur Chriſtiani ſive laici ſint, ſive ſacerdotes, presbyteri, diaconi, principes, reges & imperatores. Quicumque ita huic contradixerit legi in hoc ſancito libro, ſanctorum diſcipulorum cœtus, & hæc ſancta ſynodus anathemate illum percellunt, & maledictionis feriunt mucrone.

C

*De benedictionibus nuptiarum, & qua ratione ſunt faciendæ.*

## CAPUT VI.

Exigit Deus ab omnibus Chriſtianis tam viris quam mulieribus, ut matrimonia ſacris celebrent benedictionibus & precibus, quoniam hiſce mediantibus licita ſit virorum, & mulierum copula. Quamobrem a ſponſalium celebratione uſque ad nuptiarum benedictionem poteſt ſponſus, ac debet ſponſa ſervitutis exhibere obſequia, eam inviſere, & confabulari, at converſatione ejus frui nequaquam, quia id minime licitum eſt ante nuptiarum celebrationem, quæ fit benedictionibus, precibus & virginali incorruptione. Oportet itaque tam viros, quam mulieres caſta, & pura habere corpora coram Deo, cum ad nuptialem accedunt benedictionem, nuptialeſque coronas, ne erubeſcant in conſpectu Dei tanquam falces & impuri: ſed ſint velut angeli Dei ut deſcendat in eos omnis gratia, & benedictiones conſequantur in filiis ſuis, ſuoque ſemine, & perpetuo permaneat in ipſis cœleſtis, ac divina gratia.

*Conſtitutio de matrimonio viduarum, ſeu de bigamis.*

## CAPUT VII.

Viduorum, & viduarum matrimonia ſincere & ſancte divulganda ſunt, & in vulgus hominum indicenda, nec dotis, & reliquarum conditionum ad matrimonium ſpectantium prætermittendus eſt contractus. Tamen coronarum benedictio eis adhibenda non eſt, hæc enim ſemel datur tantum in primis nuptiis; nec iteranda: quia permanens eſt, & indelebilis: loco ejus igitur propitiatorias fundat pro illis ſacerdos preces. Si vero alter eorum viduus non fuerit, ipſe ſolus coronæ accipiat benedictionem una cum paranymphis, quoſcumque vult. Hæc autem conſtitutio æque communis eſt viris & mulieribus. Convivia autem celebrare in nuptiis viduarum, quæ bis, aut pluries nubunt, minime fas eſt, nec ſacerdotibus licet earum adeſſe comeſſationibus, & epulis, quia id ex conſilio ſacerdotum haud factum fuit. Sacerdotibus enim non licet conviviis, & gaudiis adeſſe, ubicumque ſuas non impertiuntur benedictiones, quoniam ſancti Deo ſunt, & divinis ejus præſunt ædibus, miſſæ ſacrificium offerendo, & quotidianas concinendo laudes in ipſius templis, adeoque omni honore, & veneratione ſunt digni.

*Conſtitutio de purificatione a ſanguine menſtruo.*

## CAPUT VIII.

Omnes fideles, & Chriſtianæ mulieres continere ſe debeant ab ingreſſu ædium Dei, quæ ſunt ejus templa, quamdiu menſtrua patiuntur, item a communionis ſumptione, quouſque adimpleantur earum dies. Verumtamen divinas laudes, & Dei memoriam in ſuis domibus prætermittere minime debent, quamvis menſtruatæ, ne locum dent inimico, malas injiciendo eis cogitationes ad prævaricationem illas inducendi D & ad vanitatis vias deflectendi, quia diabolus in omnes ſua inſtruit tela & jacula, maxime in mulieres, cum Dei memoriam omittunt & laudes. Pariter & viris ex divino ſtatuto illicitum eſt ad ſuas accedere uxores, quamdiu menſtruis laborant, ne corpora ſua, & natorum elephantiaſis, & lepræ morbo obnoxia reddant, quia ejuſmodi ſanguis tam patrum, quam filiorum corpora corrumpit. Eſt enim ſanguis iſte a natura datus mulieribus ad concipiendum, nutriendumque fœtum poſt purificationem, & lactationem.

*Conſtitutio de ſanguine partus.*

E

## CAPUT IX.

Pariter ſe continere debeant mulieres ab ingreſſu eccleſiæ, & ſacræ communionis ſumptione quadraginta dies poſt partum, quibus elapſis diligenter lavet veſtimenta ſua mulier, & corpus quoque in balneo, nec non filium ſuum, deinde offerat illum una cum marito in eccleſia Dei catholica apoſtolica ad gradus altaris, quos ſuſcipiat ſacerdos, eorumque etiam paranymphos, & recitet pro illa orationem purificationis & benedicat puerum ſecundum præſtitutas eccle-

eccleſiæ Dei catholicæ ceremonias. Id autem fiat antequam accedant invicem, aut copula maritali utantur ſecundo poſt partum. Oportet quoque ut ſe contineant ab invicem maritus, & uxor per noctem & diem illum, cum eorum baptizantur filii in Spiritus ſancti reverentiam & venerationem, quia Spiritus ſanctus deſcendit ſuper aquas, in quibus baptizatus infans, ſuper ſacerdotem, qui myſtica profert verba, & preces ſuper aquas, ſuper pueros, qui iis ſanctificatis generantur aquis, & ſacro chriſmate benedictis, deſcendit etiam ſuper puerorum illorum parentes, ipſorumque ex ſacro baptiſmatis fonte ſuſceptores, & ſuper omnes baptiſmati adſtantes & ſuper omnes, qui iis aquis ſe aſpergunt cum fide, & cunctos baptizatum exoſculantes, & oſculo benedictionis complectentes.

*Quamdiu arcendi ſunt infantes ab ingreſſu eccleſiæ, & de termino ſuſcipiendi baptiſmum.*

## CAPUT X.

Nati benedictionem ſuſcipiant ſecundum eccleſiæ legem & conſtitutionem, nimirum poſt quadrageſimum a nativitate diem, nec ultra hoc tempus differendum eſt, ſed baptizentur & Chriſtiani efficiantur ſine ulla cunctatione, ut ſacram ſuſcipiant euchariſtiam & edant panem & bibant vinum, quæ ſunt caro & ſanguis domini & Dei noſtri Jeſu Chriſti, quæ dedit omnibus, nobilibus & ignobilibus, ingenuis & ſervis, regibus & plebeis, in remiſſionem peccatorum, id eſt ſanctificationem, qua illos ſanctificavit. Verum ſi nato timor aliquis inſtet mortis ante quadraginta hos dies, introducatur in eccleſiam, ſcilicet cum alia muliere a matre, & baptizetur, & ſi per unam horam ante mortem, vel plus, aut minus, quia ita ſcriptura dicit: Qui non regeneratur ex aqua, & Spiritu ſancto, non ingreditur regnum cœlorum. Si vero nullum inſtet mortis periculum, ne introducatur in eccleſiam, neque baptizetur, niſi ſecundum ſtatutum eccleſiæ catholicæ, & apoſtolicæ. Si autem contigerit, ut moriatur puerpera, expolite lavetur aqua, & novo ferali amictu involvatur, aliiſque induatur veſtimentis ab iis, in quibus peperit, & efferatur in eccleſiam, & preces pro illa ex more fundantur, nec ullus Chriſtianus pro immunda illam habeat.

*Lex juſtitiæ Deo debita ab omnibus Chriſtianis.*

## CAPUT XI.

Exigit in primis a cunctis Chriſtianis Deus ut ſint humiles, juſti, æquitatis ſtudioſi, fidei & promiſſorum obſervatores, ac minime fallaces aut fraudulenti. Exigit item ut parentibus obtemperent, ac ut in eos ſint benefici, atque ut erga omnes homines æqui ſint quibuſcumque in rebus. Honorandi etiam iis, & ſubveniendi ſunt avi, patrui, avunculi, fratres, ſorores, materteræ & amitæ, itaut ſi quis iſtorum in corporis incommodam valetudinem, aut animi infirmitatem inciderit, illi ſubſidio veniant, & ſuſtentent, ſive grandævus ille ſit, ſive junior, nec eis penitus deſint in quibuſcumque neceſſitatibus aut ægritudinibus. Tenentur etiam Chriſtiani omnes ex divino ſtatuto ſuas diligere uxores, & optimam cum eis inire ſocietatem, ſervos bene tractare; ſacerdotum dignoſcere jura, principibus ſubjecti eſſe, ſenioribus deferre honores; erga doctos viros eſſe officioſi, & eorum aſſentire dictis; ſuperioribus obedire, & ipſorum obſequi præceptis, & tanquam divinum jus & legem obſervare. Tenentur præterea ſuos bene inſtituere liberos, eoſque docere, quodnam ſit illorum erga Deum officium, nec non erga ſacerdotes, & religioſos viros, & ne illos contemnant, nec verba ipſorum aſpernentur, nec ſe ingerant & intrudant, præcipiendo, aut prohibendo ea, quæ ad altaria eccleſiarum Dei ſpectant, id enim ſacerdotum eſt. Qui autem id fecerit, peccat quidem, & pœnitentia ipſi pro tanto delicto agenda eſt; quod ſi facere renuerit hæc ſancta ſynodus illum excommunicat & anathemate percellit. Item hæc omnium mulierum, nempe mulierum Chriſtianorum, qui e baptiſmatis aquis ſunt regenerati, ſunt partes, ut ſint pudicæ, verecundæ, & caſtæ, & omnem a ſe amoveant impudicam & impuram converſationem, & virorum colloquia: ne ſint ut extraneæ, & barbararum gentium mulieres. Tenentur inſuper ſe caſtas ſervare, & ab omni fornicationis & adulterii labe & ſuſpicione alienæ & averſæ eſſe: quemadmodum & viri. Illegitima ne contrahant matrimonia, ſicuti faciunt gentes, nec ad ullum fornicationis accedant genus, aut concumbat cum mulieribus ſibi ſimilibus, nec fraudent maritos vel in ſe, vel in re quapiam alia. Ipſarum quoque eſt curam habere orphanorum utriuſque ſexus, quarum fidei concredit illos Deus poſt parentes, & quidem in illos liberales eſſe debent, ut in filios ſuos: in maſculos benignæ & faciles; fœminis ne vim inferant, aut opprimant; & quidquid bonorum habent ne eis detrahant, nec proprios filios eis præferant tam in cibo & potu, quam in veſtitu. Illorum conforment mores, & in timore Dei inſtituant, & erga eos ſe gerant, ſicuti præcepimus. Quæcumque autem mulier Chriſtiana, quæ aliter fecerit, aut oppreſſerit orphanum, vel orphanam, quorum cura ipſi commiſſa eſt ex Dei præcepto, nec bene fecerit eis juxta Dei mandatum, ſciat, & certo intelligat, ſe Dei odio dignam eſſe, & pro certo habeat filios ſuos, iiſdem poſt ſe obnoxios fore rebus, & neceſſitatibus, & eodem modo Dei permiſſu ab aliis tractandos. Porro fideles mulieres, quæ Dei obſervant hoc præceptum erga orphanos, & orphanas, ſua complectitur gratia Deus, & mundana elargitur eis bona, nec vanos earum reddit labores, & ab omnibus calamitatibus liberabit illas, & optimam curam geret erga filios & poſteritatem ipſarum: dimittit earum peccata, & ſuam gratiam elargitur eis in hoc & alio ſæculo, & pro ſuis filiis exorantes exaudiet.

*Conſtitutio de monachis.*

## CAPUT XII.

Monachorum qui Chriſti militiæ ſunt adſcripti, & ejus ſunt bellatores, & nigris veſtimentis ornati & armati, atque crucibus inſtructi, officium erga Deum eſt, ut ſint ingenuo corpore, & caſti, & ne proferant ore ſuo quicquam obſcœnum, aut inhoneſtum, nec ſæcularibus ſe immiſceant negotiis; nec habitent cum mulieribus, neque cum eis converſentur, aut frequentius confabulentur, nec ſæcularium imiten-

tentur opera, aut ſimilia faciant; ſed orationibus, & jejunio perpetuo incumbant, & hoc ſe muniant præſidio ad expellendam longe a ſe fornicationis concupiſcentiam.

*Conſtitutio de monialibus.*

## CAPUT XIII.

Moniales perpetuo jejuniis dent operam, nec ceſſet ab earum oribus divina laudatio, ne nec aditum inveniat in eis inimicus ad decipiendas eas mundanis concupiſcentiis. Moniales quippe ſemper orare, & jejunare ex ipſo ſuo inſtituto tenentur; nec ſint, ut ſæculares, deditæ carnalibus voluptatibus & concupiſcentiis, ſed diu noctuque ſe exerceant perdiligenter in iis, ad quæ ſe ipſas obligarunt, nec ſint ut illæ, quæ poſt mundana currunt lucra, & pauca lucrantes multa amittunt, nimirum animarum, & ſpirituum ingentes opes. Similes enim monachi, & moniales, ſtulti & male ſani habendi ſunt profecto, quandoquidem ſemetipſos ſeduxerunt, mundanis renunciantes concupiſcentiis, & angelicum aſſumentes habitum, tum vero in iiſdem mundanis volutantur voluptatibus, concupiſcentiis & blandis illecebris, evaſeruntque ſic improbi mundani, & ad aliam vitam minime idonei, aut digni, & duplicem meriti ſunt pœnam. Illi porro qui monaſticum, ut par eſt, obſervant inſtitutum, & certamina ſubeunt pro Deo in monaſticis diſciplinis, & ad finem uſque ſuſtinent, magnum conſequentur & præmium, & mercedem, eruntque ut angeli Dei, ſedebuntque coram magno illius throno ſuper ſedes lucidas, & vocem audient lætam.

*Statuta ſacerdotum & quid ipſi debent, & quid illis debetur.*

## CAPUT XIV.

Oportet ut Chriſti fidelium ſacerdotes, qui Dei ſervitio ſeſe addixerunt, adimpleant officium, ad quod conſecrati ſunt, proindeque ſancti, & electi ab hominibus nuncupantur, & ut quæ grata ei ſunt exequantur tanquam præfecti atrio ſanctitatis ejus, & eccleſiis ejus præpoſiti. Et quidem convenit illis in primis, ut enixe operam dent divinis laudationibus, & canonicas orationes perſolvant & ſupererogatorias ne intermittant, & ſinguli ea, ad quæ promoti ſunt, diligenter ſervent, & ſincero obſervent corde & dignoſcant. Si quis autem eorum gravitate, cordis & mentis cæcitate, & ignorantia præditus ſit, aſſiduam & diligentem navet librorum lectioni operam & ſtudium, ne careat iis, quæ opus ſunt ad ſuum miniſterium obeundum. Ipſorum quoque officii eſt eccleſias frequentare, eas adire publice oratum media nocte, ſummo mane, & ad occaſum ſolis, labente die, & nocte ingruente. Oportet etiam, ut mundi ſint corpore, caſti in membris, ventre continentes, nec ad ea ſint proclives, quæ ſuum ordinem non decent, nec cibum aut potum ſumant cum delatoribus, vinolentis & ſceleratæ vitæ hominibus & facinoroſis, nec in flagitioſi alicujus domo, & qui turpitudinis ſit inuſtus nota, ne obloquendi & detrahendi dent plebi anſam, eorumque apud ipſam minuatur exiſtimatio & authoritas. Sint præterea caſtiſſimi ſacerdotes Dei ædium miniſtri, oportet, nec ſint in mulieres propenſi, nec eas ducant in matrimonium, nec ſint dediti facultatibus accumulandis, aut liberis procreandis, ne uxorum, liberorum & facultatum cura, & moleſtia diſtenti poſthabeant miniſteria eccleſiarum Dei, & debitis deſint officiis & muneribus. Si quis vero ſacerdos utrumque miſcuerit ſtatum, & caduca junxerit permanentibus uxorem ducens, liberos ſuſcipiens & accumulans, id moderate faciat & intra modum, ne deſit ſuo officio erga Deum, & ſibi concreditam plebem. Si autem contingat, ut uxor ejuſmodi ſacerdotis impudica ſit, nequam & adulteriis dedita, remittat illi nuncium, & eccleſia Dei ſit contentus, & hac una conſolatione ſe leniat loco tanti infortunii & calamitatis. Si autem contingat, ut e vita diſcedat uxor ſacerdotis, aliam ne ducat, ne videatur reverti ad pueritiam & ſuam parvipendere dignitatem, atque carnales appetere voluptates & ſuo deeſſe muneri erga Deum; Verum ſuſtineat & contineat ſe, & eccleſia Dei ſit contentus loco ſponſæ & prolis. Item ſi accidat, ut aliqua ſacerdotis propinqua in adulterio deprehenſa fuerit, velut mater, ſoror, filia, frater, aut alia quæpiam perſona illi ſanguine conjuncta, ſives mas ille ſit, ſive fœmina, caveat ad ejuſmodi perſonas ingredi, aut familiaritate uti, aut convivam eſſe, aut ullo modo eas frequentare, donec ad ſe redeant & agant pœnitentiam, ac bene audiant. Et quidem ſi ab eorum converſatione & contubernio minime ſe continuerit, illorum facinorum particeps efficiatur, proindeque prohibeatur miniſterio, aut reſipiſcat, ne ſcandalum creet iis, quibus præeſt & ſacerdotis illis fungitur munere. Quinimo ſacerdotis officii eſt, tam propinquos, quam alienos adulteros & mœchos exhortari & ad pœnitentiam adhortari, divinis prolatis ſcripturis, ut ſic forte ad meliorem redeant ſingem & miſericordiam conſequantur, nec ſinantur perire. Oportet etiam, ut ſacerdos ſit paſtor ſuo gregi invigilans & dubios in fide confirmet & corroboret, & ſi qua controverſia orta fuerit inter ejus cives, vel circa religionem, vel circa conventionem aliquam, aut tranſactionem, ſuam interponat operam & concitatos conciliet animos. Quamobrem oportet ut ſacerdos accuratus ſit diſputator, & in controverſiis dirimendis bene peritus, ut quæ dubia ſunt in religione, & in controverſiam veniunt, tam inter viros, quam mulieres, facile decidere poſſit. Si autem mali aliquid, aut litis acciderit inter virum & uxorem, ut animos reconciliet, totis viribus enitatur. Nec ſit ſacerdos vinolentus, neque caupo, neque tabernarius, neque delator, neque quadruplator, neque illuſor, vel deriſor, neque calumniator, neque facinoroſus, neque exoſus, neque effœminatus, neque leno, neque ludificator, neque aleator, neque publicis principum implicitus negotiis, neque percuſſor, neque ſuſpectus, neque ſuſurro, neque maledicus, ne ludibrio ſit & deſpectui, nec quempiam irrideat, neque flagitii alicujus & ſceleris nota inuſtus, neque ſuſpectæ religionis & fidei, vir unius uxoris, non bigamus, aut trigamus, aut qui ancillam duxit, aut affinem, vel conſanguineam, ne ſcandalo ſit plebi, cui præeſt & ſacra adminiſtrat. Oportet quoque, ut ingenuus ſit ſacerdos, non autem ſervus, vel ex ſer-

ſervili genere; hæc enim lege ſancita ſunt ſacerdotibus. Oportet etiam ne tonſor ſit ſacerdos, vel chirurgus, aut ferramentarius, nec jurator, nec mendax, nec latrocinii ſuſpicione notatus, ne ſcandalo ſit plebi, cui præeſt & ſacra adminiſtrat. Neque fas eſt, ut ad ſacerdotium promoveatur, niſi qui in clericatus inſtituto ab ineunte ætate nutritus & inſtitutus eſt, ejuſque novit leges, & miniſterio altaris navam dedit operam. Porro ſi neceſſe fuerit, laicorum aliquem ad ſacerdotalem promovere ordinem, & hunc ſpectati eligant ſacerdotum ſeniores & ſpondeant pro illo, & interrogent ſeniores ſæcularium, qui hujus familiaritate uſi ſunt, & cum illo converſati, de illius vita & moribus, ut in omnibus perfectus & abſolutus comperiatur. Nec promoveatur ad tertium ordinem, nempe diaconum, vel ad ſuperiores, ideſt presbyteratum, vel epiſcopatum, qui puer ſit ætate, aut intelligentia, neque de fide male ſuſpectus, neque mente captus, aut membris minutus, velut monoculus, cœcus, ſurdus, claudus, neque altera manu mancus, neque leproſus, neque elephantiaſi laborans, neque vitiis aliis, aut facinoribus notatus; ſed ille ex laicorum numero eligendus & promovendus eſt, qui ſanus, & integer eſt tam corpore, quam animo & fide, & in ſuos beneficus. Nec ducat ſacerdos viduam, neque dimiſſam, neque adulteram, neque mæcham, neque impudicam, aut impudentem. Nec ebrioſus ſit ſacerdos oportet, neque ſeditioſus, aut litigia adornans. Suas quoque pro plebe interponere debent ſacerdotes preces, & diu noctuque, uti par eſt, pro illa orare. Viciſſim debitos honores, & obſequia plebs illis deferre debet & jura agnoſcere. Sacerdotum proventus ex eccleſiarum Dei bonis attribuendi ſunt ſingulis annis ad victum & veſtitum; moderate tamen, ac ſine ulla prodigentia, aut profuſione, ut divinis officiis in ædibus Dei vacare ſemper poſſint. Porro ſi tenues extiterint eccleſiarum Dei proventus aliquibus in locis, ſæculares tunc ſuccurrere debent ſacerdotibus in neceſſitate conſtitutis; etenim ſi divitum eſt ſubvenire egenis, multo magis ſacerdotibus.

Ceterum utriuſque ſexus Chriſti fideles ſuas preces fundere, & ſacroſanctum miſſæ ſacrificium audire debent ſtantes, laudantes & ſupplices, animoque præſentes: Caveantque eo tempore ne blaſphemi ſint in Spiritum ſanctum, colloquia miſcentes prophana, aut de ſacerdotum, qui pro illis exorant Deum, exiſtimatione detrahant; etenim hæc diaboli ſunt tela, quæ in Chriſti fideles tunc jaculatur, ut ſic eos privet præmiis & fructibus orationum, & laudum quas occinunt, aut abſtrahat eos ne attento adſint animo dum ſacroſanctum celebratur miſſæ ſacrificium; ſed ut vacui abeant inde. Chriſti fideles cum quempiam concionem ad vos habentem ex divinis ſcripturis auditis, auribus & animo verba illius excipite, & acquieſcite dictis, quia nihil is a ſe ipſo profert, ſed ex Dei vos tunc adhortatur ſcripturis, proinde animum ad opera, & facta eorum ne attendatis, quia operum, & factorum ſuorum rationem ipſi ſunt redditURI; veſtrum vero eſt, eorum audire dicta & verba excipere. Chriſti fideles mandata obſervate ſacerdotum, etenim hæc vobis mandant ex verbo veritatis, quemadmodum in ſua lege præcepit eis Deus, adeoque ex illius lege hæc percipitis, nec animum ad opera & facta illorum attendatis, quia operum, & factorum ſuorum rationem ipſi ſunt redditURI, veſtrum vero eſt eorum audire præcepta, & ex eorum ore illa excipere cum fide. Tandem o ſacerdotum & monachorum cœtus ne repueraſcatis, & ad pueritiæ mundi redeatis opera; ſed eſtote paſtores curam habentes gregis veſtri, pingues tuentes, macilentos alentes, confractos alligantes, ſcabie laborantes inungentes, fœtus humeris portantes, ut fidelium gregis creſcat & augeſcat numerus. Quamobrem veſtram impertite benedictionem omnibus ſæcularibus utriuſque ſexus, qui operam navant orationi, jejunio, ceteriſque bonis operibus; & orate pro iis qui eleemoſynam largiuntur, errantes reducite, docete ignorantes & qui orare neſciunt, ne ſint coram Deo ut muta jumenta. Avertite ſtultos a ſua ſtultitia, peccatores exhortemini, ut ſe a peccatis convertentes recte, & probe converſentur cum hominibus, & a vitiis & iniquitatibus recedant, & confugiant ad opera virtutis, ſeſeque iis ornent. Vos vero ante hæc omnia a vobiſmetipſis incipite, & his omnibus virtutibus vos exornate, ne ſcandalo ſitis aliis, & veſtra apud gregem diminuatur fides, exiſtimatio, & authoritas.

*Quid Deo debeatur pro defunctis, & qua ratione adeunda eſt hæreditas.*

## CAPUT XV.

Deo debetur defuncti bonorum portio, quia *domini eſt terra & plenitudo ejus*, & omnia bona ſunt commodata hominibus ad vitam traducendam. Morte itaque oppetita, domino Deo cedit homo terrena omnia, domeſticos, liberos, & quicquid bonorum eſt, ita ut nihil hinc illi comitetur. Decernat igitur Deo portionem aliquam ex bonis, quæ illi largitus eſt in hæreditatem, quemadmodum hæredes inſtituit filios, vel parentes, vel propinquos & proximos aliquos: hinc enim maximum conſequitur homo ille præmium, peccatorum remiſſionem, & cum fiducia ſeſe ſiſtet coram tremendo Dei throno in die remunerationis. Illi autem qui hæreditatem bonorum, nimirum Dei, & defuncti lege, & obdormitione mortis adeunt, gratias Deo agere debent pro bonis illis, in quorum partem vocati ſunt, iiſque utantur in charitate & obſequio Dei. Si autem pro indiviſo inſtituti ſunt hæredes, ſive nullo facto teſtamento ſuo jure ſuccedunt defuncto, dividant hæreditatem inter ſe ſecundum legis & æquitatis præcepta & morem. Porro ſi avaritia & aviditate diſtenti inter ſe non conveniant, adeant ſimul judices, qui in divinarum ſcripturarum & legum lectione ſtudium, & meditationem impendunt, & Dei ſunt vicarii, ut dijudicent inter eos ſecundum leges veritatis & æquitatis, & ſciat unuſquiſque quod ſuum eſt, & acquieſcant judicio & patienter ferant, juxta veræ religionis præcepta, amoto omni mendacio & fraude, vel dolo, nec præferatur major minori, nec minor majori.

*Pſal. 23.*

*De primogenitis.*

## CAPUT XVI.

Primogenitorum officium eſt, matrum, fratrum & ſororum curam habere, quia ſancti ſunt coram Deo & juſti, ac legitimi parentum ſucceſſores & propinquis præfecti, comitantes eos Dei ope & ſcientia. Qui autem primogenituram ſortitus eſt, Deo obſequi, & eum timere apprime tenetur & debet. Idcirco omnes qui in patris locum ſuccedunt, & aliis præficiuntur, ad hęc quoque omnia obligantur.

*De orationibus, earumque cognitione, ad quas tenentur fideles.*

## CAPUT XVII.

Omnes Chriſti fideles ad ſeptem tenentur ſingulis diebus orationes, incipiendo a veſpere, ſacra aſſerente ſcriptura: *Factumque eſt veſpere & mane dies unus*, initio ſumpto a nocte. Ideo prima oratio eſt ea, quæ dicitur ad veſperas; ſecunda eſt oratio dormitionis, ideſt antequam eamus cubitum, tertia oratio mediæ noctis, quarta oratio matutini, quinta oratio horæ nonæ. Monachi porro obſervantiores ſe ſe ſtatuto obſtrinxerunt, has canonicas horas perſolvere cum adorationibus, genuflexionibus, pſalmodiis & canticis; plebs autem ex his tres tantum perſolvere debet cum genuflexionibus & pſalmodiis, quatuor vero reliquas ſua ſponte & voluntate faciat ſine pſalmodiis. Tres autem orationes, ad quas plebs tenetur, ſunt oratio ad veſperas, oratio dormitionis, & oratio matutina. Qui autem in his genuflectit, bene quidem facit, qui vero non, nullius culpæ eſt reus, eaſque perſolvat vel ſtans, vel ſedens, vel in lecto cubans. Media autem nocte Deum laudare mementote, ut veſtri quoque ipſe memor ſit, dum in lectis veſtris jacetis, & veſtri miſereatur, ac veſtra dimittat peccata. Idem in aliis præſtate orationibus, cum veſtra agitis opera & negotia, ut dum mundana agitis, cœleſtia lucremini. De his quippe orationibus ſic ait David propheta: *Septies in die laudavi te.* ideſt nocte & die.

Gen. 1. 5.

Pſal. 118. v. 164.

*De ordine & præſtantia orationis.*

## CAPUT XVIII.

Matutina oratione gratias Deo agimus, qui tenebras expulit, & caliginem noctis, & luſtravit diei lumine terras, & quod aſcendant angeli noctis, & deſcendant angeli diei, & quidem quicquid animo certo petimus hoc tempore, conſequemur. Oratio horæ tertiæ eo perſolvitur tempore, quo deſcendit Spiritus ſanctus ſuper diſcipulos Domini noſtri Jeſu Chriſti, & quo præparare nos debemus ad ſacroſanctum miſſæ ſacrificium. Oratio ſextæ horæ perſolvitur eo tempore quo cruci affixus eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus, & paſſus eſt in ſanctiſſima carne, & eſt tempus quo adimplevit pactum ſuum cum Adamo, & ex ejus progenie fidelibus, & expiavit terram a maledictione, cui obnoxia erat, ob Adami peccatum; & eſt ſanctum illud tempus, quo auguſtiſſimum Chriſti edimus corpus, & ejus pretioſum bibimus ſanguinem



A Oratio horæ nonæ perſolvitur eo tempore, quo Dominus noſter Jeſus Chriſtus ex cruce depoſitus fuit, & de diabolorum triumphavit poteſtatibus, fregitque portas æneas, & ferreos vectes in libertatem vindicatis in inferorum carcere detentis, & ab eorum tormentis laxatis creaturis. Et eſt tempus quo latro qui ad domini dexteram crucifixus erat, dum in cruce pendebat, petiit, ut illius memor eſſet in regno ſuo, & meminit illius, & ex ceteris hominibus primum in Paradiſum miſit. Quamobrem orate hac hora, o Chriſti fideles, fidis animis, & petite quia conſequemini petitiones veſtras. Oratio ad veſperas perſolvitur eo tempore quo deſcendunt angeli Dei ad cuſtodiendos omnes B dormientes, & ſomno ſopitos a tenebris noctis, & ab hoſtibus diaboli, & aſcendunt angeli diei e terra abeunte die, & nocte ingruente. Hoc tempore aperiuntur januæ cœlorum, quamobrem orate & petite, & dabitur vobis. Oratio dormitionis cum cubitum itur, eſt conſtitutio & lex apoſtolorum, patrum, & prophetarum, & eſt maxime juſtis, probis hominibus & monachis præcipua, & quidem orantis hac hora exaudit preces Deus. Oratio mediæ noctis eo perſolvitur tempore, quo Dei celebrantur laudes ab omnibus cœleſtibus, terrenis, ſpiritu, anima, corde, venis, nervis, fructibus, foliis, arboribus, arbuſtis, fœno, herba, nec non ab omnibus terræ animantibus, iiſque quæ in maC ribus ſunt & fluminibus. Quamobrem certo animo orate hac hora omnes Chriſti fideles, & conſequemini poſtulationes veſtras. Hæ ſunt orationum præſtantiæ, & excellentiæ, quas gratuito hominibus largitus eſt Deus, ut quoties Domini ſui memores comperiantur, ejuſque celebrantes laudes, exaudiantur, & ſua dentur eis poſtulata, & peccata dimittantur. Quamobrem impigri orate fideles, nec orandi vos tædeat unquam.

*De jejunio, ejuſque excellentia.*

## CAPUT XIX.

D Omnibus Chriſti fidelibus tam viris, quam mulieribus, pueris, ſervis, ceteriſque aliis jejunandum in primis eſt jejunium majus, nimirum per octo ſeptimanas, cujus initium eſt poſtremum hyemis, & finis initium veris: ſingulis autem ſeptimanis jejunandum eſt quinque diebus dumtaxat, & duobus diebus frangendum jejunium, nempe die ſabbati & die dominico. Quo autem tempore hiſce duobus diebus, nimirum ſabbati, & die dominico omnibus Chriſti fidelibus ſacrum audiendum eſt hora nona in eccleſiis, quoniam ſunt dies feſti, in quibus haud jejunandum eſt. Sabbatum eſt dies feſtus veteris legis, proinde ſacrum eo die Chriſtianis audiendum eſt, ſed integrum illis eſt, opera ſervilia in eo E facere, & frangere jejunium. Dominicus vero dies eſt novæ legis feſtus, ideoque oportet ut Chriſti fideles vacent hoc die ab omnibus ſervilibus operibus, ſacrum audiant & frangant quoque jejunium. Et eſt dies, de qua ait Deus per linguam Davidis prophetæ. *Hæc eſt dies, quam fecit dominus; exultemus & lætemur in ea.* Si autem dicet aliquis, Davidem locutum fuiſſe de die ſabbati, huic reſpondemus & dicimus: David ut diem feſtum ſabbatum celebrabat, & magnifaciebat ex legis inſtituto; hic vero loquitur de die dominico ut de re nova di-

dicens : *Exultemus & lætemur in ea* , quod qui- A dem & veritati conſentaneum eſt . Atque ita omnes dies dominici totius anni colendi , & venerandi ſunt Chriſti fidelibus . Et hoc quidem jejunium Chriſti fidelibus hac ratione obſervandum eſt quotannis. Abſtinere quoque tenentur per ſeptem ſanctæ quadrageſimæ ſeptimanas a carnibus , omnibuſque pinguibus, & quo magis ſe continent a cibo & potu , eo plus accreſcit meritum juſtitiæ & bonorum operum , quia jejunium ſimile eſt officinæ fullonis, in qua veſtes nonniſi lotione & nimia attritione, & confricatione dealbantur : ſic peccata non abſterguntur, aut condonantur, niſi jejunio , fame , abſtinentia a concupiſcentiis, puris & ſupplicibus orationibus, humilitate, inedia & fletu ; non qui- B dem pingueſcendo, & operam dando cibis, gulæ, gaudiis & carnalibus voluptatibus . In paſchate autem incumbere enixe debent Chriſti fideles orationibus & pſalmodiis , & edant, bibant & lætentur , ita tamen ut non excedant modum , & iniquitates , ac peccata admittant , quia hæc eſt magna illa ſolemnitas & paſcha , in quo ab hoſte liberati ſumus, & præmia operum a Deo expectamus , ſpe adepta remunerationis.

*De iis quæ tempore jejunii interdicuntur.*

## CAPUT XX.

C

Tempore jejunii quadrageſimæ nulla celebranda ſunt, aut agenda gaudia, neque ſponſalia , neque nuptiæ, neque pontificum , aut ſacerdotum promotiones, neque electiones, neque conſecrationes, neque inaugurandi ſunt reges, neque coronandi, neque baptiſmata celebranda , quia dies jejunii ſunt dies luctus & mœſtitiæ , quibuſque preces & ſupplicationes diu, noctuque Deo porrigendæ ſunt. Neque etiam cuiquam ulla de re congratulandum eſt. Defunctorum tamen exequiæ & funera non ſunt prætermittenda, neque infantis, cui mortis inſtat periculum, baptiſmus. Adhuc ſacerdotes , ſeniores populi , patres-familias, cunctique Chriſti fideles jejunare ſingulis diebus feriæ quartæ & ſextæ a car- D nibus , atque lacticiniis abſtinere ſemper his duobus diebus per totum annum , exceptis ſolemnitatibus dominicis, & diebus Pentecoſtes , nimirum qui interſunt inter Paſcha & Pentecoſten, quia hi omnes ſunt dies feſti, in quibus Chriſtus cum diſcipulis ſuis converſatus eſt poſt reſurrectionem ſuam a mortuis , uſquequo aſcendit ad cœlos, ſedit ad dexteram patris , miſitque Spiritum ſanctum qui eſt Paraclitus. Chriſti autem fideles, qui ſua ſponte religionis obſervantiæ ſeſe addixerunt, jejunare debent jejunium diſcipulorum Chriſti , quod Pentecoſten inſequitur, cum diſcipuli homines ad fidem in ſanctiſſimam Trinitatem vocabant , & invitabant , in quo idem ac in aliis obſervatur ciborum de- E lectus. Scitote demum fratres , Chriſtianam religionem totam ad alterius vitæ tendere opera , non autem ad mundana , quia recta oppoſita eſt voluptatibus , & concupiſcentiis , adeoque qui eam amplecti vult, bonis operibus impenſe det operam ad aliam vitam conſequendam.

*De Paſchate eodem tempore ab omnibus Chriſti fidelibus ubique celebrando.*

## CAPUT XXI.

Facta eſt inter nos maxima contentio de inſtantis ſancti Paſchatis celebratione . Comperimus enim tria præcipua orbis climata una cum reliquo univerſo ſub ſole orbe concorditer eumdem celebrare Paſchatis diem . Aſiam vero ſolam, & ſubjectas ei regiones, quæ minima reſpectu ceterarum pars eſt , in hoc diſſidentem . Quamobrem bene nobis viſum eſt, ut Aſiatici & qui ad eos attinent , Romanorum , Alexandrinorum, ac reliquorum ſequentes exemplum, ceteris conformentur orbis habitatoribus , & concorditer Paſcha celebrent, una eademque die, qua dominus reſurrexit a mortuis, quæ quartam decimam [a] horam primi menſis ſubſequitur , ut in hoc etiam opere ſimus concordes, unum idemque verbum proferamus ubique de morte, & reſurrectione Domini noſtri Jeſu Chriſti, utque inconverſi in eadem maneamus fide , & ſanctum noſtrum glorificetur fundamentum, & ex hoc uno opere dignoſcatur , omnium noſtrum unam eſſe fidem.

[a] Lunam

*De privilegiis ſanctorum altarium , eorumque juribus & ſtatutis.*

## CAPUT XXII.

Singularum gentium locorum & altarium primatus, privilegia , & jura ſervanda ſunt , nec ad illa ullus promoveatur extraneus , nimirum ad officia orationum & regiminis, quia hæc ſpectant ad ſingularum urbium cives, & miniſtros ipſorum altarium, niſi iidem aliquem honorare, promovere & ſibi præficere velint. Neque etiam fas eſt patriarchis , metropolitanis, epiſcopis , monaſteriorum abbatibus , regibus , aut imperatoribus poteſtatem exercere & dominium in locorum cives & altarium miniſtros , niſi legitimum jus ad id habeant : neque etiam privilegiis earum eccleſiarum & altarium derogare , mutare conſuetudines, aut ceremonias, nec præficere illis quempiam, niſi in quem ipſi conveniunt , vel is præficiatur, promoveaturque ab habente legitimum jus , ipſis præbentibus conſenſum , & adhibitis teſtibus, ne deinceps inficiari hoc poſſint. Porro ut Chriſti fideles poteſtatibus ſubjecti ſint, & ſuis obediant prælatis, eorum acquieſcant præceptis & interdictis, ſecundum divina jura & leges a priſcis, & fidelibus ſanctis patribus præſcriptas & conſtitutas. Ipſi quoque juſtitiam præſeferant & æquitatem, divinamque obſervent legem & cuſtodiant, & Dei obſequantur diſpenſationi, quæ præ ceteris gentibus illis tributa eſt.

*De cognitione fidei , ejuſque conſervatione & obſervantia.*

## CAPUT XXIII.

Chriſti fideles ſuam religionem intelligant oportet , ac bene capiant quæ ſit eorum fides. Et primo quidem credere debent in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, unum Deum ; in Patrem ut originem divinitatis , in Filium ut Verbum Dei, in Spiritum ſanctum ut ſpiritum

Dei

Dei ex utroque procedentem, qui deſcendit ſuper patriarchas, prophetas, apoſtolos, martyres, omneſque ſanctos benedictos, & quieſcit ubi vult, & egreditur unde vult. Fides autem in filium Dei æternum Jeſum Chriſtum eſt, quod deſcendit de cœlo, habitavit in Maria virgine, & aſſumpſit ex ea corpus, quo ſuam majeſtatem occultaret a creaturis, ne viderent eum oculi, quia ſi videret illam, oculus in ſubſtantia ſuæ majeſtatis, nequaquam ad momentum viveret ſuper terram, quia non eſt naturæ concretæ ſpiritualem videre ſubſtantiam; Ideoque corpus aſſumpſit, in quo oſtendit opera cœleſtia, ut ita illum cognoſceremus. Item crucifixus eſt in ſua humanitate pro ſuis creaturis, & obſecutus eſt in hoc voluntati patris explens fœdus, quod pepigit ſuo ſervo Adam, & proſtravit hoſtem ejus, ac eadem arte (qua perdidit hoſtis ille hominem ſua natura infirmum, invidioſe inſtruens illi dolos, ut rebellem & contumacem eum redderet in dominum & creatorem ſuum, & occultans ſe ſub corpore & ſpecie ſerpentis Adamum & Evam ſub ementita natura fefellit) Chriſtus dominus divina diſpenſatione infirmam aſſumens humanam naturam diabolum fefellit. Et quemadmodum diabolus expugnaverat veterem hominem, ita homo novus, qui eſt humanitas Chriſti, expugnavit diabolum, & irritum reddidit ſacrificium ejus, & liberavit quem abſorbuerat peccatum, & pretio ſui pretioſi ſanguinis redemit ſuos tam ſuperioris ſæculi, quam futuros, & ſalutis tradidit legem, ut nulli relinquatur deinceps legitima excuſatio. Et laus, atque gratiarum actio Patri, & Filio, & Spiritui ſancto Deo uni in ſæcula. Amen.

*De delatoribus & contumacibus.*

## CAPUT XXIV.

Nemini proximum criminari licet, aut invidioſe eum deferre. Si quis autem hujus criminis infamia notatus fuerit, compeſcatur. Et ſi reſipiſcere, & ad meliorem frugem redire recuſaverit, coarguant eum filii eccleſiæ Dei, deprimant, & e ſua expellant vicinia. Quod ſi facere non valebunt, ab ejus converſatione ſe contineant, nec edant, vel bibant cum illo, aut familiaritate utantur, quia vendit ſuos fratres in fide, quemadmodum vendidit Judas dominum, & magiſtrum ſuum, illumque prodidit. Nos itaque præcipimus omnem penitus abeſſe e clero delationis criminis ſuſpicionem. Et ſi quis e clero compertus fuerit hac nota inuſtus, dejiciatur ſuo ordine & officio privetur.

*Statuta & canones eorum ſanctorum patrum CCCXVIII. per modum exhortationis. & comminationis.*

## CAPUT XXV.

Filii eccleſiæ Dei fideles, ne ejus tranſgrediamini præcepta, neque commercium ineatis cum hæreticis execrandis, hoſtibus verbi veritatis, nec ſimul cum illis oretis; eorum funeribus, aut celebritatibus ne adſitis, pejores enim hi ſunt gentibus præteritis. Excommunicationem maximopere timete, & eam ſpernere cavete, nec familiaritatem ineatis cum ſpernentibus illam, nec eos pervicaciter perſeverare in hoc ſinatis, ſed ut reſipiſcentes pœnitentiam agant, omnem conferte operam & ſtudium. Contumacis ne ingrediamini domum, celebritatibus ejus ne adſitis, neque funeri, vel exequiis. Qui ad veritatem non revertitur, nec ejus rationem habet, reſcindite & projicite illum. An neſcitis, aut ignoratis dictum illud evangelii. *Quodcumque ligatur in terra, ligatum erit & in cœlis?* Filii eccleſiæ Dei Chriſti, quos ſuo redemit pretioſo ſanguine, ne ægre feratis injurias vobis propter Deum illatas, neque religioni veſtræ præferatis amorem propinquorum, aliorumve illius domini & Dei noſtri Jeſu Chriſti in evangelio memores dicti. *Qui amat patrem, aut matrem, aut quidquam honorum plusquam me, non eſt me dignus.* Filii eccleſiæ Dei, cavete a falſo teſtimonio dicendo, & a veritate impugnanda ob animi in aliquem propenſionem & affectum, quia qui hoc facit, jam ſe ipſum de libro vitæ obliteravit. Filii eccleſiæ Dei, a partibus ſtate veritatis, & omnem a vobis procul rejicite affectum, & juxta datam a Deo veritatis normam, ne celetis quam ſcitis veritatem, quia qui celat quæ ſcit in proximi perniciem & damnum, perditioni traditur a Deo æternæ, & opera ejus execrabilia erunt. Filii eccleſiæ Dei, mortis memores eſtote, proinde crimina quæcumque, & flagitia extimeſcite, & ingenui animo & corpore eſtote, omnem utriuſque evitantes labem, & maculam, ignem gehennæ timete, vermeſque inſomnes, iterata tormenta, ad ultimum aſpirate finem, caducas & fragiles ſpernite voluptates, æternas, & permanentes expetentes, nec non regnum illud in ſempiternum duraturum, & Dei famulis ingenuis animo & corpore paratum. Filii eccleſiæ Dei, eccleſiæ ſanctæ, fideles eſtote in iis, quibus præpoſiti eſtis, & animarum veſtrarum curam gerite, nec vitioſi, aut corruptores ſitis, nec ſeceſſiones facientes, quia omnes vitioſos, & corruptores odio habet Deus, & execrabiles ei ſunt, qui ſeceſſiones faciunt, & ſeorſim ſibi altare conſtituunt. Filii eccleſiæ Dei, qui aliquid commodat de ſuis bonis, ne det illud fœnori, quia odio jam habuit Deus fœneratores, nec illos benedicit, nec benedicit eis, imo eorum diſſipat bona. Porro illi, qui commodant fratribus ſuis in fide, aliiſque etiam propter Deum, ſancti Dei ſunt nuncupandi, & nequaquam benedictionibus & bonis carebunt. Filii eccleſiæ Dei, qui veſtrum commodat alicui quidquam, patienti animo expectet debiti exactionem, donec ſciet eum eſſe ſolvendo, nec illum nimis urgeat iteratis petitionibus. Jam enim ſcitis Domini noſtri Jeſu Chriſti quænam ſit de re ejuſmodi ſententia in ſacroſancto evangelio dicentis: *Aſſimilatum eſt regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ſervis ſuis. Et vocavit unum eorum, qui debebat ei decem millia talenta: cum autem non haberet unde redderet, juſſit eum dominus ejus venundari, & uxorem ejus & filios, & omnia quæ habebat & reddi. Procidens autem ſervus ille, orabat eum, dicens: Patientiam habe in me domine, & omnia reddam tibi. Miſertus autem dominus ſervi illius, dimiſit eum & debitum dimiſit ei. Egreſſus autem ſervus ille invenit unum de conſervis ſuis, qui debebat ei centum denarios: & tenens ſuffocabat eum dicens: redde quod debes. Et procidens conſervus ejus rogabat eum dicens. Patientiam habe in me & omnia reddam tibi. Ille autem noluit, ſed abiit & miſit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conſervi ejus ejuſmodi facinus, contorriti ſunt valde & convenientes abierunt, & narraverunt domino,*

*mino ſuo omnia quæ fecit; quod turpe ducens, dixit ei: Ego miſertus ſum ejus, cum multo plura mihi deberet, & patientiam in illo habui, & ipſe patientiam non habet in conſervo ſuo. Et accerſito ſervo illo dixit: Serve nequam & tibimet injurius, non ne rogaſti me pro te ipſo, & exaudivi petitionem tuam? Maxime, inquit, Domine mi. Ait illi: Serve crudelis quomodo miſertus non es conſervi, quemadmodum & ego ſum miſertus tui? Nunc ſicut feciſti, tibi fiet. Jubente autem domino in carcerem detruſus eſt, vendiditque uxorem & filios, & omnia quæ habebat, quoadusque redderet ultimum quadrantem, nec dimiſit illi quidquam. Ita faciet vobis Deus Pater, niſi invicem miſerti fueritis.* Hæc quidem ex ſacroſancto evangelio plane habetis & intelligitis. Qui ergo alieno ære obſtrictus eſt, præ oculis ponat quæ debet Deo, & illud diſſolvat, quamvis vendat agrum, vineam, fruges, nec non aurea ornamenta & vaſa, ac tenuiorem ſibi, ſuiſque præſcribat vivendi normam, & rationem. Si autem creditor debitum condonat ei, qui ſolvendo non eſt, maximum quidem a Deo conſequetur præmium. Porro ſi debitor alienum æs iniquis modis fraudare nititur & ſolutionem cavillatur, maximi criminis efficitur reus: ubi creditor patienter ferens, & gratias Deo agens ſuorum peccatorum veniam obtinebit. Quamobrem conſulite vobiſmet Chriſti fideles & Deum timete, ejuſque cavete indignationem, ardentes avaritiæ extinguentes in vobis ignes & componite affectus, ſic enim reliquos facile componetis mores. Filii eccleſiæ Dei, cui veſtrum concredita eſt res aliqua, aut traditum depoſitum, ingenua ſit fidelitate, remque eadem prorſus qua accepit, ratione reſtituat; illius enim, qui concredita ſibi fideliter non reſtituit, haud miſerebitur Deus, imo meritis in die judicii deſtinatur pœnis. O eccleſiæ Dei antiſtites, qui veſtrum judiciis, & cauſis decidendis præficitur, ſecundum debitam veritatem judicia decernat, nec hominum propter Deum timeat reprehenſiones & injurias, nec diſſimulet, nec munera accipiat. Quia principes qui juſta ferunt judicia, & juſtitiæ Dei inter populum ſuſtinent pondera & ſervant momenta, collocabit Deus ad dexteram ſuam in ultimo die, cum ipſe in lucido ſedebit throno ſuper manſiones majeſtatis, eruntque cum principibus angelorum. Verum qui iniqua decernunt judicia, & ſuperbia efferuntur, & arrogantia, ſui animi ſequentes cupiditates & affectus, judicia Dei, & veritatem deſerentes & poſthabentes, in ima detrudentur tartara, cum diabolorum principibus torquendi. Filii eccleſiæ Dei, & ſacerdotes ejus, ne permittatis quicquam turpe, obſcœnum, aut fœdum admitti in domibus veſtris, nec vetita comedatis munera, & ejus, qui vitiis, flagitiiſque corruptus eſt, ne utamini familiaritate, aut cum illo converſemini, nec tangatis, nec cohabitetis. Aſpicite quæſo & conſiderate quid fecit Deus Moabitis, Ammonitis & Amalecitis tempore Moyſis, dum turpia in ſuis domiciliis admittere non ſunt veriti, nec obſcœnitatum eos puduit, quomodo perdidit illos Deus, & omnes ad interitum perduxit. Quamobrem, dilectiſſimi Dei, Deum glorioſum timete & colite. Filii eccleſiæ Dei, ne ſeducat vos mundus ſuis concupiſcentiis, illecebris & voluptatibus, quia quæ editis, ad ſterquilinia tendunt & quæ induitis obſoleſcunt; Vos vero rationem pro his reddituri eſtis. Deum itaque aſpicite, & in eo ſpem collocate veſtram, cum eleemoſynam ex bonis

A veſtris elargimini, aut cibum præbetis famelicis, aut ſiti laborantibus potum, aut nudos induitis, aut munera offertis Deo, & ab illo ſolo in illo ultimo die mercedem expectate. Filii eccleſiæ Dei, timete Deum, & ſi qui veſtrum præficiuntur, aut populis regendis, aut familiis, aut eccleſiis, enitantur omnia bene gerere, omnibus benefacere, omneſque ſuos conferre conatus, ut probe obeant munus ſibi collatum. Paterfamilias ne ſuis deſit domeſticis, nec unum præferat alteri, illicita ne appetat, nec ſibi deligat meliores cibos, potus, aut veſtimenta. Eccleſiæ rector, & œconomus ne ſuos ſequatur affectus, & alios aliis poſthabeat, ſed cum ſingulis pro meritis agat, bona Dei ne defraudet, B eleemoſynas, & oblationes ne male diſpenſet, ſed juſte illa in eccleſia impertiatur & qua decet impendat, debitam ſibi ſervans partem, nec defraudet quæ Dei ſunt, ſibique ſit injurius. Mente agitote, rectores, quam rationem cras reddituri eſtis juſto judici, ubi nulla admittitur excuſatio, nullæ interponuntur preces, nulla ſuſcipiuntur munera; ſed ſinguli ſecundum opera ſua recipiunt mercedem, probi juxta benefacta, improbi juxta malefacta. Filii Eccleſiæ Dei fideles, quoties peregrinationem inſtituitis ad orandum & viſitandum Dei ædes, loca ſanctitatis ejus, & Chriſti ejus veſtigia, ne corpora veſtra cibo, & potu oneretis, ne obdormiatis propterea & impenſam perdatis & laborem, eritiſque C ſicut jumenta, quæ edunt & dormiunt, nec Dei optimi maximi occinunt laudes, ſed imitatores eſtote prophetarum, patriarcharum ſanctorum & juſtorum, ſedulam dantes precibus operam, nec vos pigeat, jejunii opem addentes, ut aſſequi valeatis quæ orando petitis a Deo, ut priſci illi juſti qui vos anteceſſerunt, ſuntque vobis exemplo. Nec accedatis ad templa Dei e longinquo, aut propinquo loco jocantes, deridentes, collaudantes, canentes, bibentes, ac temulenti: Si quem autem videritis ejuſmodi facinora patrantem ne divertatis ad illum, quia hæc omnia ſunt diaboli tela & machinæ ad intrudendum pro laudationibus blaſphemias, pro precibus execrationes, pro miſericordia & peccato- D rum venia per gratiam a Deo conſequendis maledictionem & vindictam. Filii eccleſiæ Dei ſanctæ, qui veſtrum jejunaverit, oraverit, eleemoſynam largitus fuerit, captivum redemerit, eccleſiam aliquam conſtruxerit, famelicum cibaverit, peregrinum hoſpitio exceperit, carcere detentum liberaverit, ſacrificium obtulerit, aut aliquid ejuſmodi opus juſtitiæ præſtiterit, ne glorietur, & prædicatione id efferat, ne inane & vacuum reddat hoc juſtitiæ ſuæ opus: id quippe ex diaboli machinatione eſt, ut irrita veſtra efficiat opera, quia Deus odio habet maximo gloriationem & ſuperbiam. Filii eccleſiæ Dei, ſi quis veſtrum in peccatum lapſus fuerit ne illud coram hominibus divulget tanquam gloriabun- E dus & in Deum contumax; ſic enim probi omnes ejus evitare converſationem & familiaritatem tenentur & debent, cum Deum non timeat iſte, nec hominum erubeſcat ora. Nihilominus qui in peccatum incidit, ne deſperet, aut de Dei diffidat miſericordia & ſpem omnem abjiciat, ſed revertatur ad Deum, & pœnitentiam agat, ſacerdoti medico animarum ſuum aperiat peccatum, & puro defleat corde, quia per eum Deus ſolus condonat nobis peccata & crimina. Filii eccleſiæ Dei, veſtrum eſt preces porrigere pro filiis veſtris & domeſticis, eoſque bene-

benedicere, & pro conceſſis vobis bonis gratias agere, ut vobis benedicat Deus & augeat illa. Filii eccleſiæ Dei, qui veſtrum bona a Dei conſecutus eſt gratia, liberoſque habet, caveat ne diris illos devoveat, ne forte exaudiatur, accidatque vobis amiſſio liberorum & bonorum, & acerbiſſimum caſum mœrentes & deſperantes, animas veſtras perdatis, vobis imprudentibus. Cavete etiam ne gloriatione vos efferatis ſuper fratres veſtros propter filios veſtros, facultates aut dignitatem aliquam, quia gloriationis peccatum deperdit non ſolum liberos, ſed utriuſque etiam ſæculi bona. Filii eccleſiæ Dei cavete vobis ab avaritia & invidentia, quia hæc duo lacerant eos, in quibus inſunt, profligant opes, liberos perdunt, morte citius afficiunt & afferunt egeſtatem. Nemo veſtrum oculos intendat in proximi bona, neque dicat: Cur huic datæ ſunt opes, mihi vero non item? Hac enim ratione coarguere is videtur dominum ſuum, qui dat cui vult & excludit quem vult. Quamobrem ſi quæ deſiderata deſunt vobis petite a Deo & dabuntur vobis; ſimiliter & quæ ſunt alterius vitæ, quia ipſe bonorum munerum & donorum largitor eſt. Pariter qui ex vobis mundana exoptat, ut liberos, honores & dignitates, Deum timeat, juſtitiam operetur, Deum roget & honeſta conſequetur optata, quia ea largitur cui vult & ut vult. Filii eccleſiæ Dei, ne dicatis: multum oneris impoſitum eſt nobis, & alia ſuper impoſita, quæ ferre non poſſumus, [1] & cum ſitis alieni a voluptatibus mundanis, ſtulta loquamini. Inſipiens enim dicit hoc: An ditiores nobis meliores ſunt? Scitote Deum optimum maximum nequaquam conſtituiſſe mundum hunc nobis perpetuum domicilium, aut æternum, neque vitam duraturam, neque id nobis ſperandum eſt. Nam ſi ita eſſet; utique hoc tribuiſſet ſuis ſervis, ſuis electis & eum timentibus & prophetis, & excluſiſſet prævaricatores, & in eum contumaces; ſed conſtituit hunc mundum ſtadium laboris & certaminis, illum vero alium domicilium beatitudinis & æternitatis; proindeque ſuis decrevit obedientiam, & interdixit eis mundana deſideria & cupiditates, & ſanxit illis omnia opera juſtitiæ, quæ ſunt certamina, labores, afflictiones & multiplices tribulationes. Porro ſancti Dei famuli, viri magni conſilii, & prudentia præditi, ſeveriſſime mundum ejuſque cupiditates contempſerunt, & portaverunt jugum portatu difficile primo & abjectu leve, ſed progreſſi in operibus juſtitiæ leve experti ſunt, & ſic adjuti regnum poſſederunt cœlorum, æternamque felicitatem, & in hoc mundo inculpati ſunt habiti, quia nulla mundanarum rerum habita ratione Deum timuerunt & manſuetam, mitem, ac humilem traduxerunt vitam, ut Dei ſervi & cultores. Inſipientes vero mundanas concupiſcentias, voluptates, eaſque avide complectentes, nec jugum religionis portare ſuſtinentes, grave quippe illud duxerunt, ſuas ſecuti ſunt cupiditates & libidines, in omni genere ſcelerum & peccatorum volutati ſunt, & longe a Deo receſſerunt, & præterquam quod toto vitæ curriculo in peccatis, flagitiis & in omni vitiorum genere vixerunt, vituperationes forte, & ignominiam apud homines non effugiunt, adhuc etiam certam Dei benedicti & excelſi maledictionem & cruciatus ſempiternos ſine miſericordia in perpetuum ſubibunt. Filii eccleſiæ Dei, ne dicatis, aut credatis, vos eſſe Deo proximos, alios vero ejus eſſe hoſtes, quia proximus Dei evadit, quicumque ejus obſervat præcepta, & ab illo longe recedit, & hoſtis fit illius, qui ſcelera & flagitia admittit, quibus eum ad iracundiam provocat, & ejus indignationem concitat. Filii eccleſiæ Dei, utique alii fuerunt Deo ante vos famuli & cultores qui ab illius obedientia deſciſcentes ſuo vitio perierunt. Quamobrem Deo veſtro obtemperate, & præceptis ejus obſequimini, eumque timete, ne pereatis & vos etiam. Filii eccleſiæ Dei, Judæi habebant fœdus carnalis circumciſionis, vos vero fideles ſpiritualem circumciſionem, quæ eſt deſcenſus Spiritus ſancti ignis comburentis & conſumentis peccatum. Item Judæi corporalia obſervabant lavacra, quibus mundabantur a lotio & pollutionibus, totique animo & mente intenti erant, ne aliquid ejuſmodi eorum tangeret corpora, & veſtimenta. At vos Chriſti fideles hoc multo præſtantius habetis, aquam ſcilicet baptiſmi, quæ animas mundat, & corpora, & eſt aqua illa munda, & vere pura, de qua locutus eſt Iſaias propheta & exclamavit dicens. *Lavamini & mundi eſtote.* *Iſa. 1. 16.* Verum oportet ut voſmetipſos contineatis a verbis impudicis & ſermonibus inverecundis, & caſta ab omnibus illicitis & nefariis veſtra ſervetis corpora. Etenim & Judæi cum parvipendere verba legis cœperint & oneroſiora illius depoſuerint, leviora quædam tantum & externa obſervantes, reprobi facti ſunt, & cecidit ignis devorans & ulciſcens in domicilia & liberos illorum & maledictio ſicuti ſcitis; & quamvis fuerint populus electus & dilectus Deo, tamen cum ad iracundiam illum ſuis provocaverint ſceleribus, perdidit eos; ſic & vobis, niſi ejus obſervaveritis præcepta, timeo, ne accidat quod & illis. Quamobrem ſervate, o baptiſmatis filii, religionis veſtræ mandata, nec prætermittatis omnem munditiem linguæ, corporis & cordis, & ſciatis quod omnia quæ eveniunt Chriſtianæ religionis cultoribus, infortunia & afflictiones deriventur ex contumacia & prævaricatione in Deum dominum ſuum & religionis contemptu. Idcirco cavete, ne accidat vobis quod accidit eis, qui vos anteceſſerunt, & percipite ſcripturas Dei, quæ noctu, diuque leguntur vobis. Si autem Judæi gloriantur de manducatione manna in deſerto, vos quidem majus hoc habetis, nimirum panem euchariſticum, qui eſt panis angelorum. Si vero glorientur ſe tranſiſſe per medium maris & Jordanis, id tamen non liberavit eos a peccatis. At vos deſcendiſtis in aquam baptiſmi, & uncti eſtis ſancti chriſmatis oleo, quo uncti ſunt prophetæ, ſacerdotes, & reges, & a peccato mundati eſtis. Et ſi glorientur Judæi adverſus vos, quod dederit eis Deus terram Syriæ, perdens ex ea gigantes, major gloria data vobis eſt, quia ſpoliavit eos regno, & dedit illud vobis, & abſtulit ab eis ſancta veſtigia, & dedit illa vobis, & addidit inſuper vobis quod non dedit eis in lege, ut intelligeretis ſcilicet retributionem alterius vitæ & æternam beatitudinem, quam eſtis conſecuturi, quam illis non aperuit, nec in cor eorum aſcendit, quam concedat vobis Deus. Amen. Amen.

*Finis canonum & conſtitutionum ſanctorum Patrum CCCXVIII. in Urbe Nicæa congregatorum.*

Interprete ABRAHAMO ECCHELLENSE

Maronita e Libano.

MA-

[1] Forte, ne eam. Hard.

# EJUSDEM CONCILII NICÆNI

## PRÆFATIO,

### EX ARABICIS ORIENTALIUM

*Codicibus Latine donata*

Ab eodem ABRAHAMO ECCHELLENSE.

MAGNUM trecentorum octodecim PP. concilium Nicææ Bithyniæ coadunatum eſt anno dominicæ incarnationis 325. Alexandri 636. Adami 5808. qui eſt annus Antiochi Antiocheni 373. menſe Junio, Imperii inviĉtiſſimi Conſtantini cognomento magni anno 19. ſecundum Ægyptios *die nona menſis Hatur*, *anno* 17. *Conſtantini*. ) Cauſa autem tanti concilii coadunationis Arii fuit impietas, qui Filium Dei creaturam eſſe proterve blaſphemabat. Hunc ſæpius arguit Alexander Alexandriæ patriarcha, & ab inceptis non deſiſtentem ſacris interdixit, ac e ſuo tandem dejecit ordine, in quam tum ſententiam patres conceſſere omnes.

Sed rem paulo altius repetamus, ut rei cauſa melius dignoſcatur. Poſtquam itaque per ſanctiſſimos apoſtolos promulgata eſt Chriſti lex, quemadmodum illis inſpiraverat ipſe per Spiritum ſanctum, qui ſuper eos deſcenderat: Lex nova, inquam, & electa, ſicut per Iſaiam dixerat prophetam, Chriſti fides invaleſcere cœpit, altaſque mittere radices, ut univerſa terra fidelibus compleretur, floreret juſtitia, æquitas, veritas, ac reliquæ virtutes, dejectis, ac procul expulſis dæmonis fraudibus, & artibus. Videns igitur diabolus fidem veramque religionem, quaqua terra patet, extenſam eſſe, ac in immenſum fere Chriſti creviſſe gregem atque multiplicatum: paſtores, epiſcopos, rectores, ac electos Dei ſacerdotes gregis incremento, & cultui gnaviter invigilare, & munere ſuo quemque ſedulo fungi: retia texere, ſtruere technas, arma parare cœpit, ac omnibus contendere viribus ad oppugnandam veritatem, ac Chriſti fidem religionemque quibuſvis poſſet modis excidendam, aut labem aliquam inducendam ei. Nec profecto vanas ſuas artes, incaſſumque fore laborem arbitrabatur, cum ejus tempeſtatis imperatores, ac principes ethnici eſſent omnes variis impliciti ſuperſtitionibus, & idolorum toti dediti cultibus. Hinc implacabiles imperatorum in Chriſti fideles excitavit iras, & furores, ut ubique eos perquiri, & crudelibus tradi necibus cœptum ſit, niſi veram abjicerent fidem, niſi idola adorarent, niſi abominationis offerrent ſacrificia. Verum effuſo ſanguine, & patratis cędibus Chriſti fideles in diem creviſſe obſervatum eſt. Nec ingruentes etiam ærumnæ, ac perſequutiones perduellium impedimento eſſe potuere fidelibus, quin decreta & ſanctiones, quas tradiderant apoſtoli pro temporibus obſervarent: nec diſtinere potuerunt paſtores, quin eccleſiaſticas conſtitutiones pro temporum ac fidelium neceſſitate conderent. Denique miſerante illo, qui dixerat apoſtolis, & per eorum ſucceſſoribus: *Ego ero vobiſcum uſque ad conſummationem ſæculi*: tot furores, & *Matth. 28* A irarum ſcintillæ, quas dudum in imperatorum incenderat animis diabolus adverſus Chriſtianos, per mulierem quamdam, nomine Helena, quæ ab ineunte ætate Chriſtiana fide, & moribus ab Edeſſenæ urbis epiſcopo imbuta erat, ſedatæ, & extinctæ ſunt. Hujus autem incomparabilis fęminæ, & de Chriſtiana religione optime meritæ, geſta plene deſcribuntur in hiſtoria inventionis Crucis, quamobrem brevitati hic conſulentes ea præterimus. Videns itaque Dei hominumque hoſtis diabolus hac quoque ex parte ſuas fruſtratas eſſe artes, ac ſtrophas, alias texere aggreſſus eſt, ſeditiones, & ſchiſmata inter fideles ipſos diſſeminans, quod quidem ex animi ſententia illi ceſſit. Nam tales ortæ B ſunt inter fideles diſſenſiones, ac diſſidia, ut plures eſſent perverſi hæretici, quam orthodoxi, in dieſque creſcebant adverſarii decreſcentibus fidelibus, ita ut fere eſſent inſtar tritici grani in ampliſſimo, feraciſſimoque zizaniorum agro. Nec ſane eccleſiam Dei iſti perſequi deſtiterunt, imo ethnicis extitere pejores, quippe divinas ſcripturas alicubi commutabant, alicubi addebant eis, alicubi demebant ea loca, quæ ſuis dogmatibus minime favebant: & apoſtolicis traditionibus, & decretis rejectis alia e ſuo cerebro ſubſtituerunt. Nec vero ab eccleſia catholica diſſidentes inter ſeſe conveniebant, ſed in varias diſſecti erant ſectas, ut hæreticorum omnium mos eſt.

C Prima iſtorum ſecta Sabbatinorum dicitur, ex reliquiis Judæorum qui impuro corde Chriſtianam amplexati ſunt fidem. Affirmabant quippe æquius eſſe ſabbatum obſervare, venerari, ac in eo ſacrificia offerre, quam diem dominicum; quia eo die, dicebant, Deus complevit, abſolvitque creaturarum opus, & benedixit illum, atque præcepit, ut coleretur, & requies in eo ab operibus, & laboribus caperetur. Verum obliti erant iſti Dei vocem per Iſaiam prophetam ita conteſtantem: *Odio habuit anima mea ſabbata veſtra, & Neomenias veſtras, & facta ſunt mihi gravia. In illo die ceſſare faciam omnia ſabbata veſtra, & dabo vobis legem novam electam, non ſicut eam, quam dederam Moyſi ſervo meo in Choreb* D *die magni conventus, ſed novam legem electam mittam vobis e Sion*. Ex qua auctoritate plane apparet, legem datam in monte Choreb, Moſaicam ſcilicet, una cum obſervatione ſabbati, circumciſionis, aliorumque cæremonialium, quam tunc dederat, jam abrogatam eſſe, illique ſucceſſiſſe legem novam, quam a Chriſto domino accepimus in Sion per ſanctos apoſtolos. Adhæc aſſerebant Moſaicæ legis lectionem evangelio, & omnibus novi inſtrumenti libris in eccleſia eſſe præferendam; circumciſionem haud eſſe

*Iſai. 1. ex parte duntaxat.*

eſſe abrogatam, ejuſque propterea uſum, & ob- A ſervantiam graviter inculcabant. Verum hujus ſententiæ arguit eos Deus per Prophetam dicens: *in illo die maledicam omnem circumciſum ex Boſon. & Homan.* Similia de cæremonialium uſu dicebant. Paſcha juxta veteris legis morem, & ſtatutum eſſe celebrandum contendebant, ex eo ſtrophas, & rationes texentes, quod novum teſtamentum veteri non ſit oppoſitum. Et quidem quamvis ita judaizarent, ſe eſſe veros Chriſtianos prædicabant. Et hi ſane ſunt de quibus ait apoſtolus Paulus: *Cavete ab opere malo, cavete a circumciſione*, cum reliquis omnibus a quibus nos cavere monet.

Secunda ſecta eſt Simonitarum a Simone Mago ſuam ducens originem & nomen. Hic ſan- B cti Spiritus gratiam pecunia emere, pertentare eſt auſus. Hunc ſequaces Simonem apoſtolum vocabant, eumque eſſe Dei Filium, ejuſque reconditam virtutem blaſphemabant; ideoque appellatum fuiſſe Simonem dicebant, id eſt, *obedientem*, quia obedivit Patri mittenti illum ad noſtram ſalutem. Apoſtoli vero hunc vocabant Simonem Magum, quia magiæ operam navabat, & multa opere magico perpetrabat mira, ac inter cætera fecit ſibi currum, quo per aera a dæmonibus ferretur. Hujus rerum geſtarum narratio refertur in libro Actorum apoſtolorum Petri & Pauli. Sibi autem perfidi iſti evangelium effinxerunt, quod in quatuor tomos ſecantes, librum quatuor angulorum, & cardinum mundi C appellarunt. Omnes magiæ operam navant, illamque tutantur, pendentia e collo geſtantes fila coloris rubri, & roſacei in ſignum pacti, ac fœderis initi cum diabolo eos ſeducente.

Tertia ſecta Marcioniſtarum eſt, qui aſſerebant tres eſſe Deos, bonum, malum, ac medium inter utrumque. Idcirco ſacras ſcripturas quibuſdam in locis commutarunt, addideruntque evangelio, & epiſtolis Pauli apoſtoli aliquibus in locis, quædam vero loca mutilarunt. Apoſtolorum Actus e medio omnino ſuſtulerunt, alium ſubſtituentes Actorum librum, qui faveret opinionibus ac dogmatibus, illumque nuncuparunt, *Librum propoſiti finis*. Marcionem principem nominabant apoſtolorum, Simonem Petrum D e ſuo gradu, & ordine deturbantes. Pſalmos, quos recitent inter preces fundendas, alios a Davidis pſalmis ſibi effinxerunt. Nullam futuram reſurrectionem, & de mortuis jam actum eſſe, impie docebant.

Quarta ſecta Sophiſtarum dicitur, qui tenent animas migrare vel in jumenta, vel in homines. Homines in mundo eſſe inſtar fœni, cujus aliquid metitur, & aliquid naſcitur, aſſeverabant, nullamque fore reſurrectionem poſt obitum, aut judicium, ſed homines ſuorum geſtorum mercedem, ac præmium in hoc mundo recepturos.

Quinta ſecta Manichæorum nomen habens a Mane, qui dæmoniacus, ac ſtultus cognomina- E batur. Hujus geſta ſi recenſere vellem, prolixior, quam par eſt, hæc noſtra evaderet præfatio. Iſti duo eſſe principia, ſeu duos deos delirabant, bonum unum, malum alterum. Bonus creator eſt luminis, & bonorum: Malus malorum, ac tenebrarum, plures pro hac ſententia tuenda afferentes rationes. Adhæc nullam hominum futuram reſurrectionem, nec judicium, nec bonorum præmium, nec malorum pœnam, & ipſi affirmabant. Solem, lunam, ac ſeptem planetas colunt. Duodecim Zodiaci ſignorum varios obſervant ſitus, ſicut & reliquorum aſtrorum motus, quorum ductu ſuas actiones temperant. Matrimonium illicitum omnino ducunt. Perpetuo jejunandum dicunt, omnes cibos immundos habentes; exiſtimant enim omnia anima rationali prædita eſſe, uti ſunt olera, ſemina, fructus, ac ejuſmodi, & Deum altiſſimum ſuis ſtultitiis ſtulte blaſphemant. Horoſcopos, & nativitates graviter obſervant, ac maximam his obſervationibus adhibent fidem, ſicut & magiæ, incantationibus, aſtrologiæ, horumque ductu, & regulis judicia ferunt, nænias venditantes.

Sexta ſecta Pauliniſtarum a Paulo Samoſateno dicta. Iſti Deum eſſe unum tam ſecundum ſubſtantiam, quam ſecundum perſonas dicebant, eum trinum nomine tenus appellitabant; Verbum neque per ſe mundum redemiſſe, neque ex ſubſtantia patris eſſe volebant, ſicuti nec etiam Spiritum ſanctum vivificantem. Chriſtum hominem eſſe a Deo creatum, ut Adam, & quemcumque noſtrum aſſerebant, & initium a Maria habuiſſe tantum, qui tum per gratiam aſſumptus ad humani generis ſalutem, hujuſque divinæ gratiæ ſocietate ſecundum amorem, & complacentiam Filius Dei dictus eſt. Omnia ſcripturarum loca, in quibus mentio fit principii filii, ejuſque divinitatis, & trinitatis abraſerunt, alia ſuis dogmatibus arridentia ſubſtituentes, retentis tamen ſcripturarum titulis & nominibus.

Septima ſecta Photinianorum, qui tres divinas perſonas compoſitas eſſe autumant, & compoſitione in unam coire. Horum quidam ſunt Meſſeliani, ſive orantes; quidam vero inſuper Saiemani ſive jejunantes. Hoſpites comiter excipiunt atque tractant, & diu noctuque lacrymis, & fletui ſunt dediti, quod Chriſti domini confirmant teſtimonio aſſerentis in evangelio: *Beati lugentes, quia ipſi gaudebunt*. Matth. 5. Veſtimentis utuntur nigris, & omnes lugent: ſi quis vero riſerit, eum a ſuo depellunt conſortio.

Octava ſecta Barbarorum dicitur; qui obſcenitatibus, adulteriis, fornicationibus, & omnis immunditiæ generibus ſunt dediti; quemadmodum & magicis artibus & ſanguini puerorum ad id effundendo; adeoque horum vita turpis eſt, ut plura referre non liceat.

Nona ſecta Phocalitarum vocatur, Samaritis non abſimilium, quia omnia immunda ducunt, ac præſertim mortuorum cadavera, ut ſi quis diem ſuum obierit, qui ejus ſepulturæ curam gerat, mercede conducant, & ſtatim e medio ſui efferri curant. Aliis utuntur veſtimentis dum vendunt, emunt, & quodcumque aliud negotium pertractant, aliis dum orant. Si quis extraneus alicui ipſorum fœminæ occurrerit, & rem turpem cum illa habere vellet, juxta ſuæ religionis dogmata, & axiomata, hæc corporis ſui copiam petenti omnino facere debeat, & quidem ingens præmium propterea illam conſequuturam arbitrantur, quamobrem fornicationes hujuſmodi ſummopere exoptant. Futuram reſurrectionem & judicium penitus inficiantur. Scabioſos, leproſos, ulceribus laborantes, ac ejuſmodi, ut porcos abominantur, nec apud ſe habitare ferunt. Pari modo e medio ſui expellunt quicumque labe aliqua ſunt infecti ut claudi, luſci, aridam habentes manum, ſurdi, cæci, lippi, ac ſimiles. Novum teſtamentum auferentes aliud ſibi commenti ſunt. Duodecim apoſtolis barbara impoſuerunt nomina, vetere tamen teſtamento integre retento.

Decima ſecta eſt Diſanitarum, qui duos tenent eſſe deos, unum bonum, alterum malum, in quo Manichæis conſonant, quemadmodum etiam & in terminis horoſcoporum, computis nativitatum, aſtrorum, ſeptem planetarum, & ſignorum Zodiaci duodecim, a quibus inferiorem hunc mundum regi autumant, & regimen creaturis, quæ rectore egent, tribuunt. Neque bona, neque mala opera in hominis eſſe poteſtate, & electione, id vero quia reſurrectionem inficiantur, & extremum judicium. Perpetuo albis utuntur veſtimentis, arbitrantes, eos, qui albis utuntur, ſtare a parte Dei luminis boni: qui vero nigris, a parte Dei tenebrarum mali.

Undecima eſt Arianorum, duodecima Eunomianorum, tertiadecima Macedonianorum, decimaquarta Paulianiſtarum. Iſtæ quidem quatuor ſectæ in quibuſdam conveniunt inter ſe, in quibuſdam vero differunt: ſed omnibus fere illis Arii arridet ſententia. Hic autem dicebat filium eſſe creaturam, cui Eunomius ſubſcripſit. In ſacris tamen ſcripturis nihil immutarunt. Macedonii diverſa fuit ſententia, Filium enim conſubſtantialem Patri docebat, Spiritum vero ſanctum non item, ſed eſſe creatum, & factum, ac propterea omnia ſacrarum ſcripturarum loca, quæ Spiritus ſancti teſtantur divinitatem, abraſit.

Decimaquinta ſecta Montaniſtarum eſt a Montano, qui etiam Mariamitæ dicuntur; nam ob maximum, quem deferebant Mariæ honorem, & reverentiam, deitatem ipſi conferebant. Aſſerebant præterea [1] Archonitam cum illa commercium habuiſſe, ex quo Filius Dei natus eſt. Plura mire fabuloſa, & ab omni veritate aliena, imo execranda ſuis immiſcent hiſtoriis. Lege ſancitum eſt apud eos, ut quater celebrentur in anno jejunia, ſingula quadraginta dierum ſpatio. Scripturas immutarunt & iſti, atque corruperunt, ac ſuis accommodarunt & dogmatibus, & aſſertis.

Decimaſexta Timotheiſtarum ſecta eſt: Hi vero cum fidelibus orthodoxis in omnibus conveniunt, nec catholicæ adverſantur religioni, aut corrumpunt ſcripturas: ſed hoc unum ipſis erat proprium, quod divites, & opulentos contemnebant, & rejiciebant, rationem facti texentes ex evangelio dicente: *Eſtote ut volucres cœli, quæ neque ſerunt, neque metunt, neque reponunt in horreis, & pater veſter alit eas*. Ulterius hanc ſuam confirmant ſententiam ex illo domini ad diſcipulos aſſerto: *Nolite habere poſſeſſiones, neque veſtimenta, neque domicilium, neque ocreas, neque calceos, ſed paupertatem aſſumite vobis*. Quicumque itaque ſuis efferebatur divitiis, aut his gloriabatur, principem non patiebantur. Monaſticam vitam laicali ita præferebant, ut exiſtimarent, quod quicumque hoc non amplexatus fuiſſet inſtitutum, partem non haberet cum Chriſto. Hanc ſuam ſententiam confirmabant ex illo Chriſti domini in evangelio aſſerto. *Quicumque non accipiet crucem ſuam, & ſequetur me, non eſt me dignus*. Cui conſilio adamuſſim obtemperabant.

Decimaſeptima eſt ſecta Novatianorum, qui καθαροὺς, id eſt mundos ſemetipſos appellabant. Iſti lavacris, purificationibus, ac jejuniis, jugiter operam dabant, vel ſi minima contrectarent, præcipue cum corpus exonerabant. Religionem ceteroquin, ac fidem integram ſervabant, quemadmodum, & ſacros libros nulla mutatione facta. Verum peccatores aſpernabantur, & execrabantur, aſſerentes nullum eſſe pœnitentiæ locum poſt commiſſum crimen, minimum ſit illud, vel maximum; hinc neminem ad pœnitentiam admittebant, ſed ſtatim a ſuo depellebant commercio, & apud ſe commorari non patiebantur.

Præter has ſectas erant quoque aliæ nu. 70. quas meminit D. Clemens epiſt. 2. Harum nos dogmata, & aſſerta miſſa hic facimus, ne prolixior præter inſtitutum protrahatur hæc noſtra præfatio.

Hinc orthodoxi longo temporum intervallo multas perpeſſi ſunt tribulationes, hinc ſacra diu latuere volumina, hinc longo annorum ſpatio ceſſavere feſtivitates, ac cæremoniæ perplures intermiſſæ, ut cogerentur fideles pueros baptizare domi, ibidemque celebrare miſſas, & ſacrificia offerre ob metum infidelium ſimul & hæreticorum, uſque ad imperium inviciſſimi, atque glorioſiſſimi Conſtantini filii Helenæ mulieris Edeſſenæ. Hæc enim Helena quamvis palam filio adoleſcenti Chriſti fidem referare non audebat, ne res ab adoleſcente ardentiori promota animo tam ſibi, quam Chriſtianis ceteris periculum crearet apud ſubditos Ethnicos jamdudum in Chriſti eccleſiam ſurere aſſuetos. Quamobrem rem totam Deo optimo maximo committebat, ſpe maxima ducta, quod eccleſiæ tandem aliquando provideret. Hinc juges ad Deum pro filio fundebat preces, jejunio aſſiduam navabat operam, eleemoſynas elargiebatur, ſupplex viros ſanctitate inſignes adibat, ut Deum enixe precarentur tam pro filio, quam pro eccleſiæ pace obtinenda. Et ſane incaſſi non fuerunt tantæ mulieris labores, inanes non fuerunt preces, ac vota; quandoquidem non ſolum ad fidem converſus eſt magnus Conſtantinus, verum etiam poſt converſionem nihil amplius illi cordi erat, quam Ethnicos, & Judæos ex imperii ſui ordinibus, & gradibus amovere, & exaltare fideles. Nec tunc minorem mater præſtabat operam, imo Hieroſolymam ſtatim vota exſolvens ſua properat, ac ut gratias pro tanto beneficio Chriſto domino ageret in locis illis, ubi tot pro nobis pertulit paſſiones. Nec etiam tantæ mulieris hæc pietatis fuit meta: ſed magnificentiſſima erigere templa aggreſſa eſt in loco ſepulcri, ubi dominus ſepultus jacuit: & Golgothæ, ubi cruci fuit affixus: in cœnaculo, ubi paſcha comedit cum diſcipulis: ubi natus: ubi ad cœlos aſcendit: ubi miracula perpetravit diverſa: eademque pietate, ac reverentia erga eumdem dominum muros inſtauravit Hieruſalem. Dum itaque hæc magno pietatis ab Helena fierent apparatu, adiit ipſam Hieroſolymorum epiſcopus, vir ſanctitate notus, & ait illi: Ad quid tam ſuperba iſta extollis ædificia? Ad quid tantus auri, & argenti caducus ornatus? Pro certo habe, Ethnicos aliquando poſt nos venturos, atque hæreticos, & prævalituros, nec ſuas ſolum preces in his magnificentiſſimis templis porrecturos, ſed & muros hos deſtructuros, ac terram everſuros ad perquirendum aurum, & argentum, ac quidquid pretioſi his locis imperiali liberalitate contuliſti. Idcirco ſuadeo, pientiſſima imperatrix, ut pro his ſuperbiſſimis templis, quæ ex lapidibus erigis, & & ingentibus ſaxis: pro caducis his ornamentis auri, argenti, ac pretioſorum lapidum, animas ædifi-

1 Cotelerius tom. 1. Monum. Eccl. Græc. pag. 783. legi vult *Archontem* Ἄρχοντα. *Hard.*

ædifices hominum, quæ innumeræ propemodum A vel infidelitatis ſeductionibus obrutæ ſuffocantur, vel hæreſeos cæcitate percuſſæ e recto deflectunt tramite, alienæ factæ ſunt a vera divinaque fide orthodoxa. Hæc vir ſanctiſſimus maximis, & efficacibus inſinuavit imperatrici rationibus, ac jugibus precibus, & ſupplicationibus inculcavit. Quæ quidem cum hæc percepiſſet a ſancto viro, orthodoxæ divinæque fidei zelo commota eſt, quod animadvertiſſet plures ortas fuiſſe ſectas, quæ Dei eccleſiam ubique exagitabant. Filio itaque extemplo perſcribit, ut eccleſiæ Dei ſtatui provideret dicens: quemadmodum Gentiles, ac Judæos ab ordinibus tui imperii amoviſti, ita rogo, ut hæreticos quoque ab eccleſia Dei, & fidelium conſortio removeas, & ſchiſ- B mata tua componas auctoritate, ac perverſos ad fidei veritatem redire cogas. Acceptis Conſtantinus matris literis, ac aliunde ſolicitatus etiam propter Arii præſertim impietatem, quamobrem fidei correptus zelo ſtatim ſcribi juſſit per univerſum imperium, aliaſque orbis provincias ad patriarchas, metropolitas, & epiſcopos, rogans, ut omnes Nicææ Bithyniæ congregentur ad ſtabilienda, ac decernenda, quæ fidei ſunt, & juſtitiæ, ut omnes in unam convenirent fidem remoto ſchiſmate & religionis diſſidiis. Tempus autem hujus conventus ad annum condixit, & menſes duos poſt datas literas. Conveneruntque ad condictum tempus 318. epiſcopi anno Alexandri 336. qui eſt 673. Antiochi Antiocheni, C & Chriſti domini 325. nona die menſis Junii, qui Ægyptiis Hatur dicitur. Erant autem ſanctiſſimi patres ſicut angeli Dei virtutibus fulgentes, & ſicut aſtra inter mortales omnes ſplendentes, nec ullus fere eorum erat, qui aliquo, vel pluribus corporis ſui membris non eſſet cauſa fidei mutilatus: aut aliqnod conſtantiæ ſuæ ᵃ ſignum non præſeferret. Inter hos non adfuit Julius Romanus epiſcopus ob ætatis gravitatem, ſed duos probatiſſimos doctrina, & moribus miſit presbyteros, ut ejus tenerent locum, & ea, quæ in concilio a conſacerdotibus decernerentur, confirmarent. Præter 318. hos patres, plures eo confluxerunt diſputationis ergo, quique in fide, & opinionibus, vel inter ſe diſ- D ſidebant. Pientiſſimus autem imperator præcepit alimenta ſingulis regia liberalitate conſtitui, & habitacula deſignari, ac quidquid eorum commodis neceſſarium erat. His ex animi ſententia perſolutis, mandavit magnum amplumque parari 318. patribus conſiſtorium, ac ſingulis ſubſellia. Conſidentes vero ſecundum dignitatis cujuſque ordines, poſtremus adivit imperator pauco ſuorum conſtipatus numero, patreſque adorans ſalutavit poſtulata benedictione, & poſita illi ſede minore, inferiorique, quam aliis, in medio eorum ſedit, prius a patribus petita venia. Tum pluribus verbis de fidei integritate ſervanda eos colloqui aggreſſus eſt, atque de concordia ineunda. Item plura colloquuti ſunt de fi- E dei, quam nobis tradiderant apoſtoli, puritate: plura de prophetarum vaticiniis, plura de ſacrarum ſcripturarum oraculis, deque ipſarum auctoritate, qua vel fides confirmatur, vel errores refutantur. Poſthæc depoſitis in medio patrum, ac traditis eis gladio, ſceptro, ac anulo, ait illis: Ecce tradidi vobis hodie poteſtatem in ſacerdotium, imperium univerſum, eccleſias, atque altaria, ut quicquid religionis ſtabilitati, quicquid fidelium bono, atque commodo vobis magis expedire videatur, faciatis. Vos hodie e-

ᵃ Silveſtro

A ſtis principium vitæ vitam habituris, ac perditio perituris ex Dei eccleſia. Ad veſtrum conſiſtorium admittatis velim eos hæreticos, qui minime ſacras rejiciunt ſcripturas, nec verba commutant, eaſque recipiunt, ſed tantum in aliquorum locorum ſenſu & expoſitione hærent, ut ſuæ fidei ac dogmatum rationem reddant. At eorum, qui fidem orthodoxam, & apoſtolicas traditiones oppugnant, ſcripturaſque corrumpunt, 7 addentes, vel diminuentes ad veſtrum conventum nemo admittatur, niſi prius reſipuerit, pœnitentiam egerit, hæreſim abjuraverit. Tunc epiſcoporum primates benedictionem, & optimam a Deo remunerationem imperatori deprecati ſunt, ob maximam ac ſedulam operam, quam in fi- B de promovenda præſtabat; horumque exemplum ceteri ſequuti fauſta omnia illi acclamaverunt. His peractis diſceptare cœperunt cum hæreticis & hypocritis, perduravitque hujuſmodi congreſſus trium annorum ſpatio, ut coacti ſint iſti ore veritatem fateri: quæ vero corde & animo fovebant ſolus novit Deus. Deſcriptum autem eſt quicquid cum hæreticis, & fidei impugnatoribus diſputatum eſt, & quicquid patres inter ſe colloquuti ſunt, atque diſcuſſerunt, quadraginta libris. Singulorum vero ſanctorum patrum profeſſiones, ſermones & ſententiæ aliis libris quindecim, qui nomine apoſtolicarum dignoſcuntur, conſervanturque in eccleſiarum bibliothecis. Siquidem hæc omnia deſcripta ſunt, & per uni- C verſas orbis terrarum provincias promulgata, præter canones & conſtitutiones, qui aliis libris tribus congeſti ſunt, ex quibus compilata ſunt ea, quibus Chriſtiani indigent orientales, & eſt hic liber. Nam infinitæ ſunt propemodum conſtitutiones, quas condiderunt patres illi imperatoribus, regibus, ſacerdotibus, principibus, judicibus, rectoribus, & provinciarum præſidibus, ut ſingulis expedit regionibus ſecundum incolarum mores, & naturas: Item eremitis, monachis, abbatibus, monialibus, ſingulis eccleſiaſticorum ordinibus, militibus, ducibus, civibus, nautis, nummulariis, variis artificibus, fornicariis, adulteris, ſodomitis, concubinariis, polygamis: nec quicquam parvum, vel magnum prætermiſerunt, D cui non ſanxerint leges, & ſtatuta. Ratio autem hujus eſt, quia eo tempore recens imperator ad fidem converſus erat cum principibus, magnatibus, militibus, ducibus, patritiis, ac reliquis imperii incolis, adeoque conſtitutionibus, & ſtatutis, quibus regerentur, indigebant.

In hoc ſacro præſidebat conſiſtorio Alexander Alexandriæ patriarcha, ſecundum vero locum Euſtatius patriarcha Antiochenus tenebat, tertium Macarius Hieroſolymitanus, quibuſcum aderant & legati Romani Pontificis. Hujus conventus cauſa fuit, ut initio diximus, Arii blaſphemia, qui conductus ſiſtitur patribus, & ut cauſam diceret juſſus, qui ait: Dico quod Pater aliquando fuit, quando Filius non fuit, tum pro- E duxit Filium, qui factus eſt ei Verbum, quod undequaque creatura eſt, & in tempore productum. Huic Filio poteſtatem contulit per gratiam Pater, qui & Verbum ejus dicitur, quare factus eſt creator cœlorum & terræ, & quicquid in eis eſt, ſicut ait in ſacro evangelio: *data eſt mihi* *Matth 28.* hodie *poteſtas in cœlo & in terra*; igitur horum dicitur creator ſecundum datam ei per gratiam poteſtatem. Verbum vero illud incarnatum eſt poſthæc de Spiritu ſancto ex Maria Vergine, & ita effectus eſt unus Chriſtus. Chriſtus itaque ex verbo conſtat, & humana car-

ne, utrumque vero iſtorum eſt creatum. Tunc A reſpondit Alexander Alexandrinus patriarcha, & ait coram patribus: Dic mihi: quem nos juſtius, æquiuſque adorare oportet, eum qui nos creavit, an vero eum, qui minime nos creavit? Reſpondit Arius: imo qui nos creavit. Tunc intulit Alexander patriarcha: Si Filius, quem undequaque eſſe creatum autumas, nos creavit, igitur per te adorare Filium creatum magis nos oportet, quam adorare Patrem increatum, impiumque adhuc magis erit adorare Patrem vere creatorem, quam adorare Filium, qui per te eſt creatus, quod eſt abſurdiſſimum. His auditis, & ponderatis impiam omnes duxerunt Arii ſententiam, eumque ni reſipuerit excommunicandum & deponendum B judicarunt, quemadmodum ſubſequuta eſt exilii, & relegationis ſententia; hanc enim pœnam infligebant tunc hæreticis, & nequaquam ad mortem procedebatur. In exilium igitur actus annuente imperatore paulo poſt acceptam excommunicationis ſententiam interiit defluentibus viſceribus. In hoc ſacro concilio conditum eſt illud fidei ſymbolum, quod in omnibus canitur eccleſiis, in quo multa definita ſunt, & eſt ejuſmodi.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem creatorem omnium viſibilium, & inviſibilium, & in unum dominum Jeſum Chriſtum Filium ejus unigenitum, id eſt, a ſubſtantia Patris, Deum de Deo, lumen de lu- C mine, Deum verum de Deo vero, genitum non creatum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt, tam in cœlis, quam in terra, qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlo, caro factus eſt, id eſt homo factus, & paſſus, atque mortuus, ac tertia die reſurrexit; & aſcendit ad cœlos, qui vivos, & mortuos judicaturus veniet. Credimus etiam in Spiritum ſanctum.

Si quis autem dixerit, quod aliquando fuerit, quando Filius non fuerit cum Patre, aut quod non fuerit ante temporalem nativitatem, aut ex non exiſtentibus extiterit, aut alia perſona, vel ſubſtantia, aut quod ſit comprehenſibilis, alterabilis, & mutabilis Filius Dei, hunc D catholica, & apoſtolica eccleſia anathematizat. Unus eſt enim Deus Pater Verbi viventis, quod eſt Sapientia, & virtus, per ſe ſubſiſtens: Filius perfectus a Patre perfecto. Pater generat Filium unigenitum. Unus eſt Deus Verbum ab unico ſoloque Patre. Deus Verbum imago eſt, & ſimilitudo Patris, Verbum agens, ſapientia omnia condens, virtus creatrix omnium creaturarum, Filius verus Patris veri, inviſibilis ab inviſibili, incorruptibilis ab incorruptibili, immortalis ab immortali, æternus ab æterno. Deus Pater ſuper omnia, & in omnibus eſt; Filius ſuper omnia, & in omnibus; Spiritus quoque ſanctus unicus procedens a Patre, Filioque, vivificans, ſuper omnia, & in omnibus eſt; Trinitas perfecta in una deitate in æternum, ac in una dominatione, & regno, indiviſibilis, & non aliud, & aliud. In hac trinitate nihil eſt creatum, nihil de novo productum, aut accidentale, nihil ſervile, nihil inæquale. Nunquam extitit Pater ſine Filio, nunquam Filius ſine Patre, & Spiritu ſancto: ſed ſemper extitit trinitas immutabilis, immota, Deus ſine principio. Pater ſolus genuit Filium ab æterno, quem nemo comprehendere valet. Hunc Pater non in tempore genuit, aut poſt aliquid temporis, ſed ab æterno, ſemperque illi coæternus fuit, eſt immortalis atque creator cum immortali Patre, & omnia condens cum illo. Similiter Spiritus ſanctus eſt æternus ab æterno cum Patre Filioque, eſtque perfectiſſimus in omnibus cum Patre, & Filio. Hoc autem ſecundum ſcripturas, & ſacroſanctas apoſtolicas, & ſynodales ſanctiones, &c.

Conſtantinus autem imperator hac ſancta fidei expoſitione, & canonibus acceptis a noſtris ſanctiſſimis patribus epiſcopis, incomparabili exultavit gaudio, eos ſanctas, divinaſque leges eſſe ducens. Quamobrem per univerſum imperium deſcriptas promulgavit, & tanquam maximam hæreditatem tradidit omnibus. Ad hæc exemplaria per reliquas habitabilis orbis terrarum partes tranſmiſit, quo gaviſi ſunt cuncti populi, ac immortales egerunt Deo gratias, & laudes. His perſolutis ſanctiſſimi noſtri patres epiſcopi benedictionem impertiti ſunt imperatori, & fauſta illi acclamantes abierunt ſinguli in ſuas civitates gratias agentes domino, & Deo noſtro, ac ſalvatori noſtro JESU CHRISTO, cui omnes debentur ab omnibus laudes, honores, & adoratio cum Patre, & Spiritu ſancto vivificante, & conſubſtantiali, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

ABRAA-

# ABRAAMI ECCHELLENSIS MARONITÆ E LIBANO

## DISSERTATIO.

### De auctoritate Canonum, & Conſtitutionum Nicænæ primæ ſynodi a ſe ex Arabico Latine verſorum.

PERMULTA ſane hic nobis differenda eſſent, atque diſputanda de hiſce concilii Nicæni, quos nunc damus, canonibus, & conſtitutionibus, quas diatypoſes Græci vocant. Sed ne longius quam par ſit noſtra vagetur oratio, de iis tantum agemus capitibus, quæ propius ad præſens noſtrum attinent inſtitutum. Et quidem ratio ordinis, & methodus poſtulat, ut primo loco videamus quibus auctoritatibus, ac patrum, & ſcriptorum teſtimoniis probari poſſit, concilium Nicænum plures edidiſſe canones, & conſtitutiones quam viginti illos vulgatos, qui in tomis conciliorum non ſolum Græce, & Latine, verum etiam variis linguis in omnium Chriſtianarum gentium, nullis exceptis, circumferuntur editionibus, & ab omnibus tanquam authentici, & legitimi Nicæni habentur.

I. Orientales quod attinet, addubitat nemo Nicænos patres plures edidiſſe canones, & conſtitutiones quam viginti illos vulgatos, ut plane, & plene conſtat ex ipſa præfatione, quæ omnibus præfixa eſt editionibus, in qua ſic legitur. *Deinde diſceptare cœperunt cum hæreticis, & hypocritis, perduravitque hujuſmodi congreſſus trium annorum ſpatio, donec iſti coacti ſunt veritatem ore fateri, quæ vero corde, & animo fovebant ſenſus noverat Deus. Deſcriptum autem quidquid cum hæreticis, & fidei impugnatoribus diſputatum eſt. Et quidquid patres inter ſe ſunt collocuti atque diſcuſſerunt, quadraginta libris. Singulorum vero ſanctorum patrum ſententiæ, ſermones, & fidei profeſſiones, quas ediderunt aliis libris quindecim, qui nomine apoſtolicarum dignoſcuntur, conſervanturque in eccleſiarum bibliothecis. Sicquidem hæc omnia deſcripta ſunt, & per univerſas orbis terrarum provincias promulgata, præter canones, & conſtitutiones, quæ aliis libris tribus congeſta ſunt. Ex quibus deſcripta ſunt ea, quibus Chriſtiani indigenæ orientales. & eſt hic liber.* Et poſt pauca. *Conſtitutiones autem, quas poſuerunt, quamplurimæ quidem ſunt. Etenim ſancita ſunt imperatoribus, regibus, ſacerdotibus, principibus, judicibus, rectoribus, & provinciarum præſidibus, ut ſingulis expedit regionibus ſecundum mores, & naturas. Item monaſteriis, earumque habitatoribus, abbatibus, monialibus, & ſingulis ipſorum ordinibus tam virorum quam mulierum, nec non eccleſiaſtica hierarchiæ. Præterea ducibus, militibus, mercatoribus, civibus, nautis, nummulariis quoque artificibus, fornicariis, adulteris, ſodomitis, concubinariis & polygamis. Nec quidquam parvum, vel magnum prætermiſerunt, cujus non fecerunt mentionem, & cui legem non ſtatuerunt.* Ratio autem editionis tot ſtatutorum & conſtitutionum, atque canonum ibidem ſic ſtatim redditur. *Id autem propterea, quia imperator, & magnates duces, milites, patritii, & ipſius curiæ ordines, nec non familiares, & domeſtici, & imperii ejus incolæ recens ad Chriſtianam fidem converſi erant, adeoque canonibus indigebant, & conſtitutionibus ad ſuam ſtabiliendam religionem.* Quaſi dixiſſet. cum imperator recens ad Chriſti fidem converſus eſſet una cum ſuis, & eo uſque nullæ generalium ſynodorum factæ eſſent conſtitutiones, quibus regerentur neophyti, magnum hoc, & primum, & generale concilium omnia ea, quæ ad Chriſtianam religionem ſtatuendam, firmandamque, ac ad recentis, creſcentiſque eccleſiæ regimen neceſſaria erant, ſanciendo proſpexit, ſingulorumque conſuluit ſtatui.

Eutychius patriarcha Alexandrinus in ſuo chronico de hoc agens concilio ait, *compoſuerunt etiam ipſi* (Conſtantino) *libros quadraginta, qui conſtitutiones, & leges continebant.*

Abuharcus Habbaſides Mohammedanus ſcriptor parte altera ſuæ apologiæ adverſus Chriſtianos: *Et poſuerunt Nicæni Conſtantino fidem, itemque quadraginta libros, quos canones appellaverunt.* Hæc Mohammedanus ſcriptor ex vulgatiſſimis orientalium Chriſtianorum monumentis.

Georgius Homaidius parte prima ſui chronici in Conſtantino magno: *Tum benedixerunt ei* (Conſtantino) *compoſuerunt ipſi librum canonum regni, & librum canonum eccleſiæ continentem quidquid ſpectat ad judicia, & lites.*

Huic orientalium aſſertioni mirum in modum conſonant Gelaſii Cyziceni in præludiis comment. act. concilii Nicæni verba ita perſcribentis. *Omnia, quæ in præclara illa, & ſancta ſynodo dicta, facta, & conſtituta fuerant, jampridem cum adhuc in paterna domo vitam degerem, legi, cum illa inveniſſem in antiquiſſimo libro in membranis pene integris deſcripta: qui fuit divini, & celebris Dalmatii in illuſtri Cyzicenorum metropoli ſanctæ catholicæ eccleſiæ archiepiſcopi: quique tandem ad familiæ noſtræ dominum devenit, patrem dico meum ſecundum carnem dignum habitum, qui in ordinem preſbyterorum ejuſdem eccleſiæ cooptaretur. In quem ſacrum librum cum incidiſſem, multumque in eo poſuiſſem ſtudii, nec potuiſſem memoria omnia retinere (nemo enim hominum immenſum illud mare, omnium, quæ in eo recondebantur memoriter in ore habere potuit) plurima annotavi ſanctorum noſtrorum patrum.*

His adſtipulantur quæ refert Photius Conſtantinopolitanus in ſumma librorum a ſe lectorum, ubi meminit ſe legiſſe librum, hiſtoriam præ ſe ferentem actorum in concilio Nicæno, qui diviſus erat in tres partes. Teſtatur propterea ſe inveniſſe alium codicem hæc eadem continentem acta ſub nomine Gelaſii epiſcopi Cæſareæ Palæſtinæ.

Iſidorus, ſive Hiſpalenſis, ſive alius in prologo collectionis canonum ſe audiſſe affirmat quoſdam orientales epiſcopos aſſeverantes ſe vidiſſe ingens volumen actorum ſynodi Nicænæ, in quibus ajebant judicia querimoniarum, & definitiones, ac conſtitutiones contineri. Ejuſmodi teſtimonia de canonibus, conſtitutionibus, & decretis concilii Nicæni in genere apud alios patres, & ſcriptores tam orientales, quam occidentales occurrere paſſim ignorat nemo, qui eorum evolvit monimenta, quæ nos hic miſſa facimus, his brevitatis gratia contenti.

Sed objiciet forte aliquis: qui fieri poteſt, ut tot libros, tot canones, & conſtitutiones edere potuiſſent patres illi in eo concilio? Ad hunc reſpondemus: haud mirum eſſe, ſi tempus attendamus, quo duravit concilium, & patrum in eo congregatorum numerum, & ſapientiam. Nam patres fuerunt; 318. ſelecti ex 2348. ut habet Alexandrinæ editionis præfatio, ſive ex 2048. ut Melchitarum, aliorumque proferunt editiones, de quo numero nos infra ſuo loco. Tempus autem durationis concilii triennii fuit, ut præter ipſam præfationem teſtantur Nicephorus lib. 8. cap. 14. & 26. ſic ſcribens: *Concilium Nicænum annis tribus, paulo amplius celebratum fuit*; & Gelaſius in comment. parte ſecunda. *Sexto quidem*, inquit *decimo anno, & ſexto menſe regni ſui juxta veteres hiſtorias, ut ſupra diximus* (ſcilicet) cap. 5. *ſanctum epiſcoporum concilium congregavit: anno vero vigeſimo cum ſynodi conventum diſſolviſſent, in ſuas parœcias ut dictum eſt unumquemque dimiſit.* Quamobrem æquum, ac par eſt credere ſanctiſſimos ſapientiſſimoſque patres illos 318. triennii eo intervallo, plura, alia quam viginti illos vulgatos canones ſanxiſſe, eccleſiæ tunc quaſi naſcentis regimini, & adminiſtrationi neceſſaria, atque opportuna, nec otioſos, & deſidentes tantum temporis ibi contriviſſe.

Rurſus nobis occurret moroſus aliquis, ac dicet: Fac patres Nicænos multos edidiſſe libros: Fac eoſdem plures condidiſſe canones, & conſtitutiones, ſequiturne proinde, hos Arabicos canones, & conſtitutiones, quos profers, eſſe Nicænos? Quis enim neſcit, ea omnia jam olim periiſſe in illa igne ſævientibus Arianis? Quis itaque ſanæ mentis, & judicii non inferet inde, hos canones, & conſtitutiones ſuppoſititias eſſe, & nomine tanti concilii confictas ad conciliandam eis auctoritatem fidem, & pondus?

Ad hæc, & ejuſmodi opponentem reſpondetur: nemo ſane neſcit Arianos igne, imo magis inuſitata rabie in acta, aliaque Nicæna ſæviſſe, ſed nemo etiam ſibi perſuadebit facile, Arianam illam ſævitiam, & crudelitatem,

tatem, rabiemque cunctas terrarum orbis pervaſiſſe provincias, in omnium gentium tam publicas, quam privatas irruiſſe bibliothecas; omnium Chriſtianarum nationum intellexiſſe linguas, itaut nihil incolume, nihil inviolatum abierit, exceſſerit, evaſerit, eruperit. Quamobrem non conjectura probabile duntaxat erit, ſed pro certo habendum apud nationes aliquas, præſertim quarum linguæ barbaræ putabantur, acta Nicæna, diatypoſes, atque canones inviolatos ſervatos fuiſſe, & ex Arianorum impetu, ore, & faucibus ereptos. Etenim ad magnum illud, & primum generale concilium, ac toto orbe celeberrimum, non ſolum confluxerunt Græci, & Latini, ſed *una etiam ædes ſacra* inquit Gelaſius cap. 5. ex Euſebii Pamphili lib. 3. Hiſt. *velut Dei nutu adaucta intra parietes ſuos, Syros pariter & Cilices, Phœnices, & Arabes, Palæſtinos, Ægyptios; porro Thebanos, Afros, aliosque ex Meſopotamia profectos recepit. Aderat etiam una in concilio Perſidis epiſcopus, nec ab hoc choro Scytha abfuit. Pontus etiam & Aſia* (Euſebius hic habet, Galatiam, & Cappadociam) *Phrygiaque, & Pamphilia viros apud ſe lectiſſimos ſuppeditarunt. Quin etiam Thraces, Macedones, Achæi, & Epirotæ, & quorum domicilia multo longiore locorum intervallo diſtabant, eo advenerunt.*

Quis autem credet hos patres omnes ad ſuas remeantes eccleſias tanti concilii acta, decreta, conſtitutiones, & canones in ſuas vernaculas verſos linguas haud ſecum attuliſſe? Nemo quidem ſanæ mentis id credet, aut ſibi perſuadere poterit. Nam ſi ea ipſorum patrum, qui concilio aderant ſolicitudo fuerit, ut omnibus eccleſiis, quæ ſub cœlo ſunt, quarum antiſtites concilio non adfuerant, quæ in concilio decreta ſunt tranſmiſerit, veluti teſtis eſt idem Gelaſius ibidem cap. 18. poſt patrum ſubſcriptiones in hæc verba: *Hi omnes ſancti, & apoſtolici viri omnibus ſub cœlo ſanctis Dei eccleſiis, quæ in Nicæna ſancta, magna generali ſynodo decreta ſunt tranſmittentes ubique tradiderant*: Quanto ergo majori cura, & ſolicitudine ſuis eccleſiis proſpicere debuiſſent, ipſorum canonum, & decretorum ipſi auctores? Nam quis perſuadere ſibi poterit, Syros, Ægyptios, & Arabes (ut ceteros nunc omittam) qui magna pars concilii fuerunt ad ſuas revertentes eccleſias ſine concilii canonibus, & ſtatutis, aliiſque decretis rediiſſe, & vacuis uti dicitur, manibus? An pro ſolis Græcis, & Latinis hoc concilium congregatum fuit? Nequaquam, ut eccleſiaſticæ hiſtoriæ omnes uno proclamant ore. Quis ergo prohibet hujus canones, decreta aliave apud alias quam Græcos, & Latinos extare gentes, & in earum conſervata vel privatis, vel publicis bibliothecis? Præterea quis neſcit multa monumenta, aut Græca, aut Latina, ſuis jam penitus periiſſe, integra vero hactenus conſervari apud Arabes, aliaſque gentes. Quod uno, aut altero argumento ab exemplo probandum nobis eſt. Apollonii Pergæi tres e poſterioribus quatuor libris de ſectionibus conicis, nonne jamdudum ſuis Græcis deſiderati ſunt, & a literatis viris deplorati? Tamen apud Arabes tandem reperti ſunt, & a magnis Hetruriæ ducibus magno redempti pretio, & a nobis Latinitate donati reipublicæ reſtituti ſunt literariæ. Sciunt etiam omnes plures Ariſtotelis libros non extare amplius apud ſuos Græcos, apud Arabes vero inveniri. Quæ apud Latinos deſiderantur, Titi Livii decades; apud Arabes extare oculati ferunt teſtes, quemadmodum & Taciti hiſtoriarum partem. Cur ergo mirum cenſendum eſt, ſi Nicæni acta, decreta, canones, & diatypoſes ſervata reperiantur apud aliquas orientales gentes.

Ad illud autem, quod de novorum canonum & conſtitutionum confictione aſſeritur, reſpondemus, ac dicimus, id non ſolum arduum, ad perdifficile, ſed factu, & creditu omnino impoſſibile eſſe. Qui enim fieri poteſt, ut omnes orientales nationes inter ſe longiſſimis terrarum ſpatiis diſtantes, diverſis utentes linguis, ac diſſimilibus penitus perſuaſionibus, convenire potuiſſent ad aliquid effingendum, & conjuncta comminiſcendum opera; præſertim ea, quæ propriis dogmatibus ipſorum e diametro ſunt oppoſita, & eorum fundamenta deſtruunt, & evertunt, eoſque anathematis agunt reos, ut ex canonis 44. videre eſt verbis? *Nemo enim*, ut ait Tertullianus in præſcript. *mentitur in ſuum dedecus, ſed in honorem*. Hinc ſatis demirandum eſt potius quod Melchitæ, Jacobitæ, Neſtoriani, Cophtitæ, Abyſſini, & Armeni canonem hunc e ſuis non abraſerint editionibus, cum eorum patriarchas ita Romani pontificis ſubjiciat poteſtati, jurisdictioni, ut diro anathemate percellantur, niſi abſolute, & ſine ulla conditione illius obediant imperio. Quod quidem ideo non præſtiterunt, quia pro certo tenent, nullique dubitant canonem illum eſſe Nicæni concilii, quod tanquam ſacroſanctum habent, & venerantur, evangelium, teſte (poſt divum Gregorium magnum) Elia Niſibenſi epiſcopo Neſtoriano ſeſſ. 1. ſuarum diſputationum cum Vaziro Abilcaſem viro Mohammedano. Ad hæc nationes iſtæ ita intereſſe diſſident in dogmatibus, ac eas exercent cum eccleſia Romana (ſi unam Maronitarum excipias nationem) inimicitias, ob condemnatas ab illa ipſarum hæreſes & perverſa quædam dogmata, unde potius, quam inter ſe ut hoc conveniant, jure dici poterit.

*Deſinet eſſe prius contrarius ignibus humor,*
*Junctaque cum luna lumina ſolis erunt.*
*Parſque eadem cœli zephyros emittet, & euros,*
*Et tepidus gelido flabit ab axe notus.*
*Et ver autumno, brumæ miſcebitur æſtas,*
*Atque eadem regio veſper, & ortus erit.*

Ex quo nulla ratione hoc objici poteſt, quin plane inde ſequitur, ea omnia Nicæni nomine haudquaquam ab iis nationibus ſimul & conjuncta opera confingi potuiſſe, cum earum in hanc rem concurſus, & congreſſus fieri omnino nequeat, ob dictas modo cauſas. Sed nec etiam illa confingi poterant ab una harum nationum, ſive ſectarum, quia aliæ minime ea recepiſſent, imo impugnaviſſent acerrime, ut res ipſa clare nos docet. Etenim canones, quos ſingulæ inſeruerunt ſectæ Nicænis ad ſua quædam comprobanda dogmata, ab aliis improbantur, acerrime impugnantur, & rejiciuntur tamquam nothi, & ſuppoſititii: proinde illi ſoli veri, & legitimi Nicæni canones habentur, in quibus omnes conveniunt, & in omnibus leguntur editionibus, ac propterea ab omnibus vocantur: *canones, in quibus convenitur*, uti legere eſt apud Abnaſſalum in præfatione ad conſtitutiones eccleſiæ Alexandrinæ, & alios. Hinc diſpar eſt in variis editionibus canonum numerus. Additionis ad Nicænos canones crimine arguit Melchitas modo laudatus Abnaſſalus loco citato hiſce verbis. *Et poſuerunt* (Nicæni patres) *de judiciis canones complures, ex quibus duæ in hoc libro ſunt partes, quarum una viginti continet canones* (id eſt illos vulgatos) *quos innumeræ ſequuntur conſtitutiones, in quibus convenitur, quarum nota eſt NIC. Altera vero multiplicis utilitatis eſt, cujus verſionem procurarunt Melchitæ, & Neſtoriani, & rata habetur apud Jacobitas Syros, & illius canonum numerus in Melchitarum editionibus eſt 84. quos complures ſubſequuntur etiam conſtitutiones. In Melchitarum vero editione inſunt additiones quædam ad eos pertinentes.* Atque ſic ſingulæ nationes, & ſectæ perdiligenter ea notant, quæ aliæ Nicænis ad ſua ſtatuenda dogmata addunt. Ex quo colligere licet, ea eſſe legitima Nicæni decreta, in quibus omnes conveniunt, quæque omnes amplectuntur, & quæ a nemine illarum ſectarum impugnantur; quæ vero non item, addita, & adulterina cenſenda ſunt. Sed facile adhuc ejuſmodi deprehendi poſſunt additiones, ſi nimirum ad ſubſequentium conciliorum expendantur trutinam Lydiumque lapidem. Etenim ſi ab horum diſſident definitionibus, & doctrina, indicium certiſſimum erit ea eſſe ſuppoſititia, & adulterina, quanto magis ſi illis adverſentur, & e diametro opponantur? Quandoquidem ſacris conciliis is mos ſemper fuit, ut ſubſequens inde fere ſemper ſumat exordium, ubi finem præcedens fecit. Hinc Conſtantinopolitana ſynodus, quæ Nicænam ſecuta eſt, a conſervandis Nicænis ſtatutis, & decretis initium ſuis fecit canonibus: Fidem non violandam patrum 318. qui apud Nicæam Bythiniæ convenerunt; ſed manere eam firmam, & ſtabilem. Et Epheſina, quæ Conſtantinopolitanam ſubſequitur ordine, tota eſt (præſertim par. 2. act. 1.) in examinandis Neſtorii dogmatibus ad Nicænæ trutinam, Lydiumque lapidem, & probando in Chriſto unam eſſe perſonam. Neſtoriani nihilominus additione ad Nicænæ ſynodi fidei definitionem facta demonſtrare impie contendunt Chriſtum duabus conſtare perſonis. Sic enim in eorum legitur editione: *Fecitque illum* (Chriſtum) *viſibile ſimulacrum ſuæ majeſtatis, & ſuæ indicatiuum occultationis omnibus ratione præditis. Et conſtat duabus naturis & duabus perſonis.* Quis hæc ſine ſtomacho legere poteſt? Si enim Nicæna definivit ſynodus Chriſtum duabus præditum eſſe perſonis, Epheſina, quæ Nicænæ ſe inſiſtere veſtigiis tam grandibus profitetur verbis, qua fronte decrevit, & definivit eumdem Chriſtum unica præditum eſſe perſona? Proinde manifeſte patet, ea eſſe Neſtorianum additamentum, & doloſe inſinuatam appendiculam. Item Chalcedonenſes patres, cum ad fidei expoſitionem ventum eſt, ita proclamarunt, ſeſe adhortantes, & profitentes catholicam fidem a præcedentibus conciliis traditam. *Feſtinate ſine ullo timore. Scire enim vos volumus, quia tam diviniſſimus, & piiſſimus orbis terræ dominus, quam nos catholicam fidem a ſanctis 318. & ſanctis 150. nec non etiam & a ceteris ſanctiſſimis & glorioſiſſimis patribus traditam cuſtodimus, & ſecundum ipſam credimus.* Nihilominus contendunt Monophyſitæ, Jacobitæ, ſcilicet Cophtitæ, & Armeni in ſynodo Nicæna definitum fuiſſe, Chriſtum unica præditum eſſe natura, voluntate, & operatione, & hæc Nicænis addunt ſtatutis. Unde in ipſa proluſione tituli: *Sanctiones, & decreta alia ex quatuor regum ad Conſtantinum libris*, ubi Vaticana Melchitarum habet editio: *ex quo aſſerimus eſſe Deum, & hominem duas habentem naturas, duas voluntates, duas operationes in una perſona*, Jacobitarum editio legit *Ex quo aſſerimus*

nius

*rum eſſe Deum, & hominem unam habentem naturam, unam voluntatem, unamque operationem in una perſona.* Ego puto utrumque eſſe additionem, quia nulla mota erat tunc de his quæſtio, nihilque definitum. Itaque poſteriorum conciliorum cribro, & omnium populorum conſenſu Nicænæ ſecernendæ ſunt decreta. Unde concludendum eſt ea, quæ poſteriorum conſentanea ſunt conciliorum dogmatibus, & definitionibus, quæ patrum cohabent teſtimoniis, quæ omnium illarum nationum comprobantur conſenſu, Nicæni vera, & legitima eſſe ſtatuta: quæ vero non item, adulterina, & ſuppoſititia.

II. Horum canonum, & conſtitutionum probatur etiam *αὐθεντία* ex collatione eorum, quæ a ſacris conciliis, ſummis pontificibus, ſanctis patribus, aliiſque antiquis ſcriptoribus citantur ex concilii Nicæni ſtatutis, actis, & canonibus. Et ne longior quam par ſit, noſtra protrahatur oratio, paucis hic contenti erimus; reliqua enim docti, ac in ſacris eccleſiaſticis libris evolvendis exercitati facile deprehendent, ſi ea cum hiſce noſtris canonibus, & conſtitutionibus conferant. Quippe inde plane agnoſcent quanta horum inter ſe ſit concordia, conſenſus, & conſpiratio; proindeque omnis confictionis, & commenti evaneſcit ſuſpicio. In concilio Epheſino act. 7. citatur privilegium a patribus Nicænis Cypri eccleſiæ collatum, quod inter viginti vulgatos canones minime extat, in noſtris vero hiſce canonibus eſt 43. ut ibi videre eſt. In calce concilii Chalcedonenſis, ut notat Bellarminus lib. 3. de Roman. Pontif. cap. 25. refert Atticus in concilio Nicæno determinatam fuiſſe rationem ſcribendarum formatarum, de quibus loquitur etiam Optatus lib. 2. contra Parmenianum. Quæ tamen formatarum ratio neque in Græca, neque in Latina habetur editione, in orientalibus vero editionibus extat cap. 22. titulo de variis eccleſiaſticis conſtitutionibus. Concilium Antiochenum canone primo affert, *non licere paſcha diverſo tempore facere, nec cum Judæis celebrare, ſicut in concilio Nicæno ſtatutum eſt.* Quem canonem explanans Balſamon in eos qui ſtatutum Nicæni de celebratione paſchæ non ſervant: *Hoc*, inquit, *in canonibus concilii Nicæni non eſt inventum, ſed in actis prima ſynodi invenitur.* Quid autem velit Balſamon nomine primæ ſynodi non ſatis conſtat, niſi intelligat primum volumen, in quo orientales de celebratione paſchæ actum fuiſſe ferunt. Vel intelligit ſynodum Romanam ſub Victore papa celebratam, in qua primum de paſchæ celebratione actum eſt, cujus forte Nicæna ſubinde ſecuta eſt decretum. Nam eodem tempore Demetrius patriarcha Alexandrinus epactæ auctor fuit, qua ratio ſubducitur celebrationis paſchæ, libellumque edidit, cujus exemplar miſit Victori papæ, qui in ea Romana ſynodo decrevit contra Aſiaticos, qua die paſcha celebrandum ſit. Hujus Romanæ ſynodi celebrationis paſchæ cauſa congregatæ commemoratio fit in Alexandrino martyrologio ſub die decima Hatur menſis Ægyptiorum hiſce verbis: *Hac die congregatum fuit Romæ ſanctum concilium ſub Victore papa. Cauſa autem congregationis hujus concilii fuit, quod eo uſque Chriſtiani epiphaniæ celebrabant ſolemnitatem, & initium faciebant jejunii quadrageſimæ mane diei duodecimi menſis Tuba, tum comedebant paſcha die 22. Amſcir. Deinde agebant diem feſtum paſſionis diebus aliquot poſt fractionem jejunii. Cum autem præfectus fuiſſet in patriarcham ſanctus Demetrius, qui erat vir ruſticus; ſcriptura, & librorum ignarus, ejus mentem ſua divina gratia illuminavit Deus, & omnes didicit eccleſiaſticas ſcripturas, eaſque memoria cuſtodivit, majoremque expoſuit illarum partem. Præterea epactam invenit qua jejunii, quadrageſimæ, & reſurrectionis ſupputatur ratio, quam Coptice, ſive Ægyptiace, & Romane, ſive Latine conſcripſit, illiuſque miſit exemplar ad patrem Victorem papam Romæ.* Canonem de celebratione paſchæ integrum refert Marcus patriarcha Alexandrinus in epiſtola ad Michaelem, & Baſilium epiſcopos ex concilii actis. Legitur item cap. 22. editionis Alexandrinæ ſub titulo: *Sanctiones, & decreta alia ex quatuor regum ad Conſtantinum libris*, ut ibi videre eſt. Poſt ſancitum hunc canonem, ſeu decretum Nicænæ ſynodi, factam fuiſſe concordiam, & conſonantiam ſanctiſſimi paſchatis, patet ex literis ejuſdem Nicænæ ſynodi ad Alexandrinos, & Ægyptios, uti legitur apud Theodoretum lib. 1. cap. 12. & in eodem ſupra laudato Alexandrino Martyrologio ſub eadem die.

Concilium Arelatenſe II. cap. 24. conſtitutionem ex concilio Nicæno de accuſatoribus fratrum, ita profert: *Eos qui falſa fratribus capitula objeciſſe convicti fuerint, placuit uſque ad exitum non communicare, ſicut magna ſynodus ante conſtituit, niſi digna ſatisfactione pœnituerint.* Ad hæc ita ſummæ conciliorum auctor: *Hic eſt unus canon præter illos viginti ex concilio Nicæno, quos ſupra recenſuimus.* Conſtitutio habetur titulo ſupra notato cap. 24.

In capite pervenit quæſt. 3. 7. & 16. citatur ſtatutum concilii Nicæni contra Simoniacos; hoc tamen nuſquam extat inter viginti illos vulgatos canones, qui Græce, & Latine circumferuntur, in hac vero noſtra orientali editione eſt canon 53.

S. Leo primus multa affert epiſt. 53. 54. 55. ex Nicæna ſynodo adverſus Anatolium CP. epiſcopum, jus ſibi ſupra Alexandrinam, & Antiochenam eccleſias uſurpantem. Hæc plene, & ſolide habentur in hac noſtra editione canon. 8. 37. & 42.

Julius primus, item Romanus pontifex, epiſtola prima, & in reſcripto ad orientales multa de eccleſiæ Romanæ prærogativis in Nicæna ſancita ſynodo refert, quæ nuſquam apparent, niſi in hac noſtra editione, ſcilicet can. 37. 44. 71. ut ibi legere eſt.

Zoſimus papa in ſua decretali, & monitorio ad ſextum concilium Carthaginenſe, tres profert ex Nicæna ſynodo canones, qui nunc in Græcis deſiderantur, & Latinis. Primus erat de appellationibus epiſcoporum ad Romanam ſedem. Alter de appellationibus presbyterorum, & minorum clericorum ad epiſcopos vicinos. Tertius demum de non eundo ad comitatum. De primo canone quanta olim fuerit altercatio ſub eodem Zoſimo, Bonifacio, Cœleſtino, aliiſque ſummis pontificibus, præſertim cum Africanis patribus, ſatis doctis viris notum eſt. De quo bellum etiam crudelius excitarunt, actiuſque patrum noſtrorum memoria Illyricus, Centuriatores, eorumque ſymmiſtæ, quod ipſorum adhuc ſucceſſores, & commiliſtri ſuſtinent, & fovent: canon tamen ille de appellationibus epiſcoporum ad Romanum pontificem eſt 71. in noſtra hac orientali editione. Ex quo arguendum eſt, ſummos illos pontifices canonem illum haud temere laudaſſe, & nomine concilii Africanis oppoſuiſſe. Nec dubium profecto eſt, Julium pontificem eo ſpectaſſe, cum appellantem ad ſe Athanaſium ſuæ reſtitueret eccleſiæ, uti teſtis eſt Theodoretus lib. 2. c. 4. & 5. Athanaſii, appellationis, & reſtitutionis mentio fit in martyrologio Ægyptio ſub die 5. menſis Babe, in qua commemoratio celebratur Pauli CP. patriarchæ, qui & ipſe ad eumdem appellaverat Julium, hujus canonis vi & auctoritate, ſicut auctores etiam ſunt Sozomenus lib. 3. cap. 8. Theodoretus loco ſupra citato, & Socrates lib. 2. cap. 15. ejuſdem quoque canonis auctoritate nec non quadrageſimi quarti, objurgavit idem Julius orientales, quod ſe non præmonito ſecundum conſuetudinem, judicium de Marcello, & Athanaſio epiſcopis feciſſent, veluti teſtis eſt ipſe Athanaſius apologia ſecunda. Huc ſpectat Innocentius papa apud Sozomenum lib. 8. cap. 26. dum probat omnes epiſcoporum cauſas ad ſe pertinere. Alter canon, quem ut Nicænum laudavit Zoſimus, erat de appellationibus presbyterorum, & minorum clericorum ad vicinos epiſcopos, de quo nos in nota ad can. 47. Tertius de non eundo ad comitatum habetur cap. 13. ſub hoc titulo: *Alia varia Eccleſiaſtica conſtitutiones.*

Innocentius ad Agapitum Macedonium epiſtola ſexta multa ex Nicæna refert ſynodo de generibus non ordinandorum, & de pœnitentibus, aliiſque in epiſtola vigeſima quarta ad ſynodum Toletanam. De his autem fuſe agitur capite decimoquarto de ſtatutis ſacerdotum, & quid ipſi debeant, & quid illis debeatur, ſub titulo: *Sanctiones, & decreta illa ex quatuor regum ad Conſtantinum libris decerpta.* Ibidem luculentiſſimis legitur verbis quod divus teſtatur Ambroſius in epiſtola ad eccleſiam Vercellenſem, ſcilicet in ſynodo Nicæna prohibitos bigamos ordinari.

Divus Auguſtinus in epiſtola 100. ſcribit in concilio Nicæno prohibitum eſſe, ne duo epiſcopi ſimul ſedeant in eadem ſede, dicens, *Adhuc in corpore poſito beatæ memoriæ patre, & epiſcopo meo ſene Valerio epiſcopus ordinatus ſum, & ſedi cum illo, quod concilio Nicæno prohibitum fuiſſe neſciebam.* Hæc prohibitio in orientalibus editionibus habetur can. 54.

Sanctus Baſilius magnus epiſt. 78. ſcribit in concilio Nicæno alia conſtituta eſſe ad correctionem noxiorum, alia ad præmonitionem eorum, quæ in futurum ſuboriri poſſunt. Quæ quam conſona ſint noſtris hiſce conſtitutionibus, nemo diſcurrens per ſingulas non videbit. Proinde quiſnam ex horum omnium conſenſu & conſpiratione non colliget, canones iſtos, & conſtitutiones eſſe authenticas & legitimas?

III. Inquirendum hic nobis quoque eſt, utrum Arabice tantum hi extent canones orientalibus, unde PP. Franciſco Turriano, Alphonſo Piſano, nonnulliſque aliis ſcriptoribus Arabici dicti ſunt: an vero aliis etiam linguis. Quandoquidem linguarum varietas, multiplicesque variarum gentium editiones, non minus faciunt ad horum canonum, & conſtitutionum *αὐθεντίαν* conteſtandam, atque confirmandam. Sciendum itaque eſt, tam ipſos canones, quam, quas hic proferimus conſtitutiones non ſolum Arabice extare orientalibus, verum etiam aliis linguis. Arabici vero dicti ſunt laudatis ſcriptoribus, quia Arabica lingua, & characteribus primo viſi ſunt apud Latinos, ex Ægypto allati. Proinde P. Turrianus in ſua ad eoſdem canones præfatione ita ſcriptum reliquit. *Sed cum lingua Græca non eſſet provinciis Alexandriæ, & Ægypti, & Pentapolis vernacula, ſed Arabica, quis rurſus*, &c. At pace tanti viri, lingua Arabica multo ſerius in eas provincias cum Arabum imperio introduci cœpit, ſub Homaro Benalchottabo ter-

tio

tio a Mohammede pſeudopropheta Arabum principe. A Elapſis autem ante ſæculis partim Græca erat, eo advecta cum Græcorum coloniis, partim Cophtica, ſive Ægyptiaca indigenarum vernacula. Hoc quidem ex eo evidenter patet, quia hactenus Chriſtianorum ſacra, & divina officia ibi vel Græca, vel Cophtica celebrantur lingua, ubi Arabica prophana habetur. His adſtipulatur Severus Benmokfabus Alexandrinus epiſcopus Aſmonia in præfatione ad vitas patriarcarum Alexandrinorum in hæc verba. *Ego quidem indignus ſum, qui mea infelici, & caduca manu ſcribam quidquam ex ipſorum patriarcharum hiſtoriis, aut geſtis; proinde opem imploravi Chriſtianorum fratrum, quos digniores eſſe novi, efflagitans ab eis, ut mihi auxilio eſſent in vertendis iis, quæ calamo, ſeu lingua Cophtica, & Græca reperimus, in communem ſeu linguam Arabicam, quæ hominibus hujus temporis cognita eſt in climate Ægypti, ubi Græca, & Cophtica lingua pluribus ignota evaſerunt.* Ex his non obſcure patet, antiquas, & vernaculas Ægypti linguas ante Arabum imperium Cophticam fuiſſe, & Græcam. B Sed redeamus in viam. Ad ipſum ergo argumentum, quod attinet, ſciendum eſt, hos canones, & conſtitutiones variis apud varias orientis gentes circumferri linguis, ex quibus ſex nobis hic Romæ extant editiones. Prima Arabicis exarata characteribus: & eſt Melchitarum, ſeu Græcorum, qui Arabica utuntur lingua, ſuntque per totam Syriam, Chaldæam, & Ægyptum diffuſi. Editionis hujus exemplaria extant nobis bina, unum in Vaticana bibliotheca, alterum in bibliotheca collegii Maronitarum de urbe. Utrumque Græcis eſt notatum numericis literis, & Græcis etiam alicubi interpolatum dictionibus, & commatibus. Secunda editio eſt Maronitarum, quæ duplex adhuc eſt, una Arabicis conſcripta characteribus, & lingua; altera, Syriaca, de qua mox paulo infra. Tertia eſt Cophtitarum, ſeu Chriſtianorum Ægyptiorum, qui Dioſcori ſequuntur dogmata, & eſt Arabicis conſcripta characteribus, & lingua, & Cophticis, ſeu Ægyptiacis notata numeris, ac quibuſdam etiam in locis interpolata Ægyptiacis vocabulis, integriſque verſiculis. Exemplaria extant bina, C unum bibliothecæ Vaticanæ, collegii Maronitarum alterum. Quarta eſt Jacobitarum Arabice conſcripta, & Syriacis interpolata vocabulis, & commatibus: hæc eſt noſtri juris. Quinta Æthiopica, characteribus, & lingua ejus gentis conſcripta. Hujus terna extant exemplaria, duo in Vaticana bibliotheca, unum in domo ſancti Stephani nationis Æthiopicæ. Sexta eſt Neſtorianorum Chaldaicis exarata characteribus, & lingua de qua Hebediesu in collectione canonum. Codex eſt bibliothecæ Vaticanæ. De Armena tandem editione ſic ſcribit P. Alphonſus Piſanus ad calcem ſuæ præfationis in eoſdem canones. *Extitiſſe porro*, inquit, *integrum concilium Nicænum, Armenica lingua apud regem Armeniorum ante* 300 *annos indicat epiſtola Gregorii decimi ad eundem regem, quæ manuſcripta extat apud cardinalem Sirletum, qua illud ſibi mitti rogat, cum jam indixiſſet concilium Lugdunenſe.* Ex his itaque liquido relinquitur, hos canones, & conſtitutiones non ſolum Arabica, ſed aliis etiam extare linguis, proindeque ea omnia, in quibus hæ omnes conveniunt, & conſpirant editiones tam va- D riarum gentium, regionum, & linguarum, legitima, & authentica concilii Nicæni habenda eſſe.

IV. Ratio præſentis argumenti poſtulare a nobis ſuo jure quoque videtur, ut aliquid etiam dicamus de horum canonum, & conſtitutionum interpretibus, quibuſque ex linguis verſi ſint, nec non de eorumdem collectoribus. Quoniam vero ſcriptores de hoc tractantes argumento ex profeſſo, non ſunt nobis in præſens ad manum, id paucis expediemus, in medium proferentes, quæ nobis ad manum ſunt, & quæ ſcire potuimus. De Melchitarum in primis, & Neſtorianorum editionum verſione hæc ſcripta reliquit Abnalchaſſabus Ægyptius in præfatione collectionis canonum, & conſtitutionum eccleſiæ Alexandrinæ Cophtitarum: *Et poſuerunt* (Nicæni patres) *de judiciis canones complures, ex quibus duæ in hoc libro ſunt partes, quarum una viginti canones continet, quam conſtitutiones ſequuntur innumeræ, in quibus conveniunt, quarum nota eſt* NIC. *Altera vero multiplicis utilitatis eſt, cujus verſionem procurarunt Mel-* E *chitæ, & Neſtoriani, & rata habetur apud Jacobitas Syros, & illius canonum numerus in Melchitarum editionibus eſt* 84 *quos complures ſubſequuntur etiam conſtitutiones. In editione, quæ eſt in Melchitarum manu, ſunt additamenta quædam ad eos pertinentia.* Ex hiſce auctoris hujus verbis habemus Melchitas, & Neſtorianos horum canonum, & conſtitutionum verſionem procuraſſe, ſed ex qua lingua non habemus. Ego tamen probabili conjectura conjicio, Melchitarum verſionem ex Græca lingua factam fuiſſe in Arabicam. Conjecturæ ratio eſt, quia Melchitæ ſunt Græci ritus, omneſque ferme eorum eccleſiaſtici libri in Arabicam ex Græca lingua ſunt verſi. Præterea non minus hoc perſuadent non ſolum interjecta Græca vocabula, ſed & integri verſus, & commata. De Neſtoriana verſione intelligi po- A teſt, eam factam fuiſſe vel ex Græca in Chaldæam (quod veriſimilius eſt) vel ex Chaldæa in Arabicam: utraque enim utuntur Neſtoriani; priore in ſacris obeundis; altera ut jam illis vernacula. Quibus vero interpretibus id factum fuerit nobis in præſens non conſtat, quemadmodum etiam neque de tempore, tamen hoc a longinqua vetuſtate præſtitum fuiſſe, ex eo colligi, & conjici poteſt quod harum gentium antiquiſſimi ſcriptores hos laudaverint canones, & conſtitutiones. Editionem Maroniticam ex Syriaca lingua Arabici juris fecit David archiepiſcopus Maronita an. ab Alexandro 1370. qui eſt Chriſti domini 1059. plus minus, rogantibus abbate Joſepho, ejuſque monachis, ut ex ejus præfatione conſtat, & nos alias notavimus. Syriaca porro illa editio quo facta fuit tempore, & quo interprete ſatis non conſtat, conſtat tamen eam eſſe antiquiſſimam, quandoquidem D. Joannes Maro, qui ſæculo ſexto ad ſeptimum vergente ſcribebat, in libro de ſacerdotio integrum citat ex ea canonem 44. ex quo quidem exiſtimant, illam auctorem habuiſſe D. Jacobum Niſi- B benſem epiſcopum, qui eidem interfuit concilio. De Cophticæ, Æthiopicæ, & Armenicæ editionum antiquitate, & interpretibus, nihil certum in præſens ſtatuere poſſumus, nihilo tamen minus idem de illarum antiquitate, ac de aliis militat argumentum. Ex hactenus itaque dictis concludimus omnes eos canones, diatypoſes, ſeu conſtitutiones, in quibus omnes conveniunt orientales illæ nationes, authenticos eſſe, & legitimos Nicænos, in quibus vero non item, ſuppoſititios, & nothos, uti mox liquido ex noſtris patebit notis.

## *EJUSDEM INTERPRETIS.*

*Notæ in præfationem, canones & conſtitutiones concilii Nicæni orientalium editionum.*

### I.

### DE ÆRA CONCILII.

C OMnes omnium orientalium editiones conveniunt de concilii Æra, ut ex ipſius præfationis patet exordio: at non conveniunt, quo ſub Romano pontifice fuit celebratum. Namque Melchitarum, & Cophtitarum ſeu Ægyptiorum editiones id ſub Julio I. factum fuiſſe tradunt, in quo Sozomeni opinionem, quam lib. 2. cap. 1. refert, ſequuti fuiſſe videntur, ſicut fecit & Caſſiodorus, ſeu potius iſti ex ea præfatione eam hauſerunt opinionem. Maronitarum vero editio, quam refert Joannes Maro Antiochenus Maronitarum patriarcha, qui prope ſextæ ſynodi floruit tempora in ſuo tractatu Syriaco adverſus orientalium hæreſes lib. 1. de Monophyſitarum hæreſi cap. primo id tribuit Silveſtri temporibus. Laudati auctoris verba ipſa ſunt. *Anno* 636. *Alexandri, &* 20. *imperii invictiſſimi Conſtantini celebrata eſt ſancta ſynodus Nicæna, cum eſſet Romæ Silveſter patriarcha, & Alexandriæ Alexander.* Et paulo poſt. *Accedat primus omnium S. Silveſter epiſcopus Ro-* D *mæ concilii Nicæni præfectus*, ſeu princeps, ut habet verſio Arabica. Et hæc eſſe videtur communiſſima ſententia, unde nomen Julii pro Silveſtri ab amanuenſi aliquo intruſum fuiſſe credam, ex quo error ejuſmodi in aliquas irrepſit editiones, præſertim cum videamus Silveſtri decreta a multis orientalibus paſſim ſub nomine Julii circumferri, & laudari. Porro auctor libelli editi Florentiæ anno 1553. ſub nomine cardinalis Contareni, ut hanc conciliet diverſitatem, initium concilii Silveſtro, finem vero Julio adſcribit. Sed conciliatio ejuſmodi improbatur ex concilio Romano celebrato ſub Silveſtro, in quo approbata eſt Nicæna ſynodus proxime ante celebrata.

Item nec conveniunt editiones iſtæ quo anno imperii Conſtantini celebratum fuit hoc concilium. Nam Melchitica editio id factum fuiſſe tradit an. Conſtantini 19. cui adſtipulatur Cophtica, ſeu Ægyptia, tametſi hæc eadem in præfatiuncula ad canones habeat, id geſtum fuiſſe anno 17. ipſius Conſtantini. Quod non ſine contradictionis, & erroris nota dici poteſt. Maro- E nitarum demum editio hoc tribuit anno 22. Conſtantini, ut ex citatis paulo ſupra Joannis Maronis verbis videre eſt. Ejuſmodi diverſitates facile conciliari poſſunt, ſi minor numerus tribuatur initio concilii, major vero, fini; cum anni exeuntis pars extrema, vertentis apud ſcriptores, & in ipſis ſacris ſcripturis denominationem non frequenter ſortiri ſoleat. Coriolanus in ſumma tanquam certiſſimum tenendum eſſe exiſtimat, hanc ſynodum ann. Chriſti nati 325. Conſtantini 20. Silveſtri 12. celebratam eſſe, & eodem anno inchoatam, & abſolutam fuiſſe probat ex Creſconiana collectione. Nihilominus initio ſummæ in ordine conciliorum ſibi contradicere videtur, dum ſcribit: Primum eſt Nicænum quod celebratum ab anno 327. uſque ad annum 330. qui fuit annus 15. Silveſtri papæ, & 20. Conſtantini imperatoris. Gelaſius in comment. part. 2. dicit conci-

concilium Nicænum celebratum fuiſſe juxta veteres hiſtorias anno 16. & ſexto menſe imperii Conſtantini.

*2. De numero patrum, ſeu epiſcoporum.*

Quamvis omnes ubique terrarum conveniant, patres, ſeu epiſcopos, qui huic interfuerunt concilio fuiſſe 318. Euſebius tamen lib. 3. de vita Conſtantini, & Euſtachius epiſtola ſua, quam recitat Theodoretus lib. 1. cap. 8. ſcribunt fuiſſe 250. duntaxat. Melchitarum vero, & Cophtitarum editiones non ſolum in aliud procurrunt extremum ſed manifeſte ſibi contradicere videntur. Etenim licet utraque hanc ſingulis præmittat titulis inſcriptionem: *Concilium Nicænum 318. patrum*, nihilo tamen minus prima afferit ad hoc concilium conveniſſe 2048. patres, altera eumdem ponit in ipſa linea numerum, ad latus vero habet 2348. quem numerum nos alias in nota ad eumdem locum exiſtimavimus eſſe intelligendum de clericis cujuſque ordinis, qui varias ob cauſas eo confluxerant, in quo quidem tunc ſequuti ſumus Zonaram in annalibus ſcribentem: *In quibus erant & ſacerdotes, & diaconi, atque etiam monachi*. Verum re deinde maturius expenſa, & excuſſa diligentius, palinodiam canere in reſponſione ad origines Seldeni cap. 13. noſtri Eutychii vindicati ingenue nobis viſum eſt. Et id quidem ob varias, & graves cauſas, auctoritateſque tum ſacrarum ſcripturarum, tum conciliorum, & patrum, ex quibus plene conſtat plures extitiſſe in una, eademque eccleſia epiſcopos, unde numerus ille nec portentoſus, nec receptis epiſcopatuum notitiis repugnare videtur. Ejuſmodi pluralitas epiſcoporum in una, eademque civitate conſtat in primis ex Actorum cap. 20. & ex epiſtola ad Philippenſes cap. 1. ex can. 54. concilii Nicæni, ubi prohibetur, ne duo epiſcopi ſint ſuper eadem civitate, de quarum prohibitione loquitur Auguſtinus epiſtola centeſima. Idem evidentiſſime patet ex Arabicis ejuſdem concilii ſubſcriptionibus, ubi ejuſdem eccleſiæ, & civitatis interdum bini, interdum tres, interdum plures ſubſcribunt epiſcopi. Alexandrinæ civitatis tres ſubſcripſiſſe leguntur, Seleuciæ ſex, & ſic de aliis. Subſcribunt, & aliqui chorepiſcopi, quos epiſcopos ordinatione fuiſſe ex eodem concilio in conſtitutione de collatione epiſcoporum patet, ubi graviſſimis interdicitur verbis, ne ullus adeſſe audeat magno concilio, niſi ſit epiſcopus, unde clare colligitur, chorepiſcopos illos, qui concilio interfuerunt, epiſcopos fuiſſe. His plane favet Nicolai papæ ad Rodulphum archiepiſcopum Bituricenſium auctoritas, ubi *ſeptuaginta*, inquit, *chorepiſcopi facti ſunt, quis quis dubitet epiſcoporum habuiſſe officia?* Idem patet liquido ex factis apoſtolorum. Nam Petrus Antiochiæ conſtituit Evodium, & Ignatium; Romæ Linum, Cletum, & Clementem, hinc Georgius Homaldus in Cajo: *profectus eſt autem Petrus anno ſecundo imperii Caii Cæſaris, rexitque illam annis 25. & conſtituit ſuper eam epiſcopos*. Et ſane bonis illis naſcentis eccleſiæ ſæculis neceſſarium omnino eſſe videbatur, plures conſtitui epiſcopos in iis urbibus, ubi primo Chriſtiana fides propagari incipiebat, ordinandi præditos poteſtate, principali tamen epiſcopo ſubordinatos, cum ut alios conſtituere poſſent juxta primum canonem apoſtolicum, quia cum alibi adhuc non eſſent ad ordinationes rite obeundas acceſſiri non poterant, tum ut uno decedente, alius ſtatim, vel jure primatus ſuccederet, vel uti poſtea immutata ratione conſtitutum eſt, jure electionis, ſicut habet commentar. in epiſtolas Pauli, quiſquis ille ſit, ſive Ambroſius, ſive Hilarius; tum etiam ut ex illo numero vicinis eccleſiis, quæ in dies fundabantur, proſpiceretur. Ex quo graviſſimi viri exiſtimaverunt in primæva eccleſia fuiſſe tantummodo epiſcopos, & diaconos ad miniſteria eccleſiaſtica, & functiones peragendas. Epiſcopus enim ſuperioribus fungebatur officiis, inferioribus diaconus. Quod tamen numerus ille 2048. vel 2348. non ſit intelligendus de epiſcopis, obſtare videntur eædem editiones, quæ id concilium inſcribunt *trecentorum octodecim*. Verum hæc difficultas, & objectio facile diluitur, quia ubi noſtra, quam edidimus Pariſiis anno 1645. præfatio habet: Conveneruntque ad condictum tempus 318. epiſcopi, præfationes illæ habent: *Et brevi convenerunt ex illis* (nempe epiſcopis, ad quos ſcripſerat Conſtantinus, ut eo convenirent) *ad Nicænam urbem* 2048. vel ut habet Alexandrina ad latus 2348. *Ex quibus ſelecti ſunt* 318. quia reliqui nec de fide cum aliis conveniebant, nec conſtabant ſibi. Hinc Benaſcalus in præfatione collectionis conſtitutionum eccleſiæ Alexandrinæ: *Et erat numerus illius 318 epiſcoporum, & dicitur hos ſelectos fuiſſe ex 2048. epiſcopis*. Quod & Conſtantini ad patres concilii adhortatio indicare plane hiſce verbis videtur: *Ad veſtrum conſiſtorium admittatis, volim, eos hæreticos, qui minime ſacras rejiciunt ſcripturas, nec illarum immutant verba, ſed eas recipiunt, & in aliquorum tantum locorum ſenſu, & interpretatione hærent & diſſident, ut ſuæ fidei, & dogmatum rationem reddant. At illorum, qui fidem orthodoxam, apoſtolicas traditiones, & ſcripturas addendo, vel minuendo corrumpunt, admittatur nemo ad veſtrum conventum*. Neque hic intelligi poſſunt nomine epiſcoporum presbyteri, quæ nomen commune primis illis ſæculis erat, quia conſtitutio hos nominatim excludit, ut infra videre eſt capite de collationibus epiſcoporum.

*3. De aliis Nicænis decretis, & conſtitutionibus, de quibus mentio fit in præfatione, in hiſce vero noſtris non extant.*

In præfatione, quæ concilio præmittitur, plura alia decreta, & conſtitutiones ab eodem concilio ſancitas legimus, quæ in hiſce quas habemus, editionibus non extant; eas tamen extare apud orientales nulli dubitamus. Etenim multa paſſim ab auctoribus orientalibus citantur, & proferuntur, ut ipſius concilii ſtatuta, quæ tamen in hiſce noſtris non habentur. Ejuſmodi eſt decretum illud, quod cap. 15. conſtitutionum Alexandrinæ eccleſiæ refert Benaſcalus in hæc verba: *In die autem nativitatis, & epiphaniæ eo tempore, quo concilium Nicænum coactum fuit, præceperunt ejus patres, ut noctu miſſa celebretur*. Ex quo jure argui poteſt, cætera adhuc extare apud orientales concilii decreta.

*4. De iis, qui duo aſſerebant eſſe principia.*

Inter ſectarios in præfatione recenſitos, ſunt qui duo aſſerebant eſſe principia, imo tria, uti ſunt auctores tertiæ ſectæ. Verum hoc non eſt intelligendum de principiis independentibus, ut perperam quidam exiſtimarunt: ſed de principiis dependentibus, a primo principio. Arbitrantur quippe iſti, Deum non per ſe, ſed per angelos quoſdam omnia condidiſſe; & quidem bona bonorum angelorum miniſterio; mala vero malorum, quos principia appellant per analogiam quamdam ad primum principium. Horum ſoboles Sabæi, qui Chaldæi, & Chriſtiani ſancti Joannis Baptiſtæ nuncupari amant, Arabiam ad ſinum Perſicum incolentes, hactenus id tenent, & docent; ac angelum bonorum creatorem *Abtabil* ſuo vocant idiomate, id eſt, *Patrem lucis*, malum vero conditorem malorum *Hoſchuchba*, hoc eſt *tenebras*, ſeu *obſcuritatem*.

*5. De proceſſione Spiritus ſancti a Patre, Filioque.*

Symbolum Nicænum cum particula *Filioque* expreſſe habetur in editione Cophtitarum, cujus extat Pariſiis exemplar in bibliotheca illuſtriſſimi viri D. Gilberti Gaulmini regis Chriſtianiſſimi a ſecretioribus conſiliis, & libellorum ſupplicum magiſtri. Habetur etiam hæc eadem particula in ſymbolo editionis Maronitarum apud quos hanc veritatem pluribus docet auctor collectaneorum in reſponſione ad 14. interrogationem: *Utrum Spiritus ſanctus procedat a patre tantum, ob dictum evangelii, quod Spiritus ſanctus procedit a patre: an vero procedat a patre, filioque?* Cui inſtitutæ interrogationi poſt multas e ſacris litteris adductas auctoritates reſpondet, & concludit: *Spiritus igitur ſanctus ſicut procedit a patre, procedit etiam a filio*. Et poſt pauca: *Dicimus ergo, quod quemadmodum Spiritus ſanctus dicitur ſpiritus patris, & ſpiritus filii, ita etiam a Patre, Filioque procedit*. His addit etiam cap. 7. ad hanc ſententiam confirmandam teſtimonia SS. Athanaſii, Baſilii, Cyrilli, Jacobi Syri, Ephrem, Zachariæ Alexandrini, Joannis Antiocheni, & aliorum. Hanc expoſitionem factam fuiſſe tempore Theodoſii junioris, ejuſque auſpiciis teſtatur Jacobus Zanzalus in ſuo catechiſmo in hæc verba. *Quid loquar de Theodoſio majore, loquar de ejus filio Theodoſio juniore imperatore fideli, qui tertiam ſynodum Spiritu ſancto confirmatam coegit, & expoſuit nomina trium perſonarum in ſymbolo, ac dixit in eo: Et in Spiritum ſanctum dominum vivificum; procedentem a Patre, Filioque, adorandum & conglorificandum*. Ex hiſce verbis additionem illam ad ſymbolum Nicænum factam fuiſſe ſub Theodoſio juniore conſtat duntaxat; ſed utrum in Epheſina ſynodo, aut aliqua alia particulari ſub Theodoſio celebrata, quave occaſione, incompertum eſt. Si de Epheſina intelligendum ſit, dicere oportet Jacobum hunc id collegiſſe, atque intuliſſe ex anathematiſmo nono D. Cyrilli, & ejuſdem defenſione adverſus reprehenſionem Theodoreti, ex quo loco idem probat etiam dogma Maronita noſter collectaneorum auctor. Hos ita intellexiſſe judicat D. Joannes Maro in commentariis ad Liturgiam D. Jacobi cap. 20. in expoſitione ſymboli Nicæni, ſeu additionis Conſtantinopolitanæ ad hæc verba. *Qui a Patre procedit* ita ſcribens: *Hoc ſignificarunt patres eum (Spiritum ſanctum) eſſe Deum ut Patrem, & ſicut Filium eſſe Patri conſubſtantialem*. Patres vero Epheſinos a filio quoque eum procedere definiviſſe quidam dicunt. At mea ſententia id intelligendum potius eſt de concilio Romano, quod celebratum eſt præſente Theodoſio ſenio-

ſeniore contra Arium, Macedonium, Photinum, Au-
xentium Mediolanenſem & Apollinarem, in quo addi-
tum eſt Nicæno ſymbolo, *Filioque* contra eos, qui di-
cebant, Spiritum ſanctum eſſe filium Filii, & nepotem
Patris. Vide Genebrardum lib. 3. Chronicorum, ſæcu-
lo quarto ad annum Chriſti 383. Henricus Stephanus
ad calcem novi teſtamenti verſionis Bezæ aſſerit parti-
culam *Filioque* Nicæno ſymbolo additam fuiſſe a Con-
ſtantinopolitana ſynodo contra Macedonium & Pneu-
matomachos. Sed hæc aſſertio ex ipſis conciliis falſita-
tis facile convincitur. Jacobi Zanzali ſententiam ſequun-
tur Jacobitæ, Cophtitæ, Æthiopes & Armeni, & re-
liqua Monophyſitarum turba. Neſtorianos autem quod
attinet, quidam exiſtimant, eos Spiritus ſancti negare
proceſſionem a Filio, quia Neſtorius Spiritum ſanctum
Patri, Filioque haud conſubſtantialem eſſe affirmat.
Verum quam falſa ſit horum aſſertio ex duodecim Ne-
ſtorii aſſertis de Verbi divini incarnationis diſpenſatio-
ne plane patet. Aſſerit namque cap. 3. *Si quis dixerit*
*Filium conſubſtantialem non eſſe Patri, & Spiritui ſan-*
*cto, veritatem calumniatur.* Cap. 5. ita luculentius: *Si*
*quis dixerit, Spiritum ſanctum eſſe miniſtrum, aut ſer-*
*vum, aut ſecundum, ac, ut uno dicam verbo, non eſſe*
*conſubſtantialem Patri & Filio, veritatem calumniatur.*
Hanc eamdem Spiritus ſancti conſubſtantialitatem pla-
niſſimis quoque fatetur verbis Michael Neſtorianorum
patriarcha in ſua fidei profeſſione, quam omnium ſuæ
ſectæ hominum eſſe affirmat. Alii volunt Neſtorianos
hanc negare Proceſſionem, quia ipſorum ſcriptores de
divinis loquentes notionibus dicunt: *Pater eſt ingeni-*
*tus, Filius eſt genitus, Spiritus ſanctus a Patre proce-*
*dit.* Sic loquitur Michael patriarcha jam laudatus, ſic
Hebediesu, ſic alii. At ratio hæc nihil valet, & nihil
concludit, quia dicere Spiritum ſanctum a Patre proce-
dere non excludit Spiritus ſancti proceſſionem a Filio,
ſed eſt, verba evangelii nude referre. Ego ſane potius
crederem Neſtorianos tenere Spiritum a Filio etiam proce-
dere, quia paſſim eum procedentem vocant ſine addito,
uti facit Hebediesu episcopus Sigar in libro Margaritarum
cap. de trinitate, laudatus ſupra Michel, & quotquot
videre potui ex eorum ſcriptoribus. Imo id ex Hebe-
diesu tract. 3. cap. 4. manifeſte colligi videtur; quando-
quidem ibi duo notat inter Latinos & Græcos diſcri-
mina præcipua, unum de proceſſione Spiritus ſancti a
Patre, Filioque: alterum de azymorum ritu. Hoc ſecun-
dum integro improbavit capite contra Latinos; de primo
nec verbum quidem fecit, aut quidquam oppoſuit adver-
ſus Latinos, ſed ſilentio approbare videtur. Præterea
catholicus factus omnes Neſtorianorum errores, in quibus
a Latinis diſſident, perſtringit, inter quos tamen minime
hunc percenſet articulum, aut de illo mentionem facit
ullam. Tota itaque res ad Melchitas redit; unde in no-
ta ad eamdem præfationem editam a nobis Pariſiis an.
1645. diximus: *Nec admiretur quiſquam, quia Spiritum*
*a Patre, Filioque procedere ſemper ab orientalibus credi-*
*tum eſt, ſi Melchitas excipias, ac forte Neſtorianos,*
Melchitas abſolute excepimus, quia ſunt Græci ritus,
de quibus in ſequenti nota. Græcorum vero hic com-
munis cenſetur error; ſed profecto antiquiſſima eorum
hujus concilii editio, quæ in Vaticana ſervatur biblio-
theca, hunc penitus nobis eximit ſcrupulum: Etenim in
profeſſione, & ſymbolo fidei Spiritum ſanctum proce-
dere etiam a Filio luculentiſſimis hiſce explicat verbis:
*Deus Pater ſuper omnia, & in omnibus; Filius ſuper*
*omnia & in omnibus; Spiritus unus procedens a Patre,*
*& emanans a Filio, vivificus ſuper omnia, & in om-*
*nibus.* De qua re notandum eſt, verba Arabica, *Mon-*
*bethek* & *Sader*, ſynonyma eſſe, & utrumque ſignifica-
re *procedere*, uti videre eſt in linguæ Arabicæ theſauris
& dictionariis. Quod autem primum vertimus *procede-*
*re*; alterum *emanare*, id fecimus, cum ut ſynonymia
vocabulorum ſervaremus diverſitate, eodem ſervato ſen-
ſu; tum quia theologis idem etiam eſt procedere, at-
que emanare. Ex his itaque liquido patet id erroris non
eſſe commune omnibus Græcis; ſed eſſe particulare qui-
buſdam ſcriptoribus, qui livore quodam bellum eccleſiæ
Romanæ indixerunt.

### 6. *De variis ſectis.*

Ex iis, quæ in concilii recenſentur præfatione, ſectis,
nulla hactenus, Dei beneficio, in oriente ſuperest, &
utinam abſcindantur & reliquæ Dei eccleſiam contur-
bantes. Quæ autem extant nunc, quatuor numerantur,
ſi præcipua dogmata, in quibus diſſident, reſpiciamus,
Neſtorianorum ſcilicet, Melchitarum, Maronitarum,
& Monophyſitarum. Monophyſitæ ſunt Jacobitæ, Coph-
titæ, Æthiopes & Armeni. Ex his Jacobitæ a Jacobo
Bardaeo, ideſt Clitellario (Latinis Zanzalus vulgo di-
citur) qui unam naturam, perſonam, voluntatem, &
operationem in Chriſto domino aſſerebat, nomen & hæ-
reſim hauſerunt; etſi non deſint inter illos, qui ſcri-
bunt hanc denominationem ſibi inditam fuiſſe a nomine
S. Jacobi apoſtoli. Quam tamen opinionem tempus &

A hæreſis falſitatis manifeſte convincunt. Cum his conve-
niunt in hæreſi de unitate naturæ, operationis, & vo-
luntatis in Chriſto Cophtitæ, Armeni, atque Æthio-
pes, differunt tamen in multis dogmatibus, & ritibus,
ſed præcipue in materia euchariſtiæ, & in circumciſio-
ne. Circa primum diſcrimen, Jacobitæ oleum, & ſa-
lem pani triticeo conſecrando admiſcent, & id quidem
exiſtimant eſſe de neceſſitate materiæ. Hoc vero aliæ
illæ tres ſectæ minime approbant, imo non ſine ſtoma-
cho improbant. Hujus mixturæ auctor extitit Joannes
quidam cognomento Barſuſan ipſius gentis pſeudo-pa-
triarcha Antiochenus, uti teſtis eſt Jacobitarum cate-
cheſis commentator David Barphaulos. In hac eadem
materia diſcrepant & Armeni a reliquis aliis tribus ſe-
ctis; namque azymo utuntur pane, & mero tantum,
minime admixta calici aqua. Tametſi Prateolus lib. pri-
mo num. 67. & Thomas Biatienſis in ſuo theſauro lib.
7. par. 1. cap. 17. ſcribant Armenos in fermentato con-
ficere. Hos tamen præter ipſam rem toti Chriſtiano or-
bi notiſſimam, arguit falſitatis Nico Græcus ſcriptor in
B ſuo libello inſcripto: *De peſſima religione peſſimorum Ar-*
*menorum*; ubi propter panis azymi uſum in euchariſtia
conficienda azymitas illos vocat. In hoc eodem etiam
hæreticos reputari Armenos a Græcis, ſcribit Gregorius
VII. lib. 8. quæſt. 1. Ex quo planum fit multos multa
oſcitanter ſcribere. Æthiopes, ſeu Abaſſini in hac quo-
que materia a reliquis tribus ſectis diſcrepant; etenim
defectu vini ex recentibus uvis expreſſi, ſuccum ſub-
ſtituunt ex uvis paſſis extractum ſuper infuſa prius
aqua, quod aliæ tres non approbant. Ad ſecundum
quod attinet diſcrimen, Æthiopes, & Cophtitæ diſcre-
pant ab aliis duabus ſectis, quod hactenus circumciſio-
nem Chriſtianis admiſceant ſacris, eamque neceſſariam
ad ſalutem exiſtiment, quidquid aliqui eorum recentio-
res dicant ſcriptores. Huic etiam cauterium ferro can-
denti factum in aliqua vultus parte addunt Æthiopes
tamquam partem integrantem ſacramenti baptiſmi. Qui-
dam apud Biatienſem lib. 7. par. 1. cap. 23. perhibent,
Jacobitas & Armenos item circumcidi; ſed hoc falſiſſi-
C mum eſſe ex eorum in hac re diſſidio conſtat. Equidem
puto, utrumque errorem inde oriri, quia omnes hæ ſe-
ctæ magna in veneratione Jacobum illum Zanzalum ha-
bent, adeoque indiligentes exiſtimarunt illi ſcriptores,
eum omnium errorum, qui apud ipſas vigent, eſſe au-
ctorem. Verum non ita ſe res habet, quia temporis
proceſſu primis hæreſibus multa addiderunt. Et hæc de
Monophyſitarum quatuor illis ſectis ſatis in præſens
dicta ſint. Neſtoriani ita nuncupantur a Neſtorio eo-
rum parente, qui duas in Filio ponebat perſonas, di-
vinam ſcilicet, ac humanam, nec non duas naturas.
Quæ hæreſis ex diametro opponi videtur hæreſi Mono-
phyſitarum, & quidem ſic exiſtimarant multi, ac gra-
viſſimi auctores. Nihilominus memini me legiſſe aliquan-
do apud doctiſſimum ſcriptorem Latinum, cujus nomen
nunc ex mea excidit memoria, eamdem eſſe hæreſim
Monophyſitarum, ac Neſtorianorum. Quod non tan-
tum miratus ſum, ſed omnino obſtupui, eamque ſen-
tentiam tanquam futiliſſimam, & ineptiſſimam habui.
Sed lectis poſtea diligentius Monophyſitarum ſcriptis,
D ac evolutis monumentis, comperi eum verum dixiſſe, &
ſcripſiſſe. Etenim conſtanter aſſerunt Monophyſitæ, u-
nam illam perſonam Chriſti eſſe compoſitam ex duabus
perſonis, divina nimirum & humana, quemadmodum &
naturam ex duabus naturis, & ſic de voluntate, & o-
peratione arguendum eſt: itaque in re iſti conveniunt,
diſcrepant vero in modo a Neſtorianis. Quod vero ma-
gis mirandum eſt in ſententia Neſtorii, cum duas agno-
ſceret is in uno Filio Dei, ut idem loquitur cum ſuis,
perſonas, & naturas unitas non hypoſtatice, ſed per
voluntatem, beneplacitum, & amorem, ita ut divini-
tas habitaret in humanitate tamquam in templo, qua
ratione, & judicio aſſerit unam eſſe voluntatem, & o-
perationem duabus perſonis etiam non unitis. Sed pro-
fecto is mos hæreticis eſt, ut ſibi non conſtent. Mel-
chitæ ſunt Syri, aut Ægyptii Græci ritus, quorum
aliqui Chaldaice, alii Græce ſacra ſua peragunt, & di-
vina obeunt officia, cæterum Græcorum per omnia in-
ſiſtunt veſtigiis. Maronitæ a monaſterio S. Maronis
E Abbatis, cujus monachi acerrimi catholicæ fidei defen-
ſores adverſus Eutychianos, & Acephalos, ut eorum
teſtatur epiſtola ad Hormiſdam papam, cui primo loco
ſubſcribit Alexander ejuſdem monaſterii abbas, deno-
minationis originem ducunt. Quæ de nominis hujus o-
rigine fuſe agit Joannes Maro, ſcriptor antiquiſſimus,
qui ſæculo vivebat ſexto vergente ad ſeptimum, in præ-
fatione ad ſuos tractatus adverſus Neſtorianos, Mono-
phyſitas, & Monothelitas. De hac eadem denominatio-
nis origine loquitur etiam Thomas Chartabenſis Mono-
F thelita epiſcopus, qui ante annos ſexcentos ſcribebat
pro Monothelitarum hæreſi ad Joannem Melchitarum
patriarcham Antiochenum. Qui Thomas in cauſa fuit,
cur Maronitæ a quibuſdam ſcriptoribus pro Monotheli-
tis habiti ſint, quia pro Maronita ſeſe venditabat: Et
ſane ſub hoc nomine nonnullos allexit Maronitas, &
ſuis

ſuis doſis irretivit. Sed ſtrenue profecto rejectus fuit,
diruti ex etiam aliquibus pagis, ubi ſparſerat Monotheli-
tarum virus, uti hodienus ruinæ, & rudera teſtantur.
De qua re Gabriel Klali Maronita epiſcopus plura ha-
bet in ſua nationis Maronitarum hiſtoria, ubi notat
hunc fuiſſe natione Jacobitam ex civitate Meſopotamiæ
*Maredin* nomine. Conſtat præterea Maronitas num-
quam hac hæreſi fuiſſe imbutos ex epiſtola Arſenii epiſ-
copi Hincurenſis, in qua pluribus demonſtrat, Maroni-
tas, & Melchitas, ſeu Græcos nunquam diſſenſiſſe in
myſterio diſpenſationis incarnationis, ejuſdemque eſſe
ſententiæ quoad unitatem perſonæ verbi divini, duali-
tatem naturarum, voluntatum, & operationum. Idem
planiſſimis, apertiſſimiſque conſtat verbis ex antiquiſſima
eorum Maronitarum fidei profeſſione, quæ ſingulis do-
minicis diebus feſtis inter miſſarum legitur ſolennia. Ex
quibus omnibus colligitur, Thomam illum Maronitas
in hanc induxiſſe hæreſis ſuſpicionem. Sed de his plura
alibi.

*7. In canonem vigeſimum nonum. Ne mulier menſtrua-* B
*ta ingrediatur eccleſiam, neque ſacram ſumat*
*communionem.*

Mulier menſtruata arcetur ab eccleſiæ ingreſſu, & ſa-
cræ communionis ſumptione non propter aliquam lega-
lem immunditiam, ut quidam perperam exiſtimarunt,
ſed ob reverentiam, & venerationem Dei eccleſiis, &
maxime illibato euchariſtiæ ſacramento debitam. Sic
Joannes Baptiſta Leopardus Maronita, archiepiſcopus
Heſronenſis in ſuo opere inſcripto: *Vindemia ſacramen-*
*torum* tractatu de matrimonio hunc explicat canonem;
ſic Gabriel Klabi item Maronita in tractatu de ſacra-
mento matrimonii, ſic alii. Quæ quidem explicatio haud
aliena eſſe videtur a mente Gregorii I. papæ in reſpon-
ſione ad interrogatum decimum Auguſtini apoſtoli An-
glorum, ubi poſt multa ita de menſtruata, & puerpera
decernit: *ſancta autem communionis myſterium in eiſ-*
*dem diebus percipere, non debet prohiberi. Si autem*
*ex veneratione magna percipere non præſumat, laudan-* C
*da eſt*: Imo Gregorius tertius ſummus pontifex in
canonibus pœnitentialibus uſu ſancitum eſſe afferit, *ut*
*nulla mulier ante mundum ſanguinem eccleſiam intraret,*
*quia in uſu habetur: alias quadraginta pœniteat*. Idem
etiam: *Mulieres menſtruo tempore in eccleſiam non in-*
*trent: quod ſi præſumpſerint, tres hebdomadas pœniteant:*
*nonnulli enim patres ita definierunt*. Notandum tamen
eſt hunc canonem additionis ſuſpicione non carere, quia
non invenitur in omnibus editionibus.

*8. In canonem trigeſimum octavum de tranſlatione pa-*
*triarchatus Epheſini Conſtantinopolim.*

Canon iſte manifeſte Nicænis additus eſt a Melchitis,
ſeu Græcis ad majorem conciliandam ſuo CP. Patriar-
chæ auctoritatem, ut qui uſque ad ea tempora ſimplex
epiſcopus erat. Hinc ſubinde primatum ſuper alios pa-
triarchas ambitioſiſſime ſibi adſciſcere contendit.

*9. In canonem trigeſimum nonum de loco Seleuciæ* D
*patriarchæ.*

In hoc canone ſeptimus aſſignatur Seleuciæ patriarchæ
locus in editione Melchitarum poſt Hieroſolymitanum,
ubi in aliis editionibus ſextus illi tribuitur, quintus
vero locus Hieroſolymitano, qui eſt verus ſedium or-
do. Hujus autem ordinis in Melchitica editione perver-
ſio inde oritur, quia quintum locum tribuunt illi Ephe-
ſino propter tranſlatam ab eo dignitatem ad urbem re-
giam, ut in ſuperiori nota obſervatum eſt: atque ſic ad
ſextum locum truditur Hieroſolymitanus, & ad ſepti-
mum Seleucienſis. Item ordinis hujus perverſio plane
patet ex cap. 9. *de privilegiis urbium matricum*, tituli:
*Alia varia eccleſiaſtica conſtitutiones*; Ubi primus locus
tribuitur Romæ; ſecundus Alexandriæ; tertius Con-
ſtantinopoli; quartus Antiochiæ; quintus Epheſo; ſex-
tus Hieruſalem, ac proinde ſeptimus erit Seleuciæ.

*10. In can. 47. De eo qui accuſatur de crimine aliquo,* E
*& advenerit ad ſe expurgandum.*

In aliquibus editionibus poſt hæc verba: *& ſacerdo-*
*tio quoque privetur*, hæc habentur. *Si vero condemnatus*
*is fuerit a ſuo epiſcopo, & facile congregari non poteſt*
*ſynodus, appellare poteſt ad vicinos epiſcopos, qui cauſam*
*inſpiciant, & juſtam ferant de illo ſententiam.*

*11. In can. 54. Ne uni civitati duo conſtituantur*
*epiſcopi, neque eccleſia villæ duo*
*presbyteri.*

Ex hoc canone conſtat ante Nicænum concilium plu-
res in eadem civitate fuiſſe epiſcopos. Item in eadem
villæ eccleſia plures fuiſſe paſtores, ſeu parochos, ex
A quo enata eſt iſthæc concilii prohibitio. Etenim hic no-
mine presbyteri haud intelligi venit ſimplex quiſque
presbyter, uti clare patet ex can. 67. ejuſdem concilii;
ſed parochus.

*12. In can. 55. De diſcordia inter virum,*
*& uxorem.*

Verba hæc hujus canonis de uxore ducenda, dimiſſa
priori: *Si enim alteram ducere libuerit, ducat*, in aliis
non extant editionibus, ſed ſola Melchitarum. Quamo-
brem Joannes Baptiſta Leopardus Maronita Heſronen-
ſis archiepiſcopus in opere ſupra laudato, tractatu de
matrimonio, agens de libello repudii, ſic acriter inve-
hitur in Melchitas, ut hujus verborum additionis au-
ctores: *Græci Melchitæ in hoc Mahommedani facti ſunt*
*contra evangelium*, citatque in eos canonem 48. apoſto-
lorum. Oſtendit præterea, atque clare probat, hanc
eſſe manifeſtam additionem ab ipſis factam ex can. 54.
ejuſdem concilii Nicæni, imo turpem contradictionem,
quandoquidem liquidis verbis in ipſorum etiam Melchi-
tarum editione dicitur: *Hæc autem lex obligat quoque ſæ-*
*culares, quia nemo contrahere debet ſecundum legem cum*
*muliere habente virum, donec ex vivis exceſſerit vir ejus,*
*& libera dimiſſa fuerit*. Dionyſius Barſalibi Syrus Ja-
cobita ad cap. 5. Matth. hoc idem damnat Melchita-
rum dogma, ita ſcribens: *Si autem mulier fornicatur,*
*ipſa legem ſolvit, & juſtum eſt ut dimittatur; Etenim*
*non viris tantum reprehenſio ſtatuta eſt, ſed & mulieri-*
*bus: & quemadmodum quidem per matrimonium facti*
*ſunt unum, neceſſitas facit, ne ſeparentur: ſi vero ſepa-*
*rantur, maneant innupti, ut ait Paulus.*

*13. In can. 71. De presbyteris, & diaconis*
*dimittentibus uxores ſuas.*

Iſte quoque canon peculiaris eſt editionis Melchita-
rum, de quo ſic Joannes Leopardus in ſuperiori nota
laudatus, loco ibidem citato: *En hoc canone perſpicua*
*fit ignorantia, perfidia, pervicacia, & perverſitas Græ-*
*corum Melchitarum, quorum pravitas dejecit eos a luce*
*evangelii ad Alcorani tenebras, ita ut ſuas dimitterent*
*uxores, & alias poſt dimiſſionem ducerent more Moham-*
*medanorum.*

EX TITULO EORUMDEM SS. PP. CCCXVIII.
*Alia varia eccleſiaſtica conſtitutiones.*

*14. In caput primum de templorum conſecratione,*
*& ad quem jure hæc pertineat.*

TEmplorum conſecratio, quemadmodum & reliquæ a-
liæ ad ſolos epiſcopos jure pertinere & competere
videntur, ſicut conſtat ex D. Thoma part. 3. quæſt. 82.
art. 1. ad 4. ubi docet, ſolos epiſcopos conſecrare om-
nia præter euchariſtiam. Et cum hic afferatur, ejuſmo-
di quoque jus ſpectare ad chorepiſcopos, colligi inde
videtur, hos fuiſſe ordinatione epiſcopos ſub epiſcopi
civitatis poteſtate, ita ut ex hujus licentia epiſcopali-
D bus fungerentur olim muneribus, quod & conciliorum
conſtat auctoritate & ſcriptorum teſtimoniis. His ob-
ſtare nihilominus videtur Damaſi auctoritas epiſtola 4.
quæ eſt ad Proſperum, & reliquos Numidiæ epiſco-
pos, Leonis primi epiſt. 86. Gelaſii primi, & aliorum
nonnullorum. Item cap. 11. *de collationibus epiſcoporum,*
tituli, *eorumdem SS. PP.* 318. *alia varia eccleſiaſtica*
*conſtitutiones*, ſtatuitur ſolis epiſcopis fas eſſe magnis,
ſeu generalibus adeſſe conciliis; chorepiſcopis diſertiſſi-
mis verbis excluſis. Ex hoc plane apparet ex mente con-
cilii Nicæni, chorepiſcopos haudquaquam eſſe ordina-
tione epiſcopos. Contrarium tamen colligi videtur ex
concilii Antiocheni can. 10. ubi aſſeritur, chorepiſcopos
manus impoſitionem epiſcoporum percepiſſe, & ut epiſ-
copos conſecratos eſſe. Et ſane permittitur illis ibidem
ordinare lectores, ſubdiaconos, & exorciſtas; imo dia-
conos, & presbyteros, licet non præter civitatis epiſ-
copum, cui ſunt ſubjecti. Sed nullus ordo poteſt con-
ferri, niſi ab epiſcopo, præter quatuor ordines mino-
E res, de licentia papæ, a ſolo ſacerdote ex D. Thoma
p. 3. q. 65. art. 3. ad 2. Ergo chorepiſcopi, cum ex
proprio officio conferre poſſent tres priores ordines, &
ex licentia epiſcopi civitatis duos poſteriores, nimirum
diaconatum, & presbyteratum, neceſſario erant ordina-
tione epiſcopi. Id plane etiam liquet ex D. Hierony-
[illegible] in epiſt. 85. quæ eſt ad Evagrium, afferente: *Quid*
*[illegible] facit excepta ordinatione, epiſcopus, quod presbyter*
*non facit?* Explicatius Nicolaus Papa ad Rodulphum
archiepiſcopum Bituricenſium: *ſeptuaginta*, inquit, *cho-*
*repiſcopi facti ſunt, quos quis dubitet epiſcoporum ha-*
*buiſſe officia?* Ad ea autem cap. 11. concilii Nicæni de
collationibus epiſcoporum, dicimus: Excluſionem chore-
piſcoporum non in omnibus legi editionibus: in aliqui-
bus enim ſoli excluduntur diaconi, archidiaconi, &
presbyteri, non vero chorepiſcopi. Quæ quidem lectio

verior eſſe videtur, atque conformior menti concilii,
quia plures eidem ſubſcribunt chorepiſcopi, ut ex Ara-
bicis, quæ circumferuntur ſubſcriptionibus clare liquet.
Ergo chorepiſcopi, qui magno & generali interfuerunt
concilio, epiſcopi erant, juxta ejuſdem concilii ſtatu-
tum & decretum. Ad auctoritatem autem Damaſi, &
aliorum reſponderi poteſt, vel non omnes chorepiſcopos
fuiſſe conſecratione epiſcopos, ſed aliquos; & hac ratio-
ne bene conciliatur ſententia Damaſi, & Nicolai, vel
potius, hos presbyteros vocavit Damaſus, quia ibi pres-
byteratus ordinarium habebant miniſterium, epiſcopatus
vero extraordinarium & delegatum ab epiſcopo civitatis,
cui ſubjecti erant; ita ut munere epiſcopali non niſi
ejus auctoritate fungi, eodem poſſent plane modo ac
ipſi epiſcopi extra ſuam diœceſim, aut ſacerdotes con-
feſſiones excipere, & peccata dimittere abſque licentia
epiſcopi, licet id munus ex vi ſuæ ordinationis habeant.
Quoniam vero is chorepiſcoporum ordo non leves poſtea
excitavit in eccleſia turbas, cum ſui muneris & officii,
ad quod inſtituti erant, obliti ſunt, & ſua confiſi &
freti ordinatione, epiſcoporum civitatum, quibus ſubje-
cti erant, uſurparunt jura, ideo abrogatus eſt. Eo enim
audaciæ progreſſa res eſt in Alexandrina præſertim diœ-
ceſi, ut Meletius chorepiſcopus, ordinatis in Ægypto,
Lybia, & Pentapoli etiam ipſis epiſcopis, præter ec-
cleſiaſticos canones, pleraſque illius patriarchatus eccle-
ſias bicipites reddiderit, teſtibus Epiphanio hæreſ. 68.
Sozom. lib. 1. cap. 3. Theodoret. lib. 1. cap. 9. Niceph.
lib. 1. cap. 19. & aliis. Hinc acerbe in hos invectus
eſt Damaſus, & jure quidem merito; quia cum eſſent
ordinarie presbyteri, extraordinarium munus præter ca-
nones exercere ſint auſi.

*EX TITULO EORUMDEM SS. PATRUM CCCXVIII. Sanctiones, & decreta alia ex quatuor regum ad Conſtantinum libris decerpta.*

*15. In profeſſionem, & ſymbolum fidei 318. PP. ex Codice Vaticano editionis Melchitarum.*

IN hac fidei profeſſione Melchitarum editionis, poſt-
quam de Chriſti Domini incarnationis diſpenſatione
ſermo factus fuit, hæc ſtatim ſubjungitur illatio: *Ex*
*quo aſſerimus eſſe Deum, & hominem, duas habentem*
*naturas, duas voluntates, duas operationes in una per-*
*ſona*. Eadem plane verba in Maronitarum leguntur edi-
tione. In Jacobitarum vero, & Cophtitarum editioni-
bus ſic legitur: *unam naturam, unam voluntatem, u-*
*nam operationem*, apud David Barphauloe in commen-
tariis catechiſmi, & apud Neſtorianos: *duas naturas*
*unam voluntatem, unam operationem, duas perſonas*. Ma-
nifeſte porro deprehenditur, hæc omnia addita fuiſſe ab
hiſce nationibus, ad ſua corroboranda dogmata celeber-
rimi ac tanti concilii auctoritate. Quis enim ignorat,
ejuſmodi controverſiam haud quaquam eo tempore mo-
tam, aut agitatam fuiſſe?

*16. In Caput nonum. Conſtitutio de ſanguine gerius.*

Caput iſtud Melchitarum eſſe additionem exiſtima-
runt nonnulli, ſed revera in omnibus, quas videre po-
tui, legitur editionibus, atque mos ejuſmodi ab omni-
bus ſervatur orientalibus, non tamen tanquam aliquis
Moſaicus ritus, & cæremonia, ut perperam quidam ſcri-
pſerunt, ſed ad imitationem Deiparæ virginis, quæ li-
cet nec ejuſmodi affectioni obnoxia eſſet, nec purgatio-
nis indiga, hanc legem adimplere voluit. De qua re,
quæ ſuperius retulimus in nota ad can 29. ex Grego-
rio III. de menſtruo laborantibus, hic recole, par enim
de utriſque ratio eſt. Quem etiam dierum numerum
præſcribit Leonis ſapientis Novella apud Balſamonem
in can. 2. idemque Balſamon id apud orientales ex de-
centia fieri docet, cum dicit. *Templum ingredi, vel ſan-*
*ctorum ipſas eſſe participes non decet*. Et Honorius ſo-
litarius lib. 1. cap. 146. apud Jacobum Goar idem aſ-
ſerit dicens. *Ex laudanda conſuetudine poſt partum ab*
*eccleſiæ ingreſſu abſtinere, quia immundos a templo cæ-*
*leſti excludi deſignant*. Alioqui ſi præ infirmitate vale-
rent, eadem die qua parerent, intrare eis liceret, ut
Deo gratias agerent. Laudanda autem eſt mulier, ſi
ex veneratione magna percipere non præſumit. Senten-
tia eſt Gregorii I. ad interrogatum 10. Auguſtini reſ-
pondentis. Imo idem ibidem probat, conſuetudinem ec-
cleſiæ eſſe Romanis, ut poſt admixtionem propriæ con-
jugis lavacri purificationem quærant, & ab ingreſſu ec-
cleſiæ paululum reverenter abſtineant. Non tamen pro-
pterea id lavacri Moſaicum eſſe aliquem ritum exiſti-
mandum, quia in Moſaica etiam præcipitur lege; quem-
admodum nec quid gentile quia gentilibus fœminis poſt
partum balneum parabatur, ſi Chriſtianæ mulieres eo-
dem utantur. Antiquitus non ſolum quadraginta dies
poſt partum, ſed & totidem ante a ſacris arcebantur.

A mulieres, propterea quod id fere temporis tam ipſæ,
quam earum fœtus plurimis infeſtentur incommodis, au-
ctoribus Cenſorino de die natali, & Cœlio Rhod. lib.
16. cap. 21.

*17. In caput decimum. Quandiu arcendi ſunt infantes ab ingreſſu eccleſiæ, & de termino ſuſcipiendi baptiſmum.*

*Tria in hoc capite notanda veniunt. Primo de ingreſſu infantis in eccleſiam. Secundo de termino ſuſcipiendi baptiſmum. Tertio de communione ipſorum infantium.*

PRimum quod attinet, infantis in eccleſiam ingreſſus
non ideo differtur, quod ſit immundus, ſed ut a
parentibus offerri poſſit Deo, & gratiæ ipſi ab illis age-
rentur. Nam ſi pro immundo haberetur, neque etiam
in ipſo periculo mortis poſitus in eccleſiam introducere-
tur ante quadraginta hos dies. Secundo hoc aſſignatur
B puero tempus, quo ejus membra conſolidantur, & mi-
nus obnoxia incommodis evadunt, quia baptiſmus fie-
bat terna immerſione apud orientales, & adhuc etiam
ejuſmodi ritus pluribus in locis obſervatur. Quem qui-
dem ritum baptizandi infantes terna immerſione poſt
quadraginta dies a nativitate, eſſe antiquiſſimum in ec-
cleſia orientali nemo neſcit in eccleſiaſticis rebus verſa-
tus. Tertio de communione ipſorum infantium ſtatim a
baptiſmo nullus ambigere poteſt doctus. Et licet hunc
uſum multas & juſtas ob cauſas eccleſia abrogaverit,
non propterea tamen antiquitatem illam venerandam
damnavit. Hinc Concilium Tridentinum ſeſſ. 21. cap. 4.
poſtquam docuit parvulos uſu rationis carentes nulla obli-
gari neceſſitate ad ſacramentalem euchariſtiæ communio-
nem, ſtatim ſubdit: *Neque ideo tamen damnanda eſt*
*antiquitas, ſi eum morem in quibuſdam locis aliquando*
*ſervaverit*. Nec profecto ſilentio hic prætereundus eſt mo-
dus communicandi baptizatos infantes apud orientales.
Sacerdos infantem communicaturus digitum intingit ſan-
C guine, & in os illius ſugendum immittit. Quod idem
in Gallia fuiſſe uſitatum tempore Hugonis Victorini ob-
ſervat Roſvveidus in notis ad epiſtolam quartam S. Pau-
lini, hæc ejuſdem Hugonis verba recitans ex libro pri-
mo de ceremoniis, ſacramentis, & obſervationibus ec-
cleſiaſticis cap. 20. *Pueris recens natis idem ſacramen-*
*tum in ſpecie ſanguinis eſt miniſtrandum digito ſacerdo-*
*tis, quia tales naturaliter ſugere poſſunt*. Citat idem
Hugo ibidem locum D. Auguſtini ex libro primo con-
tra duas epiſtolas Pelagii cap. 22. in hæc verba: *ſi ſine*
*periculo fieri poteſt, juxta primariam eccleſiæ inſtitutio-*
*nem, ſacramentum euchariſtiæ in ſpecie ſanguinis eſt tra-*
*dendum pueris*. Hæc Auguſtinus referente Hugone Vi-
ctorino: quorum conjunctis teſtimoniis cum conſtet de
uſu concordi eccleſiarum Galliæ & Africæ in impertien-
da ſacra euchariſtia infantibus recens baptizatis, poteſt
iis adjungi aliud teſtimonium S. Paulini qui recitans
epiſtola XII. ad Severum verſus a ſe ſcriptos de Baſi-
licis, poſtquam de baptiſterio ſcripſit: *Propterea media*
*fons datus eſt ſpatio*. addit,

D

*Inde parens ſacro ducit de fonte ſacerdos*
*Infantes niveos corpore, corde, habitu:*
*Circumdanſque rudes feſtis altaribus agnos*
*Cruda ſalutiferis imbuit ora cibis.*

Hæc ibi. Porro in his duo diligenter in hoc notanda
ſunt. Primum rite interdum fieri communionem ſub
una ſpecie: deinde infantem ſic ſub unica ſpecie com-
municatum dici in hoc capite edere panem, & bibere vi-
num. Ex quo planiſſime patet, patres illos firmiſſime
credidiſſe, & nullatenus dubitaſſe, integrum Chriſti cor-
pus, & Sanguinem, tam ſub ſpecie panis, quam ſub
ſpecie vini veraciter contineri, uti loquitur concilium
Conſtantienſe ſeſſ. 13. Moguntinum 4. cap. 32. Trident.
ſeſſ. 21. & alia concilia, & patres.

*18. In cap. 14. Statuta ſacerdotum & quid ipſi debent, & quid illis debetur.*

E *Nec promoveatur ad tertium ordinem, nempe diacona-*
*tum*. Diaconatus hic vocatur tertius ordo, cum tamen
juxta receptum eccleſiæ uſum ſit ſextus. Quamobrem
eſt notandum in omnibus omnium orientalium euchôlo-
giis ſeu ritualibus, nullam occurrere oſtiarii, exorciſtæ,
& acolyti ordinationem, ſed lectoris tantum, ſubdiaco-
ni, & reliquorum. Inde Græcorum quidam apud Jaco-
bum Goar in notis ad ipſorum Græcorum euchologium,
volunt, hos tres ordines includi in lectoratu. At mea
ſententia oſtiarii, & acolyti non tantum apud Græcos,
ſed apud omnes reliquos orientales in ſubdiaconatu in-
cludi videntur, ſi euchologiorum, ſeu ritualium verba
diligenter attendantur. Nam ſi oſtiarii eſt cuſtodire o-
ſtia eccleſiæ, & acolyti accendere lucernas, procul du-
bio hæc duo officia ſubdiacono in ejus ordinatione in-
jungun-

junguntur, Apud Græcos id manifeſte conſtat ex hiſce A verbis precis, quæ pro ſubdiacono funditur dum ordinatur: *Ipſe domine inculpatum illum in omnibus conſerve, & domus tuæ decorem diligere, ſancti templi tui foribus adſtare, & tabernaculi gloriæ lucernam accendere, concede.* Euchologium Melchitarum Arabicum: *Tu domine concede illi, ut diligat decorem domus tuæ, & conſerva eum omnibus temporibus inculpatum, ut adſtet foribus templi tui ſancti, & accendat lampades tabernaculi tuæ gloriæ.* Clarius rituale eccleſiæ Maronitarum, in rubrica ordinationis ipſius ſubdiaconi: *Cum autem pervenit ad lampadem, accendit illam, & extinguit tribus vicibus. Et vadunt ad portam eccleſiæ, eamque claudit, & aperit tribus vicibus.* In euchologio Cophtitarum, & Jacobitarum in admonitione ad ordinatum ſubdiaconum inter cætera, quæ ejus muneris eſſe affirmantur, hæc leguntur. *Tui officii eſt cuſtodire oſtia domus Dei, quæ eſt eccleſia, nec patiaris ingredi ad eam jumentum, vel canem, vel hæreticum quempiam tempore ſacri miniſterii* Et poſt pauca. *Et cave magna diligentia cuſtodire oſtia eccleſiæ, quia tibi concredita ſunt ſacra illibati miniſterii vaſa cuſtodienda.* Exorciſtæ tandem officium, ſeu ordo, ex orientalium ſententia, inclu il videtur in diaconatu: cum aſſerant, domini diſcipulos tunc ordinatos fuiſſe diaconos, *cum binos miſit illos ante faciem ſuam, deditque eis poteſtatem ſpirituum immundorum.* Hanc ſententiam tamquam communem, & receptiorem affert Joannes Maro libro de ſacerdotio cap. 11. hiſce verbis: *Ipſe* (Chriſtus) *primus ſpiritu æterno ſemetipſum ſine macula ſecundum ordinem ſacrificii Melchiſedech obtulit Deo: & factus eſt ſacerdos in æternum, conceſſitque ſacerdotium ſuis apoſtolis, ad ſtabiliendam eccleſiam terrenam. Hoc autem ter & tribus temporibus. Primo quidem quando binos miſit eos, deditque illis poteſtatem in ſpiritus immundos, ut ejicerent illos, diaconos conſtituit eos.* Hoc idem conſtat ex cap. XXVI. ejuſdem libri, ubi poſtquam recenſuit auctor ex D. Dionyſii cap. VI. Hierarchiæ eccleſiaſticæ ordines eorum qui diaconorum voce dimittuntur poſt ſacrorum eloquiorum lectionem; inter quos primum tenent locum energumeni, ſtatim ſubdit: *Hi ſunt ordines expiandorum, ſive perficiendorum, quorum expiatio ad ſolum pertinet diaconum, ut expiati perfecte iterum ex integro reponantur ſacrorum participationi.* Hæc eadem tradit Joannes Darenus lib. de Hierarchia eccleſiaſtica, Dionyſius Barſalibi Syrus, & alii. Sciendum vero eſt, licet horum trium ordinum nulla nominatim, aut ſpeciatim mentio habeatur in euchologiis, frequens nihilominus occurrit apud orientalium ſcriptores.

*Qui puer ſit ætate.* Hæc verba ſunt expuncta in Neſtorianorum editione, ut qui præter omnium aliorum orientalium morem, & ſacrorum canonum conſtitutiones pueros ſexennes, ſeptennes, ac etiam aliquando minores, ad omnes promoveant ſuperiores, & inferiores ordines. Item poſt diaconatum & ſacerdotium ſuſceptum uxores ducunt, & mortua prima alias quinque, & dimidiam ſucceſſive ducere illis permittitur. Nomine dimidiæ viduam intelligunt. Quæ quidem omnia non abſque ſtomacho a reliquis orientalibus reprobantur, tamquam contraria & adverſa ſcripturis ſacris & eccleſiaſticis canonibus. Aliarum nationum ſacerdotes ſi ad ſecundas tranſeunt nuptias (quod raro accidit) ad laicorum B ſtatum non ſine maxima ignominia rediguntur: hoc tamen apud Maronitas numquam permittitur.

*Cæterum utriuſque ſexus Chriſti fideles ſacro-ſanctum miſſæ ſacrificium audire debent ſtantes.* D. Joannes Maro in commentario ad Liturgiam D. Jacobi ad orationem, *Stemus honeſte*, ſcribit: Ideo jubemur ſtantes audire miſſam, tum quia tunc offertur pro nobis corpus Chriſti, qui nos a peccati primi hominis lapſu & caſu erexit, ac ſtare fecit, tum ut ſic parati ſimus ad ejus mandata exequenda; ut ſervi prompti & expediti ad omnem domini ſui nutum. Porro ſi genua flectamus honoris & venerationis ergo, myſterium non ideo evacuamus, ſed alio religionis ritu Deum colimus & veneramur. Hæc eadem exhibent poſt Joannem Maronem, Dionyſii Barſalibi commentaria in eamdem D. Jacobi Liturgiam. Et hæc pro noſtra tenuitate ſatis in præſens dicta ſint. Tandemque tam has noſtras notulas, quam præfationem, ac reliqua omnia S. R. E. cenſuræ demiſſe & ſupplicitet ſubmittimus.

# a CONCILIUM [1] ROMANUM III.

## QUOD SANCTUS PAPA SILVESTER

## CELEBRAVIT

*b* (*PRÆSENTE CONSTANTINO AUGUSTO*) *in Urbe Roma, intra thermas Domitianas, cum 275. epiſcopis, qui in ipſa ſynodo convenerant, vocati a beato Silveſtro.*

Silveſter epiſcopus ſanctæ & apoſtolicæ C ſedis urbis Romæ dixit: Quidquid in Nicæa Bithyniæ conſtitutum eſt, ad robur ſanctæ matris eccleſiæ catholicæ & apoſtolicæ, a ſanctis ſacerdotibus trecentis decem & octo, *c* noſtro ore conformiter confirmamus. Omnes qui auſi fuerint diſſolvere definitionem ſancti & magni concilii, quod apud Nicæam congregatum eſt *d* ſub præſentia piiſſimi & venerandi principis Conſtantini Auguſti, anathematizamus. Et dixerunt omnes: Placet.

*De paſchæ ſolennitate.*

*e* Omnibus epiſcopis & presbyteris præceptum eſt, paſchæ obſervantiam cuſtodire a luna 14. uſque ad 21. ita ut dominicus dies coruſcet. Et dixerunt epiſcopi: Placet. Rurſus Silveſter epiſcopus dixit: *f* Robuſtius duximus conſilium, (ſi placet) ut omnis epiſcopus qui convenit ad concilium, fidem ſuam chirographo confirmet, ut deinceps rediens ad parochiam ſuam, compaginem noſtræ [2] ſalutationis plebi ſuæ innoteſcat, ut fide concilii declarata, intemeratus ordo ſervetur. Et dixerunt epiſcopi: Placet.

*Nulli clerico licere, cauſam in publico examinare.*

D

Silveſter epiſcopus dixit: Nulli omnino clerico licere, cauſam quamlibet in publico examinare, nec ullum clericum ante judicem laicum ſtare. Et dixerunt epiſcopi: Placet.

*De*

1 Ex MS. Codice Bibliothecæ Prædicatorum Colonienſium Surius Cartuſianus edidit. *Hard.*
2 Forte *Salvationis*. *Hard.*

*De præficiendis in ordinibus & proficiendis.*

Si quis clericatum promereri deſiderat, hoc juſtum eſt, ut ſit oſtiarius annum 1. lector annos 20. exorciſta annos 10. acolythus ann. 5. ſubdiaconus an. 5. diaconus an. 5. Et ſi ad honorem presbyterii accedat, & faciens in eo ordine annos 6. ſi fuerit omnium votiva gratia, non præmio, non invaſione cupiditatis, nulli * prorumpens gradum, ſic ab omni eccleſia eligatur conſecrandus epiſcopus, nullo de membris eccleſiæ * intercidente, & omni eccleſia conveniente. Et dixerunt epiſcopi: Placet.

* præripiens

* intercedente

Ut nulli epiſcopo liceat ſine cuncta eccleſia, a noviſſimo gradu uſque ad primum, ordinare neophytum. Et dixerunt epiſcopi: Placet.

Silveſter epiſcopus dixit: A nobis incipientes moderamine lenitatis indicare, commonemus, ut nulli epiſcopo liceat, quemlibet gradum clerici ordinare aut conſecrare, niſi cum omni adunata eccleſia. Si placet? Et dixerunt epiſcopi: Placet.

## NOTÆ SEVERINI BINII

Concilii cauſa, tempus & locus. Numerus epiſcoporum

*a Concilium.*) Cum patres Nicæni concilii conſtitutiones ſacroſanctæ ſynodi ad Silveſtrum pontificem Romæ agentem tranſmiſiſſent, eaſque pontificia auctoritate confirmari, per epiſtolam quamdam ſynodicam, ſuperius in concilio Nicæno repoſitam, humiliter petiviſſent; juſtæ poſtulationi eorum Silveſter pontifex non gravate detulit, ſubitoque in dicta ſynodo ex Italia, aliiſque vicinis provinciis, ducentos ſeptuaginta quinque epiſcopos convocat, atque poſt confirmatum Nicænum concilium, nonnulla mores fidelium concernentia decrevit, ex quibus ſupradicta tantum fragmenta ſuperſunt. Baron. anno 325.

Error tituli

*b Præſente Conſtantino.*) Is qui titulum hunc concilio præfixit, in eo, quod illud Romæ in præſentia Con- A ſtantini imperatoris celebratum fuiſſe aperte profitetur, plurimum a veritate aberravit. Nam dum ſinguli epiſcopi clariſſimis congiariis ac donativis ab imperatore remunerati, Nicæa diſceſſiſſet, imperatorem iſthinc Byzantium profectum, aliquamdiu in oriente permanſiſſe, ex Nicephoro aliiſque aſſerit Baronius nu. 196. ann. 325. Hæc verba canonis primi: *Sub præſentia piiſſimi ac venerandi principis Conſtantini Auguſti*; cauſam errandi præbuerunt: Retulit enim illa imprudens ad verbum *anathematizamus*; quæ ad antecedens verbum *congregatum* veriſſime referenda, ex prædictis liquido conſtat. Tollenda eſt igitur ea interpunctio, quæ allegata verba a ſe invicem disjungit. Baron. n. 199. ann. 325.

Apoſtolicæ ſedis eſt, concilia confirmare.

*c Noſtro ore conformiter confirmamus.*) Nicænum concilium ab apoſtolica ſide confirmatum & approbatum fuiſſe, teſtatur Felix papa tertius epiſtola quarta, his verbis: *Domino ad B. Petrum apoſtolum dicente: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam: eam vocem ſequentes trecenti decem & octo patres apud Nicæam congregati, confirmationem rerum atque auctoritatem S. Romanæ eccleſiæ detulerunt.* B Silveſtri epiſtola ad ſynodum reſcripta idem firmiſſime atteſtaretur, ſi non ob conſulatum Conſtantii IV. & Conſtantini octavum perperam in ea poſitum, mendoſiſſima & fere commentitia reputaretur. Imo ſi neutra epiſtola extaret, vel utraque omnino ut ſpuria rejiceretur, ipſa tamen antiqua jura eccleſiæ, vetuſtiſſima obſervatio, traditio & conſtitutio apoſtolica, (de qua Socrates lib. 2. cap. 13. hæc: *Canon eccleſiaſticus vetat, ne decreta abſque ſententia epiſcopi Romanæ eccleſiæ ſanciantur*;) ſatis manifeſte indicarent, ſacroſanctæ Nicænæ ſynodi decreta ab epiſcopo Romanæ eccleſiæ firmitatem & robur accepiſſe. Baron. num. 171. & 172.

Epiſtola Silveſtri ad ſynodum mendoſa

Canon de confirmandis conciliis per ſedem apoſt.

*d Sub præſentia piiſſimi, &c.*) Hæc verba ſic continuanda ſunt, ut indicent Nicænam ſynodum in præſentia Conſtantini imperatoris congregatam fuiſſe, cum paulo poſt Romæ acta ſimul & conſtitutiones Nicæni concil. per ſynodum auctore Silveſtro congregatam confirmarentur, cumque ipſe imperator adhuc in oriente C moraretur, ut ſupra diximus.

*e Omnibus epiſcopis.*) Vide quæ ſupra diximus in notis concilii Nicæni, verbo *Quartadecimanorum*.

*f Robuſtius duximus concilium.*) Quia titulum huic canoni præfixum omnino falſum eſſe conſtat, (cum ne verbo quidem de conciliis ter in anno celebrandis, quod præ ſe ferebat titulus, mentio fiat,) Baronium in annalibus ſecuti, hæc cum præcedentibus verbis conjunximus, maxime propterea, quod ſicut auctoritate Leonis pontificis acta Epheſ. concilii per ſubſcriptionem epiſcoporum abſentium, & in dicta ſynodo convenientium, ſunt confirmata; ita hoc loco ducenti ſeptuagintaquinque epiſcopi, auctoritate Silveſtri pontificis congregati, non aliud præſtare juſſi fuerunt, quam ut fidem concilii Nicæni dato chirographo approbantes, eamque in ſuis diœceſibus promulgantes, uniformiter credant, atque uno eodemque tempore reſurrectionis dominicæ memoriam obſervent, hoc eſt, quod ſubdit, *ut fide concilii declarata, intemeratus ordo ſervetur.*

Generalibus conciliis epiſcopi etiam abſentes ſubſcribere ſoliti.

# SYNODUS INCERTI LOCI;

In quo damnati fuerunt Euſebius & Theognius anno Chriſti CCCXXV.

Ex Pagio ad ann. Chriſti 325. n. 19.

EUSEBIUS Nicomedienſis, & Theognius Nicænus Epiſcopi, Arii fautores & ſequaces in exordio epiſtolæ a Socrate lib. 1. relatæ, ſe ab epiſcopis damnatos affirmant. Baronius quidem eos in Synodo Nicæna damnatos eſſe dicit, atque depoſitos. Sed contra eſt auctoritas B. Hieronymi, qui in Dialogo adverſus Luciferianos diſerte teſtatur, Euſebium ac Theognium cum aliis epiſcopis Arianæ factionis a Nicæna Synodo ſuſceptos fuiſſe. Idque probat tum ex teſtimonio eorum qui Synodo interfuerant, tum ex Actis ipſis Synodi Nicænæ, in quibus inter nomina Epiſcoporum, qui Synodo ſubſcripſerant, Euſebius, & reliqui, quos dixi, recenſebantur. Idem quoque teſtatur Philoſtorgius, qui tribus circiter menſibus D elapſis poſt Nicænam Synodum, Euſebium ait eſſe relegatum. Certe Conſtantinus in epiſtola ad Nicomedienſes, id in Concilio Nicæno factum eſſe non dicit, ſed tantum ait, metuiſſe Euſebium, ne id fieret. Cum igitur Euſebius ac Theognius ſe damnatos ab epiſcopis eſſe fateantur, id autem in Nicæna Synodo factum non eſſe conſtet, neceſſe eſt, ut in alio quopiam epiſcoporum conventu id geſtum ſit. Quam ob cauſam Synodum aliquot epiſcoporum fieri juſſit Conſtantinus, a quibus Euſebius ac Theognius damnati ſunt atque depoſiti; ipſe vero eos in exilium miſit: idque aperte confirmat Athanaſius in lib. de Synod. & Theodoretus lib. 1. cap. 19.

SY-

ANNO CHRISTI 326.

# SYNODUS ALEXANDRINA,

## In qua D. Athanaſius ad Alexandrinam cathedram evectus eſt, anno Chriſti CCCXXVI.

Ex Pagio ad ann. Chriſti 326. num. 3. & ſeqq.

CUM Sanctus Alexander epiſcopus Alexandrinus quinque poſt menſes a Concilio Nicæno abſolutos, ut tradit Auctor libelli Synodici in Synodo Cæſarienſi, obierit, ac proinde die 16. menſis Aprilis anni 326. epiſcoporum Synodum ad ordinandum Athanaſium congregatam fuiſſe docet D. Epiphanius hæreſ. 68. quod verum eſſe non dubito, cum Patriarchæ in Synodo epiſcoporum ordinari ſoliti eſſent. Poſt mortem ſiquidem Patriarchæ, ut notat Valeſius in obſerv. eccleſ. ad Socratem lib. 3. cap. 14. multi tam Metropolitani, quam Provinciales epiſcopi ad Patriarchalem eccleſiam conveniebant, tum funeris celebrandi, tum Patriarchæ in mortui locum ſubſtituendi cauſa, quo & illius ſepultura, & hujus ordinatio eſſet illuſtrior. Simul autem atque ordinati fuerant, Synodicas litteras mittebant ad reliquos Patriarchas, quibus & ordinationem ſuam illis nunciabant, & fidei ſuæ formulam exponebant, poſcentes ut ab illis viciſſim literas pacificas ſeu communicatorias acciperent.

# AD ALEXANDRINAM SYNODUM

## *ADNOTATIO CHRONOLOGICA.*

Ex Suppl. Manſi p. 146. Ex anno 326. ad ann. 328.

SAnctus Athanaſius anno 368. Valentiniano II. & Valente coſſ. die XIV. Pauni, ideſt IX. Junii annum epiſcopatus XL. abſolvit ex ſupputatione Chronici Maffejani, de quo infe-rius in diſſert. de epocha Conc. Sardic. Fit inde ut concilium in cauſa ejus ordinationis habitum, non quidem anno 326. ſed anno 328. junio menſe aſſignandum ſit.

ANNO CHRISTI 328.

# CONCILIUM NICOMEDIENSE,

## Sive Antiochenum, Habitum anno [1] CCCXXVIII.

Ex Baluzii Collectione.

COncilium iſtud Nicomedienſe vocamus cum Philoſtorgio, licet Socrates lib. 1. cap. XXIV. & Theodoretus lib. 1. cap. XXI. quæ heic adverſus Euſtathium Epiſcopum Antiochenum geſta ſunt, Antiochiæ contigiſſe velint. Ait ergo Philoſtorgius lib. II. cap. VII. Euſtathium coitus turpiſque voluptatis cum puella accuſatum a ducentis & quinquaginta Epiſcopis apud Nicomediam congregatis damnatum fuiſſe, ac dein in exilium ab Imperatore projectum. Narrat hanc hiſtoriam pluribus verbis Theodoretus, Euſebium, inquiens, Epiſcopum Nicomedienſem, qui poſtea ſedem Conſtantinopolitanam invaſit, adjunctis ſibi perfidiæ ſuæ ſociis Euſebio Epiſcopo Cæſarienſi, Patrophilo Scythopolitano, Ætio Lyddæ, Theodoto Laodiceæ, & aliis Ariana labe contaminatis, una cum illis Antiochiam contendiſſe, ut Euſtathium pellerent.

1 Hanc Synodum Antiochenam habitam eſſe cenſet Baronius anno 340. tum ex Athanaſii ex Epiſt. ad Solita-
rios loco ſub initium, ubi ait: *Fuit quidam Euſtathius Epiſcopus Antiochiæ &c. quem homines Arianæ opinionis*
*ita apud Conſtantium ficta calumnia accuſarunt, quaſi in matrem Principis contumelioſus fuiſſet.* Sed ut recte ad-
vertit Valeſius in notis ad Euſeb. lib. 3. de Vita Conſtant. pro *Conſtantio*, ibi legendum *Conſtantinum*. Tum ex
Hieronymi loco ex lib. de ſcript. Eccleſ. in quo tamen in antiquis editionibus teſte eodem Valeſio, de Euſtathio
ſcriptum eſt: *ſub Conſtantino principe in exſilium miſſus eſt.* Tum ex iis, quæ Theodoretus lib. 1. cap. 21. ſcri-
bit non antea ſcilicet Euſtathium e ſede fuiſſe expulſum, quam Euſebius Epiſcopus Nicomediæ in Epiſcopatum
C.P. ejecto Paulo fuiſſet translatus. Sed inibi erraſſe Theodoretum notat Valeſius in eum locum, nam revera an-
te an. 340. Euſebius in ſedem C.P. non fuit translatus, ut Euſtathius e ſede Antiochena multo antea ejectus. Et
primo Flacillus, ſeu Placillus, qui poſt Paulinum & Eulalium Euſtathio ſucceſſit, inter Epiſcopos, qui Tyrenſi Synodo
an. 335. interfuerunt memoratur ab Athanaſio in Apol. ad Imp. Conſtant. Deinde Athanaſius in Epiſt. ad Solit. vitam
agentes locuturus de Epiſcopis, quos Euſebiani perſecuti ſunt, initium ducit ab Euſtathio, quem cum ingenti
turba Presbyterorum & Diaconorum in exilium ejectum dicit. Quare ſynodus illa ante Tyriam, in qua multi
Epiſcopi relegati, congregata. Denique Valeſius in notis ad lib. 3. Euſebii de vita Conſtant. cap. 59. ait manife-
ſte colligi ex Philoſtorgio lib. 2. hanc Synodum Antiochenam anno 329. (in quo ſecutus eſt ab Harduino in In-
dice Concil. tom. 1.) habitam, cum numero 7. Philoſtorgius tradat, *Euſebium, Marin, & Theognium poſt tolen-*
*nium* (nempe a celebrata ſynodo Nicæna) *Conſtantini Imp. juſſu ab exilio revocatos, ſymbolum hæretica fidei condidiſſe, &*
*Euſtathium depoſuiſſe*; aut certe coactam eſſe an. 330. ut adſtruere videtur Theodoretus lib. 2. cap. 31. His enim Mele-
tium ad ſedem Antiochenam translatum eſſe ſcribit 30. annis poſt abdicationem Euſtathii. Meletium porro translatum
eſſe conſtat anno 360. Hæc Valeſius. Exiſtimo tamen hanc ſynodum anno Chriſti 327. aut ineunte 328. coactam
eſſe; adeoque Theodoretum numero, ut aiunt, rotundo locutum, ac triennium exilii Theognii & ſociorum exor-
diri Philoſtorgium ab ann. 325. & extremos annos incompletos pro integris numerare. Nam Hieronymus in Chro-
nico de Euſtathii depoſitione ſermonem habet anno Abrahami ſecundum editionem Scaligeri 2344. qui Kalendis
Octobris anni Chriſti 327. auſpicatur, quo etiam Chriſti anno tam Hermannus Contractus, quam Marianus Sco-
tus Hieronymi verba in ſua Chronica inferunt, manifeſto argumento editionem Scaligeri hac in parte Pontaceana,
quæ annum unum minus habet, accuratiorem eſſe. Præterea Theophanes, qui per Conſtantini Magni tempora an-
num unum minus putat, Euſtathii depoſitionem conſignat anno Incarnationis ſecundum Alexandrinos 318. qui in
anno Chriſti 326. deſinit. *Pagius ad an. Chr. 324. n. 27. 28. & ad an. 340. n. 19.*

rent. Conducta enim muliercula quadam quæ ex corporis ſui pulchritudine quæſtum faciebat, cum ei perſuaſiſſent ut linguæ ſuæ miniſterium ipſis locaret, ad Concilium conveniunt. Dein aliis omnibus exire juſſis, miſeram illam mulierem introducunt. Illa infantem uberibus ſuis admotum oſtendens, illum ex Euſtathii concubitu concepiſſe ſe ac peperiſſe dixit, & impudenter vociferabatur. Euſtathius vero, qui hanc calumniam adverſus ſe concinnatam eſſe evidentiſſime ſciret, mulierem, ſi quem haberet hujus facinoris conſcium, in medium proferre jubet. Cumque illa neminem objecti criminis teſtem habere ſe diceret, æquiſſimi judices jusjurandum ei detulerunt; idque quamvis lex diſerte clamet ea quæ dicuntur, duo- B rum aut trium teſtimonio confirmari oportere, & Apoſtolus aperte præcipiat ne quidem contra Presbyterum admittendam eſſe accuſationem abſque duobus aut tribus teſtibus. Verum iſti contemptis divinis legibus, contra tan- A tum virum accuſationem ſine ullo teſte admiſerunt. Itaque cum mulier dicta ſua addito jurejurando confirmaſſet, clamans infantem revera Euſtathii eſſe, ſtatim judices veritatis ſtudioſi tamquam adverſus adulterum ſententiam tulerunt. Porro cum alii Epiſcopi aperte contradicerent vetarentque ne Euſtathius huic ſententiæ acquieſceret, (erant enim illic haud pauci qui apoſtolicam doctrinam tuebantur & totius fraudis prorſus ignari erant) illi qui ſcenam hanc compoſuerant, confeſtim ad Imperatorem, qui tum erat Conſtantinus, perrexerunt: cui quum perſuaſiſſent verum illud crimen & æquam eſſe depoſitionis ſententiam, eſſecerunt ut pietatis & caſtitatis athleta tamquam adulte ſimul & tyrannus in exilium mitteretur. Alia quoque depoſitionis ejus cauſa refertur, quam refellit Socrates, nimirum eum fuiſſe Sabellianum. Porro pulſo Euſtathio, Paulinus Epiſcopus Tyrenſis ad Antiochenam Eccleſiam translatus eſt.

# AD CONCILIUM ANTIOCHENUM

*Seu Nicomedienſe in cauſa Euſtathii Antiochiæ epiſcopi anno 327. circiter habitum*

## *ADDITIO.*

Ex Manſi Suppl. tom. I. pag. 139.

*Concilium Antiochenum, ſeu Nicomedienſe (non enim inter veteres ſcriptores de alterutro ex his locis convenit) in quo accuſationes in Euſtathium Antiochenum epiſcopum ab Euſebianis delatæ diſcuſſioni ſubjecta ſunt; iiſque ſeu probatis, ſeu verius admiſſis depoſitionis ſententia in Euſtathium dicta eſt; hoc inquam Concilium a Labbeo omiſſum Baluzius ſupplevit, ex quo in Collectionem Veneto-Labeanam tranſiit.* C *Sed neſcio quo facto acciderit ut eos omnes Collectores ſugerint literæ Conſtantini imperatoris, ſive ad Synodum datæ, ſive in ea lectæ, ut epiſtolæ ipſæ ſcriptæ pro ſubſtituendo altero epiſcopo in locum Euſtathii amoti, teſtantur. Has refert Euſebius vitæ Conſtantini lib. III. cap. LX. LXI. & LXII. ex quo græce, latineque, utpote portionem actorum concilii, huc transferendas duxi.*

## CONSTANTINI AD ANTIOCHENOS

### Ne Euſebium Cæſarea abſtraherent, ſed ut alium quærerent.

*Victor Conſtantinus Maximus Auguſtus populo Antiochenſi.*

Quam grata eſt, & quam jucunda cunctis hujus ſæculi prudentibus, ac ſapientibus viris veſtra concordia. Ego certe vos, fratres, ſempiterna benevolentia complecti conſtitui, tum religionis inſtituto, tum vivendi ratione, tum ſtudio, ac favore veſtro provocatus. Hic profecto verus bonorum fructus eſt, ſana mente, & prudenti conſilio cuncta agere. Quid enim magis vos deceat? Ne miremini igitur ſi fidem veritatis vobis ſalutis potius, quam odii cauſam fuiſſe dixero. Certe inter fratres, quos una eademque animorum affectio, & inceſſus in recta juſtitiæ via in purum ſanctumque domicilium Deo duce ſpondet adſcribere, quid ſpectabilius eſſe poſſit, quam omnium bonis concordiæ animo acquieſcere? Præſertim cum divinæ legis inſtitutio propoſitum veſtrum ad majorem incitet perfectionem, & nos veſtrum judicium optimis decretis confirmare cupiamus. Ac fortaſſe mirum vobis videbitur qui-

D Νικητὴς Κωνςαντῖνος, μέγιςος, σεβαςὸς, τῷ λαῷ ἀντιοχέων.

Ὥς κεχαρισμένη γε τῇ τοῦ κόσμου συνέσει τε καὶ σοφίᾳ ἡ παρ' ἡμῶν ὁμόνοια, καὶ ἔγωγ' ὑμᾶς ἀδελφοὶ ἀθάνατον φιλίαν φιλεῖν ἔγνωκα, προκληθεὶς τῷ τε νόμῳ καὶ τῷ βίῳ, καὶ ταῖς σπουδαῖς ταῖς ὑμετέραις. τοῦτ' οὖν ἐςιν ὡς ἀληθῶς, ὀρθῶς τὰ καλὰ καρποῦσθαι, τὸ ὀρθῇ τε καὶ ὑγιεῖ κεχρῆσθαι διανοίᾳ. τί γὰρ ἂν οὕτως ὑμῖν ἁρμόσειεν. οὐκ οὖν θαυμάσαιμ' ἂν, εἰ τὴν ἀλήθειαν σωτηρίας μᾶλλον ὑμῖν, ἢ μίσους αἰτίαν φήσαιμι. ἐν οὖν τοῖς ἀδελφοῖς, E οὓς μία τε καὶ ἡ αὐτὴ διάθεσις ὀρθῆς καὶ δικαίας ὁδοῦ πορείαν τοῦ θεοῦ καταγγέλλεται; εἰς ἁγνὴν τε καὶ ὁσίαν ἑςίαν ἐγγράφειν. τί ἀντιμιώτερον γένοιτο τοῖς πάντων καλοῖς ὁμογνωμονεῖν; μάλιςα ὅπου τὴν πρόθεσιν ὑμῶν ἡ τοῦ νόμου παίδευσις εἰς κάλλιω διόρθωσιν φέρει; καὶ τὴν ἡμετέραν κρίσιν ταῖς ἀγαθοῖς ἐπιθυμοῦμεν δόγμασι; θαυμαςὸν τοῦτο ἴσως ὑμῖν καταφαίνεται. τί

δή ποτε

δή ποτε τὸ προοίμιόν μοι τοῦ λόγου βούλεται, οὐ δὴ
παραιτήσομαι, οὐδ᾽ ἀρνήσομαι τὴν αἰτίαν εἰπεῖν.
ὁμολογῶ γὰρ ἀνεγνωκέναι τὰ ὑπομνήματα, ἐν
οἷς λαμπραῖς ταῖς εὐφημίαις καὶ μαρτυρίαις, αἷς
εἰς Εὐσέβιον τὸν Καισαρείας ἐπίσκοπον ὄντα, ὃν
καὶ αὐτὸς παιδεύσεώς τε καὶ ἐπιεικείας ἕνεκεν καλῶς
τε ἐκ πολλοῦ γινώσκω, εὗρον ὑμᾶς ἐγκειμένους
αὐτὸν προσπεριπλεκομένους. τί οὖν ἡγεῖσθέ με πρὸς
ἀκριβῆ τοῦ κρείττονος ἐπιζήτησιν ἐπειγόμενον δὴ
ἐντεθυμῆσθαι; τίνα δὲ ἐκ τῆς ὑμετέρας σπου-
δῆς ἀνειληφέναι φροντίδα; ὦ πίστις ἁγία, ἡ
διὰ τοῦ λόγου καὶ τῆς γνώμης τοῦ σωτῆρος ἡ-
μῶν εἰκόνα, ὥσπερ ἡμῖν τοῦ βίου διδοῦς. ὡς
δυσχερῶς ἂν καὶ αὐτὴ τοῖς ἁμαρτήσασιν ἀντιβαίης,
εἰ μὴ τὴν πρὸς κέρδος ὑπηρεσίαν ἀρνήσαιο. καὶ
ἔμοιγε δοκεῖ αὐτῆς τῆς νίκης περιγίνεσθαι ὁ τῆς
εἰρήνης μᾶλλον ἀντιποιούμενος, ὡς ὅπου γέ τι-
σὶ τὸ πρέπον ἔξεστιν, οὐδεὶς ἂν ὁ μὴ τερπόμε-
νος εὑρεθείη. ἀξιῶ τοίνυν ἀδελφοί, τοῦ χάριν
οὕτω διαγινώσκομεν, ὡς θ᾽ ἑτέροις ὕβριν δι᾽ ὧν
αἱρούμεθα προστρίψασθαι, τοῦ χάριν ταῦτ᾽ ἐπι-
σπώμεθα, ἃ τὴν πίστιν τῆς ὑπολήψεως ἡμῶν
καθαιρήσει. ἐγὼ μὲν οὖν ἐπαινῶ τὸν ἄνδρα, ὃς
καὶ ὑμῖν τιμῆς τε καὶ διαθέσεως ἄξιος δοκιμά-
ζεται. οὐ μὴν οὕτω γ᾽ ἐξησθενηκέναι τὸ παρ᾽
ἑκάστοις κύριόν τε καὶ βέβαιον ὀφεῖλον μένειν χρὴ,
ὡς μὴ ταῖς ἰδίαις γνώμαις ἕκαστον ἀρκεῖσθαι,
καὶ τῶν οἰκείων πάντας ἀπολαύειν, ἔν τε ἐφαμίλ-
λῳ διασκέψει εἰς τὴν τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς σύγκρι-
σιν οὐχ ἕνα μόνον, ἀλλὰ καὶ πλείους ἐκφῆναι.
διὸ δὴ οὐδὲν οὔτ᾽ ἐκ πλήξεως οὔτε τραχύτητος
ἐνοχλούσης ταῖς περὶ τὴν ἐκκλησίαν τιμαῖς,
ὁμοίας τε καὶ διὰ πάντων ἐπίσης ἀγαπητὰς εἶ-
ναι συμβαίνει. οὐδὲ γὰρ εὔλογον εἰς ἕτερον πλεο-
νέκτημα κεῖσθαι τὴν περὶ τούτου ἐπίσκεψιν τῆς
πάντων διανοίας ἐπίσης, ἄν τ᾽ ἐλάττους ἄν τε
μείζους εἶναι δοκοῖεν τὰ θεῖα δόγματα ὑποδε-
χομένης τε καὶ φυλαττούσης, ὡς κατὰ μηδὲν τοὺς
ἑτέρους εἰς τὸν κοινὸν νόμον ἐλαττοῦσθαι. εἰ δὴ
τ᾽ ἀληθὲς γνώριμον διαρρήδην ἀποφαινόμεθα,
ὡς οὐ κάθεξιν, ἀλλ᾽ ἀφαίρεσιν μᾶλλον ἂν εἴ-
ποι τὶς ἔσεσθαι τ᾽ ἀνδρὸς, καὶ βίας ἔργα οὐ δι-
καιοσύνης γενήσεσθαι τὸ γινόμενον, ἄν θ᾽ οὕ-
τως, ἄν θ᾽ ἑτέρως τὰ πλήθη φρονῇ, ὡς ἔγω-
γε διαρρήδην καὶ ἀτόλμως ἀποφαίνομαι ἐγκλή-
σεως ὑπόθεσιν εἶναι τοῦτο προσκαλουμένην, οὐ
τῆς τυχούσης στάσεως ταραχήν. ἐπισημαίνουσι
γοῦν τὴν τῶν ὀδόντων φύσιν τε καὶ δύναμιν, καὶ
ἄρνοι, ὅταν τοῦ ποιμένος τῆς συνηθείας τε
καὶ θεραπείας ὑπολισθαινούσης ἐπὶ τὰ χείρω, τῆς
πρὶν διαγωγῆς ἀποστερηθῶσιν. εἰ δὴ ταῦθ᾽ οὕ-
τως ἔχει, καὶ οὐ σφαλλόμεθα, τοῦτο πρῶτον
θεάσασθε ἀδελφοί. πολλὰ γὰρ ὑμῖν καὶ με-
γάλα ἐκ πρώτης ἀπαντήσεται. πρῶτον ἁπάν-
των, ἡ πρὸς ἀλλήλους γνησιότης τε καὶ διάθε-
σις, εἰ μηδὲν αὐτῆς ἐλαττωθὲν αἰσθήσεται.
εἶθ᾽ ὅτι καὶ δι᾽ ὀρθὴν συμβουλὴν ἀφικόμενος,
τὸ κατ᾽ ἀξίαν ἐκ τῆς θείας κρίσεως καρποῖται.
οὐ τὴν τυχοῦσαν χάριν εἰληφὼς τοῦ περὶ αὐτοῦ
τοσαύτην ὑμᾶς ἐπιεικείας ψῆφον ἐνέγκασθαι.
ἐπὶ τούτοις, ὃ τῆς ὑμετέρας συνηθείας ἐστὶν ἀ-
γαθὴ γνώμη, σπουδὴν τὴν πρέπουσαν εἰσενεγ-

A dnam ſibi velit hoc noſtri ſermonis exor-
dium. Equidem cauſam ejus rei exponere,
nec gravabor, nec recuſabo. Fateor enim
perlegiſſe me acta, in quibus ex honorifi-
cis teſtimoniis, ac præconiis veſtris in Eu-
ſebium Cæſarienſem Epiſcopum, quem ego
quoque, & doctrinæ, & modeſtiæ cauſa jam-
dudum probe novi, vos in eum propen-
ſos eſſe comperi, eumque vobis vindicare
velle. Quid tunc exiſtimatis mihi ad recti,
verique indagationem contendenti, in men-
tem veniſſe? Quantam curam, ac ſollicitudi-
nem ob veſtrum illud ſtudium ſuſcepiſſe me
creditis? O fides ſancta, quæ per verba ac
præcepta ſervatoris noſtri, veluti expreſſam
B quandam vitæ imaginem nobis exhibes, quam
moleſte etiam ipſa peccantibus reſiſteres, niſi
ad quæſtum & gratiam ſervire prorſus refu-
geres. Mihi quidem videtur is victoriam ip-
ſam viciſſe, qui pacem magis requirit. Quip-
pe ubi id quod honeſtum eſt, licet, nemi-
nem reperias, qui non eo maxime delecte-
tur. Quæſo igitur, fratres chariſſimi, cur id
conſilium capimus, ex quo injuria in alios
redundet? Cur ea conſectamur, & arceſſimus
quæ fidem opinionis veſtræ everſura ſunt?
Equidem virum illum, quem vos, & ho-
nore, & benevolentia dignum judicatis; plu-
rimum laudo. Non tamen adeo deſpici opor-
tet id quod apud ſingulos ratum firmumque
C manere debuerat, ut ſinguli contenti non
ſint ſententiis ſuis, nec domeſticis bonis om-
nes perfruantur, utque in diſquirendis iis,
qui ex æquo digni ſint epiſcopatus, non di-
cam unus aut alter, ſed plurimi Euſebio
pares non proferantur. Etenim cum aſperitas,
& violentia nullam eccleſiaſticis honoribus
moleſtiam faceſſat, omnes ſimiles inter ſe
ſunt, & æquali in pretio habendi. Neque
enim rationi conſentaneum fuerit, ut hujuſ-
modi inquiſitio ad aliorum fiat injuriam,
quippe cum omnium mentes, ſive humilio-
res ſint, ſive illuſtriores, divina decreta ex
æquo ſuſcipiant, atque cuſtodiant; adeo ut
alii, quod quidem ad communem legem
D pertinet, nullatenus aliis inferiores ſint. Quod
ſi veritatem aperte proferre volumus, jure
quis dixerit, hoc non eſſe hominem reti-
nere, ſed abſtrahere; & violentiæ potius id
quod agitur opus eſſe, quam juſtitiæ. Et
ſive hoc modo, ſive aliter ſentit multitu-
do, ego quidem liquido & audacter affir-
mo, eam rem criminationibus cauſam præ-
bere & ingentis tumultus tempeſtatem ex-
citare. Nam & agni dentium ſuorum vim,
ac robur oſtentant quoties paſtoris cura ac
ſollicitudine in deterius labente, priſtina
gubernatione ſe deſtitutos vident. Quod
ſi hæc ita ſe habent, & nos opinione non
fallimur, hoc primum omnium conſidera-
E te fratres. (Multa enim & maxima bo-
na ſtatim ab initio vobis naſcentur.) Num
ſincera inter vos charitas, atque dilectio,
aliquod ſui detrimentum paſſura ſit? Dein-
de vero illud perpendite, virum illum,
qui boni conſilii cauſa ad vos venerat, de-
bitum ſibi honoris fructum ex divino ju-
dicio percipere; quippe qui non vulgari af-
fectus ſit beneficio, cum de ejus virtute
tam honorificum ſuffragium tuliſtis. Poſtre-
mo veſtræ conſuetudinis eſſe curam, ac di-
ligentiam prudenti conſilio congruentem ad-

hibere, ut talem virum, cujuſmodi opus habetis, perquiratis, omni ſeditioſo, & immodeſto clamore procul amoto. Semper enim hujuſmodi clamores injuſti ſunt, & ex variorum hominum inter ſe colliſione, ſcintillæ, atque incendia excitari ſolent. Ita Deo, & vobis placeam, ita ſecundum vota veſtra vitam degam, ut vos diligo, & tranquillum veſtræ manſuetudinis portum amo. Ex quo ejectis illis ſordibus, cum probis moribus concordiam inducite, firmumque navi ſignum imponite; cæleſtem navigationis curſum gubernaculis, ut ita dicam, ferreis ad lucem ipſam dirigentes. Quocirca incorruptibiles merces in navem imponite. Quidquid enim navem corrumpere poterat, tanquam ex ſentina exhauſtum eſt. Proinde operam date, ut his omnibus bonis ita potiamini, ne quid in poſterum inconſulto, atque inutili ſtudio aut ſtatuiſſe omnino, aut ab initio aggreſſi eſſe videamini. Divinitas vos ſervet fratres chariſſimi.

A καθε εἰς ἐπιζήτησιν ἀνδρὸς οὗ χρήζετε, ἀποκλείσαντες πᾶσαν στασιώδη καὶ ἄτακτον βοήν. ἀεὶ γὰρ ἄδικος ἡ τοιαύτη, κἀκ τῆς τῶν διαφόρων συγκρούσεως, σπινθῆρές τε καὶ φλόγες ἐξανίστανται. οὕτως οὖν τῷ Θεῷ τ' ἀρέσαιμι καὶ ὑμῖν, κατ' εὐχάς τε τὰς ὑμετέρας διαζήσαιμι, ὡς ὑμᾶς ἀγαπῶ, καὶ τὸν ὅρμον τῆς ὑμετέρας πρᾳότητος, ἐξ οὗ τὸν ῥύπον ἐκεῖνον ἀποσάμενοι, ἀντεισενέγκατε ἤθει ἀγαθῷ τὴν ὁμόνοιαν, βέβαιον τὸ σημεῖον ἐνθέμενοι, δρόμον τε οὐράνιον εἰς φῶς δραμόντες, πηδαλίοις δ', ὡς ἂν εἴποι τις σιδηροῖς. διόπερ καὶ τὸν ἄφθαρτον, φθαρτὸν ἡγεῖσθε. πᾶν γὰρ τὴν ναῦν λυμαινόμενον, ὥσπερ ἐξ ἀντλίας B ἀνάλωται. διὸ δὴ νῦν προνοήσασθε τὴν ἀπόλαυσιν τοῦ τῶν ἁπάντων οὕτως ἔχειν, ὡς ἂν μὴ δεύτερον ἀβούλῳ καὶ ἀλυσιτελεῖ σπουδῇ ἢ καθόλου τι πήξασθαι, ἢ τὴν ἀρχὴν ἐπιχειρῆσαι συμφέρον δοκοίημεν. Ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξοι ἀδελφοὶ ἀγαπητοί.

## CONSTANTINI AD EUSEBIUM LITERÆ

### Quibus eum laudat quod Antiochiam recuſaverit.

*Victor Conſtantinus Maximus Auguſtus Euſebio.*

EPiſtolam tuam ſæpius legi & eccleſiaſticæ diſciplinæ regulam accuratiſſime obſervatam a te cognovi. Enimvero in ea ſententia perſtare, quæ & Deo accepta, & Apoſtolicæ traditioni congrua eſſe videatur, ſummæ pietatis eſt. Tu quidem beatum te in hoc ipſo exiſtimare debes, qui totius propemodum orbis teſtimonio, dignus univerſæ eccleſiæ epiſcopatu judicatus ſis. Nam cum omnes te apud ſe epiſcopatum eſſe ambiant, hanc tuam felicitatem ſine controverſia adaugent. Verum rectiſſime fecit prudentia tua, quæ & mandata Dei, & apoſtolicam, atque eccleſiaſticam regulam cuſtodire ſtatuit; epiſcopum Antiochenſis eccleſiæ repudians, & in eo potius permanere deſiderans, quem Dei mandatu ab initio ſuſcepiſſet. Porro hac de re ad populum literas dedi, & ad collegas tuos, qui quidem etiam ipſi de iiſdem rebus ad me ſcripſerant. Quas ubi ſanctitas tua perlegerit, facile cognoſcet, me quoniam refragare ipſis juſtitia videbatur, divini numinis impulſu ad eos ſcripſiſſe. Eorum conſilio etiam prudentiam tuam intereſſe oportebit, ut hoc ipſum in Antiochenorum eccleſia conſtituatur. Divinitas te ſervet, frater chariſſime.

C Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος, σεβαστός, Εὐσεβίῳ.

ΑΝέγνων πληρέστατα τὴν ἐπιστολὴν, καὶ τὸν κανόνα τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπιστήμης εἰς ἀκρίβειαν φυλαχθέντα κατενόησα. ἐμμένειν γοῦν τούτοις ἅπερ ἀρεστά τε τῷ Θεῷ καὶ τῇ ἀποστολικῇ παραδόσει σύμφωνα φαίνεται. μακάριον δὴ σαυτὸν καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ νόμιζε. ὡς τῇ τοῦ κόσμου παντὸς, ὡς ἔπος εἰπεῖν, μαρτυρίᾳ ἄξιος ἐκρίθης πάσης ἐκκλησίας ἐπίσκοπος εἶναι. εἰ γὰρ ποθοῦσιν ἅπαντες εἶναι σὲ παρ' αὐτοῖς, ταύτην σοὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἀναμφισβητήτως συναύξουσιν. ἀλλ' D ἡ σὴ σύνεσις, ἥγουν τάς τε ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ καὶ τὸν ἀποστολικὸν κανόνα καὶ τῆς ἐκκλησίας φυλάττειν ἔγνωκεν, ὑπέρευγε πεποίηκε, παραιτουμένη τὴν ἐπισκοπίαν τῆς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ἐκκλησίας. ἐν ταύτῃ δὲ διαμεῖναι σπουδάζουσα, εἰς ἣν ἐκ πρώτης Θεοῦ βουλήσει τὴν ἐπισκοπίαν ὑπεδέξατο. περὶ δὴ τούτου πρὸς τὸν λαὸν ἐπιστολὴν ἐποιησάμην, πρός τε τοὺς ἄλλους συλλειτουργοὺς οἳ καὶ αὐτοὶ περὶ τούτων ἐτύγχανόν μοι γεγραφηκότες. ἅπερ ἡ σὴ καθαρότης ἀναγνοῦσα, ῥᾳδίως ἐπιγνώσεται, ὅτι τῆς δικαιοσύνης ἀντιφθεγγομένης αὐτοῖς, προτροπῇ τοῦ Θείου πρὸς αὐτοὺς ἔγραψα. ὧν τῷ συμβουλίῳ, καὶ τὴν σὴν σύνεσιν παρεῖναι δεήσει, ὡς ἂν τοῦτο ἐπὶ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας τυπωθείη. ὁ Θεός σε διαφυλάξοι ἀδελφὲ ἀγαπητέ.

# CONSTANTINI EPISTOLA AD SYNODUM

## ne Euſebius Cæſarea abſtrahatur.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος, σεβαστὸς, Θεοδότῳ, Θεοδώρῳ, Ναρκίσσῳ, Ἀετίῳ, Ἀλφειῷ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις τοῖς οὖσιν ἐν Ἀντιοχείᾳ.

Ἀνέγνων τὰ γραφέντα παρὰ τῆς ὑμετέρας συνέσεως, Εὐσεβίου τε τοῦ ἅμα ὑμῖν ἱερωμένου τὴν ἔμφρονα πρόθεσιν ἀπεδεξάμην, ἐπιγνούς τε τὰ πεπραγμένα σύμπαντα, τοῦτο μὲν τοῖς ὑμετέροις γράμμασι. τοῦτο δὲ τοῖς Ἀκακίου καὶ Στρατηγίου τῶν διασημοτάτων κομήτων, διασκεψάμενός τε τὴν δέουσαν ποιησάμενος, πρὸς τὸν λαὸν τῶν Ἀντιοχέων ἔγραψα, ὅπερ ἀρεστόν τε τῷ Θεῷ ἦν καὶ ἁρμόζον τῇ ἐκκλησίᾳ. ἀντίγραφόν τε τῆς ἐπιστολῆς ὑποταχθῆναι τοῖς γράμμασι τούτοις ἐνετειλάμην. ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ γινώσκοιτε ὅ,τι ποτὲ τῷ τοῦ δικαίου λόγῳ προσκληθεὶς πρὸς τὸν λαὸν γράψαι προειλόμην. ἐπειδὴ τοῦτο τοῖς γράμμασιν ὑμῶν περιείχετο, ὥστε κατά γε τὴν τοῦ λαοῦ καὶ τὴν τῆς ὑμετέρας προαιρέσεως σύνεσίν τε καὶ βούλησιν, Εὐσέβιον τὸν ἱερώτατον ἐπίσκοπον τῆς Καισαρέων ἐκκλησίας, ἐπὶ τῆς Ἀντιοχέων προκαθέζεσθαι, καὶ τὴν ὑπὲρ ταύτης ἀναδέξασθαι φροντίδα. τὴν γε μὴν τὰ τοῦ βίου γράμματα ἃ τὸν θεσμὸν ἐκκλησίας μάλιστα φυλάττοντα ἐφαίνετο. ἐχρῆν δ' ὑμῶν τῇ συνέσει καὶ τὴν ἐμὴν γνώμην ἐμφανῆ γενέσθαι. ἀφῖκται γὰρ εἰς ἐμὲ, Εὐφρόνιόν τε τὸν πρεσβύτερον πολίτην ὄντα τῆς κατὰ Καππαδοκίαν Καισαρείας, καὶ Γεώργιον τὸν Ἀρεθουσίων πρεσβύτερον. ὡσαύτως ὃν ἐπὶ τῆς τάξεως ταύτης Ἀλέξανδρος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατεστήσατο εἶναι, τὴν πίστιν δοκιμωτάτους. καλῶς οὖν εἶχε δηλῶσαι τῇ συνέσει ὑμῶν, τούς τε προχειρισαμένους καὶ ἑτέρους οὓς ἂν ἀξίους ἡγήσησθε πρὸς τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ἀξίωμα, ὁρίσαι ταῦτα, ἃ τῇ τῶν ἀποστόλων παραδόσει σύμφωνα ἂν εἴη. τῶν γὰρ τοιούτων διεξεπιθέντων, δυνήσεται ὑμῶν ἡ σύνεσις κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας κανόνα καὶ τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν οὕτω ῥυθμίσαι τὴν χειροτονίαν, ὡς ἂν ὁ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπιστήμης ὑφηγῆται λόγος. ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξοι ἀδελφοὶ ἀγαπητοί.

A *Victor Conſtantinus Max. Auguſtus. Theodoto, Theodoro, Narciſſo, Ætio, Alpheo, & reliquis epiſcopis qui ſunt Antiochiæ.*

Legi literas a veſtra ſanctitate ſcriptas, & Euſebii collegæ veſtri prudens propoſitum magnopere laudavi. Cumque cuncta quæ geſta ſunt, partim ex veſtris, partim ex perfectiſſimorum virorum, Acacii, & Strategii Comitum literis cognoviſſem, remque, ut decebat, accurate expendiſſem, ſcripſi ad populum Antiochenum, quid Deo acceptum, & eccleſiæ congruum eſſet. Ejus B epiſtolæ exemplum his literis ſubjici præcepi, ut & vos cognoſcere poſſitis, quidnam ego juris ratione provocatus ſcripſerim ad populum Antiochenum: quandoquidem hoc literis veſtris continebatur, ut juxta populi, & prudentiæ veſtræ ſuffragium ac voluntatem, Euſebius Sanctiſſimus Cæſarienſium epiſcopus Antiochenæ eccleſiæ præſideret, ejuſque curam ſuſciperet. Ac literæ quidem Euſebii, eccleſiaſticæ legi maxime conſentire videntur. Convenit tamen, ut noſtrâ quoque ſententia veſtræ prudentiæ innoteſcat. Etenim relatum eſt ad nos, Euphronium presbyterum civem Cæſareæ, quæ eſt in Cappadocia, & Georgium Arethuſio- C rum civem, itidem presbyterum, quem Alexander ad hunc ordinem in urbe Alexandrina promovit; viros eſſe in doctrina fidei probatiſſimos. Placuit itaque ſignificare prudentiæ veſtræ, ut hos viros, & alios, quos ad epiſcopatum idoneos judicaveritis in medium proferentes, ea decernatis, quæ Apoſtolorum traditioni conſentiunt. His enim præſtructis veſtra prudentia juxta eccleſiæ regulam, & apoſtolicam traditionem ita hanc electionem dirigere poterit, quemadmodum eccleſiaſticæ diſciplinæ ratio poſtulat. Divinitas vos ſervet, fratres cariſſimi.

# EADEM SYNODUS EX LIBELLO SYNODICO.

Οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ ὁ Νικομηδείας Εὐσέβιος, ἀπάρας μετὰ τὴν θέαν, καὶ τὰ ἐν Ἱεροσολύμοις ἐγκαίνια, ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν παραγίνεται, καὶ σύνοδον κατὰ τοῦ θείου συμβόλου, καὶ Εὐσταθίου συνέστησε τοῦ μάκαρος· πλέξας σαβελλισμὸν αὐτῷ καὶ μοιχείαν· δι' ὧν καθαίρεσιν ἐψηφίσατο, καὶ ἐκ τοῦ βασιλέως κατάκρισιν ἐξορίας ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ παρεσκεύασε. Μόνον τοῦ ἑταιρικοῦ γυναίου ἔχοντος ἐν ἀγκάλαις τὸ βρέφος, καὶ Εὐσταθίου εἶναι διομνυμένου, τοὺς ὅρκους λήθῃ καλύψαι οὐκ ἴσχυσε. Τούτου γὰρ καὶ μακροτάτῃ κλινοβατίᾳ περιπεσόντος, κλῆρος καὶ λαὸς ἐξαγορεύοντος ἤκουον, ἣν παρὰ τῶν αἱρετικῶν χρυσίου κατὰ τοῦ μακαρίου Εὐσταθίου ποσότητα ἔλαβε· ἐπὶ τῶν ὅρκων φάσκοντος μὴ διαμαρτεῖν, ὡς ἔοικε, τοῦ ὀνόματος. Εὐσταθίου σπέρμα τοῦ χαλκέως, τοῦ ἐπιδειχθέντος βρέφους καθάπαξ ὑπάρχοντος.

D Neque hoc ſolum; ſed & Nicomedienſis Euſebius poſt ſpectata Hieroſolymæ & encænia ibi celebrata, Antiochiam ſe ſe confert, & ſynodum contra divinum ſymbolum & beatum Euſtathium inſtituit: Sabellianiſmum ipſi objiciens, & adulterium: propter quæ depoſitionem illi decernit, & ab imperatore condemnationem exilii in Illyrico præparat. Veruntamen meretricia illa muliercula, quæ in ulnis infantem habuerat, & Euſtathii eum eſſe dejeraverat, juramenta oblivione involvere non potuit. Cum enim in longiſſimam cubationem ex morbo incidiſſet: clerus & populus confitentem audiverunt, quantam ab hæreticis contra bea- E tum Euſtathium auri ſummam accepiſſet: de juramento autem affirmantem, ſe non aberraſſe a nomine, cum Euſtathii ærarii omnino fuerit infans demonſtratus.

ANNO CHRISTI ....

# [a] CONCILIUM [b] GANGRENSE

ANNO CHRISTI ....

## CELEBRATUM

### [c] TEMPORE SILVESTRI PAPÆ I.

(*d Circa annum Domini* 324.) *in Paphlagonia, ſeu* [e] *regione Pelaſgorum, adverſus f Euſtathium g Sebaſtianenſem in Armenia epiſcopum. Et eſt provinciale, ſed h approbatum a Leone IV. diſt.* 20. *c. de libell.*

## ΚΑΝΟ'ΝΕΣ ΤΩ͂Ν Ε'Ν ΓΑ'ΓΓΡΑ

### ΣΥΝΕΛΘΟ'ΝΤΩΝ Α'ΓΙΩΝ ΠΑΤΕ'ΡΩΝ.

Οἵτινες μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον ἐξετέθησαν.

### CANONES SANCTORUM PATRUM,

### QUI GANGRIS CONVENERUNT, (a)

[a] qui cum Nicæna Synodo eduntur. [a]

a qui poſt Nicænos expoſiti ſunt.

VERSIO VETUS.

b venerabilibus commiſtris.
* Byſenius,
c Hieratius
d his in textu græco non apparet.
* Proſerius
* Treſſius.

[2] *Dominis* [b] *honorabilibus conſacerdotibus, in Armenia conſtitutis, coepiſcopi Euſebius, Hypatius, Eulalius, Gregorius, Ælianus,* [*] *Bithynicus, Olympius, Baſſianus, Baſilius, Philetus,* [c] *Heraclius, Pappus, Eugenius,* [d] *Oſius* [3] *Cordubenſis,* [*] *Proberesſius, Baſſus, qui convenerunt in Gangrenſi concilio, in domino ſalutem.*

Κυρίοις τιμιωτάτοις ἐν Ἀρμενίᾳ συλλειτουργοῖς, Εὐσέβιος, Αἰλιανὸς, Εὐγένιος, Ὀλύμπιος, Βιθυνικὸς, Γρηγόριος, Φιλητὸς, Πάππος, Εὐλάλιος, Ὑπάτιος, Προαιρέσιος, Βασίλειος, Βάσσος, οἱ συνελθόντες εἰς τὴν κατὰ Γάγγραν ἁγίαν σύνοδον, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

*Dominis honorabilibus in Armenia conſacerdotibus, Euſebius, Ælianus, Eugenius, Olympius, Bithynicus, Gregorius, Philetus, Pappus, Eulalius, Hypatius, Proberesſius, Baſilius, Baſſus, qui convenerunt in ſanctam ſynodum Gangrenſem, in Domino ſalutem.*

VERSIO NOVA.

QUoniam conveniens ſancta ſynodus epiſcoporum [4] in

ΕʼΠΕΙΔΗʼ συνελθοῦσα ἡ ἁγιωτάτη σύνοδος τῶν ἐπισκό-

QUoniam ſanctiſſima ſynodus epiſcoporum in eccle-

1 Epocha hujus Concilii adhuc obſcura. Cum in antiquiſſimo Collectionis Canonum MS. Codice Corbejenſi ſexto ſæculo, ut conjicitur, exarato, legatur ante Nicænos Canones hæc Oſii in dicto Nicæno Concilio præfatio: *Oſius Epiſcopus dixit, quoniam multa prætermiſſa* (forte *præmiſſa*) *ſunt, quæ ad robur Eccleſiaſticum pertinent, quæ jam priori Synodo Anquiritana, Cæſarienſi* (ſeu *Neocæſarienſi*) *Granienſi*, (hoc eſt, *Gangrenſi*) *conſtituta ſunt, & nunc præ manibus habentur; præcipiat beatitudo veſtra, ut lectione pandantur, quo omnes acta modo innoteſcant* (ceu noſcant) *quæ a prioribus noſtris acta ſunt, recitentur, & recitata ſunt.* Et poſt relatos Canones Ancyranos, & Neocæſarienſes, ſubjiciatur: *Incipit Synodum Gangrenſem Dominis honorabilibus conſacerdotibus in Arminia conſtitutis Euſebius, Eugenius, Olympius, Hilarius, Baſilius, Eulalius, Gregorius, Papius, Baſſus, Eugenius, Pilitus,* (ſeu *Philetus*,) *Epatus, item Eugenius, Bytinius, Eraclis, Proeretius, qui convenerunt in Gangrenſem Concilium, in Deo ſalutem. Quoniam conveniens ſancta ſynodus &c.* arguit Couſtant in Præfatione tom. 1. Epiſtolarum Rom. Pont. Gangrenſe concilium habitum fuiſſe ante Nicænum, cum in hoc Epiſcoporum Oecumenico conſeſſu lecti ſint, probatique illius Canones. His tamen obſtat, quod in MSS. Collectionis Dionyſii, Iſidori, aliiſque adnotatur *Gangrenſes regulas poſt Nicænam ſynodum fuiſſe expoſitas*. Etiam in Codice Eccleſiæ univerſæ, & apud Joannem Antiochenum, & apud omnes Græcos Canonum collectores, ponuntur hi Canones inter Nicænos & Antiochenos, adeo ut habitam fuiſſe putent hanc ſynodum, inquit Harduinus illam anno Chriſti circiter 330. aſſigens, inter annum 325. & 341. Illud autem conſtat, ut obſervat Pagius ad an. Chriſt. 319. n. 5. cum Oſius huic concilio interfuerit, non potuiſſe celebrari ante an. 324. cum eo tantum anno Conſtantinus, cujus ſubditus erat Oſius, Oriente potitus fuerit; neque poſt annum 358. quo Oſius in Hiſpanias rediit, licet perperam Valeſius ſcribat in notis ad Socratem lib. 2. cap. 43. hoc Concilium ante Valentis Imp. tempora congregatum non eſſe, quia D. Baſilius in Epiſt. 74. quam ad Occidentales ſub Valente contra Euſtathium Sebaſtenum dedit, Gangrenſis Concilii nullam mentionem facit, argumentum enim ab auctoritate negativa petitum infirmum. Ceterum de tempore hujus Synodi vide Socratem lib. 2. cap. 43. & Sozomenum lib. 4. cap. 24. 2 Vetus hæc Epiſtolæ Græcæ interpretatio ex Dionyſii Exigui collectione deſumpta eſt; ſed quoniam a Græco contextu multis locis ea diſſidet, idcirco alteram adjungendam cenſuit Harduinus, quæ verbum fere Græcum Latino ſimile repræſentaret. Eam nos quoque e regione poſitam exhibemus. Hanc vero veterem verſionem contulit Harduinus cum quatuor Collectionibus pervetuſtis Dionyſii Exigui, quæ ſunt in Bibliotheca Collegii Pariſienſis Soc. Jeſu, a quo ſequentes notulæ, & variantes deſumptæ ſunt. 3 Cum Oſius recenſeatur in hac Epiſtola ſynodica aliis Epiſcopis permixtus, & inter ultimos, dici non poteſt, ut dixit Baronius, Legatione Romana Oſius in ea functus, cum ſedis Apoſtolicæ dignitati id minime congruat, ut obſervavit de Marca in Diſſert. de veteribus Collect. Can. cap. 2. Dium præſtantiſſimum Præſulem hujus ſynodi præſidem fuiſſe, teſtatur Auctor libelli ſynodici. Quod ſi Symmachus Papa in ſynodo Romana habita anno 504. ſynodi Gangrenſis Canones duos citet, aſſeratque, *Apoſtolica auctoritate hos Canones conditos eſſe*, factum id, quia etſi Provincialis ſynodus Gangrenſis eſſet, tamen cum auctoritate ſedis Apoſtolicæ jam eſſet in Occidente recepta, perinde erat ac ſi ab initio eadem auctoritate canones illos conſtituiſſet. *Pagius* ad an Chr. 319. num. 5. 4 al. in Eccleſiam Gangrenſem.

(*a*) Contuli nunc primum cum MS. Lucenſi ſæculi XI., in quo Dionyſii verſio continetur. Hoc autem initium præter: *Incipit Sinodi Gangrenſis præfatio*. Nomina vero Epiſcoporum, qui in editis ſunt in principio, ibi in fine canonum leguntur. Eſt etiam hæc præfatio in alio vetuſtiſſimo Cod. Lucenſi ſæc. VIII. ex hac ipſa verſio-

eccleſia Gangrenſi, propter quaſdam eccleſiaſticas & neceſſarias cauſas inquirendas, & ea quæ ſecundum [1] [a] Euſtathium geſta ſunt, dignoſcenda, invenit multa fieri indecenter ab his qui eumdem Euſtathium ſecuti ſunt, neceſſario ſtatuit, palam [2] omnibus (*a*) actis, amputare univerſa, quæ ab eodem [b] male commiſſa ſunt. Declaratum eſt enim, hos eoſdem nuptias accuſare, & (*b*) docere, quod nullus in conjugali poſitus gradu, ſpem habeat apud Deum. Unde factum eſt, ut multæ mulieres [c] eos [3] ſecutæ, relictis propriis viris, & viri, uxoribus deſtitutis, vinculum conjugale diſſolverent, (*c*) continentiam profitentes: quam cum retinere non poſſent, adulterium commiſerunt. Inventi ſunt enim diſceſſiones ac ſeparationes a dominicis conſtitutis in eccleſiis Dei docere, id eſt, [4] traditiones eccleſiaſticas, & ea quæ in eccleſiis aguntur debere contemni, [5] privatiſque conventiculis (*d*) inſtitutis, ad imitationem eorum quæ in domo Dei aguntur, omnia præſumere celebrare: Adhuc etiam veſtibus communibus ſpretis, novos etiam & inſolitos habitus aſſumpſiſſe: Primitias quoque fructuum, & oblationes eorum, quas veterum inſtitutio eccleſiis tribuit, ſibimet vindicaſſe, id eſt, [6] propriæ ratiocinatione doctrinæ, tamquam ſanctis, ſibi eas offerri debere, apud ſe, & inter ſe diſpenſandas: Servos a dominis recedentes, per hunc [7] inuſitatum religionis [d] morem, dominos contempſiſſe: Mulieres quoque, præter conſuetudinem & ſui ſexus ornatum, hinc ſe juſtificari credentes, virilem habitum [e] ſuſcepiſſe, pluresque earum occaſione religionis tonſas, genuini decoris comas penitus amputaſſe: jejunia quæ in eccleſia prædicantur, contemnenda aſſeruiſſe: nonnullos eorum etiam cibos carnium tamquam illicitos reputaſſe: In domibus conjugatorum nec orationes quidem debere celebrari, perſuaſiſſe intantum, ut eaſdem fieri vetent, [8] & oblationibus quę in domibus factæ fuerint, minime communicandum eſſe decernant: presbyteros vero, qui matrimonia contraxerunt, ſperni [9] debere dicunt, nec ſacramenta, quæ ab

a Euſtaſium al. Euſtachium.

b mala.

c ſeductæ: ita & editio Moguntina & Pariſ. cod. Romanæ eccleſiæ, in qua legitur hæc præfatio totidem fere verbis. Aliam quoque edidit Juſtellus ex veteri ſuo mſ. c. pag. 288. bibliothecæ juris canonici ab hac diverſam. In *Luc.* deeſt *eos ſecutæ*.

d habitum ſpeciem aut formam.

e uſu cepiſſe. Ita & in *Luc.*

τῶν ἐν τῇ κατὰ Γάγγραν ἐκκλησίᾳ διά τινας ἐκκλησιαστικὰς χρείας, ζητουμένων καὶ τῶν κατ' Εὐστάθιον, εὑρίσκει πολλὰ ἀθέσμως γινόμενα ὑπὸ τούτων αὐτῶν τῶν περὶ Εὐστάθιον. ἀναγκαίως ὥρισεν, καὶ πᾶσι φανερὸν ποιῆσαι ἐσπούδασεν, εἰς ἀναίρεσιν τῶν ὑπ' αὐτοῦ κακῶς γινομένων. καὶ γὰρ ἐκ τοῦ καταμέμφεσθαι αὐτοὺς τὸν γάμον, καὶ ὑποτίθεσθαι, ὅτι οὐδεὶς τῶν ἐν γάμῳ ὄντων ἐλπίδα παρὰ Θεῷ ἔχει, πολλαὶ γυναῖκες ὕπανδροι ἀπατηθεῖσαι τῶν ἑαυτῶν ἀνδρῶν ἀνεχώρησαν, καὶ ἄνδρες τῶν ἰδίων γυναικῶν· εἶτα ἐν τῷ μεταξὺ μὴ δυνηθεῖσαι ἐγκρατεύειν ἐμοιχεύθησαν, καὶ διὰ τὴν τοιαύτην ὑπόθεσιν ὠνειδίσθησαν. Εὑρίσκοντο δὲ καὶ ἀναχωρήσεις ἐκ τῶν οἴκων τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἐκκλησίας ποιούμενοι, καταφρονητικῶς διακείμενοι κατὰ τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἰδίᾳ συνάξεις ποιούμενοι, καὶ ἐκκλησιάσεις, καὶ διδασκαλίας ἑτέρας, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ κατὰ τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ξένα ἀμφιάσματα ἐπὶ καταπτώσει τῆς κοινότητος τῶν ἀμφιασμάτων συνάγοντες· καρποφορίας τε τὰς ἐκκλησιαστικὰς τὰς ἀνέκαθεν διδομένας τῇ ἐκκλησίᾳ, ἑαυτοῖς καὶ τοῖς σὺν αὐτοῖς, ὡς ἁγίοις, τὰς διαδόσεις ποιούμενοι· καὶ δοῦλοι δεσποτῶν ἀναχωροῦντες, καὶ διὰ τοῦ ξένου ἀμφιάσματος καταφρόνησιν κατὰ τῶν δεσποτῶν ποιούμενοι· καὶ γυναῖκες παρὰ τὸ συνήθες ἀντὶ ἀμφιασμάτων γυναικείων ἀνδρεῖα ἀμφιάσματα ἀναλαμβάνουσαι, καὶ ἐκ τούτων οἰόμεναι δικαιοῦσθαι. πολλαὶ δὲ καὶ ἀποκείρονται προφάσει θεοσεβείας τὴν φύσιν τῆς κόμης τῆς γυναικείας. νηστείας τε ἐν κυριακῇ ποιούμενοι, καὶ τῆς ἁγιότητος τῆς ἐλευθέρας ἡμέρας καταφρονοῦντες, καὶ τῶν νηστειῶν τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τεταγμένων ὑπερφρονοῦντες, καὶ ἐσθίοντες, καί τινες αὐτῶν μεταλήψεις κρεῶν βδελυττόμενοι καὶ ἐν οἴκοις γεγαμηκότων εὐχὰς ποιεῖσθαι μὴ βουλόμενοι, καὶ γινομένων εὐχῶν καταφρονοῦντες, καὶ πολλάκις προσφορῶν ἐν αὐταῖς ταῖς οἰκίαις μὲν γεγαμηκότων γινομένων μὴ μεταλαμβάνοντες· καὶ πρεσβυτέρων

eccleſiam Gangrenſem conveniens, ob quaſdam eccleſiaſticas neceſſitates, & ob ea quæ ſunt de Euſtathio inquirenda; multa nefarie ab Euſtathianis fieri invenit: neceſſario decrevit, & palam omnibus facere ſtuduit, ut amputentur omnia quæ ille male commiſit. Ex eo enim quod accuſant nuptias, docentque neminem eorum qui ſunt conjugati ſpem apud Deum habere; multæ mulieres ſeductæ, a propriis maritis ſeceſſerunt, & a propriis uxoribus mariti. Mox vero cum vivere continenter non poſſent, adulteria commiſerunt, & in ſummum dedecus eam ob cauſam incurrerunt. Inventi ſunt autem & ſeceſſionem a domibus Dei & ab Eccleſia facere: eccleſiam, & quæ fiunt in eccleſia, aſpernari: privatos conventus agere, habere conciones, diverſas tradere doctrinas, aliaque contra eccleſias, & contra ea quæ fiunt in eccleſia. Ad hæc ſpretis communibus indumentis novum veſtitum induere: Primitias quoque frugum eccleſiaſticas, quæ ab omni memoria eccleſiæ deferuntur, ſibimet & ſuis, veluti ſanctis, diſpenſandas vindicare: ſervi præterea a dominis recedentes, eoſdem propter hunc inuſitatum habitum aſpernari: mulieres quoque, hinc ſe credentes juſtificari, præter morem pro muliebribus veſtimentis virilem ſuſcipere habitum: multæ autem & prætextu pietatis tonſo capite comæ muliebris ornatum auferre. Jejunia porro die Dominico peragere, & ſanctitatem diei liberæ aſpernari: Jejunia quæ in eccleſiis ſunt conſtituta, comedendo contemnere: Quidam eorum eſum carnium illicitum reputare: nolle in domibus conjugatorum orationes facere: quæ preces ibi fiunt deſpicere: ſæpe etiam oblationibus, quæ in ipſis conjugatorum domibus fiunt, non communicare: & presbyteros conjugatos contemnere, nec contingere ſacramenta quæ fiunt ab ipſis: Martyrum quoque baſilicas, & omnes qui illuc conveniunt, & rem ſacram ibi peragunt, reprehendere: eis

---

ne; ſed nomina Epiſcoporum dat in principio ut hic: nomina hæc exhibet: *Euſebius*, *Olympius*, *Elyanus*, *Baſilius*, *Eulalius*, *Gregorius*, *Papius*, *Baſſus*, *Eugenius*: *Byſtbinius*, *Heracles*, *Præteſius*.

(*a*) factis *in Luc.* (*b*) *Luc.* dicere. (*c*) *in Luc. deeſt* continentiam profitentes. (*d*) ſtatutis *in Luc.*

1 Al. *Euſtachium*: al. *Euſtathium*, ut apud Nicetam in Vita Ignatii: ſic etiam Balſamon, & Zonaras Εὐστάθιον. Dionyſius in Collectionibus noſtris MSS. ſemper *Euſtaſium* habet. 2 al. *factis omnibus*.

3 Abſunt hæ duæ voces a MSS. 4 al. *& traditiones*. 5 al. *privatis*: & mox: *atque ad imitationem*.

6 al. *propria ratione*. 7 al. *inuſitata*. 8 al. *oblationibus quoque in domibus factis*.

9 In duobus MSS. vox illa deeſt. Ita & in *Luc.*

eis conficiuntur, attingi: Loca ſanctorum martyrum vel baſilicas contemnere, & omnes qui illuc conveniunt, [a] reprehendere: Divites fideles, qui non omnibus renunciant quæ poſſident, ſpem apud Deum non habere: Et multa alia, quæ enumerare nulli poſſibile eſt, ſingulos quoque eorum pro ſuo arbitrio conſtituere. Unumquemque enim eorum (a) tales inſtitutiones ab eccleſiaſtico canone recedentes, tamquam proprias leges ſibimet condidiſſe. Sed nec communis his omnibus & una ſententia eſt. Singuli enim, prout videtur & libet, ad accuſationem eccleſiæ nitendo, [b] tamquam rector non ſit, vel addunt decreta, vel minuunt. Propterea ergo coactum eſt hoc concilium, in Gangrenſi eccleſia habitum, ut canones iſtos exponeret, quibus probantur memorati extra eccleſiam eſſe. Quod ſi per pœnitentiam condemnaverint omnia hæc, quæ male ſenſerunt, tamquam a ſe non bene prolata, acceptabiles fiant: atque ideo ſingula quæ debeant condemnare, ſynodus credidit exponenda. Quod ſi quis renuerit hæc quæ hodie conſtituta ſunt, tamquam hæreticus & anathematizatus & damnatus abjiciatur. Et erit non ſolum incommunicatus, verum etiam & ab eccleſia habeatur extorris, donec deprecetur [c] epiſcopum, & de univerſis quæ penes eos detecta atque deprehenſa ſunt, [d] (b) prodiderit, qui horum ſuſceperit obſervandum.

a & ſacramenta conficiunt. Luc. 14.

b non reſpondet in omnibus hæc Latina verſio textui Græco, ut neque Caſtelliana barbaris verbis contexta ab homine linguarum Græcæ ac Latinæ parum perito.

c epiſcopos

d providerit.

γεγαμηκότων ὑπερφρονοῦντες, καὶ τῶν λειτουργιῶν τῶν ὑπ' αὐτῶν γινομένων μὴ ἁπτόμενοι, καὶ τῶν ἐκεῖ συνερχομένων καὶ λειτουργούντων καταγινώσκοντες καὶ πλουσίων δὲ τῶν μὴ πάντων τῶν ὑπαρχόντων ἀναχωρούντων, ὡς ἐλπίδα παρὰ Θεῷ μὴ ἐχόντων· καὶ πολλὰ ἄλλα, ἃ ἀριθμῆσαι οὐδεὶς ἂν δυνηθείη. ἕκαστος γὰρ αὐτῶν, ἐπειδὴ τοῦ κανόνος τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ ἐξῆλθεν, ὥσπερ νόμους ἰδιάζοντας ἔχει. οὐτε γὰρ κοινὴ γνώμη αὐτῶν ἁπάντων ἐγένετο· ἀλλ' ἕκαστος, ὅπερ ἂν ἐνεθυμήθη, τοῦτο προσετίθηκεν ἐπὶ διαβολῇ τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἑαυτοῦ βλάβῃ, δι' ἃ οὖν τοῦτο ἠναγκάσθη ἡ παραγενομένη ἐν Γάγγραις ἁγία σύνοδος καταψηφίσασθαι αὐτῶν, καὶ ὅρους ἐκθέσθαι, ἐκτὸς αὐτοὺς εἶναι τῆς ἐκκλησίας· εἰ δὲ μετανοήσειεν, καὶ ἀναθεματίζοιεν ἕκαστον τούτων τῶν κακῶς λεχθέντων, δεκτοὺς αὐτοὺς γίνεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο ἐξέθετο ἡ ἁγία σύνοδος ἕκαστον, ὃ ὀφείλουσιν ἀναθεματίσαντες δεχθῆναι. εἰ δέ τις μὴ πεισθείη τοῖς λεχθεῖσιν, ὡς αἱρετικὸν αὐτὸν ἀναθεματισθῆναι, καὶ εἶναι ἀκοινώνητον καὶ κεχωρισμένον τῆς ἐκκλησίας. καὶ δεήσει τοὺς ἐπισκόπους ἐπὶ πάντων τῶν εὑρισκομένων παρ' αὐτοῖς τοιοῦτον παραφυλάξασθαι.

maxime vero divites, qui non renunciant omnibus quæ poſſident, tamquam apud Deum ſpem illi non habeant: & alia multa, quæ enumerari non poſſunt. Nam unuſquiſque eorum, cum ſemel ab eccleſiaſtico canone receſſit, veluti proprias ſibi leges habet. Neque enim communis his omnibus ſententia eſt: ſed unuſquiſque, quod ſibi venit in mentem, hoc adjecit, in ignominiam eccleſiæ, & ſuum ipſius damnum. Propterea igitur coactum eſt ſanctum Concilium Gangris habitum illos damnare; ac definire, eoſdem eſſe extra eccleſiam: Quod ſi pœnitentiam egerint, & anathematizarint unumquodque ex male prolatis capitibus, admittendos ipſos eſſe. Idcirco expoſuit ſancta ſynodus ſingulatim ea, quæ debent anathematizare, ut admitti poſſint. Quod ſi quis autem his dictis non obtemperaverit, tamquam hæreticus anathematizetur, & is excommunicatus ab eccleſia ſegregetur: & in omnibus quæ apud iſtos detecta & deprehenſa ſunt, oportebit epiſcopos hoc obſervare.

*Epiſcopi hujus concilii ſupradicti alias numerantur, & vocantur ad hunc modum.* A

[e] Euſebius, Alypius, Philetus, Eulalius, Pappus, Baſilius, Bithynicus, Heracius, Hypatius, Baſſus, Eugenius, Gregorius, Ælianus, Preſſius, Eugenius.

e Alio præterea ordine recenſentur in cod. eccleſiæ Romanæ & in mſſ. codd. Juſtelli, Harduini & aliorum & in qq. Oſius apparet, in aliis abeſt.

*Alias vero ad iſtum.*

Euſebius, Olympius, Ælianus, Baſilius, Eulalius, Gregorius, Papius, Baſſus, Eugenius, Bithynius, Heracles, Preſius.

## CANONES.

### Gentiano Herveto Interprete.

I.

Si quis matrimonium vituperet, & eam quæ cum marito ſuo dormit B quæ eſt fidelis & religioſa, abhorreat & inſimulet, tamquam quæ non poſſit regnum Dei ingredi, ſit anathema.

II.

Si quis eum qui carnem præter ſanguinem, & idolothytum, & ſuffocatum, cum pietate & fide comedit, condemnat, tamquam eo quod ea veſcatur, ſpem non habeat, ſit anathema.

## ΚΑΝΟΝΕΣ

### ΤΩΝ ΕΝ ΓΑΓΓΡΑ.

α.

Εἴ τις τὸν γάμον μέμφοιτο, καὶ τὴν καθεύδουσαν μετὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, οὖσαν πιστὴν καὶ εὐλαβῆ, βδελύσσοιτο ἢ μέμφοιτο, ὡς ἂν μὴ δυναμένην εἰς βασιλείαν εἰσελθεῖν, ἀνάθεμα ἔστω.

β.

Εἴ τις ἐσθίοντα κρέα χωρὶς αἵματος καὶ εἰδωλοθύτου καὶ πνικτοῦ, μετ' εὐλαβείας καὶ πίστεως, κατακρίνοι, ὡς ἂν διὰ τὸ μεταλαμβάνειν, ἐλπίδα μὴ ἔχοντα, ἀνάθεμα ἔστω.

γ.

(a) Luc. inſerit per (b) Luc. providerit

A

γ'.

Εἴ τις δοῦλον προφάσει θεοσεβείας διδάσκοι καταφρονεῖν δεσπότου, καὶ ἀναχωρεῖν τῆς ὑπηρεσίας, καὶ μὴ μετ' εὐνοίας καὶ πάσης τιμῆς τῷ ἑαυτοῦ δεσπότῃ ἐξυπηρετεῖσθαι. ἀνάθεμα ἔστω.

III.

Si quis docet ſervum pietatis prætextu dominum contemnere, & a miniſterio recedere, & non cum benevolentia & omni honore domino ſuo inſervire, ſit anathema.

δ'.

Εἴ τις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, ὡς μὴ χρῆναι λειτουργήσαντος αὐτοῦ προσφορᾶς [1] μεταλαμβάνειν, ἀνάθεμα ἔστω.

IV.

Si quis de presbytero qui uxorem duxit; contendat, non oportere eo ſacra celebrante oblationi communicare, ſit anathema.

έ.

Εἴ τις διδάσκοι τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ εὐκαταφρόνητον εἶναι, καὶ τὰς ἐν αὐτῷ συνάξεις, ἀνάθεμα ἔστω.

B

V.

Si quis docet domum Dei eſſe contemnendam, & quæ fiunt in ea congregationes, ſit anathema.

ϛ'.

Εἴ τις παρὰ τὴν ἐκκλησίαν [2] ἰδίᾳ ἐκκλησιάζοι, καὶ καταφρονῶν τῆς ἐκκλησίας, τὰ τῆς ἐκκλησίας ἐθέλοι πράττειν, μὴ συνόντος τοῦ πρεσβυτέρου κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου, ἀνάθεμα ἔστω.

VI.

Si quis præter eccleſiam vult eccleſiam habere, & contemnens eccleſiam, vult ea quæ ſunt eccleſiæ agere, non conveniente presbytero de epiſcopi ſententia, ſit anathema.

ζ'.

Εἴ τις καρποφορίας ἐκκλησιαστικὰς ἐθέλοι λαμβάνειν, ἢ διδόναι ἔξω τῆς ἐκκλησίας, παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου, ἢ τοῦ ἐγκεχειρισμένου τὰ τοιαῦτα, καὶ μὴ μετὰ γνώμης αὐτοῦ ἐθέλοι πράττειν, ἀνάθεμα ἔστω.

VII.

Si quis vult fructus eccleſiæ oblatos accipere, vel dare extra eccleſiam, præter epiſcopi ſententiam, vel ejus cui cura eorum tradita eſt, & non cum ejus

C

ſententia ea velit agere, ſit anathema.

θ'.

Εἴ τις διδοίη ἢ λαμβάνοι καρποφορίαν παρεκτὸς τοῦ ἐπισκόπου, ἢ τοῦ ἐπιτεταγμένου εἰς οἰκονομίαν εὐποιΐας, καὶ ὁ διδοὺς, καὶ ὁ λαμβάνων, ἀνάθεμα ἔστω.

VIII.

Si quis dat, vel accipit fructus oblatos præter epiſcopum, vel eum qui eſt conſtitutus ad beneficentiæ diſpenſationem, & qui dat, & qui accipit, ſit anathema.

ή.

Εἴ τις παρθενεύοι, ἢ ἐγκρατεύοιτο, ὡς ἂν [3] βδελυττομένων, τῶν γάμων ἀναχωρήσας, καὶ μὴ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν καὶ ἅγιον τῆς παρθενίας, ἀνάθεμα ἔστω.

IX.

Si quis virgo ſit, vel continens, a matrimonio tamquam abominando recedens, & non propter ipſam virginitatis pulchritudinem & ſanctitatem, ſit anathema.

ί.

Εἴ τις τῶν παρθενευόντων διὰ τὸν κύριον, κατεπαίροιτο τῶν γεγαμηκότων, ἀνάθεμα ἔστω.

D

X.

Si quis eorum qui ſunt virgines propter dominum, inſultet in eos qui uxores duxerunt, anathema ſit.

ιά.

Εἴ τις καταφρονοίη τῶν ἐκ πίστεως ἀγάπας ποιούντων, καὶ διὰ τιμὴν τοῦ κυρίου συγκαλούντων τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ μὴ ἐθέλοι κοινωνεῖν ταῖς κλήσεσι, διὰ τὸ ἐξευτελίζειν τὸ γινόμενον, ἀνάθεμα ἔστω.

XI.

Si quis contemnat eos qui agapas ex fide faciunt, & propter Dei honorem fratres convocant, & nolit vocationibus communicare, quod id quod fit vilipendat, ſit anathema.

ιβ'.

Εἴ τις ἀνδρῶν διὰ νομιζομένην ἄσκησιν περιβολαίῳ χρῆται, καὶ ὡς ἂν ἐκ τούτου τὴν δικαιοσύνην ἔχων, καταψηφίσοιτο τῶν μετ' εὐλαβείας τοὺς βήρους φορούντων, καὶ τῇ ἄλλῃ κοινῇ καὶ ἐν συνηθείᾳ οὔσῃ ἐσθῆτι κεχρημένων, ἀνάθεμα ἔστω.

XII.

Si quis vir propter eam quæ exiſtimatur exercitationem amiculo utitur, & tamquam habens ex eo juſtitiam, eos condemnet qui cum pietate * beros

E

ferunt, & alia communi & conſueta veſte utuntur, ſit anathema.

* Beros videtur Balſamon epiſcopus Antiochenus, hunc locum interpretans, vocare veſtes ex lento contextas.

ιγ'.

Εἴ τις γυνὴ διὰ νομιζομένην ἄσκησιν μεταβάλλοιτο ἀμφίασμα, καὶ ἀντὶ τοῦ εἰωθότος γυναικείου ἀμφιάσματος, ἀνδρεῖον ἀναλάβοι, ἀνάθεμα ἔστω.

XIII.

Si qua mulier propter eam, quæ exiſtimatur exercitationem veſtem mutet, & pro conſueto muliebri indumento virile accipiat, ſit anathema.

ιδ'.

Εἴ τις γυνὴ καταλιμπάνοι τὸν ἄνδρα, καὶ ἀ-

XIV.

Si qua mulier relinquit maritum, & vult

1 Balſamon μεταλαβεῖν. 2 Balſamon κατ' ἰδίαν ἐκκλησιάζει. Zonaras βδελυττομένης τὸν γάμον.

vult recedere, matrimonium abhorrens, ſit anathema.

A ἀναχωρεῖν ἐθέλοι, βδελυττομένη τὸν γάμον, ἀνάθεμα ἔςω.

XV.

Si quis ſuos liberos relinquit, nec eos alit, nec quantum in ſe eſt ad convenientem, pietatem religionemque adducit, ſed exercitationis prætextu negligit, ſit anathema.

ιε.

Εἴ τις καταλιμπάνῃ τὰ ἑαυτοῦ τέκνα, καὶ μὴ τεκνοτροφῇ, καὶ ὅσον ἐν ἑαυτῷ πρὸς θεοσέβειαν τὴν προσήκουσαν ἀνάγῃ, ἀλλὰ προφάσει τῆς ἀσκήσεως ἀμελοίη, ἀνάθεμα ἔςω.

XVI.

Si qui filii a parentibus, maxime fidelibus, prætextu pietatis receſſerint, & parentibus quem par eſt honorem non tribuerint, apud eos ſcilicet præpoſita in Deum pietate, ſint anathema.

ιϛ'.

Εἴ τινα τέκνα γονέων, μάλιςα πιςῶν, ἀναχωροίη προφάσει θεοσεβείας, καὶ μὴ τὴν καθήκουσαν τιμὴν τοῖς γονεῦσιν ἀπονέμοι, προτιμωμένης δηλονότι παρ' αὐτοῖς τῆς θεοσεβείας,
B ἀνάθεμα ἔςω.

XVII.

Si qua mulier, propter eam quæ exiſtimatur, pietatem, tondeat comam, quam Deus ei dedit ad recordationem ſubjectionis, ut quæ ſubjectionis præceptum diſſolvat, ſit anathema.

ιζ.

Εἴ τις γυναικῶν διὰ τὴν νομιζομένην ἄσκησιν ἀποκείροιτο τὰς κόμας, ἃς ἔδωκεν ὁ Θεὸς εἰς ὑπόμνησιν τῆς ὑποταγῆς, ὡς ἀναλύουσα τὸ πρόςαγμα τῆς ὑποταγῆς, ἀνάθεμα ἔςω.

XVIII.

Si quis propter eam, quæ exiſtimatur, exercitationem in dominico jejunet, ſit anathema.

ιη.

Εἴ τις διὰ νομιζομένην ἄσκησιν ἐν [1] τῇ κυριακῇ νηςεύοι, ἀνάθεμα ἔςω.

XIX.

Si quis eorum qui exercentur abſque corporali neceſſitate ſe inſolenter gerat, & tradita jejunia, quæ communiter ſervantur ab eccleſia, diſſolvat, perfecta in eo reſidente ratione, ſit anathema.

ιθ.

Εἴ τις τῶν ἀσκουμένων χωρὶς σωματικῆς ἀνάγ-
C κης ὑπερηφανεύοιτο, καὶ τὰς παραδεδομένας νηςείας εἰς τὸ κοινὸν, καὶ φυλασσομένας ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας, παραλύοι [2]ὑποκυροῦντος ἐν αὐτῷ τελείου λογισμοῦ, ἀνάθεμα ἔςω.

XX.

Si quis arrogantia utens, & martyrum congregationes abhorrens, & ſacra quæ in eis celebrantur, & eorum memorias accuſet, ſit anathema.

κ.

Εἴ τις αἰτιῷτο, ὑπερηφάνῳ διαθέσει κεχρημένος καὶ βδελυσσόμενος, τὰς συνάξεις τῶν μαρτύρων, ἢ τὰς ἐν αὐτοῖς γινομένας λειτουργίας, καὶ τὰς μνήμας αὐτῶν, ἀνάθεμα ἔςω.

XXI.

Hæc autem ſcribimus, non eos abſcindentes, qui in Dei eccleſia volunt ſecundum ſcripturas in continentia & pietate exerceri: ſed eos qui prætextum exercitationis ad arrogantiam aſſumunt, adverſus eos qui ſimplicius vivunt ſe efferentes, & præter ſcripturas, eccleſiaſticoſque canones novitates inducunt. Virginitatem itaque una cum humilitate admiramur & continentiam, quæ cum pietate & gravitate exercetur, admittimus: & a ſæcularibus negotiis ſeceſſum cum humilitate ſuſpicimus: & honorabilem matrimonii conjunctionem honoramus, & divitias cum juſtitia & beneficentia non vilipendimus, & veſtium vilitatem propter corporis tantum curam minime curioſam ac operoſam laudamus: diſſolutos autem & molles in veſtibus inceſſus averſamur, & domos Dei honoramus, & qui fiunt in iis conventus, ut ſanctos & utiles recipimus, non pietatem in domibus

κα.

Ταῦτα δὲ γράφομεν, οὐκ ἐκκόπτοντες τοὺς ἐν ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὰς γραφὰς ἀσκεῖσθαι βουλομένους. ἀλλὰ τοὺς λαμβάνοντας τὴν
D ὑπόθεσιν τῆς ἀσκήσεως εἰς ὑπερηφανίαν, κατὰ τῶν ἀφελέςερον βιούντων ἐπαιρομένους τε, καὶ παρὰ τὰς γραφὰς καὶ τοὺς ἐκκλησιαςικοὺς κανόνας, καὶ νεωτερισμοὺς εἰσάγοντας. ἡμεῖς τοιγαροῦν καὶ παρθενίαν μετὰ ταπεινοφροσύνης θαυμάζομεν, καὶ ἐγκράτειαν μετὰ σεμνότητος καὶ θεοσεβείας γινομένην ἀποδεχόμεθα· καὶ ἀναχώρησιν τῶν ἐγκοσμίων πραγμάτων μετὰ ταπεινοφροσύνης ἀποδεχόμεθα, καὶ γάμου συνοίκησιν σεμνὴν τιμῶμεν· καὶ πλοῦτον μετὰ δικαιοσύνης καὶ εὐποιίας οὐκ ἐξουθενοῦμεν· καὶ λιτότητα καὶ εὐτέλειαν ἀμφιασμάτων, δι' ἐπι-
E μέλειαν μόνον τοῦ σώματος, ἀπερίεργον ἐπαινοῦμεν· τὰς δὲ ἐκλύτους καὶ τεθρυμμένας ἐν τῇ ἐσθῆτι προόδους οὐκ ἀποδεχόμεθα, καὶ τοὺς οἴκους τοῦ Θεοῦ τιμῶμεν, καὶ τὰς συνόδους τὰς ἐπ' αὐτοῖς, ὡς ἁγίας καὶ ἐπωφελεῖς ἀποδεχόμεθα· οὐ συγκλείοντες τὴν εὐσέβειαν ἐν τοῖς οἴκοις, ἀλλὰ πάντα τόπον τὸν ἐπ' ὀνόματι

1 In Nomocanone Cotelerii tom. 1. Monum. Eccleſ. Græc. κυριακῇ ἢ σαββάτῳ. At Joan. Antioch. tit. 32. nihil habet de Sabbato. 2 Blaſtares lit. N. c. 4. legit. ὑποκυροῦντος. Nihil mutamus: ſententia eſt: *ſi deliberato conſilio hæc jejunia improbet*. Balſamon, & Zonaras exponunt aliter: *ὡς ἤδη ἐληλακότες πρὸς τελειότητα, tamquam ad perfectionem jam pervenerint*.

τι τῷ Θεῷ οἰκοδομηθέντα τιμῶντες· καὶ τὴν ἐν αὐτῇ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ σύνοδον κοινὴν, εἰς ὠφέλειαν τοῦ κοινοῦ, ἀποδεχόμεθα· [1] καὶ τὰς καθ' ὑπερβολὴν εὐποιίας τῶν ἀδελφῶν, [2] τὰς κατὰ τὰς παραδόσεις διὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς τοὺς πτωχοὺς γινομένας, μακαρίζομεν· καὶ πάντα συνελόντας εἰπεῖν, τὰ παραδοθέντα ὑπὸ τῶν θείων γραφῶν καὶ τῶν ἀποστολικῶν παραδόσεων, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γίνεσθαι εὐχόμεθα.

A includentes, ſed omnem locum in Dei nomine ædificatum honorantes, & quæ fit in ipſa eccleſia, congreſſionem ad publici utilitatem recipimus; & inſignes fratrum beneficentias, quæ tamquam ſecundum traditiones fiunt per eccleſiam in pauperes, laudamus: & ut ſemel dicamus, quæ a divinis ſcripturis & apoſtolicis traditionibus tradita ſunt, in eccleſia fieri optamus.

# CANONES CONCILII
## GANGRENSIS

Ex Interpretatione Dionyſii exigui.

### TITULI CANONUM. (a)

a execrantur. I. *De his qui nuptias* [a] *damnant.*

II. *De his qui carnes manducantes damnant.*

III. *Non debere ſervum, occaſione religionis, dominum contemnere.*

IV. *De oblatione presbyteri conjugati.*

V. *Orationes eccleſiæ non debere contemni.*

VI. *Non debere extra eccleſiam congregari.*

VII. *De fructibus in eccleſiam, & non alibi, dandis.*

VIII. *De his quæ in uſus pauperum conferuntur.*

IX. *Virginitati ſtudentem non debere nuptias execrari.*

X. *De his qui pro virginitate ſuperbiunt.*

XI. *Agapen fratrum non debere contemni.*

XII. *De continentibus, & uſu palliorum.*

XIII. *Non debere mulierem continentiæ cauſa virilem habitum uſurpare.*

XIV. *Non debere condemnantem nuptias a viro diſcedere.*

XV. *Non debere quemquam continentiæ cauſa filios ſuos negligere.*

XVI. *Ne filii, occaſione religionis, parentes ſuos deſpiciant.*

XVII. *Caput tondere mulieri non licere.*

XVIII. *Non debere die dominico jejunare.*

XIX. *Non licere communia jejunia ſolvere.*

XX. *Communicandum in baſilicis martyrum.*

B

### [3] CANONES.

I.

*l* SI quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro ſuo fidelem ac *m* religioſam deteſtatur, aut [a] culpabilem æſtimat, velut quæ in regnum Dei introire non poſſit, anathema ſit. — Diſt. 31. Si quis vitupe-rat. Diſtin. 30. Si quis nuptias in ac a culpabiles. qui poſſit.

II.

*n* Si quis carnem edentem, præter ſanguinem, & idolis immolatum, & ſuffocatum, cum religione & fide, (*b*) condemnat, velut ſpem propter hujuſmodi perceptionem non habentem, anathema ſit. — Diſtin. 30 Si quis carnem man. Ancyr. 14.

C

III.

*o* Si quis ſervum, prætextu divini cultus doceat dominum contemnere proprium, ut diſcedat ab ejus obſequio, nec ei cum benevolentia & omni honore deſerviat, anathema ſit. [4] — [illegible] Si quis ſervum.

IV.

*p* Quicumque diſcernit a presbytero qui uxorem habuit, quod non oporteat eo *q* miniſtrante de oblatione percipere, anathema ſit. [5] — Diſt. 28. c. Si quis diſc.

D

V.

*r* Si quis docet domum Dei contemptibilem eſſe (*c*), & conventus qui in ea celebrantur, anathema ſit. — Diſt. 30 Si quis docet do. Apoſt. 31 Antioch. 5.

VI.

Si quis extra eccleſiam ſeorſum *ſ* conventus celebrat, & deſpiciens eccleſiam, ea quæ ſunt eccleſiæ, voluerit uſurpare, non — Diſt. 30 Si quis extra eccleſ. Apoſt. 31. Antioch. 5. Laodic. 33.



1 Hoc eſt, *inſignes fratrum beneficentias, ut quæ ſecundum traditionem fiunt per Eccleſiam in pauperes, laudamus.*
2 Balſamon [illegible]. 3 In Codicibus MSS. Collegii Pariſ. Soc. Jeſu præmittitur adnotatio Dionyſii Exigui teſte Harduino: *Incipiunt regulæ Gangrenſes, quæ poſt Nicænum Concilium expoſitæ ſunt, numero viginti.*
4 Confer Concilium Chalcedonenſe can. 4. & Chryſoſtomum hom. 4. in Tit. 2. pag. 1715. editionis Commelin. *Harduinus.* 5 Vide Gregorium Nazianzenum Orat. 40. in S. Bapt. num. 25. pag. 656. & Burchardum lib. 19. tit. de irreligioſitate. *Sorcuiſti miſſam, vel orationem conjugati presbyteri* &c. Harduinus.
(*a*) In Lucenſi codice ſæc. XI. tituli hi dantur ex alia veteri verſione, quæ Iſidori Mercatoris vulgo dicitur: quamquam canones ſunt Dionyſiani, exceptis can. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. qui ſunt ex interpretatione Iſidori. Ita vero incipit: *Incipiunt regulæ Gangrenſis quæ poſt Nicænum* expoſita ſunt num. XX. Epiſcoporum vero nomina non in præfatione ſed in fine Canonum hæc dantur: *Ælianus, Euſebius, Eugenius, Ypatius, Bytinianus, Olympius, Heraclius, Brobelius, Gregorius, Filetus, Baſſianus, Oſius, Eulalius, Baſus, Pappus, Proheręſius, Bahilius.* (*b*) *Luc.* contemnat. (*c*) *Luc.* inſerit debere, & congregationes quæ in ea fiunt.

non convenientę presbytero, juxta decretum epiſcopi, anathema ſit.

VII.

a Apoſt. 39. & 41. Silveſtri 2. Antioch. 25. Gelaſii 47. 1 Si quis oblationes eccleſiæ extra a eccleſiam accipere, vel dare voluerit, præter conſcientiam epiſcopi, vel ejus, cui hujuſcemodi officia commiſſa ſunt, nec cum ejus voluerit agere conſilio, anathema ſit. [1]

VIII.

Idem quæ ſupra 16 quæſt. 1. Si quis dederit, vel acceperit oblata præter epiſcopum, vel eum qui conſtitutus eſt ab eo, ad diſpenſandam miſericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema ſit.

IX.

Diſt. 31 quicumque. u Quicumque virginitatem cuſtodiens, aut continentiæ ſtudens, velut [2] horreſcens, nuptias (a) temerat, nec propter hoc, quod bonum & ſanctum eſt, nomen virginitatis aſſumit, anathema ſit.

X.

Ibidem. Si quis ex his qui virginitatem propter dominum ſervant, extollitur adverſum conjugatos, anathema ſit.

XI.

Diſt. 41 Si quis deſpicit. x Si quis deſpicit eos qui fideliter agapas, id eſt, convivia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei convocant fratres, & noluerit communicare hujuſcemodi vocationibus, parvipendens quod geritur, anathema ſit.

XII.

Diſt. 30 Si quis virorum. y Si quis virorum propter continentiam, quæ putatur, [3] amictu pallii utitur, quaſi per hoc habere ſe juſtitiam credens, & deſpicit eos qui cum reverentia z birris & aliis communibus & ſolitis utuntur (b), anathema ſit.

XIII.

Diſt. 30 Si qua mulier. Si qua mulier propter continentiam, quæ putatur, habitum mutat, & pro ſolito muliebri amictum virilem ſumit, anathema ſit. [4]

XIV.

Ibidem. Si qua mulier virum proprium relinquens, diſcedere voluerit, nuptias execrans, anathema ſit.

XV.

Ibidem. aa Si quis filios ſuos relinquens non eos enutrit, &, quod ad ſe pertinet, non ad pietatem divini cultus informat, ſed per occaſionem continentiæ negligit, anathema ſit.

XVI.

Quicumque filii a parentibus prætextu divini cultus abſcedunt, nec debitam reverentiam dependunt illis qui divinum cultum ſibi procul dubio præferunt, anathema ſit. Ibidem.

XVII.

bb Si qua mulier, propter divinum cultum (ut æſtimat) crines attondeat, quos ei Deus ad ſubjectionis materiam tribuit, tamquam præceptum diſſolvens obedientiæ, anathema ſit. Ibidem.

XVIII.

Si quis, propter continentiam, quæ putatur, cc aut contumaciam, in die dominico jejunat, anathema ſit. [5] Ibidem.

XIX.

dd Si quis eorum qui continentiæ ſtudent abſque neceſſitate corporea tradita in commune jejunia, & ab eccleſia cuſtodita ſuperbiendo diſſolvit, ſtimulo ſuæ cogitationis impulſus, anathema ſit. Eadem diſt. 30. Si quis eorum qui ... 30. Greg. 21.

XX.

ee Si quis ſuperbiæ uſus affectu, conventus abominatur, qui ad confeſſiones martyrum celebrantur, & miniſteria quæ in eis fiunt ſimul cum eorum memoriis execratur, anathema ſit. Eadem diſt. 30. Si quis per ſuperbiam.

*Et ſubſcripſerunt ſupra nominati ſexdecim epiſcopi.* [6] a Vide infra.

[6] Hæc a autem ſcripſimus, non, qui in eccleſia Dei ſecundum ſcripturas ſanctum propoſitum continentiæ eligunt, vituperantes, ſed eos qui abutuntur propoſito in ſuperbiam, & extolluntur adverſus ſimpliciores, abſcindimus, & damnamus eos qui adverſum ſcripturas & eccleſiaſticas regulas nova introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam quæ cum caſtitate & religione ſuſcipitur approbamus, & b renunciationem ſæcularium negotiorum cum humilitate recipimus, & nuptiarum caſtum vinculum honoramus, & divitias cum juſtitia & operibus bonis non ſpernimus, & c habitum ſimplicem ac veſtem viliorem, pro corporis diligentia d infucatum, laudamus, ſicut etiam ſolutas ac fractas in veſtibus proceſſiones reprobamus. Et domos Dei honoramus, & conventus qui in his fiunt, tamquam ſanctos & utiles ſuſcipimus, pietatem in privatis domibus non claudentes, ſed omnem locum in nomine Dei ædificatum honoramus, & congregationem in eadem eccleſia factam pro

b renunciationes. c parſimoniam cum veſte humili &c. d non curioſum.

1 57. 16. quæſt. 1. ex Symmacho Papa, in Synodo ſexta Romana. *In Canonibus in Gangrenſi Eccleſia, apoſtolica auctoritate conditis... ſi quis oblationes Eccleſiæ &c.* Harduinus. 2 Apud Gratianum *horreſcens nuptias*, tantum, abſque ea voce *temerat*. Harduinus. 3 Gloſſæ MSS. de Gangrenſi Concilio in Bibl. Collegii Pariſ. Soc. Jeſu. *amictu pallii. Pretioſiore habitu quam mos ſit. Birris, nigris, vel ... mos eſt.* Uſus ea voce & Auguſtinus ſerm. 50. de diverſis. Harduinus. 4 Confer Hieronymum in Epiſt. 22. ubi eas redarguit, quæ *virili habitu, veſte mutata, erubeſcunt eſſe quod natæ ſunt, crinem amputant* &c. Harduinus.

5 Vide lib. 16. Codicis Theodoſ. tit. 2. legem 27. relatam etiam a Baronio an. 390. num. 66. Item canonem 7. concilii in Verno palatio an. 844. *Harduinus.* 6 Arſenius Monachus in Synopſi Canonum hunc Epilogum appellat Canonem vigeſimum primum. *Harduinus.*

(a) *Luc.* temperat (b) *Luc.* *inferis* veſtibus

pro utilitate communi recipimus. Et bona opera, quæ ſupra vires in fratres pauperes exercentur, ſecundum eccleſiaſticas traditiones beatificamus, & omnia quæ per ſanctas ſcripturas & per apoſtolos ſunt tradita, in eccleſia celebrari exoptamus.[1]

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE S. J.

Hanc appendicem, ſive, ut in Gratiani decreto dicitur, caput ultimum hujuſce concilii Gangrenſis obſervavimus abeſſe a quibuſdam, ſed paucis, iiſque Latinis codicibus mſſ. & ab editione, cum Græca, tum Latina codicis canonum eccleſiaſticorum Chriſtophori Juſtelli. Leguntur autem, tum in Græcis Balſamonis, & aliorum editionibus, tum in codice eccleſiæ Romanæ juxta Moguntinam anni 1525. editionem Pariſiis anno 1609. ſtudio atque opera Jacobi Leſchaſſerii recuſo. Eademque habet vetus verſio in collectione Iſidori Mercatoris, & apud Gratianum diſtinctionibus 30. & 41. Ivonem, alioſque, nec omiſit barbarus quidem interpres, verum antiquiſſimus, pag. 290. bibliothecæ iuris canonici nuper emiſſus publicam in lucem a vv. cc. Gulielmo Voello & Henrico Juſtello, qui & pauca hæc adjecit ab aliis Græcis Latiniſque prætermiſſa. *Amen. Ita ſubſcripſimus feliciter.* Quod utinam faciant, qui Lutherum, Calvinum, ſimileſque apoſtatas ſecuti, ab eccleſia catholica ac majorum ſuorum fide & apoſtolicis traditionibus infeliciter receſſerunt.

# CANONES CONCILII GANGRENSIS

Ex interpretatione [a] Iſidori Mercatoris.

a Veteri quæ legitur in collectione.

## TITULI CANONUM.

I. *De his qui nuptias execrantur.*

II. *De his qui abominantur* [b] *qui carnibus veſcuntur.*

b eos.

III. *De ſervis qui jugum famulatus abjiciunt Chriſtianitatis obtentu.*

IV. *De presbyteris qui habuere conjugia.*

V. *De his qui ab eccleſia conventus ſpernendos æſtimant.*

VI. *De his qui eccleſiaſtica miniſteria præter eccleſiam faciunt.*

VII. *De fructuum oblationibus, quæ miniſtris eccleſiæ conferuntur.*

VIII. *De his quæ in uſus pauperum conferuntur.*

IX. *De his qui in virginitate continentiaque perſiſtunt.*

X. *De his qui pro virginitate ſuperbiunt.*

XI. *De his qui agapas, id eſt paſtiones pauperum, riſui deputant.*

XII. *De his qui palliis utuntur, & idcirco ſuperbiunt.*

XIII. *De mulieribus quæ utuntur virilibus indumentis.*

XIV. *De his qui velut peccatum copulam deferunt nuptiarum*

XV. *De his qui Chriſtianitatis obtentu deſpiciunt filios.*

XVI. *De his qui patres Chriſtianitatis occaſione contemnunt.*

XVII. *De mulieribus quæ ſe attondent Chriſtianitatis obtentu.*

XVIII. *De his qui dominico die jejunant, tamquam nihil præ ceteris differente.*

XIX. *De his qui eccleſiaſtica jejunia abſque neceſſitate diſſolvunt.*

XX. *De his qui collectas, quæ fiunt in martyrum commemorationibus, execrantur.*

## [2] CANONES. (a)

### I.

SI quis nuptias in accuſationem deduxerit & mulierem fidelem ac religioſam, cum viro ſuo dormientem, abominandam crediderit, aut etiam accuſandam, tamquam non poſſe conjugatos in regnum Dei ingredi, anathema ſit.

31. Diſt. 30. Si quis nuptias.

### II.

Si quis carnem manducantem ex fide cum religione, præter ſanguinem, & idolo immolatum, & ſuffocatum, crediderit condemnandum, tamquam ſpem non habentem, [3] qui eas manducat, anathema ſit.

31. Diſt. 30 Si quis carnem.

### III.

Si quis ſervum alienum occaſione religionis doceat, dominum ſuum [4] debere contemnere, & ejus miniſterium deſtituere, ac potius non docuerit eum ſuo domino bona fide & cum omni honorificentia deſervire, anathema ſit.

17. quæſt. 4. Si quis ſervum alienum.



IV.

1 Hinc in Codicibus MSS. hæc legitur Dionyſii Exigui adnotatio. *Et ſubſcripſerunt Elianus, Probæreſius, Euſebius, Baſilius, Eugenius, Hypatius, Bithynius, Philetus, Baſſianus, Oſius, Eulalius, Olympius, Heraclius, Proherius, Gregorius, Baſſus, Papas.* Ex iſtis nominibus hæc reperimus in ſubſcriptionibus Epiſcoporum Orientalium, in Epiſtola ſcripta an. 347. nomine Concilii Sardicenſis: *Probæreſius a Sinopa: Euſebius a Pergamo: Baſilius ab Ancyra:* Eugenius incerti loci: *Bithynicus a Zelon: Philetus a Cratia,* & alter *Philetus a Juliopoli. Olympius Doliebenus: Baſſus a Car.* Occurrunt etiam in Nicæno Concilio, *Oſius Cordubenſis, Eulalius Iconienſis.* Harduinus. 2 In Cod. MSS. hæc habetur Adnotatio Iſidori, relata in Gratiani Decretum xi. Diſt. xvi. *Tertia Synodus Gangrenſis, quæ poſt Nicænam legitur fuiſſe, in qua Patres decem & ſeptem ſtatuerunt Canones viginti ſub anathemate, propter quaſdam neceſſitates Eccleſiaſticas: maxime contra Euſtathium, qui dicebat, quod nullus in conjugali gradu poſitus; nec ullus fidelis, qui non omnibus renunciaret quæ poſſideret, ſpem ad Deum haberet; & multa alia venenoſa, quæ enumerare longum eſt. Quorum Canonum maxime Hoſianus auctor exſtitit: ſubſcribentibus Euſebio, Baſilio, Eugenio, & ceteris.* Harduinus; qui ſequentes variantes lectiones e MSS. Bibl. Pariſ. Soc. Jeſu deſumpſit. 3 al. MS. *quod eas manducet.* 4 In alio MS. abeſt vox ea, *debere.*

(a) Canones hoſce contuli cum vetuſtiſſimo Lucenſi Codice ſæc. VIII ex quo variantes exhibeo.

IV. (*a*)

Diſt. 28 Si quis diſcernit.
a qui nupſit, inquit barbarus interpres.

Si quis diſcernit presbyterum [a] conjugatum, tamquam occaſione nuptiarum, quod offerre non debeat, & ab ejus oblatione ideo ſe abſtinet, anathema ſit. [1]

V.

Diſt. 30. Si quis docet.

Si quis docet domum Dei contemptibilem eſſe debere, & congregationes quæ in ea fiunt, anathema ſit.

VI.

Diſt. 30. Si quis extra.
b eccleſiam: apud ſe autem ſine presbytero agat & ſine conſilio epiſcopi, anathema ſit.

Si quis extra eccleſiam privatim populos congregans, contemnat [b] eccleſiaſticas ſanctiones, aliterque ea quæ ſunt eccleſiæ voluerit uſurpare, (*b*) non conveniente presbytero, juxta decretum epiſcopi, ipſamque eccleſiam apud ſe, ſine conſilio epiſcopi, [2] & ſine presbytero agat, anathema ſit.

VII.

c ea quæ conferuntur eccleſiæ.
anſulis incluſa deſunt in *Luc.*

Si quis [c] oblationes fructuum, vel primitias eccleſiæ debitas, voluerit extra eccleſiam accipere, aut dare præter conſcientiam epiſcopi, (vel hujus cui hujuſmodi officia commiſſa ſunt,) & non magis cum conſilio ejuſdem hæc agenda putaverit, anathema ſit.

VIII.

d quemlibet miniſtrum
e gubernandam pauperum.

Si quis dederit vel acceperit fructuum oblationes, extra epiſcopum, vel [d] (*c*) eum qui conſtitutus eſt ab eo ad [e] diſpenſandam miſericordiam pauperibus; qui dat, & qui accipit, anathema ſit.

IX.

Diſt. 30. Si quis vel virg.

Si quis vel virginitatem, vel continentiam profeſſus, tamquam abominabiles nuptias judicat, & non propter hoc ſolum, quod continentiæ & virginitatis bonum ſit ſanctumque propoſitum, anathema ſit.

X.

Diſt. 30. Si quis propter Deum.
f conjugatione.

Si quis propter Deum virginitatem profeſſus, in [f] conjugio poſitos per arrogantiam vituperaverit, anathema ſit.

XI.

g in nihilum deducens, vel adnihilans id quod ſit.

Si quis (*d*) contemnendos duxerit [3] agapen facientes, & propter honorem Dei fratres (*e*) ad ſe pauperes convocantes, & noluerit communicare vocationibus eorum, tamquam [g] (*f*) [4] nihili quod ſit ducens, anathema ſit.

XII.

Diſt. 30. Si quis virorum.

Si quis virorum putaverit ſancto propoſito, (id eſt continentiæ) convenire, ut pallio utatur, tamquam ex eo juſtitiam habiturus, (*g*) & reprehendat vel judicet alios qui [a] cum reverentia [b] birris utuntur [5] & alia veſte (*h*) communi, quæ in uſu eſt; anathema ſit.

a venerabiliter.
b burris.

XIII.

6 Diſt. 30. Si qua mulier.
c ut virorum habitum imitetur.

Si qua mulier, ſuo propoſito utile judicans ut virili veſte utatur, ad hoc [c] viri [6] habitum imitatur, anathema ſit.

XIV.

7. Diſt. 30. Si qua mulier.

Si qua mulier derelicto viro diſcedere voluerit, ſoluto vinculo conjugali nuptias [7] contemnendo, anathema ſit.

XV.

Diſt. 30. Si quis dereliquit.
d aſceſeos.

Si quis dereliquerit proprios filios (*i*) ſuos, ut non eos alat, atque eis ſecundum pietatem neceſſaria non præbuerit, ſed (*k*) ſub occaſione [d] continentiæ negligendos putaverit, anathema ſit.

XVI.

Diſt. 30. Si qui filii.
e quia in hoc Dei veneratio eſt.

Si qui filii parentes, maxime fideles deſeruerint, occaſione Dei cultus, hoc juſtum judicantes eſſe, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, [e] ut hoc ipſum in eis venerentur, quod fideles ſunt, anathema ſit.

XVII.

Diſtin. 30. Quæcumque mulier.

Quæcumque mulier, religioni judicans convenire, comam ſibi amputaverit, quam Deus *a* ad velamen ejus, & ad memoriam ſubjectionis illi dedit, tamquam reſolvens [8] jura ſubjectionis, anathema ſit.

XVIII.

anſulis incluſa deſunt in *Luc.*
Diſt. 30. Si quis tamquam hoc.

(Si quis, tamquam hoc continentiæ convenire) judicans, die dominico jejunaverit, (*l*) aut *b* in ejuſdem diei contemptum, anathema ſit.

XIX.

Diſt. 30. Si quis eorum.

Si quis eorum, qui in propoſito ſunt continentiæ, præter neceſſitatem corporalem, & ſuperbiens, jejunia communia totius eccleſiæ putaverit contemnenda, perfectam in ſua ſcientia vindicans rationem, anathema ſit.

XX.

Diſt. 30. Si quis per ſuperbiam.
f congregationes SS martyrum
g celebritates
h derogaverit memoriæ eorum.

Si quis per ſuperbiam, tamquam perfectum ſe exiſtimans, [f] conventus, qui per loca & baſilicas ſanctorum martyrum fiunt, accuſaverit, vel etiam [g] oblationes quæ ibidem celebrantur ſpernendas eſſe crediderit [h], memoriaſque ſanctorum contemnendas putaverit, anathema ſit.

Et

1 Eſt hic Canon contractior in uno MS. *Si quis diſcernit, de oblationibus non communicans, quas presbyter celebraverit conjugatus, anathema ſit.* 2 Gratianus, *cum presbytero.* 3 MS. *adipem.* 4 al. MS. *parvipendens & vile æſtimans.* 5 al. MS. *aut alba veſte aut communi.* 6 al. MS. cum Gratiano, *virilem habitum imitetur.* 7 MS. *condemnando*, & ita Gratianus. 8 Apud Gratianum *bis.*

(*a*) Canon iſte ſic exponitur in Lucenſi. *Si quis presbyterum qui uxorem habuit forte diſcernit, quod non habeat eo miniſtrante de oblatione percipere anathema ſit.* (*b*) *Luc.* poſt hæc verba ita legit: *ipſamque Eccleſiam apud ſe autem ea quæ ſunt Eccleſiæ voluerit agere non veniente Presbytero ſecundum Epiſcopi juſſionem* &c.
(*c*) *Luc.* quemlibet miniſtrum tamquam ad diſpenſationem boni operis anathema &c. (*d*) *Luc.* vituperandos
(*e*) *in Luc. deeſt* ad ſe (*f*) *Luc.* nihilum quod deducens (*g*) *in Luc. deeſt* & reprehendat
(*h*) *Luc. inſerit* vel (*i*) *Luc.* & quod eis ſecundum pietatem neceſſarium eſt non &c. (*k*) *Luc.* id.
(*l*) *in Luc.* deeſt *aut*, & pro *contemptum* ponit *contemptum*

Reliqua hæc deſunt in *Luc.*

Et ſubſcripſerunt ſupra nominati XVI. epiſcopi.

Diſt. 30. apud Gratianum c. Hæc autem ſcripſimus non abſcindentes.

Hæc autem ſcripſimus, non abſcindentes eos qui in eccleſia Dei ſecundum ſcripturas ſanctum propoſitum continentiæ eligunt, ſed eos qui ſuſcipiunt habitum ejus, & in ſuperbiam efferuntur adverſus eos qui ſimplicius vivunt. Sed & hos condemnamus qui ſe extollunt adverſus ſcripturas & eccleſiaſticos canones, & nova introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam cum caſtitate & religione Deo acceptiſſimam dicimus, & renuntiationem ſæcularium negotiorum atque actuum cum humilitate [a] approbando laudamus, & nuptiarum vinculum, quod ſecundum caſtitatem ſecum perdurat, honoramus, & divites cum juſtitia & operibus bonis non abjicimus: & parſimoniam cum veſte humili non reprobamus, ſicut etiam ornatum [b] præter corporis diligentiam, infucatum laudamus. Diſſolutos autem & fractos in veſtibus inceſſus, non recipimus, & domos Dei honoramus, & conventus qui in his fiunt tamquam ſanctos, & utiles recipimus, pietatem in privatis domibus non concludentes, omnem locum in nomine Dei ædificatum honoramus, & congregationem in eccleſia factam ad utilitatem communem recipimus, & [c] bona opera, quæ [d] juxta vires in fratres pauperes exercentur, ſecundum eccleſiaſticas traditiones beatificamus, & omnia, quæ [e] conveniunt traditionibus apoſtolicis, & ſanctarum ſcripturarum præceptis, in eccleſia fieri exoptamus.

a diſceſſum.

Diſt. 41. c. Parſimoniam cum veſte, apud eumdem Grat. qui vocat ultimum caput ſive canonem hujuſce concilii.

b propter

c plurimas miſericordias fratrum, quæ ſecundum traditionem per eccleſias pauperibus fiunt beatas dicimus, *habet Barb. interpres de quo ſupra pag.* 1095. 1096.

d ſupra, *habet Grat. ut etiam Dion.*

e ſecundum divinas ſcripturas tradita ſunt, & apoſtolorum traditiones in ſancta eccleſia fieri exoramus. *Ita Barb. idem interpres.*

### *EXCERPTA, SEU TITULI* GANGRENSIS CONCILII

*ex vetuſtiſſimo Codice Lucenſi.*

I.

Qui nuptias accuſat, anathema ſit.

II.

Qui carnes execrat manducanti, anathema ſit.

III.

Servum alienum qui ſuaſerit, quaſi propter regulam, anathema ſit.

IV.

Si qui Domum Dei contemptui habere videntur, anathema ſint.

V.

Qui presbyterum conjugatum ſpernit, anathema ſit.

VI.

Si quis Populum congregat abſque A Eccleſia, quaſi execrando, anathema ſit.

VII.

Si quis primitias, vel decimas abſque Eccleſia dederit vel acceperit, anathema ſit.

VIII.

Si quis dederit, vel acceperit oblationes abſque conſcientia Epiſcopi, vel miniſtri, anathema ſit.

IX.

Si quis virginitatem, vel continentiam profeſſus tanquam abhominabiles nuptias judicat, anathema ſit.

B

X.

Si quis conjugatus per arrogantiam conjugium vituperaverit, anathema ſit.

XI.

Si quis agapen faciens quem rogaverit, noluerit ire, anathema ſit.

XII.

Si quis veſtiens pallium vituperaverit birros, vel alias veſtes, anathema ſit.

XIII.

Si quæ mulier veſtem virilem induerit, & maritum dimiſerit execrando conjugium, anathema ſit.

C

XIV.

Si quis Filios ſuos dimiſerit, & non tueatur, anathema ſit.

XV.

Si qui filii in honore poſiti parentes non honoraverint, anathema ſit.

XVI.

Si qua mulier comam ſibi amputaverit, anathema ſit.

XVII.

Si quis die Dominico jejunaverit, anathema ſit.

XVIII.

D Si quis jejunia populi execraverit, anathema ſit.

XIX.

Si quis oblationes ſpernit, ut ipſe quaſi juſtus, anathema ſit.

## NOTÆ SEVERINI BINII.

Cauſa concilii.

*a Concilium.*) Cum Euſtathius adeo monachiſmo faviſſet, ut reliquos Chriſtianorum ordines ſperneret, & prætextu quodam ſanctitatis eccleſiam Dei, quæ (inſtar ſagenæ omnium piſcium genera congregantis) cunctos amplectitur, peſſumdaret, atque ferme penitus demoliretur, adeoque valde neceſſum foret ut apoſtolica ſecuris infauſtis hiſce palmitibus ſuccidendis cito admoveretur, auctoritate Silveſtri Romani pontificis hæc ſynodus congregata fuit.

E

Locus concilii.

Titulus concilii emendatur.

*b Gangrenſe.*) Sic dictum, quod celebratum fuerit Gangris, quæ eſt civitas Paphlagoniæ, in minore Aſia, a Dejotaro Caſtoris filio juſto imperio occupata. Strabo lib. 12. Plinius lib. 6. cap. 2. Quamdam hujus nominis urbem fuiſſe in Arabia felice ſcribit Stephanus. Apud Nicetam ponitur quædam Gangra Ponti. Cum igitur hoc concilium in Aſiæ minoris civitate habitum fuerit, jure meritoque e titulo expungendum eſſe arbitratus ſum, quod alius imprudenter eidem addidit, *ſeu regione Pelaſgorum*, quæ, teſte Plinio, alias Peloponneſus appellata, Græciæ in Europa peninſula eſt, cujus incolæ Pelaſgi, ſive Ægiales, id eſt litorales appellati fuere, ut teſtis eſt Herodotus in Polymnia. Apud Xenophontem repeiuntur etiam Græci Aſiatici, de quibus lib. 1. Cyropædiæ hæc ait: *Aut balneatur, aut ſunt ad*

*ad oram Ægei maris in Aſia minore, ubi Græcorum colonia multa*. Quos autem ſic vocet Abrahamus Ortelius geographorum hujus ævi princeps, ſibi non conſtare ait. Vide illius theſaurum geographicum verbo *Achaia, Græcia*, &c.

Quo tempore celebratum fuerit.

*c Tempore Silveſtri papæ.*) Ex præſentia Oſii epiſcopi Cordubenſis, qui ſynodo huic interfuiſſe legitur infra in principio epiſtolæ ſynodalis, certiſſime conſtat eam ſub Silveſtri pontificatu & Conſtantini imperio celebratam fuiſſe; eo nimirum tempore quo Oſius a Silveſtro Romano pontifice legatus in orientem miſſus eſt, ut omnem labantium eccleſiarum ſtatum componeret. Quoto præciſe anno pontificatus Silveſtri & imperii Conſtantini celebrata fuerit, incertum eſt. Baronius anno 361. num. 44. Unde, quod infra in titulo additur: *circa annum domini*, 324. nulla auctoritate fulcitum, non immerito hæc nota perſtringitur ().

Tituli ſecunda emendatio.

*d Circa annum domini* 324.) Vide quæ diximus paulo ante, verbis: *Tempore Silveſtri*.

*e Seu regione Pelaſgorum.*) Qua ratione hæc verba in titulo poſita mihi expungenda eſſe videantur, quiſquis cognoſcere velit, conſulat ea quæ ſupra dixi verbo *Gangrenſe*.

Viginti hæreſes viginti canonibus a concilio damnatæ.

*f Adverſus Euſtathium.*) Nuptias nimirum, matrimonia, & carnis eſum damnantem, virum qui cum uxore dormiret execrantem, cultus divini prætextu ſervos a dominis, uxores capillis amputatis, & habitu muliebri mutato a viris ac liberis ſuis aufugere docentem, eccleſias, agapes fidelium contemnentem, aliaque plura ſcripto ac voce tradentem. Quæ omnia infra epiſtola ſynodali recenſita, & viginti capitulis diſtincta, viginti canonibus condemnata ſuerunt. Qui Socratem lib. 2. cap. 33. Sozomenum lib. 3. cap. 12. & 15. ſecuti Sebaſtenum in minori Armenia epiſcopum hujuſmodi pravorum dogmatum architectum fuiſſe exiſtimant, a veritate plurimum aberrant.

Hæreſum auctor Euſtathius Sebaſtenus non fuit.

Ratio I.

Cum enim Baſilius epiſtolis duabus, Valentis imperatoris tempore ſcriptis, diligentiſſima ſcopa univerſas Euſtathii Sebaſteni turpitudines, ad vitam hominis Ariani & perfidi ſuggillandam, in unum congerat, eaſdemque ſingulis ſpectandas palam exponat, quis credat tam portentoſa dogmata, concilio Gangrenſi condemnata, non ante omnia enarraturum fuiſſe, ſi, quod aſſeruerunt Socrates & Sozomenus, tam perverſæ hæreſeos auctor extitiſſet?

Ratio II.

Accedit ſecundo, quod multis conciliis ob Arianam perfidiam condemnatus, nuſquam de hæreſibus concilio Gangrenſi condemnatis notatus fuiſſe inveniatur, ut videre eſt apud Baſilium prædictis epiſtolis. Ut ergo Euſtathius Sebaſtenus horum dogmatum primus aſſertor fuerit, non eſt veriſimile.

Ratio III.

Tertio hanc ſententiam prædictorum hiſtoricorum hoc maxime impugnat atque redarguit, quod Euſtathius Sebaſtenus cum collegis apud Liberium pontificem legatione functus, juſſuſque antequam ad pontificis aditum admitteretur, inſtar aliorum, fidei profeſſionem emittere, nullam aliam quam quæ a patribus Nicænæ ſynodi conſtituta eſt, ediderit; cum alioqui, ſi revera tot hæreſum primus inventor atque promulgator extitiſſet, omnium hæreſum, quarum cauſa in ſynodo Gangrenſi ante damnatus fuerat, expreſſa mentio habenda, & peculiaris deteſtatio, plenaque illarum abdicatio, ex inſtituto eccleſiaſticæ diſciplinæ adjicienda fuiſſet.

Ratio IV.

Denique quod nemo ex iis ſcriptoribus, qui diverſarum hæreſum & hæreſiarcharum catalogum ſuis ſcriptis proſecuti ſunt, quique Socrate & Sozomeno longe vetuſtiores ſunt, Epiphanius nimirum, Philaſtrius, Auguſtinus, Theodoretus, Damaſcenus, vel unico verbo perverſa dogmata Gangrenſi concilio condemnata attribuiſſe legatur, nihil aliud indicat aut perſuadet, quam quod auctor horum dogmatum, cum ſuis hæreſibus ipſo ſui fere principio plane oppreſſus, ab omnium memoria per oblivionem deletus fuerit.

Socrates & Sozomenus errandi occaſionem unde naſti?

Quod autem Socrates & Sozomenus nullo antiquitatis teſtimonio freti Euſtathium Sebaſtenum, quem de Ariana hæreſi ſæpe infamatum, convictum ac condemnatum eſſe, aliunde certo conſtabat, dogmatum hic condemnatorum auctorem fuiſſe ſcribant ita accidiſſe putatur, quod cum in actis Gangrenſis concilii Euſtathium quemdam in crimen hæreſeos adductum reperiſſent, aliumque ea ætate de hæreſi infamatum præter Euſtathium Sebaſtanum ignoraſſent, non ſecus illi uni, de Ariana hæreſi tantum infamato, omnia alia dogmata perverſa adſcripſerint, quam uni eidemque furi deprehenſo omnia ejuſdem regionis furta abſque alio indicio tribui ſolent.

An Sebaſtenus fuerit primus inſtitutor monaſticæ vitæ in Ponto.

De eodem Euſtathio addit Sozomenus errorem errori graviorem hunc, quod monaſticæ vitæ in Armenia, Ponto, ac Paphlagonia primus auctor & propagator fuerit, cum ipſum neque monachum fuiſſe certa alicujus teſtificatione affirmari poſſit: neque ante Baſilium ullus cœnobiticæ vitæ uſus in Armenia viguiſſe ex epiſtola ejuſdem Baſilii 63. 79. conſtet. Errore igitur Socratis, Sozomeni, omniumque eorum qui illos ſequuntur, evidenter demonſtrato, non prætereundum eſt quod de auctore hæreſeos hac ſynodo condemnato prædicto loco ſubjungit Baronius his verbis: *Monet interim conjectura, ut loco Euſtathii, Eutactus reponendus ſit: facile enim in ſcribendo error potuit irrepſiſſe, ut pro Eutacto, quod eſſet nomen exoticum, ſciens volenſque librarius Euſtathium ſcripſerit: mentio namque eſt de Eutacto monacho Armeno apud Epiphanium hæreſ 40. quem vixiſſe ait Conſtantii imperatoris temporibus, ipſumque educatum refert in Palæſtina a quodam Petro profeſſione anachoreta, revera autem impoſtore*.

Ex Baronii ſententia qui fuerit Euſtathius.

Ad hanc ſententiam probabiliter defendendam ait ſe inductum partim nominis ſimilitudine, partim quod eadem fere juxta Epiphanii teſtimonium ſcripſerit ac docuerit Eutactus, quæ Euſtathius hæreſiarcha Gangrenſis ſynodali epiſtola docuiſſe ac tradidiſſe ſcribitur.

Eutactus hæreſiarcha.

De Eutacto ſceleſtiſſimo illius Petri diſcipulo, hæc Epiphanius hæreſi 40. *Qui reverſus ad ſuam patriam, multos ejuſdem parvæ Armeniæ polluit, corruptis quibuſdam divitibus & quondam ſenatorii ordinis, & multis ſpectabilibus viris, per quos illuſtres homines multos illic perdidit. Verum dominus citius ipſum e vita ſuſtulit*. Et paulo infra de diſcipulis ejus ſcribit: *Decipiunt ſimpliciores homines, habitu ſolitariæ degentium renunciationem quamdam jactantes*.

Hæc verba corrupta ſunt: conferantur cum Epiphanio.

Quibus verbis Epiphanius videbatur alluſiſſe ad ipſorum mores ac dogmata, quæ can. 12. 14. 15. & 16. a patribus concilii condemnata ſuerunt. Vide Baronium anno prædicto, numero 45. uſque ad 54. incluſive. Gratianus can. Illud autem, diſt. 30. hujus Eutacti ſectarios monachos fuiſſe ait, ſed male, ut infra patebit.

Tertia emendatio tituli.

*g Sebaſtianenſem in Armenia epiſcopum.*) Hæc probabiliter mendoſa, ac ſurreptitia videri patet ex iis, quæ paulo ante diximus.

Gangrenſe concilium approbatum eſt.

*h Approbatum a Leone.*) Symmachus papa in concilio ſuo tempore Romæ celebrato libere teſtatus eſt, Gangrenſes canones apoſtolica auctoritate conditos eſſe: ideo nimirum, quod Oſius apoſtolicæ ſedis legatus concilio interfuerit. Baronius numero 44.

Hæreſes quot condemnatæ.

(*a*) *i Epiſtola.*) Hæc epiſtola hæreſes plus minus viginti quas Euſtathius vel Eutactus hæreſiarcha, partim a Manichæis & Eunomio acceptas, partim e ſuo cerebro confictas voce & ſcripto vivens ac mortuus per diſcipulos in Armenia diſſeminavit, enarrantur. Unde, quod Sozomenus prædicto loco aliorum aſſertione Euſtathium vel Eutactum excuſare videtur, quaſi non ipſe, ſed diſcipuli ejus fuerint illarum hæreſum aſſertores, conſtat eum non ſatis conſiderate hanc Gangrenſis concilii epiſtolam legiſſe, in qua primum Euſtathii ſive Eutacti, paulo poſt diſcipulorum ejuſdem idem virus præceptoris ſui in Armenia evomentium mentio aperta habetur.

Canones viginti.

*k Capitula concilii.*) Delirus Euſtathius hæreſes plus minus viginti, ut ſupra diximus, docuerat ipſe vel ſopitas jam ante denuo reſuſcitarat, quas patres hujus concilii viginti canonibus adverſus eas decretis ac promulgatis paribus ſuffragiis condemnarunt, & felici eventu ipſum cum partu ſuo vix enixo auctorem ſubito oppreſſerunt; adeo ut non auctoris tantum, ſed etiam dogmatum illius memoria plane obliterata foret, ſi damnata ejus memoria hoc concilio non extaret.

Editiones canonum quot.

Prima editio canonum eſt Dionyſii Exigui: ſecunda Græco originali contextui maxime conformis eſt. Tertia priſca eſt. Gratianus diſt. 30. & 31. hoſce canones magna ex parte citat ſecundum priſcam editionem, eorumque nonnullis aliqua addit, aliqua detrahit.

Can. I. Matrimonium a Deo inſtitutum. Matrimonium ex inſtitutione Chriſti eſt ſacramentum.

*l Si quis vituperat nuptias.*) Qui matrimonium divina auctoritate inſtitutum atque approbatum velut malum quoddam abominabile execrantur, optimo jure ab eccleſia excommunicantur. Deus enim matrimonium contrahentes conjunxit, iiſdemque benedixit; Chriſtus dominus noſter eidem hanc dignitatem addidit, ut ſit admirandæ illius & nunquam interituræ conjunctionis Chriſti & eccleſiæ vere ſacrum ſignum, de quo Paulus ad Epheſ. cap 5. *Sacramentum hoc magnum eſt, dico in Chriſto & eccleſia*:

Hæreſiarchæ matrimonium damnantes, qui?

optimo igitur jure poſt impium Saturninum, poſtque ſacrilegos Ebionitas, Encratitas, Tatianos, Marcionitas & Manichæos condemnatos, hoc tempore Euſtathius antiquarum hæreſum ſuſcitator, apoſtolica ſecuri ab eccleſiæ unione præſciuditur. Hi ſunt illi ſpiritus errorum, & doctrinæ dæmoniorum, de quibus S. Apoſtolum 1. ad Timoth. cap. 4. *In noviſſimis temporibus diſcedent quidam a fide, attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum in hypocriſi loquentium, & cauteriatam habentium conſcientiam, prohibentium nubere, abſtinere a cibis quos Deus creavit*, intelligendum eſſe S. Ambroſius, Chryſoſt. ibidem ſcriptis ac commentariis atteſtantur. Vide notas can. apoſt. 50. alias 51.

Error Gratiani.

Gratianus diſtinct. 31. hunc canonem, quem ibi 8. loco ponit in titulo ejuſdem canonis, ad ſacerdotum conjugia tantum reſtringit: additque Manichæorum cauſa eum a patribus concilii conſtitutum fuiſſe, quorum primum non tantum utrique Latinæ, ſed etiam Græcæ origi-

(*a*) Binas ſequentes notas Binius accommodavit ad titulum a ſe editioni ſuæ præfixum, qui tamen in editione Labbeana immutatus eſt.

originali editioni repugnat. Quibus ſimpliciter hoc condemnatur quod Euſtathius de matrimonio docebat; nimirum quod nemini Chriſtianorum conceſſum fuerit liberis generandis & educandis operam dare, ut patet ex epiſtola ſynodi ad Armenos.

*m Religioſam.*) Ne quis eam quam Gratiani lectio religioſam nominat, monialem & ἀσκήτριαν fuiſſe putet, ſciendum eſt quod Græcus contextus εὐλαβῆ, id eſt, piam habeat. Verba Græcæ editionis hæc ſunt: Εἴ τις γάμον.

Hæc Poſſevinus in apparatu ſacro, verbo *Gangrenſe*, Latine tranſtulit hoc modo: *Si quis nuptias accuſet, nec non dormientem cum viro ſuo fidelem piamque deteſtetur ac vituperet, quaſi nequeat in regnum introire, anathema eſto.*

Can. 2. Eſum carnis abominantes hæreſiarchæ qui?

*n Si quis carnem edentem, &c.*) Euſtathiani Saturninum, Ebionem, Marcionem, Encratitarum & Manichæorum ſectarios imitati, eſum carnis velut malum quoddam abominabile execrati ſunt. Quod cum juxta prophetiam S. Apoſtoli Pauli prædicto cap. 4. ad Timotheum, hæreticum ſit, ac divinæ ſcripturæ, cujus teſtimonio *omnis creatura, cunctaque quæ fecit Deus valde bona ſunt*, omnino contrarietur, non immerito hac ſynodali ſententia eſt condemnatum.

Catholicorum abſtinentia a carnibus, cur inſtituta?

Catholici certis diebus ab eſu carnum abſtinent, non quod carnem in ſe, tamquam malam aliquam Dei mali creaturam, inſtar prædictorum hæreſiarcharum abominentur; ſed ut refractaria & rebellis hominis caro cibis lautioribus atque ſolidioribus, quales ſunt pecorum & avium carnes, rectæ rationis imperio ſe non invite ſubmittat. Vide quæ diximus in notis ad can. apoſt. 50. alias 51.

Lex de abſtinentia ſanguinis & ſuffocati.

Quod additur, *præterquam ſanguinem, & idolo immolatum & ſuffocatum*, indicat, per multos annos ſervatum in eccleſia præceptum hoc, ut Chriſtiani neque ſanguine, neque ſuffocatis veſcerentur. Idem conſtat ex Tertull. in apolog. cap. 9. Quamobrem vero hæc ab apoſtolis lege quadam poſitiva præcepta fuerint, vide notas ad III. concilium apoſt. verbo, *ab immolatis*.

Can. 3. Infideles dominio rerum ſuarum ob ſolam infidelitatem non privantur

*o Si quis ſervum prætextu divini cultus.*) Et merito: infideles enim, infidelitate aliiſve criminibus ſuis non obſtantibus, ſunt veri domini rerum ſuarum; ut patet exemplo Nabuchodonoſoris 2. Danielis, cui, licet infidelis eſſet, *Deus cæli regnum, fortitudinem & imperium & gloriam dedit, & omnia in quibus habitant, filii hominum*, &c. Injuſtum igitur conſulit, qui ſervo fideli conſilio auctor eſt, ut infidelem dominum, nullo alio quam religionis prætextu, deſerat aut contemnat. Sicut igitur in concilio Conſtantienſi ſeſſ. 8. inter alios Wiclefi condemnatur articulus 159. hic, quod nullus eſt dominus civilis, dum eſt in peccato mortali; ita æquiſſimo jure convenienter hoc canone damnantur & excommunicantur, qui ſolius religionis prætextu contra præceptum Pauli ad Epheſ. cap. 6. dominorum ſuorum poteſtatibus ſe exemptos eſſe arbitrantur. *Servi*, inquit apoſtolus, *obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto*, &c.

Can. 4. Cur Euſtathiani presbyteros quondam conjugatos vitarint?

*p Quicumque diſcernit a presbytero qui uxorem habuit.*) Euſtathiani ita horrebant nuptias, ut etiam prebyteros qui uxores habuerant, ferre non poſſent, etiamſi viventibus adhuc maritali conſortio non cohabitarent. Unde quam inepte hic canon ad cœlibatum clericorum impugnandum ab hæreticis uſurpetur, nemo non videt: ſiquidem in eo agitur tantum de presbytero qui uxorem habuit: habentis autem uxorem nulla mentio fit. Vide Bell. lib. 2. de Conc. cap. 8. & 1. de clericis cap. 21.

Varia editio canonis.

*q Miniſtrante.*) Socrates lib. 2. cap. 43. Zonaras & Poſſevinus in apperatu ſacro verbo *Gangrenſe*, canonem 4 his verbis citant: *Si quis exiſtimat de presbytero qui uxorem duxerit, quod eo ſacrificante non oporteat ipſius oblationi vel ſacrificio communicare, anathema eſto.* Hæreticis vero hunc canonem objicientibus, pro *ſacrificante*, vox hæc, *miniſtrante*, magis arriſit: nimirum ut incruentum eccleſiæ Chriſti ſacrificium longe ab hominum mentibus ablegarent. Poſſevinus in apparatu ſacro, verbo *Gangrenſe*, & de reſponſ. Davidis Chytræi cap. 17.

Can 5. Templorum uſum impugnantes hæretici qui?

*r Si quis docet domum Dei contemptibilem eſſe.*) Templa & loca deputata ad ſacrificandum & orandum nullius prorſus utilitatis eſſe, cum Euſtathianis, teſte Damaſceno hæreſi 80. Meſſaliani docuerunt. Fraticelli autem ſeu pſeudo apoſtolici, teſte Turrecremata lib 4. de eccleſ. cap. 37. impudentiſſime ajebant, eccleſiam non plus valere ad orandum, quam ſtabulum equorum aut porcorum. Idem fere Wiclefus, Waldenſes & Anabaptiſtæ noſtri temporis ſtruunt. Hanc ergo veſaniam his duobus canonibus recte condemnatam eſſe, multa loca ſcripturæ teſtantur.

Templa a Deo inſtituta.

1. Paralip. 28. Deus Davidi tamquam minus ad id idoneo prohibuit ædificare templum, propter ſanguinem ab ipſo fuſum. Poſt vero quam eſſet a Salomone ædificatum, illud multis privilegiis ornavit 2. Paralip. cap. 7. Ex eo Chriſtus dominus Matth. 21. ementes & vendentes ejecit. In templo ordinarie docuit, non ſane alia de cauſa, quam ut exemplo ſuo oſtendat, opus pium eſſe & Deo gratiſſimum, ut fideles verbum Dei audituri & ſacramenta percepturi uno certo loco conveniant, unius paſtoris vocem omnes ſimul audiant, uno loco congregati preces ſuas unanimi voce & corde ad Deum fundant. Vide Bellarminum tom. 1. de cultu Sanct. lib. 3. cap. 1. & 4.

Eccleſiæ tempore apoſtolorum erectæ.

Apoſtolorum temporibus Chriſtianos erexiſſe eccleſias publicas, nimirum domos divino cultui dicatas, a privatorum inhabitatione liberas, patet 1. Cor. 11. & 14. ubi Paulus ait: *Convenientibus vobis in eccleſiam audio ſciſſuras eſſe inter vos.* Sanctus Ignatius qui iiſdem apoſtolorum temporibus eccleſiam Antiochenam regebat, ad Magneſianos ſcribens, hæc habet: *Omnes ad orandum in idem loci convenite: ſit una communis precatio, una mens, una ſpes in caritate & fide inculpata in Chriſtum Jeſum, quo nihil præſtantius eſt. Omnes velut unus quiſpiam ad templum Dei concurrite.* &c. Vide Baronium anno 57 numero 98. & 99. item anno 211. numero 4. ubi pulchre oſtendit, quomodo illud Cæcilii gentilis rhetoris in dialogo Octavium interlocutorem quærentis, *cur nullas aras habent, templa nulla, nulla nota ſimulacra?* hæc, inquam, quomodo intelligenda ſint, prædicto loco Baronius pulchre oſtendit.

Can. 6. Priſca editio mendoſa.

*ſ Conventus.*) Ea quæ in priſca editione interponuntur, hæc, *aliterque ea quæ ſunt eccleſiæ voluerit uſurpare, non conveniente presbytero juxta decretum epiſcopi*, apud Gratianum diſtinct. 30. can. 11. non adduntur. Cum igitur eadem e reliquis editionibus abſint, mendoſa eſſe videntur.

Can. 7. & 8. Bonorum eccleſiaſticorum diſpenſatores epiſcopus.

*t Si quis oblationes.*) Hi duo canones ſanciti ſunt adverſus Euſtathianos, qui eleemoſynis quotidianis, ut refert Epiphanius hæreſi 40. erogandis & accipiendis Petri illius Palæſtinæ, qui fuerat Eutacti magiſter, inſtituta ſectantes, populo perſuaſerunt, ut quas vellent pauperibus eleemoſynas conferre, ſibi velut juſtis ac debitis earum diſpenſatoribus ad erogandum & diſtribuendum eas traderent. Quæ inſtituta hæreticorum cum apoſtolorum doctrinæ ac conſtitutioni repugnent, ut conſtat ex can. apoſtolorum 39. & notis ejuſdem, optimo jure ab eccleſia proſcinduntur.

Gratiani error.

Unde liquidum eſt, Gratianum can. *Illud*, diſt. 30. errare, cum exiſtimat, quod Euſtathiani Manichæorum ſectarii exſtiterint. Illi enim eleemoſynas facere conſueverunt, quas Manichæi ex legis ſuæ præſcripto fieri & in pauperes erogari vetabant: non negamus interim multa fuiſſe quibus iidem cum Manichæis participarent. Baronius anno 361. nu. 54.

Can. 6. Gratianus corrigitur.

*u Quicumque virginitatem vel continentiam profeſſus.*) Hujus canonis editioni priſcæ, Gratianus can. 5. diſt. 3. addiderat, *in conjugio*, ſine fide & auctoritate Græcæ ſimul atque utriuſque Latinæ editionis: ut patet ex can. *Quicumque*, diſt. 3. Virgula igitur cenſoria Gratianus hoc loco non immerito eſt notatus.

Can. 11.

*x Si quis deſpicit eos qui fideliter agapas.*) De agape vide quæ notavimus ſupra in can. 27. & 28. concilii Laodiceni.

Can. 12. Pallium quid? Forma pallii.

*y Si quis virorum propter continentiam, quæ putatur, amictu pallii utatur.*) Pallium eſt indumentum quod apud Græcos ſapientiæ ſtudioſi induere ſolebant. Quale autem indumenti genus Tertullianus libro de pallio cap. 1. deſcribit, his verbis: *In viris autem pallii extrinſecus habitus, & ipſe quadrangulus, ab utroque laterum regeſtus, & cervicibus circumſtrictus, in fibula morſu humeris acquieſcebat.* De ejuſdem pallii forma cap. 5. ejuſdem libri ſubjungit: *At enim pallio nihil expeditius, etiamſi duplex quod Cratetis more nuſquam veſtiendo componitur: quippe tota moleſtia ejus operire eſt ſolutim, id eſt, uno interjectu, licet equidem nuſquam in humano, ita omnia hominis ſimul contegit. Humerum velans exponit, vel includit: cetero quæ in humerum adhæret, nihil circumfulcit, nihil circumſtringit, nihil de tabularum fide laborat, facile ſeſe regit, facile reficit, etiam cum reponitur, nullis cippo in craſtinum demandatur. Si quid interula ſupereſt, vacat zonæ tormentum*, &c.

An omnes Chriſtiani cum fide pallium aſſumpſerint.

Sunt qui putant Chriſtianos homines, cum veræ ſapientiæ ſe ſectatores profiterentur, una cum fide pallium ſimul induiſſe, & togam ſimul cum impietate abjeciſſe: ideoque Gentiles parœmiam de Chriſtianis in dicterium convertentes dixerint: *De toga ad pallium:* ipſum etiam Tertullianum, dum relicta gentilitate, togaque abjecta ad Chriſti fidem ſe convertiſſet, de ſeipſo dixiſſe *At ego jam ei illi etiam divinæ ſectæ ac diſciplinæ commercium confero. Gaude pallium, & exulta: melior te jam philoſophia dignata eſt, ex quo Chriſtianam veſtem cepiſti.*

Non omnes Chriſtianos pallio indutos fuiſſe probatur. Primo. Secundo.

Verum cum pallium eſſet veſtis oblonga furvi coloris, ipſique recens fidem profeſſi candidam veſtem induerent, fide vacillat, quod omnes Chriſtiani cum fide pallium aſſumpſerint. Milites Chriſtiani ſimul cum ethnicis ſago quod eſt militare indumentum omnibus Chriſtianis commune, ſine Tertulliani reprehenſione utebantur, quomodo igitur omnium Chriſtianorum proprium indumentum eſſe potuit? Hoc genere indumenti non ſolum turba philoſophorum ſed omnes etiam artium liberalium profeſſores, teſte Tertull. cap. 1. de pallio, uti conſueverant; pallium igitur ſuſceptæ Chriſtianæ religionis teſſe-

teſſeram fuiſſe, quomodo ſuſtineri poſſit non video. Accedit, quod tempore pacis eccleſiæ licuerit Chriſtianis communi veſte cum Gentilibus uti; quomodo non magis tempore perſecutionis, quo evangelica admonitione fuga conſulitur, ac latebræ ſuadentur, pallio carere Chriſtiano homini conceſſum ac permiſſum fuerit? Quid quod ipſe Tertullianus cap. 42. in apologetico aperte teſtatur, Chriſtianos communiter eodem habitu quo Gentiles indui conſueviſſe? Verba illius hæc ſunt: *Quo pacto homines* (Chriſtianos) *vobiſcum degentes, ejuſdem victus, habitus, inſtructus, ejuſdem ad vitam neceſſitatis*. Sed & Cyprianus eo commentario quem ſcripſit de bono patientiæ pariter ſignificat, Chriſtianos communiter nequaquam ſolere incedere palliatos, ſed ſimplici ac communi cum ceteris indumento: *Nos autem*, ait, *qui philoſophi non verbis ſed factis ſumus, non veſtitu ſapientiam, ſed veritate præferimus*, &c. Verius igitur eſt, ſicut inter gentiles illi ſoli qui philoſophi erant, & eminentioris vitæ ac ſapientiæ profeſſores, pallio utebantur; ita inter Chriſtianos, ii qui monaſticæ & arctioris vitæ ſtudiis ſe mancipabant, & eminentiorem vivendi formam amplexi, ſublimioris philoſophiæ ſe cultores eſſe profitebantur, pallium aſſumpſerunt, ejuſdemque indumenti ſigno inter Chriſtianos effulſerunt. Hoc præterea, quæ ſupra dicta ſunt, pulchre declarat illa Hieronymi epiſtola 12. *Quia ſerica veſte non utimur, monachi judicamur: quia ebrii non ſumus, nec cachinno ora diſſolvimus, continentes vocamur & triſtes: ſi tunica non canduerit, ſtatim illud e trivio: Impoſtor & Græcus eſt*: nimirum quia amictu Græco & philoſophico uterentur. Salvianus Maſſilienſis lib. 9. de vero judicio, cum deplorat ſcelera Africanæ provinciæ, quorum cauſa a barbaris affligi commeruiſſet, & inter alia, quod ſanctos monachos ludibriis ac ſibilis, cum eos videret, inſectareutur, hæc ait: *Non ſine cauſa itaque iſtud fuit, quod intra Africæ civitates, & maxime intra Carthaginis muros, palliatum & pallidum, & recliſi comarum fluentium jubis, ad cutem tonſum videre tam infelix quam infidelis, ſine convicio atque exſecratione vix poterat. Etſi quando aliquis Dei ſervus aut de Ægyptiorum cœnobiis, aut de ſacris Hieroſolymorum locis aut de ſanctis eremi venerandiſque ſecretis ad urbem illam officio divini operis acceſſit; ſimul ut in populo apparuit, contumelias, ſacrilegia, & maledictiones excepit: nec ſolum hoc, ſed improbiſſimis facinoroſorum hominum cachinnis & deteſtationibus, ridentium ſibilis, quaſi taureis cædebantur: vere ut ſi quis ea neſciens rerum fieri videret, non aliquem hominem ludificari, ſed novum inauditumque monſtrum abigi atque exterminari arbitraretur. Ecce Afrorum & præcipue Carthaginenſium fidem*. Si igitur in eccleſia Carthaginenſi, cujus alumnus fuit Tertullianus, Chriſtiani omnes perinde ac ipſe Tertullianus olim pallio amiciri conſueviſſent, quænam cauſa deridendi palliatos monachos dumtaxat eſſe potuit? Unde Tertull. de pallio in fine ait: *Gaude pallium, & exulta: melior te jam philoſophia dignata eſt, ex quo Chriſtianam veſtem cepiſti*; locutus eſt ipſe Tertullianus ex perſona pallii, ſignificans illud a Chriſtianis hominibus & monaſticæ vitæ cultoribus ſuſceptum multum illuſtratum fuiſſe: vel ſi hæc de ſeipſo locutus eſt, vere de ſeipſo dixit tunc quando inter Chriſtianos eminentioris vitæ cultum profiteri incipiens, a ſæcularibus negotiis ſe penitus abdicavit. Ita enim ait cap. 5. de pallio: *Ego quidem nihil foro, nihil campo, nihil curiæ debeo, nihil officio advigilo, nulla roſtra præoccupo, nulla prætoria obſervo, cancellos non adoro, ſubſellia non contundo, jura non conturbo &c. ſeceſſi de populo, imo unicum negotium mihi eſt, nec aliud nunc curo, quam ne curem*. Hoc quod hactenus pluribus confirmavimus, ad extremum Orig. de Heracla Chriſtianorum catechiſta atque presbytero apud Euſeb. l. 6. cap. 13. illuſtrat, ubi ait: Heraclam Alexandrinæ eccleſiæ presbyterum, tandem vulgari veſte & communi, qua antea uſus fuiſſet, exuta & depoſita, philoſophi apparatum ſibi aſſumpſiſſe, apertiſſime ſignificans pallium fuiſſe diſtinctum indumentum a communi Chriſtianorum veſte. Antequam ſenſum canonis explicemus, Birrus quale genus indumenti fuerit infra explicabimus. De pallio vide quæ ſcribit Baron. tom. 1. anno 57. num. 94 & tribus ſequentibus; item tom. 4. anno 197. num. 8. & novem ſequentibus.

**Tertio.**

**Quarto.**

**Soli monachi palliati.**

**Monachi cur ab Africanis deriſi.**

**Tertullianus an & quando palliatus fuerit.**

**Birrus quid?**

*z Birris.*) Birrus & birrum, maſculino & neutro genere uſurpatum, eſt breve indumentum clericorum humeros tantum & brachia eorum tegens, ideoque a Venantio Fortunato, ubi agit de S. Germano Pariſiorum epiſcopo, Chlotarium regem viſitante, palliolum appellatum fuit, cum de rege ait: *Allambit ſancti viri palliolum*. Et alibi lacernum birrum nominatur: quod ſcilicet in modum lacernæ compoſitum fuerit, quæ erat veſtis brevior ad pluviam arcendam, & ad brachia tantum & humeros tegendos inventa. Birrorum aliud vile, aliud precioſum fuit. Vili & lineo birro in Africana eccleſia utebantur ſimplices clerici, precioſiore autem, ſerico nimirum, epiſcopi utebantur, ut patet apud Auguſtinum ſerm. 50. de divers. ubi clericorum ſuorum diſciplinam componens, hæc ait, *Nemo det birrum, vel lineam tunicam, ſeu aliquid, niſi in commune: de communi accipiam mihi ipſi*. Et paulo poſt; *Offeratur mihi verbi gratia birrum precioſum, forte decet epiſcopum, quamvis non deceat Auguſtinum, id eſt, hominem pauperem de pauperibus natum*. Ut epiſcopi ſuper tunicam birro induerentur in orientali eccleſia receptum fuiſſe ex iis quæ ſcribit Palladius de S. Athanaſio epiſcopo Alexandrino poſſumus intelligere, dum ait eum tunica birroque veſtitum ſeceſſiſſe. Item ex actis S. Cypriani idem aperte conſtat, quibus narratur Cyprianum, cum jam ictum gladii cervice excepturus eſſet, lacernum birrum complicuiſſe, & ad genua poſuiſſe, tunicam vero diaconis dediſſe. Eamdem veſtem occidentalis eccleſiæ epiſcopos geſtaſſe, conſtat ex Gregorio Turonenſi, qui hiſtoriam de Bricio referens ait: eum ad declarandam animi ſui innocentiam ardentes prunas in birro ſuo poſuiſſe & geſtaſſe. Item ex illa quam ſupra recenſuimus S. Germani hiſtoria apud Venantium Fortunatum. Eodem genere indumenti hodie videmus uti ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales atque epiſcopos, qui ex regularibus ad eam dignitatem provecti ſunt. Teodorus Balſamon & Zonaras 12. canonem concilii Grangrenſis interpretantes, birrum, id eſt, ſericum dixere. Prior interpretatio quæ eſt Baronii tom. 2. anno 261. num. 41. & ſequentibus mihi magis placet. Hoc canone igitur monaſtica vita uſuſque pallii non condemnantur, ſed cum Euſtathiani monachi palliati incedentes, reliquos monachos vel clericos, qui birris dumtaxat utebantur, damnarent, eorum occaſione conſtitutum eſt, ut anathematis ſententia percellantur, qui monaſticam vitam profitentes, aut palliati incedentes, alios præ ſe contemnerent. Vide Baron. anno 197. num. 8. item 251. num. 43.

**Cur lacernum alibi nominatum fuerit?**

**Birrus duplicis qualitatis.**

**Epiſcoporum indumentum quale.**

**Expoſitio canonis.**

**Can. 15.**

*aa Si quis filios ſuos.*) Longe fidelius & convenientius Græco contextui Dionyſius vertit ſic: *& quod ad ſe pertinet, nos ad pietatem divini cultus informat*. Vide notas Greg. XIII. ad can. 14. diſt. 3.

**Can. 17.**

*bb Si qua mulier.*) Græce eſt *did vomiȥomsihu aexnei*, id eſt, *ob eam, quæ exiſtimatur pietatis exercitatio*, quod Dionyſius vertit: *propter divinum cultum, ut æſtimat*; Græci enim vitam eorum, quos nos religioſos appellamus *dexnein* nominabant.

*Ad velamen ejus*) Hæc non ſunt in Græco originali, neque in verſione Dionyſii. Videntur autem ſumpta ex epiſtola 1. ad Corinth. cap. 11. Vide notas Baronii in martyrologium die 22. Sept. verbis: *Et ad turpitudinem*, &c.

**Can. 18.**

*cc In ejuſdem diei contemptum.*) In Græco vulgato neque hæc priſcæ editionis verba, neque illa Dionyſii, *aut contumaciam*, habentur. Qui fuerint hæretici in contemptum diei dominicæ jejunantes, vide quæ diximus in notis ad can. apoſtolorum 65. ſupra.

**Can. 19.**

*dd Si quis eorum qui continentiæ ſtudent.*) Quod Euſtathiani (quos poſtea Bogomilici ſectati ſunt) docerent ac ſtatuerent, peracto certo quodam jejunio ad eam ſe perfectæ vitæ rationem perveniſſe, ut poſtea omnia ſibi eſſent indifferentia, nulliſque præceptis obligarentur, ſed ſoluti omnino, ac ſi ne peccare quidem poſſent, hoc quod decernitur, contra eos conſtitutum fuit. Balſamon in capite hujus interpretationis, quam ſequitur Gregorius XIII. in notis ad hunc canonem.

**Can. 20. Sanctorum cultum negantes anathematizantur.**

*ee Si quis.*) Sanctorum martyrum cultum & invocationem improbandam, atque eccleſias extructas in memoriam eorum contemnendas eſſe, Euſtathiani ab Eunomio, Eunomius a Manichæis omni ſcelerum impuritate pollutis hæreſiarchis mutuati fuerant. Quod cum viri hujus ſæculi doctiſſimi & ſanctiſſimi orationibus hac de re inſtitutis graviter oppugnarint, & Deus ipſe idem miraculis plurimis refutaverit, recte a patribus hujus concilii anathematizantur, quotquot collectas quæ fiunt in martyrum memoriis execrabantur. Nam ſi tuam imprimis ſalutem, quam curatam optares, precibus ſuis & interceſſionibus apud Deum promovere poſſint & velint, quis alius niſi impius auxilium eorum implorandum eſſe negabit? Ex eo quod miſeriam noſtram revelatione Dei cognoſcant, Deique amicitia ſingulari fruantur, nemo facultatem intercedendi pro nobis ipſis adimere poteſt: quod autem a caritate perfecta, qua Deum & proximos ſuos etiamnum ardentiſſime diligunt, non velle eos ſalutem noſtram procurare, credi non debet; *Si ergo*, inquit Hieron. lib. contra Vigilant. cap. 3. *apoſtoli & martyres adhuc in corpore conſtituti poſſunt* orare pro ceteris, quando pro ſe adhuc debent eſſe ſoliciti; quanto magis poſt coronas, victorias & triumphos; Vide plura apud Bellarm. de Sanct. beatitud. lib. 1. cap. 11. & ſequentibus. Valent. tom. 3. diſp. 6. quæſt. 2. punct. 7.

## Observatio Philippi Labbe S. J.

Joannes Quintinus, Hæduus, juris pontificii doctor ſuo tempore celeberrimus & ordinarius in Pariſiorum univerſitate per plures annos profeſſor, edidit anno 1560.

1560. commentarios in hanc ſynodum Grangrenſem a ſe Latino idiomate redditam. Eos in ſynopſi noſtra Hiſtorica pollicitus eram lectoribus Binianis ſcholiis ſubjiciendos. Verum re melius ac diligentius expenſa, tot in illis πάρεργα & verboſiſſimas a propoſito mihi ſcopo aberrationes deprehendi, ut ſatis judicaverim ab iis omnino abſtinere, aut ſi quid obſervatu dignum fuerit, & ab aliis nondum occupatum, excerptum inde cum laude ac commemoratione auctoris ſui notationibus noſtris intexere. Succedat ergo in Quintiniani operis locum

## EADEM GANGRENSIS DIO PRÆSIDE.
Ex libello ſynodico.[1]

ΤΩΝ μαθητῶν δὲ τοῦ Εὐσταθίου Ἀρμενίας τὴν οἰκείαν λύμην διανεμόντων εἰς πλειόνας, Δαδόη γὰρ τῶν Μασσαλιανῶν μετεῖχον φρονήματος παλίμβολοι· καὶ ταῖς γνώμαις ὑπάρχοντες ἀμφιτάλαντοι, καθὼς ὁ ἐκείνων διδάσκαλος, Θεὸν τὸν ποιήσαντα ἄρσεν καὶ θῆλυ, ἐκ τῆς κατηγορίας τοῦ γάμου ἐνδιαβάλλοντες· ἡ ἐν Γάγγρᾳ ἁγία συναθροισθεῖσα σύνοδος, φέρουσα Δῖον τὸν πάνυ αὐτῆς προκαθήμενον· ἥτις ὅρον θεόπνευστον ἐξενέγκασα, πρὸς ἀδελφοὺς τοὺς ἐν Ἀρμενίᾳ ἐξέπεμψεν.

CUM autem Euſtathii Armeniæ epiſcopi diſcipuli virus ſuum in plures diſpergerent, (Dadoe enim, qui Maſſalianorum erat hæreſeos, opinioni veteratores hi adſtipulabantur, & cum ſententiis in utramque partem variarent, ut & præceptor ipſorum: Deum, qui maſculum & fœminam fecit, ipſo damnato conjugio, calumniabantur:) ſancta Gangræ congregata ſynodus, Dium illum præſtantiſſimum præſidem habuit, & definitionem a Deo inſpiratam proferens, ad fratres in Armenia emiſit.

ANNO CHRISTI 333.

# CARTHAGINENSE CONCILIUM

ANNO CHRISTI 333.

## Donatiſtarum ſub Donato habitum anno CCCXXXIII.

SUB Donato Carthaginenſi Epiſcopo anno Chriſti 333. habitum fuit a CCLXX. Donatiſtis Epiſcopis Concilium, in quo *per LXXV. dies poſtpoſitis omnibus præteritis limatam eſſe ſententiam, atque decretam, ut Traditoribus immenſi criminis reis, ſi baptizari nollent, pro integris communicaretur*, ſcripſit Tychonius, ita prodente Auguſtino in epiſt. 48. (93. edit. novæ) num. 43. Hoc Concilium retulit Labbeus ad annum Chriſti 308. pag. 410. hujus Vol. quem conſule, ſicuti quæ ibi ex Pagio adnotavimus circa hujus ſynodi epocham.

ANNO CHRISTI 334.

# CONCILIUM CÆSARIENSE IN PALÆSTINA

ANNO CHRISTI 334.

## Contra Athanaſium habitum anno Chriſti CCCXXXIV.

Ex Pagio ad an. Ch. 331. n. 2. & 334. n. 2. 3.

POSTQUAM Conſtantinus ad Athanaſium ſcripſiſſet, *ut Meletianorum inſidias pro nihilo duceret*, & Meletiani timore perculſi aliquantiſper quieviſſent, ut ait Sozomenus lib. 2. cap. 24. rurſus adverſarii accuſatorum multitudinem adverſus eum excitarunt. Quare imperator apud Cæſaream ſynodum fieri juſſit, ad quam cum Athanaſius venire compelleretur, triginta circiter menſium ſpatio profectionem ſuam diſtulit. Ita Sozomenus cap. 5. & Nicephorus lib. 8. cap. 49. Sub fine igitur anni 331. novæ illæ inſidiæ Athanaſio ſtructæ, & ſynodus Cæſarienſis indicta, triginta enim menſes illi ab indictione hujus ſynodi inchoati, & anno 334. quo ea celebrata, abſoluti. Certe in ſynodali epiſtola pſeudo-ſynodi Sardicenſis anno 347. ſcripta, legitur: *Aſclepas ante decem & ſeptem annos epiſcopatus honore diſcinctus eſt*; ideoque anno 331. aut 330. erat Aſclepas Epiſcopus Gazæ; de quo Theodoretus lib. 1. cap. 29. ait: *Cum Epiſcopi Tyri conveniſſent* (anno ſcilicet 335.) *eo accesſerunt tum alii quidam, qui ob perverſam doctrinam accuſabantur; ex quorum numero fuit Aſclepas Epiſcopus Gazæ; tum admirandus Athanaſius*. Cum igitur in ſynodo apud Tyrum celebrata tam Aſclepiadis, quam Athanaſii cauſa diſcuſſa fuerit, apparet utrumque etiam anno 331. fuiſſe accuſatum, ac utriuſque cauſam ad ſynodum Cæſareæ, indeque ad Tyriam remiſſam, & ſynodum Cæſarienſem anno 331. indictam eſſe. Sed cum poſt 30. circiter menſium ſpatium neuter Cæſaream adventaret, utriuſque cauſa ad ſynodum Tyriam rejecta eſt.

Sozomenus lib. 2. cap. 25. narrata Athanaſii depoſitione, ait epiſcopos ad hujuſmodi ſententiam in eum ferendam hiſce cauſis adductos ſe fuiſſe docere: *Primum quod ægre ferrent, quod cum Imperator anno præterito* (nempe 334) *juſſiſſet, ut Orientales epiſcopi Cæſaream ejus cauſa convenirent, ipſe non occurriſſet, longi temporis mora fatigatam ſynodum cernens, & Imperatoris præcepta deſpiciens*. Pabebrochius tom. 1. ſanctorum Maii in vita S. Athanaſii cap. 5. num. 67. & cap. 9. num. 102. dicit jam novum annum fuere



[1] In Libello Synodico Synodus Gangrenſis, inter tertiam Romanam Synodum Damaſi an. 374. celebratam, & Romanam quartam Damaſi paulo poſt Valentis Imp. mortem recitatur. Quod eſſe non potuit, cum Oſius huic ſynodo interfuerit, & ad Valentis tempora non pervenerit. Cum autem quæ de hac ſynodo libellus Synodicus habet, hic collocentur poſt Nicænam, & proxime ante Tyriam, miror Labbeum Lectorem non monuiſſe, ex mente Auctoris libelli Synodici eam inter tertiam Romanam Damaſi, & quartam Romanam ejuſdem Pontificis collocandam fuiſſe. *Pagius ad an. Chr.* 319. n. 6.

[2] Ad an. circiter 330. retulit in indice Conciliorum Harduinus Alexandrinum Concilium; in quo præſente Oſio damnatus eſt Iſchyras, & inter laicos redactus, ut docet libellus clericorum Mareoticorum oblatus Synodo Tyriæ, quem mox afferemus. Verum aliud non eſt Concilium ab eo, quod Labbeus retulit ad an. 319. quodque nos celebratum adnotavimus anno 324. vel initio 325. in tomo primo pag. 1527.

re cœpiſſe a *Septembri* anni Chriſti 335. a quo menſe Græci annum 336 inchoaverant; ideoque epiſcopos, qui poſt eum menſem literas encyclicas contra Athanaſium ſcripſere, ſignificare Concilium Cæſarienſe indictum fuiſſe anno æræ Dionyſianæ 335. qui ipſis erat a Septembri 336 Verum epiſtolæ Conſulum ordinariorum nominibus conſignari ſolebant; ideoque annus in eis expreſſus intelligitur a Kalendis januariis, non vero a Kalendis Septembribus inchoatus. Nec refert, quod in literis plurimis per hæc tempora datis Conſulum nomina non exprimantur. Nam nulla ratio dari poteſt, cur in quibuſdam epiſtolis annus intelligatur inceptus a Januario, in aliis a Septembri. Hoc porro tempore invaluiſſe uſum, ut Conſulum nominibus literæ notarentur, liquet ex epiſtola, quam, durante adhuc Conciliabulo Tyri, presbyteri ac Diaconi Mareotici dederunt, Conſulibus Julio Conſtantio illuſtriſſimo Patricio fratre religioſiſſimi Conſtantini Auguſti, & Rufino Albino, clariſſimis, & Deo gratiſſimis viris.

Cum epiſcopi apud Sozomenum laudatum di- A cant Athanaſium diuturna ſui expectatione concilium fatigaſſe, oſtendunt, verum eſſe quod ſcribit Sozomenus lib. 2. cap. 25. & poſt eum Nicephorus l. 8. c. 49. Athanaſium 30. circiter menſium ſpatio profectionem ſuam diſtuliſſe, nempe Cæſaream venire, non vero Tyrum. Hallucinatus enim eſt Baronius, quando ſcribit locum illum Sozomeni depravatum eſſe; & loco 30. *circiter menſium ſpatio*, reſtituendum, *trium circiter menſium ſpatio* Athanaſium remoratum eſſe, ne veniret ad Synodum Tyri. Nam præterquam quod in omnibus Sozomeni exemplaribus ita legitur, triginta illi menſes ad ſynodum Ceſareæ indictam, non vero ad Tyriam referuntur, ut diſerte Sozomenus habet. His adde B epiſcopos Conciliabuli Sardicenſis an. 347. celebrati, loquentes de Athanaſio, & de Concilio Cæſarienſi, ſcribere: *Poſt alterum annum in Tyro propter ejus facinora* (ſcilicet Athanaſii) *neceſſario iterum celebratur Concilium*. Quare a Concilio Cæſarienſi ad Tyrium annus effluxit. Cæſarienſis hujus Concilii nuſpiam meminit Athanaſius.

## CÆSARIENSIS PALÆSTINA, ARIANORUM

### Ex Libello Synodico.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ τινων τοῦ πάπα Ἀλεξανδρείας κατὰ πεμπτιμιαῖον χρόνον τοῦ ἀναςρέψαι ἀπὸ Νικαίας, πρὸς κύριον ἐκδημήσαντος, Ἀθανάσιος τὴν προεδρίαν ἀξίως εἰσδέχεται. Οἱ δὲ προῤῥηθέντες κακόδοξοι μεμαθηκότες, μεγάλως ἐτάκησαν. πεῖρᾳ τὸν ἄνδρα γινώσκοντες, καὶ ὡς φόνιον τῷ φιλοχρίστῳ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ τοῦτον ἀναδιδάξαντες, ἐν Καισαρείᾳ Παλαιστίνης σύνοδον κατ' αὐτοῦ γενέσθαι παρώξυναν. Ἀθανασίου γοῦν ἐκεῖσε μὴ παραγενομένου, καὶ τὸν αὐτῆς ἐπίσκοπον προδήλως αὐτῷ ἐκ πάλαι καὶ τῇ ἀληθείᾳ χρηματίσαντος δυσμενέςατον, ἡ μανικὴ ἄπρακτος διελύετο σύνοδος.

C ALEXANDRO vero papa Alexandriæ quinto poſt menſe, quam Nicæa domum reverſus eſſet, ad dominum digreſſo, Athanaſius præſulatum merito accepit. Quos autem prius nominavimus falſæ doctrinæ aſſertores, cum hoc reſciviſſent, vehementer perturbati ſunt: quod jam ante, qualis hic vir eſſet, ipſo uſu didiciſſent: eumque tamquam homicidam, Chriſti amanti Imperatori Conſtantino detulerunt; & ut ſynodus contra ipſum Ceſareæ Palæſtinæ inſtitueretur, incitarunt. Cum autem Athanaſius, ut qui epiſcopum illius loci jam olim, & ſibi & veritati expertus eſſet inſenſiſſimum, ibi non compareret: furioſa hæc: re infecta, diſſe- D luta eſt ſynodus.

ANNO CHRISTI 335.

# a TYRIUM b CONCILIUM,

## VEL POTIUS CONCILIABULUM,

### c Sub Silveſtro anno Chriſti CCCXXXV. d in cauſa Athanaſii habitum.

PRÆTER epiſtolas quaſdam diverſorum ad concilium vel ſaltem in cauſa hujus concilii ſcriptas, quas infra huc tranſtulimus, nihil extat.

Locus concilii. *a Tyrium.*) Sic dictum, quod celebratum fuerit Tyri, quæ fuit urbs Phœniciæ celeberrima, una ex iis quæ Tripolim efficiunt, olim inſula, ſed Alexandri operibus continenti conjuncta. De Tyrus urbs quæ, & qualis. hac Plinius lib. 5. cap. 19. *Tyrus*, inquit, *quondam inſula præalto mari ſeptingentis paſſibus diviſa: nunc vero Alexandri cam oppugnantis operibus continens, olim portu clara. Nunc omnis ejus nobilitas conchylio & purpura conſtat*. Olim Sarra fuit nuncupata, ut ait Gellius lib. 14 cap. 6. Hæc eſt illa de qua Chriſtus dominus Matth. 11. *Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaida: quia ſi* E *in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent.*

*b Concilium vel potius conciliabulum*) Hoc quod Tyri celebratum eſt, concilii nomine indignum, conciliabulum & malignantium conventum tres potiſſimum ob cauſas nominavimus. Hoc conciliabulum reprobatum fuiſſe probatur. Prima ratio. Quarum prima eſt, quod ab imperatore præter munus & officium ejus indictum fuerit, contra eum quem malitioſe a Meletianis, Arianis, & Euſebianis accuſatum innocentiſſimum eſſe cognoverat, cujuſque innocentiam literis ad Alexandrum ſcriptis probaverat, adeoque non tam facile, neque tam breviter, quarto aut ſæpius convictis hæreticis nefariis deferre debuerat. Altera eſt, quod ad eorumdem inſtantiam impera- Secunda ratio.

tor

tor ad concilium illos dumtaxat epiſcopos convocaverit, quos nefarii hæreſiarchæ deſignaverant, quodque adeo in eadem cauſa iiſdem accuſandi & judicandi munus conceſſum eſſe voluerit ipſumque innocentem Athanaſium citaverit, ut a nefariis hæreticis non tam judicaretur quam condemnaretur. Athanaſius huic quantumvis illegitimo conventui cum quadraginta ſeptem Ægypti epiſcopis catholicis ac confeſſoribus ſe præſentem exhibuit, ne cauſæ ſuæ diffidere videretur, & adverſariis amplius ſæviendi cauſam præberet; neve demum invitus, quod imperator evocans commotus fuerat, cogeretur.

Tertia ratio.

Tertia cauſa illegitimi conventus eſt, quod præſidem illius ageret Dionyſius comes, cum militari manu adſtaret ſpiculator, appareret commen- B tarienſis, quodque ſub prætextu comprimendi tumultus, & imperandi, cum opus eſſet, ſilentii, coercendæque procaciæ inſolentium, præſidio militum revera innocentia expugnaretur, & cum ea innocentes opprimerentur, & denuo hoſtibus Athanaſii ad fidem catholicam oppugnandam aditus aperiretur. De cauſis ſupradictis ſancti patres in litteris concilii Alexandrini anno 339. celebrati hæc ſcripſerunt: *At præclari Euſebiani, quo veritatem ſcriptaque ſua obliterent, nomen ſynodi ſuis actis prætexunt, cum res ipſa negotium imperatorium non ſynodale haberi debeat: quippe ubi comes præſideat, & milites epiſcopos ſub ſatellitio cogant: & imperatoria edicta quos ipſi volunt coire compellant*, &c. Integram hanc epiſtolam infra C in concilio Alexandrino poſitam invenies. Idem teſtatur Athanaſius his verbis: *Denuo eos* (nempe Meletianos) *in nos exaſperant, iterum imperatori ſynodum Tyri indicendam perſuadentes, ad quam & comes Dionyſius miſſus eſt, Euſebianiſque ſatellitium militare additum: eodem Macarius, ſed vinctus, per milites deductus eſt; mihi ſcribitur ut adſim, atque adeo neceſſitas veniendi injungitur, ut niſi venirem, invitus adducerer*.

Epiſcopi qui, quot, & quales interfuerint.

Epiſcopi dumtaxat illi convocati ſunt, quos Euſebius & Euſebiani advocandos eſſe Conſtantino perſuaſerunt. Nam ipſe imperator ad eos epiſtola illa, quam ſubjungimus, *Scripſi*, inquit, *ad quos volebatis epiſcopos, ut veſtras curas & ſolicitudines præſentia & laboribus ſuis adjuvarent*. Hos omnes ſexaginta nu- D mero fuiſſe, teſtatur Socrat. l. 1. c. 20. Ex quibus ab Athanaſio apol. 2. Theodoret. l. 1. c. 28. hi recenſentur: Euſebius Nicomedienſis, Euſebius Cæſarienſis; duo gentiles, duo totius impietatis choreæ ductores, perfidi, aſtuti ſynagogæ diabolicæ præſides & quaſi judices: Theognius Nicænus, Mares Chalcedonenſis, Aſclepius Gazæ, Theodorus Laodiceæ, Patrophilus Scythopolitanus, Narciſſus Ptolemaidis, Valens & Urſacius epiſcopi in Pannonia, Macedonius, Flacillus, Georgius ille qui ab Alexandro Alexandrino epiſcopo ob ſcelus perpetratum a ſacerdotio depoſitus fuerat, aliique plures ex Meletianorum factione ſceleſti, quos ad fidem catholicam aditu clandeſtino expugnandam Euſebius impietatis tu- E ba collegerat.

Epiſcopi catholici qui, quot, & qua occaſione interfuerint.

Qui Athanaſium huc proficiſcentem, præter voluntatem Euſebianorum & citationem imperatoris comitati ſunt, 47. fuere. Eorum nomina autem ſubſcripta habentur in fine illius epiſtolæ, quam ipſi, cum Tyri eſſent, ſcripſerunt, quamque nos infra ex apologia Athanaſii huc inſeruimus. Inter quos cum Paphnutio celeberrimo confeſſore, de quo ſupra in notis ad ſubſcriptiones concilii Nicæni egimus, interfuit Potamon epiſcopus magnus ille confeſſor, de quo hoc memorabile ſcribit Epiph. hæ-

A reſi 68. quod cum Athanaſius ſedente Euſebio Nicomedienſi ſtans cauſam ſuam ageret, objecerit illi: *Tu ſedes, Euſebi, & Athanaſius innocens a te judicatur? Quis tulerit talia? Dic mihi tu: nonne mecum fuiſti in carcere tempore perſecutionis? Et ego quidem oculum amiſi pro veritate, tu vero nihil mutilatum in corpore habere videris*, &c.

Euſebius Nicomedienſis de fidei negatione arguitur.

Tempus habiti concilii.

c *Sub Silveſtro anno domini* 335.) Hunc conventum malignantium collectum fuiſſe anno Chriſti nati 335. probatur primo auctoritate Euſebii, dum lib. 4. c. 11. vitæ Conſtantini ait, ipſis tricennalibus, id eſt, triceſimo anno imperii Conſtantini, qui cum prædicto anno Chriſti nati cincidit, Tyri epiſcopos conveniſ- B ſe, ut diſcordiæ inter Ægyptios ortæ componerentur: 2. idem probatur ex epiſtola eccleſiæ Mareoticæ in Ægypto, dum Tyri ſynodus ageretur, Conſtantio & Albino conſulibus data, quorum conſulatus juxta faſtos emendatiores cum anno Chriſti 335. & Silveſtri 22. Conſtantini imperatoris 30. concurrit.

Cauſa habiti concilii.

d *In cauſa Athanaſii*.) Cauſa habiti concilii quam ab exordio deſcribere placet, hæc eſt. Cum Athanaſius, Alexandro epiſcopo Alexandrinæ eccleſiæ anno domini 326. defuncto, totius cleri ac populi conſenſu juxta vaticinium prædeceſſoris ſui in epiſcopum Alexandrinum electus eſſet, Meletiani cum Arianis conjuncti, eum, quem ipſo Nicæno concilio ſuæ hæreſeos C acerrimum hoſtem & adverſarium experti fuerant, ſede epiſcopali turbatum vehementer optarunt, ideoque ejus electionem, quaſi illegitime facta fuiſſet, calumniabantur.

Prima calumnia Athanaſio objecta.

Verum cum ea re nihil proficerent, de ipſo exturbando cogitabant. Principio, de pecunia & exactionibus violenter a plebe extortis apud imperatorem accuſatus, per Macarium Alexandrinæ eccleſiæ presbyterum, eo tempore apud imperaterem felici caſu legationis munere fungentem, defendebatur hoc modo; quod collectam ad ornatum & ſtructuram eccleſiæ ad imitationem ſancti Pauli apoſtoli non tam poſtulaſſet, quam dari rogaſſet.

Secunda calumnia Athanaſio objecta.

Deinde, quaſi Philumeno cuidam imperatoris hoſti magnam vim pecuniæ miſiſſet, D ipſe cum Macario presbytero ſui defenſore diffamatus, ideoque ad imperatorem citatus, Conſtantinopolim venit, atque inde, prævia ſufficiente ſui ipſius purgatione, cum imperatoris epiſtola commendatitia ad eccleſiam Alexandrinam ſcripta ad ſuos reverſus muneri & officio inſiſtit. Imperator cum hæc omnia contra Athanaſium ab Euſebio Nicomedienſi malitioſe agitari intelligeret, ſcripta ad Nicomedienſes epiſtola, concilii Nicæni depoſitionis ſententiam in ipſum Euſebium & Theognidem pronunciatam exequi, & utrumque relegari anno Chriſti 329. mandavit. Paulo poſt quam exulaſſent, rogatu Conſtantiæ Auguſtæ Licinii conjugis, quæ confiсto quodam ſomnio, ut ait Niceph. E lib. 9. cap. 21. ſibi revelatum eſſe dicebat, quod homines innoxii injuſte exilio damnati eſſent; item in gratiam Conſtantii Cæſaris, cujus quinquennalia, anno Chriſti 330. celebrabantur, ab exilio relaxantur.

Tertia calumnia Athanaſio objecta.

Athanaſio deinceps novum bellum indicentes Euſebiani cum Meletianis, freti opera Iſchyræ pſeudo-presbyteri illius, quem Athanaſius diœceſim ſuam viſitans a presbyterali officio, cum ordinatus non eſſet, prohibuerat, iſtiuſmodi calumniam compoſuerunt: calicem a Macario fractum, Arſenium autem epiſcopum ab Athanaſio interfe-

*Iſchyras pœnitens calumniam aperit.*

ctum eſſe. Ut autem calumnia ſuccederet, Arſenium in abditis habebant, manumque cujuſdam tamquam ex ejus corpore reciſam circumferebant eo fine, ut ſi nuſquam appareret, occiſus eſſe crederetur. Sed quid accidit? Iſchyras ad pœnitentiam agendam, & ad eccleſiæ communionem redeundum ab amicis perſuaſus, has quas concinnarat calumnias publice confeſſus, ſe ad illud flagitium comminiſcendum a Meletianis ſubornatum fuiſſe, in facie totius eccleſiæ publice conteſtatus eſt, atque ideo hæc quæ ſequuntur ſcriptis protulit.

*Libellus Iſchyræ.*

*Beato præſuli Athanaſio Iſchyras in domino ſalutem.*

Quia me, domine præſul, te adeundo, ut in eccleſiam reciperer, objurgaſti; quod iſtiuſmodi locutus eſſem, quaſi ego ultro hoc feciſſem, ac non vi potius huc adactus eſſem: ideo hanc ſatisfactionem tibi ſcripto porrigendam putavi, ut cognoſceres vim mihi factam eſſe tum ab Heraclide, ab Iſaac porro Letois, & a ſociis ejus etiam verberibus cæſum eſſe. Ego autem, Deo in teſtem adhibito, pro excuſatione mea dico tibi me nihil eorum, quæ illi de te jactitant, conſcium eſſe, neque ullum calicem confractum ſcire, aut menſam ſubverſam eſſe; meque ad iſta omnia calumnianda eorum vi adactum eſſe. Hanc autem pro me excuſationem facio, tibique eam ſcripto trado, optans me unum eorum eſſe qui ad tuos conventus pertinent, & tuis judiciis parent. Valere te in Chriſto exopto [a] ** Tradidi [b] autem manu mea tibi epiſcopo Athanaſio in præſentia presbyterorum Ammonis Dicellæ, Heraclidis Paſci, Bocchenis Chenebri, Achillæ Myrſenes, Didymi Taphroſireis & Juſti ab Coniatheo. Diaconorum autem, eorum, qui Alexandrini erant, Pauli, & Petri, & Olympii; Mareoticorum vero Olympii, Ammonii, Piſti, Demetrii & Caii. Hæc Iſchyras.

*Hæc nomina ſuſtulerat Binius, nos reſtituimus.*

Τῷ μακαρίῳ πάπα Ἀθανασίῳ Ἰσχύρας ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Ἐπειδὴ προσῆλθόν μοι κύριε ἐπίσκοπε βουλόμενος τῆς ἐκκλησίας εἶναι, ἐπιτιμᾶς δέ μοι ἐφ' οἷς πρότερον ἐφθεγξάμην, ὡς ἐμοῦ ἀπὸ προαιρέσεως εἰς τοῦτο παρελθόντος, τούτου ἕνεκεν ταύτην τὴν ἀπολογίαν ἐγγράφως σοι ἐπιδίδωμι, ἵν' εἰδέναι ἔχοις ὅτι βίας μοι γενομένης, καὶ πληγῶν ἐπιτεθεισῶν ἀπὸ Ἰσαὰκ καὶ Ἡρακλείδου. καὶ Ἰσαὰκ τοῦ τῆς Λητοῦς, καὶ ὑπὸ τῶν σὺν αὐτοῖς· ἐγὼ δὲ μάρτυρα τὸν Θεὸν εἰς τοῦτο λαμβάνων, ἀπολογοῦμαι ὅτι οὐδὲν ὧν ἐκεῖνοι εἰρήκασι συνοῖδά σε πεποιηκέναι· οὔτε γὰρ ποτηρίου κλάσις γέγονεν, οὔτε τῆς ἁγίας τραπέζης καταστροφὴ γεγένηται, ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἐκεῖνοι βίαν ἐπιθέντες μοι, εἰς τοῦτο παρώρμησάν με. ταῦτα δὲ ἀπολογησάμενος σοι καὶ ἐγγράφως ἐπιδέδωκα αἱρούμενος καὶ ἐπιδικαζόμενος τῶν ἐπὶ σε συναγομένων, ἐρρῶσθαί σε εὔχομαι ἐν κυρίῳ. ἐπιδέδωκα δὲ τὴν δὲ μου τὴν χεῖρα, σοὶ τῷ ἐπισκόπῳ Ἀθανασίῳ, ἐπὶ παρουσίᾳ τῶν πρεσβυτέρων, Ἀμμωνᾶ Δικέλλης, Ἡρακλέους Φάσκω, Βόκχονος Κενεβεὶ, Ἀχιλλᾶ Μυρσήνης, Διδύμου Ταφοσίρεως, καὶ Ἰούστου ἀπὸ βαμοθέως, καὶ Δια-
A κόνων. ἀπὸ μὲν Ἀλεξανδρείας Παύλου καὶ Πέτρου, καὶ Ὀλυμπίου, ἀπὸ δὲ Μαρεώτου, Ἀμμωνίου, καὶ Πιστοῦ, καὶ Δημητρίου καὶ Γαΐου. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Ἰσχύρας.

*Arſenius adhuc vivens deprehenſus ubi & quomodo?*

Cognitio patrati homicidii ab imperatore Dalmatio cenſori committitur, ad quem cum Athanaſius de nece Arſenii accuſatus citaretur, ſumma diligentia Arſenium, quem ante quinque vel ſex annos non viderat, per diaconum ſuum inquiſivit, & poſt multam inquiſitionem confeſſione quorumdam Meletianorum intellexit eum Thebaide in Ægypto occultatum, inde vero fraude cognita amandatum fuiſſe. Ille fu-
B gientis veſtigia obſervans, tandem Tyri illum reperit, ibique Pauli ejus urbis epiſcopi orthodoxi judicio ſiſtit, apud quem principio negans ſe eſſe qui diceretur, convictus tandem non modo ſe Arſenium eſſe confeſſus eſt, totamque de ſimulatione ſuæ necis ex Euſebii Nicomedienſis conſilio fabulam pandit, verum etiam ipſe Arſenius & Joannes Meletianorum epiſcopus anteſignanus facti pœnitentes, ſupplices pro venia conſequenda Athanaſio literas dederunt, atque a ſchiſmate recedentes, eidem ſe catholica communione conjunxerunt. Literæ Arſenii ad Athanaſium extant infra.

*Joannes Meletianorum anteſignanus ad eccleſiam reverſus.*

Athanaſius ſubito Macarium presbyterum ſuum Conſtantinopolim ablegavit, qui impera-
C torem de Iſchyræ pœnitentia & confeſſione, de Arſenio reperto, & de tota calumnia, hoſtiumque ſuorum fraude detecta informaret. Quod cum per Macarium factum fuiſſet, imperator Dalmatium a cauſæ cognitione deſiſtere, & accuſatores abire juſſit. Athanaſio autem per literas, quibus Meletianorum impudentem improbitatem deteſtatur, quaſque populo recitari jubet, plurimum gratulatus fuit. His omnibus ita peractis Euſebiani bellum ſuum pœnitentia præcipuorum Meletianorum vix biennio conſopitum in Athanaſium acrius renovant, idque hoc modo. Cum Joanni Meletianorum antiſtiti, catholicæ eccleſiæ reconciliato, (qui per literas, de quibus infra, ab imperatore evo-
D catus Conſtantinopolim venerat) ab Athanaſio reſilire perſuaſiſſent, imperatori de concilio Tyri indicendo ſupplicant, allegantes Joannem ab Athanaſio blanditiis delinitum, pollicitationibus pellectum, & pecuniis etiam fortaſſe corruptum, ut a criminum objectorum proſecutione deſiſteret, imo (quod ſignificant literæ Conſtantini de cogenda ſynodo infra recitandæ) Meletianos omnes Athanaſii potentia eſſe oppreſſos, & in tanto periculo conſtitutos, ut nec fari præ timore auderent. Præterea quæ de invento Arſenio propalata erant, ſtropham eſſe, & ab Athanaſio ſuppoſitum fuiſſe hominem, qui & nomen & perſonam Arſenii aſſumeret. His artibus impetrant, ut ab imperatore concilium Ty-
E ri prædicto tempore celebrandum indiceretur, & per literas cum Athanaſio ii quos ipſi volebant epiſcopi citarentur. Cœptum eſt judicium, in quo Meletiani accuſatoris, Euſebiani judicis officium vendicarunt; ideoque ab Athanaſio per exceptionem objectam non immerito declinatum. Sed cum minime audiretur, & Meletiani accuſatores judicum favore audentiores facti, in medium prodeuntes in Athanaſium accuſationes inferrent: ipſe veritate fretus, aliique qui aderant, orthodoxi de innocentia Athanaſii certi, etiam coram hoſtibus talia judicari

*Euſebiani concilium petunt.*

*Concilium Tyri ab imperatore indicitur*

*Quid actum ſit in concilio*

paſſi

paſſi ſunt; exiſtimantes, quantumlibet inimici eſſent, non tamen in publico conventu judices more latronum graſſaturos fore; ſed manifeſtiſſima criminum dilutione cum Dionyſio ſuffuſum iri, ſi modo quidquam æquitatis ſingulorum mentibus a natura inſitæ in iis ſupereſſet. Judicio igitur hac intentione approbato, famoſus ille Iſchyras, de quo ſupra egimus, ab adverſariis ſpe polliciti epiſcopatus ad palinodiam recantandam inductus, primus inexpectatus accuſator prodiit, eamdemque veterem illam de fractura calicis adverſus Macarium accuſationem, adverſariorum confeſſione calumnioſam, literis Conſtantini improbatam atque rejectam, cum ſuis ipſius confuſione & contumelia in medium attulit.

Iſchyras primus Accuſator Athanaſii.

Ad eumdem accuſandum introducta eſt muliercula libidinoſa ac petulans. Clamat impudenter ſe profeſſam eſſe virginitatem; ſed ab Athanaſio, quem hoſpitio exceperat, per vim compreſſam, & invitam ſtupratam fuiſſe. Quæ cum dixiſſet, ingreditur Athanaſius, quem accuſaverat, presbytero perquam laudato, cui Timotheus nomen erat, comitatus. Ubi autem a judicibus imperatum Athanaſio fuit ut crimini reſponderet, obticuit ipſe, perinde ac ſi Athanaſius non eſſet: atque Timotheus, teſte Theodor. l. 1. c. 30. ſic mulierculam alloquitur: *Egone in tuas ædes ingreſſus ſum?* Tum illa impudentius petulantiuſque clamare, digladiari cum Timotheo, manum educere, oſtendere annulum, ac dicere cœpit: *Tu mihi abſtuliſti virginitatem: tu caſtitate me ſpoliaſti*: & alia quæ impudentes meretrices propter intemperantiæ exuperantiam loqui ſolent. Ad hunc modum igitur, tum iis qui fabulam texuerant, ignominiæ, tum judicibus qui facinoris conſcii erant, pudoris inuſta nota, muliercula e concilio educta eſt.

Meretricula Athanaſii accuſatrix ſecunda.

Crimen diluitur.

Cum Athanaſius mulierem non prius dimittendam eſſe urgeret, quam auctorem horum criminum prodidiſſet, Ariani vociferati ſunt, alia contra multa graviora reſtare crimina, quæ nulla dicendi arte dilui poſſint, de quibus prolatis, non audiendi ſed videndi ſenſus judicium ferret. *Quæ cum dixiſſent*, inquit Theodoretus ibidem, *capſam de qua tam creber ſermo fuit oſtendunt, & manum ſale conditam detegunt*. Qua viſa cum illorum alii rem fictam ſcirent, alii ſcelus ab Athanaſio vere admiſſum eſſe putarent, Athanaſius paulo poſt a judicibus hæc ſciſcitatus eſt: *Ecquis inter eos Arſenium noſceret? Cum a multis reſponſum eſſet, ſe accurate hominem noſcere, eum introduci jubet, ac rurſus ſic percontatur. Hiccine eſt Arſenius a me quidem interfectus, ab iſtis autem quæſitus, poſt cædem affectus contumelia, & dextera manu privatus? Ubi vero aſſenſum eſt, illum ipſum eſſe, Athanaſius exuit eum pallio, & utramque manum tum dexteram tum ſiniſtram oſtendit, aitque: Aliam manum opinor nemo quæret: nam amplius quam duas manus ab univerſitatis conditore nemo accepit. Quibus rebus in hunc modum patefactis, cum oporteret & accuſatores & judices, qui facinoris erant conſcii præ pudore ſe in latebras abdere, optareque ut tellus ſibi dehiſceret, concilium tumultu ac ſeditione complere, veneficumque appellare Athanaſium, eum hominum oculos præſtigiis feselliſſe, affirmare cœperunt. Quin etiam qui eum paulo ante cædis reum arguerant; iidem ipſi hominem diſcerpere, mactareque aggrediuntur. Verum quibus negotium ab imperatore dabatur, ut paci ac tranquillitati providerent, cædem prohibuerunt*. &c. Hæc Theodoretus.

Tertium crimen Athanaſio objectum.

Calumnia eluitur.

Hoc idem ſummatim ac breviter Athanaſius ipſe apolog. 2 his verbis indicat. *Imo, inquit, & Arſenius, quem divulgaverunt a nobis interfectum eſſe, vivus aſtabat, & eorum ſycophantiam claram evidentemque faciebat*. Quod de occiſo per Athanaſium Arſenio, quem adhuc vivere ipſorum adverſariorum literis divulgatum fuerat, accuſationem iterato reproduxerint, inde acciddiſſe videtur, quod Arſenius vitæ ſuæ timens iterum ſe occultarit. Euſebiani enim eum occidere conati ſunt, quem illi magno ſui honoris & cauſæ detrimento occiſum fuiſſe calumnioſe prædicaverant.

Cur de occiſo Arſenio calumnia reproducta?

Quæ de fractura calicis in hoc conventu acta fuerint, poſt necem Arſenii refutatam, prolixe deſcribuntur epiſtola ſynodali Alexandrini concilii anno Chriſti 339 celebrati: lector, ſi velit, eam ibidem poſitam conſulat.

Calumnia de fracto calice.

Cum itaque adverſarii nihil probarent, omneſque eorum conatus eluderentur, legatos in Ægyptum deſtinant, qui crimina perveſtigent, teſtes conquirant & ſubornent. Quos omnes, eo quod Ariani eſſent, & propter Arianiſmum ſibi palam infenſi, Athanaſius quidem de fide ſuſpectos, adeoque ab eo munere rejiciendos eſſe jure allegavit; ſed fruſtra; nam illi potentia magiſtratuum freti, Theognidem, Marim, Theodorum, Macedonium, Urſacium & Valentem epiſcopos contra omnium orthodoxorum ſententiam delectos ejuſdem cauſæ teſtes ac judices clam emiſerunt.

Qui, & quales teſtes adhibiti.

Qua de re cum & apud ſynodum, & apud Dionyſium comitem diverſis conteſtationum libellis interpoſitis, de quibus infra, diverſi proteſtarentur, proteſtando autem nihil aut parum proficerent, Athanaſius meliora deſperans, e concilio injurioſorum Tyro receſſit, & ad imperatorem profectus eſt, ut de iis quæ in hoc conventu malignantium partim ab Euſebianis, partim a Dionyſio comite, contra omne jus & æquitatem geſta ſunt conquereretur.

Contra examen teſtium variæ proteſtationes & exceptiones oppoſitæ.

Interim legati Alexandriam profecti, favore & opera Philagrii præfecti de criminibus ſacrilegii & homicidii Athanaſio objectis ſic inquiſiverunt, ut teſtes veritatis repulerint, de fide ſuſpectos, perjuros, mendaces ac calumniatores pecunia fortaſſe aut muneribus corruptos dumtaxat admiſerint. De inquirendi & teſtificandi modo plane illegitimo, Alexandrinæ Mareoticæ eccleſiæ presbyteri ac diaconi apud legatos, Philagrium, Tyriamque ſynodum proteſtati ad veram & legitimam ſynodum appellarunt, ſed fruſtra: nam dum legati acta, quæ Mareotica inſcribuntur, per ſummam injuriam ac fraudem perfeciſſent, ſuamque mendaciorum officinam abſolviſſent, ad conciliabulum Tyri redeuntes, ex actis ſpuriis & adulterinis, cum reliquis Euſebianis, Athanaſium abſentem condemnant, epiſcopatu ac communione fidelium privant, & ne Alexandriæ habitet vetant. Joannem autem & Meletianos omnes tamquam injuria affectos in communionem recipiunt: denique ut præmium Iſchyræ pſeudo-presbytero, Athanaſium iniquiſſime accuſaturo promiſſum, ſolvatur, illum pagi ſui epiſcopum nominant, eccleſiamque illi ædificari ab imperatore impetrant. Hæc Athanaſius apolog. 2. Iniquiſſima hac condemnatione pro voto peracta, baſilicam Tyri erectam juſſu Conſtantini ſolito ritu dedicarunt. Euſebius libr. 4. vitæ Conſtantini, cap. 4. & lib. 10. hiſtor. cap. 4. Vide Baron. anno Chriſti 335. per totum, item annis quibuſdam præcedentibus.

EPI-

# EPISTOLA CONSTANTINI

## Ad Catholicos Alexandrinæ eccleſiæ.

*Conſtantinus Maximus Auguſtus populo catholicæ per Alexandriam eccleſiæ.*

A

DIlecti fratres, ſaluto vos invocans Deum, ſummum meæ voluntatis teſtem, & noſtræ legis creatorem, qui omnium vitæ præſidet, & diſcordias odit. Verum quidnam potiſſimum dicam? An ſcilicet nos bene valere? Verum id quidem: ſed multo felicius agere liceret, ſi vos mutuo, excuſſis odiis, amaretis: rixoſorum enim hominum procellis occurrere debemus, quod portus dilectionis a vobis relictus ſit. O rem abſurdam! Vah quantæ quotidie calamitates per invidiam omnia miſcentem exiſtunt! unde fit ut populus Dei infamia laboret. Quo igitur B juſtitiæ fides receſſit, cum tantarum tenebrarum caligine obvolvamur? neque id tam ex errore, qui multiplex eſt, quam malignorum hominum vitiis, dum & propugnatores verecundiæ ſuſtinemus, & eos qui æquitatem & veritatem profligant, etiam cum id ſenſibus noſtris percipiamus, negligendos putemus. Quodnam id genus noſtræ perverſitatis, ſi inimicos non reprehendimus, ſed latrocinio nos comites damus? Unde fit ut viam quamdam ſibi facillime ſtraverit, nemine repugnante, pernicioſſima fraus. Nullusne tandem ſenſus eſt ne pro dotibus quidem communis omnium naturæ, ſi legis præcepta contemnenda duximus? Sed dixerit aliquis: Sal- C tem caritas, prout ductus naturæ eſt, reperitur. Admodum ſcilicet, qui & Dei lege, & bono ingenio inſtructi, toleramus tamen inimicos turbationum & tumultuum facibus quaſi incendia miſcere: idque neque oculis præditi cernimus, neque legis ſententia imbuti ſentimus. Quantus igitur ſtupor noſtram vitam inceſſit, cum noſtrimet tam incurii ſimus, etiam Deo admonente?

*Juſtæ querelæ Conſtantini.*

Quid igitur, num id mediocre aut tolerabile malum eſt? Num pro hoſtibus habendi ſunt? Nonne in domum & populum Dei ante oculos noſtros per ſævitiam debacchantur, & probra jaciunt ſcelerati illi? Jam quanta id cum veſania faciant, vobis ipſis cogitandum re- D linquo. Stulti enim illi in lingua ſua ſitam habent malitiam, plumbeaſque iras ita ſecum circumferunt, ut ſeipſos mutuis vicibus feriant, & nos ſecum ad auctarium ſui ſupplicii abſtrahant. Interim qui recta docet, hoſtis judicatur, qui autem invidiæ vitium præ ſe fert, populum manſuetum (quod minime oportuit) invadit, devaſtat, abſumit, & ſemetipſum ultro corrumpit, gloriatur, extollit, veritatem ſubvertit, & fidem circumvenit, donec ſuæ conſcientiæ cavernam & latibulum quæritando inveniat. Ferocitas igitur agreſtis eos miſeros facit, qui ita temere ſemetipſos, cum indigni ſint, efferant, inclamantes: Hem ſcelera! illene presbyter eſt, E aut ille puer? Mea exiſtimatio attingitur, mihi hoc ipſum debetur, ab illo ablatum eſt. Ego igitur omnibus ſpoliatis pro viribus nocebo. Luculentum inſaniæ tumultum dicas, ſi acies, conciliabula aut comitia iſtorum im-

Κωνσταντῖνος μέγιστος σεβαστὸς, τῷ λαῷ τῷ κατ' Ἀλεξάνδρειαν καθολικῆς ἐκκλησίας.

ΑΓαπητοὶ ἀδελφοὶ, προσαγορεύω ὑμᾶς, ἐπικαλούμενος τὸν Θεὸν τὸν τῆς ἐμῆς βουλήσεως μέγιστον μάρτυρα, καὶ τὸν τοῦ ἡμετέρου νόμου μονογενῆ δημιουργὸν, ὃς καὶ τῆς ζωῆς προκαθέζεται τῶν ἁπάντων καὶ τὰς διχονοίας μισεῖ· πλὴν τί ἂν εἴποιμι ὅτι καλῶς ὑγιαίνομεν, ἀλλ' ἐξῆν καλλίονος ἀπολαῦσαι τῆς εὐρωσίας, εἰ ὑμᾶς αὐτοὺς ἀμοιβαδὶς ἠγαπᾶτε, ἀποσεισάμενοι τὰ μίση, δι' ὧν ταῖς τῶν ἐρεσχηλούντων τρικυμίαις, τὸν λιμένα τῆς ἀγάπης ἐγκαταλείπομεν. φεῦ τῆς ἀτοπίας ταύτης, ὅσα καθ' ἑκάστην ἡμέραν συμπτώματος τοῦ συγκεχυμένου φθόνου κινεῖται. οὕτω πρὸς τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ μετῳκίσθησαν αἱ δυσφημίαι. ποῦ τοίνυν τῆς δικαιοσύνης ἡ πίστις ἀνακεχώρηκεν; ὅπου γε εἰς τοσοῦτον τῇ τοῦ σκότους ἀχλύϊ περιβεβλήμεθα, οὐ μόνον διὰ τὴν πολύπλοκον πλάνην, ἀλλὰ καὶ διὰ τὰ τῶν ἀχαρίστων ἐλαττώματα, τῶν μὲν τὴν ἄνοιαν βραβευόντων ἀνεχόμεθα, τῶν δὲ τὴν ἐπιείκειαν καὶ τὴν ἀλήθειαν διαχρυομένων (?) κινδυνευόντων (?) παρενθυμούμεθα, τί τὸ δεινὸν τοῦτο τῆς ἡμετέρας κακίας: τοὺς ἐχθροὺς οὐκ ἐλέγχομεν, ἀλλ' ἑπόμεθα τῷ λῃστηρίῳ, δι' οὗ ὁδόν τινα ἑαυτῇ ἵν' οὕτως εἴπω, ἡ τῆς ἀπωλείας ἀπάτη μηδενὸς ἀντικειμένου ῥᾳδίως εἰργάσατο. ἆρα οὐδεμία ἐστὶν αἴσθησις, οὐδὲ κατὰ χάριν τῆς κοινῆς ἁπάντων φύσεως, εἴ γε τῶν τοῦ νόμου προσταγμάτων ἠμελήσαμεν; ἀλλ' ἐρεῖ τις, κατὰ φύσιν ἡ ἀγάπη ἐξευρίσκεται, τί οὖν ὅτι ἡμεῖς καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον πρὸς τῇ εὐφυΐᾳ ἔχοντες, ἀνεχόμεθα τῆς ὀχλήσεως καὶ τοῦ θορύβου τῶν ἐχθρῶν πυρσοῖς τισιν ὡς ἔοικεν ἐξαπτομένων. καὶ οὐχ ὁρῶμεν ὀφθαλμοὺς ἔχοντες, οὐδὲ αἰσθανόμεθα, καίτοι ταῖς τοῦ νόμου αἰσθήσεσιν ὄντες πεφραγμένοι, ὁπόση ἄρα πτόησις τὴν ἡμετέραν ζωὴν κατείληφεν, ὅπου γε ἡμῶν ἑαυτῶν οὕτως ἀμελοῦμεν, καὶ ταῦτα ὑπομιμνήσκοντος τοῦ Θεοῦ; εἰπὲ, οὐκ ἔστιν ἀφόρητον τὸ κακόν; οὐ πολεμίους ἡγεῖσθαι προσήκει τούτους; οὐ τὸν οἶκον καὶ τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ, ἐμπαροινοῦσιν ἡμῖν καὶ ἐγκαλοῦσί γε οἱ πανώλεις ἐκεῖνοι καὶ ἐπιπλήσσουσιν ἐκ τῶν ἐναντίων ἡμῖν; μεθ' ὅσης δὲ ἀπονοίας τοῦτο πράττουσιν, ὑμᾶς αὐτοὺς ἐννοεῖν ἀξιῶ. οἱ γὰρ μωροὶ ἐπὶ τῆς γλώττης κειμένην ἔχουσι τὴν κακίαν. οὗτοι γοῦν μολιβδίνας τινὰς ὀργὰς περιφέρονται, ὡς ἑαυτοὺς μὲν κατ' ἀντίδοσιν πλήττειν, ἡμᾶς δὲ πρὸς κέρδος τῆς οἰκείας κολάσεως ἀπάγειν, καὶ ὁ μὲν καλῶς διδάξας, πολέμιος κρίνεται, ὁ δὲ τὴν φθόνου κακίαν προβεβλημένος ἐκεῖνος τὴν τοῦ λαοῦ ἡμερότητι, οὐδὲ ὄντως καταλαμβάνει, πορθεῖ, καταναλίσκει, καὶ ἑαυτὸν κακοθελεῖ, ἐγκωμίῳ κοσμεῖ καὶ συντίθησι, τὴν δὲ ἀλήθειαν ἀνατρέπει καὶ τὴν πίστιν ἀπατᾷ μέχρις οὗ τῷ οἰκείῳ συνειδότι, φωλεὸν καὶ κρυπτηρίαν ἐπιζητήσας εὕρῃ. αὕτη γοῦν αὐτοὺς ἡ σκαιότης ἀθλίους ποιεῖ, ὅταν προπετῶς ἑαυτοὺς ἀναξίους ὄντας ἀποδέχωνται, λέγοντες, φεῦ τῶν κακῶν, ἐκεῖνος πρεσβύτερός ἐστι, καὶ ἐκεῖνος παῖς; ἐμοῦ ἅπτεται ἡ τιμὴ, ἐμοὶ ὀφείλεται, ἐκείνου περιαιρεθῇ, ἐγὼ αὐτοὺς ἐμαυτῷ ἀφαρπάσας ἅπαντας, ἐπ' ἐξουσίας

σίας ἀπολῖσαι πειράσομαι. λαμπρᾶς τῆς μανίας ἐκβάσεις, πράγματα καὶ συλλόγους, ἢ ἵν' οὕτως εἴπω ἀρχιερεσίαν τῶν ἀτόπων τούτων συστημάτων ἰδεῖν. αἱ τῆς ἀπονοίας ἡμῶν ἵν' οὕτως εἴπω, ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, ἀνοίας ἐστὶν ἐπίδειξις. εἶτα, οὐκ αἰδοῦνται; οὐκ αὐτοὶ ἑαυτοὺς ψέγουσιν; οὐδὲ τὰς ψυχὰς δάκνονται, ἵνα νῦν γοῦν καταντικρὺ τῆς ἀπάτης καὶ τῆς ἐρεσχελίας ἄξιόν τι φρονεῖν δόξωσι; βία μόνη ἐστὶ τοῦ φθόνου τοῖς ἰδίοις ἐπερειδομένη φαρμάκοις· οὐδὲν ἴσχυσαν οἱ πονηροὶ κατὰ τοῦ ἐπισκόπου ὑμῶν. ἐμοὶ πιστεύσατε ἀδελφοί, οὐδὲν ἕτερον ἐσπουδάκασιν, ἢ ἵνα καταθλίψαντες τοὺς ἡμετέρους χρόνους, μηδὲ μίαν χώραν ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ μεταμελείας ἔχωσιν. ἐπικουρήσατε τοίνυν ὑμῖν αὐτοῖς, παρακαλῶ· τὸ φίλτρον τὸ ἡμέτερον ἀγαπήσατε; καὶ παντὶ σθένει διώξατε τοὺς τὴν τῆς ἡμετέρας ὁμονοίας χάριν ἀφανίζειν ἐπιθυμοῦντας, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἀπιδόντες, ὑμᾶς αὐτοὺς ἀγαπᾶτε. ἐγὼ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον Ἀθανάσιον, ἀσμένως προσηκάμην, οὕτως τε προσεφθεγξάμην, ὡς ἄνθρωπον αὐτὸν Θεοῦ ὄντα πεπεισμένος. ὑμέτερόν ἐστι ταῦτα συνιέναι, οὐκ ἐμὸν κρίνειν. τὴν γὰρ παρ' ἐμοῦ πρόσρησιν, αὐτὸν Ἀθανάσιον ὑμῖν διακονῆσαι τὸν αἰδεσιμώτατον ἀναγκαῖον ἡγησάμην, ἐννοῶν τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ἐπιεικείας αὐτοῦ, ἥτις οὐκ ἀναξίως τῆς εἰρηνικῆς μου πίστεως, εἰς τὸ ἀγαθὸν τῆς σωτηριώδους γνώμης κατέχεται διαπαντὸς, καὶ ἕξει τὸν προσήκοντα λογισμόν. ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξοι ἀδελφοὶ ἀγαπητοί.

A portuniſſimorum conventuum videas. O noſtram in eccleſiam Dei perverſitatem, ſpectaculumque maligni & dementis animi! Nunquamne tandem pudefient? numquamne ſemetipſi improbabunt? nunquamne in animo morſus ſentient, ut vel nunc ſaltem contra impoſturam & rixam dignum aliquid animo concipiant & ſentire videantur? Vis ſola invidiæ eſt, ſuis fucis & pigmentis innitens. Sed tamen nihil mali iſti adverſus epiſcopum veſtrum potuere. Mihi credite, fratres, nihil aliud ſtudio habent, quam afflictis noſtris temporibus nullum ſibi locum pœnitentiæ in hac vita relinquere.

Ipſi igitur vobiſmetipſis auxilio eſtote: obteſtor caritatem veſtram, ipſi vos invicem diligite, & omni ope pro veſtra concordia iſtos perſequamini qui veſtram concordiæ gratiam demoliri ſtudent: Deumque præ oculis habentes, in mutua caritate conſiſtite. Ego enim epiſcopum veſtrum Athanaſium libenter recepi, eumque ut virum Dei allocutus ſum. Veſtri autem eſt, non mei judicii, ea de re cognoſcere. Quantum autem attinet ad officium ſalutationis, colloquiique cum reverendiſſimo Athanaſio, idoneum eum neceſſariumque arbitratus ſum, qui vobis in ſacris miniſter eſſet; ea eſt hominis in æquitate tuenda ſedulitas: non indigna profecto, nec inepta noſtræ pacificæ religioni, ut quas dotes ſalutaris ſententiæ ſemper foveat, & rationis adhortamenta ſequatur. Deus vos conſervet, dilecti fratres. Hortatur Alexandrinos.

B

C

## EPISTOLA CONSTANTINI

### Ad Nicomedienſes.

*Conſtantinus Auguſtus catholicæ eccleſiæ Nicomedienſium.*

OMnes probe noſtis, fratres dilectiſſimi, Dominum Deum ſcilicet & ſalvatorem Chriſtum, Patrem & filium eſſe: Patrem dico ſine principio, ſine fine parentem ſæculi hujus: Fi-

D lium vero, hoc eſt Patris voluntatem, quæ quidem neque per cogitationem aliquam aſſumpta eſt, neque ad operum ſuorum perfectionem per ſubſtantiam extrinſecus quæſitam accepta: qui enim hoc intelligit, &c. *Extat ſupra* [a] *apud Gelaſium in actis concilii Nicæni lib.* 3. *cap.* 2.

[a] Vide ſupra ſuo loco pag. 919.

## EPISTOLA CONSTANTINI

### Ad Athanaſium.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος μέγιστος σεβαστὸς τῷ πάπᾳ Ἀθανασίῳ.

ΤΟῖς παρὰ τῆς σῆς συνέσεως ἐντυχὼν γράμμασι, ταύτης γνώμης ἐγὼ ἐγενόμην, ὡς ἀντιγράφων τῇ σῇ στερρότητι, προτρέψασθαί σε, ὅπως πρὸς εὐταξίαν καὶ οἶκτον τὸν τοῦ Θεοῦ λαὸν ἄγειν σπουδάσῃς. ταῦτα γὰρ μάλιστα προηγούμενα ἐν τῇ ἐμαυτοῦ ψυχῇ κατέχω, ὡς ἀλήθειαν τὸ ἀσκεῖν, καὶ ἐν τῇ διανοίᾳ δικαιοσύνην ἀεὶ φυλάττειν, καὶ τούτοις μάλιστα χαίρειν, τοῖς ὀρθὸν ὁδὸν τοῦ βίου πορευομένοις· περὶ δὲ ἐκείνων τῶν πάσης ἀρᾶς ἀξίων, τῶν Μελιτιανῶν δηλαδὴ τῶν σκαιοτάτων καὶ ἀθεμίτων, οἵτινες τῇ ἐμπληξίᾳ λοιπὸν ἀπονεναρκήκασι, καὶ μόνον φθόνῳ καὶ ζάλῃ καὶ θορύβοις τὰ ἄτοπα κινοῦσι, τὴν ἀθέμιτον αὐτῶν διάνοιαν ἐπιδεικνύντες, ταῦτα φθέγξομαι. ὁρᾷς γὰρ ὅπως οἱ ἄνδρες οὓς ἐκεῖνοι ξίφει ἀνῃρῆσθαι ἔφασκον, ἐν

*Victor Conſtantinus Maximus Auguſtus papæ Athanaſio.*

E

LITERIS tuæ prudentiæ perlectis, in eam veni ſententiam, ut putarim te reſcriptis noſtris adhortandum, ut populum Dei ad modeſtiam & miſericordiam adduceres. Meo enim in animo hæc inter præcipua habeo, ut & veritatem colam, & in mente ſemper juſtitiam conſervem, iiſque potiſſimum gaudeam, qui recta vitæ via incedunt. De illis autem omni execratione dignis Meletianis immanibus, inquam, & nefariis hominibus, qui quaſi inſania correpti ſtupent, & ſolummodo invidia & æmulatione & tumultibus ad ſcelera motum habent, nefariam ſuam mentem declarantes, iſta mihi dicenda puto. Vides enim homines illos, quos ipſi ferro interfectos ajebant in medio verſari & vita frui. Quo ipſo nullum unquam fuerit gravius

vius præjudicium, quodque tam clare eorum cauſam oneret, quam eos, quos ipſi necatos aſſeverabant, vivere, & luce frui, qui ipſi pro ſe cauſam dicere poſſunt. Deinde & id quoque additum fuit Meletianorum criminibus: te nefario impetu irrumpentem, rapientemque poculum, quod in ſacratiſſimo loco repoſitum erat, confregiſſe: quo ſcelere nullum unquam profecto gravius eſſe poſſet, ſi quidem id ita factum & conteſtatum eſſet.

At quodnam hoc genus criminationis? quæve iſta deſultoria perſonarum transmutatio, & reorum diverſitas, ut nunc in hunc, nunc in alium crimen conferant? quæ res ipſa luce lucidior eſt, ipſos tuæ prudentiæ inſidias tetendiſſe. Denique quis jam deinceps homines iſtos tam multa ad noxam fingentes ſequi velit? maxime cum ipſi ſeipſos in barathrum ducant; cumque in conſpectu ſit, eos fictarum & falſarum rerum accuſatores eſſe. Ut iterum dicam: quis eos ſequi velit, & iter exitii præceps inire, in quo illi ſoli mortalium ſpem ſalutis auxiliique conſtituunt? Si enim pura vellent conſcientia ingredi, & bonæ mentis meminiſſe, & ſanum animum induere, facile intelligerent, nullam ipſis opem a Dei providentia expectandam eſſe, cum ſe talium rerum æmulatores ad ſuam perniciem præbeant. Hanc igitur, quam denuncio, non aſperitatem, ſed ſeveritatem jure appellavero.

Poſtremo etiam illud adjungimus, ut operam des, quo iſta quæ ſcripſimus ſubinde ad populum recitentur; ut res ad omnium notitiam veniat; & præcipue ut illi qui ita agunt, & ad iſtum modum converſantur, reſipiſcere poſſint, quod iſta quæ nunc a nobis emendationis cauſa dicuntur, re ipſa & factis demonſtrabuntur vera eſſe. Jam cum in hoc negotio tanta ſit malitiæ importunitas, certum habeant, me ita decreviſſe, atque hujus eſſe ſententiæ: ſi quid tale iterum moverint, non pro more eccleſiarum, ſed pro legibus publicis memet meapte opera cauſæ cognitionem ſuſcepturum: ac deinde cognoſcent, ſe non ſolum humani generis, ſed etiam divinæ diſciplinæ latrones eſſe. Deus te ſervet, frater dilecte.

A μίσους νῦν εἰσὶ καὶ τῆς ζωῆς ἀπολαύουσι. πρὸς δὴ ταῦτα τί ἂν γένοιτο πρόχειμα χεῖρον, οὕτω φανερῶς καὶ σαφῶς ἐπιφερόμενον τῇ ἐκείνων δίκῃ, ἢ τὸ τούτους οὓς ἀνῃρῆσθαι ἔλεγον, ζῆν τε καὶ τοῦ βίου ἀπολαύειν, οἵτινες δηλονότι καὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν φθέγξασθαι δυνήσονται; προσέκειτο δὲ τοῖς παρὰ τῶν Μελιτιανῶν ἐκείνων καὶ τοῦτο. διεβεβαιοῦντο γὰρ ἀθεμίτως, ὁρμῇ ἐπεισελθόντα σε καὶ ἁρπάσαντα ποτήριον ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ ἀποκείμενον τόπῳ, κεκλακέναι, οὗ πράγματος ἀληθῶς οὐδὲν μεῖζον ἦν ἔγκλημα οὔτε τηλικοῦτον ἀτόπημα, εἰ τοῦτο οὕτως πεπρᾶχθαι καὶ ἡμαρτῆσθαι συνέβαινεν. Ἀλλὰ γὰρ τίς ἡ κατηγορία αὕτη; τίς δὲ ἡ μετάβασις καὶ ποικιλία τοῦ πράγματος; ὡς νῦν εἰς ἕτερον πρόσωπον τὴν κα- B τηγορίαν τοῦ ἐγκλήματος τούτου μετάγειν, ὅπερ δηλονότι πρᾶγμα, αὐτοῦ τοῦ φωτός ἐστιν ὡς εἰπεῖν τηλαυγέστερον, ὅτι τῇ σῇ συνέσει ἐπιβουλεῦσαι ἐσπούδαζον; μετὰ δὴ ταῦτα, τίς ἂν ἐκείνοις τοῖς ἀνθρώποις τοσαῦτα εἰς βλάβην ἀναπλασαμένοις, ἀκολουθῆσαι ἐθελήσειεν; ὅταν μάλιστα αὐτοὶ ἑαυτοὺς εἰς ὄλεθρον ἄγωσι, καὶ συνορῶσιν ὅτι πεπλασμένων καὶ ψευδῶν πραγμάτων εἰσὶ κατήγοροι· ὡς ἔφην τοίνυν, τίς ἂν ἐκείνοις ἐξακολουθήσειε, καὶ εἰς τὴν ὁδὸν τῆς ἀπωλείας, ἐξ ἴσης ἀπέλθοι; εἰς ἐκείνην δηλαδὴ εἰς ἣν ἐκεῖνοι μόνοι τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας καὶ τῆς ἐπικουρίας ἔχειν οἴονται. εἰ γὰρ βούλοιντο ἐπὶ καθαρὰν ἐλθεῖν συνείδησιν, καὶ ὑπομνησθῆναι τῆς ἀρίστης γνώμης, καὶ ἐπὶ τὴν ὑγιαίνουσαν ἐλθεῖν C διάνοιαν, ῥᾳδίως γνώσονται, οὐδὲ μίαν αὐτοῖς ὑπάρχειν ἐπικουρίαν παρὰ τῆς προνοίας, ἐπειδήπερ τοιούτων εἰσὶ ζηλωταὶ καὶ ἐπὶ τῷ οἰκείῳ ὀλέθρῳ πειράζονται. ταύτην δὴ οὖν οὐ τραχύτητά τινα, ἀλλὰ ἀλήθειαν δικαίως ἂν εἴποιμι. τὸ τελευταῖον δὲ καὶ τοῦτο προστίθημι, ὅπερ βουλόμεθα δημοσίᾳ παρὰ τῆς σῆς συνέσεως πολλάκις ἀναγνωσθῆναι ταῦτα. ὡς ἂν ἐντεῦθεν εἰς τὴν ἁπάντων γνῶσιν ἔλθοι, καὶ μάλιστα εἰς τὴν ἐκείνων ἀφικέσθαι δυνηθείη, οἵτινες οὕτω πράττουσιν, οὕτως ἀναστρέφουσιν, ὡς ταῦτα ἅπερ παρ᾽ ἡμῶν διορθείας λέγεται λόγῳ, τῇ τῆς ἀληθείας εἰρῆσθαι πράξει. ἐπειδὴ τοίνυν ἐν τούτῳ τῷ πράγματι τηλικοῦτόν ἐστιν ἀτόπημα γινωσκέτωσαν οὕτω με κεκρικέναι, καὶ ταύτης εἶναι τῆς προαιρέ- D σεως, εἴ τι τοιοῦτον κινοῖεν, μηκέτι λοιπὸν κατὰ τοὺς τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ κατὰ τοὺς δημοσίους νόμους, αὐτόν με δι᾽ ἐμαυτοῦ, τῶν πραγμάτων ἀκροασόμενον, καὶ λοιπὸν εὑρήσοντα αὐτούς, ὅτι μὴ μόνον κατὰ τοῦ ἀνθρωπίνου γένους λῃσταί τινες ὄντες, ἀλλὰ γὰρ καὶ κατ᾽ αὐτῆς τῆς θείας διδασκαλίας φαίνονται. ὁ Θεός σε διαφυλάξει ἀδελφὲ ἀγαπητέ.

## EPISTOLA ALEXANDRI THESSALONICENSIS EPISCOPI AD ATHANASIUM.

### Gratulatur de victoria contra Euſebianos.

*Domino dilecto filio & unanimi ſuo in ſacris collegæ Athanaſio Alexander epiſcopus in domino ſalutem.* E

CONGRATULOR optimo Serapioni ita ſe ſacris moribus exornare ſatagenti, & patris memoriam laudabiliorem efficienti. Conſummatus eſt enim ille (ut alicubi dicit ſcriptura ſacra) & non mortuus eſt: reliquit enim vitæ ſuæ monumentum. Quo

Κυρίῳ ἀγαπητῷ υἱῷ καὶ ὁμοψύχῳ συλλειτουργῷ Ἀθανασίῳ Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΣΥγχαίρω τῷ βελτίστῳ Σαραπίωνι, οὕτως ἱεροῖς αὐτὸν ἤθεσι κοσμεῖν ἀγωνιζομένῳ, καὶ τήν τε τοῦ πατρὸς μνήμην ἐγκωμιαστικώτερον ἐπαύξοντι. ἐτελεύτησε γὰρ ὥς που ἱερά φησι γραφή, ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀπέθανε· κατέλιπε γὰρ τῷ βίῳ μνημόσυνον.

ὅπως

ὅπως μετὰ ὧν διακείμεθα περὶ τὸν μνήμης ἄξιον σώζοντα. ἀλλ' αὐτὸς ἀγνοεῖς δέσποτα, τὴν περὶ ἐκεῖνον ἱερὰν μνήμην, καὶ τὴν προσοῦσαν τῷ νεωτέρῳ ἐπιείκειαν, μίαν μόνην τὴν διὰ τοῦ νεωτέρου τούτου δεξάμενος παρὰ τῆς σεμνότητός σου ἐπιστολήν· ἐδήλωσα οὖν σοι αὐτὸ τοῦτο, ἵν' εἰδέναι ἔχῃς δέσποτα. ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν καὶ συνδιάκονος Μακάριος, εὔφρανέ με ἀπὸ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως γράψας, ὅπως Ἀρχὰφ ὁ συκοφάντης ἠσχημόνησε, τὸν ζῶντα ὡς φονευθέντα παρὰ πᾶσι κηρύξας. ὅτι γὰρ τὴν ἐπὶ τοῖς τολμηθεῖσιν αὐτῷ ἀξίαν εἰς πρᾶξιν κομιεῖται παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ μετὰ τοῦ ὁμοζύγου σίφωνος, αἱ ἀψευδεῖς ἀναφωνοῦσι γραφαί. ὁ τῶν ὅλων διατηροίη σε ἐπὶ μήκιστον δεσπότης, κύριε πάντων χάριν, χρηστότατε.

A igitur nos affectu eſſe erga eum, qui ita virum memoria dignum in ſe conſervat, exiſtimas? cum tu, domine, & ſacram ejus viri memoriam, & recentioris humanitatem cognitam habeas, per quem unam ſolum a tua reverentia epiſtolam accepi? Significavi igitur hoc ipſum tibi, ut ſcire poſſis, domine, dilectum noſtrum condiaconum Macarium, literis Conſtantinopoli huc ad me miſſis ingenti me gaudio affeciſſe, cum mihi ſcriptis ſuis referret opprobrium dedecuſque Archaphis ſycophantæ de calumnia convicti, quod hominem vivum quaſi interfectum ſermonibus apud omnes divulgaſſet. Condignam autem eum ſua audacia mercede B dem a juſto judice cum ſua cohorte relaturum eſſe ſacræ literæ mentiendi neſciæ ſatis prædicant. Omnium dominus te virum optimum quam diutiſſime conſervet.

## EPISTOLA ARSENII POENITENTIAM AGENTIS ET AD ECCLESIÆ COMMUNIONEM recipi petentis.

Ἀθανασίῳ Μακαρίῳ πάπᾳ, Ἀρσένιος ἐπίσκοπος τῆς ποτὲ ὑπὸ Μελίτιον τῆς Ὑψηλιτῶν πόλεως, ἅμα πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, ἐν κυρίῳ πλεῖστα χαίρειν.

C *Athanaſio beatiſſimo pontifici Arſenius epiſcopus civitatis Hypſelitarum, cui aliquando præfuit Meletius, una cum presbyteris & diaconis in Domino ſalutem plurimam dicit.*

ΚΑΙ ἡμεῖς ἀσπαζόμενοι τὴν εἰρήνην καὶ ἕνωσιν πρὸς τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν, ἧς σὺ κατὰ χάριν Θεοῦ προΐστασαι, προῃρημένοι τε τῷ ἐκκλησιαστικῷ κανόνι κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον ὑποτάσσεσθαι, γράφομέν σοι, ἀγαπητὲ πάπα, ὁμολογοῦντες ἐν ὀνόματι κυρίου τοῦ λοιποῦ μὴ κοινωνήσειν τοῖς ἔτι σχίζουσι, καὶ μηδέπω εἰρηνεύουσι πρὸς τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν, ἐπισκόποις τε καὶ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, μήτε συνθέσθαι αὐτοῖς βουλομένοις τι ἐν συνόδῳ, D μήτε γράμματα εἰρηνικὰ ἀποστέλλειν, μήτε δέξασθαι παρ' αὐτῶν, μὴ δ' αὖ δίχα γνώμης σοῦ τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου, ὅρον τινὰ ἐκφέρειν περὶ ἐπισκόπων, ἢ περὶ δόγματος ἑτέρου κοινοῦ ἐκκλησιαστικοῦ· ἀλλ' εἴκειν πᾶσι τοῖς προτετυπωμένοις κανόσι καθ' ὁμοιότητα τῶν ἐπισκόπων Ἀμμωνιανοῦ καὶ Τυράννου, καὶ Πλουσιανοῦ καὶ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων. πρὸς ταῦτα δὲ ἀξιοῦμεν τὴν χρηστότητα, ἀντιγράψαι μὲν ἡμῖν διὰ τάχους, ὡσαύτως τε καὶ τοῖς συλλειτουργοῖς περὶ ἡμῶν, ὅτι ἐμμένομεν ἤδη ἐπὶ τοῖς προειρημένοις ὅροις, εἰρηνεύσαντες πρὸς τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἑνωθέντες τοῖς συλλειτουργοῖς ἐπὶ τῶν τόπων. E πιστεύομεν δὲ ὡς εὐχαί σου ἐνεργήσουσιν εὐπρόσδεκτοι οὖσαι, ὥστε τὴν τοιαύτην εἰρήνην βεβαίαν καὶ ἀδιάλυτον εἶναι μέχρι τέλους, κατὰ τὸ βούλημα τοῦ δεσπότου τῶν ἁπάντων Θεοῦ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. τὸ ὑπό σε ἱερατεῖον, ἡμεῖς, καὶ οἱ σὺν ἡμῖν, προσαγορεύομεν, ὅσον δὲ οὔπω, Θεοῦ ἐπιτρέποντος, ἀπαντήσομεν πρὸς τὴν σὴν χρηστότητα. Ἀρσένιος ἐρρῶσθαί σε εὔχομαι ἐν κυρίῳ πολλοῖς χρόνοις, μακαριώτατε πάπα.

Et nos quoque diligentes pacem & unanimitatem cum eccleſia catholica, cui tu per Dei gratiam præfectus es, volenteſque eccleſiaſtico canoni pro veteri inſtituto ſubjici, ſcribimus tibi, pontifex dilecte, promittimuſque in nomine domini, nos deinceps non communicaturos cum ſchiſmaticis, aut cum iis quibus nondum pax eſt cum eccleſia catholica, ſive epiſcopi ſint, ſive presbyteri, ſive diaconi: neque cum illis in concilio coituros, neque literas pacatas ad eos daturos, neque invicem ab illis accepturos, neque citra tuam metropolitani epiſcopi ſententiam, ullum de epiſcopis aut alio dogmate communi & eccleſiaſtico decretum edituros, ſed ceſſuros canonibus ante ſuſceptis, ad exemplar & modum epiſcoporum Ammoniani, Tyranni, Pluſiani & reliquorum epiſcoporum. Præterea obſecramus tuam humanitatem, ut nobis quamprimum reſcribas, & de nobis ad noſtros in ſacris collegas: indiceſque nos jam ſtare priſtinis decretis, pacemque agere cum eccleſia catholica, & regionum iſtarum epiſcopis conjunctos eſſe: credimuſque tuis precibus, ut gratis & efficacibus apud Deum, iſtam pacem firmam indiſſolubilemque perpetuo futuram ſecundum Dei voluntatem domini omnium per Jeſum Chriſtum dominum noſtrum. Totum cœtum ſacrorum virorum, qui ſub tua juriſdictione eſt, nos & qui nobiſcum ſunt ſalutamus, &, cum primum Deus permiſerit, excurram ad tuam humanitatem. Valere te exopto multis temporibus, pontifex beatiſſime.

# EPISTOLA CONSTANTINI
## DE SYNODO TYRI CELEBRANDA.

[2] *Victor Conſtantinus Maximus Auguſtus ſanctæ* A *ſynodo congregatæ in urbe Tyro.*

FUISSET plane conſentaneum, & his tam proſperis temporibus maxime accommodatum, ut careret omni probro eccleſia catholica, & Chriſti ſervi ab omni nota jam penitus caruiſſent infamiæ. Sed quoniam nonnulli improbæ contentionis furore ſtimulati, ac (ne quid gravius dicam) vitam ſua profeſſione indignam agentes, omnia turbare & miſcere conati ſunt; quod ſcelus ſuper omnem calamitatem mihi ſane poſitum eſſe videtur; propterea vos ſponte, ut aiunt, currentes adhortor, ut nulla interpoſita mora, in unum locum confluentes, ſynodum inſti- B tuatis, & egentibus opem feratis, periclitantibus fratribus medicinam adhibeatis, divulſa membra ad concordiam revocetis, errata omnia interea emendetis, dum tempus adhuc patitur: ut tot ac tantis provinciis convenientem concordiam reſtituatis, quam, proh ſcelus! paucorum hominum evertit arrogantia. Hoc enim Deo ac Domino totius hujus univerſitatis gratum, & nobis præ omnibus votis optabile, ac vobis ipſis, ſi quidem concordiam & pacem revocaveritis, magnæ gloriæ, omnium mortalium judicio conſenſuque futurum, plane arbitror. Nolite igitur cunctari, ſed acerrimo ſtudio his, quibus decet, terminis præſentes controverſias definite: ut pote qui cum omni puritate & fide conveniſtis, quam in omni cœtu prope clariſſima voce Salvator noſter, cui ſervimus, C in primis flagitat. Nihil vero, quod eſt noſtrarum partium, noſtræque prudentiæ, deeſt: nam quæ litteris mihi veſtris ſignificaſtis, omnia curavi: ſcripſi ad quos volebatis epiſcopos, ut veſtras curas & ſolicitudines præſentia & laboribus ſuis adjuvarent.

Miſi etiam Dionyſium Exconſularem, ut omnium rerum gerendarum eos admoneat qui veſtræ ſynodo adeſſe debent: maxime vero, ut idem animadverſor ſit & cuſtos conſervandæ æquabilitatis & ordinis. Quod ſi quis, quod equidem non futurum arbitror, rejecto & ſpreto mandato noſtro adeſſe noluerit, delegabimus aliquem, qui regia il- D lum auctoritate in exilium ejectum docebit, hominem minime decere ſummi Imperatoris præceptionibus ad tuendam veritatem editis repugnare. De cetero veſtræ ſanctitatis partes ſunt, non odio, vel gratia ulla, ſed conſentientibus ſtudiis, ſecundum eccleſiaſticam & apoſtolicam regulam, omnibus erratis errore aliquo admiſſis propriam curationem adhibere: ut omni probro eccleſiam liberetis, & meas curas allevetis, & rebus turbatis per vos conſtitutis maximam vobis ipſis gloriam comparetis. Deus vos conſervet, fratres dilecti.

Epiſtolam ſynodicam concilii Hieroſolymitani, qua continentur acta hujus concilii, infra habes, eodem concilio.

[1] Κωνσταντῖνος σεβαστός, τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ κατὰ Τύρον.

ΗΝ μὲν ἴσως ἀκόλουθον καὶ τῇ τῶν καιρῶν εὐημερίᾳ μάλιστα πρέπον ἀστασίαστον εἶναι τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν καὶ πάσης λοιδορίας τοὺς τοῦ Χριστοῦ νῦν ἀπηλλάχθαι θεράποντας. ἐπειδὴ δὲ οὐχ ὑγιοῦς φιλονεικίας οἴστρῳ τινὲς ἐλαυνόμενοι, οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι βιοῦντες ἑαυτῶν ἀναξίως, τὰ πάντα συγχέειν ἐπιχειροῦσιν, ὅπερ πάσης συμφορᾶς ἐπέκεινα κεχωρηκέναι μοι δοκεῖ. τούτου χάριν θέοντας ὑμᾶς, τὸ τοῦ λόγου, προτρέπομαι χωρὶς τινὸς ὑπερθέσεως εἰς ταυτὸ συνδραμεῖν, καὶ πληρῶσαι τὴν σύνοδον, ἐπα- B μῦναι τοῖς χρῄζουσιν ἐπικουρίας, τοὺς ἀδελφοὺς ἰατρεῦσαι κινδυνεύοντας, εἰς ὁμόνοιαν ἐπαναγαγεῖν τὰ διεστῶτα τῶν μελῶν, διορθώσασθαι τὰ πλημμελούμενα ὡς καιρὸς ἐπιτρέπει ἵνα ταῖς τοσαύταις ἐπαρχίαις τὴν πρέπουσαν ἀποδῶτε συμφωνίαν, ἣν φεῦ τῆς ἀτοπίας, ἐλαχίστων ἀνθρώπων ἀπώλεσεν ὑπεροψία. ὅτι δὲ τοῦτο καὶ τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων Θεῷ ἐστὶν ἀρεστόν, καὶ ἡμῖν πάσης εὐχῆς ὑπέρτερον, καὶ ὑμῖν αὐτοῖς ἐάν γε τὴν εἰρήνην ἐπικαλέσησθε, οὐ τῆς γε τυχούσης ἄξιον εὐδοξίας, ἅπαντας ἀνθρώπους συνομολογεῖν ἡγοῦμαι. μὴ τοίνυν μέλλετε λοιπόν, ἀλλ᾽ ἐπιτείναντες ἐντεῦθεν ἤδη τὰ τῆς προθυμίας, τοῖς προκειμένοις ὅρον ἐπιθεῖναι σπουδάσατε τὸν προσήκοντα, μετὰ πάσης εἰλικρινείας δηλαδὴ καὶ πίστεως συνελθόντες, ἣν ἑκάστου μονονουχὶ φωνὴν ἀφιεὶς ὁ σωτὴρ ἐκεῖνος ᾧ λατρεύο- C μεν, ἀπαιτεῖ μάλιστα. παρ᾽ ἡμῶν δὲ οὐδὲν τῶν εἰς τὴν ἐμὴν εὐλάβειαν ἡκόντων ἐνδεήσει. πάντα μοι πέπρακται ὅσα γράφοντες ἐδηλώσατε. ἀπέστειλα (οὓν) πρὸς οὓς ἐβουλήθητε τῶν ἐπισκόπων, ἵνα παραγενόμενοι, κοινωνήσωσιν ὑμῖν τῶν φροντισμάτων. ἀπέστειλα Διονύσιον τὸν ἀπὸ ὑπατικῶν, ὃς καὶ τοὺς ὀφείλοντας εἰς τὴν σύνοδον ἀφικέσθαι μεθ᾽ ὑμῶν ὑπομνήσει. καὶ τῶν πραττομένων, ἐξαιρέτως δὲ τῆς εὐταξίας κατάσκοπος παρέσται. ἐὰν γάρ τις, ὡς ἔγωγε οὐκ οἶμαι, τὴν ἡμετέραν κέλευσιν καὶ νῦν διακρούσασθαι πειρώμενος μὴ βουληθῇ παραγενέσθαι, ἐντεῦθεν παρ᾽ ἡμῖν ἀποσταλήσεται, ὃς ἐκ βασιλικοῦ προστάγματος αὐτὸν ἐκβαλών, ὡς οὐ προσῆκον ὅροις αὐτοκράτορος ὑπὲρ τῆς ἀληθείας D ἐξενεχθεῖσι μὴ ἀντιτείνειν διδάξει. λοιπὸν ἔσται τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος ἔργον ὁμογνώμονι κρίσει, μήτε πρὸς ἀπέχθειαν, μήτε πρὸς χάριν, ἀκολούθως δὲ τῷ ἐκκλησιαστικῷ καὶ ἀποστολικῷ κανόνι, τοῖς πλημμεληθεῖσιν, εἴτ᾽ οὖν κατὰ σφάλμα συμβεβηκόσι, τὴν ἁρμόττουσαν θεραπείαν ἐπινοῆσαι ἵνα καὶ πάσης βλασφημίας ἐλευθερώσητε τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὰς ἐμὰς ἐπικουφίσητε φροντίδας, καὶ τὴν τῆς εἰρήνης χάριν τοῖς νῦν στασιαζομένοις ἀποδόντες, μεγίστην εὔκλειαν ὑμῖν αὐτοῖς προξενήσητε. ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάττει ἀδελφοὶ ἀγαπητοί.

EPI-

1 Ex Euſebio lib. 4. de vita Conſtantini cap. 42. & Theodoreto lib. 1. cap. 29. De hac ſynodo vide præterea Socratem lib. 1. cap. 27. & ſequentibus: item Sozom. lib. 2. cap. 24. & Epiphanium hæreſ. 68. num. 7. *Hard.*
2 Hanc Chriſtophorſoni verſionem cum Harduino recognitam damus.

# EPISTOLA SIVE LIBELLUS

## Synodo Tyriæ oblatus a quadraginta ſeptem orthodoxis Ægypti epiſcopis, qui cum Athanaſio Tyrum venerant ex Ægypto.

[2] Τοῖς ἐν Τύρῳ συνελθοῦσιν ἐπισκόποις, κυρίοις τιμιωτάτοις, οἱ ἀπ' Αἰγύπτου σὺν Ἀθανασίῳ ἐλθόντες τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Οὐκέτι νομίζομεν τὴν συσκευὴν ἄδηλον εἶναι, τὴν παρὰ τῶν περὶ Εὐσέβιον καὶ Θεόγνιον καὶ Μάριν, καὶ Νάρκισσον, καὶ [3] Θεόφιλον, καὶ Πατρόφιλον ἡμῖν γενομένην, καὶ κατ' ἀρχὴν [4] μὲν παρῃτούμεθα πάντες διὰ τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἀθανασίου, παρόντων αὐτῶν, τὴν ἀκρόασιν γενέσθαι. εἰδότες ὅτι καὶ ἑνὸς μόνου ἐχθροῦ παρουσίᾳ μήτιγε πολλῶν, ταράττειν καὶ βλάπτειν δύναται τὴν ἀκρόασιν. οἴδατε γὰρ καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ τὴν ἔχθραν αὐτῶν, ἣν οὐ πρὸς ἡμᾶς μόνον ἐσχήκασιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς πάντας τοὺς ὀρθοδόξους, ὅτι διὰ τὴν Ἀρείου μανίαν, καὶ τὴν ἀσεβῆ διδασκαλίαν ἐκείνου, κατὰ πάντων ἐπιφύονται καὶ πᾶσι συσκευάζονται, ἐπειδὴ δὲ θαρροῦντες ἡμεῖς τῇ ἀληθείᾳ δεῖξαι τὴν συκοφαντίαν τὴν κατὰ τῆς ἐκκλησίας ὑπὸ τῶν Μελιτιανῶν γενομένην ἠθελήσαμεν, οὐκ οἴδαμεν πῶς οἱ περὶ Εὐσέβιον ταράττειν τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα, ἐπειρῶντο. καὶ ἐπὶ πολὺ ἐσπούδαζον τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα ἐκβάλλεσθαι, τοῖς μὲν ἀκεραίως δικάζουσιν ἀπειλοῦντες, τοὺς δὲ καὶ ὑβρίζοντες, μόνον ἵνα τὸ καθ' ἡμῶν σπουδαζόμενον αὐτοῖς γένηται, καὶ ἴσως ἡ ἔνθεος ὑμῶν εὐλάβεια κύριοι τιμιώτατοι, ἠγνόει τὴν γενομένην παρ' αὐτῶν συσκευήν. ἀλλὰ νῦν νομίζομεν, φανερὰν γεγενῆσθαι αὐτήν. ἰδοὺ γὰρ φανερῶς αὐτοὶ τὴν συσκευὴν ἐνεδείξαντο, τοὺς γὰρ ἐξ αὐτῶν ὑποπτευομένους, ἀποστεῖλαι ἠθέλησαν εἰς τὸν Μαρεώτην, ἵνα ἀπόντων ἡμῶν καὶ ἐνταῦθα μενόντων, τοὺς λαοὺς ταράξωσιν, ἃ δὲ βούλονται, διαπράξωνται. εἶδον γὰρ ὅτι οἱ Ἀρειομανῖται καὶ Κολλουθιανοὶ, καὶ Μελιτιανοὶ, ἐχθροὶ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας εἰσὶ, διὰ τοῦτο ἐσπούδασαν ἀποστεῖλαι τούτους, ἵνα παρόντων ἐχθρῶν, καττύσωσι, καθ' ἡμῶν ἃ βούλονται, καὶ γὰρ οἱ ἐνταῦθα τῶν Μελιτιανῶν, ἀπέστειλαν [5] ἐξ αὐτῶν τινὰς, καὶ πρὸ τεσσάρων μὲν ἡμερῶν, ὥσπερ εἰδότες τοῦτο τὸ σκέμμα γιγνόμενον ἔσεσθαι, καὶ ἑσπέραν δὲ βηριδαρίους πρὸς τὸ καὶ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου Μελιτιανοὺς συναγαγεῖν εἰς τὴν Μαρεώτην, διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐκεῖ μηδένα καθόλου, καὶ Κολλουθιανοὺς, καὶ Ἀρειομανίτας ἀπὸ ἄλλων τόπων, καὶ καττύσαι καθ' ἡμῶν αὐτοὺς λέγειν. οἴδατε γὰρ καὶ ὑμεῖς, ὅτι αὐτὸς Ἰσχύρας ὡμολόγησεν ἐφ' ὑμῶν, οὐ πλέον ἑπτὰ συναγομένων ἔχειν. ἐπεὶ οὖν μετὰ τὸ αὐτοὺς κατασκευάσαι ὅπερ βούλονται, καὶ ἀποστεῖλαι τοὺς ὑπόπτους, ἠκούσαμεν, ὅτι καθ' ἕκαστον ὑμῶν περιερχόμενοι ἀπαιτοῦσιν ὑπογραφὴν, πρὸς τὸ δοκεῖν τῇ πάντων ὑμῶν σκέψει γεγενῆσθαι, τούτου ἕνεκεν γράψαι ὑμῖν ἠπείχθημεν, καὶ ἐπιδοῦναι τόδε τὸ μαρτύριον. μαρτυρόμενοι μὲν ὅτι συσκευαζόμεθα καὶ πάσχομεν ὑπ' αὐτῶν καὶ δι' αὐτῶν ἐπιβουλὴν, ἀξιοῦντες δὲ ὅπως ἐν νῷ λαβόντες τὸν Θεοῦ φόβον, καὶ καταγνόντες ὅτι χωρὶς ἡμῶν ἀπέστειλαν οὓς ἠθέλησαν, μὴ ὑπογράψητε, ἵνα μὴ ἅπερ αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς καττύουσι, ταῦτα ὡς παρ' ὑμῶν γιγνόμενα λέγω-

A [1] *Epiſcopis Tyri congregatis, dominis honoratiſſimis, hi qui cum Athanaſio ex Ægypto ad Concilium convenere, in Domino ſalutem plurimam.*

NON arbitramur ulterius occultam eſſe Euſebii, Theognii, Maris, Narciſſi, Theophili, & Patrophili, conſpirationem in nos conflatam. Principio quidem omnes reclamabamus per comminiſtrum noſtrum Athanaſium, ne illis præſentibus cauſæ cognitio haberetur: quod exploratum nobis eſſet, vel unius inimici præſentia, nedum plurimorum, judicia turbari, & lædi poſſe. Neque vobis in occulto eſt odium eorum, non ſo- B lum in nos, ſed & in omnes orthodoxos: & quantum ob Arii furorem, & zelo impiæ ejus doctrinæ in omnes inſurgant, & adverſus omnes conſpirent. Hic tamen nos veritate freti, ubi Meletianorum calumnias refellere cuperemus, neſcio quibus artibus Euſebiani dicta a nobis interturbare ſtuduerunt, id agentes totis viribus, ut noſtra dicta rejicerentur; nunc ſincere judicantibus interminantes, nunc etiam nonnullis contumeliam inferentes, non alio ſcopo, quam ut ſui forent contra nos propoſiti compotes. Fortaſſe divina veſtra religio, Domini honoratiſſimi, per id temporis ignorabat eorum conſpirationem, quam nunc putamus vobis eſſe C conſpicuam; nam ſuam ipſi machinationem prodidere. Quotquot enim ex toto grege ſuſpecti maxime erant, in Mareoten miſerunt, ut nobis abſentibus, & hic manentibus, populos perturbent, & ea perficiant quæ velint. Norunt enim Ariomanitas, Colluthianos, & Meletianos hoſtes catholicæ eccleſiæ eſſe: ideoque hos potiſſimum emittere ſtuduerunt, ut præſentibus inimicis quas volunt adverſum nos molitiones ſtruerent. Certe Meletiani, qui a hic verſantur, ante quatriduum, quaſi certi eſſent hanc perquiſitionem in Concilio faciendam eſſe, quoſdam ex ſuis veſperi per veredarios ablegarunt, qui Meletianos etiam ex Ægypto in Mareoten, cum D ibi nulli eſſent, convocarent, eodemque Colluthianos & Ariomanitas ex aliis locis contraherent, quos inſtruerent de calumniis in nos conferendis. Memores enim eſtis ipſum Iſchyram confeſſum eſſe coram vobis, non plures ſe habere quam ſeptem communicantes.

a Tyri nimirum.

Protestatio orthodoxorum

Quando igitur poſt has machinationes ſuas, poſt ſubmiſſos ab illis viros ſuſpectos, audivimus eos uniuſcujuſque veſtrum ſubſcriptionem ambire ac poſtulare, ut omnium veſtrum ſententia res geſta fuiſſe poſſit videri: ideo nos & ad iſta ſcribenda adducti ſumus, & ad teſtimonium reddendum. Conteſtamur enim conjurationes inſidiaſque, quas & ab E illis & per illos patimur: oramuſque ut ſuſce-



1 Petri Nannii verſio eſt, ut & ſequentium, quæ ex Athanaſio hic deſcribuntur, ſed recognita, prout exhibetur ab Harduino, e quo etiam ſequentes notas, variantesque lectiones e codice MS. Bibl. Regiæ deprompias deſumpſimus. 2 Hæc & ſequentes ſex Epiſtolæ ex Athanaſio in apologia ſecunda contra Arianos. 3 In Reg. MS. Θεόφωρον, ut in Epiſtola proxime ſubſequente. 4 In Reg. MS. μὲν γάρ. 5 Reg. MS. ἐξ ἑαυτῶν.

ſcepto Dei timore, indignanteſque quod nobis inconſultis illos miſerunt, quos ipſis libuit mittere, abſtineatis a ſubſcriptione; ne quæ ipſi inter ſe machinantur, ea tamquam vobis auctoribus facta jactitent. Decet enim homines Chriſtianos non humana reſpicere, ſed veritatem omnibus anteponere. Ne vero minas, quas omnibus intentant, ſed potius Deum timete. Nam par erat, ſi quidem legati Mareoten mittendi fuerant, nos quoque ſimul intereſſe ad hoſtes eccleſiæ coarguendos, extraneoſque indicandos: ſic enim cauſæ ſincera diſquiſitio haberetur. Scitis enim Euſebianos dolo curaviſſe epiſtolam reddi, quaſi a Colluthianis, Meletianis & Arianis contra nos ſcriptam: neque ignota res eſt, hoſtes catholicæ eccleſiæ nihil veri de nobis, ſed omnia infeſta locuturos. Lex autem Dei inimicum neque teſtem neque judicem eſſe vult. Reliquum eſt igitur, ut tamquam in die judicii rationem redditun, accepta hac noſtra proteſtatione, certique fraudis adverſus nos inſtitutæ, noſtriſque precibus mature admoniti, caveatis quidquam contra nos facere, aut Euſebianorum conſilium adjuvare. Scitis enim, quemadmodum ſuperius diximus, eos noſtros inimicos eſſe; & cur ab anno ſuperiore Euſebius Cæſarienſis odium in nos ſuſceperit. Valere vos optamus, Domini deſideratiſſimi.

A σι, κ̀ γὰρ πρέπει τοὺς ἐν Χριςῷ ἀνθρώπους, μὴ εἰς ἀνθρώπινα βλέπειν, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν πάντων [1] ὑποκρίνειν, κ̀ μήτε ἀπειλὴν, ἧ χρῶνται πρὸς πάντας, μήτε συσκευὴν φοβηθῆτε, ἀλλὰ μᾶλλον τ̃ Θεόν. ἔδει γὰρ εἴπερ ὅλως ἀκόλουθον εἰς τὴν Μαρεώτην ἀποςαλῆναι, κ̀ ἡμᾶς συμπαρεῖναι, ἵνα τοὺς μὲν ἐχθροὺς τῆς ἐκκλησίας ἐλέγξωμεν, τοὺς δὲ ξένους ἀποδείξωμεν. κ̀ καθαρὰ τοῦ πράγματος ἡ ἔρευνα γένηται. οἴδατε γὰρ ὅτι οἱ περὶ Εὐσέβιον ἐκάττυσαν ἐπιςολὴν ἐπιδοθῆναι, ὡς ἀπὸ Κολλουθιανῶν κ̀ Μελιτιανῶν κ̀ Αρειανῶν, γραφεῖσαν καθ' ἡμῶν, κ̀ δῆλον ὅτι αὐτοὶ οἱ ἐχθροὶ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας οὐδὲν ἀληθὲς περὶ ἡμῶν, ἀλλὰ πάντα καθ' ἡμῶν λέγουσιν. ὁ δὲ νόμος τοῦ Θεοῦ, οὔτε ἐχ-
B θρὸν μάρτυρα, οὔτε κριτὴν εἶναι βούλεται. λοιπὸν ὡς ἐν ἡμέρα κρίσεως λόγον μέλλοντες διδόναι, λαβόντες τὸ μαρτύριον τοῦτο, κ̀ γνόντες συσκευὴν τὴν καθ' ἡμῶν γενομένην, παρακληθέντες φυλάξασθε μηδέν τι καθ' ἡμῶν πρᾶξαι, μηδὲ συναρπασθῆναι τῇ τ̃ περὶ Εὐσέβιον σκέψει. κ̀ γὰρ πάλιν οἴδατε ὡς προείπομεν, ὡς ἐχθροί εἰσιν ἡμῶν, κ̀ διὰ τί Εὐσέβιος ὁ τῆς Καισαρείας, ἐχθρὸς γέγονεν ἀπὸ πέρυσιν. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὐχόμεθα κύριοι ποθεινότατοι.

Adamantius epiſcopus has literas dedi, Iſchyras, Ammon, Petrus, Ammonianus, Tyrannus, Taurinus, Serapammon, Ælurion, Harpocration, Moſes, Optatus, Anubion, Saprion, Apollonius, Iſchyrion, Arbæthion, Potamon, Paphnutius, Heraclides, Theodorus, Agathammon, Gaius, Piſtus, Athas, Nicon, Pelagius, Theon, Paninuthius, Nonnus, Ariſton, Theodorus, Irenæus, Blaſtammon, Philippus, Apollo, Dioſcorus, Timotheus Diopolitanus, Macarius, Heraclammon, Cronius, Muis, Jacobus, Ariſton, Artemidorus, Phinees, Pſais, Heraclides.

C [2] Αδαμάντιος ἐπίσκοπος ἐπιδέδωκα, Ισχύρας, Αμμων, Πέτρος, Αμμωνιανὸς, Τύραννος, [3] Ταυρῖνος, Σαραπάμμων, Αἰλουρίων, Αρποκρατίων, [4] Μωσῆς, Οπτάτος, Ανουβίων, Σαπρίων, Απολλώνιος, Ισχυρίων, Αρβαιθίων, Ποτάμων, Παφνούτιος, Ηρακλείδης, Θεόδωρος, Αγαθάμμων, Γαῖος, Πιςὸς, Αθὰς, Νίκων, Πελάγιος, Θέων, Παννούθιος, Νόννος, Αρίςων, Θεόδωρος, Εἰρηναῖος, Βλαςάμμων, Φίλιππος, Απολλῶς, Διόσκορος, Τιμόθεος Διοσπόλεως, Μακάριος, Ηρακλάμμων, Κρόνιος, Μοῦις, Ιάκωβος, Αρίςων, Αρτεμίδωρος, Φινεὲς, Ψάϊς, Ηρακλείδης.

## EPISTOLA SIVE LIBELLUS

### Conteſtatorius Dionyſio cõmiti oblatus ab iiſdem quadraginta ſeptem epiſcopis catholicæ eccleſiæ.

*Flavio Dionyſio illuſtriſſimo Comiti, Epiſcopi catholicæ eccleſiæ, qui Tyrum ex Ægypto venerunt.*

D Φλαυίῳ Διονυσίῳ, τῷ λαμπροτάτῳ κόμητι, οἱ ἐν Τύρῳ ἀπ' Αἰγύπτου ἐλθόντες ἐπίσκοποι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας.

CUM plurimas adverſum nos calumnias ſtrui videremus, inſidiaſque ex conſpiratione Euſebii, Narciſſi, Flacilli, Theognii, Maris, Theodori, & Patrophili adverſum nos; quos cum a principio recuſare vellemus, id nobis conceſſum non eſt: neceſſario ad hanc proteſtationem devenimus. Animadvertimus enim multa in gratiam Meletianorum, multa rurſus in damnum catholicæ eccleſiæ, noſtra cauſa agitari. Quamobrem libellum hunc tibi porrigimus, rogantes, ut Deum in mente habens, qui imperium auguſtiſſimi & piiſſimi Imperatoris

ΠΟλλὰς ὁρῶντες συσκευὰς καθ' ἡμῶν γινομένας, κ̀ ἐπιβουλὰς, [5] συσκευῆς, τῶν περὶ Εὐσέβιον κ̀ Νάρκισσον, κ̀ Φλάκιλλον, κ̀ Θεόγνιον, κ̀ Μάριν, κ̀ Θεόδωρον, κ̀ Πατρόφιλον, οὓς κατὰ τὴν ἀρχὴν θελήσαντες παραιτήσασθαι, οὐκ ἐπετράπημεν, ἀνάγκην ἔχομεν, ἐπὶ τήνδε τὴν διαμαρτυρίαν ἐλθεῖν. κ̀ γὰρ πολλὴν ὑπὲρ Μελιτιανῶν ὁρῶμεν σπουδὴν γιγνομένην, κατὰ δὲ τ̃ καθολικῆς ἐκκλησίας, τ̃ ἐν Αἰγύπτῳ δι' ἡμῶν ἐπιβουλήν. ὅθεν ἐπιδίδομέν σοι τήνδε τὴν ἐπι-
E ςολὴν, ἀξιοῦντες ἐν νῷ σε λαβεῖν τ̃ Θεὸν τ̃ παντοκράτορα, τ̃ τ̃ βασιλείαν τοῦ εὐσεβεςάτου κ̀ θεοφιλεςάτου βασι-

---

1 Reg. MS. προκρίνειν, recte. 2 Lege, Αἰμωνίτες, & mox, Ισχυράμμων: eruntque Epiſcopi iidem Ægypti, quorum nomina leguntur in fine epiſtolæ Concilii Sardicenſis. 3 Forte τιθοίων. 4 In Reg. cod. MS. Μωϋσῆς. 5 MS. Reg. ἐκ συσκευῆς.

A [1] βασιλέως Κωνσταντίνου διαφυλάττοντι, τηρῆσαι τὴν ἀκρόασιν τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων, αὐτῷ τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ. καὶ γὰρ εὔλογον ἀποσταλέντα σε παρὰ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, [2] αὐτῷ τηρῆσαι τὸ πρᾶγμα. οὐκέτι γὰρ φέρομεν συσκευαζόμενοι καὶ ἐπιβουλευόμενοι διὰ τῶν περὶ Εὐσέβιον, τῶν προειρημένων, καὶ διὰ τοῦτο τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ [3] θεοφιλεστάτῳ βασιλεῖ τηρηθῆναι τὸ πρᾶγμα ἀξιοῦμεν, παρ' ᾧ δυνάμεθα καὶ τὰ δίκαια τῆς ἐκκλησίας καὶ ἑαυτῶν παραθέσθαι. πειθόμεθα γὰρ ὅτι ἡ εὐσέβεια αὐτοῦ ἀκούσασα, οὐ καταγνώσεται ἡμῶν, καὶ πάλιν οὖν ὁρκίζομέν σε τὸν παντοκράτορα Θεόν. οὕτω τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα ἀεὶ εἰς πολλὰς ἐτῶν περιόδους νικῶντα καὶ ὑγιαίνοντα μετὰ τῶν παίδων τῆς εὐσεβείας αὐτοῦ, μηδὲν πλέον πρᾶξαι, μηδὲ ἐπιτρέψαι τι σεαυτῷ ἐν τῇ συνόδῳ κινῆσαι περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων, ἀλλὰ τηρῆσαι τῇ εὐσεβείᾳ αὐτοῦ τὴν ἀκρόασιν, περὶ δὲ τῶν αὐτῶν, καὶ τοῖς κυρίοις μου ἐπισκόποις τοῖς ὀρθοδόξοις ἐδηλώσαμεν.

Conſtantini tuetur, cognitionem rerum noſtrarum eidem piiſſimo Imperatori reſerves. Æquum eſt enim te ab Imperatore miſſum, negotium hoc integrum Imperatori reſervare. Quandoquidem tolerare ultra non poſſumus compoſitas iſtas calumnias, quibus inſidioſe a prædictis Euſebianis premimur: ideoque poſtulamus cauſam iſtam piiſſimo & religioſiſſimo Imperatori reſervari, apud quem licebit & jura eccleſiæ & noſtra proponere. Plane enim confidimus, ejus pietatem, ubi nos audierit, nequaquam nos condemnaturam eſſe. Quapropter denuo te obteſtamur per omnipotentem Deum, ita piiſſimus Imperator per multos annorum B recurſus cum liberis ſuæ pietatis valeat: ut nihil in hoc negotio deinceps facias, neque tibi indulgeas, ut quidquam contra nos in ſynodo commoveas, ſed reſerves rei cognitionem ejus pietati.

## EPISTOLA SIVE LIBELLUS

### Conteſtatorius ab Alexandro Theſſalonicenſi epiſcopo oblatus Dionyſio comiti.

Τῷ δεσπότῃ μου Διονυσίῳ Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος.

Φανερὰν ὁρῶ κατὰ Ἀθανασίου συσκευὴν γενομένην· πάντας γὰρ οὓς παρῃτήσατο, [4] οὐκ οἶδα τί πεπονθότες, ἀποστεῖλαι ἠθέλησαν, μηδὲ σημάναντες ἡμῖν. ἦν γὰρ δόξαν κατὰ τὸ αὐτὸ σκέψασθαι, τίνας δεήσει ἀποσταλῆναι. [5] συμβουλεύω οὖν μή τι προπετὲς γενέσθαι. ἐληλύθασι γὰρ πρός με τεθορυβημένοι, λέγοντες ἤδη τὰ θηρία ἐσφρίχθαι καὶ μέλλειν ἐξορμᾶν. περιηχήθησαν γὰρ ὡς Ἰωάννου τινὰς ἀποστείλαντος, μὴ προλαβόντες [6] καττύωσιν ὡς ἂν ἐθέλωσιν. οἶδας γὰρ ὅτι καὶ Κολλουθιανοὶ τῆς ἐκκλησίας ἐχθροὶ ὄντες, καὶ Ἀρειανοὶ, καὶ Μελιτιανοὶ, D οὗτοι πάντες ἀλλήλοις σύμψηφοι γενόμενοι, δύνανται μεγάλα κακὰ ἐργάσασθαι. σκέψαι οὖν τί [7] συμφέρον, ἵνα μὴ ἀνακύψῃ τι σκυθρωπόν. καὶ αἰτίᾳ ὑποβληθῶμεν ὡς οὐ κατὰ τὸ δίκαιον κρίναντες, κἀκεῖνοι μάλιστα ὑφορῶνται μὴ διοδεύοντες τὰς ἐκκλησίας ὧν οἱ ἐπίσκοποί εἰσιν. ἐνταῦθα φόβον ἐμποιήσαντες, ταράξωσι πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον, ὡς τοῖς Μελιτιανοῖς παραδοθεισῶν. ἐκ τοῦ πλείστου γὰρ τοῦτο [8] συνορῶσι γινόμενον.

C *Domino ſuo Dionyſio, Alexander epiſcopus Theſſalonicenſis.*

CLARÈ video adverſus Athanaſium conſpirationem ſtrui: omnes enim quos ille recuſavit, neſcio quo pacto, illi emittere voluerunt, nullo nobis ejus rei indicio facto. Erat enim decretum, ut conſultatio haberetur, quoſnam eo mitti oporteret. Conſule igitur illis, ne quid temere fiat. Venerunt enim ad me quidam exterriti, dicentes: Belluas inhorruiſſe, & in proximo eſſe ut exſiliant, eo quod ſonitu ſtrepituque conſternatæ ſint, audierintque Joannem nonnullos emiſiſſe. Vide ergo ne anteverant, & quæ velint ipſi machinentur. Noſti porro Colluthianos, una cum Arianis & Meletianis, cum ſint hoſtes eccleſiæ, inter ſe conſpirante ſententia ingentia poſſe mala perpetrare. Vide igitur quid utile ſit, ne quid triſte emergat; ne ſubjiciamur obtrectationi, quaſi qui nequaquam juſte judicaverimus. Ea autem de illis potiſſimum ſuſpicio eſt, ne peragratis eccleſiis, quarum epiſcopi hic ſunt, per metum & vim totam Ægyptum perturbent, ut ita Meletianis eccleſiæ tradantur; quod quidem agitari jam pridem animadverſum eſt.

## EPISTOLA DIONYSII COMITIS

### ad Euſebianos.

Πρὸς ταῦτα Διονύσιος ὁ κόμης ἔγραψε τοῖς περὶ Εὐσέβιον ταῦτα.

Ταῦτα ἦν ἃ νῦν διελεγόμην τοῖς κυρίοις μου τοῖς περὶ Φλάκιλλον, ὅτι Ἀθανάσιος ἐπιστὰς, ᾐτιάσατο οὓς παρῃτησάμην, λέγων, τούτους ἀποστέλ-

E *Ad hæc Dionyſius Comes reſcripſit ad Euſebianos, his verbis.*

HÆC ipſa erant quæ dicebam nuper domino meo Flacillo: Athanaſius inſurget, dicetque quos ejecerat, eos ad iſtud negotium ſubmitti; ſeque injuria tractari & cir-

1 Deeſt ea vox βασιλέως in Reg. cod. 2 In Reg. MS. additur: καὶ ἡμῶν ἐπικαλουμένων τὴν εὐσέβειαν αὐτοῦ: *& pietatem ipſius nobis appellantibus.* 3 In Reg. θεοσεβεστάτῳ. 4 In MS. Reg. τί πως ἐν οἶδα. 5 In MS. Reg. συμβάλλειν. 6 Reg. MS. κατεύωσιν. 7 Reg. MS. ᾗ. 8 In MS Reg. συνεχῶς.

circumveniri vociferabitur. Hæc quoque eadem illa ſunt, quæ dominus animæ meæ Alexander ſuis epiſtolis mihi ſignificavit. Verum ut ſciretis ratione conſtare, quæ mihi illius humanitate præſcripta ſunt, ipſius epiſtolam, ut a vobis quoque legeretur, ſubjeci. Memores autem eſtis eorum quæ prius ſcripſi, cum admonerem veſtram bonitatem, legatos communi judicio & ſuffragio deligendos eſſe. Videte igitur, ne res iſta culpæ obnoxia ſit, neve juſtam obtrectandi noſtri occaſionem criminatoribus præbeamus. Ut enim accuſantium partem gravari non oportet, ita neque eorum qui accuſantur. Arbitror porro non minimam noſtri obtrectandi materiam datum iri, ſi dominus meus Alexander geſtis noſtris non videatur ſuffragari.

A λεσθαι, καὶ βοῶν ὡς ἀδικούμενος καὶ περιγραφόμενος. τοῦτο καὶ ὁ κύριός μου τῆς ψυχῆς Ἀλέξανδρος ἐπέστειλε. καὶ ἵνα γνῶτε ὅτι κατὰ λόγον ἔχει τὰ γραφέντα μοι παρὰ τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, ὑπέταξα αὐτά. ἀναγνωσθησόμενα ὑμῖν, μέμνησθε δὲ καὶ τῶν ἄνωθεν παρ᾽ ἐμοῦ γραφέντων. ἐπέστειλα γὰρ ὑμῶν τῇ χρηστότητι κύριοι, ὅτι χρὴ τοὺς ἀποστελλομένους, κοινῇ κρίσει καὶ δόγματι ἀποσταλῆναι. ὁρᾶτε τοίνυν μὴ ἐγκλήματι ὑποπέσῃ τὰ γινόμενα, μηδὲ δικαίας μέμψεως ἀφορμὴν τοῖς βουλομένοις ἡμᾶς αἰτιάσασθαι δῶμεν. ὥσπερ γὰρ βαρεῖσθαι τὸ μέρος τῶν κατηγόρων οὐ προσήκει, οὕτως οὐδὲ τὸ τῶν φευγόντων. νομίζω δὲ οὐ μικρὰν εἶναι ἀφορμὴν καθ᾽ ὑμῶν μέμψεως, ὅταν φαίνηται ὁ κύριός B μου Ἀλέξανδρος, μὴ συναινῶν τοῖς πραττομένοις.

# EPISTOLA SIVE LIBELLUS

## Conteſtatorius clericorum Alexandrinorum perfidis inquiſitoribus & legatis pro Athanaſio oblatus.

*Theognio, Mari, Macedonio, Theodoro, Urſacio, & Valenti, epiſcopis e Tyro profectis, presbyteri & diaconi ſub reverendiſſimo epiſcopo Athanaſio catholicæ eccleſiæ Alexandrinæ.*

C Θεογνίῳ, Μάρι, καὶ Μακεδονίῳ, Θεοδώρῳ, καὶ Οὐρσακίῳ, καὶ Οὐάλεντι, τοῖς ἀπὸ Τύρου ἐλθοῦσιν ἐπισκόποις παρὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας Ἀλεξανδρείας, ὑπὸ τὸν αἰδεσιμώτατον ἐπίσκοπον Ἀθανάσιον.

DECUIT in primis, cum huc veniretis cum ipſo accuſatore, adducere quoque vobiſcum presbyterum Macarium. Ita enim judicia conſtitui debent ſecundum ſacram ſcripturam, ut reus & accuſator ſimul appareant. Poſtquam autem nec Macarium adduxiſtis, neque reverendiſſimus epiſcopus noſter Athanaſius ad judicium receptus eſt, poſtulavimus, ut ſaltem nobis judicio intereſſe liceret; ut nobis præſentibus certa inquiſitio haberi poſſet, ut ad iſtum modum rebus actis, jure fidem veſtris judiciis haberemus. Verum & hoc nobis denegatum eſt, & ſoli cum Præfecto Ægypti una cum accuſatore id agitis quod libet. Profitemur igitur nos videre in veſtris actis malitiæ ſuſpicionem: animadvertimuſque veſtrum adventum nihil aliud in ſe habere, quam conſpirationem & inſidias: eaque de cauſa epiſtolam hanc vobis dedimus monumentum teſtimoniumque iſtius rei aliquando futurum in vera & legitima ſynodo; ut omnibus innoteſcat, vos inaudita altera parte, ea quæ libuit inter vos egiſſe, & nihil ſtuduiſſe, niſi ut conſpiratione nos opprimeretis. Exemplar harum litterarum etiam Palladio dedimus Auguſti Curioſo, ne ſupprimerentur a vobis. Scelera enim quæ feciſtis, talia nos de vobis ſuſpicari cogunt. Dionyſius presbyter has litteras dedi: Alexander presbyter, Nilas presbyter, Longus presbyter, Aphthonius presbyter, Athanaſius presbyter, Amyntius presbyter, Piſtus presbyter, Plurion presbyter, Dioſcorus presbyter, Apollonius presbyter, Serapion presbyter, Ammonius presbyter, Gajus presbyter, Rhinus presbyter, Æthales presbyter, Marcellinus diaconus, Appianus diaconus, Theon diaconus, Timotheus diaconus, & Timotheus alter diaconus.

Ἔπρεπεν ὑμᾶς ἐρχομένους καὶ ἄγοντας μεθ᾽ ἑαυτῶν τὸν κατήγορον, ἀγαγεῖν καὶ Μακάριον τὸν πρεσβύτερον, αἱ γὰρ κρίσεις οὕτως συνίστανται κατὰ τὰς ἁγίας γραφάς, ὥστε τὸν κατήγορον, μετὰ τοῦ κατηγορουμένου ἑστάναι. ἐπειδὴ δὲ οὔτε Μακάριον ἠγάγετε, οὔτε ὁ αἰδεσιμώτατος ἡμῶν ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος μεθ᾽ ὑμῶν εἰσῆλθεν, ἠξιώσαμεν κἂν αὐτοὶ παρεῖναι ἐν D τῇ κρίσει, ἵνα παρόντων ἡμῶν, ἀσφαλὴς ἡ ἐξέτασις γένηται, καὶ πεισθῶμεν καὶ ἡμεῖς. ἐπειδὴ δὲ οὐ τοῦτο συνεχωρήσατε, ἀλλὰ μόνοι μετὰ τοῦ ἐπάρχου τῆς Αἰγύπτου καὶ τοῦ κατηγόρου ἠθελήσατε πράττειν [1] ἃ βούλεσθε, ὁμολογοῦμεν ὅτι ὑποψίαν εἴδομεν ἐν τῷ πράγματι πονηράν, καὶ ἐθεωρήσαμεν ὅτι συσκευὴ καὶ ἐπιβουλὴ μόνον ἐστὶν ἡ εἴσοδος ὑμῶν, διὰ τοῦτο ταύτην ὑμῖν ἐπιδίδομεν τὴν ἐπιστολήν, μαρτύριον ἐσομένην εἰς ἀληθινὴν σύνοδον, ἵνα γνωσθῇ πᾶσιν ὅτι κατὰ [2] μονομέρειαν ἅπερ ἠθελήσατε, ἐπράξετε, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἢ συσκευὴν ἠθελήσατε συνθεῖναι καθ᾽ ἡμῶν. τούτων δὲ τὰ ἴσα ἐπιδεδώκαμεν καὶ Παλλαδίῳ τῷ [3] κουριώσῳ τοῦ Αὐγούστου, ἵνα μὴ κρυβῇ παρ᾽ ὑμῶν. ἃ γὰρ ἐπράξετε, τοιαῦτα λοιπὸν E ἡμᾶς ὑποπτεύειν καὶ λογίζεσθαι ποιεῖ περὶ ὑμῶν. Διονύσιος πρεσβύτερος ἐπιδέδωκα, Ἀλέξανδρος πρεσβύτερος, [4] Νειλᾶς πρεσβύτερος, Λόγγος πρεσβύτερος, Ἀφθόνιος πρεσβύτερος, Ἀθανάσιος πρεσβύτερος, [5] Ἀμμώτιος πρεσβύτερος, Πιστὸς πρεσβύτερος, Πλουτίων πρεσβύτερος, Διόσκορος πρεσβύτερος, Ἀπολλώνιος πρεσβύτερος, Σαραπίων πρεσβύτερος, Ἀμμώνιος πρεσβύτερος, Γάϊος πρεσβύτερος, Ῥῖνος πρεσβύτερος, [6] Αἰθαλῆς πρεσβύτερος, Μαρκελλῖνος διάκονος, Ἀππιανὸς διάκονος, Θέων διάκονος, Τιμόθεος διάκονος, καὶ Τιμόθεος ἄλλος διάκονος.

EPI-

1 Reg. MS. ἀπειρ. 2 Reg. MS. μονομερίαν. 3 De hac voce conſule Ducangii Gloſſarium Latinum, & Græcum alterum. 4 MS. Reg. Νειλαρᾶς. 5 al. Ἀμμώνιος. Reg. MS. Ἀμβούτιος. 6 Forte Αἰθαλῆς ſ. *Aithales*.

## EPISTOLA SIVE LIBELLUS

### Mareoticorum clericorum in cauſa Athanaſii præfectis oblatus.

Φλαβίῳ Φιλαγρίῳ, καὶ Φλαβίῳ Παλλαδίῳ Δουκηναρίῳ, Παλατίνῳ Κουριόσῳ, καὶ Φλαβίῳ Ἀντωνίνῳ βιάρχῳ κεντηναρίῳ τῶν κυρίων μου τῶν λαμπροτάτων ἐπάρχων τοῦ ἱεροῦ πραιτωρίου, παρὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων τοῦ Μαρεώτου, νόμου τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς ὑπὸ τὸν αἰδεσιμώτατον ἐπίσκοπον Ἀθανάσιον, διὰ τῶν ἑξῆς ἀπογραφόντων, τάδε [1] μαρτυρόμενοι ἐπιδιδόαμεν.

A *Flavio, Philagrio, & Flavio Palladio Ducenario Palatino Curioſo, & Flavio Antonino commeatuum Præfecto centenario, dominorum meorum illuſtriſſimorum Præfectorum ſacri prætorii, presbyteri & diaconi Mareotici nomi, catholicæ eccleſiæ, ſub reverendiſſimo Athanaſio, hæc vobis cum ſubſcriptione noſtra pro teſtimonio porrigimus.*

Ἐπειδὴ Θεόγνιος, καὶ Μάρις, καὶ Μακεδόνιος, καὶ Θεόδωρος καὶ Οὐρσάκιος καὶ Οὐάλης, ὡς ἀποσταλέντες ὑπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων τῶν συνελθόντων ἐν τῇ Τύρῳ, ἀπήντησαν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ παροικίᾳ, φάσκοντες ἐντολὰς εἰληφέναι ὡς ζητῆσαί τινα ἐκκλησιαστικὰ πράγματα, ἐν οἷς ἔλεγον καὶ περὶ ποτηρίου κυριακοῦ κεκλασμένου, ὑποβληθέντος αὐτοῖς ὑπὸ Ἰσχύρα, ὃν ἤγαγον μεθ' ἑαυτῶν, λέγοντος ἑαυτὸν εἶναι πρεσβύτερον, ὃς οὐκ ἔστι πρεσβύτερος. ὑπὸ γὰρ Κολλούθου τοῦ πρεσβυτέρου φαντασθέντος ἐπισκοπὴν, καὶ ὕστερον ὑπὸ κοινῆς συνόδου Ὁσίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων κελευσθέντος πρεσβυτέρου εἶναι καθὸ καὶ πρότερον ἦν, κατεστάθη, καὶ κατὰ ἀκολουθίαν πάντες οἱ ὑπὸ Κολλούθου κατασταθέντες, ἀνέδραμον εἰς τὸν αὐτὸν τόπον, εἰς ὃν καὶ πρότερον ἦσαν, ὡς καὶ αὐτὸς Ἰσχύρας λαϊκὸς ὤφθη, ἣν τε λέγει ἔχειν ἐκκλησίαν, μηδὲ πώποτε ἐκκλησίαν γεγενῆσθαι, ἀλλ' οἰκητικὸν οἰκημάτιον μικρὸν ὀρφανοῦ παιδίου, Ἰσίωνος τοὔνομα, καὶ διὰ τοῦτο, τῇ δὲ τῇ [2] μαρτυρίᾳ ἐχρησάμεθα, ἐφορκίζοντές σε κατὰ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, καὶ κατὰ τῶν δεσποτῶν ἡμῶν Κωνσταντίνου τοῦ Αὐγούστου, καὶ τῶν ἐπιφανεστάτων Καισάρων παίδων αὐτοῦ, ταῦτα αὐτὰ εἰς γνῶσιν ἀνενεγκεῖν τῇ εὐσεβείᾳ αὐτῶν. οὔτε γὰρ πρεσβύτερός ἐστι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, οὔτε ἐκκλησίαν ἔχει, οὔτε ποτήριον ποτὲ ἐκλάσθη, ἀλλὰ πάντα ψεύδεται καὶ πλάττεται. Ὑπατείᾳ Ἰουλίου Κωνσταντίνου τοῦ λαμπροτάτου πατρικίου, ἀδελφοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ Αὐγούστου, καὶ Ῥουφίνου Ἀλβίνου τῶν λαμπροτάτων, Θὼθ δεκάτῃ.

QUONIAM Theognius, Maris, Macedonius, Theodorus, item Urſacius & Valens miſſi ab epiſcopis qui Tyri in concilium coierunt, ad noſtram parœciam profecti, dixere ſeſe in mandatis habere, ut

B inquirerent in quædam eccleſiaſtica facinora, & inter cetera de calice confracto; cum jam antea ad id Iſchyram quemdam subornaſſent, quem ſecum adduxerunt, hominem minime presbyterum, tametſi eo ſe nomine jactitet; quippe ordinatum a Colluthо quodam, non vero, ſed imaginario epiſcopo: cui in generali concilio ab Hoſio & a ceteris epiſcopis qui una aderant, juſſum fuit, ut ſe pro presbytero, qualis antea fuerat, haberet; atque ideo omnes ab illo conſtitutos in veterem ſuum ordinem recurriſſe; ita ut inter laicos etiam Iſchyras viſus ſit; qui dicit ſe eam eccleſiam habere, quæ nunquam fuit, quippe quæ do-

C muncula ſit in prædiis cujuſdam pupilli nomine Iſionis: ea res in cauſa eſt, ut hoc teſtimonio utendum putaremus, vos religioſe adjurantes per omnipotentem Deum, & per dominos noſtros Conſtantinum Auguſtum, & liberos ejus illuſtriſſimos Cæſares, ut hæc in cognitionem eorum pietatis referatis. Non enim Iſchyras presbyter eſt catholicæ eccleſiæ, neque eccleſiam habet, neque unquam calix confractus eſt, ſed hæc omnia mentitur ille & comminiſcitur. Conſulibus Julio Conſtantino illuſtriſſimo Patricio, fratre piiſſimi Conſtantini Auguſti, & Ruſino Albino, clariſſimis viris, * decima menſis Thoth

*Hoc eſt menſis ſeptembris die 7.*

## EPISTOLA SIVE LIBELLUS

### Mareoticorum ad ſynodum pro Athanaſio.

Τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῶν ἁγίων ἐπισκόπων τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, οἱ κατὰ Μαρεώτην πάντες πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

D *Sanctæ ſynodo beatorum epiſcoporum catholicæ eccleſiæ, Mareotici omnes & presbyteri & diaconi, in Domino ſalutem plurimam dicunt.*

Εἰδότες τὸ γεγραμμένον, ὅτι ἃ εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου, λέγε, καὶ ἔτι μάρτυς ψευδὴς οὐκ ἀτιμώρητος ἔσται, ἃ εἴδομεν μαρτυροῦμεν, μάλιστα ὅτι ἀναγκαίαν ἡμῶν ἐποίησεν εἶναι τὴν μαρτυρίαν, ἡ γενομένη συσκευὴ κατὰ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Ἀθανασίου. Θαυμάζομεν γὰρ πῶς ὅλως Ἰσχύρας, κἂν εἰς μέρος τῆς ἐκκλησίας ἐπεκλήθη, περὶ οὗ πρῶτον διηγή-

NOS nequaquam ignari hujus ſcripturæ, quæ ita dicit: *Quod viderunt oculi tui loquere*: & item illud: *Quod falſus teſtis impunitus non erit*: quæ vidimus teſtamur, & potiſſimum quia teſtimonium hoc noſtrum neceſſarium reddidit conſpiratio adverſus Athanaſium epiſcopum noſtrum inita. Miramur autem, quomodo vel ulla in eadem ratione *Proverb 23. 8. & 19. 5.*

[1] Reg. MS. μαρτυρόμενοι. [2] Reg. MS. διαμαρτυρόμεθα.

tione Iſchyras pro eccleſiaſtico habeatur; de A qua re primum nobis referendum arbitramur. Iſchyras enim nunquam ex ſacris eccleſiæ comminiſtris fuit; ſed primum jactavit ſe Colluthi presbyterum; verum ita ut neminem haberet qui ipſi crederet, exceptis dumtaxat cognatis ſuis; ut qui nec umquam eccleſiam obtinuerit, nec clericus ab ullis, niſi qui longius ab illius pago habitarent, unquam ſit creditus; ſolis dumtaxat, ut antea diximus, ejus cognatis exceptis. Idem tamen cum talem ſibi titulum vindicaſſet, in Alexandrina ſynodo præſente patre noſtro Hoſio depoſitus eſt, & in ordinem laicorum redactus, atque in eo ſtatu reliquum jam inde tempus exegit: ad B iſtum igitur modum inanis illius fama presbyterii excuſſa eſt. Nam de moribus ejus loqui ſupervacaneum, cum ii ab omnibus ſciri poſſint. Ceterum quia calumniam impegit noſtro epiſcopo Athanaſio de fracto calice, & de menſa ſubverſa, de his neceſſum eſt ut verba faciamus. Antea jam diximus, illum nullam unquam eccleſiam in Mareote habuiſſe: ſimiliter Deum teſtem facimus, neque calicem ullum confractum eſſe, neque menſam a noſtro epiſcopo Athanaſio, neque a quoquam aliorum qui cum illo degunt, everſam eſſe; nihilque in iſtis verbis eſſe, niſi calumniam. Et iſta quidem ut conſcii pro teſtimonio loquimur, C ut pote qui nec procul ab epiſcopo diſtamus, & comites ei perluſtranti Mareoten adſumus. Nunquam enim ille ſolus viſitandi cauſa itinera obire ſolet, ſed comites ſecum trahere presbyteros, & diaconos, & non paucos ex plebe: & quia illi per omnia itinera comites ſumus, quo tempore ad nos accedit; ideo hæc vobis pro teſtimonio dicimus, nec poculum confractum eſſe, nec menſam ſubverſam; ſed omnia Iſchyram mentiri, quod & ipſe ſua manu teſtatum confitetur.

Nam cum ille poſt defectionem ad Meletianos, a nobis admitti in conventum optaret, (quemadmodum & Piſtus, qui ip- D ſe quoque talia de Athanaſio in vulgus ſparſerat;) neutrum tamen, quamquam propria manu teſtarentur nihil tale factum eſſe, & ſe ſubornatos a certis hominibus, ut talia dicerent, recipere voluerunt. Ac proinde Theognius, Theodorus, & Maris, & Macedonius, Urſacius, & Valens in Mareoten cum perveniſſent, nihil revera geſtum deprehenderunt. Verum cùm res eo tenderet, ut illorum ſycophantia adverſus Athanaſium in apertum proditura videretur, Theognius inimicus Athanaſio cognatos Iſchyræ & quoſdam Ariomanitas ita inſtituit, ut quæ ipſe vellet pro teſtimonio loquerentur. Nemo enim ex populo quidquam con- E tra Athanaſium protulit. Verum terrore Philagrii Ægypti Præfecti, minisque & importunitate Ariomanitarum coacti, fecerunt quæ iſti voluerunt. Siquidem nos ad calumnias refutandas eo venientes non admiſerunt; nobiſque rejectis, eos quos idoneos putaverunt ad calumniam inſtruendam receperunt, qui metu Philagrii Præfecti in partes eorum conceſſerunt. Per hunc etiam minime licuit no-

Quæ ſunt incluſa parentheſi, in Græcis non leguntur; & unde Nannius ea hauſerit, non liquet.

Macedonius Mopſueſtenus.

A σαϑαι [1] ἀναγκαῖον ἡγούμεϑα. Ἰσχύρας οὐδέποτε λειτουργὸς τῆς ἐκκλησίας γέγονεν· ἀλλ᾽ ἑαυτὸν μὲν πρὸ τούτου ἐφήμισε Κολλούϑου πρεσβύτερον, οὐκ εἶχε δὲ τὸν πειϑόμενον αὐτῷ, εἰ μὴ μόνον τοὺς συγγενεῖς ἑαυτοῦ, οὔτε γὰρ ἐκκλησίαν ἔσχε ποτὲ, οὔτε ὅλως κληρικὸς ἐνομίσϑη παρὰ τοῖς ὀλίγον διεστῶσιν ἀπὸ τῆς κώμης αὐτοῦ, πλὴν μόνοις ὡς προείπομεν τοῖς συγγενέσιν ἑαυτοῦ. ἀλλὰ καὶ ὅμως τοιαύτην ἑαυτῷ προσηγορίαν ἐπιφημίσας, ἐπὶ τῆς συνόδου τῆς συγκροτηϑείσης ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ὁσίου, καϑῃρέϑη, καὶ λαϊκὸς συνήχϑη, καὶ οὕτως ἔμεινε τὸν ἑξῆς χρόνον ἐκπεσὼν καὶ τῆς ψευδοῦς ὑπονοίας τοῦ πρεσβυτερίου. περὶ γὰρ τῶν ἠϑῶν αὐτοῦ, B περιττὸν ἡγούμεϑα λέγειν, δυναμένων πάντων εἰδέναι τὰ τοιαῦτα, ἐπειδὴ δὲ περὶ κλάσεως ποτηρίου καὶ τραπέζης, ἐσυκοφάντησεν ἡμῶν τὸν ἐπίσκοπον Ἀϑανάσιον καὶ περὶ τούτου διηγήσασϑαι ὑμῖν ἀναγκαῖον ἠπείχϑημεν, φϑάσαντες γὰρ εἴπομεν ἐκκλησίαν αὐτὸν μηδέποτε ἐσχηκέναι ἐν τῷ Μαρεώτῃ, ὡς δὲ ἐπὶ Θεοῦ μάρτυρος, οὐδὲ ποτήριον κέκλασαι, οὐδὲ τράπεζα ἀνετράπη παρὰ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν, οὐδὲ παρ᾽ ἄλλου τινὸς τῶν συνόντων αὐτῷ. ἀλλὰ πάντα ἐστὶ τὰ λεγόμενα συκοφαντία, καὶ ταῦτα λέγομεν, οὐ μακρὰν τοῦ ἐπισκόπου [2] ἀπόντες, πάντες γὰρ σὺν αὐτῷ ἐσμὲν ὅταν περιοδεύῃ τὸν Μαρεώτην. καὶ οὐδέποτε μόνος περιέρχεται, ἀλλὰ μετὰ πάντων ἡμῶν τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν C διακόνων καὶ λαῶν ἱκανῶν. διὸ καὶ ὡς συμπαρόντες αὐτῷ ἐν πάσῃ περιοδείᾳ ἣν πεποίηται πρὸς ἡμᾶς, ταῦτα λέγομεν καὶ μαρτυροῦμεν, ὅτι οὔτε ποτήριον κατέαγεν, οὔτε τράπεζα ἀνετράπη, ἀλλὰ πάντα ψεύδεται, ὡς καὶ αὐτὸς διὰ τῆς ἑαυτοῦ χειρὸς μαρτυρεῖ. ϑελήσαντα γὰρ αὐτὸν συναχϑῆναι μετὰ τὸ ἀπελϑεῖν αὐτὸν μετὰ Μελετιανῶν, καὶ τοιαῦτα φημίσαι κατὰ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Ἀϑανασίου, οὐκ ἐδέξαντο αὐτὸν, καίτοι γράψαντα καὶ ἰδίᾳ χειρὶ ὁμολογήσαντα, μηδὲν τούτων γεγενῆσϑαι, ἀλλ᾽ ὑποβεβλῆσϑαι ὑπό τινων ταῦτα εἰπεῖν. διὸ καὶ ἐλϑόντες οἱ περὶ Θεόγνιον, καὶ Θεόδωρον, καὶ Μάριν, καὶ Μακεδόνιον, καὶ Οὐρσάκιον, καὶ Οὐάλεντα, εἰς τὸν Μαρεώτην, οὐδὲν εὑρόν- D τες ἀληϑές. ἀλλὰ μέλλοντες τοῦ πράγματος ἐλέγχεσϑαι, ὅτι συκοφαντίαν εἰργάσαντο κατὰ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Ἀϑανασίου, αὐτοὶ οἱ περὶ Θεόγνιον ἐχϑροὶ τυγχάνοντες, τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ καί τινας Ἀρειομανίτας πεποιήκασιν εἰπεῖν, ἅπερ ἤϑελον. οὐ γάρ τις τοῦ λαοῦ κατὰ τοῦ ἐπισκόπου εἴρηκεν, ἀλλ᾽ αὐτοὶ τῷ φόβῳ τοῦ ἐπάρχου τῆς Αἰγύπτου Φιλαγρίου, καὶ ταῖς ἀπειλαῖς καὶ τῇ προστασίᾳ τῶν Ἀρειομανιτῶν, ἅπερ ἠϑέλησαν πεποιήκασι. καὶ γὰρ ἐλϑόντας ἡμᾶς ἐλέγξαι τὴν συκοφαντίαν, οὐκ ἐπέτρεψαν, ἀλλ᾽ ἀπέρριπτον μὲν ἡμᾶς, οὓς δὲ ἤϑελον συσκευαζόμενοι, προσεδέχοντο, καὶ συνετίϑεντο αὐτοῖς διὰ τὸν φόβον τοῦ ἐπάρχου Φιλαγρίου, δι᾽ ὃν, E οὔτε παρεῖναι ἡμᾶς ἐπέτρεψαν, ἵνα κἂν τοὺς ὑποβαλλομένους ὑπ᾽ αὐτῶν δυνηϑῶμεν ἐλέγξαι οἱ τῆς ἐκκλησίας εἰσὶν, ἢ Ἀρειομανῖται. [3] οἴδατε γὰρ ἀγαπητοὶ πατέρες καὶ ὑμεῖς ὡς διδάσκετε ἡμᾶς ὅτι ἐχϑρῶν οὐκ ἰσχύει μαρτυρία. καὶ ὅτι μὲν ἀληϑεύομεν, μαρτυρεῖ μὲν καὶ ἡ χεὶρ Ἰσχύρα, μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὰ πράγματα αὐτὰ, ὅτι ἡμῶν μὲν μηδὲν συνειδότων, τοιοῦτον γεγενῆσϑαι, Φιλάγριον παρέλαβον

1 Adde ex MS. ἡμῖν, ut & in edit. Commelin. 2 Reg. MS. ἀπιόντες. 3 Reg. MS. οἴδατε δέ.

βον μεθ' ἑαυτῶν, ἵνα τῷ φόβῳ τοῦ ξίφους καὶ ταῖς ἀπειλαῖς, ἃ βούλονται συσκευάσωνται. ταῦτα ὡς ἐπὶ Θεοῦ μαρτυρούμενοι, ταῦτα ὡς εἰδότες καὶ ἐσομένην κρίσιν παρὰ Θεοῦ λέγομεν, θέλοντες μὲν ἐλθεῖν πάντες πρὸς ὑμᾶς, ἀρκεσθέντες δὲ τοῖς ἐξ ἡμῶν, ἵνα τὰ γράμματα τὴν τῶν μὴ παραγενομένων παρουσίαν ἀποπληρώσῃ. Ἰγγένιος πρεσβύτερος ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς εὔχομαι ἐν κυρίῳ ἀγαπητοὶ πατέρες, Θέων πρεσβύτερος, Ἀμμωνᾶς πρεσβύτερος, Ἡράκλειος πρεσβύτερος, Βόκκων πρεσβύτερος, Τρύφων πρεσβύτερος, Πέτρος πρεσβύτερος, Ἱέραξ πρεσβύτερος, Σαραπίων πρεσβύτερος, Μάρκος πρεσβύτερος, [1] Πολλαρίων πρεσβύτερος, Γάϊος πρεσβύτερος, Διόσκορος πρεσβύτερος, Δημήτριος πρεσβύτερος, Θύρσος πρεσβύτερος. Διάκονοι, Πιστὸς διάκονος, Ἀπολλῶς διάκονος, Σεῤῥᾶς διάκονος, Πιστὸς διάκονος, Πολυνίκος διάκονος, Ἀμμώνιος διάκονος, Μαῦρος διάκονος, Ἥφαιστος διάκονος, Ἀπολλῶς διάκονος, Μετωπᾶς διάκονος, Ἀπολλῶς διάκονος, Σεραπᾶς διάκονος, Μελίφθογγος διάκονος, Λούκιος διάκονος, Γρηγορᾶς διάκονος.

A bis huic negotio adeſſe; ne ſcilicet ſubornatos ab ipſis criminatores aut ex Eccleſia non eſſe; aut ſi eſſent, ex Ariomanitis eſſe doceremus. Scitis autem, dilecti fratres, quod ipſi nos edocetis, nullius eſſe roboris inimicorum teſtimonia. Ceterum a nobis vera dici atteſtatur manus ipſa Iſchyræ. Atteſtantur quoque ipſorum facta, qui nobis nihil iſtiuſmodi criminum conſciis, aſſumpſere Philagrium, ut armorum terrore conficerent ea quæ vellent. Hæc ut coram Deo teſtamur, hæc ut certi de futuro Dei judicio loquimur. Noſtra quidem voluntas fuit ad vos accedendi; ſed tamen ſatis eſſe duximus, ſi nonnulli ex noſtris iſtuc mitterentur cum li-
B teris noſtrorum, qui hic remanſerunt; ut ita eorum vicem repræſentarent. Ingenuus presbyter vos valere in Domino opto, dilecti patres: Theon presbyter, Ammonius presbyter, Heraclius presbyter, Boccon presbyter, Tryphon presbyter, Petrus presbyter, Hierax presbyter, Serapion presbyter, Marcus presbyter, Pollarion presbyter, Caius presbyter, Dioſcorus presbyter, Demetrius presbyter, Thyrſus presbyter. Diaconi, Piſtus diaconus, Apollo diaconus, Serras diaconus, Piſtus diaconus, Polynicus diaconus, Ammonius diaconus, Maurus diaconus, Hephæſtus diaconus, Apollo diaconus, Metopas diaconus, Apollo diaconus, Serapas dia-
C conus, Meliphthongus diaconus, Lucius diaconus, Gregoras diaconus.

## EADEM SYNODUS TYRIA,

### Ex libello Synodico.

ΟΘΕΝ καὶ μᾶλλον οἱ ἀσεβεῖς κακουργοῦσι, καὶ τὸν θυμὸν τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως ἀνάπτουσι, κατὰ τὸν πολύαθλον Ἀθανάσιον· συνοδικῶς ἐν Τύρῳ κριθῆναι παρασκευάζουσι διατάξασθαι. Εὐσέβιος δὲ ὁ Νικομηδείας, ταῖς πιθανολογίαις βουκολήσας τὸν αὐτοκράτορα, ὡς ἐν τάξει θέας τῶν παρὰ τῆς μακαρίας Ἑλένης πρὸς δόξαν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν οἰκοδομηθεισῶν ἐκκλησιῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ, (προεχουσῶν πολλῶν θεαμάτων, ὧν τὰ μεγέθη ἑλλήνων παῖδες ἱστορίαις παραδεδώκασιν) ὀχήματι ἐπιβὰς, καὶ ἀριθμὸν πλείστων ἐπισκόπων, καὶ συγκλητικῶν λογάδων ἐπισυρόμενος, τὴν Τύρον κατέλαβεν, Ἀθανασίῳ πραγματευόμενος τὴν ἐκβολὴν καὶ καθαίρεσιν· καὶ σύνοδον συκοφαντίας ἀνάμεστον, κατὰ τοῦ θείου συμβόλου, καὶ Ἀθανασίου τοῦ μάκαρος, ἐν αὐτῇ συνεκρότησε· πόρνην παραστησάμενος τῷ ἀθῴῳ κατήγορον. Ἀθανασίου δὲ τὴν συσκευὴν διὰ Τιμοθέου πρεσβυτέρου καθολικῶς διελέγξαντος· ἐπὶ τὴν ἐκκοπὴν τῆς χειρὸς Ἀρσενίου τοῦ Μελιτιανῶν διακόνου *** πλὴν καὶ ἐν τούτῳ συκοφάντας αὐτοὺς παραστήσας ὁ μακάριος Ἀθανάσιος, διὰ τῶν δύο χειρῶν Ἀρσενίου τῆς ὑποδείξεως. οὐκ ἐδυσώπησεν αὐτοὺς λωφῆσαι τοῦ λυσσώδους φρονήματος· ἀλλ' ὑπ' αὐτῶν ἀναθεματίζεται, καὶ ὡς κακοῦργος ἐκβάλλεται· Ἄρειος δὲ καὶ Εὐζώιος εἰς κοινωνίαν εἰσδέχονται. Ἀθανάσιος μέντοι τὰ κατ' αὐτοῦ θεασάμενος, φυγὰς ἐν Κωνσταντίνου πόλει πρὸς τὸν φιλόχριστον βασιλέα κατήντησε· τὰ τῆς συκοφαντίας αὐτῶν ἐξηγούμενος.

UNDE impii hi deteriora moliuntur, & pii imperatoris animum accendunt contra ſtrenuum illum Athanaſium: & ut ſynodice in Tyro judicetur, mandatum impetrant. Euſebius autem Nicomedienſis, blan-
D dis ſermonibus imperatore decepto, & ſub prætextu viſendarum a beata Helena ad gloriam Jesu Christi veri Dei noſtri Hieroſolymis extructarum eccleſiarum (quæ multa ſpectatu habebant digniſſima, quarumque magnitudines Græci hiſtoriis tradiderunt) vehiculo aſcenſo, & numero plurimorum epiſcoporum, primariorumque ſenatorii ordinis ad ſe attracto, Tyrum tenuit, Athanaſio ejectionem & depoſitionem molitus: ſynodumque calumniis refertam contra divinum ſymbolum & beatum Athanaſium ibi coegit: ſcortum ſiſtens, a quo innocens accuſaretur. Cum autem Athanaſius ſubornationem hanc, per Timotheum presbyterum manifeſtiſſime
E redarguiſſet, ad exciſionem manus Arſenii Meletianorum diaconi ſunt converſi. Sed licet hac etiam in re calumniatores ipſos eſſe beatus Athanaſius oſtenderit, utraque Arſenii manu demonſtrata; non tamen pudorem eis incuſſit, ut a rabioſo propoſito deſiſterent: ſed ab ipſis anathemate notatus, & tamquam maleficus eſt ejectus; Arius vero & Euzoius in communionem ſunt recepti. Athanaſius autem iſta adverſus ſe deſignari animadvertens, fuga arrepta, Conſtantinopolim ad Chriſti-amantem imperatorem ſe confert: & ſycophantias ipſorum exponit.



1 Reg. MS. Πολλαρίων,

# CONCILIUM HIEROSOLYMITANUM[1]

## *b* EUSEBIANORUM

### *c* In cauſa Arii reſtituendi, *d* anno CCCXXXV. celebratum.

Qui & quales epiſcopi interfuerint.

*a Concilium.* ) Euſebiani perſuaſerunt Conſtantino Arium de fide orthodoxa recte & catholice ſentire. Cum igitur epiſcopi iidem qui Tyri fuerant ad dedicandam eccleſiam ab imperatore recens erectam conveniſſent, vocatum ad ſe Arium cum ſua quam obtulerat fidei confeſſione ambigua, & in ſpecie catholica, ad epiſcopos Hieroſolymis congregatos remittit; mandans ut illi confeſſionem oblatam examinent, & ſi Arius recte ſentiret ac crederet, probarent, eumque non tantum reciperent, ſed etiam Alexandrinam eccleſiam & urbem, a cujus aditu juſſu Nicæni concilii abſtinere debebat, ipſi reſtituerent. Peracta igitur templi dedicatione, cœtuque dimiſſo, convenientes Arium, ejuſdem fidem probant, recipiunt, & B Alexandriam reſtituunt. Quo eventu, infra dicemus in notis ad vitam Marci & concilii Conſtantinopolitani. Hæc ex Athanaſio apol. 2. & de ſynod. & ex epiſtola ſynodali hujus conciliabuli huc translata. Ex Socrate lib. 1. cap. 9. Sozom. lib. 2. cap. 26.

Conciliabuli cauſa, tempus & locus.

*b Euſebianorum.* ) Quamquam magni nominis orthodoxi epiſcopi ad dedicationem baſilicæ convocati fuerint, eique Alexander antiſtes Theſſalonicenſis, & Milles Perſidis epiſcopus, & in perſecutione ibidem adverſus Chriſtianos excitata martyr, præſto adfuerint; tamen ille conventus, quo Arii confeſſio approbata, ipſiuſque reſtitutio confirmata eſt, Euſebianorum C potius conciliabulum quam legitima ſynodus æſtimari debet. Hanc enim rem ſeorſim ab orthodoxis ipſi ſoli, vel ſaltem poſt catholicorum diſceſſum egerunt. Hoc eſt quod Athanaſius apol. 2. *Nec verentur in dictis ſuis affirmare recte ſentire, quos univerſum orbis concilium anathemate damnavit: neque timuerunt tam præclaram ſynodum*, nempe Nicænam, *quantum in ipſis eſt, in angulis demoliri, homines quidvis temere dicentes & facientes.* Dubium igitur non eſt quin, peracta templi dedicatione, cœtuque dimiſſo, ipſi tantum Euſebiani relicti convenerint, Ariique fidem probarint, ac tum ipſum, tum alios recipiendos eſſe ſtatuerint. Si enim orthodoxi epiſcopi ſimul ea de cauſa coiviſſent, A aliquis haud dubie catholicus, illam fidei profeſſionem, qua verbum *conſubſtantiale* ad Arianam hæreſim reſtaurandam fraudulenter omiſſum & ſuppreſſum erat, tamquam Nicænæ fidei contrariam & inimicam rejeciſſet, deque vi illata cunctas catholicorum eccleſias monuiſſet. Cur Euſebius lib. 4. vitæ Conſtantini cap. 47. hoc conciliabulum ſuorum aſſeclarum tantopere oſtentarit, illudque Nicæno concilio fere exæquarit, nemo prudens non intelligit ideo factum, ut Arii confeſſio hic probata, Arianorum reſtitutio hic decreta majorem fidem ſibi vendicaret. Vide Baronium anno 335. num. 42. 46. 54. &c.

Cauſa conciliabuli.

*c In cauſa Arii reſtituendi.* ) Alexandrinæ eccleſiæ & urbi nimirum. Qui enim in concilio Nicæno palinodiam recantaverat, hac conditione receptus fuerat, ut Alexandriam redire non poſſet, ut conſtat ex Hieronymo adverſus Luciferianos. Euſebiani eumdem quidem per literas imperatorias revocare conati ſunt, ſed Athanaſio obnitente, adeoque has omnes turbas ac molitiones in ſe concitante, fruſtrati nihil hactenus obtinuerunt, ut patet ex Athanaſio de ſynodis, & ex iis quæ infra in notis ad concilium Conſtantinopolitanum ſub Marco, ubi dicemus, non ſtatim quam ab Euſebianis Arius Hieroſolymis receptus fuit, de ejuſdem reſtitutione actum eſſe, ſed tum demum id fuiſſe tentatum, cum Euſebiani Conſtantinopolim profecti, nova calumnia excogitata, noviſque teſtibus adductis, Athanaſius non auditus, imperatoris ſententia relegatus fuit. De cauſa Marcelli epiſcopi Ancyrani in Galatia, & Aſterii Cappadocis, quam Socrates lib. 1. cap. 24. hoc conventu tractatam, & in concilio Conſtantinopolitano repetitam fuiſſe ſcribit, ibidem agemus.

Quo tempore habitum fuerit.

*d Anno 335.* ) Euſebius prædicto loco ait: *Nicænus triumphi nomine viceſimo imperii anno conſtitutus in urbe Nicæa vinc..., id eſt, præclaram de hoſtibus victoriam reportabat: hic vero Hieroſolymitanus triceſimum ejus imperii* (qui eſt Chriſti nati 335. vel 336. *decorabat*, &c.

## [2]EPISTOLA CONSTANTINI

### honorifice Arium ad ſe accerſentis.

*Victor Conſtantinus Maximus Auguſtus.*

JAMDUDUM tuæ gravitati ſignificatum eſt, ut ad meum Comitatum venires, quo poſſes noſtro aſpectu frui: unde vix ſatis mirari poſſumus, cur hoc abs te non extem-

D [3] Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος, σεβαστός.

[illegible]

ΠΑλαι μὲν ἐδηλώθη τῇ στερρότητί σου, ὅπως ἂν εἰς τὸ ἐμὸν στρατόπεδον ἀφίκοιο, ἵνα τῆς ἡμετέρας θέας ἀπολαῦσαι δυνηθείης. Θαυμάζομεν δὲ σφό-

1 De hac ſynodo Hieroſolymitana vide præterea Euſebium lib. 4. de vita Conſtantini cap. 43. Socratem lib. 1. cap. 33. &c. Sozomenum lib. 2. cap. 26. & Theodoretum lib. 1. cap. 31. *Harduinus.*

2 Citatur in Epiſtola ſubſequente Concilii Hieroſolym. Hujus verſio, ſicut ſequentis libelli, ac epiſtolæ ſynodalis recognita, qualis traditur ab Harduino. 3 Ex Socrate lib. 1. cap. 25.

σφόδρα, μὴ παραχρῆμα τοῦτο πεποιηκότι. διόπερ A νῦν ἐπιβὰς ὀχήματος δημοσίου, εἰς τὸ ἡμέτερον στρατόπεδον ἀφικέσθαι ἐπείχθητι. ὅπως ἂν τῆς παρ᾽ ἡμῶν εὐμενείας τε καὶ ἐπιμελείας τυχὼν, ἐπὶ τὴν πατρίδα ἀφικέσθαι δυνηθῇς. ὁ Θεός σε διαφυλάττοι ἀγαπητέ. ἐδόθη τῇ πρὸ πέντε καλανδῶν δεκεμβρίων.

pio factum fuerit. Jam igitur publico curru conſcenſo, Comitatum noſtrum adire propera, ut noſtram benignitatem & ſtudium erga te expertus, in patriam redire queas. Deus te conſervet, cariſſime. Data ante diem quintum Kalendas Decembris.

# LIBELLUS FIDEI AB ARIO ET EUZOJO

## Oblatus Imperatori Conſtantino.

[a] Τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ δεσπότῃ ἡμῶν βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, Ἄρειος καὶ Εὐζώϊος. B

*Religioſiſſimo ſanctiſſimoque Domino noſtro Imperatori Conſtantino, Arius & Euzoius.*

Σωκρ. ἐκκλ. ἱστορ. βιβ. ά. κεφ. κϛ'. ΚΑθὼς προσέταξεν ἡ θεοφιλής σου εὐσέβεια, δέσποτα βασιλεῦ, ἐκτιθέμεθα τὴν ἑαυτῶν πίστιν, καὶ ἐγγράφως ὁμολογοῦμεν περὶ Θεοῦ, οὕτω πιστεύειν καὶ αὐτοὶ, καὶ οἱ σὺν ἡμῖν, ὡς ὑποτέτακται.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἐξ αὐτοῦ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων γεγεννημένον Θεὸν λόγον, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. τὸν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα, καὶ παθόντα, καὶ ἀναστάντα, καὶ ἀνελθόντα εἰς C τοὺς οὐρανοὺς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν, καὶ εἰς ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, καὶ εἰς μίαν καθολικὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, τὴν ἀπὸ περάτων ἕως περάτων. ταύτην δὲ τὴν πίστιν παρειλήφαμεν ἐκ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων, λέγοντος τοῦ κυρίου τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς. πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὡς πᾶσα καθολικὴ ἐκκλησία, καὶ αἱ γραφαὶ διδάσκουσιν, αἷς κατὰ πάντα πιστεύομεν. κριτὴς ἡμῶν ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ νῦν, καὶ ἐν τῇ μελλούσῃ κρίσει. διὸ παρακαλοῦμέν σου τὴν θεοσέβειαν θεοφιλέστατε βασιλεῦ, ἐκκλησιαστικοὺς ἡμᾶς ὄντας, καὶ πίστιν, καὶ τὸ φρόνημα τῶν ἁγίων γραφῶν ἔχοντας D ἑνοῦσθαι ἡμᾶς διὰ τῆς εἰρηνοποιοῦ σου καὶ θεοσεβοῦς εὐσεβείας, τῇ μητρὶ ἡμῶν, τῇ ἐκκλησίᾳ δηλαδὴ, περιῃρημένων τῶν ζητημάτων καὶ περιττολογιῶν· ἵνα καὶ ἡμεῖς καὶ ἡ ἐκκλησία εἰρηνεύσαντες, μετ᾽ ἀλλήλων τὰς συνήθεις εὐχὰς, ὑπὲρ τῆς εἰρηνικῆς σου βασιλείας, καὶ παντὸς τοῦ γένους σου κοινῇ πάντες ποιησώμεθα.

NOS quidem, ſicut ſingularis tua erga Deum pietas, Domine Imperator, in mandatis dedit, fidem noſtram ſcriptis prodimus, & de Deo cum ipſi, tum ceteri qui nobiſcum ſunt, ita credere confitemur, ut ſequitur:

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, & in Dominum Jeſum Chriſtum Filium ejus, ex ipſo ante omnia ſæcula factum Deum Verbum, per quem omnia facta ſunt, tum quæ in cœlis, tum quæ in terris: qui deſcendit, & incarnatus eſt, & paſſus eſt, & reſurrexit, & aſcendit ad cœlos, & iterum venturus eſt judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum: & in carnis reſurrectionem: & in vitam venturi ſæculi: & in regnum cœlorum & in unam catholicam eccleſiam Dei, quæ ab una orbis terrarum ora ad alteram uſque porrigitur.

Hanc fidem a ſacroſanctis evangeliis accepimus, ipſo Domino ſuis diſcipulis dicente: *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos* Matth. 28. *in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti.* Si vero iſta non credimus, ſicut univerſa catholica eccleſia & ſcripturæ docent, quibus quidem omnino fidem adhibemus; judex noſter Deus ſit in præſentia, & in futuro judicio. Quapropter tuam pietatem obſecramus, Imperator ſanctiſſime, ut quoniam viri eccleſiaſtici ſumus, & ſenſum tum eccleſiæ, tum ſacrarum literarum tenemus, nos per pacificam & religioſam pietatem tuam, controverſiis omnibus & inanibus argutiis ſublatis, matri noſtræ, Eccleſiæ ſcilicet, adjungas: uti & nos & Eccleſia tranquille vitam degentes, inter nos mutuo pro pacato & pio regni tui ſtatu, & pro univerſa ſtirpe tua, omnes communiter conſuetas preces peragamus.



[a] Ex Socrate lib. 1. cap. 26. & Sozomeno lib. 2. cap. 25.

# EPISTOLA SYNODALIS DE REBUS
## In Synodo geſtis.

*Sancta Synodus Hieroſolymis per Dei gratiam congregata, eccleſiæ Dei quæ eſt Alexandriæ & per totam Ægyptum, Thebaidem, Libyam, Pentapolim, reliquiſque per orbem epiſcopis, & diaconis, in Domino ſalutem.*

A [1] Ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν Ἱεροσολύμοις Θεοῦ χάριτι συναχθεῖσα τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, [2] καὶ τοῖς κατὰ πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον καὶ Θηβαΐδα καὶ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν, καὶ τοῖς κατὰ τὴν [3] οἰκουμένην ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

De hac ſynodo Hieroſolymitana, vide præterea Euſeb. lib. 4. de vita Conſtantini. cap. 43. Socratem, lib. 1. cap. 33. & Sozom. lib. 2. cap. 26. & Theodoretum. lib. 1. cap. 31.

NOBIS omnibus ex diverſis provinciis in unum congregatis ad panegyrin celebrandam pro dedicatione Martyrii Salvatoris, quod religioſiſſimus Imperator Conſtantinus Deo omnium regi & Chriſto ejus ædificavit; majorem nobis animorum lætitiam, Chriſti gratia, litteræ ejuſdem religioſiſſimi Imperatoris præbuerunt; quibus B nos ad ea quæ oportuit inſtigans, omnem invidiam ab eccleſia Dei expellit, & omne odium procul abigit, per quæ Chriſti membra jam pridem diſſidebant; auctorque fuit, ut ſimplici & placido animo reciperemus Arium cum ſuis, quos aliquandiu improba invidentia extra eccleſiam detinuit: & viris iſtis de rectitudine fidei in litteris ſui teſtimonium præbet: quam cum antea fama audiverat, ipſe religioſiſſimus Imperator eamdem ex viva eorum voce cognovit, cognitamque approbavit; eamque rem nobis manifeſtam reddidit: & literis ſuis ſanam eorum fidei formulam ſubjunxerit; quam omnes agnovimus ſanam & eccleſiaſticam eſſe. C Quapropter jure admonuit, ut viri iſti ſuſciperentur, & coadunarentur cum eccleſia Dei, ut vos ex epiſtolæ ejus exemplari cognoſcetis, quam nos ad pietatem veſtram miſimus. Credimuſque vobis ipſis, [5] veluti propria membra veſtri corporis recuperantibus, magnum ex ea re gaudium lætitiamque oborituram; dum ipſi viſcera veſtra, fratres ſcilicet & patres agnoſcitis & recipitis, non ſolum presbyteris Arianis, ſed univerſo populo cum omni multitudine vobis reſtituto, quæ ob cauſam iſtorum virorum longo jampridem tempore a vobis diſſidebat. Et vos ſane decet, cognitis quæ hic acta ſunt, quodque viri iſti nobiſcum communicaverunt, & D a tanta ſacra ſynodo recepti ſunt, quam promptiſſime eos, ut membra eccleſiæ coeant, & in pace ſint, libenter amplecti: præſertim cum edita ab illis fides indubitatam & apud omnes approbatam apoſtolicam traditionem & doctrinam complectatur.

Epiſtola eſt Conſtantini Imp. ad Synodum Tyriam, ſupeius relata.

Πᾶσι μὲν ἡμῖν τοῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθοῦσιν ἐξ ἐπαρχιῶν διαφόρων, πρὸς τῇ μεγάλῃ Πανηγύρει, ἣν ἐπὶ τῇ ἀφιερώσει τοῦ σωτηρίου μαρτυρίου, σπουδῇ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου, τῷ πάντων βασιλεῖ Θεῷ καὶ τῷ Χριστῷ αὐτοῦ [4] κατασκευασθέντες ἐπιτελέσαμεν, πλείονα θυμηδίαν ἡ τοῦ Χριστοῦ χάρις παρέσχεν, ἣν ἐποίησεν αὐτός τε ὁ θεοφιλέστατος βασιλεὺς διὰ γραμμάτων οἰκείων, τοῦθ' ὅπερ ἐχρῆν παρορμήσας· πάντα μὲν ἐξορίσας τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ· φθόνον, καὶ πᾶσαν μακρὰν ἀπελάσας βασκανίαν, δι' ἧς τὰ τοῦ Χριστοῦ μέλη πάλαι πρότερον διειστήκει· ἡπλωμένῃ δὲ καὶ εἰρηναίᾳ ψυχῇ δέξασθαι τοὺς περὶ Ἄρειον, οὓς πρός τινα καιρὸν ὁ μισόκαλος φθόνος ἔξω γενέσθαι τῆς ἐκκλησίας εἰργάσατο, ἐμαρτύρει δὲ τοῖς ἀνδράσιν ὁ θεοφιλέστατος βασιλεὺς διὰ τῆς ἐπιστολῆς, πίστεως ὀρθοδοξίαν, ἣν παρ' αὐτῶν πυθόμενος, αὐτός τε δι' ἑαυτοῦ παρὰ ζώσης φωνῆς αὐτῶν ἀκούσας ἀπεδέξατο, ἡμῖν τε φανερὰν κατεστήσατο, ὑποτάξας τοῖς ἑαυτοῦ γράμμασιν ἔγγραφον τὴν τῶν ἀνδρῶν ὀρθοδοξίαν, ἣν ἐπέγνωμεν οἱ πάντες, ὑγιῆ τε οὖσαν καὶ ἐκκλησιαστικήν. καὶ εἰκότως παρεκάλει τοὺς ἄνδρας ὑποδεχθῆναι καὶ ἑνωθῆναι τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. ὥσπερ ἂν καὶ αὐτοὶ [5] ἐκ τῆς ἰσοτύπης εἴσεσθε τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς, ἣς πρὸς τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν διεπεμψάμεθα, πιστεύομεν ὅτι [6] καὶ ὑμῖν αὐτοῖς ὡς ἂν τὰ οἰκεῖα μέλη τοῦ ὑμετέρου σώματος ἀπολαμβάνουσι, μεγάλη χαρὰ καὶ εὐφροσύνη γενήσεται, τὰ ἑαυτῶν σπλάγχνα καὶ τοὺς ἑαυτῶν ἀδελφούς τε καὶ πατέρας γνωρίζουσί τε καὶ ἀπολαμβάνουσιν. οὐ μόνον τῶν πρεσβυτέρων τῶν περὶ Ἄρειον ἀποδοθέντων ὑμῖν, ἀλλὰ καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ καὶ τῆς πλήθους ἁπάσης, ὃ προφάσει τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν μακρῷ χρόνῳ παρ' ὑμῖν διειστήκει. καὶ πρέπει γε ἀληθῶς γνόντας ὑμᾶς τὰ πεπραγμένα, καὶ ὡς ἐκοινώνησαν οἱ ἄνδρες, παρεδέχθησάν τε ὑπὸ τῆς τοσαύτης ἁγίας συνόδου, προθυμότατα καὶ αὐτοὺς ἀσπάσασθαι τὴν πρὸς τὰ οἰκεῖα μέλη συνάφειάν τε καὶ εἰρήνην. ὅτι μάλιστα τὰ τῆς ἐκτεθείσης ὑπ' αὐτῶν πίστεως, ἀναμφήριστον σώζει τὴν παρὰ τοῖς πᾶσιν ὁμολογουμένην ἀποστολικὴν παράδοσίν τε καὶ διδασκαλίαν.

περὶ ταύτης τῆς συνόδ. ἴδε Εὐσέβ. βιβ. δ´. εἰς τὸν βίον Κωνσ. Σωκρ. βιβ. α´. κεφ. 33. Σωζομ. βιβ. β´. κεφ. 26. καὶ Θεοδ. βιβ. α´. κεφ. 31.

SY-

1 Ex Athanaſio in Apolog. 2. contra Arianos, & in lib. de ſynodis Ariminii & Seleuciæ. 2 In MS. Reg. καὶ τοῖς. 3 Ex MS. Reg. lege οἰκουμένην. *Hard.* 4 In MS. Reg. κατασκευασθέντος. *Hard.*
5 In MS. Reg & in edit. Athanaſii Baſileenſi, ex τῶν ἰσοτύπων. 6 Reg. MS. καὶ ὑμῖν καὶ αὐτοῖς.

## SYNODUS MAREOTICA

### Ex libello Synodico.

OI δὲ περὶ τὸν Εὐσέβιον, ἐπὶ τὴν θέαν τῆς A Ἱεροσολύμων χωροῦντες, καὶ τὰ ἐγκαίνια· τὸν Νικαίας Θεόγνιον, καὶ τὸν Περίνθου Θεόδωρον, Νάρκισσον καὶ Μάριν Χαλκηδόνος, μετὰ συμμορίας ὁμόφρονος, κατὰ τοῦ θεόφρονος Ἀθανασίου ἐν τῷ Μαρεώτῃ ἐξέπεμψαν· ᾧ τινι ἐκ τῆς πλησιοχώρου λίμνης, καλουμένης Μαρίας, πρόσκειται τὸ ἐπώνυμον. Ἐστι γὰρ ἀκολούθως οὕτως· Αἴγυπτος, Θηβαΐς ἡ ἄνω καὶ κάτω, Μαρεώτης, Αὔγασις, Μαρμαρικὴ, Λιβύη, Πεντάπολις, Ἀφρικὴ, Βαρβαρία, Βοιωτία, Γάδειρα, Ὠκεανός. Θεόγνιος τοίνυν ἐν τῷ Μαρεώτῃ μετὰ τοῦ συνεδρίου τῆς ἀσεβείας γενόμενος, Ἰσχυρίωνα τὸν αὐτοχειροτόνητον Μαρεώτου ἐπίσκοπον, κατήγορον τοῦ θεοφόρου Ἀθανασίου, ἐν τῇ παρ' αὐτοῖς συνόδῳ προεστήσατο, κατ' αὐτοῦ μὴ παρόντος δεχόμενος τὰ ἐγκλήματα βέβαια.

QUI vero cum Euſebio erant, ad inſpicienda Hieroſolyma, & ad Encænia ſeſe convertunt: Nicææ autem Theognium, & Perinthi Theodorum, Narciſſum & Marin, una cum ſocietate idem ſentiente, contra pium Athanaſium in Mareotidem emittunt: quæ a vicina palude, Maria dicta, nomen habet. Eſt enim hic tractus: Ægyptus, Thebais ſuperior & inferior, Mareotis, Augaſis, Marmarica, Libya, Pentapolis, Africa, Barbaria, Bœotia, Gadora, Oceanus. Theognius igitur in Mareotide, una cum conventiculo illo impio conſiſtens, Iſchyrionem a ſemetipſo electum Mareotidis epiſcopum, accuſatorem divini Athanaſii, in illa ſynodo B conſtituit: contra abſentem objecta crimina, tamquam certa recipiens.

# VITA
# EPISTOLÆ ET DECRETA
## MARCI PAPÆ.
### *Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.*

a MARCUS natione Romanus, ex patre Priſco, b ſedit annos duos, menſes octo, dies (a) viginti unum. Fuit autem temporibus Conſtantini Auguſti, & Nepotiani ac * Secundi * conſulum, c ex die Kalendarum Februariarum, d uſque in diem Kalendarum Octobris. e Hic conſtituit, ut epiſcopus Oſtienſis, qui conſecrat epiſcopum urbis, (b) tunc pallio uteretur, & ab eodem epiſcopo urbis Romæ conſecraretur. Et conſtitutum de omni (c) eccleſiaſtico ordine fecit. Hic fecit duas baſilicas, unam via Ardeatina, ubi requieſcit; & aliam in urbe Roma, juxta Palatinas. Ex hujus ſuggeſtione obtulit Conſtantinus Auguſtus baſilicæ, quam * conſtituit via Ardeatina, fundum roſarum, cum omni agro campeſtri, præſtantem ſolidos quadraginta. In baſilica in urbe Roma obtulit hæc: patenam argenteam, penſantem libras triginta, amas argenteas duas, penſantes (d) ſingulas libras viginti: ſcyphum argenteum unum, penſantem libras decem: calices miniſteriales argenteos tres, penſantes ſingulos libras duas. (Coronam argenteam penſantem libras decem:) Fundum Antonianum via (e) Clodia, præſtantem ſolidos triginta, Fundum * Baccanas via Appia, præſtantem ſolidos quadraginta & * tremiſſes duos. Fundum * Morrea via Ardeatina, præſtantem ſolidos quinquagintaquinque & * tremiſſem. g Hic fe- C cit ordinationes duas in urbe Roma per menſem Decembrem, presbyteros vigintiquinque, diaconos ſex, epiſcopos per diverſa loca viginti ſeptem. Qui etiam ſepultus eſt in cœmeterio Balbinæ, via Ardeatina, quod ipſe conſtituens fecit, * pridie Nonas Octobris. Et ceſſavit epiſcopatus dies viginti.

* Facundi. a c.H. legit ſecundo, ſive iterum, conſulis.
* ... xa & Luc.
* cœmeterium conſtituit.
* Secund Nonas.
* (...) ſuſulis incluſa deſunt in Luc.
* Vaccanas.
* trimiſſes.
* Orrea.
* trimiſſem unum.

#### NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Marcus.*) Anno Chriſti 335. qui eſt Conſtantini trigeſimus primus, poſt interregnum quindecim dierum, in locum Silveſtri pontificis pie ſancteque defuncti, Marcus natione Romanus ſubrogatus fuit. Hujus pontificatu ingenti Euſebianorum motu concuſſa eſt eccleſia. Athanaſius quaſi minatus fuiſſet ſe impediturum, ne quid frumenti Alexandria Conſtantinopolim deveheretur, no- D va calumnia exagitatus, ac de novo crimine laſæ majeſtatis per falſos ac ſubornatos Euſebianæ factionis teſtes convictus, ab imperatore inaudita cauſa magno omnium catholicorum luctu ac mœrore in Galliam relegatur: quem Maximinus epiſcopus, non ut profugum vel exulem, ſed ut confeſſorem de impietate triumphantem Treveris excepit, eumque ut egregium fidei athletam magno in honore habuit. Unde, quod ajunt, ipſum in puteo latitantem ſymbolum conſcripſiſſe, fabuloſum eſſe conſtat. Poſt relegatum Athanaſium, Ariani de Ario Alexandrinæ urbi reſtituendo ſupplicantes, ejus reſtitutionem impetrarunt quidem; verum ille quantumvis literis Euſebianorum & imperatoris communitus fuiſſet, ab Alexandrinis civibus, eo quod a catholica fide alienus eſſet, urbis ipſius aditu prohibitus Conſtantinopolim rediit: ibique in conventu malignantium, occaſione Marcelli Ancyrani, ut infra dicemus, congregato, ſeſe imperatori ſiſtens, de fide interrogatus, verbo & ſcripto

*Quo tempore Marcus ſedem acceperit?*

*Athanaſius relegatus in Galliam a Maximino Treveris honeſte receptus fuit.*

*Arius reſtituitur Alexandrinæ urbi.*

(a) *Luc.* XX. (b) *in Luc. deeſt* tunc. (c) *Luc.* Eccleſia ordinavit. (d) *in Luc. deeſt* ſingulas.
(e) *Luc.* Claudia.

ro fidem catholicam, per ſummam ſimulationem juratus A profitetur. Alexander Conſtantinopolitanus epiſcopus dum eum contra mandatum imperatoris in eccleſiæ communionem recipere nollet, violenterque ingerendum metueret, ipſe una cum plebe jejunii & orationum ſtudio inſiſtens a Chriſto impietatis Arianæ vindice impetravit, quod dum Arius magno faſtu Euſebianorum ad eccleſiam deducebatur, exonerandi alvum neceſſitate ad locum ſecretiorem declinare compulſus, una cum excrementis viſcera divino miraculo effundens, miſere interiit. Ad hunc modum Ariana hæreſi divinitus condemnata, plurimi ex iis, qui ante decepti erant, converſi ſunt: ingens timor & exanimatio Euſebianæ factioni incuſſa eſt, fama rei per univerſum fere orbem divagata. Imperator tanto prodigio commotus; Arianos & Euſebianos quos hactenus Nicænæ fidei acerrimos defenſores, & diſciplinæ eccleſiaſticæ fideliſſimos cuſtodes, ipſorum dolis, fraudibus, a. ſimulata pietate male perſuaſus exiſtimavit, plane deteſtatus eſt: & Athanaſium, quem calumniis Arianorum circumventum temere in exilium relegaverat, ipſe, prout conſtituerat, ab exilio revocaſſet, ſi non morte præventus fuiſſet. Hæc ex Athanaſio, Rufino, Socrate & Sozomeno, Baronius anno 336. num. 2. 3. 4. & multis ſequentibus. B

Conſtantinus Athanaſium ab exilio revocare decernit.

*b Sedit annos duos, menſes octo, dies viginti unum.*) Menſibus novem minus novem diebus ſediſſe patet ex Baronio appendice tomi 10. Hoc eſt quod Hieronymus in chronico diſertis verbis ait, ipſum octo menſibus tantum ſediſſe. Et Sozom. lib. 2. cap. 19. ipſum ad exiguum tempus ſedem tenuiſſe. Imo ipſius auctoris libri pontificalis teſtimonio conſtat, Julium Feliciano & Maximo conſulibus, anno nimirum Chriſti 337. ſedere cœpiſſe: quomodo igitur Marcus pontificatum ſuum Nepotiano & Facundo conſulibus anno Chriſti 336. auſpicatus ultra biennium ſediſſe potuit? Marianus Scotus, Onuphrius, aliique plures ex recentioribus hanc noſtram ſententiam recte ſectati, auctorem libri pontificalis deſeruerunt. Baronius anno prædicto num. 61.

Quam diu Marcus ſederit.

Libri pontificalis error.

*c Ex die Kalendarum Februarii.*) Si pridie Kalendas Januarias anni Chriſti 335. Silveſter Romanus pontifex ſancte in domino obdormivit, & inde uſque ad initium pontificatus Marci ceſſavit epiſcopatus diebus quindecim, ut alleris in vita Silveſtri, quomodo ejuſdem Marci initium ad Kalendas Februarias differtur? C

*d Uſque in diem Kalendarum Octobris.*) Septima die menſis Octobris, qua anniverſaria ejus natalis memoria ex antiquiore uſu in eccleſia agitur, diem ſuum obiiſſe, probabilius eſt. Baronius prædicto loco.

*e Hic conſtituit ut epiſcopus Oſtienſis.*) Conſuetudo illa, qua Oſtienſis epiſcopus Romanum epiſcopum conſecrare ſolet, hoc tempore antiquior eſſe videtur: nam Dionyſius papa a Maximiano Oſtienſi epiſcopo conſecratus fuiſſe legitur. Sanctus Auguſtinus in breviculo collat. diei 3. cap. 16. agens adverſus Donatiſtas, hujus ritus tamquam vetuſtiſſimi meminit. Baronius.

Oſtienſis epiſcopus Romanum pontificem conſecrat.

*f Pallio uteretur.*) Pallium aliter canone 12. Gangrenſis concilii, aliter hic accipitur. Ibi enim ſumitur pro veſte qua utebantur illi, qui vitam auſteriorem monaſticam profeſſi, carni & mundo renunciaverant, ut patet ex notis ibidem conſcriptis: hic vero ſumitur pro indumento & inſigni ſummi pontificis Romani, quo ſummus honor & plena ejus poteſtas ſignificatur: quodque ab eodem metropolitanis epiſcopis aliquando ob cauſas arduas & rationabiles impertiri ſolitum fuit. Hoc alias appellatur Phrygium, fortaſſe ideo, quod Phrygiorum opere crucibus contexi ſoleret. Baron. anno 336. num. 63. Phrygium Cyrillo Alexandrino, cum vices pontificis in concilio Epheſino ſuſtineret, a Cæleſtino pontifice Romano collatum fuiſſe, ipſumque illud in concilio Epheſino & in ſacris ſolemnis more Romani pontificis uſurpaſſe ſcribunt Theodorus Balſamon in Nomocanonem: Photius tit. 8. c. 1. Baron. anno 430. num. 26. Quod aſſerit Hieronymus Rubeus, Joanni ejuſque ſucceſſoribus Ravennatis eccleſiæ archiepiſcopis, privilegio Valentiniani imperatoris uſum pallii conceſſum fuiſſe, ipſorum archiepiſcoporum confeſſione, apud Greg. lib. 2. epiſt. 54. extante, diluitur, qua uſum pallii non imperatori, ſed Romano pontifici acceptum referunt. Edictum quod Hieronymus prætexit, commentitium eſſe & a ſchiſmaticis confictum oſtendit Baronius anno 432. num. 92. 93. 94. & 95. D E

Pallium acceptum quotuplex.

Phrygium quid & cur ſic dictum.

Pallium a Romano pontifice archiepiſcopis quibuſdam conceſſum.

Tempore jejunii uſus pallii prohibitus fuiſſe videtur ex epiſt. 54. lib. 2. Gregorii papæ, qua adverſus Joannem Ravennatem jure expoſtulat, quod tempore jejunii per plateas & vias pallium geſtaret. Baronius anno 451. num. 63. Adde pallii nomine omne operimentum in rebus ſacris ſignificatum fuiſſe, ut lib. 2. epigr. 3. declarat Venantius Fortunatus, ubi vela oblata ſanctæ cruci pallia nominat. Vide Baronium anno 336. num. 64.

Uſus pallii quando illicitus.

*g Hic fecit ordinationes duas per menſem Decembrem.*) Hæc qua fide auctoris ſcripta ſint, patet ex præcedentibus.

---

# [a] EPISTOLA SANCTI ATHANASII ET ÆGYPTIORUM EPISCOPORUM AD MARCUM PAPAM.

a Hæ Mercatoris merces Bar. Bell. aliiſque peritis catholicis merito ſuſpectæ & ſuppoſititiæ viſæ ſunt: nec Binius ipſe diffitetur, Baronianis rationibus oppreſſus.

## De numero canonum Nicænorum pro exemplaribus Nicæni concilii, quia Ariani eorum exemplaria incenderant.

*Domino ſancto & apoſtolici culminis venerando ſanctæ Romanæ & apoſtolicæ ſedis atque univerſalis eccleſiæ papæ, Athanaſius & univerſi Ægyptiorum epiſcopi.*

AD vos perveniſſe non dubitamus, quanta & qualia ab hæreticis, & maxime ab Arianis quotidie patimur: quoniam intantum ab eis perſequimur, ut etiam vivere jam nos tædeat. Nam inſtanti tempore ſubito & inſperate in nos irruentes, noſque juxta præceptum domini qui ait: *Si vos perſecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam*, fugiendo propter cladem populi eos declinantes, nos comprehendere non valuerunt, ſed omnia depopulati ſunt. Intantum enim noſtra [b] vaſtaverunt, ut nec libros, nec veſtimenta eccleſiaſtica, aliaque ornamenta, nec reliqua utenſilia nobis dimitterent. Libros vero noſtros uſque ad minimum incendentes, nec jota unum relinquentes, propter veritatis fidem, etiam Nicænam ſynodum, qua modo clerus & populus imbuebatur, & maxime jam imbuti erant, in contumeliam noſtram & omnium Chriſtianorum incenderunt. Quapropter precamur, pater beatiſſime, quia non dubitamus apud vos plenaria eſſe Nicæni concilii exemplaria, ut nobis illa, quæ ſanctæ recordationis prædeceſſoris Silveſtri fuerunt, ſub tuta mittatis ſtipulatione. Nam quando prædictæ ſynodo cum beatæ memoriæ Alexandro, digno Deo pontifice noſtro, id eſt, Alexandrinæ magnæ civitatis epiſcopo, in diaconatus interfuimus officio, ſub noſtræ præſentiæ teſtimonio, per beatos viros Victorem & Vincentium presbyteros, apoſtolicæ ſedis apocriſiarios, miſſa ſunt prædicto papæ Silveſtro cum adſtipulatione [c] ſubnexa capitula ſeptuaginta. Sane præſentibus nobis octoginta capitula in memorata tractata ſunt ſynodo, ſcilicet quadraginta a Græcis, Græca edita lingua, & quadraginta a Latinis, ſimiliter Latina edita lingua. Sed viſum eſt 318. patribus, ſancto Spiritu repletis, in prædicto concilio congregatis, & maxime jam dicto Alexandro, & apoſtolicæ ſedis apocriſiariis, ut decem capitula adunarentur aliis, atque congruis locis infererentur; & ad formam ſeptuaginta diſcipulorum, vel potius totius orbis terræ linguarum, ſeptuaginta tanti & tam excellentis concilii fierent capitula, quæ omnem Chriſtianorum informarent orbem, & omnes ſub ſacerdotali & Chriſtiano nomine degentes una fides & una ſacerdotalis atque clericalis regeret norma, nec quiſquam a ſuo [d] diſſideret capite. Nunc ergo quia (ut prædictum eſt) ab inimicis ſanctæ Dei eccleſiæ, & maxime ab Arianis, a quibus quotidie expugnamur, conterimur, & opprimimur, præfata ſeptuaginta Nicæni concilii capitula, quæ de præfata ſynodo jam tacta, jubente domino meo Alexandro, de

Matth. 10.

b contigerunt iſta ſub Liberio an. 355.

c ſubnixa, ut ex mediæ ætatis innumeris diplomatis conſtat.

d S. Leo ep. 84.

creto

creto omnium epiſcoporum attuli, quæ etiam coram omnibus recitavi, atque tranſcripſi, ſunt igne combuſta; optamus ut a veſtræ ſedis auctoritate, quæ eſt mater & caput omnium eccleſiarum, ea ad correctionem & recreationem fidelium orthodoxorum percipere per præſentes legatos mereamur, quatenus veſtra fulti auctoritate, veſtriſque precibus roborati, illæſi a memoratis æmulis ſanctæ Dei eccleſiæ, & noſtris evadere, nobiſque commiſſos eruere valeamus. Vere [a] novimus apoſtolatus veſtri cor gratia ſancti Spiritus intantum eſſe accenſum, ut omnibus oppreſſis ſuccurratis; quanto magis nobis, qui licet exigui ordinis, tamen veſtri ſumus, vobiſque obedientes cum omnibus nobis commiſſis & ſumus & ſemper eſſe volumus. Ideo B decet, & oportet vos nobis hæc quæ rogamus, & alia quæ neceſſaria (juxta ſapientiam, quam vobis præſtitit altiſſimus) eſſe cognoveritis, abſque tarditate præſtare, ut tantæ miſeriæ ſqualores a fidelium mentibus detergantur, & quaſi vulnus corpori infixum, [b] auditu tantæ miſeriæ oberato, ſalutari curetur antidoto, ut divino freti juvamine, veſtraque auctoritate atque auxilio roborati, adverſantium tergiverſationes evadere valeamus, atque inconcuſſo vultu, non fraude cujuſquam perculſi, aſſiſtere æterno judici mereamur, & vocem audire inquientem: *Euge ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui.* Et ſubſcriptio. Orantem C pro nobis ſanctum apoſtolatum veſtrum [c] longævis dominus conſervet temporibus.

a conc. Rom. ſub Greg. II. ann. 721.

b adita tantæ miſeriæ obſerato, ut habet mſ. c. Juſtelli.

Matth. 25.

c Jo. II. pap. ad Juſtinianum.

---

# RESCRIPTUM MARCI PAPÆ AD ATHANASIUM ET OMNES EPISCOPOS ÆGYPTIOS.

## De miſſione capitulorum Nicæni concilii.

*Dominis venerabilibus fratribus Athanaſio, & univerſis Ægyptiorum epiſcopis, Marcus ſanctæ* D *Romanæ apoſtolicæque ſedis, & univerſalis eccleſiæ epiſcopus.*

Ex collectione Iſidori.

DOLEO, fratres, & nimium contriſtor ſuper afflictione veſtra, ſed oppido conſolor, quod vento agitata non [d] eſtis arundo, ſed recti in fide inter omnes procellarum & turbinum colluctationes inceſſanter perduratis. Lectis ergo [e] fraternitatis veſtræ literis, vigorem conſtantiæ veſtræ, quem olim noveramus, agnovimus. Congratulantes vobis, quod ad cuſtodiendum Chriſti gregem, paſtoralem curam vigilanter inſequimini, ne lupi, qui ſub ſpecie ovium, ſubintrarunt, beſtiali ſævitia ſimplices quoſque dilacerent, qui non ad hoc ſubintra- E runt ut aliqua correctione proficiant, ſed ut ea quæ ſunt ſana corrumpant. Quapropter [f] moneo, & hortor dilectionem veſtram, ut bonum quod incepiſtis adminiculante divina gratia uſque in finem perducere ſatagatis, veritatis voce monente: *Beatus qui perſeveraverit uſque in finem.* Unde enim beata perſeverantia, niſi [g] de virtute patientiæ? Nam, juxta apoſtolum, *Omnes qui volunt pie vivere in Chriſto, perſecutionem patientur.* Quæ non in eo tantum computanda eſt, quod contra Chriſtianam pietatem,

d Matthæi 11.

e S. Leo ep. 83.

f Idem S. Leo ep. 2.

Matth. 24.

g S. Leo ep. 91.

Timoth. 3.

A aut ferro, aut ignibus agitur, aut quibuſcumque ſuppliciis, cum perſecutionum ſævitiam ſuppleant, & diſſimilitudines morum, & contumaciæ inobedientium, & malignarum tela linguarum, quibus conflictationibus communia ſemper membra pulſantur, & nulla piorum portio conflictatione ſit libera, ita ut nec periculis, nec otio careant, nec labore. Nam hæc & omnia incrementa probabilium ſtudiorum, & in eis uſque in finem perſeverantia, atque bonæ voluntatis incrementa, ad Chriſti gratiam ſemper ſunt referenda: ut in omnibus quæ agimus, Deus omni perfecte laudetur tempore.

De capitulorum namque veritate & numero B Nicæni concilii, cui vos interfuiſſe literis veſtræ fraternitatis ſignificaſtis, a noſtris, qui vobiſcum una interfuerunt, diligentioribus requiſivimus collocutionibus: qui ita, ut veſtræ teſtatæ ſunt literæ, omnem nobis ordinem expoſuerunt, & veſtram epiſtolam per omnia veram eſſe teſtificati ſunt: non ut nos aliquid ſiniſtrum veſtra ex parte arbitremur. Sed nos & vos, illoſque abſque ulla in poſterum titubatione unum ſentire optaremus, & ſancta Romana eccleſia, quæ ſemper immaculata manſit, & domino providente, & beato Petro apoſtolo opem ferente, in futuro manebit, ſine ulla hæreticorum inſultatione firma & immobilis omni tempore perſiſteret. His itaque peractis, C diligenter requirentes in ſancto noſtræ & apoſtolicæ ſedis ſcrinio, eadem quæ ſanctæ recordationis prædeceſſori meo Silveſtro ſunt directa, ſeptuaginta (ſicut ſignificaſtis) capitula illæſa invenimus. Ipſa enim vobis propter auctoritatem & ſubſcriptionem tantorum patrum, & ejus magni concilii, minime miſimus, ſed pro eiſdem coram apocriſiariis veſtris alia ſimilia, eumdem numerum, eademque verba, & ipſam ſubſcriptionem continentia, vobis reſcribere, & ſub certa ſtipulatione & confirmatione mittere curavimus. Et quis eſt, qui fratribus ſuis talia [a] negare audeat? nam non negligenda nobis hæc per ſancti Spiritus gratiam dominus docuit, ſed fideliter exercenda, & fra- D tribus contradenda, & docenda diſtribuit. Hæc [b] apoſtolorum viva traditio, hæc eſt vera caritas, quæ prædicanda eſt, & præcipue diligenda ac fovenda, atque fiducialiter ab omnibus tenenda. Hæc ſancta & apoſtolica mater omnium eccleſiarum Chriſti eccleſia, quæ per omnipotentis Dei gratiam a tramite apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probatur, nec hæreticorum novitatibus depravanda ſuccubuit, ſed ut in exordio normam fidei Chriſtianæ percepit ab auctoribus ſuis apoſtolorum Chriſti principibus, illibata fine tenus manet, ſecundum ipſius domini ſalvatoris divinam pollicitationem, qui diſcipulorum ſuorum principi in ſuis fatus eſt evangeliis; *Petre*, inquiens, *ecce ſatan expe-* E *tivit, ut cribaret vos, ſicut qui cribrat triticum: Ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua; & tu aliquando converſus confirma fratres tuos.* Conſideret itaque veſtra excellens prudentia, quam bonum ſit perſiſtere in diſpenſatione vobis credita, & in fide recta, atque hæreticis & æmulis Chriſti repugnare, & nunquam a veritatis tramite declinare, quoniam dominus & ſalvator omnium, cujus fides eſt, qui pro nobis mori non dubitavit, & proprio nos ſuo redemit ſanguine, qui fidem beati Petri non defecturam promiſit, & confirmare eum fratres ſuos

a Attici. ep. CP. ad PP. Africanos.

b Agatho ad Concil. Aug. act. 4 concilii VI. generalis.

Luc. 22.

ſuos admonuit. Quod apoſtolicos pontifices meæ exiguitatis prædeceſſores confidenter feciſſe ſemper cunctis eſt cognitum, quorum & puſillitas mea, licet impar ſit, & infirma, pro ſuſcepto tamen divina dignatione miniſterio pediſequa cupit exiſtere. Væ enim erit nobis, qui hujus miniſterii onus ſuſceptum habemus, ſi veritatem domini Jeſu Chriſti, quam apoſtoli prædicaverunt, prædicare neglexerimus. Væ etiam erit nobis, ſi ſilentio veritatem oppreſſerimus, qui erogare nummulariis jubemur, id eſt, Chriſtianos populos imbuere & docere. Quid in ipſius Chriſti futuro dicturi ſumus examine, ſi ſermonis ejus veritatem confundimur prædicare? Quid erit de nobis, cum de commiſſis nobis animabus, & de officio ſuſcepto, rationem juſtus judex Chriſtus Deus noſter diſtrictam exegerit? Ideo, fratres, hortor [a] dilectionem veſtram, obteſtor & moneo, ut qua debetis & poteſtis ſolicitudine vigiletis ad inveſtigandos hæreticos, & inimicos ſanctæ Dei eccleſiæ, & a ſanis mentibus, ne peſtis hæc latius divulgetur, ſeveritate qua poteſtis pro viribus extirpetis. Quoniam ut habebit a Deo dignæ remunerationis præmium, qui diligentius quod ad ſalutem commiſſæ ſibi plebis proficiat fuerit executus, ita ante tribunal domini de reatu negligentiæ ſe non poterit excuſare, quicumque plebem ſuam contra ſacrilegæ perſuaſionis auctores noluerit cuſtodire. Data octavo Kalendas [b] Novembris, Nepotiano & [c] Secundo viris clariſſimis conſulibus.

a S. Leo ep.

b Octobris ſubſtituunt quidam & inter eos Sigonius lib. 4 hiſt. occid. imp. ut ſucum faciant. Facundo anno 336. At jam obierat Marcus ipſis Nonis Octobris ejuſdem anni

Argumentum epiſtolæ.

### Nota Severini Binii.

a *Reſcriptum*) Epiſtola Marci ad ſanctum Athanaſium epiſcopum Alexandrinum, & ad ceteros Ægyptii epiſcopos, Nepotiano & Facundo conſulibus, X. Kalendis Novembris ſcripta legitur, cujus argumentum ex epiſtola Athanaſii aliorumque ejuſdem provinciæ epiſcoporum ad eumdem Marcum intelligitur hoc fuiſſe: nempe Ægyptios dira Arianorum perſecutione vexatos, inter alia Nicænorum canonum, qui una cum omnibus aliis libris ab iiſdem incenſi fuerunt, exemplar a Romana eccleſia iiſdem datis ad Marcum papam literis poſtulaſſe. Quibus quidem literis, tum Ægyptiorum, tum Marci, Nicænorum canonum numerus definitur, nimirum ab eadem magna ſynodo ſtatuta fuiſſe ſeptuaginta, ſecundum, ut ajunt, numerum diſcipulorum, capitula. Baronius num. 58. Hanc ſurreptitiam & ab aliquo confictam fuiſſe quinque rationibus evidenter oſtenditur. Quarum prima hæc eſt: quod in controverſia inter Africanam eccleſiam & Romanos Pontifices Zoſimum & Bonifacium agitata, de numero Nicænorum canonum, hæc epiſtola illis nequaquam cognita fuerit. Secunda, quod Athanaſius, ut ex præcedentibus conſtat, hoc tempore in Galliis exulaverit, adeoque hac de re ad Romanum pontificem Alexandria ſcripſiſſe non potuerit. Tertia, quod graſſatio illa in Alexandrinam eccleſiam multis annis poſt hæc tempora ſub Conſtantio contigerit, quando nimirum Athanaſio expulſo Gregorius quidam Arianus in locum ejus ordinatus eſt, ut teſtatur Athanaſius in epiſtola ad omnes orthodoxos. Quarta, quod Marcus Nonis Octobris hujus anni Conſtantino imperatore adhuc vivente defunctus fuerit: ideoque non poſſit non ſuſpectum eſſe de fide, quod X. Kalendas Novembris Nepotiano & Facundo conſulibus hanc epiſtolam ſcripſiſſe legatur. Quinta: Si Marcus papa exemplum miſiſſet ad Alexandrinos ex Romano ſcrinio, certo conveniſſent deinceps inter ſe exemplaria Romanum & Alexandrinum. quomodo ergo in exemplari a ſancto Cyrillo ex Alexandrino ad Africanos miſſo, iſti tres canones de appellationibus deerant, qui in Romano inveniebantur? Idem igitur qui, ut bene conſuleretur aſſertioni Zoſimi & Bonifacii de Nicæno canone extra numerum vicenarium allegato, epiſtolam illam Bonifacii papæ ad Eulalium epiſcopum Alexandrinum de reſtituta communione eccleſiæ Africanæ confinxit, has eaſdem Marci ad Athanaſium, & Athanaſii ad Marcum confinxiſſe & concinnaſſe putatur. Baron. anno 336. num. 59. & 60. Bellarminus lib. 2. de Rom. pont. c. 25.

Epiſtolæ Marci ad Athanaſium & Athanaſii ad Marcum ſuſpectæ & dubiæ fidei ſunt

Ratio 1.

Ratio 2.

Ratio 3.

Ratio 4.

Ratio 5.

ANNO CHRISTI 336.

# a CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM

## OCCASIONE MARCELLI ANCYRANI

## CELEBRATUM AB ARIANIS.

ANNO CHRISTI 336.

Cauſa concilii

a *Concilium*.) Cum Ariani in concilio Nicæno Marcellum Ancyranum in Galatia epiſcopum ſuæ factioni infenſiſſimum adverſarium ſenſiſſent, ipſeque vocatus ad encænia Hieroſolymitanæ eccleſiæ cum Euſebianis communicare nollet, ad imperatorem rem detulerunt: hujus auctoritate deinde ad ſynodum Conſtantinopolitanam anno Chriſti 336. celebratam dicturus cauſam convocatus, comparuit cum propinquioribus epiſcopis fere omnibus Euſebianis Euſebius; Nicomedienſis; Euſebius Cæſarienſis, Theognis, Patrophilus, Urſacius, & Valens Arianorum anteſignani, eo fine ut Athanaſium ſede ſua, modo quo ſupra in notis ad vitam Marci diximus, exturbarent, illuc convenerant. Ubi cum Athanaſium per novam calumniam in exilium expuliſſent, viribus omnibus laborarunt, ut Marcellus alter fidei catholicæ defenſor acerrimus, eadem ſententia percelleretur. Itaque poſt multas calumnias, eum crimine hæreſeos falſo inſimulatum, quaſi contra Aſterium ſcribens cum Paulo Samoſateno ſentiret, Chriſtumque purum hominem eſſe doceret, condemnarunt, & epiſcopatu abdicatum in exilium ejecerunt. Deinde hac re pro voto ſuo egregie peracta, Arium ob infidelitatis & hæreſis ſuſpicionem ab Alexandrinis rejectum, recte & orthodoxe ſentire Ariani judicant. Juramento eamdem fidem profeſſus, in eccleſiæ communionem recipi ab imperatore jubetur, idque deinde, quod ſupra in notis ad Marci vitam dixi, miraculoſe contigit. Hæc ex Rufino, Epiphanio hæreſi 74. Athanaſ. apol. 2. de ſynodis, & epiſt. ad ſolitarios, Baronius anno 336. num. 27.

Qui interfuerint.

Acta concilii.

## IDEM EX LIBELLO SYNODICO.

Οἱ γοῦν περὶ τὸν Νικομηδείας Εὐσέβιον, καὶ οἱ A ἐν τῷ Μαρεώτῃ, ἐλθόντες εἰς τὸ Βυζάντιον, εὗρον τὸν ἅγιον Ἀθανάσιον, Κωνσταντῖνον, τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα αἰτούμενον, ἐπὶ τῇ ἐν Τύρῳ συκοφαντίᾳ κανονικὴν γενέσθαι ἐπὶ τοῖς διαβλήτορσιν ἐπεξέλευσιν· καὶ πρὸς τοὺς ἑαυτῶν φωλεοὺς καταπλήξαντες οἱ ἀνήμεροι θῆρες κατέδυσαν. Εὐσέβιος δὲ ἀναιδῶς φρυαττόμενος κατ᾽ αὐτοῦ ὄνομα φέροντος ἐπισκόπου, τέσσαρας συκοφάντας παρέστησεν· οἱ περὶ σιτομετρίου, καὶ τῶν λοιπῶν ὅρκοις τὰς λοιδορίας ἐκύρωσαν, τὸν βασιλέα συνοδικῶς ἐν Κωνσταντινουπόλει τὰ κατὰ τὸν ἀοίδιμον πείσαντες Ἀθανάσιον ἐξετασθῆναι. Ὃ καὶ γέγονεν, συνεδρίου αἱρετικῶν κατὰ τοῦ ἁγίου συμβόλου πάντα λίθον κινήσαντος, καὶ Ἀθανάσιον τὸν ἀνεύθυνον, εἰς Τρίβεριν τῆς Γαλλίας ἐξόριστον κατακρίναντος, καὶ τὸν ὅσιον Κυματῖν, καὶ Εὐφρατᾶν Ἀνταράδου, Εὐπρέπιον Ἀδριανουπόλεως, καὶ Λούκιον τὸν ὁμολογητὴν, ὃς τελευτᾷ ἐν ταῖς ἁλύσεσι, καὶ Μάρκελλον τὸν Ἀγκύρας, ὡς ἀνθρωπολάτρην, καθῄραντος.

A EUSEBIUS igitur Nicomedienſis, & qui in Mareote convenerant, Byzantium cum veniſſent, ſanctum Athanaſium invenerunt: qui a piiſſimo imperatore canonicam vindictam inſtitui peteret in delatores ſuos, propter calumniam illam in Tyro: quamobrem ad luſtra immites illæ beſtiæ metu perculſæ deſcenderunt. Euſebius autem impudenter inſurgens contra cognominem ſibi epiſcopum, quatuor calumniatores exhibuit: qui de procuratione annonæ & reliquis jurejurando calumnias confirmantes, imperatori perſuaſerant, ut quæ contra celebrem Athanaſium aſſerebantur, Conſtantinopoli ſynodice examinarentur. Quod & factum B eſt conſeſſu hæreticorum, omnem contra ſacrum ſymbolum movente lapidem, & Athanaſium innocentem Treviros Galliæ exilio condemnante; Sanctum etiam Cimaten, & Euphraten Antaradi, Euprepium Adrianopolis, & Lucium confeſſorem, qui in vinculis mortuus eſt, & Marcellum Ancyræ, tanquam homini-cultorem deponente.

### OBSERVATIO P. ANTONII PAGI

### ad annum Chriſti 336. num. 4. & ſeqq.

Celebrata an. 336. Conſtantinopoli Synodus ab Euſebianis, Euſebio Nicomedienſi Præſide, in qua *Sanctus Athanaſius* Treviros in exilium miſſus eſt, aliique quidam Epiſcopi Orthodoxi depoſiti. Horum nomen recitat Auctor libelli Synodici in hujus Synodi compendio. Neque dubitandum, quin ea habita fuerit, cum in C epiſtola Synodica, quam Concilium Alexandrinum in cauſa Athanaſii poſt paucos annos ſcripſit, id diſerte aſſeratur: *Imperator vel indignitate motus ſcriptis ſuis accuſatores citat, ſuamque ipſius audientiam promittens, ſimulque Synodum indici jubet*, &c. Celebratæ Synodi, ſimulque exilii Athanaſio irrogati tempus deduco ex epiſtola Conſtantini junioris ad populum Alexandrinum ſcripta, quando Athanaſium patriæ reſtituit anno Chriſti trecenteſimo triceſimo octavo. Data enim eſt *Treveris XV. Kalend. Jul.* ut docet Athanaſius in Apologia 2. adverſus Arianos pag. 805. Cum itaque Theodoreto teſte lib. 2. cap. 2. poſt annos duos & menſes quatuor Athanaſius in ſuam Eccleſiam remiſſus fuerit, apparet, currenti anno, menſe circiter Februario, eam Synodum coactam, & *Atanaſium* Conſtantini M. juſſu in Galliam relegatum.

Hujus Synodi meminit etiam Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus in lib. 2. contra Marcellum cap. 4. quod opus ab eo poſt Conſtantini Magni obitum conſcriptum, ut loco citato ipſemet Euſebius fatetur. De Marcello enim Ancyrano Epiſcopo loquens ait: *Hæc in illum commoverunt ſacroſanctam illam Synodum, quæ de diverſis adeo Provinciis, Ponto, Cappadocia, Aſia, Phrygia, Bithynia Thracia, & ulterioribus regionibus in Regiam urbem* (ſcilicet Conſtantipolim) *convenerat, &, ut ſcripto in illum*, (nempe Marcellum) *invehenentur, Patres vel invitos coegerunt*. Fuit itaque Concilium illud numeroſiſſimum; quod etiam teſtantur Patres Conciliabuli Sardicenſis anno CCCXLVII. celebrati in ſua Synodica, in qua de Marcello loquentes ajunt: *Condictam in Conſtantinopolim civitatem ſub præſentia beatiſſimæ memoriæ Conſtantini Imperatoris Concilium Epiſcoporum, qui ex multis Orientalium Provinciis advenerunt*, &c. Ubi & inſinuant, diu illam Synodum duraſſe. Meminit & hujus Conſtantinopolitanæ Synodi Philoſtorgius lib. 2. cap. 12. ubi poſtquam de Tyria locutus eſt, ait, Imperatorem alteri Epiſcoporum Synodo mandaſſe, ut Athanaſii cauſa examinaretur. Baronius & Conciliorum Collectores de ea tanquam contra Marcellum Ancyræ Epiſcopum, non vero contra Athanaſium habita agunt; cum tamen ex his quæ modo dixi, manifeſtum fiat, cauſam *Athanaſii* in ea etiam fuiſſe agitatam.

Synodus Conſtantinopolitana, in qua Marcellus Ancyræ Epiſcopus depoſitus eſt, de qua mentio apud Ruffinum lib. 1. cap. 12. Socratem lib. 1. cap. 36. Sozomenum lib. 2. cap. 33. & in epiſtola Synodi Philippopolitanæ, diverſa non eſt ab ea, de qua numero præcedenti actum, in qua Athanaſio exilium irrogatum. In libello enim Synodico poſtquam de exilio Athanaſii actum, dicitur: *S. etiam Cimatem & Euphratem Antaradi, Euprepium Adrianopolis, & Lucium Confeſſorem qui in vinculis mortuus eſt, & Marcellum Ancyræ tanquam homini cultorem depoſuerunt Euſebiani*. Athanaſius in epiſtola ad Solitarios, & in Apologetico de fuga ſua, univerſos Epiſcopos, qui Conſtantino Magno regnante per fraudem Arianorum in exilium pulſi ſunt, recenſens, eoſdem numerat, aitque, *Cymatium* fuiſſe Antaradi Epiſcopum (quæ urbs ſita dicitur a Geographis in ora Phœniciæ) *Euphrationem* Balaneorum, (urbs eſt etiam Phœniciæ) & *Eutropium* Epiſcopum Hadrianopoleos, qui perperam, ut videtur, ab Auctore libelli Synodici Euprepius appellatur. Nec aliud in eo Conciliabulo factum ſcimus. Athanaſius in epiſtola ad Solitarios dicit, *Marcellum* ab Euſebianis in exilium miſſum, poſtquam nempe Epiſcopatu pulſus eſt. Epiſcopi vero Alexandrini in ſua Synodica anno D CCCXL. ſcripta inquiunt: *At præclari Euſebiani, qua veritatem, ſcriptaque ſua obliterent, nomen Synodi ſuis Actis prætexunt, cum res ipſa negotium Imperatorium, non Synodale haberi debeat; quippe ubi Comes præſideat, & milites Epiſcopos ſub ſatellitio cingant: & Imperatoria edicta, quos ipſi volunt, coire compellunt.*

Cauſa *Arii* in memorata Synodo Conſtantinopolitana agitata. Licet enim Synodus menſe Februario coacta, ut ſupra dixi, *Arius* vero nonniſi completo triceſimo Imperii Conſtantini anno, ut teſtatur Socrates lib. 1. cap. 37. Alexandria Conſtantinopolim evocatus ſit ab Imperatore, & annus XXX. Conſtantini, die XXIV. Julii abſolutus ſit, & poſt illum menſem Athanaſio jam in exilium miſſo, Marcelloque depoſito, *Arius* Conſtantinopolim venerit, & turbas adverſus Alexandrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum excitarit, Synodus tamen adhuc durabat. Sozomenus lib. 2. cap. 29. tradit, Arium Conſtantipolim evocatum, & Euſebianos *ad celebrandam Synodum* ſe paraſſe, ac fruſtra Alexandrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum *Synodum diſſolvere* E conatum eſſe. Idem produnt Nicephorus lib. 8. cap. 51. & Zonaras. Auctor libelli Synodici unius Synodi Conſtantinopolitanæ meminit, quam diu duraſſe ſupra diximus. Apparet itaque, Synodum Conſtantinopoli hujus anni initio inchoatam, poſt menſem Julium adhuc continuatam eſſe.

# VITA
# EPISTOLÆ ET DECRETA
# JULII PAPÆ I.
## *Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.*

*a* JULIUS natione Romanus, ex patre Ruſtico, *b* ſedit annos quindecim, menſes duos, dies * XVIII. Fuit autem temporibus Conſtantii (*a*) hæretici filii Conſtantini, a conſulatu Feliciani & Maximini. *c* Hic (poſt multas tribulationes) in exilio fuit menſibus decem, & poſt Conſtantii (*b*) mortem cum gloria reverſus ad ſedem beati Petri apoſtoli, fecit baſilicas duas, unam juxta forum (*c*), & aliam (*d*) via Flaminia: & cœmeteria tria, unum via Flaminia, aliud via Aurelia, & aliud via Portuenſi. Hic conſtitutum fecit, ut nullus clericus cauſam quamlibet in publico ageret, niſi in eccleſia, & ut notitia quæ omnibus (*e*) fidem facit, per notarios colligeretur, & ut omnium monimentorum in eccleſia conſe- B ctio per primicerium notariorum celebraretur, ſive quod cautiones, vel inſtrumenta, vel donationes, vel commutationes, vel traditiones, aut teſtamenta, vel (*f*) colligationes, aut manumiſſiones clericorum in eccleſia per * ſcrinium ſanctum celebrentur. Hic fecit ordinationes tres in urbe Roma per menſem Decembrem, presbyteros octodecim, diaconos (*g*) tres, epiſcopos per diverſa loca novem. Qui etiam ſepultus eſt via Aureliæ in cœmeterio Calepodii (*h*), pridie Idus * Aprilis. Et ceſſavit epiſcopatus dies vigintiquinque.

* vi. ita & Luc.

Parentheſis incluſa deſunt in Luc.

* ſcrutinium

* Auguſti

### NOTÆ SEVERINI BINII.

*a Julius.*) Vigeſimaſexta die Octobris, anno domini 336. qui eſt Conſtantini imperatoris ultimus, Julius civis Romanus pontificatum Eccleſiæ adeptus eſt. Cujus initio Conſtantinus imperator catholicæ & orthodoxæ fidei confeſſor e vita diſcedens, tres filios hoſte, Conſtantinum, Conſtantium, ac Conſtantem imperii ſui hæredes reliquit: hoc iis moriturus præcipiens, ut Athanaſium, quem non tam relegaſſet, quam ſanguinolentorum hoſtium oculis ad tempus ſubtraxiſſet, tuto in priſtinum locum ac dignitatem reſtituerent. Quam voluntatem patris Conſtantinus junior, Conſtantii permiſſu, executus fuit: ipſumque Athanaſium cum reliquis exulantibus epiſcopis ac presbyteris ſedibus ſuis & eccleſiis reſtituit. Quo facto cum Ariani & Euſebiani hæreſim ſuam ſuccumbere viderent, non modo Athanaſium novis calumniis onerarunt, verum etiam ipſam Nicænæ fidei formulam, omiſſo *Conſubſtantialis* nomine immutare, Ariique hæreſim in eccleſiam introducere elaborarunt. Quod ut facilius expedirent, presbyteri alicujus Ariani, penes quem Conſtantinus magnus ſuaſu ſororis Conſtantiæ teſtamenti tabulas Conſtantio revertenti tradendas depoſuerat, auxilio freti, principis ambitioſi gratiam & favorem impetrarunt: ac deinde catholicis epiſcopis, maxime vero Athanaſio Alexandrinæ, Euſtathio Antiochenæ, Paulo Conſtantinopolitanæ eccleſiæ epiſcopis bello atrociſſimo indicto, cruenta tela & jacula in eos immittunt, calumnias novas comminiſcuntur, innocentes epiſcopos condemnatos ſedibus ſuis exturbarunt, ac habitiſque deſuper malignantium conventiculis, innocentes epiſcopos condemnatos ſedibus ſuis exturbarunt, ac tandem vel exilio vel morte truculenta eoſdem interemerunt, & quod fœdiſſimum eſt, Nicænæ fidei ſymbolum, *Conſubſtantialis* nomine expuncto, malitioſe vitiaA runt. Ad hanc injuriam a capite divini Numinis & ſponſæ illius eccleſiæ propulſandam, Julius pontifex ſe talem exhibuit, ut omnis ejus pontificatus in fide Nicæna tuenda, & catholicis epiſcopis, maxime autem Athanaſio, defendendis, conſumptus fuerit. Quod patebit infra ex notis ad epiſtolas & concilia ſub Julio habita.

Julius quo anno pontificatum adeptus.

Obitus Conſtantini.

Athanaſius ex exilio revocatus.

* Ariani quid fecerint:

Julius fidei Nicenæ & Athanaſii defenſor.

*b Sedit annos 15. menſes 2. dies 18.*) Qui anno Chriſti 352. pridie Idus Aprilis ex hac vita ad dominum migravit, reperitur ſediſſe annis 15. menſibus 5. diebus 17. ita Baronius, Vaticanos indices ſecutus, hic num. 1.

Quamdiu ſederit.

Quod Hieronymi chronic. Liberii ingreſſum refert in hunc annum, confirmat ea quæ paulo ante de Julii obitu diximus.

*Hic poſt multas tribulationes in exilio fuit menſibus decem.*) Julium pontificem pro exulibus epiſcopis, Athanaſio, Marcello, aliiſque pluribus reſtituendis, multos labores impendiſſe, infra multis in locis patebit: ipſum vero aliquo tempore exilium ſuſtinuiſſe, præter B Platinam, errorem libri pontificalis ſequentem, nemo, quod ſciam hactenus, aſſeruit. Quod ait poſt obitum Conſtantii ab exilio liberatum fuiſſe, nequaquam ſuſtineri poteſt: omnes enim, quotquot ſunt ſcriptores Chriſtiani, ſicut & ex gentilibus Ammianus, aperte ſcribunt, vivente adhuc & imperante Conſtantio, Liberium Romanæ eccleſiæ curam egiſſe, ac poſt multas exagitationes ab eodem in exilium relegatum fuiſſe. Quod ſi verum eſt, imprudens compilator advertat, quomodo ſe ex hoc laqueo exerat. Ad annum Chriſti 350. magnus eccleſiæ catholicæ & ſanctorum præſulum patronus, terribilis Arianorum hoſtis, princeps integerrimæ fidei, exulantium ex oriente epiſcoporum vindex, Conſtans imperator occidentis imperium tenebat, non video qua ratione, hoc defenſore adhuc ſuperſtite, Julius pontifex relegari potuerit. Poſt occiſum Conſtantem imperatorem, Magnentius tyrannus cum Urbe toto occidentali imperio potiebatur; vel igitur auctore Magnentio Julium relegatum fuiſſe oportuit, quod nemo hactenus ſcripſiſſe legitur; vel concedendum eſt, C eumdem Conſtantii imperio nequaquam ab Urbe extractum, in regiones exteras amandatum fuiſſe: Vide Baron. anno 352. num. 2. & 3.

Julius an exulaverit?

Libri pontificalis error.

## AD EPISTOLAS JULII PAPÆ I.

### PRÆFATIO EJUSDEM SEVERINI BINII.

DE ſcriptis & epiſtolis Julii Gennadius de ſcriptoribus eccleſiæ cap. 2. hæc ait: *Julius urbis Romæ epiſcopus ſcripſit ad Dionyſium quemdam de incarnatione domini epiſtolam unam, quæ illo quidem tempore utilis viſa eſt adverſus eos, qui ita duas per incarnationem aſſerebant in Chriſto perſonas, ſicut & naturas. Nunc autem pernicioſa probatur: fomentum enim eſt Eutychianæ & Timotheanæ impietatis.* Ita Gennadius; qui D epiſtolam illam Apollinaris, Julio pontifici falſo & malitioſe adſcriptam, non tam legiſſe quam nomine ſaltem audiviſſe convincitur ex eo, quod eam adverſus Neſtorianos impugnandos maxime utilem eſſe ſcribat, quæ vere eorumdem de duabus in Chriſto perſonis errorem ex propoſito confirmat. Accuratius igitur eam perſpectam habuerunt Evagrius & Leontius, quorum ille lib. 3. c. 31. de Neſtorianis hæreticis agens, hæc ſcribit: *Sanctorum patrum libros ſæpe depravarunt, multaſque Apollinaris libros, Athanaſio, Gregorio Thaumaturgo, & Julio, inſcriptionibus commutatis, attribuerunt, quibus quidem libris plurimos in ſuum impium errorem induxerunt.*

De

An Julius ſcripſerit epiſtolam ad Dionyſium Corinthi epiſcopum.

Gennadii error.

Apollinariſtæ ſuis ſcriptis catholicorum nomina præfixerunt.

Leont. 4. rationibus probat epiſtolam Julio attributam Apollinaris fuiſſe

(*a*) *Luc.* Conſtantini filii Conſtantini hæretici (*b*) *Luc.* hujus Conſtantini (*c*) *Luc.* addit *in Urbe Roma*.
(*d*) *Luc.* trans Tiberim (*e*) *Luc.* pro fide eccleſiaſtica eſt (*f*) *Luc.* allegationes (*g*) *Luc.* IV.
(*h*) *Luc.* *inſerit* miliario III.

De eadem epiſtola accuratius & politius hoc Leontius in commentario de ſectis act. 8. tom. 10. biblioth. ſanctor. *Afferunt, inquit, aliud quoque dictum velut a beato Julio profectum, quod extat in epiſtola ſcripta ad Dionyſium Corinthi epiſcopum, cujus initium eſt: Miror de quibuſdam audiens,* &c. *eſtque dictum hujuſmodi: Neceſſe eſt eos, cum duas naturas dicunt, unam adorare, alteram non adorare; & in divinam quidem baptizari, & in humanam non baptizari. Aliaque plura iſthac epiſtola continet. Sed nos pluribus argumentis convincimus, illam epiſtolam non eſſe beati illius Julii, ſed Apollinaris. Primum ex eo, quod ſi quis eam ſubtiliter conſideret, nihil Juliani * dignum nomine habeat. Quia & ſeptem aliæ epiſtolæ quæ ejus eſſe dicunt, Apollinaris ſunt.* Deinde *quod in eadem epiſtola corporis mentione facta nuſquam id mente præditum vel animatum dixerit: Erat autem in more patribus illius ſæculi,* quia Apollinaris Arium ſecutus, ut ex 6. act. concilii ſecundi Nicæni conſtat, corpus Chriſti anima caruiſſe, & Verbum illi loco mentis fuiſſe docebat: *ideo, inquam, patribus illius ſæculi in more erat, ut ſicubi corporis mentionem facerent, idipſum mente præditum, animatumque dicerent; quod quidem uſque adeo verum eſt, ut reformidantibus eis hoc crimen, ideoque, deinceps illas voces Mente præditum & animatum, adjicientibus, nulli poſteriorum libri reperiantur, qui hanc veterem appendicem non habeant. Præterea de hoc quoque non beati Julii, ſed Apollinaris eſſe redarguitur, quod Nyſſenus ille Gregorius in opere contra Apollinarem aperte multa recitat, quæ hac epiſtola continentur, eaque ceu prava refutat. Poteſt & aliunde convinci, quod beati Julii non ſit. Ajunt enim actis ſynodi Epheſinæ ſub beato Cyrillo inſertam; quod quidem aperte mentiuntur: nam nihil ibi in textu tale reperitur, ſed alia quædam inſerta eſt epiſtola velut a Julio ſcripta, nec ipſa Julii, ſed Timothei, quemadmodum ex multis exemplaribus intelligi poteſt.* Hæc Leontius pro defenſione Baron. anno 352. num. 4. & aliquot ſequentibus.

Ratio. I.
Ratio II.
* Julii aut Juliano.

Cur orthodoxi corpus Chriſti nominantes illud mente præditum vel animatum appellarint.

Ratio III.

Ratio IV.

De duabus epiſtolis infra ſubſequentibus, quarum altera eſt Arianorum ad Julium, altera Julii ad Arianos ſcripta, lectori utile ſimul ac gratum fore exiſtimavimus, ſi quod de iis ſentit Baronius, breviter hic annotemus. *Extat epiſtola quædam*, inquit, anno 341. num. 59. *Arianorum nomine ad Julium papam data, ſed ut recte intuenti apparet, videtur eſſe ex his, quæ Socrates atque Sozomenus tradunt, conſarcinata: nam quæ qualeſve eſſent eadem Euſebianorum ad Julium ſcripta, ejuſdem Julii litteræ ad eos redditæ, & ab Athanaſio recitatæ, aperte ſignificant: multa enim in illis deſiderantur, quæ ex Julii litteris produntur ab iiſdem ſcripta eſſe, compluraque ineſſe noſcuntur, aliter quam a Julio relata ſint, diverſaſque cum ex nominibus, tum ex rebus pendens quiſque indagator inveniet: ut merito ea ipſa, quæ ibidem habentur recitata, tunc a Julio papa ad Arianos reddita, eadem quoque ſuſpicione laborent. Nam quæ vera & legitima ſint litteræ Julii ad illos reſcripta, Athanaſius, qui eas verbatim deſcripſit, recitatque in ſecunda ſua apologia, abſque controverſia ulla declarat.* Hæc Baronius præallegato loco.

Baronii de duabus epiſtolis Julii ſententia.

## a EPISTOLA I.

## a INCREPATORIA JULII PAPÆ I.

a Hæc cum ſeq. ſuppoſita Baronio aliiſque eruditis merito videtur, non ſecus atque alia Iſidori merces ex Hiſpania primum, ut volunt, profectæ.

### AD ORIENTALES EPISCOPOS.

Pro cauſis Athanaſii, & exceſſibus contra Romanam eccleſiam.

I. *Quod ſoli Romano pontifici liceat generale concilium cogere, & epiſcopos judicare.*

II. *Non oportet præter ſententiam pontificis Romani concilia celebrare, vel epiſcopos damnare.*

III. *Ut accuſatores & accuſationes, quas leges ſæculi non admittunt, repellantur.*

IV. *Si quis epiſcopum præter auctoritatem ſedis apoſtolicæ damnaverit, vel a ſede expulerit, de gradu ſuo dejiciatur, & excommunicetur; & epiſcopi ejecti reſtituantur.*

*Venerabilibus fratribus univerſis orientalibus epiſcopis Julius.*

Ex Collectione Iſidori

DECUERAT vos, fratres, alios eccleſiaſticis inſtruere diſciplinis, & non talibus urguere machinamentis, dicente Joanne Baptiſta:

A *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis,* & reliqua. De qua re & apoſtolus Paulus nos inſtruit, dicens: *Fratres, etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite hujuſmodi in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris,* & reliqua. Et alibi Petrus apoſtolus ait: *omnes unanimes in oratione eſtote, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles, non reddentes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto, ſed e contrario benedicentes, quia in hoc vocati eſtis, ut benedictionem hereditate poſſideatis. Qui enim vult vitam diligere, & videre dies bonos, coerceat linguam ſuam a malo, & labia ſua ne loquantur dolum. Declinet a malo, & fa-*

Luc. 3. Gal. 6.
1. Pet. 3.
Pſal. 33.

B *ciat bonum: inquirat pacem,* Et * *ſequatur eam: quia oculi domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum, vultus autem domini ſuper facientes mala.* Quid pejus eſt, fratres, quam ut ſacerdotes domini, qui ab omni mala coinquinatione, & a nocumento omnium Chriſtianorum, quanto magis a fratrum & coepiſcoporum, alieni debent exiſtere, quos tueri & ſublevare ab inſidiis debent, & quos fovere & diligere ſummopere oportet, perſequantur eos, & communione privare decertent? Nec recordamini Sapientiam, quæ ait: *Perverſæ enim cogitationes ſeparant homines a Deo.* Si perverſæ cogitationes ſeparant homines a Deo, quanto magis opera iniqua? Quid enim nequius eſt,

* Perſequatur
Sap. 1.

C quam ut illos, de quibus dominus ait, *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei,* quiſquam avertere, perſequi, deſtruere nitatur? Probata autem virtus portat, protegit & conſolatur oppreſſos, & docet inſipientes. *Eſt enim Deus teſtis cordis * hominis, ſcrutatorque verus ſingularum conſcientiarum, & linguarum ſingularum auditor: quoniam ſpiritus domini replevit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis.* Et alias idem ipſe ait: *Deus caritas eſt. In hoc apparuit caritas Dei in nobis, quoniam Filium ſuum unigenitum miſit Deus in mundum, ut vivamus per eum. In hoc eſt caritas, non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit Filium ſuum pro-*

Zach. 2.
* humanæ
Gal. 7
Pſal. 13.
Sap. 1.
1. Joan. 4.

D *pitiationem pro peccatis noſtris. Cariſſimi, ſi ſic Deus dilexit nos, & nos debemus invicem diligere. Deum nemo vidit unquam: ſi diligamus invicem, Deus in nobis manet, & caritas ejus in nobis perfecta eſt. In hoc intelligimus, quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis: quoniam de Spiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus, & teſtificamur, quoniam Pater miſit Filium ſuum, ſalvatorem mundi. Quiſquis confeſſus fuerit, quoniam Jeſus eſt Filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo, & nos cognovimus, & credidimus * caritati, quam habet Deus in nobis. Deus caritas eſt, & qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta eſt caritas Dei nobiſcum, ut fiduciam habeamus in die*

* caritatem.

E *judicii: quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. Timor non eſt in caritate; ſed perfecta caritas foras mittit timorem, quoniam pœnam timor habet. Qui autem timet, non eſt perfectus in caritate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum quem videt, Deum quem non videt quomodo poteſt diligere? Et hoc mandatum habemus a Deo: ut, qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum.* Nam & ipſa ſapientia ait: *Lingua ſapientium ornat ſcientiam,*

Prov. 15.

*tiam, os fatuorum ebullit ſtultitiam. In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos. Lingua placabilis, lignum vitæ: quæ autem immoderata eſt, conteret ſpiritum. Domus juſti plurima fortitudo: & in fructibus impii conturbatio. Labia ſapientium diſſeminabunt ſcientiam: cor ſtultorum diſſimile erit. Victima impiorum abominabiles erunt domino: vota juſtorum placabilia. Qui ſequitur juſtitiam diligitur a domino.* Item alibi: *Labia juſti conſiderant placita: & os impiorum perverſa. Simplicitas juſtorum diriget eos; & ſupplantatio perverſorum vaſtabit eos, juſtitia rectorum liberabit eos, & in inſidiis ſuis capientur iniqui. Juſtus de anguſtia liberabitur, & tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum ſuum, juſti autem liberabuntur ſcientia. In bonis juſtorum* * *exaltabitur civitas, & in perditione impiorum erit laudatio. Benedictione juſtorum exaltabitur civitas.* Nec conſideratis, qui fratres perſequi non ceſſatis, qualia Job patientiſſimus, inter cetera exorſus, loquetur: *Auris audiens beatificabat me, & oculus videns teſtimonium reddebat mihi, eo quod liberaſſem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non eſſet adjutor. Benedictio perituri ſuper me veniebat, & cor viduæ conſolatus ſum. Juſtitia indutus ſum: & veſtivi me ſicut veſtimento, & diademate judicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum: & cauſam quam neſciebam diligentiſſime inveſtigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.* Et paulo poſt: *Si negavi*, inquit, *quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. Si comedi bucellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea: quia ab infantia mea crevit mecum miſeratio, & de utero matris meæ egreſſa eſt mecum.* Nam ſi quis hæc recto omnia conſideraverit oculo, nequaquam * fratres nocere, ſed liberare feſtinabit, quia nihil deterius eſt, quam cives civibus invidere, & fratres fratribus inſidiari, aut calumnias facere. Talibus enim refragari volentes inſidiis patres ſancti, ſynodum congregaverunt generalem in Nicæa, vitam corrigere hominum cupientes in eccleſia commorantium. [a] Licet dudum inſtituta ſanctorum multa patrum eſſent conſcripta, poſuerunt leges, quas ſacros canones appellamus, [b] quibus multa perneceſſaria ad ſtatum eccleſiæ ſanctæ Dei, & ſupplementum columnarum ejus, id eſt epiſcoporum, qui eam propriis humeris geſtant, ſunt decreta, & nocumenta eorum prohibita, ita ut qui talia agere tentaverint, aut eis nocere præſumpſerint, ſi quidem clerici fuerint, a proprio gradu decidant, ſi vero monachi aut laici fuerint, anathematizentur. [c] Quibus armati exemplis, oportere arbitrati ſumus, ab omnipotente Deo inſpirati, ut hanc accenſam diſcordiæ flammam [d] extinguere apoſtolica debeamus auctoritate, & non concedere eam ulterius animas depaſci humanas. Quapropter una cum omnibus apoſtolicæ ſubjectionis regulæ ſancimus, ne quiſquam deinceps Chriſtianorum talia perpetrare, aut epiſcopis temere nocere præſumat, cum & doctor gentium idipſum prohibeat, dicens: *Seniorem ne increpaveris, ſed obſecra ut patrem*, & reliqua. Bonum eſt namque procul dubio, & omnibus timentibus Deum [e] deſiderabile, cohibere diſſenſiones & altercationes, fratribuſque ſubvenire, & invicem non invidere, ſed adjuvare. Audite, inquam, jam factam in Nicæna civitate ſynodum, cui & ipſe conſcientiæ meæ [a] cultum decenter exhibui, nihil aliud volens quam concordiam omnibus fabricare, & præ cunctis arguere & removere hanc inſidiantium altercationem: [b] quas prævidentes ſancti patres inſidias & illicitas altercationes, unanimiter in prædicta Nicæna ſtatuerunt ſynodo, ut nullus epiſcopus, niſi in legitima ſynodo, & ſuo tempore apoſtolica auctoritate [c] convocata, ſuper quibuſdam criminationibus pulſatus audiatur, id eſt, judicetur vel damnetur. Sin aliter præſumptum a quibuſdam fuerit, in vanum [d] deducatur quod egerint, nec inter eccleſiaſtica ullo modo * reputabitur.

Prov. 10. — Prov. 10. — Prov. 11. — * exaltab... — Job 29. — Job 31. — * fratribus. — a Hiſt. Trip. 11. 14. & Soz. l. 1. — b ex eadem ibidem. Ex his & ſequentibus liquet plures 20 eſſe Nicæni concilii canones. — c verum errat hic, ut in pleriſque aliis Binius. — d Conc. Chalced. c. 27. Typus Conſtantis conf. 4. conc. Later. ſub S. Martino. — 1. Tim. 5. — e Conc. Lateran. cit. — a Conſt. M. in ep. ad Alex. Trip. Hiſt. III. 17. ex Socratis I. 6. — b quorum 3. quæſt. 4. Nullus epiſcopus. — c Har. col. c. 3. — d deducetur.

I.

Ipſi vero primæ ſedis eccleſiæ convocandorum generalium ſynodorum jura & judicia epiſcoporum ſingulari privilegio evangelicis & apoſtolicis atque canonicis conceſſa ſunt inſtitutis, quia ſemper [e] majores cauſæ ad ſedem apoſtolicam multis auctoritatibus referri præceptæ ſunt. Nec ullo modo poteſt major a minore judicari. Ipſa namque omnibus major & prælata eſt eccleſiis, quæ non ſolummodo canonum & ſanctorum patrum decretis, ſed domini ſalvatoris noſtri voce ſingularem obtinuit principatum. *Tu es*, inquit, *Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam*, & reliqua. *Et quæcumque ligaveris ſuper terram & ſolveris, erunt ligata & ſoluta in cælo & in terra.*

e Innoc. ep. 2. c. 3. Vigilius ep. 2. Primatus eccleſiæ Romanæ a Chriſto. — Gelaſius in decreto. Matth. 16.

II.

Porro dudum a ſanctis apoſtolis ſucceſſoribuſque eorum, in præfatis antiquis decretum fuerat ſtatutis, quæ hactenus ſancta & univerſalis apoſtolica tenet eccleſia, non oportere præter ſententiam Romani pontificis concilia celebrari, [f] nec epiſcopum damnari, quoniam ſanctam Romanam eccleſiam * primatem omnium eccleſiarum eſſe voluerunt. Et ſicut B. Petrus apoſtolus primus fuit omnium apoſtolorum, ita & hæc eccleſia ipſius nomine conſecrata, domino inſtituente, prima & caput [g] ſit ceterarum, & ad eam, quaſi ad matrem atque apicem, omnes majores eccleſiæ cauſæ, & judicia epiſcoporum recurrant, * ejuſque juſta ſententia terminum ſumant, nec extra [h] Romanum quidquam ex his debere decerni pontificem, quatenus non ita proterve, & pro libitu cujuſpiam, ſuo proprio arbitrio, quibuſque metropolitanis, ſicut agere ſolebant, liceat, inconſulto Romano pontifice, aut majores eccleſiæ cauſas deturbare, aut epiſcopos damnare, ſed [i] communi ſanctæ Romanæ ſedis epiſcopi conſilio & concordi actione quæque ſunt Chriſti zelo agenda diſponant unanimiter, recteque ſentiant, & ea quæ ſenſerint, non ſibimet diſcrepando, ſed Deo placita perficiant.

3. q. 6. Dudum a ſanctis. In decretali epiſtola Eleutherii papæ, ac Victoris. — f Socr. II. & 17. — * primariam primatum. in 2. decr. Anacleti papæ, & in 1. decr. Alexandri papæ. — g Hadr. coll. 3. — h Sozom. III. 9. — * & juxta ejus ſententiam. — i Hadr. coll. 43. Habetur infra in decr. Julii papæ, ad orientales epiſcopos pro Athanaſio.

III.

Eſt etiam in jam fata Nicæna concorditer ſtatutum ſynodo, accuſatores & accuſationes, quas ſæculi leges non admittunt, a ſacerdotali funditus averti nocumento. *Ecce*, inquit Propheta, *quam bonum & quam jucundum, habitare fratres in unum.* Illi vero non in unum habitant, qui a fratrum ſe ſolatio ſubtrahunt, aut fratribus inſidias præparant. Non alieno vos, fratres, patiamini [k] peccato gravari: quia quod neceſſe eſt, nos dicere veremur, id eſt, ne cujus religio diſſipatur, indignatio provocetur. Præ oculis habete, & tota mentis acie reverenter aſpicite beati Petri gloriam, & cum ipſo communes omnium apoſtolorum coronas, cuncto-

Pſal. 132. — k S. Leo ep. 25.

* Gratian. reputatur.

**ctorumque martyrum palmas, qui pro fratrum non deſtructione, ſed confirmatione & veritate in Chriſto paſſi ſunt.**

IV.

Nos ergo, qui domini diſcipuli & dici & eſſe volumus, portare crucem Chriſti, & compati fratribus debemus, & non perſequi. Subtrahite (rogamus) actus cogitationeſque a talibus nocumentis, ſi non vultis ipſam in vos ſuſcipere ultionem: quoniam talionem meretur qui fratri ſoveam præparat. Et nos ſcitote hunc [a] typhum deinceps non eſſe paſſuros, ut ea quæ ad hanc ſpecialiter ſanctam pertinent ſedem, ſicut judicia epiſcoporum & majores eccleſiæ cauſæ, ut paulo ſuperius prælibatum eſt, vos patiamur nobis inconſultis invadere abſque veſtri ſtatus periculo. Sed ſi quis ab hodierna die & deinceps epiſcopum præter hujus ſanctæ ſedis ſententiam damnare, aut propria pellere ſede præſumpſerit, ſciat ſe irrecuperabiliter eſſe damnatum, & proprio carere perpetim honore, eoſque qui abſque hujus ſedis ſunt ejecti ſententia vel damnati, hujus ſanctæ ſedis auctoritate ſcitote priſtinam recipere communionem, & in propriis reſtitui ſedibus: quoniam & prius, a tempore ſcilicet apoſtolorum, hæc huic ſedi ſanctæ conceſſa ſunt, & poſtea in memorata Nicæna ſynodo, propter pravorum hominum infeſtationes, atque hæreticorum perſecutiones, & inſidiantium molimina fratrum, ſunt concorditer ab omnibus corroborata, ut magis ſinguli * provideant, ne talia audeant perpetrare; & caveant, ſi non propter Deum & amorem [b] fratrum, tamen propter opprobrium hominum, ruborem ſuum atque canonicam ultionem, ſaltem hæc timore & verecundia compreſſa, ſilentioque comprimantur, amputato ſcilicet totius [c] uſurpationis exceſſu, quia nullus debet præſumere quæ ſibi non videntur eſſe conceſſa. Quam culpam nullo modo potuiſſetis incidere, [d] ſi unde conſecrationem honoris accipitis, inde legem totius obſervantiæ ſumeretis: & beati apoſtoli Petri ſedes, quæ vobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſet eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Unde ſicut multum nos ea [e] quæ a vobis pie recteque ſunt acta lætificant, ita nimium ea quæ ſunt perperam geſta contriſtant, quoniam neceſſe eſt poſt multarum talium experimenta cauſarum hæc in poſterum ſolicitius proſpici, & diligentius præcaveri, quatenus ea, quæ ſunt ab apoſtolis eorumque ſucceſſoribus ſtatuta, nulla deſidia negligantur, nulla diſſenſione violentur, nulla concertatione turbentur. *Nam ſicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent: ita multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra.* Connexio [f] totius corporis unam ſanitatem, unam pulchritudinem facit, & hæc quidem connexio totius corporis unanimitatem requirit, ſed præcipue exigit concordiam ſacerdotum, quibus etſi dignitas communis non eſt, tamen ordo generalis eſt, quoniam & inter beatiſſimos apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis, & cum omnium par eſſet electio, uni tamen datum eſt ut ceteris præemineret. De qua forma epiſcoporum quædam orta eſt diſtinctio, & magna ordinatione proviſum, ne omnes ſibi omnia vindicarent, ſed eſſent in ſingulis provinciis ſinguli, quorum inter fratres, haberetur prima ſententia, & rurſum quidam in majoribus urbibus conſtituti ſolicitudinem ejus ſuſciperent ampliorem, per quos ad unam beati Petri ſedem univerſalis eccleſiæ cura conflueret, & nihil uſquam a ſuo capite diſſideret. Qui ergo ſcit ſe quibuſdam præpoſitum, non moleſte ferat aliquem ſibi prælatum; ſed obedientiam quam exigit, etiam ipſe dependat. *Nolite itaque errare, fratres mei dilectiſſimi. Doctrinis variis & extraneis nolite abduci.* Et inſtituta apoſtolorum & apoſtolicorum virorum canoneſque habetis, his fruimini, his circumdamini, his delectamini, his armamini, ut his freti, circumdati, delectati, armati, contra cuncta inimicorum jacula perſiſtere valeatis. Satis enim indignum [a] eſt quempiam vel pontificum, vel ordinum ſubſequentium, hanc regulam refutare, quam beati Petri ſedem & ſequi videat & docere. Multum enim convenit, ut totum corpus eccleſiæ in hac ſibimet obſervatione concordet, quæ inde auctoritatem habet, ubi dominus eccleſiæ totius poſuit principatum, dicente ſcriptura: *Ordinate in me caritatem.* Et iterum. *Omnia cum ordine fiant.* Iterumque Pſalmiſta prædicante: *Circumdate Sion, & complectimini eam, narrate in turribus ejus. Ponite corda veſtra in virtute ejus, ut enarretis in progenies alteras, quoniam hic eſt Deus, * dominus noſter in æternum, & ipſe reget nos in ſecula.* Officii enim noſtri conſideratione [b] non eſt nobis diſſimulare, non eſt tacere * libertas, quibus major cunctis Chriſtianæ religionis zelus incumbit, nec per taciturnitatem aut favere aut conſentire videamur fratrum nocumentis. Data Kalendis Octobris, Feliciano & [c] Maximiano [1] viris clariſſimis conſulibus.

a Africani PP. in ep. ad Bonifacium.

* prævideant.

b fraternum.

c S. Leo ep. 84. 25. q. 2. Amputato totius uſurpationis.

d S. Leo ep. 4. c. 7.

e Idem ep. 84.

Rom. 12.

f Idem. Leo ibidem: unde liquere arbitror eruditis, quam ineptus fuerit harum laciniarum ſartor, qui poſteris oculos eruere voluit. Plura ex his habentur in decretali epiſtola Vigilii papæ.

Heb. 13.

Diſt. 11. Nolite errare.

a Gelaſius ep. 19. c. 10.

Cant. 2. 1. Cor. 14. Pſalm. 47.

* Deus. 24. q. 1. Officii noſtri conſideratione.

b Siricius ep. 1.

* liberum.

c Titiano anno 337.

[1] Non ſunt in Faſtis iſti conſules

## NOTA SEVERINI BINII.

*a Epiſtola increpatoria Julii.*) Hanc epiſtolam Feliciano & Titiano conſulibus datam anno Chriſti 337. ex prima Romana ſynodo ſub Julio habita a pontifice ſcriptam fuiſſe, his rationibus ſic ſatis evidentibus ſtatuere licet. Primum eodem conſulatu Feliciani & Titiani hac epiſtola atque Romana ſynodus conſignata ſunt. Secundo, quod de injuſta Athanaſii & Marcelli Ancyrani condemnatione & relegatione facta redarguantur ab his, qui ſe huno ob finem conveniſſe in actis ſynodi aperte profitentur his verbis: *Pro fratrum oppreſſione tractantes laboremus; quia dum illi tam graviter affliguntur, nos nec reſpirare, nec quieſcere poſſumus.* Anno Chriſti 336. Athanaſium ſuis conventiculis aliquoties condemnatum relegaverant; quæ cum citra Romani pontificis ſcitum & conſenſum contigiſſent, jure meritoque de nullitate facti, & eccleſiaſticarum conſtitutionum violatione reprehenduntur. An citra Romani pontificis conſenſum & approbationem concilia celebrare liceat, ſupra multis in locis attigimus.

Epiſtolam hanc eſſe Julii probatur rationibus. Verum ejus acta falſa, ſaltem adulterata Baronio. Ratio 2.

## [a] EPISTOLA [d] ORIENTALIUM AD JULIUM PAPAM I.

Cauſantium quod in communionem receperit Athanaſium, & ceteros quos ipſi damnaverant.

*Domino beatiſſimo & honorabili patri Julio, apoſtolicæ ſedis venerabili epiſcopo, Euſebius, Theognius, Theodorus, & [e] Berinthus una cum reliquis fratribus & coepiſcopis noſtris, in Antiochia congregatis.* [f]

LICET circa omnes Romanam eccleſiam ſciamus, eſſe munificam, & apoſtolicam habere

d Bar. aliiſque eruditis commentitia ex variis aliorum fragmentis Latine ſcriptis conſuta. Ex eadem collectione Iſidori.

e Theodorus fuit Perinthi ſive Heracleæ Epiſcopus, quem in duos diſtrahit falſarius.

f anno 341. Prodit hæc

bere curam, & ſemper matrem exiſtere pietatis, quamquam ab oriente ad eam prædicatores [a] pietatis advenisſent, tamen optaremus vos nobiſcum concordare, & quos a communione ſuſpendimus, a vobis eſſe ſuſpenſos: & quos in ordine confirmamus epiſcoporum, a vobis eſſe confirmandos: nec nos ſecundo loco habendos, cum ex his partibus ad vos uſque dogmatizantes apoſtoli pervenerint. Nec enim nos veſtris reſultavimus quamvis hoc agere potuiſſemus, quando Novatianus a Romana pulſus eſt eccleſia, quoniam (ut juxta vulgarem conſuetudinem loquamur) *inimicitias quærit omnis qui vult recedere ab amico*. Nec crimine carere poteſt, qui alterius excommunicatum, abſque ejus licentia, a quo communione eſt privatus, in communionem ſuſceperit, canonibus ſcilicet jubentibus, ut excommunicatus ab aliis, non ſuſcipiatur, viventibus illis a quibus communione privatus eſſe dignoſcitur. Nec ſolum in his nobis contumeliam irrogatis, ſed etiam in his, quod concilia noſtra diſſolvitis, neque ea rata ſinitis eſſe. Sunt namque a nobis, & maxime a totius orientis epiſcopis damnati, [b] Athanaſius Alexandrinus, Paulus Conſtantinopolitanus, Marcellus Ancyræ, Aſclepius Gazæ, Lucianuſque [c] Hadrianopolites, pro certis criminibus, quibus adverſarii ſunt apud nos inſcripti, quæ per præſentes hujus epiſtolæ latores omnia ſub certa relatione veſtræ innoteſcere non omittimus ſanctitati. Quibus agnitis, ſi noſtris placitis magis quam eorum machinationibus aſſentire, & ordinatos epiſcopos [d] in damnatorum loco firmare eligitis, pacem vobiſcum & communionem habere volumus: ſi vero aliter egeritis, & eis amplius, quam nobis aſſentire judicaveritis, contraria celebrabimus, & vobiſcum deinceps nec congregari, nec vobis obedire, nec vobis veſtriſque favere volumus, ſed per nos, quidquid melius elegerimus, agere conabimur. Nam nullus eſt in hac parte terrarum ætatem habens, qui ignoret prædictorum molimina ſeductorum, propter eos enim multa ſunt mala peracta, multa concilia diverſis & aſperis temporibus celebrata, multæ ſeditiones, [e] multæ machinationes, multa nobis opprobria illata, & alia multa quæ enumerare perlongum eſt. Nam ſi his conſentire eligitis, tunc liquet quod nos perdere vultis, & non, ut pater filios, fovere. Dicunt enim & affirmant tam cives iſtorum, quam etiam ſacerdotes eorum, hos fovere vos velle homicidas, [f] ſacrorum templorum everſores, virginum ſtupratores, ſacrorum librorum incenſores, ſacrorumque vaſorum, ac ceterorum ſacrorum miniſteriorum fraudatores, officiorum neglectores, imperatorum infidos, gentis & patriæ proditores, & inter ſacerdotes maximam generantes diſcordiam, eo quod conſubſtantialitatis vocem, quæ ſcripta non invenitur, in fidei doctrina poſuiſſent. Quid plura enumerare neceſſe eſt, cum propter eos nobis & cunctis hujus regionis habitatoribus ſcientibus, tanta cædes hominum ſit perpetrata, ut amplius quam mille homines ſint proſtrati? Talibus autem favere quid aliud eſt, quam ſceleribus eorum conſentire, cum ſacra ſcriptura hæc prohibeat, dicens: *Non ſolum qui faciunt culpabiles exiſtunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus*. Talibus enim vos obſiſtere totis viribus oportet, ne involvamini in peccatis eorum, & excommunicationem eorum ne ſuſcipiatis. Tales enim a vobis procul abjicite, ne propter animoſitatem talium hominum, infirmæ animæ & ignari populi, ſacrilega diſſenſione diſpereant. Itaque oportet [a] vos improbis probe reſiſtere. Quapropter ſi neglexeritis deturbare perverſos, liquet quod eorum protegatis errorem. Nec vero caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui [*] manifeſte facinoribus deſinit obviare. [b] Decet enim vos ad arguendam proterviam eorum linguam veſtram exacuere, & velut venenoſos a vobis repellere, ne eorum veneno vos veſtrique in aliquo ſauciemini. Igitur [c] ſufficiunt nobis querimoniæ contra eos delatæ, quoniam derelinquet nos tempus, ſecundum quod ait apoſtolus, ſi voluerimus omnium obloquentium oblatas contra eos producere querelas, maxime cum hæc nobis ſufficiant quæ ſuperius dicta ſunt. Nec nobis neceſſe eſt iterum eorum divulgare mala, cum ipſa per ſe prodeant, & maxime omnes orientales teſtes ſuper eorum malis exiſtant. *In ore enim* (juxta quod ſcriptum eſt) *duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum*: quanto magis in multitudine tantorum ſacerdotum & populorum, abbatum vel monachorum, in ſcripto & ſine ſcripto contra horum pravitatem nos quotidie vox acclamantium? Nos vero diu expectavimus eos per multam patientiam, ut crearent uvas, ſed illi e contrario fecerunt labruſcas. Vos ergo non oportet de cetero negligere & differre tales, ne (quod abſit) memoratis criminibus eorum [d] ſubmittamini, irrationabiliter eos epiſcopos ponentes. Ipſi enim, niſi cito corrigantur, juxta quod beatus apoſtolus proteſtatur, *ſecundum duritiam eorum, & cor impœnitens, theſaurizant ſibi iram in die iræ & revelationis juſti judicii Dei, qui reddet unicuique ſecundum opera ejus*. Qui corrigendi ſunt, ne per temporalem delectationem, [e] & per mendacia atque figmenta ſua, vobis aſſenſum præbentibus, æterna perdant præmia, quæ per veram pœnitentiam conſequi potuerunt. Nec hæc, quæ prædicta ſunt, ſolummodo Athanaſio & ſequacibus ejus irrogamus, ſed etiam quod contra regulam egerit, quam nos decreveramus, quia non decreto communis concilii [f] epiſcoporum recepit ſacerdotium, ſed ſibimet arrogando eccleſiam fuiſſet ingreſſus, & in ſede reſediſſet, cum dudum [g] decretum fuiſſet, nullum a pauciore numero reſtitui debere, quam depoſitum fuiſſe conſtaret. Deinde, quoniam ejus adventu ſit turba generata, plurimique ſeditione ſint mortui, & non ſolum hæc per eum & propter eum ſunt peracta, ſed etiam quidam jam a dicto Athanaſio cæſi, judicibus dicuntur eſſe contraditi. [h] Hæc & alia innumerabilia ſunt ab eo ſuiſque ſequacibus impudenter perpetrata, quos excommunicatos, communioni (ut audivimus) contra regulam in contumeliam omnium orientalium ſociaſtis. Præfato itaque debitæ ſalutationis [i] officio propter beati Petri honorem impenſo, poſtulamus, ut deinceps ad veſtras hinc venientes aures non tam facile admittatis, utque a nobis excommunicatos ultra velitis excipere; ne canonum tranſgreſſores inveniamini, ſed magis ſalva fraterna caritate, erratum hoc in poſterum minime patiamini.

*Et ſubſcriptio*: Orantem [k] pro nobis apoſtolatum veſtrum dominus ævo cuſtodiat longiore, beatiſſime pater. Amen.

No-

Epiſtola hæreticos fuiſſe qui eam ſcripſerunt.

a Hiſt. Trip. IV. 16. & Soc. III. 7.

Prov. 18.

In Nicæna ſynodo c. 5. Et in Elibeꝛitano concil. c. 53.

b Athan. anno 335 Tyri, Marcellus 336. in ſyn. CP. Paulus anno 340.

c Corr. Alexandrino(?) ... Lucius de quibus Athan. Soz. Socr. Theod.

d Hiſt. Trip. IV. 16.

Fr... agnoſcunt Romani pontificis primatum.

e ſeductiones.

f Athan. apol. 2. & ad ſolit. Hilar. in fragm.

Ruff. Socr. Soz. Theod. & alii

Rom. 1.

a Martinus I. conſ. 1. conc. Later.

* manifeſtis.

b Felix. III. in ep. ad Acacium.

c Idem Martinus.

Hebr. 11.

Matth. 18.

Iſa. 5.

d ſubdamini.

Rom. 2.

e S. Greg.

f Trip. Hiſt. IV. 9. & 16. X. 17. ex Socr. & Soz.

g imo anno dumtaxat 341. conc. Antiocheni. can. 12. Ho hæreticorum eſſe decretum teſtatur Julius in epiſtola proxima.

h Trip. cit. ex Socrate & Sozomeno.

i Ep. Africanorum ad Cæleſtinum I. Papam.

k ep. Tarraconen. ad Hilarum papam.

## Nota.

*a Epiſtola Orientalium.*) Ex epiſtola Julii ad orientales ſcripta, quam recitat Athanaſius apologia 2. quæque infra quarto loco hi ſubditur, certiſſime conſtat Arianos poſt concilium Antiochenum acerbius, ac majore cum faſtu, ſuperbia & contentione, quam decebat, ſcripſiſſe. Ita enim exorditur: *Legi epiſtolam veſtram, quam mihi presbyteri mei Elpidius & Polyxenus attulerunt, &c.* Veram & germanam non exſtare, præter auctoritatem Baronii anno 341. num. 54. illud aſſerentis, ea quæ ſupra in principio epiſtolarum Julii annotavi, confirmant. Quæ hic ſecundo loco poſita orientalium nomen præfixum habet, ex Sozomeno & Socrate ab incerto quodam auctore compilata eſſe videtur, tum quod multa deſiderari, nonnulla etiam in rebus & nominibus in ea expreſſis variari advertes, ſi eam cum reſponſoria Julii, quam recitat Athanaſius apologia 2. diligenter conferas. Vide quæ ex Baronio ſupra dixi initio epiſtolarum.

Ariani poſt Antiochenum concilium ſcripſerunt.

Epiſtola hæc an recte citata ſit ab auctore.

---

## a EPISTOLA II.

## SIVE a RESCRIPTUM JULII I.

a falſa non ſecus ac præcedentes duæ.

Contra orientales, pro Athanaſio & ceteris.

1. *De vocatione orientalium epiſcoporum ad Julium, & reſtitutione damnatorum epiſcoporum ab ipſis.*
2. *Ut epiſcopi accuſati appellent ſedem apoſtolicam.*
3. *De eadem re.*
4. *Si quis putat ſe gravari a proprio metropolitano.*
5. *De accuſatoribus, vel accuſationibus, quas ſæculi leges non admittunt.*
6. *Ut nullus epiſcopus alterius parochiam retineat, vel ordinet, &c.*
7. *Si quis adverſus epiſcopum, vel auctores eccleſiæ negotium habuerit.*
8. *De epiſcopis rebus ſuis expoliatis, vel a ſede ſua pulſis.*
9. *De accuſatoribus & teſtibus.*
10. *Si accuſatus vel damnatus epiſcopus ſedem apoſtolicam appellaverit, & de eis qui adverſus patres armantur, vel cum inimicis morantur.*
11. *De accuſationibus clericorum.*
12. *Quæ metropoles primates vocentur.*
13. *Qui ſint infames.*
14. *De cauſis epiſcoporum.*
15. *Ut non admittantur ad accuſationem errantes, vel a propoſito recedentes, ſive canonibus inobedientes.*
16. *De peregrinis judiciis.*
17. *Ut nullus extra provinciam vocetur ad judicium, vel ſi quis judices ſuſpectos habuerit.*
18. *De ſe confeſſis, non eſſe credendum ſupra crimen alienum.*
19. *De incertis non judicandis.*
20. *De criminationibus majorum natu.*
21. *De provinciali ſynodo retractanda a papa.*
22. *Si quis judices majoris auctoritatis appellaverit.*
23. *Ut metropolitanus nihil agat ſine conſilio epiſcoporum, nec illi ſine ipſius, niſi quantum ad proprias pertinet parochias.*
24. *Ne judices in abſentem proferant ſententiam, & ut proditor non audiatur.*
25. *De accuſationibus clericorum.*
26. *De epiſcopis accuſatis.*
27. *De injuſta epiſcoporum damnatione.*
28. *Detractores & fautores inimicorum ab accuſatione removendos, nec majorem a minore debere impeti, nec in re dubia certa judicari ſententia, & de judiciis inordinatis.*
29. *Si poſſit epiſcopus a pauciori numero epiſcoporum reſtitui, quam fuerat damnatus.*
30. *Si ſit fugiendum epiſcopis cauſa perſecutionis, & de privilegiis apoſtolicæ ſedis.*
31. *Quanta cautela judicare oporteat, nec damnandum quemquam, priuſquam accuſatores præſentes habeat, locumque defendendi accipiat.*
32. *Ultra provinciæ terminos accuſandi licentia non progrediatur.*
33. *Qui non debeant admitti ad accuſationem.*
34. *Nullum alterius judicis, niſi ſui ſententia teneri, & quales debeant eſſe.*
35. *De epiſcopis rebus ſuis expoliatis, vel a ſede ſua pulſis.*
36. *Quod excommunicati epiſcopos non poſſunt accuſare, nec illi qui eos in ſua non recipiunt accuſatione, nec majorem a minore poſſe damnari vel judicari.*

*Julius ſanctæ Romanæ & apoſtolicæ eccleſiæ epiſcopus Euſebio, Theognio, Theodoro, a Berintho, & ceteris orientalibus epiſcopis.*

a Leg. Theodoro Perinthio.

DEcuerat vos adverſus ſanctam Romanam eccleſiam & apoſtolicam limate, & non b ironice loqui, quoniam & ipſe dominus noſter Jeſus Chriſtus eam decenter allocutus, ait: *Tu es*, inquit, *Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam, & tibi dabo claves regni cælorum*. Habet enim poteſtatem, ſingulari privilegio ſibi conceſſam, aperire & claudere januas regni cœleſtis, quibus voluerit. Nam ſi ei detrahere (quæ domini ore ſacrata atque deſuper exaltata eſt) non * renuiſtis, nec mirum ſi fratribus injurias irrogare minime ceſſatis. Unde jam ſilentio non teguntur quæ veſtro in concilio turbulenter c atque cum tempeſtate decreta ſunt. Apparet enim quoniam tumultuoſa quadam indiſciplinatione veritas eſt oppreſſa: vobis quippe inconſiderantibus quæ placent Deo, propter jurgia quæ contra proximos, veſtros habetis, & vota noſtra inevincibilia eſſe contenditis. Sed erit opus divinæ providentiæ, quatenus * e contrario aperte deprehenſa poſſint evacuari, & quidquid illic convenientes, ſine qualibet gratia, odio aut inimicitiarum cauſa geſſiſtis, funditus repelli. Quapropter cum omni feſtinatione vos omnes ad hujus ſanctæ ſedis reverentiam volo concurrere, quatenus geſtorum apud vos integritatem per voſipſos poſſitis oſtendere. Nam nec dubitare vos credo Athanaſium ſacræ legis doctorem non ſolum a nobis, ſed etiam a Nicæna ſynodo veræ ſidei cultorem eſſe comprobatum, qui defuncto Alexandio mirabili ſene, qui Arii proſtraverat blaſphemias, poſt quinque menſes Nicæni concilii Alexandrinorum eccleſiæ ſuſcepit præſulatum: adverſus quem ejuſque ſectatores multa mendacia texentes, & nudas valde calumnias quaſi veras accuſationes componentes, nobis multorum malorum eum cauſam & caput eſſe perhibuiſtis, & non ſolum apud Ægy-

b Hiſt. Trip. III. 7.

Matth. 16.

Ivo lib. 4. In decret.

* timuiſtis.

c Ejuſdem III. 7. ex Socrate & Soz. verba Conſtantini in ep. ad concilium Tyrium.

* & hæc contentio aperte deprehenſa poſſit.

Ejuſdem ex iiſdem IV. 2. verba Conſtantini junioris Aug. ad Alexandrinos. Videnda quoque Theod. Hiſt II. 2. & Athan apologia 2.

Eadem Hiſt. Trip. variis locis.

---

1 Hincmarus Laudun. ad Rhemen. pag. 613. tom. 2. Theodorum ſimiliter a Berintho diſtingui t, ubi hanc citat Epiſtolam. *Harduinus*.

Ægyptum. ſed etiam apud Palæſtinam & Phœnicen, vicinaſque gentes, ſcriptis veſtris illum perturbatorem eſſe ſignificaſtis. Qua de re eccleſiaſticam ſequentes regulam, vos & illos Romæ [a] regulariter ad judicium die ſtatuta, non ſub anguſto temporis ſpatio (ut excuſatio locum non inveniat) literis & apocriſiariis evocavimus: illique, vocatione ſuſcepta, ad diem præſtitutum venere, ſed vos, ne veſtris mendaciis caperemini, veſtraque calumnia enudaretur, venire diſtuliſtis. Nec his machinationibus ſolummodo contenti eſtis, ſed etiam videntes oves paſtoribus deſolatas, lupos pro paſtoribus ſuper eas poſuiſtis. Decuerat ergo, ut ad regularem veniretis convocationem, qualiter de his & de aliis veſtris præſumptionibus veram B redderetis rationem, quoniam occurreret veritas, [b] ſi falſitas diſpliceret: & nullus dubitat quod ita judicium [c] nocens ſubterfugit, quemadmodum qui eſt innocens ut abſolvatur requirit. Nec ſuſpicione caret qui alium calumniis derogat talia dixiſſe, cum ipſe ad judicium, ut probet quæ intulit, evocatus venire diſtulerit. Vellem enim vos magis ad jam dictam canonicam convenire vocationem, ut coram univerſali [d] concilio redderetis rationem, cur ſynodum ad ſtatum eccleſiarum & fratrum in [e] Antiochia ſubvertendum, & Nicæni magni concilii deſtructionem feciſtis, aut cur nobis inconſultis epiſcopos in eam convocaſtis, ad quam nec Maximus Hieroſolymitanus venit, nec noC ſtra interfuit legatio, canonibus quippe in [f] Nicæna ſynodo jubentibus, non debere præter ſententiam Romani pontificis ullo modo concilia celebrari, nec epiſcopos damnari: aut cur in prædictorum loco fratrum alios adulteros poſuiſtis, antequam penes nos aut apocriſiarios noſtros eorum cauſa canonice eſſet examinata, finemque perciperet rectum. Iſti enim qui ad memoratam regulariter venere vocationem, videntes vos a prædictis ſubtrahere calumniis, multa adverſus vos lacrymabilia & doloribus plena referunt, accuſantes vos, & dicentes, multa ſe [g] importabilia a vobis eſſe paſſos. Vobis ergo [h] refugientibus venire, illiſque perſeverantibus in vera ratione, ſuaſque calumnias D reclamantibus, ſuper quibus & Ægyptiorum epiſcopi [i] literis nobis miſſis proteſtantur ſuis, falſa eſſe quæ contra Athanaſium ſuoſque ſectatores machinantur, cunctaque Arianorum [*] machinata, blaſphemiis & talibus plena figmentis, liquet eos eſſe [k] inculpabiles, voſque culpabiles: quia ſi de vera conſideretis innocentia, nullo modo a jam dicta vos canonica ſubtraheretis evocatione, quæ non ſubito, ſed ſpatioſe denunciata eſt: ſed omni ſubducta apologia, abſque tardatione venire, & cauſas reddere feſtinaretis. Quibus ita geſtis, ſcripſi [l] vobis, & omnibus qui in Antiochiam contra apoſtolicam canonicamque regulam, nobis inconſultis, fueratis congregati, arguens vos primum E de injuriis literarum, deinde cur Athanaſium ſuoſque conſectatores ad veſtrum concilium convocaſſetis, canonibus ſcilicet præcipientibus, nihil extra Romanum decerni pontificem, cui hæc & majora eccleſiarum negotia, tam ab ipſo domino, quam ab omnibus univerſorum conciliorum fratribus, ſpeciali (ut jam dictum eſt) privilegio contradita ſunt. Vobis vero refugientibus, & ad concilium toties convocatis, adeſſe nolentibus, illis quoque in ſua reclamatione & juſta ratione perſiſtentibus, veſtraque

a Theod. II. interprete Epiphanio Caſſiodoro.
b Cyr. ep. ... Bonif. ep. ...
c ... Leo ep. ...
d ... Ath. apol. ...
e Trip. IV. 9. & Socr. II. 8.
f Eiuſdem IV. 19.
g intolerabilia.
h ſubſequitur ep. quam S. Athanaſius recitat apol. 2. Trip. IV. 19. & Socr. II. 15.
* machinamenta.
k Trip. IV. ... ex Soz. III. 7.
l Trip. IV. 19.
In Nicæna ſynodo, ut patet ex ſequentibus hujus epiſtolæ cap. 2.

A cognoſcentes crimina, [a] & illorum juſtam examinantes rationem, omneſque eos Nicæno concilio competientes & noſtris apoſtolicis juſſionibus obtemperantes, viſum eſt nobis ac univerſo concilio, ut nos divinis præceptis & apoſtolicis monitis [b] informati, qui pro omnium eccleſiarum ſtatu impigro vigilare debemus affectu, ſi quidquam reprehenſioni uſquam invenitur obnoxium, celeri ſolicitudine ab ignorantiæ imperitia aut a præſumptionis uſurpatione revocemus.

## I.

His taliter conſideratis atque diſcretis, tamquam [c] omnium curam gerentes, propter ſedis propriæ dignitatem, ſuſcepimus eos in commuB nionem, [d] ſingulisque cum ſuis, auctoritate hujus ſanctæ ſedis, rebus, proprias reddidimus eccleſias, quoniam huic ſanctæ ſedi, propter pravorum hominum inſidias, ipſo domino inſtituente, & ſanctis apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus per ſingula concilia roborantibus, hoc ſemper licuit, licebitque, domino auxiliante in perpetuum. Unde, qui ſe ſcit aliis eſſe [e] præpoſitum, non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum: ſed obtemperantiam, quam ab aliis requirit, gratis & ipſe dependat. Quapropter increpando vobis ſcribo, [f] quia non recte tractaſtis viros inculpatos, & a nobis minime examinatos, de ſuis eccleſiis communione privatos pellentes, & eccleſiaſticæ diſciplinæ injuriam irC rogantes, conſtitutumque Nicæni concilii minime ſervantes, talia indiſciplinate agere non formidaſtis. Idcirco quoniam dudum venire vocati renuiſtis, modo ad certum diem, id eſt quintodecimo Kalendas Novembris, vos iterum regulariter literis miſſiſque evocamus, ut coram vobis oſtendamus nos juſtam in eos protuliſſe ſententiam, & de cetero non talia eſſe paſſuros. Eſt etenim in antiquis eccleſiæ ſtatutis decretum, [g] ut aliena qui invadit, non exeat impunitus, ſed cum multiplicatione reſtituat. Unde & in evangelio ſcriptum eſt: *Quod ſi [*] aliquid defraudavi, reddo quadruplum*. In lege quoque cautum eſt: *Maledictus omnis qui transfert terminos proximi ſui. Et dicet omnis populus:* D *Amen*.

Quare miror vos tam audaces eſſe, & tam impudenter egiſſe, & terminos ac jura beati Petri apoſtolorum principis invaſiſſe. Sui enim (ut paulo ſuperius comprobatum eſt) juris erat, ut abſque ejus ſanctæ ſedis auctoritate, nullus deberet aut concilia [h] celebrare, aut epiſcopos ad ſynodum convocare, vel damnare eos, aut propriis pellere ſedibus, aut alios in eorum loco ordinare, quæ omnia vos temerare non timuiſtis. Quid ergo eſt aliud talis præſumptio, niſi quod apoſtolorum eorumque ſucceſſorum decreta tranſgredi, & maledictionem ſuperius comprehenſam, in lege ſcilicet cautam, quam omnis populus uno ore conſoE naque reſponſione per *Amen*, id eſt, fiat, confirmavit, ſuſcipere non timuiſtis? Nam (ut reor) talibus tranſgreſſionum funiculis conſtricti, noſtrum, ne veſtra proderentur flagitia, examen declinaſtis, & ad ſupradictam vocationem venire diſtuliſtis. Sane manifeſtum eſt ſuum eos confiteri [i] crimen, qui toties evocati, abſque inevitabili cauſa venire diſtulerunt, & purgandi ſe voluntate non utuntur. Nam ſi de veſtris dictis confideretis, etiam in faciem [k] probare non diſtuliſſetis. Tales inſidiatores ſpiritu prævidentes ſancti patres in Nicæa congre-

a Trip. IV. 15.
b S. Leo ep. 4.
c Trip. IV. 15.
d ſuppoſititios eſſe hos canones teſte Contio vel id oſtendit, quod nemo ne Gratianus quidem ipſe eos allegare auſus eſt.
e S. Leo ep. 84.
f Eadem Trip. ibid.
12. quæſt. 2. In antiquis ex Jo. Papa.
g Conc. Rom. V ſub Symmacho.
Luc. 19.
Deut. 27.
* quid aliquem
h Socr. & Soz. alias citati.
i Bonif. ep. 2.
k Trip. IV. 24. ex Theod. II. 8. referente ſynodicam conc. Sard.

gregati, leges ſtatuerunt, [a] quas nos canones appellamus, ne facile probi ab improbis damnarentur, ex quibus nonnullas ſententias his inſeri judicavimus, ut tantorum patrum auctoritate noſtra roboraretur epiſtola, atque omnes orientales, ſive reliquarum partium epiſcopi hæc audientes, in tantam ſoveam non incidant, ne damnationem a patribus decretam percipiant. Sequuntur enim hæc ex prædicto concilio Nicæno capitula, id eſt, 18. 19. 21. 23. 26. 27. 28. 33. * 41. 45. & 47. & * 49. ac 51. 52. 53. 54. 55. 57. 58. 59. 60. 61. 63. * 66.

a Eadem IV. 14. ex Syn. 31.

II.

Ut omnes epiſcopi, qui in quibuſdam gravioribus pulſantur vel criminantur cauſis, quoties neceſſe fuerit, libere apoſtolicam appellent ſedem, [b] atque ad eam quaſi ad matrem confugiant, ut ab ea (ſicut ſemper fuit) pie fulciantur, defendantur & liberentur. Cujus diſpoſitioni omnes majores eccleſiaſticas cauſas, & epiſcoporum judicia, antiqua apoſtolorum eorumque ſucceſſorum atque canonum auctoritas reſervavit. Quoniam culpantur epiſcopi qui aliter erga fratres egerint, quam ejuſdem ſedis papæ fieri placuerit.

qu. 6. Omnes epiſcopi. Ex epiſ. Sixti II. Conc. Sard.

III.

Placuit, ut accuſatus vel judicatus a comprovincialibus in aliqua cauſa epiſcopus licenter [c] appellet, & adeat apoſtolicæ ſedis pontificem, qui aut per ſe, aut per vicarios ſuos, ejus retractari negotium procuret. Et dum iterato judicio pontifex cauſam ſuam audit, nullus alius in ejus loco ponatur aut ordinetur epiſcopus, quoniam quamquam a comprovincialibus epiſcopis accuſati cauſam pontificis ſcrutari liceat, non tamen definiri, inconſulto Romano pontifice, permiſſum eſt, cum beato Petro apoſtolo, & non ab alio quam ab ipſo dictum ſit domino. *Quæcumque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis.*

2. qu. 6. Accuſatus. Ex eadem Sixti epiſt. c conc. Sard. c. 4. 5. & 7.

IV.

Si quis putaverit ſe a proprio metropolitano [d] gravari, apud primatem diœceſeos, aut penes univerſalis apoſtolicæ eccleſiæ papam, judicetur.

2. qu. 6. Si quis putaverit ex epiſt. Victoris P. ad Theophylum Alexan. d conc. Chalced. 9. & 17. Hadr. cod 6. & 26.

V.

Accuſatores & accuſationes, quas leges ſæculi non adſciſcunt, [e] & nos unanimiter ſubmovemus. Nec fiat in diſtricta probatione impietas, cum recta ſit judicii in electione ſententia. [f]

2. q. 3. Accuſatores ex Synod. Rom ſub Hadr. e Hadr. 11. ex ca. 2. conc VII. Carth. f Ennodius ep. 18. lib. 1. g Hadr. 16.

VI.

Nullus epiſcopus alterius Parochianum præſumat retinere, aut ordinare abſque ejus epiſcopi voluntate, vel judicare, [g] ſalva tamen in omnibus apoſtolica auctoritate: quia ſicut irrita erit eius ordinatio, ita & dijudicatio: quoniam cenſemus nullum [h] alterius judicis niſi ſui ſententia teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare ullatenus poterit.

h Anianus in conſtit. ubi cam tit. 16. lib. IV. Cod Theod. 2. qu. 6. Si quis erga & in decret ex Alex. pap. i Hadr. 8. ex c. 11. conc. V. Aurel.

VII.

Si quis erga epiſcopum, vel actores eccleſiæ, ſe proprium habere crediderit negotium, non prius adeat judices, quam ad eos recurrat caritatis ſtudio, [i] ut familiari colloquio commoniti, ea ſanare debeant quæ in querimoniam deducuntur. Quod ſi aliter egerit, communione privetur.

VIII.

Nemo pontificum deinceps aliquem epiſcopum ſuis expoliatum rebus, aut a ſede pulſum, excommunicare aut judicare præſumat; quia non eſt privilegium, quo poſſit ſpoliari jam nudatus. [a]

n. q. 2. Nullus poteſt devocari

a Ex ſyn. V. Rom. ſub Symmacho.

IX.

Pari tenore decernimus, non credi accuſatori, [b] qui abſente adverſario cauſam ſuggerit ante utriuſque partis diſcuſſionem. Nec accuſatores vel teſtes ſuſcipi, qui non ſunt idonei.

b Anianus in conſt. 9. & 13. tit. 16. lib. XI. cod. Theod. & cu. 1. Sacer. qui.

X.

Placuit, ut ſi accuſatus vel damnatus epiſcopus appellaverit Romanum pontificem, [c] id ſtatuendum, quod ipſe juſte cenſuerit. Et omnes qui adverſus [d] partes armantur, infames eſſe cenſemus: neque eos, qui cum inimicis morantur, [e] ad accuſationem vel ad teſtimonium recipiendos.

c Hadr. 11. ex c. 7. Sardicenſ. d Ex Proclo ad Domnum. e ſent. 1. tit. 11. libri V. Pauli.

XI.

Placuit, ut ſemper in accuſationem clericorum, primo perſona, fides, vita & converſatio blaſphemantium perſcrutetur. [f] Nam fides omnes actus hominis præcedere debet, quia dubius in fide infidelis eſt. [g] Nec eis omnino eſt credendum, quia veritatis fidem ignorant, nec rectæ converſationis vitam ducunt: quoniam tales & facile & indifferenter lacerant & criminantur recte & pie viventes. Ideo ſuſpicio eorum diſcutienda eſt primo & corrigenda, neque accuſatoribus ſuſpectis, & de inimicorum [h] domo prodeuntibus eſt credendum.

Idem habetur in decr. epiſt. 1. Sixti Papæ I. f Hadr. 4. g Sixti ſent. 5. & 160. h ſent. 1. tit. 12. libri V. ejuſdem Pauli.

XII.

Quod non aliæ metropolitanæ eccleſiæ, vel primates ſint, niſi illæ, quæ prius primates erant, & poſt Chriſti adventum, auctoritate apoſtolica & ſynodali primatum habere meruerunt. Reliquæ vero non primates, ſed metropoles vocentur, eorumque epiſcopi, non primatum, [i] ſed aut metropolitanorum, aut archiepiſcoporum nomine fruantur.

Idem habetur in 1. epiſt. decr. Clem. papæ, & in 2. epiſt. decr. Anacleti papæ. i Hadr. 23.

XIII.

Infames eſſe cenſemus omnes, qui ſuam aut Chriſtianam prævaricantur legem, aut canonicam poſtponunt auctoritatem.

XIV.

Salvo in omnibus Romanæ eccleſiæ privilegio, nullus [k] metropolitanus abſque ceterorum omnium comprovincialium epiſcoporum inſtantia, aliquorum audiat cauſas eorum, quia irritæ erunt, imo & cauſam in ſynodo pro facto dabit.

k Hadr. 14. ex can. 35. Apoſt. interprete Dionyſio Exiguo.

XV.

Alienis erroribus ſociatum, vel a ſui propoſiti tramite recedentem, aut ſacris canonibus inobedientem, ſuſcipere non poſſumus, nec impetere recte credentes, vel ſanctorum patrum ſanctionibus obtemperantes, permittimus.

24. qu. 4. Alienis erroribus ex ep. 2. Igini P.

XVI.

Peregrina judicia generali ſanctione prohibemus, quia indignum eſt, ut ab exteris judicentur, qui comprovinciales & a ſe electos [l] debent habere judices.

3. q. 6. Peregrina judicia ex Sixto III. Papa. l Had. 17 ex cod. Theod.

XVII.

Salva apoſtolicæ eccleſiæ auctoritate, [m] nullus epiſcopus extra ſuam provinciam ad judicium devocetur: ſed * evocatus ipſe canonice, in loco omnibus congruo, tempore ſynodali, ab omnibus comprovincialibus epiſcopis audiatur, qui concordem ſuper eum canonicamque proferre debent ſententiam; quoniam ſi hoc minoribus, tam clericis quam laicis conceſſum eſt,

m Had. 18. * vocato eo.



* Merlini editio & MSS. XLI & V. VIIque: & IX. & LI. *Harduinus*.

eſt, quanto magis de epiſcopis ſervari convenit? Nam ſi ipſe metropolitanum aut judices ſuſpectos habuerit, aut inſenſos ſenſerit, apud primates diœceſeos, aut apud Romanæ ſedis pontifices judicetur.

XVIII.

Nemini de ſe confeſſo credi poteſt ſuper crimen alienum, [a] quoniam ejus atque omnis rei profeſſio periculoſa eſt, [b] & admitti adverſus quemlibet non debet.

XIX.

Incerta nemo unquam pontificum judicare præſumat, quia quamvis vera ſint, [c] non tamen credenda, niſi quæ manifeſtis indicijs comprobantur, niſi quæ manifeſto judicio convincuntur, niſi quæ judiciario ordine publicantur.

XX.

Criminationes majorum natu per alios ne fiant niſi per ipſos qui crimina intendunt, [d] ſi tamen ipſi digni & irreprehenſibiles apparuerint, & actis publicis docuerint, omni ſe carere ſuſpicione [e] atque inimicitia, & irreprehenſibilem fidem, atque converſationem ducere.

XXI.

Et provincialis ſynodus retractetur per vicarios urbis Romæ epiſcopi, ſi ipſe decreverit.

XXII.

Placuit, ut a quibuſcumque judicibus eccleſiaſticis ad alios judices eccleſiaſticos (ubi eſt auctoritas major) fuerit provocatum, audientia non negetur. [f]

XXIII.

Si quis metropolitanus epiſcopus (niſi quod ad ſuam ſolummodo propriam pertinet parochiam) ſine conſilio & voluntate omnium comprovincialium epiſcoporum, aliquid agere tentaverit, [g] gradus ſui periculo ſubjacebit, & quod egerit irritum habeatur & vacuum. Sed quidquid de comprovincialium epiſcoporum cauſis, ſuarumque eccleſiarum & clericorum atque ſæcularium neceſſitatibus agere aut diſponere neceſſe fuerit, hoc cum omni conſenſu comprovincialium agatur pontificum, non aliquo dominationis faſtu, ſed humillima & concordi adminiſtratione, ſicut dominus ait: *Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare*: Et alibi: *Qui major eſt veſtrum, erit miniſter veſter*, & reliqua. Similiter & ipſi comprovinciales [h] epiſcopi, cum ejus concilio (niſi quantum ad proprias pertinet parochias) agant, juxta ſanctorum conſtituta patrum, ut uno ore, uno animo concorditer ſancta glorificetur trinitas in ſæcula.

XXIV

Caveant judices eccleſiæ, ne abſente eo, cujus cauſa ventilatur, ſententiam proferant [i] quia irrita erit; quippe & rationem pro actione reddent in ſynodo, &, ut proditoris calumnia, nec eorum poſtea vox [k] audiatur. Nemo enim debitorem amplius poteſt cognoſcere, quam ille, qui injuriam ejuſque ſuſtinet nequitiam.

XXV.

Si quis ſuper quibuslibet criminibus clericum pulſandum crediderit, in provincia, in qua ille conſiſtit [l] qui pulſatur, ſuas exerceat actiones. Nec æſtimet eum accuſator ſuus alibi, aut longius pertrahendum ad judicium. Illi vero qui pulſatus fuerit, ſi judices ſuſpectos habuerit, liceat appellare.

XXVI.

Primates accuſatum diſcutientes epiſcopum non ante ſententiam proferant [a] damnationis, quam apoſtolica freti auctoritate, aut reum ſe ipſe confiteatur, aut per innocentes & canonice examinatos regulariter teſtes convincatur.

XXVII.

Irritam eſſe injuſtam epiſcoporum damnationem [*] decernimus, & idcirco a ſynodo retractandam, [b] ita ut oppreſſis ab omnibus in cunctis ſubveniatur cauſis.

XXVIII.

Detractores qui divina auctoritate eradicandi ſunt, & fautores inimicorum, ab epiſcopali ſubmovemus accuſatione. Similiter, ne ſummorum quiſpiam minorum accuſationibus impetatur aut diſpereat; neque in re dubia detur ſententia, [c] nec ullum judicium, niſi ordinabiliter habitum, teneatur.

XXIX.

Plura de his ideo hic non inſerimus, [d] ne vacuare vilemve prædictam facere ſynodum videremur, aut faſtidium legentibus audientibuſque prolixa faceret epiſtola. Si quis autem de his ampliora atque abundantiora ſcire voluerit, in ſacro noſtræ eccleſiæ ſedis ſcrinio & ea quæ prædiximus invenire poterit. Verum me [e] dixiſſe teſtis eſt divinitas. De receptione vero ſedis & ſacerdotii, atque honoris, quæ dixiſtis Athanaſium abſque concilii decreto ſuſcipere, non ita invenimus ſicut calumniati eſtis. ſed quorumdam epiſcoporum conſilio atque decreto recepit ſuum quod injuſte perdiderat ſacerdotium, ac reſedit in ſede. [f] Quod enim ſcripſiſtis, non eum poſſe a pauciore numero epiſcoporum reſtitui, quam depoſitus fuerat, non ita eſt; nec hæc regula orthodoxorum ſanctæ eccleſiæ eſt epiſcoporum; ſed Arianorum, ſociorum videlicet veſtrorum, hæc adinventio ad perditionem orthodoxorum epiſcoporum contexta eſt. Nam, ut nobis a veracibus eſt teſtibus relatum, quando Antiochiæ pro damnatione fidei de conſubſtantialitate prolata fuiſtis congregati, odio prædicti Athanaſii hanc regulam protuliſtis, quæ nullas habet vires, nec habere poterit; quoniam nec ab orthodoxis epiſcopis hoc concilium actum eſt, nec Romanæ eccleſiæ legatio interfuit, canonibus præcipientibus ſine ejus auctoritate concilia fieri non debere. [g] Nec ullum ratum eſt aut erit unquam concilium quod non fultum fuerit ejus auctoritate.

XXX.

Igitur de fuga, ſuper qua Athanaſium [h] reprehenditis, non [*] bene agitis, cum ipſe dominus mandatum hoc nobis dederit. *Cum perſecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam.* Et ipſe dominus, per ſemetipſum exemplum nobis [*] demonſtrans, quando Phariſæi concilium fecerunt adverſus eum, ut eum occiderent: *Sciens autem Jeſus, diſceſſit inde.* Et alibi: *Tulerunt lapides Judæi, ut jacerent in eum, Jeſus autem abſcondit ſe, & exivit de templo. Et tranſiens per medium eorum, abivit, & ita diſceſſit.* Nam & diſcipuli propter metum Judæorum receſſerunt, celantes ſemetipſos. Et Paulus in Damaſco a principe gentis quæſitus, de muro in ſporta depoſitus eſt, & manus quærentis effugit. Et alii quamplurimi & innumerabiles ſancti, tam in veteri teſtamento, quam in novo, fugiſſe leguntur. Si ergo fugam improperatis fugientibus, erubeſcite potius perſequi, & quieſcite inſidiari, quieſcentque continuo

---

Marginal notes (left column): 3. q. 5. Nemini. Vide & lib. 11. Cod. Theodoſ. de Accuſatoribus. — a Ennodius ep. 4. lib. 1. — b Hadr. 64. ex Aniano. In decr. Sixti papæ. — c Hadr. II. ſyn. 10. — a cau. Criminationes ex Igino P. — d conc. II. Carth. c. 6. & conc. I. Arelatenſ. c. 11. — Hadr. 39. — Ex concil. Carth. III. can. 19. 2 q. 6. Placuit. & a judicibus cumque. Hadr. 42. — g Hadr. 41. ex can. apoſt. 35. — Matth. 20. Marc. 10. — h Antioch. 9. Epheſ. act. 6. Chalc. c. 12. — 3. q. 9. Caveant judices ex Eleutherio P. — i Hadr. 40. ex conc. IV. Carth. c. 20. — k ex Aliano & cod. Theod. — 3 q. 6. Si quis clericus ex Sixto P. — l Hadr. 8.

Marginal notes (right column): a Hadr. 55. ex Aniano. — 2. q. 6. irritam ex epiſt. I. Felicis P. I. ad Paternum. * cenſemus. — b Hadr. 64. 3. q. 4. Detractores quoque. Ex Epiſt. 1. Zepherini. 2. q. 7. Majorum quiſpiam, ex eodem Zepherino. — c S. Greg. ep. 30. lib. VIII. & 19. lib. XI. — d vide Hincm. lib. 55. c. 20. — e Ennod. lib. 1. ep. 20. — f Trip. X 17. ex Socr. Soz. &c. — Diſt. 17. Regula veſtra nullas. — g Trip. IV. 9 & 19. — h Fugit anno dumtaxat 341. a Gregorio pulſus. Vide ejus apol. 2. & Trip. VI. 11. — * recte. — Matth. 10. — * demonſtravit. — Matth. 12. — Joan. 8. — Luc. 4. — 2. Cor. 11.

nuo fugientes. Nam [a] ſive perimatis eos, mors ſemper contra vos exclamat: ſive rurſus exilia ſuperponatis, ubique in vos mali memoriam deſtinare noſcimini, & illi patiendo ſibi proficiunt. Unde & dominus ait: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Sed potius eum timete, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam.* Multos enim cognovimus peſſimis machinationibus injuſte depoſitos: ideo ſummopere [*] a me, cui vice apoſtolorum principis univerſalis eccleſiæ cura commiſſa eſt, providendum eſt, auxiliante ipſo ſummo apoſtolo, ne deinceps talia fiant: quoniam ideo huic ſanctæ ſedi præfata privilegia ſpecialiter ſunt conceſſa, tam de congregandis conciliis & judiciis ac reſtitutionibus epiſcoporum, quam & de ſummis eccleſiarum negotiis, ut ab ea omnes oppreſſi auxilium, & injuſte damnati reſtitutionem ſumant, & talia [b] ab improbis ne præſumantur abſque ultione, nec exerceantur abſque [c] damnatione. Non ergo recte egiſtis, quod prædictos fratres calumniati eſtis dicente domino: *Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum.* Nec recte egiſtis, quod nobis inconſultis concilium celebraſtis, eoſque ad concilium vocaſtis, & damnare præſumpſiſtis, canonibus (ut præmiſſum eſt) jubentibus, [d] nihil ex his abſque hujus ſanctæ ſedis auctoritate fieri debere. Non recte egiſtis, quod regulariter a nobis ad concilium vocati venire diſtuliſtis. Non recte egiſtis, quod contra eos rationem reddere, ut veſtra erga eos aut probaretur recta ſententia aut improbaretur, non veniſtis, nec rationalem mandaſtis cauſam, ut quid hæc renuiſtis.

His ergo omnibus perpenſis, manifeſtum eſt vos reos exiſtere, & illos innocentes remanere: & vos recte (*a*) excommunicatos, illoſque juſte liberari. Noluit itaque dominus tam leviter ſuos tractari miniſtros, ſicut facitis, aut a vobis damnari, ſed (ſicut memoratum eſt) aut ab hac ſancta ſede, cui commiſſi ſunt, aut ſuo reſervari judicio. Ait enim: *Qui vos contriſtabit, me contriſtabit. Qui fecerit injuriam vobis, recipiet id quod inique geſſit.* Et quanta pœna expectet eos qui domini ſcandalizant diſcipulos, evangelium ſufficienter exponit, ubi de ſcandalizantibus diſcipulos loquitur. Nam quod a vobis non ſint damnandi, ſed aut ab hac ſancta (ut præfatum eſt) ſede, aut ſibi reſervandi, ipſe manifeſte dat exemplum, quando peccantes ſacerdotes, quorum locum modo in ſancta eccleſia tenent epiſcopi, non per alium, [e] ſed *per ſemetipſum vendentes & ementes ejecit de templo, & menſas nummulariorum proprio evertit flagello, & ejecit de templo.* Et ipſe alibi ait. *Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos diſcernit,* & reliqua talia & his ſimilia. Et alibi idem ipſe ait. *Nolite judicare, ut non judicemini, nolite condemnare, ut non condemnemini. In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini.*

XXXI.

Quapropter non tam temere (ut vos facitis) quiſpiam ſuam præſumat evomere iniquitatem, ſed judicantem cuncta oportet rimari, & [f] ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, nec de illis, quæ ei (*b*) conceſſa ſunt, ullo modo judicium præſumere interrogandi ac proponendi adjiciendique, patientia præbita ab eo, ut ibi actio partium limitata ſit pleniter. Nec [*] prius

a Trip. ibid.
Matth. 10.
* mihi.
2. q. 6. Ideo huic ſanctæ ſedi.
b concil. Rom. III ſub Symmacho.
c ſua.
Levit. 19.
d Trip. IV. 9.
Luc. 10. Coloſſ. 3. Matth. 18. Marc. 6.
e Iſid. III. ſent. 39. Matth. 21. Marc. 11. Luc. 19. Joan. 2. Pſalm. 81.
Matth. 7. Luc. 6.
30. q. 5. Jud. opus: & in decret. Eleutherii.
f Hadr. 24. papæ ex conſt. 1 tit. 18. l. 11 cod. Theod cum interpr Aniani. In decret. Ivo lib. 4.
* prius judex. Et in 2. Epiſt. Stephani P II.

litigantibus ſua velit ſententia obviare, niſi quando illi, peractis omnibus, jam nihil amplius habuerint in quæſtione quod proponant. Nec oportet quemquam judicari aut damnari, antequam ſuos accuſatores præſentes habeat, locumque (*c*) defendi accipiat ſpatioſum ad [a] abluenda crimina.

XXXII.

Similiter in jam fata (*d*) ſynodo ſtatutum eſt, ut ultra provinciæ terminos accuſandi licentia non [b] progrediatur, niſi ad hanc apoſtolicam fuerit ſedem provocatum, ad quam omnes qui voluerint libere, & abſque ullo impedimento a quibuſdam agendo, confluere debent.

XXXIII.

Similiter in jam [c] præfixa ſynodo eſt decretum, ne ſuſpecti, aut infames, [d] aut crimino ſi, aut [*] gratioſi, vel calumniatores, vel affines, (*e*) aut facile litigantes ſuſcipiantur accuſatores, ſed tales, qui omni careant ſuſpicione, quia columnas ſuas dominus firmiter ſtare voluit, nec a quibuſcumque agitari.

XXXIV.

Similiter ſtatuit præfata ſynodus, ut nullum ſententia, niſi a ſuo judice dicta, conſtringat. [e] Judices autem alii eſſe non debent, quam quos ipſe qui impetitur elegerit, aut quos ſuo cum conſenſu hæc ſancta ſedes, aut ejus primates auctoritate hujus ſanctæ ſedis delegaverint. Ex his enim & aliis quæ tam in hac ſancta ſede quam & ab apoſtolis eorumque ſucceſſoribus ſunt ſtatuta, nihil præfatis epiſcopis conceſſiſtis, ſed vim eis inferentes, injuſteque (ut ſuperius commemoratum eſt) eos damnantes, aliquos abſentes expuliſtis, quod omni Chriſtianæ religioni eſt inimicum. In quibus apparet, quod nec domino ſua ſervaſtis jura, nec huic ſanctæ matri & apoſtolicæ eccleſiæ, quæ (ut præſcriptum eſt) eos ſuo judicio, aut huic ſedi voluit reſervari, ne a tam pravis (ſicut eſtis) hominibus damnarentur aut ejicerentur, in his omnibus vos ſtultos & prævaricatores evangeliorum & canonum eſſe, nulli ſane ſapientium eſt abſconditum.

XXXV.

Nec his contenti in veſtra eſtis prævaricatione, ſed etiam, quod prius expulſos eos, & ſuis expoliatos rebus, quaſi vocaſtis atque damnaſtis, cum nullus regulariter aut vocari aut judicari poſſit, antequam ſit regulariter reſtitutus, & ſua omnia ei legibus [f] ſint integerrime reformata. Eſt namque in ſæpe jam dicta ſancta ſynodo ab omnibus unanimiter decretum, & apoſtolica auctoritate roboratum, ut ſi quis epiſcoporum ſuis fuerit rebus expoliatus, & in accuſatione pulſatus, ordinatione pontificum oportet & decet ſanctum propoſitum prima fronte cedere, ut omnia quæ per ſuggeſtiones inimicorum ſuorum amiſerat, legaliter primo poteſtati ejus ab honorabili concilio redintegrentur, & præſul regulariter prius ſtatui priſtino reddatur, & ipſe, diſpoſitis ordinatiſque ſuis, tunc ad tempus veniat ad cauſam, & ſi ita [g] juſte videtur, accuſantium propoſitionibus reſpondeat. Quare ergo tranſgreſſi eſtis terminos patrum, judicantes & damnantes eos quos non debuiſtis? Quare judicaſtis eos quos non regulariter approbaſtis? Non obſervaſtis [h] quod in Regnorum libro ſcriptum eſt: *Non quomodo videt homo videt Deus, quia homo videt in facie;* *Deus*

a Hadr. 20.
a q. 6. Ultra provinciarum, ex epiſt. 1 Stephani I.
b Hadr. 10. ex cod Theod.
3. q. 5. Similiter in præmio.
c præfata.
d Hadr. 15. 30.
* id eſt, adulatores, ut exponit gloſſa in præfato capite.
11. quæſt. 1. Judices autem alii. Ex conc. Nican.
e Hadr. 21. ex cod. Theod. lib. IV. tit 16. conſt. 1 apud Greg., ep. 56. libri XI.
2. q. 2. Nullus poteſt convocari.
f Conc. Rom III. ſub Symmacho.
3. qu. 1. Si epiſcopus ſuis fuerit ex epiſt. 2. Felicis I. & in decr. Euſebii papæ ſententialiter. Hadr. coll. 3. ex dicto con. Rom.
g juſtum.
Prov. 12.
h Anaſt. II. pap. in ep. ad Anaſt. Aug. c. 2. 1 Reg. 16.



(*a*) *Luc.* excommunicati (*b*) *Luc.* inconceſſa (*c*) *Luc.* defendendi (*d*) *Luc. infert* Nicæna
(*e*) *Luc. infert* aut ſcelerati

a. Parv. 28 In decr. Ivo lib. 4 1 Cor. 4

*Deus autem* (a) *in corde videt*. Et in Paralipomenon: *Omnia corda ſcrutatur Deus*; *& omnem cogitationem novit*. Et aliti ſcriptum eſt: *Non poteſt humano condemnari examine quem Deus ſuo* a *reſervavit judicio*. Hæc omnia ſummopere præcavenda ſunt, nec accuſatio epiſcoporum facile eſt recipienda, dicente domino: *Non ſuſcipias vocem mendacii*. Et apoſtolus inquit: *Adverſus presbyterum inſcriptionem non recipiendam, abſque duobus vel tribus idoneis teſtibus*. Si hæc de presbyteris vel ceteris fidelibus ſunt præcavenda, quanto magis de epiſcopis? Quibus cognitis, magis b vos dommari velle manifeſtum eſt, quam conſulere fratribus, aut ſuſtentare eos, quia honor inflat ad ſuperbiam: & quod proviſum eſt ad concordiam, tendit ad noxam. Decuerat namque vos juxta præfatas regulas, ſi aliquid egiſſent contra ſuum ordinem, mandare nobis, & expectare quid ad veſtra conſulta reſcriberemus, intantum ut, ſi etiam quidquam grave intolerandumque committerent, noſtra præſtolaretur cenſura. Et nihil prius aut aliud decerneretis, quam quod nobis placere cognoviſſetis, ita ut a regulis præſtitutis nulla aut negligentia, aut præſumptione recederetis. Ceſſet c hujuſmodi preſſa noſtra auctoritate præſumptio, vitentur hujuſmodi nocumenta: quia nequaquam talia patienter ferre poſſumus machinamenta, quoniam convenit nos paternarum ſanctionum diligentes eſſe cuſtodes. Merito d namque nos cauſa reſpicit, ſi ſilentio faveamus errori.

a Hadr. c. 5.

Exod. 23 1. Timoth. 5.

b S. Leo ep. 84. c.

c Bonifacius ep. 1.

d S. Celeſt ep. 1.

### XXXVI.

e. ca. 7. In ſancta Nicæna.

Et inſuper in prædicta ſancta Nicæna ſynodo ſtatutum, ut nemo anathema in noſtra ſuſcipiatur accuſatione: nec illi qui nos in ſua nolunt recipere querela vel accuſatione, cum nos ſuper illos ſciamus a domino conſtitutos, non illos ſuper nos. Et ſicut a major non poteſt a minori judicari, ita nec colligari: quia rarum b eſt omne quod magnum eſt. Portamus onera omnium c qui gravantur, quinimo hæc portat in nobis beatus apoſtolus Petrus, cujus vice fungimur legatione, & cujus regula informamur, quatenus ejus fulti auxilio ab omnibus nunc & in perpetuum tueamur adverſis. Data Kalendis Novembris, Feliciano & d Maximiano e viris clariſſimis conſulibus.

a Gelaſ. de vinculo anathematis. b Zoſ. cap. 1 ep. 1. c Siricius ep. 1. d Titiano corrigendum adeoque anno 337 unde patet dolus fabricatoris.

### Nota Severini Binii.

a *Reſcriptum Julii*.) Hoc reſcriptum Julii cum ea reſponſoria epiſtola, quam ab Athanaſio recitatam, infra ſtatim ſubjunximus, partim convenit, plurimum vero ab eadem differt. Cum utraque Euſebianos cum Atharatio ad concilium Romæ anno 340. indictum citatos eſſe referat; utraque etiam Athanaſium ad ſtatutum diem adfuiſſe, Euſebianos autem contumaciter remanſiſſe, enarret, demum utraque epiſtolæ illius, quam ab ipſis poſt celebratam Antiochenam ſynodum ſcriptam, poſtque Gregorium Cappadocem anno Chriſti 342. magna & horrenda Alexandrinorum ſtrage introductum, ſuperbe, faſtuoſe, & contentioſe ſcriptam fuiſſe refert, meminerit, utramque unam eamdemque Julii epiſtolam eſſe oportet. Hanc mendoſam, corruptam, & a quodam ex diverſis e compilatam: illam vero, quæ ex Athanaſio deſumpta infra ſubditur, germanum exemplar eſſe Juliani ad orientales epiſcopos reſcripti, dubium non eſt. Hanc mendoſam eſſe & corruptam, conſulatus Feliciani & Maximiani, infra hic in fine additus, aperte demonſtrat. Si enim prædictis conſulibus ſcripta eſt, initio pontificatus Julii, anno Chriſti 337. ſcriptam fuiſſe neceſſe eſt, atque ita non ſubſiſtit quod de ſynodo Romana indicta, de Alexandrina ſeditione exorta commemorat. Vide quæ diximus initio epiſtolarum Julii, &c.

An hæc epiſtola ſit Julii.

e Imo pro libito confictam.

ANNO CHRISTI 336.

ANNO CHRISTI 336.

## Ἐπιστολὴ Ἰουλίου Ἐπισκόπου Ῥώμης

πρὸς Διονύσιον τῆς Ἀλεξανδρείας Ἐπίσκοπον.

## EPISTOLA JULII EPISCOPI ROMANI

*Ad Dionyſium Alexandrinum Epiſcopum.*

Spurium demonſtrat Mercatorius, ut infra.

ADmiratione corripior, quum nonnullos audio confiteri quidem Deum Dominum carnem humanam induiſſe, at in diviſionem incidere, quam perverſe invexerunt Paulianiſtæ. Etenim qui Paulo Samoſateno addicti ſunt, alium quidem e Cœlo ajunt, ipſumque Deum fatentur; alium vero e Terra, quem hominem affirmant; illum increatum, hunc creatum; illum æternum, hunc heſternum; illum Dominum, hunc ſervum; utrobique impie agentes, ſive eum, quem dicunt ſervum, atque creatum, adorent, ſive eum qui proprio nos ſanguine redemit, non adorent. Qui vero e Cœlo Deum confitentur ex Virgine carnem ſumſiſſe, unumque eſſe cum carne, fruſtra turbant, ad illorum ſententiam, atque impietatem accedentes. Dicunt enim & ipſi, ut audio, duas naturas, quamquam Joannes diſerte unum demonſtret Dominum, quum ait: *Verbum caro factum eſt*, & Paulus quum dicit: *Unus Dominus Jeſus Chriſtus, per quem omnia*. Si igi-

Θαυμάζω πυνθανόμενος περὶ τινῶν ὁμολογούντων μὲν θεὸν ἔνσαρκον τὸν Κύριον, περιπιπτόντων δὲ τῇ διαιρέσει τῇ κακῶς ὑπὸ τῶν Παυλιανιζόντων εἰσαχθείσῃ. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ Παύλῳ τῷ Σαμοσατεῖ δουλεύοντες, ἄλλον μὲν τὸν ἐξ οὐρανοῦ λέγουσι, θεὸν ὁμολογοῦντες αὐτὸν, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ γῆς ἄνθρωπον λέγοντες: τὸν μὲν ἄκτιστον, τὸν δὲ κτιστόν: τὸν μὲν αἰώνιον, τὸν δὲ χθεσινόν: τὸν μὲν δεσπότην, τὸν δὲ δοῦλον: ἀσεβοῦντες, ἄντε προσκυνῶσιν, ὃν λέγουσι δοῦλον, καὶ κτιστὸν, ἄντε μὴ προσκυνῶσι τὸν ἐξαγοράσαντα ἡμᾶς τῷ ἰδίῳ αἵματι. Οἱ δὲ τὸν ἐξ οὐρανοῦ θεὸν ὁμολογοῦντες ἐκ τῆς παρθένου σεσαρκῶσθαι, καὶ ἕνα εἶναι μετὰ τῆς σαρκὸς, μάτην ταράσσουσιν, εἰς τὰ ῥήματα τῆς ἐκείνων ἀσεβείας ἐκφερόμενοι. Λέγουσι γὰρ καὶ αὐτοὶ, ὡς ἀκούω, δύο φύσεις, καίτοι τοῦ Ἰωάννου σαφῶς ἕνα ἀποδείξαντος τὸν Κύριον ἐν τῷ λέγειν: ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ τοῦ Παύλου ἐν τῷ λέγειν: εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ

1 Non ſunt in Faſtis hi Conſules. (a) *in Luc. deeſt* videt.

τὰ πάντα. Εἰ γοῦν εἷς ὁ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεννηθεὶς ὠνόμασται, καὶ αὐτός ἐστι, δι᾽ οὗ τὰ πάντα γέγονε, μία φύσις ἐστὶν, ἐπειδὴ πρόσωπον ἓν ἔχων εἰς δύο οὐ διαιρεῖται, ἐπεὶ μὴ δὲ ἰδία φύσις τὸ σῶμα, ὡς ἰδία φύσις ἡ θεότης κατὰ τὴν σάρκωσιν, ἀλλ᾽ ὥσπερ ἄνθρωπος μία φύσις, οὕτω καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος Χριστός. Εἰ δὲ οὐκ ἐπιγιγνώσκουσι τὸ καθ᾽ ἕνωσιν ἓν, δύνανται καὶ εἰς πολλὰ μερίζειν τὸν ἕνα, καὶ πολλὰς λέγειν φύσεις, ἐπειδὴ πολυειδὲς τὸ σῶμα ἐξ ὀστέων, καὶ νεύρων, καὶ φλεβῶν, καὶ σαρκὸς, καὶ δέρματος, ὀνύχων τε, καὶ τριχῶν, αἵματός τε, καὶ πνεύματος, ἅπερ ἅπαντα διαφορὰν μὲν ἔχει πρὸς ἄλληλα, μία δὲ φύσις ἐστὶν ἀνθρώπου. ὥστε καὶ ἡ τῆς θεότητος ἀλήθεια μετὰ τοῦ σώματός ἐστι, καὶ εἰς δύο φύσεις οὐ μερίζεται. Οὔτε γὰρ οἷόν τε ἦν τὸ ὅλον υἱὸν ἀνθρώπου καλεῖσθαι καταβεβηκότα ἐξ οὐρανοῦ, καὶ υἱὸν Θεοῦ γεννηθέντα ἐκ γυναικὸς, εἰ δύο φύσεων διαίρεσιν ἐπιδέχεται. Ἀλλὰ τὸ μὲν καταβεβηκὸς ἐξ οὐρανοῦ ἐκαλεῖτο ἂν υἱὸς Θεοῦ, καὶ οὐχ υἱὸς ἀνθρώπου: τὸ δὲ γεννηθὲν ἐκ γυναικὸς ἐκαλεῖτο υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ οὐχ υἱὸς Θεοῦ: καὶ τοῦτο ἕπεται τῇ Παυλιανικῇ διαιρέσει. Ἡμᾶς δὲ αἱ Θεῖαι γραφαὶ διδάσκουσιν, ὡς περὶ ἑνὸς τοῦ Κυρίου φρονεῖν κατὰ τὴν ἐξ οὐρανοῦ κατάβασιν, καὶ τὴν ἐκ γυναικὸς ἐπὶ γῆς γέννησιν. Οἱ τοίνυν οὕτω φρονοῦντες μὴ εἰς ὁμοφωνίαν τῶν τὰ ἐναντία φρονούντων ἐκβαινέτωσαν, ἵνα μὴ τῇ διανοίᾳ εὐφημοῦντες τοῖς ῥήμασι * δυσφημῶσιν. Ἀνάγκη γὰρ αὐτοὺς δύο λέγοντας φύσεις, τὴν μὲν μίαν προσκυνεῖν, τὴν δὲ ἑτέραν μὴ προσκυνεῖν, καὶ εἰς μὲν θεϊκὴν βαπτίζεσθαι, εἰς δὲ τὴν ἀνθρωπίνην μὴ βαπτίζεσθαι. Εἰ δὲ εἰς τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου βαπτιζόμεθα, μίαν ὁμολογοῦμεν φύσιν τῆς ἀπαθοῦς θεότητος, καὶ τῆς παθητικῆς σαρκὸς, ἵνα οὕτως εἰς Θεὸν καὶ τὸ βάπτισμα ἡμῶν, καὶ εἰς τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου τελούμενον. Καὶ γὰρ οὐ φοβούμεθα τοὺς συκοφάντας τοὺς διαιροῦντας εἰς δύο πρόσωπα τὸν Κύριον, ἐὰν ἡμῶν τὴν ἕνωσιν πρεσβευόντων τὴν εὐαγγελικὴν, καὶ ἀποστολικὴν, βλασφημῶσιν ἡμᾶς, ὡς τὴν σάρκα λέγοντας ἐξ οὐρανοῦ. οὐδὲ γὰρ, ὅτε λέγομεν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ γενόμενον ἐκ γυναικὸς, δυνάμεθα βλασφημεῖσθαι, ὡς τὸν λόγον ἐκ γῆς λέγομεν, καὶ μὴ ἐξ οὐρανοῦ. Λέγομεν δὲ τὰ ἀμφότερα, καὶ ἐξ οὐρανοῦ τὸ ὅλον διὰ τὴν θεότητα, καὶ ἐκ γυναικὸς τὸ ὅλον διὰ τὴν σάρκα, οὐκ εἰδότες διαίρεσιν τοῦ ἑνὸς προσώπου, οὐδὲ ἀποτέμνοντες τοῦ οὐρανίου τὸ γήϊνον, οὐδὲ τοῦ γηΐνου τὸ οὐράνιον, ἀσεβὴς γὰρ ἡ διατομή. Μὴ οὖν τοῖς διατέμνουσι πρόφασιν διδότωσαν οἱ δύο λέγοντες φύσεις, οὔτε γὰρ τὸ σῶμα καθ᾽ ἑαυτὸ φύσις ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ, ἐπεὶ μηδὲ ζωοποιὸν καθ᾽ ἑαυτὸ, μηδὲ διατέμνεσθαι δυνάμενον ἀπὸ τοῦ ζωοποιοῦ λόγου, οὔτε ὁ λόγος καθ᾽ ἑαυτὸν εἰς ἰδίαν μερίζεται φύσιν, ἣν ἔχει κατὰ τὸ ἄσαρκον, ἐπειδὴ ἔνσαρκος ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄσαρκος ἐπεδήμησε τῷ κόσμῳ, οὔτε τὸ κτιστὸν σῶμα χωρίζει τῆς ἀκτίστου θεότητος, ἵνα χωρίζῃ τις φύσιν κτιστὴν, οὔτε μὴν ὁ ἄκτιστος λόγος ἐπεδήμησε χωρὶς σώματος, ἵνα μερίζῃ τις ἀκτίστου φύσιν. Εἰ δὲ ἓν ἑκάτερον ἐστὶ κατὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ τὴν σύνοδον, καὶ τὴν σύνθεσιν τὴν ἀνθρωποειδῆ, ἓν καὶ τὸ ὄνομα τῷ συνθέτῳ προσεφαρμόζει

MS. habet διαφημῶσιν.

tur unus e ſancta Virgine natus vocatur, idemque ipſe eſt, per quem facta ſunt omnia, una natura eſt; quoniam perſonam unam habens, in duo non dividitur, quia neque peculiaris natura eſt corpus, neque peculiaris natura Deitas per incarnationem, ſed quemadmodum homo una eſt natura, ita & in ſimilitudinem hominum factus Chriſtus. Quod ſi minime illud, quod eſt ſecundum unionem unum, agnoſcunt, poſſunt & in multa illum, qui eſt unus, partiri, multaſque dicere naturas; corpus enim multiforme eſt, quum ex oſſibus, & nervis, & venis, & carne, & cute, unguibuſque, & pilis, ſanguineque, & ſpiritu conſtet: quæ revera inter ſe omnia differunt quidem, unam tamen hominis naturam conſtituunt. Quare & Deitatis veritas cum corpore eſt, & in duas naturas minime dividitur. Neque enim fas eſſet totum illud vocare filium hominis qui de cælo deſcendit, & Filium Dei qui natus eſt de muliere, ſi duarum naturarum diviſionem ſuſciperet. Sed quod deſcendit de Cælo, vocaretur filius Dei, & non filius hominis; quod autem natum eſt de muliere, vocaretur Filius hominis, & non Filius Dei. Et hoc diviſioni Paulianæ conſentaneum eſt. Nos vero Divinæ Scripturæ docent, & quum e Cælo deſcenſum, & quum ex muliere in terra nativitatem audimus, omnia de uno Domino eſſe intelligenda. Qui igitur ita intelligunt, ac ſentiunt, nequaquam tranſgrediantur ad conſentiendum cum iis, qui contraria ſentiunt, ne bona ſententia, malis verbis utantur. Qui enim duas dicunt naturas, unam adorent, alteram non adorent, neceſſe eſt, & in divinam baptizentur, non autem baptizentur in humanam. Si vero in mortem Domini baptizamur, unam confitemur naturam impaſſibilis Deitatis, & paſſibilis carnis, ut ſic in Deum, & in mortem Domini Baptiſma noſtrum conficiatur. Etenim calumniatores non veremur in duas perſonas Dominum partientes, ſi nobis unionem Evangelicam, & Apoſtolicam aſſerentibus, ipſi maledicant, tanquam carnem de Cœlo dicentibus; neque enim quum filium Dei de muliere natum dicimus, culpari poſſumus, quaſi Verbum de Terra, non autem de Cælo dicamus. Dicimus autem utrumque; & de cœlo totum per Deitatem, & de muliere totum per carnem, neſcientes diviſionem unius ejuſdemque perſonæ, neque diſſecantes a cæleſti terrenum, aut a terreno cæleſte; impia quippe diſſectio hæc foret. Nullam igitur diſſecantibus cauſſam præbeant, qui duas dicunt naturas; non enim corpus ſecundum ſe ipſum natura eſt in uno Chriſto, quia non eſt vivificum per ſemetipſum, neque diſſecari poteſt, atque ſejungi a vivifico Verbo; neque rurſus Verbum ſecundum ſeipſum, in propria natura dividitur, quam habet ſecundum id, quod carnis eſt expers, quoniam in carne Dominus, & non expers carnis in mundo verſatus eſt; neque conditum corpus ſeparat a non condita Deitate, ut ſeparet quis naturam conditam; neque enim increatum verbum abſque corpore peregrinatum eſt inter nos, ut partiatur quis increati naturam. Quod ſi unum utrumque eſt ſecundum unionem, & conjunctionem, & compoſitionem humana forma præditam, unum etiam nomen

men compoſito convenit, ita ut a Deitate A quidem paſſionum carentia, a corpore vero paſſibilitas emanet. Et quemadmodum audientes Paulum, qui Chriſtum paſſibilem dicit, non diviſim accipimus, neque tamen Deitatem paſſibilem exiſtimamus; ita & creatum & ſervum neque diviſim dicitur, neque Deitatem facit creatam, aut ſervam. Et rurſus Increatum neque carnem increatam facit, neque ſeorſim in Deitate ſola dicitur. Hæc ita ſentientes quieti maneant, ſupervacaneas declinantes quæſtiones, ne vocum cauſſa ſententiis variemus. Conſentimus igitur & in confeſſo eſt, corpus eſſe de Virgine, Deitatem vero de Cælo; corpus efformatum in utero, Deitatem vero creationis expertem, B ac ſempiternam, ut conjuncto Verbo corpori, indiviſa maneat deitas. Quum autem Scripturæ familiare ſit & totum vocare Deum, totumque etiam appellare hominem, ſequamur & nos divinas voces, neque indiviſa dividamus; neque Deitatem partientes a corpore, perinde quaſi tunc melius loquentes, quando corpus effictum dicatur ex utero; neque corpus partientes a Deitate, tanquam per confeſſionem præſentiæ, quando Deitas increata glorificatur. Quomodo ergo dolendum non eſt, eos, qui hæc ita recte confitentur, ac ſentiunt, uti etiam a majoribus traditum acceperunt, invicem propter voces diſcrepare? Quando hi quidem corporis no- C mine utuntur, quum de Verbo loquuntur, ſicuti Joannes carnem dicens factum fuiſſe Verbum, illi vero Deitatis nomen aſſumunt, quum de toto ſervo loquuntur, ut Paulus: *Dico autem, noviſſimus Adam in ſpiritum vivificantem*. Secundum carnem Chriſtus ſe Patrem adorare fatetur, dicens: *Nos adoramus, quod ſcimus*. Jo. 4. 22. Et non dividitur Deitas; adoratur ſecundum Deitatem: & non ſejungitur corpus, quum adoramus Deitatem. Neque ſejungimus a Deitate corpus (non enim fieri poteſt) quando illud mortem paſſum adoramus; neque ſeparatur Deitas, unita eſt enim. Siquidem oportebat vinci mortem a Deo, & victa eſt. Monete autem il- D los, qui fruſtra in his quæſtionibus a nobis diſcordant: & ſervetur in hoc dogmate conſenſus, ne diſſideamus ob verba. Dogmate enim diſcrepantes, verbis concordiam ſimulare impium eſt; dogmate autem concordantes, propter voces diſſidere, vanum, & fatuum videtur. Hoc autem concorditer tenentes, nempe Deum incarnatum Chriſtum atque e Cælo, atque e terra, eſſe eundem, forma quidem ſervum, at virtute Deum, maneant in concordia, & fruſtra ne diſſideant, neque in vanam verborum pugnam, qua Hæretici ſolent uti, incidant; ſed Eccleſiæ ſimplicitatem potius emulentur. Vale.

A ται, ἀπὸ μὲν τῆς θεότητος τὸ ἀπαθὲς, ἀπὸ δὲ τοῦ σώματος τὸ παθητόν. Καὶ ὥσπερ ἀκούοντες τοῦ Παύλου τὸν Χριστὸν παθητὸν λέγοντος, οὐ μερικῶς ἠκούσαμεν, οὔτε τὴν θεότητα παθητὴν ἐνομίσαμεν, οὕτως καὶ τὸ κτιστὸν, καὶ δοῦλον, οὔτε μερικῶς λέγεται, οὔτε τὴν θεότητα ποιεῖ κτιστὴν, οὔτε δούλην. καὶ πάλιν τὸ ἄκτιστον οὔτε τὴν σάρκα ἄκτιστον ποιεῖ, οὔτε μερικῶς ἐπὶ τῆς θεότητος μόνης λέγεται. Ταῦτα οἱ οὕτω φρονοῦντες μενέτωσαν ἐν ἡσυχίᾳ τὰς περιττὰς ζητήσεις ἐκκλίνοντες, καὶ ῥημάτων ἕνεκα μὴ διαιρῶμεν τὰ δόγματα. Συμπεφώνηται οὖν, καὶ συμφώνως ὁμολογεῖται τὸ σῶμα ἐκ τῆς παρθένου, ἡ θεότης ἐξ οὐρανοῦ, τὸ σῶμα πέπλασται ἐν κοιλίᾳ, ἡ B θεότης ἄκτιστος αἰώνιος, ἵνα ἑνωθέντος τοῦ λόγου τῷ σώματι ἀδιαίρετος μένῃ ἡ θεότης. Εἰ δὲ τῇ γραφῇ σύνηθες, καὶ τὸ ὅλον θεολογεῖν, καὶ τὸ ὅλον ἀνθρωπολογεῖν, ἑπώμεθα καὶ ἡμεῖς τοῖς θείοις ῥήμασι, καὶ μὴ μερίζωμεν τὰ ἀμέριστα, μήτε τὴν θεότητα διαιροῦντες τοῦ σώματος, ὡς δι' εὐφημίαν, ὅταν τὸ σῶμα πεπλασμένον ἐκ κοιλίας λέγηται, μήτε τὸ σῶμα μερίζοντες τῆς θεότητος, ὡς δι' ὁμολογίαν τῆς παρουσίας, ὅταν ἡ θεότης ἄκτιστος δοξάζηται. Πῶς οὖν οὐ λυπηρὸν τοὺς ταῦτα καλῶς οὕτως ὁμολογοῦντας, ἢ φρονοῦντας, καθὼς καὶ παρέλαβον, διστάζειν πρὸς ἀλλήλους διὰ ῥήματα; ὅταν οἱ μὲν τῷ τοῦ σώματος ὀνόματι χρῶνται ἐπὶ τοῦ λόγου, καθά- C περ ὁ Ἰωάννης σάρκα λέγων γεγενῆσθαι τὸν λόγον. οἱ δὲ τὸ τῆς θεότητος ὄνομα λαμβάνουσιν ἐπὶ τοῦ ὅλου δούλου, ὥσπερ ὁ Παῦλος: λέγω δὲ, ὁ ἔσχατος Ἀδὰμ εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν. Προσκυνεῖν ὁμολογεῖ Χριστὸς κατὰ τὴν σάρκα τὸν πατέρα λέγων: ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν. καὶ οὐ χωρίζεται ἡ θεότης. προσκυνεῖται κατὰ τὴν θεότητα, καὶ οὐ χωρίζεται τὸ σῶμα τῇ τῆς θεότητος προσκυνήσει. οὔτε ἀφιστῶμεν τὸ σῶμα, (οὐδὲ γὰρ δυνατὸν) ὅτε προσκυνοῦμεν τοῦ σώματος τοῦ πεπονθότος, καὶ οὐ χωρίζεται ἡ θεότης, ἥνωται γάρ. ἔδει γὰρ νικηθῆναι τὸν θάνατον ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ νενίκηται. Παραινεῖτε δὲ τοῖς μάτην περὶ ταῦτα διαφερομένοις, D καὶ φυλασσέσθω ἡ κατὰ τὸ δόγμα ὁμολογία, μὴ διαιρώμεθα διὰ τὰ ῥήματα. τὸ μὲν γὰρ τοῖς δόγμασι διαφέροντας τοῖς ῥήμασι προσποιεῖσθαι συμφωνεῖν ἀσεβὲς, τὸ δὲ τοῖς δόγμασι συμφωνοῦντας τοῖς ῥήμασι διαφέρεσθαι μάταιον, καὶ μωρόν. Τοῦτο δὲ συμφωνούμενον ἔχοντες, ὅτι θεὸς ἔνσαρκος ὁ Χριστὸς καὶ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ γῆς, ὁ αὐτὸς τῇ μορφῇ δοῦλος, καὶ τῇ δυνάμει θεὸς, μενέτωσαν ἐν ὁμονοίᾳ, καὶ μὴ μάτην διαφερέσθωσαν, μηδὲ εἰς τὴν τῶν αἱρετικῶν λογομαχίαν ἐκπιπτέτωσαν, ἀλλὰ τῆς Ἐκκλησίας τὴν ἁπλότητα μᾶλλον ζηλωσάτωσαν. ἔῤῥωσο.

# IN EPISTOLAM SUB JULII I. NOMINE EDITAM

## DISQUISITIO

## LUD. ANTONII MURATORI

*Ad Eruditiſſimum, & Clariſſimum Virum Antonium Mariam Salvinium*

Græcæ Linguæ in Florentino Gymnaſio Profeſſorem.

## SYNOPSIS DISQUISITIONIS.

*Gennadius, & Centuriatores Epiſtolam hanc Julio I. Rom. Pontifici perperam adſcribunt. Facundus Hermianenſis eamdem ipſi rectius abjudicat. Quod & facit cum Evagrio Leontius Byzantinus. Nihil in illa, quod Julium deceat. Apollinaris Hæreticus illius Auctor creditus, cujus ſunt & aliæ quædam Julio affictæ* Corpori *Chriſti* Animam, *ſive* Mentem *humanam negavit is, quod & facit hujus Epiſtolæ Auctor. Multa in Apollinari a S. Gregorio Nyſſeno damnata, quæ heic itidem traduntur, Hypatius, Anaſtaſius Eulogius, Ephræmius, & alii S. Julium ab iſta calumnia liberant. Quis fuerit Dionyſius, ad quem data fingitur hæc Epiſtola.*

NON te fugit, Salvini doctiſſime, quantum A mihi alias gratulatus fueris, quod ab amœnioribus artibus ad graviores rurſus me receperim, & præcipue ad ſacram Eruditionem, cujus ſtudium ut jucunditate nulli alii concedit, ita reliquis utilitate antecedere ſatis conſtat. Gratiſſimum autem accidit mihi te habere hujuſmodi conſilii mei non ſolum hortatorem ſolicitum, ſed etiam laudatorem benevolum. Nam etſi tu hominibus, qui te intime non noſcunt, videri interdum poſſis in unis mitioribus literis vim, & curam omnem ingenii tui conſtrinxiſſe; illud tamen mihi eſt exploratum, te ita omnigenæ eruditionis copia valere, ut maximi ponderis, ſummæque auctoritatis apud me ſemper futura ſint cum præconia, tum hortamen- B ta a te profecta. Atque iſtud meum de te judicium non ſolius famæ conſenſu, ſed ipſa experientia mea ſæpe numero confirmatum fuit. Quoties enim te in variis difficultatibus conſului, quæ ſe mihi offerebant in ampliſſimo eruditionis ſtadio, talent toties in te rerum copiam, & Græcæ Linguæ, totiuſque antiquitatis peritiam inveni, qualem pauci aſſequantur, & in paucis demirari ſolemus. Illud ſolum (& pace tua dixerim) ſatis probare non potui, quod nimirum ferme tibi uni ſcire, tibique in ſpario canere contentus, non iis, quibus certiſſime poteras, rempublicam literariam affeciſti beneficiis. Sed tu maluiſti modeſtiæ tuæ, ac eruditionis conſcientia frui, quam ſtudio- C rum tuorum fructus his difficillimis evulgare temporibus, quibus quum in faſtidioſos, aut maledicos Lectores facile impingatur, vix aliis, vix ſibi placeat ſcriptor, honeſtæ quietis, non turbidæ gloriæ cupidus. Quo in conſilio ſi te ſequerer, potiore id etiam, quam tu ratione facerem, & ingenii mei fortunæ, viribuſque longe minoribus prudentius conſulerem. Verum mihi jam placuit audacius procedere, tuiſque potius auſcultare adhortationibus, quam exemplo tuo. Quamobrem quum hæc edere in animum induxerim, quibus pro tua humanitate, & doctrina non unum contuliſti beneficium, nihil antiquius habui, quam aliquem deligere locum, ubi teſtarer & me gratum, & te om- D ni commendatione digniſſimum. Tuo igitur nomini inſcriptam volo diſquiſitionem iſtam, qua mihi propoſitum eſt, Julii I. Romani Pontificis famam ab Hæreticorum calumniis vindicare. Et hoc quidem in præſentia facile poſſumus, quando nobis monumentum illud oblatum eſt, per quod olim Eccleſiæ Catholicæ, tanti Præſulis ementito nomine, ſe facturos eſſe fucum ſperaverant Eutychiani. Quid enim veritatem clarius oſtendat, quam ipſam prodere mendacii officinam, ipſumque omnium oculis figmentum objicere? Certe hæc illa eſt Epiſtola, quæ dubiam S. Julii fidem apud veteres aliquot fecit, quæ poſterioribus etiam ſeculis negotium faceſſere viſa eſt, incertis nempe in eam, quippe ignotam, prolatis ſententiis. Rem igitur cum gratam eruditis, tum S. Pontificis memoriæ utilem præſtabimus, ſi edito famoſiſſimo hoc fœtu per nos fiet, ut de illius falſitate, & de Hæreticorum fraude, omnibus judicare in poſterum liceat.

Inter antiquos Scriptores qui primus de hac epiſtola mentionem fecerit Gennadius eſt in lib. de Scriptor. Eccleſ. cap. 2. ita ſcribens: *Julius Urbis Romæ Epiſcopus ſcripſit ad Dionyſium quendam de Incarnatione Domini Epiſtolam unam, quæ illo quidem tempore utilis viſa eſt adverſus eos, qui ita duas per Incarnationem aſſerebant in Chriſto perſonas, ſicut & naturas. Nunc autem pernicioſa probatur; fomentum enim eſt Eutychianæ, & Timotheanæ impietatis.* Gennadii verba libenter adoptarunt, ac retulerunt Centuriatores Magdeburgenſes Cent. IV. cap. X. Quibus hæc alia e veſtigio adtexunt. *Adduxiſſe ex eadem Epiſtola teſtimonium de perſona Chriſti videtur Cyrillus Alexandrinus in Apologetico ſuo hoc modo.* Tum hæc ipſa Epiſtolæ verba proferunt: *Prædicatur ad completionem fidei, & incarnatus ex Virgine Maria Dei filius, qui & habitavit in hominibus, non in nomine* (*in homine* ſcribendum erat) *energiam operans. Hoc enim in Prophetis eſt & in Epiſtolis: Perfectus Deus in carne, & homo perfectus in ſpiritu, non duo filii; unus quidem germanus filius, qui ſuſcepit hominem: alter vero mortalis homo aſſumtus eſt a Deo: ſed unus unigenitus in cælo, unigenitus ſuper terram.* Tandem Centuriatores ita ſermonem concludunt: *Citat idem teſtimonium ex Epiſtola ejus ad Proſdocimum Synodus Chalcedonenſis contra Eutychem.*

At neque Centuriatores, neque Gennadius quidquam protulerunt, quod accuratam rei cogni-

ghinonem ſapiat. Et primo animadvertere juvat, Epiſtolam hanc Gennadio homini Latino re minime fuiſſe perſpectam, ſed ſolum de nomine cognitam. Quippe manifeſta illius hallucinatio eſt affirmare, *ipſam olim viſam fuiſſe utilem adverſus eos, qui ita duas aſſerebant in Chriſto perſonas, ſicut & duas naturas*. Nullum Concilium, nulli Eccleſiæ Catholicæ Patres, hujus Epiſtolæ teſtimonio adverſus Neſtorianos uſi unquam fuerant, neque porro poſtea ſunt uſi. Inde autem fluxit Gennadii error, quod Act. 1. Concilii Epheſini citatus fuerit contra Neſtorium locus ille ex Epiſtola Julii I. Papæ, quem Centuriatores nuper adſerebant. Nimirum cenſuit Gennadius, & poſt ipſum cenſuere Centuriatores quoque, unam eamdemque fuiſſe Julii Epiſtolam, quæ *ad Dionyſium* data ferebatur, cum illa quæ in eodem Epheſino Concilio citatur. Verum diverſæ plane ſunt Epiſtolæ. Quæ ad Dionyſium, uti fertur, conſcripta fuit, nunc a nobis editur, ibique nihil eorum legitur, quibus Epheſina Synodus eſt uſa. Altera πρὸς Δόκιον, ſeu Δοκίμιον, hoc eſt *ad Docium*, ſeu *Docimum*, quem etiam *Proſdocium* alii appellant, jamdudum intercidit, eademque ab Epheſinis Patribus laudata eſt. Confudit ergo utramque Epiſtolam Gennadius; utilem olim fuiſſe ratus conſcriptam *ad Dionyſium*, quod ipſam arbitraretur ab Epheſino Concilio in veræ fidei confirmationem adhibitam.

Facundus Epiſcopus Hermianenſis altero poſt Gennadium ſæculo vivens, hoc eſt, Juſtiniani temporibus, nonnulla habet lib. 1. cap. 5. quæ conjecturam noſtram firmant, erroremque Gennadii manifeſtius aperiunt. Scribit adverſus Eutychianos, eorumque ſobolem Acephalos, unam in Chriſto naturam ſtatuentes. Ita vero inquit: *Quid autem illos contra hæc evidentiſſima Patrum teſtimonia juvare poterit, quod in aſſertionem vaniſſimi ſui erroris dicunt, Julium Romanum Epiſcopum neſcio ubi reſcripſiſſe, quod una ſit Chriſti Natura? quum in eadem ſancta Synodo Epheſina hoc ſolum ipſius B. Julii contra Neſtorium recitatum fuerit ex Epiſtola ad Proſdocium, in qua ait: Prædicatur vero ad ſupplementum fidei, & incarnatus ex Maria Virgine &c.* Poſtquam Facundus locum integrum ex Act. I. Concilii Epheſini retulit ſupra a Centuriatoribus deſcriptum, ita pergit dicere: *Non aliud, præter hanc ad Proſdocium Epiſtolam, ex dictis B. Julii in illa Synodo prolatum eſt, ſi qua forſitan alia ſcripſit, neque ex hac Epiſtola aliquid amplius. Cur igitur non illud potius, quod de una Chriſti Natura illi circumferunt tamquam ab ipſo B. Julio ſcriptum, vel quæque ſimilia, quæ ſcripſiſſe autumant alios venerabiles Patres, in Synodo recitata ſunt contra Neſtorium? Nam ipſa magis ejus dogmati contraria viderentur*. Hinc igitur elucet, nullam aliam Epiſtolam Julii I. uſurpatam adverſus Hæreticos Neſtorianos olim fuiſſe, quam quæ ad Docium, ſive ad Proſdocium conſcripta fuerat. Quare ex altera ad Dionyſium data nihil utilitatis umquam cepere Catholici, ut Gennadius leviter affirmabat. Videtur autem Facundus Græcam Epiſtolæ illius Inſcripſionem πρὸς Δόκιον, *ad Docium*, pro pro uno verbo accepiſſe, tamquam ſcriptum fuerit πρὸς Προσδόκιον, *ad Proſdocium*.

Deinde validiſſimum argumentum e Facundi verbis ducere incipimus, ad dignoſcendam falſitatem, atque figmentum famoſæ hujus Epiſtolæ a nobis editæ. Nam ſi Epiſtola hæc ad Dionyſium data jam extabat, quum Neſtoriana Hæreſis tot in Eccleſia turbas excitare cœpit, cur ab illa citanda adverſus Neſtorium abſtinuere Patres Epheſini? Cur deinde Eutyches, & Dioſcorus numquam pro ſe ipſam laudarunt, numquam ejus teſtimonio ſuam confirmavere ſententiam? Certe Julii Romani Pontificis auctoritas maximum attuliſſet pondus Eutychianæ opinioni. Neque tanti Pontificis opus Græce vulgatum latitare adeo poterat, ut omnium oculos fugeret, quum ſatis liqueat, ejus generis monumenta per Eccleſias, perque eruditorum manus vix edita conſueviſſe ferri. Aut ergo poſt Synodos Epheſinam, atque Chalcedonenſem, conficta fuit, Julioque ſuppoſita Epiſtola illa, ideoque ante Synodos illas minime extabat; aut ſi extabat, nemo hactenus noverat, crediderat ve, Julium ipſius Auctorem fuiſſe. Propterea hæc merito Facundus addit: *Quid enim jam controverſia remanſiſſet, quod una eſſet illius Dei Hominis ſubſiſtentia, ſive perſona, ſi probarentur Patres quod etiam unam prædicaverint ejus eſſe naturam? Igitur ut omnis auferatur quæſtio, ſi non poſtea Epiſtola illa* (Hoc eſt quæ ad Dionyſium ſcripta circumferebatur) *confecta eſt* (fortaſſe legendum *conficta eſt*) *aut B. Julii eam non eſſe, ſicut magis credendum Synodus judicavit, autem etiam, etſi ejus eſſe credidit, quod ego non dico, ut aliam magis* (hoc eſt, quæ ad Proſdocium, ſeu Docium conſcripta fuit) *quam ipſam ejuſdem S. Julii contra Neſtorium proferret, non ex eo quod incaute dictum eſt, contrarium errorem judicavit eſſe vincendum*.

Verum ne hanc quidem ultimam ſuſpicionis umbram admiſiſſet Facundus; imo conſtanter negaſſet Julium I. ejus Epiſtolæ artificem, ſi quæ a Græcis Scriptoribus hac in re oculatioribus nos edocti ſumus, ipſe etiam noviſſet. Hos igitur audire juvat; eorum autem non teſtimonio ſolum, ſed etiam rationibus conſtabit, ſuppoſitam Julio ab Hæreticis famoſam hanc Epiſtolam fuiſſe. Evagrius Scholaſticus, a quo Hiſtoriam habemus, & Leontius Byzantinus, a quo Librum de Sectis, Scriptores multis nominibus commendati, ipſoque Seculo Chriſti ſexto, quo Facundus Hermianenſis floruit, & ipſi florentes, huc advocandi ſunt. Primus ille de Neſtorianis Hæreticis agens lib. 1. cap. 31. inquit: *Sanctorum Patrum Libros ſæpe depravarunt, multoſque Apollinaris Libros Athanaſio, Gregorio Thaumaturgo, & Julio, inſcriptionibus commutatis attribuerunt, quibus quidem Libris plurimos in ſuum impium errorem induxerunt*. Non eſt mihi ad manus Evagrii Hiſtoria, ſed illam ex Baronii fide produco ipſam citantis ad Annum Chriſti 352. n. 5. Nequeo tamen non mirari, quei Neſtoriani impoſturæ hujus dicantur Auctores: Certo certius eſt eam, quam nunc proferimus, Epiſtolam Eutychianis ita ſcatere erroribus, ut Neſtorianis oppoſitam omnino ſententiam referat (quod & Gennadius monuit) atque architectum plane ſapiat Eutychianum. Quei rogo utraque adverſantium Hæreticorum cohors uni atque eidem Romano Pontifici tribuere, ac ſupponere potuit contraria hæc perverſarum opinionum monſtra. Evagrius proinde forte hallucinatus eſt; ſive, ut ratione potiori dicam, Evagrii locus attentius conſiderandus fuit Cardinali Baronio. At infra de hac ipſa re ſermo recurret. Interim ſatis eſt cognoviſſe, Apollinaris Hæretici Libros

bros Julio fuiſſe ab Hæreticis per dolum ſuppoſitos.

Accedat nunc Leontius Byzantinus, quo nemo luculentius in hujuſmodi quæſtione verſatus eſt. Actione 8. de Sectis pag. 526. Eutychianæ Hæreſis fundamenta convellit. Ejus autem ſunt verba hæc e Græco tranſlata: *Adſerunt* (Eutychiani) *aliud quoque dictum, velut a B. Julio profectum, quod exſtat in Epiſtola ſcripta ad Dionyſium Corinthi Epiſcopum, cujus initium eſt* ( Miror de quibuſdam audiens &c. ) *Eſtque dictum hujuſmodi* ( Neceſſe eſt eos, quum duas naturas dicunt, unam adorare, alteram non adorare; ac in divinam quidem baptizari, & in humanam non baptizari. ) *Aliaque plura iſthæc Epiſtola continet*. En aliquot Epiſtolæ hujus verba, quæ quum in exemplari nunc a nobis edito pariter legantur, Ambroſiani Codicis fidem confirmant. Porro videamus, quomodo ſe ab iſta difficultate Leontius expediat. *Sed nos*, proſequitur ille, *pluribus argumentis convincimus, illam Epiſtolam non eſſe B. illius Julii, ſed Apollinaris. Primum ex eo quod ſi quis eam ſubtiliter conſideret, nihil Juliano dignum nomine habeat. Quin & ſeptem illæ Epiſtolæ, quas ejus eſſe dicunt, Apollinaris ſunt. Deinde quod in eadem Epiſtola Corporis mentione facta, nuſquam id mente præditum, vel animatum dixerit. Erat autem in more Patribus illius ſæculi, ut ſicubi Corporis mentionem facerent, id ipſum mente præditum, animatumque dicerent: quod quidem uſque adeo verum eſt, ut reformidantibus eis hoc crimen, ideoque deinceps illas voces, Mente præditum, & Animatum, adjicientibus, nulli poſteriorum libri reperiantur, qui hanc veterum appendicem non habeant. Præterea de hoc quoque non B. Julii, ſed Apollinaris eſſe redarguitur, quod Nyſſenus ille Gregorius in opere contra Apollinarem aperte multa recitet, quæ hac Epiſtola continentur, eaque ceu prava refutet. Poteſt & aliunde convinci, quod B. Julii non ſit; ajunt enim Actis ſynodi Epheſinæ ſub B. Cyrillo inſertam: quod quidem aperte mentiuntur. Nam nihil ibi in textu tale reperitur, ſed alia quædam inſerta eſt Epiſtola velut a Julio ſcripta: nec ipſa Julii, ſed Timothei, quemadmodum ex multis exemplaribus intelligi poteſt. Enim vero quum nihil nobis illa adverſetur, quod eam Julii dicunt, flocci ſcilicet faciendum.*

Hactenus Leontius accuratiſſimi profecto Critici nomen promeritus, quo auctore diſcimus, Appollinari Epiſtolam hanc eſſe reipſa tribuendam. Antequam vero progrediamur, animadvertere opus eſt, Baronium hæc itidem Leontii documenta produxiſſe. Relatis autem iis Epiſtolæ verbis, *Neceſſe eſt eos, quum duas naturas dicunt, unam adorare, alteram non adorare &c.* mirari ſe ait, cur Gennadius appellare potuerit utilem Epiſtolam hanc, adeo immanes, manifeſtaſque blaſphemias complectentem, *quibus Neſtoriana Hæreſis confirmaretur*. Ita ampliſſimus Annalium parens; ſed aliter loquuturus, ſi quod in poſterum fas erit, Epiſtolæ ipſius ſubdititiæ textum legere & ipſe potuiſſet. His verbis, quæ nunc quoque in exemplari a nobis evulgato occurrunt, non Neſtoriana Hæreſis confirmatur, ſed quidem Eutychiana; quippe ab Epiſtolæ Auctore afferuntur tamquam neceſſarium, &, ut ipſe ſignificat, abſurdiſſimum Neſtorianæ ſententiæ conſectarium. Tantum abeſt, ut ille cum Neſtorio ſentiat duas in Chriſto diviſas naturas, quarum una adoranda ſit, altera vero nequaquam, ut potius utramque ſimul permiſceat, atque confundat, unaque tantum adoratione colendam affirmet, Eutychianis in hoc omnino concors atque conſentiens.

Sequamur nunc Leontium κατὰ πόδα, illiuſque rationes, atque argumenta ſigillatim percurramus, quibus facile palam fiet, qui verus fuerit Epiſtolæ hujus faber. Inquit is, non a Julio primo Romano Pontifice, ſed ab Apollinari Hæreſiarcha illam fuiſſe conſcriptam. His autem rationibus ſententiam ſuam confirmat. Prima eſt, nihil ibi occurrere *Juliano nomine dignum*; hoc eſt, nihil gravitatis, eloquentiæ, ſapientiæ, aut puræ veteriſque doctrinæ, quod Julium Apoſtolicæ Sedis Antiſtitem deceret, in eo monumento contineri. Et revera quum nihil antiquius Romanis Epiſcopis, totius Eccleſiæ Magiſtris, fuerit, quam vetuſtiſſima Chriſti dogmata ſemper tradere, atque tueri; heic autem reperiantur tot novæ, temporibuſque Julii inauditæ doctrinæ ſemina: quis ſeculo Chriſti quinto, quando Eutychetis cauſſa fervebat, Julium tam facile debuit, potuitque credere pernicioſæ illius Epiſtolæ, atque novitatis Auctorem? Jam antea reclamaſſent cum Occidentales, tum Orientales Epiſcopi, ſi tale quippiam ſeculo Chriſti quarto Julius tradidiſſet. Potuit quidem Apollinaris clam deſipere, & furtivis literulis inter ſuos aſſeclas quidquid lubebat effutire, atque confingere. Non poterat Romanus Epiſcopus, Eccleſiæ totius caput, ſeſe abſcondere, conſcripta præſertim Epiſtola ad celebrem Græciæ Epiſcopum, & palam evulgata. Superſunt adhuc germanæ duæ Julii Epiſtolæ a S. Athanaſio deſcriptæ ( nihil enim moror Iſidori Mercatoris pſeudepiſtolas ) in quibus diverſam plane & ſtyli, & doctrinæ, & prudentiæ faciem intueare. Addit Anonymus Scriptor, a quo Collectionem habemus contra Severianos §. 6. Inſcriptionem hujus ipſius Epiſtolæ conſentaneam non fuiſſe Romanorum Pontificum conſuetudini. Qua de re judicium ferre nobis in præſentia non licet, quando Inſcriptione caret exemplar nunc a nobis editum.

Alterum Leontii argumentum eſt, non hanc tantummodo Epiſtolam, ſed & alias ſeptem Julio fuiſſe ſuppoſitas, quæ tamen Apollinaris revera forent. En Eutychianorum artes, & doli. Quid igitur mirum, ſi producta in medium ab Eutychianis Epiſtola *ad Dionyſium* data, fraus ibi quoque nullo negotio deprehenſa fuit? Difficile nimis erat; tanto Pontifici, qui ſuperiore dumtaxat ſeculo vivere deſierat, tot Epiſtolas affingere, & diu criticis, doctiſque imponere hominibus. Tunc argumentum, ſtylus, cauſſa ſcribendi, homines, ad quos datæ fingebantur eæ Literæ, quarum nunc nullum exſtat veſtigium, & mille alia, in re, ut ita dicam, recenti ſtatim ſuccurrebant, quæ ipſas falſitatis redarguerent, & Apollinari vero ipſarum parenti reſtituerent. Una proinde alteram accuſabat; omneſque ſimul fortiſſimo argumento erant, non Julio, ſed Apollinari tribuendam eſſe iſtam quoque *ad Dionyſium* conſcriptam.

Tertio rectiſſime Leontius animadvertit, in tota hac Epiſtola Chriſti quidem *Corpus* memorari, ſed *mentem Animamque* eidem *Corpori* nuſquam tribui. Nihil profecto Apollinari detrahere perſonam apertius potuit, quam hic affectatus loquendi modus. Conſtat ex Apollinaris erroribus præcipuum illum fuiſſe, quem S. Leo

Magnus in Decretali 23. Catholicorum ſententia oppoſita rejicit. *Non Deum tantum dicimus Chriſtum &c. nec ita hominem, ut aliquid ei deſit, quod ad humanam certum eſt pertinere naturam, ſive Animam, ſive Mentem rationalem &c,* Hinc S. Auguſtinus in lib. de Hæres. cap. 55. *Apollinariſtas*, inquit, *Apollinaris inſtituit, qui de anima Chriſti a Catholica diſſenſerunt, dicentes, ſicut Ariani, Deum Chriſtum carnem ſine anima ſuſcepiſſe. In quæſtione teſtimoniis Evangelicis victi, Mentem, quæ rationalis eſt anima hominis, non fuiſſe in anima Chriſti, ſed pro hac ipſum Verbum in ea fuiſſe dicunt.* Ita ſe habebat falſa Apollinaris ſententia, quam proinde quum non obſcure Epiſtola Julio adſcripta referat, ac inſpiret, intelligere continuo poſſumus, eam Apollinari eſſe tribuendam. Certe ibi nunquam legas de Chriſto homine aliud prædicari, quam σῶμα, aut σάρκα, *Corpus*, aut *Carnem*: *Animæ* autem, ſive *Mentis* humanæ a Verbo ſuſceptæ nulla mentio. Quamobrem Chriſti *Corpus*, ſi recte hæc perpendas, obtruditur nobis tanquam ἄψυχον, καὶ ἀναίσθητον, καὶ ἀνόητον, id eſt, *inanimum, & ſenſus, ac mentis exvers*: quod commentum in Apollinari damnavit An. Ch. 362. Alexandrina Synodus ab Athanaſio, aliiſque Catholicis Epiſcopis celebrata.

Vide vero, quam ſine tergiverſatione eadem hæc abominanda ſententia ab iſtius Epiſtolæ Auctore inſinuetur. Οὔτε γάρ, inquit, τὸ σῶμα καθ' ἑαυτὸ φύσις ἐστὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ, ἐπεὶ μηδὲ ζωοποιὸν καθ' ἑαυτὸ μηδὲ διατέμνεσθαι δυνάμενον ἀπὸ τοῦ ζωοποιοῦ. Hoc eſt: *Non enim Corpus ſecundum ſe ipſum natura eſt in uno Chriſto, quia non eſt vivificum per ſemetipſum, neque diſſecari poteſt, atque ſejungi a vivifico Verbo.* En Corpus Chriſti per ſe minime vivificum, ideſt vita, ac Anima vitæque actionibus per ſe carens. At undenam (petere quis potuit ab Apollinari) vitam, ejuſque munia Servator habuit, quatenus homo? A vivifico Verbo, reſpondebat Hæreticus, id habuit Chriſti Caro: quippe quod humanæ Animæ, Mentiſque vices in Chriſto ſuppleret, atque impleret divinitas ipſa. Concinunt iſta cum iis, quæ laudatus Leo Magnus de Appollinari eodem ſcribit Homil. 4. de Nativ. *Apollinaris*, inquit ille, *fidei ſoliditate privatus, Filium Dei ita veram humanæ Carnis credidit ſuſcepiſſe naturam, ut in illa Carne diceret Animam non fuiſſe, quia vicem ejus expleverit ipſa divinitas.*

Quæ cum ita ſint, & impiam hanc, atque ab Evangelica veritate abſonam opinionem ſoli Ariani, Apollinariſtæ, atque Eutychiani venditarint: quis dubitare amplius poſſit, quin Epiſtolæ a nobis editæ Auctor fuerit Apollinaris, aut alius quiſquam de grege illius? Quandonam Catholici Patres, ac præcipue Romanæ Sedis Antiſtites in ea fuere ſententia? Imo quis eam abominatus non fuit? quis non oppugnavit non creſcentem dicam, ſed vix natam, atque auditam? Nemo autem eſt, qui Julium I Pontificem Maximum vel ſuſpicatus fuerit conſenſiſſe unquam cum Arianis, aut cum æquali eorum temporum Apollinari. Arianorum potius ipſe Julius perpetuus fuit malleus, ac hoſtis, adeo ut mirari poſſis Eutychianorum impudentiam, atque imprudentiam, virum hunc deligentium, cui affingerent adulterinam hujuſmodi Epiſtolam, illius ingenio, doctrinæ, & moribus tam conformem, quam Æthiopi candor.

A Fieri igitur non poteſt, ut Julius toties de Chriſto homine loqueretur, ejuſque *Carnem*, ſeu *Corpus* nominaret, quin & ipſum *Mente præditum*, ac *animatum*, ſive ἔννουν καὶ ἐμψυχωμένον diceret, aut aliquid ſaltem apponeret, quo doceremur, non ex ſola nuda carne conſtare humanam Chriſti naturam: quod tamen hujus Epiſtolæ Auctor ſatis aperte affirmare contra Catholicam veritatem non erubeſcit.

Quarto, inquit Leontius, hinc etiam dignoſci poteſt, non Julio, ſed Apollinari Hæretico, tribuendam eſſe Epiſtolam iſtam, quod Gregorius Nyſſenus in Opere contra Apollinarem recitet multa, eaque ceu prava refutet, B quæ hac eadem Epiſtola continentur. Forte fortuna eximium illud Nyſſeni Opus, diu deperditum, diuque ab Eruditis deſideratum, ante paucos annos e Vaticano Codice deſcriptum evulgavit C. V. Laurentius Alexander Zacagnius Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus, cujus beneficio cuicumque in poſterum conferre licebit cum Apollinaris fragmentis a Nyſſeno refutatis Epiſtolam iſtam. Nos interim id experiamur quam breviſſime. De Apollinari hæc habet Nyſſenus §. 35. Ἡμᾶς, φησὶ, δύο πρόσωπα λέγειν τὸν Θεὸν, καὶ τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ προσληφθέντα ἄνθρωπον. αὐτὸν δὲ, φησι, μὴ οὕτως ἔχειν, ἀλλὰ φάσκειν τὸν σαρκωθέντα, C καὶ ὄντα οὐχ ἕτερον παρὰ τὸν ἀσώματον, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέρας ἐν σαρκὶ ζωῆς. Quæ ita vertit laudatus Zacagnius: *Duas perſonas Deum, & a Deo ſuſceptum hominem, nos* (ideſt Catholicos) *dicere ille aſſerit, ſe vero haud ita prorſus ſentire; quin imo dicere incarnatum fuiſſe Chriſtum, eumque non eſſe ab incorporeo diverſum, ſed unum, eumdemque ad ſimilitudinem noſtræ, quam in carne vivimus, vitæ.* His utique paria, imo eadem habet Epiſtolæ nuper a nobis vulgatæ Auctor, quorum concentus unum eumdemque Apollinarem utrobique indicat. Inquit iſte ſe minime vereri τοὺς συκοφάντας τοὺς διαιροῦντας εἰς δύο πρόσωπα D τὸν Κύριον; *Calumniatores in duas perſonas Chriſtum Dominum partientes*: quo nomine Catholicos & heic ſignificari vides. Nempe cenſebat bonus Apollinaris, ideo Catholicos duas in Chriſto ponere perſonas, quod duas ponerent non confuſas in ipſo naturas. Falſum id profecto; nam duas quidem in uno Chriſto Naturas agnoſcebat Eccleſia Catholica, ſed unam tantum Perſonam. Hæreticus contra tam longe a Catholicorum ſemita exorbitabat, ut non tantummodo Perſonam unam, ſed unam etiam Naturam in Chriſto Domino noſtro fateretur; quod ante ipſum nemo Theologorum recte ſapientium dixerat.

E In verbis ſupra ex Nyſſeno deſcriptis legitur falſa hæc Apollinaris ſententia, ubi *corporeum* Chriſti ab *incorporeo* non diſtinguitur. Sed apertius eadem traditur a Nyſſeno §. 13. quum de Apollinari dicit: μίαν ἐποίησε τοῦ Θεοῦ τε καὶ τοῦ ἀνθρώπου τὴν φύσιν; *Unam Dei, & hominis naturam conſtituit.* Eulogius quoque Alexandrinus Patriarcha apud Photium Cod. 230. hæc Apollinaris verba refert ex Libro de incarnatione, ubi Hæreticus ita exclamat: Ὢ καινὴ κτίσις, καὶ μίξις θεσπεσία! Θεὸς, καὶ σὰρξ μίαν ἀπετέλεσαν φύσιν. *O novam creaturam, & divinam mix-*

*mixtionem! Deus & Caro unam efficere Naturam.* Apollinaris ergo jam ſibi finxerat, adeo humanam Naturam cum Divina in Chriſto fuiſſe permixtam, atque confuſam, ut nullum amplius inter eas diſcrimen intercederet, quaſi ex duabus naturis ſimul permixtis una tertia conſurgeret. Hæc eadem ſententia fuit Auctori Epiſtolæ nunc editæ. Apertiſſime is *duas Naturas*, ſive δύο φύσεις in Chriſto negat, ſpecioſa illa ratione ductus, quod *unus Dominus Jeſus Chriſtus, per quem omnia*, ab Apoſtolo dicatur. Pergit autem ita argumentari tenebrio ille: Εἰ γοῦν εἷς ὁ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου τεχθεὶς ὀνόμασται, καὶ αὐτός ἐστι, δι᾽ οὗ τὰ πάντα γέγονε, μία φύσις ἐστὶν, ἐπειδὴ πρόσωπον ἓν ἔχων εἰς δύο οὐ διαιρεῖται. *Si unus igitur e ſancta Virgine natus appellatur, idemque ipſe eſt, per quem ſacta ſunt omnia, una Natura eſt; etenim Perſonam unam habens in duo non dividitur.* Habes heic non ſolum in Chriſto Perſonam unam, quod Orthodoxi quoque dicebant, ſed unam etiam Naturam, quæ falſa opinio Apollinari Eutychianorum, ut ita dicam, parenti maxime placuit, quamquam nova, & veterum auctoritate prorſus deſtituta.

Ex Antirrhetici verbis ſupra deſcriptis didicimus etiam, Apollinarem dixiſſe, unum eundemque eſſe Chriſtum *ad ſimilitudinem noſtræ, quam in Carne vivimus, vitæ*. Idem porro palam edicit Epiſtolæ noſtræ Auctor. Ὥσπερ, ait, ἄνθρωπος μία φύσις, οὕτω καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος Χριστός. *Quemadmodum homo una eſt Natura, ita, & in ſimilitudinem hominum ſactus Chriſtus.* Diffiteri non poſſum, quin & quidam e SS Patribus hujuſmodi exemplo fuerint uſi, ut unam in Chriſto Perſonam, ex unitione duarum Naturarum manantem oſtenderent. Vide Ruſticum Diaconum in Bibliotheca Patrum, Leontium, Theorianum, & alios. Vide & Symbolum S. Athanaſio attributum. At nemo ex iis illuc etiam deferri ſe paſſus eſt, ut ex animæ, & corporis in uno homine conjunctione probaret, unam quoque exſurgere, & reſultere in Chriſto naturam. Primus Apollinaris hujuſmodi ſimilitudine abuti cœpit; ideoque & iſtud opportune cadit, quo Epiſtolam hanc ipſi, & non Julio I. doctrinæ orthodoxæ propugnatori, adſcribendam eſſe intelligamus. Proinde videas, Nyſſenum in Antirrhetico adverſus exemplum hoc ex humana natura deſumtum, quo Apollinaris ſuam confirmabat ſententiam, pugnare variis argumentis. Quod tamen abſurdiorem conſtituebat Apollinaris opinionem, illud erat, nimirum ex Carne tantum humana, & ex Deo, qui loco mentis, aut animæ eſſet, Chriſtum coaluiſſe, uti ex anima, & corpore Natura hominis coaleſcit. At quomodo, ajebat Nyſſenus, *in ſimilitudinem hominis* Chriſtus factus eſt, qui aliud quid ab homine diverſum eſt, & a noſtra prorſus Natura diſcrepat? Nam ſi ex anima, & corpore homo conſtat; & Anima in homine, quem ipſe confixit, non reperitur: quomodo in Chriſto illud ſimile hominis eſſe poterit, quod a noſtra natura alienum eſt? Neque vero alium ſuæ commentationi titulum Apollinaris indiderat, quam ἀπόδειξις περὶ τῆς θείας σαρκώσεως τῆς καθ᾽ ὁμοίωσιν ἀνθρώπου. *demonſtratio divinæ Incarnationis ad ſimilitudinem hominis.* Quæ profecto quum ſatis aperte congruant cum iis, quæ ab Auctore Epiſtolæ enarrantur, unum etiam eundemque Apollinarem utrobique produnt.

Progrediamur. Alterum Apollinaris commentum refellit Nyſſenus in opere laudato. Cenſebat inſanus Hæreſiarcha, non in plenitudine temporum humanam Carnem a Verbo Dei fuiſſe aſſumtam, ſed ante ſecula id factum; quare hominem qui apparuit in tempore, antea præextitiſſe, quam manifeſtaretur, ſcriptitabat. Vide §. 13. Antirrhetici, & Nazianzenum in Orat. 46. quæ eſt contra Apollinarem. Conſequens proinde erat, ut & diceret, Chriſtum, quatenus etiam eſt hominis filius, e cælo deſcendiſſe. Atque ita ſane, teſte Nyſſeno, Apollinaris palam ſentiebat, uti videre eſt §. 6. Qua opinione conſtituta, hoc ille deinde inferebat: εἰ δὲ καὶ ἐξ οὐρανοῦ υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ ἐκ γυναικὸς υἱὸς Θεοῦ, πῶς οὐχ ὁ αὐτὸς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος; *Si autem & e cælo Filius hominis, & ex muliere Filius Dei, quomodo non idem Deus, & homo cenſetur?* Non aliter ſentire videtur Epiſtolæ ad Dionyſium datæ Scriptor. Primo enim ait: ſi duarum naturarum diviſio in Chriſto admitteretur, nefas eſſet, *unum totum vocare Filium hominis, qui de cælo deſcendit, & Filium Dei, qui de muliere natus eſt.* Οὔτε γὰρ οἷόν τε ἦν τὸ ὅλον υἱὸν ἀνθρώπου καλεῖσθαι καταβεβηκότα ἐξ οὐρανοῦ, καὶ υἱὸν Θεοῦ γεννηθέντα ἐκ γυναικός. Tum heic, tum illic Chriſtus, quatenus hominis Filius, e cælo eſſe dicitur, uti etiam, quatenus Filius Dei, e muliere dicitur eſſe. Pergit Epiſtolæ Auctor effutire, ideo duarum naturarum diviſionem in Chriſto repugnare, quia quod deſcendit de cælo, vocaretur Filius Dei, & non filius hominis; quod autem natum eſt de muliere, vocaretur Filius hominis, & non Filius Dei: quæ ſententia, ſi huic inepto Sophiſtæ crederemus, Hæreſi Pauli Samoſateni conſentanea foret. Hinc ait ſubinde: Ἡμᾶς δὲ αἱ θεῖαι γραφαὶ διδάσκουσιν, ὡς περὶ ἑνὸς τοῦ Κυρίου φρονεῖν κατὰ τὴν ἐξ οὐρανοῦ κατάβασιν, καὶ τὴν ἐκ γυναικὸς ἐπὶ γῆς γέννησιν. *Nos vero divinæ Scripturæ docent, & quum ejus e cælo deſcenſum, & quum ex muliere in terra nativitatem audimus, omnia de uno Domino eſſe intelligenda.* Infra vero alia in hanc rem addit, inquiens, ſe nihil morari calumniatores in duas Perſonas Chriſtum partientes (ideſt Catholicos quibus ille hujuſmodi ſententiam affingebat, uti ſupra vidimus) quod ſibi maledicerent tanquam affirmanti τὴν σάρκα ἐξ οὐρανοῦ *Carnem de cælo*: quam dicendi formam a ſe non amolitur, neque rejicit perſonatus iſte Hæreſiarcha. Tum pergit ſcribere: *Dicimus enim utramque, & de Cælo totum per Deitatem, & de muliere totum per carnem, neſcientes diviſionem unius ejuſdemque Perſonæ, neque diſſecantes a cæleſti terrenum, aut a terreno cæleſte; impia quippe diſſectio hæc foret.*

Quæ quidem luce non indigent majore. Sed infra occurrunt alia, quibus opinio conſtituta prorſus tuitatur; inquit enim Epiſtolæ Auctor: Συμπερώνται οὖν, καὶ συμφώνως ὁμολογεῖται τὸ σῶμα ἐκ τῆς παρθένου, ἡ θεότης ἐξ οὐρανοῦ: τὸ σῶμα πέπλασται ἐν κοιλίᾳ, ἡ θεότης ἄκτιστος αἰώνιος. *Concorditer ergo dicitur, & concorditer in confeſſo eſt, Corpus eſſe de Virgine, Deitatem de Cælo; Corpus efformatum in utero, Deitatem creationis expertem, ac ſempiternam.* Quibus ver-

bis fateri Auctor iſte videtur Chriſti carnem A de Virgine ſumtam, quum tamen ſupra ſignificarit ipſam de Cælo eſſe, ac de Cælo dici. Primo dicimus, Apollinarem diſſona, & repugnantia afferre potuiſſe; quod cum ceterorum fere omnium a Veritate deflectentium eſt, tum præcipue de Apollinari dici poſſe Nyſſenus non uno in loco oſtendit. Deinde ſuſpicamur ipſum Hæreticum non ex animo ſenſiſſe, neque proprie affirmare voluiſſe, Corpus a Chriſto de cœlo aſſumtum, antequam Gabriel Virginem divini conſilii certiorem fecerit; ſed ideo ſolum Carnem de Cælo dixiſſe, quia ſecundum ejus opinionem, quidquid de Chriſto, uti Verbo Dei pronunciatur, æque de Chriſto uti homine pronunciandum illi videbatur. Certe §. 51. B Antirrhetici idem Apollinaris de Verbo Dei hæc habet: ὅτι σάρξ ἐγένετο, τότε αὐτὸν ἐν ἡμῖν ἐσκηνωκέναι. *Tunc factum fuiſſe Carnem, quum habitavit in nobis.* Quibus verbis indicat ſe minime credere, *humanitatem Verbi ad nos e cælo deſcendiſſe*, ut ipſe Nyſſenus animadvertit, quamquam ſupra aliud palam docuiſſe, atque ſcripſiſſe Hæreticus videretur. Eatenus igitur dicebat Apollinaris Chriſti carnem e cælo eſſe, quatenus in eam opinionem conceſſerat, dividendam, atque diſtinguendam in Chriſto humanam Naturam a Divina non eſſe, ac proinde ita omnia de uno Chriſto eſſe prædicanda, ut totus etiam de Cælo deſcendiſſe recte diceretur. Quare intelligere poſſumus, ne heic C quidem diſſentire ab Apollinari Auctorem Epiſtolæ noſtræ.

Cæterum ſupra vidimus alium capitalem Apollinaris errorem in eo ſitum, ut affirmaret, Chriſtum Anima, aut Mente humana caruiſſe. Illum propterea Nyſſenus redarguit §. 35. Antirrhetici. Non aliter ſenſiſſe perſonatum Epiſtolæ hujus auctorem, pariter oſtendimus. Ergo eundem utrobique ſcriptorem deprehendas. Accedit, quod Apollinaris in ſuorum ſomniorum præſidium abutitur verbis iis Apoſtoli 1. Cor. 15. *Noviſſimus Adam in ſpiritum viviſcantem*, ut conſtat ex §. 10. & ſeq. Antirrhetici. Iiſdem noſter quoque abutitur, uti videre eſt in Epiſtola edita. Itaque tandem in- D telligas miram intercedere opinionum concordiam inter Apollinarem a Nyſſeno confutatum, & hujus Epiſtolæ Auctorem, ut merito eundem eſſe cum Apollinari cenſuerit Leontius. Et ſane quis Julium Romanum Pontificem, unquam dixit, aut audivit abſurdiſſima hujuſmodi dogmata tradentem, quæ ſtatim ac emertere ex Apollinaris ore, & calamo, refutata novimus? Fieri non potuit, ut Apoſtolicæ Sedis Antiſtes ſine magno Chriſtianorum ſcandalo, atque clamore talia palam traderet.

Tamdem Leontius Eutychianos, ſive Acephalos, falſi arguit, quod locum ex Epiſtola iſta dicant productum, atque laudatum a Patribus Epheſini Concilii. Aliam Epiſtolam in ejus Synodi Actibus citatam ait, atque ab ea diverſam, quæ ad Dionyſium conſcripta fertur. Imo & alteram illam non Julii eſſe addit, ſed quidem Timothei Hæretici Apollinariſtæ, uti exemplaria multa ejus rei fidem faciebant. Quod eſt ad calumniam iſtam ex Actis Epheſini Concilii petitam, vidimus ſupra, quid etiam Facundus Hermianenſis ſcriptum reliquerit. Sed Leontius ſubinde inquiens, *enimvero quum nihil nobis illa adverſetur, quod eam Julii dicant, flocci faciendum eſt*: recte fecit, qui non

A ſibi, atque exemplaribus tantum credidit, ut penitus abjudicaret Julio laudatam ejus Epiſtolam ad Docium. Nam præterquamquod nihil illa continebat ex ipſius Leontii confeſſione, quod Julio Romano Pontifice, & Catholicorum principe indignum foret, Ephræmius Patriarcha Antiochenus lib. 3. de ſacris Legibus apud Photium Cod. 229. ipſam Julio ſine dubitatione tribuit, & ex eadem verba etiam nonnulla delibat. Plura itidem ex illa, tamquam ex germano Julii fœtu, profert Anaſtaſius Presbyter in Eclog. τῶν χρήσεων περὶ τῆς θείας θεολογίας cap. 38. niſi quod Acacium pro Docio habet, ſcribens; Ἰουλίου ἐπισκόπου ῥώμης ἐκ τῆς πρὸς Ἀκάκιον ἐπιστολῆς: *Julii Epiſcopi Romæ ex Epiſtola ad Acacium.* Fateor tamen dubitari merito poſſe, an eadem ſit Epiſtola ab Anaſtaſio citata cum ſuperiori ad Docium ſcripta, quum una ex iis eſſe poſſit, quas adulterinas, & Julio perperam tributas, ſupra Leontius affirmabat.

Atque hactenus multa attulimus, quæ vel pertinacibus ingeniis perſuadere poſſunt, datam olim ad Dionyſium Epiſtolam, & ſub Julii Romani Pontificis nomine ab Hæreticis evulgatam, uni Apollinari eſſe reſtituendam, ſicuti legitimo illius parenti. Nunc addimus, Juſtiniani temporibus tam certos de ea ſuppoſitione fuiſſe Catholicos, tamque robuſtis pro Julii fama tuenda illos militaſſe argumentis, ut omnem ea de re ſe ſuſtuliſſe dubitandi rationem palam profiterentur. Hypatius Epiſcopus Epheſinus in Collatione cum Acephalis habita Conſtantinopoli, Sirmondo V.C. teſte, ajebat: *Beati Julii famoſam illam Epiſtolam manifeſte Apollinaris oſtendimus fuiſſe, ſcriptam ad Dionyſium.* Paria affirmabat laudatus Anaſtaſius Presbyter in Eclog. χρήσεων. Sed & S. Eulogius Patriarcha Alexandrinus, qui eodem, quo Juſtinianus, & Leontius, ſeculo floruit, idem teſtatur apud Photium Cod. 230. ita ſcribens: Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἡ χρῆσις, ἣν ἡ αἵρεσις προκομίζει ἐκ τῆς πρὸς Διονύσιον ἐπιστολῆς τοῦ Ἰουλίου ῥώμης, ἀναμφίβολον μὲν οὐκ ἔχει τὸ γνήσιον. Hoc eſt: *Sed enim teſtimonium, quod Hæreſis adfert ex Epiſtola Julii Romani ad Dionyſium, haud dubie non eſt genuinum.* Cujus rei argumentum illud Eulogius memorat, quod ſupra innuimus, nempe S. Cyrillum in Synodo Epheſina quemdam quidem adhibuiſſe locum ex Epiſtola Julii ad Docium, at alterius Epiſtolæ ad Dionyſium datæ, quamquam adverſus Neſtorianos diſertiſſime pugnantis, nullam feciſſe mentionem, non alia ſane de cauſſa, quam quod aut cenſeret, aut compertum haberet, germanum Julii fœtum iſtam non eſſe. Teſtis eſt idem Eulogius, Eutychianos citaſſe pro E adſtruenda una in Chriſto Natura, non ſolum Epiſtolam nunc a nobis editam ſub Julii nomine, ſed & alia, quæ Athanaſio, & Gregorio Thaumaturgo adſcribebant. At eorum commenta Eulogius explodit, contendens, numquam ſanctiſſimos illos Patres talia literis mandaſſe, ſed Auctorem quidem eorum fuiſſe Apollinarem, Eutychetis autem, ac Severi ſectatores fraude ſatis aperta deinde ea ſuppoſuiſſe celeberrimis illis Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopis. Eadem, ut ſupra animadvertimus, & Leontius, & Evagrius tradidere. Quamobrem merito arbitrari jam cogimur, tunc parum circumſpecte Baronium ſcripſiſſe, quando a Neſto-

ſtorianis cuncta hujuſmodi figmenta prodiiſſe A dixit, quæ certe non Neſtorii, ſed Eutychetis patrocinabantur errori.

Porro dolendum eſt, jamdiu excidiſſe Opera Ephræmii Antiocheni ſupra a nobis laudati, qui & ipſe vixit ſeculo Chriſti ſexto. Inde enim nullo fortaſſe negotio conſtare poſſet, quantum ab Apollinaris, & Eutychetis opinionibus abeſſet Julii noſtri doctrina. Quandoquidem tamen ejus Libros accurate non ſolum recenſuit, ſed etiam multis expreſſit Photius in Biblioth. Cod. 228., & 229. delibare juvat inde nonnulla. In Epiſtola ad Zenobium Scholaſticum Emiſſenum, teſtante Photio, oſtendit Ephræmius, conſenſiſſe S. Leonem Magnum cum reliquis Patribus in confitenda B gemina in uno Chriſto Natura, non diviſa, neque confuſa. Tum demonſtrat, S. Cyrilli dogmata, in ea potiſſimum quæſtione, prorſus convenire cum ejuſdem *S. Leonis*, *& Gregorii Nyſſeni*, *& Julii Romani ſententia*, & eſſe κατὰ πάντα συμφωνοῦντα, *in omnibus conſona*. Idem Ephræmius in Orat. ad Domnum, & Joannem, ut probet, Chriſtum verum Deum noſtrum, neque divinitatis, neque humanitatis proprietates diviſiſſe (quod Neſtoriani ſentiebant) ſed per *unitionem*, ſive *unionem*, ἕνωσιν tam divina, quam humana ſine confuſione in ſe conjunxiſſe, τοὺς θεοφόρους ἡμῶν πατέρας παράγει μάρτυρας, Ἰούλιον τὸν Ἐπίσκοπον Ῥώμης ἐκ τῶν περὶ τῆς ἐν Χριστῷ ἑνώσεως τοῦ σώματος πρὸς τὴν θεότητα, *divinos Patres noſtros teſtes adducit*, *Julium nempe Romanum Pontificem e Libris de unione corporis cum Deitate* C *in Chriſto*, atque Athanaſium, Nyſſenum, Baſilium, & Cyrillum. Tamdem ſi qua ſunt in Julii Libris genuinis, quibus abuti conſueverint Hæretici, ea explicat Ephræmius, ſanamque continere doctrinam evincit, atque a Julio ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ ὁμοουσίου, *in Oratione de Conſubſtantialitate*, confutatum fuiſſe ait non Marcionem ſolum, & Valentinum, ſed & Apollinarem, & Eutychem.

Itaque jam nihil amplius dubitandum puto, quin certum ſit quod initio probandum ſuſce- D pimus, videlicet famoſam olim Epiſtolam nunc a nobis editam, ſi non Apollinari ipſi, ſaltem alicui ex ejus, aut Eutychetis, aut Severi ſchola, tribuendam, atque reſtituendam eſſe. Certe Julio I. Petri in Romana Sede Succeſſori prorſus abroganda eſt; idque nihil melius perſuadere in poſterum valebit, quam Epiſtola ipſa. A tanti Pontificis doctrina, & fama immane quantum abhorret, quod heic legitur, quum conceptis verbis, tantoque molimine ipſiſſima Apollinaris, atque Eutychetis deliria ſtatuantur, & Eccleſiæ Catholicæ ſententia improbetur. Reſtat nunc, ut aliquid etiam de Epiſtolæ titulo dicamus. In Ambroſiano Codice data legitur πρὸς Διονύσιον τῆς Ἀλεξανδρείας Ἐπίσκοπον, *ad Dionyſium Alexandriæ Epiſcopum*. At Leontius Byzantinus, ut vidimus, Dionyſium hunc non *Alexandriæ*, ſed *Corinthiorum* Epi- A ſcopum facit. Utrobique erratum ſuſpicor. Et primo loco deferenda mihi eſt Ambroſiani Codicis fides; etenim, dum Julius, cui afficta eſt Epiſtola, Apoſtolicam Cathedram tenuit, nullus Dionyſius Alexandrinæ præfuit Eccleſiæ, ſed quidem Athanaſius Magnus. Sciolus aliquis videns Epiſtolam hanc Dionyſio inſcriptam, quem fortaſſis Epiſcopum fuiſſe aut per rumorem didicerat, aut ſomniarat, ingenio ſuo inſcriptionem ſupplevit. Quum vero Dionyſium, Alexandrinum Epiſcopum celebrem olim fuiſſe (hoc eſt Seculo Chriſti tertio) audiviſſet, patenti Anachroniſmo eumdem eſſe ratus eſt, ad quem ſeculo proxime ſequenti Julius literas illas dediſſe affirmabatur. Ita potius juvat credere additam B hanc titulo laciniam, quam id fraude ab Hæreticis factum. Quis enim Seculo Chriſti quinto, & ſexto, quo in controverſiam Epiſtola ipſa cœpta eſt adduci, ineptam hanc inſcriptionem non riſiſſet? Memoratur quidem in ſubſcriptionibus Sardicenſis Conciliabuli, quod tempore Julii noſtri habitum eſt, *Dionyſius Epiſcopus ab Alexandria provinciæ*. At aliquod in his verbis latere mendum, vel ipſi Editores appoſito aſteriſco monuere. Præterea Alexandrinus Epiſcopus eſſe ille non potuit, tum quod veriſimile eſt, ipſum ſubſcripturum fuiſſe digniori loco, tum etiam quod tum temporis, uti dicebamus, Alexandrinam Sedem implebat S. Athanaſius ex Catholicorum parte, ex Arianorum vero Gre- C gorius, ad quem etiam legitur data Epiſtola ab ejuſdem Pſeudoſynodi Epiſcopis.

Secundo ſuſpicione quoque erroris non carere mihi videtur ea Epiſtolæ inſcriptio, quam Leontius habet. Uti Alexandriæ Seculo tertio vulgaris Epochæ Dionyſius unus celebris Epiſcopus fuit, ita & Seculo præcedenti alter ejuſdem nominis Corinthiorum Epiſcopus fuerat, vir celeberrimus, cujus olim legebantur Epiſtolæ quædam Canonicæ. Si non Leontio exploratæ eruditionis viro, certe Librariis, quibus eſt uſus Leontius, aut a quibus Leontii opera deinde fuere deſcripta, imponere potuit Corinthiaci illius Dionyſii fama, ut ſcriptam crederent ad eumdem Epiſtolam ſub Julii nomine ab Hære- D ticis evulgatam. Equidem in Eccleſiaſtica Hiſtoria nullum Dionyſium reperio, qui Corinthiorum Eccleſiam rexerit Julii Romani ævo. Ad hæc Anonymus ille Scriptor, a quo Collectanea habemus contra Severianos, Dionyſium, cui inſcripta fuit Pſeudepiſtola Julii, non *Epiſcopum*, ſed *Presbyterum* appellat. Gennadius ipſum nominat *Dionyſium quemdam*. Reliqui vero ſcriptores, qui ejus Epiſtolæ mentionem fecere, Eulogius, Ephræmius, Hypatius, & ſi qui ſunt alii, nuſquam ajunt Dionyſium hunc Epiſcopum fuiſſe. Quamobrem non iraſcatur nobis Leontius, ſi ne ipſius quidem in hac parte acquieſcimus teſtimonio.

Atque hæc ſunt, Salvini eruditiſſime, quæ in E Epiſtolam Julio Primo ab Hæreticis ſuppoſitam ſcribenda habui, ut impoſtura Hæreticorum majori in luce collocaretur. Tu me, ut facis, amare perge, æternum mihi amandus, ac ſuſpiciendus.

EPI-

# [a] EPISTOLA IV.

# JULII PAPÆ I.

## [a] AD ORIENTALES

### In eadem cauſa Athanaſii, ex Apologia [b] ſecunda Athanaſii.

a Hæc ſincera, non ſecus ac ſequens, nulloque Mercatoris mangonio fucata eſt

b Petro Nannio interprete. r.

*Julius [a] Danio, Flacillo, Narciſſo, Euſebio, Mari, Macedonio, Theodoro, ceteriſque eorum qui nobis dilectiſſimis in Chriſto fratribus ex Antiochia ſcripſerunt, ſalutem.*

b LEGI epiſtolam veſtram quam mihi mei presbyteri Elpidius & Piloxenus attulerunt, miratuſque ſum, cum a nobis ex vera dilectione & bona conſcientia ſcriptum eſſet, contentioſe a vobis, & non, ut decuit, reſcriptum eſſe. Faſtus enim & arrogantia ſcribentium in epiſtola apparebat. Atqui aliena ſunt iſta a fide in Chriſtum: decuit enim eum, qui cum dilectione ad vos ſcriberet, eamdem viciſſim dilectionem, non autem contentionem referre. Quid? an non dilectionis indicium erat, nos presbyteros miſiſſe, qui compaterentur patientibus, & incitarent eos qui judicium ſcriptis poſtulaverant, ut præſto eſſe vellent, quo primum omnia componerentur, & emendationem acciperent, ne diutius aut fratres noſtri injurias, aut vos calumnias pateremini? Nec ſcio cur vobis ita rem agere placuit, ut nos in hanc opinionem redigatis, ut arbitremur nos ſub ſpecie reverentiæ pro ludibrio eſſe habitos, dictaque veſtra irridentium fuiſſe, cum & presbyteros noſtros ad vos miſſos, quos cum gaudio remiſſos oportuit, cum luctu remiſeritis ob ea quæ iſtic geri conſpiciebant. Ego certe, cum literas veſtras evolverem, poſt varias ultro citroque cogitationes, eas ſupprimendas putavi, ea ſpe quod crederem ſaltem aliquos ex veſtris adventuros, nec opus fore iſtiuſmodi epiſtolis, ne, ſi illæ in publicum promerentur, multos hic dolore afficerent. Ceterum ubi nullus veſtrum ſupervenerat, neceſſum fuit ut eas proferrem. Credite mihi, omnes admiratione pleni vix induci poterant ut crederent iſtiuſmodi literas a vobis profectas eſſe, in quibus rixandi potius quam caritatis affectus eminebat. Quod ſi ambitione eloquentiæ oſtentandæ ita exceptæ ſunt a dictatore, id certe ſtudium ad alios ſpectat. In rebus enim eccleſiaſticis non ſpecimen eloquentiæ, ſed canones apoſtolici requiruntur, operaque dari ſolet, ne quis ex parvis in eccleſia ſcandalizetur. Expedit enim, ſecundum eccleſiaſticum verbum, molam aſinariam ſuſpendi a collo, atque ita demergi, quam unum ex puſillis ſcandalizare. Quod ſi aliquibus in alios ob puſillanimitatem offenſis (non enim omnium talem mentem fuiſſe arbitror) iſtiuſmodi epiſtolam ſcribi placuit, primum decuit neminem offendi, neque ſolem occidere ſuper hujuſmodi offenſis, cer-

Non eloquentiæ, ſed canones in eccleſiaſticis rebus attendendi

Matth. 18

A Ἐπιστολὴ Ἰουλίου. Ἰούλιος, Δανίῳ καὶ Φλακίλλῳ, Ναρκίσσῳ, Εὐσεβίῳ, Μάρι, Μακεδονίῳ, Θεοδώρῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτοῖς, τοῖς ἀπὸ Ἀντιοχείας, γράψασιν ἡμῖν ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΑΝέγνων τὰ γράμματα τὰ διὰ τῶν πρεσβυτέρων μου Ἐλπιδίου καὶ Φιλοξένου ἀποκομισθέντα καὶ ἐθαύμασα· πῶς ἡμεῖς μὲν ἀγάπῃ καὶ συνειδήσει ἀληθείας ἐγράψαμεν, ὑμεῖς δὲ μετὰ φιλονεικίας καὶ οὐχ, ὡς ἔπρεπεν, ἐπεστείλατε. ὑπεροψία γὰρ καὶ ἀλαζονεία τῶν γραψάντων διὰ τῆς ἐπιστολῆς ἐδείκνυτο. ταῦτα δὲ ἀλλότρια τῆς ἐν Χριστῷ πίστεώς B ἐστιν. ἔδει γὰρ τὰ μετὰ ἀγάπης γραφέντα, ἀμοιβῆς τῆς ἴσης μετὰ ἀγάπης τυχεῖν· καὶ μὴ μετὰ φιλονεικίας. ἢ οὐχὶ ἀγάπης ἐστὶ γνώρισμα πρεσβυτέρους ἀποστεῖλαι συμπαθεῖν τοῖς πάσχουσι, προτρέψασθαι τοὺς γράψαντας ἐλθεῖν, ἵνα πάντα θᾶττον, λύσιν λαβόντα διορθωθῆναι δυνηθῇ, καὶ μηκέτι μήτε οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν πάσχωσι, μήτε ὑμᾶς τινες διαβάλλωσιν; ἀλλ' οὐκ οἶδα τί τὸ δόξαν οὕτως ὑμᾶς διατεθῆναι, ὥστε καὶ ἡμᾶς ποιῆσαι λογίζεσθαι, ὅτι καὶ ἐν οἷς ἐδόξατε ῥήμασιν ἡμᾶς τιμᾶν, ταῦτα μετασχηματιζόμενοι μετὰ εἰρωνείας τινὸς εἰρήκατε. καὶ γὰρ καὶ οἱ πρεσβύτεροι οἱ ἀποσταλέντες ὡς ἔδει μετὰ χαρᾶς ἐπανελθεῖν τοὐναντίον λυπούμενοι C ἐπανῆλθον ἐφ' οἷς ἑωράκασιν ἐκεῖ γινομένοις. καὶ ἔγωγε τοῖς γράμμασιν ἐντυχὼν, πολλὰ λογισάμενος, κατέσχον παρ' ἐμαυτῷ τὴν ἐπιστολὴν, νομίζων ὅμως ἥξειν τινὰς καὶ μὴ χρείαν εἶναι τῆς ἐπιστολῆς ἵνα μὴ καὶ εἰς φανερὸν ἐλθοῦσα, πολλοὺς τῶν ἐνταῦθα λυπήσῃ. ἐπειδὴ δὲ μηδενὸς ἐλθόντος, ἀνάγκη γέγονεν αὐτὴν προκομισθῆναι, ὁμολογῶ ὑμῖν, πάντες ἐθαύμασαν, καὶ ἐγγὺς ἀπιστίας γεγόνασιν, εἰ ὅλως παρ' ὑμῶν τοιαῦτα ἐγράφη. φιλονεικίας γὰρ μᾶλλον καὶ οὐκ ἀγάπης ἦν ἡ ἐπιστολή. εἰ μὲν οὖν φιλοτιμίας λόγων ἕνεκεν ὁ ὑπαγορεύσας ἔγραψεν, ἄλλων τὸ τοιοῦτον ἐπιτήδευμα. ἐν γὰρ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς οὐ λόγων ἐπίδειξίς ἐστιν, ἀλλὰ D κανόνες ἀποστολικοὶ καὶ σπουδὴ τοῦ μὴ σκανδαλίζειν ἕνα τῶν μικρῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. συμφέρει γὰρ κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν λόγον, μύλον ὀνικὸν κρεμασθῆναι εἰς τὸν τράχηλον καὶ καταποντισθῆναι ἢ σκανδαλίσαι κἂν ἕνα τῶν μικρῶν. εἰ δὲ ὡς τινῶν λελυπημένων διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους μικροψυχίαν, οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι πάντων εἶναι ταύτην γνώμην, τοιαύτη γέγονεν ἡ ἐπιστολή, ἔπρεπε μὲν μὴ δὲ ὅλως λυπηθῆναι μηδὲ ἐπιδῦναι τὸν ἥλιον ἐπὶ τῇ λύπῃ. ἔδει δὲ ὅμως μὴ εἰς τοσοῦτον προαχθῆναι, ὥστε

a Danio, ut creditur, Cæſarienſi in Cappadocia, qui Διάνιος Baſilio, Nicephoro Calliſt. lib. 9. cap. 5. Ἀκάκιος est. Flaccillo Antiocheno, Narciſſo Irenopolitano in Cilicia, Euſebio Nicomedienſi, Mari Chalcedonenſi, Macedonio Mopſueſteno, Theodoro Heracleotæ in Thracia. *Harduinus.*

ὅτι καὶ ἔγγραφον αὐτὴν ἐπιδείξασθαι, τί γὰρ καὶ γέγονεν ἄξιον λύπης; ἢ ἐν τίνι ἦν ἄξιον λυπηθῆναι ὑμᾶς, οἷς καὶ ἐγράψαμεν; ἢ ὅτι προετρεψάμεθα εἰς σύνοδον ἀπαντῆσαι; ἀλλὰ τοῦτο μᾶλλον ἔδει μετὰ χαρᾶς δέξασθαι· οἱ γὰρ παῤῥησίαν ἔχοντες ἐφ' οἷς πεποιήκασι, καὶ ὡς αὐτοὶ λέγουσι κεκρίκασιν, οὐκ ἀγανακτοῦσιν εἰ παρ' ἑτέρων ἐξετάζοιτο ἡ κρίσις, ἀλλὰ θαῤῥοῦσιν ὅτι ἃ δικαίως ἔκριναν, ταῦτα ἄδικα οὐκ ἄν ποτε γένοιτο. [2] διὰ τοῦτο οἱ ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν μεγάλῃ συνόδῳ συνελθόντες ἐπίσκοποι, οὐκ ἄνευ Θεοῦ βουλήσεως συνεχώρησαν ἐν ἑτέρᾳ συνόδῳ τὰ τῆς προτέρας ἐξετάζεσθαι, ἵνα καὶ οἱ κρίνοντες πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες τὴν ἐσομένην δευτέραν κρίσιν, μετὰ πάσης ἀσφαλείας ἐξετάζωσι, καὶ οἱ κρινόμενοι πιστεύωσι, μὴ κατ' ἔχθραν τῶν προτέρων, ἀλλὰ κατὰ τὸ δίκαιον ἑαυτοὺς κρίνεσθαι. εἰ δὲ τὸ τοιοῦτον ἔθος παλαιὸν τυγχάνον, μνημονευθὲν δὲ καὶ γραφὲν ἐν τῇ μεγάλῃ συνόδῳ, ὑμεῖς τοῦτο παρ' ὑμῖν ἰσχύειν οὐ θέλετε, ἀπρεπὴς μὲν ἡ τοιαύτη παραίτησις, τὸ γὰρ ἅπαξ συνήθειαν ἐσχηκὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ὑπὸ συνόδων βεβαιωθὲν, οὐκ εὔλογον ὑπὸ ὀλίγων παραλύεσθαι, ἄλλως τε οὐδὲ ἐν τούτῳ δικαίως ἂν φανεῖεν λυπηθέντες, οἱ γὰρ παρ' ὑμῶν τῶν περὶ Εὐσέβιον [3] ἀποστάντες, μετὰ γραμμάτων λέγω δὴ Μακάριος ὁ πρεσβύτερος καὶ Μαρτύριος καὶ Ἡσύχιος οἱ διάκονοι ἀπαντήσαντες ἐνταῦθα, ὡς οὐκ ἠδυνήθησαν πρὸς τοὺς ἐλθόντας Ἀθανασίου πρεσβυτέρους ἀντιστῆναι, ἀλλ' ἐν πᾶσι διεῤῥίπτοντο καὶ διηλέγχοντο, τὸ τηνικαῦτα ἠξίωσαν ἡμᾶς, ὥστε σύνοδον συγκροτῆσαι, καὶ γράψαι καὶ Ἀθανασίῳ τῷ ἐπισκόπῳ εἰς Ἀλεξάνδρειαν, γράψαι δὲ καὶ τοῖς περὶ Εὐσέβιον, ἵνα ἐπὶ παρουσίᾳ πάντων, ἡ δικαία κρίσις ἐξενεχθῆναι δυνηθῇ, τότε γὰρ καὶ ἀποδεικνύναι πάντα τὰ κατὰ Ἀθανάσιον ἐπηγγείλαντο, κοινῇ γὰρ ὑφ' ὑμῶν διηλέγχθησαν οἱ περὶ Μαρτύριον καὶ Ἡσύχιον, καὶ οἱ Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου πρεσβύτεροι, μετὰ παῤῥησίας ἀνθίσταντο, οἱ δὲ περὶ Μαρτύριον, εἰ δεῖ ἀληθὲς εἰπεῖν, ἐν πᾶσι διεῤῥίπτοντο, ὅθεν καὶ ἠξίωσαν σύνοδον γενέσθαι. εἰ τοίνυν μὴ δὲ τῶν περὶ Μαρτύριον καὶ Ἡσύχιον ἀξιωσάντων γενέσθαι σύνοδον, προετρεψάμενος ἤμην ἐγὼ σκῦλαι τοὺς γράψαντας ἕνεκεν τῶν ἀδελφῶν τῶν αἰτιωμένων ἀδικίαν πεπονθέναι, καὶ οὕτως εὔλογος ἦν καὶ δικαία ἡ προτροπή. ἔστι γὰρ ἐκκλησιαστικὴ καὶ Θεῷ ἀρέσκουσα, ὅτι δὲ οὓς ὑμεῖς αὐτοὶ οἱ περὶ Εὐσέβιον ἀξιοπίστους ἡγήσασθε, καὶ οὗτοι ἠξίωσαν ἡμᾶς συγκαλέσαι, ἀκόλουθον ἦν τοὺς κληθέντας μὴ λυπηθῆναι, ἀλλὰ μᾶλλον προθύμως ἀπαντῆσαι. οὐκ οὖν ἡ μὲν δόξασα ἀγανάκτησις τῶν λυπηθέντων, προπετής, ἡ δὲ παραίτησις τῶν μὴ θελησάντων ἀπαντῆσαι, ἀπρεπὴς καὶ ὕποπτος εἶναι τόπον δίδωσι· αἰτιᾶταί τις ἃ πράττων αὐτὸς ἀποδέχεται, εἰ παρ' ἑτέρου γενόμενα βλέποι; εἰ γὰρ ὡς γράφετε ἀσάλευτον ἔχει τὴν ἰσχὺν ἑκάστη σύνοδος, καὶ ἀτιμάζεται ὁ κρίνας, ἐὰν παρ' ἑτέρων ἡ κρίσις [4] ἐργάζηται, σκοπεῖτε ἀγαπητοὶ τίνες εἰσὶν οἱ σύνοδον ἀτιμάζοντες καὶ τίνες τὰ τῶν φθασάντων κρῖναι, διαλύουσι, καὶ ἵνα μὴ τὰ καθ' ἕκαστον νῦν ἐξετάζων ἐπιβαρεῖν τινας δοκῶ, ἀλλὰ

A te eo res deduci non oportuit, ut offenſiones ſuas ſcriptis proderent. Quid enim actum eſt dignum offenſa? aut qua in re vobis, quibus ſcripſi, cauſam ſuccenſionis præbui? An quia adhortati vos ſumus, ut ad ſynodum occurreretis? Atqui illud potius cum gaudio excipi oportuit. Qui enim bene ſentiunt de iis quæ egerunt, & in quibus ipſi (ut ajunt) judices fuere, non indignanter ferre ſolent, ſi quod ab ipſis judicatum eſt, ab aliis excutiatur, quippe qui ſecuri ſint, ea quæ ipſi juſta judicaverunt, [1] injuſta nunquam fieri poſſe. *c* Quocirca epiſcopi in magna ſynodo Nicææ congregati, non ſine Dei conſilio permiſerunt prioris ſynodi acta B in alia ſynodo examinari, ut & illi qui judices erant, præ oculis habentes ſecundum de ea ipſa re judicium futurum, cum omni diligentia cauſam expenderent, & illi qui ſententiam acceperant certo agnoſcerent, ſe non per ſimultatem priorum judicum, ſed jure & merito condemnatos eſſe. Quod ſi iſtiuſmodi conſuetudo olim fuit, ejuſque memoria renovata eſt, & ſcripto prodita in magna ſynodo, eamque apud vos valere non ſinitis, rem profecto indecoram facitis. Morem enim, qui ſemel in eccleſia obtinuit, & a ſynodo confirmatus eſt, iniquum eſt a paucis abrogari, quin ne hoc quidem conceſſo quidquam æqui habet veſtra offenſio. *d* Siquidem C veſtri legati, Macarius presbyter, & Heſychius Martyriuſque diaconi, nullo modo, cum huc veniſſent, pares presbyteris ab Athanaſio miſſis, ac ſemper ab illis convicti, refutatique, concilium indici a nobis poſtularunt, literaſque & ad Euſebianos & Athanaſium Alexandriam, quibus convocarentur, mitti, ut coram omnibus juſto judicio de cauſa cognoſci poſſet: tum enim ſe de Athanaſio probaturos eſſe, quod jam nequirent. Publice enim coram nobis Martyrius & Heſychius refellebantur, Athanaſii presbyteris bona cum fiducia alacriter reſiſtentibus. Martyrius vero cum ſuis, ſi vera dicenda ſunt, ubique profligabatur, ac proinde concilium D generale poſtulavit. Si igitur Martyrio & Heſychio nullam ſynodum poſtulantibus adhortatus fuiſſem, ut ad ſynodum qui ad me ſcripſiſſent convocarentur, idque in gratiam fratrum, qui ſe injuriam pati conquerebantur, etiam vel ita æqua & juſta fuiſſet noſtra cohortatio, cum ea ſit & eccleſiaſtica & Deo grata jam ubi iidem illi qui a vobis pro gravibus viris & fide digni habiti fuere, auctores mihi fuerint, ut vos convocarem, certe id a vobis ægre ferri non debuit, ſed potius alacriter ad citationem occurrere. Quapropter indignatio eorum qui hac citatione offenduntur, temeraria, & tergiverſatio ſiſtendi ſe in judicio, inhoneſta & ſuſpicioſa videtur. E An quiſpiam ſtomachari debet, ſi quæ ipſe fecit, ab aliis fieri videat. *e* Si enim, ut ſcribitis, inconcuſſam habet auctoritatem quælibet ſynodus, & contumelioſe agitur cum judice, cujus judicium ab aliis examinatur, conſiderate quæſo, dilectiſſimi, quinam ſunt qui ſynodum improbant, & qui aliorum judicata reſcindunt, ne ſingula excutiendo certos homines gravem. Certe id quod po-

Prima querela Euſebianorum rejicitur.

Quid actum Romæ per utriuſque partis legatos.

Ariani decreta Nicæni concilii irritare probantur.

1 Forte canonem V. extremum Nicæni Concilii ſpectat hoc loco. *Harduinus.* 2 Reg. cod. Καὶ διὰ τοῦτο. *Harduinus.* 3 Ex Reg. cod. lege, ἀποσταλέντες. *Harduinus.* 4 Reg. cod. ἐξετάζηται. *Harduinus.*

poſtremo geſtum, cum ſit horrendum audi- A tu, ſufficit ad cetera quæ a me omittuntur comprobanda. Ariani a beatæ memoriæ Alexandro quondam Alexandriæ epiſcopo ob impietatem * ad cauſam dicendam citati, non ſolum in eo judicio a ſingulis civitatibus rejiciebantur, ſed ab omnibus ſimul, qui ad Nicænum concilium coierant, anathemate feriebantur. Nihil enim erat in illorum delicto vulgare, neque in hominem peccaverant, ſed in ipſum Jeſum Chriſtum dominum noſtrum Filium Dei viventis: iidem tamen ita ab univerſo orbe rejecti & per omnem eccleſiam famoſiſſime notati, nunc denuo in eccleſia (quod quidem triſte veſtris animis arbitramur) recipi perhibentur. Quinam igi- B tur ſunt qui ſynodum vituperant, & trecentorum epiſcoporum calculos pro nihilo habent, & impietatem pietati anteponunt, niſi Ariomanitæ ab omnibus ubique epiſcopis condemnati & abdicati? Athanaſius contra & Marcellus epiſcopi plurimos habent, qui verbis ſcriptiſque ſuis eorum innocentiam tuentur. Marcelli enim fides confeſſioque Nicææ ſpectata eſt, cum Arianis contradiceret. Ibidem quoque Athanaſii ſinceritas in tuenda fide ſpectata fuit, *f* qui nec Tyri condemnatus eſt, nec Mareotæ præſens fuit, ubi contra eum abſentem in lite proceſſum eſt. Scitis autem, dilectiſſimi, monumenta actorum, ubi una dumtaxat pars adfuerit, nullarum C virium eſſe, & ſuſpecta haberi. Nos tamen, quamquam ita actum eſſet, pro re certius cognoſcenda, neque vobis qui contra eum, neque illis qui pro eo literas miſere præjudicium facientes, cohortati ſumus omnes quotquot ſcripſerant, ut præſentes ſe judicio ſiſterent, quo omnia adamuſſim, quia quamplurimi pro utroque ſcribunt, in ſynodo examinari poſſent, ne vel innocens condemnetur, aut qui rei ſunt puri habeantur. Non igitur a nobis vilipenditur ſynodus, ſed ab illis qui quovis modo & temere Arianos ab omnibus condemnatos, contra ſententiam eorum qui cauſam judicaverunt, recipiunt: quorum plerique ſoluti jam a corpore cum D Chriſto vivunt, alii adhuc in vita manentes indigne ferunt ſua judicia ita a quibuſdam reſcindi. Hæc ita eſſe ex iis quæ Alexandriæ acta ſunt deprehendimus. Nam *g* Caipones quidam ab Alexandro ob Arianam hæreſim cum quibuſdam aliis ejuſdem criminis reis olim citatus huc ad nos venit, miſſus a Gregorio. Idipſum quoque ex Macario presbytero, & Martyrio, & Heſychio diaconis didicimus, qui, antequam judicio ſe ſiſterent Athanaſii presbyteri, auctores nobis fuere, ut ſcriberemus Alexandriam cuidam Piſto, quo tempore etiam dum Athanaſius epiſcopus Alexandriæ verſabatur. Hunc autem Piſtum Athanaſii presbyteri ſupervenientes docuerunt E Arianum eſſe, & eo nomine, & ab Alexandro & ſynodo Nicæna reum factum, graduſque ordinis ſui a quodam Secundo, quem magna ſynodus ut Arianum rejecerat, accepiſſe. His vero nec Martyrii quidem ſodales contradicebant, neque Piſtum a Secundo fuiſſe conſtitutum negabant. Videtis igitur vel ex hac cauſa qui potius in culpa habendi ſint; noſne, qui perſuaderi non potuimus ut *h* Ariano Piſto literas ſcriberemus; an il-

* ejecti, non ſolum à ſingulis.

Athanaſius an Tyri condemnatus.

¹ τότε τελευταῖον γενόμενον ἐφ' ᾧ καὶ φρίξειεν ἄν τις ἀκούων ἀρκεῖ πρὸς ἀπόδειξιν πάντων τῶν παραλειφθέντων. οἱ Ἀρειανοὶ οἱ ἀπὸ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Ἀλεξάνδρου τοῦ γενομένου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρείας, ἐπὶ ἀσεβείᾳ ἐκβληθέντες οὐ μόνον ὑπὸ τῶν καθ' ἑκάστην πόλιν ἀπεκηρύχθησαν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ πάντων τῶν κοινῇ συνελθόντων ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν μεγάλῃ συνόδῳ ἀνεθεματίσθησαν, οὐ γὰρ ἦν αὐτῶν τὸ τυχὸν πλημμέλημα οὐδὲ εἰς ἄνθρωπον ἦσαν ἁμαρτήσαντες, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱόν, τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. καὶ ὅμως οἱ ὑπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης ἀποκηρυχθέντες, καὶ κατὰ πᾶσαν ἐκκλησίαν στηλιτευθέντες, νῦν λέγονται δεδέχθαι. ἐφ' ᾧ καὶ ὑμᾶς ἀκούσαντας, χαλεπαίνειν δίκαιον ἡγοῦμαι, τίνες οὖν εἰσὶν οἱ σύνοδον ἀτιμάζοντες, οὐχὶ οἱ τῶν τριακοσίων τὰς ψήφους παρ' οὐδὲν θέμενοι, καὶ ἀσέβειαν εὐσεβείας προκρίναντες; ἡ μὲν γὰρ τῶν ἀρειομανιτῶν αἵρεσις, ὑπὸ πάντων ἁπανταχοῦ ἐπισκόπων κατεγνώσθη καὶ ἀπεκηρύχθη. Ἀθανάσιος δὲ καὶ Μάρκελλος οἱ ἐπίσκοποι, πλείονας ἔχουσι τοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν λέγοντας καὶ γράφοντας, Μάρκελλος μὲν γὰρ ἐμαρτυρήθη, ἡμῖν, καὶ ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ, τοῖς τὰ Ἀρείου φρονοῦσιν ἀντειρηκώς. Ἀθανάσιος δὲ ἐμαρτυρήθη μὴ δὲ ἐν Τύρῳ κατεγνωσθείς, ἐν δὲ τῷ Μαρεώτῃ μὴ παρεῖναι ἔνθα τὰ ὑπομνήματα κατ' αὐτοῦ γεγενῆσθαι λέγεται. οἴδατε δὲ ἀγαπητοὶ ὅτι τὰ κατὰ μονομέρειαν ἰσχὺν οὐκ ἔχει, ἀλλ' ὕποπτα τυγχάνει, καὶ ὅμως τούτων ὄντων, ἡμεῖς ὑπὲρ ἀκριβείας, οὔτε ὑμῖν, οὔτε τοῖς ὑπὲρ αὐτῶν γράψασι πρόκριμα ποιοῦντες προετρεψάμεθα τοὺς γράψαντας ἐλθεῖν, ἵν' ἐπειδὴ πλείους εἰσὶν οἱ ὑπὲρ αὐτῶν γράψαντες ἐπὶ συνόδου πάντα ἐξετασθῇ. πρὸς τὸ μὴ δὲ τὸν ἀναίτιον κατακριθῆναι, μήτε τὸν ὑπεύθυνον ὡς καθαρὸν λογισθῆναι. οὐκ οὖν οὐ παρ' ἡμῶν ἀτιμάζεται σύνοδος, ἀλλὰ παρ' ἐκείνων τῶν ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε τοὺς παρὰ πάντων κατακριθέντας Ἀρειανούς, καὶ παρὰ γνώμην τῶν κρινάντων, δεξαμένων. οἱ γὰρ πλείονες ἤδη ἀναλύσαντές εἰσι σὺν Χριστῷ. οἱ δὲ ἔτι καὶ νῦν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἐξετάζονται, ἀγανακτοῦντες ὅτι τὴν αὐτῶν κρίσιν ἔλυσάν τινες, τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ τῶν γενομένων μὲν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ἔγνωμεν, οὐ γὰρ καὶ Καρπώνης τις ἐκβληθεὶς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου διὰ τὴν Ἀρείου αἵρεσιν μετά τινων καὶ αὐτῶν ἐκβληθέντων διὰ τὴν αὐτὴν αἵρεσιν ἐληλύθασιν ἐνταῦθα ἀποσταλέντες παρὰ Γρηγορίου τινος, ὅμως δὲ ἐμάθομεν, καὶ παρὰ Μακαρίου πρεσβυτέρου, καὶ Μαρτυρίου καὶ Ἡσυχίου τῶν διακόνων, πρὸ τοῦ γὰρ ἀπαντῆσαι τοὺς Ἀθανασίου πρεσβυτέρους, προτρέποντο ἡμᾶς γράφειν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Πιστῷ τινι, ἡνίκα καὶ Ἀθανάσιος ὁ ἐπίσκοπος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἦν. τοῦτον δὲ τὸν Πιστὸν οἱ Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου πρεσβύτεροι παραγενόμενοι, ἀπέδειξαν εἶναι Ἀρειανὸν ἐκβληθέντα μὲν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐπισκόπου. καὶ τῆς κατὰ Νίκαιαν συνόδου, κατασταθέντα δὲ ὑπὸ Σεκούνδου τινός, ὃν ἡ μεγάλη σύνοδος, Ἀρειανὸν ὄντα, ἐξέβαλε. τοῦτο δὲ οὐδὲ αὐτοὶ οἱ περὶ Μαρτύριον ἀντέλεγον, οὐδὲ ἠρνοῦντο τὸν Πιστὸν ὑπὸ Σεκούνδου ἐσχηκέναι τὴν κατάστασιν. σκοπεῖτε τοίνυν καὶ ἐκ τούτων τίνες ἂν ὑπὸ μέμψιν δικαίως γένοιντο, οἱ μὴ πεισθέντες ἡμεῖς ὥστε Πιστῷ τῷ Ἀρειανῷ γράψαι, ἢ οἱ συμβουλεύοντες ἀτιμάσαι τὴν μεγάλην σύνοδον, καὶ τοῖς

1 Reg. Cod. αἰτ. *Harduinus.*

καὶ τοῖς ἀσεβέσιν ὡς εὐσεβέσι γράψαι, καὶ γὰρ ὁ Μακάριος ὁ πρεσβύτερος, ὁ παρὰ Εὐσεβίου μετὰ τῶν περὶ Μαρτύριον ἀποσταλεὶς, ὡς ἤκουσεν ἐπιστάντας τοὺς πρεσβυτέρους Ἀθανασίου ἐκδεχομένων ἡμῶν τὴν παρουσίαν αὐτοῦ, μετὰ τῶν περὶ Μαρτύριον καὶ Ἡσύχιον, ἀπεδήμησε νυκτὸς καί τοι νοσῶν τῷ σώματι, ὡς ἐκ τούτου λοιπὸν ἡμᾶς ἀκολούθως ἀποσχάζεσθαι ὅτι αἰσχυνόμενος τὸν κατὰ Πιστοῦ ἔλεγχον, ἀνεχώρησεν. ἀδύνατον γὰρ τὴν κατάστασιν Σεκούνδου τοῦ Ἀρειανοῦ, ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ἰσχύσαι. ἀτιμία γὰρ ἀληθῶς αὕτη κατὰ τῆς συνόδου καὶ τῶν ἐν αὐτῇ συνελθόντων ἐπισκόπων, ἐὰν τὰ μετὰ τοσαύτης σπουδῆς καὶ εὐλαβείας ὡς Θεοῦ παρόντος γενόμενα, ἀντὶ μηδενὸς λυθῇ. εἴπερ οὖν ὡς γράφετε ἐκ τοῦ κατὰ Νοβάτον καὶ τὸν Σαμοσατέα Παῦλον παραδείγματος τὰ τῶν συνόδων ἰσχύειν δόγματα χρὴ, ἔδει μᾶλλον, μὴ λυθῆναι τῶν τριακοσίων τὴν ψῆφον ἔδει τὴν καθολικὴν σύνοδον ὑπὸ τῶν ὀλίγων μὴ ἀτιμασθῆναι. αἱρετικοὶ γὰρ οἱ Ἀρειανοὶ ὥσπερ κἀκεῖνοι, καὶ ὅμοιαι αἱ κατὰ τούτων ψῆφοι ταῖς κατ' ἐκείνων. τούτων δὲ τολμηθέντων, τίνες εἰσὶν οἱ φλόγα διχονοίας ἀνάψαντες; ἡμᾶς γὰρ τοῦτο πεποιηκέναι γράψαντες ἐμέμψασθε. ἆρ' οὖν ἡμεῖς διχονοίας εἰργασάμεθα οἱ συναλγοῦντες τοῖς πάσχουσιν ἀδελφοῖς, καὶ κατὰ κανόνα πάντα πεποιηκότες, ἢ οἱ φιλονείκως καὶ παρὰ κανόνα τῶν τριακοσίων τὴν ψῆφον λύσαντες, καὶ κατὰ πάντα τὴν σύνοδον ἀτιμάσαντες. οὐ γὰρ μόνον οἱ Ἀρειανοὶ ἐδέχθησαν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μεμελετήκασιν ἐπίσκοποι διαβαίνειν, εἰ οὖν ἀληθῶς ἴσην καὶ τὴν αὐτὴν ἡγεῖσθε τιμὴν τῶν ἐπισκόπων καὶ μὴ ἐκ τοῦ μεγέθους τῶν πόλεων ὡς γράφετε, κρίνετε τοὺς ἐπισκόπους, ἔδει τὸν πεπιστευμένον μικρὰν, μένειν ἐν τῇ πιστευθείσῃ, καὶ μὴ ἐξουθενεῖν μὲν τὴν πεπιστευμένην, μεταβαίνειν δὲ εἰς τὴν μὴ ἐγχειρισθεῖσαν, ἵνα τῆς μὲν παρὰ Θεοῦ δοθείσης καταφρονῇ, τὴν δὲ τῶν ἀνθρώπων κενοδοξίαν ἀγαπήσῃ. οὐκ οὖν ἀγαπητοὶ ἔδει ἀπαντῆσαι καὶ μὴ παραιτήσασθαι, ἵνα καὶ τέλος λάβῃ τὸ πρᾶγμα, τοῦτο γὰρ ὁ λόγος ἀπαιτεῖ. ἀλλ' ἴσως ἡ προθεσμία ἐνεπόδισε, γράψαντες, γὰρ ἐμέμψασθε, ὅτι στενὴν τὴν προθεσμίαν τῆς συνόδου ὡρισάμεθα. ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἀγαπητοὶ πρόφασίς ἐστιν εἰ μὲν γὰρ ἐρχομένους τινὰς συνέκλεισεν ἡ ἡμέρα, στενὸν ἂν τὸ διάστημα τῆς προθεσμίας ἠλέγχθη, εἰ δὲ οἱ ἐλθεῖν μὴ βουλόμενοι, κατεσχήκασι καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἕως αὐτοῦ τοῦ [1] Ἰανουαρίου μηνὸς, μὴ θαρρούντων ἐστὶν ἡ πρόφασις, ἦλθον γὰρ ἂν, ὡς προεῖπον, εἰ ἐθάρρουν, οὐ πρὸς τὸ διάστημα τῆς ὁδοῦ σκοποῦντες, οὐδὲ πρὸς τὴν προθεσμίαν ὁρῶντες, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς δικαίοις καὶ τοῖς εὐλόγοις παρρησιαζόμενοι. ἀλλὰ ἴσως διὰ τὸν καιρὸν οὐκ ἀπήντησαν, τοῦτο γὰρ γράψαντες πάλιν ἐδηλώσατε, ὡς ἄρα ἔδει ἡμᾶς σκοπήσαντας τὸν ἐπὶ τῆς ἑῴας καιρὸν, μὴ προτρέψασθαι ὑμᾶς ἀπαντῆσαι. εἰ μὲν οὖν διὰ τὸ τοιοῦτον εἶναι τὸν καιρὸν, οὐκ ἀπηντήσατε, ὡς φατὲ, ἔδει πρότερον ὑμᾶς τὸν καιρὸν τοῦτον σκοπήσαντας, μὴ αἰτίους σχίσματος μηδὲ ὀλολυγῆς καὶ θρήνων ἐν ταῖς ἐκκλησίαις γενέσθαι. νῦν δὲ οἱ ταῦτα πεποιηκότες, ἔδειξαν μὴ τὸν καιρὸν αἴτιον, ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν τῶν μὴ θελησάντων ἀπαντῆσαι. Θαυμάζω δὲ κἀκεῖνο τὸ μέρος τῆς ἐπιστολῆς πῶς ὅλως κἂν ἐγράφη παρ' ὑμῶν,

A li, qui mihi conſilium dedere, ut contempto magno concilio ad impios hæreticos, veluti ad pios homines, literas darem. Certe Macarius presbyter, cum legatus ab Euſebio venerat, ubi audivit Athanaſii presbyteros Piſto obſiſtere, noſque ejus præſentiam non admittere, una cum Martyrio & Heſychio, quamvis gravi valetudine, i de nocte profectus eſt, ut non inconcinne divinaremus eum impatientia refutati Piſti fugam arripuiſſe. Impoſſibile enim eſt Secundi ordinationem, utpote Ariani, vim ullam in catholica eccleſia habere: id enim vere ad ſynodi, & ad epiſcoporum, qui in ſynodo fuere, contumeliam vergeret, ſi quæ illi tanto ſtudio & B cura veluti Deo præſente egiſſent, a nobis ut vana futiliaque abrogarentur. Quod ſi igitur (quemadmodum ſcribitis) pro exemplis in Novatum & Paulum Samoſatenſem editis decreta ſynodorum obſervari oportet, certe minime oportuit ca'culos trecentorum epiſcoporum irritos haberi, aut catholicam ſynodum a paucis contemni. Æque enim, ut illi Ariani hæretici ſunt, & calculi contra iſtos dati paris ſunt momenti cum calculis quibus illi damnati ſunt. Tali igitur commiſſa audacia, quinam dicendi ſunt flammam diſcordiæ accendiſſe, ſiquidem id nobis in veſtris literis objicitis. Nos ſcilicet diſcordiam induximus, qui compatimur cum patientibus fra C tribus, & omnia ſecundum canonem facimus? An qui contentioſe violato canone trecentorum decreta prævaricantur, & per omnia ſynodum contemptui habent? Cum non ſolum Arianos recipiant, ſed jam in uſu habeant de loco in locum ad epiſcopatus capiendos tranſilire. 1 Si igitur vere parem eumdemque honorem in omnibus epiſcopis cenſetis eſſe, neque magnitudine civitatum (ut vos ſcribitis) de epiſcopis judicatis, oportuit eum, cui concredita eſt parva civitas, in ea quæ credita eſt permanere, & nequaquam rejecta concredita, ad eam quæ concredita non eſt tranſvolare: ne eam quæ a Deo data eſt aſpernari, illam vero quæ ho D minum ambitu conceſſa eſt magnifacere videatur. Oportuit igitur vos, dilectiſſimi, huc accedere, & nequaquam tergiverſari, ut res ad finem deducatur: id enim ratio requirit. Sed fortaſſe dies conſtituti temporis brevior, quam par erat, impedimento fuit: (nam hujuſmodi in literis veſtris querimoniam facitis) atqui illud, dilectiſſimi, pro mera cavillatione putandum eſt. Si enim aliquos in itinere dies oppreſſiſſet, arctitudo brevitaſque temporis accuſari potuiſſet. Jam cum illi qui nec ipſi venire voluerunt, & presbyteros ſuos uſque ad menſem Januarii, ne venirent, detinuerunt, liquide apparet iſtam cauſificationem eorum hominum eſſe qui ſibi non ſatis confidunt: E veniſſent enim, ut dixi, ſi de ſua cauſa bene ſperaſſent, non reſpectantes ad intervallum itineris, aut temporis conſtituti ſpatium, ſed ex jure ſuo & rationibus fiduciam collegiſſent. Eſto ut tempus in cauſa fuerit cur non venerint: id enim quoque in ſcriptis veſtris ſignificatis, cum dicitis æquum ſcilicet fuiſſe, ut reſpectu tantorum temporum, quæ venientibus ex oriente neceſſaria eſſent, veniendi citationem omitteremus. Si igitur, quia dies brevior fuit, iter omiſſum eſt, nequaquam opor-

*Altera querela Euſebianorum.*



1 Reg. Cod. Ἰαννουαρίου. Harduinus.

oportuit iis ipſis temporibus vos præbere auctores ſchiſmatis, luctus & lacrymarum in eccleſia. Jam qui talia agunt, oſtendunt non tempora ipſorum perfectioni, ſed conſcientiam obſtitiſſe. Admiror quoque eam partem epiſtolæ, & neſcio quomodo hoc ſcribere potuiſtis, id vobis ægre eſſe, quod *l* Euſebio cum ſuis dumtaxat, & non itidem omnibus vobis literas ſcripſerim, citius in hac expoſtulatione moroſitatem promptiſſimam, quam veri quid deprehendas. Ego enim cum non aliunde literas contra Athanaſium accepiſſem, quam a Martyrio & Heſychio neceſſario illis reſpondi qui ſcripſerant cohtra Athanaſium. Oportuit igitur non ſolum Euſebianos abſque vobis ſcribere, aut vos, quibus non ſcripſi, non moleſte ferre, ſi reſcripſerim illis qui mihi ſcripſerant: nam ſi par erat ad vos omnes literas dari, par quoque erat & vos una cum illis literas mittere. Nunc autem quod conſentaneum erat reſpicientes, illis ſcripſimus qui nos certiores reddiderant, & literas miſere. Quod ſi id vos commovet quod ſolis illis ſcripſerim, conſequens eſt ut indignemini quoque quod illi ſoli mihi ſcripſerint. Verum in hoc ipſa juſta & rationabilis cauſa eſt, dilectiſſimi, quam vobis intimandam puto. Nam tametſi ſolus ſim, qui ſcripſi, non meam tamen ſolius ſententiam, ſed omnium Italorum, & omnium in his regionibus epiſcoporum ſcripſi. Ego autem omnes nolui ſcribere, ne a multis onerarentur: certe ad conſtitutum tempus convenere epiſcopi, & ejus ſententiæ fuere, quam vobis iterum ſignifico. Quapropter, dilectiſſimi, etiamſi ſolus ſcribo, ſcribere me tamen communem omnium ſententiam vos ſcire volo. Hæc quidem a nobis adverſus non æquas veſtrorum hominum, ſed injuſtas & ſuſpectas cauſificationes dicta ſunto. *m* Quod autem non temere aut injuſte ſuſceperim in communionem coepiſcopos noſtros Athanaſium & Marcellum, etiamſi prius dicta ſufficiant, brevibus tamen ratio vobis iſtarum rerum demonſtranda eſt. Scripſere prius Euſebius cum ſuis contra Athanaſium, ſcripſiſtis & vos impræſentiarum, [2] ſcripſere etiam plurimi ex Ægypto & ex aliis provinciis epiſcopi pro Athanaſio: nam quod ante omnia obſervari oportet, literæ veſtræ adverſus Athanaſium inter ſe pugnant, & primæ cum ſecundis nullum concentum habent, ſed in plerîſque primæ a ſecundis deſtruuntur, & ſecundæ a primis redduntur ſuſpectæ, ex diſcrepantibus autem literis nulla certitudo conſtitui poteſt. Quod ſi veſtris literis fidem dari poſtulatis, æquum eſt & literis eorum qui pro eo ſcribunt fidem non abnegare, & maxime, quod vobis a patria ejus longe diſtantibus, illi qui in iiſdem locis cum Athanaſio degunt, ut de homine noto, rebuſque ibi geſtis certiores, probum teſtimonium de vitæ ejus innocentia perhibent, affirmantes eum non niſi confictis criminibus opprimi. Quin & Arſenius aliquando dictus ab Athanaſio interfectus, quem jam cognovimus in vita eſſe, & cum Athanaſio amicitiam fovere, is ipſe affirmat, ea quæ acta ſunt Mareotæ, in abſentia alterius partis acta fuiſſe; neque enim ibi adfuiſſe Macarium presbyterum, qui reatum ſuſtinebat, neque epiſcopum ejus Athanaſium, & hoc non ſolum ex verbis ejus, ſed

Nova querela Euſebianorum.

Athanaſium juſte abſolutum declarat.

ὅτι δὴ τοῖς περὶ Εὐσέβιον μόνοις, καὶ οὐ πᾶσιν ὑμῖν μόνος ἔγραψα. εὐχέρειαν γὰρ τῶν μεμψαμένων ἄν τις εὕροι, ἤπερ ἀλήθειαν. ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀλλαχόθεν λαβὼν κατὰ Ἀθανασίου γράμματα ἢ διὰ τῶν περὶ Μαρτύριον καὶ Ἡσύχιον, ἐκείνοις ἀνάγκη ἔγραψα τοῖς καὶ γράψασι κατ' αὐτοῦ. ἔδει τοίνυν ἢ τοὺς περὶ Εὐσέβιον μὴ μόνους χωρὶς πάντων ὑμῶν γράψαι, ἢ ὑμᾶς, οἷς μὴ ἔγραψα μὴ λυπεῖσθαι, εἰ ἐκείνοις ἐγράφη τοῖς καὶ γράψασιν. εἰ γὰρ ἐχρῆν καὶ πᾶσιν ὑμῖν ἐπιστεῖλαι, ἔδει καὶ ὑμᾶς σὺν ἐκείνοις γράψαι, νῦν δὲ τὸ ἀκόλουθον σκοποῦντες, ἐκείνοις ἐγράψαμεν, τοῖς καὶ δηλώσασιν ἡμῖν καὶ τοῖς ἀποστείλασι πρὸς ἡμᾶς, εἰ δὲ καὶ τὸ μόνον ἐμὲ γεγραφέναι ἐκείνοις ἐκίνησεν ὑμᾶς, ἀκόλουθόν ἐστιν ὑμᾶς ἀγανακτεῖν, ὅτι καὶ μόνῳ ἐμοὶ ἔγραψαν. ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ πιθανὴ μὲν καὶ οὐκ [1] εὔλογος ἡ πρόφασις, ἀγαπητοί, ὅμως δὲ γνωρίσαι ὑμῖν ἀναγκαῖον, ὅτι εἰ καὶ μόνος ἔγραψα, ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ μόνου ἐστὶν αὕτη ἡ γνώμη ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν, καὶ τῶν ἐν τούτοις τοῖς μέρεσιν ἐπισκόπων. καὶ ἔγωγε τοὺς πάντας οὐκ ἠθέλησα ποιῆσαι γράψαι, ἵνα μὴ παρὰ πολλῶν τὸ βάρος ἔχωσιν. ἀμέλει καὶ νῦν τῇ ὁρισθείσῃ προθεσμίᾳ συνῆλθον ἐπίσκοποι, καὶ ταύτης τῆς γνώμης γεγόνασιν ἣν πάλιν γράφων ὑμῖν σημαίνω. ὥστε ἀγαπητοὶ εἰ καὶ μόνος ἐπιστέλλω, ἀλλὰ πάντων εἶναι γνώμην ταύτην γινώσκετε, ταῦτα μὲν οὖν περὶ τοῦ μὴ εὐλόγως τινὰς ἐξ ὑμῶν προφάσεις, ἀλλὰ ἀδίκους καὶ ὑπόπτους πορίσασθαι. περὶ δὲ τοῦ μὴ εὐχερῶς μηδὲ ἀδίκως ἡμᾶς ὑποδεδέχθαι εἰς κοινωνίαν τοὺς συνεπισκόπους ἡμῶν Ἀθανάσιον καὶ Μάρκελλον, εἰ καὶ τὰ προλεχθέντα ἱκανά, ὅμως διὰ βραχέων εὔλογον ὑμῖν δεῖξαι. ἔγραψαν οἱ περὶ Εὐσέβιον πρότερον κατὰ τῶν περὶ Ἀθανάσιον. ἐγράψατε δὲ καὶ νῦν ὑμεῖς, ἔγραψαν δὲ καὶ πλεῖστοι ἐπίσκοποι ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου καὶ ἐξ ἄλλων ἐπαρχιῶν ὑπὲρ Ἀθανασίου. πρῶτον μὲν οὖν τὰ κατ' αὐτοῦ γράμματα παρ' ὑμῶν μάχεται πρὸς ἑαυτά, καὶ οὐδὲ μίαν συμφωνίαν ἔχει τὰ δεύτερα πρὸς τὰ πρῶτα, ἀλλ' ἐν πολλοῖς τὰ πρῶτα ὑπὸ τῶν δευτέρων λύεται, καὶ τὰ δεύτερα ὑπὸ τῶν πρώτων διαβάλλεται. ἀσυμφώνων δὲ ὄντων τῶν γραμμάτων, οὐδεμία πίστις περὶ τῶν λεγομένων ἐστίν. ἔπειτα εἰ τοῖς παρ' ὑμῶν γραφεῖσιν ἀξιοῦτε πιστεύειν, ἀκόλουθόν ἐστι καὶ τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ γράψασι μὴ ἀπιστῆσαι καὶ μάλιστα, ὅτι ὑμεῖς μὲν πόρρωθεν, ἐκεῖνοι δὲ ἐν τοῖς τόποις ὄντες καὶ εἰδότες τὸν ἄνδρα καὶ τὰ ἐκεῖ γινόμενα πράγματα γράφουσι, μαρτυροῦντες αὐτοῦ τῷ βίῳ καὶ διαβεβαιούμενοι ἐν πᾶσιν αὐτὸν σκευὴν πεπονθέναι, καὶ πάλιν, Ἀρσένιός τις ἐπίσκοπος ἐλέχθη ποτὲ ὡς ἀναιρεθεὶς παρὰ Ἀθανασίου, ἀλλὰ τοῦτον ἐμάθομεν ζῆν, ἀλλὰ καὶ φιλίαν ἔχειν πρὸς αὐτόν. τὰ ὑπομνήματα τὰ ἐν Μαρεώτῃ γενόμενα διεβεβαιώσατο κατὰ μονομέρειαν γεγενῆσθαι, μήτε γὰρ ἐκεῖ παρεῖναι Μακάριον τὸν πρεσβύτερον τὸν κατηγορούμενον μήτε αὐτὸν τὸν ἐπίσκοπον αὐτοῦ Ἀθανάσιον, καὶ τοῦτο οὐ μόνον ἐκ τῶν αὐτοῦ λόγων, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὑπομνημάτων ὧν ἐκόμισαν ἡμῖν οἱ περὶ Μαρτύριον καὶ Ἡσύχιον ἔγνωμεν. ἀναγνόντες γὰρ εὕρομεν, ὅτι ὁ μὲν κατήγορος Ἰχύρας ἐκεῖ παρῆν, οὔτε δὲ Μακάριος, οὔτε ὁ ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος, ἀλλὰ καὶ πρεσβυτέρους ἀξιοῦντας παρεῖναι, καὶ μὴ

1 Lege ἄλογος, ut Nannius ipſe legit. *Hard.*

2 Eſt Epiſtola ſynodica Concilii Alexandrini anni 340. *Hard.*

μὴ συγχωρηθέντες. ἔδει δὲ ἀγαπητοὶ, εἴπερ μετὰ ἀληθείας ἐγίνετο τὸ κριτήριον, μὴ μόνον τὸν κατήγορον, ἀλλὰ καὶ τὸν κατηγορούμενον παρεῖναι. ὥσπερ γὰρ ἐν τῇ Τύρῳ Μακάριος παρῆν ὁ κατηγορούμενος, καὶ Ἰσχύρας ὁ κατήγορος καὶ οὐδὲν ἐδείχθη, οὕτως ἔδει καὶ ἐν τῷ Μαρεώτῃ μὴ μόνον ἀπελθεῖν τὸν κατήγορον, ἀλλὰ καὶ τὸν κατηγορούμενον ἵνα παρὼν ἢ ἐλεγχθῇ ἢ μὴ ἐλεγχθεὶς, δείξῃ τὴν συκοφαντίαν. νῦν δὲ τούτου μὴ γενομένου, ἀλλὰ μόνου ἀπελθόντος τοῦ κατηγόρου, μεθ' ὧν παρῃτήσατο Ἀθανάσιος, ὕποπτα τὰ πράγματα φαίνεται. ᾐτιᾶτο δὲ καὶ τοὺς ἀπελθόντας εἰς τὸν Μαρεώτην παρὰ γνώμην αὐτοῦ ἀπεληλυθέναι· ἔλεγε γὰρ ὅτι Θεόγνιον καὶ Μάριν, καὶ Θεόδωρον, Οὐρσάκιον καὶ Οὐάλεντα καὶ Μακεδόνιον ὑπόπτους ὄντας ἀπέστειλαν, καὶ τοῦτο οὐκ ἐκ τῶν λόγων αὐτοῦ μόνον. ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς ἐπιστολῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ γενομένου ἐπισκόπου τῆς Θεσσαλονίκης ἐδείκνυε. προήνεγκε γὰρ ἐπιστολὴν αὐτοῦ γραφεῖσαν πρὸς Διονύσιον τὸν ἐν τῇ συνόδῳ κόμητα, ἐν ᾗ δηλοῖ φανερὰν συσκευὴν γενέσθαι κατὰ Ἀθανασίου, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ κατηγόρου Ἰσχύρα, προεκόμισε χεῖρα ὁλόγραφον αὐθεντικὴν ἐν ᾗ μάρτυρα τὸν Θεὸν τὸν παντοκράτορα ἐπικαλούμενος, μήτε ποτηρίου κλάσιν, μήτε τραπέζης ἀνατροπὴν γεγενῆσθαι ἔλεγεν, ἀλλ' ὑποβεβλῆσθαι ἑαυτὸν ὑπό τινων, πλάσασθαι ταύτην τὴν κατηγορίαν, ἀπαντήσαντες δὲ καὶ πρεσβύτεροι τοῦ Μαρεώτου, διεβεβαιώσαντο μήτε τὸν Ἰσχύραν πρεσβύτερον εἶναι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, μήτε τι τοιοῦτον πεπλημμεληκέναι Μακάριον ὁποῖον ἐκεῖνος κατηγόρησεν. οἱ πρεσβύτεροι δὲ καὶ οἱ διάκονοι ἀπαντήσαντες ἐνταῦθα, οὐκ ὀλίγα ἀλλὰ καὶ πολλὰ ἐμαρτύρησαν ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου Ἀθανασίου, διαβεβαιούμενοι μηδὲν ἀληθὲς εἶναι τῶν κατ' αὐτοῦ λεγομένων, συσκευὴν δὲ αὐτὸν πεπονθέναι. καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου δὲ καὶ Λιβύης πάντες ἐπίσκοποι, γράφοντες διεβεβαιώσαντο, καὶ τὴν κατάστασιν αὐτοῦ ἔννομον καὶ ἐκκλησιαστικὴν γεγονέναι, καὶ πάντα τὰ παρ' ὑμῶν λεγόμενα κατ' αὐτοῦ, εἶναι ψευδῆ, οὔτε γὰρ φόνον γεγενῆσθαι, οὔτε τινὰς ἀναιρεθῆναι δι' αὐτὸν, οὔτε κλάσιν ποτηρίου γεγενῆσθαι. ἀλλὰ πάντα εἶναι ψευδῆ. καὶ ἐκ τῶν ὑπομνημάτων δὲ τῶν ἐν Μαρεώτῃ κατὰ μονομέρειαν γεγενημένων ἐδείκνυεν ἐπίσκοπος εἰπόντα ἔνδον εἶναι μετὰ Ἰσχύρα, ὅτε Μακάριος ὁ πρεσβύτερος Ἀθανασίου ὡς λέγουσιν, ἐπέστη τῷ τόπῳ καὶ ἄλλους δὲ ἐξετασθέντας καὶ εἰπόντας τὸν μὲν ἐν κελλίῳ μικρῷ, τὸν δὲ ὄπισθεν τῆς θύρας κατακεῖσθαι τὸν Ἰσχύραν τότε, νοσοῦντα, ὅτε Μακάριον λέγουσιν ἀπηντηκέναι ἐκεῖ. ἀπὸ δὴ τούτων ὧν ἔλεγε καὶ ἡμεῖς ἀκολούθως ἐστοχαζόμεθα, ὅτι πῶς οἷόν τε τὸν ὄπισθεν τῆς θύρας νόσῳ κατακείμενον, τότε ἑστηκέναι καὶ λειτουργεῖν καὶ προσφέρειν; ἢ πῶς οἷόν τε τὴν προσφορὰν προκεῖσθαι, ἔνδον ὄντων τῶν κατηχουμένων; εἰ γὰρ ἔνδον ἦσαν οἱ κατηχούμενοι, οὔπω ἦν ὁ καιρὸς τῆς προσφορᾶς, ταῦτα, ὥσπερ εἴρηται, ἔλεγεν ὁ ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος, καὶ ἐκ τῶν ὑπομνημάτων ἐδείκνυε, διαβεβαιουμένων καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, μὴ δὲ ὅλως αὐτὸν πρεσβύτερον γεγενῆσθαί ποτε ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, μὴ δὲ συνῆχθαι αὐτόν ποτε ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὡς πρεσβύτερον. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ὅτι Ἀλέξανδρος ἐδέχετο κατὰ φιλανθρωπίαν τῆς μεγάλης συνόδου τοὺς ἀπὸ

A n ex monumentis actorum per Martyrium & Heſychium allatis cognovimus. Ea enim perlegentes, invenimus accuſatorem Iſchyram ibi præſto fuiſſe: Macarium autem & Athanaſium nequaquam adfuiſſe, neque Athanaſii presbyteros, quamquam hoc ipſum magnopere ſolicitantes, admiſſos eſſe. Oportebat autem, dilectiſſimi, ſiquidem ſinceriter illud judicium agebatur, non ſolum accuſatorem, ſed & reum præſentem ſiſti. Et ut Tyri Macarius aderat reus, & Iſchyras accuſator, ubi nihil criminum docere potuit: ita quoque in Mareoten non ſolum oportuit accuſatorem, ſed & reum quoque una proficiſci, ut vel præſens convinceretur, vel, ſi victus non eſſet, appareret B eum calumniis petitum fuiſſe: jam vero cum hoc factum non ſit, ſed ſolum ibi accuſator ſteterit cum iis, quos ut ſuſpectos Athanaſius rejiciebat, actorum illorum monumenta ſuſpicione carere non poſſunt. Addebat præterea in ſua querela, eos qui Mareoten profecti ſunt, ſe invito eo profectos eſſe: miſere enim eo (ut ipſe dicebat) Theognium, Marin, Theodorum, Urſacium, Valentem, & Macedonium, homines ſuſpectos: neque hoc ita eſſe ſolummodo verbis ſuis, ſed literis quoque Alexandri Theſſalonicenſium epiſcopi demonſtrabat: protulit enim epiſtolam illius ſcriptam ad Dionyſium, qui in ea ſynodo comes erat, quibus epiſcopus ille liquido declarat, Athanaſium C calumniis, & ipſius quoque accuſatoris Iſchyræ conjurationibus opprimi, veram manum & authenticam protulit, in qua ille teſtatur, Deum omnipotentem invocans, neque calicis confractionem, neque menſæ ſubverſionem ullam fuiſſe, ſed ſe ſubornatum eſſe a certis hominibus, ut hoc crimen confingeret: deinde dum huc excurriſſent Mareotæ presbyteri, affirmarunt neque Iſchyram eſſe Catholicæ eccleſiæ presbyterum, neque tale quid commiſiſſe Macarium, quale illi imputabat. Quinimo presbyteri & diaconi cum huc veniſſent, non tenuiter, ſed prolixe teſtimonia dixere pro Athanaſio, affirmantes nihil eorum quæ illi objicerentur verum eſſe, eumque conjuratio D nibus premi: quia & epiſcopi ex Ægypto & Africa in ſuis ſcriptis affirmarunt conſtitutionem Athanaſii in ſuſcipiendo epiſcopatu legitimam & eccleſiaſticam fuiſſe, neque cædem commiſſam, neque quemquam per illum ſublatum eſſe, neque poculum ullum confractum, ſed omnia eſſe conficta. Ex iſtis judiciis in Mareota per abſentiam alterius partis habitis, oſtendebat Athanaſius, unum catechumenum in examinatione ſui dixiſſe, ſe intus cum Iſchyra fuiſſe, quo tempore Macarius presbyter Athanaſii eo, ut ajunt, ſe in eum locum immiſiſſet, alios item examinatos pro teſtimonio dixiſſe, Iſchyram in cellula parva latuiſſe, alios eumdem poſt oſtium ægrotum eodem E tempore decubuiſſe, quo Macarius superveniebat. Ex iſtis rationibus Athanaſii facile colligebamus fieri non potuiſſe, ut qui morbo poſt oſtium decumbebat, in ſacris conſtiterit, & oblationem confecerit, nec oblationem proponi potuiſſe, cum intus catechumeni verſarentur, quibus intus adhuc agentibus, tempus oblationis nondum eſſe potuit. Hæc, ut jam expoſui, pro ſe dicebat Athanaſius, & rem ita eſſe ex actis declarabat, idem affirmantibus ceteris qui cum eo erant, prorſus nunquam Iſchyram eccleſiæ presbyterum fuiſſe

aut ut presbyterum ſynaxim cum aliis feciſſe. **A** Neque enim, quo tempore Alexander ex humanitate magni concilii eos qui erant ex ſchiſmate Meletii recipiebat, hunc a Meletio tanquam ſuum nominatum fuiſſe affirmabant, quod ipſum maximum ſignum eſt, non fuiſſe illum ex numero Meletianorum: nam ſi Meletianus fuiſſet, omnibus modis illum in eorum claſſe recenſuiſſent. Quin & alibi falſa dixiſſe Iſchyram ex ipſis actis comprobatum eſt ab Athanaſio, quippe qui in crimine de combuſtis libris falſi convictus ſit ab iis quos in teſtes adduxerat. o Cum igitur iſtiuſmodi allegarentur, & tot teſtes pro Athanaſio ſtarent, & ipſe tam juſta pro ſe afferret, quid quæſo nos oportuit facere? an non quod ec- **B** cleſiaſtici canonis eſt? hominemque proinde non condemnaremus, ſed potius reciperemus? eumque pro epiſcopo, quemadmodum eſt, haberemus? Præter hæc omnia annum totum & integros ſex menſes apud nos hæſit, veſtram præſentiam expectans, aut quotquot comparere auderent, ſuaque præſentia pudefecit omnes: non enim judicio ſtetiſſet niſi ſui fiduciam habuiſſet, neque ſponte, ſed literis noſtris ad judicium vocatus comparuiſſet, quemadmodum vos per literas citavimus, & tamen poſt tanta argumenta nos veluti inſolitum quiddam agentes reprehenditis. p Qui igitur ſunt, qui contra canones agunt? noſne qui cum tantis rerum documentis virum recipi- **C** mus? an qui ſolum ad triginta ſex ſuffragia eorum qui Antiochiæ fuere, externum hominem epiſcopum ſalutarunt, eumque militari manu Alexandriam deduxerunt? quod ne tunc quidem factum eſt, cum Athanaſius in Galliam relegabatur: quod tum haud dubie factum fuiſſet, ſi pro vere damnato habitus fuiſſet. Certe cum inde ab exilio rediret, etiam tum ſuam eccleſiam, a qua recipiebatur, vacantem invenit. Prorſus ignoro quanam ratione facta ſunt quæ facta ſunt. Primum enim (ſi verum dicendum eſt) non decebat, cum nos ad celebrandam ſynodum literas mitteremus, aliquos præoccupare judicium ſynodi, deinde non decuit novos iſtos modos contra **D** eccleſiam induci: ubi enim eſt iſtiuſmodi eccleſiaſticus canon, aut iſtiuſmodi traditio apoſtolica? ut in pace agente eccleſia, & epiſcopis concordibus cum epiſcopo Alexandriæ Athanaſio, immittere * Gregorium peregrinum & externum hominem, neque Alexandriæ baptizatum, neque plebi cognitum, neque poſtulatum a presbyteris, eumque Antiochiæ creare epiſcopum, atque inde deducere Alexandriam, non cum presbyteris aut diaconis civitatis, non cum epiſcopis Ægypti, ſed cum militibus? Hæc enim dixere & conqueſti ſunt qui huc venerunt. Si enim poſt ſynodum in culpa fuiſſet deprehenſus Athanaſius, non tamen oportuit creationem novi epiſcopi ita il- **E** legaliter & præter canonem eccleſiaſticum fieri, ſed in ipſa eccleſia, & ex ipſo ſacerdotali ordine, & ex ipſo clero ejus provinciæ epiſcopos conſtitui, & nequaquam ex illis qui nunc apoſtolorum canones violant. Age, ſi in quemquam veſtrum id commiſſum eſſet, nonne vociferaturi eſſetis? nonne vindictam, quaſi violatis canonibus, poſtulaturi fuiſſetis? Dilecti, credite, tanquam Deo præſente, cum veritate loquimur quod loquimur. Non eſt illud pie factum, non ex jure, non eccleſia-

* Georgium

σχίσματος Μελιτίου ὀνομάζεσθαι αὐτὸν ὑπὸ Μελιτίου μετὰ τὴν αὐτοῦ διεβεβαιοῦντο, ὃ καὶ μέγιστόν ἐστι τεκμήριον, μὴ εἶναι αὐτὸν μήτε Μελιτίου. εἰ γὰρ ἦν, πάντως καὶ αὐτὸς αὐτοῖς συνηριθμεῖτο. ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις ὁ Ἰσχύρας ψευσάμενος ἐδείκνυτο ὑπὸ Ἀθανασίου, ἐκ τῶν ὑπομνημάτων. κατηγορήσας γὰρ ὡς βιβλίων κεκαυμένων, ὅτε ὥς λέγουσι Μακάριος ἐπέστη, ἠλέγχθη ὑφ' ὧν αὐτὸς ἐνήνοχε μαρτύρων ψευσάμενος. τούτων τοίνυν οὕτως λεγομένων καὶ τοσούτων μὲν ὄντων τῶν μαρτύρων τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ, τοσούτων δὲ δικαιωμάτων προφερομένων ὑπ' αὐτοῦ, τί ἔδει ποιεῖν ἡμᾶς; ἢ τί ἐκκλησιαστικὸς κανὼν ἀπαιτεῖ; ἢ μὴ καταγνῶναι τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποδέξασθαι καὶ ἔχειν αὐτὸν ἐπίσκοπον ὥσπερ καὶ ἔχομεν, καὶ γὰρ πρὸς τούτοις πᾶσι, παρέμεινεν ἐνταῦθα ἐνιαυτὸν καὶ ἓξ μῆνας ἐκδεχόμενος τὴν παρουσίαν ὑμῶν, ἢ τῶν βουλομένων ἐλθεῖν, τῇ δὲ παρουσίᾳ ἐδυσώπει πάντας, ὅτι οὐκ ἂν παρῆν, εἰ μὴ ἐθάρρει. καὶ γὰρ οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐληλύθει, ἀλλὰ κληθεὶς, καὶ λαβὼν γράμματα παρ' ἡμῶν, καθάπερ καὶ ὑμῖν ἐγράψαμεν, καὶ ὅμως μετὰ τοσαῦτα, ὑμεῖς ὡς παρὰ κανόνας ποιήσαντας ἡμᾶς ἐμέμψασθε. σκοπεῖτε τοίνυν τίνες εἰσὶν οἱ παρὰ κανόνας πράξαντες, ἡμεῖς, οἱ μετὰ τοσούτων ἀποδείξεων τὸν ἄνδρα δεξάμενοι, ἢ οἱ ἀπὸ τριάκοντα καὶ ἓξ μονῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ ὀνομάσαντές τινα ὡς ἐπίσκοπον ξένον, καὶ ἀποστείλαντες εἰς Ἀλεξάνδρειαν μετὰ στρατιωτικῆς ἐξουσίας; ὅπερ οὐ γέγονεν οὐδ' εἰς Γαλλίας αὐτοῦ ἀποσταλέντος. ἐγεγόνει γὰρ ἂν καὶ τότε, εἰ ὄντως ἦν καταγνωσθείς. ἀμέλει ἐπανελθὼν σχολάζουσαν καὶ ἐκδεχομένην αὐτὸν τὴν ἐκκλησίαν εὗρεν, ἀλλὰ νῦν οὐκ οἶδα ποίῳ τρόπῳ γέγονε τὰ γενόμενα. πρῶτον μὲν γὰρ, εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, οὐκ ἔδει γραψάντων ἡμῶν σύνοδον γενέσθαι, προλαβεῖν τινας τὴν ἐκ τῆς συνόδου κρίσιν, ἔπειτα, οὐκ ἔδει τοιαύτην καινοτομίαν κατὰ ἐκκλησίας γίνεσθαι. ποῖος γὰρ κανὼν ἐκκλησιαστικὸς, ἢ ποία παράδοσις ἀποστολικὴ τοιαύτη; ὥστε εἰρηνευούσης ἐκκλησίας, καὶ ἐπισκόπων τοσούτων ὁμόνοιαν ἐχόντων πρὸς τὸν ἐπίσκοπον τῆς Ἀλεξανδρείας Ἀθανάσιον, ἀποστεῖλαι Γρηγόριον, ξένον μὲν τῆς πόλεως, μήτε ἐκεῖ βαπτισθέντα, μήτε γινωσκόμενον τοῖς πολλοῖς, μὴ αἰτηθέντα παρὰ πρεσβυτέρων, μὴ παρ' ἐπισκόπων, μὴ παρὰ λαῶν, ἀλλὰ κατασταθῆναι μὲν ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἀποσταλῆναι δὲ εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν οὐ μετὰ πρεσβυτέρων, οὐ μετὰ διακόνων τῆς πόλεως, οὐ μετὰ ἐπισκόπων τῆς Αἰγύπτου, ἀλλὰ μετὰ στρατιωτῶν, τοῦτο γὰρ ἔλεγον καὶ ᾐτιῶντο οἱ ἐνταῦθα ἐλθόντες. εἰ γὰρ καὶ μετὰ τὴν σύνοδον ὑπαίτιος ἦν εὑρεθεὶς ὁ Ἀθανάσιος, οὐκ ἔδει τὴν κατάστασιν οὕτως παρανόμως καὶ παρὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα γενέσθαι, ἀλλὰ ἐπ' αὐτῆς τῆς ἐκκλησίας, ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἱερατείου, ἐπ' αὐτοῦ τοῦ κλήρου, τοὺς ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπους ἔδει καταστῆσαι, καὶ μὴ νῦν τοὺς ἀπὸ τῶν ἀποστόλων κανόνας παραλύεσθαι. ἆρα γὰρ εἰ καθ' ἑνὸς ὑμῶν ἐγεγόνει τὸ τοιοῦτον, οὐκ ἂν ἐβοήσατε, οὐκ ἂν ἠξιώσατε ὡς παραλελυμένων τῶν κανόνων, ἐκδικηθῆναι; ἀγαπητοὶ ὡς Θεοῦ παρόντος, μετὰ ἀληθείας φθεγγόμεθα καὶ λέγομεν, οὐκ ἔστι τοῦτο εὐσεβὲς, οὐδὲ νόμιμον, οὐδὲ ἐκκλησιαστικόν. καὶ γὰρ καὶ τὰ λεγόμενα γεγενῆσθαι παρὰ Γρηγορίου ἐν τῇ εἰσόδῳ αὐτοῦ δεικνύουσι τὴν τῆς

κατα-

καταςάσεως τάξιν. ἐν γὰρ τοιούτοις εἰρηνικοῖς καιροῖς, ὡς αὐτοὶ οἱ ἐλθόντες ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας ἀπήγγειλαν, καθὼς καὶ οἱ ἐπίσκοποι ἔγραψαν, ἡ ἐκκλησία ἐμπρησμὸν ὑπέμεινε, παρθένοι ἐγυμνώθησαν, μονάζοντες κατεπατήθησαν, πρεσβύτεροι καὶ πολλοὶ τοῦ λαοῦ ᾐκίσθησαν, καὶ βίαν πεπόνθασιν, ἐπίσκοποι ἐφυλακίσθησαν, περιεσύρησαν πολλοί, τὰ ἅγια μυςήρια ἐφ' οἷς ᾐτιῶντο Μακάριον τὸν πρεσβύτερον, ὑπὸ ἐθνικῶν διηρπάζετο, καὶ εἰς γῆν κατεβάλλετο, ἵνα τὴν Γρηγορίου τινὲς κατάςασιν δέξωνται. τὰ δὲ τοιαῦτα δείκνυσι τοὺς παραλύοντας τοὺς κανόνας. εἰ γὰρ νομίμη ἦν ἡ κατάςασις, οὐκ ἂν διὰ παρανομίας ἠνάγκαζε πείθεσθαι τοὺς νομίμως ἀπειθοῦντας αὐτῷ, καὶ ὅμως τοιούτων γινομένων. γράφετε εἰρήνην μεγάλην γεγενῆσθαι ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ τῇ Αἰγύπτῳ, ἐκτὸς εἰ μὴ ἀντιμεταβέβληται τὸ ἔργον τῆς εἰρήνης, καὶ τὰ τοιαῦτα εἰρήνην ὀνομάζετε. κἀκεῖνο δὲ ὑμῖν ἀναγκαῖον ἐνόμισα δηλῶσαι, ὅτι Ἀθανάσιος διεβεβαιοῦτο Μακάριον ἐν Τύρῳ ὑπὸ ςρατιώτας γεγενῆσθαι, καὶ μόνον τὸν κατήγορον ἀπεληλυθέναι μετὰ τῶν ἀπελθόντων εἰς τὸν Μαρεώτην, καὶ τοὺς μὲν πρεσβυτέρους ἀξιοῦντας, παρεῖναι ἐν τῇ ἐξετάσει μὴ συγκεχωρῆσθαι, τὴν δὲ ἐξέτασιν γεγενῆσθαι περὶ ποτηρίου καὶ τραπέζης, ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ ἐπάρχου καὶ τῆς τάξεως αὐτοῦ, παρόντων Ἐθνικῶν καὶ Ἰουδαίων, τοῦτο δὲ κατὰ τὰς ἀρχὰς ἄπιςον ἦν, εἰ μὴ καὶ ἐκ τῶν ὑπομνημάτων ἐδείκνυτο, ἐφ' ᾧ καὶ ἐθαυμάσαμεν, νομίζω δὲ καὶ ὑμᾶς ἐπιθαυμάζειν ἀγαπητοί. πρεσβύτεροι μὲν οὐκ ἐπιτρέπονται παρεῖναι οἱ καὶ τῶν μυςηρίων λειτουργοὶ τυγχάνοντες, ἐπὶ δὲ ἐξωτικοῦ δικαςοῦ παρόντων κατηχουμένων, καὶ τό γε χεῖρον ἐπὶ Ἐθνικῶν καὶ Ἰουδαίων τῶν διαβεβλημένων περὶ τὸν χριςιανισμὸν ἐξέτασις περὶ αἵματος Χριςοῦ καὶ σώματος Χριςοῦ γίνεται. εἰ γὰρ καὶ ὅλως ἐγεγόνει τι πλημμέλημα, ἔδει ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὑπὸ κληρικῶν νομίμως ἐξετάζεσθαι τὰ [1] τοιαῦτα, καὶ μὴ ὑπὸ ἐθνικῶν τῶν τὸν λόγον βδελυσσομένων, καὶ μὴ εἰδότων τὴν ἀλήθειαν. τοῦτο δὲ τὸ ἁμάρτημα ἡλίκον καὶ ὁποῖόν ἐςι, συνορᾷν καὶ ὑμᾶς καὶ πάντας πεπίςευκα. Περὶ μὲν Ἀθανασίου τοιαῦτα περὶ δὲ Μαρκέλλου ἐπειδὴ καὶ περὶ αὐτοῦ ὡς ἀσεβοῦντος εἰς τὸν Χριςὸν ἐγράψατε, δηλῶσαι ὑμῖν ἐσπούδασα, ὅτι ἐνταῦθα γενόμενος, διεβεβαιώσατο μὲν μὴ εἶναι ἀληθῆ τὰ περὶ αὐτοῦ γραφέντα παρ' ὑμῶν, ὅμως δὲ ἀπαιτούμενος παρ' ὑμῶν εἰπεῖν περὶ τῆς πίςεως, οὕτως μετὰ παῤῥησίας ἀπεκρίνατο δι' ἑαυτοῦ, ὡς ἐπιγνῶναι μὲν ὑμᾶς ὅτι μηδὲν ἔξωθεν τῆς ἀληθείας ὁμολογεῖ, οὕτως γὰρ εὐσεβῶς περὶ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ ὡμολόγησε φρονεῖν, ὥσπερ καὶ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία φρονεῖ, καὶ οὐ νῦν ταῦτα πεφρονηκέναι διεβεβαιώσατο, ἀλλὰ καὶ ἔκπαλαι, ὥσπερ οὖν καὶ οἱ ἡμέτεροι πρεσβύτεροι, τότε ἐν κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ γενόμενοι, ἐμαρτύρησαν αὐτοῦ τῇ ὀρθοδοξίᾳ καὶ γὰρ καὶ τότε καὶ νῦν μετὰ τῆς αἱρέσεως τῶν Ἀρειανῶν πεφρονηκέναι διϊσχυρίσατο, ἐφ' ᾧ ὑμᾶς ὑπομνῆσαι δίκαιόν ἐςιν, ἵνα μηδεὶς τὴν τοιαύτην αἵρεσιν ἀποδέχηται, ἀλλὰ βδελύττηται ὡς ἀλλοτρίαν τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας. ὀρθὰ τοίνυν αὐτὸν φρονοῦντα, καὶ ἐπὶ ὀρθοδοξίᾳ μαρτυρούμενον, τί πάλιν καὶ ἐπὶ τούτου ἔδει ποιεῖν ἡμᾶς, ἢ ἔχειν

A ſtice. ¶ Quinimo quæ feruntur acta in introitu Gregorii, oſtendunt qualis fuerit ordo in ejus ordinatione; temporibus enim ita pacatis, prout renunciant qui inde veniunt; & quemadmodum epiſcopi ſcribunt, ipſa eccleſia incendium paſſa eſt, virgines denudatæ, monachi conculcati, presbyteri & multi ex populo indigne habiti & violati, epiſcopi in carcerem detruſi, multi item ſpoliati. Sacra myſteria de quibus incuſabant Macarium presbyterum ab ethnicis direpta, & in terram abjecta ſunt, ut vi cogerent nonnullos ad conſtitutionem Gregorii approbandam. Hæc & iſtiuſmodi oſtendunt, quinam ſint canonum prævaricatores. Nam etſi legitima fuiſſet ejus con-
B ſtitutio, non tamen cum prævaricatione legum coegiſſet eos ſibi obtemperare, qui ei legitime obaudiebant. Et tamen, cum talia ſcelera deſignata ſint, ſcribitis magnificam pacem Alexandriæ & per Ægyptum fuiſſe, quaſi res officiumque pacis in contrariam jam ſignificationem abierit. Illud quoque neceſſarium exiſtimavi quod vobis indicaretur, Athanaſium affirmaſſe, Macarium ſub cuſtodia militum habitum eſſe, & ſolum accuſatorem una cum illis qui Mareoten proficiſcebantur abiiſſe, & presbyteris rogantibus, ut in quæſtione adeſſe liceret, pernegatum, & quæſtionem habitam fuiſſe de calice & menſa in præſentia præfecti & ejus cohortis, aſſiſtentibus tum ethni-
C cis, tum Judæis. Id principio nobis incredibile videbatur, niſi ex ipſis actorum monumentis demonſtratum fuiſſet, certe nobis magnæ admirationi fuit, ut etiamnum vobis eſſe puto. Atqui ne presbyteris quidem adeſſe permittitur in myſteriis, cum tamen ipſi quoque ſacrorum adminiſtri ſint. Jam quis non execretur ſub externo judice præſentibus catechumenis, & quod pejus eſt ethnicis & Judæis Chriſtianiſmum blaſphemantibus, quæſtionem de ſanguine & corpore Chriſti haberi? Nam ſi omnino delictum aliquod perpetratum fuiſſet, oportebat de eo in eccleſia inquiri ſub legitimis clericis. De Marcello autem, poſtquam de illo quoque ut impio in Chriſtum
D perſcripſiſtis, vobis ſtudui ſignificare, eum, cum huc veniſſet, affirmaſſe falſa eſſe quæ de ſe in literis veſtris ſcripta eſſent, ſed tamen, cum a vobis poſtularetur ut de fide diceret, tanta cum fiducia per ſe reſpondit, ut nemo non perciperet, cum nihil a veritate profiteri alienum, ſed eadem cum pietate qua eccleſia de domino ac ſalvatore noſtro ſentire, neque jam tantummodo, ſed etiam olim hujus ſententiæ ſe fuiſſe confirmabat, uti & noſtri presbyteri, qui tunc in Nicæno concilio aderant, de ipſius recta fide conteſtabantur. Nam & eum tunc quoque in ſententiis dicendis dimicaſſe cum Ariana hæreſi, teſtes fuere; cujus quoque vos admonitos velim, ne quis ta-
E lem hæreſim approbet, ſed abominetur ut alienam a ſana doctrina. De viro igitur, quem rectæ opinionis & ſinceræ religionis eſſe teſtimoniis approbatum eſt, quid, quæſo, nos facere oportuit, niſi ut eum pro epiſcopo haberemus, quemadmodum & habemus, neque a communione repelleremus? Hæc quidem ego non tanquam eorum cauſam agens ſcribo, ſed ut & vobis fidem facerem, viros iſtos juſte & canonice a nobis receptos eſſe, & vos mini-

[1] Ab hac voce τοιαῦτα, uſque ad ſimilem alteram τοιαῦτα, quæ ſequitur, exciderant hæc omnia ſcriptorum vitio, qui a priore ad ſimilem alteram tranſilierant in ſcribendo. Ex Reg. Codice hic ſupplentur, *Harduinus.*

minime habere cauſam litigandi: par autem A eſt ut ſtudium adhibeatis, & omnibus modis elaboretis, ut quæ contra canonem acta ſunt emendationem accipiant, & eccleſiæ pacem habeant, ut Chriſti pax nobis data permaneat, & non ſcindatur eccleſia, ne vos eam culpam veluti ſchiſmatis auctores ſuſtineatis. Dico enim, & plane proteſtor, ea quæ a vobis acta ſunt, non eſſe pacis, ſed ſchiſmatis occaſiones. Non enim ſolum Athanaſius & Marcellus epiſcopi cum querimoniis de illatis injuriis, ſed & plurimi alii epiſcopi ex Thracia, Cœleſyria, Phœnicia, Palæſtina huc convenere, presbyteri item non pauci, partim ex Alexandria, partim aliunde huc ad concilium occurrerunt, & coram omnibus epiſcopis ibi B congregatis, inter reliqua dicta ſua conqueſti ſunt, vim & injuriam eccleſiis illatas eſſe, ſuaſque eccleſias eadem quæ Alexandrina paſſas eſſe, & in aliis eccleſiis ſimilia deſignata. Ex Ægypto autem & Alexandria cum denuo ſuperveniſſent presbyteri, literas ſecum attulere, quibus plurimorum epiſcoporum & preſbyterorum querimonia continebatur; ſe, cum huc ad concilium pergerent, detentos fuiſſe, atque etiamnum detineri. Et, quemadmodum poſt Athanaſii exilium contigit, epiſcopos homines confeſſores flagris conſcindi, alios in carceribus haberi, præſuleſque longiſſimi in ſuo epiſcopatu temporis publicis miniſteriis mancipari, & fere omnes clericos & populos C eccleſiæ catholicæ inſidiis appeti, & perſecutionem pati: quoſdam item epiſcopos & fratres finibus ſuis ejectos eſſe, nulla alia de cauſa, niſi ut inviti cogerentur communicare cum Georgio & Arianis: & Ancyræ, quæ in Galatia eſt, non pauca aut parva deſignata eſſe, ſed prorſus eadem cum factis Alexandrinis. Audivimus etiam iſta ab aliis, & Marcellus quoque epiſcopus rem ita eſſe ſuo teſtimonio confirmabat. Hæc & ejuſmodi crimina contra quoſdam ex veſtris (ut nomina eorum omittam) hi qui huc venerunt detulere, quæ ego adſcribere ſubterfugi, & fortaſſe ea ex aliis, quænam ſint, reſciveritis. Et hæc potiſſima mihi ſcribendi cauſa fuit, ut D huc veniretis, quo vobis præſentibus omnia corrigi & ſanari poſſent: ac propterea alacrius a vobis & ſine recuſatione occurrendum fuit, ne, qui hactenus infamia iſtorum ſcelerum laborant, contumacia non comparendi in judicio, libellos contra ſe datos videantur refellere non potuiſſe. Cum igitur talia rumoribus famaque circumferantur, tantaſque injurias eccleſiæ patiantur, & iſtiuſmodi inſidiis vexentur, ut affirmavere qui hæc renunciabant, quinam quæſo ſunt, qui flammam diſcordiæ accendunt; nonne qui iſta dolemus, & patientibus fratribus compatimur? an illi qui hæc ſcelera deſignant? Miror autem, cum tantæ ac tales turbationes ſint in ſingulis E eccleſiis, ut non alia de cauſa iter ſuſceperint qui ad concilium venere, vos interim ſcribere concordiam in eccleſiis fuiſſe, cum iſtiuſmodi facta non ad ædificationem eccleſiæ, ſed ad ſubverſionem fieri ſolent; & qui illiuſmodi rebus oblectantur, non ſunt pacis filii, ſed perturbationis. Deus autem noſter non eſt perturbationis, ſed pacis Deus. Quapropter quemadmodum conſcius eſt Deus Pater

αὐτὸν ὥσπερ καὶ εἴχομεν, ἐπίσκοπον, καὶ μὴ ἀποβάλλειν τῆς κοινωνίας; ταῦτα μὲν οὖν ἐγὼ οὐχ ὡς ὑπεραπολογούμενος αὐτῶν γέγραφα, ἀλλ᾽ ἕνεκα τοῦ πιστεῦσαι ὑμᾶς, ὅτι δικαίως καὶ κανονικῶς ἐδεξάμεθα τοὺς ἄνδρας, καὶ μάτην φιλονεικεῖτε. ὑμᾶς δὲ δίκαιόν ἐστι σπουδάσαι, καὶ πάντα τρόπον καμεῖν, ἵνα τὰ μὲν παρὰ κανόνα γενόμενα, διορθώσεως τύχῃ, αἱ δὲ ἐκκλησίαι εἰρήνην ἔχωσι, πρὸς τὸ τὴν τοῦ κυρίου εἰρήνην τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν παραμεῖναι· ὁμολογῶ γὰρ ὑμῖν τὰ γενόμενα οὐκ εἰρήνης, ἀλλὰ σχισμάτων προφάσεις εἰσίν. οὐ γὰρ μόνον οἱ περὶ Ἀθανάσιον καὶ Μάρκελλον οἱ ἐπίσκοποι ἐληλύθασιν ἐνταῦθα, αἰτιώμενοι κατ᾽ αὐτῶν ἀδικίαν γεγονέναι, ἀλλὰ καὶ πλεῖστοι ἄλλοι ἐπίσκοποι ἀπὸ Θρᾴκης, ἀπὸ κοίλης Συρίας, ἀπὸ Φοινίκης καὶ Παλαιστίνης, καὶ πρεσβύτεροι μὲν οὐκ ὀλίγοι, ἄλλοι δέ τινες ἀπὸ Ἀλεξανδρείας, καὶ ἄλλοι ἐξ ἄλλων μερῶν ἀπήντησαν εἰς τὴν ἐνταῦθα σύνοδον ἐπὶ πάντων τῶν συνελθόντων ἐπισκόπων πρὸς τοῖς ἄλλοις οἷς ἔλεγον, [1] ὅτι καὶ ἀπωδύροντο. βίαν καὶ ἀδικίαν τὰς ἐκκλησίας πεπονθέναι, καὶ ὅμοια τῶν κατὰ Ἀλεξάνδρειαν καὶ τὰς ἑαυτῶν, καὶ ἐν ἄλλαις ἐκκλησίαις γεγενῆσθαι διεβεβαιοῦντο, οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ πράγματι, καὶ ἐξ Αἰγύπτου δὲ καὶ τῆς Ἀλεξανδρείας πάλιν ἐλθόντες νῦν πρεσβύτεροι μετὰ γραμμάτων ἀπωδύροντο ὅτι πολλοὶ ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι θέλοντες ἐλθεῖν εἰς τὴν σύνοδον, ἐκωλύθησαν, μέχρι γὰρ νῦν καὶ μετὰ τὴν τοῦ ἐπισκόπου Ἀθανασίου ἀποδημίαν, ἔλεγον ἐπισκόπους ὁμολογητὰς κατακόπτεσθαι πληγαῖς, καὶ ἄλλους φυλακίζεσθαι, ἤδη δὲ καὶ ἀρχαίους, πλεῖστον ὅσον χρόνον ἔχοντας ἐν τῇ ἐπισκοπῇ, εἰς λειτουργίας δημοσίας παραδίδοσθαι, καὶ σχεδὸν πάντας τοὺς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας κληρικοὺς καὶ λαοὺς ἐπιβουλεύεσθαι καὶ διώκεσθαι· καὶ γὰρ καί τινας ἐπισκόπους, καί τινας ἀδελφοὺς ὑπερορίους ἔλεγον γεγενῆσθαι, δι᾽ οὐδὲν ἕτερον ἢ ἵνα καὶ ἄκοντες ἀναγκάζοιντο κοινωνεῖν Γρηγορίῳ, τοῖς σὺν αὐτῷ Ἀρειανοῖς, καὶ ἐν Ἀγκύρᾳ δὲ τῆς Γαλατίας, οὐκ ὀλίγα γεγενῆσθαι, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ πάλιν τοῖς κατὰ Ἀλεξάνδρειαν γενομένοις ἠκούσαμεν, καὶ παρ᾽ ἑτέρων, καὶ Μάρκελλος δὲ ὁ ἐπίσκοπος διεμαρτύρατο. πρὸς δὲ τούτοις καὶ τοιαύτας κατηγορίας, καὶ οὕτω δεινὰς κατά τινων ἐξ ὑμῶν, ἵνα μὴ λέγω τὰ ὀνόματα, οἱ ἀπαντήσαντες εἰρήκασιν, ἃς ἐγὼ μὲν γράψαι παρῃτησάμην. ἴσως καὶ ὑμεῖς παρ᾽ ἑτέρων ἀκηκόατε· διὰ τοῦτο γὰρ μάλιστα καὶ ἔγραψα προτρεπόμενος ὑμᾶς ἐλθεῖν, ἵνα καὶ παρόντες ἀκούσητε, καὶ πάντα διορθωθῆναι καὶ θεραπευθῆναι δυνηθῇ. [2] ἐπὶ δὲ τοῦ προθυμοτέρως ἔδει τοὺς κληθέντας ἀπαντῆσαι καὶ μὴ παραιτήσασθαι, ἵνα μή πως ὕποπτοι περὶ τὰ λεχθέντα ἐὰν μὴ ἀπαντήσωσι νομισθῶσιν, ὡς μὴ δυνάμενοι ἐλέγξαι ἃ ἔγραψαν. τούτων τοίνυν οὕτως λεγομένων, καὶ οὕτως τῶν ἐκκλησιῶν πασχουσῶν καὶ ἐπιβουλευομένων ὡς οἱ ἀπαγγέλλοντες διεβεβαιοῦντο. τίνες εἰσὶν οἱ φλόγα διχονοίας ἀνάψαντες, ἡμεῖς οἱ λυπούμενοι ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, καὶ συμπάσχοντες τοῖς πάσχουσιν ἀδελφοῖς ἢ οἱ τὰ τοιαῦτα ἐργασάμενοι; θαυμάζω γὰρ πῶς τοιαύτης καὶ τοσαύτης ἐκεῖ ἀκαταστασίας καθ᾽ ἑκάστην ἐκκλησίαν οὔσης, δι᾽ ἣν καὶ οἱ ἀπαντήσαντες ἦλθον ἐνταῦθα, γράφετε ὑμεῖς ὁμόνοιαν γεγενῆσθαι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, τὰ δὲ τοιαῦτα οὐκ

1 Forte ἔτι. *Harduinus*. 2 Reg. Cod. ἔτι δὲ μᾶλλον. *Harduinus*.

ὡς ἐπὶ οἰκοδομῇ τῆς ἐκκλησίας ἀλλ' ἐπὶ καθαιρέσει A ταύτης γίνεται, καὶ οἱ ἐκ τούτοις δὲ χαίροντες οὐκ εἰσὶν εἰρήνης υἱοὶ ἀλλ' ἀκαταστασίας. ὁ δὲ Θεὸς ἡμῶν οὐκ ἔστιν ἀκαταστασίας ἀλλ' εἰρήνης. διόπερ ὡς οἶδεν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κηδόμενος μὲν καὶ τῆς ἡμῶν ὑπολήψεως, εὐχόμενος δὲ καὶ τὰς ἐκκλησίας μὴ ἐν ἀκαταστασίᾳ εἶναι, ἀλλὰ διαμένειν ὥσπερ ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ἐκανονίσθη, γράψαι ὑμῖν ταῦτα ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἵνα ἤδη ποτὲ δυσωπήσητε τοὺς διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀπέχθειαν, οὕτως διαθεμένους τὰς ἐκκλησίας. ἤκουσα γὰρ ὅτι τινές εἰσιν ὀλίγοι οἱ τούτων πάντων αἴτιοι τυγχάνοντες, καὶ [1] σπουδάσατε ὡς σπλάγχνα ἔχοντες οἰκτιρμῶν διορθώσασθαι ὡς προεῖπον, τὰ παρὰ κανόνα B γενόμενα, ἵνα εἰ καί τι προελήφθη. τοῦτο τῇ [2] ὑμετέρᾳ σπουδῇ θεραπευθῇ καὶ μὴ γράφητε ὅτι τὴν Μαρκέλλου καὶ Ἀθανασίου, ἢ τὴν ἡμῶν ἑλοῦ κοινωνίαν, οὐ γὰρ εἰρήνης, ἀλλὰ φιλονεικίας, καὶ μισαδελφίας τὰ τοιαῦτα γνωρίσματα. διὰ τοῦτο οὖν κἀγὼ τὰ προειρημένα ἔγραψα, ἵνα μαθόντες ὅτι οὐκ ἀδίκως ἐδεξάμεθα αὐτοὺς παύσησθε τῆς τοιαύτης ἔριδος, εἰ μὲν γὰρ ἐλθόντων ὑμῶν ἦσαν κατεγνωσμένοι, εἰ μὴ εὐλόγους ἀποδείξεις ἔχειν ἐφαίνοντο ὑπὲρ ἑαυτῶν, καλῶς ἂν τὰ τοιαῦτα γεγράφηκειτε. ἐπειδὴ δέ, ὡς προεῖπον, κανονικῶς καὶ οὐκ ἀδίκως, τὴν πρὸς αὐτοὺς ἔχομεν κοινωνίαν, παρακαλῶ ὑπὲρ Χριστοῦ μὴ ἐπιτρέψητε διασχισθῆναι τὰ [*] μέρη τοῦ Χριστοῦ. μὴ C δὲ ταῖς προλήμμασι πιστεύσητε, ἀλλὰ τὴν τοῦ κυρίου δι' ὀλίγων μικροψυχίαν τοὺς μὴ κατεγνωσμένους ἀπορρίπτειν καὶ λυπεῖν ἐν τούτῳ τὸ πνεῦμα. εἰ δὲ νομίζετε δύνασθαί τινα κατ' αὐτῶν ἀποδεῖξαι, καὶ εἰς πρόσωπον αὐτοὺς ἐλέγξαι, ἐλθέτωσαν βουλόμενοι. ἑτοίμους γὰρ ἑαυτοὺς καὶ αὐτοὶ εἶναι ἐπηγγείλαντο, ὥστε καὶ ἀποδεῖξαι καὶ διελέγξαι περὶ ὧν ἡμῖν ἀπήγγειλαν. σημάνατε οὖν ἡμῖν, ἀγαπητοί, περὶ τούτου, ἵνα κἀκείνοις γράψωμεν, καὶ τοῖς ὀφείλουσι πάλιν συνελθεῖν ἐπισκόποις, ὅπως ἐπὶ πάντων παρόντων, τοὺς ὑπευθύνους καταγνωσθῶσι: καὶ μηκέτι ἀκαταστασία ἐν ταῖς ἐκκλησίαις γένηται. Ἀρκεῖ γὰρ τὰ γενόμενα, ἀρκεῖ, ὅτι παρόντων ἐπισκόπων, ἐπίσκοποι D ἐξωρίζοντο, περὶ τοῦ οὐδὲ μακρηγορεῖν δεῖ, ἵνα μὴ βαρεῖσθαι οἱ παρόντες τότε δοκῶσιν, εἰ γὰρ δεῖ τ' ἀληθὲς εἰπεῖν, οὐκ ἔδει μέχρι τούτων φθάσαι, οὐδὲ εἰς τοσοῦτον ἐλθεῖν τὰς μικροψυχίας. ἔσω δὲ Ἀθανάσιος καὶ Μάρκελλος, ὡς γράφετε, μετετέθησαν ἀπὸ τῶν ἰδίων τόπων, τί καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἄν τις εἴποι; τῶν ἐκ διαφόρων τόπων, ὡς προεῖπον, ἐλθόντων ἐνταῦθα ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων· καὶ αὐτοὶ γὰρ πάλιν ἡρπάσθαι ἑαυτοὺς, καὶ τοιαῦτα πεπονθέναι ἔλεγον, ὦ ἀγαπητοί, οὐκέτι κατὰ τὸ εὐαγγέλιον, ἀλλὰ λοιπὸν, ἐπὶ ἐξορισμῷ καὶ θανάτῳ αἱ κρίσεις τῆς ἐκκλησίας εἰσίν. εἰ γὰρ καὶ ὅλως, E ὥς φατε, γέγονέ τι εἰς αὐτοὺς ἁμάρτημα ἔδει κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα, καὶ μὴ οὕτως γεγενῆσθαι τὴν κρίσιν, ἔδει γραφῆναι πᾶσιν ἡμῖν, ἵνα οὕτως παρὰ πάντων ὁρισθῇ τὸ δίκαιον. ἐπίσκοποι γὰρ ἦσαν οἱ πάσχοντες, καὶ οὐκ αἱ τυχοῦσαι ἐκκλησίαι αἱ πάσχουσαι, ἀλλ' ὧν αὐτοὶ οἱ ἀπόστολοι δι' ἑαυτῶν καθηγήσαντο· διατί δὲ περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων [3] πόλεως μάλιστα οὐκ ἐγράφετο ἡμῖν; ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι

domini noſtri Jeſu Chriſti, hæc putavi neceſſaria eſſe, quæ vobis ſcriberentur, tum ut parcerem veſtræ exiſtimationi, tum quia optarem eccleſias non in perturbatione eſſe, ſed ſecundum canones apoſtolorum regi, & ut nunc tandem pudefaceretis illos, qui ob mutuum inter ipſos odium ita eccleſias vexant. Audio paucos eſſe iſtorum malorum auctores: quapropter operam date, ut habentes viſcera miſericordiæ, corrigatis ea quæ (ut dixi) contra canonem facta ſunt, ut ſi quid vitii antevertit, id veſtro ſtudio emendetur: & ne mihi ſcribatis, quod Marcelli & Athanaſii communionem potius quam veſtram præoptaverim: nam hæc non pacis ſed contentionis B & odii fraterni argumenta ſunt. Atque ideo ſuperiora ſcripſi, quo, certiores facti eos non injuſte receptos eſſe, deſiſteretis ab hujuſmodi jurgio; qui ſi a vobis hic cum ceteris congregatis in judicio convicti fuiſſent, neque probas rationes pro ſui defenſione habuiſſent, recte nobiſcum in ſcriptis veſtris expoſtulaſſetis. Poſtquam autem, ut dixi, canonice & non injuſte cum iis fovemus communionem, obſecro vos per Jeſum Chriſtum, ne ſinatis diſcindi membra Chriſti, neque præoccupationibus fidem habete, ſed domini pacem anteponatis: non enim jus aut fas eſt, ob paucorum degeneres animos, eos abiici qui condemnari non ſunt, aut ſpiritum domini con- C triſtari. Quod ſi creditis poſſe quædam illis objecta oſtendi, & coram in facie redargui, veniant qui volunt: nam & ſe paratos eſſe & probaturos dicunt quæ denunciaverunt. Certiores igitur nos, dilectiſſimi, de ea re facite, quo & illis ſcribamus, & ceteris item epiſcopis qui huc debent convenire, ut coram omnibus qui culpæ obnoxii ſunt condemnentur, & ne ulterius perturbatio in eccleſia fiat: ſufficiunt enim quæ facta ſunt, ſufficit quoque in præſentia epiſcoporum epiſcopos in exilium actos eſſe: de qua re non eſt prolixior ſermo habendus, ne gravari videantur qui tum adfuere. Nam, ſi verum eſt dicendum, minime decuit euſque procedere, aut D euſque evadere iſtas animorum degeneres puſillanimitates. Eſto ut ſint Athanaſius & Marcellus (ut ſcribitis) tranſlati e ſuis ſedibus, ſed quid de aliis dicas qui ex diverſis locis, tum epiſcopi, tum presbyteri, quemadmodum dixi, huc venere? Nam & iſti ſe denuo abreptos & hujuſmodi paſſos eſſe dixerunt. O dilecti, non jam ulterius eccleſiæ judicia ſecundum evangelium, ſed vel ad exilium, vel ad mortem inſtituuntur. Nam ſi, ut dicitis, omnino in culpa fuerunt, oportuit ſecundum canonem, & non iſto modo judicium fieri: oportuit ſcribere omnibus nobis, ut ita ab omnibus quod juſtum eſſet decerneretur. Epiſcopi enim erant, & non vulgares eccleſiæ, E qui illa patiebantur, ſed quas ipſi apoſtoli ſuemet opera ad fidem inſtruxerunt. Cur igitur & in primis de Alexandrina civitate nihil nobis ſcribere voluiſtis? an ignari eſtis ſ hanc conſuetudinem eſſe, ut primum nobis ſcribatur, ut hinc quod juſtum eſt definiri poſſet? Quapropter ſi iſthic hujuſmodi ſuſpicio in epiſcopum concepta fuerat, id huc ad noſtram eccleſiam referri oportuit. Nunc autem nos, quos certiores minime fecerunt, poſtquam jam

1 Reg. Cod. [illegible]. *Harduinus.* 2 Ex Reg. Cod. [illegible]. *Harduinus.*
3 Reg. Cod. [illegible]. *Harduinus.*

jam egerint quod libuit, ſuffragatores ſuæ damnationis, cui non interfuimus, eſſe volunt. Non ita ſe habent Pauli ordinationes, non ita patres docuerunt, ſed faſtus iſte, & novum ſtudium eſt. Obſecro vos, cum alacritate audite, pro publico bono iſta ſcribo: quæ enim accepimus a beato Petro apoſtolo, ea vobis ſignifico, non ſcripturus alioqui quæ nota apud vos eſſe arbitror, niſi facta ipſa nos conturbaſſent. Epiſcopi abripiuntur, & ſuis e ſedibus propelluntur: alii vero aliunde in eorum loca reponuntur, alii vero inſidiis appetuntur, ut ſubditi & de abreptis doleant, & a ſubmiſſis vim patiantur, ut quos optant, fruſtra requirant; quos nolunt, inviti recipiant. Obſecro ne iſta ulterius fiant, vel potius contra illos ſcribite qui talia moliuntur, ne deinceps has injurias eccleſiæ patiantur, aut epiſcopus aut presbyter iſtiuſmodi contumelias ſentiant, aut præter animi ſententiam ea quæ nolint, ut nobis indicarunt, cogantur facere, ne apud ethnicos ridiculi efficiamur, aut, quod præ omnibus graviſſimum eſt, Deum exarcebemus. Unuſquiſque enim noſtrum eorum quæ hic turbavit, rationem reddet in die judicii, optoque, ut omnes ſecundum Deum ſentiant, quo eccleſiæ ſuis epiſcopis receptis perpetuo gaudeant in Chriſto Jeſu domino noſtro, per quem gloria Patri in ſæcula ſæculorum, Amen. Valere vos in Chriſto opto deſideratiſſimi fratres.

τοῦτο ἔθος ἦν, πρότερον γράφεσθαι ἡμῖν, καὶ οὕτως ἔνθεν ὁρίζεσθαι τὰ δίκαια; εἰ μὲν οὖν τι τοιοῦτον ἦν ὑποπτευθὲν εἰς τὸν ἐπίσκοπον τὸν ἐκεῖ, ἔδει πρὸς τὴν ἐνταῦθα ἐκκλησίαν γραφῆναι. νῦν δὲ οἱ ἡμᾶς μὴ πληροφορήσαντες, πράξαντες δὲ αὐτοὶ ὡς ἠθέλησαν, λοιπὸν καὶ ἡμᾶς οὐ καταγνόντας βούλονται συμψήφους εἶναι. οὐχ οὕτως αἱ Παύλου διατάξεις. οὐχ οὕτως οἱ πατέρες παραδεδώκασιν, ἄλλος τύπος ἐστὶν οὗτος καὶ καινὸν τὸ ἐπιτήδευμα. παρακαλῶ, μετὰ προθυμίας ἐνέγκατε, ὑπὲρ τοῦ κοινῇ συμφέροντός ἐστιν ἃ γράφω. ἃ γὰρ παρειλήφαμεν παρὰ τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, ταῦτα καὶ ὑμῖν δηλῶ, καὶ οὐκ ἂν ἔγραψα φανερὰ ἡγούμενος εἶναι ταῦτα παρὰ πᾶσιν, εἰ μὴ τὰ γενόμενα ἡμᾶς ἐτάραξεν. ἐπίσκοποι ἁρπάζονται καὶ ἐκτοπίζονται. ἄλλοι δὲ ἀλλαχόθεν ἀντιτίθενται, καὶ ἄλλοι ἐπιβουλεύονται, ὥστε ἐπὶ μὲν τοῖς ἁρπασθεῖσιν, αὐτοὺς πενθεῖν, ἐπὶ δὲ τοῖς πεμπομένοις, ἀναγκάζεσθαι, ἵνα οὓς μὲν θέλουσι μὴ ἐπιζητῶσιν, οὓς δὲ μὴ βούλονται, δέχωνται. ἀξιῶ ὑμᾶς μηκέτι τοιαῦτα γίνεσθαι. γράψατε δὲ μᾶλλον κατὰ τῶν τὰ τοιαῦτα ἐπιχειρούντων, ἵνα μηκέτι τοιαῦτα πάσχωσιν αἱ ἐκκλησίαι, μηδέ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ὕβριν πάσχῃ, ἢ παρὰ γνώμην ὥσπερ ἐδήλωσαν ἡμῖν ἀναγκάζηταί τις ποιεῖν, ἵνα μὴ καὶ παρὰ τοῖς ἔθνεσι γέλωτα ὀφλήσωμεν, καὶ πρό γε πάντων, τὸν Θεὸν παροξύνωμεν. ἕκαστος γὰρ ἡμῶν ἀποδώσει λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως περὶ ὧν ἐνταῦθα ἔπραξε. γένοιτο δὲ πάντας κατὰ Θεὸν φρονῆσαι. ἵνα καὶ αἱ ἐκκλησίαι τοὺς ἐπισκόπους αὐτῶν ἀπολαβοῦσαι, χαίρωσι διαπαντὸς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὔχομαι ἀγαπητοὶ καὶ ποθεινότατοι ἀδελφοί.

## NOTÆ SEVERINI BINII.

*Epiſtola 5. Julii quando ſcripta?*

*a Epiſtola.*) Hæc eſt illa vera & germana epiſtola, quam Julius papa reſcripſit ad eas Euſebianorum literas quas ex Antiocheno concilio ſcriptas, per Elpidium & Philoxenum legatos Romanos tranſmiſerant anno Chriſti 342. quando nimirum Gregorium in locum amoti Athanaſii anno ſuperiore electum per Philagrium præfectum juſſu Conſtantii imperatoris, manu militari, multorumque civium & Chriſtianorum ibi degentium cæde & exilio, circa paſchale tempus introduxiſſent. Hæc epiſtola ſynodica eſt concilii Romani tertii ſub Julio celebrati, de quo infra, patres enim qui anno 342. Romæ convenerant, per Julium eas reſcripſiſſe, in ſua apologia ipſe Athanaſius teſtatur, his verbis: *Hæc cum Romæ ſynodus per Julium Romanum epiſcopum ſcripſiſſet, improba iterum audacia Euſebiani in eccleſiis perturbandis inſidiiſque tendendis uſi ſunt.* Ut ea quæ in ſynodo decreta eſſent, ſolius Romani pontificis literis vulgarentur, honoris cauſa antiquitus id obſervari ſolitum fuit. Vide caput 52. concilii Africani.

*Argumentum epiſtolæ.*

Hac epiſtola quidquid Athanaſius ab Euſebianis injuriarum & calumniarum ab initio ſedis Alexandrinæ paſſus eſt, enarratur & refutatur, ac demum ad deſinendum, & de rebus turpiter & inique geſtis pœnitendum admonentur. In tanto criminum admiſſorum acervo mitius quam oportebat eos ideo admonuit, quod ſperaret eos ad concilium Romæ pertrahendos, quodque eos tot tantaque ſcelera non niſi imperatoris potentia fultos patraſſe ſciret. Ad orientales, teſte Athanaſio apologia ſecunda per Gabinianum comitem miſſa fuit.

*Epiſtola Arianorum ad Julium quando ſcripta?*

*b Legi epiſtolam veſtram.*) Hanc ſuam Ariani epiſtolam non prius ſcripſere, neque etiam apoſtolicæ ſedis legatos, Philoxenum & Elpidium, prius dimiſerunt, quam cognoviſſent, quid in cauſa Athanaſii, Marcelli, aliorumque exulantium epiſcoporum ſecunda illa, de qua infra, Romana ſynodo geſtum & definitum eſſet. Querelæ, quas Euſebiani hac ſua epiſtola apud pontificem depoſuerant, hæ fuerunt: Prima, quod indigno animo tuliſſent ſe Romam eſſe citatos. Secunda, præſtitum concilii habendi terminum nimis anguſtum fuiſſe. Tertia, indigne ferentes acta Tyrii conventiculi a Julio iterum examinari, indignum eſſe ſcribebant, alia ſynodo retractari, quæ in alia jam ſtabilita eſſent; ac per Julium ea labefactari, quæ ab ipſis judicata erant. Quarta, ut Romanæ eccleſiæ judicium, quod eſt omnium hæreticorum inſigne proprium, ſubterfugerent, illud inculcarunt, nequaquam ex magnitudine civitatum eſſe æſtimandas dignitates epiſcoporum. Quinta, expoſtularunt in Julium, quod ſcribens ad eos, non tamen ad omnes nominatim literas reſcripſiſſet, quarum illa erat inſcriptio: *Euſebio cum ſuis*. Sexta, denique, ſua ad Julium ſcripta epiſtola conqueſti ſunt, Athanaſium & Marcellum epiſcopos antea ab ipſis damnatos in communionem catholicam ſuſceptos eſſe. Addit Sozomenus, eos ſuis literis conteſtatos fuiſſe, ſe nunquam cum Julio pacem & concordiam inituros, niſi quæ ab eis fuiſſent conſtituta probaſſet. Hæc ex epiſtola Julii, Socrate & Sozomeno, Baronius anno 341. num. 56. 57. & 58.

*An plures quam 20. canones Nicæni concilii fuiſſe, hinc recte probetur?*

*c Quæ circa epiſcopos.*) Sunt qui ex hoc loco, Nicæni concilii canones plures quam viginti fuiſſe probant, quia ille canon, cujus hic mentio fit, quo cautum fuit, ut res in minori ſynodo cognitæ, in majori etiam examinari atque tractari poſſent, inter reliquos extantes non inveniatur. Verum ſicut cuncta iſta quæ ſequuntur, ex Nicæno concilio prodiiſſe propter Julii pontificis & Athanaſii teſtimonium dubitare non licet, ita certos de his ſancitos fuiſſe canones, & non magis ex ejuſdem concilii actis prodiiſſe, non adeo facile affirmandum putarem. Ita Baronius in appendice anni 325. Quod infra ait, illam conſuetudinem olim fuiſſe, eumque morem in eccleſia obtinuiſſe, intelligendum eſt de cauſa Arii, quæ antea in concilio Alexandrino ſub Silveſtro pontifice, & in præſentia Oſii Cordubenſis dijudicata, iterum in Nicæno concilio cognita fuit. Baronius prædicto anno 325. num. 161.

*Cauſa indictæ ſynodi.*

*d Siquidem veſtri legati.*) Cauſam indictæ Romanæ ſynodi exponit; nimirum quod legati Euſebianorum, ab Alexandrinæ eccleſiæ catholicis devicti, eam celebrari poſtularint anno 339. Vide notas concilii Alexandrini infra verbo *concilium*: item notas in concilium Antiochenum.

*Euſebiani Nicænum concilium rejiciunt.*

*e Si enim, ut ſcribitis.*) Oſtendit Euſebianos decreta Nicænæ ſynodi irritare, quippe qui in ſuam communionem ab Alexandrina & Nicæna ſynodo excommunicatos Arianos recipiunt.

*An Tyrio concilio Athanaſius condemnatus fuerit.*

*f Qui nec Tyri condemnatus eſt.*) Supra in notis ad concilium Tyrium ex Sozomeno dictum eſſe memini, quod concilium Tyri congregatum, poſtquam acta Mareotica per legatos confecta, Tyrumque perlata fuiſſent, iiſdem actis Athanaſium abſentem condemnarit, epiſcopatu abdicarit, ac ne Alexandriæ habitaret prohibuerit. Quod igitur hic ait pontifex, ipſum nequaquam

Tyri

Tyri condemnatum fuiſſe, intelligendum putamus a majore & ſaniore parte illius concilii ibidem celebrati: catholici enim qui intererant, omnes ab Athanaſii damnatione abhorruerunt, atque inde penitus diſceſſerunt, cum Euſebiani ſeorſim ab iis coeuntes, in Athanaſium, quæ ſibi viſa ſunt decreverunt. Vide quæ notavimus in prædicto concilio Tyrio. Quamquam vero dici poſſet non eſſe condemnatum, quem a judicio abſentem, contra omne jus & æquitatem ejuſdem cauſæ teſtes & judices inique condemnaſſent: quæ ſententia ex verbis quæ ſequuntur aperte colligitur. *Scitis*, inquit, *monumenta actorum, ubi una duntaxat pars adfuerit, nullarum virium eſſe, & ſuſpecta haberi.*

Carpones quis.

*g Carpones.*) Carpones fuit legatus Gregorii in epiſcopatum Alexandrinum intruſi, homo Arianus, jam olim ab * Alexandro Alexandrino epiſcopo eo nomine notatus. Baronius anno 342. num. 38.

* Vide ſupra p. 791. Ariani catholicorum communionem affectarunt.

*h Ariano Piſto literas ſcriberemus.*) Literas nimirum pacificas & communicatorias, quibus catholici eſſe probarentur. Unde patet, quod Euſebianorum legati per technas atque verſutias Romanæ eccleſiæ communionem ſuffurari conati fuerint, quo de ſua fide quaſi catholica foret & orthodoxa, gloriari poſſent. Idem a Novatianis, Donatiſtis, aliiſque plurimis antehac ſæpius factum eſſe ex præcedentibus conſtat.

Legati Arianorum quamdiu Romæ morati.

*i De nocte profectus eſt.*) Fraude & infidelitate Arianorum legatorum detecta, poſtquam ultra annum Romæ egiſſent, ut ex Piſti ex Alexandria vocati hiſtoria colligitur, furtim nocturno tempore abeuntes acta Tyria & Mareotica, quæ ipſi ſecum Romam attulerant, Deo permittente, Romæ reliquerunt, ne acta turpiter, doloſe & injuſte contexta, oblivione deleri contingeret. His fretus Julius pontifex Euſebianos in Romano concilio de calumnia convicit: de iiſdem Athanaſius apologia ſecunda: *Euſebiani ea per ſuos Romam miſerunt, eademque illa a Julio epiſcopo ad me tranſmiſſa ſunt. Inſaniunt igitur ſua arcana apud nos haberi, & a nobis recitari.* Vide Baronium anno 339. num. 14. & 16.

Euſebius Nicomedienſis arguitur.

*k Si igitur vere pacem.*) Futilem illam & procacem Euſebianorum aſſertionem, qua, ut judicium Romanæ eccleſiæ ſubterfugerent, illud inculcabant: Nequaquam ex magnitudine civitatum eſſe æſtimandas dignitates epiſcoporum: Julius falſe quidem, ſed vere ex ipſius Euſebii Nicomedienſis omnium antesignani factis exemplo petito, & inducta teſtificatione refellit. Ille enim majorum civitatum ſedibus inhians, nullo loco quietus conſiſtere potuit. Nam e Beryti ſede in Nicomedienſem tranſierat, & ex illa rurſus in Conſtantinopolitanam ſe contulerat.

Euſebianorum querela quæ.

*l Euſebio cum ſuis literis ſcripſerim.*) Querebantur Euſebiani non ad omnes, ſed ſolum ad Euſebium cum ſuis Julium ſcripſiſſe & ſynodum vocaſſe; quam inepte, ſequentia indicant. Hinc apparet priores literas Julii ad eos ad ſynodum vocandos, ex ſynodo datas eſſe; frequentia enim tunc concilia cogebantur. Quaſnam autem illi ſic ad ſynodum citati inanes cauſas falſoſque prætextus prætexuerint, ne Romam ad ſynodale judicium ſubeundum venirent, partim ſupra initio hujus epiſtolæ diximus, partim infra in notis ad concilium Antiochenum dicemus.

*m Quod autem non temere.*) Hoc loco acta utriuſque concilii Romani, de quibus infra, defendit, omneſque calumnias Athanaſio Tyri objectas refellit.

Acta Mareotica & Tyria quomodo accepta?

*n Ex monumentis actorum per Martyrium.*) Qua occaſione Julius pontifex acta Tyria & Mareotica acceperit, eaque poſt clandeſtinum abitum legatorum Euſebianorum retinuerit, ſupradiximus.

Romanæ ſynodi acta.

*o Cum igitur iſtiuſmodi allegarentur.*) Cum terminus indictæ ſynodi longius prætérlapſus eſſet, (Athanaſius enim annum & dimidium expectarat) ſynodum auſpicatus, Athanaſii, Marcelli, aliorumque epiſcoporum cauſam cognovit, quoſque innocentes eſſe judicaverat in communionem eccleſiaſticam recepit. Vide notas concilii Romani ſecundi.

Acta concilii Antiocheni quæ.

*p Qui igitur ſunt, qui contra canones.*) Hoc loco pontifex ſuggillat Euſebianos epiſcopos triginta ſex illos, qui vel ſeorſim, (ut factum fuerat in Tyrio conciliabulo ante) vel ſaltem imperatoris Conſtantii favore adjuti, contra plurium catholicorum vota ac ſuffragia in Antiocheno concilio Athanaſium injuſte depoſuerunt, inque ejus locum Gregorium Arianum, hominem peregrinum ac ſeditioſum ſuffecerunt, ac demum magna hominum cæde, non canonice, ſed militari manu in urbem introduxerunt. Quæ quando contigerint, vide notas Antiocheni concilii.

Gregorii inveſtitura quæ & qualis.

*q Quinimo quæ feruntur acta in introitu Gregorii.*) Cruentam illam introductionem Gregorii, quâ templa ſanctorum incenſa, Potamon ille ſanctus confeſſor, de quo ſupra in Nicæno concilio, funeſte occiſus, plures relegati, optimi quique fugati, quam præviſam fugerat Athanaſius, deſcribit hic paucis Julius pontifex: plura vide apud Athanaſium epiſtola ad ſolitarios, & epiſtola ad omnes orthodoxos ſcripta. Ita Baronius anno 342.

*r Poſtquam.*) Monet deinceps Euſebianos pontifex ut a cœptis deſiſtant atque mala patrata corrigant.

*ſ Hanc conſuetudinem eſſe.*) Perſpicue declaratur, tum ex canone eccleſiæ, tum etiam ex conſuetudine, ſic legitime epiſcoporum judicia exerceri ſolita, ut de his imprimis ad Romanum pontificem ſcriberetur, a quo quid definiendum eſſet acciperetur.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΟΥΛΙΟΥ ΡΩΜΗΣ,

### πρὸς τὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κληρικὺς τε καὶ λαοὺς.

Ἰέλιος ἐπισκόποις κὶ πρεσβυτέροις, κὶ διακόνοις, κὶ λαῷ παροικῦντι Ἀλεξάνδρειαν, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΣΥΓΧΑΙΡΩ κἀγὼ ὑμῖν, ἀδελφοὶ ἀγαπητοὶ, ὅτι τὸν καρπὸν τῆς ἑαυτῆς πίστεως ἐπ' ὀφθαλμῶν λοιπὸν ὁρᾶτε. τῦτο γὰρ ἀληθῶς ἄν τις ἴδοι γινόμενον ἐπὶ τοῦ ἀδελφοῦ κὶ συνεπισκόπε με Ἀθανασίε. ὃν διά τε τὴν καθαρότητα τοῦ βίε, κὶ διὰ τὰς ὑμετέρας εὐχὰς, ὁ Θεὸς ὑμῖν ἀποδίδωσιν. ἐκ δὴ τούτου συνορᾷν ἐστὶν καθαρὰς ὑμῶν κὶ μεστὰς ἀγάπης ἀεὶ τὰς εὐχὰς ἀνενηνοχέναι πρὸς τὸν Θεόν. μνήμονες γὰρ ὄντες τῶν οὐρανίων ἐπαγγελιῶν, ϗ τῆς πρὸς αὐτὰς ἀγάπης, ἣν ἐκ τῆς διδασκαλίας τοῦ προειρημένου ἀδελφοῦ με ἐπαιδεύθητε, ἔγνωτε ἀληθῶς. κὶ κατὰ τὴν προσοῦσαν ὑμῖν ὀρθὴν πίστιν κατειλήφατε τοῦτο. ὡς οὐκ ἂν εἰς τέλος οὕτως ἀφ' ὑμῶν ἀποχωρισθήσεται. ὃν ἐν ταῖς θεοσεβέσιν ὑμῶν ψυχαῖς ἐχήκατε ὡς παρόντα ἀεί. οὐκοῦν, οὐ πολλῶν μοι χρεία λόγων πρὸς ὑμᾶς ἐπιστέλλοντι. ὅσα γὰρ ὑμῖν λέλεκται παρ' ἐμοῦ, ταῦτα ἡ ὑμετέρα πίστις προείληφε, κὶ πεπλήρωται κατὰ Χριστοῦ χάριν τὰ τῆς κοι-



## * EPISTOLA V.

# JULII PAPÆ I.

### AD ALEXANDRINOS.

*Julius presbyteris, diaconis, & populo in parœcia Alexandriæ.*

GRATULOR vobis, dilectiſſimi fratres, quod fructum fidei veſtræ ante oculos videatis: id enim ita eſſe liquidiſſime apparet in fratre & coepiſcopo noſtro Athanaſio, quem Deus & ob vitæ ſanctitatem & orationes veſtras vobis reſtituit. Ex qua reſpectare licet, quam puras ſemper preces & caritatis plenas ad Deum extuleritis. Memores quippe cœleſtium promiſſorum, & cœleſtis converſationis, quam ex doctrina prædicti patris veſtri didiciſtis, certo vereque cognitum habuiſtis, & pro veſtra recta fide apprehendiſtis, nunquam illum perpetuo a vobis direptum iri, quem in piis pectoribus veſtris, tanquam præſentem, retinebatis. Non mihi igitur ad vos ſcribenti multis verbis opus eſt: quæcumque enim a me dici poterunt, ea fides veſtra jam anticipavit, & implevit ſecundum Dei gratiam quidquid a nobis optari poſſit. Gratulor igitur vobis, rurſum enim dicam, gratulor quod animas veſtras in tuenda fide inexpugna-

gnabiles conſervaſtis. Sed interim fratri meo A Athanaſio non minus gratulor, quod quamquam multa acerba pateretur, nulla tamen hora veſtræ caritatis, veſtrique deſiderii oblivionem induxerit: nam tametſi corpore ad tempus videretur a vobis ſeparari, ſpiritu tamen perpetuo vobiſcum agebat, &c.

Redit igitur ad vos ſplendidior nunc, quam cum a vobis diſcederet. Quod ſi res pretioſas aurum & argentum ad puritatem ignis explorat, quid, quæſo, dignum eloquaris tanto viro, qui ex tantis malorum periculis purus innocenſque vobis reſtituitur, taliſque non noſtro dumtaxat judicio, ſed ab univerſa ſynodo judicatus eſt? Excipite igitur, dilecti fratres, cum omni ſecundum B Deum gloria & lætitia epiſcopum veſtrum Athanaſium, & cum eo quotquot ſocii tantarum ærumnarum fuere, lætique ſitis de fructu orationum veſtrarum, qui paſtorem veſtrum (ut ſic dicam) deſiderantem & ſitientem veſtram pietatem ſalutaribus ſcriptis aluiſtis, potumque ei dediſtis: nam peregre illi commoranti conſolationi fuiſtis, cumque perſecutiones tolerantem fideliſſimis animis, & mentibus veſtris refocillaſtis. Mihi certe voluptati eſt contemplanti, & jam animo perſpicienti uniuſcujuſque in ejus reditu lætitiam, & multitudinis religioſiſſimæ occurſus, & celebrem convenientium feſtivitatem. C

Quis putas aut qualis erit vobis ille dies, cum & frater noſter revertetur, & mala ſuperiora finem accipient? cumque pretioſus & optabilis illius reditus omnes alacritate pleniſſimi gaudii in unum cooptabit? Tale gaudium maxima ex parte etiam ad nos uſque pertingit, quibus divinitus tanti viri notitia conceſſa eſt. In preces igitur epiſtolam deſinere oportet. Deus omnipotens & ejus Filius dominus & ſalvator noſter Jeſus Chriſtus perpetuam vobis gratiam præbeat, referens præmia veſtræ admirabilis fidei, quam claro martyrio erga Athanaſium epiſcopum veſtrum exhibuiſtis, ut vobis veſtriſque poſteris & hic & in futuro optima D impertiat, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis aſcenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus ſe, per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem omnipotenti Deo gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. Valere vos omnes in domino exopto, fratres dilecti.

Agit apud Deum precibus Iulius.

A γῆς ὑμῶν πάντων ἀρχῆς. συγχαίρω τοίνυν ὑμῖν. ϖάλιν γὰρ ὁρῶ, ὅτι τὰς ψυχὰς ἀκαταμαχήτους ἐν τῇ ϖίστει τετηρήκατε. καὶ αὐτῷ δὲ τῷ ἀδελφῷ μου Ἀθανασίῳ οὐκ ἔλαττον συγχαίρω, ὅτι καίπερ πολλὰ πάσχων λυπηρὰ, οὐδεμίαν ὥραν ἐπιλήσμων γέγονε τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, καὶ τοῦ ὑμετέρου πόθου. εἰ γὰρ καὶ τῷ σώματι πρὸς καιρὸν ἔδοξεν ἀφ' ὑμῶν ἀφελκυσθῆναι, ἀλλὰ τῷ πνεύματι διὰ παντὸς, ὡς συνὼν ὑμῖν διῆγε. καὶ ἔγωγε ἀγαπητοὶ τὸν γενόμενον κατ' αὐτοῦ πάντα πειρασμὸν, οὐκ ἄδοξον ἡγοῦμαι γεγενῆσθαι· καὶ γὰρ καὶ ἡ ὑμετέρα καὶ ἡ τούτου πίστις ἐγνώσθη παρὰ πᾶσι καὶ δεδοκίμασται. εἰ γὰρ μὴ τοσαῦτα συμβεβήκει, τίς ἂν ἐπίστευσεν, ἢ εἰς ὑμᾶς τοσαύτην κρίσιν, καὶ τοσαύτην ἀγάπην περὶ τὸν τηλικοῦτον ἐπίσκοπον ἔχειν, ἢ ἐκεῖνον τοσαύταις ἀρεταῖς περιβεβλῆσθαι, δι' ἃς καὶ τῆς ἐν οὐρανοῖς ἐλπίδος οὐκ ἀλλότριος γένοιτο. ἐπέτυχε τοίνυν ὁίῳ δήποτε τρόπῳ καὶ ἐν τῷ νῦν, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, καὶ ὁμολογίας ἔνδοξον μαρτυρίαν. διαφόρως γὰρ κατά τε γῆν καὶ κατὰ θάλατταν πολλὰ πειρασθεὶς, τὴν σκαιωρίαν πᾶσαν τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως κατεπάτησε. καὶ πολλάκις διὰ φθόνον, καὶ εἰς κίνδυνον ἐπιβουλευθεὶς, κατεφρόνησε θανάτου, φρουρούμενος ὑπὸ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐλπίζων ἅμα καὶ τὰς ἐπιβουλὰς ἐκκλίνειν, C καὶ ἀποκαταστασθήσεσθαι πρὸς ἡμετέραν παράκλησιν, φέρων ὑμῖν ἅμα, ἐκ τῆς ὑμετέρας συνειδήσεως μείζονα τὰ τρόπαια. ἐν οἷς καὶ ἄχρι περάτων πάσης τῆς γῆς ἔνδοξος ἐγνώσθη δοκιμασθεὶς ἐκ τοῦ βίου, παρρησιασάμενος μετὰ τῇ προθέσει καὶ τῇ οὐρανίᾳ διδασκαλίᾳ ἀποδεχθεὶς δὲ ἀθανάτῳ κρίσει παρ' ὑμῶν ἀγαπώμενος. Ἐπανέρχεται τοιγαροῦν πρὸς ὑμᾶς λαμπρότερος νῦν, ἢ ὅτε παρ' ὑμῶν ἀπεδήμησεν. εἰ γὰρ καὶ τὰς τιμίας ὕλας, χρυσὸν δὴ λέγω καὶ ἄργυρον, εἰς καθαρότητα τὸ πῦρ δοκιμάζει, τί ἄν τις εἴποι κατ' ἀξίαν τοῦ τοσούτου ἀνδρὸς ὃς τοσούτων θλίψεων πυρὰν, καὶ τοσούτους κινδύνους νικήσας ἀποδίδοται νῦν ὑμῖν ἀθῶος, οὐ παρ' ἡμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ παρ' ἁπάσης τῆς συνόδου ἀποδεχθείς. ὑποδέξασθε τοίνυν ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, μετὰ D πάσης τῆς κατὰ Θεὸν δόξης τε καὶ χαρᾶς τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν Ἀθανάσιον, μετὰ τούτων οἵ τινες αὐτῷ κοινωνοὶ γεγόνασι. καὶ χαίρετε τῶν εὐχῶν ἀπολαύοντες τὸν ποιμένα τὸν ὑμέτερον, ἵν' οὕτως εἴπω, ποθοῦντα, καὶ διψῶντα τὴν ὑμετέραν θεοσέβειαν, σωτηρίαις γραφαῖς ἐθρέψατε καὶ ἐποτίσατε. καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῆς ξένης αὐτοῦ διατριβῆς, ὑμεῖς παραμυθία γεγόνατε. καὶ διωκόμενον, καὶ ἐπιβουλευόμενον ἐθάλψατε ταῖς πιστοτάταις ἑαυτῶν ψυχαῖς καὶ διανοίαις. ἐμὲ δὲ ἤδη εὐφραίνει, ἐννοούμενον δὲ προορῶντα τῷ λογισμῷ, τὴν ἐπὶ τῇ ἐπανόδῳ, ἑκάστου ὑμῶν χαρὰν, καὶ τοῦ πλήθους τὰς θεοσεβεστάτας ἀπαντήσεις, καὶ τὴν ἔνδοξον τῶν συντρεχόντων ἑορτήν. καὶ τίς ἐκείνη ἡ ἡμέρα ὑμῖν, καὶ ποία ἔσται, ἐπανερχομένου μὲν τοῦ ἀδελφοῦ μου, παυσαμένων δὲ τῶν προγενομένων, καὶ τῆς πολυτιμήτου κατ' εὐχὴν ἐπανόδου εἰς εὐφροσύνην τινὰ πληρεστάτης χαρᾶς συνεκτώσης τοὺς πάντας. ἡ τοιαύτη χαρὰ τὸ κατὰ μέγιστον μέχρις ἡμῶν φθάνει. οἷς θεόθεν καὶ τοῦτο συγκεχωρῆσθαι συνέστηκεν, ὅπως εἰς γνῶσιν τοῦ τηλικούτου ἀνδρὸς ἐλθεῖν δυνηθῶμεν. εἰς εὐχὴν οὖν τὴν ἐπιστολὴν πληρῶσαι καλόν. ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, καὶ ὁ τούτου υἱὸς ὁ κύριος καὶ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, διηνεκῆ τὴν χάριν ταύτην ὑμῖν παράσχοι διδοὺς ἔπαθλον τῇ θαυμαστῇ ὑμῶν πίστει, ἣ περὶ τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν ἐνδόξῳ μαρτυρίᾳ ἐνεδείξασθε. ἵνα ὑμῖν τε καὶ τοῖς μεθ' ὑμᾶς ἐνταῦθα, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι τὰ βελτίονα μένοι. ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. δι' οὗ τῷ παντοκράτορι Θεῷ ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὔχομαι, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί.

No-

A

## NOTÆ SEVERINI BINII

Epiſtola Julii ſ. quando & qua occaſione ſcripta?

*a Epiſtola.*) Hæc eſt illa, quam ſcripſit pontifex anno 349. cum poſt Gregorium Cappadocem in Sardicenſi concilio depoſitum, & a civibus occiſum Athanaſius a Conſtantio per tres epiſtolas evocatus, Alexandriam rediturus eſſet. Cum enim Conſtantius epiſcopos Sardicenſi concilio abſolutos, (Paulum nimirum Conſtantinopolitanum, & Athanaſium Alexandrinum epiſcopum,) aliter quam fratri Conſtanti, & patribus concilii Sardicenſis petentibus promiſerat, reſtituere per decem menſes diſtuliſſet: catholici aliquot Alexandrini, longas moras Athanaſium Alexandriam revertendi, ubi mox a ſynodo abſolutus expectabatur, ægro animo ferentes. Ipſum Gregorium in eadem ſynodo condemnatum & depoſitum, adhuc tamen obſtinato animo eccleſiæ incubantem interficiunt. Conſtans, quaſi ſe contemptum a Conſtantio ducens, minaces literas per Salutem platorem ad eum mittit, hasce.

Sunt hic apud me Athanaſius & Paulus, quos auditione accepi, pietatis cauſa perſecutionem paſſos eſſe. Quod ſi pollicearis, te illis ſuas ipſorum ſedes redditurum, inque eos a quibus ſine cauſa injuria affecti ſunt animadverſurum, viros ipſos ad te mittam: ſin autem recuſes iſta hoc modo perficere, pro certo velim cognoſcas, me eo venturum, & te invito illis ſuas ipſorum ſedes reſtituturum.

Ὧδε μέν εἰσι παρ' ἐμοὶ Ἀθανάσιος καὶ Παῦλος. ἀλλὰ πυνθανόμενος διέγνων εὐσεβείας αὐτοὺς χάριν διώκεσθαι. εἰ μὲν οὖν ἐπαγγέλλῃ ἀποδιδόναι τούτοις τοὺς θρόνους ἐκπεμπόμενος τοὺς μάτην αὐτοῖς προσφυομένους, ἀποστελῶ πρὸς σὲ τοὺς ἄνδρας, εἰ δ' ἀνανεύοις ταῦτα οὕτω ποιεῖν, εὖ ἴσθι, ὅτι αὐτὸς ἐγὼ αὐτόθι γενόμενος, καὶ ἄκοντί σου τούτοις τοὺς οἰκείους ἀποδίδωμι θρόνους.

Quibus literis acceptis Conſtantius imperator conterritus, ſuadentibus etiam Arianis epiſcopis, ne ultra bellum Perſicum, etiam ab occidentis imperatore Conſtante bello impetitus ſuccumberet, ſtatuit etiam præter animi ſententiam fratri petenti aſſentiri, & epiſcopos reſtituere. Scribit igitur ad Athanaſium tres, aut plures epiſtolas, quarum hæc, quæ ſequitur, prima eſt.

*Conſtantius Victor Auguſtus Athanaſio.*

DIU te jactari vexarique immanibus undarum procellis noſtræ clementiæ humanitas non permiſit: nudatum ſiquidem paternis ſedibus, boniſque tuis ſpoliatum, & in inviis feralibuſque locis errabundum noſtra indefatigabilis pietas non deſeruit. Nam tametſi jampridem ſuperſedi mentis meæ propoſitum ad te ſcribere, eo quod te ultro adventurum expectarem, & poſtulaturum malorum tuorum remedium, tamen, quia fortaſſe voluntatem propoſiti tui metus impedivit, ideo literas munificentiæ noſtræ pleniſſimas ad tuam conſtantiam miſimus, ut ſecure conſpectui noſtro quamprimum tuam præſentiam offeras, uti voti particeps, noſtramque humanitatem expertus, tuis reſtituaris. Hac enim de cauſa dominum meum & fratrem Conſtantem Victorem Auguſtum pro te adhortationibus conveni, ut tibi veniendi facultatem daret, quo utriuſque noſtrum nutu patriæ reſtituaris, & hoc pro pignore noſtræ gratiæ habeas.

Κωνστάντιος νικητὴς Αὔγουστος Ἀθανασίῳ ἐπισκόπῳ.

ΕΠὶ πολύ σε κλυδωνίζεσθαι, καὶ χειμάζεσθαι τοῖς τῆς θαλάσσης ὁμοίως κύμασιν ἀγρίοις, οὐκ ἀφῆκεν ἡ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος φιλανθρωπία. γυμνωθέντα σε τῆς πατρῴας ἑστίας, καὶ στερηθέντα τῶν ἰδίων, καὶ πλανώμενον ἐν θηριώδεσιν ἀνοδίαις, οὐ παρεῖδεν ἡ ἀκάματος ἡμῶν εὐσέβεια. εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐπὶ πολὺ ὑπερεθέμην γράψαι τὴν πρόθεσιν τῆς ἐμῆς διανοίας, προσδοκῶν αὐθαίρετόν σε παραγενέσθαι πρὸς ἡμᾶς,
B καὶ τῶν καμάτων αἰτεῖν θεραπείαν· ὅμως ἐπειδὴ ἴσως ὁ φόβος, τὴν προαίρεσιν τῆς σῆς προθέσεως ἐνεπόδισε, διὰ τοῦτο δωρεᾶς πληρέστατα γράμματα πρὸς τὴν σὴν στερρότητα διεπεμψάμεθα· ἵνα ἀφόβως ταῖς ἡμετέραις προσόψεσι ταχεῖαν τὴν σαυτοῦ παρουσίαν παρασχεῖν σπουδάσῃς, ὑπὲρ τοῦ τῆς σαυτοῦ ἐπιθυμίας ἀπολαύσας καὶ πειραθεὶς ἡμῶν τῆς φιλανθρωπίας, τοῖς ἰδίοις ἀποκατασταθῇς. τούτου γὰρ ἕνεκα καὶ τὸν δεσπότην καὶ ἀδελφόν μου Κώνσταντα τὸν νικητὴν Αὔγουστον, ὑπὲρ σοῦ παρεκάλεσα, ἵνα τοῦ ἐλθεῖν ἐξουσίαν σοι δῷ, ἐπὶ τῷ ἀμφοτέρων ἡμῶν ἐπινευσάντων, τῇ πατρίδι ἀποκατασταθῇς. ἔχων τοῦτο τῆς
C ὑμῶν χάριτος ἐνέχυρον.

Secunda ejuſdem epiſtola hæc eſt.

Etſi ſuperioribus literis ſignificavimus, ut ſecure ad noſtrum comitatum accederes, eo quod maxime cupiamus te ad tuos remittere, tamen etiam has literas nunc ad tuam ſolliditatem miſimus, quibus adhortamur, ut ſine omni diffidentia aut metu publica vehicula aſcendas, & properes ad nos, ut, quæ concupiſcis, aſſequare.

Εἰ καὶ μάλιστα διὰ προτέρων γραμμάτων ἐδηλώσαμεν, ὅπως ἀμερίμνως, εἰς τὸ ἡμέτερον κομιτᾶτον παραγένῃ, διὰ τὸ μάλιστα βούλεσθαι
D ἡμᾶς ἀποστεῖλαί σε εἰς τὰ ἴδια, ὅμως καὶ νῦν ταῦτα τὰ γράμματα, πρὸς τὴν σὴν στερρότητα δεδηλώκαμεν. διό, προτρεπόμεθα χωρὶς τινὸς ἀπιστίας καὶ φόβου, ἐπιβῆναί σε δημοσίοις ὀχήμασι καὶ σπουδάσαι πρὸς ἡμᾶς, ἵνα ὧν ἐπιθυμεῖς, ἀπολαῦσαι δυνηθῇς.

Tertia epiſtola ſic ſe habet.

Cum *Edeſſæ* commoraremur, præſentibus tuis presbyteris, placuit ut miſſo ad te presbytero, feſtinares ad noſtrum comitatum venire: ut ubi noſtrum vidiſſes conſpectum, ſtatim Alexandriam tranſires. Sed quia plurimum tem-
E poris interceſſit, ex quo literis noſtris acceptis non veniſti, ideo te nunc denuo admonitum volumus, ut vel nunc ſaltem quam celerrime ad nos te conferas, quo tu ita patriæ tuæ reſtituaris, ac nos tuis precibus frui poſſimus. Ad pleniorem autem cognitionem Achitam diaconum ad te miſimus, a quo diſcere licebit & mentis noſtræ voluntatem, & te aſſequi poſſe quæ votis optas.

Ἡνίκα ἐν τῇ Ἐδέσσῃ διετρίβομεν, παρόντων καὶ τῶν πρεσβυτέρων, ἤρεσεν ὅπως ἀποσταλέντος πρεσ-

πρεσβυτέρου πρὸς σὲ, ἐλθεῖν πρὸς τὸ ἡμέτερον κομιτάτον σπουδάσῃς, ἐπὶ τῷ ἰδόντα σε ἡμετέραν πρόσοψιν, εὐθέως εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐλάσαι. ἀλλ' ἐπειδὴ πλεῖστος χρόνος παρῆλθεν, ἀφ' οὗ γράμματα δεξάμενος παρ' ἡμῶν οὐκ ἀπήντησας, διὰ τοῦτο καὶ νῦν ὑπομνῆσαι ἐσπουδάσαμεν, ἵνα καὶ νῦν τὴν σὴν παρουσίαν ταχεῖαν ποιῆσαι πρὸς ἡμᾶς σπουδάσῃς, καὶ οὕτω δυνηθῇς τῇ πατρίδι σου ἀποκατασταθῆναι, καὶ τῆς εὐχῆς σου ἐπιτυχεῖν. πρὸς δὲ πληρεστάτην διήγησιν, Ἀχήταν τὸν διάκονον ἀπεστείλαμεν, παρ' οὗ δυνήσῃ μαθεῖν, τῆς τε ἡμετέρας ψυχῆς τὴν προαίρεσιν, καὶ ὅτι τούτων ὧν εὔχῃ, τυχεῖν δυνήσῃ.

Athanaſius his literis acceptis ex Gallia, quo a Conſtante Aquileja evocatus fuerat, in Italiam aſcendit, eccleſiam, & epiſcopum, (Romanum nempe, qui antonomaſtice ita nominabatur) aditurus, cum ibidem a Julio honorifice exceptus fuiſſet, cum hiſce Julii literis dimiſſus profectus eſt Antiochiam, ubi a Conſtantio benigne exceptus, dum Leontii communionem recuſaſſet, petitamque Alexandriæ pro Euſebianis eccleſiam denegaſſet, Conſtantii epiſtolis ad Alexandrinos ſcriptis communitus, ad ſuos tandem reverſurus, inde diſceſſit anno Chriſti 349. Vide Baronium prædicto anno &c.

Epiſtola " Conſtantii ad Alexandrinos clericos hæc eſt:

" Conſtantii.

*Victor Conſtantius Maximus, Auguſtus, epiſcopis & presbyteris catholicæ eccleſiæ ſalutem.*

NON eſt derelictus a Dei gratia reverendiſſimus Athanaſius, tametſi ad breve tempus humanæ probationi ſubjectus fuerit: juſtum enim debitumque jam ab omnia ferente & ſuſtinente providentia calculum retulit, eo quod & voluntate Optimi, & judicio noſtro, patriam & eccleſiam, quam antea divino nutu poſſedit, recipiat: ad quem congruentia etiam a noſtra humanitate perferri oportet: adeo ut omnia, quæ antea contra eos, qui cum eo communionem celebrarunt, decreta fuere, oblivioni tradi velim; omniſque deinceps ſuſpicio contra aboleatur; & immunitas, quam olim habuere ipſius clerici, firma illis & rata (prout decet) conſervetur. Quin & hoc quoque ejus gratia adjici, æquum arbitrati ſumus, ut apud univerſos ſacri ordinis viros promulgetur, cunctis qui Athanaſio adhæſere datam eſſe ſecuritatem, ſive epiſcopi, ſive clerici ſint. Abunde enim argumenti erit, unumquemque eorum probi animi eſſe, vel eo ſolo quod Athanaſio conſociati fuere. Quicumque enim meliori & judicio & factione hujus communionem elegerunt, hos omnes juſſimus ad exemplar ſuperioris providentiæ, & ſecundum noſtram voluntatem, ut gratia ab optimo Deo tributa ſecuriter perfruantur. Deus vos ſervet.

Νικητὴς Κωνστάντιος, μέγιστος, σεβαστὸς, ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας.

ΟΥκ ἀπελείφθη τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος ὁ αἰδεσιμώτατος ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος. ἀλλ' εἰ καὶ ἐν βραχεῖ χρόνῳ τῇ κατὰ ἀνθρώπους δοκιμασίᾳ ὑπεβλήθη, ὅμως τὴν ὀφειλομένην παρὰ τῆς πανεπόπτου προνοίας ἐπηνέγκατο ψῆφον, ἀπολαβὼν βουλήσει τοῦ κρείττονος, καὶ κρίσει τῇ ἡμετέρᾳ τὴν πατρίδα ἐμοῦ καὶ τὴν ἐκκλησίαν, ἧς θείῳ νεύματι προστάτης ἐτύγχανε". τούτῳ τὰ ἀκόλουθα ἔδει παρὰ τῆς ἡμετέρας ὑπάρξαι πραότητος. ὥστε πάντα τὰ πρὸ τούτου κατὰ τῶν αὐτῷ κεκοινωνηκότων ὡρισμένα νῦν, ἀμνηστίᾳ παραδοθήσεται. πᾶσάν τε ὑποψίαν τὴν κατ' αὐτοῦ χαλάσαι τοῦ λοιποῦ, τήν τε ἀτέλειαν ἧς ἐτύγχον πάλαι οἱ ἅμα αὐτῷ κληρικοὶ, τούτοις δὲ βεβαιωθῆναι προσηκόντως. ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦτο τῇ εἰς αὐτὸν χάριτι προστεθῆναι ἐδικαιώσαμεν. ὥστε πάντας τοὺς τοῦ ἱεροῦ καταλόγου γινώσκειν ἐκδέδοσθαι τὸ ἄφοβον πᾶσι τοῖς αὐτῷ προστιθεμένοις, εἴτε ἐπισκόποις, εἴτε κληρικοῖς. ἱκανὸν δὲ γνώρισμα, τῆς ἑκάστου ὀρθῆς προαιρέσεως, ἔσται ἡ πρὸς τοῦτον ἕνωσις. ὅσοι γὰρ ἂν τῆς καλλίονος ὁμοῦ κρίσεώς τε καὶ μοίρας γενόμενοι, τὴν τούτου ἕλωνται κοινωνίαν, τούτους πάντας ἐκελεύσαμεν, καθ' ὁμοιότητα τῆς φθανούσης προνοίας, καὶ νῦν τῇ ὑφ' ἡμῶν βουλήσει, τοῦ κρείττονος παρασχεθείσης χάριτος ἀπολαύειν.

*Victor Conſtantius Maximus, Auguſtus, populo Alexandriæ catholicę eccleſię ſalutem.*

CUM ante oculos habeamus veſtram in omnibus diſciplinam, & nequaquam inſcii ſimus vos jampridem epiſcopali providentia deſtitutos, decrevimus Atanaſium epiſcopum, virum apud omnes rectitudine morumque probitate clarum, ad vos remittere. Hunc igitur ſi lubenter & decenter receperitis, eumque ad Deum fuſis precibus opitulatorem adhibueritis, concordiam & vobis decoram & nobis gratiſſimam ſimul pacemque perpetuam & eccleſiæ legem conſervabitis. Abſurdum enim eſt diſcordiam aut ſeditionem inter vos agitari, & alienum hoc ipſum eſt a noſtrorum temporum integritate. Volumus igitur & hoc vitium prorſus a vobis abeſſe, & vos in veſtris precibus perpetim illo (ut dixi) præſide & opitulatore apud Deum uti, & in eo ſtudio ſolito more perſeverare: ut tali propoſito, veſtro omnium ore celebrato, Gentiles, qui etiamnum idolorum erroribus inhærent, ad ſacræ religionis cognitionem promptiſſime decurrant.

Quapropter denuo vos admonemus, ut ſuperioribus dictis acquieſcentes, epiſcopum ſuffragio Optimi, & noſtra voluntate, huc remiſſum, libenter ſuſcipiatis, eumque ab animis ſententiiſque veſtris indiſſolubilem putetis: id enim vos decet, & noſtræ manſuetudini congruum eſt. Ad omnem ſiquidem conturbationis & ſeditionis materiam extirpandam, qua cupidi malorum libenter utuntur, noſtris apud vos judicibus per literas injunximus, ut, quotquot ſeditioſos invenerint, pœnis ſuppliciiſque legum coerceant. Omnia igitur iſta præ oculis habentes, & noſtram cum optimo Deo conjunctam ſententiam, curamque veſtram ſimul & concordiæ, pœnamque in immodeſtos conſtitutam, congrua decentiaque ſacræ religionis legibus ſervantes, prædictum Athanaſium cum omni reverentia & honore colite, veſtraſque preces cum eo & pro noſtra & pro cujuſque vitæ ſanctitate Deo omnium parenti offerte.

Rogat ſuſcipi Athanaſium.

Νικη-

Νικητὴς Κωνστάντιος, μέγιστος, σεβαστὸς, τῷ λαῷ τῆς κατὰ Ἀλεξάνδρειαν καθολικῆς ἐκκλησίας.

Σκοπὸν ποιούμενοι τὴν ὑμετέραν ἐν ἅπασιν εὐνομίαν, εἰδότες τε ὡς ἐπιπολὺ τῆς τοῦ ἐπισκοποῦντος προνοίας ἐστερῆσθαι Ἀθανάσιον τὸν ἐπίσκοπον, ἄνδρα τοῖς πᾶσι, διά τε τὴν προσοῦσαν ὀρθότητα, καὶ διὰ τὴν οἰκείαν εὐτροπίαν, γνώριμον πάλιν πρὸς ὑμᾶς ἀποστεῖλαι ἐδικαιώσαμεν. τοῦτον συνήθως καὶ προσηκόντως ὑποδεξάμενοι, καὶ ταῖς πρὸς τὸν Θεὸν εὐχαῖς βοηθὸν προστησάμενοι, τὴν ὑμῖν τε πρέπουσαν καὶ ἡμῖν B ἀρεστὴν ὁμόνοιαν καὶ εἰρήνην κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας θεσμὸν διαρκῆ φυλάττειν σπουδάσατε. οὐδὲ γὰρ εὔλογόν ἐστι, διχόνοιάν τινα, ἢ στάσιν ἐν ὑμῖν κινηθῆναι, ὑπεναντίαν τῆς τῶν ἡμετέρων καιρῶν εὐμοιρίας. καὶ τοῦτο μὲν ἀπεῖναι ἀφ' ὑμῶν παντελῶς βουλόμεθα. τὸ δέ γε ταῖς εὐχαῖς ὑμᾶς διαρκῶς αὐτῷ, ὡς προείρηται, προστάτῃ καὶ ἐπικούρῳ χρωμένους πρὸς τὸ θεῖον ἐμμένειν, συνήθως παραινοῦμεν ὡς ἂν τῆς τοιαύτης ὑμῶν προθέσεως εἰς τὰς ἁπάντων εὐχὰς διαβαινούσης, καὶ ἐκ τῶν ἐθνῶν, οἱ τῇ τῶν εἰδώλων πλάνῃ ἔτι καὶ νῦν προσανέχοντες, ἐπὶ τὴν τῆς ἱερᾶς θρησκείας ἐπίγνωσιν, προθυμότατα σπεύδοιεν, C Ἀλεξανδρεῖς προσφιλέστατοι. καὶ αὖθις οὖν παραινοῦμεν, τοῖς προειρημένοις ἐμμένειν. τὸν δὲ ἐπίσκοπον, ψήφῳ τοῦ κρείττονος, καὶ ἡμετέρᾳ γνώμῃ ἀπεσταλμένον, ἡδέως δέξασθαι, πάσης ψυχῆς γνώμῃ ἀσπαστὸν ἡγήσασθε. τοῦτο γὰρ καὶ ὑμῖν πρέπει, καὶ τῇ ἡμετέρᾳ πρᾳότητι προσήκειν συνέστηκεν. ὑπὲρ γὰρ τοῦ πᾶσαν ἀνασκευὴν, καὶ στάσεως πρόφασιν περιαιρεθῆναι τῶν ἐθελοκακίᾳ χρωμένων, τοῖς παρ' ὑμῖν δικασταῖς διὰ γραμμάτων προσετάξαμεν ἅπαντας, οὓς ἂν στασιώδεις καταμάθοιεν τῇ τῶν νόμων ὑποβάλλειν ἐκδικίᾳ. ἀμφότερα τοίνυν συνορῶντες, καὶ τὴν D ἡμετέραν μετὰ τοῦ κρείττονος γνώμην, καὶ τὸν ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τῆς ὁμονοίας λόγον. καὶ τὴν κατὰ τῶν ἀτάκτων τιμωρίαν, τὰ πρέποντα καὶ ἁρμόζοντα τῷ τῆς ἱερᾶς θρησκείας θεσμῷ διαφυλάττοντες, καὶ τὸν προειρημένον διὰ πάσης αἰδοῦς καὶ τιμῆς ἄγοντες. τὰς εὐχὰς ἅμα αὐτῷ ὑπέρ τε ἑαυτῶν καὶ τῆς τοῦ βίου εὐνοίας τῶν ὅλων Θεῷ πατρὶ ἀναπέμπειν σπουδάζετε.

Epiſtolam ad præfectos ejuſdem provinciæ ſcripſit hanc:

*Victor Conſtantius Auguſtus Neſtorio, & eadem forma Auguſtamnicæ Thebaidis, & Africæ præfectis.*

SI quid unquam ad noxam contumeliamve eorum, qui Athanaſio communicarunt, decretum invenitur, id omnino deleri volumus. Nam & officium quod antea habuerunt ejus clerici, iterum eoſdem habere volumus. Hoc enim decretum obſervari jubemus, ut reſtituto Athanaſio ſuæ eccleſiæ, communicatores illius idem habeant officium quod antea poſſederunt, quo & ipſi ſe gaudeant prorſus reſtitutos eſſe.

A Νικητὴς Κωνστάντιος Αὔγουστος Νεστορίῳ. τῷ δὲ αὐτῷ τύπῳ καὶ τοῖς ἐν Αὐγουσταμνίκῃ, καὶ Θηβαΐδι, καὶ Λιβύῃ, ἡγεμόσιν.

Εἴ τι ποτὲ πρὸ τούτου ἐπὶ βλάβῃ καὶ ὕβρει τῶν κοινωνούντων Ἀθανασίῳ τῷ ἐπισκόπῳ πραχθὲν εὑρίσκεται, τοῦτον νῦν ἀπολειφθῆναι βουλόμεθα· καὶ γὰρ τὴν ἀλειτουργησίαν ἣν οἱ αὐτοῦ κληρικοὶ εἶχον, τὴν αὐτὴν πάλιν θέλομεν ἔχειν. ταύτην δὲ τὴν ἡμετέραν πρόσταξιν φυλαχθῆναι βουλόμεθα. ὥστε ἀποδοθέντος Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου τῇ ἐκκλησίᾳ, τοὺς κοινωνοῦντας B αὐτῷ ἔχειν ἀλειτουργησίαν ἣν ἀεὶ ἔσχον, ἣν καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοὶ ἔχουσιν ἵν' οὕτως ἔχοντες καὶ αὐτοὶ χαίρωσιν.

His literis a Conſtantio acceptis itineri ſeſe accinxit: interea magno omnium catholicorum luctu Conſtantem imperatorem a Magnentio menſe Martio anni 350. occidi contigit. Quod cum Ariani læto animo accepiſſent, Athanaſium adhuc in itinere hærentem, quaſi per obitum patroni ſui interceptus eſſet, territare conati fuerunt. Conſtantius vero imperator iſta audiens per literas quas infra ſubjungemus, illum bono animo eſſe jubet. Exemplar earum hoc eſt.

*Victor Conſtantius Auguſtus Athanaſio ſalutem.*

C VOTUM meum fuiſſe ut omnia ex ſententia fratri meo Conſtanti procederunt, neque vel tuam conſcientiam latet. In quanto autem mœrore fuerim, cum didiciſſem eum a quibuſdam impiis ſublatum eſſe, facile iterum tua prudentia divinaverit. Ceterum quia nonnulli ſunt in hoc luctuoſo tempore, qui te terrere ſatagunt, ideo has literas tuæ firmitudini porrigendas cenſuimus, quibus tibi auctor ſum, ut quemadmodum epiſcopum decet, ea quæ ad ſacram religionem pertinent, populos doceas, tuiſque conſuetis precibus vaces, neque vanum rumorem ferentibus credas, quicumque etiam fuerint. In noſtro autem animo fixum D eſt, ut ſecundum noſtram voluntatem perpetuo in ſede tua epiſcopus maneas. Divina providentia te plurimis annis conſervet, parens cariſſime.

Νικητὴς Κωνστάντιος Αὔγουστος, Ἀθανασίῳ.

Εὐχὴν ἀεί μοι ταύτην γεγενῆσθαι, ὥστε πάντα καταθυμίως ἀποβαίνειν, τῷ ποτὲ μου ἀδελφῷ Κώνσταντι, οὐδὲ τὴν σὴν σύνεσιν ἔλαθεν, ἐν ὅσῃ τε λύπῃ διετέθην, μαθὼν τοῦτον ἀνῃρῆσθαι παρά τινων ἀνοσιωτάτων, στοχάζεσθαι πάλιν δύναται ἡ σὴ φρόνησις. ἐπεὶ οὖν τινές εἰσιν οἱ ἐν τῷ παρόντι καιρῷ, τῷ οὕτως πενθι- E κῷ πειρώμενοί σε ἐκφοβεῖν, διὰ τοῦτο ταῦτα πρὸς τὴν σὴν στερρότητα, δοθῆναι τὰ γράμματα ἐδικαίωσα, προτρεπόμενός σε, ἵνα ὡς πρέπει, ἐπίσκοπον τοὺς λαοὺς τὰ ὀφειλόμενα τῇ θείᾳ θρησκείᾳ διδάσκῃς, καὶ μετ' αὐτῶν συνήθως εὐχαῖς σχολάζῃς, καὶ μὴ ματαίοις θύλοις, οἵ τινες ἂν γένοιντο πιστεύσῃς, ἡμῖν γὰρ τοῦτο ἐν ψυχῇ πέπηγεν, ὥστε σε ἀκολούθως τῇ ἡμετέρᾳ προαιρέσει, διὰ παντὸς ἐν τῷ τόπῳ σου θέλειν ἐπίσκοπον εἶναι. ἡ θεία πρόνοια πολλοῖς ἔτεσί σε διατηροίη, γονεῦ προσφιλέστατε.

MO-

# MONITUM

## in epiſtolam ſequentem.

A Catholicis pro vera Julii epiſtola eſt laudata.

I. Epiſtolæ hujus fragmentum habemus tum græce in concilio Epheſino act. 1. pag. 509. in apologetico Cyrilli adverſus Orientales ad anathem. 6. apud Photium cod. 230. pag. 845. tum latine apud Marium Mercatorem in excerptis concilii Epheſini & apud Facundum lib. 1. c. 5. Quod autem in Epheſino concilio prolatum eſt, a Cyrillo Alexandrino excerptum eſſe Hypatius Epheſinus antiſtes in Collatione cum Severianis anno 535. habita, necnon Eulogius Alexandrinus apud Photium cod. 230. pag. 845. teſtantur. Ipſo concilio audiente ac probante lectum & una cum aliis patrum teſtimoniis inſertum actis fuiſſe conſtat. Illud exinde pro authentico Julii ſcripto habuere Marius Mercator, Vincentius Lirinenſis, Facundus, Hypatius Epheſinus, & Eulogius Alexandrinus antiſtes, quoad Leontius lib. de ſectis act. 8. ex plurium exemplarium fide aſſerere non dubitavit, non Julii, ſed Timothei, qui Apollinarium præceptorem ac magiſtrum habuit, eſſe epiſtolam illam ex qua deſcriptum fuit.

Timotheo Apollinarii diſcipulo a Leontio adſcribitur.

Quanta eſſe debeat Leontii hac in re auctoritas.

II. Leontii quidem auctoritas Epheſini concilii auctoritati, ſi res eſſent pares, non dicam non anteferenda, ſed nec prorſus conferenda judicaretur. At cum de epiſtolæ ſinceritate nullam in concilio inquiſitionem præceſſiſſe, & contra Leontium ea in re exploranda diligentiam adhibuiſſe appareat; hujus non videtur parvipendenda cenſura. Nempe cum forte hæc una ad Proſdocium epiſtola, in qua nihil aperte falſum, Julii nomine circumferretur, nihil erat cur ſynodus inſcriptioni diffideret: verum ubi ſubinde plures aliæ eidem ſuppoſitæ divulgari cœperunt manifeſtam Apollinarii impietatem continentes, quibus Eutyches ejuſque diſcipuli abutebantur, coacti ſunt fidei defenſores, ut hujus ſicut & ceterarum auctorem retegerent, operam impendere ſuam. Qua in re Leontius felicior ceteris, ut & diligentior fuit.

Sub catholicis verbis latere in ea hæreticos ſenſus.

III. Quamdiu tamen ex hac epiſtola nihil aliud videre nobis licuit, quam quod ab Epheſina ſynodo laudatum eſt; verebamur, pro noſtra in ſanctiſſimum illud concilium obſervantia, fragmentum Julio adſcriptum ei prorſus abjudicare, atque in appendicem amandare. At ex quo Michael Lequien, erudita Damaſceni editione notiſſimus, epiſtolam integram, ex antiquo exemplari Anglicano erutam, nobiſcum pro ſua comitate communicavit, Leontii cenſuræ prorſus ſubſcribendum duximus, niſi quis eam Apollinario ipſi, non ejus diſcipulo Timotheo adjudicare malit. Fatetur quidem Leontius lib. de ſectis act. 8. nihil in ea eſſe, quod nobis, hoc eſt orthodoxæ fidei, adverſetur; adeoque quod eam Julii eſſe dicant, flocci faciendum: inficiandum tamen non eſt, ſub catholicis verbis, veluti ſpecioſis integumentis, operta quædam latere ubique Appolinarianæ doctrinæ ſemina; quod aptius exempla in notis ſubjicienda confirmabunt.

Argumenta quibus Julio abroganda judicatur.

IV. Præterea & alia argumenta, quibus Leontius & antiquus alter Severianorum adverſarius ſuperiorem epiſtolam Julio indignam, & Apollinario ſeu ejus diſcipulo dignam cenſuerunt, in hanc prope omnia conveniunt. In fronte ſimilis præfigitur inſcriptio, Domino meo deſideratiſſimo &c. Immo cum ibi non addatur, ut in ſuperiori, συλλειτουργῷ; hæc cum Romanorum præſulum more eo magis pugnat, quod ille Proſdocius nec epiſcopus, nec presbyter nominetur. Deinde pariter epiſtolæ hujus auctor, mentione corporis facta, nuſquam id mente præditum vel animatum dicit. Ad hæc Athanaſius Apollinarium refutans, nonnulla ipſius verba profert, quæ in hac epiſtola contineri aut certe his valde affinia eſſe oſtendemus. De hac quoque id, quod anonymus de ſuperiore, dicere licet, Nec ipſa phraſis (Julio) convenit tamquam converſa è latino, cum ſit nimis græca.

Inter præ[illegible] legitur epiſtola Julii ad Acacium.

V. In hoc ſcripto non ſolum exſtat teſtimonium a concilio Epheſino laudatum; ſed & aliud a Sirmondo notis in Facundi lib. 1. c. 5. exſcriptum ex collectaneis Anaſtaſii cujuſdam presbyteri manu exaratis, quæ in bibliotheca collegii Pariſienſis ſoc. Jeſu aſſervantur. Quamquam in his collectaneis non tamquam ex epiſtola ad Proſdocium, ſed velut ex epiſtola Julii ad Acacium citatur. Qua de varietate quid ſentiendum ſit ſuo loco dicturi ſumus. Quæ autem brevis hujus excerpti beneficio corrigere datum eſt, aliquod aliud exemplar, unde reliqua epiſtola emendetur, tanto magis deſiderandum ſuadent, quanto nos de verbis hæretici catholicum ſe fingentis certiores eſſe decet, ut in quo ſita ſit illius ſimulatio, aut quatenus hæretica placita inſinuet, facilius deprehendamus.

Poſt annum 360. ſcripta fuit.

VI. Argumentum illud, quo Spiritus-ſancti deitas paulo operoſius initio hujus ſcripti approbatur, indicio eſt illud non ante, quam Macedonius Spiritum-ſanctum Deum negare cœpit, adeoque poſt annum 360. elaboratum eſſe. Quemadmodum autem in Cappadocia & in eccleſiis Ponti Baſilius & Gregorius, ita & in Syria Appollinarius Laodicenus, teſte Sozomeno lib. 6. c. 22. Eccleſiæ de Spiritus-ſancti divinitate doctrinam acerrime tutabatur. Ex quo & robur accedit iis, quæ de epiſtolæ hujus auctore obſervavimus.

EPI-

# EPISTOLA XVI.

Τοῦ μακαρίου Ἰουλίου ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης πρὸς Προσδόκιον ἐπιστολή.

Beati Julii archiepiſcopi Romæ ad [1] Proſdocium.

*Quid de Trinitate atque Incarnatione Domini ſit ſentiendum.*

Τῷ δεσπότῃ μου τῷ ποθεινοτάτῳ Προσδοκίῳ Ἰούλιος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

A

1. ΤΟ φρόνημα ἡμῶν κατὰ τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν· πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος μία θεότης ἀληθινή· μία προσκύνησις καὶ δοξολογία υἱοῦ πρὸς πατέρα ἐν τῇ προσκυνήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὁ δὲ θεότητα ἑτέραν εἰσάγων, ἀνάθεμα. καὶ ὁ προστιθεὶς ἑτέραν ὁμολογίαν παρὰ τὰς φωνὰς τῶν Σεραφείμ. τῶν ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος σαβαώθ, πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ, ἀνυμνούντων εἰς τὴν θείαν τριάδα, ὡς ὁ Ἰωάννης καὶ ὁ Παῦλος μαρτυροῦσιν· ὁ μὲν Ἰωάννης υἱοῦ δόξαν πεπληρωκέναι εἰπὼν τὸν προφήτην ὑμνηθεῖσαν· ὁ δὲ Παῦλος πνεύματος ἁγίου τὴν αὐτὴν δόξαν δηλῶν, ἐν τῷ λέγειν, ἁγίου πνεύματος εἶναι τὰς φωνὰς τὰς ἀληθεῖς, [*] ἃς ὑπὸ τοῦ θεωρηθέντος καὶ δοξασθέντος. ὅτι πνεύματος δόξα υἱοῦ δόξα, καὶ υἱοῦ δόξα καὶ πατρὸς δόξα· διὸ μία οὐσία τῆς τριάδος ὑπὸ τῶν συνόδων διὰ τῆς οἰκουμένης ἀναβοᾶται. πᾶς οὖν ὅστις χωρίζει τῆς τοῦ Θεοῦ μόνης οὐσίας τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα, ὡς ἐκ βουλῆς ὄντα καθάπερ καὶ ἡμεῖς, οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῆς, ὡς ἐν ὁμοιώματι κατὰ τὴν αὐτὴν, ἔστω ἀνάθεμα.

B

2. Κηρύσσεται δὲ εἰς συμπλήρωσιν τῆς πίστεως καὶ σαρκωθεὶς ἐκ παρθένου Μαρίας ὁ τοῦ Θεοῦ υἱός, καὶ σκηνώσας ἐν ἀνθρώποις, οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ ἐνεργήσας. τοῦτο γὰρ ἐπὶ προφητῶν ἐστι καὶ ἀποστόλων.

C

Domino meo deſideratiſſimo PROSDOCIO JULIUS in Domino ſalutem.

1. SEntentia [2] noſtra ſecundum apoſtolicam traditionem hæc eſt: Patris & Filii & Spiritus ſancti una eſt vera divinitas: una adoratio & glorificatio Filii ad Patrem in adoratione Spiritus ſancti. Qui autem alteram inducit deitatem, anathema ſit. Item ſi quis confeſſionem ac laudem addiderit aliam ab iis vocibus, quibus Seraphim canentes, *Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Sabaoth, plena eſt omnis terra gloria ejus*, (*Eſai. 6. 3.*) divinam Trinitatem laudarunt, ſicut Johannes & Paulus [3] teſtantur: Johannes quidem (*Johan. 12. 41.*) ubi Filii gloriam ac majeſtatem, quæ Seraphyco hymno celebrata eſt, Prophetæ [4] viſam eſſe dixit: Paulus vero ubi eamdem eſ- (*Act. 28. 25*) ſe Spiritus ſancti gloriam ac majeſtatem ſignificat, Spiritus ſancti veras eſſe docens voces illas, quas protulit is qui viſus atque glorificatus eſt. Quia Spiritus gloria, gloria eſt Filii, & Filii gloria item Patris gloria eſt: idcirco una Trinitatis ſubſtantia a conciliis per orbem terræ prædicatur. Quicumque igitur a Dei unici ſubſtantia Filium ſeparat & Spiritum, quaſi ex voluntate ſint quemadmodum & nos, ac non eadem e ſubſtantia, ſed [*] ad ejuſdem ſubſtantiæ ſimilitudinem, anathema ſit.

[*] *Ad litteram* in ſimilitudine ſecundum ipſam. *Epheſ. concil. act. 1. Cyrill. lib. apolog. adv. Orien.*

2. Prædicatur autem ad plenitudinem fidei incarnatus eſſe de Virgine Maria Dei filius, & inhabitaſſe in hominibus, non in homine [5] operatus; hoc enim in Prophetis juxta

1 In archetypo, ut & in Epheſino concilio & apud Eulogium Alexandr. πρὸς Δόκιον, *ad Docium*; ſed cum Facundo, Mario Mercatore aliiſque antiquis Epheſini concilii latinis interpretibus legendum eſt. πρὸς Προσδόκιον ex ſubnexa ſalutatione liquet, quæ Προσδοκίῳ, non Δοκίῳ, in ipſo etiam archetypo græco inſcribitur.

2 Leontius lib. contra fraudes Apollinariſtarum, ipſius Apollinarii opera ex eorum initiis notans, unum memorat ab his verbis inchoatum, *Hæc ſentimus de incarnatione*. Ubi forte hanc epiſtolam indicare voluit.

3 Hoc eſt, ad divinam Trinitatem referri voces Seraphim clamantium *ſanctus* &c. adeo ut cum Eſaias his premittit, *Vidi Dominum*, ibi Filium & Spiritum-ſanctum æque ac Patrem ſibi viſum eſſe ſignificet. Totus ille locus verbis Ambroſii lib. 3. de Spiritu-ſancto c. 21 & 22. apprime illuſtratur. *Sic*, inquit, *habes dicente Paulo, Bene locutus eſt Spiritus-ſanctus per Eſaiam ad patres noſtros, dicens, Vade ad plebem iſtam & dic, Aure audietis, & non intelligetis; & videntes videbitis, & non aſpicietis*. Ex quibus Pauli verbis a Luca probatis & relatis infert Ambroſius; *Spiritus ergo eſt qui miſit Eſaiam. ſi Spiritus miſit, Spiritus eſt utique, quem meruo Ozia rege vidit Eſaias, quando dixit, Vidi Dominum Sabaoth ſedentem*, &c. quia videlicet eodem in capite ab eo, quem vidit, miſſus dicitur. Addit præterea Ambroſius cap 22. græcum nomen δόξα, latino *majeſtatis* vocabulo reddens: *Nunc unitatem majeſtatis & regni licet in Patre Filioque & ſancto Spiritu cognoſcere. Nam plerique dicunt Patrem Deum ab Eſaia hoc tempore viſum; Paulus Spiritum dixit, Lucas* (in Actis) *prodit; Johannes evangeliſta ad Filium retulit; ſic enim ſcriptum eſt de Filio; Hæc locutus eſt Jeſus ... Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Eſaias, Excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum, ut non videant oculis, & corde intelligant, & ſanabo eos. Hæc dixit Eſaias, quando vidit majeſtatem ejus & locutus eſt de eo*. Quibus allatis ſic ratiocinatur Ambroſius: *Ipſa verba dixit Johannes dixiſſe Eſaiam, & majeſtatem ei Filii apparuiſſe, Paulus autem Spiritum hæc dixiſſe memoravit: unde igitur iſta diverſitas? Diverſitas quidem verborum, non ſenſuum eſt . . quia & Pater videtur in Filio qui dixit, Qui me videt, videt & Patrem, & Filius videtur in Spiritu, quia ſicut nemo dicit Dominum Jeſum niſi in Spiritu ſancto, ita non carnali oculo, ſed ſpiritali gratia Chriſtus videtur*. Apud Athanaſium libro de Incarnatione contra Arianos, quem Apollinarii eſſe nonnulli volunt, n. 10. totius Trinitatis una divinitas eadem ratione probatur in hunc modum: *Pater & Filius & Spiritus ſanctus Dominus Sabaoth eſt. Una enim eſt divinitas & unus Deus in tribus hypoſtaſibus: idcoque quæ Pater dicit in Eſaia, ea Johannes ait dixiſſe Filium, in Actibus autem Paulus ea dixiſſe Spiritum ſanctum*.

4 Ex proxima obſervatione planum eſt hic denotari verba Johannis 12. 41. *Hæc dixit Eſaias, quando vidit gloriam ejus*, ſcil. Chriſti, adeoque græce ἑωρακέναι aut τεθεᾶσθαι, pro πεπληρωκέναι, præferendum eſſe.

5 Hic excluditur quidem hæreſis, quæ nudam tantum Verbi in Chriſto operationem volebat, quaſi *in eo*, ut Hilarius lib. 10. de Trin. n. 50. loquitur, *Dei Verbum modo ſpiritus prophetalis inhabitaverit*: quamque Gregorius Naz. epiſt. ad Cledon. apud Baluzium nov. coll. concil. pag. 469. reſpuit his verbis, *Si quis ut in Prophetis dicit ſecundum gratiam operatum eſſe, & non ſecundum ſubſtantiam conjunctum aut formatum, ſit vacuus a meliori operatione*; adverſus quam & Auguſtinus lib. de agone Chriſtiano decertat, ac demum concludit: *De ceteris ſapientibus & ſpiritalibus animis recte dici poteſt, quod habeant in ſe Dei Verbum per quod facta ſunt omnia; ſed in nullo eorum recte dici poteſt quod Verbum caro factum eſt*. Eamdem autem hæreſim Apollinarius epiſt. ad epiſcopos Diocæſareæ apud Leontium ſub finem lib. cont. fraud. Apollin. ita repellit, ut & propria impleta-

juxta & Apoſtolis locum habet. Perfectus Deus in carne & perfectus homo [1] in Spiritu, non duo filii, unus videlicet proprius filius qui aſſumſerit hominem, alter vero mortalis homo qui aſſumtus ſit a Deo: ſed unus unigenitus in cælo, unigenitus in terra. Deus in veritate, [2] homo ratione carnis, quam ad ipſius (Dei) ſimilitudinem formavit, ſalvum faciens mundum, communicatione proprii Spiritus, qui per [3] inſpirationem donatur. Qui ut homo in ſpecie humana cæleſtibus, terreſtribus & infernis regnat, ab omnibus ut unus ac ſolus Dominus glorificatur in gloriam Patris. Amen.

Philip. 2. 10 & 11.

3. Si quis autem filium ex Maria natum dicat [4] hominem a Deo aſſumtum, unitatque perſonas duas; a divina ſpe alienum ſe ſciat. Eſt enim Deus Verbum per quem omnia, ſicut Johannes & Paulus docuerunt, non dicentes Verbum aſſumſiſſe Jeſum ex Maria genitum, ſed ipſum veniſſe in mundum, * natum ex muliere. Neque dixerunt eum qui de cælo eſt, habitaſſe in homine de terra terreno, ſed ipſum ſecundum Adam cæleſtem eſſe, quando quidem cæleſtis eſt Sermo qui carnem habet ex Maria, ac nos quidem, qui terreni vere ſumus, per id quo cæleſtis eſt, cæleſtes ſecundum ſimilitudinem

* ſ. factum Gal. 4. 4. 1 Cor. 15 & 47.

A τέλειος Θεὸς ἐν σαρκὶ καὶ τέλειος ἄνθρωπος ἐν πνεύματι, οὐ δύο υἱοί, εἷς μὲν γνήσιος υἱὸς ἀναλαβὼν ἄνθρωπον, ἕτερος δὲ θνητὸς ἄνθρωπος ἀναληφθεὶς ὑπὸ θεοῦ· ἀλλ᾽ εἷς μονογενὴς ἐν οὐρανῷ, μονογενὴς ἐπὶ γῆς. Θεὸς ἐν ἀληθείᾳ, ἄνθρωπος τῇ σαρκικῇ μορφώσει καθ᾽ ὁμοίωσιν ἑαυτοῦ, σώζων κόσμον κατὰ μετάληψιν τοῦ ἰδίου πνεύματος. ὃ δωρεῖται διὰ ἐμφυσήσεως. ὡς ἄνθρωπος ἐν σχήματι ἀνθρωπίνῳ βασιλεύων ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, ὑπὸ πάντων ὡς εἷς καὶ μόνος κύριος δοξαζόμενος εἰς δόξαν τοῦ πατρός, Ἀμήν.

B 3. Εἰ δέ τις ἄνθρωπον ὑπὸ θεοῦ προσληφθέντα λέγει τὸν ἐκ Μαρίας υἱόν, καὶ δύο πρόσωπα ἑνῶσθαι, γινωσκέτω τῆς θείας ἐλπίδος ἀλλότριος ὤν. ὁ γὰρ θεὸς λόγος δι᾽ οὗ τὰ πάντα, ὡς Ἰωάννης καὶ Παῦλος ἐδίδαξαν, οὐ τὸν λόγον ἀνειληφέναι Ἰησοῦν τὸν ἐκ Μαρίας τεχθέντα, ἀλλ᾽ αὐτὸν ἐλθεῖν εἰς τὸν κόσμον * γενόμενον ἐκ γυναικός. οὐδὲ κατῳκηκέναι τὸν ἐξ οὐρανοῦ ἐν ἀνθρώπῳ τῷ ἐκ γῆς χοϊκῷ, ἀλλ᾽ αὐτὸν τὸν δεύτερον Ἀδὰμ ἐπουράνιον εἶναι· ὅτι ἐπουράνιός ἐστιν ὁ λόγος ὁ τὴν σάρκα ἔχων ἐκ Μαρίας, καὶ ἡμᾶς δὲ διὰ τοῦ ἐπουρανίου ἐπουρανίους καθ᾽ ὁμοίωσιν ποιῶν ὄντως χοϊκούς. ἐκλη-

* forte γινόμενον.

tis virus promat in hunc modum: *Confitemur non ad hominem ſanctum veniſſe Verbum Dei quod erat in Prophetis, ſed ipſum Verbum carnem factum eſſe, non aſſumta mente humana, mente mutabili . . ſed divina mente immutabili & cæleſti.*

1 Vocabulum *Spiritus* non pro anima aut mente humana, ſed more antiquis uſitato, atque Apollinario ipſi, ut in epiſtolam ſuperiorem num. 6. obſervatum eſt, familiari, pro divina natura hic uſurpatur: eoque pacto ſi intelligatur hominis perfecti in Deo, ac viciſſim Dei perfecti in homine inhabitatio conjunctioque mutua ac reciproca, nihil erit hic non catholicum, nihil non Apollinarii impietati adverſum: quia nimirum, ut obſervat Auguſtinus ep. 87. ad Dardan. n. 4. *non eſt homo perfectus, ſi vel anima carni, vel anima ipſi mens humana defuerit*. Sed hæreſis verſipellis etiam ſub verbis catholicis metuenda eſt perfidia. Nam & ab Epiphanio hær. 77. n. 23. didicimus, Vitalem Apollinarii diſcipulum ſine cunctatione primo confeſſum eſſe, *Omnino perfectus homo Chriſtus extitit*, ac deinde interrogatum, num mentem accepiſſet, negaſſe: quia, inquit, *catenus perfectum hominem fuiſſe dicimus, ſi divinitatem illi loco mentis adſcribamus*. Quocirca Greg. Naz. epiſt. 2. ad Cledon. de Apollinariſtis tradit: *Ipſis perfectus homo, non qui omni ex parte res noſtras excepto peccato expertus eſt, ſed illud ex carne & Deo temperamentum eſſe ſtatuitur*. Metuendum eſt igitur, ne etiam hic Chriſtus *homo perfectus in ſpiritu*, hoc eſt deitate hominem perficiente, atque humanæ mentis vicem ſupplente, dicatur. Quippe Apollinarius loco in ſuperiore nota citato ubi dixit, *Verbum carnem factum eſſe non aſſumta mente humana, ſed divina*, ſtatim ſubjicit: *Quamobrem non corpus inanimatum, neque ſenſu & intelligentia vacuum habebat Salvator . . . Cum eſſet vere filius Dei, factus eſt filius hominis . . . Unde non alius erat filius Dei ante Abraham, alius vero poſt Abraham: ſed unus unigenitus Dei, perfectus autem divina perfectione, & non humana*. Et alio in opere apud eumdem Leontium ibid. memorato rurſum Apollinarius Gregorii Thaumaturgi nomine abuſus de Chriſto aſſerit: *Eſt unus verus qui hac carne in carne apparuit, perfectus vera & divina perfectione, non duæ perſonæ, non duæ naturæ perfectæ per ſe, quia neque fas eſt adorare duos filios*. Quamvis igitur Apollinarius ejuſque diſcipuli Chriſtum non ſolum filium Dei, ſed & filium hominis ac perfectum hominem fateantur, non propterea tamen errorem proprium depoſuiſſe continuo exiſtimandi ſunt. Hunc autem locum merito ſuſpectum habeas propter ſequentia, ne forte Chriſtus *perfectus Deus & perfectus homo* ea ratione hic dicatur, quam Athanaſius lib. 1. contra Apollin. n. 16. impietatis notat, qua nimirum *divina perfectio in humanam perfectionem mutata ſit*. Ad hæc & Cyrillum Alexandr. lib. de recta fide n. 16. pag. 15. legiſſe juverit.

2 Si quæratur qua ratione Chriſtus *vere homo* dici, atque Apollinariana doctrina retineri queat, Apollinarius & qui cum eo ſunt, de incarnatione quid ſentiant aperientes apud Leontium libro ſæpe citato reſpondent: *Carnem hominis noſtræ carni aſſumpſit ex Maria Verbum Dei, vivens in unionem cum divinitate ex principio conceptionis in virgine, atque ita factus eſt homo, quoniam caro & ſpiritus eſt homo, ſecundum Apoſtolum. Et hoc eſt Verbum carnem factum eſſe, unitum eſſe carni ut humanus ſpiritus*, (hoc eſt ad inſtar humani ſpiritus:) *vocatur enim homo ſimilis nobis caro, Dominus autem eſt ſupra nos homo. Quamobrem & cæleſtis eſt propter proprium ſpiritum cæleſtem . . . & nos facti participes hujus operis*, (quo Chriſtus peccatum & mortem deſtruxit) *fide ſalvamur, & cum ſimus ex patre terreno, efficimur ſimiles cæleſti*. Hoc eſt, ut aliquis ſit homo, Apoſtolus tantum exigit ut ſit caro & ſpiritus. Atqui in Chriſto eſt caro & ſpiritus: & ideo ille vere eſt homo. In eo quidem ſpiritus non eſt humanus, ſed divinus: & idcirco quamvis ſimilis nobis, ſupra nos eſt homo. Chriſtus autem, ut Deus Verbum per quem omnia, carnem, quam aſſumſit, dicitur formaſſe ad ſimilitudinem ſuam ſecundum illud Gen. 1. 26. *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*.

3 Reſpicit vel ad hoc Gen. 2. 7. *Formavit igitur Deus hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ*; vel ad illud Johan. 20. 22. *Inſufflavit & dixit eis, Accipite Spiritum-ſanctum*, vel ad utrumque. Hinc in memorato libro de Incarnatione apud Athanaſium n. 29. obſervatur, Spiritum-ſanctum *inſufflationem Dei* (ἐμφύσημα τοῦ θεοῦ) in Scriptura nonnumquam appellari.

4 Si homo, quem Deus aſſumpſit, prius extitiſſe intelligatur, quam aſſumeretur, recte homo a Deo ſic aſſumtus negatur. Sed latentius hic reconditus ſenſus Apollinariſtarum, qui Deum ex Maria natum ſic dici volebant, ut eumdem hominem natum negarent. Eorum magiſtro Apollinario id profitenti, *Nos Deum dicimus eum qui ex Maria natus eſt*, Athanaſius lib. 1. contra ipſum n. 10. hanc opponit Eccleſiæ doctrinam: *Dei eccleſia neque ita accepit, neque ita tradidit, ſed, ut ſcriptum eſt, Deum Verbum, qui erat apud Deum ante ſæcula, in conſummatione ſæculorum adveniſſe, atque ex Maria & Spiritu ſancto natum eſſe filium hominis*. Quam doctrinam non capientes prædicti hæretici, hoc de Catholicis, uti narrat Athanaſius lib. 2. num. 4. calumnioſe divulgabant, *Iſti dicunt Chriſtum eſſe hominem, qui Deus factus eſt*, atque ipſi eumdem Chriſtum dicere non deſiſtebant *Deum ex Virgine natum, & non Deum & hominem*. Et vero ex eo, quod carnem ex Maria ſine anima vel mente humana a Verbo aſſumtam ſentiebant, conſequens erat, ut Filium ex Maria natum *hominem a Deo aſſumtum* dici non permitterent, utpote cum caro ſine anima vel mente humana non ſit homo.

ἐκλήθημεν γὰρ εἰς κοινωνίαν υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὃς A ἐκοινώνησεν ἡμῖν ϗ τοῦ θανάτου ϗ ὀφειλομένου ἀνθρώπῳ σταυροῦ, κύριος ὢν τῆς δόξης, οὐ κρατούμενος ὑπὸ θανάτου ὡς πᾶς ἄνθρωπος. ἀλλὰ καταργῶν τὸν θάνατον, ϗ φῶς ϗ ζωὴν ϗ ἀφθαρσίαν ϗ τὴν ἰδίαν ἡμῖν νίκην διδούς.

4. Ὥστε ϗ ἀνάθεμα ἔστω πᾶς, ὃς τὸν ἐκ Μαρίας υἱὸν οὐχ ὁμολογεῖ Θεὸν λόγον ἔνσαρκον, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, καὶ ἐξ ἀρχῆς ὄντα, ἄτρεπτον δὲ ἐν τῇ σαρκώσει ϗ ἀπαθῆ ἐν τοῖς πάθεσιν. ὁμοίως ἀνάθεμα ἔστω καὶ ὁ τὴν σάρκα τοῦ σωτῆρος μὴ λέγων ἐκ Μαρίας, ἀλλ' ἐξ οὐρανοῦ, ἢ ἄκτιστον φύσει τὴν κτίσιν ϗ ἐξ οὐκ ὄντων. B τῇ δὲ πρὸς τὸν ἄκτιστον Θεὸν ἑνώσει ὁ λέγων Θεϊκὸν τὸ σῶμα, ϗ προσκυνῶν κατὰ τὸ συναμφότερον ὡς ἕνα ἄκτιστον Θεὸν, μακάριος ἔσται. μὴ σκανδαλισθῇς ἐπὶ τῇ σαρκὶ καὶ τοῖς πάθεσιν αὐτοῦ· ἀλλ' αὐτὸν ἀσωμάτως προσκύνει τὸν μετὰ τοῦ ἰδίου σώματος προσκυνούμενον, ὡς ἕνα ϗ μόνον υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐξ αἰῶνος ϗ εἰς αἰῶνας· ὁμολογεῖν δὲ μεμαθήκαμεν ϗ τὴν δευτέραν

A [1] facit. Vocati enim ſumus in communionem Filii Dei; qui & ipſe communem ſibi fecit mortem noſtram & homini debitam crucem, cum eſſet Dominus gloriæ; non detentus a morte quemadmodum quivis homo, ſed ipſam deſtruens mortem, ac lucem & vitam & incorruptionem propriamque victoriam nobis impertiens.

4. Quapropter anathema ſit, [2] quiſquis filium ex Maria natum non confitetur incarnatum Deum Verbum, [3] conſubſtantialem Patri, & [4] a principio exiſtentem, immutabilem in incarnatione, & in paſſionibus impatibilem. Similiter anathema ſit [5] & qui carnem Salvatoris non ex Maria, ſed e cæ- B lo dicit; aut eum, qui increatus eſt natura, rem creatam & ex non exſtantibus aſſerit. Qui autem propter unitionem cum increato Deo divinum corpus prædicat, & ſecundum compoſitionem qua ſimul utrumque eſt, tamquam unum increatum Deum [6] adorat, beatus erit. Ne offenſioni tibi ſint caro & paſſiones ejus, ſed eum qui una cum proprio corpore adoratur, incorporeo [7] modo



1 Revolendum quod ex verbis Apollinarii jam ſupra pag. 817. n. n. retulimus, *Cum ſimus ex patre terreno, efficimur ſimiles cæleſti*, ut ex verborum ac ſententiarum cognatione, genuinus hujus epiſtolæ ſcriptor magis ac magis dignoſcatur.

2 In Anaſtaſii presbyteri collectaneis manu exaratis, quæ in bibliotheca collegii Pariſ. ſoc. Jeſ. aſſervantur, c. 38. exhibetur hic anathematiſmus tamquam Ἰουλίου ἐπισκόπου ἐκ τῆς πρὸς [illegible] ἐπιστολῆς. Nec repugnat hujuſmodi ſententiam in duabus epiſtolis eodem nomine conſictis, reperi. Leontius quippe lib. de ſectis act. 8. ſeptem Apollinarii epiſtolas Julii nomine inſcriptas vidiſſe ſe teſtatur. Ceterum in collectaneis illis caſtigatior eſt is locus, quam Anglicano in codice, ubi ſic effertur: ὡς ὁ τὸν ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον οὐχ ὁμολογῶν εἶναι ἔνσαρκον Θεὸν... ἐξ ἀρχῆς ὄντα Θεὸν· ἄτρεπτον ἐν τῇ &c. qua lectione admiſſa, manifeſta eſſet pugna verborum cum ſuperioribus: adeo ut is, qui ante anathema dixerat filium Mariæ hominem natum profitenti, ipſe nunc filium Mariæ hominem natum confiteretur. Sed jam tollitur hæc pugna, conſtanterque doctrinæ tenetur Apollinarii, quæ ille Θεὸν ἔνσαρκον, hoc eſt incarnatum Deum, ſic admittit, ut eumdem ſimul & ἐνανθρωπήσαντα, hoc eſt proprie *inhumanatum*, cum Nicæno concilio nolit fateri. Uno Verbo carnem a Deo ſuſceptam eſſe vult, non hominem.

3 Athanaſius, ubi Apollinarium lib. 1. contra ipſum num. 9. ſic loquentem induxit, *Certe nos eum, qui ex Maria natus eſt, conſubſtantialem Patri dicimus*, ſtatim ſubjicit, *Porro hæc veſtra, quam præclaram exiſtimatis, loquendi ratio, aut ſuperflua, aut ſtulta comprobabitur*: ſimulque ſtultam probat, ac ſub catholicis verbis hæreſim latere docet; quia, inquit, *carnem divinitati conſubſtantialem dicere audetis*. Non omnium quidem Apollinarii aſſeclarum erat hæc impietas: ſed eam nominatim a Timotheo variis artibus defendi Valentinus Apollinarii diſcipulus apud Leontium lib. cont. fraud. Apollin. prodit ſimul ac refutat his verbis. *Non enim fieri poteſt, ut fiat corpus conſubſtantiale Deo incorpore propter unionem, ſicut inſane & impie Timotheus & Polemius eorumque aſſeclæ variis modis & artificiis dicunt*. In hoc autem Timothei ac ſociorum impietas erat, quod cum Catholici, eum, qui ex Maria natus eſt, conſubſtantialem eſſe Deo credant ſecundum naturam Verbi, ipſi volebant *natura quidem conſubſtantialem eſſe nobis carnem* (Chriſti,) *unione vero eſſe divinam*; ideoque communes ei eſſe deitatis proprietates, & eamdem carnem *per unionem habere differentiam* a noſtra. Quocirca cum idem Timotheus Homonium epiſcopum Apollinarii condiſcipulum ſcripſiſſe audiſſet, *Si quis autem carnem unitam Domino quacumque ratione & modo homouſion Deo eſſe dicit, anathema ſit*, ſe ipſe peti ſentiens, ab eo apud Leontium libro citato quærit, *An nos in hoc loco accuſaſti tamquam hæreſim amplexos, & prædicatorem pietatis cum ipſa pietate anathematizaſti?*

4 Timotheus, magiſtro ſuo auctore, apud Leontium loco citato dicit, *Recte* A PRINCIPIO *dicitur Chriſtus ſecundum corpus*, falſo ſcil. hoc dogmate nixus, quod per unitionem, Verbi proprietates ipſi etiam carni factæ fuerint communes.

5 Apollinarius apud Leontium libro citato ſcribit: *Anathema ſit qui non dicit carnem ex Maria, & qui dicit eam carnem eſſe natura non creata*. Sed ut eadem caro, quam *natura creata* fatetur, increata dicenda ſit, hoc pacto confici putat: *Si Verbum caro nominatum eſt propter unionem, ſequitur ut caro etiam nominetur Verbum propter unionem: ut autem Verbum, ſic increata; non quia non fuerit creata, ſed quia ex unione oſtenſa eſt Verbum*. Et Timotheus in prædicto Leontii opere hæc Apollinarii verba laudat: *Separatim non licet dicere corpus Chriſti creatum, cum ſit inſeparabile neceſſario ab eo cujus corpus eſt: communicatur tamen cum eo nomen increati & nomen Dei, quia copulatum eſt cum Deo in unitatem*. Quocirca Athanaſius Apollinarium lib. 1. contra ipſum n. 4. ſic alloquitur: *Sed dicitis increatam factam eſſe* (Chriſti carnem,) *quod unita ſit cum increato*. Verum hæc opinio quam abſurda ſit, copioſe ibidem oſtendit Athanaſius, ex quo illud referre ſatis fuerit: *Cui cum increato communitas eſt, aut quod ei unitur, illud quidem increati proprium, non tamen ipſum increatum dicitur*. Hinc refutatur quod Apollinarius apud Leontium docet, *Neque carnem Salvatoris e cælo eſſe dicimus, neque conſubſtantialem Deo, quatenus eſt caro & non Deus: ſed Deum* (dicimus,) *quatenus unita eſt divinitati in unam perſonam*. Caro enim divinitati ſic unita, ex ſuperiori Athanaſii ſententia, non *Deus*, ſed *Dei* dicenda eſt. Ita & ex eadem ſententia ſequitur, ut corpus Chriſti Verbo unitum *divinum corpus* dicatur, non quia, ut Apollinariani putant, Deus ſit, ſed quia Dei.

6 Immo potius, ſecundum proximam obſervationem, *tamquam increati Dei*. Hic apertius quam uſquam, ſe Apollinariſtarum prodit epiſtolæ hujus architectus. Hæreticis illis pariter Chriſti corpus unitione increatum Deum factum dicentibus, idque ſubinde prætexentibus ac dictantibus, *Nos creatam rem non adoramus*, Athanaſius lib. 1. cont. Apollin. n. 6. appoſite reſpondet *O ſtulti, cur non cogitatis corpori Domini, etiamſi facto, eam deberi adorationem, quæ rei creatæ non competat. Increati enim Verbi corpus factum eſt, adeoque ipſi, cujus corpus factum eſt, veſtram defertis adorationem. Debitus ergo ei cultus redditur cum adoratur, ac divina adoratione colitur: quia Deus eſt Verbum cujus corpus eſt proprium*. Hæc cum eccleſia ſentiens, nec duos in Chriſto filios admittit, nec cum ſacrum ejus corpus adorat, ut hominis cultor habendus eſt. Quamobrem Athanaſius in fine lib. 1. contra Apollinarium n. 21 ejus aſſeclas calumniæ duplicis arguit, quod Catholicos & ut duorum in Chriſto filiorum aſſertores, & ut anthropolatras infament. Eamdem calumniam inſtaurarunt noſtræ ætatis novatores idololatriæ nobis notam inurentes, cum oblato crucis ſigno Crucifixum adoramus, aut cum Sanctos ut Dei famulos veneramur.

7 Suſpicio eſt Chriſtum hic *incorporeo modo* adorandum dici, quomodo eum *increato modo* in terris verſatum eſſe Apollinariſtæ volebant, contra quos Athanaſius lib. 1. n. 6. *Qua ergo ratione*, inquit, *mortuus eſt Dominus, ſi increatus increato modo advenerit in terram*. Hi nimirum quid perſonæ, quid naturæ Chriſti congruat, diſtin-

adora, ut unum ac ſolum filium Dei a ſæ- Αἀυτοῦ παρυσίαν, ἐν * ἢ διδασκαλίᾳ τοῦ ἁγίου · leg. τῆς
culo & in ſecula. Præterea ſecundum ejus βαπτίσματ☉, Ἀμήν.
adventum confiteri e doctrina ſacri baptiſ-
matis didicimus. Amen.

*Superioris epiſtolæ n. 2. verba ex interpretatione antiqua concilii Epheſini apud Baluzium nov. coll. concil. tom. 1. pag. 467.*

Julii ſanctiſſimi epiſcopi Romæ de epiſtola ad Proſdocium.

PRædicatur autem, ad plenitudinem fidei, & incarnatus de Virgine Maria Dei filius, & inhabitaſſe in hominibus, non in homine operatus; hoc enim in Prophetis & Apoſtolis. Perfectus Deus in carne & homo perfectus in ſpiritu non duo filii. Unus quidem proprie filius aſſumens hominem, alter autem mortalis aſſumptus a Deo; ſed unus unigenitus in cælo, unigenitus in terra Deus.

*Eadem verba ex interpretatione Marii Mercatoris apud eumdem Baluzium ibidem pagina 613.*

Julii ſanctiſſimi epiſcopi Romæ epiſtola ad Proſdocium.

PRædicatur autem ad conſummationem fidei & incarnatus ex Virgine Maria Dei filius: qui habitavit in hominibus, non in homine operatus; hoc enim de Prophetis eſt & Apoſtolis. Perfectus Deus in carne & homo perfectus in ſpiritu non duo filii, unus quidem naturalis filius qui aſſumſit hominem, alter vero homo mortalis aſſumtus a Deo; ſed unus unigenitus in cælo; unigenitus in terra Deus.

*Eadem verba ex Facundo lib. 1. cap. 5. pag. 40.*

Julii ſanctiſſimi epiſcopi Romani ex epiſtola ad Proſdocium.

PRædicatur vero ad ſupplementum fidei & incarnatus ex Maria Virgine filius, & habitans in hominibus, non in homine operatus; hoc enim in Prophetis fuerat & Apoſtolis. Perfectus Deus in carne & homo perfectus in ſpiritu non duo filii, unus quidem proprius filius aſſumens hominem, alter vero mortalis ſuſceptus a Deo; ſed unus unigenitus in cælo, unigenitus Deus in terra.

# CENSURA

## Fragmenti Sequentis.

I. HOc fragmentum nobis aſſervavit Ephræmius Antiochenus apud Photium cod. 229.
ubi abſona prorſus habetur ejus interpretatio latina. Idem in vulgato Leontii libro I.
contra Neſtorium & Eutychen ita laudatur S. Julii epiſcopi Romani. Hanc auctori-
tatem Cyrillus produxit in ſynodo Epheſina. Nuſquam tamen in toto Epheſino concilio
comparet. Neque illud ibi Facundus vidit: nam licet Acephali, Leontio ipſo lib. de ſectis
act. 8. teſte, pſeudepiſtolam Julii ad Dionyſium ſynodo Epheſinæ inſertam aſſerant: at-
que, uti Facundus lib. 1. c. 5. tradit, in aſſertionem vaniſſimi ſui erroris dicant Ju-
lium Romanum neſcio ubi reſcripſiſſe quod una ſit Chriſti natura; eos inde menda-
cii convincit idem Facundus, quod in eadem ſancta ſynodo Epheſina hoc ſolum ip-
ſius contra Neſtorium recitatum fuerit ex epiſtola ad Proſdocium, Prædicatur. Quo
teſtimonio deſcripto addit: Non aliud præter hanc ad Proſdocium epiſtolam ex dictis
B. Julii in illa ſynodo prolatum eſt, ſi qua forſitan alia ſcripſit, neque ex hac
epiſtola aliquid amplius. Hinc ſuſpicio nobis non deeſt, Leontii librum contra Neſtorium
& Eutychen non ejuſdem eſſe, cujus ſunt libri de ſectis & contra fraudes Apollinariſtarum.
Is ſane accuratior erat, quam ut auctoritatem, de qua nullus in Epheſina ſynodo ſermo eſt,
ibi prolatam eſſe ſcriberet, maxime cum libro de ſectis act. S. Julii nomine ſolam in hoc
concilio citatam eſſe memoret epiſtolam ad Proſdocium. Idem quoque oculatior erat & ſecer-
nendis Apollinariſtarum ſcriptis aſſuetior, quam ut teſtimonium infeſti duarum Chriſti natu-
rarum hoſtis, qui carnis Verbo unitæ conſubſtantialitatem cum Deo data opera pro indubita-
ta orthodoxi papæ auctoritate poneret, adeo ut illud cum aliis prolaturus, hoc præloqui non
dubitaret: Non produximus auctoritatem ambiguam, aut quæ dupliciter accipi poſ-
ſit, nec ignobiles patres teſtes citavimus: ſed potius clariſſimos & qui fuerunt
ſplendidiſſima orbis lumina ad dicendum teſtimonium vocavimus, produximusque
teſtimonia manifeſtiſſima & minime dubia. Sed de ſinceritate tituli, quo liber contra
Neſtorium & Eutychen Leontio adſcribitur, hanc dubitandi cauſam propoſuiſſe contenti, eam
aliis penitius excutiendam permittimus. Interim opus illud, ex quo ſubnexum fragmentum
decerptum eſt, vel ex titulo ei indito nobis conſtat fuiſſe putidi alicujus Apollinaris diſcipu-
li,

guere dum neſciunt, ſtupendam inducunt in Chriſti proprietatibus confuſionem, atque, ut notat Athanaſius lib.
1. n. 2. interdum increatam cæleſtemque Chriſti carnem, aliquando deitati aiunt eſſe conſubſtantialem, ac multa
alia comminiſcuntur abſurda, quorum pudore ſententiam vel mutare, vel vocibus ſpecie catholicis obtegere ſæpe
coacti ſunt. Catholicus autem perſonam Chriſti naturamque diſtinguens, dum non alium filium hominis, alium
filium Dei, ſic credit, ut aliam Verbi, aliam carnis ſentiat naturam, recte affirmat filium hominis, etiam cum
in terra eſt, eſſe in cælo, ac negat naturam carnis aut cæleſtem, aut increatam, aut Patri conſubſtantialem, ſi-
cut & negat naturam Verbi [illegible], dolore ac morte affectam.

*li, ( quales erant Polemius ac Timotheus,) qui carnem Chriſti poſt unitionem Deo conſubſtantialem eſſe contendebat; quem errorem Valentinus aliique etiam Apollinario addicti aſſeclæ deteſtabantur. Ephramius quidem Antiochenus ex hoc fragmento perſpicuum eſſe putat,* quomodo S. Julius duas naturas fateatur; *indeque compertum haberi debere cenſet, eumdem papam in ſuperiori epiſtola ad Dionyſium* unam naturam pro hypoſtaſi accepiſſe. *At utrobique, noſtro judicio, eadem hæreſis ſe prodit, qua & unam in Chriſto naturam poſt unitionem comminiſcitur, & eos mendacii arguit, qui duas credunt.*

# FRAGMENTA SCRIPTORUM JULII.

## I.

Ἰυλίυ ἐπισκόπου Ῥώμης ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ ὁμουσίυ.

Ὅθεν ἐξ ἀνάγκης καὶ τὸ σωματικὸν καθ' ὅλυ, καὶ τὸ θεϊκὸν καθ' ὅλυ λέγεσθαι. καὶ ὁ μὴ δυνάμενος ἐν τοῖς ἡνωμένοις διαφόροις εἰδέναι τί τὸ ἴδιον ἑκατέρου, ἐν ἐναντιώμασιν ἀσυμφώνοις περιπεσεῖται. ὁ δὲ καὶ τὰ ἴδια γινώσκων, καὶ τὴν ἕνωσιν φυλάττων, οὔτε τὰς φύσεις ψεύδεται, οὔτε τὴν ἕνωσιν ἀγνοήσειεν.

A S. Julii epiſcopi Romani in Sermone de Homouſio

UNde neceſſe eſt & corporeum de toto & divinum de toto dici. Et qui non poteſt in unitis differentibus cognoſcere quid proprium utriuſque ſit, in abſonas repugnantias incidet. Qui vero propria cognoſcit, & unionem ſervat, neque naturas mentietur, nec unionem ignorabit.

## FRAGMENTUM II. [1]

*Julius Romæ patriarcha in epiſtola V. ita ſcribit de unione divinitatis Chriſti cum ejus humanitate.*

CUm ipſe Deus appellatur, nemo humanitatem ejus, quæ cum divinitate conjuncta eſt, inficietur: cum vero humanitatis ſuæ nomine appellatur ob corpus quod aſſumſit, nemo dignitatem ac dominium ejus vocet in dubium. Poſt unionem nemo illum [2] dividat tamquam duarum naturarum principium ( *cod. Reg.* dividat in duas naturas.) Ut enim homo conſtans ex duabus perfectis partibus naturæ diſtinctis, ( *cod. Reg.* ex duabus rebus ſingu- B lis quæ natura diverſæ ſunt,) anima [3] ſcilicet & corpore, poſt unionem tamen eſt unius naturæ, & uno nomine deſignatur. Cum vocatur corporeus, non ab eo anima excluditur: ut cum vocatur animatus, ſeu ſpiritalis, non ab eo corpus excluditur.

## FRAGMENTUM III. [4]

*Sanctus Julius.*

NOn invenitur in ſacris litteris diſtinctionem fieri inter Verbum Filium & corpus quod Chriſtus aſſumſit: ſed ipſe eſt una natura, una perſona, ſuppoſitum unum, totus Deus [5] & totus homo, & ipſe eſt qui operatur.



1 Fragmentum illud, quod latinitate donatum Euſebius Renaudotius pro ſummo ſuo ad litteras juvandas ſtudio nobiſcum communicavit, erutum eſt cum *ex tractatu Arabico Iſa filii Zaraa apologetico ſententiæ Jacobitarum ſeu Monophyſitarum circa incarnati Verbi myſterium*, tum ex codice Regio 432. item Arabico, in quo varia patrum teſtimonia in ejuſdem opinionis gratiam proferuntur. Iſa vero anno Chriſti 1007. obiit. Nec mirum eſt epiſtolam, unde excerptum eſt, vocari *quintam*; cum Leontius offendiſſe ſe dicat ſeptem Julio papæ ab Apollinarii aſſeclis adſcriptas.

2 In Chriſto non dividendum, ſed diſtinguendum quod unitum eſt. Unitis enim naturis remanent proprietates ſuæ, quibus diſtinguuntur. Sed quia naturæ illæ in unam conveniunt Verbi perſonam, ex illa unitione conficitur, ut non una Chriſti natura, ſed una perſona ſit, cui ſingularum naturarum proprietates tribuuntur.

3 Anima & corpus cenſeri nequeunt ut duæ naturæ perfectæ & integræ, ſi conſiderentur ſic a Deo inſtitutæ & aptatæ, ut ſimul conjungantur. Quod de Verbo dici nequit & homine aſſumto. Deinde ex anima & corpore aliquid perfectius exſiſtit, quam ex corpore ſolo aut anima ſola: Verbo autem hominem aſſumenti nihil perfectionis acceſſit. Neque vero Catholici utuntur hominis ſimilitudine, ut naturas in Chriſto duas negent, ſed ut perſonæ explicent unitatem.

4 Iſtud fragmentum in ſolo codice Regio 432. ſeparatim ab antecedente laudatum reperitur.

5 Recte a ſanctis patribus Chriſtus *totus Deus & totus homo* prædicatur, uti habet Couſtant pag. not. a. ex verbis Leonis epiſt. 115. ad Palæſtinos num. 6. Auguſtini Serm. 293. num. 7. necnon Hilarii lib. 10. de Trin. n. 28. Sed quod in hoc fragmento præmittitur, *una natura*, hic ſub verbis catholicis latere indicat doctrinam Apollinarianam, quæ ipſam carnem in Chriſto poſt unitionem Deum evaſiſſe cenſet. Quamquam hujus doctrinæ ſectatores, quem *totum Deum* ultro prædicant, pariter *totum hominem* dicere reformidant atque refugiunt. Hoc enim ignorant ac reſpuunt diſcrimen, quod Ferrandus diac. epiſt. ad Sever. ut omnis vitetur ambiguitas, inter *totus* ac *totum* poſuit, ubi dixit: *Totus Chriſtus apud inferos fuit ſecundum animam rationalem, ſed non totum*, &c. Ab his autem verbis, *totus Deus & totus homo*, ſublata particula &, quæ ſæpe apud Arabes nihil adjicere dicitur ſenſui verborum quibus inſeritur, mera reſtabit doctrina Timothei, Polemii aliorumque Apollinariſtarum, qui totum hominem poſt unitionem totum Deum evaſiſſe ſentiunt; adeo ut non ſint amplius duæ naturæ, ſed una divina.

# OBSERVATIO.

Liturgia ſacra Julii nomine a Jacobitis recepta.

EX his fragmentis aliiſque epiſtola ad Dionyſium, quæ in Jacobitarum Doctorum ſcriptis ſæpe laudantur, liquet quanta veneratione exciperetur ab hac ſecta, quidquid Julii papa nomen præ ſe ferret. Ad eos autem ab Apollinario ejuſque aſſeclis manaſſe videtur hæc veneratio. Cum enim Apollinarius ſeſe acrem Arianorum hoſtem, eaque in re laudabilem præberet; haud dubie pergrata ei fuit Julii epiſtola, in qua tam ſapienter impugnantur iidem hæretici, tamque invicte confutantur. At cujus in Ariana doctrina impugnanda conſenſu gaudebat, eumdem in ea propugnanda, quam excogitavit, ſecum oſtendere nequiit conſentientem, niſi ejus nomine propria ipſius ſcripta inſcriberentur. Hoc ſaltem a diſcipulis ejus præſtitum eſſe ſuperius in epiſtolam ad Dionyſium probavimus. Tanti nominis, ut & ceterorum patrum, quibus Apollinariſtæ ſimilia ſcripta ſuppoſuerunt, auctoritate ſeductus Eutyches, ab unius naturæ defenſione dimoveri non potuit. Iiſdem quoque teſtimoniis decepti Jacobitæ, ſeu Monophyſitæ, quamvis in ceteris deteſtentur Eutychen, in unius naturæ tuendo dogmate non minus pervicaces extiterunt. Horum porro erga Julium papam obſervantia eo etiam manifeſta eſt, quod ipſius quoque nomine inſignitam habeant ſacram liturgiam, cujus editionem parat Euſeb. Renaudotius, pluribus hujuſmodi liturgiis jam in lucem emiſſis & illuſtratis de Eccleſia bene meritus:

# CENSURA

## Epiſtolarum Cyrilli ad Julium & Julii ad Cyrillum de die Natali Domini.

Auctar. Bibl. Patr. to. 2. pag. 301.

*I.* F*Ranciſcus Combefiſius Johannis Nicæni, qui circa ſæculi X. exitum florebat, epiſtolam de Nativitate Domini edidit ex codice Regio olim 696. nunc 2428. pag. 149. deſcriptam, in qua Cyrilli ad Julium epiſtola ſic laudatur:* Scripſit aliquando Cyrillus, non is qui epiſtolam ad Conſtantinum (*leg.* Conſtantium,) ſed qui poſt ipſum in ejus ſede ſucceſſit, ad Julium Romanum epiſcopum. *Tum is Johannes ex eadem epiſtola probare volens, quomodo ut Natale Domini 25. Decembris die celebraretur, conſtitutum fuerit, iſtud ex ea profert.*

Cyrilli verba a Johanne Nicæno relata.

Magnus labor ac diſpendium magnis ac A præclaris feſtivitatibus contingit, quod una die celebrantur. Nam ambarum feſtivitatum lectiones & ordo (officii) imperfecta manent, eo quod nativitas & baptiſma Domini (ſimul) celebrari nequeant. Quoniam itaque non poſſumus in una die, (in Bethleem, &) in locum baptiſmatis occurrere; ſiquidem Bethleem tribus millibus ad meridiem ab Jeruſalem diſtat, & Jordanis quindecim millibus ad Orientem, jubeat ſanctitas tua omnia Judæorum commentaria inveſtigari, quæ prædatus Cæſar Titus Romam Jeroſolymis avexit. Fortaſſis certo reperies diem nativitatis Chriſti & Dei noſtri.

Μέγας κόπος ϗ ζήμωσις γίνεται εἰς τὰς μεγάλας ϗ λαμπρὰς ἑορτὰς, ὅτι τελοῦνται ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. ϗ τὰ ἀναγνώσματα, ϗ ἡ ἀκολουθία ἀπομένουσιν ἡμιτελῆ τῶν δύο ἑορτῶν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὴν γέννησιν ϗ τὸ βάπτισμα ἐκτελέσαι τοῦ Κυρίου. ὡς δὴ οὐ δυνάμεθα ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀπαντῆσαι εἰς τόπον τοῦ βαπτίσματος· ἐπεὶ ἡ Βηθλεὲμ τρία μίλια ἀπέχει ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ κατὰ νότον, ϗ ὁ Ἰορδάνης ιέ μίλια ἀπέχει κατὰ ἀνατολάς· προσταξάτω οὖν ἡ ἁγιωσύνη σου ἐρευνῆσαι πάντα τὰ συγγράμματα τῶν Ἰουδαίων, ἅτινα σκυλεύσας ὁ Καῖσαρ Τίτος ἀπήγαγεν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ῥώμην. ἴσως εὕροις βεβαίως τὴν ἡμέραν τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ ϗ Θεοῦ ἡμῶν.

*II. Alius autem ſcriptor, cujus opus* Ἀναγκαία διήγησις, Neceſſaria narratio *inſcribitur, in memorato codice Regio 2428. pag. 120. aſſervatum, idem fragmentum* * *aliter citat in hunc modum.* Scripſit autem ea de re patriarcha Jeroſolymitanus Juvenalis ad Julium patriarcham Romanum: *illudque deinde ſic refert, ut non tantum verbis, ſed & rebus a Johanne Nicæno diſſentiat. Ita porro ab illo exhibetur.*

* Editum eſt a Cotelerio notis in lib. 7. Conſtit. apoſt. c. 13.

Eadem ex Anonymi relatione.

Non poſſum una die conferre me ad Bethleem, & ad Jordanem. Etenim Jordanis diſtat ab urbe Jeruſalem ad Orientem millibus 25. ſancta vero Bethleem ad Auſtrum civitatis millibus ſex; nec poſſum una die ambo feſta peragere. Rogo itaque ſanctitatem tuam, pater, ut ſcruteris commentaria, & accurata inquiſitione facta,

B Οὐ δύναμαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀπαντῆσαι εἰς Βηθλεὲμ, ϗ εἰς τὸν Ἰορδάνην. ϗ γὰρ Ἰορδάνης ἀπέχει τῆς πόλεως Ἱερουσαλὴμ κατὰ ἀνατολὰς μίλια κέ. ἡ δὲ ἁγία Βηθλεὲμ κατὰ νότον τῆς πόλεως μίλια ἕξ· ϗ οὐ δύναμαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τὰς δύο ἑορτὰς ἀποτελεῖν. παρακαλῶ οὖν τὴν σὴν ὁσιότητα, πάτερ, ἵνα ἐρευνήσῃς τὰ ὑπομνήματα, ἢ ϗ δώσῃς ἡμῖν ἐν ἀκρι-

ἀναϐλῶ ἐρώτη διὰ γραφῆς σου, τίμιε, τὴν περὶ πάντων εἰδέναι, ἐν ποίᾳ ἡμέρᾳ ἐτέχθη Χριστὸς ὁ Κύριος, καὶ ἐν ποίᾳ ἡμέρᾳ ἐβαπτίσθη. ὡς γὰρ ἀκριβῶς ἔγνωμεν, ὅτι τὰ ἐξ ἀρχῆς ὑπομνήματα ἐξ Ἱεροσολύμων εἰς τὴν Ρώμην ἠχθήσαν ὑπὸ Τίτου καὶ Οὐεσπασιανοῦ.

A tuo ſcripto, venerande, nobis notum facias qua die natus ſit Chriſtus Dominus, & qua die baptizatus fuerit. Probe enim ſcimus commentarios ab initio Jeroſolymis Romam delatos fuiſſe per Titum & Veſpaſianum.

*III. Verum advertit quiſque, duos illos ſcriptores & verbis & rebus inter ſe diſſentire. Deinde ut obſervavit ſodalis noſter, qui noviſſimam Cyrilli Jeroſolymitani editionem adornavit, manifeſta eſt anonymi hujus ſcriptoris hallucinatio: cum a Julii ævo Juvenalis centum prope annis diſtet. Nec melius cum hujus papæ temporibus componi poteſt Cyrillus ille, cui Joannes Nicænus idem ſcriptum attribuit. Cyrillo enim qui ad Conſtantium ſcripſit, hoc eſt celebris illius epiſtolæ de cruce, quæ Jeroſolymis in Pentecoſte viſa eſt, ſcriptori nullus excogitari poteſt ſucceſſiſſe, qui Julio ſuperſtite Jeroſolymitanam ſedem obtinuerit. Epiphanius quidem hær. 66. n. 20. inter Jeroſolymitanos antiſtites, duos recenſet Cyrillos, unum Maximi ſucceſſorem, qui mox dictam de cruce viſa epiſtolam ſcripſit, & alterum * Hilarionis filium qui Valentis anno 13. hoc eſt Chriſti 375. Jeroſolymitanæ eccleſiæ præerat. Sed valde verendum eſt, ne unum eumdemque Cyrillum ab exſilio ad eccleſiam redeuntem, Epiphanius alterum juniorem exiſtimarit. Sive autem uni eidemque Cyrillo poſt exſilium ad eccleſiam ſuam regreſſo, ſive alteri in hujus locum ſubrogato tribuatur memorata epiſtola, falſo hoc Julio inſcribitur, cum is papa quatuor ſaltem annis ante obierit, quam Cyrillus e ſede ſua primum exturbaretur.*

Verba illa perperam Cyrillo adſcribi.

* *Male apud Epiphan.* τὸν Ἀνζήνεος *latine vertitur Hilarionus, qui velut Cyrilli ſucceſſor ponitur.*

*IV. Falſum eſt igitur, quod Johannes Nicænus & Anonymus Julium Cyrillo tum reſcripſiſſe narrant, Johannes quidem his verbis:* Tunc Julius Romanus ſtudioſe unde huic (*Cyrilli*) petitioni ſatisfaceret quæſivit. Cumque omnia collegiſſet Judæorum ſcripta quæ capta & Romam deportata fuerant, Joſephi chronographi quemdam nactus eſt commentarium, ab ipſo conſcriptum, in quo habebatur, menſe ſeptimo in feſto Tabernaculorum, expiationis die, Angelum Dei apparuiſſe, ſacerdotemque mutum ſine voce manſiſſe ad illud tempus, quo Eliſabet ejus uxor in ſenectute peperit. *Anonymus vero rem ita refert:* His litteris acceptis Julius Romæ patriarcha inveſtigavit commentarios, invenitque quod 25. Decembris die natus eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus, & poſt annos 30. a nativitate ſua baptizatus eſt a Johanne in Jordane fluvio ſexta menſis Januarii die. Cum ergo patres inveſtigationi huic morem gerentes feſtum diviſiſſent; inter multos ortum eſt murmur &c.

Falſum quod eis Julius reſcripſiſſe dicitur.

*V. Præterea narrationis hujus falſitatem pluribus evincere licet. Primo quidem prope certum eſt Natalis ac baptiſmi Domini feſtivitates numquam a Cyrillo fuiſſe ſeparatas. Quod probari putat noviſſimus ejus editor verbis Baſilii Seleucienſis in homilia de S. Stephano, in qua laudatur Juvenalis, quod* glorioſum ac ſalutarem Domini Natalem celebrare cœperit. *Ibi enim notari cenſet, Natalis Domini 25. Decembris die celebrandi morem primum a Juvenale in Jeroſolymitanam eccleſiam inductum eſſe. Si tamen antiquo ſcriptori Coſmæ nomine, qui Juſtiniano imperante florebat, fidem habeamus, Jeroſolymitani morem illum ipſius ævo, hoc eſt ſæculo v. nondum ſuſceperant. Sic enim in noviſſima Chryſoſtomi editione to. 2. pag. 353. citatus loquitur:* Soli Jeroſolymitani ex conjectura probabili, non tamen ex accurata ratione, in Epiphaniis Natale agunt. *Deinde quod de invento Joſephi commentario apud Johannem Nicænum dicitur, poſt Chryſoſtomi atque mox dicti Coſmæ tempora excogitatum eſſe, colligere eſt ex iis quæ ambo de Natali Domini die diſſerunt. Pro certo enim ponentes, quamvis præter veritatem, Zachariam fuiſſe ſummum ſacerdotem, eique cum in ſancta ſanctorum introiſſet, Angelum Domini viſum eſſe, ac Johannis ortum ſpoponaiſſe, hinc conſequi putaverunt, ut decima Septembris die, qua una per totum annum ſummo ſacerdoti in ſancta ſanctorum ingredi licebat, contigerit illa promiſſio; adeoque Chriſtus poſt ſex menſes conceptus, menſe Decembri, non Januario natus ſit. Quod quidem Chryſoſtomus cum dedita opera ac multo labore perſuadere nitatur, iſtud non veluti rem a Joſepho jam traditam, ſed veluti novum argumentum, quod ipſe primus e Scripturis eliciat, proponit. Coſmam quoque, cum eodem argumento utitur, illud non e pſeudo-Julii epiſtola, ſed e Chryſoſtomi potius homilia ſumſiſſe inde manifeſtum eſt, non modo quod nullam Joſephi faciat mentionem, ſed & Jeroſolymitanos Natale Domini in Epiphaniis agendi more nondum abſtitiſſe conceptis verbis tradat. Ignotæ igitur ipſi erant commentitiæ illæ Cyrilli Juliique epiſtolæ, quas idcirco poſt ſæculum v. confictas non immerito ſuſpicemur.*

Falſitas utriuſque ſcripti confirmatur.

*Apud Combef. Biblioth. conc.*

*Chryſ. to. 2. nov. edit. pag. 314. & ſeqq.*

*VI. Sane, ut taceamus Joſephum non eum fuiſſe, qui Zachariam ſimplicem ſacerdotem* in ordine vicis ſuæ *ſacerdotio fungentem,* & ſorte *ingreſſum in templum Domini, inter ſummos ſacerdotes computaret, ſi Cyrillus verum Natalis Domini diem edoceri, ac duas feſtivitates uno die celebrandi labore levari cupiens Julium conſuluiſſet, illius conſultationi non ſatisfeciſ-*

Non ex Joſephi commentario, ſed ex traditione, natalem Domini diem cognitum eſſe.

*fecifſet is papa ex ignoto antea, nec nunc magis noto Joſephi commentario, ex quo adſum*
*mum dies quo Johannes promiſſus, non quo conceptus, aut quo Chriſtus natus eſt, certo*
*ediſcitur. Si vero auctoritatem aliquam petiiſſet Cyrillus, in promtu erat Julio, ut Chryſo-*
*ſtomus obſervavit, ex Romanæ urbis archivo proferre ſcripturam cenſus, cujus occaſione*
*Maria cum ſponſo ſuo Bethleem ſe conferens, ibi Chriſtum peperit. Sed inquiſitioni-*
*bus his relictis, dubitari vix poteſt quin potius auctor ei fuiſſet, ut morem ſequeretur,*
*quem tota eccleſia latina ex traditione ſervabat. Traditionis hujus meminere cum Janua-*
August. epiſt. al. 119. nunc 55. n. 2. *rius, ubi ab Auguſtino quæſivit*, Cur anniverſarius dies celebrandæ Dominicæ paſ-
ſionis non ad eumdem redeat anni diem, ſicut dies qua TRADITUR NA-
TUS, *tum Auguſtinus ubi reſpondet*, Oportet, noveris diem Natalem Domini non
in ſacramento celebrari, ſed tantum in memoriam revocari quod natus ſit, ac
per hoc nil opus erat, niſi revolutum anni diem, QUO IPSA RES ACTA EST, feſta
devotione ſignari. *Hujus autem traditionis vi ceſſere tandem Orientales. Quocirca Chryſo-*
*ſtomus primo anno, quo presbyter eſt inauguratus, adeoque anno Chriſti 386. Antiochiæ in*
*die Natali Domini concionem habens n. 1. ita loquitur*: Nondum decimus annus eſt, ex
quo hic ipſe dies manifeſte nobis innotuit, ab exordio iis qui in Occidente ha-
bitant cognitus. *Et num. 2.* Romani multo ante & EX ANTIQUA TRADITIONE ip-
ſum celebrantes, ad nos uſque notitiam illius tranſmiſerunt. *Unde conficitur, ut*
*Antiochena eccleſia Natale Domini 25. Decembris die celebrare tantum anno 376. aut 377.*
Epheſ. concil. part. 3. c. 31. *cœperit. Item ex concione, quam Alexandriæ Paulus Emeſenus epiſcopus 25. Decembris die*
*anni 432. habuit, morem eumdem in illa civitate tum receptum fuiſſe liquet. Gregorius ve-*
*ro Nyſſenus homil. de Nat. Dom. ait*: Nunc per totum orbem habitatum diem feſtum
(*Natalis Domini*) celebrantium concors ſonus auditur. *Cui favere videtur & Chryſo-*
*ſtomus in homilia laudata. Gregorii quoque Nazianzeni Orationem 38. habemus de Nativi-*
*tate Domini Conſtantipoli editam, qua hoc feſtum in illa urbe 25. Decembris die actum*
*eſſe nobis perſuadetur. Certe ſub ejus finem de ortu Chriſti prælocutus, ſubdit*: Ac quidem
paulo poſt & Jeſum purgatione mea in Jordane purgari videbis.

# ADMONITIO

## in Geſta ſequentia.

Illorum falſitas demonſtratur.

I. S*ilveſtri pſeudoconſtituto in veteri collectione Langobardicis litteris exarata proxime ſub-*
*jiciuntur Geſta ſubſequentia. Eorum artifex ſeſe ab exordio mendacem prodit atque*
*imperitum, ubi Imperatorem, qui Liberio pontifice Romæ regnabat, non modo Conſtanti-*
*num, Conſtantem, Conſtantiumque promiſcue vocat, ſed & eum appellat* Conſtantini Ma-
gni nepotem, *cum Imperatoris hujus filium Conſtantium tunc Romæ imperaſſe conſtet.*
*Deinde quod de Conſtantini lepra ejuſque baptiſmo in Silveſtri papæ falſis geſtis ac pſeudo-*
*conſtituto fingitur, repetit. Quod autem Euſebius Cæſarienſis epiſcopus de Conſtantini Ma-*
*gni baptiſmo Nicomediæ ab Euſebio civitatis hujus præſule ſuſcepto tradit, de fictitii hujus*
*nepotis baptiſmo ſtolide interpretatur. Neque minus falſo hæreticam de pluribus Mariæ filiis*
*opinionem Conſtantio attribuit. Quis vero eum turpiter hallucinari non ſentiat, ubi exſilii*
*Liberii vel cauſam vel locum exponit? Liberius enim a Conſtantio non ideo relegatus eſt,*
*quia eum deriſerit aut accuſarit, eique dixerit*, Non erit tuum regnum, quia non
times Dominum; *ſed quia Athanaſii damnationi ſubſcribere noluerit. Iſtud quoque ignorat*
*nemo eumdem non Noellæ in cœmeterio tribus tantum millibus ab Urbe diſtanti, ſed Berœæ*
*in Syria exſulaſſe. Præterea ſic eum in hoc cœmeterio agentem inducit, quaſi Felicem loco*
*ejus ſubrogatum neſciat. Damaſum vero tum, cum Liberius in exſilium abiit, presbyterum*
*fuiſſe, atque a Liberio, prius quam Roma exiret, vicarium ſuum creatum eſſe mentitur;*
*quamvis illum tunc tantum diaconum, atque Liberii abeuntis comitem exſtitiſſe explora-*
*tum ſit ex Marcellini & Fauſtini ad imperatores Valentinianum, Theodoſium & Arcadium*
*precibus. Ibi enim pag. 2. legere eſt*: Cum Liberio Damaſus ejus diaconus ſe ſimu-
lat proficiſci: unde fugiens de itinere Romam rediit. *Sane non proficiſcendi aut fal-*
*tem citius redeundi legitima ei exſtitiſſet cauſa, ſi Liberii vicarius ab ipſomet inſtitutus fuiſ-*
*ſet: Sed & aliud omnino ſonat, quod in iiſdem precibus ſtatim ſubnectitur*: Eo die, quo
Liberius ad exſilium proficiſcebatur, clerus omnis, id eſt presbyteri, & archidia-
conus Felix, & ipſe Damaſus diaconus … ſub jurejurando firmaverunt ſe vivente
Liberio pontificem alterum nullatenus habituros. Sed clerus contra fas… Felicem
archidiaconum ordinatum in locum Liberii ſuſceperunt. *Tam apertis autem mendaciis*
*refutandis diutius immorari tædet: præſertim cum cetera vel fabulis pariter conſtent, vel*
*geſtis perperam intellectis, vel præpoſtere relatis.*

*II. Ho-*

*II. Horum geſtorum architectum ab eo, qui ſuperiora Marcellini geſta & Silveſtri pſeudo-
conſtitutum confinxit, non alium eſſe ſuſpicamur. Idque ſuadent, cum locus quem in exem-
pluribus manu exaratis obtinent, tum barbara loquendi ratio, quamvis paulo tolerabilior,
tum etiam in excogitandis mendaciis imperitia par, & in iis proferendis æqualis impudentia.
Quocirca & ea prædictis adjungere inutile non erit. Ad hoc certe proficient, ut unde vita
Damaſi e mſ. codice archivi Canonicorum S. Petri a Conſtantino Cajetano abbate exſcripta,
& Pariſiis anno 1672. apud Lud. Bilaine cum ceteris Damaſi papæ operibus pag. 21. ex-
cuſa initia ſumta ſint, compertum habeatur. Hujus quippe vitæ ſcriptor, quamvis nec ſer-
monis nec eruditionis omnino expers, negari tamen nequit, geſtorum illorum dictis non ſatis
circumſpecte adhæſiſſe. Plura quidem caſtigavit abſurda & abſona; nonnulla quoque, ab hiſtorica
veritate abhorrentia, ad ejus normam revocavit: ſed non ita correxit omnia, ut nihil corri-
gendum relinqueret. Non enim emendavit quod in his actis de Liberii exſilio in cœmeterio
Noellæ tertio ab Urbe milliario diſtanti legitur. Et quamvis Felicem ei ſubrogatum eſſe non
taceat, ſic tamen repræſentat Liberium, ut qui Damaſo vices committat ſuas, ac ſubinde
omnes catholici gradus eccleſiaſticos ad ſe convocet, iiſque præſentibus baptiſmum mul-
tis millibus ſemel & ſecundo conferat. Mittimus eumdem ſcriptorem Luciferi epiſcopi Calari-
tani, Pancratii atque Hilarii ad Conſtantium legationem, necnon ejuſdem Luciferi, Euſebii
Vercellenſis, atque ipſius Liberii exſilia, quæ concilium Ariminenſe tribus vel quatuor annis
præceſſerunt, hac ſynodo poſteriora crediliſſe; Hilarium Pictavienſem epiſcopum cum Hilario
diacono, qui Luciferiano ſchiſmati adhæſit, confundere, & alia ſimilia de quibus plura diſ-
ſerere non eſt hujus loci. Hic annotaſſe ſatis ſit, ſcriptorem illum his geſtis, quæ meliori forma
exprimere conatus eſt, manifeſte recentiorem apparere.*

## EPISTOLA XVII.

### ſeu Geſta Liberii papæ.

*Fidei confeſſio.*

1. ANno regni Conſtantini [1] regis nepotis Conſtantini magni viri erat quidam ſacerdos Urbis nomine Liberius, pius præſul Chriſtum prædicans, ſicut & doctus fuerat a Marco epiſcopo urbis Romæ, qui eum ordinavit diaconum in civitate in gremio baſilicæ Conſtantinianæ, ſemper in Trinitate fixus, Patrem & Filium & Spiritum-ſanctum prædicans, „ & laudans Deum de Deo & lumen de lu„ mine, totum a toto, plenum a pleno; non „ creatum, ſed genitum; non ex nihilo, ſed „ ex Patre, unius ſubſtantiæ cum Patre: Spi„ ritum vero ſanctum Deum noſtrum, non in„ genitum neque genitum, non creatum neque „ factum, ſed de Patre procedentem, Patris „ & Filii *, ſemper cum Patre & Filio coæ„ ternum veneramur: unum tamen Deum, „ quia ex uno Patre totum quod Patris eſt „ Deus natus eſt Filius, & in Patre totum „ quod * ineſt, totum genuit Filium. Pater „ Filium generans, non minuit nec amiſit ple„ nitudinis ſuæ deitatem. Totum autem, quod „ Deus pater eſt, id eſſe & Filium certiſſime „ confitentes cum Spiritu-ſancto unum Deum „ piiſſime confitemur. Credimus Jeſum Chri„ ſtum Dominum noſtrum Dei filium, per „ quem omnia facta ſunt quæ in cælis & in „ terra, viſibilia & inviſibilia, propter noſtram „ ſalutem deſcendiſſe de cælo, qui numquam „ deſierit eſſe in cælo, & natum de Spiritu„ ſancto ex Maria Virgine. Verbum caro fa„ ctum non amiſit quod erat, ſed cœpit eſſe „ quod non erat, non demutatum, ſed Deum „ permanentem, etiam hominem natum, non „ putative, ſed vere, non aereum, ſed corpo„ reum, non phantaſticum, ſed carneum, oſ„ ſa, ſanguinem, ſenſum & animam haben„ tem; ita verum hominem ut verum Deum, „ unum eumdemque verum hominem fuiſſe „ nullo modo ambigimus confitendum. Hunc „ eumdem Dominum Jeſum Chriſtum adim„ pleſſe Legem vel Prophetas, paſſum ſub Pon„ tio Pilato, crucifixum ſecundum Scripturas, „ tertia die a mortuis reſurrexiſſe, aſſumtum „ in cælis, ſedere ad dexteram Patris; inde „ venturum judicare vivos & mortuos exſpe„ ctamus, & ſæculum per ignem.

*Ex libello fidei qui in Codice Rueſnelli exſtat cap. 39. & apud Auguſtin in append. tom. 5. Serm. 235. nonnullis mutatis.*

*ſpiritum*

*Enus mſ quod eſt.*

2. Hoc cum legiſſet ex libro antiquo, edoctus a libro Silveſtri epiſcopi Romanorum, eo quod & publice prædicaret, * quia in nomine Jeſu-Chriſti a lepra mundatum fuiſſe per Silveſtrum Conſtantinum patruum Conſtantis, erat enim Conſtans non integre Chriſtianus, ſed quaſi tentator, baptizatus tamen in Trinitate, non tamen integre confitebatur Trinitatem. Baptizatus autem ab Euſebio Nicomedienſi in Nicomedia in Aquilone villa. Hic vero dicebat, alios filios habuiſſe de Maria Joſeph. Hoc cum audiſſet Liberius epiſcopus urbis Romæ, cœpit deridere eum, & clara voce accuſare, & dicere ex omni virtute. Non erit tuum regnum, quia non times Dominum Deum tuum. Hoc cum multi referrent regi [2] Conſtantio, iratus eſt vehementer, & juſſit eum extra civitatem habitare. Habitabat autem ab urbe Roma milliario III. quaſi exul in cymiterio Noellæ via Salaria.

*dele quia Conſtantinus a lepra mundatus.*

*Conſtans Nicomediæ baptizatus.*

*Conſtantius Liberium Noellam relegat.*

3. Veniens [3] autem dies Paſchæ, vocavit univerſos presbyteros cives Romanos & diaconos, & ſedit in eodem cymiterio, & dixit: Nolite timere quoniam vobiſcum ego non habito in civitate Roma, ſed habetis vicarium ecce fratrem & presbyterum Damaſum, cujus teſtimonium vos mihi perhibetis, cujus corpore

*Liberius vocat clerum.*

*Damaſum vicarium inſtituit.*

---

1 Anno Chriſti 327. conſulatum geſſit Fl. Valerius Conſtantinus, de quo dubitatur quidem Conſtantini ne fra-
ter, an fratris filius fuerit: ſed is regno numquam potitus legitur: ac certum eſt id, quod ab Euſebio de baptiſ-
mo Conſtantini Magni Nicomediæ traditum eſt, perperam ad hunc nepotem referri.
2 Vitæ Damaſi ſcriptor, de quo in admonitione præfati ſumus, de Conſtantio Conſtantini Magni filio, qui
Conſtantino & Conſtante fratribus defunctis ſolus Imperium obtinuit, iſtud non minus falſo intellexit
3 Hæc ita emendavit & amplificavit vitæ Damaſi ſcriptor, ut longe plenior & elegantior ſit Liberii oratio, ac
nihil ab eo, quod ſummum dedeceat pontificem, proferri ponat. Tantum rerum dictarum cum geſtis deſideratur

& mente clara voce vos prædicatis. ¹ Reſpondit autem Dionyſius presbyter ad Liberium epiſcopum urbis Romæ, & dixit: Præſul ſancte & innocens a corruptione & fortis in palmarium Chriſti, tu enim bene ſcis, quoniam Petrus apoſtolus quando negabat ægrotabat. Venit acceſſio, & iterum negavit. Venit tertio febris, & negavit. Receſſit febris, & ploravit & amare & dulce. Medicus autem nondum venerat. Venit medicus poſt tertium tyſus fecit medicamentum, & curavit. Qui defecerat ter negando ante paſſionem, poſt reſurrectionem ter amando reficitur. Reſpice medicamentum chriſmatis, chriſmatis ſacramentum. Non nos accuſet illa columba, quoniam tu conticis * chriſmate & in nomine ejus quem voce clara prædicabas. Ipſam vocem, quia vox Domini repeti non poteſt, mutari non poteſt, audire cum tremore * poteſt.

Petri amor poſt negationem

Chriſma in nomine Domini

* leg. chriſmas

* ſ. oportet

4. Reſpondit autem Liberius epiſcopus urbis Romæ, & dixit: Domni & ſancti compresbyteri nolite cogitare de craſtina. Sic enim dixit Magiſter, *Craſtinus enim dies ipſe de ſe cogitabit*. Hoc enim commonemus. Johannes in deſerto baptizabat in pœnitentia. Ideo erat deſertum, quia nondum venerat auctor baptiſmi. Ille enim dum veniſſet, deſcendit Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ, & manſit ſuper aquas & ſuper auctorem baptiſmi, & ſacerdos quod accepit exhibet ſacramentum.

Matth. 6. 34.

5. Reſpondit Damaſus presbyter, & dixit: Exhibe nobis celebrare Paſcha. Ego in humilitate loquor: onus enim, * quem tu ſuper te bajulas, nos ſublevare non poſſumus; quia ignoras ubi baptizes. Baptiza in pelve ubi Magiſter. Pelvis illa non lignum, ſed totus mundus eſt. Hunc ſermonem accepit Liberius cum magno honore, & gaudio plorabat, & dicit ad eum: Eris major miniſter, ſicut & ille qui nobis dedit baptiſmum, ſic dixit ad plebem: *Qui eſt veſter minor, fiat major*. Reſpondit Siticius diaconus & dixit, ² Juba ore meo præſul, & intunde favore. Patres noſtri in typo baptiſmi tranſierunt per medium mare. Nam in fluminibus & in paludibus oportet baptizari. Dicit Liberius epiſcopus: Juſte locutus es. Erat enim ibi non longe a cymiterio Novellæ cymiterius Oſtrianus, ubi Petrus apoſtolus baptizavit. Eodem tempore Paſchæ baptizavit promiſcui ſexus numero quatuor millia duodecim: qui omnes Romani vel a longe, alii vicini Romanorum deſiderabant ab eodem baptizari.

* quod

Baptiſmus in fluminibus & paludibus.

Oſtrianum cæmeterium

6. Veniens ³ autem eodem tempore bellum ſuper Danubium ingeſtiſſima pars barbarorum quaſi intra octavarum Paſchæ. Et audiens hoc * Conſtans dixit: Videte hunc ſacrilegum, quia quod numquam factum eſt, fecit ſuperſtitionem vanitatis. Ideo hæc plaga multitudinis barbarorum ingens venit ſuper Romania, & ambulavit ad bellum, & profectus eſt cum grandi amaritudine, & dicebat, dum exiret portam civitatis, Sacrilegum Liberium, qui dixit patruum meum fuiſſe leprolum, & baptizatum a Silveſtro epiſcopo, & mundatum, dum abiero ſuper quadrupedes Danubii, & concidero barbaros, rediens ad urbem Romam, volucribus cæli & beſtiis terræ carnes ejus immolabo; ipſum ſolum Liberium, non enim alios: ne dicant & affirment me eſſe perſecutorem. Dum eſſet autem in pugna Danubii, Conſtans fortiter urgebatur.

Conſtantii expeditio ſuper Danubium.

* al. ingentiſſima

* leg. Conſtantius

7. Veniens autem dies Pentecoſten, ſatis proteſtatus ſexus promiſcuus urgebatur ad baptiſmum propter metum perſecutionis. Dicit autem ⁴ Dionyſius presbyter, quare non baptizas ad primum pontificem noſtrum Petrum apoſtolum? Reſpondit Damaſus & dixit: Fac, erat enim obſcurus ſenſus Liberii epiſcopi dicens, * Patruus ejus fabricavit eccleſiam hanc, & conſtruxit. Quoniam habet poteſtatem in patrui ſui dare ſententia. Nam & aqua ibi non emanat. Homines enim promiſcui ſexus renaſci deſiderant, non mori propter me ſingulum. Reſpondit Dionyſius presbyter, & dixit: Renaſcantur; & ſi mortui fuerint poſt baptiſmum, in cruore melius vivent.

Liberius ut in baſilica S. Petri baptizet rogatur

* In aliis Damaſ, pater

8. Reſpondit Damaſus, & dixit: ⁵ Non triſtetur cor tuum, præſul ſumme: quia dabo tibi venam fontis emanantem. Gaudio conſolatus eſt Liberius in hunc ſermonem, & dicit ei, Vade,

Damaſus pollicetur fontes.

---

conſenſio. In eo autem maxime peccat, quod Liberium exulem ſic inducit loquentem, ut qui Ario recens ex-
ſtincto, mutationis rerum maximam inde ſpem capiat, cum anno Chriſti 336 extinctus ſit Arius, hoc eſt 20.
annis ante quam Liberius in exilium pelleretur.

1 In memorata Damaſi vita ſic deſinit oratio Liberii, ſubnectiturque Dionyſii interlocutio, ut omnia ſibi apte cohæreant, ſed ibi nihil de negatione ſeu lapſu atque emendatione Petri. Hæc autem iſtic non alio videntur attinere, niſi ut Symmachus papa, vel potius concilium a quo abſolutus erat, ex culpa eximatur. Eo quidem geſtorum illorum artifex Symmachum non innoxium fuiſſe innueret, ſed virum quadam benevolentiæ ſpecie potius, quam ulla prudentiæ laude commendatum, in id unum intendiſſe ſuſpicamur, ut ſuam Symmacho dignitatem ſervari potuiſſe perſuaderet.

2 In Damaſi vita iſtud ita explicatur, ut vaticinetur Liberius *quod beatus Damaſus pro eminentia humilitatis & vigilantiæ, ad culmen ſedis apoſtolicæ eſſet quandoque provenendus.*

3 Hæc ita emendavit vitæ Damaſi ſcriptor: *In diebus illis multitudo barbarorum ſuper Danubium congregata eſt, ut fines Romanorum invaderent. Quod audiens imperator Conſtantius ait: Videte hunc ſacrilegum, quia quod numquam factum eſt, fecit, ideo hæc plaga multitudinis ſuper regnum noſtrum. Et infra dies paſchales profectus eſt ad bellum, comminans, cum proficiſceretur, Liberio epiſcopo, quod victor revertens carnes ejus volucribus cæli & terræ beſtiis immolaret.*

4 In vita Damaſi ipſius Damaſi hæc ſunt verba; in hunc enim modum locus iſte reſtauratur: *Volente autem Liberio in præſcripto cœmiterio Oſtriano baptizare, ait ad eum S. Damaſus: Quare opportunitate accepta non baptizas ad primum noſtrum pontificem Petrum apoſtolum? Reſpondit Liberius: Quia dubito, (nam pater ejus fabricavit hanc eccleſiam, & conſtruxit.) ne ex hoc iratus ferat ſententiam. Homines enim renaſci deſiderant, non mori.* Quaſi vero ſi Liberio ad eccleſiam B. Petri accedere liberum fuiſſet, hæc idonea eſſet ratio cur ab iis qui baptiſmum expetebant, ibi baptizandis abſtineret, quia hæc eccleſia a Conſtantii patre conſtructa eſſet.

5 Et iſta vitæ Damaſi auctor ſic mutavit: *Non turbetur cor tuum, pontifex ſumme, & ſi corona tempus advenit. Sed & de aqua ne ſis ſollicitus: ego dabo tibi venam fontis emanantem. Et corroboratus gaudio Liberius ad verbum ejus, ait ei: Vade itaque, conſtrue fontem affluentem, ut renaſcantur omnes qui Eccleſiæ filii eſſe cupiunt. Et die tertio veniens Damaſus presbyter cum diaconibus ad eccleſiam S. Petri, communicato conſilio, dixit eis: Date mihi operam miniſterii hujus. Providens autem expiavit lacum illum qui eſt ad dexteram introeuntibus baſilicam S. Petri, eliminata inde omni putredine, conſtruxitque fontes, & cecidit montem proximum Damaſus manu ſua ... & manavit aqua abundanter, ut repleret fontes quos ipſe conſtruxerat. Gaviſus autem ex hoc Liberius juſſit congregari presbyteros & alios eccleſiaſticos gradus. Veniens ad baſilicam prænotatam, cum appropinquaſſet ad fontem, dedit orationem hujuſmodi: Deus omnipotens qui miſiſti &c. filium tuum, & oſtendiſti omnium creaturem, reſpice ſuper vineam iſtam, quam plantavit dextera tua ... fructum veritatis, qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum.*

Vade, conſtrue affluente Spiritu: & ego veniens cum fratribus & adorabo illum quem nobis dimiſit Chriſtus, qui pro nobis eſt paſtor. Et tertio die venit Damaſus, venit Siricius, venit Innocentius, venit Priſcus & Urbanus diaconi ad beatum Petrum apoſtolum. Erant enim ibi monimenta, & ſuper aqua denatabat. Fecit autem quaſi cum * eos conſilium Damaſus, & dixit, Date mihi opera * myſterii, ut hæc aqua mundetur deſuper cadavera hominum. Fecit autem cuniculos duos, & exinanivit locum illum qui eſt a dextra introeuntibus in baſilicam beati Petri apoſtoli. Habebat enim ibidem fontem * quæ non ſufficiebat. Et cæcidit montem Damaſus manu ſua. Et introivit plus quam conſuetum eſt. Et conſtruxit fontem. Et nuntiaverunt hi omnes Liberio epiſcopo quid actum fuiſſet. Et juſſit convenire omnes presbyteros, clerosque * & univerſos gradibus vel fideles. Et voce clara dixit: Vocat Petrus oves ſuas. Ecce homo fidem ſervans, Chriſtum audiens & me peccatorem, fecit ovile ovium, & dedit eloquio meo dulcedinem mellis: propter quod ego gaudeo, quia non dimiſit Petrus introire lupum, & devaſtare oves ejus. Sciatis baptiſmum me prædicare in baſilica Petri apoſtoli. Hoc omnes cum gaudio ſuſceperunt. Erat enim proximus dies Pentecoſten. Fecit convenire monaſteria & plebem ſanctam Chriſtianorum. Et cum * lætanea venit ad beatum Petrum apoſtolum. Dedit autem, dum introiſſet, hanc orationem. Deus, qui miſiſti filium tuum, & oſtendiſti creaturæ creatorem, reſpice ſuper vineam iſtam, & emunda ab ea ſpinas & tribulos, & produc palmites ejus in fortitudinem, & dona eis fructum veritatis per Deum & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum & Spiritum ſanctum, qui vivit cum Deo patre omnipotente a ſæculis & nunc & uſque in ſæcula ſæculorum. Et reſpondit univerſa plebs. Amen. Et introierunt ſabbato Pentecoſten, & placuit Liberio fons. & gaudio plorabat omnino non amare, ſed ſavum omnibus videbatur. Ab hora nona catechizavit omnes, & ab hora quaſi [1] jam ad occaſum uſque in Dominica Pentecoſten non ceſſavit baptizare. Multi enim urgebantur [2] baptizare: ita ut Dominicum Pentecoſten ſabbati Miſſas celebrarentur hora quaſi octava. Et baptizati ſunt promiſcui ſexus fere octo millia octingenti decem. [3] Multi eodem tempore deſiderabant tangere veſtimenta Liberii epiſcopi.

* Leg. eis
* miniſterii
* qui
Liberius baptiſterium conſtruit pluribus in Pentecoſte.
* ſ. ex univerſis
* litania

9. Alia autem die, quæ eſt feria ſecunda, audivit univerſa plebs, quod Conſtans adeptus quidem [4] victoria fecerat, clara ſenſu alieno dicebat: In Nicomediam vadam, & tranſivit [5] uſque ad Nicomediam, & in Aquilone villa, ubi baptizatus eſt ab Euſebio Nicomedienſe, in Arianorum dogma declinat. Eodem loco mortuus eſt & ſepultus [6] Conſtante III. & Conſtantio aug. & Baſſo conſulibus, XIIII. Kalendas Maias. Et ſedit eamdem ſedem Petri apoſtoli annos XVII menſes III. dies VIII. In ejus tempore fabricata eſt abſis in urbe Roma in regione quinta. Et requievit in pace.

## DECRETA JULII PAPÆ I. DECEM

JUXTA GRATIANUM ET IVONEM.

### PRIMUM

*Turpe lucrum ſequitur qui minus emit ut plus vendat, vel quid ſit uſura.*

QUICUMQUE tempore meſſis vel vindemiæ non neceſſitate, ſed propter cupiditatem comparat annonam vel vinum, verbi gratia, de duobus nummis comparat modium unum, & ſervat uſquedum venumdetur denariis quatuor aut ſex, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus.

14 q. 1 Quicumque tempore
Et in decr. Ivo lib. 1

### SECUNDUM.

*Reus eſt animarum presbyter, qui pœnitentiam morientibus abnegat.*

Si presbyter pœnitentiam morientibus abnegaverit, reus erit animarum, quia dominus dicit: *Quacumque die converſus fuerit peccator ad pœnitentiam, vita vivet, & non morietur.* Vera enim confeſſio in ultimo tempore eſſe poteſt, quia dominus non ſolum temporis, ſed etiam cordis inſpector eſt: ſicut latro, unius momenti pœnitentia, meruit eſſe in paradiſo in hora ultimæ confeſſionis.

26 q. 6 Si cum periculo pœnitentiam
Ezech. 18.
Luc. 23.

### TERTIUM.

*Poſt mortem alicujus nullus de ejus conſanguinitate ſponſam accipiat.*

Si quis deſponſaverit uxorem, vel ſubarraverit, & ſive præveniente die mortis, ſive irruentibus aliis cauſis, minime eam cognoverit, neque ejus ſuperſtes frater, neque ullus de conſanguinitate ejus eamdem ſibi tollat in uxorem ullo unquam tempore.

27 q. 2 Si quis deſponſaverit.

### QUARTUM.

*Licet ſervo matrimonia contrahere.*

Omnibus nobis unus eſt Pater in cœlis, & unuſquiſque dives, pauper, ſervus, & liber, æqualiter pro ſe, & pro animabus eorum rationem reddituri * ſumus. Quapropter omnes, cujuſcumque conditionis ſint, unam legem (quantum pertinet ad Deum) habere non dubitamus. Si autem omnes unam legem habent, ergo ſicut ingenuus dimitti non poteſt, ſic nec ſervus ſemel conjugio copulatus ulterius dimitti poterit.

Matth. 23
29. q. 2 Omnibus nobis unus.
* ſunt



1 In vita Damaſi, *quaſi undecima uſque*
2 Ibid. *urgebantur ad baptiſmum, ut in Dominica Pentecoſtes ſabbati Miſſa celebraretur*
3 Ex iis quæ deinceps ſequuntur, vitæ Damaſi ſcriptor nihil arripuit.
4 Lege, *victoriam fecerat, clara voce ſenſu*.
5 Conſtantinus Magnus, non is imperator cujus juſſu Liberius relegatus eſt, anno Chriſti 337. in ſuburbanis Nicomediæ baptizatus, ibidemque vita functus ab Euſebio in libro 4. vitæ ejus cap. 61. & ſeqq. narratur.
6 Conſtantis tertius conſulatus in annum Chriſti 346 incidit: in quem annum neque Conſtantini patris, neque filii ejus Conſtantii, longe minus Liberii mors convenit.
7 Hoc ipſum eſt capitulum 11 ſed breviatum Epiſt. 2. Cæleſtini Papæ ad Epiſcopos Vienn. & Narbon. *Harduinus*.

## QUINTUM.

*Ex propinquitate ſui ſanguinis vel uxoris, uſque in ſeptimum gradum, nullus ducat uxorem.*

35 q. 2 & 3. Nullam in utroque. Et in decr. Ivo. lib. 9. cap. ... tio Aurelianenſis conc. in Can. 10.

Nullum in utroque ſexu permittimus ex propinquitate ſui ſanguinis vel uxoris, uſque in ſeptimum generis gradum uxorem ducere, vel inceſti macula copulari. Præterea quoque illud adjicimus, quoniam ſicut non liceret cuiquam Chriſtiano de ſua conſanguinitate, ſic etiam nec licet de conſanguinitate uxoris ſuæ conjugem ducere propter carnis unitatem.

## SEXTUM.

*Eccleſia ſemel Deo conſecrata quando eſt iterum conſecranda.*

De conſecr. diſt. 1. De fabrica vero.

De fabrica vero cujuſlibet eccleſiæ, ſi diruta fuerit, inſtauranda, & ſi in eo loco conſecrationis ſolennitas debeat iterari, in quo ſanctuaria non fuerint, nihil judicamus officere, ſi per eam minime jactetur aqua exorcizata, quia in conſecratione cujuſlibet eccleſiæ, in qua Spiritus ſancti arra non ponitur, celebritatem ſcimus tantum eſſe miſſarum. Et ideo, ſi qua ſanctorum baſilica a fundamentis fuerit innovata ſine altaris motione, ſine aliqua dubitatione, cum in ea fuerit miſſarum ſolennitas celebrata, totius conſecratio ſanctificationis implebitur. Si vero ſanctuaria quæ habebant ablata ſunt, rurſus eorum depoſitione, & miſſarum ſolennitate, reverentiam ſanctificationis accipiat.

## SEPTIMUM.

*De his qui ſacrificando varie errabant.*

De conſec. diſtinct. 2. Cum omne. Et in decr. Ivo. l. 2. c. 1.

* Cum omne crimen atque peccatum oblatis Deo ſacrificiis deleatur, quid de cetero pro expiatione delictorum domino dabitur, quando in ipſa ſacrificii oblatione erratur? Audivimus enim quoſdam ſchiſmatica ambitione detentos, D contra divinos ordines & apoſtolicas inſtitutiones lac pro vino in divinis ſacrificiis dedicare; alios quoque intinctam euchariſtiam populis pro complemento communionis porrigere; quoſdam etiam expreſſum vinum in ſacramento domini calicis offerre; alios vero pannum lineum muſto intinctum per totum annum reſervare, & in tempore ſacrificii partem ejus aqua lavare, & ſic offerre; quod quam ſit evangelicæ & apoſtolicæ doctrinæ contrarium, & conſuetudini eccleſiaſticæ adverſum, non difficile ab ipſo fonte veritatis probatur, a quo ordinata ipſa ſacramentorum myſteria proceſſerunt. Cum enim magiſter veritatis verum ſalutis noſtræ ſacrificium ſuis commendaret diſcipulis, * nulli lac, E (*non illis*) ſed panem tantum & calicem ſub hoc ſacramento cognoſcimus dediſſe. Legitur enim in evangelica veritate: *Accepit Jeſus panem & calicem, & benedicens dedit diſcipulis ſuis.* (*Matth. 26.*) Ceſſet ergo lac * ſacrificando offerri, quia manifeſtum & (*in ſacrificio*) evidens exemplum veritatis evangelicæ illuxit, quod præter panem & vinum aliud offerri non liceat. Illud vero, quod pro complemento communionis intinctam tradunt euchariſtiam populis, A nec hoc prolatum ex evangelio teſtimonium receperunt, ubi apoſtolis corpus ſuum commendavit & ſanguinem. Seorſum enim panis, & ſeorſum calicis commendatio memoratur. Nam intinctum panem aliis Chriſtum præbuiſſe non legimus, excepto illo tantum diſcipulo, quem intincta buccella magiſtri proditorem oſtenderet, non quæ ſacramenti hujus inſtitutionem ſignaret. Nam quod de expreſſo botro, id eſt, de uvarum granis populis communicatur, valde eſt omnino confuſum; ſed, ſi neceſſe ſit, botrus in calice comprimatur, & aqua miſceatur: quia calix dominicus, juxta canonum præcepta, vino & aqua permixtus debet offerri, quia videmus populum in aqua intelligi, B in vino vero oſtendi ſanguinem Chriſti. Ergo cum in calice vino aqua miſcetur, Chriſto populus adunatur, & credentium plebs ei in quem credit copulatur & jungitur; quæ copulatio & conjunctio aquæ & vini ſic miſcetur in calice domini, ut mixtio illa non poſſit ſeparari. Nam ſi vinum tantum quis offerat, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis, ſi vero aqua ſit ſola, plebs incipit eſſe ſine Chriſto. Ergo quando botrus ſolus offertur, in quo vini * efficacia tantum deſignatur, ſalutis noſtræ ſacramentum negligitur, quod aqua ſignificatur. Non enim poteſt calix domini eſſe aqua ſola, aut vinum ſolum, niſi utrumque miſceatur. Et ideo, quia jam ex hoc plurima & mul- (* *efficientia.*) C tiplex majorum manavit ſententia, omnis deinceps talis error atque præſumptio ceſſare debet, ne perverſorum & inordinata compago ſtatum veritatis enervet. Et ideo nulli deinceps erit ſacrificium aliud in ſacrificiis divinis offerre, niſi juxta antiquorum ſententiam conciliorum, panem tantum & calicem vino & aqua permixtum. De cetero aliter quam præceptum eſt faciens, tamdiu a ſacrificando ceſſabit, quamdiu legitima pœnitentiæ ſatisfactione correctus, ad gradus ſui officium redeat quod amiſit.

## OCTAVUM.

Ex decreto Ivonis Carnotenſis deſumptum.

*Quid ſit Eccleſia.*

In decret. Ivo lib. 2.

Eccleſia Græcum nomen eſt quod in Latinum vertitur convocatio, * propter quod ad ſe omnes vocet. Catholica (id eſt univerſalis) ideo dicitur, quia per univerſum mundum eſt conſtituta. Vel quoniam catholica, hoc eſt generalis, in eadem doctrina eſt ad inſtructionem. (* *propterea quod.*)

## NONUM.

Ex eodem.

*De illis qui eccleſias incenderunt*

In decret. Ivo lib. 6.

Si quis eccleſiam comburit, quindecim annos pœniteat, & eam ſedule reſtituat, & pretium pauperibus diſtribuat.

DE

* Hoc eſt ex Conc. Bracar. iv. cap. 2. an. 677. *Harduinus.*

### DECIMUM.

Ex eodem.

*Libertam domino legitime nubere poſſe.*

In decret. Ivo lib. 6.

Si quis ancillam ſuam libertate donaverit, & in matrimonio ſibi ſociaverit, dubitabatur A apud quoſdam, utrum hujuſmodi nuptiæ legitimæ eſſe videantur, an non. Nos itaque vetuſtam ambiguitatem decidentes, talia connubia legitima eſſe cenſuimus. Si enim ex affectu fiunt omnes nuptiæ, & nihil impium & legibus contrarium in tali copulatione fieri poteſt, quare prædictas nuptias inhibendas exiſtimaremus?

ANNO CHRISTI 337.

# [a] CONCILIUM ROMANUM I.

## HABITUM A [b] JULIO PAPA I.

### ET RELIQUIS CENTUM ET SEDECIM

### Orthodoxis Epiſcopis. [b]

a In mſ. Juſt. *Incipit fides in ſacro Romano tractata concilio a B. Julio papa & reliquis veræ fidei epiſcopis.*

b Farraginem aliqui vocant ab Iſidoro in concilii formam redactam ex Tripartita, aliiſque.

c VIII.

d ubi.

IN nomine Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, imperantibus quoque c Conſtantio & Conſtante auguſtis, anno quarto, ſub die [c] XIX. Kalendarum Octobrium, d indictione ſexta [1], præſidente ſancto ac beatiſſimo Julio papa ſedis apoſtolicæ [d] Romæ, propoſitis ſacroſanctis & venerabilibus evangeliis, in eccleſia domini Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, quæ vocatur Conſtantiniana, reſidentibus etiam viris venerabilibus, pariterque cum eo audientibus, e Benedicto Aquilejenſi epiſcopo, f Ruſo Carthaginenſi epiſcopo, g Agapito Ravennatis eccleſiæ epiſcopo, h Julio Mediolanenſi epiſcopo, Luciano [*] Maurianenſi, & reliquis cum eis 116. epiſcopis, Julius prædictus ſanctiſſimus epiſcopus urbis Romæ dixit ſanctæ Dei & apoſtolicæ ſynodo, & B Dei voluntate & gratia in indiviſa communione ſancti Spiritus in hac conſonanter & unanimiter congregatæ antiqua alma urbe Roma, ad confirmationem ſacram & correctionem [*] fidei noſtræ & Chriſtianorum immaculatæ diſciplinæ. Ut noſtis, beatiſſimi fratres, neceſſe eſt cogitare, & conſonanter omnes nos docere, ſecundum naturam Dei ſummi & Patris ſapientiam, domini [f] Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti omnem deſiderantem humanam, divinamque in eo, atteſtante veritatis voce, naturam: *quoniam qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui in cœlis eſt: qui autem negaverit me & verba mea, negabo eum & ego coram Patre meo qui in cœlis eſt.* Unde oportet C ut primo fidem trecentorum decem & octo patrum in Nicæna ſynodo corroboratam ponamus, & poſtmodum quæ neceſſaria ſunt fideliter tractemus. Cui ab omnibus una voce reſponſum eſt: i Ad hoc convenimus, ut hoc primum ſecundum Dei voluntatem faciamus, & a fundamento Chriſti Jeſu incipiamus, k & denuo pro fratrum oppreſſione tractantes laboremus: quia dum illi tam graviter affliguntur, nos nec reſpirare nec quieſcere poſſumus: quia dum membra vexantur, corpus reliquum pacem aut quietem minime habere poterit. Hæc eſt [*] enim fides, in Nicæna generali tractata ſynodo.

* Marianenſi, & fuit quondam archiepiſcopatus Calabriæ.

* Maranen. & fuit quondam epiſcopatus Dalmatiæ.

* Marianenſem aliqui æſtimant in Corſica.

* correptionem.

f omni deſideranti vitam Matth. 10.

* autem.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium viſibilium inviſibiliumque factorem: & in unum dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei, natum ex Patre, unigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt, & quæ in cœlo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus eſt, paſſus, & reſurrexit tertia die, & aſcendit in cœlos, & venturus eſt judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Dicentes autem, Erat, quando non erat, aut Non erat, antequam fieret: aut, Quia ex non exiſtentibus factus eſt, aut, ex altera ſubſtantia vel eſſentia dicentes eſſe, aut, creatum aut convertibilem Filium Dei, hos tales anathematizat catholica & apoſtolica eccleſia. Hanc fidem venerabilem trecenti decem & octo & agnoverunt & corroboraverunt, conſonanteſque & unanimes ſcriptis explanaverunt. Nam dominus noſter mittens ad prædicandum diſcipulos ſuos, ait: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* De quibus & affirmamus ita [a] habere & ita ſapere, [*] ſed etiam dudum ſic habuiſſe, & ita ſapuiſſe, & uſque ad mortem pro hac [*] ſtare [b] fide, anathematizantes omnem ſine Deo hæreſim. Hæc omnia ex corde & anima nos ſapuiſſe, ex quo novimus noſmetipſos, & nunc ſapere & dicere, coram omnipotente Deo & domino noſtro Jeſu Chriſto, cum veritate teſtamur. His [*] enim ita prælibatis, [c] ingenita Patris natura extranea eſt, ſed prædicandum eſt eſſe conſubſtantialem Patri Filium, eo quod nullam æqualitatem ad creaturas factas Dei Filius habeat, ſed ſoli Patri genitori per omnem modum ſit ſimilis, & non ſit ex alia qualibet ſubſtantia vel eſſentia, ſed ex Patris. Ante omnia ſiquidem exquiſita ſunt impia & iniqua & ſine Deo dogmata Arii, & conſentientium ei, ſub præſentique omnium decreto complacuit anathematizari impiam ejus ſectam, & iniqua atque ſine Deo verba ſimul & no-

Matth. 28.

a nos

* ſed &

* certare.

b teſtare.

* autem.

c ingeniti a. Patre extranea non eſt.



1 Henricus Palladius in hiſt. Forojulien. lib. 8. ad hunc annum hujus Concilii alium codicem forte nactus legit: *Imperatoribus quoque Conſtantio & Conſtante Augg. anno primo Indictione* x. Verum neque hæc ſine errore: nam anno primo Conſtantii & Conſtantis regnabat quoque Conſtantinus minor, nonniſi anno 340. a fratre Conſtantino occiſus; & Indictio XI. non X. currebat an. 337. menſe Septembri, quo dicitur actum Concilium XIX. Kal. Octobrium, pejori errore, cum non exſtent niſi 18. Kal. Octob.

nomina quibus utebatur, Filium Dei blaſphemans, & dicens, Ex non extantibus eſſe: & iterum, Fuit aliquando, quando non fuit. Quomodo enim fuit, aut quomodo iterum non fuit? Et pro libero arbitrio, mutiæ atque virtutis capabilem filium Dei dicentes, & creaturam nominantes eum atque facturam. Hæc ergo omnia fatua & anilia & blaſphema anathematizavit ſanctum & univerſale concilium, & nec uſque ad auditum impiæ ſectæ atque * tumoris hujus, aut intellectuum iniquorum ſenſum accommodavit. *In* Ea quidem, quæ de illo geſta ſunt, qualem terminum habuerunt omnia jam audietis, ne nos forte videamur viro obloqui propter delictum ſuum improperia digna portanti. Eos enim, qui dividunt a paterna ſubſtantia & divinitate, & alienant Verbum a Patre, dividi ab eccleſia catholica convenit, & eſſe alienos a nomine Chriſtiano. Sint igitur nobis & omnibus anathema, eo quod Verbum veritatis videantur eſſe cauponari. Apoſtolicum namque præceptum eſt: *Si quis vobis annuntiaverit præter id quod accepiſtis, anathema ſit.* His ergo nullum communicare denunciate: *Nulla eſt enim communio luci ad tenebras.* Hos pellite procul ab omnibus. *Nulla enim concordia Chriſti ad Belial.* Servate vos, fratres cariſſimi, ut neque ſcribatis eis, neque eorum ſcripta ſuſcipiatis. Studete ſimul & vos, fratres cariſſimi & comminiſtri, tanquam ſpiritu præſentes, noſtro concilio conſentire, atque ſubſcriptione veſtra decernere, ut ab omnibus ubique comminiſtris noſtris conſonantia una ſervetur. Abdicamus autem illos, & extra terminos catholicæ eccleſiæ abjicimus, qui non affirmant quod Deus eſt Chriſtus, ſed ajunt, Verus Deus non eſt, quia filius eſt, ſed verus filius non eſt, ne genitus ſit ſimul & ingenitus. Sic enim ſe intelligere natum profitentur, quia ſic dixerunt: Quod natum eſt, factum eſt. Et quia cum Chriſtus ante ſæcula ſit, dederunt ei principium atque finem [1] ſed habet ante ſæcula. Oremus ſimul & pro nobis omnibus, & reliquis oppreſſis fratribus, ut ipſi eruantur illæſi, & ſerventur immaculati, ut quæ bene placuerunt, firma permaneant per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſecundum bonam voluntatem facta, ſicuti credimus, Dei & Patris in Spiritu ſancto, cui eſt gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. Trinitas conſubſtantialis æterna eſt. Data Kalendis Novembris, [a] Feliciano & [b] Maximiano [2] viris clariſſimis conſulibus.

* tumoris. Ibid. timoris

Galat. 1.

2 Cor. 6.

a quod in tempore, ſed non habet ante ſæcula.

b Titiano.

## NOTÆ SEVERINI BINII

*a Concilium Romanum.*) Cum recens electi pontificis munus eſſe videretur, ut fidem catholicam ſuo ipſius ingreſſu ante omnia eccleſiæ catholicæ publicis monumentis teſtatam redderet, Julius papa ipſo ſui pontificatus exordio, centum decem & ſex epiſcoporum concilium, duas potiſſimum ob cauſas convocavit: quarum prima eſt, ut certæ fidei confeſſionem ederet, ipſamque ſynodum ſuo quoque calculo confirmaret. Altera eſt, quod Arianam hæreſim ante condemnatam, ſua etiam ſententia excommunicari ac proſcribi voluerit. Utramque cauſam in actis inſinuatam infra indicabimus.

Cauſa convocati concilii duplex.

Cauſa 1.

Cauſa 2.

*b Sub Julio.*) Varia hic in principio concilii chronologia appoſita de tempore habitæ ſynodi variæ opinandi cauſam dedit. Propter additam indictionem ſextam, Hieronymus Rubeus in hiſtoria Ravennatum exiſtimavit hanc ſynodum Chriſti nati trecenteſimo quadrageſimo octavo anno, in quem ſexta indictio incidit, celebratam fuiſſe, qua probabilitate, infra dicemus, verbo *Indictione ſexta.* Alii, juxta verba quæ habentur in ipſo concilio, hanc ad quartum annum imperii Conſtantini, Conſtantii & Conſtantis referunt, qui eſt annus Chriſti 340. quo tempore Romæ quidem in cauſa Athanaſii & Marcelli ſynodus indicta fuit, propter contumacem Euſebianorum abſentiam in annum ſequentem dilata eſt, uti ibidem dicemus. Inter has igitur diverſas de tempore opiniones, verior eſt hæc tertia, quam approbat & ſequitur Baronius, quod nimirum, Feliciano & Titiano conſulibus, anno Chriſti nati 337. Julii pontificis primo, primo item imperii Conſtantini, Conſtantii & Conſtantis, celebratum fuerit: chronologiam conſulum, quam indictionis vel imperatorum libentius ſequimur, utpote quod in notas numeri facilius, quam in nomina conſulum error illabi potuerit, quodque anni imperatorum & indictionum, in legibus ab imperatoribus latis additi, additis nominibus conſulum velut evidentiore & ſolidiore nota firmari conſueverint, ideo ſane, ut factorum ſoliditate annorum imperatorum numerus vel indictionis ſemper integer ſervaretur, vel, ſi librariorum vitio corrumperetur, ex annotatis conſulibus facile reſtitui poſſet. Hanc ſynodum, quæ nihil præter rectæ fidei confeſſionem & Arianæ hæreſis deteſtationem reperitur, initio pontificatus Julii celebratam fuiſſe, ea quæ ſupra diximus, verbis *Concilium Romanum* non parum confirmant. Quæ vero infra dicemus verbo *Indictione*, noſtram de tempore concilii ſententiam evidentiſſime demonſtrabunt.

De tempore habiti concilii controverſia unde orta? Prima opinio. Secunda opinio.

Tertia ſententia Baronii verior eſt.

Cur conſulum non indictionum vel imperatorum chronologiam ſequamur.

*c Conſtantio & Conſtante Auguſtis, anno quarto.*) Conſtantinus poſtquam fratris Conſtantis imperium invaſiſſet, ab exercitu fratris necatus fuit, quarto anno imperii ſui inchoato: ideoque hic duorum duntaxat fratrum Conſtantii & Conſtantis anno res in concilio geſtæ conſignantur. Vere autem Conſtantino, Conſtantio & Conſtante primum annum imperii tenentibus, hanc ſynodum inchoatam & abſolutam fuiſſe ſupra ſufficienter eſt probatum.

Quibus imperatoribus, & quoto anno imperii concilium hoc celebratum ſit.

*Indictione ſexta.*) Indictio eſt periodus quindecim annorum, qua evoluta emeriti milites quindeni, honeſta miſſione & capitationis immunitatem impetrata, ſi vellent, ſoluti militia libere abire poterant; ſi nollent, majoribus privilegiis augerentur. Periodus illa quindecim annorum appellata eſt indictio, quod quindecim annorum ſtipendia militatis per quindecim indictiones annonæ provincialibus militibus principis reſcripto erogandæ numerarentur. Initium earum referendum eſt ad octavum diem Kalendarum Octobris, anni Chriſti 312. qui eſt Conſtantini imperii ſeptimus. Cum enim omnium frugum pleniſſima collectio eo tempore facta eſſet, opportune admodum circa illud tempus imperatores exhibendam militibus annonam propoſito edicto annis ſingulis edicere conſueverunt. Hac temporis nota principio ſola militaria ſtipendia conſignabantur, poſtea vero eadem tam in cenſualibus tabulis, quam in matriculis militaribus adhiberi incepit. Apud externos ante Conſtantini tempora ejus mentio nulla; apud eccleſiaſtica monumenta, in hoc concilio Romano, & apud ſanctum Ambroſium in epiſtola ad epiſcopos Æmiliæ prima ejus mentio reperitur. Vide Baronium anno 312. num. 104. & quinque ſequentibus. Dolendum eſt vehementer primam indictionis mentionem adeo evidenter corruptam ac vitioſam eſſe, quod quidem Hieronymus Rubeus prædicto loco impugnat, ſed nullo firmo præſidio munitus, ſatis temere: ſi enim hoc concilium, quod aſſerit Rubeus, ſexta indictione, tempore Conſtantii occurrente, celebratum fuiſſet, illud utique anno domini 347. cujus menſe Septembri ſexta indictio incipit, atque adeo eodem anno quo ſynodus Sardicenſis, habitum fuiſſet: unde graviora incommoda ſequerentur hæc, quod nimirum eodem anno earumdem eccleſiarum, Ravennatis, Carthaginenſis, Aquilejenſis, & Mediolanenſis, plures ac diverſi epiſcopi fuiſſent.

Indictio quid & cur ſic dicta, & unde orta?

Indictio hic poſita mendoſa eſt.

Romano concilio Aquilejenſis eccleſiæ epiſcopus Benedictus, Sardicenſi ejuſdem eccleſiæ Fortunatianus quidam interfuiſſe ſcribitur: in hoc reperitur præſto fuiſſe Rufus Carthaginenſis epiſcopus: in Sardicenſi, qui in locum illius ſucceſſit Gratus inter alios nominatur canone 8. Ravennatis eccleſiæ præſul Agapitus Romano, Severus Sardicenſi concilio ſubſcripſit, ſic Mediolanenſium epiſcoporum Julius ſynodo Romanæ, Protaſius Sardicenſi ſubſcripſiſſe & interfuiſſe utriuſque concilii acta aperte teſtantur. Cum ergo eccleſiæ conſtitutionibus omnino repugnet, ut eodem tempore ejuſdem eccleſiæ plures epiſcopi fuerint, a veritate etiam alienum eſt duo concilia prædicta ſexta indictione, quæ cum anno 347. coincidit, celebrata fuiſſe. Vide Baronium ann. 337. num. 69. & 71.

Ratio quare indictione ſexta Romana ſynodus celebrari non potuerit.

*e Benedicto.*) Fortunatiani illius, qui Sardicenſi concilio Aquilejenſis epiſcopus interfuit, anteceſſor. Vide quæ dicemus infra in notis ad Sardicenſe concilium.

Benedictus quis.

*f Rufo Carthaginenſi.*) Rufus Cæciliani in Carthaginenſi epiſcopatu ſucceſſor, & Grati illius, qui in Carthagi-

Rufus quis.

---

1 Ibid. addit *quod non in tempore, ſed habet ante ſæcula*, principium ſcilicet. *Hard.* 2 Non eſſe in Faſtis hos Conſules aſſerit hic in margine Harduinus, quod tamen falſum eſt de Feliciano, qui hoc anno 337. ſimul cum Tl. Fabio Titiano Conſul erat ex inſcriptione Onuphriana apud Pagium ad hunc annum.

thagienſi primo, & Sardicenſi præſens fuiſſe reperitur antecessor fuit.

Agapitus Severi anteceſſor

*g Agapito Ravennatis eccleſiæ.* ) Agapitus Severum Ravennatis eccleſiæ epiſcopum cujus nomen Sardicenſi concilio ſubſcriptum eſt, præceſſit. Unde in catalogo epiſcoporum ejuſdem eccleſiæ edito poſt Severum male ponitur Agapitus. Romanum concilium ante Sardicenſe habitum fuiſſe, chronologia conſulum & imperatorum evincit. indictione ſexta, quæ cum anno Chriſti 347. & octavo, adeoque cum tempore habiti concilii Sardicenſis concurrit, non fuiſſe celebratam hanc ſynodum Romanam ſupra oſtendimus. Baronius anno 337. num 69. & 71.

Julius Mediolanenſis quis?

Vide mum noſtrum I. de ſcriptoribus eccleſiaſticis p. 660.

Error Onuphrii

*h Julio Mediolanenſi epiſcopo.* ) Hunc Julium Mediolanenſis eccleſiæ epiſcopum eumdem eſſe, quem Panvinus in faſtis Maternum nominat, cujuſque eſt ille nobiliſſimus commentarius hoc titulo inſcriptus. *Julii Firmici Materni V. C. de myſteriis & erroribus profanarum religionum ad Conſtantinum & Conſtantem Auguſtos liber*, probabiliter exiſtimat Baronius. Protaſium huic poſt Euſtorgium ſucceſſiſſe, acta concilii Sardicenſis, cui interfuit & ſubſcripſit, ſatis aperte teſtantur. Errat igitur graviter Panvinus, dum Diocletiani temporibus in laterculo ſuorum faſtorum habet Protaſium, & poſt eum Maternum, & deinde Euſtorgium, poſt illum vero temporibus Sardicenſis concilii Dionyſium. Vide Baronium anno 337. numero 69. 73. & 74.

Prima cauſa concilii.

*i Ad hoc convenimus ut hoc primum.* ) Prima cauſa celebrati concilii indicatur ea fuiſſe, quam ſupra diximus, nimirum ut fides de Chriſti domini noſtri divinitate a Nicæno concilio contra Arium defenſa ac prædicata confirmetur.

Athanaſius quando & quomodo ab exilio reverſus

*k Et denuo pro fratrum oppreſſione.* ) His verbis videtur inſinuari perſecutio Euſebianorum in oriente, qua anno Chriſti 336. Athanaſius primo, deinde vero Marcellus Ancyranus in exilium pulſi fuerunt. Cum ergo ſequente anno Chriſti 338. Athanaſius ab exilio liberatus, Alexandrinæ eccleſiæ reſtitutus fuerit, ut infra patebit, medio tempore, quod eſt inter annum Chriſti 336. & 338. primo nimirum anno pontificis & imperatorum; decima, non ſexta indictione, Feliciano & Titiano conſulibus, anno Chriſti 337. hanc ſynodum Romæ celebratam fuiſſe plane eſt concedendum. De Athanaſii exilii tempore & reditu ejuſdem in Ægyptum, hæc Theodor. l. 2. c. 1. *Divinus ille Athanaſius biennio integro & quatuor menſibus Treveris commoratus reverſit Alexandriam. Quo quidem tempore Conſtantinus filius Conſtantini magni, natu maximus, qui Galliæ verſus occidentem imperium obtinuit, literas ſcripſit ad eccleſiam Alexandrinam.* De eodem reditu ſuo hæc ipſe Athanaſius apologia. 2. *Certe quidem beatus Conſtantinus minor, memor ſcriptorum patris ſui, dum nos patriæ reſtitueret, in hæc verba epiſtolam miſit.*

*Conſtantinus Cæſar populo catholicæ eccleſiæ Alexandrinæ ſalutem.*

Neque veſtram ſacram mentem latere arbitror, ideo Athanaſium adorandæ legis interpretem in Gallias miſſum eſſe, ne quo tempore ſanguinolentorum hoſtium feritas ſacro ejus capiti quammaxime immineret, implicituſque malorum collimitio, aliquid intolerandum, & cui remedium nullum eſſet, pateretur. Ad hanc igitur feritatem eludendam, tot faucibus inhiantium ſubtractus, ut ſub me ageret juſſus eſt. Atque ita in hac urbe commoratus eſt, ut omnibus rebus neceſſariis abundaret, tametſi ejus reverenda virtus, divina ope fretus, onera aſperioris fortunæ vilipenderet. Jam cum imprimis veſtræ in Deum pietati, ſuiſque ſedibus hunc epiſcopum dominus noſter & pater Conſtantinus reſtituere vellet, & humana ſorte præventus, antequam hoc votum impleret, requieverit; ego mihi convenire puto, ut, ſuſcepta voluntate ſacræ memoriæ imperatoris, id ipſum adimpleam quod ille non potuit. Cum igitur Athanaſius ad veſtrum conſpectum penetraverit, tunc demum intelligetis quantæ apud nos reverentiæ fuerit. Neque id mirum videri debet, ſi quid hujuſmodi in ejus gratiam fecerim, ad hoc enim faciendum meam mentem & veſtri deſide-

A rii imago, & ſpecies tanti viri inſtigavit. Divina providentia vos ſervet, dilecti fratres. Datum Treveris xv. Calendas Julias.

Κωνσταντῖνος Καῖσαρ τῷ λαῷ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πόλεως Ἀλεξανδρείας.

Οὐδὲ τὴν τῆς ὑμετέρας ἱερᾶς ἐννοίας ἀποπεφευγέναι γνῶσιν οἶμαι, διὰ τοῦτο Ἀθανάσιον τὸν τοῦ προσκυνητοῦ νόμου ὑποφήτην πρὸς καιρὸν εἰς τὰς Γαλλίας ἀπεστάλθαι, ἵν' ἐπειδὴ ἡ ἀγριότης τῶν αἱμοβόρων αὐτοῦ καὶ πολεμίων ἐχθρῶν εἰς κίνδυνον τῆς ἱερᾶς αὐτοῦ κεφαλῆς ἐπεμαίνετο, B μὴ ἄρα διὰ τῆς τῶν φαύλων διαστροφῆς ἀνήκεστα ὑποστῇ. πρὸς τὸ διαπαῖξαι τοίνυν ταύτην ἀφαιρεθεὶς τῶν φαρύγγων τῶν ἐπικειμένων αὐτῷ ἀνδρῶν, ὑπ' ἐμοὶ διάγειν κεκέλευσται. οὕτως ὡς ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ἐν ᾗ διέτριβε, πᾶσι τοῖς ἀναγκαίοις ἐμπλεονάζειν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα αὐτοῦ ἡ ἀοίδιμος ἀρετὴ ταῖς θείαις πεποιθυῖα βοηθείαις, καὶ τὰ τῆς τραχυτέρας τύχης ἄχθη ἐξουθενεῖ, τοιγαροῦν εἰ καὶ τὰ μάλιστα πρὸς τὴν προσφιλεστάτην ὑμῶν θεοσέβειαν, ὁ δεσπότης ἡμῶν Κωνσταντῖνος ὁ σεβαστὸς ὁ ἐμὸς πατὴρ, τὸν αὐτὸν ἐπίσκοπον τῷ ἰδίῳ τόπῳ παρασχεῖν προῄρητο, ὅμως ἀνθρωπίνῳ κλήρῳ προληφθεὶς πρὸ τοῦ τὴν εὐχὴν πληρῶσαι ἀνεπαύσατο, ἀκόλουθον ἡγησάμην τὴν προαίρεσιν τοῦ τῆς C θείας μνήμης βασιλέως διαδεξάμενος πληρῶσαι. ὅστις ἐπειδὰν τῆς ὑμετέρας τύχοι προσόψεως, ὅσης αἰδοῦς τετύχηκε γνώσεσθε. οὐ γὰρ θαυμαστὸν εἴ τι δ' ἂν ὑπὲρ αὐτοῦ πεποίηκα, καὶ γὰρ τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἥ τε τοῦ ὑμετέρου πόθου εἰκὼν, καὶ τὸ τοῦ τηλικούτου ἀνδρὸς σχῆμα, εἰς τοῦτο ἐκίνει καὶ προὔτρεπεν. ἡ θεία πρόνοια ὑμᾶς διαφυλάξαι, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί. ἐδόθη πρὸ δεκαπέντε καλανδῶν Ἰουλίων ἐν Τριβέροις.

Errant igitur Ruffinus & Epiphanius, quorum ille ſex annis, hic ultra duodecim annos Athanaſium exulaſſe ſcribunt. Quartum enim annum imperii ſui Conſtantinus minor, qui illum reſtituit, non exegit. Accedit quod prædictæ literæ imperatoris Conſtantini non obſcure ſignificent, ſtatim poſt obitum patris ſui illud accidiſſe. Vide quæ diximus in notis epiſtolæ Julii. D

Ruffini & Epiphanii error.

*l Dogmata Arii.* ) Secunda cauſa celebratæ ſynodi ſignificatur, ut ſcilicet Arianæ hæreſeos ſectatores anathematizarentur.

Secunda cauſa concilii.

*m Ea quidem quæ de illo geſta ſunt.* ) Inſinuatur ſynodum hanc eo tempore quo fœdus & mirabilis Arii interitus recens contigerat celebratam fuiſſe: adeoque verum eſſe, quod ſupra frequenter aſſeruimus, id circa initium Julii & trium imperatorum accidiſſe. Arium autem anno Chriſti 336. cum juſſu imperatoris per Conſtantinopolitani conciliabuli præſides ac judices Euſebianos de ſuſpicione infidelitatis & erroris expurgatus fuiſſet, vitam ipſam cum excrementis & viſceribus emiſiſſe conſtat ex iis quæ ſupra diximus in notis ad vitam Marci, & concilii Conſtantinopolitani ſub Marco. Arius, qui ſecundo anno Conſtantii, qui eſt Chriſti 338. Laodiceæ in Syria cum Athanaſio diſputaſſe ſcribitur, ab hoc, de quo nunc agimus, alius fuit; forte is, qui in Sardicenſi concilio nominatur.

Arii obitus qualis & quando.

E *n Feliciano & Maximiano conſulibus.* ) Maximinus ſive Maximianus Feliciani collega perperam hic & apud auctorem libri pontificalis collocatur, quia Caſſiodori & Græcorum faſtorum conſenſu Feliciano non alius quam Titianus collega jungendus eſt. Sanctio & lex Conſtantini imperatoris l. de contrah. emot. cod. Theodoſ. hoc anno data, & dictis conſulibus Feliciano & Titiano conſignata, hoc quod diximus plurimum confirmat. Vide Baronium anno 337. num. 1. & 17.

Titianus collega Feliciani.

CON-

ANNO CHRISTI 340.

ANNO CHRISTI 340.

# CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM

## Arianorum, in quo Paulus CP. Epiſcopus deturbatur anno Chriſti CCCXL.

CUM ægre ferret Conſtantius imperator poſt A obitum Alexandri, creatum fuiſſe Conſtantinopolitanum Epiſcopum Paulum, ejuſdem Eccleſiæ presbyterum, *non multo poſt Conſtantinopolim ingreſſus*, inquit Socrates lib. 2. cap. 7. de Pauli ordinatione loquens, *ob illius ordinationem graviſſima exarſit ira; collectoque Arianorum Antiſtitum Concilio, Paulo quidem Epiſcopatum ademit; Euſebium vero ab urbe Nicomedia translatum, Conſtantinopoleos Epiſcopum deſignavit*. Euſebius Nicomedienſis, vir ſupra modum ambitioſus, regiæ Urbis ſedi jamdiu inhiabat. Arrepta igitur occaſione, collecto juſſu Conſtantii, Epiſcoporum ſuæ partis Concilio, hominem tamquam ſeditionis auctorem depoſuit, ejuſque ſedem invaſit. Seditio quippe ob Alexandri ſucceſſorem eligendum exorta erat, de qua Sozomenus lib. 3. cap. 4. *Plebs in duas partes diviſa, palam ad opinionum contentiones, & ad pugnam uſque prorupit. Et Arianis quidem ſtudium fuit, ut Macedonius ordinaretur, Homouſiani contra operam dabant, ut Paulus crearetur Epiſcopus; idque tandem prævaluit*. Hæc autem Pauli deturbatio contigit anno Chriſti 340. ut probat Pagius ad eum annum; audita autem Euſebii ad ſedem CP. translatione, Alexandrini ſynodum celebrarunt, de qua mox Labeus. Hujus CP. ſynodi meminit Auctor libelli ſynodici his verbis.

## CONSTANTINOPOLITANA CONSTANTII.

CONSTANTINUS igitur Chriſtianus im- B perator, poſteaquam exilio Athanaſium multaſſet, Nicomediam veniens, cum in ægritudinem incidiſſet, baptizatus eſt: & cum jam ad dominum peregrinaturus eſſet, teſtamento facto, revocari ab exilio divinum Athanaſium juſſit: & Conſtantinum quidem & Conſtantem filios ſuos, orientalium Romanorum, Roma relicta, imperium retinere: Conſtantium autem ab Antiochia Romam ſimiliter proficiſci. Sed teſtamento ab Euſtathio presbytero & curatore, qui Arianis occulte favebat, corrupto, Conſtantius imperator orientis renunciatur: & cum fratres ipſius orthodoxi eſſent, ſolus ipſe in Arianorum ſenſum prolapſus eſt. Confeſtim C enim, qui cum Euſebio Nicomedienſi faciebant, ipſum contra ſanctiſſimum Paulum accendunt, cum multis calumniis, & hoc deferentes, Sine tuo, imperator, decreto, Alexandro mortuo, in ſolium Conſtantinopolis ſeipſum collocavit. Ille autem conſeſſum hæreticorum Conſtantinopoli, contra divinum ſymbolum congregari præcipiens, Paulum confeſſorem ex eccleſia ejici, ejuſque loco pridem Beryti, tunc autem Nicomediæ epiſcopum Euſebium introduci juſſit.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ μὲν οὖν, ὁ ἐν Χριστιανοῖς βασιλεὺς ἀποστέλλει διὰ τῆς ἐξορίας, τὴν ἱερὰν Ἀθανασίῳ πραγματευσάμενος, ἐλθὼν ἐπὶ Νικομήδειαν, καὶ ἀσθενείᾳ περιπεσὼν, ἐβαπτίσατο· καὶ μέλλων ἐκδημεῖν πρὸς τὸν κύριον, ἐνδιαθήκως ἀνακληθῆναι τῆς ἐξορίας τὸν θεσπέσιον διετύπωσεν Ἀθανάσιον· Κωνσταντῖνον καὶ Κώνσταντα τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, τῶν ἑῴων Ῥωμαίων, ἐκ Ῥώμης ἀπάραντας, τῆς βασιλείας ἀντέχεσθαι. καὶ Κωνστάντιον ἀπὸ Ἀντιοχείας εἰς Ῥώμην, ὁμοίως ἀντιπορεύεσθαι. Ἀλλὰ τῆς διαθήκης φαλσευθείσης ὑπὸ Εὐσταθίου τοῦ πρεσβυτέρου καὶ ἐπιτρόπου κεχρυμμένου Ἀρειανοῖς χρηματίζοντος· Κωνστάντιος βασιλεὺς τῆς ἑῴας ἀναγορεύεται· καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ ὀρθοδοξούντων, μόνος εἰς τὸ Ἀρειανικὸν κατωλίσθησε φρόνημα. Εὐθὺς γὰρ οἱ περὶ τὸν Νικομηδείας Εὐσέβιον, αὐτῷ κατὰ τοῦ μακαριωτάτου Παύλου προσέρχονται· σὺν πολλαῖς διαβολαῖς, καὶ τοῦτο φαίνοντες, ὡς δίχα τῆς σῆς, βασιλεῦ, διαγνώσεως, Ἀλεξάνδρου τελειωθέντος, εἰς τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως ἑαυτὸν ἐνεκαθίδρυσεν. Ὁ δὲ συνέδριον αἱρετικῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συγκροτηθῆναι κατὰ τοῦ θείου συμβόλου διατοξάμενος, Παῦλον τὸν ὁμολογητὴν ἐκβληθῆναι τῆς ἐκκλησίας ἐκέλευσε. καὶ ἀντεισαχθῆναι πρώην Βηρυτοῦ, Νικομηδείας Εὐσέβιον.

ANNO CHRISTI 339.

# [a] CONCILIUM [b] ALEXANDRINUM[1]

## EX CATHOLICIS EPISCOPIS

### Alexandrinæ eccleſiæ in cauſa Athanaſii.

Athanaſius ab exilio revocatus viciſſim ab Euſebianis accuſatur.

*a Concilium.* ) Cum Conſtantinus imperator A voluntatem patris defuncti executus Athanaſium biennio exulantem eccleſiæ ſuæ reſtituiſſet, reditum illius Ariani indigne admodum ferentes, veteribus calumniis tres alias noviter excogitatas addiderunt haſce: primum, quod reditus illius omni populo ingratus fuiſſet, cædeſque plurimorum concitaſſet: ſecundo, quod a ſynodo damnatus abſque ſynodali decreto temere & contra canones ſedem recipere præſumpſiſſet · tertio, quod frumentum ex liberalitate imperatoris Ægypti ac Libyæ viduis exhiberi ſolitum ſurripuiſſet. His commentis inſtructi ad Julium Romanum pontificem, ſicut etiam ad occidentalis imperii imperatores Conſtantinum & Conſtantem, legatos quoſdam ex ſuis ablegarunt, qui B ſpuria illa acta Tyri ſecum deferentes, eaque Julio pontifici offerentes, peterent ut Athanaſii condemnado Tyri facta rata ac firma habetetut. Quod cum orthodoxi epiſcopi Alexendriæ eccleſiæ reſciviſſent, ſubito congregati, accuſationes Arianorum novas ſimul ac veteres ad examen & judicium vocarunt: dum accuſationes eorum calumniis pleniſſimas eſſe animadvertiſſent, utiliſſimum fore judicarunt, ut ad legatos Arianorum refutandos, ſuos ipſi etiam ablegarent, eoſque ſynodali epiſtola adverſus omnes Euſebianorum accuſationes, tam veteres Tyri productas, quam etiam novas ab iiſdem recens excogitatas, ſcripta inſtruxerunt & confirmarunt. Quos cum eodem tempore ſi- C mul Romæ & apud imperatorem cum Arianis præſentes eſſe contigiſſet, mendaciis Arianorum utrobique refutatis, de hoſte proſtrato ac devicto apud imperatorem & pontificem glorioſe admodum triumpharunt. Ad pudorem quo ſuffundebantur adverſarii minuendum, ad concilium aliud ſubito provocarunt. Hæc Baronius anno 339. ex epiſtolis duabus, quarum altera eſt Julii pontificis ad Arianos ſcripta, & ex Athanaſio ſuperius inter alias Julii epiſtolas collocata, altera vero eſt ſynodica hujus concilii. In qua cum omnes calumniæ Athanaſio ab Euſebianis objectæ enumerentur, & egregie confutentur, lectori gratum fore arbitrati ſumus, ſi eam quantumvis prolixam hic ſub- D jungamus.

Ariani mittunt legatos ad pontificem & imperatorem.

Concilium Alexandrinum mittit legatos catholicos in cauſa Athanaſii ad eoſdem.

Alexandriæ urbis deſcriptio.

*b Alexandrinum.* ) Sic dictum ab Alexandria urbe, de qua Georgius Brunus vir doctiſſimus in ſuo theatro urbium hæc ſcribit quæ ſequuntur: *Alexandria Ægypti magna & illuſtris civitas, quam Strabo lib. 14. geographiæ urbem potentem ac populoſam nominat, ante ſalutarem Jeſu Chriſti adventum annis viginti ſupra* 300. *ab Alexandro Macedone, Juſtino atteſtante, condita & cognominata, omnium Alexandrinarum, quarum in hiſtoriis paſſim plures quam ſeptemdecim ( ut Euſtathius perhibet ) enumerantur, maxima & opulentiſſima. Quam ob cultum divinum illic florentem plebiſque ſanctimoniam non infrequenter paradiſum domini veteres nuncupant. Hanc Auguſtus Cæſar poſt devictum Antonium triplici de cauſa ſe conſervaſſe eſt faſſus, ob Alexandri* ( cujus corpus reverenter ibidem ſepultum fuerat ) *memoriam, pulchritudinem urbis, & propter Arium philoſophum, qui in univerſitate Alexandrina profeſſor, magno apud Auguſtum in honore fuit.* Et poſt alia præclara urbis elogia hæc ſubdit: *Univerſitatem omnium artium liberalium ſcholis illuſtrem habuit: Marcus fidelis Jeſu Chriſti evangeliſta, a quo fidei religioniſque Chriſtianæ prima elementa acceperunt, eccleſiaſticam ſcholam inſtituit, cui doctiſſimi ſemper viri præfuerunt: Pantenus ille, qui ut equus quidam Trojanus optimos eccleſiæ palmites produxit: deinde Origenes, quem ibi talem ſe vidiſſe teſtatur Porphyrius, qui arcem totius philoſophiæ conſcendiſſet.* Celebritatem non infimam addit urbi, quod ad petitionem Ptolemæi Philadelphi regis Ægypti, & ad mandatum Eleazari ſummi pontificis Judæorum, pro ornamento ampliſſimæ totius orbis terrarum bibliothecæ, LXX. interpretes ædiculis ſeparati ſacram ſcripturam ex Hebraico idiomate in Græcum ita conformiter tranſtulerint, ut non modo eamdem ſententiam, ſed etiam verba ſinguli obſervaverint. Ammianus lib. 22. Alexandriam verticem omnium civitatum appellat. Herodianus lib. 7. poſt Romam illi primum locum tribuit. Merito igitur id agente divino numine, inquit Baronius anno 64. num. 13. ſubiit in mentem Petri paſtoris omnium, ut dilectiſſimum diſcipulum Marcum mitteret Alexandriam, ut ibi evangelium prædicaret, ubi velut in quodam orbis theatro ex Aſia, Africa, & Europa tot gentes eſſent ſimul collectæ. Sedem Alexandrinam ſedi Antiochenæ prius inſtitutæ præponi, magna laus urbis eſt. Præfectura Alexandrina ab Auguſto, a quo Auguſtalis denominabatur, magnificentiſſime præ ceteris ab eodem nobilitata fuerat. Præfectura Syriæ, cujus metropolis erat Antiochia ſecundas ſibi vendicabat, ideoque factum, inquit Baronius anno 39. num 10. ut illa poſt Romanam primum, Antiochena ſecundum locum obtinuerit. Vide quæ diximus ſupra in notis ad epiſt. Anacleti III. Vide Baron. anno 233. num. 18.

Tranſlatio ſanctæ ſcripturæ per 70. interpretes ubi?

Alexandrina eccleſia patriarchalis.

1 Male Binius, & Labbeus in Collectione Conciliorum, & Papebrochius in vita S. Athanaſii cap. 12. n. 134. ſynodum Alexandrinam in cauſa Athanaſii anno 339. illigarunt. Nam in ejus epiſtola ſynodica mentio fit tranſlationis Euſebii a ſede Nicomedienſi ad Conſtantinopolitanam his verbis: *Ecce enim jam quoque deſiliens, alienum Epiſcopatum denuo obtinet*, quæ tamen tranſlatio nonniſi anno 340. facta eſt, ut ipſe Baronius fatetur. Sulpicius Severus ait, huic ſynodo Alexandrinæ octoginta Epiſcopos interfuiſſe; Athanaſius vero in Apologia 2. *Judicatum eſt ſecundum nos non ſemel, neque iterum, ſed ſæpius. Primum quidem in noſtra Provincia, cum ad id coiſſent propemodum centum Epiſcopi. Pagius ad an. Ch. 339. num. 7.*

A

## EPISTOLA SYNODICA.

*Sancta Synodus Alexandriæ congregata ex Ægypto, & Thebaide, & Lybia, & Pentapoli, omnibus ubique eccleſiæ catholicæ epiſcopis dilectis & deſideratiſſimis fratribus, in Domino ſalutem.*

POTERAMUS quidem, dilectiſſimi fratres, etiam ſtatim ab initio conſtitutæ in Athanaſium comminiſtrum noſtrum criminationis, deinde poſt ejus Alexandriam ingreſſum, reſpondere ſuper criminibus quæ in eum Euſebiani confinxerunt: eoſque de injuriis in eumdem illatis accuſare, ſimulque palam facere omnes adverſum eumdem ſtructas calumnias. Sed quia tempora illa nihil tale permittebant, ut & ipſi noſtis; nunc vero arbitramur, poſt reſtitutionem epiſcopi Athanaſii, eos vultum ſubmittere, & pudore in tam apertis injuriis ſuffundi, putavimus idcirco nobis eſſe ſilendum. Poſtquam vero tanta vir ille perpeſſus eſt, poſt ejus in Gallias peregrinationem, poſt vitam relicta domo peregre actam, poſtquam ob ipſorum calumnias vix mortem effugiſſet, niſi humaniſſimum Imperatorem inveniſſet: quibus profecto malis cum nemo inimicus quamvis crudeliſſimus non ſatiatus foret; ipſi tamen non erubeſcunt, ſed adhuc ſæviunt in eccleſiam & in Athanaſium, ægre ferentes illius liberationem, ac proinde atrociora molientes, prompti ad accuſandum: nec timent illud quod in ſacris literis ſcriptum eſt: *Falſus teſtis impunitus non erit*. Et: *Os quod mentitur, occidit animam*. Ideo tacere ultra non poſſumus: admiramurque eorum malitiam, & inſatiabilem in calumniis conſtandis pervicaciam. Ecce enim non ceſſant Imperatoris aures contra nos irritare, aut literas exitioſas ſcribere, ut epiſcopum ſuæ impietatis hoſtem e medio tollant. Nam denuo literas contra ipſum ad Imperatores ſcripſerunt, iteratiſque calumniis cædes ei objiciunt, quæ nunquam factæ ſunt; ac denuo illum occidere moliuntur, imputatis homicidiis quæ nunquam facta ſunt: & fortaſſe tunc eum calumniis ſuis interfeciſſent, niſi humanum principem nacti fuiſſemus: eumdemque denuo, ut quod minimum majorum referamus, in exilium protrudere ſatagunt, & ob id calamitates exulum, quaſi ab eo factas ſe deplorare ſimulant, ac revera deflent ea quæ a nobis facta non ſunt: nec dum contenti ſunt his quæ ei intulere malis: ſed nova & atrociora illis adjicere volunt, homines ſcilicet admodum manſueti & moribus æquis: vel potius, dicendum eſt enim quod reipſa eſt, improbi & aſperi: qui terroribus & minis potius, quam pietate & æquitate, ut epiſcopos decet, honorari ſe volunt. Nam quæ nemo profanus litigator loqui velit, ea effundere dicta non ſunt veriti in ſuis ad Imperatores literis. Et tot cædium atque homicidiorum eum accuſarunt, non apud præſidem aut alium quemvis majorem, ſed & apud tres

Prov. 19. Sup. 5.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΥΝΟΔΙΚΗ.

[1] Ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συναχθεῖσα, ἀπό τε τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Θηβαΐδος, καὶ Λιβύης, καὶ Πενταπόλεως, τοῖς ἁπανταχοῦ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόποις, ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις ἀδελφοῖς ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΗΔΥΝΑΜΕΘΑ μὲν ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἅμα τῷ συσκευασθῆναι τὸν συλλειτουργὸν ἡμῶν Ἀθανάσιον, ἢ καὶ μετά τε εἰσελθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἀπολογήσασθαι περὶ ὧν συνεσκευάσαντο αὐτῷ οἱ περὶ Εὐσέβιον, καὶ B αἰτιάσασθαι περὶ ὧν πέπονθε παρ' αὐτῶν, καὶ δεῖξαι πάσας τὰς γεγενημένας κατ' αὐτοῦ συκοφαντίας. ἐπειδὴ δὲ τότε μὲν οὐκ ἐπέτρεπε τὰ πράγματα, ὡς ἴστε καὶ ὑμεῖς. νῦν δὲ νομίζομεν μετὰ τὴν ἐπάνοδον Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου, δυσωπεῖσθαι καὶ ἐρυθριᾶν αὐτοὺς ἐπὶ οὕτω φανεροῖς αὐτῶν ἀδικήμασι, τούτου ἕνεκεν σιγᾷν ἑαυτοὺς ἐπείσαμεν. ἐπεὶ δὲ μετὰ τὸ παθεῖν τοσαῦτα τὸν ἄνδρα, μετὰ τὴν εἰς Γαλλίας ἀποδημίαν, μετὰ τὴν ἐπὶ ξένης ἀντὶ τῆς οἰκείας καὶ πορρωτάτω διαβίωσιν, μετὰ τὸ ὀλίγου δεῖν αὐτὸν ἀποθανεῖν ἐκ τῶν διαβολῶν αὐτῶν, εἰ μὴ βασιλέως ἔτυχε φιλανθρώπου. ἐφ' οἷς ἂν καὶ πᾶς ἐχθρὸς ἐκορέσθη, κἂν τὸν θυμὸν ὠμότατος, οὐκ ἐρυθριῶσιν, C ἀλλὰ πάλιν ἐπινεανιεύονται κατὰ τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ Ἀθανασίου, καὶ πρὸς τὴν ἄφεσιν ἀγανακτοῦντες αὐτοῦ, χείροσιν ἐπιτολμῶσι δευτέροις, καὶ κατηγοροῦσι μὲν ἑτοίμως, οὐ φοβοῦνται δὲ τὸ ἐν ταῖς ἁγίαις γραφαῖς γεγραμμένον, μάρτυς ψευδὴς, οὐκ ἀτιμώρητος ἔσται, καὶ στόμα καταψευδόμενον, ἀναιρεῖ ψυχήν. διά τοι τοῦτο, οὐκέτι μὲν δυνάμεθα σιγᾷν, θαυμάζομεν δὲ τὴν πονηρίαν αὐτῶν, καὶ τὴν ἀκόρεστον ἐπὶ συσκευαῖς φιλονεικίαν. ἰδοὺ γὰρ οὐ παύονται πάλιν βασιλικὰς ἀκοὰς κινοῦντες καθ' ἡμῶν, οὐ παύονται γράφοντες ὀλέθρου γράμματα, πρὸς ἀναίρεσιν ἐπισκόπου τοῦ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν D ἐχθροῦ. πάλιν γὰρ ἔγραψαν τοῖς βασιλεῦσι κατ' αὐτοῦ, πάλιν αὐτὸν συσκευάσασθαι βούλονται, σφαγὰς αἰτιώμενοι μὴ γενομένας, πάλιν αὐτὸν φονεῦσαι [3] βούλονται, φόνους αἰτιώμενοι μὴ γενομένους. καὶ τότε γὰρ ἂν ἐφόνευσαν διαβάλλοντες, εἰ μὴ φιλανθρώπου βασιλέως ἐτύχομεν, πάλιν αὐτὸν ἵνα τὸ ἔλαττον εἴπωμεν, ἐπ' [4] ἐξορίαν ἀπελθεῖν ἐπείγονται συμφορὰς ἐξορισθέντων ὡς παρ' αὐτοῦ γενομένων, προσποιούμενοι θρηνεῖν, καὶ θρηνοῦσι μὲν παρ' ἡμῖν τὰ μὴ γενόμενα, οὐκ ἀρκοῦνται δὲ τοῖς γενομένοις κατ' αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ [5] δεύτερα καὶ χείρονα προσάψαι βούλονται, οὕτως εἰσὶ πρᾶοι καὶ φιλάνθρωποι καὶ τὸν τρόπον ἐπιεικεῖς. μᾶλλον δὲ, E εἰρήσεται γὰρ τ' ἀληθὲς, πονηροὶ καὶ πικροί. καὶ ἐκ φόβων καὶ ἀπειλῶν, ἢ ἐξ εὐσεβείας καὶ ἐπιεικείας, ἃ τοῖς ἐπισκόποις πρέπει, τιμώμενοι. οἷα γὰρ μηδὲ τῶν ἔξω τις φιλοπραγμόνων φθέγξαιτο, τοιαῦτα ῥήματα καταχέαι τετολμήκασιν, ὧν πρὸς τοὺς βασιλέας ἔγραψαν· καὶ τοσούτων φόνων καὶ σφαγῶν κατηγόρησαν, οὐκ ἐπὶ ἡγεμόνος, οὐκ ἐπ' ἄλλου τινὸς

1 Ex Athanaſio in Apologia ſecunda ſub initium. Verſio Petri Nannii eſt, ſed recognita, qualem edidit Harduinus, qui etiam has variantes lectiones ex Cod. MS Regio decerpſit. 2 In Reg. MS. καὶ τὸ αὐτὸς 3 Cod. Reg. βουλόμενοι. 4 Reg. Cod. ἐξορισίαν. 5 Reg. Cod. δευτέρα χεῖρα.

τινὸς μείζονος, ἀλλ' ἐπὶ τῶν Αὐγούστων τῶν ξίων. A μηδὲ πρὸς διαστήματα τῶν ὁδῶν ἀποκνήσαντες, μόνον ἵνα πάντα μείζονα δικαστήρια τῆς κατηγορίας αὐτῶν ἐμπλησθῇ. κατηγορία γὰρ ἀληθῶς ἀγαπητοὶ, τὰ παρ' αὐτῶν γινόμενα. καὶ πασῶν ἀνωτάτω κατηγορία. ὅπου γε καὶ πάντων τῶν ἀνθρωπίνων, ἀνωτάτω τὰ δικαστήρια. τί γὰρ ἄλλο τέλος τῆς ἐπὶ τούτοις ἐξετάσεως, ἢ θάνατος ἐκ βασιλικῆς κινήσεως ἐπαγόμενος; οὐκ οὖν οὐ τὰ παρὰ Ἀθανασίου, ἀλλὰ τὰ παρ' αὐτῶν γινόμενα, θρήνων καὶ οἰμωγῆς ἄξια· αὐτοὺς ἂν αὐτοὺς μᾶλλον ἄν τις δικαίως θρηνήσειεν. [1] ἐπὶ τούτοις γὰρ ὀδύρεσθαι χρή. ἐπεὶ καὶ γέγραπται. μὴ κλαίετε τὸν τεθνηκότα; μηδὲ θρηνεῖτε αὐτόν. κλαύσατε κλαυθμῷ τὸν ἐκπορευόμενον, ὅτι οὐκ ἐπιστρέψει ἔτι. B πᾶσα γὰρ αὐτῶν ἡ ἐπιστολὴ οὐδὲν ἄλλο, ἢ πρὸς θάνατον ὁρᾷ, καὶ φονεύειν ἐπιχειροῦσιν, ἐὰν συγχωρῶνται, καὶ ποιεῖν ἐξορίστους. συνεχωρήθησαν γὰρ, τοῦ θεοφιλεστάτου πατρὸς τῶν βασιλέων, ἀντὶ θανάτου τῇ μεταθέσει τοῦ τόπου, τὸν θυμὸν αὐτῶν ἐκπλήσαντος. ταῦτα γὰρ ὅτι μὴ δὲ ψιλῶν Χριστιανῶν ἔργα, σπανίως δὲ καὶ ἐθνικῶν, μήτιγε ἐπισκόπων δοκούντων καὶ τοὺς ἄλλους τὰ δίκαια διδάσκειν, συνορᾶν ὑμῶν τὴν ἐν Χριστῷ συνείδησιν ἡγούμεθα, πῶς γὰρ οἱ τοὺς ἄλλους κωλύοντες κατηγορεῖν, αὐτοὶ κατήγοροι καὶ μέχρι βασιλέων γίνονται; πῶς C οἱ συμφορὰς ἐλεεῖν διδάσκοντες, οὐδὲ [2] κατὰ τὴν ἐξορισίαν ἡμῶν ἡσυχάζουσι. κοινὸς γὰρ γέγονεν ἡμῶν τῶν ἐπισκόπων ὁμολογούμενος ἐξορισμός. καὶ πάντες ἑαυτοὺς ἐξορίστους ἡγούμεν. καὶ νῦν ὡς σὺν Ἀθανασίῳ ταῖς πατρίσιν ἀποδοθέντας, πάλιν ἀντὶ τῶν προτέρων ὀδυρμῶν καὶ θρήνων [3] ἐπ' αὐτῷ μεγίστην εὐθυμίαν ἀπολαβόντας καὶ χάριν, ἣν ὁ κύριος διαφυλάξειε, καὶ ἀνατρέψαι τοῖς περὶ Εὐσέβιον μὴ ἐπιτρέψῃ. Ταῦτα μὲν εἰ καὶ ἀληθῆ ἦν ἃ κατηγόρουν αὐτοῦ, ἤν τινα κατηγορήματα. ὅτι παρὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ Χριστιανισμοῦ, καὶ μετὰ [4] τὸν πειρασμοῦ ἐξορισμὸν, ἐπεμβαίνοντες πάλιν, φόνων καὶ σφαγῶν καὶ ἄλλων ἐγκλημάτων κατηγοροῦσι, καὶ D βασιλικαῖς ἀκοαῖς ταῦτα κατὰ τῶν ἐπισκόπων ἐπηχοῦσιν. ὅτε δὲ πάντα ψεύδονται καὶ πάντα συκοφαντοῦσι, καὶ μὴ πρόσεστιν αὐτῶν ἀλήθεια τοῖς στόμασι, μὴ δὲ τοῖς γράμμασι, ποσαπλοῦν τὸ κακὸν παρ' αὐτοῖς, ἢ ποταποὺς εἶναι τοὺς ἀνθρώπους ὑπολαμβάνετε; ἤδη τοίνυν [5] ἐπ' αὐτὸ χωρήσωμεν, καὶ πρὸς τὰς κατηγορίας αὐτῶν τὰς νῦν γινομένας ἀπαντήσωμεν. καὶ γὰρ ἀπὸ τούτων, οὐδὲ τὰ πρότερα παρ' αὐτῶν ἐπὶ συνόδῳ καὶ κρίσει θρυλλούμενα, καλῶς πεπραγμένα μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀληθῆ λεγόμενα ἐλεγχθήσεται, καὶ πάλιν ἐπὶ τούτοις καταγνωσθήσονται. δυσωπούμεθα μὲν οὖν περὶ τοιούτων ἀπολογούμενοι. πλὴν ἐπειδήπερ πρὸς πάντα ἑαυτοὺς E οἱ προπετεῖς ἐπάγουσι κατήγοροι, καὶ μετὰ τὴν εἴσοδον Ἀθανασίου, φόνους καὶ σφαγὰς αἰτιῶνται γεγενῆσθαι, παρακαλοῦμεν ἀνασχέσθαι τῆς ἀπολογίας κἂν διὰ πλειόνων ᾖ. τὰ γὰρ πράγματα ἀναγκάζει. φόνος μὲν οὔτε παρὰ Ἀθανασίου γέγονεν, οὔτε δι' αὐτόν· Ἐπειδὴ καὶ εἰς ταύτην ἡμᾶς τὴν ἄδοξον



A [1] Auguſtos. Neque longitudines itinerum hos deterruerunt, dummodo omnia majora tribunalia calumniis implerent; calumnia enim eſt, dilectiſſimi, quod moliuntur; eaque graviſſima, & maxime omnium capitalis, idque in ſummis omnium humanorum tribunalibus. Quis enim alius iſtius quæſtionis finis, niſi ut mors ab irato Imperatore inferatur?

Non igitur Athanaſii, ſed illorum facta luctum lamentationemque merentur: ipſoſque rectius jure quis defleat: ipſos enim deflere convenit: ſiquidem ſcriptum eſt: *Nolite flere mortuum, neque lugeatis ſuper eum* Jerem. 22. 10.
*fletu: plangite eum qui egreditur, quia non re-*
B *vertetur ultra*. Tota enim eorum epiſtola nihil aliud niſi necem ſpectat: ac necem moliuntur, ſi ipſis liceat; aut ſaltem exules facere; quod & impetraverunt ab religioſiſſimo Cæſarum patre, qui iram ipſorum pro morte quam poſcebant, exilio explevit. Iſta opera non vel tenuiter Chriſtianorum, & raro gentilium, minime vero epiſcoporum eſſe, quos aliis juſtitiam commonſtrare oportuit, veſtram arbitramur in Chriſto conſcientiam perſpicere. Cur enim qui alios ab accuſando deterrent, ſeipſos accuſatores apud Imperatores præbuerunt? cur qui alienas calamitates lacrymis perſequi oportere docent, ne exilio quidem noſtro conquieſ- C cunt? Commune revera noſtrum epiſcoporum exilium fuit: nos omnes pro exulibus habuimus; & nunc cum Athanaſio patriæ redditos arbitramur; pro ſuperioribus lacrymis ac gemitibus, quibus ejus vicem miſerabamur, maximam viciſſim hilaritatem & gaudium recepimus: quod utinam Dominus ne ab Euſebianis ſubvertatur, nobis incolume ſervet. Ac tametſi quidem vera forent, quæ in eum conjecere crimina; tamen culpandum eſt, quod contra ſtatuta Chriſtianorum, poſt acerbitatem exilii eumdem denuo invadunt, cædes homicidiaque objicientes, & hujuſmodi criminationibus imperato- D rias aures obtundunt. Jam cum omnia mentiantur, nihilque niſi calumnias afferant, nec in eorum literis quidquam ſit veri, quem ad malitiæ gradum hos deveniſſe, aut quales eſſe illos arbitramini? Rem igitur aggrediemur, eorumque calumniis occurremus. Nam hic quoque priora illa, quæ vel de ſynodo, vel de judicio habito jactitant, neque recte facta, neque vere prolata fuiſſe conſtabit: & in his quoque eoſdem ſimiliter condemnandos.

Pudet nos certe iſtius defenſionis: verum quia temerarii noſtri criminatores ad omnia ſe promptos offerunt, & quia poſt Athanaſii ingreſſum, cædes & homicidia objiciunt patrata eſſe, rogamus ut noſtram excuſa- E tionem, tametſi longiuſculam, quia res ita cogit, cum venia audiatis. Cædes omnino nulla, neque ab Athanaſio, neque propter Athanaſium commiſſa eſt: (ſiquidem ad hanc probroſam defenſionem, ut antea diximus, adverſariorum iniquitate compellimur:) Cædes vero & vincula aliena ſunt

Mmmm a no-

[1] Lege ex Reg. Col. μετὰ τὸν. [2] Reg. MS. non habet has voces ἐπ' αὐτῷ. [3] Reg. τὸν τοῦ. [4] Reg. ἐπ' αὐτὸ. [5] Nondum Patribus hujus Concilii innotuerat Conſtantini junioris cædes hoc anno in Occidente patrata.

a noſtra eccleſia. Carnifici neminem unquam Athanaſius dedidit; neque carcerem, quantum in ipſo fuit, fatigavit. Sacraria noſtra ſemper fuere, ſicut ſic in præſenti pura ſunt: ſolo Chriſti ſanguine ejuſque cultu ſanctificata. Neque presbyter, neque diaconus ab Athanaſio interfectus eſt: neque ille cædem ulli, aut exilium irrogavit. Utinam illi qui veram perſecutionem induxerunt, nihil tale contra eum perpetraſſent. Nullus enim propter ipſum hic patria pulſus eſt, præter ipſum Athanaſium, quem illi in exilium pepulere: quem patriæ redditum, iiſdem iterum & gravioribus criminibus impetunt, linguam ſuam ad omnia falſa & crudelia exacuentes. Nam & judicum acta eidem adſcribunt: & cum ipſi in ſuis ſcriptis fateantur, Ægypti Præfectum in quoſdam tuliſſe ſententiam, non pudet eos eamdem Athanaſio imputare; quamvis Athanaſius, dum hæc agerentur, nondum Alexandriam ingreſſus eſſet, ſed adhuc per Syriam iter haberet, revertens ab exilio; ſi tamen longinquam peregrinationem afferre pro defenſione opus eſt, ne quis reus habeatur eorum quæ Dux aut Præfectus Ægypti fecerit. Nam ſi vel in ipſa Alexandria fuiſſet, quid tamen illi, quæſo, cum negotiis Præfecti? Atqui in illis locis non erat: neque ad ea quæ acta ſunt a Præfecto res eccleſiaſticæ occaſionem dederunt; ſed aliæ, quas ex monumentis actorum intelligetis; quæ nos, cognitis illorum ſcriptis, diligenter conquiſita, ad vos tranſmiſimus. Igitur cum & nunc ea, quæ neque ab eo, neque propter eum facta ſint, quaſi facta ſint, clamitent: & tot teſtibus ſe certiores factos de hiſce videri velint, dicant ex qua ſynodo hæc didicere, quibus ex argumentis, quo ex judicio. Quod ſi nihil tale pro ſe habent, temereque omnia affirmant, vobis cogitandum relinquimus, quid & prius factum ſit, & nunc factum eſſe ab iſtis fingitur. Nihil enim aliud iſtud eſt, quam calumnia, & inimicorum inſidiæ, & defendendæ impietatis contra pietatem pro Ariomanitis rabioſus furor; eo ſpectans, ut tollantur e medio orthodoxi; impune vero prædicent quidquid libuerit impietatis patroni. Et res quidem ita ſe habet.

Cum enim Arius impius, a quo Ariomanitarum hæreſis nomen accepit, ab eccleſia per beatum epiſcopum Alexandrum ejectus eſſet; Euſebiani diſcipuli pariter & ſocii impietatis ejus ſemetipſos ejectos eſſe arbitrantes, ad Alexandrum multa ſcripſerunt, rogantes, ne Arium extra eccleſiam relinqueret. Alexandro autem ob ſuam in Chriſtum pietatem impium non recipiente, Athanaſium tunc diaconum oderunt: quia eum aſſiduum eſſe apud Alexandrum, & in pretio haberi ab ipſo curioſe animadverterent: & quoniam jam antea ejus pro Chriſto pietatem in ſynodo Nicæna, ubi cum magna libertate contra Ariomanitarum impietatem diſſeruerat, experti eſſent, in graviſſimum odium exarſerunt. Ubi autem Deus eum ad epiſcopatum provexit, veterem jam olim malitiam iterum accendentes, veriti

ἀπολογίαν ὡς προϊέμενοι ἐμβιβάζουσιν οἱ κατήγοροι. σφαγαὶ δὲ καὶ δεσμοὶ, τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν ἀλλότρια· δημίῳ παραδέδωκεν Ἀθανάσιος οὐδένα. καὶ τὸ δεσμωτήριον, ὅσον ἐπ᾽ αὐτῷ, οὐδέποτε ἠνωχλήθη παρ᾽ αὐτοῦ. τὰ παρ᾽ ἡμῖν ἱερατεῖα, ὥσπερ ἀεὶ καὶ νῦν καθαρά. μόνῳ σεμνυνόμενα τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ εἰς αὐτὸν εὐσεβείᾳ. οὐ πρεσβύτερος, οὐ διάκονος ἀνῃρέθη παρὰ Ἀθανασίου. οὐ φόνον, οὐκ ἐξορισίαν ἔδρασεν ὁ ἄνθρωπος. ἀλλ᾽ εἴθε μὴ δὲ ἐκεῖνοι κατ᾽ αὐτοῦ ἰοῦτ᾽ ἔδρασαν ἀληθείᾳ τὴν πεῖραν ἐπαγαγόντες. οὐδεὶς γὰρ ἐξόριστος ἐνταῦθα γέγονε δι᾽ αὐτόν, πλὴν αὐτοῦ τοῦ ἐπισκόπου Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας παρ᾽ αὐτῶν, ὃν ἐξορισθέντα, καὶ πάλιν τοῖς αὐτοῖς ἢ τοῖς χείροσι περιβάλλειν ἐπιζητοῦσι, πάντα πρὸς ψευδῆ καὶ θανατηφόρα ῥήματα, τὴν γλῶτταν ἑαυτῶν ὀτρύνοντες. ἰδοὺ γὰρ λοιπὸν καὶ τὰς τῶν δικαστῶν πράξεις ἐπ᾽ αὐτὸν μεταφέρουσι. καὶ τὸν μὲν ἔπαρχον τῆς Αἰγύπτου φανερῶς ὁμολογοῦσιν ἐν τῇ ἐπιστολῇ, κατά τινων ἀπεφαίνετο. πάλιν δὲ οὐ δυσωποῦνται καὶ ταύτας τὰς ἀποφάσεις Ἀθανασίῳ προσάπτοντες. καὶ ταῦτα μηδέπω τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπιβάντι, ἀλλ᾽ ἔτι τῆς ὁδοῦ τῆς ἀπὸ τῆς ἐξορισίας ἐχομένῳ, καὶ κατὰ τὴν Συρίαν ὄντι. εἴγε δεῖ καὶ μακρὰν ἀποδημίαν εἰς ἀπολογίαν φέρειν, ὑπὲρ τοῦ μὴ δὲ ὑπεύθυνον εἶναί τινα, οἷς ἐὰν ἡγεμὼν ἢ ἔπαρχος Αἰγύπτου πράξῃ. εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας ἦν, τί πρὸς Ἀθανάσιον αἱ [1] τοῦ ἐπάρχου πράξεις; ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲ ἐπεδήμει τοῖς τόποις, καὶ τὰ πραχθέντα οὐ διὰ προφάσεις ἐκκλησιαστικὰς πέπρακται παρὰ τοῦ ἐπάρχου τῆς Αἰγύπτου. ἀλλὰ διά τινας ἃς ἐκ τῶν ὑπομνημάτων εἴσεσθε. ἅπερ μετὰ τὸ γνῶναι τὰ παρὰ τούτων γραφέντα, πολυπραγμονήσαντες ἀπεστείλαμεν ὑμῖν. Οὐκοῦν ὅτι καὶ νῦν τὰ μὴ γενόμενα, μήτε παρ᾽ αὐτοῦ, μήτε δι᾽ αὐτόν, βοῶσιν ὡς γενόμενα, καὶ τοσούτοις μαρτυροῦσιν ὡς πληροφορηθέντες κακοῖς, εἰπάτωσαν ἐκ ποίας συνόδου καὶ ταῦτα ἔγνωσαν; ἐκ ποίων ἀποδείξεων; ἐκ ποίας κρίσεως; εἰ δὲ μηδὲν ἔχοντες τοιοῦτον ἁπλῶς διαβεβαιοῦνται, καὶ τὰ πρότερα πῶς γέγονεν; ἢ πῶς λέγουσιν, ὑμῖν καταλίπομεν σκοπεῖν. οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἐστίν, ἢ συκοφαντία καὶ ἐχθρῶν ἐπιβουλή, καὶ θυμὸς ἄσχετος φρονῶν, καὶ κατὰ τῆς εὐσεβείας ἡ ὑπὲρ τῶν Ἀρειομανιτῶν ἀσέβεια λυττῶσα, ἵν᾽ ἐκ ποδῶν μὲν οἱ ὀρθόδοξοι γένωνται, μετ᾽ ἀδείας δὲ λοιπὸν ἃ βούλονται [2] κηρύττουσιν οἱ προστάται τῆς ἀσεβείας. καὶ γὰρ οὕτως ἔχει. Ἀρείου τοῦ ἀσεβήσαντος, ἀφ᾽ οὗ ἡ Ἀρειομανιτῶν δι᾽ αὐτὸν αἵρεσις κέκληται, τῆς ἐκκλησίας ἐκβληθέντες ὑπὸ τοῦ μακαρίτου ἐπισκόπου Ἀλεξάνδρου, οἱ περὶ Εὐσέβιον μαθηταὶ τῆς ἀσεβείας αὐτοῦ καὶ κοινωνοὶ τυγχάνοντες ἑαυτοὺς ἐκβεβλῆσθαι νομίζοντες, ἔγραφον πολλὰ παρακαλοῦντες Ἀλέξανδρον τὸν ἐπίσκοπον, μὴ ἀφεῖναι τὸν αἱρετικὸν Ἄρειον ἔξω τῆς ἐκκλησίας, Ἀλεξάνδρου δὲ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν εὐσέβειαν μὴ δεχομένου τὸν ἀσεβῆ, εἰς Ἀθανάσιον τότε διάκονον ὄντα, ἐλυποῦντο. ἐπειδὴ τὰ πλεῖστα συνόντα Ἀλεξάνδρῳ τῷ ἐπισκόπῳ πολυπραγμονοῦντες αὐτὸν ἤκουον, καὶ τιμώμενον παρ᾽ αὐτοῦ, πεῖραν δὲ αὐτοῦ καὶ τῆς εὐσεβείας τῆς εἰς Χριστὸν λαβόντες ἐκ τῆς συνόδου τῆς κατὰ Νι-

1 Reg. Cod. [illegible]. 2 Reg. [illegible].

Νικαίᾳ συγκροτηθείσης, ἐν οἷς ἐπαρρησιάζετο κατὰ τῆς ἀσεβείας τῶν Ἀρειομανιτῶν, μειζόνως τὸ μῖσος ηὔξανον. ὡς δὲ ἐπὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἤγαγε. τὴν ἐκ παλαιοῦ τρεφομένην αὐτοῖς κακίαν ἀναζωπυρήσαντες, καὶ φοβούμενοι τὴν ὀρθοδοξίαν αὐτοῦ, καὶ τὴν κατὰ τῆς ἀσεβείας παράστασιν, Εὐσέβιος δὲ πλέον καὶ ἀπὸ τῆς συνειδήσεως ὧν οἶδε [1] πλαττόμενος, πάντα τρόπον ἐπεβούλευον καὶ συνεσκευάζοντο τῷ ἀνδρί. ἐκίνουν βασιλέα κατ' αὐτοῦ, συνόδους ἠπείλουν πολλάκις. καὶ τέλος ἐν Τύρῳ συνῆλθον. καὶ μέχρι νῦν οὐκ ἀφίστανται κατ' αὐτοῦ γράφοντες. καὶ οὕτως εἰσὶν ἀπαραίτητοι, ὡς καὶ τὴν κατάστασιν τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῦ μέμφεσθαι. πανταχοῦ δεικνύντες ἑαυτοὺς ἐχθροὺς, καὶ μισοῦντας τὸν ἄνδρα. καὶ ψευδῆ λέγοντες, μόνον ἵνα ἐκφαυλίσωσιν αὐτὸν ἐν ταῖς ψευδολογίαις. ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῶν τούτων ὧν ψεύδονται, τὰ πρότερα διελέγχουσι ψευδῆ καὶ συσκευῆς μεστά. μετὰ γὰρ τὴν τελευτὴν, φησι [2], Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐπισκόπου ὀλίγων τινῶν Ἀθανασίου μνήμην ποιουμένων, ἓξ ἢ ἑπτὰ ἐπισκόπων λάθρα καὶ ἐν παραβύστῳ χειροτονοῦσιν αὐτόν. ταῦτα ἔγραψαν καὶ βασιλεῦσιν, οἱ μηδὲν ψευδὲς γράφειν παραιτούμενοι. ὅτι δὲ πᾶν τὸ πλῆθος, καὶ πᾶς ὁ λαὸς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ὥσπερ ἐκ μιᾶς ψυχῆς καὶ σώματος συνεληλυθότες, ἐβόων, ἔκραζον, αἰτοῦντες Ἀθανάσιον ἐπίσκοπον τῇ ἐκκλησίᾳ. τοῦτο ηὔχοντο δημοσίᾳ τῷ Χριστῷ, καὶ τοῦτο ἡμᾶς ὁρκίζον ποιεῖν ἐπὶ πλείστας ἡμέρας καὶ νύκτας, μήτε αὐτοὶ τῆς ἐκκλησίας ἀφιστάμενοι, μήτε ἡμᾶς ἐπιτρέποντες ἀφίστασθαι· τούτου καὶ ἡμεῖς μάρτυρες, τούτου καὶ ἡ πόλις πᾶσα καὶ ἡ ἐπαρχία. οὐδὲν μὲν ἐναντίον, ὡς ἔγραψαν ἐκεῖνοι, κατ' αὐτοῦ λέγοντες. πάντα δὲ τὰ βέλτιστα, σπουδαῖον, εὐλαβῆ, Χριστιανὸν, ἕνα τῶν ἀσκητῶν, ἀληθῶς ἐπίσκοπον ὀνομάζοντες. ὅτι δὲ οἱ πλείονες ἡμῶν αὐτὸν ἐχειροτόνησαν ὑπὸ ταῖς πάντων ὄψεσι καὶ βοαῖς, μάρτυρες πάλιν ἡμεῖς ἀξιοπιστότεροι τῶν ἀπόντων καὶ ψευδομένων, οἱ χειροτονήσαντες. ἀλλ' ὅμως Εὐσέβιος τὴν κατάστασιν Ἀθανασίου μέμφεται, ἄνθρωπος τάχα μηδὲ κατάστασιν ὅλως ἐσχηκώς. εἰ δέ που καὶ ἔσχε, αὐτὸς ἀκυρώσας αὐτήν. ἐν Βηρυτῷ μὲν ἦν ἀπ' ἀρχῆς, Βηρυτὸν δὲ ἀφεὶς, εἰς Νικομήδειαν ἦλθε. τὴν μὲν, παρὰ νόμον ἀφείς· εἰς ἣν δὲ παρὰ νόμον ἐπιβαίνων. καὶ τὴν μὲν οἰκείαν, ἀστόργως καταλελοιπώς. τὴν δὲ ἀλλοτρίαν, ἀλόγως κατέχων. καὶ τῆς μὲν πρώτης τὴν στοργὴν, ὑπὸ τῆς ἀλλοτρίας ἐπιθυμίας παριδὼν, τῇ δὲ δευτέρᾳ, μηδὲ ἣν ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἔσχε τηρήσας. ἰδοὺ γὰρ κἀκεῖθεν ἀποστὰς, ἀλλοτρίαν πάλιν κατέχει· πανταχοῦ ταῖς ἀλλοτρίαις ἐποφθαλμιῶν πόλεσι. καὶ ἐν πλούτῳ καὶ ἐν μεγέθει πόλεων νομίζων εἶναι τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὸν κλῆρον τοῦ Θεοῦ καθ' ὃν ἐτάχθη τις, μηδὲν ἡγούμενος. οὐκ εἰδὼς ὅτι καὶ ὅπου δύο, ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰσὶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου, ἐκεῖ ἐστιν ἐν μέσῳ αὐτῶν ὁ κύριος. οὐκ ἐνθυμούμενος τὸ παρὰ τοῦ ἀποστόλου λεχθὲν, ὅτι οὐκ [3] ἀλλοτρίοις καμάτοις καυχήσομαι. οὐ συνορῶν τὸ παρ' αὐτοῦ παράγγελμα, δέδεσαι γυναικὶ μὴ ζήτει λύσιν. εἰ δὲ ἐπὶ γυναικὸς τὸ ῥητὸν, πόσῳ μᾶλλον ἐπὶ ἐκκλησίας [4] ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισκοπῆς, ἧ ὁ συνδεθεὶς, ἄλλην

A illius ſanam doctrinam, & ad reſiſtendum impietati animi robur, omnibus modis ei viro inſidiati ſunt, & in eum conſpirarunt: in primiſque Euſebius conſcientia perculſus earum rerum quas noverat. Imperatorem igitur contra eum irritant, & ſynodos ſæpe minantur. Poſtremo Tyri in concilium coierunt; ac ne nunc quidem contra eum ſcribere deſinunt. Sunt autem ita implacabiles, ut ejus etiam promotionem in epiſcopatum reprehendant: oſtendentes ubique ſe homini infenſos, & inimicos: idcirco ſolum falſa dicentes, ut ſaltem mendaciis eum infamem reddant. Verum ex his ipſis eorum mendaciis, etiam priora illa falſa

B eſſe deprehenduntur, & plena conſpirationis. Aiunt enim, poſt obitum epiſcopi Alexandri, cum pauciſſimi eſſen, qui Athanaſii mentionem facerent, ſex aut ſeptem epiſcopos clanculum & in loco obſcuro eum ordinaſſe. Hæc eadem illi, qui nullum mendaciorum genus reformidant, Imperatoribus ſcripſere. Nos autem contra, cum tota civitate & univerſa provincia teſtamur, omnem multitudinem populumque catholicæ eccleſiæ convenientem, quaſi uno animo & uno corpore, clamoribus vociferationibuſque poſtulaſſe Athanaſium eccleſiæ epiſcopum dari, idque publicis votis a Chriſto expetiiſſe: noſque ut faceremus, per multos dies

C ac noctes jurejurando obteſtatos fuiſſe: cum interea nec ipſi ab eccleſia diſcederent, neque nos abire permitterent. Hujus rei nos teſtes ſumus, & univerſa civitas ac provincia. Nec mali quidquam de eo, ut iſti ſcripſere, proferebant: ſed optima quæque. bonum illum eſſe, religioſum, Chriſtianum, ex aſcetis unum, vere epiſcopum appellabant. Quod autem plerique noſtrum ſub omnium oculis acclamationibuſque ipſum ordinarunt, nos teſtes ſumus, qui ordinavimus: quibus proinde major quam iſtis, qui & tunc aberant & nunc mentiuntur, fides habenda eſt. Quamquam Euſebius ordinationem Athanaſii reprehendit, homo

D qui ipſe forte nunquam ordinatus eſt; aut ſi unquam fuit, ordinationem ſuam irritam fecit: nam initio quidem Beryti epiſcopus fuit; relictaque Beryto Nicomediam venit: illam quidem contra legem deſerens, iſtam vero contra legem invadens; & cum ſuam ſine ulla caritate reliquerit, alienam ſine cauſa occupat: prioris epiſcopatus caritatem alieni cupiditate contempſit: nec tamen illum alterum, quem tanta aviditate occuparat, retinuit. Ecce enim illinc quoque diſcedens, alienum rurſus arripuit; ſemper alienas civitates concupiſcens, ratus in opibus & magnitudine urbium religionem eſſe ſitam; & ſortem Dei, ſecundum quam

E quiſque ordinatus eſt, pro nihilo ducit; ignorans illud: Ubi duo aut tres in nomine Domini congregati fuerint, illic eſſe Dominum in medio eorum, nec ſecum recogitans dictum illud Apoſtoli; *non in alienis laboribus gloriabor*: neque præ oculis habens illius præceptum: *Alligatus es uxori, noli quærere ſolutionem*. Quod ſi hoc de uxore dictum eſt, quanto magis de eccleſia, atque adeo de epiſcopatu, cui 1. Cor. 7.



1 Reg. Cod. rectius πλαττόμενος. 2 Reg. Cod. φασίν. 3 Ex Reg. Cod. lege, ἐν ἀλλοτρίοις. 4 Ex Reg. Cod. lege, αὐτῆς.

cum quis alligatus eſt, alium quærere non debet, ne adulter ex ſacris litteris deprehendatur?

Horum ſibimetipſe conſcius, auſus eſt tamen ordinationem Athanaſii omnium bono teſtimonio comprobatam calumniari: nec veretur ei objicere depoſitionem, cum ipſe interim depoſitus fuerit, teſtem ſuæ depoſitionis habens eum, qui in ejus locum ſuffectus eſt. Quomodo igitur vel ipſe, vel Theognius, potuerunt alium deponere, cum ipſi depoſiti fuerint, quod ex aliorum in ipſorum loco ordinatione arguitur? Nam probe noſtis, Amphionem Nicomediæ, Chreſtum Nicææ, ipſorum loco, ob impietatem & communionem cum Ariomanitis, ab œcumenico concilio reprobatis ordinatos fuiſſe. Hanc vero ſynodum delere cupientes, ſuum injuſtum conciliabulum ſynodum nuncupare ſtudent: & illius quidem decreta irrita, ſua autem eſſe rata volunt: & ſynodi vocabulo uti audent, qui tantæ ſynodo non obtemperant. Nihil illi ſynodum curant, ſed curare ſe ſimulant: ut ſubiatis de medio orthodoxis, ea quæ veræ & magnæ ſynodo contra Arianos ſtatuta ſunt, faciant irrita: quibus Arianis & ſemper antea, & etiam nunc patrocinantes, contra Athanaſium epiſcopum mentiri non verentur. Nam illa priora ſimilia ſunt huic mendacio, quo fingunt in ejus ingreſſu ſeditiones, luctus, populorumque lamentationes indigne ferentium illius receptionem. Nihil enim tale contigit; ſed potius omnia contraria; gaudium ſcilicet, & lætitia, & populorum concurſus ejus videndi deſiderio, & ubique per eccleſias gratiarum actiones ad Dominum. Miniſtri autem & clerici omnes ita eum intuebantur, ut & animis gaudium conciperent, & illum diem omnium fauſtiſſimum arbitrarentur. Noſtram autem, qui epiſcopi ſumus, inenarrabilem lætitiam quid opus eſt ſcribere, cum jam antea teſtati ſimus, quidquid ei acciderit nobis videri accidere?

Hæc igitur cum ſint in confeſſo, ipſique contraria dicant, quam fidem merebitur illorum concilium judiciumve, quod jactitant? Qui enim ita hoſtiliter agunt in his quæ nec viderunt, nec judicarunt, quibus nec interfuerunt; & ſcribere tamen audent, quaſi rem ſibi compertam: quomodo in his, ob quæ ſe conveniſſe dicunt, fidem obtinebunt? Annon potius & hæc & iſta egiſſe illi ex odio exiſtimabuntur? Quis enim ibi conventus epiſcoporum, aut conſeſſus veri ſtudioſus? Quis non ex pleriſque eorum noſter inimicus? Nonne Euſebiani ſtudio Ariani furoris contra nos impetum fecerunt? non alios ejuſdem ſecum ſententiæ ad id ſimiliter induxerunt? nonne & nos contra eoſdem, ut cum Ario ſentientes ſcripſimus? Nonne Euſebius Cæſareæ Palæſtinæ epiſcopus, quod idolis ſacrificaverit, a noſtris confeſſoribus accuſatus fuit? Nonne de Georgio probatum fuit, cum ab ordine ſui ſacerdotii a beato Alexandro dejectum fuiſſe? Nonne ceteri de aliis atque aliis criminibus arguebantur? Quo jure igitur illi contra nos ſynodum conſtituere potuerunt? aut quo-

A οὐκ ὀφείλει ζητεῖν, ἵνα μὴ καὶ μοιχὸς παρὰ ταῖς θείαις εὑρίσκηται γραφαῖς. ἀλλὰ καὶ τοιαῦτα ἑαυτῷ συνειδὼς, τετόλμηκε τὴν κατάστασιν Ἀθανασίου τὴν ὑπὸ πάντων ἐπὶ καλοῖς μαρτυρουμένην, διαβάλλειν. καὶ καθαίρεσιν ἐνειδίζειν αὐτῷ τολμᾷ, καθαιρεθεὶς αὐτὸς, καὶ μάρτυρα τῆς καθαιρέσεως ἔχων, τὴν [1] ἀντ' αὐτοῦ κατάστασιν· πῶς οὖν ἢ αὐτὸς ἢ Θεόγνιος ἠδύναντο καθαιρεῖν ἄλλον, αὐτοὶ καθαιρεθέντες, καὶ ταῖς ἀντ' αὐτῶν καταστάσεσιν ἐλεγχόμενοι; οἴδατε γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι Ἀμφίων μὲν ἐν Νικομηδείᾳ [2] Χρηστὸς δὲ ἐν Νικαίᾳ κατεστάθησαν ἀντ' αὐτῶν, διὰ τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν, καὶ τὴν πρὸς τοὺς Ἀρειομανίτας κοινωνίαν, τοὺς ἀπὸ τῆς
B συνόδου τῆς οἰκουμενικῆς ἀποδοκιμασθέντας. κἀκείνην τὴν τῷ ὄντι σύνοδον ἀναιρεῖν θέλοντες. τὴν ἑαυτῶν ἄδικον σύστασιν ὀνομάζειν σύνοδον ἐπιχειροῦσι, καὶ τὰ [3] παρ' ἐκείνων κρατεῖν μὴ θέλοντες, τὰ παρ' αὐτοῖς κρατεῖν βούλονται. καὶ σύνοδον ὀνομάζουσιν, οἱ συνόδῳ τηλικαύτῃ μὴ πειθόμενοι. οὕτως οὐ συνόδου πεφροντίκασιν, ἀλλὰ σχηματίζονται φροντίζειν, ἵνα ἀνελόντες τοὺς ὀρθοδόξους, τὰ δόξαντα τῇ ἀληθεῖ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ κατὰ τῶν Ἀρειανῶν, λύσωσιν. ὧν προϊστάμενοι καὶ ἀεὶ καὶ νῦν, ψεύδεσθαι τολμῶσι κατὰ Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου. ὅμοια γὰρ κἀκεῖνα τοῖς νῦν, ἃ ψεύδονται ὅτι πρὸς τὴν εἴσοδον αὐτοῦ, στάσεις καὶ θρῆνοι καὶ ὀδυρμοὶ γεγόνασι
C τῶν λαῶν, πρὸς τὴν ὑποδοχὴν αὐτοῦ δυνάσαν ἀχετούντων. οὐδὲν γὰρ τοιοῦτον γέγονεν, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον, χαρὰ καὶ εὐθυμία, καὶ δρόμος τῶν λαῶν, πρὸς τὴν ἐκτασίαν αὐτοῦ [4] θεῖαν ἐπειγομένων. εὐφροσύνης δὲ αἱ ἐκκλησίαι μεσταί. καὶ εὐχαριστίαι πρὸς τὸν κύριον ἀναφερόμεναι πανταχοῦ. λειτουργοὶ δὲ καὶ κληρικοὶ πάντες οὕτως αὐτὸν ἑωράκασιν, ὡς εὐφρανθῆναι τὰς ψυχὰς, κἀκείνην τὴν ἡμέραν, πασῶν εὐθυμοτέραν ἐσχηκέναι πιστεύειν. τὴν γὰρ ἡμῶν τῶν ἐπισκόπων ἀνεκλάλητον χαρὰν, τί χρὴ γράφειν; προλαβόντες γὰρ εἰρήκαμεν, ὡς σὺν αὐτῷ πάσχειν ἐνομίζομεν. τούτων τοίνυν οὕτως ὁμολογουμένων, καὶ παρ' αὐτῶν ἐναντίως προφερομένων,
D ποίαν ἔχει πίστιν ἡ παρ' αὐτῶν θρυλλουμένη σύνοδος ἢ κρίσις; οἱ γὰρ οὕτως ἐπιβαίνειν τολμῶντες, οἷς οὐκ εἶδον, οἷς οὐκ ἐδίκασαν, [5] οἷς οὐ συνῆλθον, καὶ γράφειν ὡς πληροφορηθέντες, πῶς ἐφ' οἷς συνεληλυθέναι λέγουσι πιστευθῆναι δύνανται; ἀλλ' οὐ κατ' ἔχθραν κἀκεῖνα πεποιηκέναι καὶ ταῦτα πιστευθήσονται; ποία γὰρ καὶ σύνοδος ἐπισκόπων ἦν τότε; ποῖον συνέδριον ἀληθείας ἐχόμενον; τίς τῶν πλειόνων ἐν αὐτοῖς οὐκ ἐχθρὸς ἡμέτερος ἦν; οὐ διὰ τὴν Ἀρείου μανίαν οἱ περὶ Εὐσέβιον καθ' ἡμῶν ὥρμησαν; οὐ τοὺς ἄλλους συμφρονοῦντας αὐτοῖς ἐπήγοντο; οὐκ ἀεὶ κατ' αὐτῶν ἐγράφομεν ὡς τὰ Ἀρείου φρονούντων; οὐκ Εὐσέβιος ὁ ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ἐπὶ θυ-
E σίᾳ κατηγορεῖτο ὑπὸ τῶν σὺν ἡμῖν ὁμολογητῶν; οὐ Γεώργιος ὡς καθαιρεθεὶς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ μακαρίου ἠλέγχετο; οὐκ ἐπ' ἄλλοις ἄλλοι καὶ διαφόροις ηὐθύνοντο; πῶς οὖν ἔτι συνιέναι καθ' ἡμῶν ἤθελον; πῶς δὲ σύνοδον ὀνομάζειν τολμῶσιν, ἧς Κόμης προεκάθητο, καὶ παρῆν Σπεκουλάτωρ καὶ Κομεντάριος ἡμᾶς εἰσῆγεν ἀντὶ διακόνων τῆς ἐκκλησίας, ἐκεῖνος ἐφθέγγετο, καὶ οἱ παρόντες ἐσιώπων, μᾶλ-

λον

1 Reg. Cod. [illegible]. 2 Reg. Cod. [illegible]. 3 Reg. Cod. [illegible]. 4 Lege ex Reg. Cod. θείαν ut legit Nannius. 5 Reg. Cod [illegible].

λον δὲ ὑπήκουον τῷ Κόμητι. καὶ τὸ κινεῖν τοὺς δοκοῦντας ἐπισκόπους, ὑπὸ τῆς ἐκείνου βουλῆς ἐνεποδίζετο. ἐκεῖνος ἐκέλευεν· ἡμεῖς ὑπὸ στρατιωτῶν ἠγόμεθα, μᾶλλον δὲ τῶν περὶ Εὐσέβιον κελευόντων ἐκεῖνος ταῖς τούτων ἐξυπηρετεῖτο γνώμαις. τὸ δὲ ὅλον ἀγαπητοί, ποία σύνοδος ἔνθα τὸ τέλος ἐξορία, καὶ φόνος, εἰς δόξαν ἦν βασιλεῖ; ποῖα δὲ καὶ τὰ ἐγκλήματα; μεῖζον γὰρ ἐπὶ τούτοις τὸ κατ' αὐτῶν θαῦμα. Ἀρσένιός τις ἦν. ὃν πεφονεῦσθαι ἐμέμφοντο, καὶ ποτήριον διέβαλλον κεκλᾶσθαι μυστικόν. Ἀλλ' Ἀρσένιος μὲν ζῇ καὶ μεθ' ἡμῶν εὔχεται συνάγεσθαι, καὶ οὐκ ἄλλας ἀναμένει μαρτυρίας, ἵνα ζῶν φανῇ, ἀλλ' αὐτὸς ὁμολογεῖ ζῆν, οἰκείοις γράμμασι πρὸς τὸν συνεπίσκοπον ἡμῶν Ἀθανάσιον γράφων, ὃν αὐτοῦ φονέα διεβεβαιοῦντο. καὶ οὐκ ᾐδοῦντο οἱ ἀσεβεῖς ἄνδρες πρὸ τοσούτου διαστήματος, καὶ πλῷ καὶ πεζῇ πάμπολυ μῆκος ἀπέχοντα, παρ' αὐτοῦ πεφονεῦσθαι κατηγοροῦντες, οὐ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους, μηδὲ τὴν χώραν εἰδότος ἀνθρώπου. ἀλλὰ καὶ κρύψαι τετολμήκασι, καὶ ἀφανῆ καταστῆναι μηδὲν παθόντα. καὶ εἰ οἷόν τε ἦν εἰς ἄλλην οἰκουμένην ἂν μετετίθεσαν, μᾶλλον δὲ καὶ τοῦ ζῇν ἀληθῶς ἂν ἐξήγαγον, ἵνα εἴτε ἐπαληθεύοντες εἴτε πλασάμενοι φόνον, ἀληθῶς Ἀθανάσιον ἀποκτείνωσιν. ἀλλὰ τῇ θείᾳ προνοίᾳ καὶ ἐν τούτῳ χάρις, τῇ μηδὲν ἄδικον ἰσχύειν ἐπιτρεπούσῃ, ἀλλ' ὑπὸ τὰς πάντων ὄψεις, Ἀρσένιον ὑπαγούσῃ ζῶντα, καὶ φανερῶς τὴν [1] πρὸς συσκευὴν καὶ συκοφαντίαν ἐλέγχοντα, οὐ γὰρ ὡς φονέας ἀποστρέφεται, οὐδὲ ὡς ἠδικηκότας μισεῖ, πέπονθε γὰρ ὅλως οὐδέν. ἀλλὰ κοινωνεῖν ἡμῖν ἀξιοῖ. καὶ συναριθμεῖσθαι βούλεται δι' ὧν ἔγραψε, καὶ ὅμως Ἀθανάσιος μὲν, συνεσκευάζετο [2] παρ' αὐτῶν, ὡς τὸν ζῶντα πεφονευκώς, ἐξωρίζετο δὲ παρ' αὐτῶν. οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ τῶν βασιλέων τοῦτον ἐξώρισεν, ἀλλ' αἱ τούτων διαβολαί. σκοπεῖτε γὰρ εἰ μὴ οὕτως ἔχει. ὡς οὐδὲν μὲν ηὑρίσκετο κατὰ τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἀθανασίου, ὁ δὲ κόμης ἐβιάζετο, καὶ πολὺς ἦν σπουδάζων κατ' αὐτοῦ, ὁ μὲν ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος φυγὼν τὴν γινομένην βίαν, ἀνῆλθε πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα, παραιτούμενος ἅμα καὶ τὸν κόμητα καὶ τὰς ἐκείνων συσκευὰς, ἀξιῶν δὲ νόμιμον ἐπισκόπων σύνοδον συγκροτηθῆναι, ἢ καὶ αὐτὸν δέξασθαι τὴν ἀπολογίαν ὧν ἐπήγαγον αὐτῷ καὶ γράφει μὲν ὁ βασιλεὺς ἀγανακτῶν, καὶ προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, ἐπαγγελλόμενός τε αὐτὸς ἀκροάσασθαι; ὁ καὶ τὴν σύνοδον κελεύσας γενέσθαι. οἱ δὲ περὶ Εὐσέβιον ἀνελθόντες, διαβάλλουσιν Ἀθανάσιον, οὐκ ἔτι μὲν τὰ ἐν Τύρῳ θρυλλούμενα παρ' αὐτῶν, περὶ σίτου δὲ καὶ πλείων ἐποχῆς, ὡς Ἀθανασίου ἐπαγγειλαμένου δύνασθαι κωλύειν, τῆς ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς Κωνσταντινούπολιν τοῦ σίτου μετακομιδήν. ταῦτά τινες τῶν ἐξ ἡμῶν ἔνδον ὄντες μετὰ Ἀθανασίου, ἀκηκόασι τοῦ βασιλέως ἀπειλοῦντος. εἶτα τοῦ Ἀθανασίου ὀδυρομένου ἐπὶ τῇ διαβολῇ καὶ διαβεβαιουμένου μὴ εἶναι ταύτην ἀληθῆ. πῶς γὰρ ἂν ἰδιώτης ἄνθρωπος καὶ πένης τηλικαῦτα δύναιτο; Εὐσέβιος οὐδὲ δημοσίᾳ παραιτησάμενος τὴν διαβολὴν, ὤμνυε τὸν Ἀθανάσιον εἶναι πλούσιον καὶ δυνατὸν καὶ ἱκανὸν πρὸς πάντα· ἵνα ἐκ τούτων κἀκεῖνα εἰρηκὼς Ἀθανάσιος νομισθῇ. ταῦτα μὲν οἱ σεμνοὶ

A modo ſynodum appellare audent, cui Comes præſidebat, & ubi ſpiculator aderat, ubi commentarienſis pro diaconis eccleſiæ nos introducebat? Comes loquebatur, cæteri præſentes ſilebant, vel potius Comiti obtemperabant. Quod iſtos qui epiſcopi videbantur, inquietaret, illius conſilio impediebatur. Ille jubebat, nos a militibus ducebamur, vel potius juſſis Euſebianorum ſententiiſque ipſe Comes inſerviebat. In ſumma, dilectiſſimi, quæ ſpecies ibi ſynodi, cujus exitus erat exilium, & cædes, ſi Imperatori placuiſſet? quales vero accuſationes? nam in hoc longe illi majore admiratione digni. Arſenium quemdam occiſum criminabantur, & pocu- B lum myſticum fractum eſſe. At Arſenius iſte vivit, & nobiſcum communicare optat: neque aliunde teſtimonia expectat, ut vivus eſſe videatur: ſed ipſe ſeſe confitetur vivere, idque in literis ſuis ad coepiſcopum noſtrum Athanaſium perſcripſit, quem ipſius interfectorem eſſe aſſeverabant. Nec puduit impios, hominem tanta intercapedine locorum & itineribus terra marique disjunctum ab eo occiſum comminiſci, qui per illa tempora ubi degeret, nemo noverat: ſed & occultare eum auſi ſunt, & ſubtrahere oculis, cum nihil mali paſſus eſſet: ac ſi potuiſſent, in alium orbem tranſtuliſſent, immo potius occidiſſent, ut homine ſeu vere C ſeu falſo extincto, Athanaſium vere occiderent. Sed divinæ hic providentiæ gratiæ agendæ ſunt, quæ nihil injuſti invaleſcere ſinit, Arſeniumque ſub omnium oculos vivum produxit, dilucide ſua præſentia calumnias eorum & figmenta retegentem. Qui nos nequaquam ut interfectores ſuos averſatur, aut ut injurioſos odit: nihil enim mali paſſus eſt: ſed nobiſcum communicare cupit, & noſtro cœtui conjungi: quod ipſius ſcripta declarant.

Sed Athanaſius quidem oppreſſus calumnia quaſi verus homicida, ab illis in exilium actus eſt. Non enim pater Imperatorum, ſed horum calumniæ, illum in exilium exterminaverunt. Animadvertite, quæſo, D num ita ſe habeat. Cum nihil culpæ in comminiſtro noſtro Athanaſio reperirent, Comeſque ſumma vi imminens plura contra Athanaſium moliretur: epiſcopus Comitis violentiam fugiens, religioſiſſimum Imperatorem adiit, deprecans & iniquitatem Comitis, & iſtorum calumnias: poſtulanſque ut legitima epiſcoporum ſynodus indiceretur, aut ipſe audiret ſuam defenſionem de objectis criminibus. Imperator rei indignitate motus, ſcriptis ſuis accuſatores citat, ſeque rem auditurum promittens, ſimul ſynodum indici jubet. Euſebiani autem ubi comparuiſſent, Athanaſium calumniantur, non de objectis Tyri criminibus, ſed frumentum E ab Athanaſio naveſque detentas: eumque minatum eſſe dixere, quod frumenti deportationem ex Alexandria Conſtantinopolim impedire poſſet. Hæc nonnulli ex noſtris qui intus erant ex Imperatore minitante audierunt. Hinc cum Athanaſius ad tantas calumnias ingemiſceret, affirmaretque eas falſas eſſe; quomodo enim homo privatus & pauper tantum poſſet? Euſebius, ne publice quidem detrectans calumniatoris mu-

nus

1 al. τόν. 2 Reg. Cod. [illegible]

nus, juravit Athanaſium eſſe divitem, & A potentem, & ad iſta omnia idoneum: ut ita hæc dixiſſe Athanaſius crederetur. Ad iſtum modum venerandi epiſcopi accuſationem inſtituebant. Sed Dei gratia plus in hoc negotio valuit, quam illorum ſcelerata malitia; quæ principis animum religioſum ad clementiam retraxit, ut ſatis haberet pro morte exilium irrogare. Hæc igitur non alteri cauſæ, quam illorum calumniis adſcribenda ſunt: ſiquidem Imperator antea ſcribens eorum inſidias improbavit, calumniaſque deteſtatus, Meletianos nefarios & execrandos, aliiſque graviſſimis nominibus literis ſuis appellavit: ut qui graviſſime ferret cædem hominis vivi objectam eſſe; & B de vivente & incolumi homicidium fictum eſſe. Nos autem epiſtolam eam ad vos miſimus.

At præclari Euſebiani, ut & veritatem & ſcripta delere videantur, nomen ſynodi prætexunt, & ipſius partes ab Imperatore accipiunt; quippe ubi Comes præſidet, & milites ſunt epiſcoporum ſatellites; & imperatoria edicta, quos ipſi volunt, coire compellant. Jam vel hinc incredibiles eorum inſidias animadvertite, & quam in audendo varii ſint, ut quacumque ratione hominem e medio tollant. Si enim ſibi ſolis veluti epiſcopi judicium adſcribebant, qui opus erat C vel Comite, vel militibus? cur edictis imperialibus coacti convenerunt? Quod ſi Imperatore indigebant, & ab eo robur accipere voluerunt, quo jure ipſi judicium Imperatoris irritum fecere? aut cur cum ille Meletianos & calumniatores & nefarios, Athanaſium vero innocentiſſimum ſuis ſcriptis pronunciarit, & confictam hominis vivi cædem deteſtatus ſit; ipſi Meletianos verum dicere, & Athanaſium reum eſſe definierunt? ac nihil veriti hominem vivum pro occiſo imputarunt: qui & poſt judicium Imperatoris, & cum ipſi conveniebant, & hactenus nobiſcum vivit. Hactenus de Arſenio.

Poculum autem myſticum, quale, aut ubi D a Macario fractum eſt? id enim ſurſum ac deorſum circumvolitantes jactitant: tametſi Athanaſium ne accuſatores quidem auſi fuiſſent criminari, niſi ab ipſis ſummiſſi fuiſſent. Sed tamen illi ſummam ejus criminis in Athanaſium referunt; quod ne in Macarium quidem, qui convictus non eſt, referri debuit. Nec pudet eos coram catechumenis, & quod pejus eſt, coram ethnicis hæc myſteria traducere: cum *oporteat*, ſicut ſcriptum eſt, *ſacramentum regis abſcondere*, &, ut Dominus præcipit, *nolite ſancta dare canibus, neque projiciatis margaritas ante porcos*, Non enim fas eſt myſteria gentibus prodere, ne per imperitiam ea ſubſannent; aut E catechumeni per curioſitatem ſcandalizentur. Sed tamen quodnam poculum, ubi, vel apud quos fractum eſt? Meletiani enim ſunt, qui hic ſe accuſatores præbent, homines prorſus fide indigni, ut ſchiſmatici, & hoſtes eccleſiæ; neque jam dumtaxat, ſed a temporibus beati Petri epiſcopi & martyris: qui inſidias ipſi Petro poſuerunt, & Achillam ejus ſucceſſorem calumniati ſunt, & Alexan-

κατηγόρων ἐπίσκοποι. ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ χάρις κρείττων τῆς πονηρίας αὐτῶν γεγένηται. τὴν γὰρ εὐσέβειαν τοῦ βασιλέως, εἰς φιλανθρωπίαν κεκίνηκε. καὶ ἀντὶ θανάτου, τὴν ἐξορισίαν παρέχει. οὐκ οὖν αἱ διαβολαί, καὶ οὐδὲν ἄλλο, τούτων αἰτίαι. [1] ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς πρὸ τούτου γράφων, τὴν συσκευὴν ἐμέμψατο, τὴν ἐπιβουλὴν ᾐτιάσατο, τῶν Μελιτιανῶν κατεψηφίσατο, ἀθεμίτους ἀρὰς ἀξίους τὰ δεινότατα αὐτοὺς ἐγγράφως εἰπών. κεκίνηται γὰρ νεκρὸν ἀκηκοὼς ἄνθρωπον, ὃς ἐν τοῖς ζῶσιν ἦν. κεκίνηται φόνον ἀκούσας ἐπὶ ζῶντι, καὶ τοῦ βίου μὴ στερηθέντι. καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἀπεστείλαμεν. οἱ δὲ περὶ Εὐσέβιον οἱ θαυμαστοί, ἵνα καὶ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὰ B γραφέντα λύειν δόξωσιν, ὄνομα συνόδου σχηματίζονται, καὶ τὸ ἔργον αὐτῆς παρὰ βασιλέως λαμβάνουσι, καὶ κόμης ἐπὶ τούτῳ καὶ στρατιῶται δορυφόροι τῶν ἐπισκόπων, καὶ βασιλικὰ γράμματα συνελθεῖν οὓς ἤθελον ἐπαναγκάζοντα. ἐνταῦθα τὸ παράδοξον τῆς ἐπιβουλῆς αὐτῶν ἐνθυμήθητε, καὶ τὴν ἀνομαλίαν τῶν πλημμελημάτων αὐτοῖς, ἵνα ὅθεν δήποτε παντὶ τρόπῳ τὸν ἄνθρωπον ἐξ ἡμῶν ἁρπάσωσιν. εἰ μὲν γὰρ ἐπίστευον ἑαυτοῖς τὴν κρίσιν μόνοις ὡς ἐπίσκοποι, τίς κόμητος καὶ στρατιωτῶν χρεία; ἢ πῶς ὑπὸ βασιλικοῖς συνήγοντο γράμμασιν; εἰ δὲ βασιλέως ἐδέοντο καὶ παρ᾽ αὐτοῦ τὸ κῦρος ἔχειν ἤθελον, διατί τὴν κρίσιν αὐτοῦ παρέλυον; ἢ πῶς ἐκείνου, τοὺς μὲν C Μελιτιανοὺς συκοφάντας ἀθεμίτους, Ἀθανάσιον δὲ καθαρώτατον δι᾽ ὧν ἔγραψε κρίναντος, καὶ τὸν φόνον ἐκτραγῳδοῦντος τὸν ἐπὶ τῷ ζῶντι πεπλασμένον, οὗτοι καὶ Μελιτιανοὺς ἀληθεύειν, κἀκεῖνον ὑπεύθυνον εἶναι διωρίζοντο; καὶ μὴ αἰδούμενοι τὸν ζῶντα νεκρὸν ἐποίουν; ζῶντα καὶ μετὰ τὴν κρίσιν τοῦ βασιλέως, καὶ ὅτε συνήεσαν, καὶ ἄχρι νῦν σὺν ἡμῖν ὄντα. ταῦτα μὲν περὶ Ἀρσενίου. ποτήριον δὲ μυστικόν, ποῖον ἢ ποῦ κατεάγη παρὰ Μακαρίου; τοῦτο γὰρ ἄνω καὶ κάτω περιϊόντες θρυλλοῦσι. καίτοι Ἀθανάσιον μέν, οὐδὲ οἱ κατήγοροι τετολμήκασιν αἰτιάσασθαι, εἰ μὴ παρ᾽ αὐτῶν ὑπεβλήθησαν· ἀλλ᾽ ὅμως αὐτοὶ τὸ τέλος τῆς μέμψεως [2] ὑπ᾽ αὐτὸν ἄγουσιν. ὃ μηδὲ ἐπὶ D Μακάριον ἔδει χωρεῖν, οὐκ ἐλεγχθέντα. καὶ οὐκ αἰσχύνονται ταῦτα ἐπὶ κατηχουμένων, καί, τό γε χεῖρον, ἐπὶ ἑλλήνων τραγῳδοῦντες τὰ μυστήρια. δέον ὡς γέγραπται μυστήριον βασιλέως καλὸν κρύπτειν, καὶ ὡς ὁ κύριος παρήγγειλε, μὴ δῶτε τὰ ἅγια τοῖς κυσί, μὴ δὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. οὐ χρὴ γὰρ τὰ μυστήρια ἀμυήτοις τραγῳδεῖν, ἵνα μὴ ἕλληνες μὲν ἀγνοοῦντες γελῶσι, κατηχούμενοι δὲ περίεργοι γενόμενοι, σκανδαλίζωνται. ἀλλὰ καὶ ὅμως ποῖον, ἢ ποῦ, ἢ παρὰ τίσι κατεάγη ποτήριον; Μελιτιανοὶ μὲν γάρ εἰσιν οἱ κατηγοροῦντες, καθόλου πιστεύεσθαι μὴ ὀφείλοντες. E σχισματικοὶ γὰρ καὶ ἐχθροὶ τῆς ἐκκλησίας γεγόνασιν, οὐ νῦν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ μακαρίου Πέτρου, ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος γενομένου, οἳ καὶ αὐτῷ Πέτρῳ ἐπιβουλεύσαντες, καὶ Ἀχιλλᾶν τὸν μετ᾽ ἐκεῖνον διαβαλόντες, καὶ Ἀλεξάνδρου κατηγορήσαντες μέχρις αὐτοῦ βασιλέως. οὕτως γὰρ δὴ μελετήσαντες, λοιπὸν καὶ εἰς Ἀθανάσιον ἐξέβησαν. οὐδὲν ξένον τῆς πονηρίας ἑαυτῶν ποιοῦντες. καὶ γὰρ ὥσπερ τοὺς πρὸ αὐτοῦ, οὕτως καὶ τοῦτον ἐσυκοφάντησαν, ἀλλὰ νῦν αὐτῶν καὶ οὐ πρότεροι ἡ συκοφαντία καὶ αἱ δια-

1 Reg. Cod. ὁ μὲν γάρ. 2 Ex Reg. Cod. lege, ἐπ᾽ αὐτόν.

διαβολαῖς κεκρατήκασιν, ὅτι τοὺς περὶ Εὐσέβιον ἔχουσι συνεργοὺς καὶ προστάτας, διὰ τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν τῶν Ἀρειομανιτῶν, δι' ἣν ὥσπερ πολλοῖς ἐπισκόποις, οὕτω καὶ Ἀθανασίῳ συνεσκευάσαντο. καὶ γὰρ ὁ τόπος ἐκεῖνος ἐν ᾧ κεκλάσθαι τὸ ποτήριόν φασιν, οὐκ ἦν ἐκκλησία, πρεσβύτερος οὐκ ἦν ὁ τὸν τόπον παροικῶν, ἡμέρα καθ' ἣν Μακάριον τοῦτο πεποιηκέναι φασὶν, οὐκ ἦν κυριακή. μήτε τοίνυν ἐκκλησίας οὔσης ἐκεῖ, μήτε τοῦ ἱερουργοῦντος, μήτε τῆς ἡμέρας ἀπαιτούσης, ποῖον ἢ πότε, ἢ ποῦ τὸ ποτήριον κέκλασται μυστικόν; ποτήρια γὰρ εἶναι πολλὰ κατὰ τὰς οἰκίας, καὶ ἐν ἀγορᾷ μέσῃ, δῆλον, καὶ τούτων οὐδὲν ὁ θραύων ἀσεβεῖ, τὸ δὲ μυστικὸν ποτήριον ὅ, τι ἂν θραύσῃ ἑκών τις, ἀσεβῆ τὸν ἐπικεχειρηκότα, παρὰ μόνοις τοῖς νομίμως προεστῶσιν εὑρίσκεται. Οὗτος ὁ τρόπος τούτου τοῦ ποτηρίου μόνος, ἄλλος οὐδείς, τοῦτο ὑμεῖς νομίμως προπίνετε τοῖς λαοῖς, τοῦτο ὑμεῖς ὑπὸ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ κανόνος παρελάβετε. τοῦτο μόνον ἐστὶ τῶν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας προεστώτων. μόνων γὰρ ὑμῶν ἐστι προπίνειν τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ. τῶν δὲ ἄλλων, οὐδενός, ἀλλ' ὅσον τὸ μυστικὸν ὁ θραύων ἀσεβὴς, τοσοῦτον ἀσεβέστερος, ὁ ἐνυβρίζων τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ· ἐνυβρίζει γὰρ ὁ παρὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν θεσμὸν τοῦτο ποιῶν. [1] καὶ ταῦτα μὲν οὐχ ὅτι κἂν σχισματικῶν ποτήριον κέκλασται παρὰ Μακαρίου, ἀλλ' ὅτι μηδὲ ἦν ὅλως ἐκεῖ. πῶς γάρ; ὅπου μήτε τόπος κυριακὸς, μήτε τις ἐκεῖ τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ μήτε ὁ καιρὸς μυστηρίων ἦν. οὗτος δέ ἐστιν ὁ πολυθρύλλητος Ἰσχύρας, ὁ μήτε ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας χειροτονηθείς· καὶ ὅτε τοὺς ὑπὸ [2] Μελιτίου κατασταθέντας πρεσβυτέρους Ἀλέξανδρος ἐδέχετο, μηδὲ ἐκείνοις συναριθμηθεὶς, οὕτως οὐδὲ ἐκεῖθεν κατεστάθη. πόθεν οὖν πρεσβύτερος Ἰσχύρας; τίνος καταστήσαντος; Ἆρα [3] Κολλούθου; τοῦτο γὰρ λοιπόν. ἀλλ' ὅτι Κόλλουθος πρεσβύτερος ὢν ἐτελεύτησε, καὶ πᾶσα χεὶρ αὐτοῦ γέγονεν ἄκυρος, καὶ πάντες, οἱ παρ' αὐτοῦ κατασταθέντες, ἐν τῷ σχίσματι, λαϊκοὶ γεγόνασι, καὶ οὕτως συνάγονται δῆλον, καὶ οὐδενὶ καθέστηκεν ἀμφίβολον. πῶς οὖν ἰδιώτης ἄνθρωπος καὶ οἰκίσκον οἰκῶν ἰδιωτικὸν, ποτήριον ἔχειν μυστικὸν πιστευθείη, ἀλλὰ τότε τὸν ἰδιώτην πρεσβύτερον ὠνόμαζον, καὶ τὴν προσηγορίαν αὐτῷ ταύτην διὰ τὴν καθ' ἡμῶν ἀδικίαν ἐχαρίζοντο, καὶ νῦν μισθὸν τῆς κατηγορίας, ἐκκλησίας οἰκοδομὴν προξενοῦσιν, ὥστε οὐκ ἔχων ἐκκλησίαν ἄνθρωπος, ἀλλὰ μισθὸν τῆς κακοηθείας, καὶ τῆς πρὸς τὴν κατηγορίαν ὑπακοῆς, νῦν ἣν οὐκ εἶχε λαμβάνει, καὶ τάχα καὶ ἐπισκοπὴν ἀντέδωκαν αὐτῷ, ταῦτα γὰρ θρυλλεῖ περιιὼν, καὶ οὕτω καθ' ἡμῶν βρενθύεται, οὕτω λοιπὸν τηλικαῦτα ἔπαθλα παρὰ τῶν ἐπισκόπων τοῖς κατηγόροις καὶ συκοφάνταις προστίθεται· εἰκότως· οἱ γὰρ συνεργὸν εἰς ἃ ἤθελον αὐτὸν ἐσχηκότες, ὡς τῶν πραγμάτων κοινωνὸν, οὕτως καὶ τῆς ὁμοίας ἐπισκοπῆς ἠξίωσαν. ἀλλὰ μήπω ταῦτα, ἔτι δὲ τὰς ἀκοὰς τοῖς τότε πραχθεῖσι παρ' αὐτῶν, ἐνδότε· μὴ δυνηθέντες πρὸς τὴν ἀλήθειαν καίτοι κατ' αὐτῆς παρεσκευασμένοι, καὶ ἐν Τύρῳ μηδὲν ἀποδείξαντες Ἰσχύρα, ἀλλὰ συκοφάντου δεικνυμένου, καὶ τὴν συσκευὴν αὐτῶν τῆς συκοφαντίας λυούσης, εἰς [4] ἀπόδειξιν ὑπερτίθενται, καὶ ἐπαγγέλλονται πέμψειν ἐξ ἑαυτῶν τοὺς κατὰ Μαρεώτην πολυπραγμονή-

A drum apud ipſum Imperatorem accuſarunt: & poſtremo ita meditandis criminibus exercitati Athanaſium invaſerunt, a malitia non diſcedentes. Ut enim illius antoceſſores, ita quoque & ipſum calumniantur: quorum calumniæ antea inefficaces, nunc tandem ſucceſſum habuere: ex quo Euſebianos ſocios & patronos nacti ſunt; qui propriæ Ariomanitarum impietatis cauſa, ut in multos alios epiſcopos, ita quoque in Athanaſium conſpirationes faciunt. Atqui locus ille, in quo confractum poculum jactitant, eccleſia non erat: nec aliquis presbyter ibi degebat: nec dies, qua id factum a Macario volunt, Dominica. Cum igitur neque eccleſia ibi eſſet, B neque qui ſacra faceret, neque dies hoc ipſum requireret; quale, aut quando, aut ubi myſticum illud poculum fractum eſt? Nam pocula multa paſſim in ædibus, atque adeo in medio foro haberi, conſtat: quæ qui fregerit, impie non agit. Myſticum autem poculum, quod qui ſponte frangat, impius efficitur, nuſquam niſi apud legitimos eccleſiæ præſides invenias: hic enim unus uſus eſt calicis, & præter eum alius nullus: hoc ſolo vos legitime propinatis populo: hoc vos ab eccleſiaſtico canone accepiſtis; hoc dumtaxat penes eos habetur, qui Catholicæ eccleſiæ præſunt. Solum enim veſtrum eſt propinare ſanguinem Chriſti, & præterea nul- C lius. Ceterum ut impius eſt, qui hunc myſticum calicem frangit; ita multo magis impius eſt qui ſanguini Chriſti contumeliam facit; contumeliam autem facit qui præter eccleſiaſticam inſtitutionem calice illo abutitur. Et hæc quidem eo a nobis dicuntur, non quod vel ſchiſmaticorum poculum Macarius fregerit, ſed quod ibi omnino nullum fuerit: qui enim fieri potuit, cum nec ipſe locus Dominicus eſſet, neque quiſpiam ibi eccleſiaſticus, atque adeo ne tempus quidem myſteriorum ageretur? Is autem eſt ille nominatiſſimus Iſchyras, qui neque ab eccleſia ordinatus eſt; neque, cum a Meletio conſtitutos presbyteros Alexan- D der recipiebat, in eorum numero unquam habitus fuit, nec proinde vel ſic ibi conſtitutus.

Quo pacto igitur presbyter Iſchyras, aut quo ordinante? numquid Colutho? id enim reſtat: atqui Coluthum in gradu presbyterii obiiſſe, omnemque ejus manuum impoſitionem irritam, omneſque ab eo ordinatos tempore ſchiſmatis, in laicorum ordinem redactos eſſe, & ſic ad ſynaxim admiſſos, adeo apud omnes conſtat, ut nemo ea de re dubitandum putet. Quomodo igitur homo privatus, & privatas ædes inhabitans, poculum myſticum ſibi concreditum habuit? Sed tunc illi hominem priva- E tum presbyterum appellabant, & in noſtram injuriam hoc nomen ei indiderunt, eidemque pro mercede calumniarum ædificandæ eccleſiæ poteſtatem concedunt. Qui ergo per id tempus nullam habuit eccleſiam, nunc ad compenſationem ſceleris obſequiique in accuſando præſtiti, eccleſiam accepit, forſitan etiam epiſcopatu donatus: id enim paſſim jactitat, & ſic adverſum nos infremit. Talia deinceps præmia per epiſcopos accuſatoribus & ſy-

1 Reg. Cod. ταῦτα φαμὲν, & ſic legit Nannius. 2 MS. hoc loco Μελετίου, ſed nihil intereſt, an Μελιτίου, an Μελετίου, an & Μιλιτίου ſcipſeris. 3 MSS. omnes, Κολλούθου ubique in hac epiſtola. 4 Reg. Cod. ἀπόδειξις.

A & ſycophantis deferuntur. Neque id immerito; quem enim adminiſtrum ſuæ libidinis habuere, eum aut negotiorum ſocium, ita conſimili epiſcopatu dignum cenſuere. Obſecro igitur, ut non hactenus tantum, ſed ad ſequentia quoque vos attentos præbeatis.

Cum nihil igitur poſſent contra veritatem, quamquam ſe omnibus modis communierant, eo quod Iſchyras Tyri pro calumniatore habitus nihil probare poſſet, & ipſa calumnia ſua vanitate corrueret; judicium cauſæ ſuſpenſum voluere, donec de probationibus conſtaret. Promittunt igitur ſe aliquot ex ſuis Mareoten amandaturos, qui rem curioſe ſcrutarentur; quos nos e veſtigio B multis de cauſis palam rejiciendos docuimus; in primis quod cum Ario ſentirent, & propterea nobis infenſi. Verum illi potentia magiſtratuum freti, clam emiſerunt Diognium, Marin, Theodorum, Macedonium, duos annis moribuſque juvenes, Urſacium, & Valentem e Pannonia, qui poſt tam longum iter, quod ſuſceperunt, ut inimicum ſuum judicarent, rurſum Tyro Alexandriam contenderunt; nec puduit eos, quod ſe ex judicibus teſtes facerent. Quin potius omnibus inſidiandi rationibus palam ſuſceptis, quoſvis labores itineraque ſubiere, ut calumniam ſemel initam abſolverent. Et epiſcopum quidem Athanaſium in externa regione detentum C relinquerunt: ipſi interim in adverſarii ſui civitatem ingreſſi ſunt, quaſi in populum eccleſiamque debacchaturi. Immo, quod abſurdius eſt, Iſchyra accuſatore ſecum adducto, Macarium reum cuſtodiis Tyri incluſum, ſequi non permiſerunt. Nam Macarius presbyter ſurſum deorſum ab ipſis in crimen vocabatur.

Soli igitur Alexandriam cum accuſatore Iſchyra ipſorum contubernali ſodale & compotore ingreſſi, aſſumpto una Præfecto Ægypti Philagrio, in Mareoten abſcedunt, atque illic ſoli pro libidine ſua cum prædicto viro quæſtiones inſtituunt, nulla permiſſa presbyteris adeundi facultate, quamquam id D multis precibus requirerent: erant autem illi, qui hæc poſtulabant, omnes tum civitatis tum univerſæ regionis presbyteri; petentes, ut ſibi oſtendere liceret, quoſnam teſtes Iſchyras ſubornaſſet, unde & quinam eſſent. Sacrorum igitur miniſtris excluſis, coram ethnicis hominibus quæſtiones de eccleſia, de calice, de menſa, de rebus ſacris habuere: &, quod gravius eſt, ethnicos in quæſtione de myſtico poculo in teſtes citaverunt; & quos ab Athanaſio raptos fuiſſe, Procuratoris accitu definierunt, & ubi eſſent ignorare; hos ad ſe & ad Præfectum privatim introduxerunt: nec veriti ſunt eos dicere ab Athanaſio occiſos, quorum teſtimoniis E uti cernebantur. Sed cum eo ſolum ſpectent, ut eum occidant, rurſum viventes mortuos eſſe fingunt, ut in Arſenio fecerunt. Nam qui adhuc ſuperſunt, & qui in ſua regione hominum oculis palam apparent, apud vos longe inde ſemotos quaſi de medio ſublatos deplorant: ut cum e longinquo petenda ſint rerum documenta, comminiſtrum noſtrum calumniari poſſent, quaſi vi & poteſtate u-

A συντος, καὶ ὡς ἡμεῖς παρῃτούμεθα φανερῶς διὰ πολλὰ, καὶ ὡς τὰ Ἀρείου φρονοῦντας καὶ διὰ τοῦτο ἡμῶν ἐχθρούς, ἀπέστειλαν αὐτοὶ κρύφα, χρώμενοι τῇ δυναστείᾳ, Διόγνιον, Μάριν, Θεόδωρον, Μακεδόνιον, δύο νεωτέρους τὴν ἡλικίαν καὶ τὸν τρόπον, Οὐρσάκιον καὶ Οὐάλεντα ἀπὸ Παννονίας, καὶ οὗτοι μετὰ τὴν τοσαύτην ὁδὸν ἣν ὑπέμειναν ἵνα δικάσωσι τῷ ἐχθρῷ, πάλιν ἀπὸ Τύρου καὶ εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐπείγοντο, μηδὲ τὸ μάρτυρες οἱ δικασταὶ γίνεσθαι παραιτησάμενοι, ἀλλὰ πάντα τρόπον ἐπιβουλῆς ἀναδεξάμενοι φανερῶς, καὶ πάντη κάματον καὶ πᾶσαν ὁδὸν ὑποστάντες. ἵνα τὴν κατασκευαζομένην συσκευὴν πληρώσωσι, καὶ τὸν μὲν ἐπίσκοπον Ἀθανάσιον κατεχόμενον περὶ ξένης B ἠφίεσαν, αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν τοῦ ἐχθροῦ πόλιν εἰσπέσαν, ὥσπερ ἐπικωμάζοντες τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν τῷ λαῷ, καὶ τὸ παραλογώτερον, Ἰσχύραν τὸν κατήγορον μεθ' ἑαυτῶν ἐπαγόμενοι Μακάριον τὸν κατηγορούμενον, οὐκ ἐπέτρεψαν ἀκολουθῆσαι, ἀλλ' ἔμφρουρον ἀφῆκαν ἐν Τύρῳ. ἄνω γὰρ καὶ κάτω Μακάριος ὁ πρεσβύτερος τῆς Ἀλεξανδρείας ὑπήγετο παρ' αὐτῶν τῷ ἐγκλήματι. μόνοι τοίνυν μετὰ τοῦ κατηγόρου τὴν Ἀλεξάνδρειαν εἰσελθόντες, σύνοικον αὐτὸν καὶ συνέστιον καὶ συμπότην ἔχοντες, καὶ τὸν ἔπαρχον τῆς Αἰγύπτου Φιλάγριον παραλαβόντες, ἐπὶ τὸν Μαρεώτην ἀπῆλθον, κἀκεῖ δῆθεν ἐποιοῦντο τὴν ἐξέτασιν μόνοι ὡς ἤθελον μετὰ τοῦ προειρημένου, πολλὰ τοὺς πρεσβυτέρους παρεῖ- C ναι παρακαλέσαντας, οὐκ ἐπέτρεψαν. ἠξίουν δὲ παρεῖναι οἵτε τῆς πόλεως καὶ τῆς χώρας πάσης πρεσβύτεροι, ἵνα τοὺς ὑποβαλλομένους παρὰ Ἰσχύρα διελέγξωσι πόθεν καὶ τίνες εἰσί. καὶ τοὺς μὲν λειτουργοὺς ἐκώλυον παρεῖναι, ἐπὶ δὲ τῶν ἐθνικῶν ἐξήταζον περὶ ἐκκλησίας, περὶ ποτηρίου, περὶ τραπέζης, καὶ τῶν ἁγίων, καὶ τὸ δεινότερον, ἐθνικοὺς ἐκάλουν μάρτυρας, περὶ ποτηρίου μυστικοῦ ζητοῦντες, καὶ οὓς ἡρπάσθαι παρὰ Ἀθανασίου διωρίζοντο, ἐκ μετακλήσεως τοῦ [1] καθολικοῦ, καὶ μηδὲ ὅπου γῆς [2] ἐστι γινώσκειν, τούτους εἰσῆγον ἐφ' ἑαυτῶν καὶ τοῦ ἐπάρχου μόνου, καὶ οὐκ ᾐδοῦντο τούτους ἀφανίσθαι παρὰ τοῦ ἐπισκόπου Ἀθανασίου λέγοντες, ὧν ταῖς μαρτυρίαις συγχρῆσθαι D δοκοῦσι. ἀλλὰ κἀνταῦθα μόνον φονεῦσαι βουλόμενοι, πάλιν τοὺς ζῶντας ὡς ἀποθανόντας, τὸν ἐπὶ Ἀρσενίου τρόπον μιμούμενοι πλάττουσι. [3] οὓς γὰρ τοὺς ἀνθρώπους καὶ φαινομένους ἐπὶ τῆς ἰδίας ὑμῖν τοῖς μακρὰν, ὡς ἀφανεῖς ἐκτραγῳδοῦσιν, ἵνα μακρὰν ὄντων τῶν ἐλέγχων, τὸν συλλειτουργὸν ἡμῶν διαβάλλωσιν ὡς βίᾳ καὶ δυναστείᾳ χρώμενον, καίτοι πάντα αὐτοὶ μετὰ δυναστείας καὶ προστασίας πράττοντες. καὶ γὰρ ὅμοια πάλιν τὰ κατὰ Μαρεώτην, τοῖς κατὰ Τύρον ἐγίνετο, ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ κόμης ἦν μετὰ στρατιωτικῆς ὑπηρεσίας, οὐδενὶ ἐπιτρέπων παρὰ τὰ ἐκείνοις δοκοῦντα ἢ λέγεσθαι ἢ πράττεσθαι, οὕτως καὶ ἐνταῦθα ὁ τῆς Αἰγύπτου ἔπαρχος μετὰ τῆς τάξεως ἦν, πάντας E μὲν τοὺς τῆς ἐκκλησίας ἐκφοβῶν, μηδένα δὲ μετὰ ἀληθείας ἐπιτρέπων μαρτυρεῖν, καὶ τὸ παραδοξότερον ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ καὶ τῇ οἰκίᾳ τοῦ κατηγόρου, ὃ ᾤκουν καὶ ἐξετάζειν ἐδόκουν ἃ ἠβούλοντο οἱ εἴτε δικασταὶ, εἴτε μάρτυρες, εἴτε τῆς ἑαυτῶν καὶ Εὐσεβίου σπουδῆς, ὅπερ ἀληθέστερον, ὑπηρέται παραγγελλόμενοι. καὶ τίνα τὰ παρ' αὐτῶν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν τολμηθέντα, νομίζομεν ὑμᾶς μὴ ἀγνοεῖν; [illegible]χοῦ γὰρ διαδεδόναι,

1 Καθολικὸς, Rationalis, *Procurator*. Vide Ducangium in Gloſſar. 2 Lege, εἶναι. 3 Reg. Cod. ...ντας τάφ.

δόνες, ξίφη γυμνὰ κατὰ ἁγίων παρθένων, καὶ τῶν ἀδελφῶν ἐχώρει, καὶ μάστιγες κατὰ τῶν ἐντίμων παρὰ Θεῷ σωμάτων, καὶ τοὺς πόδας ἐχώλευον ὑπὸ τῶν πληγῶν, αἱ τὴν ψυχὴν ἐν ἁγνείᾳ καὶ πᾶσιν ὁλόκληροι τοῖς καλοῖς, ἐργασίαι τε κατ' αὐτῶν ἐπεσείοντο. καὶ ἐθνικοὶ δῆμοι πρὸς τὸ γυμνοῦν, τύπτειν, ἀσελγαίνειν κατ' αὐτῶν, βωμούς τε καὶ θυσίας ἐπαπειλεῖν αὐταῖς. καί τις ἀσελγὴς ἀνὴρ ὡς ἐξουσίας λοιπὸν δοθείσης ὑπὸ τοῦ ἐπάρχου πρὸς χάριν τῶν ἐπισκόπων, χεῖρα παρθένου κατεῖχε, καὶ πρὸς τυχόντα βωμὸν εἷλκεν, ἀνάγκην θυσίας καὶ διωγμοῦ μιμούμενος, καὶ ταῦτα ἐπράττετο, καὶ φυγὴ τῶν παρθένων ἦν, καὶ γέλως τῶν ἐθνικῶν κατὰ τῆς ἐκκλησίας, τῶν ἐπισκόπων ἔνδον ὄντων καὶ ταύτην τὴν οἰκίαν οἰκούντων ἐν ᾗ ταῦτα ἐπράττετο, καὶ ἀφ' ἧς διὰ τὴν εἰς αὐτοὺς χάριν, ξιφῶν αἱ παρθένοι γυμνῶν, καὶ παντὸς κινδύνου, καὶ ὕβρεων, καὶ παροινίας πεπείρανται. καὶ ταῦτα ἔπαχον ἐν νηστείᾳ παρὰ τῶν τοῖς ἐπισκόποις ἔνδον συνεστιωμένων. ταῦτα προειδότες, ὡς ἐχθρῶν εἴσοδος οὐχ ἡ τυχοῦσα βλάβη, τὴν παραίτησιν ἐποιησάμεθα. ταῦτα καὶ Ἀλέξανδρος ἐν τῷ λαβεῖν ὁ τῆς Θεσσαλονίκης ἐπίσκοπος, γράφει πρὸς τοὺς ἐκεῖ μείναντας τὴν συσκευὴν ἐλέγχων, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν μαρτυρούμενος. ὃν κἂν συναριθμῶσιν ἑαυτοῖς, καὶ τῆς ἐπιβουλῆς μεζῶσιν ἐκ, οὐδὲν ἄλλο, ἢ κατ' ἐκείνου τὴν βίαν δεικνύουσι. καὶ γὰρ καὶ ὁ παμπόνηρος Ἰσχύρας οὐδὲ αὐτὸς ἄνευ φόβου καὶ βίας ἐπ' αὐτὸ ὥρμησεν, ἀλλ' ἀνάγκῃ τὴν κατηγορίαν ὑπέδυ. τούτου τεκμήριον, αὐτὸς ἔγραψεν Ἰσχύρας πρὸς τὸν συνεπίσκοπον Ἀθανάσιον, ὅτι μηδὲν ἐκεῖ πέπρακται τοιοῦτον, ἀλλ' ὑπεβλήθη πλάσασθαι, καὶ ταῦτα ἔγραψεν, οὐ δεχθεὶς παρ' αὐτοῦ ὡς πρεσβύτερος, οὐ τοιαύτην χάριτος προσηγορίαν λαβὼν, οὐκ οἰκοδομὴν ἐκκλησίας εἰς ἀμοιβὴν τυχὼν, οὐ μισθὸν ἐπισκοπῆς προσδοκήσας. ὧν πάντων ἔτυχε παρ' αὐτῶν, διὰ τὴν κατηγορίαν. ἀλλὰ καὶ τὸ γένος αὐτοῦ πᾶν μεθ' ἡμῶν συνήγετο. καὶ οὐκ ἂν συναχθέντες, εἴγε τὸ τυχὸν, ἠδίκηντο. ταῦτα μὲν οὖν ὅτι μὴ λόγος, ἀλλ' ἔργον, μάρτυρες μὲν, οἱ τοῦ Μαρεώτου πρεσβύτεροι πάντες, οἱ ἀεὶ συνόντες ἐν ταῖς περιοδίαις τῷ ἐπισκόπῳ· οἱ καὶ τότε γράψαντες κατὰ Ἰσχύρα. καὶ μήτε ἐν Τύρῳ, οἱ ἐλθόντες ἐξ αὐτῶν ἐπιτραπέντες εἰπεῖν τὴν ἀλήθειαν, μήτε ἐν τῷ Μαρεώτῃ ἀπομείναντες, συγχωρηθέντες ἐλέγξαι τὸν Ἰσχύραν συκοφάντην. καὶ αὐτὰ δὲ τὰ ἀντίγραφα τῶν Ἀλεξάνδρου γραμμάτων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ τοῦ Ἰσχύρα, ἀπεστείλαμεν δὲ καὶ τὴν τοῦ πατρὸς τῶν βασιλέων ἐπιστολήν. ἔνθα οὐ μόνον ἐπ' Ἀρσενίῳ δυσχεραίνει, ὅτι ζῶντος ἀνθρώπου φόνος ἐνεκαλεῖτο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῷ ποτηρίῳ ἐθαύμαζε, τὸ ποικίλον τῆς κατηγορίας καὶ πεπλανημένον, ὅτι ποτὲ μὲν Μακαρίου τοῦ πρεσβυτέρου, ποτὲ δὲ Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου κατηγόρουν, ὡς κλάσαντος ταῖς χερσὶ τὸ ποτήριον, καὶ πάλιν συκοφάντας τοὺς Μελιτιανοὺς, καὶ πάλιν Ἀθανάσιον καθαρώτατον ἀποφαίνεται. πῶς γὰρ οὐ συκοφάνται Μελιτιανοὶ, καὶ πρό γε πάντων Ἰωάννης; ὁ εἰσελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν κοινωνήσας ἡμῖν, καταγνοὺς ἑαυτοῦ, μηδὲν ἔτι περὶ τοῦ ποτηρίου κινήσας, ἐπειδὴ τοὺς περὶ Εὐσέβιον εἶδε σπουδάζοντας τοῖς Ἀρειομανίταις· οὐκ ἀποτολμῶντας δὲ φανερῶς αὐτοῖς συνεργεῖν. ἀλλὰ ζητοῦντας ἄλλοις χρῆσθαι προσωπείοις, ἑαυτὸν ὑποβέβληκεν ὥσπερ τῶν ἔξω θεάτρων ὑποκριτὴν, καὶ ἡ μὲν ὑπόθεσις ἦν Ἀρειανῶν ἀ-



A ſus ſit: cum ipſi per vim & potentiam omnia agant. Eadem enim denuo apud Mareoten, quæ Tyri, perpetrarunt. Ut enim illi Comes erat cum militali ſatellitio, nihil quod ipſis diſpliceret aut dici aut fieri permittens; ita quoque & hic Præfectus Ægypti manu militari ſuccinctus, omnes eccleſiaſticos terreſaciens, nulli permiſit ex vero teſtimonium dicere: &, quod abſurdius eſt, in ipſis ædibus accuſatoris & commorabantur, & quæſtionibus operam dandam, prout libuit, decernebant: eoque tam judices quam teſtes, ſuæ & Euſebianæ voluntatis adminiſtri, conveniebant.

Quæ porro Alexandriæ auſi ſunt, arbitra-

B mur vobis non ignota eſſe, cum ea ubique gentium fama divulgata ſit. Diſtricti ſcilicet gladii in ſanctas virgines & fratres: flagella pretioſis apud Deum corporibus incuſſa, pedes plagarum vi claudicantes, earum quæ mentem in caſtitate & in omnibus bonis operibus exercebant. Hinc flagitia adverſus illas commiſſa: gentilium vulgus ipſas nudare, verberare, adverſus eas petulanter ſe gerere, aras idolorum & ſacrificia minitari: adeo ut homo quidam procax, veluti iſtiuſmodi poteſtas a Præfecto jam deinceps conceſſa eſſet in gratiam epiſcoporum, virginem manu arreptam ad altare, quod forte obvium erat, protraxerit, neceſſitatem ſacrifi-

C candi & vim perſecutionis imitatus. Inter hæc ſcelera virgines fugere, ethnici eccleſiæ inſultare, epiſcopis in illis ipſis ædibus, ubi iſta perpetrabantur, verſantibus; in quorum gratiam virgines miſeræ ſtrictos gladios, omnia genera periculorum, & quamlibet contumeliam & injuriam experiri coactæ ſunt. Et hæc quidem paſſæ ſunt ipſo jejunii tempore a coepulonibus epiſcoporum, cum quibus convivium intus agitabant.

Hæc cum futurà provideremus, nec vulgarem, ſed quaſi ex hoſtili incurſu vaſtitatem, detrectavimus hoc genus judicii. Hæc etiam cum Alexander Theſſalonicæ epiſcopus animadverteret, ſcripſit ad eos qui illic ad-

D huc commorabantur, conjurationem & calumniam arguens. Quem ſi in ſuo grege annumerant, ſociumque ſuæ factionis jactitant, eo ipſo vim ſe homini intuliſſe declarant. Enimvero nec ipſe quoque ſceleratiſſimus Iſchyras, ſponte, ſed coactus, ad accuſandum deſcendit. Cujus rei argumento ſunt ejus ad coepiſcopum noſtrum Athanaſium literæ, quibus teſtatur nihil tale ibi actum fuiſſe, ſed ſe ſubornatum eſſe ut hæc fingeret. Et ſcripſit illa, cum nec pro presbytero ab illo agnoſceretur, nec illius appellationis gratiam obtinuiſſet, nec jus ædificandæ eccleſiæ pro remuneratione impetraſſet, nec epiſcopatum pro mercede exſpectaret: quæ omnia conſe-

E cutus eſt ab iſtis ob accuſationem. Atque adeo ejus cognati nobiſcum ſemper communioni conjuncti fuere; non facturi ſcilicet, ſi vel tantillum injuriæ a nobis accepiſſent.

Hæc non verbis, ſed re conſtare, teſtes ſunt omnes Mareotæ presbyteri, qui comites epiſcopo in itineribus fuere, & qui tum contra Iſchyram ſcripſere: quibuſque nec tum, cum Tyrum veniſſent, permiſſum fuit veritatem loqui; neque iis qui in Mareot remanſerunt, conceſſum fuit ut Iſchyram calumniatorem refellere liceret. Exemplaria au-

tem literarum, tum Alexandri, tum preſby- A terorum, tum ipſius Iſchyræ, una miſimus: quibus adjuncta epiſtola patris Imperatorum; in qua non ſolum calumniam de Arſenii morte confictam teſtatur ſe indigne ferre, quod vivi hominis cædes imputata ſit; verum etiam in crimine myſtici poculi valde admiratur tantam varietatem & accuſationis inconſtantiam, quod nunc Macarium presbyterum, nunc Athanaſium epiſcopum de calice confracto incuſarent: ac Meletianos iterum calumniatores, Athanaſium vero innocentiſſimum pronunciat. Quomodo enim non calumniatores Meletiani, & inter Meletianos præcipue Joannes? qui Eccleſiam ingreſſus, & in communionem a nobis receptus, facti B ſui pœnitens, cum nondum quidquam de calice moviſſet, animadvertens Euſebianos Ariomanitis favere; ita tamen ut illos palam adjuvare nollet, ſed alias ad id perſonas rerumque prætextus quærerent; obtulit illis ſuam veluti in ſcena hiſtrionicam operam ad eam tabulam agendam; cujus argumentum erat, Arianorum certamen. Primæ autem partes, ut illi rem bene gererent: acceſita vero perſona & appendix, Joannes cum ſociis: ut Arianorum ſtudioſi ſub iſtiuſmodi occaſione & ſpecie judicii, adverſarios impietatis e medio tollant, & impietatem in locum pietatis inducant, Arianoſque in eccleſiam introducant: & ii qui pietatem ex- C terminatam cupiunt, per impietatem ſuperare nituntur: & ii, qui impietatem in Chriſtum ſuſceperunt, hoſtes impietatis velut impios conantur occidere. Et calicem nobis proferunt confractum, ut videatur Athanaſius in Chriſtum una cum ipſis impius eſſe. At quorſum illa myſtici poculi ab iſtis facta mentio? aut unde impietatis in Chriſtum anteſignanis ulla de myſtico poculo religio? aut unde illis qui Chriſtum non noverunt, poculum Chriſti notum eſt? aut cur Domini calicem ſe in reverentia habere ſimulant, qui Chriſtum Dominum contumelia afficiunt? aut quonam pacto calicem deplorant, qui epiſcopum myſteria in eo celebrantem occi- D dere ſatagunt, &, quantum in ipſis eſt, jam occiderunt? Aut quomodo lamentantur throni epiſcopalis vicem, qui epiſcopo in throno ſedenti necem moliuntur, ut thronus epiſcopum deſideret, & populi pia doctrina ſpolientur? Verum neque poculum illos, aut cædes, aut ullæ denique ſcelerum ſpecies quas prætexerunt, ſed ſola Arianorum impietas huc adegit: in cujus gratiam Athanaſio & ceteris epiſcopis inſidias faciunt, atque etiam nunc eccleſiæ bellum inferunt. Quinam enim ſunt cædium & exiliorum auctores? nonne iſti? Quinam ſæcularium poteſtate uſi inſidias epiſcopis moliuntur? nonne Euſebius cum ſuis; & nequaquam, ut ipſi ſcribunt, E Athanaſius? Hoc enim ille cum aliis multis ab iſtis vexatus eſt. Nam eo tempore [1] quatuor presbyteros Alexandriæ, quamquam Tyrum non venerant, e finibus ſuis exterminaverunt. Quinam luctu & lachrymis digni? Nonne illi qui & priora iſta perpetrarunt, & ſecunda addere non recuſant, omnia ca-

A γων. καὶ τὸ πρωτότυπον, ἐκείνοις κατορθοῦν, ὑποβολὴ δὲ καὶ παρέργημα τούτων, Ἰωάννης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ἵνα οἱ τῶν Ἀρειανῶν σπουδασταὶ, διὰ τῆς τούτων προφάσεως, δικαστῶν σχήματι, τοὺς ἐχθροὺς τῆς ἀσεβείας ἀπώσωνται, καὶ τὴν ἀσέβειαν ἐγκαταπήξωσι, καὶ τοὺς Ἀρειανοὺς εἰσαγάγωσι τῇ ἐκκλησίᾳ. καὶ οἱ τὴν εὐσέβειαν ἐξωσθῆναι θέλοντες, δι' ἀσεβείας [2] κινῆσαι βιάζονται. καὶ οἱ τὴν ἀσέβειαν τὴν κατὰ Χριστοῦ προελόμενοι, τοὺς τῆς ἀσεβείας ἐχθροὺς, ὡς ἀσεβεῖς ἀνελεῖν ἐπεχείρησαν. καὶ ποτήριον ὑμῖν προφέρουσι κεκλασμένον, ἵνα δόξῃ καὶ Ἀθανάσιος κατὰ Χριστοῦ συνασεβεῖν αὐτοῖς. ποία γὰρ καὶ μνήμη παρ' αὐτοῖς ὀφείλεται ποτηρίου μυστικοῦ; πόθεν ἀσεβείας τῆς εἰς Χριστὸν προστάταις, περὶ ποτηρίου τοῦ δεσπότου βίας; πόθεν τοῖς τὸν Χριστὸν μὴ γνωρίζουσι ποτηρίου Χριστοῦ γνώριμον; πῶς οἱ ποτήριον τιμᾷν προσποιούμενοι, τὸν τοῦ ποτηρίου Θεὸν ἀτιμάζουσιν; ἢ πῶς οἱ ποτήριον ὀδυρόμενοι, τὸν ἐπίσκοπον τὸν ἐν αὐτῷ μυσταγωγοῦντα, φονεῦσαι ζητοῦσι; καὶ ἐφόνευσαν ἂν τὸ ὅσον ἐν ἑαυτοῖς. πῶς δὲ οἱ τὸν θρόνον τὸν ἐσολισμένον ἐπισκοπικῶς ὀδυρόμενοι, τὸν ἐν αὐτῷ καθήμενον ἐπίσκοπον ἀνελεῖν ζητοῦσιν; ἵνα καὶ ὁ θρόνος τὸν ἐπίσκοπον ζητῇ, καὶ οἱ λαοὶ τῆς εὐσεβοῦς διδασκαλίας στερηθῶσιν. οὔτε οὖν ποτήριον, οὔτε φόνος, οὔτε τι τῶν ὑπ' αὐτῶν τερατολογηθέντων εἰς τοῦτο αὐτοὺς προήγαγεν, ἀλλ' ἡ προειρημένη τῶν Ἀρειανῶν ἀσέβεια. δι' ἣν καὶ C Ἀθανασίῳ καὶ ἄλλοις ἐπισκόποις ἐπιβουλεύσαντες, ἔτι καὶ νῦν τῇ ἐκκλησίᾳ πολεμοῦσιν. ἆρα γὰρ τίνες οἱ φόνους καὶ ἐξορισμίας [3] ποιήσαντες. οὐχ οὗτοι; ἆρα τίνες ταῖς ἔξωθεν προστασίαις χρώμενοι. τοῖς ἐπισκόποις ἐπιβουλεύουσιν· οὐχ οἱ περὶ Εὐσέβιον μᾶλλον, καὶ οὐκ Ἀθανάσιος ὡς αὐτοὶ γράφουσι; παρ' αὐτῶν γὰρ αὐτὸς καὶ ἄλλοι πεπόνθασι. καὶ γὰρ καὶ πρεσβύτεροι τοῖς Ἀλεξανδρείας τέσσαρες κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, καίτοι μηδὲ εἰς Τύρον ἐξελθόντες ἐξόριστοι παρ' αὐτῶν γεγόνασιν. ἆρα τίνες οἱ θρήνων καὶ δακρύων ἄξιοι, οὐχ οἱ καὶ τὰ πρῶτα ποιήσαντες, καὶ δεύτερα συνάπτειν μὴ παραιτούμενοι, καὶ πάντα συκοφαντοῦντες, ἵνα ἐπίσκοπον ἀπολέσωσι μὴ ὑπείκοντα τῇ τῆς D ἀσεβείας αὐτῶν αἱρέσει; διὰ τοῦτο ἡ ἔχθρα τῶν περὶ Εὐσέβιον. διὰ τοῦτο τὰ ἐν Τύρῳ κινηθέντα. διὰ τοῦτο αἱ προσποίητοι κρίσεις. διὰ τοῦτο νῦν καὶ χωρὶς κρίσεως παρ' αὐτῶν ὡς πεπληροφορημένων, γράμματα, διὰ τοῦτο αἱ πρὸς τὸν πατέρα τῶν βασιλέων καὶ πρὸς αὐτοὺς τοὺς εὐσεβεστάτους βασιλεῖς, διαβολαί. οἷα γὰρ καὶ νῦν κατέψευσται ὁ συλλειτουργὸς ἡμῶν Ἀθανάσιος, ἀναγκαῖον ὑμᾶς εἰδέναι, ἵνα καὶ ἐκ τούτου καταγνῶτε τῆς πονηρίας αὐτῶν, καὶ γινώσκητε, ὅτι μηδὲν ἄλλο, ἢ φονεῦσαι ζητοῦσι τὸν ἄνδρα. Σῖτος δὲ παρὰ τοῦ πατρὸς τῶν βασιλέων ἐδίδοτο πρὸς τὰς [4] τῶν χηρῶν διατροφάς. Ἰδίᾳ μὲν Λίβυας, ἰδίᾳ δὲ τισὶν ἐξ Αἰγύπτου. τοῦτον πάντες λαμβάνουσιν ἄχρι νῦν, Ἀ- E θανασίου μηδὲν ἐξ αὐτοῦ κομιζομένου, πλὴν μόνου τοῦ συγκάμνειν αὐτοῖς, ἀλλὰ νῦν ἐκείνων λαμβανόντων μὴ μεμψαμένων, ὁμολογούντων λαμβάνειν, διαβέβληται Ἀθανάσιος ὡς ὅλον τὸν σῖτον πωλήσας ἐκεῖνος; καὶ εἰς τὸ ἴδιον ἀποφερόμενος, καὶ τοῦτο ἔγραψε βασιλεὺς, αἰτιώμενος ἐκ τῶν γεγενημένων διαβολῶν. τίνες τοίνυν οἱ διαβεβληκότες; οὐχ οἱ καὶ τὰ πρῶτα

[1] Aphthonium, Athanaſium, Paulum, Plutionem ex Epiſt. ſynodi Sardic. ad Ægyptios. Harduinus
[2] Lege ex Reg. Cod. & ex Nannio δι' ἀσέβειαν κινῆσαι. [3] Reg. Cod. addit, ἀληθῶς
[4] Forte verius, τῶν χηρῶν, ut paulo infra; ſequitur enim πᾶσαι, & λαμβάνουσιν &c

προσῶπα ποιήσαντες, καὶ τὰ δεύτερα κρίνειν μὴ παραιτούμενοι; τίνες οἱ τῶν γραμμάτων τούτων αἴτιοι παρὰ τοῦ βασιλέως λεγομένων, οὐχ οἱ Ἀρειανοὶ σπουδάζοντες, καὶ μηδὲν κατὰ τοῦ ἀνδρὸς παραιτησάμενοι μήτε λέγειν, μήτε γράφειν; οὐδεὶς γὰρ τοὺς τοσαῦτα ποιήσαντας ἀφεὶς, ἄλλους ὑποπτεύσειε. καὶ γὰρ ἐναργέστατον αὐτῶν τὸ δεῖγμα τῆς διαβολῆς φαίνεται. σπουδάζουσι γὰρ τῆς ἐκκλησίας ἀφελέσθαι τὸν σῖτον, τῇ προφάσει τῆς διαβολῆς, καὶ Ἀρειανοῖς παρασχεῖν. ὃ πάντων μάλιστα, εἰς τοὺς αἰτίους τῆς σπουδῆς, καὶ τοὺς ἐξάρχους αὐτῶν ἀναφέρει, τοὺς μήτε φόνους κατὰ τοῦ ἀνδρὸς κινῆσαι παραιτησαμένους, δι' ὧν ψευδῶν διαβεβλήκασι βασιλεῖ, μήτε τῶν κλήρων τῆς ἐκκλησίας ἀφελέσθαι τὰς τροφὰς, ἵνα τῷ ὄντι κέρδος αἱρετικοῖς παράσχωνται. ἀπεστείλαμεν δὲ καὶ τὴν μαρτυρίαν τῶν κατὰ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν καὶ τῶν ἐξ Αἰγύπτου συλλειτουργῶν ἡμῶν, ἵνα καὶ ἐκ τούτου γνῶτε, τὴν κατὰ Ἀθανασίου γεγενημένην συκοφαντίαν. ταῦτα δὲ ποιοῦσιν, ἵνα φόβῳ λοιπὸν ἡσυχαζόντων τῶν τὰ τῆς εὐσεβείας φρονούντων, ἡ τῶν ἀσεβῶν Ἀρειανῶν αἵρεσις, ἀντεισαχθῇ. ἀλλὰ καὶ τῇ μὲν ὑμῶν εὐλαβείᾳ χάρις ἀγαπητοὶ, ὅτι πολλάκις τοὺς Ἀρειανοὺς ἀναθεματίζοντες ἐγράψατε. καὶ χώραν αὐτοῖς εἰς τὴν ἐκκλησίαν οὐ δεδώκατε. τῶν δὲ περὶ Εὐσέβιον ὁ ἔλεγχος, ἐγγύς. ἰδοὺ γὰρ μετὰ τὰ πρότερα παρ' αὐτῶν περὶ τῶν Ἀρειανῶν γράμματα, ὧν καὶ ἀπεστείλαμεν τὰ ἀντίγραφα, φανερῶς λοιπὸν, τοὺς παρὰ πάσης τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀναθεματισθέντας Ἀρειομανίτας, ἐπεγείρουσι κατὰ τῆς ἐκκλησίας καὶ ἐπίσκοπον αὐτοῖς κατέστησαν, καὶ ταῖς ἀπειλαῖς καὶ τοῖς φόβοις διαιροῦσι τὰς ἐκκλησίας, ἵνα πανταχοῦ συνεργοὺς ἔχωσι τῆς ἀσεβείας αὐτῶν. καὶ γὰρ καὶ διακόνους πρὸς τοὺς Ἀρειομανίτας ἀποστέλλουσιν, οἳ φανερῶς συνάγονται παρ' αὐτοῖς, καὶ γράφουσιν αὐτοῖς καὶ ἀντίγραφα παρ' αὐτῶν κομίζονται, τὴν ἐκκλησίαν κατασχίζοντες, καὶ κοινωνοῦντες αὐτοῖς, καὶ γράμματα ἀποστέλλοντες πανταχοῦ, τὴν αἵρεσιν αὐτῶν συνιστῶντα, καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἀποκηρύττοντα, ὡς δυνήσεσθε μαθεῖν, ἀφ' ὧν αὐτοὶ τῷ Ῥωμαίων ἐπισκόπῳ, καὶ τάχα καὶ πρὸς ἡμᾶς ἔγραψαν. ὡς οὖν ἀνεκδίκητα ταῦτά ἐστι, συνορᾶτε καὶ ὑμεῖς ἀγαπητοί. δεινὰ γὰρ καὶ ἀλλότρια τῆς κατὰ Χριστὸν διδασκαλίας ἐστί. τούτου γοῦν ἕνεκεν κοινῇ συνελθόντες ἐγράψαμεν ὑμῖν ἀξιοῦντες ὑμῶν τὴν ἐν Χριστῷ σύνεσιν ἀποδέξασθαι μὲν τὴν ὁμολογίαν ταύτην καὶ συναλγῆσαι τῷ συνεπισκόπῳ ἡμῶν Ἀθανασίῳ, ἀγανακτῆσαι δὲ κατὰ τῶν περὶ Εὐσέβιον, τῶν τὰ τοιαῦτα ἐπιχειρούντων, πρὸς τὸ μηκέτι τοιαύτην κακίαν καὶ πονηρίαν κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἰσχύειν. ὑμᾶς γὰρ ἐκδίκους κατὰ τῆς τοιαύτης ἀδικίας ἐπικαλούμεθα, ὑπομιμνήσκοντες τὸ ἀποστολικὸν, ἐξάρατε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. πονηρὰ γὰρ ἀληθῶς καὶ οὐκ ἄξια κοινωνίας τὰ παρ' αὐτῶν πραχθέντα. οὐκοῦν μηκέτι προσέχετε κἂν πάλιν ὑμῖν γράφωσι κατὰ τοῦ ἐπισκόπου Ἀθανασίου. πάντα γὰρ ψευδῆ τὰ παρ' αὐτῶν. μηδ' ἂν ὀνόματα δὲ ἐπισκόπων Αἰγυπτίων ἐγχαράττωσιν ἐπιστολαῖς. δῆλον γὰρ ὅτι οὐχ ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ γράφοντες, ἀλλὰ Μελιτιανοὶ, ὡς ἀεὶ σχισματικοὶ, οἳ καὶ μέχρι νῦν τὰς ἐκκλησίας ταράττοντες, καὶ στάσεις κινοῦντες, καταστάσεις γὰρ ἀλόγους καὶ σχεδὸν ἐθνικῶν ποιοῦνται καὶ τοιαῦτα πράττουσιν ἃ δυσωπούμεθα μὲν γράφειν, δύνασθε δὲ μαθεῖν παρὰ τῶν ἀποσταλέν-

Alumniis miſcentes, ut epiſcopum impiæ ſuæ hæreſi non cedentem e medio tollant? Hæc cauſa odii Euſebianorum: hinc illi in urbe Tyro motus. hinc illa judicia ſimulata: hinc illæ ſine prævio judicio, tanquam in re certa, literæ ab illis paſſim perſcriptæ: hinc illæ apud patrem Imperatorum, & apud ipſos religioſiſſimos Imperatores calumniæ.

Qualia enim delata ſint adverſus comminiſtrum noſtrum Athanaſium, neceſſarium relatu eſt, ut vel hinc eorum malitiam deprehendatis, & intelligatis nihil illos aliud niſi cædem viri quærere. Frumentum dabatur a patre Imperatorum in alimentum viduarum, partim Libycarum, partim Ægy- B ptiarum, quod etiamnum accipiunt, Athanaſio nihil inde niſi operam & laborem referente. Interim dum qui perciperent, nihil conquererentur, ſed accepiſſe ſe ipſi confiterentur, accuſatur per calumniam Athanaſius quod univerſum frumentum divenditum in ſuos uſus ſepoſuiſſet: certe hoc Imperator iſtorum calumniis inductus, in ſuis litteris conqueritur. Qui ſunt igitur calumniatores? nonne illi qui & primas illas calumnias texuerunt, & a ſecundis iſtis non abhorrent? Quis denique iſtarum literarum quæ ab Imperatore miſſæ dicuntur, auctores fuere? nonne Ariani qui his favent, qui nihil contra hunc virum vel dicere recuſant vel ſcri- C bere? Nemo enim omiſſis tantorum malorum auctoribus in alios iſtam ſuſpicionem derivaverit. Enimvero maniſeſtiſſime eorum calumnia patet ex ſtudio ipſorum, quod ab eccleſia frumentum abalienare & transferre ad Arianos ſatagunt; quæ culpa eos potiſſimum auctores principeſque habere videtur, qui calumniis apud Imperatorem depoſitis, veriti non ſunt viro necem moliri, falſa ei crimina propterea imponentes: & a clero eccleſiæ alimenta avertere, ut ea ſine omni dubio hæreticis in prædam cederent.

Miſimus autem ad vos teſtimonia comminiſtrorum noſtrorum, qui in Libya, Pentapoli, & Ægypto degunt, ut etiam inde co- D gnoſcatis illorum in Athanaſium calumnias. Hæc vero faciunt, ut ceteris per metum, qui piæ opinionis ſunt, quieſcentibus, impia Arianorum hæreſis introducatur. Nos autem veſtræ prudentiæ gratias agimus, dilectiſſimi, quod ſæpius anathemate Arianos notaſtis, neque illis locum in Eccleſia dediſtis. Mox autem Euſebiani ſunt coarguendi. Ecce enim poſt priora eorum de Arianis ſcripta, quorum antigrapha ad vos miſimus, aperte jam Ariomanitas, homines ab univerſa eccleſia anathemate condemnatos, contra eccleſias irritant: epiſcopumque illis conſtituunt, divulſis a ſe invicem per metum eccleſiis, quo illis ubique ſuppetant ſuæ impietatis adjuto- E res. Nam & diaconos ad Ariomanitas mittunt, qui palam cum ipſis conveniant: literiſque ultro citroque miſſitatis, eccleſiam in ſchiſma conjiciunt, & cum illis communicant; eaque paſſim ſcribunt, quæ & hæreſim commendant, & eccleſiam conviciis lacerant: ut ex literis eorum ad Romanorum epiſcopum, & fortaſſe ad vos ipſos ſcriptis deprehendere poteſtis. Quod igitur iſta inulta eſſe non debeant, etiam vos, dilectiſſimi, animadvertitis: atrocia enim ſunt, & aliena a Chriſti doctrina. Hac certe de cauſa in unum con-

convenientes has literas ad vos dedimus : quibus oramus veſtram in Chriſto prudentiam, ut recipiatis hanc conteſtationem , & commercium , vicemque doleatis coepiſcopi noſtri Athanaſii ; ſuccenſeatis autem Euſebianis , qui hæc moliuntur : ne diutius iſtiuſmodi pravitas & malitia contra eccleſiam invaleſcat . Vos certe vindices hujus injuſtitiæ imploramus , citantes illud apoſtolicum verbum . *Auferte malum ex vobis ipſis* : mala enim revera ſunt & indigna communione , quæ ab illis fiunt . Ne igitur illis aurem præbueritis , ſi denuo ad vos contra Athanaſium epiſcopum ſcribant . Quidquid enim ab illis proficiſcitur , falſum eſt : etiamſi noſtra Ægyptiorum epiſcoporum nomina epiſtolis ſuis adſcribant . Certum enim eſt non nos eos eſſe , quorum nomina in ſcriptis ſubjiciunt ; ſed Meletianos homines perpetuo ſchiſmaticos ; qui etiam nunc eccleſias perturbant , & ſeditiones commovent : ordinationes enim abſurdas , & propemodum ethnicorum faciunt : eaque committunt , quæ quia erubeſcimus ſcribere , ex noſtris legatis , qui vobis hanc epiſtolam afferunt , diſcere poteritis.

1. Cor. 5.

Ἀπὸ τῶν παρ' ἡμῶν, τῶν καὶ τὴν ἐπιστολὴν ὑμῖν ἐπιδιδόντων.

CON-

# [a] CONCILIUM [1] ANTIOCHENUM [b] I.

## [c] SUB JULIO PAPA I. CELEBRATUM.

*In quo [d] Ariani [e] Athanaſium depoſuerunt, atque [f] Gregorium Cappadocem ſubſtituerunt.*

# [2] ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΕΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑ ΣΥΝΕΛΘΟΝΤΩΝ ΑΓΙΩΝ

καὶ μακαρίων πατέρων.

# [g] REGULÆ ANTIOCHENI CONCILII EXPOSITÆ APUD ANTIOCHIAM IN [a] ENCÆNIIS.

a dedicatione

Ἡ ἁγία καὶ εἰρηνικωτάτη σύνοδος, [3] ἡ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ συγκροτηθεῖσα ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐξ ἐπαρχίας Συρίας κοίλης, Φοινίκης, Παλαιστίνης, Ἀραβίας, Μεσοποταμίας, Κιλικίας, Ἰσαυρίας, τοῖς [4] κατ' ἐπαρχίαν ὁμοψύχοις καὶ ἁγίοις συλλειτουργοῖς, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

*Sancta & [5] pacifica ſynodus in unum congregata, his qui per ſingulas provincias ſunt, unanimibus ſanctis conſacerdotibus, in domino ſalutem.*

Synodica epiſtola Antiocheni concilii.

Η ΧΑΡΙΣ καὶ ἀλήθεια Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν, ἐπισκεψαμένη τὴν Ἀντιοχέων ἁγίαν ἐκκλησίαν, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ συνάπτουσα μετ' ὁμονοίας, καὶ συμφωνίας, καὶ πνεύματος εἰρηνικοῦ· πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα κατώρθωσεν, ἐν πᾶσι δὲ καὶ τοῦτο κατορθοῖ ἐξ ὑποβολῆς τοῦ ἁγίου καὶ εἰρηνικοῦ πνεύματος. Ἃ γὰρ καλῶς ἔχειν ἔδοξε, μετὰ πλείονος σκέψεως, καὶ ἐπικρίσεως ὁμοῦ πάντων ἡμῶν τῶν ἐπισκόπων κατὰ τὸ αὐτὸ συγκροτηθέντων ἐπὶ τῆς Ἀντιοχείας ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν, ἐπὶ τὴν ὑμετέραν γνῶσιν ἀνηνέγκαμεν, πιστεύσαντες τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι, καὶ τῷ τῆς εἰρήνης ἁγίῳ πνεύματι, ὅτι καὶ αὐτοὶ συμπνεύσητε, ὡς ἂν δυνάμει συνόντες ἡμῖν, καὶ ταῖς εὐχαῖς συνεργοῦντες, μᾶλλον δὲ ἡνωμένοι ἡμῖν, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι συμπαρόντες· τὰ αὐτά τε ἡμῖν συμφωνήσαντες καὶ ὁρισάμενοι, καὶ τὰ ὀρ-

A B

GRATIA & veritas Jeſu Chriſti domini & ſalvatoris noſtri, ſanctam Antiochenam eccleſiam viſitans, & in unum connectens per concordiam pacatiſſimi Spiritus, multa quidem & alia perfecit, in omnibus autem ſuggerente ſancto & pacifico Spiritu, etiam hoc perfecit, ut quæ viſa ſunt recte conſtitui, cum plurima conſideratione & judicio, una omnibus nobis Antiochiæ ex diverſis provinciis in unum collectis epiſcopis, in veſtram notitiam deferrentur. Credimus autem gratiæ domini, & ſancto Spiritui pacis, quod & ipſi conſpirabitis nobiſcum, tanquam in una fuiſſetis virtute nobiſcum & orationibus adnitentes, magis autem [b] [6] muniti, & in Spiritu ſancto præſentes, iiſdem ipſis quæ definita ſunt, conſentientes, & ea quæ viſa ſunt, recta roborantes, cum conſenſu

b uniti.

1 Concilium Antiochenum unicum ponimus, MSS. collectiones, & editiones alias priores ſecuti: tametſi eodem iſto anno geminum Antiochiæ Concilium fuiſſe celebratum eruditi pleriquе exiſtimant. Alterum, in quo conditi fuerint hi canones xxv. quos *Beatorum Patrum ſanctiones* Zacharias Papa: *Venerabiles Antiochenos & ſacros Canones*, Nicolaus Papa: *juſtas regulas Patrum* Concilium Chalcedonenſe appellat: *in quibus Spiritum ſanctum locutum credimus*, inquit Cæſarius Arelatenſis: quo in concilio fuerint Epiſcopi triginta *Sancti Patres in Antiocheno Concilio reſidentes*, ut loquitur Concilium Romanum ſub Leone IV. Alterum Epiſcoporum vel nonaginta, ut Athanaſius ponit in lib. de ſynodis: vel nonaginta ſeptem, ut Hilarius in libro de ſynodis & Sozomenus li. 3. cap. 5. neque ex ſola diœceſi Orientis, quæ hic ſola commemoratur in titulo Epiſtolæ ſynodicæ, ſed ex aliis ſane multis: cui Concilio præfuerit Flacillus Epiſcopus, interfuerint Euſebianæ partis Epiſcopi qui Athanaſium damnarunt, Euſebius olim Nicomedienſis, tunc vero CP. Epiſcopus, Acacius Cæſarienſis e Palæſtina, Patrophilus Scythopolitanus, Theodorus Heracleotes e Thracia, Eudoxius Germanicienſis, Gregorius Alexandrinus, Dianius Cæſarienſis e Cappadocia, Georgius Laodicenus e Syria, Euſebius Emiſenus, teſte Sozomeno lib. 3. cap. 5. quorum nomina in ſubſcriptionibus hujus Concilii non apparent: uti neque Maris Chalcedonenſis, neque Marcus Arethuſius e Syria, quos appellat Socrates lib. 2. cap. 18. nec Flacillus ipſe denique Antiochenus, cui inſcripta eſt Epiſtola Julii Papæ, ut & Dianio, Narciſſo, & ceteris. Et priorem quidem ſynodum *Catholicorum* fuiſſe dici ab Hilario loco cit. & ab Hincmaro tom. 2. pag. 489. poſteriorem appellari *Arianorum* a Palladio in vita Chryſoſtomi, aliiſque, eruditi viri contendunt. *Hard.* Legendus Schelſtratii de Antiocheno Concilio libellus, in quo mire hujus Concilii geſta illuſtrat. Conventus fuit e Catholicis circiter 50. & Euſebianis 30. ſive 40. Epiſcopis conflatus. Omnium conſenſu conditi fuerunt 25. Canones; & ab Euſebianorum factione depoſitus Athanaſius.

2 In omnibus canonum collectionibus hi canones ponuntur poſt Gangrenſes: in quibuſdam etiam, ut apud Iſidorum Mercatorem poſt Sardicenſes. *Hard.* 3 *a Deo congregata Antiochiæ, ex Diœceſ Syriæ Cales, Phœnices, Palæſtinæ, Arabiæ, Meſopotamiæ, Ciliciæ, Iſauriæ.* 4 al. κατ' ἐπαρχίαν, ut in Nomocanone Cotelerii *Hard.* 5 MS. *pacata*, al. *pacatiſſima*. Hard. 6 al. MS. *confirmati* Hard.

ſenſu ſancti Spiritus conſignabitis. Sunt autem præfiniti canones eccleſiaſtici hi, qui infra ſunt ſcripti. ([1] quos ſubter inſerti, promulgavere epiſcopi)

A θῶς δόξαντι ἐπισφραγιζόμενοι, καὶ βεβαιοῦντες τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος συμφωνίᾳ. Εἰσὶ δὲ οἱ ὁρισθέντες ἐκκλησιαστικοὶ κανόνες οἱ ὑποτεταγμένοι

*Provinciæ Palæſtinæ.*

Euſebius Gadarenſis.

*Provinciæ Phœniciæ:*

Anatolius Emiſenus,
Æneas Ptolemaidis,
Magnus Damaſcenus.

*Provinciæ Arabiæ Petreæ.*

Nicomachus Boſtrorum,
Cyrion Philadelphiæ.

*Provinciæ Meſopotamiæ*

Ætherius Edeſſenus,
Antiochus Rheſinatis,
[b] Jacobus Niſibenſis.

*Provinciæ Syriæ Cœles.*

Archelaus Dolichenus,
Alphius Apameæ,
Baſſus Zeugmatis,
Mauricius Epiphaniæ.
Petrus Gindarenſis,
Paulus Neocæſareenſis
¶ Piperius Samoſatenus,
Theodorus Laodiceæ,
Syricus Cyrreticenſis.

*Provinciæ Ciliciæ.*

Macedonius Mopſueſtienſis,
Heſychius Alexandriæ minoris,
Moyſes Caſtabalæ,
Nicætas Flaviadis,
Narciſſus ¶ Irenopolis, ¶ Neroniadis
B ¶ Tarcondimantus Ægeates. ¶ Tarco dumantus. Taſcodimus

*Provinciæ Iſauriæ.*

Agapius Seleuciæ,
Theodorus Vaſadenſis,
Euſtathius,
Patricius,
Alexander & ceteri ex provinciis Palæſtinæ, Phœniciæ, Syriæ Cœles, Arabiæ, Meſopotamiæ, Ciliciæ, Iſauriæ, & hæc conſtituerunt, quæ infra ſcripta ſunt.

## Canones Synodi Antiochenæ. C [3] ΚΑΝΟΝΕΣ ΣΥΝΟΔΟΥ ΤΩΝ ΕΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙᾼ

*Gentiano Herveto Interprete.*

### I.

[1] OMnes qui audent diſſolvere decretum ſanctæ & magnæ ſynodi, quæ Nicææ coacta eſt in præſentia pietatis religioſiſſimi imperatoris Conſtantini de ſancto feſto ſalutiferi paſchatis, eſſe excommunicatos, & eccleſia ejectos ſtatuimus, ſi adverſus ea quæ recte decreta ſunt contentioſius inſiſtere perrexerint. Et hæc quidem de laicis dicta ſunt. D Si quis autem eorum, qui præſunt eccleſiæ, epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, audebit poſt hoc decretum ad populorum ſubverſionem & eccleſiarum perturbationem ſeorſum agere, & paſcha cum Judæis peragere, ſancta ſynodus eum abhinc alienum eſſe ab eccleſia judicavit, ut qui non ſibi ſolum peccati, ſed & multis exitii & ſubverſionis cauſa fuerit: & non ſolum eos a miniſterio deponit, ſed & eos qui audent iis communicare poſt depoſitionem. Depoſitos autem etiam externo honore priva- E

### α.

ΠΑΝΤΑΣ τοὺς τολμῶντας παραλύειν τὸν ὅρον τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ συγκροτηθείσης ἐπὶ παρουσίᾳ τῆς εὐσεβείας τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου, περὶ τῆς ἁγίας ἑορτῆς τοῦ σωτηριώδους πάσχα, ἀκοινωνήτους καὶ ἀποβλήτους εἶναι τῆς ἐκκλησίας, εἰ ἐπιμένοιεν φιλονεικότερον ἐνιστάμενοι πρὸς τὰ καλῶς δεδογμένα. καὶ ταῦτα εἰρήσθω περὶ τῶν λαϊκῶν. εἰ δέ τις [4] τῶν προεστώτων τῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τολμήσειεν ἐπὶ διαστροφῇ τῶν λαῶν, καὶ ταραχῇ τῶν ἐκκλησιῶν, ἰδιάζειν καὶ μετὰ τῶν Ἰουδαίων ἐπιτελεῖν τὸ πάσχα· τοῦτον ἡ ἁγία σύνοδος ἐντεῦθεν ἤδη ἀλλότριον ἔκρινε τῆς ἐκκλησίας· ὡς οὐ μόνον ἑαυτῷ ἁμαρτίας, ἀλλὰ πολλοῖς διαφθορᾶς καὶ διαστροφῆς γινόμενον αἴτιον. καὶ οὐ μόνον τοὺς τοιούτους καθαιρεῖ τῆς λειτουργίας, ἀλλὰ καὶ τοὺς τολμῶντας τούτοις κοινωνεῖν μετὰ τὴν καθαίρεσιν· τοὺς δὲ καθαιρεθέντας ἀποστερεῖσθαι καὶ τῆς ἔξωθεν τιμῆς,

Cit. a Dion. Exiguo epiſtola 2. Paſchali ad Petronium epiſcopum dicitur que 79. cum ſit Græcis 80.

1 al. *in qua ſynodo fuerunt Epiſcopi, Euſebius, Theodorus, & ceteri qui in Græco ſermone continentur: & hæc conſtituerunt, quæ infra ſcripta ſunt.* Harduinus. 2 In nullis MSS. codicibus ſuæ his Epiſcopis ſedes aſſignantur, præterquam in collectione Dionyſii & codice Colbertino & Sangermanenſi, ſive Corbejenſi, ante annos ut dicitur 1100. exarato: in quibus ita leguntur: *Euſebius Palæſtinenſis, Theodorus Meſopotamienſis, Theodorus Iſaurienſis, Antiochus Phœnicenſis, Agapius Arabienſis, Alphius Sicilienſis.* (Pitheanus codex, *Cilicienſis*) *Narciſſus Cœles Syriæ, Nicetas, Anatolius, Paulus, Tercudimantus, Syricus, Baſſus, Archelaus, Alexander, Petrus, Macimus, Moyſes, Euſychius, Quirion,* (id eſt, *Cyrion*,) *Etherius, Magnus, Macedonius, Theodoſius, Jacobus, Ennius, Petrus, Theodorus, Agapius, Mauricius.* Tres priores Epiſcopos ex iſtis appellat ſimiliter cum ſedium ſuarum nominibus, epitome canonum Hadriani papæ tom. x. ſpicilegii ex cod. MS. 800. annorum, teſte Dacherio. *Quinta Antiochena ſynodus, in qua Patres* XXIX. *ſtatuerunt canones* XXV. *quorum maxime auctor Euſebius Palæſtinenſis Epiſcopus extitit.* Hard.
3 Apud Zonaram titulus eſt: τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας συνελθόντων ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων. Vetus collectio hunc titulum habet: *Incipiunt conſtituta Canonum Antiochenſium, in Dedicatione tituli* XXV. Dionyſius Exiguus: *Regulæ expoſitæ apud Antiochiam in Encæniis* XXV. Hard. 4 Balſamon & Zonaras προεστῶτας *interpretantur* ἱερωμένους· Ariſtinus κληρικούς. *Hard.*

μὴς, ἧς ὁ ἅγιος κανὼν καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ ἱερατεῖον μετείληφεν.

β'.

Πάντας τοὺς εἰσιόντας εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ κοινωνοῦντας δὲ εὐχῆς ἅμα τῷ λαῷ, ἢ ἀποστρεφομένους τὴν μετάληψιν τῆς εὐχαριστίας κατά τινα ἀταξίαν. τούτους ἀποβλήτους γίνεσθαι τῆς ἐκκλησίας, ἕως ἂν ἐξομολογησάμενοι, καὶ δείξαντες καρποὺς μετανοίας, καὶ παρακαλέσαντες, τυχεῖν δυνηθῶσι συγγνώμης: μὴ ἐξεῖναι δὲ κοινωνεῖν τοῖς ἀκοινωνήτοις, μηδὲ κατ' οἴκους συνελθόντας συνεύχεσθαι τοῖς μὴ τῇ ἐκκλησίᾳ συνευχομένοις, μηδὲ ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ ὑποδέχεσθαι τοὺς ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ μὴ συναγομένους. εἰ δὲ φανείη τις τῶν ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, ἢ διακόνων, ἢ τις τοῦ κανόνος, τοῖς ἀκοινωνήτοις κοινωνῶν, καὶ τοῦτον ἀκοινώνητον εἶναι, ὡς ἂν συγχέοντα τὸν κανόνα τῆς ἐκκλησίας.

γ'.

Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τῶν τοῦ ἱερατείου τις καταλιπὼν τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, εἰς ἑτέραν ἀπέλθοι· ἔπειτα παντελῶς μεταστὰς, διατρίβειν ἐν ἄλλῃ παροικίᾳ πειρᾶται ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ, μηκέτι λειτουργεῖν, εἰ μάλιστα καλοῦντι τῷ ἐπισκόπῳ τῷ ἰδίῳ, καὶ ἐπανελθεῖν εἰς παροικίαν τὴν ἑαυτοῦ παραινοῦντι μὴ ὑπακούοι. εἰ δὲ καὶ ἐπιμένοι τῇ ἀταξίᾳ, παντελῶς αὐτὸν καθαιρεῖσθαι τῆς λειτουργίας, ὡς μηκέτι χώραν ἔχειν ἀποκαταστάσεως. εἰ δὲ καθαιρεθέντα διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν δέχοιτο ἕτερος ἐπίσκοπος, κἀκεῖνον ἐπιτιμίας τυγχάνειν ὑπὸ κοινῆς συνόδου, ὡς παραλύοντα τοὺς θεσμοὺς τοὺς ἐκκλησιαστικούς.

δ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου καθαιρεθεὶς, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τολμήσειέ τι πρᾶξαι τῆς λειτουργίας, εἴτε ὁ ἐπίσκοπος κατὰ τὴν προάγουσαν συνήθειαν, εἴτε ὁ διάκονος· μηκέτι ἐξὸν εἶναι αὐτῷ, μηδ' ἐν ἑτέρᾳ συνόδῳ ἐλπίδα ἀποκαταστάσεως, μήτε ἀπολογίας χώραν ἔχειν. ἀλλὰ δὲ καὶ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτῷ πάντας ἀποβάλλεσθαι τῆς ἐκκλησίας, καὶ μάλιστα εἰ μαθόντες τὴν ἀπόφασιν τὴν κατὰ τῶν προειρημένων ἐξενεχθεῖσαν τολμήσειαν αὐτοῖς κοινωνεῖν.

έ.

Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, καταφρονήσας τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἰδίου, ἀφώρισεν ἑαυτὸν τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἰδίᾳ συνήγαγεν, καὶ θυσιαστήριον ἔστησεν, καὶ τοῦ ἐπισκόπου προσκαλεσαμένου ἀπειθοίη, καὶ μὴ βούλοιτο αὐτῷ πείθεσθαι μηδὲ ὑπακούειν καὶ πρῶτον καὶ δεύτερον καλοῦντι· τοῦτον καθαιρεῖσθαι παντελῶς, καὶ μηκέτι θεραπείας τυγχάνειν, μηδὲ δύνασθαι λαμβάνειν τὴν ἑαυτοῦ τιμήν. εἰ δὲ παραμένοι

A ii, cujus ſanctus canon & Dei ſacerdotium fuit particeps.

II.

Omnes qui in eccleſiam ingrediuntur, & ſacras ſcripturas audiunt, *k* orationi autem cum populo non communicant, vel ſanctam euchariſtiæ participationem propter aliquam inſolentiam averſantur, eos ab eccleſia expelli, donec poſtquam confeſſi fuerint, fructuſque pœnitentiæ oſtenderint, & imploraverint, veniam aſſequi poſſint. Non licere autem communicare cum excommunicatis, neque B in domibus convenientes orare pro iis, qui in eccleſia non communicant: neque in alia eccleſia recipi, qui in alia eccleſia non conveniunt. Si quem autem ex epiſcopis, vel presbyteris, vel diaconis, vel quemvis ex canone excommunicatis, communicare apparuerit, eum quoque eſſe excommunicatum, ut qui canonem eccleſiæ confundat.

III.

*l* Si quis presbyter, vel diaconus, vel quis omnino ex ſacerdotali ordine relicta ſua parochia in aliam abierit, dein-C de omnino commigrans, in alia parochia longo tempore verſari conatur, ne amplius celebret, maxime ſi proprio vocanti epiſcopo ut in ſuam parochiam redeat, exhortantique non pareat. Si autem in inſolentia (ἀταξίᾳ,) omnino perſeverat, is omnino a ſacro miniſterio deponatur. Si autem eum, qui propter hanc cauſam depoſitus eſt, alius epiſcopus receperit, ille quoque a communi ſynodo puniatur, ut qui ritus eccleſiaſticos diſſolvat.

IV.

D *m* Si quis epiſcopus [a] a ſynodo depoſitus, vel presbyter, vel diaconus a proprio epiſcopo ſacrum celebrare auſus fuerit, ſive epiſcopus ſecundum præcedentem conſuetudinem, ſive presbyter, ſive diaconus, nullam amplius ſpem reſtitutionis in alia ſynodo, neque defenſionis locum ei habere liceat. Sed & omnes qui ei communicant, ex eccleſia ejiciantur, & maxime ſi cum ſententiam adverſus prædictos prolatam didicerint, eis communicare auſi fuerint.

E

V.

*n* Si quis [b] presbyter vel diaconus proprio contempto epiſcopo, ab eccleſia ſeipſum ſegregaverit, & privatim congregationem effecerit, & altare erexerit, & epiſcopo accerſente non obedierit, nec velit ei parere, nec morem gerere primo & ſecundo vocanti, is omnino deponatur, & non amplius curationem aſſequi, nec ſuum poſſit honorem capere. Sin

[a] Hic canon una cum ſequenti citatur act. 4. conc. Chalcedonenſis, ubi de Carōſo & Dorotheo, necnon in ep. ſynodica epiſc. ... Piſid. & ad Leonem I. imp. dicitur, quæ 83 codicis eccleſiaſtici ſive antiquæ canonum Græcorum collectionis de qua Juſtel. lus, aliique plura

[b] Vide actionem mox citatam Concilii Chalcedonenſ. ubi ex numerorum ſerie dicitur 84. A Vigil. ep. ad Ruſticum & Sebaſtianum diaconos

Sin autem perſeverat perturbare & eccleſiam evertere, is per externam potentiam ut ſeditioſus caſtigetur.

VI.

Si quis a proprio epiſcopo fuit excommunicatus, ne prius ab aliis ſuſcipiatur, quam fuerit a proprio epiſcopo ſuſceptus, vel facta ſynodo accedens ſe defenderit, & perſuaſa ſynodo aliam ſententiam retulerit. Idem autem decretum adverſus laicos, & presbyteros, & diaconos, & eos qui ſunt in cleri catalogo, obſervetur.

VII.

Nullus externus ſine pacificis ſuſcipiatur.

VIII.

Nec presbyteri qui ſunt in pagis, dent canonicas epiſtolas, vel ad ſolos vicinos epiſcopos epiſtolas emittant. Chorepiſcopi autem nulli reprehenſioni affines dent pacificas.

IX.

[1] Epiſcopos qui ſunt in unaquaque provincia, ſcire oportet epiſcopum, qui præeſt metropoli, etiam curam ſuſcipere totius provinciæ, eo quod in metropolim undequaque concurrunt omnes qui habent negotia. Unde viſum eſt eum quoque honore præcedere: reliquos autem epiſcopos nihil magni momenti aggredi ſine ipſo, ut vult, qui ab initio obtinuit, patrum canon: vel ſola, quæ ad uniuſcujuſque parochiam conferunt, & regiones quæ ei ſubſunt. Unumquemque enim epiſcopum habere ſuæ parochiæ poteſtatem, & adminiſtrare pro unicuique conveniente religione, & totius regionis curam gerere, quæ ſuæ urbi ſubeſt. Ut etiam ordinent presbyteros & diaconos, & unaquæque cum judicio tractent, & nihil ultra facere aggrediantur ſine metropolis epiſcopo: neque ipſe ſine reliquorum ſententia.

X.

Ii qui ſunt in vicis vel pagis, qui dicuntur chorepiſcopi, etiamſi epiſcopi ordinationem manuumve impoſitionem acceperint, viſum eſt, ut ſuum modum ſciant, & ſibi ſubjectas eccleſias adminiſtrent, earumque cura & ſollicitudine gerenda contenti ſint: conſtituant autem lectores, hypodiaconos & exorciſtas, & eorum promotionem ſufficere exiſtiment, nec presbyterum, nec diaconum ordinare audeant abſque urbis epiſcopo, cui ſubjicitur ipſe & regio. Si quis autem ea quæ definita ſunt, tranſgredi audeat, ipſe quoque deponatur ab eo honore quem habet. Fiat autem chorepiſcopus ab epiſcopo civitatis, cui ſubjicitur.

A θορυβῶν καὶ ἀνασατῶν τὴν ἐκκλησίαν, διὰ τῆς ἔξωθεν ἐξουσίας ὡς ϛασιώδη αὐτὸν ἐπιςρέφεσθαι.

ϛ'.

Εἴ τις ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἀκοινώνητος γέγονεν, μὴ πρότερον αὐτὸν παρ' ἑτέρων δεχθῆναι, (εἰ μὴ ὑπ' αὐτοῦ παραδεχθείη τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου) ἢ συνόδου γενομένης ἀπαντήσας ἀπολογήσεται, πείσας τε τὴν σύνοδον, καταδέξαιτο ἑτέραν ἀπόφασιν· ὁ αὐτὸς δὲ ὅρος ἐπὶ λαϊκῶν, καὶ πρεσβυτέρων, καὶ διακόνων καὶ πάντων τῶν ἐν τῷ κανόνι.

B ζ'.

Μηδένα ἄνευ εἰρηνικῶν δέχεσθαι τῶν ξένων.

η'.

Μηδὲ πρεσβυτέρους τοὺς ἐν ταῖς χώραις κανονικὰς ἐπιςολὰς διδόναι, ἢ πρὸς μόνους τοὺς γείτονας ἐπισκόπους ἐπιςολὰς ἐκπέμπειν. τοὺς δὲ ἀνεπιλήπτους χωρεπισκόπους διδόναι εἰρηνικάς.

θ'.

Τοὺς καθ' ἑκάςην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν τῇ μητροπόλει προεςῶτα ἐπίσκοπον, καὶ τὴν φροντίδα ἀναδέχεσθαι πάσης τῆς
C ἐπαρχίας, διὰ τὸ ἐν τῇ μητροπόλει πανταχόθεν συντρέχειν πάντας τοὺς πράγματα ἔχοντας. ὅθεν ἔδοξε καὶ τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι αὐτὸν, μηδέν τε πράττειν περιττὸν τοὺς λοιποὺς ἐπισκόπους ἄνευ αὐτοῦ, κατὰ τὸν ἀρχαῖον κρατήσαντα τῶν πατέρων ἡμῶν κανόνα, ἢ ταῦτα μόνα, ὅσα τῇ ἑκάςου ἐπιβάλλει παροικίᾳ, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις. ἕκαςον γὰρ ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῆς ἑαυτοῦ παροικίας, διοικεῖν τε κατὰ τὴν ἑκάςῳ ἐπιβάλλουσαν εὐλάβειαν, καὶ πρόνοιαν ποιεῖσθαι πάσης τῆς χώρας τῆς ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, ὡς καὶ χειροτονεῖν πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, καὶ μετὰ κρίσεως ἕκαςα
D διαλαμβάνειν· περαιτέρω δὲ μηδὲν πράττειν ἐπιχειρεῖν δίχα τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου, μηδὲ αὐτὸν ἄνευ τῆς τῶν λοιπῶν γνώμης.

ι'.

• Τοὺς ἐν ταῖς κώμαις, ἢ ταῖς χώραις, ἢ τοὺς καλουμένους χωρεπισκόπους, εἰ καὶ χειροθεσίαν εἶεν ἐπισκόπων εἰληφότες, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ εἰδέναι τὰ ἑαυτῶν μέτρα, καὶ διοικεῖν τὰς ὑποκειμένας αὐτοῖς ἐκκλησίας, καὶ τῇ τούτων ἀρκεῖσθαι φροντίδι καὶ κηδεμονίᾳ, καθιςᾶν δὲ ἀναγνώςας καὶ ὑποδιακόνους, καὶ ἐφορκιςὰς,
E καὶ τῇ τούτων ἀρκεῖσθαι προαγωγῇ. μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον χειροτονεῖν τολμᾶν, δίχα τοῦ ἐν τῇ πόλει ἐπισκόπου, ᾗ ὑπόκεινται αὐτός τε καὶ ἡ χώρα. εἰ δὲ τολμήσειε τις παραβῆναι τὰ ὁρισθέντα, καθαιρεῖσθαι αὐτὸν καὶ ἧς μετέχει τιμῆς. Χωρεπίσκοπον δὲ γίνεσθαι ὑπὸ τοῦ τῆς πόλεως, ᾗ ὑπόκειται, ἐπισκόπου.

κα'.

[1] Ita plane Joannes Antioch. tit. 2. *Hard.*

ια΄.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ ὅλως τοῦ κανόνος, ἄνευ γνώμης καὶ γραμμάτων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων, καὶ μάλιστα τοῦ κατὰ τὴν μητρόπολιν, ὁρμήσειεν πρὸς βασιλέα ἀπελθεῖν, τοῦτον ἀποκηρύττεσθαι καὶ ἀπόβλητον γίνεσθαι, οὐ μόνον τῆς κοινωνίας, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀξίας, ἧς μετέχων τυγχάνει· ὡς παρενοχλεῖν τολμῶντα ταῖς τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως ἡμῶν ἀκοαῖς, παρὰ τὸν θεσμὸν τῆς ἐκκλησίας. εἰ δὲ ἀναγκαία καλοίη χρεία πρὸς βασιλέα ὁρμᾶν, τοῦτο πράττειν μετὰ σκέψεως καὶ γνώμης τοῦ κατὰ τὴν μητρόπολιν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπου, ἢ τῶν ἐν αὐτῇ, τοῖς τε τούτων γράμμασιν ἐφοδιάζεσθαι.

ιβ΄.

Εἴ τις ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου καθαιρεθεὶς πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ καὶ ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου, ἐνοχλῆσαι τολμήσειε ταῖς βασιλέως ἀκοαῖς, δέον ἐπὶ μείζονα ἐπισκόπων σύνοδον τρέπεσθαι, καὶ ἃ νομίζει δίκαια ἔχειν, προσαναφέρειν πλείοσιν ἐπισκόποις, καὶ τὴν αὐτῶν ἐξέτασίν τε καὶ ἐπίκρισιν ἐκδέχεσθαι. εἰ δὲ τούτων ὀλιγωρήσας, ἐνοχλήσειεν τῷ βασιλεῖ, καὶ τοῦτον μηδεμιᾶς συγγνώμης ἀξιοῦσθαι, μηδὲ χώραν ἀπολογίας ἔχειν, μηδὲ ἐλπίδα ἀποκαταστάσεως προσδοκᾶν.

ιγ΄.

Μηδένα ἐπίσκοπον τολμᾶν ἀφ' ἑτέρας ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν μεταβαίνειν, καὶ χειροτονεῖν τινας εἰς προαγωγὴν λειτουργίας, μηδὲ εἰ συνεπάγοιτο ἑαυτῷ ἑτέρους. εἰ μὴ παρακληθεὶς ἀφίκοιτο διὰ γραμμάτων τοῦ τε μητροπολίτου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων, ὧν εἰς τὴν χώραν παρέρχοιτο. εἰ δὲ μηδενὸς καλοῦντος ἀπέλθοι ἀτάκτως ἐπὶ χειροθεσίᾳ τινῶν, καὶ καταστάσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων μὴ προσηκόντων αὐτῷ, ἄκυρα μὲν τὰ ὑπ' αὐτοῦ πεπραγμένα τυγχάνειν, καὶ αὐτὸν δὲ ὑπέχειν τῆς ἀταξίας αὐτοῦ, καὶ τῆς παραλόγου ἐπιχειρήσεως τὴν προσήκουσαν δίκην, καθῃρημένον ἐντεῦθεν ἤδη ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου.

ιδ΄.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἐπί τισιν ἐγκλήμασι κρίνοιτο, ἔπειτα συμβαίη περὶ αὐτοῦ διαφωνεῖν τοὺς ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπους, τῶν μὲν ἀθῶον τὸν κρινόμενον ἀποφαινόντων, τῶν δὲ ἔνοχον· ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς πάσης ἀμφισβητήσεως, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὸν τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπον ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας μετακαλεῖσθαι ἑτέρους τινὰς τοὺς ἐπικρινοῦντας, καὶ τὴν ἀμφισβήτησιν διαλύσοντας, τοῦ βεβαιῶσαι σὺν τοῖς τῆς ἐπαρχίας τὸ παριστάμενον.

ιε΄.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἐπί τισιν ἐγκλήμασι κατηγορηθεὶς, κριθείη ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων, πάντες τε σύμφωνοι μίαν κατ' αὐτοῦ ἐξενέγκοιεν ψῆφον· τοῦτον μηκέτι



A XI.

Si quis epiſcopus, vel presbyter, vel omnino ex canone citra ſententiam & literas epiſcoporum provinciæ, & maxime metropolitanorum ad imperatorem proficiſci aggreſſus fuerit, is abdicetur & ejiciatur non ſolum a communione, ſed etiam a dignitate cujus eſt particeps, ut qui religioſiſſimi imperatoris noſtri auribus moleſtiam afferre audeat præter ritum eccleſiæ. Si autem neceſſarius uſus exigat ut ad imperatorem ſe conferat, id agat cum deliberatione & ſen- B tentia metropolitani provinciæ, & eorum qui ſunt in ea, eorumque literis munitus iter invadat.

XII.

¶ Si quis a proprio epiſcopo depoſitus presbyter, vel diaconus, vel epiſcopus a ſynodo, auſus fuerit imperatoris auribus moleſtiam exhibere, cum oporteat ad majorem ſynodum converti, & jus, quod ſe habere putat, ad plures epiſcopos referre, eorumque examinationem & judicium ſuſcipere: qui itaque his contemptis imperatori moleſtus fuerit, is C nulla venia dignus, neque ſui defendendi locum habeat, nec reſtitutionis futuræ ſpem expectet.

XIII.

Nullus epiſcopus audeat ab una provincia in aliam tranſire, & aliquos in eccleſiis ordinare ad ſacrorum celebrationem, nec ſi alios una ſecum inducat, niſi venerit literis accerſitus metropolitani, & epiſcoporum qui ſunt cum ipſo, in quorum regionem accedit. Si autem nullo vocante, ad aliquorum ordinationem & eccleſiaſticarum rerum ad ſe D non pertinentium conſtitutionem inordinate inſolenterque proceſſerit, ſint quidem irrita quæ ab ipſo geruntur, ipſe autem ſuæ inſolentiæ & præter rationem factæ aggreſſionis det pœnas, a ſancta ſcilicet ſynodo exinde depoſitus.

XIV.

Si quis epiſcopus ob aliqua crimina judicetur, deinde contingat epiſcopos, qui ſunt in provincia, de eo diſſentire, illis quidem eum, de quo fertur ſententia, innocentem pronunciantibus, his vero reum: pro tota componenda con- E troverſia viſum eſt ſanctæ ſynodo, ut metropolitanus epiſcopus ex propinqua provincia alios evocet judicaturos, & controverſiam deciſuros, & cum provincialibus quod probatum fuerit, confirmet.

XV.

Si quis epiſcopus aliquorum criminum accuſatus, fuerit ab omnibus provinciæ epiſcopis condemnatus, & omnes unam conſentientem adverſus eum ſententiam

tulerint, is ne amplius ab aliis judicetur, ſed provinciæ epiſcoporum firma maneat ſententia.

A παρ' ἑτέροις δικάζεσθαι, ἀλλὰ μένειν βεβαίαν τὴν σύμφωνον τῶν ἐπὶ τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων ἀπόφασιν.

XVI.

a Hic & ſequens canon citantur act. xi concilii Chalcedonenſis, dicunturque 95. & 96. codicis Eccleſiaſtici, de quo plura Juſtellus qui edidit, aliique

r a Si quis vacans epiſcopus invacantem eccleſiam irrumpens, ſedem arripuerit abſque perfecta ſynodo, is ſit ejectus, etiamſi omnis populus, quem invaſit, eum elegerit. Sit autem illa perfecta ſynodus, cui una quoque adeſt metropolitanus.

ις'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος σχολάζων ἐπὶ σχολάζουσαν ἐκκλησίαν ἑαυτὸν ἐπιῤῥίψας, ὑφαρπάζοι τὸν θρόνον δίχα συνόδου τελείας, τοῦτον ἀπόβλητον εἶναι, κἂν εἰ πᾶς ὁ λαὸς, ὃν ὑφήρπασεν, ἕλοιτο αὐτόν. τελείαν δὲ ἐκείνην εἶναι σύνοδον, ᾗ συμπάρεστι καὶ ὁ τῆς μητροπόλεως.

XVII.

Si quis epiſcopus accepta ordinatione & manuum impoſitione epiſcopi, & populo præeſſe juſſus, munus non inceperit, nec ut ad ſibi concreditam eccleſiam proficiſcatur perſuaderi poſſit, is ſit excommunicatus, donec coactus ſuſcipiat, vel perfecta ſynodus epiſcoporum provincialium de ipſo aliquid decernat.

ιζ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος χειροθεσίαν ἐπισκόπου λαβὼν, καὶ ὁρισθεὶς προεστάναι λαοῦ, μὴ καταB δέξοιτο τὴν λειτουργίαν, μηδὲ πείθοιτο ἀπιέναι εἰς τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ ἐκκλησίαν, τοῦτον εἶναι ἀκοινώνητον, ἕως ἂν ἀναγκασθεὶς καταδέξοιτο, ἢ ὁρίσοι τι περὶ αὐτοῦ ἡ τελεία σύνοδος τῶν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἐπισκόπων.

XVIII.

Si quis ordinatus non ierit in parochiam, ad quam eſt ordinatus, non ſua quidem culpa, ſed propter populi recuſationem, vel aliquam aliam cauſam, quæ a ſe non oritur, is ſit & honoris & muneris particeps, dummodo nullam rebus eccleſiæ, in qua convenit, moleſtiam afferat. Is autem id ſuſcipiat, quod perfecta provinciæ ſynodus, eo quod ad ſe allatum eſt judicato, ſtatuerit.

ιη'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος χειροτονηθεὶς εἰς παροικίαν, μὴ ἀπέλθῃ εἰς ἣν ἐχειροτονήθη, οὐ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ αἰτίαν, ἀλλ' ἤτοι διὰ τὴν τοῦ λαοῦ παραίτησιν, ἢ δι' ἑτέραν αἰτίαν οὐκ ἐξ αὐτοῦ γενομένην, τοῦτον μετέχειν τῆς τιμῆς καὶ τῆς λειτουργίας, μόνον μηδὲν παρενοχλοῦντα C τοῖς πράγμασι τῆς ἐκκλησίας, ἔνθα ἂν συνάγοιτο. ἐκδέχεσθαι δὲ τοῦτον, ὃ ἂν ἡ τῆς ἐπαρχίας τελεία σύνοδος κρίνασα τὰ παρεστάμενα ὁρίσῃ.

XIX.

Epiſcopus ne ordinetur abſque ſynodo & præſentia metropolitani provinciæ. Eo autem præſente, omnino melius eſt omnes una cum eo adeſſe, qui ſunt in provincia ejuſdem muneris officiique ſocii, (συλλειτουργοὺς) & oportet per epiſtolam metropolitanum eos convocare, & ſi omnes quidem acceſſerint, bene eſt: ſin autem hoc fuerit difficile, plures omnino adeſſe oportet, vel per literas una cum illis ſuffragium ferre, & ſic cum plurium præſentia vel electione fieri conſtitutionem. Sin autem aliter præter hæc quæ decreta ſunt, fiat, non valeat ordinatio. Sin autem ex præfinito canone facta fuerit conſtitutio, aliqui autem propter ſuum contentionis ſtudium contradicant, vincat plurium ſuffragium.

ιθ'.

Ἐπίσκοπον μὴ χειροτονεῖσθαι δίχα συνόδου, καὶ παρουσίας τοῦ ἐν τῇ μητροπόλει τῆς ἐπαρχίας. τούτου δὲ παρόντος ἐξάπαντος βέλτιον μὲν συνεῖναι αὐτῷ πάντας τοὺς ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ συλλειτουργοὺς, καὶ προσήκει δι' ἐπιστολῆς τὸν ἐν τῇ μητροπόλει συγκαλεῖν, καὶ εἰ μὲν ἀπαντοῖεν οἱ πάντες, βέλτιον. εἰ δὲ D δυσχερὲς εἴη τοῦτο, τούς γε πλείους ἐξάπαντος παρεῖναι δεῖ, ἢ διὰ γραμμάτων ὁμοψήφους γίνεσθαι· καὶ οὕτως μετὰ τῆς τῶν πλειόνων ἤτοι παρουσίας, ἢ ψήφου γίνεσθαι τὴν κατάστασιν. εἰ δὲ ἄλλως παρὰ τὰ ὡρισμένα γίγνοιτο, μηδὲν ἰσχύειν τὴν χειροτονίαν. εἰ δὲ κατὰ τὸν ὡρισμένον κανόνα γίγνοιτο ἡ κατάστασις, ἀντιλέγοιεν δέ τινες δι' οἰκείαν φιλονεικίαν, κρατεῖν τὴν τῶν πλειόνων ψῆφον.

XX.

Propter uſus eccleſiaſticos, & pro componendis controverſiis, recte habere viſum eſt, ut ſynodi epiſcoporum in unaquaque provincia fiant bis in anno: ſemel quidem poſt tertiam hebdomadem feſti paſchæ, ut quarta hebdomade pentecoſtes perficiatur ſynodus, metropolitano provinciales epiſcopos admonente ſecundam ſynodum Idibus Octobris futuram, qui eſt decimus Hyperberetæi: ut in his ipſis ſynodis accedant presbyteri & dia-

κ'.

E Διὰ τὰς ἐκκλησιαστικὰς χρείας, καὶ τὰς τῶν ἀμφισβητουμένων διαλύσεις, καλῶς ἔχειν ἔδοξε συνόδους καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῶν ἐπισκόπων γίνεσθαι δεύτερον τοῦ ἔτους· ἅπαξ μὲν μετὰ τὴν τρίτην ἑβδομάδα τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, ὥστε τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς ἐπιτελεῖσθαι τὴν σύνοδον, ἀναμιμνήσκοντος τοὺς ἐπαρχιώτας τοῦ ἐν τῇ μητροπόλει. τὴν δὲ δευτέραν σύνοδον γίνεσθαι Ἰδοῖς Οκτωβρίαις, ἥτις ἐστὶ δεκάτη Ὑπερβερεταίου· ὥστε ἐν αὐταῖς ταύταις ταῖς συνόδοις προσιέναι

πρεσ-

πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, καὶ πάντας τοὺς A
ἀδικεῖσθαι νομίζοντας, καὶ παρὰ τῆς συνόδου ἐπικρίσεως τυγχάνειν. μὴ ἐξεῖναι δέ τινας καθ' ἑαυτοὺς ποιεῖσθαι ἄνευ τῶν πεπιστευμένων τὰς μητροπόλεις.

κα'.

Ἐπίσκοπον ἀπὸ παροικίας ἑτέρας εἰς ἑτέραν μὴ μεθίστασθαι, μήτε αὐθαιρέτως ἐπιῤῥίπτοντα ἑαυτὸν, μήτε ἀπὸ λαῶν ἐκβιαζόμενον, μήτε ὑπὸ ἐπισκόπων ἀναγκαζόμενον· μένειν δὲ εἰς ἣν ἐκληρώθη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐξαρχῆς ἐκκλησίαν, καὶ μὴ μεθίστασθαι αὐτῆς, κατὰ τὸν ἤδη πρότερον ἐξενεχθέντα ὅρον.

κβ'. B

Ἐπίσκοπον μὴ ἐπιβαίνειν ἀλλοτρίᾳ πόλει τῇ μὴ ὑποκειμένῃ αὐτῷ, μηδὲ χώρᾳ τῇ αὐτῷ μὴ διαφερούσῃ ἐπὶ χειροτονίᾳ τινὸς, μηδὲ καθιστᾷν πρεσβυτέρους, ἢ διακόνους, εἰς τόπους ἑτέρῳ ἐπισκόπῳ ὑποκειμένους, εἰ μὴ ἄρα μετὰ γνώμης τοῦ οἰκείου τῆς χώρας ἐπισκόπου. εἰ δὲ τολμήσειέν τις τοιοῦτο, ἄκυρον εἶναι τὴν χειροθεσίαν, καὶ αὐτὸν ἐπιτιμίας ὑπὸ τῆς συνόδου τυγχάνειν.

κγ'.

Ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι ἀντ' αὐτοῦ καθιστᾷν ἕτερον ἑαυτοῦ διάδοχον, κἂν πρὸς τῇ τελευτῇ τοῦ βίου τυγχάνῃ. εἰ δέ τι τοιοῦτο γίγνοιτο, ἄ- C
κυρον εἶναι τὴν κατάστασιν, φυλάττεσθαι δὲ τὸν θεσμὸν τὸν ἐκκλησιαστικὸν, περιέχοντα, μὴ δεῖν ἄλλως γίνεσθαι, ἢ μετὰ συνόδου, καὶ ἐπικρίσεως ἐπισκόπων, τῶν, μετὰ τὴν κοίμησιν τοῦ ἀναπαυσαμένου, τὴν ἐξουσίαν ἐχόντων τοῦ προάγεσθαι τὸν ἄξιον.

κδ'.

Τὰ τῆς ἐκκλησίας, τῇ ἐκκλησίᾳ καλῶς ἔχειν φυλάττεσθαι δεῖ, μετὰ πάσης ἐπιμελείας, καὶ ἀγαθῆς συνειδήσεως, καὶ πίστεως τῆς εἰς τὸν πάντων ἔφορον καὶ κριτὴν Θεόν· ἃ καὶ διοικεῖσθαι προσήκει μετὰ κρίσεως καὶ ἐξουσίας τοῦ ἐπισκόπου τοῦ πεπιστευμένου πάντα τὸν λαὸν, D
καὶ τὰς ψυχὰς τῶν συναγομένων. φανερὰ δὲ εἶναι, τὰ διαφέροντα τῇ ἐκκλησίᾳ μετὰ γνώσεως τῶν περὶ αὐτὸν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων· ὥστε τούτους εἰδέναι, καὶ μὴ ἀγνοεῖν, τίνα ποτέ ἐστι τῆς ἐκκλησίας, ὥστε μηδὲν αὐτοὺς λανθάνειν· ἵν' εἰ συμβαίη τὸν ἐπίσκοπον μεταλλάττειν τὸν βίον, φανερῶν ὄντων τῶν διαφερόντων τῇ ἐκκλησίᾳ πραγμάτων, μήτε αὐτὰ διαπίπτειν καὶ ἀπόλλυσθαι, μήτε τὰ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου ἐνοχλεῖσθαι προφάσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων. δίκαιον γὰρ καὶ ἀρεστὸν παρά τε τῷ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, τὰ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου, οἷς ἂν αὐτὸς βούλεται, καταλιμπάνεσθαι· τὰ μέντοι E
τῆς ἐκκλησίας, αὐτῇ φυλάττεσθαι. καὶ μήτε τὴν ἐκκλησίαν ὑπομένειν ζημίαν, μήτε τὸν ἐπίσκοπον προφάσει τῆς ἐκκλησίας δημεύεσθαι, ἢ καὶ εἰς πράγματα ἐμπίπτειν τοὺς αὐτῷ διαφέροντας, μετὰ τοῦ καὶ αὐτὸν μετὰ θάνατον δυσφημίᾳ περιβάλλεσθαι.

A coni, & omnes qui ſe injuria affectos putant, & a ſynodo judicium aſſequantur, nec ullis liceat ſynodos per ſe facere, ſine iis quibus ſunt creditæ metropoles

XXI.

Epiſcopus ab alia parochia in aliam ne tranſeat, nec ſe ſua ſponte ingerens, nec a populis vi adactus, nec ab epiſcopis coactus: maneat autem in ea quam a Deo ſortitus eſt eccleſia, & ab ea non recedat, ſecundum decretum prius de ea re editum.

XXII.

Epiſcopus in alienam civitatem, quæ ei ſubjecta non eſt non aſcendat, nec in regionem quæ ad eum non pertinet, ad alicujus ordinationem, nec presbyterum vel diaconum conſtituat in locis alii epiſcopo ſubjectis, niſi cum voluntate proprii illius regionis epiſcopi. Si quis autem tale quid auſus fuerit, infirma ſit ordinatio, & ipſe a ſynodo puniatur.

XXIII.

Nec liceat epiſcopo alium pro ſe ſucceſſorem conſtituere, etiamſi ſit in fine C vitæ. Si quid autem fiat ejuſmodi, irrita ſit conſtitutio. Servetur autem ritus eccleſiaſticus, qui continet, non aliter debere fieri, quam cum ſynodo & judicio epiſcoporum, qui poſt defuncti dormitionem poteſtatem habent dignum provehendi.

XXIV.

Recte habet, ut ea quæ ſunt eccleſiæ, eccleſiæ ſerventur cum omni bona conſcientia, & fide in omnium præſidem & judicem Deum: quæ etiam adminiſtrari convenit cum judicio, & poteſtate epi- D ſcopi, cui eſt omnis populus creditus, & eorum animæ quæ in eccleſiam conveniunt. Sint autem manifeſta quæ ad eccleſiam pertinent cum cognitione presbyterorum & diaconorum, qui ſunt circa eum, ut ſciant & non ignorent quæ ſunt propria eccleſiæ, ut nihil ipſos lateat: ut ſi contingat epiſcopum e vita migrare, iis manifeſtis exiſtentibus quæ ad eccleſiam pertinent, ne ea intercidant & pereant nec quæ ſunt propria epiſcopi, prætextu rerum eccleſiaſticarum vexentur. Eſt enim juſtum, & apud Deum E & homines acceptum, ut epiſcopus propria quibus velit relinquat. Quæ ſunt autem eccleſiæ, ipſi ſerventur, & nec eccleſia damnum aliquod ſuſtineat, nec epiſcopus eccleſiæ prætextu proſcribatur, vel qui ad eum attinent, in negotia incidant cum eo, quod & ipſum poſt mortem malis omnibus proſequantur.

XXV. A

Epiſcopus habeat rerum eccleſiæ poteſtatem, ut eas in omnes egentes diſpenſet cum multa cautione & Dei timore: ipſe autem eorum, quæ opus eſt, ſit particeps ad uſus neceſſarios, & fratrum qui apud eum hoſpitio excipiuntur, ut ipſi nullo modo priventur ſecundum divinum apoſtolum, qui dicit: *Habentes autem alimenta & quibus tegamur, iis contenti erimus*. (1 Timoth 6.) Sin autem iis non ſit contentus, & res in proprios uſus convertat, & eccleſiæ reditus, vel agrorum fructus non cum presbyterorum vel diaconorum ſententia adminiſtret, B ſed ſuis cognatis, vel fratribus, vel filiis præbeat facultates, ut per hæc rationes eccleſiæ latenter lædantur, is det ſynodo provinciæ rationem. Sin autem etiam alias inſimuletur epiſcopus, vel qui ſunt cum eo presbyteri, quod quæ pertinent ad eccleſiam, vel ex agris, vel ex quacumque alia cauſa eccleſiaſtica, ad ſeipſos referant, ut pauperes quidam opprimantur, & invidia ac infamia verbo inurantur, & iis qui ſic adminiſtrant: ii quoque correctionem aſſequantur, ſancta ſynodo id quod decet examinante. C

κέ.

Ἐπίσκοπον ἔχειν τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων ἐξουσίαν, ὥστε διοικεῖν εἰς πάντας τοὺς δεομένους μετὰ πάσης εὐλαβείας καὶ φόβου Θεοῦ. μεταλαμβάνειν δὲ καὶ αὐτὸν τῶν δεόντων (εἴγε δέοιτο) εἰς τὰς ἀναγκαίας αὐτοῦ χρείας, καὶ τῶν παρ᾽ αὐτῷ ἐπιξενουμένων ἀδελφῶν, ὡς κατὰ μηδένα τρόπον αὐτοὺς ὑστερεῖσθαι, κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον λέγοντα· ἔχοντες διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. εἰ δὲ μὴ τούτοις ἀρκοῖτο, μεταβάλλοι δὲ τὰ πράγματα εἰς οἰκιακὰς αὐτοῦ χρείας, καὶ τοὺς πόρους τῆς ἐκκλησίας, ἢ τοὺς τῶν ἀγρῶν καρποὺς, μὴ μετὰ γνώμης τῶν πρεσβυτέρων, ἢ τῶν διακόνων, χειρίζοι, ἀλλ᾽ οἰκείοις αὐτοῦ, καὶ συγγενέσιν, ἢ ἀδελφοῖς, ἢ υἱοῖς, παράσχοιτο τὴν ἐξουσίαν, εἰς τὸ, διὰ τῶν τοιούτων λεληθότως βλάπτεσθαι τοὺς λόγους τῆς ἐκκλησίας· τοῦτον εὐθύνας παρέχειν τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας. εἰ δὲ καὶ ἄλλως διαβάλλοιτο ὁ ἐπίσκοπος, ἢ οἱ σὺν αὐτῷ πρεσβύτεροι, ὡς τὰ τῇ ἐκκλησίᾳ διαφέροντα, ἤτοι ἐξ ἀγρῶν, ἢ καὶ ἐξ ἑτέρας προφάσεως ἐκκλησιαστικῆς εἰς ἑαυτοὺς ἀποφερόμενοι, ὡς θλίβεσθαι μὲν τοὺς πένητας, διαβολὴν δὲ καὶ δυσφημίαν προστρίβεσθαι τῷ τε λόγῳ, καὶ τοῖς οὕτω διοικοῦσιν. καὶ τούτους διορθώσεως τυγχάνειν, τὸ πρέπον δοκιμαζούσης τῆς ἁγίας συνόδου.

C A N O N E S

# CONCILII ANTIOCHENI.

Ex interpretatione [1] Dionyſii Exigui.

## TITULI CANONUM.

I. *De his, qui* [2] *contra gerunt his, quæ regulariter de paſcha ſtatuta ſunt in Niceno concilio.* D

II. *De his, qui ſe a perceptione ſanctæ communionis avertunt, & qui excommunicatis per domos communicant.*

III. *De his, qui ab alia parochia, præter conſcientiam epiſcoporum ſuorum, in aliis immorantur.*

IV. *De damnatis, & miniſtrare tentantibus.*

V. *De his, qui ſe a miniſterio eccleſiaſtico ſubtrahunt, & ſeorſum colligunt.*

VI. *De clericis excommunicatis, & laicis.*

VII. *De peregrinorum ſuſceptione.*

VIII. *De pacificis peregrinorum, id eſt, commendatitiis literis.* E

IX. *De metropolitanis ſingularum provinciarum.*

X. *De his qui vocantur chorepiſcopi.*

XI. *De epiſcopis & clericis adeuntibus imperatorem.*

XII. *De damnatis epiſcopis, aut clericis, & adeuntibus imperatorem.*

XIII. *De his, qui, cum ſint ex alia provincia, in aliis audent ordinationes efficere.*

XIV. *De diſſenſione, quæ ſuper epiſcoporum dijudicatione contingit, appellantium provinciales antiſtites.*

XV. *De epiſcopis, ab ejuſdem provincia ſacerdotibus conſonanter excluſis.*

XVI. *De vacantibus epiſcopis.*

XVII. *De his, qui cum ad epiſcopatum convocantur, evitant.*

XVIII. *De his, qui promoventur ad epiſcopatum, nec recipiunt.*

XIX. *De epiſcopalibus in provinciis ordinationibus.*

XX. *De ſynodis, quæ debent ab epiſcopis ſuis temporibus in provinciis celebrari.*

XXI. *Ut nullo modo epiſcopus de parochia in aliam parochiam tranſeat.*

XXII. *Ut in altera parochia clericos alterius parochiæ epiſcopus nullatenus ordinet.*

XXIII. *Ut nullum ad epiſcopatum pro ſe conſtituat promovendum.*

XXIV.

1 Hanc interpretationem contulit Harduinus cum tergemina collectione MS. Dionyſiana, quæ eſt in Bibl. Collegii Pariſ. Soc. Jeſu, annorum, ut cenſent periti, amplius 800. in uno eorum codicum titulus eſt hujuſmodi: *Incipiunt Regulæ Antiocheni Concilii, expoſitæ apud Antiochiam in Encæniis, numero* XXV. 2 MS. *contraria*. Harduinus.

XXIV. *De rebus ad eccleſiam pertinentibus, & de his quæ propria epiſcopi eſſe noſcuntur.*

XXV. *Ut epiſcopus diſpenſandi res eccleſiaſticas habeat poteſtatem.*

## CANONES.

### I.

OMnes, qui auſi fuerunt diſſolvere diffinitionem ſancti, & magni concilii quod apud Nicæam congregatum eſt ſub præſentia piiſſimi & venerandi principis Conſtantini, de ſalutifera ſolennitate ſacratiſſimi paſchæ, excommunicandos, & de eccleſia pellendos eſſe cenſemus, ſi tamen contentioſius adverſus ea quæ bene ſunt decreta perſtiterint: & hæc quidem de laicis dicta ſint. Si quis autem eorum qui præeſſe noſcuntur eccleſiæ, aut epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, poſt hanc definitionem tentaverit, ad ſubverſionem populorum, eccleſiarumque perturbationem, ſeorſum colligere, & cum Judæis paſcha celebrare: ſancta ſynodus hunc alienum jam hinc ab eccleſia judicavit, quod non ſolum ſibi, ſed & plurimis cauſa corruptionis & perturbationis extiterit. Nec ſolum tales a miniſterio removet, ſed etiam illos, qui poſt damnationem hujuſmodi communicare tentaverint, damnatos autem, omni quoque extrinſecus honore privari, quem ſancta regula & ſacerdotium Dei promeruit.

### II.

[2] Omnes qui ingrediuntur eccleſiam Dei, & ſcripturas ſacras audiunt, nec communicant in oratione cum populo, ſed pro quadam intemperantia ſe a perceptione ſanctæ communionis avertunt, hi de eccleſia removeantur, quamdiu per confeſſionem pœnitentiæ fructus oſtendant, & precibus indulgentiam conſequantur. Cum excommunicatis autem non licere communicato, nec cum his, qui per domos conveniunt, devitantes orationes eccleſiæ, ſimul orandum eſt: ab alia quoque eccleſia non ſuſcipiendum, qui in alia minime congregatur. Si quis autem de epiſcopis, aut presbyteris, vel diaconis, ſeu quilibet ex clero, deprehenſus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam iſte privetur communione, tanquam qui regulam confundat eccleſiæ.

*In decret. Ivonis lib. 6.*

### III.

[3] Si quis presbyter, aut diaconus, & omnino quilibet ex clero parochiam propriam deſerens, ad aliam properaverit, vel omnino demigrans, in alia parochia per multa tempora nititur immorari; ulterius ibidem non miniſtret, maxime ſi vocanti ſuo epiſcopo, & regredi ad propriam parochiam commonenti, obedire contempſerit. Quod ſi in hac indiſciplinatione perdurat, a miniſterio modis omnibus removeatur, ita ut nequaquam locum reſtitutionis inveniat. Si vero pro hac cauſa damnatum alter epiſcopus ſuſcipiat, hic etiam a communi coerceatur ſynodo, velut qui eccleſiaſtica conſtituta diſſolvat.

### IV.

[4] Si quis epiſcopus damnatus a ſynodo, vel presbyter, aut diaconus a ſuo epiſcopo, auſi fuerint aliquid de miniſterio ſacro contingere, ſive epiſcopus juxta præcedentem conſuetudinem, ſive presbyter, aut diaconus; nullo modo liceat ei, nec in alia ſynodo reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis, ſed communicantes ei omnes abjici de eccleſia, & maxime, ſi poſteaquam didicerit adverſum memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem communicare tentaverint.

*11. q. 4. Si quis epiſcopus damnatus.*

### V.

[5] Si quis presbyter aut diaconus epiſcopum proprium contemnens, ſe ab eccleſia ſequeſtravit, & ſeorſum colligens altare conſtituit, & commonenti epiſcopo non acquieverit, nec conſentire vel obedire voluerit ſemel & iterum convocanti, hic damnetur omni modo, nec ultra remedium conſequatur, quia ſuam recipere non poteſt dignitatem. Quod ſi eccleſiam conturbare & ſolicitare perſiſtat, tanquam ſeditioſus, per poteſtates exteras opprimatur.

### VI.

[6] Si quis a proprio epiſcopo communione privatus eſt, non ante ſuſcipiatur ab aliis quam ſuo reconcilietur epiſcopo, aut certe ad ſynodum, quæ congregatur, occurrens pro ſe ſatisfaciat, & perſuadens concilio, ſententiam ſuſcipiat

---

1 Citatur hic Canon a Dionyſio Exiguo in Epiſt. 1. Paſchali apud Dion. Petavium tom. 2. de Doctr. Temp. pag. 875. ubi Dionyſius Exiguus hunc canonem ſub titulo LXXIX. dicit fuiſſe, nimirum collectionis antiquæ Latinæ, ut poſtea dicetur. Sed ibi forte LXXX. legendum fuit, *Hard.* 2 Huic canoni reſpondent Canones Apoſt. IX. X. & XI. ex verſione Dionyſii Exigui. *Harduinus.* 3 Canon Apoſt. XV. & XV. ex Dionyſio Exiguo. *Harduinus.*

4 Hinc excerptus canon XXIX. Apoſt. ex Dionyſ. Exig. Citatur hic canon & a Joanne II. papa in Epiſt. ad Cæſarium Arelat. ex hac ipſa Dionyſii verſione. Et prius in Conc. Chalced. act. IV. verbis quibuſdam ſubinde mutatis: & ibi dicitur eſſe canon 83. nempe codicis antiqui, ſive collectionis canonum Latinæ, quam Juſtellus edidit, hoc ordine: canones Nicæni XX. Ancyrani XXIV. Neocæſarienſes XIV. Gangrenſes XX. Antiocheni XXV. Laodiceni LIX. &c. *Harduinus.* 5 Et iſte Canon citatur in eodem conc. Chalced. act. IV. ubi dicitur canon 84. Hinc eſt excerptus canon 32. Apoſt. ex Dionyſ. Exig. *Harduinus.* 6 Canon Apoſt. XIII & XXXIII. ex Dionyſ. Exiguo. *Harduinus.*

piat alteram. Hæc autem definitio maneat circa laicos & presbyteros & diaconos, omneſque, qui ſub regula eſſe monſtrantur.

VII.

[1] Nullus peregrinorum ſine pacificis, id eſt commendatitiis, ſuſcipiatur epiſtolis.

VIII.

[2] Presbyteri, qui ſunt in agris, canonicas epiſtolas dare non poſſunt: ad ſolos tantum vicinos epiſcopos literas deſtinabunt. Chorepiſcopi autem, qui ſunt irreprehenſibiles, dare poſſunt pacificas, id eſt, generales epiſtolas.

IX.

[3] Per ſingulas regiones epiſcopos convenit noſſe, metropolitanum epiſcopum ſolicitudinem totius provinciæ gerere. Propter quod ad metropolim omnes undique, qui negotia videntur habere, concurrant. Unde placuit, eum & honore præcellere, & nihil amplius præter eum ceteros epiſcopos agere, ſecundum antiquam a patribus noſtris regulam conſtitutam, niſi ea tantum, quæ ad ſuam diœceſim pertinent, poſſeſſionesque ſubjectas. Unuſquiſque enim epiſcopus habeat ſuæ parochiæ poteſtatem, ut regat juxta reverentiam ſingulis competentem, & providentiam gerat omnis poſſeſſionis, quæ ſub ejus eſt poteſtate, ita ut presbyteros & diaconos ordinet, & ſingula ſuo judicio comprehendat. Amplius autem nihil agere tentet præter antiſtitem metropolitanum, nec metropolitanus ſine ceterorum gerat conſilio ſacerdotum.

X.

Qui in vicis vel poſſeſſionibus chorepiſcopi nominantur, quamvis manus impoſitionem epiſcoporum perceperint, & ut epiſcopi conſecrati ſint, tamen ſanctæ ſynodo placuit, ut modum proprium recognoſcant, ut gubernent ſibi ſubjectas eccleſias, earumque moderamine curaque contenti ſint. Ordinent etiam lectores, & ſubdiaconos, atque exorciſtas, quibus promotiones iſtæ ſufficiant. Nec presbyterum vero, nec diaconum audeant ordinare, præter civitatis epiſcopum, cui ipſe cum poſſeſſione ſubjectus eſt. Si quis autem tranſgredi ſtatuta tentaverit, depoſitus, quo utebatur honore, priverur. Chorepiſcopum vero civitatis epiſcopus ordinet, cui ille ſubjectus eſt.

XI.

Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut quilibet regulæ ſubjectus eccleſiæ, præter conſilium & literas epiſcoporum provinciæ, & præcipue metropolitani, adierit imperatorem, hunc reprobari & abjici oportere, non ſolum a communione, verum & ab honore, cujus particeps videtur exiſtere, quia venerandi principis auribus moleſtiam tentavit inferre contra leges eccleſiæ. Si igitur adire principem neceſſaria cauſa depoſcit, hoc agatur cum tractatu & conſilio metropolitani, & ceterorum epiſcoporum, qui in eadem provincia commorantur, qui etiam proficiſcentem ſuis proſequantur epiſtolis.

XII.

Si quis a proprio epiſcopo presbyter, aut diaconus, aut a ſynodo fuerit epiſcopus forte damnatus, & imperatoris auribus moleſtus extiterit, oporteat ad majus epiſcoporum converti concilium, & quæ putaverit habere juſta, plurimis epiſcopis ſuggerant, eorumque diſcuſſiones ac judicia præſtolentur. Si vero hæc parvipendentes moleſti fuerint imperatori, hos nulla venia dignos eſſe, nec locum ſatisfactionis habere, nec ſpem futuræ reſtitutionis penitus opperiri dijudicamus. 11 qu. 5. Si quis a proprio epiſcopo

XIII.

[4] Nullus epiſcopus ex alia provincia audeat ad aliam tranſgredi, & ad promotionem miniſterii aliquos in eccleſiis ordinare, licet conſenſum videantur præbere nonnulli, niſi literis tam metropolitani quam ceterorum qui cum eo ſunt epiſcoporum rogatus adveniat, & ſic ad actionem ordinationis accedat. Si vero nullo vocante, inordinato more deproperet ſuper aliquibus ordinationibus & eccleſiaſticis negotiis, ad eum non pertinentibus, componendis; irrita quidem quæ ab eo geruntur exiſtant, ipſe vero incompoſiti motus ſui & irrationabilis audaciæ ſubeat ultionem, ex hoc jam damnatus a ſancto concilio.

XIV.

Si quis epiſcopus de certis criminibus judicetur, & contingat de eo comprovinciales epiſcopos diſſidere, cum judicatus ab aliis innocens creditur, reus ab aliis exiſtimatur, pro totius hujus ambiguitatis abſolutione, ſanctæ ſynodo placuit ut metropolitanus epiſcopus a vicina provincia judices alios convocet, qui controverſiam tollant, ut per eos, ſimul & per comprovinciales epiſcopos, quod juſtum viſum fuerit approbetur.

XV.

1 Canon Apoſt. 24. Lat. Ferrandus tit. 211. *ſine formata Epiſcopi*. Harduinus. 2 Ferrandus tit. 80. *Vicarii Epiſcoporum literas formatas facere*. Conci. Antioch. tit. 8. Hard. 3 Canon Apoſt. xxxv. Dion. Exigu. *Harduinus*.
4 Canon Apoſt. 36. ex. Dionyſ. Exiguo. *Harduinus*.

XV.

[1] Si quis epiſcopus, de certis criminibus accuſatus, condemnetur ab omnibus epiſcopis ejuſdem provinciæ, cunctique conſonanter eamdem contra eum formam decreti protulerint, hunc apud alios nullo modo judicari, ſed firmam concordantium epiſcoporum provinciæ manere ſententiam.

XVI.

[2] Si quis epiſcopus vacans in eccleſiam vacantem proſiliat, ſedemque pervadat, abſque integro perfectoque concilio, hic abjiciatur neceſſe eſt, etſi cunctus populus, quem diripuit, eum habere delegerit. Perfectum vero concilium illud eſt, ubi interfuerit metropolitanus antiſtes.

XVII.

Dist. 92. Si quis epiſcopus per manus.

[3] Si quis epiſcopus per manus impoſitionem epiſcopatum acceperit & præeſſe populo conſtitutus, miniſterium ſubire neglexerit, nec acquieverit ire ad eccleſiam ſibi commiſſam, hunc oportet communione privari, donec ſuſceperit coactus officium, aut certe de eo aliquid integra decreverit ejuſdem provinciæ ſynodus ſacerdotum.

XVIII.

Dist. 92. Si quis Episc. ordinatus.

* vetet.

Si quis epiſcopus ordinatus, ad parochiam minime, cui eſt electus, acceſſerit, non ſuo vitio, ſed quod eum aut populus * vitet, aut propter aliam cauſam, non tamen ejus vitio perpetratam: hic & honoris ſit & miniſterii particeps, dummodo nil moleſtus eccleſiæ rebus exiſtat, ubi miniſtrare cognoſcitur. Quem etiam obſervare conveniet, quidquid ſynodus perfecta provinciæ quod viſum fuerit judicando decreverit.

XIX.

Epiſcopus præter ſynodum & præſentiam metropolitani nullatenus ordinetur. Hoc autem modis omnibus coram poſito, melius quidem eſt ut omnes ſimul adſint ejuſdem provinciæ ſacerdotes, quos metropolitanus epiſcopus advocare debebit. Et ſi quidem omnes occurrerint, optime: quod ſi difficile fuerit, ſaltem plures adeſſe omnino convenit, aut certe ſcriptis ejuſdem ſententiæ comprobari: & ita ſub plurimorum vel præſentia vel decreto ordinatio celebretur. Quod ſi ſecus contra definita factum fuerit, nullas ordinatio vires habeat. Si vero juxta definitam regulam fiat, & nonnulli pro contentione propria contradicant, obtineat ſententia plurimorum.

XX.

[4] Propter utilitates eccleſiaſticas, & abſolutiones earum rerum quæ dubitationem controverſiamque recipiunt, optime placuit, ut per ſingulas quaſque provincias bis in anno epiſcoporum concilia celebrentur. Semel quidem [5] poſt tertiam ſeptimanam feſti paſchalis, ita ut in quarta ſeptimana quæ conſequitur id eſt medio pentecoſtes, conveniat ſynodus, metropolitano comprovinciales epiſcopos admonente. [6] Secunda vero ſynodus fiat Idibus Octobris, id eſt quintodecimo die menſis Octobris, quem Hyperberetæon Græci nominant. In ipſis autem conciliis adſint presbyteri & diaconi, & omnes qui ſe læſos exiſtimant, & ſynodi experiantur examen. Nullis vero liceat apud ſe celebrare concilia, præter eos quibus metropolitana videntur eſſe jura commiſſa.

XXI.

Epiſcopus ab alia parochia nequaquam migret ad aliam, nec ſponte ſua prorſus inſiliens, nec vi coactus a populis, nec ab epiſcopis neceſſitate compulſus: maneat autem in eccleſia quam primitus a Deo ſortitus eſt: nec inde tranſmigret, ſecundum priſtinum de hac re terminum [a] conſtitutum.

a Nicæno Can. XV. Harduinus

XXII.

Epiſcopus alienam civitatem, quæ non eſt illi ſubjecta, non adeat: nec ad poſſeſſionem accedat quæ ad eum non pertinet ſuper ordinationem cujuſquam; nec conſtituat presbyteros, aut diaconos alteri ſubjectos epiſcopo, niſi forte cum conſilio & voluntate regionis epiſcopi. Si quis autem tale aliquid facere tentaverit, irrita ſit ejus ordinatio, & ipſe coerceatur a ſynodo. Nam ſi ordinare non potuerit, nullatenus judicabit.

XXIII.

7 q. 1 Episcopo non licere pro ſe.

Epiſcopo non licere pro ſe alterum ſucceſſorem ſibi conſtituere, licet ad exitum vitæ perveniat. Quod ſi tale aliquid factum fuerit, irritum eſſe hujuſmodi eſt conſtitutum. Servetur autem jus eccleſiaſticum, id continens, oportere non aliter fieri, niſi cum ſynodo & judicio epiſcoporum, qui poſt obitum quieſcentis,

1 Citatur hic canon & a Joanne II. Papa, loco ſuperius indicato. *Harduinus.*

2 In Conc. Chalced. act. XI. aliis ſubinde verbis, citatur hic canon, & eſſe dicitur *regula* XCV. nempe antiquæ collectionis, ut diximus. *Harduinus.* 3 In Concil. Chalced. act. XI. citatur & iſte canon, ſub nomine *regula* XCVI. Hinc decerptus eſt Canon Apoſt. 37. Latin. 4 Canon Apoſt. 38. Dionyſii Exigui. *Hard.*

5 Hoc eſt, ante Dominicam IV. poſt Paſcha. *Hard.* 6 Theodorus Cant. in capitulis ſelectis ex antiquis canonibus cap. 100. *Bis in uno anno concilia ab Epiſcopis fiant: id eſt quinta ſeptimana poſt Pentecoſten: ſecundo, duodecimo menſe Hyperberetæi, id eſt, octavo idus Octobris, juxta Romanos.* Vide & Bedam lib. de ratione temporum cap. XII. *Hard.*

tis, poteſtatem habent eum qui dignus A extiterit promovere.

XXIV.

[1] Quæ ſunt eccleſiæ, ſub omni ſolicitudine, & conſcientia bona, & fide, quæ in Deum eſt, qui cuncta conſiderat judicatque, ſerventur: quæ etiam diſpenſanda ſunt judicio & poteſtate pontificis, cui commiſſus eſt populus, & animæ quæ in eccleſia congregantur. Manifeſta vero ſint quæ pertinere videntur ad eccleſiam, cum notitia presbyterorum & diaconorum, qui circa ipſum ſunt, ita ut agnoſcant, nec ignorent, B quæ ſunt eccleſiæ propria, nec eos aliquid lateat: ut ſi contigerit epiſcopum migrare de ſæculo, certis exiſtentibus rebus, quæ ſunt eccleſiæ, nec ipſæ collapſæ depereant, nec quæ propria probantur epiſcopi, ſub occaſione rerum pervadantur eccleſiæ. Juſtum namque & acceptum eſt coram Deo & hominibus, ut ſua epiſcopus quibus voluerit derelinquat, & quæ eccleſiæ ſunt eidem conſerventur eccleſiæ, nec eccleſia aliquod patiatur incommodum, nec epiſcopus ſub occaſione proſcribatur eccleſiæ, & in C cauſas incidant qui ad eum pertinent, & ipſe poſt obitum maledictionibus ingravetur.

XXV.

[2] Epiſcopus eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatem, ad diſpenſandum erga omnes qui indigent, cum ſumma reverentia & timore Dei. Participet autem & ipſe, quibus indiget, ſi tamen indiget, tam in ſuis, quam in fratrum, qui ab eo ſuſcipiuntur, neceſſariis uſibus pro futuris, ita ut in nullo qualibet occaſione fraudentur, juxta ſanctum apoſtolum ſic dicentem *Habentes victum & tegumentum his contenti ſumus*. Quod ſi contentus iſtis minime fuerit, convertat autem res eccleſiæ in ſuos uſus domeſticos, & ejus commoda vel agrorum fructus, non cum presbyterorum conſcientia diaconorumque pertractet, ſed horum poteſtatem domeſticis ſuis, aut propinquis, aut fratribus, filiiſque committat, ut per hujuſmodi perſonas occulte ceteræ lædantur eccleſiæ, ſynodo provinciæ pœnas iſte perſolvat. Si autem & aliter accuſetur epiſcopus, aut presbyteri qui cum ipſo ſunt, quod ea quæ pertinent ad eccleſiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet eccleſiaſtica facultate ſibimet uſurpent, ita ut ex hoc affligantur quidem pauperes, * criminatori vero & blaſphemiis tam ſermo prædicationis, quam hi qui diſpenſant, taliter exponantur, & hos oportet corrigi, ſancta ſynodo id quod condecet approbante. Et ſubſcripſerunt triginta ¶ epiſcopi, qui in eodem concilio convenerunt.

al. q. i. Ec... copus eccleſiaſticarum rerum. | ... Tim. 6 | * criminatio ni | ¶ Superius tantum xxix. exprimuntur, qui ſupra in principio alterius translationis hujus concilii annotati ſunt (3)

CANONES

# CONCILII ANTIOCHENI.

Ex interpretatione [a] Iſidori Mercatoris. [4]

a Veteri qua legitur in compilatione

## TITULI CANONUM.


I. *Non licere paſcha diverſo tempore facere, neque cum Judæis celebrare.* D

II. *Non licere communionem eccleſiæ contemnere, aut excommunicatis communicare.*

III. *Non debere clericum ad eccleſiam migrantem ibi perſeverare.*

IV. *Non licere epiſcopo, vel cuiquam clerico, ſi exauctoratus fuerit, miniſtrare.*

V. *Non licere clericis, contempto epiſcopo, ſeorſum ſe colligere.*

VI. *De excommunicatis.*

VII. *Nullum peregrinum abſque epiſcopis ſuſcipi.*

VIII. *Ut epiſtolæ a ſolo fiant chorepiſcopo.*

IX. *De metropolitanis epiſcopis.*

X. *De chorepiſcopis.*

XI. *De his epiſcopis vel clericis qui ſine literis epiſcoporum adeunt imperatorem.*

XII. *De epiſcopis vel clericis depoſitis.*

XIII. *Non licere epiſcopis in aliena provincia clericos ordinare.*

XIV. *De epiſcopis accuſatis.*

XV. [5] *De epiſcopis ab ejuſdem provinciæ epiſcopis excluſis.*

XVI. *De epiſcopis vacantibus.*

XVII. *De epiſcopis, qui accepta manus impoſitione, non acquieſcunt ſuſcipere miniſterium.*

XVIII. *De his qui promoventur ad epiſcopatum, &c.*

XIX. *Non licere ſine conſilio metropolitani epiſcopi epiſcopum ordinari.*


XX

1 Canon Apoſt. 41 ex Dionyſ. Exiguo. *Hard.* 2 Canon Apoſt. ; ex Dionyſ. Exiguo. *Hard.*

(3) Ex Cod. Colb. & San-Germ. triginta exprimuntur in adnotatione Harduini ſupra pag. 1308.

4 In MS. Bibl. Collegii Pariſ. Soc. Jeſu, in quo continetur Indiculus ſynodorum, verbis ipſius Iſidori, ex parte relatis a Gratiano in Decr. xi. diſt. xvi. hæc de Antiochena leguntur *Quarta Antiochena: in qua Patres triginta duo ſtatuerunt canones viginti quinque: quorum auctor maxime Euſebius Palæſtinenſis Epiſcopus exſtitit ſubſcribentibus Theodoro, Antico, Agabio, Aiphio & ceteris.* Sic enim hæc nomina ſcribuntur in MS. perquam accurato, a quo diſcedere religio eſt. *Hard.*

5 al. MS. & editio Merlini, xv. *de quibus ſupra*, hoc tantum *Harduinus*.

XX. *Ut bis in anno ſynodus celebretur.*
XXI. *Epiſcopum de diœceſi ad diœceſim non debere tranſire.*
XXII. *Epiſcopum non debere in alienam [illegible] civitatem.*
XXIII. *Epiſcopo non licere ſucceſſorem ſibi conſtituere.*
XXIV. *De rebus eccleſiaſticis & epiſcopalibus.*
XXV. *Epiſcopum habere poteſtatem in rebus eccleſiaſticis exponendis.*

## C A N O N E S.

### I.

OMnes qui audent diſſolvere regulam ſancti & magni concilii Nicæni, quod celebratum eſt in præſentia [a] Dei amantiſſimi Conſtantini imperatoris, de ſancta & ſalutari feſtivitate paſchali ſalvatoris noſtri [b] excommunicatos & ejectos ab eccleſia eſſe debere, maxime ſi perſeverent ſtudio contentionis, ad ſubvertenda ea quæ optime conſtituta ſunt. Et hæc quidem dicta ſunt de laicis. Si autem de præpoſitis eccleſiæ aliquis, id eſt, vel epiſcopus vel presbyter, vel diaconus, poſt hanc definitionem, & hunc terminum, auſus fuerit, in ſubverſionem populorum & perturbationem eccleſiarum, ſeorſum colligere, & cum Judæis paſcha voluerit celebrare, hunc ſancta ſynodus ab hoc jam alienum ab eccleſia eſſe judicavit, tanquam eum qui non ſolum proprii peccati, ſed & aliorum corruptæ mentis & converſationis ſupplantator extiterit, reus. Et non ſolum hujuſcemodi deponit a ſacerdotio & miniſterio, ſed & eos qui auſi fuerint his communicare poſt damnationem. Depoſitos autem etiam honore qui extrinſecus eſt privari oportet, quem [c] ſanctus canon & Dei ſacerdotium promeruit.

a domui.

b incommunicabiles.

c Per ſanctos canones D. ſ. meruit.

### II.

Ex apoſt. can. can. 10.

Omnes qui ingrediuntur in eccleſiam Dei, & ſacras ſcripturas audiunt, non autem cum populo in oratione communicant, averſantur etiam ſanctam aſſumptionem dominici ſacramenti, ſecundum aliquam propriam diſciplinam, hos ab eccleſia ejici oportet, donec confitentes, fructum pœnitentiæ demonſtrent, & deprecati fuerint, ut data venia ſuſcipi mereantur. Non autem liceat communicare excommunicatis, neque cum his per domos ingredi, & cum eis orare, qui eccleſiæ non participant in oratione, nec in alteram eccleſiam recipi, qui ab alia excommunicantur. Quod ſi quis epiſcoporum vel presbyterorum, vel diaconorum, vel etiam qui [1] in canone deti- nentur, excommunicatis communicare dep[illegible]henſus fuerit, & hunc oportet communione [illegible]vari, tanquam eccleſiæ regulas confundentem.

### III.

Si quis p[illegible]ter, vel diaconus, vel quilibet cle[illegible] [illegible]ſerta ſua [a] eccleſia ad aliam tran[illegible] [illegible] eſſe crediderit, & ibi paulatim tent[illegible] quo migravit, perpetuo mane[illegible] [illegible]miniſtrare non debet, præſertim [illegible] epiſcopo ſuo ad revertendum fuerit e[illegible]. Quod ſi & poſt evocationem ſui ep[illegible] non obedierit, ſed inobediens per[illegible]raverit, [2] omnibus modis ab officio ſuo deponi debere, nec aliquando facultatem habeat ad eccleſiaſticum ordinem redeundi. Si vero propter hanc culpam depoſitum alius epiſcopus ſuſceperit, & ipſe a communi ſynodo arguatur, tanquam eccleſiaſtica jura diſſolvens.

7. Si quis presbyter, vel diaconus. [illegible]

a diœceſi.

### IV.

Ferendus ſit.

Si quis epiſcopus a ſynodo fuerit depoſitus, vel presbyter, vel diaconus, a proprio epiſcopo condemnatus, & præſumpſerit ſacerdotii ſeu ſacri miniſterii aliquam actionem, non ei amplius liceat neque in alia ſynodo ſpem reſtitutionis habere, neque [*] aſſertionis alicujus locum, ſed & communicantes ei abjici omnes ab eccleſia, maxime ſi, poſtquam cognoverunt ſententiam adverſus eum fuiſſe prolatam, ei contumaciter communicarunt.

* ſatisfactionis

### V.

Si quis presbyter, vel diaconus contempto ſuo epiſcopo, ſeipſum ab eccleſia ſegregaverit, & privatim apud ſe, collectis populis, altare erigere auſus fuerit, & nihilominus epiſcopo ſe exhortante, & ſemel & iterum revocante inobediens extiterit, hunc modis omnibus deponendum, nec aliquando conſequi curationem, aut proprium honorem recipere ſperet. Quod ſi etiam perſeveraverit, conturbans & concitans eccleſiam, per eam, quæ foris eſt, poteſtatem, hunc tanquam ſeditioſum corripi oportet.

### VI.

11. q. 3. Si quis a proprio epiſcopo.

Si quis a proprio epiſcopo excommunicatus eſt, non eum prius ab aliis debere ſuſcipi, niſi aut a ſuo fuerit receptus epiſcopo, aut, concilio facto [3], occurrat ut reſpondeat, & ſi ſynodo ſatisfecerit, [*] ſtatuimus ſub alia ſententia eum recipi. Quod etiam circa laicos, & presbyteros, & diaconos, & omnes qui in clero ſunt, convenit obſervari.

* Quod ſtatuitur, ſub.



1 Hoc eſt, *in catalogo clericorum*, Harduinus. 2 MS. *omnimodis*. Harduinus. 3 Gratianus, *Concilio facto Epiſcopis occurrat*. Hard.

VII.

Diſtinct. 71 Nullum abſque formata.

Nullum abſque formata [1] (quam Græci epiſtolam dicunt) peregrinorum clericorum ſuſcipi oportet.

VIII.

Neque presbyter ad regiones longinquas formatas (id eſt canonicas) epiſtolas dare, & niſi ad finitimos epiſcopos, ſimplices epiſtolas mittere præſumat.

Chorepiſcopi qui.

Vicariis vero epiſcopi, qui a Græcis chorepiſcopi vocantur, formatas facere liceat.

IX.

9. qu. 3. Per ſingulas provincias.

Per ſingulas provincias epiſcopos conB ſtitutos ſcire oportet, epiſcopum metropolitanum, qui præeſt, curam & ſollicitudinem totius provinciæ ſuſcepiſſe. Propter quod ad metropolitanam civitatem ab his qui cauſas habent ſine dubio concurratur. Quapropter placuit eum & honore præire, & nihil ultra ſine ipſo reliquos epiſcopos agere ſecundum antiquum patrum noſtrorum qui obtinuit canonem, niſi hæc tantum quæ uniuſcujuſque eccleſiæ per ſuam diœceſim competunt. Unumquemque enim epiſcopum oportet habere ſuæ diœceſis poteſtatem, ad hanc guC bernandam ſecundum competentem ſibi reverentiam, ad providendum omni regioni, quæ ſub ipſius eſt civitate, ita ut etiam ordinare ei presbyteros & diaconos probabili judicio liceat, & de ſingulis illius regionis cauſis cum moderatione & pondere diſceptare. Ultra autem nihil agere permittitur citra metropolitani epiſcopi conſcientiam, nec metropolitanus ſine ceterorum aliquid gerat conſilio ſacerdotum.

X.

Qui in villis & vicis conſtituti ſunt D chorepiſcopi, tametſi manus impoſitionem ab epiſcopis ſuſceperunt, & ut epiſcopi ſunt conſecrati, tamen placuit ſanctæ ſynodo ſcire eos oportere modum proprium retinere, & gubernare adjacentes eccleſias ſibi commiſſas, & eſſe contentos propria ſollicitudine & gubernatione, quam ſuſceperunt. Conſtituere autem his permittitur lectores & ſubdiaconos atque exorciſtas, quibus ſufficiat iſtorum tantum graduum licentiam accepiſſe. Non autem presbyterum, non diaconum audeant ordinare, præter conE ſcientiam epiſcopi civitatis vel eccleſiæ, cui adjacens invenitur ſeu ipſe, ſeu regio, in qua præeſſe dignoſcitur. Quod ſi quis prævaricari auſus fuerit conſtituta, deponi eum, & dignitate qua præditus eſt debere privari. Chorepiſcopus

A autem ab epiſcopo civitatis vel loci, cui idem adjacet, ordinandus eſt.

XI.

Si quis epiſcopus, vel presbyter, vel quicumque clericus, & omnis omnino qui eſt ſub [a] eccleſiaſtica regula conſtitutus, præter conſilium vel literas eorum epiſcoporum, qui ſunt intra provinciam, & maxime metropolitani, ad imperatorem perrexerit, hunc abdicari & ejici non ſolum de communione debere, ſed etiam propria dignitate privari tanquam moleſtum & importunum imperialibus B auribus, contra eccleſiaſtica conſtituta. Si autem neceſſitas cogat ad imperatorem excurrere, propter aliquam actionem, cum deliberatione & conſilio metropolitani ipſius provinciæ epiſcopi, & ceterorum conſcientia epiſcoporum, qui in eadem provincia ſunt, atque cum literis eorum ire debebit.

a canone.

XII.

11. qu. 3. Si quis a proprio.

Si quis a proprio epiſcopo depoſitus vel presbyter, vel diaconus, aut etiam ſi a ſynodo quilibet epiſcopus fuerit exauctoratus, moleſtiam imperialibus auribus C inferre non præſumat, ſed ad majorem epiſcoporum ſynodum ſeſe convertat, & quæ ſe putat habere juſta in eorum [2] concilio alleget, atque ab his de ſe expectet quæ fuerit deprompta ſententia. Quod ſi deficiens puſillanimitate hoc noluerit facere, ſed imperatori fuerit importunus, hujuſmodi nullam veniam habeat, neque locum ullius aſſertionis ſuæ, nec ſpem recipiendi gradus habeat in futurum.

XIII.

9. q. 2. Nullum epiſcopum audere.

Nullum epiſcopum audere debere ex D alia provincia ad aliam tranſitum facere & ordinare aliquos in eccleſiis, aut provehere ad ſacrum miniſterium, nec alios illuc ſecum attrahat epiſcopos, niſi forte per literas rogatus abierit, non ſolum a metropolitano, ſed & ab his, qui cum eo ſunt omnibus ipſius provinciæ epiſcopis. Quod ſi nullo invitante, inordinate ſuperveniat, & aliquos vel ordinare præſumpſerit, vel quoslibet actus illi eccleſiæ competentes, quæ ad ſe minime pertinet, uſurpare tentaverit, E vacua quidem & inania erunt omnia quæ geſſerit, ipſe vero hujus indiſciplinati auſus & irrationabilis cœpti dignas cauſas expendat, tanquam depoſitus a ſynodo ſancta, & propter hujuſmodi præſumptionem jam prædamnatus.

XIV.

6. qu. 4. Si quis epiſcopus criminaliter in judicio.

[3] Si quis epiſcopus de aliquibus cauſis

1 Exemplum formatæ offert Gratianus diſtinct. 72. *Hard.* 2 al. *judicio*. Hard. 3 Ferrandus tit. 68. *Ut ſi de accuſato Epiſcopo multæ ſententiæ fuerint Epiſcoporum, Metropolitanus alterius provinciæ convocetur.* *Concil. Antioch. tit. 14.* Ita etiam Martinus Bracar. *Hard.*

ſis criminalibus in judicio epiſcoporum A fuerit accuſatus, contingat autem de ipſis epiſcopos provinciæ qui convenerunt diverſas habere ſententias, & alios quidem innocentem eum pronunciare, alios reum, propter hujuſcemodi itaque controverſiam amputandam, placuit ſanctæ ſynodo metropolitanum epiſcopum alterius vicinæ provinciæ advocari oportere, & aliquantos cum eo epiſcopos alios; qui pariter reſidentes quæcumque fuerint dirimant quæſtiones, propter hoc, ut firmum ſit judicium quod ab B unius provinciæ epiſcopis fuerit promulgatum.

XV.

6. qu. 4. Si quis epiſcopus criminaliter accuſatus.

Si quis epiſcopus criminaliter accuſatus ab omnibus, qui ſunt intra provinciam, epiſcopis, exceperit unam conſonamque ſententiam, ab aliis ulterius judicari non poterit, ſed manere circa eum oportet, tanquam convenientem, quæ ab omnibus prolata eſt, firmam ratamque ſententiam.

XVI.

Diſt. 92. Si quis epiſcopus vacans. Aliud eſt in decr. Ivo lib.

Si quis epiſcopus vacans in eccleſiam C vacantem ſupervenerit, & hanc obrepenter, præter plenariam ſynodum, diripiendam eſſe crediderit, hunc abjici oportet, tametſi eum plebs quam diripuerit, velit ſibi epiſcopum retinere. Illa autem dicitur ſynodus [a] plenaria, in qua etiam epiſcopus metropolitanus adfuerit.

[a] perfecta.

XVII.

Si quis epiſcopus, ſuſcepta manus impoſitione, & deputatus populis præeſſe, non ſuſcipiat miniſterium ſacerdotii, nec conſentiat abire in eccleſiam cui fuerat D ordinatus, hunc incommunicabilem eſſe debere, donec coactus conſentiat plebem ſuſcipere ſibimet deputatam, aut provinciæ plenaria ſynodus epiſcoporum de eo aliquid ſtatuat.

XVIII.

Diſt. 92. Si quis epiſcopus ordinatus.

Si quis epiſcopus ordinatus non abierit in parochiam cui ordinatus eſt, non ſuo vitio, ſed plebis forſitan contradictione, hic honorem ſuſceptum retinere debebit, & ſacerdotio fungi, ita ut nihil moleſtiæ afferat eccleſiæ illi in qua eſt conſtitutus. Expectare autem eum E oportet provinciæ plenariam ſynodum, donec de eo quod competit ſtatuatur.

XIX.

Diſt. 65. Epiſcopus non eſt ordinandus

Epiſcopum non ordinandum ſine conſilio & præſentia metropolitani epiſcopi, cui melius erit, ſi ex omni provincia congregentur epiſcopi. Quod ſi fieri non poteſt, hi qui adeſſe non poſſunt, propriis literis conſenſum ſuum de ſeipſo deſignent, & tunc demum, poſt plurimorum ſive per præſentiam, ſive per literas conſenſum, ſententia conſona ordinetur. Quod ſi aliter, quam ſtatutum eſt, fiat, nihil valere hujuſmodi ordinationem. Si vero etiam ſecundum definitas regulas ordinatio celebretur, contradicant autem aliqui, propter proprias & domeſticas ſimultates, his contemptis ſententia de eo obtineat plurimorum.

XX.

Diſt. 18. Propter eccleſiaſticas. Et in decr. Ivo. lib 4.

Propter eccleſiaſticas cauſas, & quæ exiſtunt controverſias diſſolvendas, ſufficere viſum eſt bis in anno per ſingulas provincias epiſcoporum concilium fieri. Semel quidem poſt tertiam hebdomadam paſchalis feſtivitatis, ita ut in quarta [a] ſeptimana ſancti paſchæ perfici concilium poſſit, convocante metropolitano epiſcopo omnes provinciæ epiſcopos. Secundo autem concilium fieri Idibus Octobris, qui dies apud Græcos Hyperberetæi menſis [1] decimus quintus invenitur: ita ut in his conciliis procedant omnes presbyteri, diacones, & reliqui qui ſe læſos dicunt, [b] ut in concilio eorum cauſa examinata, ad debitum judicium perveniant. Nec liceat ulli proprie apud ſemetipſum concilium celebrare, præter [c] eos quibus metropoles creditæ ſunt.

[a] hebdomada quæ conſequitur, id eſt mediæ pentecoſtes.

[b] Et ſynodicum expectare ſententiam.

[c] metropolitanorum epiſcoporum conſcientiam facere quibus de omnibus cauſis conſtat permiſſum eſſe judicium.

XXI.

9. q. 2. Epiſcopum de diœceſi.

Epiſcopum de diœceſi ad diœceſim alteram non debere tranſire, neque ſi ſeipſum ingeſſerit, neque ſi a populis fuerit violenter attractus, neque ſi etiam hoc ei ab epiſcopis ſuadeatur. Manere autem eum debere in eccleſia Dei, quam ab initio ſortitus eſt, & non ab ea alio demigrare, ſecundum regulam ſuper hoc olim a patribus conſtitutam.

XXII.

9. q. 2. Epiſcopum non debere

Epiſcopum non debere in alienam irruere civitatem, quæ illi probatur non eſſe ſubjecta, neque in regionem, quæ ad ejus curam minime dignoſcitur pertinere, ad aliquid ordinandum, neque presbyteros, neque diaconos conſtituere ad alios epiſcopos pertinentes, niſi forte cum conſilio & voluntate propriæ regionis epiſcopi. Quod ſi quiſpiam horum aliquid audere voluerit, irrita quidem erit hujuſmodi ordinatio, [2] & is qui male uſurpaverit a ſynodo arguatur. Nam ſi ordinare non potuerit, nullatenus alterius parochianum judicare præſumat.

XXIII.

Epiſcopos non licere, tanquam ſucceſſorem ſibi futurum, conſtituere alterum,



1 Græce, *decimus*, tantum. *Harduinus*. 2 Gratian. *& qui male uſurpaverit, a Synodo arguantur*. Harduinus.

rum, quamvis circa [a] viciniam mortis habeatur. Quod ſi tale aliquid factum fuerit, irrita ſit hujuſmodi ordinatio. Cuſtodiri autem oportet eccleſiaſtica conſtituta, quæ ſe ita continent, non poſſe aliter epiſcopum fieri, niſi in concilio & cum conſenſu epiſcoporum, eorum dumtaxat, qui poſt obitum illius qui præceſſit, habuerint poteſtatem eum qui dignus fuerit provehendi.

a vicina.

XXIV.

Quæcumque res eccleſiæ ſunt, bene debent cum omni diligentia & bona fide ſervari: illa ſcilicet fide, quæ Deo ſervatur, omnia providenti atque judicanti, eaſque gubernari & diſpenſari oportet cum judicio & poteſtate epiſcopi, cui totius plebis animæ videntur eſſe commiſſæ. Manifeſta autem eſſe oportet, quæ eccleſiæ competunt, ſub conſcientia eorum presbyterorum & diaconorum, qui circa ipſum ſunt, ut ipſi non ignorent, nec eos aliquid lateat eorum quæ ſunt propria eccleſiæ. Ut ſi contigerit epiſcopum ex hac vita migrare cum manifeſtæ ſunt & notæ res eccleſiaſticæ, non intercidant atque depereant, ſed nec res propriæ epiſcopi, tanquam obnoxiæ, rerum eccleſiaſticarum occaſione, ullius pulſentur injuria: quia juſtum & acceptum eſt apud Deum & homines, quæ propria ſunt epiſcopi, quibus ipſe juſſerit derelinqui, & quæ eccleſiæ ipſi ſervari. Ita enim fit, ut nec eccleſia damno aliquo affligatur, nec epiſcopus occaſione rerum eccleſiaſticarum proſcribatur, neque pertinentes ad eum cauſas incurrant, quo poſt mortem memoria ejus maledictis aliquibus oneretur.

3. q. 1 Quæcumque eccleſiæ.

Idem habetur in canonibus apoſtolorum can. 40. Ex Dion. Exig.

XXV.

Epiſcopum habere rerum eccleſiaſticarum poteſtatem ad diſpenſandum omnibus indigentibus cum omni timore & reverentia Dei. Ipſum quoque ex eis percipere atque uti debere, quibus indiget, ſi tamen indiget, vel ad ſuas neceſſarias expenſas, vel fratrum qui apud eum hoſpitalitatis gratia commorantur, ut nulla ex parte per inopiam defraudentur, ſecundum apoſtolum dicentem: *Habentes victum quotidianum & tegumentum corporis, his contenti ſumus*. Quod ſi his minime contentus atque ſufficiens, transferat in neceſſitates domeſticas eccleſiaſticas res, vel commoda quælibet eccleſiæ, aut agrorum eccleſiaſticorum fructus citra conſcientiam presbyterorum [a] apud ſe redigat, & domeſticis ſuis vel etiam affinibus, aut fratribus, aut filiis earum rerum tribuat poteſtatem, ut per eorum ſecretam diligentiam ceteri eccleſiaſtici lædi videantur, reatum hunc, qui hujuſmodi eſt, apud metropolitanum provinciæ præſtare debebit. Quod ſi aliter reprehendatur epiſcopus, vel qui cum ipſo ſunt presbyteri, quo dicatur, hæc quæ ad eccleſiam pertinent, ſive de agris, ſive de aliis quibuſcumque eccleſiaſticis cauſis, eos ſibimet uſurpare, pauperes vero neceſſitate & penuria opprimi, atque, ex hoc ipſo non ſolum eccleſiaſticæ rationi, verum etiam diſpenſatoribus ejus maledicta & reprehenſio augeatur: hos igitur correptionem oportet mereri, quam condecet, ſancta ſynodo cognoſcente. Euſebius omnibus quæ conſtituta ſunt a ſancta ſynodo præſens conſenſi. Theodorus, Nicetas, Macedonius, Anatolius, Tarcodimantus, Æthereus, Narciſſus, Euſtachius, Heſychius, Mauricius, Paulus, & ceteri, ¶ conſenſerunt & ſubſcripſerunt triginta epiſcopi. ¶ [1]

1. Tim. 6.

a vel diaconorum.

¶ Quorum nomina in Græco jam ſuperius continentur. ¶ In initio hujus concilii adnotati.

*SYNOPSIS CANONUM*

## ANTIOCHENORUM

*ex vetuſtiſſimo Breviario Canonum in Codice mille annorum Lucenſi.*

### EX CONCILIO ANTIOCHENO.

I.

Regulæ Nicæni Concilii obſerventur; maxime Paſcha cum Judæis non tenere.

II.

Cum hæreticis non communicare, vel orare, neque cum excuſatis (ſic) quod ſi quis fecerit excommunicetur.

III.

Presbyteri, diaconi, vel reliqui ſi dimiſerint eccleſiam ſuam, & ad aliam fuerint, excommunicentur; & epiſcopus, qui eos ſuſceperit.

IV.

Epiſcopus, presbyter, Diaconus, in concilio, ſive ſine concilio excommunicatus, ſi communicaverit aliquis cum eis excommunicetur.

V.

Presbyter, diaconus, ſi dimiſerit eccleſiam ſuam, & in domo altarium habens, conturbans populum, deponatur.

Si

1 In MS. Juſtelli ſic appellantur: *Euſebius, Theodorus, Tarcundamantes, Mauricius, Macbedonius, Eutherius, Alphion, [illegible], Paulus, Theodorus, Niceta, Anatholius, Narciſſus, Archelaus, Siricius, Hyſichius, Mantclus, [illegible], Agapius, Teodorus, Mocimus, Euſtatius*, Harduinus.

VI.

Si quis excommunicatus fuerit ab alio epiſcopo non ſuſcipiendus niſi in loco.

VII.

Sine Formata nulli liceat peregrinare; ſed & chorepiſcopus faciat Formatam.

VIII.

Metropolitanus curam habeat de omni diœceſi ſua, ſed (&) epiſcopi ſui; ſine illius conſcientia nihil agat.

IX.

Chorepiſcopi, presbyterum, diaconum non ordinent; reliquos vero gradus ordinent.

X.

Epiſcopus, presbyter, vel quicunque clericorum abſque metropolitani conſcientia ad Principem non vadant; quod ſi fecerint excommunicentur.

XI.

Presbyter, diaconus, vel quilibet (ſi) ab epiſcopo ſuo depoſitus fuerit, ad metropolitanum ambulet, non regiam Civitatem; quod ſi fecerit, deponatur.

XII.

Epiſcopus qui in alienam diœceſim ingreſſus fuerit, & ordinationem fecerit, deponatur.

XIII.

Epiſcopus ſi accuſatus fuerit in concilio ab aliquibus epiſcopis damnatus, & ab aliquantis (illi) ignoſcatur, ad alium metropolitanum audiatur.

XIV.

Epiſcopus ab omnibus epiſcopis damnatus non reparari epiſcopus vacans in Diœceſi vacante, nec concilio metropolitani non apprehendat.

XV.

Epiſcopus ordinatus, ſi noluerit eſſe epiſcopus, excommunicetur; coactus conſentiat.

XVI.

Epiſcopus cum ordinatus fuerit ambulet ad diœceſim ſuam.

XVII.

Epiſcopus ſine metropolitani, & reliquorum omnium epiſcoporum in præſentia, vel (per) epiſtolas eorum ordinatus fuerit, deponatur.

XVIII.

Duas vices in anno concilium fiat, & presbyteri, & diaconi ambulent; epiſcopi non faciant concilium ſine metropolitano.

XIX.

Epiſcopus quamvis a populo coactus non vadat in aliam diœceſim.

XX.

Epiſcopus ſi in aliena civitate ordinationem fecerit, irrita ſit, & in concilio arguatur.

XXI.

Epiſcopus ſucceſſorem ſibi non ordinet; quod ſi fecerit, irritum ſit.

XXII.

Epiſcopus poteſtatem habeat de rebus eccleſiæ ordinandi cum conſcientia presbyterorum, & diaconorum. Res epiſcopi non ſurripiantur a clero; & cui voluerit derelinquat.

XXIII.

Epiſcopus, poteſtatem habeat res eccleſiæ diſpenſandi agentibus; ſi vero parentibus, vel filiis dederit in concilio arguatur

NOTÆ SEVERINI BINII.

*Concilium.*) Cum Julius Pontifex an. Chriſti 340. concilium, quod Arianorum legati, per Alexandrinæ ſynodi deputatos convicti, ad cauſam Athanaſii ab exilio revocati latius diſcutiendam, Romæ indici ac celebrari petiverant, indixiſſet, eoſque ad præfinitum terminum citaſſet, jamque Athanaſius ultra annum eorum adventum præſtolatus fuiſſet, ut honeſto prætextu indictum Romæ conventum ſubterfugerent, [1] auctore Conſtantio procurarunt, ut Antiochiæ nobiliſſimi illius templi, quod a Conſtantino magno inceptum, quodque ſub Conſtantio poſtmodum abſolutum, præ ſui excellentia dominicum aureum appellatum fuit, encænia & dedicatio celebraretur. Callidum imperatori inventum placuit. convocantur a Conſtantio per literas epiſcopi, teſte Athanaſio lib. de ſynodis, nonaginta; vel, quod habet Hilarius lib. de ſynodis, nonaginta ſeptem; quamquam Sozomenus lib. 3. cap. 5. nonaginta novem convocatos ac congregatos fuiſſe ſcribat. Ex his triginta ſex Ariani erant: verum, quam occultam in pectore gerebant, hæreſim ac fraudem mirifice admodum tegebant. Ne enim viderentur non catholici, hujus conventus principio Arianum nomen publicis ſcriptis averſati ſunt, atque extrinſecus inſignes ſeſe fidei ac piorum vindices jactitarunt, eo ipſo quod Euſtathium ob adulterium & Sabellii hæreſim condemnatum epiſcopatu depoſuiſſent. Mirum igitur videri non debet, quod cum Arianis catholici convenerint, ſimul in ſacris encæniorum ſolennitatibus communicarint, ſimulque in uno eodemque concilio conſederint. Peracta igitur templi dedicati celebritate, in eodem epiſcoporum conventu cauſa Athanaſii in judicium deducta eſt. Poſt repetitas eas calumnias, quæ in Tyrio conventu propoſitæ ac refutatæ fuerant, accuſatur, quod contra canones ab exilio revocatus, & priſtinæ Alexandrinæ eccleſiæ reſtitutus ſit: nam epiſcopatu amotum non aliter quam per concilium reſtitui oportere ajebant. Hoc modo cum Athanaſius reſtitutus non fuiſſet, Euſebianorum calculo dumtaxat dijudicatum eſt, eum juſte depoſitum a ſede Alexandrina, cui non legitime reſtitutus eſſet, deturbandum, aliumque in ejus locum ſubrogandum eſſe. Huic decreto, quantumvis epiſcopi catholici majoris numeri voto ſuo contradicerent, tamen Conſtantii imperatoris nutu, favore ac voluntate, illud ſartum tectumque habitum eſt, quod Euſebiani numero pauciore conſtituerant. Poſt multa de ſubrogando in locum ejus alio epiſcopo ex ſententia Euſebii Nicomedienſis olim, nunc Conſtantinopolitani, Euſebius Emiſſenus homo nondum ſacris initiatus, quem ſancti Hieronymi chron. Arianæ factionis ſigniferum appellat, *ad ſedem eccleſiæ Alexandrinæ* (hæc Sozom. lib. 3. cap. 5.) *capeſſendam deſignatus eſt: nam putabat illum, tum propter piæ vitæ inſtitutionem, tum propter ſingularem in dicendo facultatem, animos Ægyptiorum a benevolentia, qua Athanaſium complectebantur, facile avocaturum. At ubi epiſcopatum capeſſere recuſavit, ratione ſecum inita, quod paratum in odium apud Alexandrinos incurreret, qui videre*

Arianorum legati de calumnia convicti ad concilium provocant. Occaſione encæniorum epiſcopi Antiochiæ congregati.

Quot epiſcopi & quales Antiocheno concilio interfuerint.

Ariani ſe Arianos eſſe negant.

Acta concilii.

Athanaſius ſede Alexandrina deponitur.

Euſebius Emiſſenus Athanaſio ſubrogatus.

[1] Non ad vitandam Romanam Antiochena Synodus coacta, cum nondum Euſebiani a Julii P. legatis Apoſtolicis ad diem condictum Romam eſſe poterant evocati, ſed ob ſola Antiocheni templi encænia, ut late probat Schelſtratius in opere de Antiocheno Concilio, & ex eo Pagius ad an. Chr. 341. n. 3. & ſeqq.

Gregorius Athanasio suffectus quis & qualis?

*dere non poterant alterum in locum Athanasii subrogatum, ecclesia Alexandrina episcopatus Gregorio tributus est*; homini nimirum Ariano, peregrino Cappadoci, quem Philagrius & Arſacius præfecti magna catholicorum ſtrage anno Chriſti 342. introduxerunt, Sardicenſis concilii patres depoſuerunt: quem denique populus Alexandrinæ eccleſiæ decimo menſe poſt habitum Sardicenſe concilium occiderunt. His rebus contra Athanaſium Nicænæ fidei acerrimum defenſorem ita perfectis, ut Nicænum fidei ſymbolum evertant, nomenque *conſubſtantialis* inde callide, vafre, & quaſi per cuniculos expungant, ſe Arium deteſtari, ac procul ab ejus ſententia abhorrere fidei confeſſione hac, quam infra ex Socrate [1] ſubjungimus, conſcripta profitentur.

### (a) *Formula fidei hæc eſt.*

Prima formula fidei.

Nos neque ſumus Arii ſectatores (qui namque fieri poteſt ut cum ſimus epiſcopi Ario presbytero auſcultemus?) neque aliam fidem, quam quæ ab initio divulgata ſit, recipimus: ſed cum in fidem ejus ſtudioſe inquirere, eamque accurate expendere niteremur, Arium potius ad nos revertentem admiſimus, quam ejus opinioni ſumus ipſi obſecuti: idque ex iis quæ dicentur facile cognoſcetis. Nam nos ab initio didicimus, in unum Deum totius univerſitatis, omnium rerum, quæ tum mente tum ſenſu percipiuntur, opificem & * curatorem credere: & in unum Filium Dei unigenitum, qui fuit ante omnia ſæcula, & una cum Patre, qui eum genuerat, extitit: per quem omnia viſibilia & inviſibilia facta ſunt: qui in noviſſimis diebus ſecundum Patris beneplacitum deſcendit, & carnem de ſancta Virgine aſſumpſit qui omnem Patris ſui voluntatem explevit: qui paſſus eſt, reſurrexit, & ad cœlos aſcendit, & ad dexteram Patris ſedet, & venturus eſt judicare vivos & mortuos, & rex ac Deus in ſæcula permanſurus. Credimus etiam in Spiritum ſanctum: &, ſi quid amplius adjungendum eſt, credimus carnis reſurrectionem, & vitam æternam.

* creatorem.

Socr. Hiſt. eccl. l. 2. c. 7.

Ημεῖς ὔτε ἀκόλυθοι Α᾽ρείυ γεγόναμϑυ. πῶς γὰρ ἐπίσκοποι ὄντες ἀκολυθήσομϑυ πρεσβυτέρῳ, ὔτε ἄλλίω τινὰ πίςιν παρὰ τὶω ἐξ ἀρχῆς ἐκτεθεῖσαν ἐδεξάμεθα. Ἀλλὰ ἡμεῖς ἐξετασαὶ ἢ δοκιμασαὶ τῆς πίςεως αὐτῦ γϑυόμϑυοι, μᾶλλον αὐτὸν προσηκάμεθα ἤπερ ἡμεῖς ἠκολυθήσαμϑυ. ἢ γνώσεσθε ἀπὸ τῶν λεγομϑύων. μεμαθήκαμϑυ γὰρ ἐξ ἀρχῆς, εἰς ἕνα Θεὸν τὸν τῶν ὅλων πιςεύειν τῶν πάντων νοητῶν τε ἢ αἰσθητῶν δημιυργόντε ἢ προνοητίω. ἢ εἰς ἕνα υἱὸν τοῦ Θεῦ μονογϑυῆ, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ὑπάρχοντα, ἢ συνόντα τῷ γεγϑυνηκότι αὐτὸν πατρὶ, δι᾽ ὃ ἢ τὰ πάντα ἐγϑυετο τὰ ὁρατὰ ἢ τὰ ἀόρατα. τὸν ἢ ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατ᾽ εὐδοκίαν τῦ πατρὸς κατελθόντα, ἢ σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένυ ἀνειληφότα· ἢ πᾶσαν τὶω πατρικὶω αὐτῦ βυλίω συνεκπεπληρωκότα, πεπονθέναι ἢ ἐγηγέρθαι, ἢ εἰς ὐρανὺς ἀνεληλυθέναι, ἢ ἐν δεξιᾷ τῦ πατρὸς καθέζεσθαι. ἢ ἐρχόμϑυον κρίναι ζῶντας ἢ νεκρὺς, ἢ διαμϑυοντα βασιλέα ἢ Θεὸν εἰς τὺς αἰῶνας. πιςεύομϑυ δὲ ἢ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα. εἰ δὲ δεῖ προσθεῖναι πιςεύομϑυ ἢ περὶ σαρκὸς ἀναςάσεως, ἢ ζωῆς αἰωνίυ.

Quæ cum de Filii Dei divinitate nimis jejune ſcripta eſſet, adeoque facile in Arianæ impietatis ſuſpicionem venire potuiſſet, aliam quamdam, in qua ſuo ſenſu Filium ſubſtantiæ Patris imaginem profitentur, conſcribi curarunt, quam ex Socratis lib. 2. cap. 7. [2] ſubjicimus.

Secunda fidei formula.

Credimus ſecundum evangelicam & apoſtolicam traditionem, in unum Deum Patrem omnipotentem, rerum univerſarum opificem & fabricatorem. Et in unum dominum Jeſum Chriſtum Filium ejus unigenitum Deum, per quem omnia facta ſunt, genitum ante omnia ſæcula ex Patre, Deum de Deo, totum ex toto, ſolum ex ſolo, perfectum ex perfecto, regem ex rege, dominum ex domino, Verbum vivum, Sapientiam vivam, Lucem veram, veritatis viam, Reſurrectionem, Paſtorem, Oſtium: eumque nec converti, nec mutari poſſe, expreſſam divinitatis, eſſentiæ, virtutis, conſilii, gloriæ Patris imaginem, primogenitum omnis creaturæ: qui fuit initio apud Deum Verbum, ſicut in evangelio dictum eſt: *Et Deus erat Verbum, per quem omnia facta ſunt*: & in quo omnia conſiſtunt. Qui in noviſſimis diebus deſcendit de cœlis, &c.

### [3] *Eadem fidei formula ex verſione Hilarii Epiſcopi Pictavienſis in libro de ſynodis:*

Ex Hard. Concil. tom. 1.

Expoſitio eccleſiaſticæ fidei, quæ expoſita eſt in ſynodo habita per Encænias Antiochenæ eccleſiæ conſummatæ. Expoſuerunt qui adfuerunt epiſcopi nonaginta ſeptem, cum in ſuſpicionem veniſſet unus ex epiſcopis, quod prava ſentiret.

VERSIO HILARII EPISCOPI PICTAV.

Credimus conſequenter evangelicæ & apoſtolicæ traditioni, in unum Deum Patrem omnipotentem, cunctorum quæ ſunt ædificatorem, & factorem, & proviſorem, de quo omnia: & in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Filium ipſius unigenitum, Deum per quem omnia, qui generatus eſt ex Patre [a], Deum de Deo, totum ex toto, unum ex uno, perfectum de perfecto, regem de rege, Dominum de Domino, [b] Verbum, ſapientiam, vitam, lumen verum, [c] viam veram, reſurrectionem, paſtorem, januam, inconvertibilem & immutabilem, divinitatis, eſſentiæque, & virtutis, & [d] gloriæ incommutabilem imaginem, primum editum totius creaturæ; qui [e] ſemper fuit in principio apud Deum, Verbum Deus, juxta quod dictum eſt in Evangelio, *Et Deus erat Verbum*, per quem omnia facta ſunt, & in quo omnia con-

a Gr. add. ante omnia ſæcula.

b Gr. add. Verbum vivum.

c Socrat. ὁδὸν ἀληθείας, viam veritatis.

d Gr. gloriæ patris.

e *Abeſt vox ea ſemper a Græco Athan. & Socrat.*

*Joan.* 1

1 lib. 2. hiſt. Eccleſ. cap. x edit. Henr. Valeſii; & ex Athanaſio in libro de ſynodis. *Harduinus*.

2 Ex Socrate lib. 2. Eccleſ. hiſt. cap. 10. edit. Henr. Valeſ. & ex Athanaſio loco citato. Hæc dicta eſt ab Epiſcopis Antiochenis, confeſſio Luciani Martyris, quam aiebant ſe reperiſſe ipſius manuſcriptam, ſi fides Sozomeno lib. 3. cap. 5. Concilium Antiochenum in Caria an. 367. eam S. Juliani fidem appellat. *Harduinus*.

3 Hanc ſecundam fidei formulam Latine vertit Hilarius in Lib. de ſynodis, ſeu de fide Orientalium: omiſſa vero, quam Binius exhibet, verſione, hanc Hilarii ſubſtituit Harduinus, a quo deſumptam cum notis marginalibus nos quoque hic libenter ſubjicimus. Eam vero orthodoxam eſſe, & non ab Euſebianis tantum, ſed a toto conventu editam diſerte affirmat idem Hilarius, dum ait: *quam expoſuerunt, qui affuerunt, Epiſcopi nonaginta & ſeptem* Vide Schelſtratium, & Pagium locis citatis.

(a) Adducenda hic eſſet verſio alia antiqua quam exhibet Supplementum P. Manſi: ſed cum hæc pariter contineatur in Editione Priſca Canonum quam in Appendice hujus voluminis integram daturi ſumus ex nova & abſolutiſſima editione Ballerinorum in Append. ad Opera S. Leonis Magni; ideo hic omittendam cenſemus.

conſtant: qui in noviſſimis diebus deſcendit de A ſurſum, & natus eſt ex Virgine ſecundum ſcripturas, [a] & agnus factus eſt, mediator Dei & hominum, [b] prædeſtinatus fidei noſtræ, & dux vitæ. Dixit quippe: *Non enim deſcendi de cælo, ut facerem voluntatem meam, ſed voluntatem ejus qui me miſit.* Qui paſſus eſt & reſurrexit pro nobis tertia die, & aſcendit in cælos, & ſedet in dextera Patris; & iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum, qui in paracleſin, & ſanctificationem, & conſummationem credentibus datus eſt: juxta quod & Dominus Jeſus Chriſtus ordinavit [c] diſcipulos, dicens: *Pergite, & docete univerſas gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti*; maB niſeſte utique Patris vere Patris, certumque Filii vere Filii, & Spiritus ſancti vere Spiritus ſancti: hiſque nominibus non ſimpliciter neque otioſe propoſitis, ſed ſignificantibus diligenter propriam uniuſcujuſque nominatorum ſubſtantiam, & ordinem, & gloriam; ut ſint quidem per ſubſtantiam tria, per conſonantiam vero unum. Hanc ergo habentes fidem, & ab initio & uſque in finem habituri in conſpectu Dei & Chriſti, omnem hæreticam & pravam ſectam anathematizamus: & ſi quis præter ſalubrem ſcripturarum & rectam fidem docet, dicens aut tempus, aut ſpatium, aut ſæculum, aut eſſe aut fuiſſe prius quam generatus Filius, anathema ſit. Et ſi quis Filium [d] conditionem C dicit, quemadmodum unum conditionum; aut nativitatem, ſicut ſunt nativitates; aut factionem, ſicut ſunt facturæ: & non ſicut divinæ ſcripturæ tradiderunt ſingula quæque quæ ſuperius dicta ſunt: & ſi quis alius docet, aut evangelizat, præterquam quod accepimus, anathema ſit. Nos enim omnibus, quæ divinis ſcripturis tradita ſunt a Prophetis & ab Apoſtolis, vere & cum timore & credimus & ſequimur.

a Gr. & homo.
b apoſtolus.
Joan. 6.
c al. diſcipulis.
Matth. 28.
d hoc eſt, creaturam.

Πιστεύομεν ἀκολούθως τῇ εὐαγγελικῇ καὶ ἀποστολικῇ παραδόσει, εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, τὸν τῶν ὅλων δημιουργόν τε καὶ ποιητήν. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν D αὐτοῦ τὸν μονογενῆ Θεὸν, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. τὸν γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς, Θεὸν, ἐκ Θεοῦ· ὅλον, ἐξ ὅλου· μόνον, ἐκ μόνου. τέλειον, ἐκ τελείου. βασιλέα, ἐκ βασιλέως· κύριον, ἀπὸ κυρίου. λόγον ζῶντα, σοφίαν, ζωὴν, φῶς ἀληθινὸν, ὁδὸν ἀληθείας, ἀνάστασιν, ποιμένα, θύραν, ἄτρεπτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον. τὴν τῆς θεότητος οὐσίας τε καὶ δυνάμεως, καὶ βουλῆς καὶ δόξης τοῦ πατρὸς ἀπαράλλακτον εἰκόνα. τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως. τὸν ὄντα ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν λόγον θεὸν, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, καὶ ἐν ᾧ τὰ E πάντα συνέστηκε. τὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθόντα ἄνωθεν, καὶ γεννηθέντα ἐκ παρθένου κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ ἄνθρωπον γενόμενον, μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἀπόστολόν τε τῆς πίστεως ἡμῶν, καὶ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, ὥς φησι, καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με· τὸν παA θόντα ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἀναστάντα [1] ὑπὲρ ἡμῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· καὶ ἀνελθόντα εἰς οὐρανοὺς, καὶ καθεσθέντα ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός. καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης καὶ δυνάμεως, κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ εἰς παράκλησιν καὶ ἁγιασμὸν, καὶ τελείωσιν τοῖς πιστεύουσι διδόμενον, καθὼς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς διετάξατο τοῖς μαθηταῖς λέγων. πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. δῆλον ὅτι πατρὸς ἀληθινῶς πατρὸς ὄντος, καὶ υἱοῦ ἀληθινῶς υἱοῦ ὄντος, καὶ πνεύματος ἁγίου ἀληθῶς ὄντος B πνεύματος ἁγίου, καὶ ὀνομάτων οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ἀργῶν κειμένων, ἀλλὰ σημαινόντων ἀκριβῶς τὴν ἰδίαν ἑκάστου τῶν ὀνομαζομένων ὑπόστασίν τε, καὶ τάξιν, καὶ δόξαν· ὡς εἶναι τῇ μὲν ὑποστάσει τρία. τῇ δὲ συμφωνίᾳ, ἕν. ταύτην οὖν ἔχοντες τὴν πίστιν [2] ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ, πᾶσαν αἱρετικὴν ἀναθεματίζομεν κακοδοξίαν. καὶ εἴ τις παρὰ τὴν ὑγιῆ τῶν γραφῶν ὀρθὴν πίστιν διδάσκει λέγων, ἢ χρόνον, ἢ αἰῶνα εἶναι, ἢ γεγονέναι πρὸ τοῦ γεννηθῆναι τὸν υἱὸν, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις λέγει τὸν υἱὸν κτίσμα ὡς ἓν τῶν κτισμάτων, ἢ γέννημα ὡς ἓν τῶν γεννημάτων, καὶ μὴ ὡς αἱ θεῖαι γραφαὶ παραC δεδώκασι τῶν προειρημένων ἕκαστα· ἢ εἴ τις ἄλλο διδάσκει ἢ εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβομεν, ἀνάθεμα ἔστω. ἡμεῖς γὰρ πᾶσι τοῖς ἐκ τῶν θείων γραφῶν παραδεδομένοις, ὑπό τε τῶν προφητῶν καὶ ἀποστόλων, ἀληθινῶς τε καὶ [3] ἐμφόβως, καὶ πιστεύομεν, καὶ ἀκολουθοῦμεν.

Sed nec tunc quidem ejuſmodi ſecundæ ab eis editæ fidei formulæ ſteterunt. *Theophronius enim Tyanenſis epiſcopus* (inquit Athanaſius de ſynodis) *etiam iſtiuſmodi fidem a ſe compoſitam in præſentia omnium promulgavit; cui omnes, hominis religione approbata, ſubſcripſerunt.*

*Ipſa fidei forma hæc eſt;*

Novit Deus, quem teſtem in animam meam invoco, me ſic credere, in unum Deum Patrem omnipotentem, univerſitatis conditorem & auctorem, ex quo omnia: & in Filium ejus unigenitum, Deum, Verbum, Virtutem & Sapientiam, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem omnia; ex Patre natum ante ſæcula, Deum perfectum ex Deo perfecto, qui apud Patrem exiſtit in hypoſtaſi, qui in noviſſimis diebus deſcendit, & natus eſt ex Virgine ſecundum ſcripturas, homo factus eſt, paſſus eſt, & reſurrexit a mortuis, & in cælos aſcendit, & ſedet ad dexteram Patris ſui, & iterum venturus eſt cum gloria & poteſtate ad judicandum vivos & mortuos, & manet in ſæcula. Et in Spiritum ſanctum conſolatorem, Spiritum veritatis; quem & per prophetam promiſit Deus ſe effuſurum ſuper ſervos ſuos, & quem Dominus diſcipulis ſuis pollicitus eſt; quem & miſit, ut Acta apoſtolorum teſtantur. Si quis igitur præter hanc fidem docet, aut diverſa in animo retinet, anathema eſto. Et qui

Tertia fidei formula.
Act. 2.

1 Iſtud ὑπὲρ ἡμῶν non habet Athanaſius hoc loco. *Hard.* 2 καὶ ἐξ ἀρχῆς καὶ μέχρι τέλους ἔχοντες ex Athanaſio lib. de ſynod. ex Hilario. *Hard.* 3 ἐμφόβως Athan. & Hilarius. *Hard.*

qui cum Marcello Ancyrano, aut Sabellio, aut Paulo Samoſateno ſentit, & ille quoque anathema eſto, & quicumque cum eo communicant.

Οἶδεν ὁ Θεὸς ἡμῖν μάρτυρα καλῶ ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν, ὅτι οὕτω πιστεύω· εἰς Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, τὸν τῶν ὅλων κτίστην καὶ ποιητὴν, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἰς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ Θεὸν λόγον, δύναμιν καὶ σοφίαν, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, δι' οὗ τὰ πάντα, τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς πρὸ τῶν αἰώνων, Θεὸν τέλειον ἐκ Θεοῦ τελείου, καὶ ὄντα πρὸς τὸν Θεὸν ἐν ὑποστάσει, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν κατελθόντα, B καὶ γεννηθέντα ἐκ τῆς παρθένου κατὰ τὰς γραφὰς, ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, καὶ ἀναστάντα ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεσθέντα ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης, καὶ δυνάμεως, κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς καὶ μένοντα εἰς τοὺς αἰῶνας. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸν παράκλητον, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ καὶ διὰ τοῦ προφήτου ἐπηγγείλατο ὁ Θεὸς ἐκχέειν ἐπὶ τοὺς ἑαυτοῦ δούλους, καὶ ὁ κύριος ἐπηγγείλατο πέμψαι τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ὃ καὶ ἔπεμψεν, ὡς αἱ πράξεις τῶν ἀποστόλων μαρτυροῦσιν. εἰ δέ τις παρὰ ταύτην τὴν πίστιν διδάσκει, ἢ ἔχει ἐν ἑαυτῷ, ἀνάθεμα ἔστω· C καὶ Μαρκέλλου τοῦ Ἀγκύρας, ἢ Σαβελλίου, ἢ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, ἀνάθεμα ἔστω καὶ αὐτὸς, καὶ πάντες οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ.

Tribus præcedentibus heretici ſemper inſtabiles ſua ipſi temporum inſtantia & mobilitate damnati, ea calliditate & vaſritie quartam formulam fidei addiderunt, ut pro temporis atque loci ratione, quæ ſibi opportuna videretur, ex illis unam ederent.

### *Quarta formula fidei hæc eſt.*

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, D conditorem & factorem rerum, ex quo omnis paternitas & in cœlis & in terris nominatur. Et in unigenitum ejus Filium dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ante omnia ſæcula ex Patre genitum, Deum ex Deo, lumen de lumine, per quem omnia facta ſunt in cœlis & in terris, ſive ea viſibilia ſint, ſive inviſibilia: eumdemque Verbum eſſe, Sapientiam, Virtutem, Vitam & veram Lucem: qui propter nos poſtremis temporibus homo factus eſt, & genitus ex ſancta Virgine: eumdemque credimus crucifixum, mortuum, ſepultumque, tertio die ex mortuis reſurrexiſſe, aſſumptumque in cœlum, reſidere ad dexteram Patris, & venturum eſſe in conſummatione, E ut judicet vivos & mortuos, reddatque ſingulis ſecundum opera ſua. Cujus regnum perpetuum permanet per infinita ſæcula: ſedet enim ad dexteram Patris non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. Credimuſque in Spiritum ſanctum, hoc eſt Paracletum, quem pollicitus apoſtolis, poſt reditum ſuum in cœlos, miſit, ut eos erudiret, omniaque illis in memoriam ſubjiceret:

A per quem animæ ſanctificantur, quæ in illum ſinceriter credunt. Eos porro qui dicunt Filium ex non ente, aut alia ſubſiſtentia, & non ex Deo eſſe, aut, Erat quando non erat Filius, alienos a ſe cenſet catholica eccleſia, &c. *omiſſa a Binio.*

[1] Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, τὸν κτίστην καὶ ποιητὴν τῶν πάντων. ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς, καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. καὶ εἰς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς δι' οὗ ἐγένετο τὰ πάντα, B τὰ ἐν οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τά τε ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, λόγον ὄντα καὶ σοφίαν, καὶ δύναμιν, καὶ ζωὴν καὶ φῶς ἀληθινόν. τὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντα, καὶ γεννηθέντα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, τὸν σταυρωθέντα, καὶ ἀποθανόντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ καὶ ἀναληφθέντα εἰς οὐρανὸν, καὶ καθεσθέντα ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· οὗ ἡ βασιλεία ἀκατάπαυστος οὖσα διαμένει εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας. ἔσται γὰρ καθεζόμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, C ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τουτέστι τὸν παράκλητον· ὅπερ ἐπαγγειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς αὐτοῦ ἄνοδον ἀπέστειλε διδάξαι, καὶ ὑπομνῆσαι αὐτοὺς πάντα. δι' οὗ καὶ ἁγιασθήσονται αἱ τῶν εἰλικρινῶς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων ψυχαί. [2] τοὺς δὲ λέγοντας ἐξ οὐκ ὄντων τὸν υἱὸν, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, καὶ μὴ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ποτὲ ἦν χρόνος ἢ αἰὼν ὅτε οὐκ ἦν, ἀλλοτρίους οἶδεν ἡ ἁγία καθολικὴ ἐκκλησία. Πάλιν οὖν ἐροῦμεν, εἴ τις τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν δύο λέγει Θεοὺς, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις λέγων Θεὸν τὸν Χριστὸν προαιώνιον, υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὑπουργηκότα τῷ πατρὶ εἰς τὴν τῶν ὅλων δημιουργίαν D μὴ ὁμολογεῖ, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸν ἀγέννητον, ἢ μέρος αὐτοῦ ἐκ Μαρίας λέγειν γεγεννῆσθαι τολμᾷ, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις κατὰ πρόγνωσιν τὸν ἐκ Μαρίας λέγοι υἱὸν εἶναι καὶ μὴ πρὸ αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννημένον πρὸς τὸν Θεὸν εἶναι, καὶ δι' αὐτοῦ γεγενῆσθαι τὰ πάντα, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ πλατύνεσθαι, ἢ συστέλλεσθαι φάσκοι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις πλατυνομένην τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ τὸν υἱὸν λέγοι ποιεῖν, ἢ τὸν πλατυσμὸν τῆς οὐσίας αὐτοῦ υἱὸν ὀνομάζει, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις E ἐνδιάθετον ἢ προφορικὸν λόγον λέγοι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις ἄνθρωπον μόνον λέγοι τὸν υἱὸν τὸν ἐκ Μαρίας λέγων, Θεὸν τὸν ἀγέννητον, ἀγέννητον αὐτὸν νοεῖ, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸ, ἐγὼ Θεὸς πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, καὶ πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστι Θεὸς, τὸ ἐπ' ἀναιρέσει εἰδώλων, καὶ τῶν μὴ ὄντων Θεῶν εἰρημένον ἐπ' ἀναιρέσει τοῦ μονογενοῦς πρὸ τῶν αἰώνων Θεοῦ Ἰουδαι-

1. Ex Socrate lib. 2. hiſt. Eccleſ. cap. 18. edit. Henr. Valeſ. & ex Athanaſio libro citato. Hanc paucis menſibus inter ceſtis poſt Concilium Antiochenum fuiſſe editam produnt idem. *Harduinus.* 2. Eadem eſt hæc fidei formula, quam cum his anathematiſmis edidit Concilium Sirmienſe habitum an. 351. de quo infra.

Ἰουδαϊκῶς ἐκλαμβάνοι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸ, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο ἀκούων, τὸν λόγον εἰς σάρκα μεταβεβλῆσθαι νομίζοι, ἢ τροπὴν ὑπομεμενηκότα ἀνειληφέναι τὴν σάρκα, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐσταυρωμένον ἀκούων, φθορὰν, ἢ πάθος, ἢ τροπὴν, ἢ μείωσιν, ἢ ἀναίρεσιν ὑπομεμενηκέναι λέγοι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον, μὴ τὸν πατέρα πρὸς τὸν υἱὸν λέγειν, ἀλλὰ αὐτὸν πρὸς ἑαυτὸν τὸν Θεὸν εἰρηκέναι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τῷ Ἰακὼβ μὴ τὸν υἱὸν ὡς ἄνθρωπον πεπαλαικέναι, ἀλλὰ τὸν ἀγέννητον Θεὸν, ἢ μέρος αὐτοῦ λέγοι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸ, ἔβρεξε κύριος παρὰ κυρίου, μὴ ἐπὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκλαμβάνοι, ἀλλ' αὐτὸν παρ' ἑαυτοῦ λέγοι βεβρεχέναι, ἀνάθεμα ἔστω. ἔβρεξε γὰρ κύριος ὁ υἱὸς παρὰ κυρίου τοῦ πατρός. εἴ τις ἀκούων κύριον τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν κύριον, καὶ τὸν κύριον τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν κύριον, καὶ τὸν κύριον τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν εἴποι, καὶ κύριος ἐκ κυρίου λέγων δύο λέγοι Θεοὺς, ἀνάθεμα ἔστω. οὐ γὰρ συντάσσομεν τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, ἀλλ' ὑποτεταγμένον τῷ πατρί. οὔτε γὰρ κατῆλθεν εἰς σῶμα ἄνευ βουλῆς τοῦ πατρός. οὐδὲ ἔβρεξεν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ παρὰ κυρίου αὐθεντοῦντος, δηλαδὴ τοῦ πατρὸς, οὔτε κάθηται ἐκ δεξιῶν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἀκούει τοῦ πατρὸς λέγοντος, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἓν πρόσωπον λέγοι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον παράκλητον λέγων, τὸν ἀγέννητον λέγοι Θεὸν, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις ὡς ἐδίδαξεν ἡμᾶς μὴ ἄλλον λέγειν τὸν παράκλητον, παρὰ τὸν υἱὸν, εἴρηκε γὰρ, ἄλλον παράκλητον πέμψει ὑμῖν ὁ πατὴρ, ὃν ἐγὼ ἐρωτήσω, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸ πνεῦμα μέρος λέγοι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα τρεῖς λέγοι Θεοὺς, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις βουλήσει τοῦ Θεοῦ, ὡς ἓν τῶν κτισμάτων γεγενῆσθαι λέγοι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ θελήσαντος τοῦ πατρὸς γεγεννῆσθαι τὸν υἱὸν λέγοι, ἀνάθεμα ἔστω. οὐ γὰρ μὴ βουλομένου τοῦ πατρὸς, βιασθεὶς ὁ πατὴρ ὑπὸ ἀνάγκης φυσικῆς, οὐδ' ὡς οὐκ ἤθελεν ἐγέννησε τὸν υἱὸν, ἀλλ' ἅμα τε ἐβουλήθη καὶ ἀχρόνως καὶ ἀπαθῶς ἐξ αὐτοῦ αὐτὸν γεννήσας ἀπέδειξεν, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις ἀγέννητον καὶ ἄναρχον λέγοι τὸν υἱὸν, ὡς δύο ἄναρχα, καὶ δύο ἀγέννητα λέγων, καὶ δύο ποιῶν Θεοὺς, ἀνάθεμα ἔστω. κεφαλὴ γάρ ἐστι καὶ ἀρχὴ πάντων ὁ υἱός. κεφαλὴ δέ ἐστι τοῦ Χριστοῦ, ὁ Θεός. οὕτω γὰρ εἰς μίαν ἄναρχον τῶν ὅλων ἀρχὴν δι' υἱοῦ εὐσεβῶς τὰ πάντα ἀνάγομεν, καὶ πάλιν ἐνδιακριβοῦντος τοῦ χριστιανισμοῦ τὴν ἔννοιαν λέγομεν, ὅτι εἴ τις Χριστὸν Ἰησοῦν υἱὸν τοῦ Θεοῦ πρὸ αἰώνων ὄντα ὑπουργηκότα τῷ πατρὶ, εἰς τὴν τῶν ὅλων δημιουργίαν μὴ λέγοι, ἀλλ' ἐξ οὗ ἐγεννήθη ἐκ Μαρίας, ἐκ τότε καὶ υἱὸν καὶ Χριστὸν κεκλῆσθαι, καὶ ἀρχὴν εἰληφέναι τοῦ Θεὸς εἶναι, ἀνάθεμα ὡς ὁ Σαμοσατεύς.

*Cur ad Conſtantem imperatorem Ariani legatos mittant*

Cum igitur ad capturam imperatoris Conſtantis, aliorumque fidelium, hanc fallacem ſagenam compoſuiſſent, legationem quamdam ad prædictum imperatorem decreverunt, & ad eam perficiendam Narciſſum Neroniadis in Cilicia, Marim Chalcedonenſis eccleſiæ, Theodorum Heracleæ, & Marcum Arethuſium, epiſcopos impietate præſtantiſſimos, ut videre eſt apud Athanaſium de ſynodo Ariminenſi, deſignarunt; eo conſilio, ut quemadmodum Conſtantium orientalis imperii caſſibus hæreſeos ſuæ incluſiſſent, ſic etiam Conſtantem, qui occidentali imperio præerat, iiſdem artibus captivarent, adeoque univerſum Chriſtianum orbem Ariana hæreſis captivum detineret. Ipſos vero legatos ad Conſtantem miſſos, illam fidei formulam obtuliſſe, quæ ad decipiendum imperatorem opportunior eſſe videbatur, ſcribit Sozom. l. 3. c. 14. Reliqua, quæ hac in ſynodo geſta fuerunt, attingemus in notis canonum infra ſequentium.

*Antiochiæ urbis deſcriptio*

*b Antiochent.* ) Sic dictum, quod celebratum fuerit Antiochiæ in Syria. De qua hæc Abrahamus Ortelius: *Antiochia Ptolemæo Syriæ metropolis, ſuper Oronte fluvio. Epidaphne a Plinio cognominatur. Magna epitheto eam ornat Philoſtratus 1. vita Apollonii. Reblatha, vel Rebla Hebræis, inſcribit Hieronymus in Ezechielem. Juſtiniani imperatoris tempore Theopolis ab eodem dicta fuit, ut ſcribunt Procopius, Cedrenus, Nicephorus, Calliſtus, & Euſtathius, qui addit, illam quoque olim Cherſoneſum propter ambitum aquarum dictam*, &c. *De eadem hæc Plinius lib. 6. cap. 16. Hac diruta a barbaris, Antiochus Seleuci filius eodem loco reſtituit Syrianam, interfluente Margo, qui corrivatur in Zotale: is maluerat illam Antiochiam nominari. Sed monendus eſt lector, quoſdam codices hoc loco pro Syrianam, Seleuciam legere, idque fortaſſe ſincerius; cum idem Plinius addat, hanc eſſe, in quam Orodes Romanos Craſſiana clade captos deduxerat. Circa Seleuciam enim Craſſum periiſſe, ex Parthicis bellis ab Appiano deſcriptis liquet.* Scribit Nicephorus lib. 1. cap. 17. Tiberium Cæſarem a bello Perſico revertentem Antiochiam muro firmo & inexpugnabili cinxiſſe, porticus extruxiſſe, columnis æreis, ſtatuis, aliiſque ædificiis variis exornaſſe. Strabo libro 16. aſſerit, hanc fuiſſe unam ex quatuor inſignibus civitatibus quæ in Syria fuerunt, ideoque etiam Tetrapolim nominatam fuiſſe. Non infima laus Antiochenæ urbis iſta eſt, quod a ſancto Petro in fide edocta, ſedes patriarchalis eſſe meruit, ejuſque præſules tertium locum dignitatis & juriſdictionis eccleſiaſticæ adepti fuerint, ut ſupra aliquoties diximus.

*Antiochena cathedra patriarchalis.*

*Quo tempore hæc ſynodus celebrata fuerit.*

*c Sub Julio papa.* ) Athanaſius libro de ſynodis, de tempore concilii Antiocheni in encæniis celebrati, hæc ſcribit: *Fuere autem numero, qui Antiochiam tempore encæniorum convenerunt, nonaginta, conſulibus Marcellino & Probino, indictione decimaquarta, præſente ibidem impiiſſimo Conſtantio imperatore.* Idem Socrates lib. 2. cap. 5. teſtatur his verbis: *Cogitur concilium Antiochiæ præſente imperatore Conſtantio, Marcellino & Probino conſulibus. Quintus jam agebatur annus a morte Conſtantini iſtorum Cæſarum Auguſtorum patris.* Cum igitur, ut ex faſtis conſtat, cum indictione 14. & conſulatu Marcellini & Probini, annus Chriſti 341. Julii pontificis Romani quintus, Conſtantii & Conſtantis annus imperii quintus coincidant, rectiſſime hanc ſynodum prædicto tempore celebratam fuiſſe cum Baronio ſuſtinemus.

*De numero epiſcoporum.*

*d Ariani.* Supra dixi ab imperatore Conſtantio 90. vel ut habent alii, 96. aut 99. epiſcopos convocatos fuiſſe, 1 qui prætextu encæniorum congregati cauſam Athanaſii Antiochiæ dijudicarent, eoque judicio habito, ſynodum ob prædictam cauſam Romæ a Julio indictam ſubterfugerent. Ex his epiſcopis triginta ſex Arianos fuiſſe Julius pontifex in epiſtola ſua ad Arianos ſcripta teſtatur his verbis: *Qui igitur ſunt qui contra canones agunt; Noſne, qui cum tantis rerum documentis virum recipimus, an qui ſolum ad triginta ſex ſuffragia eorum, qui Antiochiæ fuere, externum hominem epiſcopum ſalutaverunt, eumque militari manu Alexandriam deduxerunt*; Quibus verbis pontifex aperte indicat, Euſebianos triginta ſex, impia illa ſceleſta atque indecora decreta, vel clanculum & ſeorſum a catholicis (quod in Tyrio conventu etiam accidiſſe ſupra diximus) decreviſſe, vel ſaltem, favore præſentis imperatoris obſtante, catholicorum epiſcoporum votis ac ſuffragiis ſuis contradicentium nullam rationem habitam fuiſſe. Num ut ille Jacobus Niſibitæ epiſcopus, qui cum

*Qua ratione Ariani epiſcopi numero pauciores, hæc conſtituerint.*



1. De numero Epiſcoporum hujus Concilii, præcipue Euſebianorum, conſulendus Schelſtratius loco cit. & Pagius ad an. 341. n. 8. & ſeqq.

alius catholicis interfuiſſe legitur, Athanaſium innocentem ſuo ſuffragio condemnaris, aut formulas fidei propter omiſſum *conſubſtantialis* nomen jure meritoque ſuſpectas approbaris, credi non poteſt. Alterutro igitur prædictorum duorum modo factum eſſe oportuit, quod epiſcopi numero pauciore conſtituiſſe leguntur.

e *Athanaſium videret*.) Vide quæ ſupra diximus in principio, verbo *concilium*.

Athanaſio bis dejecto primum Gregorius, poſtea Georgius quidam ſubſtitutus fuit.

f *Gregorium Cappadocem*.) Athanaſio poſt exilium ſede ſua primum deturbato, quemdam nomine Gregorium Cappadocem, iterumque poſt Sardicenſe concilium reſtituto, ac ſecunda vice dejecto ſubſtitutum fuiſſe quemdam nomine Georgium ex Epiphania Ciliciæ civitate oriundum, una cum Rufino lib. 1. cap. 9 Socrate lib. 3. cap. 16. Sozomeno lib. 3. cap. 5 teſtatur ipſe Athanaſius epiſt. ad ſolitariam vitam agentes, his verbis: *Primum quidem Gregorium, nunc deinde Georgium devoratorem in epiſcopatum mittunt*. Hæc ideo notari oportuit, quia interdum vitio librariorum contigit apud prædictos auctores Georgium pro Gregorio notari. Baronius anno 341 numero 12. 13. & 14.

Canones Antiocheni quantæ auctoritatis.

g *Regula*) Canones viginti quinque hujus concilii ad probandum aliquid allegari, propterea quod ab Euſebianis inſtituti eſſent [1], ab antiquioribus rejecti fuerunt, ut infra patebit Can. 12. Horum nonnulli antiqua fidei dogmata, fideique Nicænæ decreta confirmant nonnulli vero, tanquam orthodoxæ fidei & bonis moribus ab eccleſia receptis contrarii, exploduntur.

Can. 12. cur hæreticus exploditur, & cur.

Cum apoſtolica & antiqua lege ac conſuetudine hactenus obſervatum eſſet, ut epiſcopi quavis injuria affecti, ad apoſtolicæ ſedis judicium appellarent, non citra fraudem hic conſtitutum eſt, ne epiſcopus a concilio depoſitus ad ſedem priſtinam, aliter quam a majoris numeri epiſcoporum concilio ac ſententia abſolutus, redire præſumeret. Athanaſius Euſebianorum ſynodali ſententia condemnatus fuerat: ut docerent eum juſte ac legitime reſtitutum fuiſſe, qui Romani pontificis ſententia abſolutus, & imperatoris decreto revocatus fuerat, talem ſcilicet canonem excudiſſe oportuit ut

Cur Ariani ſimulant ſe catholicos eſſe.

hæreſeos Arianæ & Nicænæ fidei contemptæ ſuſpicionem, quam juſte incurrerant, aliquo modo declinarent ipſo ingreſſu, canonem illum poſuerunt, quo Nicæni concilii canonis de paſchatis tempore inſtituti ſe vindices exhibuerunt. Ad nomina ſubſcriptorum epiſcoporum, etiam addiderunt inſignem illum Jacobum Niſibitam epiſcopum, de quo, præter ea quæ in notis ad concilium Nicænum diximus, & infra plura ſcribemus. Contra vero eorum, qui Arianæ factionis anteſignani erant, Euſebii Nicomedienſis olim, jam Conſtantinopolitani, Acacii epiſcopi Cæſarienſis, Maris Chalcedonenſis, Patrophili Scythopolitani, Theognis Nicæni, aliorumque famoſiſſimorum Arianorum nomina omiſerunt, aut ſaltem doloſe ſuppreſſerunt, eamque quæ hic extat epiſtolam verborum lenocinio fictam ſuo conciliabulo præfixerunt.

Canones Antiocheni ſynodi quomodo recepti.

Unde accidit ut canonum collectores, hos canones velut ab orthodoxis editos, collegerint, eccleſiæ legendos ediderint, atque duos ex iis patres concilii Chalcedonenſis abſque titulo Antiocheni concilii citaverint, non aliter ſane, quam ut ea, quæ ſecundum eccleſiaſticam diſciplinam antiquitus traditam, ab eis in ſynodo depoſita eſſe videbantur, ab ipſis tanquam ab injuſtis poſſeſſoribus vindicarent.

Gratianus corrigitur.

Quod Gratianus Can. 11. diſt. 16. hanc ſynodum inter concilia a catholicis habita recenſeat, gravi errore lapſus fuit; poterat enim intellexiſſe non a catholicis, ſed ab Euſebianis & Arianis hoc concilium collectum fuiſſe, cui Euſebium Arianæ factionis in Palæſtina epiſcopum velut præſidem interfuiſſe ſcribit. Vide Baronium anno 341. num. 29. 32. 34. & 37.

Jacobus Niſibita.

h *Jacobus Niſibenus epiſcopus*.) Conſtantinus Magnus, admirabili ſanctitate hujus epiſcopi in Niceno concilio cognita, Conſtantio filio hoc in mandatis dedit, ut hunc epiſcopum non tantum viventem coleret & obſervaret, ſed ejus quoque cadaver honore proſequeretur, ac proinde non abhorreret a fide quam ſciebat ab eodem ſancto epiſcopo prædicari. Quod ſi non ſatis fuit, ut ſe Conſtantius in fide catholica contineret, debuiſſet utique proterea faviſſe catholicis, quod precibus Jacobi Niſibitæ a Perſarum vi & tyrannide non ſemel miraculoſe liberatus fuerit.

Miraculo Niſibis urbs defenditur.

Thodoretus libro 2. capite 30. ſcribit, quod cum Sapor rex Perſarum Niſibim urbem obſediſſet, muros magna ex parte dejeciſſet, jamque ad expugnandam urbem aditum præparaſſet, divinus ille vir Jacobus ſua precationis virtute, non ſolum militum aliorumque incolarum animos confirmaverit, verum etiam murum denuo extruxerit, & machinis oppoſitis hoſtes irruentes repulerit. *Eodem tempore*, ait Theodoretus, *Ephraim vir ſane admirabilis erat Jacobum, ut conſcendat mœnia, barbaros conſpiciat, & execrationis tela in eos conjiciat. Cujus poſtulationi obſecutus ſanctus vir, in quamdam turrim aſcendit, ac cum videret ingentem eorum multitudinem, non aliud eſt illis imprecatus, quam ut cyniphes ac culices in eos immitterentur, ut minutarum beſtiarum morſu ejus potentiam, qui ipſis Romanis auxilium tulerat, agnoſcerent.*

Culicibus vincuntur hoſtes

Can. 2.

i *Omnes qui audent*.) Hic canon ſtatutus eſſe videtur ab Euſebianis, partim, ut maculam illam de Nicæna ſynodo contempta ſibi inuſtam hoc dolo prorſus eluerent, partim etiam, quia hoc tempore Audæus hæreſiarcha docebat, corporeum & humana forma præditum Deum eſſe, qui hominem ad imaginem ſuam condidiſſet. Item non amplius more orthodoxorum ſed ex conſuetudine Judæorum paſcha celebrandum eſſe decima quarta luna, quantumvis patres Nicæni concilii contrarium ſtatuiſſent. Ex Epiphanio hæreſi 70. Baronius anno 341. numero 38. & ſeq.

Audiana hæreſis quæ?

Can. 3 Qui ſacram communionem ſuperſtitioſe averſantur excommunicantur

k *Orationi autem cum populo non communicant*) Illi qui certa de cauſa, nimirum ob aliquam ſuperſtitionem aut pravam opinionem ſcripturas quidem audiebant; ſacram autem communionem averſabantur, excommunicantur, & merito Vide notas canonis apoſtolorum 10. Probabile eſt id contra Audianos conſtitutum fuiſſe, de quibus hæc Epiphan. hær. 70. *Ceterum, quod graviſſimum ac horrendiſſimum eſt, non faciunt preces cum aliquo, etiamſi probatus videatur, & nihil habeat quod accuſari mereatur*, &c. Theodoretus libro 4 hæret. fabul. *Prætexunt*, inquit, *ſe fugere eccleſiæ communionem, propter fœneratores, & eos qui cum mulieribus cohabitant, donec confitentes fructum pœnitentiæ demonſtrent.*

Sine propoſito ſatisfaciendi non remittuntur peccata confeſſa.

Cum Audiani (qui, quod Deum corporeum hominique ſimilem eſſe docerent, poſtea Anthropomorphitæ nuncupati fuere) peccatoribus peccata remitterent, nulla ſatisfactione ſacramentali impoſita, ut prædicto loco atteſtatur Theodoretus Euſebiani hoc canone decreverunt id quod docet eccleſia catholica, nimirum quod per ſimplicem confeſſionem peccata non dimittantur, ſi digna ſatisfactio præſcripta non impleatur. Baronius n 44.

Can. 3

l *Si quis presbyter aut diaconus*, &c.) Idem conſtituitur canone 20. concilii Chalcedonenſis, & canone 71 concilii Aquiſgranenſis. concilii Nicæni canone 16. jam ante idem decretum fuerat

Can. 4.

m *Si quis epiſcopus damnatus*.) Idem conſtitutum eſt in concilio Aquiſgranenſi Can. 47. & epiſtola 5. Nicolai papæ.

Can. 5.

n *Si quis presbyter aut diaconus*.) Ad verbum recitatur actione 4. concilii Chalcedonenſis, eſtque apoſtolicæ doctrinæ conveniens. ab exordio enim naſcentis eccleſiæ obſervatum fuit, ut omnes fideles ad unum altare accederent, unumque panem participarent

Canon hic cur ab Euſebianis inſtitutus?

Ab Euſebianis hunc canonem ideo conſtitutum fuiſſe putamus, quod cum Euſtathium Antiochenum epiſcopum quaſi adulterum & Sabellianiſmi ſectatorem amoviſſent, & Euphronium quemdam Ario faventem ſubſtituiſſent, catholici, quos illi ignominiæ cauſa Euſtathianos nominabant, Ariani antiſtitis communionem ut rem execrabilem deteſtati, ſeorſum ab eo conventus egerint, nulloque modo adigi potuerint, ut cum Arianis & Euſebianis communicarent.

Catholici cum hæreticis communicare no ſunt

Quod idem accidit Alexandriæ, cum illuc Gregorius in locum Athanaſii intruſus fuiſſet: fideles enim illius eccleſiæ tanta conſtantia Ariani & intruſi illegitimi præſulis communionem ſubterfugerunt, ut nulla vi militum, nulliſque tormentis ad ejus communionem compelli potuerint. Canonem igitur hunc, apoſtolico jure ad ſchiſmaticos & ſeditioſos coercendos utiliter conſtitutum, Euſebiani ad vexandos catholicos ſynodali hac conſtitutione renovarunt, & in pravum uſum converterunt. Unde quod hoc canone ſecundum eccleſiaſticam antiquitus traditam diſciplinam ab iis hoc loco diſpoſitum fuit, a patribus Chalcedonenſis concilii (cujus 4. actione, ſuppreſſo Antiocheni concilii nomine, integre recitatur) non plane abjectum, ſed ab Arianis tanquam ab injuſtis poſſeſſoribus vindicatum fuit. Vide Baron. anno 341. n. 35. & 36.

Can. 7. 8.

o *Sine pacificis*) De literis pacificis, quæ alias formatæ, canonicæ & commendatitiæ appellantur, vide notas in vitam Sixti primi ſupra.

Can. 9

p *Epiſcopos qui ſunt*.) Hæc quæ de metropolitano decernuntur etiam ad ſuffraganeos extenduntur in notis ad Can. 2. 11. quæſt. 3. Vide ibidem cum Græco contextu novam quamdam editionem hujus canonis a tribus hiſce diverſam.

Can. 12. Qua occaſione Can. 12. conſtitutus.

q *Si quis proprio epiſcopo*.) Hunc canonem adverſus Athanaſium conſtitutum fuiſſe hinc conſtat, quod quem illi concilio Tyrio condemnaverant, & ſede Alexandrina per ſententiam depoſuerant, ac demum auxilio imperatoris Conſtantini magni relegarant, ſolus imperator Conſtantinus junior, citra alterius concilii majoris numeri epiſcoporum ſententiam ad decretum ab exilio revocaſſet,

1 Omnes hos 25. Canones Orthodoxos eſſe, neque Athanaſium vi XII. Canonis, ſed alterius ab Euſebio Nicomedienſi deinde in Conciliabulo Antiocheno confecti probant idem Schelſtratius loco cit. & Pagius ibid. num. 24. & ſeqq.

Can. 12. ab orthodoxis velut ſpurius & illegitimus rejicitur.

caſſet, & priſtinæ ſedi Alexandrinæ reſtituiſſet. Hic eſt A ille Canon, quem adverſarii ſancto Chryſoſtomo objecerunt, quemque ille ab Arianis ſancitum, meritoque per Sardicenſe concilium plane ſublatum eſſe reſpondit. Concilio adverſariorum deponebatur Chryſoſtomus: alia quadam ſynodo catholicorum indicta abſolvebatur. Quam abſolutionem dum adverſarii nullius momenti eſſe inſtarent, utpote quæ contra Antiocheni concilii canonem 12. decreta fuiſſet, defenſores Chryſoſtomi libera voce dixerunt id quod ſupra dixi, nimirum objectum canonem ab Arianis ſancitum & per Sardicenſe concilium, quo cuivis epiſcopo a quovis concilio depoſito libera facultas Romanum pontificem adeundi & interpellandi poteſtas conceditur, plane abrogatum eſſe. Rem geſtam Socrates libro 6. capite 16. enarrat his verbis: *Epiſcopi qui tunc aderant non de alio crimine queri, ſed hoc ſolum in judicium adduci oportere dixerunt, nimirum quod poſt abdicationem, abſque concilii ſententia, ipſe ſeſe in ſede epiſcopali collocaverat. Ubi Joannes reſpondit, quinquaginta epiſcopos, qui cum ipſo communicaverant, ei in illa ſuffragatos fuiſſe. Leontius contra: At plures inquit, tibi in concilio refragati ſunt.* B *Rurſus cum Joannes diceret, non ad illorum eccleſiam, ſed ad eccleſiam Arianorum pertinere, (nam qui Antiochiæ ad fidem conſubſtantialis tollendam convenerant, præ odio adverſus Athanaſium concepto hunc canonem ediderant) rejecto illius reſponſo, contra eum ſententiam pronunciarunt, illud nentiquam animis complexi, quod qui hoc canone uſi fuiſſent, etiam Athanaſium abdicarant.* Innocentius Romanus epiſtola quam ad clericos Conſtantinopolitanos in eadem cauſa Chryſoſtomi ſcripſit, de hoc canone addidit quæ ſequuntur: *Si qui vero & alii (canones) a quibuſdam proferuntur, qui a canonibus Nicænis diſcrepant, & ab hæreticis compoſiti eſſe deprehenduntur, hi ab epiſcopis catholicis rejiciuntur. Hæreticorum enim commenta catholicis canonibus adſtruere non licet, ſemper enim vel per contraria, vel per illicita labefactare ſtudent voluntatem concilii Nicæni. Non ſolum igitur his non obtemperandum eſſe dicimus, ſed ipſa potius cum hæreticis & ſchiſmaticis dogmatibus eſſe* C *contemnenda: quomodo & ante in Sardicenſi concilio ab epiſcopis prædeceſſoribus noſtris factum eſt.* Advertat lector, qua auctoritate Gratianus prædicto loco hanc Euſebianorum ſynodum in numerum orthodoxorum conciliorum retulerit. Vide Baronium prædicto anno 341. n. 29. 30. & 31.

*Si quis epiſcopus vacans.*) Canon decimus ſextus & decimus ſeptimus hic poſiti, ad verbum in concilio Chalced. act. 4. & 11. abſque titulo Antiocheni concilii recitantur ex alio quodam codice in ſynodo approbato, in quo decimus ſextus nonageſimoquinto, decimus ſeptimus nonageſimo ſexto numero conſignatus erat; adeo ut plane hinc appareat, eos non ex ipſo Antiocheni concilii codice, ſed ex quadam jam ante facta collectione communi majorum auctoritate probata editos fuiſſe. Baronius num. 34. Can. 16. & 17.

## GABR. ALBASPINEI EP. AUR.

### AD CAN. II. CONC. EJUSDEM NOTA.

*Vel quemvis ex canone*, hoc eſt, qui inter clericos recenſetur, & qui ſocietate & communione eccleſiaſtica fruitur; per canonem enim hoc loco intelligo chartam illam, qua omnium clericorum nomina, ordines, dignitates, & gradus, omnis denique eccleſiaſticus ſenatus & conventus inſcriptus legebatur: & ita accipiendum cenſeo, quod in decimo ſexto & ſeptimo Nicæni reperitur, *qui in canone recenſetur*. Item *quicumque omnino in canone recenſetur*. Item quod habetur in hiſtoria Nectarii τῷ κανόνι προςτεθῆναι: non ut quidam male interpretantur, pœnitentiarium illum aliquo decreto, & canone eccleſiæ in odium Novatianorum adjunctum: canoni enim adjicere, eſt novum illum pœnitentiarii gradum & dignitatem inſtituere, de novo hunc gradum ceteris ordinibus adjicere. In poteſtate enim epiſcoporum erat novos gradus, novaſque ut vocant, dignitates adjicere & ſtabilire, & certam eiſdem prout eccleſiæ ſtatus poſtularet, poteſtatem permittere: quemadmodum eorumdem arbitrio & auctoritate nonnullos ex antiquis illis gradibus, & dignitatibus antiquatos videmus.

## SYNODUS ANTIOCHENA, ARIANORUM.

### Ex libello Synodico.

SYNODUS hæretica Antiochiæ Syriæ, nonaginta ſeptem epiſcoporum: qui verbo quidem & prætextu propter initiationem eccleſiæ Conſtantinianæ, quæ inter ſpectacula præcipuum obtinebat locum: ſcopo autem & reipſa contra divinum ſymbolum, & generoſa mente præditum Athanaſium convenerant. Ei præfuerunt Nicomediæ epiſcopus Euſebius, & Palæſtinæ Acacius, Cæſareæ Cappadociæ Dianius, Aſterium habens Cappadocem philoſophum. Qui & ſacrum commutantes ſymbolum, Alexandriam Gregorium emiſerunt, qui cum quatuor millibus armatorum beatum Athanaſium perſecutus eſt, & ipſe corrumpere eccleſiam feſtinavit. Qui igitur cum Euſebio erant Ariani, cum in ſynodo ſuperiores eſſent, quanquam ei orthodoxi quoque intereſſent, divinum paſcha ſecundum Nicænam ſynodum definiverunt, & canones, qui jam circumferuntur, expoſuerunt.

ΣΥΝΟΔΟΣ αἱρετικὴ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, τῶν ἐνενήκοντα καὶ ἑπτὰ ἐπισκόπων συνελθόντων· λόγῳ μὲν καὶ προφάσει τῶν ἐγκαινίων τῆς Κωνσταντινιακῆς ἐκκλησίας, οἷος ὑ- D παρχούσης τῶν θεαμάτων· σκοπῷ δὲ καὶ πράγματι κατὰ τοῦ θείου συμβόλου, καὶ τοῦ Ἀθανασίου τοῦ γενναιόφρονος· ὧνπερ ἐξῆρχον ὁ Νικομηδείας Εὐσέβιος, καὶ Παλαιστίνης Ἀκάκιος, καὶ Καισαρείας Καππαδοκίας Διάνιος, Ἀστέριον ἔχων τὸν Καππαδόκην φιλόσοφον. Οἱ καὶ τὸ ἅγιον μεταποιήσαντες σύμβολον, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Γρηγόριον ἐξαπέστειλαν, ὅστις ἐπιστὰς, σὺν τετρακισχιλίοις ὁπλίταις τὸν μακάριον Ἀθανάσιον ἐξεδίωξεν· καὶ αὐτὸς λυμαίνεσθαι τὴν ἐκκλησίαν κατέσπευσεν. Οἱ γοῦν περὶ Εὐσέβιον Ἀρειανοὶ, τῆς συνόδου κρατοῦντες, κἂν ὑπῆρχον ἐν αὐτῇ καὶ ὀρθόδοξοι, τὸ θεῖον πάσχα κατὰ τὴν ἁγίαν ἐν Νικαίᾳ ὁρίζουσι σύνοδον· καὶ τοὺς ἐμφερομένους ἤδη κανόνας ἐξέθεντο.

## ¹ANTIOCHENA ALIA, EORUMDEM.

PAULUM igitur & Athanaſium, beatus E Papa Julius, & Conſtans piiſſimus imperator, Romæ cum vidiſſent, ſua eis ſolia reddiderunt. Quapropter qui diverſum ſentiebant rurſus Antiochiæ contra divinum ſymbolum congregantes ſynodum, Paulum & Athanaſium depoſuerunt: multis etiam Julium inceſſentes, quod non bene contra ipſos canones conſtituiſſet.

ΠΑΥΛΟΝ τοίνυν ἐν Ῥώμῃ, καὶ Ἀθανάσιον ὁ μακάριος πάπας Ἰούλιος, καὶ Κώνστας ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς θεασάμενοι, καὶ οἰκείους θρόνους ἀποδεδώκασι. διόπερ οἱ ἑτερόδοξοι, καὶ αὖθις ἐν Ἀντιοχείᾳ κατὰ τοῦ θείου συμβόλου συναθροίσαντες σύνοδον, Παῦλον καὶ Ἀθανάσιον ἀπεκήρυξαν· καταβαλλόμενοι πλεῖστα Ἰουλίου, ὡς μὴ καλῶς αὐτοῖς ἀντικανονίσαντος.



¹ Hinc confirmatur ſententia duos ſynodos Antiochenas anni 341. diſtinguentium.

# CONCILIUM ROMANUM II.

## SUB JULIO

### In cauſa Athanaſii aliorumque epiſcoporum.

*Cauſa hujus concilii.*

*a Concilium.*) Cum Ariani per Alexandrinæ eccleſiæ legatos Romæ coram Julio pontifice convicti ad concilium appellaſſent, pontifex eorum appellationi deferens, hanc ſynodum Romæ celebrandam indixit: cumque querelæ adverſus Arianos aliunde accumularentur, ipſos cum Athanaſio per literas debite citatos, certo atque præfixo termino præſentes adeſſe mandavit. Athanaſius pontificis mandato obtemperans, tempore cuo oportebat mature præſto fuit. Ariani vero poſt futiles illas & inanes excuſationes, de quibus ſupra in notis ad epiſtolam 4. Julii, encæniorum Antiochenæ eccleſiæ celebritatem prætexentes, non modo contumaciter ſe abſentarunt, verum etiam conciliabulo quodam, de quo ſupra, ibidem celebrato, Athanaſium epiſcopatu & ſede Alexandrina amoverunt, inque ejus locum Gregorium Cappadocem Arianum ſubrogarunt. Interea Athanaſius Romæ Ægyptiorum monachorum inſtitutionem, & admirabilem vitam magni Antonii adhuc viventis a ſe deſcriptam promulgavit, & ad imitandam & conſectandam vitam monaſticam, omnibus hominibus reverendam, ex Romanis fœminis nobiliſſimas plurimas induxit. Sanctus Hieronymus epiſt. 16. ad Principiam.

*Primus Athanaſius monaſticam vitam in occidentalem eccleſiam introduxit*

Publicam etiam ibidem catholicæ fidei profeſſionem, quæ ſymbolum Athanaſii appellatur, Latino ſermone coram pontifice eique aſſidentibus recitavit. Hanc pontifex ab ipſo cognitam atque ſuſceptam, una cum actis ſynodi in ampliſſimo Romanæ eccleſiæ archivo collocari mandavit.

*Symbolum Athanaſii quando & ubi compoſitum. Athanaſius quamdiu Romæ moratus*

Cum jam Athanaſius Romæ ultra annum & ſex menſes adventum Euſebianorum expectaſſet, ne diutius quam par erat ab eccleſia abeſſet, cauſa illius in judicium 56. epiſcoporum deducta eſt: qui Tyriis & Mareoticis (quæ nocturno tempore fugientes Arianorum legati turpiter convicti, ut patet ex 4. epiſtola Julii, Romæ reliquerant) diligenter prævisis, accuſantium calumniam deprehendiſſent, Athanaſium calumnioſe accuſatum abſolverunt, in communionem eccleſiæ receperunt, eumque literis communicatoriis ad ſuos redeuntem dimiſerunt.

*Numerus epiſcoporum. Athanaſius a concilio ſecundo abſolvitur*

Id quidem Julius in epiſtola 4. quam ad Euſebianos ex III. Romano concilio poſt cladem Alexandrinam ſcripſit, teſtatur bis verbis: *Cum igitur iſtiuſmodi allegarentur, & tot teſtes pro Athanaſio ſtarent, & ipſe tam juſta pro ſe afferret, quid quæſo nos oportuit facere? An non quod eccleſiaſtici canonis eſt? hominemque proinde non condemnaremus, ſed potius reciperemus, eumque pro epiſcopo, quemadmodum eſt, haberemus, &c.* Hoc ſecundum eſt judicium, quo ipſe Athanaſius a calumniis ſibi ab Euſebianorum malitia illatis publice abſolutus eſt. Qua de re initio ſuæ apologiæ ſecundæ hæc ipſe ſcribens ait: *Presbyter enim Vitus plures epiſcopos quam quinquaginta ad concilium adduxit, ubi & noſtra defenſio recepta fuit, noſque digni habiti ſumus communione & agape.* Ibidem hæc: *Quod ad nos attinet, nullo judicio opus eſt. Judicatum eſt enim non ſemel ſecundum nos, ſed ſæpius & ſæpius: primum quidem in noſtra provincia, cum ad id coiiſſent propemodum centum epiſcopi: ſecundo Romæ, nobis ceteriſque adverſariis Euſebii ad ejus criminoſas literas judicio comparentibus. Fuerunt autem in eo conſeſſu pluſquam quinquaginta epiſcopi.*

*Secunda ſynodalis abſolutio Athanaſii quæ?*

De cognita hoc eodem concilio cauſa Marcelli Ancyrani epiſcopi; qui, ut in conciliabulo Conſtantinopolitano ſub Marco videre eſt, ob Samoſatenianam hæreſim ab Euſebianis ſede ſua deturbatus, & in exilium relegatus, Romanum pontificem appellans, Romam (teſte Athanaſio) profectus eſt, hæc Julius pontifex prædicta epiſt. 4. *De Marcello autem, poſtquam de illo quoque ut impio in Chriſtum perſcripſiſtis, vobis ſtudui ſignificare, eum, cum huc veniſſet, affirmaſſe falſa eſſe quæ de ſe literis veſtris ſcripta eſſent. Sed tamen cum a nobis poſtularetur, ut de fide diceret, tanta cum fiducia per ſe reſpondit, ut nemo non perciperet eum nihil a veritate proferre alienum, ſed eadem pietate, qua eccleſia, de domino ac ſalvatore noſtro ſentire: neque jam tantummodo, ſed etiam olim hujus ſententiæ ſe fuiſſe confirmabat, &c.* Quod vero non Athanaſii tantum, atque Marcelli, ſed

*Marcelli cauſa in ſynodo cognita.*

---

1 Geminam Romanam ſynodum in cauſa Athanaſii, alteram anni 341. in qua Athanaſius & Marcellus innocentes pronunciati, & anni 342. alteram in qua lectæ ſunt literæ Orientalium Epiſcoporum, quas Elpidius & Philoxenus attulerant, cum Baronio admittit Labbeus. De ſecunda nemini dubium, & ex ea Synodica prodiit ad Euſebianos Julii epiſtola. Cum vero in hac Julius teſtetur Orientales in literis, quas ad ipſum ſcripſerant per Elpidium & Philoxenum graviter conqueſtos eſſe, quod Julius Athanaſium in communionem ſuſcepiſſet, neque Athanaſius nonniſi a ſynodo Romana ſuſceptus ſit in communionem, arguit Baronius Orientalium literas ad Julium Papam ſcriptas eſſe poſt ſynodum Romanam, in qua abſolutus ab omni crimine, & ad communionem admiſſus fuerat Athanaſius, ac proinde admittendam eſſe alteram ſynodum ab ea, in qua lectæ ſunt Orientalium literæ. At, ut verum ſit Orientales in ſuis ad Julium literis queſtos fuiſſe, quod ille Athanaſium in communionem ſuſcepiſſet (neque enim in tota Julii epiſtola ullum ejus querimoniæ apparet veſtigium;) verum tamen non eſt nonniſi a ſynodo Romana ſuſceptum fuiſſe in communionem. Non potuit Julius ante cauſæ cognitionem Athanaſii communionem refugere, ne præjudicium cauſæ faceret, quod æquitatis ratio non patitur: ſexdecim integros menſes Romæ permanſit Athanaſius antequam ſynodus Romana cauſam ipſius cognoſceret; & Athanaſius ipſe in Apologetico ad Imp. Conſtantium diſerte ſcribit, ſe *toto illo tempore aſſiduum fuiſſe in ſynaxibus*; ſi in ſynaxibus Romæ aſſiduus erat Athanaſius, ergo cum Epiſcopo Romano communicabat. Deinde Athanaſius in Apol. 2. adverſus Arianos de ſynodo Romana loquens, perſpicue declarat, Eccleſiam Romanam ſemper ſecum communicaſſe. Non enim dicit 50. Epiſcopos, qui ad ſynodum Rom. convenerant, ipſum ad communionem ſuſcepiſſe, ſed communionem cum ipſo, & charitatem ſuis ſententiis confirmaſſe. Denique Athanaſius unam tantum ſynodum Romanam agnoſcit. Non igitur alia in ejus cauſa celebrata. Sed plura, quibus refellitur hoc primum Concilium in cauſa Athanaſii, lege apud Valeſium in Obſerv. l. 1. & ex eo apud Pagium ad an Ch. 342. n 3. & ſeqq.

ſed & aliorum quamplurium, querelas de illa- A ta ſibi ab Arianis vi & injuria afferentium, cauſæ hac ſynodo diſcuſſæ fuerint, ſubditur his verbis: *Non ſolum Athanaſius & Marcellus epiſcopi cum querimoniis de illatis injuriis, ſed & plurimi alii epiſcopi ex Thracia, Cœleſyria, Phœnicia, Palæſtina huc convenere: presbyteri item non pauci, partim ex Alexandria, partim aliunde huc ad concilium accurrerunt, & coram omnibus epiſcopis ibi congregatis inter reliqua dicta ſua conqueſti ſunt vim & injurias eccleſiis illatas eſſe, ſuaſque eccleſias eadem qua Alexandrina paſſas eſſe.* Id ſane non citra probabilitatem intelligi poſſet de Euſtathio Antiocheno epiſcopo, quem ſede Antiochena deturbatum (ideo quod in matrem Conſtantii principis contumelioſe locutus fuiſſet, atque Sabellianæ hæreſeos ſectator, mulierculæ cuidam ſtuprum intuliſſet) in exilium relegaverant, anno nimirum Chriſti 340 quo poſt ſynodum hanc Romæ indictam, Paulum Conſtantinopoli Alexandro in epiſcopatu ſuffectum Euſebius Nicomedienſis olim antiſtes, Conſtantinopolitanæ ſedis invaſor, dejecit. Ita tres acerrimos Nicænæ fidei defenſores ab Arianis ſedibus ſuis amotos, legitima judicii forma obſervata abſolvi, ſedibus ſuis reſtitui, intruſos exinde amoveri neceſſum erat. Vide Baronium anno Chriſti 340. n. 1. 2. & ſeqq. item 341. n. 46. & ſeqq.

Euſtathii Antiocheni cauſa hic cognita.

B

## ΣΥΜΒΟΛΟΝ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ Ἀθανασίου.

## SYMBOLUM ATHANASII, Romæ editum anno * CCCXI.

* aut ſequenti, ut alii volunt.

ΟΣΤΙΣ ἂν βούληται σωθῆναι, πρὸ πάντων χρὴ κρατεῖν τὴν καθολικὴν πίστιν.

Ἣν εἰ μή τις ἕκαστος σώαν καὶ ἀμώμητον τηρήσειεν, ἄνευ δισταγμοῦ εἰς τὸν αἰῶνα ἀπολεῖται.

Πίστις δὲ καθολικὴ αὕτη ἐστὶν, ἵνα ἕνα Θεὸν ἐν Τριάδι, καὶ Τριάδα ἐν μονάδι σεβώμεθα.

Μήτε συγχέοντες τὰς ὑποστάσεις, μήτε τὴν οὐσίαν διαχωρίζοντες.

Ἄλλη γάρ ἐστιν ἡ ὑπόστασις τοῦ πατρὸς, ἄλλη τοῦ υἱοῦ καὶ ἄλλη τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Ἀλλὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος μία ἐστὶν ἡ θεότης, ἴση ἡ δόξα συναΐδιος ἡ θεότης.

Οἷος ὁ πατὴρ, τοιοῦτος καὶ ὁ υἱὸς, τοιοῦτον καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Ἄκτιστος ὁ πατὴρ, ἄκτιστος ὁ υἱὸς ἄκτιστον καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Ἀκατάληπτος ὁ πατὴρ, ἀκατάληπτος ὁ υἱὸς, ἀκατάληπτον τὸ πνεῦμά τὸ ἅγιον.

Αἰώνιος ὁ πατὴρ, αἰώνιος ὁ υἱὸς. αἰώνιον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Καὶ γὰρ οὐ τρεῖς αἰώνιοι, ἀλλ' εἷς αἰώνιος.

Ὥσπερ οὐ τρεῖς ἄκτιστοι. οὐδὲ τρεῖς ἀκατάληπτοι, ἀλλ' εἷς ἄκτιστος, καὶ εἷς ἀκατάληπτος.

Ὁμοίως παντοδύναμος ὁ πατὴρ, παντοδύναμος ὁ υἱὸς, παντοδύναμον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Καὶ γὰρ οὐ τρεῖς κύριοι, ἀλλ' εἷς ἐστὶ κύριος.

Ὅτι ὡς ἰδίαν μίαν ἑκάστην ὑπόστασιν Θεὸν καὶ κύριον ὁμολογεῖν τῇ Χριστιανικῇ ἀληθείᾳ βιαζόμεθα. οὕτω τρεῖς Θεοὺς, ἢ τρεῖς Κυρίους λέγειν τῇ καθολικῇ εὐσεβείᾳ κωλυόμεθα.

Ὁ πατὴρ ἀπ' οὐδενός ἐστιν, οὔτε ποιητὸς, οὔτε κτιστὸς, οὔτε γεννητός.

Ὁ υἱὸς ἀπὸ τοῦ πατρὸς μόνου ἐστὶν, οὐ ποιητὸς, οὐ κτιστὸς, ἀλλὰ γεννητὸς ἐκ τοῦ πατρός.

Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ πατρὸς οὐ ποιητὸν, οὐ κτιστὸν, οὐ γεννητὸν, ἀλλ' ἐκπορευόμενον.

Εἷς γοῦν ἐστὶ πατὴρ, οὐ τρεῖς πατέρες. εἷς υἱὸς, οὐ τρεῖς υἱοί. ἓν πνεῦμα ἅγιον, οὐ τρία πνεύματα ἅγια.

Καὶ ἐν ταύτῃ τῇ Τριάδι οὐδὲν πρότερον, ἢ ὕστερον, οὐδὲ μεῖζον, ἢ ἔλαττον, ἀλλὰ πᾶσαι αἱ τρεῖς ὑποστάσεις συναΐδιοι εἰσὶν ἑαυταῖς καὶ ἴσαι.

QUICUMQUE vult ſalvus eſſe, ante omnia opus eſt ut teneat catholicam fidem.

Quam niſi quiſque integram inviolatam que ſervaverit, abſque dubio in æternum peribit.

Fides autem catholica hæc eſt: ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur.

Neque confundentes perſonas, neque ſubſtantiam ſeparantes.

Alia eſt enim perſona Patris, alia Filii, C alia Spiritus ſancti.

Sed Patris & Filii & Spiritus ſancti una eſt divinitas, æqualis gloria & coæterna majeſtas.

Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus ſanctus.

Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus ſanctus.

Immenſus Pater, immenſus Filius, immenſus Spiritus ſanctus.

Et tamen non tres æterni, ſed unus æternus.

Sicuti non tres increati, nec tres immenſi, ſed unus increatus, & unus immenſus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens D Filius, omnipotens Spiritus ſanctus.

Et tamen non tres omnipotentes, ſed unus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus.

Et tamen non tres dii, ſed unus eſt Deus.

Ita dominus Pater, dominus Filius, dominus Spiritus ſanctus.

Et tamen non tres domini, ſed unus eſt dominus.

Quia ſicut ſingillatim unamquamque perſonam Deum aut dominum confiteri Chriſtiana veritate compellimur: ita tres deos aut dominos dicere catholica religione prohibemur.

E Pater a nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus eſt.

Filius a Patre ſolo eſt, non factus, nec creatus, ſed genitus.

Spiritus ſanctus a Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus eſt, ſed procedens.

Unus ergo Pater, non tres patres; unus Filius, non tres filii; unus Spiritus ſanctus, non tres Spiritus ſancti.

Et in hac Trinitate nihil prius aut poſterius, nihil majus aut minus, ſed tota tres

tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt & coæquales.

Ita ut per omnia ſicut iam ſupra dictum eſt, & unitas in Trinitate, & Trinitas in unitate veneranda ſit.

Qui vult ergo ſalvus eſſe, ita de Trinitate ſentiat.

Sed neceſſarium eſt ad æternam ſalutem, ut incarnationem quoque domini noſtri Jeſu Chriſti fideliter credat.

Eſt ergo fides recta, ut credamus & confiteamur, quia dominus noſter Jeſus Chriſtus Dei Filius, Deus & homo eſt.

Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus, homo ex ſubſtantia matris in ſæculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens.

Æqualis Patri ſecundum divinitatem, minor Patre ſecundum humanitatem.

Qui licet Deus ſit & homo, non duo tamen, ſed unus eſt Chriſtus.

Unus autem non converſione divinitatis in carnem, ſed aſſumptione humanitatis in Deum.

Unus omnino non confuſione ſubſtantiæ, ſed unitate perſonæ.

Nam ſicut anima rationalis & caro unus eſt homo, ita Deus & homo unus eſt Chriſtus.

Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra, deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit a mortuis.

Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis, inde venturus eſt judicare vivos & mortuos.

Ad cujus adventum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis, & reddituri ſunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam.

Hæc eſt fides catholica, quam niſi quiſque fideliter firmiterque crediderit, ſalvus eſſe non poterit.

A Οὕτω κατὰ πάντα, καθὼς εἴρηται, καὶ τὴν μονάδα ἐν Τριάδι, καὶ Τριάδα ἐν μονάδι σεβόμεθα.

Ὁ οὖν βουλόμενος σωθῆναι, οὕτω περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος φρονείτω.

Πλὴν ἀναγκαῖόν ἐστι πρὸς αἰώνιον σωτηρίαν, ὅπως καὶ τὴν σάρκωσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὀρθῶς πιστεύσῃ.

Ἔστι γὰρ πίστις ὀρθὴ, ἵνα πιστεύωμεν καὶ ὁμολογῶμεν, ὅτι ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, Θεὸς καὶ ἄνθρωπός ἐστι.

Θεὸς ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς πρὸ αἰώνων γεννηθεὶς, καὶ ἄνθρωπος ἐκ τῆς οὐσίας τῆς μητρὸς ἐν τῷ αἰῶνι τεχθείς.

B Τέλειος Θεὸς, καὶ τέλειος ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς λογικῆς, καὶ ἀνθρωπίνης σαρκὸς ὑφιστάμενος.

Ἴσος τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, ἐλάττων τῷ πατρὶ κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα.

Ὃς εἰ καὶ ἄνθρωπος καὶ Θεός ἐστιν, οὐ δύο ὅμως, ἀλλ᾽ εἷς ἐστὶ Χριστός.

Εἷς δὲ οὐ τροπῇ τῆς θεότητος εἰς σάρκα, ἀλλὰ προσλήψει τῆς ἀνθρωπότητος εἰς Θεόν.

Εἷς πάντως οὐ συγχύσει τῆς οὐσίας, ἀλλ᾽ ἑνότητι τῆς ὑποστάσεως.

Καὶ γὰρ ὡς ἡ λογικὴ ψυχὴ καὶ ἡ σὰρξ εἷς ἐστιν ἄνθρωπος, οὕτω Θεὸς καὶ ἄνθρωπος εἷς ἐστι Χριστός.

Ὃς ἔπαθε διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, κατῆλθεν C ἐν ᾅδῃ, ἀνέστη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐκ τῶν νεκρῶν.

Ἀνῆλθεν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, κάθηται ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς παντοκράτορος. ὅθεν ἥξει κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς.

Οἱ τῇ παρουσίᾳ πάντες οἱ ἄνθρωποι παραστήσονται μετὰ τῶν σωμάτων αὐτῶν, καὶ ἀποδώσουσιν ἐξ ἰδίων ἔργων τὴν ἀπολογίαν.

Καὶ οἱ τὰ ἀγαθὰ πράξαντες πορεύσονται εἰς ζωὴν αἰώνιον, οἱ δὲ τὰ φαῦλα εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον.

Αὕτη ἐστὶν ἡ καθολικὴ πίστις, ἣν εἰ μή τις ἕκαστος ἐκ πίστεως βεβαίως πιστεύσει, σωθῆναι οὐ δυνήσεται.

## IDEM SYMBOLUM A GRÆCIS INTERPOLATUM.

*Ex ſancta & univerſali ſynodo Nicæna, fidei compendium; & quomodo verum Chriſtianum oporteat credere.*

D QUICUMQUE vult ſalvus eſſe, ante omnia opus eſt ut teneat orthodoxam fidem. Quam niſi quiſque integram inviolatamque ſervaverit, abſque dubio in æternum peribit. Fides autem orthodoxa hæc eſt: ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur. Neque confundentes perſonas, neque ſubſtantiam ſeparantes. Alia enim perſona Patris, alia Filii, alia Spiritus ſancti. Sed Patris, & Filii, & Spiritus ſancti una eſt divinitas, *unum robur, una poteſtas, unum regnum*, æqualis gloria, *æqualis* E majeſtas & coæterna. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus ſanctus. Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus ſanctus: & non tres increati, ſed unus increatus. Immenſus Pater, immenſus Filius, immenſus Spiritus ſanctus: & non tres immenſi, ſed unus immenſus. Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus ſanctus: & non tres

Quæ a Græcis recentioribus addita, alio characteris genere ſunt hic ſignata.

Ἐκ τῆς * ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ, περὶ πίστεως κατὰ σύντομίαν, καὶ πῶς δεῖ πιστεύειν τὸν ἀληθῆ Χριστιανόν.

Edidit Uſſerius ex apographo Patricii Junii anno 1647.

ΕἼ τις βούλοιτο σωθῆναι, πρὸ πάντων αὐτῷ χρεία κρατῆσαι τὴν ὀρθόδοξον πίστιν. ἣν ἐὰν μή τις ἀμόλυντον καὶ ἄφθορον τηρήσῃ, αἰώνιον ὀρήσει τὴν ἀπώλειαν. Πίστις οὖν ἡ ὀρθόδοξος αὕτη ἐστὶν, ἵνα ἕνα Θεὸν ἐν τριάδι καὶ τριάδα ἐν μονάδι σέβωμεν, μήτε συγχέοντες τὰς ὑποστάσεις, μήτε τὴν οὐσίαν διαιροῦντες. ἄλλη γὰρ ὑπόστασις τοῦ πατρὸς, ἄλλη τοῦ υἱοῦ, ἄλλη τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ἀλλὰ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, μία ἐστὶν ἡ θεότης, ἓν τὸ κράτος, μία ἐξουσία, μία βασιλεία, ἴση ἡ δόξα, ἴση ἡ μεγαλωσύνη, καὶ αἰώνιος. οἷος ὁ πατὴρ, τοιοῦτος ὁ υἱὸς, τοιοῦτον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἄκτιστος ὁ πατὴρ, ἄκτιστος ὁ υἱὸς, ἄκτιστον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ οὐ τρεῖς ἄκτιστοι, ἀλλ᾽ εἷς ἄκτιστος. Παντοκράτωρ ὁ πατὴρ, παντοκράτωρ ὁ υἱὸς, παντοκράτωρ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ οὐ τρεῖς παντοκράτορες, ἀλλ᾽ εἷς παντοκράτωρ. αἰώνιος ὁ πατὴρ, αἰώνιος ὁ υἱὸς, αἰώ-

αἰώνιον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ οὐ τρεῖς αἰώνιοι, ἀλλ᾽ εἷς αἰώνιος. παντοδύναμος ὁ πατὴρ, παντοδύναμος ὁ υἱὸς, παντοδύναμον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ οὐ τρεῖς παντοδύναμοι, ἀλλ᾽ εἷς παντοδύναμος. οὕτω Θεὸς ὁ πατὴρ, Θεὸς ὁ υἱὸς, Θεὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ οὐ τρεῖς Θεοὶ, ἀλλ᾽ εἷς ἐστὶ Θεός, κύριος ὁ πατὴρ, κύριος ὁ υἱὸς, κύριος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ οὐ τρεῖς κύριοι, ἀλλ᾽ εἷς ἐστι κύριος. καὶ ὥσπερ μοναδικῶς μίαν ἑκάστην ὑπόστασιν Θεὸν καὶ κύριον ὁμολογεῖν Χριστιανικῇ ἀληθείᾳ συνηγορούμεθα, οὕτω τρεῖς Θεοὺς ἢ τρεῖς κυρίους λέγειν οὐ συναινοῦμεν, ἀλλὰ παντελῶς ἀπαγορεύομεν. πατὴρ γὰρ παρ᾽ οὐδενός ἐστι ποιητὸς, οὐ κτιστὸς, ἀλλ᾽ ἀγέννητος. ὁ υἱὸς ἀπὸ τοῦ πατρός ἐστιν, οὐ ποιητὸς, οὐ κτιστὸς, ἀλλὰ γεννητός. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ πατρός ἐστιν, οὐ ποιητὸν, οὐ κτιστὸν, οὐ γεννητὸν, ἀλλ᾽ ἐκπορευτόν. εἷς λοιπὸν ὁ πατὴρ, οὐ τρεῖς, εἷς υἱὸς, οὐ τρεῖς υἱοὶ, ἓν πνεῦμα ἅγιον, οὐ τρία πνεύματα ἅγια. καὶ ἐν ταύτῃ τριάδι, οὐδεὶς πρῶτος ἢ ἔσχατος, οὐδεὶς μέγας ἢ μικρός. ἀλλὰ αἱ τρεῖς αὗται ὑποστάσεις, αἰώνιαί τε εἰσὶ καὶ ἴσαι εἰς πάντα, ὡς προείρηται. μονάδα γοῦν ἐν τριάδι καὶ τριάδα ἐν μονάδι, πᾶς Χριστιανὸς σεβέσθω, καὶ οὕτω περὶ τῆς ἁγίας καὶ ζωοποιοῦ καὶ ὁμοουσίου τριάδος δοξαζέτω.

Ἀναγκαῖον δέ ἐστι καὶ τὴν σάρκωσιν τοῦ υἱοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὀρθῶς πιστεύειν. ἔστι γοῦν ἡ πίστις ἡ ὀρθὴ, ἵνα πιστεύωμεν καὶ ὁμολογῶμεν, ὅτι ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, Θεὸς καὶ ἄνθρωπός ἐστιν* ἄκτιστός ἐστι καὶ οὐσία πατρός. ἄνθρωπός ἐστιν ἐκ τῆς οὐσίας τῆς μητρός. ἐπειδὴ γὰρ ἁμαρτήσας ὁ Ἀδὰμ θανάτῳ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ὑπέβαλε, καὶ τὴν φύσιν ἡμῶν ὑπεύθυνον τῷ χρέει πεποίηκεν, ὁ υἱὸς λοιπὸν τοῦ ἀοράτου πατρὸς καὶ Θεοῦ, τῶν οὐρανῶν οὐκ ἐκστὰς πρὸς ἡμᾶς κατῆλθε. καὶ δι᾽ ἀκοῆς εἰσδὺς τὴν νηδὺν τῆς ἁγίας παρθένου, μυστικῶς τὴν κυοφορίαν εἰργάσατο, ἐνδὺς τὴν ἡμετέραν φύσιν κατ᾽ ἄκραν ἕνωσιν. Θεὸς ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος προελθὼν, οὕτω τὴν καθ᾽ ἡμᾶς οἰκονομίαν ἐπλήρωσε δι᾽ ἄφατον ἔλεον. καὶ τέλειος Θεὸς ὢν γέγονε τέλειος ἄνθρωπος, μὴ τραπεὶς, μὴ ἀλλοιωθεὶς τὴν ὑπερούσιον καὶ ἄφραστον οὐσίαν τῆς αὐτοῦ θεότητος. ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ ἀνθρωπίνης σαρκὸς ὑποστάς· αὐτὸς ἑαυτῷ σὺν τῷ συμφυεῖ αὐτοῦ παναγίῳ πνεύματι, δημιουργήσας τὴν παναγίαν τῆς σαρκὸς πρόσληψιν. τελείαν οὐσίαν ἀνθρωπίνην, ἐνυπόστατον αὐτῷ καὶ ἀδιαίρετον ἐξ αὐτοῦ, ἁμαρτίας ἀμέθεκτον. ἐκ τῶν παρθενικῶν ἁγνῶν αἱμάτων τῆς θεομήτορος συμπαγέντος τοῦ σώματος, χωρὶς τινὸς θελήματος ἢ ἐννοήματος σαρκικοῦ. τῆς δὲ ψυχῆς ἀΰλως κτισθείσης, νοερᾶς, λογικῆς, θελητικῆς, ἐνεργητικῆς, ὅλης τεθεωμένης σὺν τῇ σαρκὶ, ἐξ αὐτῆς ἀρχῆς, ἐκ πρώτης ὑπάρξεως, διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον ἄκραν ἕνωσιν, ἀσύγχυτον καθ᾽ ὑπόστασιν.

Ἴσος οὖν ἐστὶ τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, ἐλάττων δὲ τοῦ πατρὸς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. καὶ ὄντως ἀληθινὸς ὑπάρχει Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ὅμως οὐ δύο, ἀλλ᾽ εἷς ἐστὶν ὁ Χριστός. εἷς δὲ, οὐ τραπεῖσα ἡ σάρξ, ἀλλὰ ἀναληφθεῖσα εἰς τὸν Θεόν. εἷς ὁλικῶς, οὐ συγχύσει οὐσιῶν, ἀλλ᾽ ἑνώσει τὸ καθ᾽ ὑπόστασιν, καὶ γὰρ ὥσπερ ψυχὴ λογικὴ καὶ σὰρξ εἷς ὑπάρχει ἄνθρωπος, οὕτω καὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος εἷς ἐστὶν ὁ Χριστός. ὃς ἔπαθε τῇ σαρκὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἀπαθοῦς τῆς θεότητος μενούσης. καὶ ταφεὶς, καὶ ἀναστὰς, καὶ ἀναληφθεὶς εἰς

* Θεός ἐστιν ἐκ τῆς οὐσίας

A æterni, ſed unus æternus. Omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus ſanctus, & non tres omnipotentes, ſed unus omnipotens. Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus: & non tres dii, ſed unus eſt Deus. Dominus Pater, dominus Filius, dominus Spiritus ſanctus: & non tres domini, ſed unus eſt dominus. Et ſicut ſigillatim unamquamque perſonam Deum & dominum confiteri, chriſtiana veritate defendimus; ita tres deos aut tres dominos dicere, non comprobamus, ſed omnino prohibemus. Pater a nullo eſt factus, non creatus, ſed ingenitus. Filius eſt a Patre, non factus, non creatus, ſed genitus. Spiritus ſan- B ctus a Patre eſt, non factus, non creatus, non genitus, ſed procedens: unus ergo Pater, non tres Patres, unus Filius, non tres Filii, unus Spiritus ſanctus, non tres Spiritus ſancti. Et in hac Trinitate, nullus primus aut poſtremus, nullus major aut minor: ſed tres ipſæ perſonæ & æternæ ſunt, & æquales per omnia, ſicut jam ſupra dictum eſt. Unitatem igitur in Trinitate, & Trinitatem in unitate, omnis Chriſtianus veneretur: & ita de *ſancta & vivifica & conſubſtantiali* Trinitate ſentiat.

Neceſſarium vero eſt, incarnationem quoque filii Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti recte credere. Eſt ergo fides recta, ut C credamus & confiteamur, quod dominus noſter Jeſus Chriſtus, Dei filius, Deus & homo eſt. Deus eſt ex ſubſtantia patris: Homo eſt ex ſubſtantia matris. *Quia enim peccans Adamus, morti genus humanum ſubjecit, & naturam noſtram (reddendo) debito fecit obnoxiam; idcirco Filius, inviſibilis Patris & Dei, ex cœlis non diſcedens ad nos deſcendit; & per auditum ingreſſus uterum ſanctæ virginis, arcano modo ut prægnans ea eſſet operatus eſt, induens naturam noſtram per ſummam unionem. Deus ſimul & homo progrediens, eam quæ ad nos ſpectat diſpenſationem ita implevit per commiſerationem ineffabilem.* & perfectus Deus *exiſtens, factus eſt perfectus* D *homo; non converſa, neque commutata ſupereſſentiali & inexplicabili deitatis ſuæ ſubſtantia*: ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens. *Ipſe ſibi, cum cognato ſuo ſanctiſſimo Spiritu, fabricans ſanctiſſimam carnis aſſumptionem: perfectam ſubſtantiam humanam, in eo ſubſiſtentem & ab eo inſeparabilem, peccati minime participem. Corpore ex virgineis & caſtis ſanguinibus matris Dei compacto, abſque carnali aliqua voluntate vel cogitatione: anima vero immaterialiter creata, intellectuali, rationali, voluntate & vi agendi prædita; tota, ſimul cum carne, divinitate repleta, ab ipſo principio & prima exiſtentia, propter ſummam & inconfuſam, ſecundum perſonam,* E *ad ipſum Deum verbum factam unionem.*

Æqualis *igitur eſt* Patri ſecundum divinitatem; minor *vero* Patre ſecundum humanitatem. *Planeque verus* Deus eſt & homo: non duo tamen, ſed unus eſt Chriſtus. Unus autem, non converſione carnis, ſed aſſumptione in Deum. Unus omnino, non confuſione ſubſtantiarum; ſed unitate perſonæ. Nam ſicut anima rationalis & caro unus eſt homo; ita & Deus & homo unus eſt Chriſtus. Qui paſſus eſt *carne* pro ſalute noſtra, *impaſſibili manente divinitate; & ſepultus*, & reſur-

reſurgens, & aſſumptus ad cœlos, ſedet ad A dexteram Dei Patris. Inde *vero iterum* venturus, judicabit vivos & mortuos. Ad cujus adventum, omnes *qui a ſæculo obdormierunt* homines reſurgent; rationem reddituri de factis ſuis: & qui bona egerunt, ibunt *illius mandato* in vitam æternam; qui vero mala *egerunt*, *ibunt* ad cruciatus æternos. Hæc *utique* fides eſt orthodoxa: quam niſi quis inculpatam ſervaverit, ſalvus eſſe non poterit.

εἰς τοὺς οὐρανούς, ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. ἐκεῖθεν δὲ πάλιν ἐρχόμενος κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. ᾗ τῇ παρουσίᾳ πάντες οἱ ἀπ' αἰῶνος κεκοιμημένοι ἄνθρωποι ἀναστήσονται, λόγον ἀποδοῦναι περὶ τῆς πράξεως αὐτῶν. καὶ οἱ μὲν τὰ ἀγαθὰ πράξαντες, πορεύσονται τῷ κελεύσματι αὐτοῦ εἰς αἰώνιον ζωήν. οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, πορεύσονται εἰς αἰωνίους κολάσεις. αὕτη τοίνυν ἐστὶν ἡ ὀρθόδοξος πίστις, ἣν ὁ μὴ τηρήσας ἀμώμητον, σωθῆναι οὐ δύναται.

## Nota Severini Binii.

Symbolum Athanaſii qua occaſione & quando Romæ ſcriptum.

Athanaſius Romam a Julio pontifice maximo vocatus, ut judicaretur, cum Euſebianorum adventum anno integro & ſex menſibus, ut ſupra dixi, expectaret, hoc ſymbolum fidei Romæ ſcripſit, ac tanquam catholicæ ſuæ fidei profeſſionem publice edidit. Quod cum actis Nicænæ ſynodi in archivo Romano diu aſſervatum tandem poſt multa annorum curricula tradi meruit eccleſiæ recitandum, ab illo altero Athanaſii ſcripto, quod inſcriptum eſt, *Expoſitio fidei*, quod in primo operum ejuſdem tomo habetur, diverſum. Meminit autem ſymboli hujus Auguſtinus in pſal. 120. ſuper illud: *Per diem ſol non uret te, neque luna per noctem*: [a] ubi citat integrum verſum ejus ſymboli: nec deſunt alibi loca, quæ ejuſdem verbis atque ſententia conſperſa cernuntur. Ac quamquam in univerſo pene Chriſtianorum orbe hoc ſymbolum receptum, & in ſumma veneratione habitum fuerit, a Græcis tamen iis qui ſeſe a Romana eccleſia præſciderunt, pars illa truncata eſt, qua Spiritum ſanctum a Patre & Filio procedere aſſeritur: eo falſo prætextu quod nuper a Latinis (ut aiunt) ſuperaddita fuerit, cum liqueat ante annos 960. ita ut ſe nunc habet, legi ſolitum. Quod ex cap. 1. concilii Tolet. IV. & ex teſtimonio apoſtolicæ ſedis legatorum B ad Græcos, Gregorio IV. Rom. pontifice, ex illa ipſa fidei definitione, quæ in Vaticana & Sfortiana bibliothecis habetur in urbe, atque ex decreto Eugenii ad Armenos in concilio Florentino manifeſtiſſime conſtat. Inſcriptionem illam quæ hodie adhuc apud Treviros legitur in puteo ſui exulantis receptaculo, de fide ſuſpectam eſſe ex eo convincitur, quod imperator occidentis, & Maximinus epiſcopus Trevirenſis non inſtar exulis, ſed chariſſimi potius hoſpitis & amici eum Treveris honorifice exceperunt, atque humaniſſime tractarunt. Unde Baronius anno Chriſti 340. n. 14. fabellam eſſe putat, hoc ſymbolum, ut ab aliquibus fertur, ab Athanaſio Treviris in puteo latitante ſcriptum fuiſſe. Quod autem exul illud ſcripſiſſe dicatur, ita accipiendum eſt, inquit, quod omnis Athanaſii a ſui Alexandrina eccleſia abſentia, occaſione ſuorum hoſtium facta, ab ipſo Athanaſio & ab aliis exilium appellari conſueverit. Vide Baronium prædicto anno numer. 11. 12. 13. & 14. Poſſevinus in ſuo apparatu ſacro verbo *Athanaſius Alexandrin.*, probabile eſſe judicat, ut ſanctiſſimæ Tri- C nitatis acerrimus propugnator, hymnum illum locis quibus potuit omnibus ſcripſerit, cantaverit & diſſeminaverit. Qui poſt Bellarminum cardinalem, Gilbertum Genebrardum, Nicolaum Serarium in ſymbolum Athanaſii ſcripſerint, vide Poſſevinum prædicto loco apparatus ſacri.

[a] non occurrit in editione Lovanienſium.

Symboli hujus pars quæ & cur a Græcis truncata ſit?

Inſcriptio Trevirenſis de ſymbolo in puteo compoſito ſuſpecta.

Cur Athanaſius ſcripſiſſe hoc ſymbolum exul dicatur.

Poſſevini ſententia.

ANNO CHRISTI 341.

# [a] CONCILIUM ROMANUM III.

ANNO CHRISTI 342.

## SUB JULIO.

Locus, tempus & cauſa concilii.

*a Concilium.*) Hoc concilium celebratum eſt Romæ anno domini 342. poſt cladem illam Alexandrinam, qua Gregorius in locum Athanaſii ab Euſebianis in Antiochena ſynodo ſuffectus, magna Chriſtianorum calamitate & templorum incendio in urbem introductus eſt, quove cladem Alexandrinam prævisam fugiens, Romam reverſus, ibique deinceps triennio commoratus eſt, cumque Elpidius & Philoxenus ab Euſebianis in oriente hucuſque detenti cum literis ex Antiocheno conciliabulo ad Julium acerbiſſime & contumelioſe ſcriptis, tandem dimiſſi fuerunt. Qui ubi prædicto anno Romam veniſſent, obtuliſſentque pontifici Arianorum literas, quibus de Athanaſio abſoluto, de termini adcomparendum præfixi anguſtia, de judicio Romani pontificis & concilii illegitime uſurpato, deque aliis pluribus, quæ ſupra in notis ad epiſtolam Julii 4. attigi, conquerebantur; pontifex hac ſynodo comprovincialium, ſecundum apoſtolicam conſtitutionem congregata, literas eorum aliter quam ſtatuerat legi & publicari demandavit, quidve calumniatoribus reſpondendum videretur inquiſivit. Placuit autem omnibus ibidem congregatis, ut per epiſtolam a Julio omnium nomine ſcriptam, calumniæ Euſebianorum refutentur, injuriæ depellantur, & juſta Athanaſii, Marcelli, aliorumque facta ſynodali abſolutione defendantur. Ita intelligendum eſt illud Athanaſii apol. 2. quod poſt illa verba: *Presbyter Vitus plures epiſcopos &c.* D ſupra allegata ſubjungit: *Magnaque indignatio exorta eſt contra Euſebianos, quibus Julium, cum ab eis literas accepiſſet, reſcribere juſſerunt.* Hanc ſynodum a priore Romana diverſam non eſſe arbitrantes, ideo quod Athanaſii aliorumque abſolutiones ſubſequente epiſtola poſt cladem Alexandrinam enarrentur, graviter errant; id enim factum eſt per anticipationem, qua ſolent, quandoque propter rerum affinitatem prius enarrari ea quæ poſterius acciderunt. Anno 341. Romana ſynodo prædictos epiſcopos abſolutos, alia quadam anno 342. celebrata Euſebianorum literas expoſtulatorias perlectas, ac demum mandato ſynodi, per reſcriptum Julii ad ſynodum ſequente anno 343. Romæ congregandam, vo- E catos fuiſſe, mirum eſſe non debet: cum non tantum lege apoſtolica, de qua in can. apoſtolorum ſupra egimus, verum etiam Antiocheno Euſebianorum conciliabulo conſtitutum fuerit, ut bis in anno concilia epiſcoporum ſaltem comprovincialium celebrarentur. Vide Baronium an. 341. num. 47. an. 342. num. 28. & 34. Ea quæ notavimus ſupra ad 4. epiſtolam Julii, non parum huc faciunt.

Decretum concilii.

Hæc ſynodus a præcedente Romana diverſa ſuit.

## EPISTOLA SYNODICA

### Ad Euſebianos Scripta.

LEGI epiſtolam veſtram, &c. *Excuſa eſt ſupra inter Julianas* [a] *quarta.*

[a] vide ſupra p....

CON-

ANNO CHRISTI 344.

# [a] CONCILIUM ANTIOCHENUM II.

ANNO CHRISTI 344.

## AB ARIANIS CELEBRATUM SUB JULIO.

Locus & tempus concilii.

*a Concilium Antiochenum* II.) Hanc ſynodum **A** ab Arianis, anno tertio poſt Antiochenam in encæniis celebratam, habitam fuiſſe Antiochiæ, anno Chriſti 344. atque in ea prioribus quatuor fidei formulis rejectis, aliam ceteris prolixiorem, & ad occidentales epiſcopos, quos nulla adhuc Arianæ perfidiæ labecula contaminarat, decipiendos convenientiorem edidiſſe, eamque in occidentem nullo cum fructu tranſmiſiſſe, poſt Athanaſium Sozom. lib. 1. cap. 10. aperte indicat, his verbis: *Triennio vero jam intermiſſo* (nimirum a priore ſynodo Antiochiæ in encæniis anno 341. celebrata) *epiſcopi orientis aliam fidei formulam, quam* μακρόστιχον, *id eſt prolixam, vel multas lineas comprehendentem nominabant, propterea quod multo pluribus verbis* **B** *ac nominibus quam priores formulæ conſcripta erat, epiſcopis occidentis miſerunt: in qua, ut eſſentiæ Dei nullam fecere mentionem, ſic illis qui Filium Dei aſſerebant, vel ex nihilo ortum eſſe, vel ex alia eſſentia quam Dei patris conſtare, vel tempus ſeculumve fuiſſe quando non erat, anathema indixere. Quam formulam ab Eudoxio epiſcopo jam tum Germaniciæ, & Martyrio, & Macedonio ad ſe perlatam, epiſcopi occidentis non receperunt. Nam reſponderunt ſe decretis Nicæni concilii velle acquieſcere: & præter illa nihil amplius curioſe inquirendum curarunt.* Hæc Sozom. cumque ſecutus Socrates lib. 2. cap. 15. Prædicto tempore hanc ſynodum habitam fuiſſe etiam manifeſte colligitur ex Athanaſio de ſynodis, cum ait: *Rurſum quaſi iſtorum pœnitentia laborarent*, nempe de editis quatuor fidei regulis, *pœnitentes, poſt triennium iterum in conſeſſum veniunt*. Ut ergo orientales epiſcopi eam, qua laborabant, Arianæ hæreſeos ſuſpicionem eluerent, & ab Ariano contagio ſe procul abhorrere ſignificarent, probatum in magna Nicæna ſynodo nomen *conſubſtantialitatis* delerent, ipſumque vocabulum prædictum crebris validiſque arietum ictibus quatientes omnem ſimul cum eo fidem orthodoxam proſternerent, ſicque Arii impietatem diu dolo ſuppreſſam erigerent, hanc quam infra ſubjungimus formulam fidei, qua Ariana hæreſis ſpecie tenus condemnatur, omneſque ejus poſitiones ſimplicioribus deſtrui videntur, ediderunt; editamque per Eudoxium, Martyrium, Macedonium & Demophilum ad occidentalis eccleſiæ epiſcopos tranſmiſerunt. Quo eventu, ſequenti concilio conſtabit. Vide Baronium anno 344. n. 1. 2. 3. 4.

## FORMULA FIDEI HÆC EST.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα κτίστην καὶ ποιητὴν τῶν ὄντων· ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται· καὶ εἰς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, δι' οὗ ἐγένετο τὰ πάντα ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τά τε ἀόρατα, λόγον ὄντα καὶ σοφίαν, καὶ δύναμιν, καὶ ζωὴν, καὶ φῶς ἀληθινόν. τὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντα, καὶ γεννηθέντα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, τὸν σταυρωθέντα καὶ ἀποθανόντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀναληφθέντα εἰς οὐρανὸν, καὶ καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. οὗ ἡ βασιλεία ἀκατάλυτος οὖσα διαμενεῖ εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας· ἔσται γὰρ καθεζόμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα· τουτέστι τὸν παράκλητον· ὅπερ ἐπαγγειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις, μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς αὐτοῦ ἄνοδον ἀπέστειλε, διδάξαι αὐτοὺς καὶ ὑπομνῆσαι πάντα. δι' οὗ καὶ ἁγιασθήσονται αἱ τῶν εἰλικρινῶς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων ψυχαί. τοὺς δὲ λέγοντας ἐξ οὐκ ὄντων τὸν υἱὸν ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως καὶ μὴ ἐκ τοῦ Θεοῦ· καὶ ἦν ποτε χρόνος, ὅτε οὐκ ἦν, ἀλλοτρίους οἶδεν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. παρὰ Σωκρ. ἐκκλ. ἱστ. βιβ. β' κ. ιθ'.

[a] Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, κτίστην καὶ ποιητὴν τῶν πάντων. ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. καὶ εἰς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χρι-

**C** CREDIMUS in unum Deum Patrem omnipotentem, creatorem & factorem omnium, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur. Et in unigenitum ejus Filium, Dominum noſtrum, ante om-



[1] Synodus Antiochena Arianorum, in qua prolixa fidei formula promulgata, quæ μακρόστιχος vulgo cognominatur, an e an. 345. celebrata non eſt. Athanaſius enim lib. de ſynodis p. 97. ait: *Poſt hæc quaſi iſtorum eos pœniteret, poſt triennium rurſus Concilium partis ſuæ congregant. Et Eudoxium, Martyrium, Macedonium Cilicem, & alios quoſdam una cum illis mittunt in partes Italiæ deferentes fidem multis verbis conſcriptam*. Idem habent Socrates lib. 2. cap. 19. & Sozomenus lib. 3 cap. 11. ſed nec Athanaſius, nec duo hi hiſtorici dicunt ſynodum collectam fuiſſe poſt triennium, quam Antiochena ſynodus in Encæniis habita fuerat, ut eos Baronius interpretatus eſt, ſed poſt triennium, quam Narciſſus, Theodorus, Maris, & Marcus Arethuſanus novam Fidei formulam, tamquam Antiochiæ conditam ad Conſtantem Auguſtum pertuliſſent. Nam cap. præcedenti tam Socrates, quam Sozomenus, non de Antiochena ſynodo in Encæniis, ſed de Legatione Narciſſi, & ſociorum ſermonem habent. Porro hæc Legatio, anno 342. miſſa, ac propterea an. 345. habita hæc ſynodus. *Pagius ad ann. Ch 344.* Vocatur autem ab Harduino hæc ſynodus, *Concilium Orientalium Epiſcoporum*.

a Ex Athanaſio, & Socrate locis proxime citatis.

nia ſæcula ex Patre genitum : Deum ex Deo, lumen ex lumine, per quem omnia facta ſunt in cœlo & in terra, tum viſibilia, tum inviſibilia : qui Verbum eſt, & ſapientia, & virtus, & vita, & lux vera : qui ultimis diebus propter nos homo factus, & natus ex Maria Virgine, crucifixus, & mortuus eſt, & reſurrexit tertia die a mortuis, & aſcendit in cœlum, ſedetque ad dexteram Patris, & venturus eſt in conſummatione ſæculi ad judicandum vivos & mortuos, & reddendum unicuique ſecundum opera ſua, cujus regnum interminatum permanet in infinita ſæcula. Sedet enim ad dexteram Patris non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. Credimus etiam in Spiritum ſanctum, hoc eſt in Paracletum, quem cum pollicitus eſſet Apoſtolis, poſt aſcenſum in cœlos miſit ut doceret eos & ſuggereret omnia : per quem animæ quæ in illum ſincere credunt, ſanctificantur. Eos autem qui dicunt Filium ex non exſtantibus, aut ex alia ſubſtantia, & non ex Deo, & quod tempus aut ſæculum aliquod fuit, cum nondum eſſet Filius, alienos a ſe cenſet & agnoſcit ſancta & catholica eccleſia. Similiter & eos qui dicunt tres eſſe deos ; aut Chriſtum non eſſe Deum ; aut ante ſæcula eum nec Chriſtum, nec Dei Filium eſſe ; aut eumdem eſſe Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum : aut Filium ingenitum : aut quod non arbitrio ſuo & voluntate Pater Filium genuerit : hos omnes anathemate ferit ſancta catholica eccleſia. Neque enim tutum eſt dicere Filium ex non exſtantibus, eo quod illud in ſacris literis nuſquam de Filio referatur. Neque illum ex ulla alia hypoſtaſi præexiſtente, præter Patrem, genitum eſſe ; ſed ex ſolo Deo eum vere genitum eſſe definimus. Unum enim ingenitum & ſine principio Chriſti Patrem ſacra ſcriptura commonſtrat. Sed neque illi qui temere ſine ſcripturæ auctoritate dicunt, Erat quando non erat, aliquod temporis ſpatium præcogitare debent ; ſed ſolum Deum, qui ſine tempore illum genuit : tempora enim & ſæcula per eum facta ſunt : neque item exiſtimandum eſt Filium Patri coingenitum, & principii pariter expertem. Quippe coingeniti vel ſimiliter principio carentis, nec pater nec filius quiſquam proprie dici poteſt. Sed Patrem quidem ſolum agnoſcimus principii expertem & incomprehenſibilem eſſe, qui ineffabili & omnibus incomprehenſibili modo genuerit : Filium vero genitum fuiſſe ante ſæcula : nec perinde, uti Patrem, ingenitum eſſe ; ſed principium habere Patrem qui ipſum genuit. *Caput enim Chriſti Deus* Nec tamen quia tres res, & tres perſonas Patris & filii & Spiritus ſancti ſecundum ſcripturas confitemur, tres idcirco deos facimus. Quoniam perfectum, ingenitum, carentem principio & inviſibilem Deum unum ſolum agnoſcimus, Deum & Patrem Unigeniti, qui ſolus ex ſe habet eſſe, ſoluſque omnibus aliis benigne largitur, ut ſint. Non tamen quia unum Deum eſſe Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſolum ingenitum profitemur, ideo Chriſtum Deum ante ſæcula eſſe abnegamus : qualia faciunt Pauli Samoſatenſis diſcipuli, qui cum poſt incarnationem

σὸν τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, δι' οὗ ἐγένετο τὰ πάντα τὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, λόγον ὄντα καὶ σοφίαν καὶ δύναμιν καὶ ζωὴν, καὶ φῶς ἀληθινὸν, τὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντα καὶ γεννηθέντα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, τὸν σταυρωθέντα καὶ ἀποθανόντα, καὶ ἀναστάντα ἐκ τῶν νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ καὶ ἀναληφθέντα εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ καθεσθέντα ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, οὗ ἡ βασιλεία ἀκατάπαυστος οὖσα διαμένει εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας. καθέζεται γὰρ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. πιστεύομεν δὲ καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τουτέστι τὸν παράκλητον, ὅπερ ἐπαγγειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις, μετὰ τὴν εἰς οὐρανὸν ἄνοδον ἀπέστειλε διδάξαι αὐτοὺς καὶ ὑπομνῆσαι πάντα, δι' οὗ καὶ ἁγιασθήσονται αἱ τῶν εἰλικρινῶς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων ψυχαί. τοὺς δὲ λέγοντας ἐξ οὐκ ὄντων τὸν Θεὸν ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, καὶ μὴ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι ἦν χρόνος ποτὲ ἢ αἰὼν ὅτε μὴ ἦν, ἀλλοτρίους οἶδεν ἡ καθολικὴ καὶ ἁγία ἐκκλησία. ὁμοίως καὶ τοὺς λέγοντας τρεῖς εἶναι Θεοὺς, ἢ τὸν Χριστὸν μὴ εἶναι Θεὸν, ἢ πρὸ τῶν αἰώνων μήτε Χριστὸν αὐτὸν, μήτε υἱὸν εἶναι Θεοῦ, ἢ τὸν αὐτὸν εἶναι πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἢ ἀγέννητον υἱὸν, ἢ ὅτι οὐ βουλήσει οὐδὲ θελήσει ἐγέννησε τὸν υἱὸν ὁ πατὴρ, ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ ἐκκλησία. οὔτε γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων τὸν υἱὸν λέγειν ἀσφαλὲς, ἐπεὶ μηδαμοῦ τοῦτο τῶν θεοπνεύστων γραφῶν φέρεται περὶ αὐτοῦ, οὔτε μὴν ἐξ ἑτέρας τινὸς ὑποστάσεως παρὰ τὸν πατέρα προϋποκειμένης, ἀλλ' ἐκ μόνου τοῦ Θεοῦ γνησίως αὐτὸν γεγεννῆσθαι διοριζόμεθα. ἓν γὰρ τὸ ἀγέννητον καὶ ἄναρχον τὸν Χριστοῦ πατέρα ὁ θεῖος διδάσκει λόγος. ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, ἐξ ἀγράφων ἐπισφαλῶς λέγοντας χρονικόν τι διάστημα προενθυμητέον αὐτοῦ, ἀλλὰ μόνον τὸν ἀχρόνως αὐτὸν γεγεννηκότα Θεόν· καὶ χρόνοι γὰρ καὶ αἰῶνες γεγόνασι δι' αὐτοῦ. οὔτε μὴν συνάναρχον καὶ συναγέννητον τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ εἶναι νομιστέον· συνανάρχου γὰρ καὶ συναγεννήτου, οὐδεὶς κυρίως πατὴρ ἢ υἱὸς λεχθήσεται. ἀλλὰ τὸν μὲν πατέρα μόνον ἄναρχον ὄντα καὶ ἀγέννητον γεγεννηκέναι ἀνεφίκτως καὶ πᾶσιν ἀκαταλήπτως οἴδαμεν· τὸν δὲ υἱὸν γεγεννῆσθαι πρὸ αἰώνων, καὶ μηκέτι ὁμοίως τῷ πατρὶ ἀγέννητον εἶναι καὶ αὐτὸν, ἀλλ' ἀρχὴν ἔχειν τὸν γεννήσαντα πατέρα· κεφαλὴ γὰρ Χριστοῦ ὁ Θεός. οὔτε μὴν τρία ὁμολογοῦντες πράγματα καὶ τρία πρόσωπα, τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος κατὰ τὰς γραφὰς, ἤδη τρεῖς διὰ τοῦτο τοὺς Θεοὺς ποιοῦμεν. ἐπειδὴ τὸν αὐτοτελῆ καὶ ἀγέννητον ἄναρχόν τε καὶ ἀόρατον Θεὸν, ἕνα μόνον οἴδαμεν, τὸν Θεὸν καὶ πατέρα τοῦ μονογενοῦς, τὸν μόνον μὲν ἐξ ἑαυτοῦ τὸ εἶναι ἔχοντα, μόνον δὲ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἀφθόνως τοῦτο χαριζόμενον· οὔτε μὴν ἕνα Θεὸν μόνον εἶναι λέγοντες τὸν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πατέρα τὸν μόνον ἀγέννητον, διὰ τοῦτο ἀρνούμεθα καὶ τὸν Χριστὸν Θεὸν εἶναι πρὸ αἰώνων·

ὁποῖ

1 Socrates ϗ ὄντων. Hard.

Φωτεινοί εἰσιν οἱ ἀπὸ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, ὕστερον αὐτὸν μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ἐκ προκοπῆς τεθεοποιῆσθαι λέγοντες, τῷ τὴν φύσιν ψιλὸν ἄνθρωπον γεγονέναι. οἴδαμεν γὰρ καὶ αὐτὸν εἰ καὶ ὑποτέτακται τῷ πατρὶ καὶ τῷ Θεῷ, ἀλλ' ὅμως πρὸ αἰώνων γεννηθέντα ἐκ τοῦ Θεοῦ, Θεὸν κατὰ φύσιν τέλειον εἶναι καὶ ἀληθῆ, καὶ μὴ ἐξ ἀνθρώπων μετὰ ταῦτα Θεὸν, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐνανθρωπῆσαι δι' ἡμᾶς, καὶ μηδέποτε ἀπολωλεκότα τὸ εἶναι. βδελυσσόμεθα δὲ πρὸς τούτοις καὶ ἀναθεματίζομεν καὶ τοὺς λόγον μὲν μόνον αὐτὸν ψιλὸν τοῦ Θεοῦ καὶ ἀνύπαρκτον ἐπιπλάστως καλοῦντας ἐν ἑτέρῳ τὸ εἶναι [1] ἔχοντι, νῦν μὲν, ὡς τὸν προφορικὸν λεγόμενον ὑπό τινων, νῦν δὲ ὡς τὸν ἐνδιάθετον· Χριστὸν δὲ αὐτὸν, καὶ υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ μεσίτην, καὶ εἰκόνα τοῦ Θεοῦ μὴ εἶναι πρὸ αἰώνων θέλοντας, ἀλλ' ἐκ τότε Χριστὸν αὐτὸν γεγονέναι καὶ υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐξ οὗ τὴν ἡμετέραν ἐκ τῆς παρθένου σάρκα ἀνείληφε πρὸ τετρακοσίων ὅλων ἐτῶν· ἐκ τότε γὰρ τὸν Χριστὸν ἀρχὴν βασιλείας ἐσχηκέναι ἐθέλουσι· καὶ τέλος ἕξειν αὐτὴν μετὰ τὴν συντέλειαν καὶ τὴν κρίσιν. τοιοῦτοι δέ εἰσιν, οἱ ἀπὸ Μαρκέλλου καὶ [2] Φωτεινοῦ τῶν Ἀγκυρογαλατῶν, οἱ τὴν προαιώνιον ὕπαρξιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν θεότητα, καὶ τὴν ἀτελεύτητον αὐτοῦ βασιλείαν ὁμοίως Ἰουδαίοις ἀθετοῦσιν, ἐπὶ προφάσει τοῦ συνίστασθαι δοκεῖν τῇ μοναρχίᾳ. ἴσμεν γὰρ αὐτὸν ἡμεῖς, οὐχ ἁπλῶς λόγον προφορικὸν ἢ ἐνδιάθετον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ ζῶντα Θεὸν, λόγον καθ' ἑαυτὸν ὑπάρχοντα καὶ υἱὸν Θεοῦ καὶ Χριστὸν, καὶ οὐ προγνωστικῶς συνόντα καὶ συνδιατρίβοντα πρὸ αἰώνων τῷ ἑαυτοῦ πατρὶ, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐξυπηρετησάμενον αὐτῷ τὴν δημιουργίαν εἴτε τῶν ὁρατῶν, εἴτε τῶν ἀοράτων. ἀλλ' ἐνυπόστατον ὄντα λόγον τοῦ πατρὸς, καὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ. οὗτος γάρ ἐστι πρὸς ὃν εἶπεν ὁ πατὴρ ὅτι ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ὁ καὶ τοῖς πατριάρχαις αὐτοπροσώπως ὀφθεὶς δεδωκὼς τὸν νόμον, καὶ λαλήσας διὰ τῶν προφητῶν, καὶ τὸ τελευταῖον ἐνανθρωπήσας, καὶ τὸν ἑαυτοῦ πατέρα πᾶσιν ἀνθρώποις φανερώσας, καὶ βασιλεύων εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας. οὐδὲν γὰρ πρόσφατον ὁ Χριστὸς προσείληφεν ἀξίωμα, ἀλλ' ἄνωθεν τέλειον αὐτὸν, καὶ τῷ πατρὶ κατὰ πάντα ὅμοιον εἶναι πεπιστεύκαμεν· καὶ τοὺς λέγοντας δὲ τὸν αὐτὸν εἶναι πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, καθ' ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματός τε καὶ προσώπου τὰ τρία ὀνόματα ἀσεβῶς ἐκλαμβάνοντας, εἰκότως ἀποκηρύττομεν τῆς ἐκκλησίας, ὅτι τὸν ἀχώρητον καὶ ἀπαθῆ πατέρα, χωρητὸν ἅμα καὶ παθητὸν διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως ὑποτίθενται. τοιοῦτοι γάρ εἰσιν οἱ Πατροπασσιανοὶ μὲν παρὰ Ῥωμαίοις· Σαβελλιανοὶ δὲ καλούμενοι παρ' ἡμῖν. οἴδαμεν γὰρ ἡμεῖς τὸν μὲν ἀποστείλαντα πατέρα, ἐν τῷ οἰκείῳ τῆς ἀναλλοιώτου θεότητος ἤθει μεμενηκέναι, τὸν δὲ ἀποσταλέντα Χριστὸν τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως οἰκονομίαν πεπληρωκέναι· ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς οὐ βουλήσει οὐδὲ θελήσει γεγεννῆσθαι τὸν Χριστὸν εἰρηκότας ἀνευλαβῶς, ἀνάγκην δὲ δηλονότι ἀβούλητον καὶ ἀπροαίρετον περιτεθεικότας τῷ Θεῷ, ἵνα ἄκων γεννήσῃ τὸν υἱὸν, δυσσεβεστάτους καὶ τῆς ἐκκλησίας ξένους γινώσκομεν· ὅτι τε παρὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας περὶ Θεοῦ, καὶ δὴ καὶ παρὰ τὸ βούλημα τῆς θεο-

A ſuam ex profectu Deum factum eſſe aſſeverant, eo quod merus homo eſſet. Scimus enim & ipſum, tametſi ſubjectus ſit Patri & Deo, ante ſæcula tamen genitum ex Deo, Deum ſecundum naturam perfectum & verum eſſe: neque ex homine poſtea Deum, ſed ex Deo hominem propter nos factum eſſe, nec umquam eſſe Deum deſiiſſe. Exſecramur præterea & anathematizamus eos, qui illum tantummodo nudum Verbum Dei ſine exſiſtentia falſo nominant, quod in alio habeat eſſe: nunc quidem uti quod prolatitium a nonnullis dicitur, nunc uti quod internum nominatur: Chriſtum autem ipſum, & Filium Dei, & mediatorem, & imagi-
B nem Dei, non ante ſæcula eſſe contendunt; ſed ex eo tempore eum Chriſtum & Filium Dei factum eſſe, ex quo noſtram carnem ex Virgine aſſumpſit, non totis abhinc quadringentis annis. Ab eo enim tempore volunt Chriſtum initium regni habuiſſe, & regni finem habiturum, poſt conſummationem & judicium. Tales ſunt diſcipuli Marcelli & Photini Ancyrogalatarum, qui exiſtentiam Chriſti ante ſæcula, ejuſque divinitatem & regnum æternum, ut Judæi, negant, ſub prætextu conſtituendæ monarchiæ. Scimus enim eum non ſimpliciter verbum eſſe prolatitium, vel internum: ſed vivum Verbum, quod per ſe exſiſtit, & Filium Dei & Chri-
C ſtum: neque eum per præſcientiam, cum Patre ſuo fuiſſe, & converſatum eſſe ante ſæcula: ſed illi adminiſtrum fuiſſe ad omne opificium, viſibilium ſimul & inviſibilium. Hic enim eſt, ad quem Pater dixit: *Faciamus hominem ſecundum imaginem & ſimilitudinem noſtram*: & qui Patriarchis in ſuamet ipſius perſona viſus eſt, legem dedit, & locutus eſt per prophetas, & tandem homo factus eſt, & ſuum Patrem omnibus hominibus manifeſtavit, & regnat per infinita ſæcula. Non enim recentem dignitatem accepit Chriſtus, ſed ab initio perfectum ipſum & Patri per omnia ſimilem credimus. Illoſque qui dicunt, eumdem illum Patrem &
D Filium & Spiritum ſanctum eſſe; & de una re perſonaque tria iſta nomina impie accipiunt, merito ab Eccleſia abdicamus, eo quod impatibilem & nullo loco circumſcriptum Patrem, patibilem ſimul & loco circumſcriptum per incarnationem fingunt. Tales enim ſunt, qui a Romanis quidem Patripaſſiani, apud nos vero Sabelliani dicuntur. Scimus item Patrem, qui miſit, in propria immutabilis deitatis natura permanſiſſe: Chriſtum vero, qui miſſus eſt, humanitatis aſſumptæ officium implevisse. Similiter eos, qui non conſilio neque voluntate Patrem genuiſſe Filium irreverenter dicunt, & neceſſitatem ſcilicet abſque conſilio & abſque propoſito Deo
E attribuunt, ita ut nolens genuerit Filium, impiiſſimos & alienos ab eccleſia cenſemus: eo quod præter communes de Deo ſententias, & præter voluntatem ſacræ ſcripturæ, talia de eo ſint auſi definire. Nos enim omnipotentem Deum, eumque ſui ipſius dominum agnoſcentes, ſponte ac libere Filium ſuum genuiſſe pie arbitramur: & reverenter ipſi de ſe loquenti credimus: *Dominus creavit me initium viarum ſuarum ad opera ſua*. Non tamen



1 Socr. & MS. Reg. Athan. ἔχοντι. *Hard.* 2 Athanaſ. habet Σκοτεινοὶ voce contrarium ſignificante, ſed ſono tamen affini: eſt enim φωτεινὸς *lucidus*, Σκοτεινὸς *tenebroſus*.

tamen eum ita creatum eſſe, ut ſimilis ſit A rebus per ipſum conditis & factis, exiſtimamus. Eſt enim hoc ipſum impium, & alienum ab eccleſiaſtica fide, conditorem cum rebus ab ipſo conditis æquiparare, & eamdem cum alienis generationis rationem obtinere credere: unum enim unice unigenitum Filium genuine & vere natum eſſe, ſacræ ſcripturæ nos docent. Sed neque quia Filium non per ſe eſſe, vivere, & exſiſtere dicimus, itidem ut Patrem, ideo eum ſeparamus a Patre, quaſi loca intervallaque in eorum conjunctione corporaliter fingamus. Credimus enim eos immediate & ſine intermedio ſpatio eſſe conjunctos, & inſeparabiles a ſe invicem eſſe; cum integrum Patrem Filius B complectatur, integer Filius a Patre pendeat eique adhæreat, & ſolus perpetuo in Patris ſinu requieſcat. Credentes igitur in integram & ſanctiſſimam Trinitatem, hoc eſt, in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum: & Patrem dicentes Deum, Deum item Filium, non duos deos, ſed unam deitatis majeſtatem profitemur, & unam regni perfectam concordiam: ut omnium ubique ſolus Pater ſit Dominus, atque adeo etiam ipſius ſui Filii: Filiuſque viciſſim ei ſubjectus ſit, & præter illum omnia, quæ poſt ipſum ſunt, & per ipſum facta ſunt, gubernet; & Spiritus ſancti gratiam omnibus ſanctis affatim Patris arbitrio largiatur. Ita enim de monarchia, C quæ in Chriſto eſt, loqui, ſacræ literæ nos docuerunt. Hæc coacti ſumus poſt fidem compendio antehac editam latius explicare: non ambitione ſuperflua ducti, ſed ut nos ab omni ſuſpicione, quæ minime in nos competit, purgaremus apud eos, quibus res noſtræ cognitæ non ſunt: & ut omnes occidentales pariter intelligerent, & calumnias eorum, qui diverſas opiniones fovent, & orientalium eccleſiaſticam in Domino ſententiam, divinarum ſcripturarum teſtimonio diſertiſſime confirmatam, apud eos qui mente perverſa non ſunt.

A πνεύστου γραφῆς, τοιαῦτα τετολμήκασι περὶ αὐτοῦ διορίσασθαι. αὐτοκράτορα γὰρ ἡμεῖς τὸν Θεὸν καὶ κύριον αὐτὸν ἑαυτοῦ εἰδότες, ἑκουσίως αὐτὸν καὶ ἐθελοντὴν υἱὸν γεγεννηκέναι εὐσεβῶς ὑπειλήφαμεν. πιστεύοντες δὲ ἐμφόβως καὶ τὸ περὶ ἑαυτοῦ λεγόμενον· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, οὐχ ὁμοίως αὐτὸν τοῖς δι' αὐτοῦ γενομένοις κτίσμασιν ἢ ποιήμασι γεγεννῆσθαι νοοῦμεν. ἀσεβὲς γὰρ καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως ἀλλότριον, τὸ τὸν κτίστην, τοῖς δι' αὐτοῦ ἐκτισμένοις δημιουργήμασι παραβάλλειν· καὶ τὸν αὐτὸν τῆς γενέσεως τοῖς ἄλλοις τρόπον ἔχειν καὶ αὐτὸν νομίζειν. μόνον γὰρ καὶ μόνως τὸν μονογενῆ υἱὸν γεγεννῆσθαι γνησίως τε καὶ ἀληθῶς διδάσκουσιν ἡμᾶς αἱ θεῖαι γραφαί. B ἀλλ' οὐδὲ τὸν υἱὸν καθ' ἑαυτὸν εἶναι, ζῆν τε καὶ ὑπάρχειν ὁμοίως τῷ πατρὶ λέγοντες, διὰ τοῦτο χωρίζομεν αὐτὸν τοῦ πατρὸς, τόπους καὶ διαστήματά τινα μεταξὺ τῆς συναφείας αὐτῶν σωματικῶς ἐπινοοῦντες. πεπιστεύκαμεν γὰρ ἀμεσιτεύτως αὐτοὺς καὶ ἀδιαστάτως ἀλλήλοις ἐπισυνῆφθαι, καὶ ἀχωρίστους ὑπάρχειν ἑαυτῶν. ὅλον μὲν τοῦ πατρὸς ἐνστερνισμένου τὸν υἱὸν, ὅλου δὲ τοῦ υἱοῦ ἐξηρτημένου καὶ προσπεφυκότος τῷ πατρὶ, καὶ μόνου τοῖς πατρῴοις κόλποις ἐπαναπαυομένου διηνεκῶς· πιστεύομεν οὖν εἰς τὴν παντέλειον τριάδα τὴν ἁγιωτάτην, τουτέστιν εἰς τὸν πατέρα, καὶ εἰς τὸν υἱὸν, καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, C καὶ Θεὸν μὲν τὸν πατέρα λέγοντες, Θεὸν δὲ καὶ τὸν υἱὸν, οὐ δύο τούτους Θεοὺς, ἀλλ' ἓν ὁμολογοῦμεν τῆς θεότητος ἀξίωμα, καὶ μίαν ἀκριβῆ τῆς βασιλείας τὴν συμφωνίαν· παντοκρατοῦντος μὲν καθόλου τοῦ πατρὸς πάντων, καὶ αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ, τοῦ δὲ υἱοῦ ὑποτεταγμένου τῷ πατρί. ἐκτὸς δὲ αὐτοῦ, πάντων τῶν μετ' αὐτὸν βασιλεύοντος τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος χάριν, ἀφθόνως τοῖς ἁγίοις δωρουμένου πατρικῷ βουλήματι. οὕτω γὰρ τὸν περὶ τῆς εἰς Χριστὸν μοναρχίας συνίστασθαι λόγον παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἱεροὶ λόγοι. ταῦτα ἠναγκάσθημεν μετὰ τὴν ἐν ἐπιτομῇ προεκτεθεῖσαν πίστιν, πλατύτερον ἐπεξεργάσασθαι, οὐ κατὰ περιττὴν φιλοτιμίαν, ἀλλ' ἵνα πᾶσαν τὴν κατὰ τῆς ἡμετέρας ὑπολήψεως ἀλλοτρίαν ἀνακαθάρωμεν ὑποψίαν, παρὰ τοῖς τὰ καθ' ἡμᾶς ἀγνοοῦσι· καὶ γνῶσιν οἱ κατὰ τὴν δύσιν πάντες, ὁμοῦ μὲν τῆς συκοφαντίας τῶν ἑτεροδόξων τὴν ἀναίδειαν, ὁμοῦ δὲ τῶν ἀνατολικῶν τὸ ἐκκλησιαστικὸν ἐν κυρίῳ φρόνημα, μαρτυρούμενον ἀβιάστως ὑπὸ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν παρ' αὐτοῖς διαστρόφοις.

## EADEM SYNODUS ANTIOCHENA

### Ex libello Synodico.

CONSTANTE ergo & Julio propter ſanctum ſymbolum auxilia ſua cum illius (ſymboli) profeſſoribus conjungentibus, vera & ſalutaris fides augebatur. Unde & phalanx hæreticorum rurſus Antiochiæ contra divinum ſymbolum confluens, Photinum, & Sabellium, & Marcellum Ancyræ anathemate notavit, & Romam definitionem exponens fidei ablegavit: quam tamen occidentales & Julius non admiſerunt.

D ΚΩΝΣΤΑΝΤΟΣ γοῦν καὶ Ἰουλίου διὰ τὸ ἅγιον σύμβολον τοῖς αὐτῶν συμμαχίαν συνιστώντων, ἡ ἀληθὴς σωτήριος πίστις ηὔξανετο. Ὅθεν καὶ φάλαγξ αἱρετικῶν πάλιν ἐν Ἀντιοχείᾳ κατὰ τοῦ θείου συμβόλου συῤῥέουσα, Φωτεινὸν, καὶ Σαβέλλιον, καὶ Μάρκελλον Ἀγκύρας, ἀνεθεμάτισε· καὶ εἰς Ῥώμην ὅρον ἐκτιθεμένη τῆς πίστεως ἐξαπέστειλεν. ὃν οἱ ἑσπέριοι καὶ Ἰούλιος οὐ προσήκαντο.

# * CONCILIUM MEDIOLANENSE I.

## SUB JULIO

## A CATHOLICIS CELEBRATUM.

Cauſa concilii. *a Concilium*.) Cum Eudoxius, Martyrius, A Macedonius & Demophilus orientalium legati prædicto concilio Antiocheno deſignati, juxta formulam fidei, quam velut catholicam & orthodoxam venditabant, ſibi atque omnibus orientalibus velut orthodoxis & catholicis epiſcopis communionem Romanæ eccleſiæ impertiri
Decretum concilii. petiviſſent, orthodoxi patres in hoc conventu Mediolani congregati, ante omnia oblatam fidei formulam examinantes, ipſam ob novitatem & nomen *conſubſtantialitatis* omiſſum rejecerunt; ideo maxime, quod ad abluendam labem ex Arianæ hæreſeos ſuſpicione contractam, & ad communionem eccleſiæ catholicæ impetrandam ſatis fuiſſet catholicæ fidei Nicænum ſymbolum profiteri, ipſumque ſuo chiro- B grapho conſignatum, quod fecerant antehac alii, Romam miſiſſe. Cum igitur fraude eorum cognita orthodoxi epiſcopi Arii ſententias condemnare vellent, legati, qui hactenus & verbis & ſcriptis ſe id facturos eſſe præ ſe tulerant, continuo reſilierunt, ſimulque ſuam & aliorum impoſturam detexerunt. Ad fidem Verbi divini Deo patri conſubſtantialis per occultos meatus & cuniculos evertendam, non ſatis hominibus perfidis ac turbulentis fuit, quod Athanaſium falſis criminibus affictis circumveniſſent, ipſumque cum pluribus aliis fidei defenſoribus ſedibus exturbaſſent, ſed oportebat etiam apud occidentales hoc ad fraudem & impoſturam adjicere, ut crebris de fide catholica C conciliis celebratis, velut mole quadam unicum Nicænum obruerent, ſtatutamque in eo unicam fidei catholicæ profeſſionem toto orbe receptam, formulis aliis a ſe frequenter commutatis, eliminarent. Rem hoc concilio geſtam
* ordine 2. Liberius pontifex in ea epiſtola * quam ad Conſtantium ſcripſit (quamque ex tom. 9. biblioth. VV. patrum intra ſub Liberio poſuimus) his verbis deſcribit. *Significant orientales paci ſe noſtræ velle conjungi. Quæ eſt pax, clementiſſime imperator, cum ſint ex partibus ipſis quatuor epiſcopi Demophilus, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo*, (ſcripta eſt hæc epiſtola anno poſt hunc octavo) *cum apud Mediolanum Arii hæreticam ſententiam noluiſſent da-* D *mnare, de concilio iratis animis exierunt? Horum ſi fas eſt ſententiis inhærere, quale ſit, aut quid habeat commodare conſenſum, æquitas & clementia tua poteris æſtimare*, &c. Vide Baron. anno 344. n. 4. 5. & 6.

### OBSERVATIO P. ANTONII PAGI AD AN. CHRISTI 334. NUM. 4. ET SEQQ.

Hujus *Mediolanenſis Synodi* memoria in Annalibus Baronii admodum obſcura, quo factum, ut Viri eruditi ad eam illuſtrandam magnam operam contulerint, Petavius nempe, Sirmondus & Petrus de Marca, peculiaribus ea de re Opuſculis editis. Annum, quo ea congregata, deducunt communiter omnes ex laudatis *Liberii* verbis. Quare Baronius, quia Liberii epiſtolam anno CCCLIV. ſcriptam credidit, annos octo, quorum in A ea mentio, ab an. 344. inchoat, eoque hujus Concilii meminit. Papebrocius Tomo I. Sanctorum Menſis Maii in Actis S. Athanaſii cap. 15. num. 164. ex eadem epiſtola anno CCCLIV, ut ipſe putat, ſcripta, deducit Synodum Mediolanenſem habitam anno CCCXLV. Sirmondus in Diatriba ſecunda de Photino, & Petrus de Marca in Diatriba *de tempore Synodi Sirmienſis Plenariæ*, arbitrantur eam epiſtolam anno CCCLIV. datam, & Concilium Mediolanenſe anno CCCXLVI. congregatum. Petavius in Diſſert. *de Photino Hæretico, ejuſque damnatione*, autumat, eam epiſtolam ſcriptam antequam Liberius in exilium mitteretur, ideoque anno CCCLV. Quare, inquit, octavus annus ante eam epiſtolam eſt annus Chriſti CCCXLVII; ut Sardicenſem Synodum brevi intervallo Mediolanenſis ſecuta ſit. Denique Valeſius in Notis ad lib. 3. Sozomeni cap. 13. putat, epiſtolam exaratam anno CCCLVI., & mendoſum eſſe locum laudatum, legendumque, *ante annos novem*, non vero, *ante annos octo*. At cum ea *Liberii* epiſtola anno CCCLIV., ut tunc videbimus, data ſit, B & locus citatus correctionem non egeat, liquet, alterutrum ex duobus dicendum, aut anno CCCXLVI., vel CCCXLVII. Mediolanenſe Concilium fuiſſe coactum, aut *duas Synodos Mediolanenſes* diſtinguendas, quarum altera anno CCCXLVI. celebrata fuerit, & de ea loquatur Liberius in ſua epiſtola; altera vero anno CCCXLVII., & in ea Photinus damnatus fuerit, de qua tamen minime intelligenda ſunt verba Liberii: quæ ſententia Petri de Marca fuit.

Profecto non video rem aliter ſe habere potuiſſe. Sozomenus enim lib. 3. cap. 11. ubi de Fidei Formula in Concilio Antiocheno anno CCCXLV. celebrato ſcripta locutus eſt: ait: *Hanc porro Expoſitionem, cum Eudoxius Epiſcopus Germaniciæ, & Martyrius ac Macedonius detuliſſent, Occidentales Sacerdotes ſuſcipere noluerunt. Decretis enim Synodi Nicænæ ſe contentos eſſe dicebant, nec præterea quidquam curioſius eſſe inquirendum. Cumque Conſtans Auguſtus id beneficii loco a fratre ſuo poſtulaſſet, ut Athanaſium in Sedem ſuam* C *reſtitueret, nec tamen litteris ſuis quidquam proficeret, obſiſtentibus ſcilicet hæretica factionis hominibus: Athanaſius vero ac Paulus Conſtantem adeuntes, Synodum fieri flagitarent, tanquam idcirco inſidiis appetiti, ut recta Fidei doctrina ſubverteretur, ex communi conſenſu utriuſque Imperatoris placuit, ut tam Orientis, quam Occidentis partium Epiſcopi, conſtituto die Sardicam convenirent.* Idem ſcribit Socrates lib. 2. cap. 20. Cum itaque Concilium Sardicenſe anno CCCXLVII. coactum fuerit, manifeſtum eſt, Occidentales Epiſcopos; qui eam Fidei Formulam, quæ μακρόστιχος vulgo cognominatur, ab Orientalibus propoſitam admittere noluere, *Mediolani*, congregatos fuiſſe anno CCCXLVI; cum, ut infra viſuri ſumus, poſt Concilium Sardicenſe Epiſcopi Occidentales rurſus *Mediolani* conduncti fuerint ad *Photinum* damnandum. Nec dici poteſt, in uno eodemque Mediolanenſi Concilio, & Formulam illam Fidei recitatam, & Photinum damnatum; cum Synodus, in qua hic Hæreſiarcha ab Eccleſia ejectus, Sardicenſem conſecuta ſit; quæ vero eam Confeſſionem Fidei, ut Athanaſius vocat, ſuſcipere noluit, eandem Sardicenſem D præceſſerit, ut ex citatis Sozomeni & Socratis verbis colligere eſt. Neque cauſa aliqua erat, cur *Eudoxius*, aliique Legati tamdiu differrent ad Occidentales accedere, præſertim cum poſt Synodum Sardicenſem, in qua Fides Orthodoxa ſtabilita, eorum petitio abſurda viſa fuiſſet. Hæc itaque Liberii Papæ verba de priori Synodo Mediolanenſi intelligenda: *Quæ eſt, pax clementiſſime Imperator*, &c.

Sirmondus in Diatriba ſecunda examen continente Diſſertationis, quam de Photino Hæretico, ejuſque damnatione Petavius in lucem dedit, jure merito miratur, Petavium ſibi in animum inducere potuiſſe, in Synodo Mediolanenſi, quæ anno CCCXLVII. poſt Sardicenſem habita fuerit, Arianæ ſectæ quatuor Epiſcopos, Demophilum, Macedonium, Eudoxium & Martyrium interfuiſſe, Ariique perfidiam damnare noluiſſe; cum illi Epiſcopi alii non ſint, quam quorum ſubſcriptiones in Sardicenſi Arianorum Synodica leguntur, Demophili a Beroe, Macedonii a Mopſueſtia, Eudoxii a Germanicia. *Quod ſi hos ipſos*, inquit Sirmondus, *eſſe* non

*non negabit, edicat, ſi poteſt, undenam tanta ipſorum tam repentina mutatio, ut qui proxime apud Sardicam, ne cum Catholicis coirent, ſeceſſionem fuga fecerant, iidem nunc eoſdem, ut eorum Concilio interſint, Mediolanum uſque conſectentur; Si edicere non poteſt, incredibilia & falſa hæc eſſe confiteatur. Habet tamen unde vera eſſe confirmet, Liberii Papæ ad Conſtantium epiſtola, in qua narrat, octavo ante anno quam ſcriberet, hoc eſt, ut ipſe ratiocinatur, anno ipſo Synodi Sardicenſis* CCCXLVII., *Epiſcopos ipſos, cum ad Mediolanum Arii ſententiam hæreticam noluiſſent damnare, de Concilio iratis animis exiiſſe. De hac ergo nos epiſtola quid ſtatuemus? Errare hic etiam illum & falſo niti principio, qui ſcriptam ponat anno* CCCLV. *cum anno ſuperiori ſcriptam non vanis argumentis evicerit Baronius, tum cum indicta Synodus nondum erat, cujus impetranda gratia, Legati cum epiſtola mittebantur, ut cum in Galliis adhuc ageret Conſtantius, quem inde poſtea in Italiam ſub exitum anni* CCCLIV. *ad hiberna deſcendiſſe auctor eſt Ammianus Marcellinus, proinde hunc verum & legitimum eſſe annum epiſtolæ Liberianæ. Ad hos ergo annos octo, quos numerat Liberius, regrediare, Conventus occurret Mediolanenſis, non quo anno ſtatuebat Diſſertatio, ſed anteriore* CCCXLVI; *ac tum plana & liquida fluent omnia. Nam Eudoxium, collegaſque Epiſcopos, qui ab Orientalibus Legati, ut Socrates & Sozomenus tradunt, μακρόστιχον illam Fidei Formulam in Italiam attulerant, Mediolani tunc adfuiſſe nihil erit abſurdi. Et cum Athanaſium eodem quoque anno Mediolanum Roma Conſtantis Principis accitu* A *veniſſe, atque inde in Gallias profectum Sardicam ad Synodum una cum Hoſio contendiſſe Athanaſii ipſius ad Conſtantium Apologia pag. 326. demonſtret, neque profecto, Mediolanenſem ipſum, qui fuit Epiſcoporum, Conventum, de quo ſcribit Liberius, Sardicenſi, contra quam amico noſtro viſum eſt, non ſucceſſiſſe, ſed anteceſſiſſe.* Ita recte Sirmondus.

Duæ itaque Synodi Mediolanenſes, quas Petavius male in unam confundit, omnino diſtinguendæ; cum præter alia cum argumentum, verba, quæ leguntur in libello, quem Urſacius & Valens obtulerunt Julio Papæ Romæ, de Concilio Mediolanenſi poſt Sardicenſe celebrato, neceſſario intelligenda ſint: *Item anathema diximus iis, qui negant Chriſtum Deum eſſe, & Filium Dei ab æterno, ſicut per priorem libellum noſtrum, quem apud Mediolanum porreximus, & nunc & ſemper anathematizaſſe, ac manu noſtra, qua ſcripſimus, profitemur.* Certe Athanaſius in Apologetico ad Conſtantium ait. *Quarto anno* ſcilicet, ex quo Romam venerat, a Conſtante Auguſto Mediolanum ſe accitum fuiſſe, additque: B *Comperiebam autem quoſdam Epiſcopos, qui eo profecti erant precibus ab eo* (nempe Conſtante) *ut ſua gratia de Synodo facienda ſcriberet.* Anno itaque CCCXLVI. quidam Epiſcopi Mediolani erant, quos licet Athanaſius Synodum celebraſſe non dicat, veroſimile tamen eſt eoſdem poſt Athanaſii diſceſſum in Synodo coactos, præfatam Arianorum Confeſſionem in Concilio Antiocheno conſcriptam ſuſcipere noluiſſe. Hæc magis conſtabunt, cum de altero Mediolanenſi Concilio ſermo erit.

ANNO CHRISTI 346.

# [a] CONCILIUM [b] AGRIPPINENSE [c] IN QUO

## *EUPHRATAS COLONIÆ AGRIPPINÆ*

*Epiſcopus, quod Chriſtum Deum negaret, hæreſis damnatus atque exauctoratus eſt, anno Chriſti* CCCXLVI. *Julii Papæ* X. *Conſtantis Auguſti in Italia* IX. *in Gallia* V. [1]

[d] POST conſulatum Amantii & Albini, IV. Idus Majas, cum conſediſſent epiſcopi in Agrippinenſium civitate, id eſt [a] Maximinus Trevirorum, Valentinus ab Arelato, Donatianus Cabillonorum, Severinus Senonum, Optatianus Tricaſſium, Jeſſes Nemetum, Victor Vangionum, Valerianus Antiſiodorenſium, Simplicius Auguſtodunenſium, Amandus Argentinenſium, Juſtinianus Rauricorum, Eulogius Ambianorum, Servatius Tungrorum, [e] Dyſcolius Rhemorum: conſentientibus & mandantibus Martino epiſcopo Moguntiacenſium, Victore Mediomatricorum, Deſiderio Lingonicæ, Panchario Veſontienſium, Sanctino [a] Articlavorum, Victorino Pariſiorum, Superiore Nerviorum, Mercurio Sueſſionum, Diopeto Aurelianorum, Euſebio Rothomagenſium: cumque recitata fuiſſet epiſtola plebis Agrippinenſium; ſed & omnium caſtrorum Germaniæ ſecundæ A de nomine Euphratæ, qui Chriſtum Deum negavit.

a Virodunum, cujus antiſtes Sanctinus, Urbem clavorum olim dictam fuiſſe docet Bertharius in hiſt. epiſc. Virodunenſium.

e & Sigebertus in chronico an. 1048.

Maximinus epiſcopus dixit: Quia voluntas Dei Patris, & Domini noſtri Jeſu Chriſti, voluit nos juxta poſtulatum fratrum ad hoc Agrippinenſe oppidum convenire, propter perditum & blaſphemum Euphratam, quem omnis mundus jam ore domini cognovit eſſe damnatum; qui in Spiritum ſanctum eatenus blaſphemavit, quod Chriſtum Deum negat: hanc mediocritas mea ſententiam fert, ſicut Dei & domini noſtri ſalvatoris ore prolata eſt dicentis: *Omnia peccata & blaſphemiæ remittentur hominibus, qui autem blaſphemaverit Spiritum ſanctum, non remittetur ei, neque hic neque in* B *futuro, ſed reus erit æterno judicio.* Ideo epiſcopum eum manifeſtum eſt eſſe non poſſe. Matth. 12. Marc. 3. Luc. 12.

Valentinus epiſcopus dixit: Quia Euphrata Chriſtum Deum negat, conſentio eum epiſcopum

1 Sirmondus in Notis ad Concilium Colonienſe dicit, illud celebratum fuiſſe anno CCCXLV. nec abſurdum videri debere, quod *Euphrata*, præſertim ſi reſipuerit, ad Legationem fuerit poſtea delectus, aut ſi adhuc in errore verſabatur, alias tamen ob cauſas, neceſſaria ejus hac in re viſa fuerit opera. Cointius in Annalibus Francorum anno CCCLV. num. XIII., exiſtimans, temporis notam huic Concilio præfixam, mendoſam eſſe, ſcribit aliam ſubſtituendam, quæ anno Chriſti circiter trecenteſimo quinquageſimo ſecundo conveniat. Sed, ut recte obſervat Henſchenius die XIII. Maii in illuſtratione Vitæ *S. Servatii* Trajecti ad Moſam Epiſcopi, qui huic Synodo interfuit, ea a currenti anno removeri non poteſt; cum Sanctus Maximinus Trevirenſis Epiſcopus, qui ei præfuit, anno trecenteſimo quadrageſimo nono obierit. Ait itaque Henſchenius, ab imperito Librario nomen Epiſcopi in hoc Concilio damnati longe a vero deformatum, aut Euphratem ſanctiſſimum Præſulem, quem Epiſcopo Hæretico ejuſdem nominis ſucceſſiſſe credendum, pro nomine Eupraxii, Euphraſii, aut alio ſimili perperam ſcriptum eſſe. Celebratum anno ſequenti Concilium Sardicenſe, ad quod profectus Euphrates Epiſcopus Coloniæ Agrippinæ in locum pſeudo-Epiſcopi ordinatus, tum alii plerique Epiſcopi, qui fuerant in Concilio Agrippinenſi, per quos potuit Concilio innoteſcere hæreſis Photiniana, quam ibi detectam eſſe auctor eſt Epiphanius hæreſi 72. Electi fuerunt a Concilio duo Epiſcopi, *Vincentius* Capuanus, & *Euphrates* Colonienſis, ut viri eximia ſanctitate & doctrina præclariſſima, quos ad Conſtantium Imp. deſtinatos Athanaſius in epiſtola ad Solitarios deſcribit. Ita ratiocinatur Henſchenius. At cum in diverſis Epiſcoporum Catalogis duos ejuſdem nominis Epiſcopos eandem ſucceſſive ſæpius rexiſſe legere ſit, exiſtimo, iſtum Epiſcopum in Concilio Colonienſi depoſitum, quam Epiſcopum in ejus locum ſubrogatum, Euphratam, ſeu Euphratem vocatum fuiſſe, perperamque ſecundum, ſeu Orthodoxum, cum priori qui Hæreticus fuit, confundi; ideoque rejiciendum, quod conjicit Cointius, poſt eam nempe Legationem, Euphratam a Fide defeciſſe. *Pagius ad an. Chr. 347. n. 6.*

a Qui hoc loco recenſentur Epiſcopi, iidem omnes præter duos, Pancharium, & Sanctinum ſynodo Sardicenſi ſubſcribunt, & ejus ſynodicæ apud Athan. in apol. 2. *Hard.*

pum eſſe non poſſe; qui nec laicam debet com- A municationem accipere.

Donatianus epiſcopus dixit: In pace negavit Chriſtum Deum: & ideo conſtat Euphratam non eſſe catholicum.

Severinus epiſcopus dixit: Cum conſtet Euphratam ſubſcriptione fratrum plurimorum in Spiritum ſanctum blaſphemaſſe negando Deum Chriſtum; & ego conſentio eumdem, juxta evangelica præcepta, jure ab epiſcopatu eſſe dejectum.

Optatianus epiſcopus dixit: Et ego ſentio Euphratam in epiſcopatu permanere non poſſe, qui in Spiritum ſanctum blaſphemavit negando Chriſtum Deum.

Jeſſes epiſcopus dixit: Non ſolum epiſtolis B omnium eccleſiarum, quæ audierunt Euphratam negare Deum Chriſtum, ſed quod ego ipſe auribus meis audivi ſub præſentia Martini conſenioris noſtri, & Metropii presbyteri, & Quintini presbyteri, & Victoris diaconi, ideo conſenſi illum jure eſſe depoſitum.

Victor epiſcopus dixit: Quoniam palam factum eſt, & probatum, Euphratam immemorem ſacramenti cœleſtis blaſphemaſſe in Spiritum ſanctum, negando Chriſtum Deum Dei filium, & multis criminibus coarguitur, quod epiſcopum nullo modo decet, conſentio eum eſſe depoſitum.

Valerianus epiſcopus dixit: Etſi non omnes conſeniores, hic apud Agrippinam Dei volun- C tate qui ſumus adunati, conveniſſemus, ſuffecerat a quinque epiſcopis Euphratam blaſphemum, quia Chriſtum Deum negat, pro meritis ſuis ſententiari, eodem jure eſſe depoſitum. Nunc autem in præſenti majora cognovimus: multorum etiam carorum laicorum ſubſcriptione manifeſtum eſt, quia primordialem dominum & Deum noſtrum negat. cum per univerſos prophetas manifeſtetur illum ante mundi conſtitutionem fuiſſe cum Deo patre omnipotente: & quia omnes cecinerunt illum venturum, & pati pro totius mundi ſalute, ſicut ipſe complevit. Quapropter Euphratas falſus doctor, qui nudum tantum hominem aſſerit Chriſtum, recte omnium conſacerdotum voce dam- D natus eſt. Ideo conſentio, ut ſi quis epiſtolas ipſius per catholicam eccleſiam attulerit, communione privetur: eumdemque ccnſeo juſte eſſe depoſitum.

Simplicius epiſcopus dixit: Eſſe epiſcopum non poſſe Euphratam conſentio, quia Chriſtum Deum negat.

Amandus epiſcopus dixit: Siquidem in præſenti, quando Euphrata a quinque epiſcopis ſententiam accepit, me inter ipſos fateor eſſe conſentaneum, qui epiſtolis meis ad eumdem deponendum conſenſi, ſecundum falſam doctrinam ipſius, qui Chriſtum dominum Deum negat, merito in ipſum ſententiam collatam eſſe conſtat: ad cujus damnationem conſen- E tio.

Juſtinianus epiſcopus dixit: Ex epiſtola clericorum Agrippinenſium, nec non & fratrum per ſingula caſtra conſtitutorum, quorum epiſtolæ & ſubſcriptiones tenentur, cognovimus Euphratam eſſe blaſphemum, qui Chriſtum ſalvatorem dominum noſtrum Deum eſſe negat. Quapropter & ego conſentio illum ab eccleſia catholica eſſe damnatum.

Eulogius epiſcopus dixit: Diabolus qui ab initio fuit, qui periit primus, & ceteros per- A didit, ipſe hodie in Euphrata perſiſtit. Nam & idem multos ſecum trahendo decepit: qui tamen meminiſſe debuerat apoſtolum prædicaſſe, qui ait: *Et ſi angelus deſcenderit de cœlo, & vobis aliter prædicaverit, quam vobis eſt prædicatum, anathema ſit.* (Gal. 1) Quare Euphrata falſus doctor, legiſque ſubverſor, merito omnium epiſcoporum ſententia damnatus eſt, qui benedictum dominum & ſalvatorem noſtrum, auctorem lucis & vitæ, Jeſum Chriſtum Deum negare auſus eſt. Et ideo puſillitatis meæ conſenſu, ut meretur, damnatione percuſſus eſt.

Servatius epiſcopus dixit: Quid fecerit, quidve docuerit Euphrata pſeudoepiſcopus, non o- B pinione, ſed veritate cognovi, pro finitimi loci conjuncta civitate: cuique publice & domeſtice obſtiti ſæpe, cum ille Chriſtum Deum negaret, audiente Athanaſio epiſcopo Alexandriæ, & presbyteris, & diaconibus plurimis. Et idcirco cenſeo Chriſtianis epiſcopum eum eſſe non poſſe, quia Deum Chriſtum ſacrilega voce negavit: neque illum Chriſtianum eſſe judicandum, qui ejuſdem confinitimus fuerit inventus.

Dyſcolius epiſcopus dixit; Qui Chriſtun Deum negat, in eccleſia non poteſt permanere, dicente domino noſtro Chriſto: *Qui me negaverit coram hominibus, & ego negabo eum coram Patre meo qui eſt in cœlis.* (Matth. 1) Et ideo Eu- C phratam inter ceteros fratres meos arbitror, & rectiſſime cenſeo, eſſe epiſcopum non permitti.

Item ex * epiſtola Diopeti epiſcopi Aurelianorum *: Inter omnium voces Euphratas damnationi tradatur, atque puniatur, qui Chriſtum negat eſſe filium Dei: cujus falſa machinatio multis innocentibus attulit pravitatem. Sed neceſſe eſt, ut ipſe veterator, qui tantum molitus eſt ſcelus, cœleſti plaga feriatur.

* ſententia. * ſed tamen ſermonibus iſtis.

## QUÆDAM [a] DESUMPTA.

*Ex hiſtoria beati Servatii epiſcopi Tungrenſis, ſynodum Agrippinenſem ſeu Colonienſem concernentia.* D

[a] Hæc non ſecus ac præcedentia acta primus edidit Crabbus: a quo alii.

ſ IN eodem quoque loco (*Trajectenſi videlicet civitate*) revelante ſibi Spiritu ſancto, præcognovit beatus Servatius quæ ſupereventura erant ſubterjacenti ſæculo: convocatiſque fratribus, prædixit barbaricas Hunnorum phalanges de puteo abyſſi ſuæ progreſſuras fore, orbemque rebellis & criminoſi populi, præcipue per Gallias, nominatim urbem Octaviam, depaſtum iri. It rumor & pavor per populos & provincias. Rogatur ſanctus in Franciam advenire Tricaſſinam Aſſenſit ſancti benignitas, conſcenditque obviam illi omnis ſacerdotalis dignitas. Appellatur exponere quæ noverit. Ex- E oratus exponit. Occupat extemplo audientes horror, & mentis hebetudo, timorque & tribulatio. Initur concilium: placuit ſupplicationes dirigi Romam ad principem apoſtolorum, quæriturque legatus. Eligitur ergo primum ad hoc opus Exuperius Toloſanus epiſcopus. Sed illo multipliciter excuſante, adpoſcunt voce unanimi Servatium legationi. Æquipollentiſſimum ab omnibus probatur continuo, ut qui nuncius ad populum electus fuiſſet a domino, ad apoſtolorum principem interpellator dirigeretur a populo. Superatus autem univerſorum inſtan-

inſtantia, vix tandem acquievit. Hortabatur igitur prædicari jejunium, & corrigi auſus indiſciplinatorum. Sed neque ſic expeditum ſatis iter ſuum judicat, niſi Euphratam Coloniorum pſeudopræſulem, quem poſt tergum ſuum eccleſiæ nociturum timuit, eccleſiaſtica ſeveritas judicialiter diſcuſſerit. Illico ergo * præcedunt univerſali principum decreto veredarii veloces Agrippinam, cogitur cœtus clericorum, it ſenatus ad ſynodum. Pontifices poſtremo, comitante ſingulos aliquanta mole populorum, Maximinus Trevirorum, Valentinus Arelatenſium, Donatianus Cabillonorum, Severinus Senonum, Optatianus Tricaſſium, * Jeſſius Nemetum, Victor Vangionum, Valerianus Autiſiodorenſium, Amandus Argentoratenſium, Servatius Tungrorum, Simplicius Auguſtodunenſium, Juſtinianus Rauricorum, Eulogius Ambianorum, Dyſcolius Rhemorum, Diopetus Aurelianorum, procedunt tempore ſtatuto ad concilium. Judicantibus autem ibi quibuſdam debere correctionem Euphratæ indici, non tamen oportere virum tam clara ſede ſubito deponi; aliis ſane præpaventibus, ne ex hac venia cauſa præſtaretur ſcelus hoc dilatandi, inter hos illoſque ſententia Servatii mediaſtini cenſebatur hujuſmodi: Euphratam, qui Chriſtum ſalvatorem meum negavit eſſe Deum, ego nego eſſe poſſe epiſcopum, cum quo ſæpe (Athanaſio Alexandrino cognoſcente) contendi, diræque conſcientiæ pectus inflexibile deprehendi. Cujus & pœnitentia, ſi qua eſt expectanda, potius hanc ſentio inter laicos quam inter epiſcopos agendam. Nulla mora, ſingulis pontificibus orationes ſimiles ad eamdem normam dictantibus, Euphrata deordinatur, & Severinus, qui tunc ex voluntate Dei aderat, plenarie catholicus & ſanctus in locum ejus exaltatur.

* procedunt.

* Jeſſes.

## Notæ Severini Binii

Cauſa concilii Agrippinenſis.

Photini & Euphratæ doctrina quæ?

*a Concilium*. Cauſa indictæ ſynodi iſta erat, ut Euphratas cum Photino hæreſiarcha divinitatem Chriſti negans ſede epiſcopali deponeretur, aliuſque in locum ejus ſubrogaretur. Photinum hæreſiarcham, patria Ancyranum, Sirmienſem epiſcopum, docuiſſe filium Dei hominem tantum eſſe, teſtatur Epiphanius hæreſi 71. Euphratam vero eamdem hæreſin ſectatum fuiſſe, acta hujus ſynodi aperte indicant. Unde, quod a quibuſdam ſcribitur, Euphrata auctore, Arianam hæreſim Coloniæ propagatam, ideoque ſynodali ſententia condemnatum, epiſcopatu abdicatum eſſe, cum hiſtoria & actis non convenit: niſi dicas, Arianos tenentes filium Dei creaturam eſſe, occulte eamdem cum Photino hæreſim docuiſſe: atque ita Euphratam, Photinum ſectando, Arianæ factionis ſectarium dici poſſe. Vide Baronium anno 357. num. 4. & 5.

Agrippina quæ & qualis urbs?

A quo condita?

Quomodo nominata?

*b Agrippinenſe*) Agrippina colonia, ad citeriorem ripam Rheni ſita, Ubiorum ſedes olim fuit. Qui cum Suevorum incurſionibus graviſſime exagitarentur, majoris ſecuritatis gratia Rhenum tranſgreſſi, poſt urbem ibidem, quam Tacitus oppidum Ubiorum appellat, exſtructam, a Marco Agrippa patre Germanici & avo Agrippinæ in fidem accepta eſt, auctore Tacito lib. 12. Nomen Coloniæ Agrippinæ, & Claudiæ Agrippinenſis, ſortita eſt de nomine Agrippinæ Germanici filiæ & imperatoris Claudii conjugis. Hæc enim cum Antiſtio & Suilio conſulibus, anno Chriſti nimirum 52. Auguſtæ titulo aucta eſſet, *quo vim ſuam ſociis quoque nationibus oſtentaret*, inquit lib. 12. *in oppidum Ubiorum in quo genita erat* (agente illic cum exercitu Germanico patre) *veteranos coloniamque deduci imperat, cui nomen inditum ex vocabulo ipſius*: ita Baron. prædicto loco. Lipſius in notis ad Tacitum. Ab initio ſuæ ſtructuræ eam Romanæ urbis & imperii fuiſſe talem coloniam, quæ eodem jure, iiſdem moribus uteretur, eadem forma regiminis gubernaretur, maniſeſtiſſimo teſtimonio Pauli libro 10. de cenſibus probatur, ubi oſtenſurus, quo jure Agrippinenſis colonia deducta fuerit, hæc ſcribit. *In Germania inferiore Agrippinenſes juris Italici ſunt*. Et recte inſtar enim Romanæ urbis Colonia ſuos ſem-

Colonia Italici juris.

A per habuit conſules, proconſules, quæſtores, cenſores, variosque variarum rerum ac tribuum tribunos atque præfectos: baculus ille candidus, rectus & inflexibilis, quem teneræ ætatis puer conſulem concomitans geſtare ſolet, faſcium loco receptum fuiſſe, vulgo exiſtimatur. *Si tribunum* (inquit Georgius Braunius in theatro de Colonia ſcribens) *ordines, ſi civilem ſenatorum auctoritatem, ſi denique capitolium inſtar Romani ædificatum obſerves, quaſi effigiem & vivum quoddam ſimulacrum Romanæ urbis hanc Agrippinenſem videbis rempublicam, ut non immerito nativo quodam jure Romanorum dicatur.*

Colonia a quo & quando ad fidem converſa

Sigillum quale.

Utraque ergo initio idolorum cultrix per apoſtolum Petrum ad veram Dei unius fidem & religionem converſa fuit: eamque quam Romæ Petrus, Coloniæ Maternus Petri diſcipulus prædicavit, hactenus incorruptam & illæſam Dei gratia tenuit, adeo ut non immerito majus ſigillum hujus civitatis D. Petri ſedentis altera manu duas claves, altera librum tenentis imaginem repræſentet, cum hac circumſcriptione Sancta Colonia Ro-B manæ eccleſiæ fidelis filia. Gereon cum trecentis octodecim, Mauri ſexaginta ſupra trecentos, Urſula cum undecim millibus virginum martyrium ſuſtinentes, ſanguine ſuo hic pro Chriſti nomine effuſo urbem conſecrarunt. Hac urbe ſacra corpora trium ſanctorum regum, Felicis, Naboris, Gregorii Spoletani, Hippolyti, Albini Agilolphi, aliorumque plurium martyrum, confeſſorum, ac virginum reliquiæ ſacræ continentur. Hinc in commemoratione ſuorum patronorum in ea proſa, quam B. Mariæ virginis ad gradus præpoſitum compoſuiſſe ſcribit Cornelius Sculthingius in bibliotheca eccleſiaſtica, ſic canitur.

*Gaude felix Agrippina, ſanctaque Colonia*
*Sanctitatis tuæ bina ferens teſtimonia.*
*Poſtquam fidem ſuſcepiſti, civitas prænobilis,*
*Recidiva non fuiſti, ſed in fide ſtabilis.*

Colonia urbs imperialis

Hanc urbem Romano imperio Childericus rex Fran-C ciæ ademit: Otto I. eamdem Romano imperio reſtituit. Deinceps potentior, amplior & nobilior effecta, inter urbes imperiales liberas & Hanſeaticas relata, ſeſſionis & dignitatis primatum ſortita eſt. Prima ejus forma, quemadmodum & urbis Romæ, quadrata fuit, cujus jam adhuc muri, turres ac foſſæ pleriſque in locis videntur. Mœnibus deinceps ſemilunaribus ampliata, turribus LXXXIII. deſuper ædificatis, poſt admirabilem illam & ſtupendi operis D. Petri baſilicam, X. collegiata. XIX. plebanica templa, XV. cœnobia virorum, XXII. monialium, triginta ſacella, aliaque plurima loca divino cultui dicata circumſcribit. Inſignia urbis ſunt tres aureæ regum coronæ in campo rubeo ſeriatim diſpoſitæ: ſcutum eſt argentei coloris, undecim guttulas ſanguineas 11000. virginum patronarum indices continens. Propter tria Magorum corpora anno domini 1164. acceptæ, tres coronas uſurpat. E regione Coloniæ verſus orientem eſt oppidulum quoddam Tuitium appellatum, quod a Tuiſcone primo Germanorum parente exſtructum viri D doctiſſimi aſſerunt, ex etymologia nominis, ut puto, conjectantes. Verius eſt, hoc munimentum eſſe illud, quod Conſtantinus maximus imperatoris Conſtantii filius pro militibus illic in tutelam Galliarum collocandis erexit. A quo præſidii loco Divitenſes milites, quorum Ammianus Marcellinus libro 27. meminit, nomen traxerunt: corrupte igitur Tuitium, vulgo *Deutz* nominatur quod melius Divitenſe munimentum appellaretur. Rhenus hunc locum ab urbe ſejungit. Idem imperator, pro imperii & limitis ornatu, Coloniæ ſeptimum orbis miraculum, pontem lapideum factu ſic ſatis difficilem, uſui ſempiterno deſtinatum, conſtituit. Hunc pontem Bruno archiepiſcopus Colonienſis, Ottonis I. imperatoris frater, non ob latrocinia, ut Colonienſe fabulatur chronicon, ſed ne Franci orientales cum occidentalibus conjungi poſſent, circa annum domini 962. dejecit. Nam ob imperium a Francis ad Saxones translatum, inter Saxonicam & Francicam domum non tantum ingens bellum exortum erat, verum etiam, Lutetiam * Pariſiorum in Gallia Bruno cum Saxonibus invaſerat, ſpoliaE que ingentia iſthinc Coloniam advexerat. Ne ergo hanc cladem facilius Galli auxilio orientalium freti ulciſcerentur, ipſum pontem, quantumvis fere ſeptimum orbis miraculum foret, Bruno archiepiſcopus dejecit. Plura antiquitatum Agrippinenſium hactenus incognitarum egregia monumenta ex archivis abditiſſimis magno ſtudio & labore domini Stephani Broelmanni, Agrippinenſis juriſconſulti clariſſimi, viri in perſcrutandis antiquitatibus Germaniæ diligentiſſimi, brevi, ut ſpero, prodibunt. De univerſitate Colonienſi ſcitu pulcherrima, docte, & ſic ſatis fuſe ſcripſit reverendiſſimus D. Jacobus Middendorpius, ejuſdem univerſitatis theologus, juriſconſultus ac philoſophus doctiſſimus, in ſuo tractatu de celebrioribus univerſi mundi academiis. Totam vero urbem reverendus dominus Georgius Braunius, cujus non poſſum non honeſte meminiſſe, ut graphice, i[...]

Tuitium unde dictum, & a quo exſtructum

Inſignia urbis quæ?

Cur tres gerat coronas.

Pons Rhenanus lapideus a quo conſtructus & dejectus

* Falſum hic narrat Binius, ut dicemus in notis

vere deſcripſit. De electorali dignitate hujus urbis ar-
chiepiſcopali, a ſede pontificia non ſine magna urbis
celebritate conceſſa, reverendiſſimus & illuſtriſſimus car-
dinalis Baronius anno domini 99. Bellarminus libro 3.
de tranſlatione imperii capite 2. Nicolaus Serrarius li-
bro 1. Mog. hiſt. capite 34. & ſequentibus, ſcitu pul-
cherrima in lucem ediderunt. Hos, lector, ſi plura
ſcire cupias, conſule.

*c In quo Euphratas.*) Sunt qui, neſcio qua ratione
inducti, Euphratam Arianæ hæreſeos ſectatorem, a
Gothis Arianis intruſum fuiſſe exiſtimant. Quàm lon-
ge autem illi a veritate aberrent, ex epiſtola Athanaſii
ad ſolitariam vitam agentes ſcripta, & ex Theodoreto
lib. 2. hiſtoriæ capite 9. liquidiſſime conſtat. Uterque
refert Euphratam Agrippinæ epiſcopum Sardicenſi con-
cilio interfuiſſe, & ob præclaram nominis ac virtutis
celebritatem omnium epiſcoporum judicio dignum ha-
bitum fuiſſe, qui nomine totius concilii una cum Vin-
centio Capuano ad Conſtantium imperatorem Antiochiæ
commorantem ablegaretur, petiturus ab imperatore, ut
Athanaſium, Marcellum, alioſque exules epiſcopos, Eu-
ſebianorum dolo ac fraude ſedibus ſuis deturbatos, nunc
vero univerſalis concilii ſententia calumnia abſolutos,
redire, ſuiſque ſedibus deinceps præeſſe non impediat.
Et ad hanc rem facilius impetrandam tales ablegarunt quos
Conſtans imperator commendatitia ſcripta ad fratrem epi-
ſtola vere commendare poſſet. Verba Athanaſii hæc ſunt:
*Miſſi a ſancto concilio in legationem epiſcopi Vincentio*
*Capua, quæ metropolis eſt Campaniæ, & Euphrata Agrip-*
*pina, quæ eſt metropolis ſuperioris Galliæ, ut pro ſynodi*
*decretis imperator Conſtantius epiſcopos, quos ipſe ejece-*
*rat, in ſuas ſedes reverti pateretur, & in eam ſenten-*
*tiam a Conſtante pientiſſimo ad fratrem ſuum literis da-*
*tis, quibus epiſcopos illi commendabat.* Ex quibus ſatis
manifeſtum eſt, Euphratam principio ſui epiſcopatus
non modo non Arianum, ſed neque hæreticum fuiſ-
ſe. Ut patres concilii hominem turpiſſima nota infamiæ
inuſtum, quem præſertim gravior quam Arii hæreſis in-
famaſſet, quantumvis palinodiam recantaſſet, tam bre-
vi temporis ſpatio in priſtinam ſedem reſtitutum, & in-
ter eximios ſanctitate & doctrina viros Galliarum epi-
ſcopos, qui Sardicenſi concilio interfuerunt, delegerint,
ſentire aut credere non poſſum. Probabile eſſe exiſti-
mo, hæreſim Photini ante hæc tempora occidentali
eccleſiæ, teſte Baronio anno 344. numer. 1. adhuc
incognitam, Euphratam tunc primum hauſiſſe, pri-
mumque tunc Coloniæ prædicaſſe, quando a concilio
Sardicenſi & a legatione orientali reverſus Coloniam re-
diiſſet. Euphratam Chriſti divinitatem negaſſe, cumque
Photino aſſeruiſſe, quod Filius Dei homo tantum, non
Deus eſſet, acta concilii hujus aperte teſtantur. Photi-
nus ante concilium Sardicenſe eccleſiæ catholicæ non-
dum innotuerat, ſed (ut auctor eſt Epiphanius hæreſi 71.)
a prædicti concilii patribus fidei ſuæ rationem juſſus præ-
bere, paulo poſt condemnatus fuit. Unde manifeſte con-
ſtat, Euphratam Photini ſectatorem, non niſi poſt con-
cilium Sardicenſe hæreſim prædictam accepiſſe, & didi-
ciſſe, in occidente propagaſſe, ad palinodiam cantandam
auctore Servatio, fruſtra admonitum, tandem communi
occidentalium epiſcoporum ſententia epiſcopatu abdica-
tum fuiſſe. Quid Euphratæ in hac legatione obtigerit,
his verbis enarrat Athanaſius: *Conducit ille* (Stepha-
nus Antiochiæ Arianus) *publicam meretricem, eamque*
*nudam per tenebras immittens in ædes Euphratæ epiſco-*
*pi. Meretrix autem principio, quia credebat juvenem eſſe*
*a quo accerſeretur, prompte ſequebatur. Poſtquam autem*
*ita deſtituta ab illis hominem dormientem, ignarumque*
*rerum intueretur, diligentiuſque conſiderans ſenis vul-*
*tum, & epiſcopi ſpeciem animadverteret, ſtatim clamo-*
*rem edit, ac vim queritatur. Illi contra eam orare, ut*
*taceret, & falſum crimen epiſcopo concinnaret. Die igitur*
*illucſcente, vulgatur facinus, & univerſa civitas con-*
*currit: & qui in palatio erant rei admiratione commo-*
*vebantur, neque eam ſilentio tradi volebant. Itur ad ju-*
*dicium: leno prodit eos qui meretricem accerſierant: illi*
*autem deinde auctorem iſtius rei Stephanum eſſe oſtendunt:*
*erant enim illius clerici, qui cum lenone convenerant.*
*Stephanus igitur epiſcopali dignitate exuitur &c.* Theodo-
retus hiſtoriam prolixius recenſet allegato loco.

Euphrates an Arianus fuerit?

Euphratæ hæreſis quæ?

Ariani Euphratæ pudicitiam tentarunt.

*d Poſt conſulatum Albini & Amantii.*) Hæc verba
conſularis notæ ſubrepititia, aut ſaltem mendoſa eſſe, hæ rationes ſatis
probabiliter oſtendunt. Primo: annus prædictâ conſula-
ri nota ſimpliciter notatus coincidit in annum Chriſti
trecenteſimum quadrageſimum ſextum, qui immediate
concilii Sardicenſis tempora antecedit. Cum ergo, ut
ſupra dixi in notis ad concilium Antiochenum III. ne-
que Ariana neque Photiniana hæreſis, quam Euphratas
propugnavit, ante in occidentali eccleſia cognita fuerit,
adeoque non niſi poſt Sardicenſe, anno nimirum Chri-
ſti 350. vel 351. Colonienſe Maximini Trevirenſis epi-
ſcopi paulo poſt defuncti præſentia condecoratum, ce-
lebrari potuerit; ſimpliciter fatendum eſt, acta hujus
ſynodi prædicta conſulum nota vel omnino depravate,
vel ſaltem mendoſe, conſignari. Secundo: poſt ea tem-
pora, quibus S. Servatius cum Athanaſio de ſententia

Nota conſularis ſurreptitia addita probatur.

Euphrata coram egerat, hanc ſynodum Agrippinæ ce-
lebratam fuiſſe, ex adſcripto S. Servatii ſuffragio ma-
nifeſte conſtat. Cum igitur hiſce epiſcopis duæ tantum
conveniendi occaſiones oblatæ fuerint: una, cum Atha-
naſius in exilium relegatus, anno domini trecenteſimo
trigeſimo ſeptimo, Treviris commoraretur: altera, cum
Maximinus Trevirenſis & Servatius Tungrenſis epiſco-
pi, poſt Conſtantem magno omnium catholicorum lu-
ctu interfectum, a Magnentio tyranno in orientem ad
Conſtantium imperatorem ablegati, Alexandriæ ab A-
thanaſio in hoſpitium & communionem eccleſiaſticam
accepti fuiſſent. Cumque priore occaſione Euphratas
Agrippinenſis de hæreſi Photiniana, ut ea quæ ſupra
dixi ſatis evidenter oſtendunt, nondum diffamatus fuiſ-
ſet; neceſſario hac poſteriore anno 350. conveniendi &
colloquendi opportunitate oblata, de ſtatu occidentalis
eccleſiæ, Servatium cum Athanaſio, Alexandrinæ ec-
cleſiæ poſt Gregorium interfectum reſtituto, egiſſe opor-
tuit. Quod ſi ita eſt, fieri non poteſt quin prædicta
conſularis nota, qua principium hujus ſynodi conſigna-
tum eſt, vel plane ſurreptitia, vel ſaltem mendoſa exi-
ſtat. Mendum irrepſiſſe facile ſuſtinuerimus, ſi dicamus
ea quæ poſt conſulatum Albini & Amantii quarto vel
quinto anno contigerunt, poſt prædictum conſulatum
primo dumtaxat anno mendoſe conſignata fuiſſe. Et
quamquam temporibus iſtis ordinarii conſules faſtis ad-
ſcripti inveniantur, adeoque fere ſupervacaneum eſſe
videatur nominibus Albini & Amantii quartum aut
quintum poſt eorum conſulatum annum denominare;
tamen cum id non ſemel alias factum fuerit, non vana
conjectura idem hoc loco accidiſſe dici poteſt. Anno
quo Epheſinum concilium celebratum fuit, Baſſum &
Antiochum conſules creatos fuiſſe conſtat; & tamen acta
Epheſini concilii interdum reperiuntur annotata, *poſt*
*conſulatum Theodoſii imperatoris & Valentiniani.* Quid,
quod in Africano concilio expreſſe præcipiatur, ut ſi
vel currentis anni conſulatus incertus, vel conſulum
tyrannorum nomina deleta fuerint, in formatis literis
ſcribendis præcedens adjungatur? Verba canonis hæc
ſunt: *Quod ſi adhuc ejus anni paſcha dies incertus eſt,*
*ille præcedens adjungatur: quomodo ſolet poſt conſulatum*
*in publicis geſtis adſcribi.* Tertio communi conſenſu rece-
ptum eſt, Severinum epiſcopum Agrippinenſem Euphra-
tæ poſtquam epiſcopali ſede depoſitus fuiſſet, ſubrogatum
eſſe. Hunc anno Chriſti * 402. quo ſancti Martini epi-
ſcopi vita defuncti anima ab angelis pſallentibus in cæ-
lum delata eſt, adhuc ſupervixiſſe, pſallentium ange-
lorum voces, teſte Severo Sulpicio, audiviſſe conſtat.
Si itaque anno Chriſti 346. primo poſt conſulatum Al-
bini & Amantii, Euphratæ amoto ſubſtitutus fuiſſet,
oportuiſſet virum tunc ſatis grandævum, & multis an-
nis epiſcopali munere alibi functum, annis fere ſexagin-
ta Agrippinenſi eccleſiæ præfuiſſe. Quod meo judicio
fidem congruam aliquo modo excedit. Ad hoc aliave
incommoda evitanda, ſuſtineamus quod ſupra mihi
veritati maxime conſentaneum eſſe viſum fuit; nimi-
rum, Chriſti 350. vel 351. anno, poſt conſulatum
Albini & Amantii quarto aut quinto, hanc ſynodum
Coloniæ celebratam, in ea Euphratam ob hæreſim ju-
ſte depoſitum, atque in ejus locum Severinum ſubro-
gatum fuiſſe. Interim in re valde incerta doctiorum
judicio me lubenter ſubmitto. His ad extremum addo,
non valde a veritate alienum videri, duo in cauſa Eu-
phratæ concilia habita fuiſſe: unum ipſo anno Chriſti
346. qui inſcribitur poſt conſulatum Albini & Amantii:
alterum, quod ſentit Trithemius in Maximo anno Chri-
ſti 375. ſub Maximo Moguntinæ eccleſiæ epiſcopo. Se-
cundum hanc ſententiam dicendum foret, priori Maxi-
minum Trevirenſem, Lucium aut Martinum Moguntii-
num anno Chriſti 354. teſte Baronio relegatum; Ser-
vatium Tungrenſem cum Amando Argentoratenſi, aliiſ-
ve aliarum diœceſium epiſcopis interfuiſſe, atque Eu-
phratam calumnioſe forte denunciatum abſolviſſe; vel
ſaltem ad palinodiam cantandam induxiſſe. Poſteriori
autem præſto fuiſſe Maximum Moguntinæ eccleſiæ epi-
ſcopum, Severinum, alioſque epiſcopos, atque in ea
Euphratam condemnatum, epiſcopatu amotum, Severi-
num autem ſubſtitutum eſſe. Hoc non unius, ſed plurium
epiſcoporum ſuffragia indicare videntur: dum eum ab
aliis epiſcopis juſte judicatum fuiſſe ajunt. Ut autem
ex duobus conciliis compilator unum fecerit, novum non
eſt. Sicut enim Arelatenſis primi & ſecundi concilii ſub-
ſcriptiones, ita Vaſenſis primi & ſecundi canones con-
fuſos fuiſſe, partim ſupra in notis ad concilium Arel. I.
diximus, partim infra in notis ad Vaſenſia concilia di-
cemus. Conſtitutis itaque duabus in cauſa Euphratæ
epiſcopi ſynodis Colonienſibus, ſciendum eſt (quod
unum tamen aliquo modo obſtat) nimirum, quomodo
Euphratas turpi nota infamiæ inuſtus, a patribus Sar-
dicenſis concilii dignus habitus fuerit, quem ad Con-
ſtantinum in cauſa reſtituendi Athanaſii ablegatum,
Conſtans imperator epiſtola ſua tantopere commendarit.
Ad id diluendum optime dici poſſet, quod, ſicut Mar-
cellus Ancyranus Conſtantinopoli de hæreſi Paulo Samo-
ſateni, Euſtathius Antiochenus de Sabellianiſmo calum-

An mendoſa ſit prædicta conſulum nota.

* aliis 397. aut 400.

Severinus quamdiu epiſcopatum Agrippinenſem tenuerit?

Duo in cauſa Euphratæ concilia habita eſſe, non improbabile eſt.

Diluitur objectio.

niam patiebatur Euſebianorum, ita Euphratas ob Photini hæreſim denunciatus, in conſeſſu vicinorum Galliæ epiſcoporum, fidem integre & ſincere confeſſus, nullam nominis & famæ jacturam fecerit.

Acta hujus concilii integra recitantur ab Hartgero abbate Lobienſi, quem edidit Joannes Chapeavlile tom. 1. pontif. Tungrenſium cap. 24.

*e Dyſcolius.*) Hunc Dyſcolium, quem Demochares ſextum facit ſedis Rhemenſis epiſcopum, non epiſcopum ſed vel chorepiſcopum vel titularem tantum extitiſſe, ideoque catalogo Rhemenſium epiſcoporum non eſſe addendum, reverendus D. Georgius Colvenerius ſanctæ theologiæ doctor, & regius ac ordinarius in academia Duacenſi profeſſor, eccleſiæ S. Petri præpoſitus, probari putat. Primum ex teſtamento B. Remigii cap. 18. quod duobus locis indicat, non eſſe plures quam novem Rhemenſes epiſcopos, qui S. Nicaſium præcedant. Secundo ex epiſtola Ebonis ad Balduinum Ferreum Flandriæ marchionem, quæ extat apud Molanum in natal. SS Belgii 14. Octobris, in qua diſerte ſcribit B. Donatianum ſeptimum fuiſſe Rhemenſis ſedis epiſcopum. Tertio ex epiſtola quadam Hincmari quæ extat inter ejus opuſcula in bibliotheca patrum, noviſſime Coloniæ edita, qua S. Remigium vocat decimum quintum Rhemorum epiſcopum.

Sed necdum ſatis probatum eſſe ſentio, cur per allegatas rationes in ſynodo Agrippinenſi nominatus Dyſcolius magis quam alius quiſquam antecedentium vel ſubſequentium epiſcoporum e numero eorum ſit expungendus.

Legatio Servatii ad ſedem apoſtolicam de fide ſuſpecta.

*f In eodem, &c.*) Hæc quæ de legatione Servatii ad ſedem apoſtolicam a Surio adjecta fuerant, ſuſpecta fidei ſunt; tum quod nemo ſcriptorum hujus legationis a Servatio obitæ meminerit, tum quod Exuperium Toloſanum epiſcopum, qui hic nominatur, ſub Theodoſio, anno Chriſti 394. vixiſſe conſtat e Baronius an. 346. n. 9.

## Nota Jacobi Sirmondi societ. Jesu omissa in Collectione Regia.

Concilii hujus manuſcriptum exemplar nullum vidimus. Itaque Surianam editionem repræſentamus, niſi quod in nomenclatura epiſcoporum pro *Articlavo*, irrepſit *a Laticlavo*: Virodunum porro, cujus antiſtes Sanctinus, urbem clavorum olim dictam fuiſſe docet inter ceteros Bercharius presbyter qui brevem Virodunenſium epiſcoporum hiſtoriam ad Dadonem epiſcopum ſcripſit. ** Adverte porro non ſolum Agrippinenſis hujus ſynodi meminiſſe Acta ſancti Servatii Tungrenſis præſulis & Lupum in vita ſancti Maximini, qui ſcribebat anno 839. ſed etiam Harigerum Laubienſem abbatem in Belgio, & quoſdam alios eo recentiores.

Ex Labbei Append. tom. 2.

## Ejusdem Jacobi Sirmondi Soc. J. Notæ Posthumæ.

Euphratam Agrippinenſium epiſcopum, quod impie de Chriſto ſentiret, Deum negans fuiſſe, vel a principio extitiſſe, quinque jam epiſcopi ſententiis ſuis confixerant. Nunc iterum a XXIV. epiſcoporum ſynodo damnatus, epiſcopatu dejicitur. Et idem tamen anno inſequente, ut in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes narrat Athanaſius, cum Vincentio epiſcopo Capuæ, a ſynodo Sardicenſi legatus Antiochiam miſſus eſt ad Conſtantium imp. ut exulibus epiſcopis reditum impetraret. Quæ res Baronium cardinalem ſic commovit, ut ſynodum Agrippinenſem vel falſam omnino fictitiamque judicarit, vel poſt Sardicenſis tempora rejiciendam, ne Euphratæ recentis judicii infamia notato tam honorifica legatio, quamlibet reſipiſcenti, decreta credatur. Mihi vero cauſæ nihil videtur, cur fictam ſuſpicemur: cui enim bono? Ne laborandum quidem, ut ſerius habitam dicamus, & præfixi conſulatus titulum contra veterum exemplarium authoritatem interpolemus. Cum abſurdi nihil ſit, Euphratam, præſertim ſi reſipuerat, ad eam legationem fuiſſe delectum, aut ſi adhuc in errore verſabatur, alias tamen ob cauſas neceſſariam ejus in ea re operam viſam eſſe.

*Conſtantis Aug.*) In diviſione imperii paterni, quæ mortuo Conſtantino magno inter ejus filios facta eſt, Gallia cum ceteris trans Alpes obtigerat Conſtantino juniori filiorum maximo. Cui quarto poſt anno diem functo ſucceſſit Conſtans frater, qui in Italia jam regnabat. Conſtantis ergo potius nomine, quia is Gallias tum obtinebat, prænotandam ſynodum duxi, quam Conſtantii, quia Conſtantius ante Conſtantis obitum in Gallia juris nihil habuit.

*Cum conſed. Epiſcopi.*) Qui hoc loco recenſentur epiſcopi, iidem omnes, Panchatio & Sanctino exceptis, ſynodo Sardicenſi cum aliis e Gallia duodecim adfuerunt, ejuſque ſynodicæ, quæ apud Athanaſium in apologia 2. legitur, ſubſcripſerunt. Triginta enim & quatuor e Gallia ſubſcripſiſſe dicuntur hoc ordine.

| | |
|---|---|
| Μαξιμιανός. | id eſt Maximianus a Treviris. |
| Βηρήσιμος. | Veriſſimus a Lugduno. |
| Βίκτωρος. | Victor a Vangionibus. |
| Βαλεντῖνος. | Valentinus ab Arelato. |
| Δησιδέριος. | Deſiderius a Lingonibus. |
| Εὐλόγιος. | Eulogius ab Ambianis. |
| Σερβάτιος. | Servatius a Tungris. |
| Δυσκόλιος. | Dyſcolius a Remis. |
| Συπερίωρ. | Superior a Nerviis. |
| Μερκούριος. | Mercurius a Sueſſionibus. |
| Διοπέτης. | Diopetus ab Aurelianis. |
| Εὐσέβιος. | Euſebius a Rotomago: |
| Σεβηρῖνος. | Severinus a Senonibus. |
| Σάτυρος. | Satyrus. |
| Μαρτῖνος. | Martinus a Moguntiaco. |
| Παῦλος. | Paulus. |
| Ὀπτατιανός. | Optatianus a Tricaſſibus. |
| Νικάσιος. | Nicaſius. |
| Βίκτωρ. | Victor a Mediomatricibus. |
| Σεμπρώνιος. | Sempronius. |
| Βαλερῖνος. | Valerianus ab Autiſiodoro. |
| Πάκατος. | Pacatus. |
| Ἰεσσῆς. | Jeſſes a Nemetibus. |
| Ἀρίστων. | Ariſton. |
| Σιμπλίκιος. | Simplicius ab Auguſtoduno. |
| Μετιανός. | Metianus. |
| Ἄμαντος. | Amandus ab Argentorato. |
| Αἰμιλλιανός. | Æmilianus. |
| Ἰουστινιανός. | Juſtinianus ab Argentorato. |
| Βικτωρῖνος. | Victorinus a Pariſiis. |
| Σατουρνῖλος. | Saturninus. |
| Ἀβουνδάντιος. | Abundantius. |
| Δωνατιανός. | Donatianus a Cabillono. |
| Μάξιμος. | Maximus. |

Quo tanto ex numero unicus in altera ejuſdem ſynodi ad Julium papam epiſtola ſubſcripſiſſe reperitur *Veriſſimus a Gallia de Lugduno.*

*Sanctino a Laticlavo*) Verodunenſium epiſcopo. Editio Suriana *Sanctino Articlavo* legit. Haingerus de geſtis pontificum Tungrenſium *Sanctino Articlavorum*. Certum eſt Virodunenſium antiſtitem deſignari. Nam & Sanctinus Virodunenſis epiſcopus fuit, & Virodunum olim urbs Clavorum dicta, ut docet inter ceteros Bercharius presbyter, qui brevem Virodunenſium epiſcoporum hiſtoriam ad Dodonem epiſcopum ſcripſit.

*Audiente Athanaſio.*) Ante annos nimirum decem, cum exulatum miſſus in Gallias Athanaſius anno Chriſti CCCXXXVI. Treviris a Maximino epiſcopo, ut Hieronymus in Chronico ſcribit, honorifice ſuſceptus eſt, ibique annum integrum verſatus. Tum enim Servatio licuit, Euphratæ palam, audiente Athanaſio, ſæpius obſiſtere. Severinus Binius, vir doctus & diligens, ad annum potius CCCL. hæc referenda cenſet, cum Servatius & Maximinus epiſcopi a Magnentio legati ad Conſtantium miſſi, Alexandriæ apud Athanaſium diverſati ſunt; hoc maxime, ut ita ſentiat, ductus argumento, quod anno CCCXXXVI. cum Treviris exulabat Athanaſius, nondum Galliis innotuerat nomen Photini, a quo errorem hauſiſſe putat Euphratam. Unde ſynodum quoque Agrippinenſem, in qua damnatus ſit Euphratas, ante annum CCCLI. celebrari non potuiſſe contendit. Sed horum, ut opinor, nihil eſt quod perſuadeat. Alioquin docendum erat, Euphratam cum Servatio Alexandriæ tum fuiſſe, ut ab eo poſſet coram Athanaſio redargui. Euphratam vero a Photino didiciſſe nemo eſt qui tradat, nemo qui probare queat, tametſi conſimilia docuerit. Potuit enim vel a Paulianiſtis, quorum eadem fuit hæreſis, doceri, vel ipſemet ſine authore comminiſci: ſicut Leporium monachum eadem in Gallia dixiſſe, quæ Neſtorius poſtea docuit, auctor eſt Facundus Hermianenſis lib. 1. de tribus capitulis ad Juſtinianum.

*FINIS TOMI SECUNDI.*

# TYPOGRAPHI MONITUM.

APpendicem quandam ex nova, & abſolutiſſima S. Leonis Magni Editione, Ballerinorum cura in lucem prolatam, heic nos adjecturos, in aliquot hujuſce Voluminis notis pollicitos eſſe haudquaquam fugit. Inſcribitur hæc Appendix, Priſca Canonum Editio Latina, & complectitur Canones Conciliorum, Ancyrani, Neocæſarienſis, Nicæni, Sardicenſis, Gangrenſis, Antiocheni, Conſtantinopolitani primi, & Chalcedonenſis. Sed cum tria tantum priora Concilia in editis hucuſque duobus Voluminibus occurrant, cætera in ſequentibus ſuis locis exhibituri ſimus; re idcirco maturius perpenſa, rectius nos cenſuimus acturos, ſi poſteriorum etiam Conciliorum, de quibus in ea peragitur, abſolutionem expectaremus. Et quoniam poſtremum Concilium, de quo in ipſa mentio, Chalcedonenſe nimirum, Sexti Voluminis partem profecto maximam efficiet; propterea illuc promiſſis noſtris ſatisfacturos pollicemur, eandemque in fine illius adjectam Lectores de ea fortaſſis ſollicitos, inventuros fore præmonemus.